Universidad de Sevilla
Biblioteca

Juan Crisostomo
OPERA
IV

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

TOMVS QVARTVS OPERVM DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, ARCHIEPISCOPI CONstantinopolitani, continens omnium D. Pauli epistolarum enarrationem, ad Græca exemplaria nunc denuo accuratissimè recognitam, vt quiuis vel mediocriter eruditus deprehendere poterit: quarum catalogum sequens pagina indicabit.

1454

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA BILBAO

PARISIIS,

Apud Carolam Guillard viduam Claudij Cheuallonij, & Gulielmum Desboys, sub Sole aureo, in via diui Iacobi.

1556.

Del Colº de la compª de Jhs de Soria

Universidad de Deusto
Biblioteca

ELENCHVS OPERVM QVARTI TOMI.

In epiſtolam ad Romanos homiliæ. XXXII. 5. A
In locum Pauli ad Romanos cap.xvj. Salutate Priſcam & Aquilam, & de colendis ſacerdotibus. 274. D
In epiſtolam Pauli ad Corinthios priorem homiliæ. XLIIII. 286. B
De libello repudij, in dictum Pauli.j.Cor. vij. Mulier alligata eſt legi, quanto tempore vixerit vir ſuus: ſi autem,&c. 590. B
In dictum Pauli.j.Cor.x. Nolo vos ignorare fratres, quod patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes per mare tranſierunt. 596. A B
Homilia in dictum Pauli.j.Cor.xj. Oportet hæreſes eſſe. 604. B
Ex apoſtolo.j.ad Cor.cap.xiij. De fide, ſpe, & charitate, ſermo. 610. D
De eleemoſyna, & collatione in ſanctos ſermo ex priore Pauli ad Corinthios epiſtola cap.xvj. 613. C
In epiſtolam Pauli ad Corinthios poſteriorem, Homiliæ. XXX. 622. A
In dictum Pauli.ij.Cor.xj. Vtinam toleraſſetis paululum quiddam inſipientiæ meæ, homilia. 793. D
In epiſtolam Pauli ad Galatas enarratio. 804. B
In epiſtolam ad Epheſios, homiliæ. XXIIII. 863. B
In epiſtolam ad Philippenſes, homiliæ. XV. 1010. C
De profectu euangelij homilia, in dictum Apoſtoli ad Philippenſes.j. Siue occaſione, ſiue veritate Chriſtus annunciatur. 1101. A
In epiſtolam ad Coloſſenſes, homiliæ. XII. 1109. A
In epiſtolam ad Theſſalonicenſes priorem homiliæ. XI. 1188. A B
In epiſtolam ad Theſſalonicenſes poſteriorem, homiliæ. V. 1253. C
In epiſtolam ad Timotheum priorem homiliæ. XVIII. 1282. A
In epiſtolam ad Timotheum ſecundam homiliæ. X. 1372. B
In epiſtolam ad Titum homiliæ. VI. 1427. C
In epiſtolam ad Philemonem homiliæ. III. 1464. A
In epiſtolam ad Hebræos homiliæ XXXIII. 1480. D
In illud Apoſtoli ad Hebræos.x. Sponte peccantibus,&c. homilia. 1666. C
In illud Apoſtoli.j.Corinth.xv. Cum autem ſubiecta,&c. homilia. 1674. B

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, ARCHIepiscopi Constantinopolitani, in epistolæ ad Romanos interpretationē proœmium: Germano Brixio Altissiodorensi interprete.

BEati Pauli epistolarum lectionē assiduè dum ausculto, perq; hebdomadas singulas bis, sæpe & ter, & quater, peragēda sanctorum martyrum memoriæ celebratiõe, gaudio exulto: interim tuba illa spirituali perfruens, exurgo quidem, & desiderio incaleſco, vocem mihi amicam agnoscens: quin & tantùm non præsentem ipsum imaginatus, dissérentem audire videor. Idē tamen ego præ dolore discrucior hoc ipso, quòd virum hunc non omnes, sic, vt par est, intelligũt: verùm ita illum nonnulli ignorant, vt ne epistolarum quidem eius numerũ planè norint. Hoc verò nõ ignorantia facit: sed quod nolint beati huius viri scripta assiduè in manibus habere. Neque enim nos quæ scimus (si qua scimus) ab ingenij bonitate atque acumine scimus: sed quòd illi nos viro impensè affecti ab illius lectione nunquã discedimus: siquidem qui amant, ij ante omnes eorum facta norunt, quos amãt, vt qui de iis ipsis sint soliciti. id quod beatus hic † veluti plausum captans, ‖ ad Philippenses ait: sicut est mihi iustum, vt hoc de vobis omnibus sentiam, eò quòd habeã vos in corde & in vinculis meis, & in defensione & confirmatione euangelij. Quapropter si & vos quoque in animum induxeritis huius lectioni studiosam ac diligẽtem operam nauare, nihil sanè erit, quod aliud requirendum vobis sit. verax est enim Christi sermo dicentis, Quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis. Cęterũ quandoquidem complures ex iis, qui huc nobiscum conuenere, & liberorum educationem, & vxoris curam, & familiæ prouidentiam susceperè, ob idq; totos sese huic labori dare non sustineant: attamen ipsi vos excitantes comparate, ad ea demum capiẽda, quæ alij collegerint, studij tantundem iis, quæ dicta fuerint, auscultandis, quantum pecuniis colligendis impertientes. tametsi enim turpe est à vobis nihilo amplius postulare, tamen vel hoc ipso contenti erimus. tantũdem ergo date. Siquidem hinc infinita exorta sunt mala, ab ipsa videlicet sacrarum scriptionum ignoratione: hinc multa hæresũ lues pullulauit, hinc vitæ in multis neglectę, hinc inutiles ac lucro carentes labores. Nam quemadmodũ qui luminis huius vsura sunt priuati, nequaquam rectà ingredi possint: ita qui ad diuinarum scripturarum radios, oculos nõ intendunt, necessariò in multa frequentes errata incurrunt, perinde ac si in tenebris periculosissimis ambularent. id quod vt ne eueniat, oculos ad ipsum apostolicorum verborũ fulgorem adaperiamus. Etenim huius lingua supra ipsum etiam Solem illuxit, cæteros omnes verbi doctrina exuperans. Nam quòd plusquam cæteri laborauit, magnam etiam spiritus sibi conciliauit gratiam. Id quod non ex illius epistolis tantùm, sed ex actis ipsis ita esse contenderim. ſicubi enim concionandi locus se offerret, ei passim concedebant omnes, quo nomine & Mercurij esse credebatur ab iis, qui in Christi verba nondum iurassent, quòd videlicet orationis, eloquentiæq; præses esset. proinde quum ad hanc nobis epistolam descendendum sit, necesse est & tempus, quo scripta ea fuit commõstrare. Neque enim, vt multorum fert opinio, cæteras omnes tempore præcessit. Eas quidem omnes, quæ Roma scriptæ fuere, anteiit: cæteras alias, quanuis non omnes, subsecuta est. Nam quæ ad Corinthios scriptę sunt ambæ, ante hanc scriptæ fuere. argumento sunt verba ea, quæ ad huius epistolæ finem adscripsit, ita loquens: Nunc autem proficiscor Hierosolymam ministrans sanctis: visum est enim Macedoniæ & Achaiæ communicationem aliquam facere in pauperes sanctos, qui sunt Hierosolymis. Corinthiis autem scribens, ait: Quòd si fuerit operæprecium, vt ipse proficiscar, mecum proficiscentur: de iis loquens qui eò pecunias deportandas colligebãt. Vnde liquet, dum Chorinthus scripsit incertam fuisse talem ipsius peregrinationem: dum autem Romanis, constitutum iam illi fuisse de profectione. Quo confesso, & illud constat, hanc epistolam post illas scriptam fuisse. Quin & ad Thessalonicẽses epistola videtur mihi præcessisse epistolam ad Corinthios. Nam illis prius cùm scripsisset, deq; eleemosyna apud illos sermonem mouisset, his verbis: Cæterum de fraterna charitate nõ necesse habetis, vt scribam vobis: ipsi enim vos à deo didicistis, vt diligatis vos inuicem: etenim hoc facitis erga cunctos fratres, tum demũ ad Corinthios scripsit. id quod illius verba hęc declarant. Noui enim prõptitudinem animi vestri, quam de vobis iacto apud Macedones, quòd Achaia parata est ab anno superiore, & vestrum exemplum prouocauit complures. Quibus ex verbis declarauit se cum illis prius hac de re disseruisse. His igitur epistolis hæc ad Romanos scripta posterior est, eas tamen præcedit quæ Roma missæ sunt. Nõdum enim Romam aduenerat, quo tempore hanc scripsit epistolã. id quod his verbis indicat: Desidero enim videre vos, vt aliquod vobis impertiar donum spirituale. Roma autem ad Philippenses scripsit. ideo ait, Salutant vos omnes sancti, maximè verò qui sunt ex Cæsaris familia. Quo ex loco & ad Hebræos quoque scripsit. ob quod ait, eos omnes salutari ab iis qui in Italia essent. Iam ad Timotheum epistolam & ipsam de vinculis scriptam Roma misit: quæ quidem iudicio meo epistolarum omnium est postrema. id quod eius finis arguit: Ego enim, ait, iam immolor, & tempus resolutionis meæ instat. quòd autem inibi è vinis decesserit, vndequaque liquet. Sed ad Philemonem epistola inter postremas est & ipsa, eaq; sub extremam ipsius senectam scripta. Itaq; ait, nempe Paulus senex, nũc autem etiam vinctus Iesu Christi: eadem tamen præcessit epistolam ad Colossenses. Id quod ab epistolæ fine manifestũ est. Colossensibus enim scribens, ait: De omnibus rebus meis certiores vos faciet Tychicus, quẽ misi vnà cum Onesimo fido & dilecto fratre. hic autem Onesimus is erat, pro quo epistolam ad Philemonem composuit. ac quòd non alius esset illi cognominis, patet ab Archippo. quem enim in epistola ad Philemonem socium accepit exhortationis pro Onesimo susceptæ, hunc & ad Colossenses scribens excitat, his verbis: dicite Archippo, vide ministerium quod accepisti, vt illud impleas. Videtur porrò mihi epistola ad Galatas præcessisse epistolam ad Romanos. quòd si in bibliis alium obtinent ordinem, mirum esse non debet. Siquidem & duodecim prophetæ cùm se inter se deinceps non subsequantur, si tempora inspicias: sed multũ inter se ipsi tempore quum

† Εὐπρεπιζόμενος, ostendens. Philip. 1. b

‖ Philip. 1. b

Matth. 7. a

Act. 14. b

Infra. 15. f

1. Cor. vlt. a

1. Thes. 4. b

1. Cor. 9. a

Infra. 1. b

Phil. vlt. d

Hebr. vlt. d

1. Tim. 4. a

ad Philem. 1. b

Coloss. 4. b

Ibidem. d

Universidad de Deusto
Biblioteca

re quum distent, si ipsam tamẽ bibliorum seriem inspexeris, inter se ordine sunt collocati. Siquidem & Aggæus,& Zacharias,& alij aliquot post Ezechielẽ & Danielem prophetias ediderũt.& multi item post Ionam, & Sophoniam,cæteróque omnes: sed tamen cum illis omnibus coniuncti sunt, à quibus tanto temporis interuallo distant. Proinde hunc laborem nemo extra rem,néve hanc indagationem superuacaneæ curiositatis esse putet. Confert enim nobis non parum ad quæstiones explicandas ipsum epistolarum tempus. Nam cùm video Romanis, ac Colossensibus Paulũ iisdem de rebus scribentem: non eodem tamen modo iisdem de rebus, sed illis quidẽ magna cum indulgẽtia, quum *Infra.14.a* ait:Porrò eum qui infirmatur fide,adsumite,non ad diiudicationes disceptationum:alius quidem credit,vescendum esse quibuslibet, alius autem, qui infirmus est, oleribus vescitur. Colossensibus autem, non perinde B *Coloss.2.d* iisdem de rebus,sed maiore cũ libertate ac fiducia: Itaque si mortui,inquit,estis cũ Christo ab elementis mundi,quid tanquam viuentes in mundo decretis tenemini?ne tetigeris,ne gustaueris,neque contrectaueris,quæ omnia ipso pereunt abusu, non per honorem aliquem ad expletionem carnis:huius differentiæ nullam aliam inuenio causam,quàm ipsum epistolarum tempus. Initio enim indulgendum erat, postea autem non item. Atque hoc identidem inuenias ipsum multis aliis locis factitantem. Hunc morem videre est & medicum, & magistrum obseruare.neque enim medicus cum iis qui in morbi adhuc sint initio, & iis qui ad valetudinis finem iam declinarint:neque magister cum discentibus ab initio pueris, & cũ iis qui perfectioris doctrinæ indigeant,eadem ratione agit.Igitur aliis alia quadã causa & argumẽto adductus, scribebat Paulus. Hoc ipsum C *1.Cor.7.a* declarat cum Corinthiis scribens,De iis autem quæ ad me scripsistis, tum Galatis statim ex proœmio & epistola tota hoc manifestans. Romanis verò quo nomine, & quam ob rem? Etenim testificari apud ipsos videtur, quòd sint pleni bonitatis, pleni omnis scientiæ, qui & possint alios admonere. Romanis, inquam, quamob- *Infra.15.d* rem epistolam misit? Propter gratiã,inquit, mihi à deo concessam, vt sim in posterum minister Iesu Christi. ob quod & in epistolæ exordio dixit: Debitor sum,ita *Hic infra.b* quantum in me est,paratus sum vobis quoque qui Romæ estis,euangelizare.Nam quæ modò diximus,videlicet quòd possint & alios commonefacere, & quæ id genus sunt,laudationis potiꝰ fuerint, & exhortationis. Ac necessaria etiam & his erat per epistolas correctio. Nam quoniam nondum ad eos venerat, duplici ratione eos ad honestæ vitæ normam informat,& epistolarum vtilitate,& aduentus sui expectatione. Talis enim erat diuina illa anima, vniuersum terræ orbẽ circumplexa erat,& in seipso circũferebat omnes:cognationẽ eam maximam arbitratus, quæ iuxta deum esset, atque adeò omnes amabat sic,vt si genuisset:quin potius maiorem præ se ferebat charitatem,quàm quiuis pater. Talis est enim gratia spiritus, vincit carnis partus, & feruentius desiderium exhibet.Id in primis videre licet in Pauli anima,qui quidem veluti volatilis præ charitate effectus,omnes assiduè circuibat nusquam manẽs,nusquam stans.Posteaquam enim audiuit Christum dicen- *Io.an.21.d* tem,Petre si amas me,pasce oues meas:atq; hunc maximum charitatis terminum pronunciantem, dici non potest quàm eximiè hunc præ se tulerit. Hunc igitur & nos æmulati,si minus orbem vniuersum, si minus ciuitates totas, ac gentes: at certè suam quisque familiam, vxorem, liberos, amicos, vicinos, ad bonos compositósque mores informemus. neque verò mihi quisquam dicat, Rudis sum,& imperitus. Petro nihil indoctius, Paulo nihil imperitius: & hoc ille profitebatur, nec eũ hoc fatẽtem pudebat:Etsi imperitus sum sermone,non *2.Cor.11.b* tamen scientia. Sed tamen hic imperitus, & ille indoctus sexcentos philosophos superarunt, sexcentis rhetoribus os obturarunt, suo ipsorum studio, propensaq; voluntate & dei gratia omnia peragentes.Quàm nam ergo vsurpabimus defensionem, qui ne viginti quidẽ nominibus, capitibúsque sufficimus? ac ne iis quidem, quibus cum habitamus,vtiles nos præstamus?Causatio hæc & excusatio. neque enim inscitia & imperitia dicendi munus prohibet, sed segnicies, ac somnolentia. Hac igitur somnolentia excussa,cum omni studio mẽbra domestica curanda suscipiamus, enixéque amplectamur: vt cum hac in vita magnam tranquillitatem assequamur, pro nostro erga deum timore necessarios nostros ad morum rectitudinẽ componentes, tum in futura infinitorũ bonorum participes efficiamur, gratia,& summa erga nos benignitate domini nostri Iesu Christi,per quẽ,& cum quo,patri gloria,vnà cum sancto spiritu nũc,& semper,& in secula seculorũ,Amen.

PROOEMII FINIS.

DIVI

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI IN EPISTOLAM AD ROMANOS, HOMILIA PRIMA: GERMANO BRIXIO ALTISSIODORENSI, CANONICO PARISIENSI, INTERPRETE.

PAulus seruus Iesu Christi vocatus apostolus, segregatus in euangeliũ dei, quod antè promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis. Moyses libris quinque à se scriptis, nusquã nomen suum addidit, neque quicquam illum subsecuti, quę post illum gesta sunt, scripsere: sed neq; Matthæus, neque Ioannes, nõ Marcus, nõ Lucas. At beatus Paulus vbique epistolarũ suarum nomẽ suum præponit. Quid ita? quòd illi quidem præsentibus scribebant, ac superuacanea illis erat præsentiæ suæ declaratio. Hic autem è longinquo literas mittebat, & sub epistolari figura: idcirco necessaria erat nominis additio. Quòd si in ea quam ad Hebręos scripsit, epistola, secus facit: id suo quodam proprio consilio facit. Nam quod inimico essent Hebræi erga illum animo, vt ne è proœmiis, audito eius nomine, sermoni aditum occluderent, illorum audientiam occultanda nominis sui declaratiõe artificiosè captauit. Quòd si prophetæ nomina sua apposuere, & Salomon: id verò vobis inuestigandum relinquo, qua de causa alij quidem apposuere, alij autem non apposuere. Neque enim vos oportet à nobis omnia discere, sed & ipsos vos elaborare, & exquirere, vt ne segniores efficiamini. *Paulus seruus Christi.* Cur eius nomen immutauit deus, & Saulus qui esset, Paulum vocauit? vt ne hac quidẽ parte reliquis apostolis inferior esset: sed quod selectũ, eximiúmque habuit discipulorũ antesignanus, hoc & ipse indipisceretur, & maioris necessitudinis argumentum obtineret. Christi porrò seruum seipse non temerè dixit. etenim seruitutis modi sunt plures. Alius per creationẽ, atque opificium: vnde ait, Seruiunt tibi omnia: & item illud, Seruus meus Nabuchodonosor. ipsum enim opus authori suo seruũ est. Alius à fide, de qua ait, Gratia autem deo, quòd serui peccati eratis, obediuistis autem ex corde in eam doctrinę formam in quam traditi estis: liberi autem à peccato, iusticiæ seruiuistis. Alius à † vita, ac moribus, ‖ iuxta quem dictũ est, Moses seruus meus obiit. quanquam & Iudæi omnes serui erant, sed præcipue Moses † vita ac moribus ‖ eluceſcens. Paulus itaque quòd seruitutis modis omnibus seruus esset, ideo maximæ dignitatis loco ponit verbũ hoc, *Seruus Iesu Christi:* Ac dispensationis nomina obtẽdit, ab inferioribus ad superiora conscendens. Etenim Iesu nomen angelus ferens venit è cœlis, tũ cùm è virgine natus est. Christus autem quòd vnctus sit, dicitur: quòd & carnis erat. dices, quo tandem vnctus est oleo? oleo certè minimè est vnctus, sed spiritu. consuevit autem & hos sacra scriptura Christos vocare. quod enim in ipsa vnctiõe principem locum obtinet, spiritus est, † & vnguentum ob id assumitur, Ivbinam vero oleo minimè vnctos Christos appellat? vbi ait, Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis ne peruersè quid agatis. tum enim ne reperta quidem erat sacri olei confectio. *Vocatus apostolus.* Vbique vocatum se appellat, suã ostendens modestiam, & quòd non ipse quærendo inuenerit, sed vocatus, præstò fuerit, & obediuerit. quin & eos qui in Christi fidem sunt recepti sic appellat, vocatos sanctos. Illi quidem ad fidem vlq; vocati sunt: ipsi autem aliud quiddam concreditum est, nimirum apostoli munus, res bonis infinitis exundans, gratiis omnibus maius, ac dona omnia complectens. Quid enim amplius dixerimus, quàm id videlicet Christum quod nobiscũ dum versaretur fecisset, hoc ipsum illis commisisse, ac sic demum à nobis abiisse? Id quod Paulus exclamans, apostolorúmque dignitatem extollens, ait, pro Christo legatione funginur, tanquam deo exhortante per nos, hoc est, Christi vice. *Segregatus in euangelium dei.* Quemadmodum enim in familia aliqua ad diuersa quisque opera segregatus est, sic & in ecclesia diuersæ sunt administrationum distributiones. mihi porrò videtur hic nõ sortitionem modò significare, sed quod iam pridem atque è supernis ad hoc ordinatus esset. Quod & Hieremias ait de se deũ dixisse: Antequã ex vulua egrederetis, sanctificaui te: prophetã in gentes te cõstitui. Nam quòd Paulus ad arrogantem ciuitatem scriberet, eandémque vndequaque fastu turgidam, modis omnibus ostendit dei decretum hoc esse. etenim ipse est, qui vocauit, ipse est qui segregauit. Hoc autem facit, vt fide dignam & plausibilem reddat epistolam. *In euangelium dei.* Non igitur Matthæus euangelista solus, neq; Marcus, quemadmodum neque hic solus apostolus, sed & illi. quanquam per excellentiam, hic quidem Apostolus, illi vero euangelistę dicuntur. Ipsum autem euangelium non propter bona ea tantum, quæ iam extitissent vocat, sed propter ea, quæ futura essent. Cæterum quo pacto deũ, Paulus ait, per ipsum euangelizari? ait enim, segregatus in euangelium dei. quum pater ante ipsa etiã euangelia cognitus esset. verùm quanuis cognitus esset, Iudæis solis cognitus erat: ac ne his quidem omnibus, vt decebat. neque enim patrem ipsum esse nouerãt, atque adeò multa tum de eo imaginabantur cum illius dignitate minimè conuenientia. vnde & dicebat Christus: Veniẽt veri adoratores. & rursus, Pater tales quærit, qui ipsum adorent. pòst autem & ipse vnà cum Iesu filio vniuerso terrarum orbi declaratus est. Quod denuncians Christus dicebat, Vt te solum verum esse deũ cognoscant: &, quem misisti Iesum Christum. Dei porrò euangeliũ vocat, ab ipsis statim exordiis erigens auditorem. neque enim venit triste quiddam renunciãs, veluti prophetæ, accusationes, crimina, increpationes, sed euangelia, & euangelia dei, firmorum & immutabilium bonorum thesauros infinitos. *Quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis.* Dominus enim, ait scriptura, verbum dabit euangelizantibus virtute multa: & rursus, Quàm pulchri pedes pacem euangelizantium. Vides & præscripte ipsum quoque euangelij nomen, & modum in veteri etiam testamento appositum. non enim per verba tantùm ipsum annunciamus, inquit, sed per res. neque enim euangelium id humanum erat, sed diuinum, & arcanum, & omnẽ transcendens naturam. postea verò, quàm nouitatem rei incusarent, ostendit ipsum tum gentilibus antiquius esse, tum in prophetis ante scriptũ. Quòd si idipsum non ab initio dedit, in causa sunt, qui id noluerunt admittere. Nam quibus voluntas affuit, audiuerunt: Abrahã pater vester gestiebat, vt videret diem meum, vt vidit, & gauisus est. Quo modo igitur ait, Multi prophetæ ac iusti desiderauerunt videre quæ vos videtis, nec viderunt? ita sane intelligito verba hęc, vt vos videtis & auditis,

Psal.118.m *Hiere.25.b* *Roma.6.d*

† πολιτείας.

Deute.34.b

† πολίτευε id est, administratione siue muneris functione.

Basil.

† *quapropter & oleũ pro spiritu sumitur.*

Psal.104.b

Hiere.1.b

Ioan.4.c *Ibidem.* *Ibid.17.a* *Ibidem.*

Psal.67.c *Roma.10.c*

Ioan.8.g *Matth.13.b*

Universidad de Deusto
Biblioteca

7

ipſam videlicet carnem,& ipſa ſigna:quę quidem & in hominum conſpectu facta eſſe conſtat.Mihi verò contemplator,quot antè temporibus prędicta hęc fuerint. Etenim quoties deus magna quædam moliturus eſt,ea multo antè tempore denunciat,hominum aures prępa rans,ad ea quum aduenerint, excipienda. *In ſcripturis ſanctis.* Non enim dixerunt prophetæ tantùm, ſed & ſcripſerunt quæ dixerunt:nō ſcripſerunt autem ſolùm, ſed & per res figurarunt: Veluti Abraham quum Iſaac adducit,& Moſes quum ſerpentem exaltat, quō manus ad Amalec extēdit,quum agnum paſchalem immolat.

Gene.22.a
Nume. 21.a
Exod.17.c

De filio ſuo,qui genitus fuit ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Quid tibi nūc vis ô Paule? Animos noſtros poſteaquā in ſublime raptos ſubuexiſti,iidemque magna quædam & arcana intra ſe vt conciperent,perfeciſti,tum autem euangelium vbi nominaſti, & quidem dei euāgelium, vbi item prophetarum chorum in medium adduxiſti, omneſq; oſtendiſti futura multis antè annis prędixiſſe: quorſum rurſus nos ad Dauid reuocas?de homine verba facis.quónam? dicito quæſo . ac patrem illi das Ieſſe filium? qui,obſecro, poſſunt hæc digna eſſe iis,quæ à te dicta ſunt? Nēpe de nudo homine,ait,nobis haudquaquam eſt ſermo: propterea hoc ipſum addidi , Secundum carnem. ſubindicans,& ſecundum ſpiritum eiuſdem eſſe generationem. & quamobrem hinc orſus eſt, & non illinc à ſublimioribus? quoniam & Matthæus hinc,& Lucas,& Marcus. Eum enim qui ad cœlum deducturus ſit, ab inferioribus ad ſuperiora deducere neceſſe eſt: hac enim demū ratione ipſum negocium œconomiam accepit. Primùm igitur nouerunt illum hominem in terra,ac tum cogitauerunt deū.Qua igitur doctrinam ipſe inſtituerat , hac & diſcipulus ipſius viam init illuc ferentem. primùm itaque tangit generationē eam,quæ ſecundum carnem eſt.nō quòd prima ſit,ſed quòd ab hac ad illam auditorem deducebat. *Qui declaratus fuit filius dei cum potentia ſecundum ſpiritum ſanctificationis , ex eo quòd reſurrexit è mortuis Ieſus Chriſtus dominus noſter.* Obſcurum eſt quod dicit , ob dictionum inuolucrum: ob quod neceſſaria eſt illius diſtinctio. Quid igitur eſt quod ait? prædicamus,inquit, eum qui ex Dauid natus eſt. ſed hoc quidem apertum. Vnde autem & filius dei eſt idem hic è carne conflatus? primum à prophetis: ob quod ait,Quod antè promiſerat per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis . non paruæ autem demonſtrationis hic tropus.deinde & ex ipſo generationis modo, quod & ipſe declarauit,quum dixit, Ex ſemine Dauid ſecundum carnem: ipſam enim naturæ legem ſoluit . Tertiū à miraculis, quæ edidit,magnę potentiæ argumentum præbens.hoc enim eſt, *Cum potentia.* Quartùm ab ipſo ſpiritu,quem quidem dedit credentibus in ſe, & per quem omnes,ſanctos reddidit.vnde ait, *Secundum ſpiritum ſanctificationis.* Dei enim ſolius erat , id genus dona largiri.Quintùm à reſurrectione domini.primus enim hic & ſolus ſeipſum excitauit: quod & ipſe ait ſignum maximè omnium idoneum eſſe , & quod impudentibus os obſtruere poſſet:Soluite enim,inquit,templum hoc, & poſt tres dies excitabo ipſum. &, Quū exaltaueritis me à terra,tū cognoſcetis, ꝙ ego ſim.& rurſus:Signum quærit generatio hęc & ſignum non dabitur ei,niſi ſignum Ionæ.quid igitur eſt,declaratus?nēpe oſtenſus,demonſtratus,iudicatus, cōfeſſus,ab omnium ſententia & calculo,à prophetis,à nec opinata natiuitate,natiuitate inquam ſecundum carnem:à potentia ea, quæ in ſignis eſſet:à ſpiritu per quem ſanctificationem dedit:à reſurrectione,per quam mortis tyrānidem ſuſtulit. *Per quem accepimus gratiam ac muneris Apoſtolici ſunctionem, vt obediatur fidei.* Vide famuli modeſtum , gratúmque animum.nihil ſuum ipſius eſſe vult, ſed omnia domino accepta refert.atqui ſpiritus,id quod diximus, donum eſt.vnde dixit,Multa habeo, quæ vobis dicturus ſum,ſed iis ferēdis impares nunc eſtis: quum autem ille venerit,nempe ſpiritus veritatis, dux vobis erit ad omnem veritatem. Et rurſus, Segregate mihi Paulū ac Barnabam.& in epiſtola ad Corinthios ait : Huic quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ,alij autem ſermo ſcientię.Et illud,Omnia ille diuidit,quatenus vult. & Mileſiis item dum cōcionatur,ait:In quo poſuit vos ſpiritus ſanctus paſtores & epiſcopos.Vides,quòd quæ ſpiritus ſunt,ea filij:& quæ filij ſunt , eadem ſpiritus eſſe ait: *Gratiam & Apoſtolici muneris ſunctionem.* Hoc eſt,nō nos hoc virtute noſtra præſtitimus , quòd Apoſtoli ſimus. neque enim noſtris multis ſudoribus ac laboribus hāc dignitatem ſortiti ſumus, ſed gratiam inuenimus, & ſuperni doni beneficium id fuit. *Vt obediatur fidei.* Nō igitur Apoſtoli fuere,qui egregia illa facinora prę ſtitere , ſed gratia illos præueniens . Illorum enim erat circunuagari,ac præconium facere:perſuadere autem, dei erat in illis vim exerentis . Vnde & Lucas ait, Aperuit cor ipſorum.& rurſus, Quibus datū erat auſcultare verbum dei. *Vt obediatur.* Non dixit,vt in quæſtionē aut † vociferationem trahatur:ſed,vt obediatur.neque enim miſsi ſumus,inquit,vt argumēta, vt ſyllogiſmos afferamus: ſed vt reddamus,quod nobis concreditum eſt.quum enim dominus aliquid pronunciauerit,audientes minimè oportet curioſe ſcrutari,ſciſcitarive, ſuper iis quæ dicta fuerint, ſed excipere tantùm . Etenim Apoſtoli propterea miſsi ſunt,vt quæ audiuiſſent,ea dicerent,non vt de ſuo aliquid adderent. & nos quoque vt credamus . quid vt credamus? *Super ipſius nomine.* Non quidem , vt eius eſſentiam ac naturā curioſe perſcrutemur,ſed vt in nomen credamus.Illud enim erat, quod ſigna edebat . In nomine enim Ieſu Chriſti, ait, ſurge & ambula. hoc ipſum porrò fidei indiget, neque fieri vllo modo poteſt, vt harum rerum quicquam animi cogitatione comprehendas. *Inter omnes gentes , quorum de numero eſtis & vos vocati Ieſu Chriſti.* Quid igitur? omnibúſne gentibus Paulus prędicauit?Certè quòd ab Hieroſolymis vſque ad Illyricum percucurrit,atque illinc rurſus ad ipſas terræ tranſiit extremitates, ex iis liquet,quæ ſcripſit.quòd ſi ad omnes non acceſsit, ne ſic quidem,quod dicit,mendacium fuerit.neque enim de ſe ipſe tantùm loquitur,ſed & de duodecim Apoſtolis, deq; omnibus iis, qui poſt illos verbum annunciarunt. alioqui autem ne de ipſo quidem Paulo ſi intellexeris, dictum ipſum coarguere poſsis,ſi modò illius propenſum ſtudium conſideres,& quòd poſt obitum etiā non ceſſat vbique terrarū prædicare. Conſidera porrò quónam modo ipſum donum attollit,oſtenditq; tum magnum eſſe,tum priori longè excellētius. Siquidem quæ priſca fuere,ad vnam duntaxat gentē pertinuerūt.hoc autem donum & terram & mare ad ſe illexit.Mihi autem illud conſiderato,vt adulatione omni vacet Pauli anima.Cum Romanis enim verba faciens , veluti in vniuerſæ terræ faſtigio quodam conſtitutis , nihilo tamen amplius illis tribuit , quàm reliquis gentibus: neque verò , quoniam tum dominarentur ac regnarent, in ſpiritualibus illos amplius reliquis habere ait . Sed quemadmodum, ait, gentibus omnibus prædicamus, ita & vobis : cum Scythis ac Thracibus eos recenſens. quandoquidem niſi hoc ſignificare voluiſſet, ſuperuacaneum

Ioan.16.c
Actor.13.a
1.Cor.12.a
Ibidem. & Roma.12.a et Ephe.4.c
Actor.20.f
Actor.16.c
† probationem.
Ibidem.3.b
Infra.15.e

Ioan.2.d
Ibid.8.d
Matth.12.c

Universidad de Deusto Biblioteca

canum erat hoc dicere, *Quorum de numero estis & vos.* Hæc autem facit,illorum fastum deiiciens,inanẽ mentis turgiditatem euacuans,eósque docens æqualitatem erga alios seruare. Vnde hoc adiunxit, *Quorum de numero estis & vos vocati Iesu Christi.* Ac si dicat, cum quibus estis & vos. neque sanè dixit, alios vobiscum: sed, vos vnà cum aliis vocauit. si enim in Christo Iesu non est neque seruus,neque liber: multò magis neque rex, neq; priuatus. etenim & vos vocati estis, nõ per vos ipsi aduenistis. *Omnibus qui Romæ estis dilectis dei vocatis sanctis gratia vobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo.* Vide vt assiduè nomen vocati vsurpet. vocatus Apostolus,inquiens.quorũ de numero estis & vos vocati.omnibus qui Romę estis,vocatis.hoc autem non superuacaneo sermone facit,sed quòd eos velit beneficij commonefacere. quandoquidem enim verisimile erat inter eos, qui iam in Christum crederent, aliquos esse & consules,& magnates,& prouinciæ præsides,& paupere s item & priuatos, abiiciens, ac repudiãs dignitatum inæqualitatem, omnes vna appellatione ac salutatione dignatur. quòd si in iis quæ magis necessaria sunt, quæq; ad spiritum pertinent, cõmunia omnia tum seruis,tum liberis proposita sunt: quod genus sunt, charitas in eos qui illuminantur, vocatio à deo, euãgelium, adoptio in dei filios, gratia, pax, sanctificatio, cætera omnia: quî postremæ non fuerit dementiæ, quos deus copulauerit, æquales in maioribus effectos,hos à terrenis negociis distinguere? Ea propter ab ipso protinus proœmio periculosum hunc illorum morbũ expellens diuus hic,ad bonorum omnium matrem animi humilitatem ipsos subuehit.hoc ipsum & seruos meliores efficiebat,dum edocerentur,quòd è seruitute detrimenti nihil acciperent,vt qui libertatẽ eam,quę vera sit,adepti essent.hoc ipsum & dominos ad modestiam componebat,dum discerent,quòd nihil emolumẽti ab ipsa libertate habituri essent,nisi quæ ad fidem spectant,præcessissent. Atq; vt intelligas Paulum dum hoc facitat, confusione non vti, neque omnia miscere, sed optimã diuisionem nouisse,non simpliciter scripsit: *Omnibus, qui Romæ estis,* Sed cum definitione, *Dilectis dei.* Hęc enim optima discretio, & declarat vnde sanctificatio. Vnde igitur sanctificatio? à dilectione. quum enim dixisset,dilectis:addidit & illud,vocatis sanctis:ostendẽs quòd hinc nobis bonorum fons omnium: sanctos autem vocat,fideles omnes. *Gratia vobis & pax.* O salutationem bonorũ infinitatem adferentẽ.Hoc & Christus Apostolis in domos ingredientibus primum enunciare verbũ mandauit.propter hoc & Paulus hinc vbique exorditur à gratia,& pace.neque enim paruum bellum Christus confecit, sed varium & omnifarium, & diuturnum:& hoc nõ è nostris laboribus, sed per suam ipsius gratiam.Quoniam igitur dilectio gratiam,gratia autem pacẽ largita est, salutationis loco hæc vbi posuit, adprecatur, cõtinua & immota ea vt maneant:vt ne rursus aliud bellum redintegretur. & obsecrat eum qui dedit solida hæc asseruare,sic inquiens: *Gratia vobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo.* Ecce hoc loco præpositio hæc,ἀπὸ, id est, à, cõmunis est tam patri quàm filio: quod perinde est, ac si dixisset, ἐξ οὗ id est,ex quo.non enim dixit,gratia vobis & pax à deo patre,per dominum nostrum Iesum Christum: sed,à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Papæ, quàm potens est dei charitas? inimici & repudiati, sancti & filij repentè effecti sunt. quum enim patrem vocauit, filios ostendit: quum autem filios dicit, vniuersum bonorum thesaurum detexit. Morale.

Perseueremus igitur vitam quisque suam dignã tanto dono præstare: tum autem pacem & sanctificationem seruare. Cæteræ quidem dignitates temporaneæ sunt,atque vnà cum hac vita depereũt,quæ & pecuniis sunt venales,quásque haudquaquam quis dignitates dixerit,sed dignitatum nomina duntaxat,in vestium ornatu,& in satellitum adulatione potestatem obtinẽtia. hoc autem, tanquã à deo datum donum sanctificationis, itemq; & adoptionis ne morte quidem intercidit, sed hac in vita splendescentes vbi effecit, ad futurã vsque nobiscum peregrinatur. Qui enim adoptionem asseruat, tum autem sanctificationem accuratè custodit: splẽdidior multò est, & fœlicior eo, qui diademate indutus, ac purpura ornatus est, per hanc vitam magna tum tranquillitate tum pace exundans,vnà cum spe bona educatus,ac nullum tumultus,turbationisque argumentum habens,sed voluptate perpetua perfruẽs.Animi enim tranquillitatem, & læticiam non principatus magnitudo,non pecuniarum copia, non potentiæ tumor,non corporis fortitudo, non mensæ sumptus, nõ vestium ornatus,non aliud quicquam rerum humanarum adferre cõsueuit, præterquam rectè factum solum spirituale,ac conscientia bona: quam certè qui puram habet,vt pannosus sit,vt cũ fame luctetur,tamen tranquillior beatiorq; est iis, qui inter delicias magnopere degunt. Quemadmodum & qui sibi malè conscius est, vt omnium bona possideat, omnium est miserrimus. quapropter Paulus in assidua fame, ac nuditate victitans,tum autem & quotidie flagris cæsus,gaudebat, ac deliciabatur supra eos omnes,qui tum regnabãt. Achab autem,rex quum esset,ac deliciis sumptuosis perfruere- *3.Reg.21.g*
retur,commisso peccato illo gemebat, animũ despondens,eratq; illius facies collabens, & post peccatum & ante peccatũ.Igitur si voluptate frui volumus,ante omnia alia fugiamus vicium,virtutémque sectemur:aliter enim nobis nõ licet voluptatis participibus fieri, vt ad ipsum etiam regium solium conscenderimus. Quo nomine & Paulus dicebat:Spiritus autem fructus est,dilectio,lætitia,pax.Hunc fructũ apud nos enutriamus, vt & lætitia seculi huius perfruamur, & futurum regnum assequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi,per quẽ & cum quo,patri gloria vnà cũ sancto spiritu nunc,& semper,in secula seculorum,Amen. *Gala.5.d*

Homilia secunda.

Primùm quidem gratias ago deo meo per Iesum Christum super omnibus vobis,quòd fides vestra annũciatur in toto mundo. Conueniens beatæ illi animæ proœmium, ac quod satis sit, ad omnes eruditẽdos, tum operum,tum sermonum bonorum† decimas] deo esse offerendas,neque solum pro propriis, sed & pro alienis successibus,ac rectè factis gratias agendas. quod quidem animam ipsam ab inuidentiæ ac malignitatis morbo liberat,ac deum magis allicit ad eos amandos, quos grato erga se animo esse cognouerit. quapropter & alibi ait, Benedictus deus,& pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nobis, in omni benedictione spirituali.gratias porrò agere conuenit nõ diuites modò,sed & paupertate oppressos:non sanos,sed & ægrotantes:non eos quibus prospera omnia, sed & eos,quibus aduersa contingunt. Deo enim tum gratias agere, quum secundo cursu res feruntur,nihil mirum fuerit.at verò quum ingenti suborta tempestate, iactata vndiq; nauis periculum incurrerit, tum demum magna existit

† primitias] *sic & Hom. xx.manuũ, pedum, & oris primitias dicit.*

Ephe.1.a

Matt.10.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

patientiæ,æquanimitatisq; probatio. Quo certè nomine & Iob hinc coronam reportauit, & diaboli impudens os obturauit: planum faciens, se, quum fœlix esset, non ob pecunias, sed ob multam erga deum charitatē, gratias agere. Dispicito autem tum quæ ea sint, ob quæ Paulus gratias agat, non ob terrena, ac pereuntia: nempe ob principatum, authoritatem, gloriam. hæc enim nihili æstimanda sunt, sed ob ea, quæ verè bona sunt, fidem, libertatem, ac fiduciam: tum autem quanto cum affectu gratias agat. non enim dixit, deo: sed, deo meo, quod ipsum & prophetę factitant, quod commune est, sibi priuatim vendicantes. & quid mirum si prophetæ? hoc enim deus ipse in seruis quoq; facere identidem videtur, deum Abrahā & Isaac & Iacob, tāquam peculiaris illorum tantum esset. *Quòd fides vestra annunciatur in toto mundo.* Quid: omnis ne terra Romanorum fidem
† *d. in Bas.* exaudiuit: omnis ex illo. † ac nihil, non verisimile. neq; enim obscura, & ignobilis vrbs erat, verùm tanquam in fastigio quodam sita, vndequaque illustris. Mihi ipse porrò considera prædicationis euangelicæ vim, vt breui tempore publicanorum ac piscatorum opera, in ipsum vrbium caput inuaserit, vt homines Syri Romanis præceptores, atque institutores extiterint. duo igitur merita ipsis testificatur, & quòd crediderunt, & quòd cum fiducia crediderunt: & quidem tanta, vt quę de illis fama circunferretur, omnem terrarum orbem occuparet. *Vestra enim*, inquit, *fides annunciatur in toto mundo.* Fides, inquam, non verborum conflictus, neque mutuę disputationes, neque syllogismi. quanquam multa inibi erant, quæ obstare poterāt, ne euangelij doctrina reciperetur. Etenim nuper orbis principatum adepti fastu multo turgebant, in diuitiis ac deliciis vitam agentes. euangelium autem ipsum piscatores Iudæi ferebāt, & quidem ex Iudæis, gente, quam omnes oderant, atque obominabantur. quin & crucifixum adorari iubebant, eúmque in Iudæa eductum. Iam & vnà cum ipso dogmate duram vitam agentem præscribebant magistri hominibus, quibus semper curæ fuerāt deliciæ, quique rerum vitæ præsentis admiratione attoniti essent. Adde, quòd qui hæc nunciabant, pauperes erant & priuati, ignobiles, & ex parentibus ignobilibus orti. sed tamen nihil horum sermonis euangelici cursum impediuit: tanta erat crucifixi potentia, vt ipsum verbum quoquo versum circumageret. *Annunciatur enim*, inquit, *in vniuerso mundo.* Nec dixit, manifestatur: sed, annunciatur: perinde quasi in omnium ore versaretur. Thessalonicēsibus quidem hoc quum testificatur, & aliud quid-
1. Thes. 1. c dam adiungit. nam quum dixisset, A vobis pertonuit sermo domini: addidit, vt non sit nobis necesse loqui quicquam. qui enim discipuli fuerant, ij in doctorū gradu constitebant, per suam ipsorum fiduciam omnes instituentes, ad seseque illicientes. nusquam enim euangelij prædicatio constiterat, sed igne vehementius in omnem terrarum orbem inuaserat. hoc autem loco hoc solum ait, quòd videlicet annunciatur. ac rectè, inquit, annunciatur: planum faciens, quòd dictis nihil quic-
* ἀγγέλος, *id est, angeli vel nūcij.* quam, neque addendum, neque demendum esset. *Angeli enim opus hoc est, quę dicuntur, ea sola deferre. ob
Malac. 2. b quod & sacerdos angelus vocatur, quòd nō sua ipsius, sed ea tantùm nunciat, quæ ab eo acceperit, à quo delegatur. quanquam Petrus inibi etiam prædicauit. sed illius facta, sua esse ducit. vsqueadeo, quod ante diximus, inuidētia omni supra modum vacabat. *Testis est enim mihi deus, quem colo spiritu meo in euangelio filij ipsius.* Verba hæc ex Apostolicis visceribus expressa, paternum nobis animum verè repræsentant. Quid autem est quod ait? & quánam de causa deum testē citat? Agebatur de animi affectu. ac quandoquidem nondum Romanos viderat Paulus, ob id neminem hominem, sed eum potius, cuius est humana corda perscrutari, testatur. Nam quòd dixit, Amo vos (cuius rei argumentum hoc ostendit, quòd semper in precibus oret, ac velit ad eos accedere) idipsum quum non innotescceret, confugiendum *Hic infra. b* sibi putauit ad testimonium fide dignum. Num poterit quisquam nostrum gloriari quòd & ipse in priuatis precibus vniuersi ecclesiæ suæ corporis faciat &c. faciat mentionem? non arbitror, quum tamen Paulus nō pro ciuitate vna, sed pro vniuerso orbe cū deo ageret. Idq; non semel, non iterum, non tertium, sed continenter. Vt autem continenter aliquem in memoria circunferamus, fieri nō potest, nisi à magno quodam amore ac charitate: assiduè porrò in precibus habere, & indesinenter habere, considera. quantum ea res affectū amorémque requirat: quum autem dicit, *Quem colo spiritu meo in euangelio filij ipsius.* Simul quidem dei gratiam, simul autem suam nobis modestiam spectatam facit. dei gratiam, quòd tam arduum negocium commisit: suam modestiam, quòd non suo proprio studio, sed spiritus auxilio rem totam acceptam refert. euāgelij porrò additio, speciem indicat administrationis. Multi enim ac diuersi sunt administrationis modi, & latriæ itidem. Quemadmodum enim apud ipsos reges, omnes quidē vnius regnantis imperium agnoscunt, subseruiunt autem nō omnes iisdem in rebus: sed illius munus est, exercitibus imperare, huius vrbes regere, ac dispensare: illius rursus, pecunias eas asseruare, quę in thesauros recōditæ sunt: Ita & in rebus spiritualibus, hic quidem suam in deum seruitutem ac cultum ostendit in fide ipsa, in recta vitæ proprię dispensatione: Ille autem suscipienda hospitum cura, alius pertractanda indigētium præfectura. quemadmodum & inter ipsos Apostolos, Ste- *Actu. 6. a* phani munus erat, viduarum præsidium, ac patrociniū, atque hac quidem in parte deo inseruiebat. alius porrò euangelici sermonis doctrinam susceperat. cuiusmodi erat Paulus, seruiens in euangelio prædicando, & erat talis seruitutis ipsius modus. ea enim prouincia defungebatur. qua de causa non ipsum modò deum testē citat, sed & curam sibi creditam allegat: declarās sese, cui tantum munus concreditum esset, eum in falsarum rerum testem nunquam fuisse vocaturum, qui munus ipsum credidisset. Adde quòd & illud itē ostendere vult, charitatem ac solicitudinem pro eis necessariò se susce pisse. nam vt ne dicerent Romani, Tu quis nam, & vn de ciuitatis tam magnæ tamq; regię curam suscipere te profiteris? ostendit huiuscemodi curam sibi esse necessariam. siquidem seruitutis modus hic, nempe euangelij annunciatio, ipsi erat commissus. cui enim huiusmodi functio delegata fuerit, huic necessarium est perpetua eos cogitatione circunferre, qui verbum ipsum excepturi fuerint. ostendit autem & aliud item per hæc verba, spiritu meo. quòd videlicet cultus hic & gentili, & Iudaico multò est præstantior. gentilis enim & eroneus, & carnalis est. Iudaicus autem, verus quidem, sed tamen & ipse carnalis. At ecclesiæ cultus Gentili quidem aduersatur, Iudaico autem multis modis sublimior est. neque enim per oues ac vitulos, per fumum, ac nidorem latriæ nostræ modus fit, sed per ipsum animū, ac spiritum. quod & Christus declarans ait, Spiritus *Ioan. 4. c* est deus: atque eos, qui illum adorant in spiritu & veritate, adorare oportet. *In euangelio filij ipsius.* Superius dixit

Universidad de Deusto
Biblioteca

dixit euãgelium patris esse,hic filio attribuit:hac ratione indifferenter & patris & filij esse ait.didicit enim ab illa voce sancta, quòd quæ patris sunt, ea & filij sunt:
Ioan.17.b quæ rursus filij, ea & patris. Omnia enim,inquit, mea, tua sunt,& tua mea. *Quòd indefinenter mentionem vestri faciam in precibus meis.* Hoc ad germanam charitatem spectat.porrò vnum quiddam dicere videtur,quatuor autem hic ponit:& quòd memor sit,& quòd indesinẽter, & quòd in precibus,& quòd magnis de rebus: *Orãs,si quo modo aliquando prosperum iter contingat, volẽte deo,vt veniam ad vos.* Vides & summo affectu desiderãtem eos videre,nec sustinentem tamen id facere, præter dei placitũ: sed habentem desiderium suum cum dei timore cõiunctum.Amabat quidem illos, ad quos & solicite festinabat:sed tamen etiam si amaret, præter dei voluntatem, videre eos nolebat. quæ ipsa demum germana est charitas.cũ tamen nos longe secus afficiamur,vt qui vtrinque ab ipsis charitatis legibus excidamus. Vel enim neminem prorsus amamus,vel cum forte amamus,præter dei voluntatem amare consueuimus: vtrunque contra diuinam legem factitantes. quòd si cui inuidiosum videbitur,quod dixi, factum certe ipsum inuidiosius fuerit. Quo modo contra dei voluntatem amamus, dixerit aliquis? cum Christum inopia tabescentem despicimus, liberis autem,amicis, & cognatis supra quàm necesse sit,elargimur. Quum.Sed quid attinet oratione lõ
Apoſiopeſis gius progredi? nam ii suam quisque conscientiam examinauerit, pluribus certe in rebus hoc à nobis fieri inuenerit.At vero non talis erat beatus Paulus,qui & nouerat amare,vt oportet,vtq; conueniens est:tum autem omnes in amore cum exuperaret,ipsum tamen charitatis modum haudquaquam transgrediebatur. Vide ergo vtrunque eximie in eo abũdare: hinc dei timorem, hinc Romanorum desiderium. Nam quòd indesinenter precaretur, quódq; voti etiam sui minime compos, à precibus tamẽ haudquaquã desisteret: id vero à summa charitate manabat.quòd autem amore incensus,sic tamen maneret, dei voluntati cedens, atque obsecundans:id ab intensa religione,ac circunspectione nascebatur. Alibi quidem ter dominum aduocans non solũ
2.Cor.12.b non accepit,sed & contrà, cum non accepisset, magni beneficij loco duxit, quòd non esset exauditus. sic ille sese ad deum omnibus in rebus conuertebat. hoc loco accepit quidem,non cum petiuit,sed serò,ac ne sic quidem molestè tulit. Hæc autẽ dico,vt ne ægrè feramus, cum non exaudimur, vel cum serò exaudimur. neque enim sumus Paulo meliores, qui ob vtrunque gratias agit.& id quidem oppidò quàm conuenienter. se enim semel totum manui res omnes vndequaque gubernanti cum dedidisset,ac cum tanta obedientia submisisset, cum quanta lutum figuli pedibus se supponit, sequebatur quacunque deus duceret. cum ergo dixisset precari se,vt eos videret, addit & desiderij causam. causa autẽ quænam est? *Vt aliquid vobis impertiar gratiæ spiritualis, vt confirmemini.* Non enim temere, nec vt multi nunc superuacaneas ac stultas peregrinationes suscipiunt, ita ille suscipiebat: sed pro necessariis, ac valde vrgentibus rebus, neque vero apertè suam aperit voluntatem, sed obscure. non enim dixit,vt doceam vos, vt voce erudiam,vt quod deest,expleam:sed,vt aliquid impertiar, ostendens se non sua ipsius dare, sed quæ acceperit cõmunicare. atque hic rursus orationem temperat,quum ait,vt aliquid. pusillum aliquod,inquit,& iuxta modulum meum. & quódnam hoc est pusillum, quod nobis es impertiturus? hoc autem est,inquit,vt confirmemini.

Igitur & hoc gratiæ est,non quassari,non vacillare, sed firmiter consistere. Porrò autem gratiæ nomine audito, caue putes exclusam esse mercedem eam, quam ob propositum,voluntatemq; accipimus.Nam gratiam dixit. non vt reprobet, ac contemptui habeat laborem eum, quem quisque sibi voluntarium proponere debet ad bene agẽdum, sed vt succidat, atque adimat fastum eum, ac superbiam, quam insolentia atque arrogantia afferre solet.vide igitur ne animo concidas,quòd Paulus gratiam dixerit. Consueuit enim,quæ magna illius est gratitudo,& modestia,recte facta ac merita, gratias ac dona vocare, propterea quòd & in his multo indigeamus superni auxilij adminiculo. quod enim dixit,
Vt confirmemini. clàm indicauit,eos magna correctione indigere.quod enim vult dicere,hoc est: A multo iã tempore desideraui, & in votis habui, vos videre, ob nihil certè aliud,quàm vt cõstanter vos firmem, atque in dei timore consolidem,vt ne assidue vacilletis. Verum sic non dixit: perstrinxisset enim illorum animos. sed aliter,idq; remisse ipsum hoc significauit. cum enim dicit,vt cõfirmemini,hoc declarat. deinde cum & hoc valde molestum videri posset, vide quo modo orationẽ mitigat per ea quę addidit.Nã vt ne dicerent,quid? vacillamúsne? circumagimur,aut linguę tuę auxilio indigemus vt firmiter ipti consistamus? ob id anteuertẽs, tollit huiusmodi obiectionem,sic inquiens: *Hoc est,vt communem capiam cõsolationem in vobis per mutuam fidem vestram simul ac meam.* ac si dicat: Ne suspicemini quòd hoc dixerim vos incusans, ac redarguens. nõ hac mente sum locutus:sed quódnam illud est,quod volo dicere? Multas passi estis afflictiones iactati ab iis, qui vos sunt persecuti:desidero igitur videre vos, vt aliquam consolationem afferam, seu potius vt non consolationem tantum vobis afferam,sed vt & ipse à vobis accipiam. Hic tu expende magistri sapientiam. dixerat, vt confirmemini: vidit id dictum graue & inuidiosum discipulis esse,addidit consolationis verbũ.sed & hoc rursus graue,nõ perinde tamen,vt quod prius dixerat, sed tamen graue & ipsum.eius igitur grauitatẽ, asperitatemq; succidens resecat, orationem vndique edulcans acceptabilemq; reddens. non enim simpliciter dixit,cõsolationem:sed,mutuam consolationem. ac ne sic quidem satisfactum sibi putauit,sed & aliam,& quidem maiorem definitionem adhibuit,quum dixit: *Per mutuam fidem vestram simul ac meam.* Papæ,quanta hæc est animi humilitas? ostendit & se quoque illis indigere,non illos solùm ipso. ac discipulos ipsos in magistrorũ numero habuit, nihil sibi præstantiæ relinquens: sed æqualitatem magnam ostentans. Commune est,inquit,lucrum, & ego vestra egeo consolatione,& vos item mea. qui vero id fit?per mutuam fidem vestram simul & meam. Quemadmodum enim ignis naturam talem esse videmus, vt si quis multas in vnum lampadas coëgerit,splendidam reddat,& incendat lucem: sic & in ipsis fidelibus ac credulis vsu venit.Cum enim à nobis mutuò auulsi sumus, fit nescio quo pacto,vt mœstiores reddamur. cum autem mutuò nos conspiciẽtes membris domesticis hinc inde implicati, fit vt magnam consolationem accipiamus. Mihi enim hic tempus præsens ne examinaueris, per quod dei gratia, multi fidelium ordines, & per vicos,& per vrbes,& in ipsa eremo inhabitant: verũ memoriæ tuæ obuersetur tempus illud, quantum inde bonum existeret, cum & discipuli magistros contuerentur, & à fratribus fratres ex alia ciuitate profecti conspicerentur. Atque vt rem ipsam planius eloquamur,

exemplo

Universidad de Deusto
Biblioteca

exemplo vtemur. Nam si forte contingeret ac fieret, A quod tamẽ omen deus auertat, abductos nos in Persarum, vel Scytharum, vel cæterorum Barbarorũ regionem binos, ternósve, in illarum gentium vrbibus à nobis mutuò auelli, deinde repẽte quempiam ex hac vrbe aduenientem videre: considera quantam caperemus ea re consolationem? Nónne videtis eos qui in carcere vitam degunt, si quem familiarium suorum viderint, exurgere, ac præ voluptate exilire? Quòd si captiuitati, ac vinculis tempora illa confero, mirum esse non debet: illi enim multo his grauiora passi sunt, dispersi, ac profligati, in paupertate ac bellis victitantes, quotidianum interitum timentes, amicos, domesticos, consanguineos suspectos habentes, in ipso terrarum orbe tanquam in terra hospita, atque extera habitantes. seu vt verius dicam, grauiora longe tolerantes, quàm tolerare solent, qui in aliena terra degunt. Quapropter ait, B

Vt confirmemini, & mutuam capiam consolationem per mutuam fidem. Hoc autem dixit, non quòd illorum auxilio indigeret: absit hoc. quo enim pacto qui ecclesiæ colũna esset, quique idem & ferro & petra firmior, idẽ spiritualis ille adamas, idem infinitis ciuitatibus sufficiẽs, alieni auxilij indigens esse posset? sed vt ne orationem molestã, increpationémq; aerem reddat, fatetur & ipse se illorũ indigere consolatione. Quòd ũ quis hic consolationẽ, lætitiam eam interpretetur, quam fidei illorum incrementum afferebat, ea certe Paulum indigere si dixerit, minime aberrauerit. Dices: Si igitur desideras Paule, ac precaris, si & consolationem communicaturus es, quid illud tandem est, quod aduentum tuum prohibet? hanc igitur diluens suspicionem, adiicit: *Nolo autẽ vos ignorare fratres, quòd sæpe proposueram venire ad vos, licet præpeditus fuerim ad hunc vsque diem.* Vide seruilis obedientiæ mo- C dum, & simul animi admodum grati argumentum. Quòd fuerit prohibitus, dicit: quamobrem autem, non item: neque enim examinat domini mandatum, sed paret tantum. quãquam par erat hęsitare, quánam de causa vrbem tam splendidam, tam magnam, & ad quam sese totius orbis oculi conuerterent, prohiberet deus, quo minus talem magistrum, tanto iam tempore assequeretur. Siquidem quisquis imperãtem, dominantémque vrbẽ vicerit, is & subditos paruo negocio adoriatur. At quisquis regaliore vrbe missa, subditis subigendis incumbit, idem caput se negligere ostendit. Sed tamen nihil horum Paulus curiose indagat. quin potius incomprehensibili prouidẽtiæ cedit: partim animi sui moderationem spectatam faciens, partim nos omneis erudiens, à deo nunquam exigendam esse eorum, quæ facit rationem, etiam si ea multorum animos turbare D videantur. Domini enim solius est iubere, famulorum autem parẽre. Atque hac quidem de causa, quòd prohibitus sit, dicit: non etiam, quare sit prohibitus. Neque enim ego id scio, inquit: ne me igitur interrogetis, quænam sit dei voluntas, aut sententia. Nam neq; figmentũ opifici dicit, quid me sic finxisti? qua igitur, obsecro, de causa id & tu scire elaboras? nescis illum omnium eu ram habere? illum sapientem esse? illum nihil frustra, nihil temere agere? illũ te magis amare, quàm proprij parentes amẽt? illum vehementissime ac longo quidem interuallo, & patris pietatem & matris curam superare? itaque nihil amplius perueſtiga, néve vlterius progreditor. Etenim ad consolationem hæc tibi sufficiunt. Siquidem & tum Romanorum imperium sapiẽter regebatur: quòd si modum ignoras, nolito ægre ferre. hoc enim maxime fidem arguit, administrationis modum ignorantem, prouidentiæ rationem admittere. Cum igitur ex animi sententia ea confecisset Paulus quæ studiose cupiebat (quid autem id erat? nempe vt testatum faceret, se quòd adhuc ad eos non accessisset, non id fecisse, quòd illos cõtemneret, sed quòd vel maxime desiderans, prohiberetur) tum autem segniciei crimen cũ à se remouisset, illisq; persuasisset, se nihilo minore desiderio illorum videndorum teneri, quàm illimet ipsi tenerentur: rursus & aliis quidem rationibus charitatem suam ostendit. neque enim quoniam prohibitus sum, inquit, destiti ab incepto semel conatu: sed semper quidem rem attentaui, semper autem prohibitus fui, neque tamen vnquam destiti: voluntati quidem diuinæ non resistens, charitatem autem cõseruans. quòd enim Paulus in proposito perseueraret, ac minime ab eo desisteret, amoris vim probabat. quòd autem prohiberetur, ac minime resisteret, omnimodam erga deum charitatem ostendebat. *Quò fructum aliquem habeam inter vos quoque.* Quanquã & superius desiderij sui causam aperuit, eámque sibi ipsi conuenire ostendit: tamẽ & hic quoq; eam attexit, † illorum fastum atque insolentiam etiam atque etiam cõtundens.] Quoniam enim Roma sola vbique conspicua, atque illustris siue terra, siue mari, ciuitas esset, cuius peruidendæ desiderium solum multos eo impellebat: vt ne quid tale, & de Paulo quoque Romani opinarentur, néve suspicarentur, quòd venditans sese ille solum de ipsorũ familiaritate ac coniunctione, desideraret illuc aduenire, assidue ponit desiderij argumentum & causam. ac suprà quidem ait, vt aliquid vobis impertiar gratiæ spiritualis: hic autẽ apertius, vt fructum aliquem habeam inter vos quoque. *Quemadmodum & inter reliquas gentes.* Principes in subditorum numerum cogens, post infinitos triumphos, ac victorias, ipsamq; adeo consulum claritatem, cum barbaris ipsis committit. & id certe admodum decenter. nam si ad fidei nobilitatem spectes, nullus tibi erit barbarus, nullus gentilis, nullus aduena, nullus ciuis, sed in vnum, idémque dignitatum fastigium conscendunt omnes. Vide porrò, vt hic quoq; Paulus modeste se habeat: neque enim dixit, vt doceam, vt instituam: sed quid? vt fructũ habeam. neque simpliciter fructum, sed fructum aliquẽ: rursus corripiens partes suas, quemadmodum superius dixit, vt aliquid impertiar: deinde & ipsos quemadmodum iam dixi, compescens. *Quemadmodum & inter reliquas gentes.* Neq; enim hoc nomine quòd diuites, quòd cæteris præstantiores estis, minus studij erga reliquos præstamus: cum nõ ipsos diuites, sed eos tantum, qui fidem suam Christo addixerũt, quæramus. Vbi, obsecro, nunc sunt quos Græcia sapientes habuit, iidem barbam submittentes, exomidas amicti, magnopere intumescẽtes ac turgidi? En tabernaculorum texendorum artifex non ipsam tantum Græciam, sed & Barbaram terram omnem cõuertit: cum qui apud illos quâ ageretur, quâ circũageretur Plato, ter in Siciliam profectus, cum verborum illorum fastu ac fumo, cum magna illa, quã de eo cõceperant, opinione, ne vnius quidem tyranni cõpos euaserit, quin potius ab illo tam infœliciter se explicuerit, vt & ipse libertatem amitteret suam. At tabernaculorum texendorum artifex hic, non Siciliam modo atque Italiam, verum vniuersum terrarum orbem verbum dei prædicans, peragrauit. cum interim artem nõ intermitteret, sed vel tum quoq; pelles cõsueret, officinæq; suæ præesset. neq; vero ea res patricios, ac magnates offendebat. idq; iure optimo. Non enim artes ac studia, sed mendacium, & conficta dogmata despicabiles reddere

Infra 9. d

† nimirũ vt diligẽter illorũ suspicionem tollat]

Hic sup. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

reddere ſolent præceptores. propterea illum quidem Athenæ irrident, huic autem aſsiduam operam dãt, & barbari,& rudes, & idiotæ. nam euangelij prædicatio communis omnibus propoſita eſt, quæ quidem nec dignitatis differentiam,nec generis excellentiã,nec aliud quicquam id genus nouit. ſola enim fide opus eſt,non ſyllogiſmis.quapropter admiratione digna eſſe in primis debet,non ſolum quòd & vtilis,& ſalutaris, ſed ꝙ & facilis, & procliuis, & omnibus ſuſceptu facilis. id quod dei maxime prouidentiã arguit ſua omnibus cõmunia proponẽtis. Quod enim in Sole ac luna,in terra ac mari, cæterisq; deus fecit, nõ diuitibus quidem ac ſapientibus plus partiens,maioremque copiam faciens, ſed æqualem omnibus vſumfructum proponens: id & in ipſa,quam dico,euangelij prędicatione fecit.idq; tãto etiam magis, quanto ea rebus illis magis eſt neceſſaria.quapropter & Paulus aſsidue ait,omnibus gentibus. deinde declarans ſe nihil illis largiri, ſed mandatum domini implere, tum autem illos releganſ ad dei vniuerſalem œconomiam,ait:] *Debitor ſum.* Quod & ad Corinthios ſcribens ait.hoc autem dicit,vt omnia deo ipſi tribuat. *Ita quantum in me eſt, paratus ſum vobis quoque, qui Romæ eſtis,euangelizare.* O animam generoſam,hominis rem tot, tantiſque periculis obnoxiam ſuſcipientis, peregrinationem maritimam,tentationes,inſidias, defectiones.par enim erat eum qui diſputaturus eſſet cum tanta ciuitate,& ea impietatis tyrannide oppreſſa, tentationum agmen,ac veluti grandinem perferre:itaque & inibi mortuus eſt,imperatoris iuſſu capite truncatus. Sed tamen cũ pericula tanta expectaret, nihilo pigrior reddebatur, ſed feſtinabat,ac parturientis more appetebat, & promptus erat. propterea ait, *Quantum in me eſt, paratus ſum vobis quoque qui Romæ eſtis euangelizare.non enim me pudet euangelij Chriſti.* Quid ais ô Paule? Cum conueniret vt diceres,glorior, ac meipſum iactito: non hoc, ſed quod hoc minus eſt, dicis, quòd videlicet te minime pudeat.quam locutionem in rebus non admodum inſignibus,vſurpare conſueuimus. quid igitur eſt quod ait,& quamobrem ſic loquitur? cum præſertim alioqui ob id magis Euangelium, quàm vel ob ipſum cœlum glorietur. Siquidem ad Galatas ſcribens, Mihi autem ait,abſit gloriari,niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti.Cur igitur hic non ait,glorior,potius quàm,non me pudet? Romani admodum ſtupeſcebant ad res mundi huius,ob diuitias,ob principatum,ob victorias,quin & ſuos iidem imperatores diis pares exiſtimabant. quos certe etiam eo nomine dignabantur. vnde & templis, & aris,& ſacrificiis illos colebant. cum ergo ſic illi turgerent,eſſetq; Paulus Ieſum prædicaturus, Ieſum inquã fabri filium exiſtimatum,eundémq; in Iudæa eductum, idq; in tenuis mulieris domo,ſatellitibus nullis ſtipatũ, non opibus abundantem,ſed vt reum condemnatum, interq; latrones mortuum,tum autem eũ, qui alias multas ignominias pertuliſſet: ac veriſimile quidem eſſet, fore,vt Romani pudore ſuffunderentur,vt qui nihil dũ rerum arcanarum ac magnarum caperent, propterea ait,non me pudet,illos interim erudiens non erubeſcere. nouerat enim, quòd ſi id illi eſſent aſſecuti, ſtatim progreſsi vlterius eouſque peruenirent,vt & gloriarentur.Ad eundem modum, ſi & tu quoque quempiam audieris dicentẽ,Cruci ſuffixum adoras:ne te pudeat,neu ad terram oculos deiicias:ſed gloriare, ac tibi ipſe placeas,liberisq; oculis, & facie erecta confeſsionẽ admittito.qui ſi rurſus dixerit, Crucifixũ adoras:& tu rurſum ad illum,adoro quidem, ſed non adulterum, non parricidam,non liberorum propriorum cæſorem (tales enim apud illos dei omnes) verum eum qui per crucem dæmonibus os obſtruxit,eorumq; infinitas incantationes, impoſturáſque ſuſtulit. Etenim crux propter nos, ineffabilis humanitatis opus, eadem magnæ curæ ſymbolum. præter hæc autem quæ dixi, quandoquidem & dicendo valde ſibi placerent Romani,ac peregrina ornati ſapiẽtia turgidi eſſent,veſtris iſtis omnibus, inquit Paulus,ſyllogiſmis multam ſalutem dicens, ad vos accedo, crucem prædicans: nec me propterea pudet.

Potentia ſiquidem eſt dei ad ſalutem. Ad ſalutem dicit,eo quòd & dei potẽtia & ad pœnã quoque exiſtit. etenim cum Aegyptios puniret,Hæc mea,inquit,magna eſt potentia,& potẽtia etiam ad exitium. Timete,inquit,eum *Matth.10.c* qui & animam & corpus gehẽna poteſt perdere. Propterea ait Paulus,non hæc ad vos aduenientes affero, non quæ ad pœnam, ac ſupplicium, ſed quæ ad ſalutem faciunt,quid igitur? nónne & hæc nunciabat euãgelium? de gehẽna ſermonem:de exterioribus tenebris? de ver- *Matt.8.b* me peſtifero:ex nullo enim alio loco, quàm ex euange- *Mar.9.g* lio hæc cognoſcimus.qui igitur potentia dei ad ſalutẽ? ſed audi & quæ ſequuntur. *Omni credenti Iudæo primum & Græco.* Non enim ſimpliciter omnibus,ſed ſuſcipiẽtibus.quanuis enim gentilis fueris, quãuis per omne vitiorum genus volutatus, quanuis Scytha, ac barbarus, quanuis mera belua, quanuis omnis rationis expers,& peccatorum ſarcinis ſexcentis onuſtus,ſimulatq; de cruce ſermonem excepiſti,& baptizatus es, fit certe, vt illa omnia deleas. Quare autem hic ait, Iudæo primum & Græco? quid hæc ibi vult differentia? atqui perſæpe dixit,quòd neque circunciſio, neque præpucium quicquã *Gala.5.b* faciunt.quo modo igitur hic diſtinguit, Iudæum Græco anteponens? quid tandem eſſe poteſt? neque enim quòd primus ſit,idcirco maiorem accipit gratiam: idẽ enim donum & huic & illi datum eſt. Verum ordinis duntaxat honos eſt verbum id,primum. neque enim ſuperiores partes in hoc obtinet, quòd maiorẽ iuſticiam acceperit: ſed in hoc ſolum honoratur, quòd primus eam acceperit. quandoquidem & in eorum qui illuminantur numero(noſtis quid dicam,qui myſtę eſtis)omnes quidem ad baptiſma accurrunt, non omnes autem eadem hora:ſed hic primus, ille ſecundus. non tamen primus plus accipit, quàm ſecundus: neque hic plus eo, qui poſt eum accedit: verum eadem omnes aſſequuntur.igitur hoc loco,primum,verbi honos eſt, non gratiæ abundantia.deinde cum dixit,ad ſalutem,rurſus auget ipſum donum, oſtendens non ad tempus tantum præſens pertinere, ſed & vlterius progredi. hoc enim declarauit cũ dixit, *Iuſtitia enim dei per illud patefit.* Qui igitur iuſtus effectus eſt, is non per præſens tantum ſeculum,ſed & per futurum viuet. Neque vero hoc ſolũ, ſed & aliud quiddam ſubindicat: nempe ſplendorem, ac claritatem eiuſcemodi vitę.quandoquidem enim licet & cum dedecore ſeruari (quod in multis nonnunquam vſu venire videmus, qui benignitate regia debitam pœnam euadentes ſeruãtur) vt ne quis tale aliquid ſuſpicetur,audito ſalutis nomine, addidit & iuſticiam: iuſticiam,non tuam,ſed dei, abundantiam ipſius ac facilitatem ſubindicans.Non enim ex ſudoribus ac laboribus ipſam aſſequeris,ſed à ſuperno dono accipis,vnũ duntaxat ex te afferens, fidem. deinde quandoquidem quod dixerat, ſuaſibile minime videbatur, ſi adulter, mollis, ſepulchrorum compilator, incantator confertim,non modo à pœna liberatur,ſed & iuſtus efficitur, & iuſtus quidem iuſticia ſuperna, à veteri teſtamento

ſermoni

ad reddẽdã deo de omnib' gratiarũ actione: dicit, qui Romæ eſtis,euangelizare. Græcis ſimul & barbaris,eruditis pariter ac rudib']

Galat.6.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

sermoni fidem astruit: ac primum quidem breui verbo vastum historiarum mare vnicuique intueri valēti adaperit. quòd enim dixit, ex fide in fidem, relegauit auditorem ad dei ordinationes eas, quas in veteri instrumento factas legimus. quas ipsas ad Hebræos scribens magna cum sapientia edisserit, & iustos, & peccatores
Hebr.11.f etiam tum sic iustificatos ostendit. propterea & Raab, & Abrahæ mentionem fecit. postea autem, (cum hic solum illud subindicasset, currebat enim ac festinabat ad aliam quandam contemplationem) à prophetis rursus sermoni fidem conciliat, Abacuc in medium adducēs, clamantem, ac dicentem, quòd non licet aliter viuere,
Abac.2.a ei quidem certe qui victurus est, nisi per fidem. Iustus enim, inquit, ex fide viuet, de futura vita loquens. Quādoquidem enim quæ deus largitur, ea omnia humanæ cogitationis captum superant, meritò fide nobis opus est. Qui enim plus æquo sibi tribuens præ fastu, atque arrogantia, reliquos contemnit: is certe nihil quicquam proficiet. Audiant miseri hæretici spiritualem vocem. Talis est enim cogitationum natura. Labyrintho cuipiam ac gryphis similis est, nullum vsquam finē habēs, neque cōcedens cogitationem stare supra petram, originem ab arrogantia, ac nimia sui opinione assumens. cum enim quosdam pudeat ad fidei susceptionem ac-
†humana. cedere, vt ne videantur † cœlestia ignorare, ipsi sese in cogitationum veluti quisquilias, ac minutias coniiciūt. Itáne vero miser & infœlix, atque infinitis prosequende lachrymis, si quis te roget, quo modo cœlum sit cōfectum, quo modo terra: & quid dico cœlum ac terrā? quo modo tute formatus? quo modo enutritus, & auctus, te tuæ minime pudet ignorantię: sin vero de vnigenito sermo existit, præ pudore te ipse in exitij barathrum cōiicies? quòd te videlicet indignum existimes, cui non omnia cognita sint. Atqui indignitas potius ea censenda est, quoties contendis, quoties intempestiue, ac curiosē nimis, quòd tute ignoras, perscrutaris. Sed quid hic de dogmatibus loquor? A malicia enim nobis per hanc vitā contracta non aliunde liberamur, quàm per ipsam fidem. Sic & veteres illi omnes claruere, sic Abraham, sic Isaac, sic Iacob, sic meretrix salutem inue-
Hebr.10.f nit & in veteri, & in nouo instrumento. Fide enim, ait, Raab meretrix speculatoribus ab ea exceptis, non interiit vnà cum incredulis. neque secum ipsa dixit, Quî poterunt hi, cum sint captiui, fugitiui, exules, vitámque erronum agant, ipsos nos vrbis, mœnium, ac turrium dominos sub suam victos potestatem cogere? quandoquidem si hæc secū elocuta fuisset, & se ipsa, & illos vnà perdidisset: quod ipsum & fecerunt maiores illorum, qui tum seruati sunt. Illi enim, quandoquidem conspectis viris magnis, ac prægrandibus, victoriæ modum
Num.14.g disquisiere, omnes nullo bello, nulla instructa acie perierunt. Vides quanta incredulitatis pernicies, quantus item fidei murus sit? Illa enim multa milia pessundedit: hæc autem vel meretricem mulierem non seruauit modo, sed & tam magni item populi præsidem effecit.

Morale.

Hæc ipsa igitur, itémq; & his longe plura cum ita se habere cognoscamus, à deo eorum, quæ agūtur, rationem nunquam exigamus. Verum quicquid ordinauerit, id omne admittamus: nihil anxiè indagantes, nihil curiosē perscrutantes, vt etiam in humani animi rationem non cadat, quod ille mandauerit. quid enim, quæso, absurdius fuerit, quàm parentem, iugulare vnigenitum suum filium, eundémq; legitimum? sed tamē iustus
Gene.22.a ille id facere iussus, non curiosē de mandato scisscitatus

A est, sed iubentis dignitate perpensa, mandatum duntaxat admisit. Et alius item iussus à deo prophetam per- *3.Reg.20.f*
cutere, quandoquidem, quòd illi res absurda esse videretur, curiosius de ea perscrutatus est, ac simpliciter non paruit, pœnas extremas dedit: percussor autem probatus est. Et Saül item, hominem cum prēter dei placitum *1.Reg.15.b*
seruasset, regno priuatus est, incuranda mala perpessus. Iam & alia præter hæc permulta exempla inuenias, per quæ omnia edocemur, & quidem magnopere, diuinorum mandatorum rationem nunquam esse exigēdam, sed cedendum tantum ac parendum. Quòd si periculosum est quæ ille mandauerit, de iis curiosius indagare, extremúmq; supplicium curiosis propositū est: quám nam tandem defensionem habituri sunt, qui ea curiosē perscrutātur, quæ sunt his multo & secretiora & horribiliora? Verbi gratia, quo modo deus filium generauit,
B & quánam ratione? quænam porrò in deo substantia? His igitur perpensis bonorum omnium parentem, fidē, magna cum beneuolentia suscipiamus, vt tanquam in tranquillo portu vela explicantes, tum quæ recta sunt dogmata obseruemus, tum vitam nostram cum securitate dirigētes, æterna tandē bona assequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, †vnà cū sancto spiritu in secula seculorū, Amen. *†imperium, honor & adoratio eū sancto spiritu.*

Homilia tertia.

Palàm fit enim ira dei de cœlo, aduersus omnem impietatem, & iniustitiam hominum, qui veritatem in iniustitia detinent. Vide Pauli prudentiam, vt ab iis quæ mitiora sunt exhortatus, ad ea quæ formidinē incutiunt sermonem vertat. nam cum dixisset euangeliū salutis, ac vitæ causam esse, tum autem & dei nobis po-
C tentiam, ac iusticiam repræsentare: enarrat & ea, quæ terrere quidem possunt eos, qui illud respuerint. Quādoquidem enim persæpe euenire videmus, vt bona hominum pars nō perinde bonorum promissione, atque minarum terrore ad virtutem pertrahantur, vtrinque ipsos allicit. propterea & deus ipse nō solum cœlorum regnum promisit, sed & gehennam comminatus est: & prophetæ item cum Iudæis hac ratione agebant, mala bonis assidue temperātes. Quapropter & Paulus sic orationem variegat, haud tamen simpliciter, verum, quę læta, ac mitia sunt, ea proponit, deinde & quæ molesta: ostendens quòd illa quidē à dei antegressa & primaria sententia obueniunt, hæc autem à negligentium malicia. Sic & propheta primo loco bona obtēdit, cum ait: Si volueritis, ac me exaudieritis, terræ bona comedetis: *Esa.1.e*
sin nolueritis, ac dicto meo parentes nō fueritis, machæ
D ra vos absumet. hac ratione & hic Paul⁹ sermonē promouet. Considera autem: venit, inquit, dominus afferēs remissionē, iusticiam, vitā. nec hæc simpliciter, sed per crucem. quod autem maximum, & mirabile, non quòd talia largitus sit solum, sed quòd & talia passus. Si igitur iniurij fueritis in ipsa dona, tum manent vos quæ molesta sunt, vide porrò, quēadmodum orationem attollat: *Palàm fit enim ira dei de cœlo.* Vnde hoc liquet? hoc si fidelis quispiā dixerit, Christi apophthegmata, ac sententias allegabimus: sin autem infidelis, & ethnicus, ei Paulus os obstruit, per ea quæ sequuntur, nempe per ea argumenta, quæ dei iudicium arguunt: ab iis, quæ per illos fiunt, irrefutabile argumentum in medium adducēs. quod ipsum maxime est ab inexpectato, cum videlicet eos, qui veritati aduersantur, per ea, quæ quotidie & faciunt ipsi, & dicunt, declarat, veritatis dogmata cō mendare ac probare. Sed hæc quidem in subsequentibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus.Interim autem propositum sequamur. *Palàm fit ex-* A *nim ira dei de cœlo.* Atqui & hac quoque in vita id persæpe vsu venit:videlicet dum pestis,dum fames,dum bellum ingruunt: etenim priuatim singuli & communiter vniuersi puniuntur.Quidnam igitur noui tum erit? Nẽpe quod supplicium & maius,& commune, & præterea non earundem rerum causa. nunc enim quæ fiunt, ad correctionem fiunt:tum autem ad pœnã.Id quod Pau-
1.Cor.11.g lus declarans,dixit,Erudimur nunc, vt ne cum mundo condemnemur.ac nunc quidem multi sunt,quibus aduersa permulta accidere videntur,nõ à superna ira,sed ab hominum vi atq; iniuria.tum autem palàm fiet,supplicium à deo immissum:cũ videlicet sedens iudex pro terribili tribunali,alios quidem iubebit in caminos trahi,alios vero in tenebras exteriores, alios ad alia, & ea ineuitabilia,& minime ferenda supplicia.& quamobrẽ non sic aperte enunciauit,videlicet,quòd filius dei ven B turus est cum infinitis angelis,& ab vno quoq; factorũ rationem exacturus:potius quàm,palàm fit ira dei? Auditores etiam dum ex neophytorum numero erant, ob quod ipsos primum allectat,iis quæ apud illos valde in confesso erant:præter hæc autem quæ dicta sunt,& aduersum gentiles inuehi mihi videtur : quapropter hinc exorditur . postea autem & de Christi iudicio sermonẽ inducit. *Aduersus omnem impietatem & iniustitiam hominũ, qui veritatem in iniustitia detinent.* Hic ostendit multas esse impietatis vias,sed veritatis vnam tantum.Etenim varia, multiformis,& confusa quædam res est impostura. Veritas autem,vna.posteaquã vero de dogmatibus dixit,dicit & de vita,iniustitiam hominum allegãs. Iniustitiæ enim,multæ.Alia siquidem circa pecunias fit:nẽpe cum quis in iis proximo fraudi est.alia ad rem vxoriam spectat:cum quis coniugij fidem fallens,vxore de- C
1.Thes.4.b relicta,alterius nuptias dirimit. etenim & hoc,fraudem Paulus vocat,his verbis, Ne quis opprimat ac fraudet in negocio fratrem. Alij rursus vxoris ac pecuniarũ loco,proximi gloriam labefactant, ac denigrant. & hoc
Prouer.22.a porrò iniustitia est.etenim melius nomẽ bonum,quàm diuitiæ multæ. nonnullis autẽ placet & hoc à Paulo de dogmatibus fuisse dictũ, sed tamẽ nihil prohibet quin de vtroq; dictum intelligas.quid autem illud est? *Qui veritatem in iniustitia detinent,* Per subsequentia discito:

Propterea quòd id quod de deo cognosci potest, manifestum est in illis.Deus enim illis patefecit. Verum huiusmodi gloriam lignis circumposuerunt,& lapidibus.Quemadmodũ igitur cui regales pecuniæ creditæ fuerint,mandatúmque acceperit,vt eas in regis honorem ac decus insumat, Is si in prædones,scorta,magos,eas insumpserit,hósq; regiis pecuniis splendidos reddiderit, tanquam qui ma- D xime regem offenderit,pœnas penditiita & hi,cũ accepissent noticiam de deo,déq; eius gloria,deinde idolis illam circũposuissent, in iniustitia veritatem detinuerunt,ac quod in ipsis quidem fuit,cognitionem iniuria affecerunt,cum ea ipsa,quatenus decens fuit,vsi nequaquam fuerint. Apertum ne vobis est quod diximus? an apertius denuo dicendum illud est? quidnam igitur illud est,quod dicimus? cognitionem sui deus hominib⁹ iam inde ab initio indidit. Verum hanc cognitionem ethnici lignis ac lapidibus circumponentes,veritatem, quod in ipsis fuit,iniuria affecerunt. Illa enim immutabilis manet,vt quæ habeat propriam gloriam immotã. at vndenã liquet, quòd ipsis indidit deus sui cognitionẽ ô Paule? propterea quòd,inquit,quod de eo cognosci potest,manifestum est in illis.Hoc ipsum vero sentẽtia est,non demõstratio. Tu porrò mihi adstruito,probato,ac declarato, quòd cognitio de deo illis manifesta fuerit,& quòd sponte sua illam prætermiserint. vndénam igitur manifesta erat? vocem è supernis immisit illis deus? nequaquam.sed quod illos voce validius illicere poterat,id fecit, mũdi creatione in medium proposita,vt possit sapiens,rudis,Scytha, Barbarus, ex ipso aspectu,eorum quæ oculis subiecta sunt, pulchritudinẽ edoctus,ad deum conscendere. *Si quidem quæ sunt inuisibilia illius ex creatione mundi dum per opera intelliguntur, perspiciuntur.* Quẽadmodum & Propheta inquit, Cœli enar- *Psal.18.d* rant gloriam dei. Quid enim eo die dicent gentiles:te ignorauimus? Itáne vero nõ exaudiistis cœlum,vocem ab aspectu emittentem, nõ exaudiistis compositam rerum omniũ harmoniam tuba illustrius clamãtem? noctis ac diei leges non perspicitis perpetuo statas,atq; immobiles?hyemis,veris , cæterorúmque anni temporum compositum ordinem,firmum & immotum?maris clementiam,idq; in tanta fluctuum conturbatione? denique omnia ordinem seruantia,eadémq; tum à pulchritudine,tum à magnitudine ipsum opificem veluti preconio annunciantia?hæc enim omnia & his etiam plura contrahens Paulus,dixit: *Siquidem quæ sunt inuisibilia illius ex creatione mundi dum per opera intelliguntur, perspiciuntur, ipsaq; æterna eius potentia ac diuinitas in hoc vt sint inexcusabiles.* Quanquam nũ hoc nomine ea fecit deus, & si hoc vsu venit.non enim vt ipsos defensione priuaret,doctrinã tantam in medium proposuit,verum vt ipsum cognoscerent. Ingrati autem effecti, se ipsi defensione priuarunt. deinde ostendens quo modo defensione sint priuati,ait: *Propterea quòd quum deum cognouerint, non vt deum glorificauerunt, neque grati fuerunt.* Vnum hoc crimẽ maximum, Alterum post illud, quod etiam idola coluerint. quod & Hieremias increpans,ait : Duo mala patrauit *Hiere.2.c* populus iste,me dereliquerũt fontem aquæ viuentis, & *Iudæi deũ* foderunt sibi cisternas dissipatas.deinde quòd dei no- *deseruerũt,* ticiam habuerint,neq; tamen noticia,vt decuit,vsi fue- *& cum idolis fornicati* rint,adducit hoc ipsum, nempe quòd deum cognoue- *sunt.* rint.ob quod adiecit: Propterea quòd cum deum cognouerint,non vt deum glorificauerunt.& causam quidem addit, ob quam in tantam amentiam dilapsi sint. quænam igitur ea? cogitationibus rem totam cõmiserunt.verum non sic dixit, sed quod multo erat terribilius: †*Frustrati sunt enim]per cogitationes suas,& obtenebratum* † *Sed frustrati sunt]* *est insciens cor eorum.* Quemadmodum enim in nocte iluni,si quisperegrina via ingredi conetur, aut mare nauigare, non solum nõ perueniet ad finem destinatum, sed peribit protinus: sic & isti iter ad cœlum ferens aggressi,à se lucem cum ademerint,ac pro ea cogitationũ tenebris sese inuoluerint, in corpore incorporeum, in figura infiguratum exquirentes, naufragium infestissimum fecerunt. Cum iis autem quæ dicta sunt,& aliã erroris illorum causam ponit,cum ait: *Cum se crederẽt esse sapientes, stulti facti sunt.* Magnum enim quiddam de se imaginantes,nec sustinẽtes ea via ingredi,qua deus eos ingredi iussit,amẽtiæ cogitationibus immersi sunt. deinde ostendens, atque ob oculos ponens ingẽtem illorum fluctuationem,vt videlicet infesta, & venię omnis expers esset,addidit: *Et mutauerunt gloriam immortalis dei in similitudine imaginis corruptibilis hominis, & volucrum,& quadrupedum,& reptilium.* Primum crimen,quòd deum non inuenerunt.secundum, quòd causas magnas,& apertas haberent.tertium,quòd dicerent se esse sapientes.quartum, quòd non solum non inuenerunt , sed quò venerationem illã in dęmonas,in saxa,ac ligna deflexerunt. Deinde quidem in epistola ad Corinthios illorum fastum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

stum,sed non perinde illic, vt & hic. Illic enim ipsis ex cruce plagam infert,dicens: Quod stulticia dei,sapientior est,quàm homines. hic vero citra etiam comparationem,ipsorum sapientiam per se taxat, ostẽdens stulticiam esse,& arrogantiæ duntaxat ostentationem. deinde vt intelligas quòd cum haberẽt de deo noticiam, sic eã prodiderunt,hoc verbo,mutauerunt,vsus est. qui autem mutat,tanquam aliud habens mutat. voluerunt enim amplius quiddam inuenire,finibus sibi datis non contenti.quapropter & ab iis exciderũt, vt qui nouitatem appetiuerint.Etenim huiuscemodi omnia Græcorum fuere, ob quod aduersum semetipsi mutuo stetere. Et Aristoteles quidẽ aduersus Platonẽ insurrexit. Stoici autem in hunc infremuerunt,& alius aliis hostis extitit: vt non tam illos conueniat ob sapientiam admirari,quàm auersari,& odisse,quoniam quidem ob hoc ipsum & stulti fuere.Nisi enim*se ipsi cogitationibus,syllogismis,ac sophismatis commisissent, illis nõ accidisset,quod accidit. deinde accusationẽ in illos intendẽs, taxat omnem illorum idololatriã. mutatio certe qualiscunq; in primis ridicula, eiuscemodi autem mutatio in tam absurda extra omnem est excusationem.In quæ igitur mutauerunt,& quibus tandem rebus gloriam circumposuerunt:Considera. Cogitare de illo oportebat, quòd deus, quòd omnium dominus, quòd cũ minime essemus,nos fecerit,quòd prouidet, quòd nostri curam habet.hæc enim dei gloria. quibus igitur hanc acceptã tuleruntne hominibus quidem,verũ similitudini imaginis corruptibilis hominis: ac ne hic quidem cõstitere, sed & ad bruta vsq; animantia deuenere: imò vero & ad horum imagines.Mihi porrò Pauli sapiẽtiam cõtemplare.quemadmodum duo summa posuerit,deum, superne:& reptilia,inferne,seu potius,ne reptilia quidẽ, verum horum similitudines,vt illorum luculentam insaniam aperte ostendat. Quam enim noticiam habere decebat de eo,qui citra cõparationem, omnium excellentissimus est, hanc omniũ sine contentione vilissimo applicarunt. Dices, quid hæc ad philosophos? Ad hos maxime omnium quæ dicta sunt,pertinent.Etenim illi rerum harum inuentores Aegyptios præceptores habent. Et Plato, qui cæteris tamen grauior esse videtur, huisce gloriatur:quin & huius præceptor hæc ipsa admiratus, ad ea obstupescit. hic enim est, qui gallum iubet Esculapio sacrificari. hinc brutorũ horum animãtium, & reptilium imagines, atque adeo cum his reptilibus & Apollinem & Liberum coli videas. Nonnulli autẽ philosophi & in cœlum quoque subuexerũt Tauros,Scorpios,Dracones,reliquasq; omneis nugas. Vbique enim diabolus operam nauauit,homines ad reptilium similitudines submittere, & animantibus minus rationis inter cætera habentibus,eum supponere,quem deus supra ipsum cœlum sublatũ esse voluit.Neque vero hinc tantum, sed & aliunde videas eorãdem antesignanum iis, quæ diximus, obnoxium esse. Nam cum poëtas in vnũ cogit,illisq; fidem esse habendam affirmat,in iis quidẽ, quæ de diis sentiunt, tanquam exacte callentibus,nihil aliud,quàm nugamentorum congeriem accumulat. & horum multum risum quia oportere ait, verum esse vt existimemus. *Quamobrẽ tradidit eos deus per cupiditates cordium suorum in immundiciam, vt ignominia afficiant corpora sua inter se mutuo.* Declarat hinc ipsam impietatem in causa fuisse cur leges deprauatæ ac violatæ fuerint. tradidit autem hoc loco, significat, permisit. Quemadmodum enim si quis exercitus præfectus prælio ingraescẽte retrocedens abscesserit,hostibus milites tradit, haudquaquam ipsos impellens, verum suo ipsius auxilio nudãs: sic & deus,eos dimisit,qui admittere ipsius præcepta noluerunt,sed statim inter primos ab eo defecerunt, cum ipse partes suas omnes expleuisset. contemplare porrò, pro doctrina mũdum in medium proposuit.dedit mẽtem & cogitationem quæ posset, quod cõueniens erat, intelligere.nulla re eiusmodi ad salutem vsi sunt,qui id temporis vixerunt homines:quin potius, quod acceperunt,id detorquẽtes,in contrarium inuerterunt. Quid igitur faciundum erat? ad necessitatem, ac vim veniẽdum? At non hoc licet fortibus ac virtute præditis:cæterum reliquum erat, missos facere: id quod & fecit, vt vel sic periculo facto, fugerẽt mortales cupiditatũ suarum turpitudinẽ. Etenim si quis rege natus,patre ignominia affecto,versari malit cum prędonibus,sicariis,ac sacrilegis,illorúmq; conuictui paternam domum postponat:hunc dimittit pater, sic vt tandem experimento probet propriæ dementiæ magnitudinem.Quamobrẽ porrò nullius alterius peccati meminit?videlicet cędis, auariciæ,cęterorum id genus,sed intemperantiæ?videtur mihi subindicare eos, qui tum audirent, epistolámque acciperent. *In immundiciam, vt ignominia afficiant corpora sua inter se mutuo.* Vide emphasim maxime perstringentem. ait enim illos aliis haudquaquam indigere, à quibus contumelia afficiãtur: verum eadem aduersum seipsos patrare: ad quę ab inimicis inuitari ac componi possent. Postea causam resumens, rursus ait: *Qui ipsi commutauerunt veritatem* dei mendacio:& venerati sunt,coluerúntque ea,quæ condita sunt,supra eum qui condidit.* Quæ valde erant ac magnopere ridicula per speciem ponit:quæ autem videntur aliis esse grauiora,generaliter.atque omnibus modis demonstrat, earum rerum quæ conditæ sunt cultum ad Gentiles pertinere. vide porrò quemadmodum orationem apertam reddat. non enim dixit simpliciter, coluerunt ea, quæ condita sunt: sed,supra eum qui condidit, vbique hac ratione crimen attollens, atque adeo ipsa contentione illos omni venia priuans. *Qui est laudandus in secula. amen.* Cæterum non propterea,inquit, ipse detrimentum accepit: manet enim laudandus ac benedictus in secula. hoc loco demonstrat, quòd deus illos dimisit, non vt sibi ipse auxilio foret, quandoquidem illi nihil incommodi accidit. nam quanquam illi iniuriam fecerunt, tamen ipse non accepit, neque sanè eius gloria aliqua ex parte lacera, ac mutila facta est,sed manet ipse omnino laudandus.Si enim sæpe fit,vt qui philosophatur, nihil incommodi ab iis patiatur,à quibus in contumeliam trahitur:multo magis de deo id sentiendum nobis est, cuius natura neque lædi, neque verti, cuius gloria neque immutari, neque moueri potest. Etenim homines hac potissimum in re similes deo efficiuntur, quoties malũ nihil patiuntur ab iis, qui ipsis incommodare volunt: quoties nihil læduntur, ab iis qui lædunt: nihil vapulant, ab iis qui verberant: nihil irridentur ab aliis ipsos irridentibus. Dices, Id vero quî fieri potest? fieri, fieri admodum potest: quum ille videlicet factis non indoluerit. quî vero fit, inquis, vt ille minime indoleat? quîe datur quidem & non indolere. Etenim,quæro ego ex te: Si te infantulus tuus contumelia afficeret,ecquid contumeliam existimares? quid autem? doleret tibi? nequaquam: sin autem doleret, tum esses risu dignus.

1.Cor.1.d

* τὰ καθ' ἑαυτούς,

Romani olim intemperantiæ multũ obnoxij.

**hęc dictio dei,hoc locõ habetur, nec infra. Theophyl. tamen eam habet.*

Morale.

Ad eundem modum erga proximos afficiamur, sic fiet vt molesti nihil patiamur. nam qui nos iniuria afficiunt,

ficiunt,sunt infantulis dementiores:neque tamen quæramus,vt iniuria afficiamur,verũ vt iniuria affecti,forti ac generoso animo feramus.hic enim demum est solidus honor.quid ita?quoniam hoc,nempe iniuriã fortiter ferre,in manu tua positũ est:illud,nempe iniuriam inferre,in alterius. Nónne vides adamantem, dum feritur,percutere?At natura huius,inquis,ita habet.& tibi quoque ab ipsa voluntate accidere illud idem potest, quoque à natura illi accidit. quid autem?nõne vides, Infantes in fornace minimè vri? &, Danielẽ in lacu nihil mali pati? Idipsum & nunc quoque existere potest.Adsunt & nobis leones,ira,& cupiditas, pernicioſis dentibus armati hostes,discerpentes quisquis in illos inciderit. Danielem igitur imitare,minimè concedens,vt affectus eiusmodi dẽtes animæ tuæ infigant. At ille gratiam suppetias sibi afferentem habuit. rectè,quãdoquidem hanc gratiam voluntas ipsa prævenit.Quamobrẽ si voluerimus & ipsi, tales nos præstare, præstò erit & nũc gratia:atque vt etiam feræ illæ esuriant, latus tuum haudquaquam contingent. Si enim corpus seruile conspectum reueritæ sunt, membris Christi cõspectis (hoc enim sumus, qui fideles sumus) quî fiet, vt minus conquiescant? quòd si non conquiescent, in causa erũt,qui feris illis obiecti fuerint. Etenim hisce leonibus multi impensam subministrant, scorta nutrientes, alienas nuptias perfringentes, inimicos vlciscentes: quo fit vt antequam ad ipsum solum accedant, discerpantur. At hoc in Daniele non accidit, neque in nobis si voluerimus,id vsu veniet: sed & amplius quiddam reportabimus, iis quæ tum euenerunt. Illum enim non læserunt leones. Nobis verò si sapiemus,& vsui erũt,qui nos iniuria afficient. Sic certè Paulus inclaruit, nempe ab iis, qui ei incommodum molirentur, insidiasque struerẽt. Sic Iob, à non paucis plagis illis. Sic Hieremias, à lacu cœni.Sic Noë,à diluuio. Sic Abel ab insidiis. Sic Moyses,à Iudæorum inuidentia.Sic Helisæus.Sic vnusquisque magnorum illorum virorum, non à requie, non à deliciis, verum ab afflictione,à tentationibus insignes coronas reportarũt. Quapropter & Christus quum intelligeret, hoc demum esse argumẽtum, per quod quis deo commendari posset, discipulos sic appellabat: In mundo afflictionem habetis,sed tamen bono animo estote.Ego vici mundum.Dices,quid?Nónne multi dei- Ioan.16.g
ecti sunt,malis,quibus premerentur,fracti? Nequaquã sanè per tentationum naturam, sed per suam ipsorum socordiam. Cæterùm qui vnà cum tentatione præstat etiam modum, quò sustinere, atq; à malis eluctari possis, ille idem manu porrecta, omnibus nobis aderit, vt magna nostra gloria tanquam præconis voce victores declarati, æternas coronas assequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi: per quem, & cum quo, patri gloria, vnà cum sancto spiritu, in secula seculorum,Amen.

Daniel.3.c
Ibid.6.c.f
& 14.f

Homilia quarta.

QVamobrem tradidit eos deus in affectus ignominiosos. Nam & fœminæ illorum mutauerunt naturalem vsum, in eum, qui est præter naturam: similiterq́, & masculi,relicto naturali vsu fœminæ, exarserunt per concupiscentiã sui alius in alium. Animi morbi quidem omnes ignominiosi, sed maximè in masculos insania. Etenim ab ipsis delictis anima magis patitur, dedecoraturq́;, quàm ab ægritudinibus corpus.Contẽplare porrò,vt & hic quoque ipsos venia priuet,quemadmodũ & quum de dogmatibus verba faceret,de fœminis quidem sic locutus:

A *Mutauerunt naturalem vsum,in eum,qui est præter naturam.* Neque enim,inquit,dicere possit quisquã, quòd à naturali coitione prohibitæ, ad hoc morbi confugerint: neque quod dũ non haberent,vnde cupiditatem suã complerent,ad hanc absurdã impegerint rabiem.Verbũ enim hoc, mutare, eorum est,qui habent: quo etiam vsus est, quum de dogmatibus ageret. Veritatem *dei mẽdacio mutauerunt: aliter autem & ipsum hoc declarauit, de masculis loquens: *Relicto*,inquit,*fœminæ vsu naturali.* Ac iuxta tum illas,tũ hos ab omni defensione excludit,increpans ipsos non solũ quòd fruitionem haberent, eâque,quam haberent,relicta, ad aliam se cõtulerint, sed quòd naturali vsu per eos reprobato,ad eũ,qui est præter naturam adcucurrerint.Difficiliora autem, atq; insuauiora ea sunt,quæ præter naturam fiunt:quapropter ne voluptatem quidem se capere, dicere possint: vera B enim ac germana voluptas ea demum est,quę secundũ naturam est.At quum deus destituerit, tum omnia sursum,ac deorsum feruntur. Quamobrem nõ ipsum modò dogma illis satanicũ erat,sed & vita diabolica Proinde de dogmatibus quum loqueretur, mũdum ipsum in medium adduxit, & cogitationem item humanam, dicens,quòd intellectu dato à deo,per ea,quæ videren *Hic sup.c* tur,poterant ad ipsum opificem,veluti manu præeunte perduci: quod quum in animum sibi inducere noluissent,manserunt indigni,qui veniam assequerẽtur.Hoc loco pro mũdo, voluptatem eam substituit, quæ est secundum naturam,qua quidem poterant ipsi maiore cũ libertate ac licentia frui, & pleniori lætitia susceptа, à C dedecore ac turpitudine sese eximere:id quod tamẽ noluerunt, vnde & veniam haudquaquam sunt assecuti: quin & ab ea omnino sunt excluſi in ipsam naturã iniurij: ac quod in his ignominiosum quidem est, ipsas etiam mulieres ostendit,id genus coitiones venari,quas tamen viris oportebat esse verecundiores. Pauli porrò prudẽtia meritò hic nobis admirabilis est, vt qui quum in duas res sibi inuicem aduersantes incidisset, vtrasq; exactè absoluerit.volebat enim grauitate,ac reuerentia seruata loqui,& auditorẽ tamen interim mordens percellere. at hæc ambo non dabantur, sed alterum alteri impedimento erat. Nam si quid reuerẽter dicas, haudquaquam possis auditorem perstringere: quod si rursus vehementer perstringere volueris, necesse tibi est aperta ac nuda oratione rem designare. At prudens ac beata Pauli anima vtrunque exactè præstitit,ipso naturæ nomine & increpationem augens, & hac tanquam parapetasmate ad enarrationis verecundiam vsus. Deinde mulieribus prius perstrictis,ad viros progreditur, D dicẽs: *Similiter & masculi relicto naturali vsu fœminæ.* Quod ipsum est extremæ perditionis indicium, quum scilicet vtrunq; genus corruptum est, quumq; tum qui mulieri præceptor est ordinatus tum quę viro auxiliatrix iussa est esse, hostium inter se officiis funguntur.Considera autem quanta cum emphasi dictiones vsurpet. non enim dixit illos amasse, ac desiderasse inter se mutuò, sed exarsisse mutuò per appetentiam sui: Vides ab auiditate omne malum exortum,quum ipsum desiderium videlicet non sustineat intra proprios terminos consistere. Quicquid enim terminos à deo statos transgreditur, id absurdarum, ac minimè legitimarum rerum appetens est. Quemadmodum enim fieri sæpe videmus, vt qui ciborum appetitionẽ amiserint,terram, ac lapillos comedant: quiq; impotẽti siti correpti fuerint, ij & cœnum quoq; nõnunquam ad bibendũ appetant: ita & illi ad huiusmodi amorẽ illegitimũ efferbuerunt.

Quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quòd si dixeris,& vnde desiderij huius intentio? à dei A
destitutione:dei autem destitutio vnde? ab eorum im-
probitate, qui illum reliquerunt, *Masculi in masculos tur-*
pitudinem peragentes. Ne enim posteaquam audieris,ait,
quòd exarserũt, desiderij solius morbum esse putes. Et-
enim bona mali huius pars ab eorum manat socordia,
quæ desiderium ipsum incendit:quapropter non dixit,
pertracti,aut occupati, quod quidem alibi ait, quid er-
go? *Peragentes.* Opus constituerũt peccatum,nec sim-
pliciter opus,sed & studio absolutum:neque dixit,desi-
derium:sed, turpitudinem, & quidem propriè. etenim
& ipsam naturam dedecorarũt, & leges calcarunt. Vi-
de porrò magnam confusionem vtraque ex parte na-
tam. neque enim caput solùm infernè, sed & pedes su-
pernè erant positi. & hostes ipsi inter se extitere, perni-
ciosam quandam & quouis bello intestino iniquiorem
pugnam, eandemq; variam introducentes. Etenim in
quatuor ipsam species nouas, & illegitimas diuiserunt. B
neque enim duplex, aut triplex, sed & quadruplex bel-
lum hoc existebat. Considera porrò,oportebat duos v-
num esse,mulierẽ & virum dico:erũt enim,inquit,duo
in carne vna:præstabat autẽ hoc consuetudinis deside-
rium,& copulabat genera ipsa inter se.hoc desiderium
diabolus tollens, & in alium deriuans modum, sic ipsa
eadẽ à se genera diremit,vt quod vnum erat, duas par-
tes faceret, contrà quàm lex diuina instituisset: ea enim
Gen.1.d ait,duo erunt in carne vna,hic autẽ vnam in duo disse-
cuit: ecce bellum vnũ. rursum ipsas has duas partes, &
cõtra se,& inter se ipsas infensas reddidit:ipsæ enim fœ
minæ fœminas contumelia afficiebant rursus, nõ viros
solùm: & viri item contra se ipsi steterant, & cõtra fœ-
mineum genus,perinde vt si in pugna aliqua nocturna
versarentur. Vides secundũ,& tertium bellum,& quar-
tum & quintũ? est & aliud. nam vnà cum iis, quæ dixi-
mus,& ipsam quoq; naturę legem violarunt.posteaquã
enim vidit diabolus desiderio genera eadẽ maximè cõ
iungi,studuit vinculũ discindere,sic vt genus dissolue-
rit,non ex eo solùm,quòd iuxta legis ordinẽ semen nõ
proferret, sed ex eo quòd inter sese iidẽ illi infensi mu-
tua seditione conflictarentur. *Et mercedem quam oportuit,*
errores sui in semetipsis recipientes. Vide quo modo rursus ad
mali fontem se confert impietatem à dogmatibus na-
tam,& mercedẽ esse ipsam ait iniquitatis illius: poste-
quam enim nõ visum est illi,impiis, & iis, qui sic vitam
instituere malunt,supplicij ac gehennę fidẽ facere nunc
posse,sed risui se potius fore, ostendit in ipsamet demũ
voluptate hoc suppliciũ residere. quod si minimè per-
sentiunt,sed delectantur,ne mirum tibi sit. Etenim qui
insaniunt,ac phrenesim patiuntur,ij certè multas,& eas
miserandas in semet iniurias dum inferunt, ob quæ fa-
cta aliis lachrymas cient,ob ea ridẽt quidem ipsi,& in-
solescunt, nec tamen illos propterea dixerimus supplici-
cio liberatos, sed hoc nomine pœna grauiori affligi,
quod ne ipsi quidem norint, quibus, quantisq; in malis
versentur miseri. neque enim ab ægrorum, sed à sano-
rum calculo sententiam ferre nos oportet:quandoqui-
dem antiquitus & lex esse res ea videbatur.ac legislator
quidã apud illos sanxit,vt serui neq; in sicco sese vnge-
rent, neque puerorum amoribus vacarent, hãc scilicet
prærogatiuã ingenuis solis concedens,seu vt verius di
cam,hãc turpitudinem: quum tamen ne turpitudinem
quidẽ factum eiusmodi esse crederẽt, sed veluti vene-
randũ, honestum, ac maius quàm quod seruorum per-
sonis cõueniret,liberis ipsis permiserint. Et istud quidẽ
admiserunt sapientissimus Athenienſiũ populus,& qui
A magnus apud illos habitus est Solon: cum eo quoque
quòd & multos philosophorũ libros hocce morbo re-
fertos inuenias. Nec tamen hinc rem legitimam esse,
quin eos potius, qui legem huiusmodi admisere, mise-
rabiles,multisque lachrymis persequẽdos dicimus.quæ
enim dedecora admittunt mulieres eæ, quæ corpora
prostituunt sua, eadem atque adeò iis miserabiliora &
hi quoque patiuntur. Nam illis si minimè legitimus, at
certè naturalis est coitus: hic autẽ & illegitimus & præ-
ter naturam. Vt enim nec gehennam, nec supplicium
comminatus esset deus, certè id quouis supplicio dete-
rius fuerit:quòd si delectantur,pœnę certè additamen-
tum mihi narras: neq; enim si quem videro nudũ, cur-
rentem, cœno corpus totum, vt colore, sordidantem,
tum autem sese minimè præ pudore obtegentem, quin
potius sibi hoc nomine placentẽ, huic sanè de eo facto
gratulabor, quin cũ potius deplorabo, quòd ne se qui-
B dem indecorè agere persentiscat. Vt autem & cõtume-
liam ipsam manifestius declarem,patiamini si placet,&
me aliud exemplũ vsurpare.Si enim virginem hac pœ-
na mulctares,vt sola in cubiculo versans cum brutis a-
nimantibus rem haberet, postea autẽ eadem illa huius-
modi coitione delectaretur: nõnne,obsecro,fieret, vt,
vel hoc potissimum nomine,lachrymabilis foret,quòd
morbo liberari eo nequiret,nõ ob aliud,nisi quòd mor
bum ipsa suum ne sentiret quidem? omnino ita liquet.
Quòd si illud graue,ne hoc quidem minus illo: etenim
contumelia à domesticis accepta, ea sanè miserabilior
est,quam externi adferunt.Hos equidem †iis etiam,qui †αὐθεν-
sibiipsi mortẽ consciscũt,] deteriores esse affirmo: præ- *φόνωι*
stiterit enim mori, quàm tanta contumelia accepta vi- *homicidis.*
uere. nam †qui se ipse interimit, is] animam à corpore †*homicida*
dissociat:at hic animam vnà cũ corpore perdit.Quod-
C cũque porrò delictum nominaueris,nullum huic pec-
cato par dixeris:qui si facta sua sentirent, qui patiuntur,
sexcentas vtique mortes obierint, vt ne hoc paterẽtur:
neque enim est, neque inquam est hac iniuria alia vlla
nec grauior, nec rationis minus habens. Nã si de scor-
tatione Paulus differens dixit, peccatum omne, quod- *1.Cor.6.d*
cunque commiserit homo,extra corpus esse,qui autẽm
scortatur,eũ in propriũ corpus delinquere: quid de in-
sania hac dixerimus, quæ ipsa tantò est scortatione de-
terior, quantũ ne verbis quidẽ exprimere licet? Neque
enim hoc solùm dico, quòd fœmina effectus sis, sed q
perdideris ipsum hoc, nimirũ virum esse, & quòd neq;
in hanc transieris naturam, neque quam haberes asser-
uaueris, sed communis vtriusque effectus sis proditor,
dignus quem tum viri tum fœminæ lapidibus à se exi-
gant, tanquam qui vtrũque genus iniuria affeceris. At-
que vt intelligas, quantum hoc demum sit,si quis ad te
D adiens promitteret fore, vt te ex viro canem efficeret: nõnne ab eo tanquã exitioso declinares? Tu verò
dispicito, te ipse nõ ex viro canem effecisti, sed animal
hocce animante infamius:id enim ad vsum accommo-
dum: at catamithus nullibi vsui esse possit. Quid au-
tem? quæso. Si quis profiteatur præstaturum se, vt viri
pariant,& à partu in lecto decumbant: nõnne fieret,vt
ira, atque excandescentia compleremur? At verò vi-
de nunc,certe qui sic rabiunt,perfecerunt ipsi, vt dete-
riore conditione essent.Neque enim par,idẽmque fue-
rit,in muliebrem naturam migrare,& vir interim dum
manes, fœminam fieri, quin potius neque hoc, neque
illud fuerit.Quòd si & aliunde mali enormitatem per-
noscere vis, interrogato, quamobrem, qui se ipsi eu-
nuchos faciunt, eos legislatores pœna afficiant: & in-
telliges,

Universidad de Deusto
Biblioteca

telliges, id non ob aliud esse, nisi quòd naturam mutilent: quanquàm non eousque illi iniurij sunt. sunt enim vel post mutilationem, multis quidem locis vsui, qui erecti fuerint. At quisquis scortum se facit, hoc nihil est quæ inutilius: neque enim anima solùm, verùm & corpus eius, qui hęc patrat, infame est, ac certè dignum quòd vndequaque exterminetur. quot tandem, obsecro, gehennæ his plectendis sufficerint? Quòd si audito gehennæ nomine, irrides, ac fidem non habes: illum ignem recordare Sodomorum. Vidimus enim vidimus, & in præsenti quoque vita, gehennę effigiẽ: quandoquidem enim multi futuri erant, qui iis fidem minimè habituri essent, quæ post resurrectionẽ futura sunt, nunc quum iidem audiant, esse ignem inextinguibilem, à rebus præsentibus illos deus erudiuit: tale est igitur Sodomorum incendium, & vastatio illa: id quod sciunt ij, qui ad ea loca profecti, plagam illam diuinam, ac cœlestium fulminum opus oculis subiecere. Cogitato quàm graue illud sit peccatum, vt quod ipsam gehennam etiam ante tempus existere coëgerit. Nam posteaquàm permulti verba despicerẽt, illis deus per ipsa demum opera, gehennæ effigiem ostendit, noua quadam ratione: erat enim prẽter omnium opinionem pluuia illa, quoniamquidẽ & præter naturam ipsa coitio: atque ea quidem pluuia terram * exusit, quoniam & illorum animos desiderium: ob quod pluuia eadem ferebatur, contrà quàm solita ista, ac quotidiana ferri soleat: neque enim non excitabat modò terræ vterum ad fructuum generationem, sed & ad seminum susceptionem inutilem efficiebat. Talis enim erat ipsa Sodomitarum coitio, eiuscemodi corpus inutilius reddẽs. Quid enim viro corpus suum meretricio more prostituente abominabilius? quid autem sceleſtius? ô insaniam, ô stupiditatem. vnde, malum, hæc debachata est concupiscentia, humanam naturam hostium incommodis, atque adeò tantò grauioribus afficiens, quãtò anima corpore prẽstãtior est: ô vos & brutis insipientiores, & canibus impudentiores: nusquam enim huiusmodi cõgressus apud illos: sed agnoscit proprios terminos natura. Vos autem genus vestrum infamius brutorum genere effeciſtis, & in his, quæ dico, iniurij, & per vos inuicem iniurij. Vnde igitur mala hæc enata sunt? à deliciis, à dei ignoratione. quum enim excusserit quis dei timorem, protinus bona omnia pessum eunt.

Morale.

Vt ne igitur hoc eueniat, dei exactum timorem ante oculos habeamus. nihil enim ita hominem perdit, quàm si illũ cõtingat ab hac anchora excidere: quemadmodum nihil contrà ita illum seruat, quàm assiduus in illum aspectus. Nam si hominem quum præsentem contuemur, tum ad peccandum tardiores reddimur, sæpe autem & seruos modestiores subuerti, absurdi nihil admittimus: considerato quantam adepturi simus securitatem, si nos contigerit, deum assiduè in oculis ferre. nusquam enim diabolus nos sic compositos adorietur, tanquam frustra laboraturus: qui si aberrantes, ac sine freno palantes viderit, sumpto à nobis exordio, poterit vbique, vt scabiosas oues, à grege summotos depellere. Et quod ignauis famulis vsu venire in foro solet, vt ministeriis necessariis posthabitis, ad quæ peragenda à dominis suis dimittuntur, inconsulto, ac temerè sibi occurrentibus affixi, ocium illic absumant: hoc ipsum sanè & nobis quoque accidat necesse est, quoties à dei mandatis aberramus. Stamus enim admirati diuitas, corporis pulchritudinem, & alia item ad nos nihil pertinentia, illorum famulorum exemplo, qui mendicis morionibus, ac per præstigias quasdam miracula repræsentantibus intenti, serò domum vbi redierint, extremis plagis cæduntur: multi autem & propositum iter prætereunt, secuti alios turpiter & inhonestè in huiusmodi facinoribus sese gerentes. Nos verò caueamus, ne similia patremus. etenim dimissi quidem sumus ad multa, & ea vrgentia, peragenda: quæ si, omissis illis, steterimus oscitantes ad hæc infructuosa, tempore omni nobis frustra & incassum absumpto, extremum luituri sumus supplicium. Etenim si te ipse exercere vis, habes quæ admirari, & circa quæ totum tempus ore hianti esse debes, quæ quidem non risu, sed admiratione, multisque laudibus digna sunt: idq; eò magis, quòd qui ridiculorum rerum admirator est, & ipse quoque sæpe talis euadit, atque adeò illo deterior, qui risum aliis excitat. Quod vt ne tibi accidat, pedem inde quàm primùm referto. Cur enim, quæso, stas ad diuitias hians, ac veluti attonito similis? quídnam, obsecro, mirandum spectas, ac tale, quod oculos tuos morari debeat? equos auro stratos, famulos, illos quidem barbaros, illos autem eunuchos, & sumptuosas item vestes, & molliciei deditum in iis animum, & † & contractum illorum supercilium, & circuitiones, & tumultus: hæc ipsa, obsecro, quorsum admiratione digna fuerint? Hi autem quid à mendicis differunt in foro tripudiantibus, ac fistula canentibus? Siquidem & ij magna virtutis fame correpti choream agunt, quàm illi, magis ridiculam, acti & circumacti, nunc quidem ad lautas extructásque mensas, nunc ad meretricium fornicem, nunc ad adulatorum gregem, & parasitorum turbam. Qui si auro splendescunt, hoc potissimum nomine miserabiles sunt, vt quibus præcipuo studio ea sint, quæ ad ipsos nihil spectant. Mihi enim ne vestes ipsas intueare, verùm ipsorum animam denudato, ac dispicito, num ea vulneribus innumeris abundet: num pannos induta, desolata sit, & à nemine recta. Quid igitur externa insania opus est? etenim longè melius fuerit, pauperem esse cum virtute victitantem, quàm regem cum malicia. pauper enim apud se animi deliciis perfruitur, exteriorem non sentiens paupertatem, ob diuitias interiores. At rex deliciatus in iis, quæ ad ipsum nihil spectant, in iis sanè, quæ ad ipsum in primis pertinent plectitur, nimirum in anima, in conscientia, in cogitationibus, illum vel mortuum comitantibus. His igitur intellectis aureas quidem vestes exuamus, virtutem autem amplexi induamus, tum voluptatem ex ea nascentem: hic enim & hac in vita, & in futura multis deliciis perfruemur, ac bona promissa assequemur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi: per quem, & cum quo, patri gloria, vnà cum spiritu sancto, in secula seculorum, Amen.

* κατὲ-
κουσεν legit
Brixius.

† elatum.

Tomus quartus.

Homilia quinta.

ET quemadmodum non probauerunt vt deum agnoscerent, ita tradidit eos deus in reprobam mentem, vt facerent quæ non conueniebat. Vt ne videatur ipsos subindicare, dum nimius est in lasciuo puerorum amore vituperando, transit deinceps ad alias peccati species: quapropter & sub aliis personis orationem totam prosequitur. Ac sicuti cum fidelibus de peccatis verba faciens, & ea volens ostendere fugienda esse, gentes in medium adducit, quum ait: non cum affectu concupiscentiæ, veluti reliquæ gentes, quæ

1. Thes. 4. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibidem.c

deum non nouere: ac rursus, Ne doleatis quemadmodum & cæteri non habentes spem: sic & hoc loco ostendit, peccata ad illos pertinere, eosdemq; omni venia priuat. non enim ea facinora ab ignorantia, sed à meditatione, ac studio orta affirmat. quapropter non dixit, & quemadmodum non cognouerunt, sed non probauerunt, vt deum agnoscerent. peccatum id tale esse significans, vt ad id iudicio corrupto, ac peruicacia potius prolapsi, quàm vi pertracti fuerint: vnde & ostendere vult, peccata non carnis esse, sicuti hæretici quidem dicunt, sed cogitationis, ac malæ concupiscentiæ, atque illinc malorum fontem scaturire. Mens enim reproba quum semel facta fuerit, necessario fit, vt omnia distrahantur, ac subuertantur, nimirum auriga iam corrupto. *Repleti omni iniustitia † scortatione, auaritia.* Vide omnia cum intentione dicta: etenim repletos esse ait omni iniusticia. Ipsam porrò viciositatem generaliter vbi extulit, & huius quoque partes eximiè persequitur, dicens, pleni inuidia, cæde: hoc enim ex illo ortum est, quemadmodum de Abel, ac Iosephi ostensum est. Deinde vbi eos dixit contentione, dolo, malis præditos moribus, susurrones, obtrectatores, dei osores, contumeliosos, & quæ multis indifferentia esse peccata videntur, ea criminum loco vbi posuit, ipsam rursus accusationem auget, in ipsam malorum arcem conscendens, quum ait elatos, ac glorioſos: grauius enim peccatum admittit, qui de peccato admisso sese effert, gloriatúrque quàm qui simpliciter peccat. ob quod & Corinthiis idipsum vicio vertit, quum ait: & vos inflati estis. nam si qui ob meritum aliquod suum inflatus est, illius fructum omnem amittit: quam, obsecro, pœnam non mereatur, qui ob peccatum à se admissum gloriatur? neque enim qui talis est, pœnitentia vnquam compungetur. posteà ait:

† πονηρίᾳ, malicia, legisse videt πονηρίαι, vtrúque habetur in vulgari editione, qua vtitur ecclesia.

1.Cor.5.a

Excogitatores malorum. Hic ostendit eos haudquaquam peccatis iam natis fuisse contentos, sed & alia quædam adinuenisse. quod rursus eorum est qui meditantur, ac studeant, non autem qui vi rapiuntur, ac pertrahuntur: quum autem viciositatem per partes explicasset, ostendissetque quòd & contra naturam rursus stetissent (ait enim parentibus immorigeri) deinceps ad huiusmodi pestis radicem progreditur, eos dictitans à charitatis affectu alienos, ac fœderis minimè obseruantes. Hanc enim & Christus maliciæ causam esse ait, dicens, quum repleta fuerit iniquitas, tunc frigescet charitas. Hoc igitur & hic Paulus ait, eos appellans pactorum haudquaquam tenaces, alienos à charitatis affectu, nescios fœderis, immisericordes, & ostendens quòd naturæ donum prodiderint: ita enim comparatum est, vt habeamus genuinam, ac naturalem quandam inter nos necessitudinem, quam & feræ quoque bestiæ inter se obseruant. Vnumquodque enim animal, ait ille, sui simile amat: & homo item proximum suum. At hi illis extiterunt efferatiores. Eum igitur morbum, qui à malis dogmatibus in terrarum orbem inuasit, per hæc nobis repræsentauit, ac planum fecit laborantium ignauiam ac desidiam vtriusque ægritudinis authorem esse. ostendit præterea, quod & dum de dogmatibus ageret fecit, & hic quoque illos ipsos venia esse priuatos. propterea ait:

Matth.24.a

Eccli.13.c

Qui cum dei iusticiam nouerint, nempe quòd ij, qui talia faciunt, digni sunt morte, non solùm ea faciunt, verumetiam iis assentiuntur qui faciunt. Obiectionibus duabus hic positis, vtrasque præcipuè sustulit. Quidnam enim, ait, allegare possis? quòd nescias quæ agenda sint? tu verò, vt id maximè ignores, in causa sanè es, vtpote qui deum id tibi indicantem deserueris. nunc autè & multis quidem rationibus ostendimus te, id nec ignorare, & vltro tamen peccare: at ab ipso traheris affectu: quid igitur & adiuuas, & laudas? non enim solùm ea faciũt, inquit, sed & assentiuntur iis, qui faciunt. Difficiliore igitur obiectione, & ea quæ nullam planè veniam meretur, prius posita, vt aduersarium euincat: est enim peccante multò deterior qui peccatum commendatione prosequitur, sed hoc ipsum prius quum dixisset, per id quod vehementius est, rursus in subsequentibus eundem aduersarium mancipat, ita dicens: *Quapropter inexcusabilis es ô homo quisquis es, qui iudicas: nam hoc ipso quòd iudicas alterum, te ipsum condemnas.* Hæc in ipsos principes inuehens, dixit. Nam ea quidem vrbs, tum totius orbis principatum tenebat. anteuertens igitur, ait: tuam tibi defensionem eripis heus tu, quisquis es. quoties enim adulterum condemnas, interim autem ipse es adulter, vt te nullus homo iudicet, quod ad rei damnandi iudicium pertinet, contra te sententiam tulisti. *Scimus autem quòd iudicium dei est secundum veritatem aduersus eos qui talia agunt.* Vt ne quis enim diceret, interim quidem elapsus sum: territans ait, non perinde esse apud deum, vt & hic. hic enim alius quidem peccati sui pœnas luit: alius autem illo eodem peccato admisso, supplicium euadit: at illic non perinde res habet. Iam quòd ipse iudex nouerit, quod iustum est, addidit Paulus, non etiam vnde nouerit: superuacaneum enim erat. Suprà de impietate dum ageret, vtrunque certe ostendit, & quòd deum qui cognouisset, impius tamen esset, & vnde cognouisset: nempè à mũdi fabrica: quandoquidem enim omnibus non innotescebat, causam addidit. Hoc verò loco quod omnibus veluti confessum est, præterit: porrò vbi ait, Quisquis es, qui iudicas: non solum cum principibus, sed & cum priuatis ac subditis verba facit. Siquidem omnes homines, vt thronum nõ conscendant, vt carnifices, vt fidiculas, ac compedes minimè habeant: attamen & ipsi quoque eos, quos peccare intelligunt, iudicant in colloquiis, in communibus cœtibus, in conscientiæ calculo, ac pronunciare quidem nullus audeat, quòd adulter supplicium non mereatur: sed alios, ait, iudicant, non seipsos: hanc enim ob causam in eos acriter insurgit, dicens: *Cogitas autem hoc ô homo, qui iudicas eos, qui talia faciunt, & facis eadem, quòd tu suffugies iudicium dei?* Posteaquàm enim multiplex esse ostendit orbis terrarum peccatum, ab ipsis dogmatibus, ab ipsis rebus, & quòd sapientes essent, quòd ipsam creaturam haberent, à qua veluti porrecta manuductarentur, quòd non ob id solùm quòd deum reliquissent, sed quòd reptilium similitudines elegissent, quòd virtutem respuissent, quòd obluctante natura ad vicium transfugissent: vicium, inquam, quod præter naturam esset: progreditur deinceps, vt ostendat, quòd & qui talia faciunt, pœnas luunt. Porrò autem ipsam pœnam iam declarauit, quum actionem ipsam dixit. Præmium enim, inquit, quod oportuit, erroris sui in se recipiunt. Sed tamen quoniam hanc ipsi pœnam non persentiscunt, expressit & aliam quam maximè reformidant, quam & ipsam iam demonstrauit: quum enim dixit, quòd dei iudicium est secundum veritatem, aliud nihil quàm id, quod dico, exprimit: veruntamen & hoc idem aliis pluribus probat rursus, sic inquiens: Cogitas autem ô homo, qui iudicas eos, qui talia faciunt, & facis ea-

cis eadem, quòd tu fugies iudicium dei? iudicium ipse tuum non effugisti, & dei iudicium effugies? quis tandem hoc ita esse dixerit? quanquam tute te ipsum iudicasti. Sed posteaquam tanta fuit iudicij exuberantia, vt nec tibi quidem ipse parcere potueris: nónne deus, qui peccandi nescius, suprà quam dici potest, iustus est, idipsum multò magis effecturus est? Teipsum tutemet condemnasti, deus autem admitter, probabit, ac laudabit? qui id, obsecrò, rationi consentaneum est? quanquam quòd ille abs te condemnatur, hoc maiorem tute pœnam mereris. Neque enim perinde est, si simpliciter pecces, atque si alterum, qui peccauerit, quum punieris, in eadem cum illo peccata rursus prolabaris: vides quo pacto crimen auxit? Etenim si tu, inquit, de eo pœnas sumis qui in leuioribus deliquerit, præsertim quum futurum sit, vt tibi interim ignominiæ notam sis allaturus: nónne deus præsertim nullam sibi inde dedecoris notam inusturus te, te inquam à propriis cogitationibus iam damnatum, grauius condemnaturus est? Qui si dixeris non nescire, te supplicio dignum esse, sed contemnere, propter illius lenitatem, atque inde fiduciam tibi sumis, quòd in præsentia pœnas non das: certè hoc ipso nomine conueniens fuerit vt formides, ac contremiscas. Neque enim ille differt ob hoc, vt ne ipse pœnas des, sed vt grauiores des: si modò incorrigibilis perseueras: quod tibi nunquam vsu veniat, quapropter addit: *Aut diuitias bonitatis illius, aut tolerantiæ lenitatisq; contemnis, ignorans quòd bonitas dei ad pœnitentiam te inuitat?* Dei vbi lenitatem laudauit, ac declarauit illam maximum afferre lucrum, iis, qui attenti fuerint (hoc ipsum autem erat peccantium ad pœnitentiam illecebra) timorem auget. nam quemadmodum iis, qui ea lenitate rectè vsi fuerint, salutis argumentum est: sic iis, qui eam contempserint, grauioris supplicij causa esse solet. Hoc enim quod vulgo circunfertur, nempe quòd bonus, ac lenis deus quum sit, pœnas minimè reposcit: sed tritum hoc verbum quum dicis, inquit, aliud sanè nihil dicis, quàm supplicij ipsius intentionem: mansuetudinem enim præfert deus, vt à peccatis te eximas, non etiam, vt peccata peccatis accumules, qui nisi id feceris, terribilius certe iudicium te manet. Quamobrem quandoquidem lenis est ille, danda est in primis opera, vt ne peccemus, néve illius beneficentiam improbitatis, ingratitudinisque argumentum efficiamus. Vt enim lenis ille sit, punit tamen prorsus. Vnde hoc nobis liquet? ab iis quæ subsequuntur. Nam si vicium maximè regnat, nec mali tamen pœnas dedere, prorsus necesse est, aliquando vt dent: si enim hæc haud negligunt homines, qui deus neglecturus est? Quare & iudicij sermonem induxit. Nam quòd ostenderit multos pœnæ esse obnoxios nisi eos pœnituerit, deinde illos eosdem pœnas non dedisse, hic iudicium prorsus futurum colligit, idq; cum intentione. quapropter ait: *Sed iuxta duriciam tuam & cor pœnitere nescium colligis tibi ipsi iram.* Quum enim neque mansuetudine molliatur, neque terrore flectatur, hoc quid magis induratum esse queat? posteaquam enim dei benignitas quanta sit ostendit Paulus, tum demum terribilis est ei, qui ne sic quidem ad pœnitentiam redierit. Vide porrò quàm propriè dictionibus vtatur. Colligis enim, inquit, tibi ipsi iram: manifestans quod prorsus reconditum est, ac demonstrans non eum, qui iudicat, sed eum qui iudicatur, huius rei authorem esse. Tibi enim ipsi, ait, colligis, non tibi deus: etenim ille omnia præstitit, quæ oportebat. perfecit enim vt cognoscerес, tum quæ bona essent, tum quæ mala, præterea & lenitatem exhibuit suam, ad pœnitentiam te vocauit, diem comminatus est terribilem, modis omnibus ad pœnitentiam te illiciens. Qui si inflexus manes, *Tibi ipsi colligis iram in die iræ & reuelationis, & iusti iudicij dei.* Vt ne enim audito iræ nomine, affectum, animiq; morbum esse putes, addidit, iusti iudicij dei. rectè autem reuelationis verbum vsurpauit: tum enim hoc reuelatur, quum pro sua quisque dignitate recipit. Nam hac in vita multi sæpe, contrà quàm æquum, iustumq; est, aliis incommodant, atque insidiantur, at non sic in futura. *Qui redditurus est vnicuique iuxta facta sua, iis quidem qui perseuerantes in bene agendo.*

Postquàm se terribilem ac grauem ostendit, inferenda iudicij ac futuri supplicij mentione, continuò supplicium ipsum ad id quod auditores expectabant non coniecit, sed orationem ad suauius quiddam vertit, nempe bonorum operum retributionem, sic inquiens, *Iis quidem qui perseuerantes in benefaciendo gloriam & honorem & incorruptionem quærunt, vitam æternam.* Hoc loco eos, qui animum perferendis tentationibus desponderint, erigit: ostenditque non oportere fiduciam omnino suam in ipsa fide sola habere. nam illud prætorium & facta item examinat. Vide porrò, vti, quum de futuris bonis loquitur, manifestè ac liquidò bona ipsa, qualia sint, explicare nequeat, sed & gloriæ & honoris nominibus abutatur. nam quandoquidem ea bona humanis omnibus bonis superiora sunt, non habet, vnde rerum earum imaginem proferat: sed ea nobis, ab iis quæ apud nos splendida, & illustria esse videntur, vtcunque repræsentat, à gloria, ab honore, à vita. hæc enim ab hominibus maiorem in modum expetuntur. Illa autem non eiuscemodi sunt, sed his eo etiam præstantiora, quòd & incorruptibilia & immortalia sunt. Vides vt & nobis corporum resurrectionis valuas adaperuit, incorruptionis verbo vsus. nam incorruptio de corpore eo quòd corruptioni obnoxium est, dicitur. Postea quandoquidem ne hoc quidem satis erat, addidit, gloriam & honorem. Omnes enim incorrupti resurgemus: sed non omnes ad gloriam, verùm hi quidem ad pœnam, illi verò ad gloriam. *Iis verò qui sunt contentiosi.* Rursus enim venia eos priuat, qui in vitiositate viuunt: ostenditque à contentione atque ignauia in maliciam illos prolabi. *Et qui veritati quidem non obtemperant, sed parent iniustitiæ.* Ecce & aliam rursus incusationem: quámnam enim excusationē habeat, qui luce relicta, tenebras sequi mauult? nec dixit illos à vi aliqua, ac tyrannide cogi, sed iniustitiæ parere, vt intelligas voluntatis lapsum esse, non necessitatis crimen. *Afflictio, & anxietas aduersus omnem animam hominis perpetrantis malum.* Hoc est vt diues, vt consul, vt imperator sis, neminem veretur iudicij ratio: nullus enim hic locus ipsis dignitatibus relictus est. Postquam igitur declarauit morbi enormitatem, causamq; addidit, videlicet quòd morbus is ab ægrotantium ignauia ortus sit, denique quòd perditio illos exceptura est, tum autem vbi correctionis facilitatem ostendit, rursus ludæum in ipso supplicio grauat. nam qui maiorem assecutus est doctrinam, is legem trangrediens maiori supplicio dignus fuerit. Quapropter quò prudentiores fuerimus, aut potentiores, eo punimur magis, quum delinquimus: etenim si diues es, plures ipse pecunias exigeris, quàm qui pauper est: si prudentior, maiorem obedientiam: si principatu ornatus, illustriora facinora: breuiter in omnibus

Iudicij diuinum non fidē solum, sed facta etiam expendit.

ἐπιταυξεσ-ζεως.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliis eadem ratione,pro virili,proq; modulo conferes.

Gloria verò & honor & pax omni operanti bonum, Iudæo primùm,& gentili. Quèmnam Iudæum hoc loco dicit?aut de quibus tandem gentilibus verba facit?nempe de iis, qui ante Christi aduentum vixere: nondum enim ad gratiæ euangelicæ tempora peruenit authoris sermo, sed adhuc immoratur in superioribus tẽporibus, Iudæi & gentilis differentiam è longinquo tollens, ac perimens,vt quum hoc idem in gratiæ temporibus fecerit, ne quid nouum, atque inuidiosum enũciare videatur. Nam si priscis illis temporibus, quum nondũ tanta effulgeret gratia, quum apud omnes Iudæorum cõditio illustris, celebris, venerandaq; esset, differentia tamen nulla extitisse cẽsenda est: quam demum rationem afferre poterunt,post tantã gratiæ exhibitionem? quamobrem huius rei argumentum accuratissimè ponit.Etenim auditor edoctus id superioribus temporibus ita valuisse,melius multò,fide iam recepta, idẽ ipsum admittet:gentiles autem hic appellat, non eos qui idololatræ essent,sed eos qui deum colerent,qui naturæ legi parẽtes,exceptis Iudaicis ceremoniis,ea omnia quæ ad pietatem conferrent,obseruarent.Qualis erat Melchisedec cum suis omnibus, qualis erat Iob, quales erant Niniuitæ,qualis erat Cornelius.Iam hinc igitur circũcisionis, ac præpucij discrimen præfodit, atque è longinquo eiuscemodi differentiam anteuertens,destruit, vt posteà quum de ea re aget, & hoc quidem facere sine suspicione, & alia quadam necessitate impulsus videatur: quod quidem proprium semper est prudentiæ Apostolicæ institutum. Nam si id ita se habere gratiæ temporibus ostendisset, eius certè oratio magna suspicione nõ caruisset: quum verò enarraret vitiositatem ac maliciam orbem occupauisse, atque ab ea demum consequentia eò deuenisset, vt de rebus hisce verba faceret, id verò minimè suspectam eius doctrinam reddebat.Quod autem hanc sibi voluntatem præsumpserit Paulus, ac propterea sic epistolæ locum hunc cõposuerit,hinc liquet. nam nisi in animum sibi induxisset, hoc quod dico astruere, ac probare, satis superq; erat illum dixisse.Iuxta duriciam tuam,& cor pœnitere nescium colligis tibi iram. Quo dicto,ab hoc argumento abstinere poterat. absoluta enim erat oratio, sed quoniam non hoc quærebat ipse, nempe vt de iudicio futuro tantũ loqueretur, ostendere enim præterea volebat,Iudæum nulla re gentilem eiusmodi, cuiusmodi diximus præcellere, vt ne videlicet Iudæus cristas tolleret,ad vlteriora progreditur,ordinem seruans.Rem porrò considera.Auditorem terruit,effecit vt illius aures extremi iudicij tinnitu personarent,dixit quantum malum sit vitam in malicia transigere, ostendit neminem ignoratione peccare, neminẽ impunè abiturum, sed vt pœnas nunc minimè det, daturum tamen omnino:hinc autẽ vult deinceps astruere, quòd legis doctrina non esset rerum admodum vrgentium. Siquidem in ipsis operibus sita est pœna & honos, nõ in circuncisione & præpucio. postquam igitur dixit, quòd omnino punietur gentilis,hocq; ipsum confessum, ac minimè controuersum habuit: tum autem ab hoc argumentatus est, quòd & ille idem honorabitur, deinceps legem supernacaneam esse ostendit, ac circuncisionem: maximè enim hic cum Iudæis depugnat. nam quoniam illi contentiosiores essent, primùm quidem præ fastu,indignos se esse iudicantes, qui cum iis cẽserentur,qui à gentibus ortum ducerẽt: deinde quòd irriderent,nec iis fidem haberent, qui dicerẽt per fidem peccata omnia deleri: propterea prius gentiles accusauit,pro quibus verba facit, vt citra omnẽ suspicionem, liberè Iudæos carpat: deinde ad supplicij examẽ quum deuenisset, ostendit Iudæum nõ solum ab ipsa lege nihil subleuari,sed & aggrauari,& hoc à superioribus adstruit. Nã si gentilis ipse hoc nomine inexcusabilis est, quòd quum & ipsa creatura, & cogitationes illum inducerent,melior tamen inde non euasit: maiori certè ratione Iudæus inexcusabilis futurus est,qui quidẽ vnà cum his, & legis item doctrinam accepit. Illum igitur iam persuasum,facilè in aliorũ peccatis admittendam esse hanc rationem,cogit deinceps,vel nolentem, hoc ipsum in suis propriis factitare: atq; vt plausibilior fiat sermo, & in iis quæ leniora sunt ipsum prosequitur,ita loquens: *Gloria verò, & honor, & pax omni operanti bonum, Iudæo primùm & gentili.* Etenim hac in vita quæcunque bona habemus, ea non absque bello habemus,atque vt diues,vt princeps,vt rex fuerit quis, is si minus cum altero,certè secum ipse perspæpe dissidet: nec paruum in animi sui cogitationibus bellum sentit:quum in futura vita eiusmodi nihil quicquam, sed omnia tranquilla, omnia à turbatione libera, omnia germana pace perfruentia.Igitur vbi ex iis,quæ suprà dixit,id perfecit, vt ostẽderet quòd qui etiam lege carent, ij eadem tamen assequentur,adiicit & rationem sic loquens: *Non enim est personarum respectus apud deum.* Etenim quum dicit tam Iudæum, quàm gentilem peccati sui pœnas luere, tum illi id rationibus firmare non opus est:quum autem ostendere vult, ne gentili quidem honorem suum deesse,tum sanè id illum probare oportet. Siquidẽ mirum videbatur, atque à communi hominum opinione abhorrens, si qui neque legem neque prophetas audierit, honorem tamen assequitur, vitam in bonis operibus transigens: quapropter, quod & superius dixi, illorum quidem aures, in iis exercet temporibus, quæ gratiam euangelicam præcesserũt,vt minore negocio,vnà cum ipsa fide, & in his quoque assensionem introducat. hic enim suspectus minimè est, vt qui id adstruit, quod ad ipsum minimè spectat.Igitur quum dixisset,gloria, & honor,& pax omni operanti bonũ, Iudæo primùm, ac gentili:addidit,non enim est personarum respectus apud deum. Papæ quanta cum exuberantia vicit.ostẽdit enim, oratione ad absurditatem adducta, non esse etiam in deo,vt ne id ita sese habeat:etenim res ea personarum alioqui respectus fuerit.Deus autem talis minimè est:nec dixit, quòd si id nequaquam fiet, personarum respiciens est deus: sed grauius, neque enim personarum respectus est apud deum: hoc est, deus non personarum qualitatem, sed rerum expendit differentiam: quo dicto ostendit Iudæum à gentili non re, sed persona discrepare: quibus verbis consequebatur vt adderet. non enim quandoquidem hic Iudæus, ille autem gentilis, hoc certè nomine hic quidem honore, ille autem contumelia afficitur: sed ab ipsis rebus vtrunque efficitur. Verùm nõ sic dixit.Iudæi enim stomachum excitasset. sed tamen aliud quiddam, & quidem amplius ponit: inferius illorum spiritus deturbans, ac deiiciens,vt illud exciperẽt.quidnam porrò illud est? nempe quod deinceps subsequitur. *Quicunque enim sine lege peccauerunt, sine lege & peribunt: & quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.* Hic enim, vt ante diximus, non solùm inter Iudæum ac gentilem æqualitatem indicat: sed & ipsum etiam Iudæum à lege data multum esse grauatum demonstrat. Gentilis enim sine lege iudicatur. hic autem verbum

hoc

hoc ἀνόμως, sed est, sine lege, non seuerius iudicium, sed remissius denotat: hoc est, non habet ille legem accusantem. Ipsum enim ἀνόμως, hoc est sine illius damnatione, ab ipsius naturæ cogitationibus solùm condemnatur. Iudæus autem in lege, hoc est, vnà cum ipsa natura & legem quoque accusantem habiturus est. quanto enim maiori cura à deo dignatus est, tantò maiores pœnas dabit. Vides vt maiorem Iudæis necessitatem ad gratiam accurrendi indixerit. quādoquidem enim dicebant se gratia nō indigere, quòd à sola lege iustificarentur: ostendit illos magis, quàm Græcos indigere. Siquidem magis puniendi sunt. Deinde rursus adiicit & aliam rationem, quæ iam dixit adiuuans, ac cōfirmans: *Non enim qui audiunt legem, iusti sunt apud deum.*

Rectè addidit, apud deum: etenim apud homines fortasse probi, ac graues, & magnopere se iactitātes videri possint: apud deum autem longè secus. *Qui legem factis exprimunt, iusti habebuntur.* Vides quanta exuberantia vtitur, orationem suam in contrarium conuertens. si enim propter legem, inquit, censes seruatum te iri, tum te præcedet gentilis, vt qui visus fuerit ea exequi, quæ scripta sunt: dices, qui verò fieri potest, vt qui legē minimè audierit, eam factis exprimat: fieri quidem potest, Paulus ait, non hoc solum, sed & hoc ipso amplius multò: neque enim solùm absque auditione possis legem factis exprimere, sed & vnà cū auditione à factis ipsis discedere. Id quod posteà apertius ponit, ac maiore cum exuberantia. qui doces alium, te ipsum non doces. Hic autem interim quod suprà dixit, probat. *Nam quum gentes, ait, quæ legem non habent, natura quæ legis sunt fecerint, eæ legem non habentes sibi ipsis sunt lex.* Non excludo, inquit, legem, sed & hinc gentes iustifico. Vides vt suffodiens, ac clàm subruens Iudaisimi gloriam, nullam prorsus aduersum se ansam largiatur: quòd legem vilipendat. sed contrà, vt eam ipse attollens, ac magnificam ostendens totum argumetum probè adstruat. per naturæ autem verbum, naturales intelligit cogitationes, ac ratiocinationes. ostenditq; alios illis esse probiores: & quod maius est, hoc ipso probiores, quòd legem minimè acceperint, neque id habeant, per quod videntur Iudæi ipsos præstare. propterea enim, inquit, admiratione digni sunt, quòd nec lege illis opus fuit, & omnia quæ legis erant præstiterunt, suis ipsorū mētibus opera nō literas insculpentes. hoc enim ait: *Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, simul attestante ipsorum conscientia & cogitationibus inter se accusantibus, aut etiam excusantibus, in eo die, quum iudicabit dominus occulta hominū, iuxta euangelium meum per Iesum Christum.* Vides vt rursus repræsentauerit diem illum, ac propius admouerit, illorum mentem concutiens? ostendens illos t solum j honore dignos, qui citra legem, quæ legis essent, factis exprimere curauerint: quod autem in prudentia Apostolica in primis admirari possis, meritò hic dicēdum à nobis est. Nam quum ab ipsa argumentatione ostendisset gentilem Iudæo esse probiorem: hic in ipsa collectione, ac conclusione rationum, illud idem non ponit, vt ne Iudæum exasperet. vt autem apertius quod dixi reddam, ipsa Apostolica verba referam: posteaquam enim dixit, Non enim qui audiunt legem, sed qui factis eam exprimunt, iusti sunt apud deum. Consequens erat vt diceret, Nam quum gentes quæ legem non habent, natura quæ legis sunt fecerint, iis multò probiores sunt, quos lex edocuit. Verùm non hoc ait, sed intra gentilium laudationem consistit, nec orationem interim per comparationem prosequitur, vt vel

† μᾶλλον, id est, magis habet editio Veronensis, etsi Erasm. ad margin. libri sui adscripsisset μᾶλλον, id est solum.

A sic Iudæus, dicta ipsa admittat: quapropter non sic dixit, vt dixi: qui verò? Quum enim gentes quæ legem non habent, natura, quæ legis sunt fecerint, eæ legem non habentes sibi ipsis lex sunt, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, simul attestante ipsorum conscientia. Sufficit enim loco legis conscientia, & cogitatio. per hæc rursus ostēdit deum sic hominem finxisse, vt possit per se virtutem eligere, ac vicium declinare: ac ne tibi mirum videatur, si semel, bis, ac sæpius hoc astruit: hoc enim caput valde erat necessariū, propter eos, qui dicerent: Quam tandem ob rem nūc Christus aduenit: & vbi nam priscis illis tēporibus ipsa prouidentia erat? Aduersus quos nunc obiter depugnans, ostendit, quòd vel superioribus illis temporibus, antequam etiam lex lata esset, hominum natura omnimodam prouidētiam assecuta fuerit. Etenim quod de deo cognosci potest, illis manifestum erat: tum autem quid bonum, quid rursus malum esset, per ea nouerant, per B quæ alios iudicabant, id quod ipsis exprobrans, dixit: Hoc ipso quòd alterum iudicas, te ipsum condemnas. Iam quod ad Iudæos spectat, vnà cum his quæ dicta sunt, & lex quoque inerat non cogitatio solùm, nec cōscientia: quamobrem igitur apponit verba hæc, accusantibus aut excusantibus. nam si legē habēt scriptam, & opus exhibent: quid tandem est, quod accusare habeat cogitatio? Verùm nō iam de illis solùm ait, quum verbo hoc vtitur, accusantibus, sed de vniuersa natura. Tunc enim nostræ cogitationes erectæ sunt, aliæ quidem accusantes, aliæ autem excusantes. nec indiget homo accusatore alio, illo quidem in iudicio. Posteà terrorem augens, hominum peccata nō expressit: posteaquam enim dixit, Cogitas ô homo, qui eos iudicas, qui C talia faciunt, & facis eadem, quòd tu effugies iudicium dei, vt ne talem recipias sententiam, qualē & ipse fers: sed intelligas dei sententiā, tua longè esse exactiorem: addidit, occulta hominum: & adiecit, secundum euangelium meum per Iesum Christum. Homines enim rerum manifestarum tantùm iudices sedent. Atqui suprà de patre tantum loquutus est: quum autem ipsos terrore molliuit, & de Christo item mentionem intulit: nec id tamen simpliciter, sed & hic quoque patris mentione facta, ita demum Christū introduxit: quin & euangelicæ prædicationis dignitatem per eos attollit. Hæc enim, ait, prædicatio ea denunciat, quæ anteuertēs natura demonstrauit. Vides vt prudenter tum euāgelio, tum Christo ipsos admouens illigauerit: tum autē declarauerit, quòd nostra hominum facta intra humani iudicij cancellos non consistunt, sed vlterius progrediuntur: quod & suprà argumentatus est, quum dixit, Colligis tibi ipsi iram in die iræ: & hic rursus, Iudicabit deus occulta hominum. D

Morale.

Vnusquisque igitur in suam ipse conscientiam descendens, peccatis suis diligenter expensis, exactam vitæ anteactæ rationem sibi reposcat: vt ne tum ipsi dānemur, quum orbis vniuersi iudicium fiet. Nam illud quidem iudicium terrificum, horrendum tribunal, timoris plenæ eiusdē quæstiones ac disquisitiones. Igneū flumen rapitur, frater non redimit, redimet homo? *Psal. 48. b* Eorum enim te meminisse velim, quæ in euangelio dicuntur, angelorum circuncursantium, cōclauis clausi, lampadarum extinctarum, potestatū in fornaces trahentium: & præterea illud perpendito: Si nostrum cuiusquam occultum crimē aliquod hoc ipso die in medium delatū, huic modò confessim innotescceret: nonne fieret vt ille interire, ac terram sibi potius dehiscere, quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

re, quàm tam multos peccati sui testes habere mallet? A mala commisimus. quid igitur ille horum omnium loco? non iam prophetas, non iam angelos, non iam patriarchas, sed suum ipsius legauit filium, & hic vbi accessit, de medio est sublatus. ac ne sic quidem amorem extinxit, sed eò etiam magis incēdit, quin etiam vel filio proprio interempto perseuerat, exhortans, obsecrans, rogans, omnē denique lapidem mouens, vti ad se cōuertamur. præter hęc & Paulus quoque his verbis acclamat, Pro Christo igitur legatione fungimur, tanquam deo per nos exhortāte, obsecramus Christi nomine, conciliate vos deo. Sed tamen nihil horum nos illi conciliauit. ac ne sic quidem nos ille destituit, sed persistit, quà gehennam minitans, quà cœlorum regnum promittens, vt vel hac demum ratione ad sese nos illectet: nos autem adhuc veluti stupidi facti nullum erga illum affectum exhibemus. Quid hac feritate deterius? nam si hæc ab homine aliquo in nos merita collata fuissent, nónne illi sæpissimè seruitutem addixissemus nostram? deum autē sic nobiscum agentem auersamur. O deus immortalis, miram nostram tum ignauiam, tum ingratitudinem? assiduè quidē peccamus, nunquam non in peccatis viuimus, qui si quando vel tantillum boni officij præstiterimus ingratorū seruorū more, id certè accurata, ac veluti institoria cum supputatione examinamus, curiosè de ipsa remuneratione soliciti, ecquam mercedem res à nobis gesta habere debeat. Atqui maior tibi merces, si modò citra mercedis spē feceris. hæc enim dictitare, & curiosè indagare, mercenarij potius verba sunt, quàm grati serui: sunt enim omnia propter Christum agenda, non propter mercedem. ob hoc & gehennam comminatus est, & cœlorum regnum promisit, vt à nobis ametur. amemus igitur illum, vt amare quidē par est. hoc enim magna certè merces, hoc cœlorum regnum, & voluptas, & deliciæ, & gloria, & honor, hoc lumen, hoc beatitudo infinita, quam ipsam nec oratio repræsentauerit, nec mens comprehēderit. Sed nescio quo pacto in huiusce modi sermonem abductus sum, qui iubeam homines neque principatus, neque gloriæ præsentis contemptores, propter ipsum Christū regnum cœlorum contemnere. quanquam magni illi ac generosi viri vel ad hunc charitatis modum peruenerunt. Audi igitur vt Petrus illius amore vstus ardeat, & animæ & vitæ & omnibus rebus illum anteponens: quem dum abnegasset, non ob supplicium luxit, sed quòd, quem amabat, eum abnegasse se videret. id quod nullo non supplicio amarius illi erat. Et quidem hæc omnia spiritus gratia nondum accepta præ se tulit, assiduè quidem instans, ac dicens: Quò vadis? & anteà, ad quem nos recipiemus? ac rursus, sequar te quocunque profecturus fueris. Omnia enim ipse illis erat, ac neque cœlum, neque cœlorum regnum amato præferebant: tu enim mihi illa omnia, inquit. Enimuero quid miraris, si Petrus ita esset erga deum animatus. etenim audi quid propheta dicat, Quid enim mihi est in cœlo? Et illud, A te quid volui in terra? ac si dixisset, nullius prorsus alterius rei, nec cœlestis, nec terrestris, sed tuo vnius desiderio teneor. Hoc sanè amor est, hoc amicicia: hoc modo si amauerimus, nec præsentia bona, nec futura quicquam esse, præ amore eo, arbitrabimur. atq; hinc cœlestis regni fructum decerpemus, copiosa atque abundanti dei charitate affluentes. Dices: At quo id esse queat pacto? Si considerauerimus, quàm sæpe in illū iniurij sumus, vel post multa ab eo beneficia, & quidem eo interim nihilo secius nos exhortante: si considerauerimus quoties

† à dei terrore & sua ipsius cōdēnatione.

2. Cor. 5. d

1. Cor. 15. b

1. Reg. 24. c

Ioan. 13. d
Ibidē. 6. g
Matth. 8. c

Psal. 72. d
Ibidem.

Mich. 6. a

ties illum præteream, ipse autē nos non negligat, sed adcurrat, attrahat, ad se alliciat. nam si hæc & his similia reputauerimus, poterimus hūc, quem dico, amorem incēdere. Si enim qui sic quidem amat, vilis quispiam, qui autē sic adamatur, rex esset: nōnne ab amoris magnitudine erubesceret? erubesceret quidem admodum, nisi fallor. nunc verò vbi prorsus res è contrario se habet, estq; eius, qui nos amat, tanta tamq; excellens pulchritudo, gloria, opulentia: nostra autem tenuitas, vilitasq; tam ingens: nōnne infinitis supplicijs digni sumus? vtpote qui sic tenues, & abiecti, à tanto, tam magno, tamq; admirabili, supra omnē quum adamemur modum, delicias tamen facientes, illius erga nos amori sic illudamus? Ille quidem nullius rei nostræ indigēs est, ac ne sic quidem amare nos desinit. Nos verò illius admodum egemus, ac ne sic quidem illius amori adhęrescimus. Verùm tum fortunæ bona, tum hominum amicicias, tum corporis ocium, tum principatum, tum gloriā illi præferimus, qui nobis tamē nihil quicquam anteponendum sibi putat? Vnum enim quum haberet filium vnigenitum, ac legitimum, ne huic quidē propter nos pepercit: nos autem quàm multa sunt, quæ illi præponimus? Nónne igitur meritò gehēnam nobis ac supplicium cōminatur? quod suppliciū si vel duplicatum, vel triplicatum, si vel decies millies grauius foret, esset ne quamobrem meritò conqueri possemus, quum diabolica mandata Christi legibus anteponamus, quū vel salutē propriam proiiciamus, vt maliciæ opera illi præferamus, qui nihil non causa nostra perpessus est? Quam tandem hæc veniam merētur? quam defensionem? nimirū nullā prorsus. Stemus igitur in futurum, ac ne per præcipitia feramur: quin potius resipiscamus, omniaq; hæc nobiscum reputantes, gloriam illi per ipsa opera reddamus. neq; enim satis est per ipsa verba. Vt & nos quoq; gloriæ ab illo emanantis fructum capiamus, quam gloriā vtinam omnes assequi possimus, gratia domini & dei, & seruatoris nostri Iesu Christi, per quē & cum quo gloria, patri, vnà cum sancto spiritu, nunc & semper in secula seculorum, Amen.

Infra.8.f

Homilia vi.

ECce tu Iudæus cognominaris, & acquiescis in lege, & gloriaris in deo, & nosti voluntatem, ac probas eximia, institutus ex lege. Quum ostendisset, gentili ad salutem nihil deesse, si legem factis expresserit, illa admirabili contentione adhibita, ponit deinceps Iudæorum honestamenta, ob quæ aduersus gentiles efferebātur. ac primùm quidem ipsorū nomen admodum venerabile erat, quēadmodum nūc Christianismus. Etenim ab ipsa appellatione magna erat etiā tum differētia: vnde & hinc auspicatur. ac vide, vt ipsum hoc nomē eleuat ac deiicit. neque enim dixit, Tu Iudæus es: sed, cognominaris, & gloriaris in deo: hoc est, tanquā ab eo adamatus, atq; ante alios homines honori habitus. Hic autem mihi tacitè videtur illorū insolentiam & insanum gloriæ amorem vellicare, quòd hoc dono non vt saluti suæ prospicerent, sed vt in alios insurgerent, eosq; despicerent, abuterentur. *Et nosti voluntatem, & probas eximia.* Atqui & hoc sine opere, inferioris est meriti, sed tamen videbatur esse superioris. quapropter & exactè verbo vtitur: non enim dixit, facis: sed, nosti: &, probas: non, exequeris: aut, agis. *Confidisq; teipsum ducem esse cæcorum.* Neque hic item dixit: Tu dux es cæcorum: sed, confidis: vsqueadeo, ait, gloriaris inturgescisq;. magna enim erat Iudæorum insolentia, ac fastus. ob quod illa ipsa propemodum verba enunciat, quæ illi iactitantes sese, vsurpabant. Vide igitur in ipsis euāgeliis quid dicant: Totus in peccatis genitus es, & tu nos doces? atq; aduersum omnes magnopere elati cristas tollebāt. id quod Paulus arguens præcidit, aliàs quidem eos attollens, aliàs autem eleuans, vt hac demum ratione magis ipsos perstringat, grauioremq; efficiat criminationem. propterea progreditur augens idipsum, ac diuersa appellatione enunciationeq; multiplicans: *Confidis enim te ipsum ducem esse cæcorum, lumen in tenebris versantium, eruditorem insipientium, doctorem imperitorum, habentem formam cognitionis, ac veritatis in lege.* *Ioan.9.f*

Neque item dixit, in conscientia, &, in operibus, &, in meritis: sed, in lege. porrò quod de gentilibus quum ageret, dixit, id & hic quoq; ait. nam quemadmodum inibi dixit: Hoc ipso quòd iudicas alterum, temet condemnas, sic & hic ait: *Qui igitur alium doces, teipsum non doces?* Verùm illic quidem rigidius, hic autē mollius loquitur. neque enim dixit: atqui hoc nomine grauiori dignus es supplicio, quòd quum tibi tot ac tanta à deo sint concredita, tamen horum nihil quicquam in decentem vsum vertis. sed per interrogationem orationem promouet, illos pudore suffundēs, ac dicens: Qui igitur alium doces, teipsum non doces? Mihi autem & aliunde Pauli prudentiam considera. Iudæorum enim prærogatiuas, præstantiasq; eas enumerat, non quas illi suo studio parassent, sed quæ superno illis dono obuenissent: ostenditq; eas non solùm superuacaneas iis esse, qui neglexerint, sed & supplicij additamentum afferre. Neque enim, quòd Iudæi vocarentur, ipsorum erat benefactum, neque quòd legem accepissent, neque quòd cætera ea haberent, quę modò enumerauit, sed à superna gratia ea obuenerant. ac principio quidem dixit, legis auditionem nihil quicquam iuuare, nisi opus adfuerit: non enim qui audiunt legem, ait, iusti sunt apud deum, sed qui legē factis exprimunt. Nunc autem multò amplius ostendit, quòd videlicet nō solum auditio, sed quod auditione maius erat, doctrina, ne ipsa quidem docentem tueri poterit, non ea agentem quæ docet: quæ certè doctrina non modò nō tuebitur, sed & plenius puniet. rectè autem dictionibus vsus est. neque enim dixit, legem accepisti: sed, in lege acquiescis. neq; enim laborauit Iudæus hac illac circumiēs & cōquirens quæ agenda essent, sed nullo negocio legem adeptus est, quæ viam ostenderet ad virtutem ferētem. Nam vt gentes ipsæ habeant naturæ rationem, vnde ipsos superant Iudæos, quum citra auditionem omnia faciant, tamen ibi maior erat facilitas. qui si ais, te non audire solùm, sed & docere, certè vel hoc supplicij corollarium est: nam quòd hac re magnopere sibi placerent, hinc maximè illos ridiculos esse ostendit. quum autem dicit, ductorem cæcorum, eruditorem insipientium, doctorem imperitorum, illorū fastum exprimit. magnopere enim proselytis abutebantur, ipsosq; hisce nominibus vocabāt. Propterea & Paulus eximiè abundat iis omnibus, quæ illorum encomia esse viderentur, vt qui intelligeret dicta hæc maioris accusationis argumentum esse. *Habentem formam cognitionis, ac veritatis in lege.* Haud aliter quàm si quis regiam apud se effigiem quum habeat, nihil tamen ad illius exemplar effigiare conetur. † qui verò illi non confidant, ‖ vel sine ipso archetypo eam tamen exactè exprimant. Proinde quum ea dixisset, in quibus potiores aliis essent quę ipsi à deo accepissent, ea item dicit, in quibus cæteris essent inferiores, ea in medium afferens, quæ pro- *Hic supra.f*

† *alij verò quibus effigies illa nō fuerit tēcredita.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

phetæ incessebant. *Qui igitur doces alium, te ipsum non doces? qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non adulterandum, adulterium committis: qui execraris simulacra, sacrilegium admittis?* Etenim apud eos in primis interdictũ erat, ne quis eas contingeret res, quæ idolorum cultui dicatæ essent: idq; propter execrationem: at pecunię tyrannis, ait, vobis persuasit, legem hanc conculcare. Postea, quod grauius multò, attexit dicens: *Qui de lege gloriaris, per legis transgressionem deum dehonestas?* Duo hic posuit crimina, atque adeò tria, quòd videlicet dehonestant, tum quòd iis rebus dehonestant, quibus honestati ipsi fuere, tum quòd eum ipsum dehonestant, qui honestauit, quæ summa illorum erat improbitas atque ingratitudo. qui ne ex se ipse increpare illos videatur, prophe-
† ĩã quidẽ. tam citat illorum accusatorem, †aliquoties]paucis, ac
compendiosé, & tanquam summatim: pòst autem per
† quando. partes, ac nunc quidẽ Esaiam, posteà autẽ Dauid. †Vnde] & plures ostendit in eos coniectas redargutiones. nam quòd non ego, inquit, vos conuiciis incessens hęc proferam, audi quid dicat Esaias: *Nomen dei propter vos*
Esa.52.b *malè audit inter gentes.* Ecce & duplicem rursus accusationem aliam. neque enim ipsi solùm, ait, contumelioſi sunt, sed & alios ad id præparant. qui igitur doctrinæ vsus, quum vosmetipsos non doceatis? Verùm superius quidem hoc solum dixit. hic autem in contrarium detorsit: neq; enim solùm vos ipsos, sed ne alios quidem docetis, quæ agẽda sint: & quod longè grauius est, non solùm non docetis ea quæ legis sunt, sed iis pugnantia docetis: nempe conuiciis deum afficere: quod quidem legi aduersatur. At magnum quiddam est, inquis, circuncisio. fateor & ipse. sed tum, quum intus circuncisionem habuerit. Considera porrò prudentiam, quàm opportuno loco de ea mentionem intulerit: neque enim statim ab ea exorsus est, quoniam magna de ea opinio vigebat. sed vbi ostendit illos à maiori re offendisse, authoresq; esse coniecti in deum cõuicij, tum demum auditorem nactus illos iam cõdemnantem, eisdemq; præsidentiam vbi ademit, in medium affert de circuncisione sermonem, cõfidens neminem fore, qui illi suffragetur. atque ait: *Nam circuncisio quidem prodest, si legem seruaueris.* Atqui licebat aliter ipsam excludere, ac dicere: quid enim est circuncisio? num illius est meritum qui eam habuerit? num rectę voluntatis demon-
ἀκρο-βυ-στία. stratio? etenim in ætate †exoleta]sit. Et qui in eremo vi-
immatura. xerunt, multos an nos incircuncisi mãserunt. & aliunde multis argumentis videre possis, illam non admodum necessariam esse. sed tamen nõ hinc ipsam excludit, sed vnde maximè oportebat, ab ipso Abrahã. nam ea demum est victoriæ excellentia, perficere vt ostendas, hinc illam despicabilẽ esse, vnde ipsis venerabilis erat: quãquam dicere poterat, quòd & prophetæ incircuncisos Iudæos appellant. Verùm nõ id est, circuncisionem eleuare, sed eos potius, qui ea malè vtũtur. Pauli porrò scopus is est, vt ostendat, ne in optima quidem vita illam robur habere. quod deinceps adstruit. Et hic quidem patriarcham nõ adducit: sed prius alia ex parte ipsam deiiciens, postea illum obseruat, quum videli-
Infra.4.b cet de fide verba facit, ita loquens: Quo modo igitur imputata est fides Abrahæ, quum esset in circũcisione, an quum esset in præpucio? Donec enim hæc aduersus gentilem & prępuciatum decertat, nihil horum enunciare vult, vt ne nimis molestus sit. at quũ ea aduersus fidem depugnat, tum demũ aduersum illam accingitur. adhuc quidem aduersus præpucium pugna existit: quapropter remisse loquitur, & ait: *Circuncisio quidem*

A *prodest, si legem seruaueris. quòd si transgressor legis fueris, circuncisio tua in præpucium versa est.* Duas enim hic ait circuncisiones, ac duo item præpucia, quemadmodum & leges duas. Est enim lex naturalis, & est lex scripta, sed & harum media, quæ per opera fit. ac vide vt tres has leges ostendat, & in medium adducat: *Quum enim gentes, quæ legem non habent,* inquit. quámnam obsecro legem? nempe scriptam. *Naturæ quæ legis sunt, fecerint.* Cuiusnam? eius quæ operibus constat. *Hi legem nõ habentes.* Quam nam? scriptam. *Sibi ipsis lex sunt.* Quo pacto? naturali vsi. *Qui ostendunt opus legis.* Cuius? illius quæ ab operibus est. lex enim ea, quæ literis cõstat, exterior est. hæc autem interior, videlicet naturalis. quæ autẽ operibus constat, medium tenet. & illam quidem literę dictant. alteram autem natura. tertiam ipsum opus. Qua sanè tertia opus nobis est, per quam ipsam duæ illę, tum quę
B à natura, tum quæ à litera. quæ quidem nisi adfuerit, illarum nullus vsus, sed nocumentum maximum. quod ipsum ostendit Paulus, quum de naturali quidem agit, sic dicens: Hoc ipso quòd iudicas alterum, teipsum cõ- *Hic supra.a*
demnas. quum autẽ descripta, qui prædicas non furandum, furaris? Sic & præpucia duo, alterũ quidem à natura, alterum autem à volũtate. & circuncisio vna quidem in carne, altera à volũtate. Verbi gratia: Circuncisus est quis octauo, quàm natus est die. hæc carnalis circuncisio. expresit quis factis quæ legis sunt, omnia. hæc volũtatis circuncisio, quã maximè Paulus quærit, immo verò & ipsa lex. vide igitur, vt verbo eam cõcedens, re sustulerit. non enim dixit, superuacanea res est circuncisio, stulta, inutilis: sed quid? Circuncisio quidem prodest, si legem seruaris. Admisit interim ipsam, dicens: fateor, nec contradico, quòd bona quidem circuncisio: sed quando? quum & legem custodierit. qui
C si legis transgressor fueris, circuncisio tua præpucium facta est. non dixit, amplius non prodest, vt ne eam cõtumelia afficere videatur: sed Iudæum ea vbi denudauit, tum demum illum perstringit, quòd non iam circuncisionis est contumelia, sed eius qui ipsam ignauia sua amiserit. Quod igitur facere solẽt iudices ij, qui quos in dignitate constitutos, grauioris alicuius criminis conuictos habent, eos prius honoris sui ornamẽtis spoliant, quàm supplicio mulctatos abdicant: hoc ipsum & hic quoque Paulus fecit. quum enim dixit, qui si legis transgressor fueris, adiecit, circuncisio tua præpucium facta est. atque incircuncisum vbi ostendit, eum iam intrepidè condemnat. *Quum igitur præpucium iustificationes legis seruauerit, nõnne præpucium illius† pro circũcisione im-* † *in circun-*
D *putabitur?*] Vide quid facit. non dicit circuncisionem à *cisionem cõ-*
præpucio vinci (hoc enim graue, inuidiosumq; valde *uertetur.*
auditoribus illis futurũ erat) sed quòd †circuncisio prę- † *præpuciũ*
pucium facta est. Jac quærit deinceps, quid sit circunci- *circuncisio*
sio, quid item præpucium: aitq; circũcisionem, bonum *factum sit.*
quoddam esse opus, prępucium autem malum opus: ac † *Germani-*
prius in circuncisionem trãsmutans præpuciatum bo- *cus codex*
nis operibus præditum & circũcisum corruptè viuen- *hic multum*
tem in præpucium intrudens, ita demum præpuciato *discrepat*
victoriã tribuit. nec dicit præpuciato, sed ad ipsam rẽ *ab editione*
transit, sic inquiens: *Nõnne præpucium illius† pro circuncisione* *Veronensi:*
imputabitur? Nec dixit, conuertetur: sed, imputabitur.] *quæ sic ha-*
quod quidem significantius erat. quemadmodum nec *bet, in circũ*
superius dixit, circuncisio tua præpucium reputabitur: *cisionẽ ver-*
sed, facta est. *Et iudicabit quod est ex natura præpucium.* Vi- *tetur? Nec*
des, vt duo præpucia statuat, alterum quidem à natu- *dixit, impu-*
ra, alterum autem à volũtate? hoc quidem loco de na- *tabitur, sed,*
turæ prępucio loquitur, sed tamen intra hoc non con- *vertetur.*
sistit,

sistit,sed addit: *Si legem seruaueris,te qui per literam & circumcisionem transgressor es legis.* Vide subtilissimam eius prudentiam.non dixit, quòd naturæ præpucium circuncisionem iudicabit.Verùm vbi victoria quidem sita erat,huic præpucium introducit. Vbi autem rem contrà Rom.2.g. eeisuram videt, hîc non iam circuncisionem victã esse ostendit,sed Iudæum,qui illam ipsam habet,veritus per ipsa verba anditorem percellere. nec dixit, te qui habes legem,ac circuncisionem: sed mansuetius,te,qui per literam, & circuncisionem trãsgressor es legis.hoc est,& circuncisionem tutatur huiusmodi præpucium, læsa est enim.& legi opem affert, incommodum enim passa est.vnde illustre statuit trophæum.nam victoria tum demum insignis est,quum nõ à Iudæo Iudæus,sed Matt.12.& Luc.11.d à prepuciato iudicatur.Quemadmodum quum ait:viri Niniuitæ exurgent,ac generationem hanc condemnabunt.Igitur non ipsam legem reprobat (illam enim magnopere veneratur) sed eum qui in legem iniurius est.deinde quum hæc liquidò adstruxit,magna tum fiducia definit,quidnam sit Iudæus:ostenditq; quòd nec eum qui Iudęus sit,nec ipsam circuncisionem,sed eum, qui minimè Iudæus, ac minimè circũcisus sit excludit. ac videtur quidem illam defensitare, subuertit autem illius opinionem & existimationem ab ipso rei euentu suffragia reportans.Ostendit enim non solùm nullum esse discrimen Iudæum inter & præpuciatũ,sed & præpuciatum superiorem esse,si modo sibi attenderit,eundemq; verè Iudæum esse. ob quod ait: *Non enim qui in manifesto Iudæus sit, ille Iudæus est.* Hoc loco ipsos ferit, vt qui ad ostentationẽ nihil non factitarent. *Sed qui in occulto Iudæus fuerit,is Iudæus est.& circuncisio cordis, circuncisio est,quæ spiritu constat,non litera.* Hoc dicto excluſit corporalia omnia.Etenim circuncisio propalã fiebat, & sabbata,& sacrificia,& purgationes,quę omnia vnico verbo subindicauit, quum videlicet dixit: Neq; enim qui in manifesto Iudæus fuerit,is Iudæus est. Verùm quandoquidem circũcisio in ore hominum multa erat, vbi & sabbatum item illi cedebat, meritò plura alia ad ipsam extenduntur.per verbum autem spiritus,viam sternit ecclesiæ politiæ,ipsamq; fidem introducit. Etenim illa corde ac spiritu quum constet; laudem à deo obtinet.proinde quid causæ est, cur non ostenderit, quòd gentilis vitam rectè instituens,Iudæo, & eo vitam rectè agenti,non sit inferior,sed quòd gentilis rectè viuens Iudęo legem transgrediente potior sit:vt indubitatam reddat victoriam.hoc enim confesso, fit necessariò, vt circuncisio à carne excludatur.atque ostendit vitæ integræ vsum necessarium vbiq; esse.quum enim gentilis citra ea adminicula saluus efficitur,Iudæus autem vnà cũ his supplicio afficitur,ipse Iudaissmus ignauus,atq; iners manet.gentilem autem rursus appellat, non eum,qui idola colat,sed qui deum reuereatur, ac qui virtute preditus à legalibus obseruationibus,ac ce- *Cap.III.* remoniis liber sit. *Quid igitur habet,in quo præcellat Iudæus?*

Posteaquàm omnia exposit, auditionem, doctrinã, Iudæi titulum, circuncisionem, cætera omnia, per id videlicet quod dixit, Quòd qui in manifesto Iudæus sit, Iudæus non est, sed qui in occulto, videt deinceps obiectionem existere,aduersus quam se firmat.Quænã porrò obiectio ea est?dicet aliquis.Si quę dixit,ea nihil nuant:quamobrem, quæso, vocata est Iudæorũ gens? quamobrẽ circuncisio data?quo igitur pacto sese Paulus explicãs, ipsam obiectionem soluit?per ea sanè, per quæ & superius.Nam quemadmodum illic,non illorũ laudes commemorauit,sed dei beneficia,non illorum A merita (Iudæum enim vocari, voluntatem dei nosse, probare eximia haudquaquam ab illorum rectefactis, sed à dei gratia obuenerat) Id quod & illis exprobrans propheta dixit,Nõ sic fecit omni nationi, & iudicia sua *Psal.147.b* non manifestauit eis.& Moyses rursus: Interrogate, si tale quidpiam accidit, si audiuit gens vocem dei viuẽtis è medio ignis,ac vixit.Sic & hoc ipsum hoc loco fa *Deute.5.* cit. Quemadmodum enim quum de circuncisione loqueretur,nõ dixit quòd circuncisio sine vita nihil prosit,sed quòd prosit vnà cum vita, idẽ certè significans, sed tamen blandius loquens.ac rursus vbi dixit,Sin ve *Suprà.2.d* rò transgressor legis fueris: non addidit, nihil proficis tu,qui circuncisus es:sed, circuncisio tua præpucium facta est.ac postea,iudicabit,inquit,præpuciũ,non circũcisionem,sed te qui transgressor es legis:legalibus quidem parcens, homines autem perstringens. Sic & hîc B item facit,obiiciens enim illi hoc,ac dicens: *Quid igitur habet in quo præcellat Iudæus?* non respondit: nihil illũ habere,sed sermone ipso assensus est, ac per ea quæ sequuntur,rursus ipsum hoc sustulit,ostenditq; vel ob eiusceмodi præstantiam illos supplicio affici.& quo pacto,ego dico,ipsa obiectione in medium adducta.

Quid enim est,in quo præcellat Iudæus, inquit,*aut quæ vtilitas circuncisionis? Multum per omnem modum.nam primùm quidem illud,quòd illis commissa sunt oracula dei.* Vides quod prius dixi, vt nusquam illorum rectè facta, sed dei beneficentias connumeret.Quid autem id verbi sibi vult, commissa sunt:nempe quòd ipsis concredita lex est, quòd tãti illos fecerit deus, vt illis oracula è supernis delata crediderit.Nec me certè præterit quosdã esse qui verbum id,commissa sunt,nõ de Iudæis, sed de sanctis interpretẽtur:hoc est, quòd cõmissa lex est. Verùm quod C sequitur,nõ patitur vt ita sentias.primũ enim hæc dicit, illos increpans ostendensq; eosdem magna à deo beneficia accepisse,sed magnam tamen præ se ingratitudinem tulisse: deinde quæ sequuntur hoc ipsum declarant:adiecit enim, *Quid enim si quidam fuerit increduli?* Sin autem increduli fuerint,quo pacto nõnulli dicũt, quòd illis credita sunt oracula? quid igitur ait, Quòd deus ipsis ea credidit, non quòd ipsi oraculis crediderunt, quandoquidem quãmnam rationem habeat quod sequitur?enim addidit, Quid si quidam fuerunt increduli?hoc etiam declarat id quod sequitur.adiecit enim rursus dicens: *Num incredulitas illorum fidem dei facict irritam? absit.* Hoc igitur quòd credita illis sint oracula,ipsius dei donũ prædicat. Mihi porrò & hîc quoque Pauli prudentiam considera.accusationem enim eam,quam in illos detorquet,rursus nõ ipse à se introducit,sed veluti ex obiectione.tanquam si dixisset:Sed fortasse dicturus es:& quænam circuncisionis huius vtilitas?neq; enim vsi ea sunt,vt conueniebat. Illis enim D credita lex est,& tamen illi non credidere.atque interim accusator non est admodum vehemens, sed tanquam deum criminationibus liberans: sic totam accusationem in illos tandẽ detorquet.quid enim, inquit, vicio vertis, quòd nõ crediderint? & quid ipsum hoc ad deum?num illius beneficentiam subuertit illorũ ingratitudo,de quibus bene ille est meritus? aut honorẽ cõcessum mutat,efficitq;, quò minus ille honos sit?hoc enim verba hæc sonant: *Num illorum incredulitas fidem dei irritam faciet? absit.* Tanquam si quis dixerit:Ego quẽdam honestaui, ille autẽ ti honorem à me ad se delatũ recusauit, hoc nomine incusandus non sum, neque ea sanè honoris deprecatio benignitatem erga illũ meã labefactat,sed illius stupiditatem arguit. Paulus autem

non hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

non hoc solùm ait,sed & multò etiam amplius.quòd A videlicet illorum incredulitas deo non solùm crimen non inurit,sed maiorem etiam illius honorem, maiorem benignitatem declarat, quum eum honestare visus fuerit, qui ipsum tamen dehonestaturus sit. Vides quo pacto illos criminum eorum reos facit,quibus sibi ipsi placeant?Siquidem deus tãto illos honore dignatus est,vt ne prouidens quidem quod futurum erat, à benecuolentia erga illos abstinuerit, quũ illi tamen honestantem ipsos deum, vel per ea metipsa per quæ honestati sunt, contumelia affecerint. deinde vbi dixit, Quid enim si quidam fuerunt increduli? apparet autẽ omnes fuisse incredulos.vt ne rursus iuxta historiam loquens videatur acer esse accusator tanquam hostis, loco rationis ac syllogismi id quod verè factum fuit ponit,ita dicens: *Imò sit deus verax,omnis autem homo mendax.* Quod autem ait,hoc est:Non dico,inquit,fuisse B quosdam,qui non crediderint:sed si ita placet, fac omnes fuisse incredulos: quod verè factum est, per assensionem concedẽs vt minimè tum molestus,tum suspectus esse videatur.etenim sic magis iustificatur, inquit, deus. quid porrò est,iustificatur? Si æstimanda ea sint, atque examinanda,tum quæ Iudæis vltrò beneficia cõtulit deus,tum quæ Iudæorum in deum facta extitere, ipsa certè victoria à deo stabit, vt qui iura omnia secũ habeat.atque id manifestè declarans ex iis, quæ suprà dixit, tum & prophetam in medium attulit his suffragantem, ac dicentem: *Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas quum iudicaris.* Ipse enim omnia † ex se fecit. | illi autem ne sic quidem meliores euasere. deinde ex hoc rursus obiectionem exurgentem in medium adducit,& ait: *Quòd si iniustitia nostra dei iusticiam commendat,quid dicemus?Num iniustus deus qui inducat iram? Humano* C *more loquor.Absit.* Absurditatem absurditate soluit.Hoc autem quoniam obscurum, necesse est ipsum apertius reddere.Hoc porrò est quod ait:Iudæos deus ornauit. Ipsum illi contumelia affecerunt.ea respræstat, vt deus vincat,magnamq; illius benignitatẽ arguit, quòd vel tales quum essent,honoribus dignatus sit. Igitur quandoquidem quòd nos in illum iniqui, ac contumelioſi extiterimus,hoc ipso deus victoriã reportauit, illiusq; iusticia illustris reddita est:quorsum,inquies,supplicio afficior,qui ipse author extiti,cur ille vicerit, per ea etiam,per quæ iniurius fui? hoc igitur quo modo soluit? nempe alia quadam, quod dixi, absurditate: nam si tu, inquit,author extitisti victoriæ illius, & post hæc pœnas pendis,res ipsa iniusta quidem.sin autem iniustè † plecteris,non iam illi author victoriæ extitisti. ac vide circunspectionem apostolicam. quum enim dixisset, D Num iniustus deus,qui inducat irã? adiecit, Humano more loquor:tanquã si quis, ait, humana ratione rem perpendens,loquatur.Dei enim iusticia vel ea,quæ hîc apud nos iusta esse videntur, longè exuperat, habetq; arcanas quasdã,& eas à nostris diuersas rationes.quãdoquidem autẽ obscurum erat quod dixerat, idipsum rursus repetit: *Si enim veritas dei per meum mendacium excelluit in gloriam ipsius, quid post hac & ego veluti peccator iudicor?*

Si enim deus,inquit,benignus,iustus,ac bonus visus est ob ea ipsa,in quibus minimè illi obtemperasti, non solum non debes plecti, sed & beneficium reportare: quòd si hoc,inuenietur absurdum illud, & quod à multis circunfertur,quòd videlicet ex malis bona,& quod mala bonorum causa existant.ex duobus autem alterũ necessariò subsequitur, aut deum dum plectit, iniustũ existere:aut dum non punit, à malis peccatisq; nostris victoriam reportare.quæ vtraq; supra modum absurda.Id quod declarans & ipse huiusmodi dogmatum parentes gẽtiles in medium adduxit, satis esse arbitratus,ad ea quæ dicta sunt incusanda, personarũ ea proferentium qualitatem.ita enim nos illi taxantes dicebant,faciamus mala vt bona veniant. propterea hoc ipsum apertè posuit,sic inquiens: *Ac non potius(quemadmodum de nobis malè loquuntur, & sicut quidam aiunt nos dicere) faciamus mala,vt veniant bona,quorum damnatio iusta est.* Quã- *Infrà.5.d* doquidem enim dixerat Paulus, Vbi abundauit pecca tum,superabundauit gratia: taxantes ipsum, ac longè diuersa sententia dictum detorquentes,dicebãt, oportet vicio adhærescere, vt bonis fruamur. Paulus verò non sic dixerat.Corrigens igitur illud,ait,quid igitur? *Ibid.6.a* in peccato perseuerabimus,vt gratia abundet? Absit.locuti enim sumus de tempore elapso, nõ vt hoc ad meditationem,exercitationemq; trahamus.Ab hac igitur suspicione illos abducens, dixit, illud ipsum impossibile esse.Qui enim, inquit, peccato mortui sumus, quo *Infrà 6.a* modo adhuc in eo viuemus? Proinde gentiles facilè strauit.illorum enim vita admodum corrupta viciataq; erat.Iudæorum autem vita tametsi & ea neglecta esse videretur,tamẽ illorum velamenta magna erant, lex, & circuncisio, tum autem & quòd deus cum illis versaretur, & quòd omnium essent doctores: quãobrem & hisce illos denudauit, & eos magis ob ea plecti demonstrauit.in quod & hic orationem ipsam cõclusit.Si enim minimè puniuntur,inquit,qui talia cõmittunt,necesse est blasphemum illud prouerbium circũferri: Faciamus mala vt veniant bona. Sin verò impium illud est, & qui illud proferunt,pœnas dabunt, hoc enim significauit quum dixit, Quorum damnatio C iusta est:liquet planè quòd plectuntur. Si enim supplicio quidem digni sunt qui id dicunt,multò magis,qui faciunt:qui si supplicio digni, digni quidẽ, tanquã qui peccauerint, neq; enim homo est qui suppliciũ infert, vt ne quis calculum suspectũ habeat,sed ipse deus: qui quidem nihil non iustè facit.quòd si iustè plectuntur, iniustè ea dixerunt,qui nos cauillantur. Nam deus nihil non tum fecit,tum facit,quò nostra hominum vita eluceſcat,& vndiq; recta existat. Morale.

Itaq; omnem operã nauare ipsi debemus, vt ne socordia torpescamus: hac enim demum ratione & ipsos quoq; gentiles ab errore submouere poterimus. at verò quoties verbis tantum philosophi, ipsis in operibus decorum minimè seruauerimus: quibus tandẽ oculis illos contuebimur?quo denique ore de dogmatibus disputabimus?nam qui apud illos rebus in leuioribus deliquerit,ad vnumquemq; nostrũ dicet, heus tu, quo tandem modo censes me à te super grauioribus edocendum,qui nondum didiceris,auariciam, malum esse?quî fit,quæso,vt talis quum sis, de cœlestibus rebus tractandum,ac disputãdum tibi sumas? At auariciam, malum esse nosti?Igitur & ipsum crimen grauius quidem est,quòd sciens delinquis.& quid de gentili verba facio?neq; enim leges eæ,quibus vtimur, nobis permittunt,hanc in dicendo libertatem vsurpare,quoties vita nostra viciata,ac minimè syncera fuerit: Scriptũ est enim, Peccatori dixit deus, vt quid iusticias meas *Psal.49.c* enarras?Iudæi olim captiui abducti quũ fuissent,Persis instantibus,postulantibusq;, vt sibi diuinos illos cãtus canerent,responderunt:Quo modo cantabimus can- *Ibidẽ.136.a* ticum domini, in terra aliena?quòd si in terra barbara domini oracula canere fas non erat, quantò minus id animæ barbaræ?barbara est enim anima,quæ crudelis, immi-

Psal.115.a

Psal.50.a

† *quæ suarũ essẽt partiũ præstitit.*

† *forte iuste legendum.*

immitis q; est. Nam si eos qui captiui sunt, quiq; extera in regione serui agũt, lex silere iubet: quãtò magis eos, qui & peccati serui sunt, & exteram vitam viuunt, obserato, mutoq; ore esse conuenit? Atqui & organa habuere tum illi. In salicibus enim, in medio ipsorum suspendimus organa nostra. Verumtamen ne sic quidẽ canere illis licebat. igitur ne nobis quidem (etiam si os habeamus, etiam si linguam, quę ipsa sunt sermonis organa) in dicendo libertatem vsurpare fas erit, donec peccato barbaris omnibus crudeliori tyranno seruierimus. Etenim quidnam, obsecro, gentili dicturus es, rapacitati interim atque auariciæ operã dans? Ab idolorum cultu recedito? deum agnoscito? ne argento, ne auro adhæreas. hæc si dixeris, nónne ex illo ridente audies? Tibi ipse hæc prius disputato. neque enim perinde est gentilem aliquem idolorũ cultui addictum, & Christianum hominem eidem peccato obnoxium esse. quî enim valebim⁹ alios ab ea idololatria submouere, quum nos ipsi ab ea non recedamus? nos enim nobis ipsis propinquiores, quàm proximo sumus. quum igitur nobis ipsi non persuademus, aliis quî persuadebimus? nam si qui suam domũ minus rectè administrat, is ne ecclesiæ quidem curam habiturus est: quî fiet, vt qui ne suam quidem ipsius animam tuetur, alios corrigere possit? Mihi porrò ne hoc dixeris, te aureum idolum non adorare: quin potius illud mihi probato, te ea non facere, quæ ipsum aurum facienda iubet. Varij enim sunt idololatriç modi. & hic quidem Mãmonam sibi dominum, alius autem ventrem sibi deum facit, alius aliam concupiscentiam perniciosiorem. at nõ ipsis sacrificas boues, quemadmodũ gentiles? sed quod multò pestilentius est, tuam ipsius animam pro victima offers. at genua non flectis, nec adoras? sed magis audiẽs dicto es, si quid præceperint & venter, & aurum, & cõcupiscentiæ id genus alterius tyrannis: quando & gentiles hoc nomine execrabiles sunt, quòd hominum affectus, deos effecerunt: concupiscẽtiam, Venerem: irã, Martem: ebrietatem, Bacchum appellantes. at non idola sculpis illorum exemplo? verùm maiore cum animi studio te ipse iisdem illis animi morbis submittis, quæ Christi membra sunt, ea meretricis membra efficiens, cæterisq; sceleribus te coinquinans. ob quod obsecro absurditatis huius magnitudine pensitata, idolorum cultum vt deuitemus: sic enim Paulus auariciam appellat. nec pecuniarum tantum cupiditatem immoderatam, sed & appetentiam omnem malã, tum in vestitũ, tum in mensæ apparatu, deniq; rebus in cæteris. Siquidem grauiores certè, quàm reliqui pœnas luituri sum⁹, nisi domini legibus obtemperauerimus. Scriptum est enim: Seruus voluntatem domini intelligens, neq; illi parens, verberibus multis vapulabit. Vt igitur pœnam hãc effugiamus, ac tum aliis, tum nobis ipsis vsui simus, vicio omni ab anima expulso, virtutẽ sequendam nobis proponamus. Ita fiet, vt & futura quoque bona assequamur: quæ vtinam omnibus nobis contingant, gratia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, vnà cum sancto spiritu, in secula seculorum, Amen.

Ibidem.

Luc. 12. f

Homilia septima.

QVid igitur? præcellim⁹ eos? Nullo modo. Antè enim causis redditis ostendimus tum ludæos tum gentiles omnes peccato esse obnoxios, sicut scriptum est: Nõ est iustus, ne vnus quidem, non est qui intelligat, nõ est qui exquirat deũ, omnes deflexerunt, simul inutiles facti sunt: nõ est qui exerceat bonitatem, non est vsq; ad vnum. Sepulchrũ apertum guttur eorum: linguis suis ad dolum vsi sunt, venenum aspidum sub labiis eorum. Quorum os execratione & amarulentia plenum est: veloces pedes illorum ad effundendum sanguinem: contritio & calamitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt.

Psal. 13. a

Esaiæ 59. b

Non est timor dei coram oculis eorum. Insimulauit gentiles, insimulauit Iudæos, sermonis tenor postulabat, vt deinceps iusticiam eã exprimeret, quam fides parit. Nã si neque naturæ lex adiumento fuit, neque quæ scripto cõstat, quicquam profecit, sed vtraq; eos grauauit, qui illis non sunt rectè ac conueniẽter vsi, atq; adeò vt grauius supplicium illi mererẽtur, præstitit: restat, vt necessaria sit per gratiam salus. Igitur hanc tu nobis ô Paule exprimito, ac demonstrato. sed quòd Iudæorum petulantiam suspectam habeat, id nondum audet, immo rursus orationem Iudæis incusandis continuat. prius autem introducit accusatorem Dauid, ea multis recẽsentem, quæ omnia per compendium dixit Esaias, durum apparans illis frænum: vt ne auditorum quisquã restitet, neu ab iis sermonibus resiliat, qui de fide ab eo præparantur, occupatus videlicet, quantum satis est, à prophetarum incusationibus. tria enim summa ponit propheta, & quòd omnes simul mala fecerint, dicens, & quòd bona malis non miscuerint, sed vicium duntaxat exercuerint, & quòd id omni cum intẽtione: deinde vt ne dicerẽt, quid igitur, si aduersus alios hęc dicta sint? addidit, *Scimus autem quòd quæcunque lex dicit, iis, qui in lege sunt, dicit.* Quapropter post Esaiam sine vlla cõtrouersia in illos inuehentem, introduxit Dauid, vt ostendat, & hæc quoque eiusdem esse consequentiæ. Quid enim, ait, necesse, vt qui ad vos corrigendos missus est propheta, is alios incusans reprehendat? neque enim lex aliis data est, sed vobis. Quamobrẽ porrò non dixit, scimus quòd quæcunque propheta dicit: sed, quęcunque lex dicit? nempe quoniam vetus omne instrumẽtum, legem appellare solet Paulus. etenim alibi ait: Legem nõ auditis, quòd Abraham duos filios habuit? & hîc itẽ ipsos psalmos legis nomine appellauit, quum ait: Scimus quòd quæcũq; lex dicit, iis, qui in lege sunt, dicit. Deinde ostendit nec simpliciter hæc dici reprehensionis causa, sed vt lex rursus ipsi fidei viam pręsternat. tanta sanè est cognatio ac concordia veteris testamenti ad nouum. atque hoc certè nomine reprehẽsiones ac redargutiones extiterunt, vt relucens fidei valua apud auditores adaperiatur: quando vel hoc ipsum in primis ipsos Iudæos perdidit, quòd sibi plus æquo placerent. quod igitur progrediens dixit, nimirum quòd dei iusticiam minimè quum agnoscerẽt Iudæi, ac propriam iusticiam statuere vellẽt, dei iusticiæ non se submiserint, anteuertens tum lex, tum propheta, ipsorum altos spiritus deiecere, fastumq; ac turgiditatem cohibuere, vt sua ipsi edocti agnoscentésque peccata, fastu omni exinanito, suoq; periculo, & eo quidem extremo cognito, magna cum alacritate ac propẽsione ad eum festinabundi accurrant, qui ipsis peccata remittit, gratiamq; eam admittant, quam fides affert: hoc ipsum sanè & hîc Paulus subindicans, dixit: *Scimus quòd quæcunque lex dicit, iis, qui in lege sunt, dicit: vt omne os obturetur, & deo omnis mundus obnoxius fiat.* Hoc enim loco ostendit ipsos ea quidem fiducia ac libertate nudatos esse, quã opera pârere solent, verborum autem fastum tantum, & impudentiam habere: quapropter & dictione proprié vsus est, vt omne os obturetur: Illorum impudentem, & retineri contumacem iactantiam declarans,

Gala. 4. c

tum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum autem & illorum linguam planè obstructam. In A morem enim rapidi ac violenti fluminis ea ferebatur. verùm illam propheta obstruxit.porrò quum Paulus ait,Vt omne os obturetur:non hoc inquit,illos videlicet hoc nomine peccauisse, vt ipsorũ os obturaretur: sed ea de causa fuisse conuictos,vt ne hoc ignorarent, se videlicet peccasse. *Et obnoxius fiat vniuersus mũdus deo.*

Non dixit Iudęus:sed,vniuersa natura.hoc enim,nẽpe,vt omne os obturetur, illos subindicat : quanquam non apertè illud positum est,idq; vt ne sermo asperior sit.Illud autem,nempe, vt obnoxius fiat deo vniuersus orbis,simul tum de Iudæis,tum de gentilibus dictũ est: non parum autem hoc facit ad cohibendam illorum contumaciam atq; arrogantiam, quum videlicet hîc meliore non sint conditione quàm ipsi gentiles,sed æquè conuicti ac confutati per salutis verbũ. nam ὑπόδικος,hoc est reus,obnoxiusq;, ille propriè dicitur,qui B sibi ipse ad defensionẽ minimè sufficere quum possit, alterius patrocinij indiget.sicuti nostra erat conditio, qui remedia ea omnia amiseramus, quæ ad salutẽ pertinerent. *Per legem enim, peccati agnitio.* Rursus legi insultauit,parcè quidem:neq; enim quod dictum est, ipsius legis est increpatio,sed Iudæorum ignauiæ:veruntamen hîc studuit,quandoquidem de fide sermonẽ introducturus est, ipsam legem admodum infirmam ostendere.Si enim,ait, de lege gloriaris, ea te magis pudefacit,ea peccata tua traducit . Verùm non sic asperè locutus est, sed molliter rursus.per legẽ enim agnitio peccati.Igitur & supplicium maius, sed ab ipsis Iudæis. etenim ipsa quidem lex perfecit,vt peccatum tibi patefieret,tuum iam erat vt fugeres.non fugiens igitur, maius tibi accersiuisti supplicium, ac legis beneficium maioris supplicij tibi causa extitit.postquam itaq; terrorẽ C auxit,tum demum ipsam gratiam adducit, Iudæos eò constituens,vt peccatorum suorum remissionem magnopere desiderent:atq; ait, *Nunc autem absque lege, iustitia dei manifestata est.* Magnum quiddam hîc prolocutus est,ac tale,vt id magno argumẽtationis probationisq; fundamento indigeat.nam si qui in lege vixere, supplicium non aufugerunt,quin potius eò magis grauati sunt:qui fieri potest,vt sine lege non solùm supplicium effugias,sed iustificeris:duo enim summa hoc loco posuit,& quòd iustificaris, & quòd citra legem bona hæc assequeris. propterea non simpliciter dixit, Iustitia:sed,dei iustitia,à personæ dignitate maius esse ipsum donũ declarans,ac promissionem facto facilem. omnia enim ille potest,nec dixit,iustitia data est : sed, manifestata est, ipsum nouitatis crimẽ amouens.nam quod manifestatum est,vt vetus & occultũ manifesta- D tur:nec hoc solùm, sed quæ sequuntur ostendunt, hoc nõ esse nouũ.quippe vbi dixit,manifestata est,attexuit, dum cõprobatur testimonio legis ac prophetarũ . Caue enim,inquit,hoc ipso quòd nũc data est, tumultueris:caue turberis,quasi si res ipsa temporaria sit,noua,ac peregrina.eam enim tum lex tum prophetæ iam inde ab initio prædixerunt.ac partem quidem adstructionis,probationisq; huius iam ostendit,partem autem ostensurus est.in superioribus quidem in medium adduxit Abbacum dicentẽ,Iustus ex fide viuet. In subsequẽtibus autem Abraham,ac Dauid, & ipsos item de hisce nobiscum verba facientes.magna enim erat harũ personarum apud illos ratio,atque authoritas.alter enim patriarcha erat,& propheta:alter rex, & propheta.tum autem & promissiones his de rebus factæ, ad horum vtrunq; factæ fuerant.ob quod & Matthæus, euange-

Suprà.1.b & Abac. 2.a

lium dum auspicatur,vtriusq; huius primum meminit, ac tum per consequentiam in medium maiores ipsos adducit.nam quum dixisset, Liber generationis Iesu *Matt.1.a* Christi,nõ tum substitit, quum post Abraham & Isaac & Iacob dixisset, sed vnà cum Abrahã & ipsius Dauid meminit:ac quod mirũ est,& ipsum eundẽ Dauid ante Abraham posuit,quum ait, filij Dauid, filij Abrahã.ac tum demum recensere cœpit Isaac ac Iacob, cæterosq; deinceps omnes.ob quod & hoc loco Apostolus ipsos assidue circunuersat,atq; ait: *Iustitia autem dei testimonio approbatur legis ac prophetarum.* Porrò vt ne quis diceret: & quî fieri potest,vt qui nihil ad id,quod propositũ nobis est,contribuimus,salui simus:ostendit & nos ad idipsum non parũ conferre: nempe fidem.quũ igitur dixisset:Iustitia dei,addidit: *Per fidem in omnes & super omnes eos qui credunt.* Hîc rursus tumultuatur Iudæus,nihil selectum,nihil eximium præter alios habens, vt qui vel cum vniuerso orbe censeatur.vt ne igitur hoc illi accidat, terrore rursus illum reprimit, addens: *Non enim est distinctio.omnes enim peccauerunt.* Neq; enim mihi allegaueris,Illum esse Græcum,illũ Scytham, alium Thracem.omnes enim eadem conditione sunt.nam si legẽ accepisti,vnum modò didicisti,nimirum ipsius peccati agnitionem,non illius fugam.deinde, vt ne diceret Iudæi:Peccauimus quidem & ipsi,sed non perinde atque illi,attexuit: *Et destituuntur gloria dei.* Ita vt, quanuis non cadẽ cum illis peccata admiseris, gloria tamẽ dei æquè priueris.es enim ex iis vnus, qui offenderunt. qui porrò offendit, is non inter eos, qui glorificantur, sed inter eos,qui pudefiunt, recensetur.at tu ne terrearis.ob hoc enim hæc à me dicta sunt, non vt te in desperationem coniiciam,sed vt ostendam domini benignitatem.ob quod adiecit: *Iustificantur autem gratis per illius gratiam,per redemptionem,quæ est in Christo Iesu,quem proposuit deus reconciliatorem per fidem,interueniente ipsius sanguine ad ostensionem iustitiæ suæ.* Vide quot modis id probet quod dixit.primum à personæ dignitate : neq; enim homo est qui hæc facit,vt ne illum non posse dicas : sed deus ipse,qui nihil nõ potest.dei enim,ait,est iusticia : deinde,à lege ac prophetis.Testimonio enim,ait,approbatur legis ac prophetarum.ne enim quòd verbũ id, absque lege,audieris,terreare.hoc enim ipsi legi ita videtur.tertiò à victimis,quæ in veteri testamento fierent. ob hoc enim,ait.interueniente ipsius sanguine.memoriam illis refricans ouium illarum,ac vitulorum. Si enim pecudum,ait,mactationes peccata abluebãt,multò magis sanguis hic . nec simpliciter dixit, emptionẽ: sed,redemptionem, vt ipsi amplius ad eandem rursus seruitutem ne redeamus.quo nomine & ipsum vocat † reconciliatorem,declarans,quòd si typus tantũ robur habuit, multò magis veritas ipsum hoc præstabit. ac rursus ostendens,non hoc esse recens ac nouum, vsus est hoc verbo,proposuit.& ꝓposuit deus.ac patris hoc extitisse beneficium ostendens,illud idem & filij quoq; extitisse declarat.pater enim proposuit, Christus autẽ interueniente suo ipsius sanguine rem totam confecit.

λύτρωσιν *sed* ἀπολύτρωσιν. † ἱλαστήριον, *neutri generis esse potest. propitiatorij siue reconciliationẽ, vt ad Indęorũ propitiatorium restitiæ. quod etiã Origeni & Theophylacto placet.*

Ad ostensionem iustitiæ ipsius. Quid hoc sibi vult,ad ostensionem iusticiæ ipsius?quemadmodum diuitiarum ostentio facit, vt non solùm ipse diues sit, sed & alios diuites reddat : & vitæ ostensio, vt non ipse solùm viuens sit,sed & mortuos viuificet:& potentiæ, vt nõ ipse solùm potens sit,sed & infirmos confirmet: sic & iusticiæ ostensio facit, vt non ipse modò sit iustus, sed & alios in peccatum collapsos de repente iustos efficiat. hoc igitur & ipse interpretans,addidit, quid sit ostensio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sio. *Vt sit ipse iustus, & iustificans eum, qui est ex fide Iesu.* Ne igitur dubites.non enim ex operibus,sed à fide:neu dei iusticiam declines.duplex enim illius bonum, quod videlicet tum leue est,tum omnibus propositum:neu pudore atque erubescentia tenearis.si enim ipse,dum hoc facit,ostentat sese,vt sic dicam,& gloriatur, & sibi placet:qui fit vt tute ob id erubescas,ac pudefias, ob quod dominus tuus glorificatur?Quum igitur erexit auditorem,hoc ipso quod dixit, † dei iusticiam esse,‖ quæ facta sunt:rursus detrectantem, & accedere pigrescentẽ terrore impellit,sic dicens: *Propter remissionem præteritorum peccatorum.* Vides vt assiduè illis memoriã renouet peccatorum,superius quidem dicens, Per legem enim agnitio peccati:posteà autem, Quòd omnes peccauerint.hic autem acrius.neq; enim dixit,per peccata:sed, per remissionem.hoc est mortificationem.non iam enim salutis spes erat,sed sicuti corpus paralyticum cœlestis manꝰ indigebat,sic & anima mortificata.& quod grauius est, tanquam criminis loco ponens, ostendit maiorem esse accusationem. quid autem illud est? In dei tolerantia remissionem extitisse.neq; enim vobis, ait,dicere liceat, quòd multam tolerantiam, ac facilitatem nacti non iitis.verbum autem id, *In præsenti tempore,* eius est qui magnam tolerantiam ac clementiam exhibet.quum enim in desperationem,inquit, essemus adducti,ac sententiæ tempus adesset,tum autem adaucta essent mala,ac peccata ad complemẽtum vsq; peruenissent,tum deus suam ipsius potentiam ostendit, vt intelligas quanta sit apud eum iusticiæ exundãtia.neq; enim hoc à principio factum si fuisset,sic admirãdum atque incredibile visum fuisset, vt nunc, quum medicinæ modus omnis refutatus, deploratusq; est. *Vbi igitur gloriatio? exclusa est,* inquit. *per quam legem? operum? nequaquam:sed per legem fidei.* Magnopere elaborat Paulus vt ostendat,fidem tantùm valuisse,quantùm ne ipsa quidem lex imaginatione cõcipere potuerit.quandoquidem enim dixit, quòd à fide deus hominem iustificat, legem rursus attingit.nec dicit,vbi igitur sunt Iudæorum merita?vbi iustorum operũ præstatio?sed,vbi gloriatio?vbiq; ostendens illorum nudam iactitantiã, tãquam ij essent,qui cæteros præcellerent,sed nullum tamen virtutis opus ederent. porrò quum dixisset, vbi gloriatio? non addidit, extincta prorsus est ac periit: sed, exclusa est.quod verbi de re iam exoleta dicitur. neque enim ea gloriatio amplius tempus habet. nam quemadmodum iudicij tempus quum instat, non iam tempus habent,quos pœnitentiæ capit voluntas: sic & sententia quum lata fuerit, sintq; omnes iamiam perituri,atque is præsto fuerit,qui mala ea,sua gratia eluat, non iam tempus habent,correctionem eam obtendẽdi,quam à lege sumere possent.nam si illis adminiculis nitendum erat, ante illius aduentum id faciendum erat.eo autem iam præsente, cuius est per fidem seruare, sublatum est in futurum ipsum certaminum tẽpus. Is enim sic fide salutem affert, quasi illa omnia refutata iam ac conuicta forent. quapropter nunc ille aduenit, vt ne,si à principio aduenisset,dicerent,fieri quidẽ potuisse,vt quis per ipsam legem seruaretur, & laboribus propriis & meritis.hanc igitur illorum obserans impudentiam, magnam ille temporis moram interposuit antequam aduenire, vt omnibus iam refutatis, quum illi sufficere sibi non iam possent,tum demum ipse per gratiam eos seruaret.quapropter & superius quum diceret,Ad ostensionem iusticiæ,addidit: In præsenti tẽpore.quòd si nonnulli contradixerint, perinde illi facturi sunt, vt si quis magnis à se delictis admissis, quibus in iudicio defendendis par minimè sit,iudicis sententia damnatus,aliud nihil, quàm suppliciũ expectet: pòst autem liberalitate,ac gratia regia, supplicio eo liberatus quum fuerit,ita demum impudens sit, vt dimissus glorietur,ac se nihil cõmeruisse,nihil peccati admisisse profiteatur.gratia enim nondum accepta innocẽtiam probare oportebat, qua adepta iactantiæ locus relictus non fuerit.quod quidem & Iudæis visu venit. quandoquidem enim ex se ipsi conuicti essent, ob hoc aduenit ille,suo aduentu illorum iactantiã tollens.qui enim se infantium præceptorem esse profitetur,legisq; nomine gloriatur,tum autem insipientium institutorẽ se dictitat, æquè atq; illi præceptore interim ac seruatore indigens,is sanè nõ iam gloriandi causam habuerit.si enim antea circunciſio præpuciũ facta est, multò magis nunc.nã ea ab vtrisq; temporibus eiecta, explosaq; est.quũ autẽ exclusam dixit,ostendit & quo pacto. qui igitur exclusa est? per quam legem?operum?haudquaquam:sed per legem fidei.ecce & fidem quoq; legẽ vocauit,libenter in ipsis verbis perseuerans,vt nouitatem,quæ esse quidem putabatur,leniat.quæ porrò fidei lex est?per gratiam seruari.hoc loco dei potentiã ostẽdit.quòd videlicet non seruarit solũ, sed & iustificauerit,& in gloriationem duxerit, operum quidem nihil indigẽs,sed fidem tantùm exigens.hæc autem,ait, tum Iudæum eum, qui iam crediderit, ad modestiã præparans:tum eum, qui nondũ crediderit, compescens, vt eum ad se illiciat.nam qui salutem iam fuerit adeptus, si sibi hoc nomine placeat,quòd legi intentus sit,auditurus est,quòd ea quidem lex ipsius os obturauit, ea ipsum reprehẽdit, ea ipsius salutem interdixit, ac gloriationem exclusit:qui verò nondũ crediderit, rursus per hæc eadem animos remittens, poterit ad fidem accedere.Vides quãta fidei exundantia? vt submoueat à superioribus factis, ne ob ea quidem gloriari sinens?

Arbitramur igitur fide iustificari hominẽ absque operibus legis.

Vbi ostendit eos ab ipsa lege Iudæis esse superiores: tum demum magna eũ fiducia, & de ipsa verba facit, ei rei medelam rursus afferens, quæ res hoc quidem loco turbationem afferre videbatur.nam duo hæc erant quæ Iudæorum animos turbabãt.vnum quidem, si qui ab operibus seruati minimè essent,eos sine operibus seruari possibile esset: alterum autem si præpuciatos æquũ esset eadem illa assequi, quæ assequerentur ij, qui tantum temporis in ipsa lege enutriti permansissent.quod posterius priori illo ipsos magis perterrefaciebat,propterea illud vbi adstruxit, ad hoc deinceps se confert, quòd Iudęos sic turbabat,vt & ipsum Petrum,fide iam accepta,hac de causa increparẽt,ob Cornelium, eaq; facta,quæ de illo euenisse narrant. Quid igitur ait?

Arbitramur igitur fide iustificari hominem,absque operibus legis. Non dixit Iudæum, aut eum qui sub lege esset, sed orationem in campum latiorẽ educens, ac salutis valuas vniuerso terrarum orbi pandens, ait, hominem, commune naturæ nomen adhibens.deinde ex eo ansam capiens,non positam obiectionem soluit.quãdoquidem enim verisimile erat fore,vt Iudæi,vbi audiissent,quòd fides quemuis hominem iustificat, ægre ferrent,atque offenderẽtur, addidit: *Num Iudæorum deus tantùm?* Ac si dixisset,Quamobrem enim hoc absurdũ esse videtur?quòd videlicet quiuis homo seruatur.nũ deus,singularium deus est?hoc ipso declarãs,quòd quigentibus incommodare,illisq; iniuriam inferre volũt, dei potius gloriam labefactant: siquidem minimè illũ concedant

† ostentionẽ iusticiæ dei esse.

‖ Hic suprà.

Universidad de Deusto
Biblioteca

concedant omnium esse deum. qui si omniũ deus est, & omnibus certè consulit: si autem omnibus consulit, omnes per fidem æquè seruat. ob quod ait: *Iudæorum ne tantùm, an non & Gentium? certè & Gentium.* Neque enim singulorum est, quales ij sunt, quos Græcorũ nobis narrant fabulæ: sed omnium communis, & vnus. ob quod & attexit: *Quandoquidem vnus deus.* Hoc est, Idem & horum & illorum dominus. sin verò vetera mihi allegas, & tum quoq; ipsa prouidentia cõmunis erat. quãuis diuerso modo. tibi enim lex scripta data est, & illis lex naturalis. qua quidem in parte nihilo illi inferiores fuere, si modò voluere. quin & superiores facti, victoriam reportare potuerunt. quapropter & adiecit, hoc ipsum innuẽs: *Qui iustificabit circumcisionem ex fide & præputium.* Ea suggerens, quæ suprà de præpucio & circũcisione dicta sunt, per quæ ipsa nullum planè esse in iis discrimẽ declarauit. quòd si tum ita se haberet res, multò magis & nunc. quod quidem & apertius nunc adstruens, ostendit vtrunq; pariter fidei indigere. *Legem igitur irritam facimus per fidem? absit. Imò legem stabilimus.* Vides prudentiam variam & immensam. per hoc enim verbum, stabilimus, ostendit non stantẽ, sed dissolutã. ac vide Pauli prudentiæ excellentiã, quanta cũ abundantia, quæ vult, adstruit. hîc enim ostendit fidem nõ solùm non labefactare legem, sed illi esse auxilio, sicuti & ipsam legem, fidei viam aperientem. Quemadmodum enim lex anteuertens, fidei testimoniũ attulit: cõprobatur enim, ait, testimonio legis ac prophetarũ: sic & hæc fides ipsam legem inualidam stabiliuit. Et quo pacto stabiliuit inquies? quódnam, obsecro, erat legis opus? & in quo tandem illi erant omnia? nempe vt iustum faceret hominem. verùm illa quidem hoc præstare non valuit. Omnes enim, ait, peccauerunt. fides autẽ superueniens id præstitit. simul enim vt quis credidit, iustificatus est: Igitur legis voluntatem firmauit. atque ipsum illud ad finem deduxit, cuius gratia omnia lex eadem faciebat. non igitur legem fides irritam, sed ratam, absolutamq; fecit. Tria igitur hic demonstrauit: & quòd sine lege fieri potest, vt iustificeris: & quòd hoc non potuit ipsa lex: & quòd fides cum eadem lege nõ pugnat. Nam quandoquidem hoc Iudæorum animos maximè turbabat, quòd videlicet videretur fides legi esse contraria: ostendit plus etiam, quàm velit Iudæus, non solùm non esse contrariam, sed valde sociam, auxiliariam & cooperariam: Id quod maximè cupiebant audire.

Hic suprà.c

Ibidem.

Morale.

Enimuero quandoquidem post gratiam hanc per quam iustificati sumus, & recto quoque vitæ instituto opus est, agè studium tanto dono dignũ exhibeamus. Exhibebimus porrò, si bonorum matrem charitatem studiosè, accuratèque seruauerimus. Est autẽ charitas, non nuda verba, non salutationes simpliciter præstitę, sed præsidium ac patrocinium, operibúsque ipsis coniuncta voluntatis demonstratio. verbi gratia: Si quem paupertatis vinculis soluis, si quibus morbo afflictis opitularis, si quem à periculis, in quib⁹ versatur, asseris, si quibus afflictione ac necessitate pressis ades, si fletum tuum cum alterius fletu, si gaudium cum gaudio coniungis, nam & hoc quoque charitas est. atqui pusillum quidem hoc videtur esse, videlicet, si quis vnà cũ gaudentibus gaudeat: sed tamen id permagnum sanè est, ac tale, vt & animum philosophicum postulet: permultosq; inuenias, qui molestius illud officium quum præstent, leuiori tamen hoc fungi non possint. Nam multi vnà cum flentibus, flent quidem & ipsi, iidem tamen non etiam vnà cum gaudẽtibus gaudent: quin potius aliis gaudio exilientibus, illachrymantur. quod ipsum sanè est inuidentia, ac malignitas. Itaq; non tenue ego, sed altero illo præstantius meritum arbitror, quoties quis fratre gaudente gaudet. fortasse autem nec illo altero solùm præstantius, quum quis videlicet vnà cum flentibus flet & ipse, sed & illo, quum quis in periculo versanti proximo adest. quippe multi aliis in periculũ adductis, & se quoque vnà in idem periculum coniiciunt: iidem tamen aliis laudatæ vitæ instituto sese cõmendantibus, ac vulgo bene audientibus, se ipsi mordent, atque excruciant. tanta est inuidentiæ ipsius tyrãnis. quanquam hoc quidem non nisi à laboribus sudoribusq;, illud autem ab ipsa solùm volũtate atq; animi sentẽtia proficiscitur: nihilo tamẽ secius quod molesti⁹ est permulti quum ferant, quod procliuius, haudquaquam perficiunt: quinimo macerantur, dispereuntq;, quoties alios vita commendabili sese hominibus probare viderint, quoties dei ecclesiam vel verbo, vel alio quouis modo auctam, adiutamq; intellexerint, qua re quid exitiosius esse queat? neq; enim qui hęc committit cum fratre tantùm, sed & cum dei volũtate depugnat. hoc ergo considerans, morbũ huiusmodi sedato. & si minus proximũ, at certè te ipsum à malis infinitis eximito. quid bellum cogitationibus tuis infers? quid animam perturbatione comples? quid tempestatem cies? quid cœlũ terris, mare cœlo misces? quî tic affectus poteris peccatorum veniam postulare? nam si qui aduersum se admissa, aliis non remittunt, iis deus peccata nõ condonat: quam tandẽ peccatorum condonationem iis largiturus est, qui in eos iniurij sunt, à quibus nulla ipsi tentati sunt iniuria? summæ enim maliciæ argumẽ tum hoc est. ac certè id genus homines vnà cum diabolo ecclesiæ bellum inferunt. Fortasse etiam & multò pestilentius. Nam diabolum euitare sanè possis. at hi sumpta amiciciæ persona clàm ignem succendunt, se prius ipsos in caminũ coniicientes, ac morbo laborantes nõ solùm misericordia indigno, sed & admodum ridiculo. quid enim, quæso te, impalleſcis? quid tremis? quid formidolosus es? quid tandẽ mali accidit? quòd clarus, quòd splendidus, quòd bene audiens frater est? Igitur coronari oportet, ac lætitia exilire, deumq; glorificare: quòd videlicet membrum tuum relucens, & illustre. At tibi dolet quòd deus glorificatur? vides quò bellum ipsum pertineat? Dices: At non mihi molesta dei gloria, sed fratris. verùm per hunc fratrem gloria ad deum conscẽdit: igitur & bellum itidem à te exortum. at nõ hoc, inquis, mihi dolet, sed velim deum per me glorificari. Igitur fratre bene audiẽte gaude, ac tum per te etiam iterum deus glorificabitur: dicẽtq; omnes, benedictus deus, qui tales famulos habet, ab omni inuidentia liberos, de alienis bonis inter se congratulantes. Sed enim quid hîc de fratre verba facio? Nam vt hostis is sit, atque inimicus, per quem deus glorificatur, hoc certè nomine conuenit, vt tu illum tibi amicum reddas. At tu qui iam amicus est, eum tibi inimicũ reddis, posteaquàm deus per illius vitam inculpatam glorificatur. Itane verò qui corpus tuum affectum curauerit, inimicus tibi antea quum esset, hunc protinus amicum tibi in posterum censes? eum autẽ qui Christi corpus, hoc est ecclesiã exornat, amicus antea quum esset, hunc tu inimicum ducis? quânam alia melius ratione bellum te aduersus deũ suscipere ostendas? Ob hoc certè vt signa quis edat, vt virgo permaneat, vt sobri⁹ sit, vt humi etiã decubet, atq; eiusmodi virtutibus vel ad

ipsos

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipſos angelos accedat, omnium tamen ſceleratiſsimus A fuerit: hoc vicio ſi laborauerit, & adultero, & ſcortatore, & prædone, & ſacrilego iniquior. Ac ne quis me quòd ſermonis modũ minimè ſeruem inſimulet, illud libens vos interrogauerim. Si quẽ videremus ignẽ manibus, ac ligonem geſtantẽ, hanc ędem vnà cum altari demoliri, euertere, incendere: nónne fieret, vt ab omnibus iis qui rem fortè ſpectarẽt lapidibus obrueretur, tanquam impius, & exlex? quid igitur? ſi quis flammam geſtet, hoc, quo vtimur, igne edaciorem, inuidentiam dico, nõ lapidum ædificia demolientem, neq; aureum altare euertentẽ, ſed, quod longè & lapidibus & altari precioſius eſt, præceptorum ædificiũ ſubuertentem, ac deuaſtantem: hic qua tandem venia dignus eſſe queat? Abſit enim vt mihi hîc rei exitum excuſes, dicasq; vſu ſæpe eueniſſe, vt rem quis aggreſſus ſit, nec perfecerit B tamen. rei enim cuiuſq; iudicium, pro authoris animo penſatur. quandoquidem & Saul, Dauidem interfecit, vel voti ſui compos minimè effectus. An non, obſecro, animo verſas, te Chriſti ouibus inſidias ſtruere, quoties cum paſtore depugnas? pro quibus ouibus & ſanguinẽ ille effudit, & nihil non nos tum facere, tum pati iuſsit? non te ipſe commonefacis, quòd dominus tuam quidem gloriam, non etiam ſuam exquiſiuit, quum tu tamen nõ domini, ſed tuam vnius gloriam perſequaris? quanquam ſi illius gloriam ſequereris, tum demum & tuam quoque aſſequereris. Vbi illius gloria poſthabita, tuam dũ quæris, ne hanc quidem vnquam aſſecuturus es. Quænam ergo morbi huius medela inueniri queat? Coniunctim omnes, preces fundamus, vnam eandémque pro ipſis vocem tanquam pro energumenis edentes. hi enim hoc infœliciori ſanè cõditione ſunt, quàm illi, quòd furor hic nõ niſi à certo animi propoſito or- C tum habet. prece itaq; ac ſupplicatione permulta morbus hic indiget. Nam ſi qui fratrem nõ amat, vt etiam pecuniarum impenſæ non parcat, ac martyrio illuſtretur, is nihilo inde magis proficit: conſidera, quanto is ſit ſupplicio dignus, qui illi aduerſatur, à quo nulla vnquam iniuria eſt affectus? Certè hic ipſe gentilibus deterior eſt. ſi enim mutuꝰ inter nos amor, nihilo nos illis meliores, ſuperioresq; efficit: quem tandem, obſecro, gradum obtinebit, qui amorem ſibi præſtitum inuidẽtia remuneratur? etenim bello quidem pernicioſior eſt inuidentia. nam qui bellum gerit, ſublata belli cauſa, inimicicias deſinit. At inuidentiæ morbo qui laborat, amicitiam nunquã inierit. & præterea aperto ille marte rem agit, hic autẽ adumbrato. Ille honeſta quadam ratione bellum excuſare poteſt: hic autẽ aliud ni- D hil, quàm inſanit, animo præditus ſatanico. Cui nam igitur huiuſmodi animum contuleris? cui viperæ, cui ſerpenti, cui lumbrico, cui cantharo? hoc certè animo neque deterius, neque ſceleratius quicquam. hoc enim malum, hoc, inquam, malum Chriſtianorum conuẽtus ſubuertit, hoc hæreſes peperit, hoc fraternam manum armauit, perfecitque vt iuſto ſanguine dextra madeſceret: hoc naturæ leges à ſuis compagibus motas reuellit, hoc morti ualuas adaperuit, & execrationem illam ad opus deduxit, ac neq; parturiginum, neque parentum, neq; alterius cuiuſuis rei memorem eſſe miſerum illum permiſit: verùm tali furoris, atque inſaniæ œſtro extimulauit, vt vel deo exhortante, ac dicente, † Sub te erit appetitus eius, † & tu dominaberis illius: ne ſic quidem animum emolliret. atqui & crimine eũ abſoluit, ac fratrem etiam illi ſubmiſit: ſed tamen morbus ita erat immedicabilis, vt vel ſexcentis pharmacis adhibitis pus ſcaturiret. Quamobrem igitur omnium ni ſerrime doles: annè quòd honoratꝰ ſit deus: hoc ipſum verò mentis eſt prorſus ſatanicę. an potius, quòd frater à vitæ morumq; integritate vulgo melius te audit: tibi verò rurſum licet illum exuperare. quamobrem ſi vincere vis, ne iugules, neu interficias: ſed ſinito illũ, vt luctæ ſubſiſtat argumentum, ac viuentẽ vincito. ſic enim futurum eſt, vt honorificã laureã reportes. nunc autẽ illum quum ſuſtuleris, mereris ſanè, vt omnibus etiam calculis victus pronuncieris. Sed ſcilicet nihil quicquã eorum quæ dixi, inuidentia reſpicit. quãnam autem de cauſa & gloriæ appetens es, tali in ſolitudine? Ipſi enim tum ſoli terram inhabitabant. verùm ne hoc quidem illum cohibuit: quin omnibus ab animo excuſsis, à diabolo ſtans, in acie ſeſe collocabat, animo ad confligẽdum parato. Etenim diabolus idem tum vna cũ Cain belli ducem agebat. nam quandoquidem illi non ſatis fuit, quòd homo mortalis iam effectus fuiſſet, ipſo etiã mortis genere tragœdiã ipſam amplificare enixus eſt, *Ibidem.b* ſic vt illi perſuaſerit, fratris parricida vt fieret. vrgebat enim ac deſiderabat dei ſententiam in opus editam videre, qui ipſe noſtris mortalium malis nullo vnquam tempore ſatiatur. Nam quemadmodum ſi quis aduerſarium in neruo ac compedibus habens, & quidẽ mortis in eum ſententia iam lata, antequàm vrbe egrediatur, feſtinet, ac tempore cõgruo minimè expectato, illum vel intra vrbem trucidatum videre percupiat: ſic & tum diabolus fecit. Is enim tametſi audiiſſet fore, vt homo in terram reuerteretur, cõcupiuit amplius quiddam videre: filium videlicet morientem ante patrem, & fratrem à fratre intereuntem, & intempeſtiuam & violentam necem. vides quàm multas ad res ſubſeruierit inuidentia: vt inſatiabilem diaboli animum impleuerit, eidemq; menſam tantam appoſuerit, quantã videre ille expetiuerat. Igitur morbũ hunc fugiamus. nõ enim licet: non, inquam, licet prępăratũ illum diabolo ignem effugere iis, qui hoc morbo liberati nõ fuerint. liberati porrò erimus, ſi cogitauerimus quem nam in modum nos tum amauerit, tum inter nos amare iuſſerit Chriſtus. quo igitur modo nos amauit? ſanguinem illũ precioſum dedit pro nobis, qui & iimici, & quàm grauiſsimis criminibus affines, obnoxiiq; eramus: hoc pacto & te ipſe erga fratrem gere. propterea enim, in- *Ioan.13.d* quit, nouum mandatum vobis do: ſic inter vos amate, vt & ego dilexi vos. Immo verò non intra hos terminos amoris inter nos mutui modus conſiſtit. Ille enim id, quod dixi, inimicorum cauſa præſtitit. At tu recuſas tuum ſanguinem pro fratre dare? quid igitur illius ſanguinem effundis, præcepto ex diametro repugnans? quanquam quod ille fecit, id nullo debito fecit. tu autem quum id facis, mandatum imples. quando & ille *Matth.18.c* cui † talenta mille condonata fuerant, decem ‖ tamen † *decẽ milia talentorum* denarios exigens, non ob hoc ſolùm condemnari me- *condonata* ruit, quòd exigeret, ſed quòd ne ob beneficentiam qui- *fuerãt cẽtũ.* dem ſibi factam, melior euaſiſſet, nec domini exemplũ ſecutus, debitum exoluiſſet. etenim debitum quoque erat, quod ab illo ſeruo erga conſeruum ſuum, præſtitũ fuiſſet, ſi modò præſtitum fuiſſet. quæcunq; enim facimus, ea debitum implentes facimus. propterea & ipſe ait: Omnia quum feceritis, dicite, inutiles ſerui ſumus: *Lucæ 17.c* quæ enim facere debebamus, ea fecimus. Charitatem igitur quum exhibuerimus, indigẽtibus pecunias quum largiti fuerimus, debitum implemus: non ſolùm quòd ille prior beneficus in nos fuerit, ſed quòd quæ illius ſunt, diſtribuimus, ſi quando damus. quid te igitur iis priuas,

Matth. 5. g

Cain inuidia motus fratrẽ occidit.

Gene. 4. a

furore agitatus, aut à dæmone obſeſſus.

† ad te conuerſio tua. ‖ ita etiã habent Lxx. quos hic ſequitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

priuas,quorum ille dominum esse te voluit? ob hoc e- A
nim iussit,vt tu eas pecunias alteri dares, vt tu eas ha-
beres.quandiu enim tu solus eas retines,ne ipse quidem
tenes: quum autem & alteri das, tumet ipse eas capis.
Num quicquã est, quod amorem hũc exæquare queat?
Ipse sanguinem pro inimicis effudit, nos autem ne pe-
cunias quidẽ pro eo qui de nobis bene meritus est: ipse
sanguinem suum,nos autem ne pecunias quidẽ ad nos
minimè spectantes damus:ipse ante nos,nos autem ne
post ipsum quidem: ipse pro nostra salute, nos autẽ ne
pro nostro quidem cõmodo.nihil enim quicquam illi
accedit ex nostra benignitate, verùm lucrũ ipsum to-
tum ad nos ad postremum reuertitur.propterea enim
iubemur pecunias dare,vt ne iis excutiamur.quemad-
modum enim quum argentum puerulo quis donat,iu
bet diligenter vt vel asseruet,vel famulo asseruandum
credat,vt ne possit quisquis voluerit, illud eripere: sic B
Matt.6.c sane & deus factitat.da enim, inquit, indigenti, vt ne
& Luc.11.d quis abs te auferat, aut calumniator, aut diabobus, aut
fur,aut post hos omnes mors.donec enim ipse eas reti-
nes,tutò non retines.quòd si mihi per pauperes dede-
ris,tibi ego omnia accuratè asseruo,atq; eas tibi in tem
pore debito magno cũ fœnore rependam.nõ enim vt
auferam capio,sed vt plures,quàm sint efficiam, vt ac-
curatius custodiam, vt tibi ad illud vsq; tempus asser-
uem,quum nullus erit qui mutuò det, nullus qui mise-
ricordia moueatur.quid igitur nobis est immani?, qui
ne post tot promissiones quidẽ sustinemus ipsi mutuò
dare?propterea enim solitarij, nudi, ac pauperes ad eũ
discedimus,pecuniis iis amissis,quæ nobis concreditæ
fuerant,quòd eas non deponimus,apud eum qui accu-
ratissimè omnium asseruare potest,quo nomine extre-
mas pœnas luituri sumus.quid enim in iudicium tracti C
dicere ipsi poterimus pro illarũ amissione? quam cau-
sam,quam defensionem prætendere? quamobrẽ enim
non dedisti?diffidis te rursus eas accepturum?quî verò
id ratione constet?nam qui ei dedit,abs quo non acce-
perat.nõne multò magis,quum acceperit, daturus est?
At te delectat aspectus?ob hoc igitur multò etiam ma-
gis dato, & pecunias spargito, vt illic plenius delecte-
ris,quum nullus eas interuersurus est: quandoquidem
si nunc retinueris,mala lues infinita.Diabolus enim di
uitibus insilit,canis exemplo, offulam aut placẽtam de
pueruli manibus auferre volẽtis.patri ergo eas demus,
quod quum à nobis factum diabolus viderit, recedet:
is vbi receserit, tum tibi omnes pater cum securitate
redditurus est,quum tibi obstrepere ille non poterit,fu
turo scilicet seculo.vsqueadeo in præsentia diuites nul
la re differunt à puerulis iis,quibus canes infesti esse so- D
lent.quos circum videlicet diuites,allatrare omnes so-
lent,quosque lacerant, ac trahunt nõ homines solùm,
sed & illiberales affectus,gula, ebrietas, adulatio, intẽ-
perantia omnis.Iam si quid mutuò dare velimus, dis-
quirimus,à quibus multum capere possimus: eosq; cir-
cunspicimus,quos gratos futuros speruerimus.hic au-
tem secus facimus.deum relinquimus,qui sic gratus es-
Matt.19.d se solet,vt vel centuplum præbeat,interim eos disqui-
rentes,qui ne ipsam quidem sortẽ reddunt.quid enim
nobis venter redditurus est,multa quum absumpserit?
stercus,ac corruptionem.quid autẽ inanis gloria?inui-
dentiam ac malignitatem.quid autem parsimonia?cu-
ram ac solicitudinem.quid autem intemperantia? ge-
hennam,ac vermem venenatum.hi enim sunt diuitũ
debitores,ab ipsa summa ac sorte vsuras id genus pen-
dentes, nimirum hîc incommoda, tum autem & quæ
expectantur mala.His ergo, obsecro, debitoribus tan-
tum supplicij,vsurę loco,afferentibus pecunias nostras
mutuas dabimus, ac non potius ipsas Christo crede-
mus,cœlum,vitam immortalem, arcana bona offerẽ-
ti?quamnam verò defensionẽ vsurpabimus?nam quã-
obrem non das ei, qui daturus, ac qui etiam omnino
plura daturus est?fortasse ob id quod multo pòst tem-
pore dat.atqui & hac quoq; in vita dat.Verus est enim
sermo ille:Regnũ cœlorum quærite,& hęc omnia ad- *Matth.6.d*
dẽtur vobis.vides liberalitatis ac munificentię magni-
tudinẽ?Illa tibi, inquit, asseruata sunt, nec minuuntur,
quum interim seculi huius bona tanquã additamenti
ac corollarij loco largior.Adde his quod redditũ lon
go pòst tempore debitũ, opes tibi tuas auget. nam fœ-
nus quidẽ maius fit.Etenim in fœneraticiis pecuniis id
vsu venire videmus, vt fœneratores libentius iis expẽ-
sum ferant,qui quod mutuò acceperint,multo post tẽ-
pore soluturi sint.nam qui protinus resoluit, is fœnoris
cursum interrũpit,qui autẽ in soluẽdo serus est,is quæ-
stum maiorem efficit.Ità ne verò obærandis homini-
bus moram non ægrè ferimus,sed & modis omnibus,
maior illa vt fiat,excogitamus: obærando autem deo
sic nos pusillanimes gerimus, vt hoc nomine cunctẽ-
mur,ac tergiuersemur?quanquam ille, quod iam dixi,
vel hîc dat, atque vnà cum ea,quã dixi, causa, & aliud
quiddã maius dispensans in cœlis totũ recondit.nam
rerum earũ quas ille largitur magnitudo, doniq; illius
pulchritudo, vitæ præsentis vilitatẽ transcendit.neq;
enim fieri potest vt in corpore mortali ac marcido il-
las immortales coronas capias, neq; in vita hac tumul
tus ac turbationis plena,tum autem multis mutationi-
bus obnoxia, stabilem illã & immotam quietem reci-
pias.Iam verò si fortè aliena in terra ageres, nullos ini-
bi famulos habens,† neque te domum tuam recipere † *neque in*
valens,‖ tibi qui aurum deberet,polliceretur, id se tibi *domũ transf*
numeraturum multis vtique precibus ab eo contẽde- *ferre valẽs.*
res,vt tibi illud domi potius, quàm in extera ea regio-
ne persolueret: at verò spiritualia illa & arcana bona
hîc tibi numerari postulas.quantæ,quæso,id dementię
fuerit?nam si hîc accipis, mortalia prorsus accipis: qui
si tempus illud expectaueris, immortalia tibi & inte-
gra reddet.si hîc accipis,plumbum accipis: sin verò il-
lic,aurum permultum purum putum. veruntamen ne
præsentibus quidem bonis te priuat.nam & vnà cũ illa
pollicitatione & aliam adiecit, ita inquiens: Quisquis
rerum cœlestium amore capietur, centuplum accipiet *Matth.19.d*
in hoc seculo, & vitæ æternæ hæreditatem assequetur.
Quòd si centuplũ minimè accipimus, in causa sumus
ipsi, qui mutuum non damus ei, qui tantundem dare
potest.hi enim omnes qui dederunt, tantundem ipsi
receperunt,vt etiam pauca dederint.quid enim, obse-
cro,magni Petrus dedit?nõne rete confractum, & ca
lamum,& hamum solùm?sed tamen terræ illi vniuer-
sæ domos deus aperuit,& terram,& mare expandit.ac
nemo non illum in suas ædes vocauit.atque adeò om- *Actor.2.g*
nes bona sua à se diuendita ad illius pedes deferebant:
neque enim in manus coniiciebant, vt qui non id sibi
audentiæ sumebant:tantùm illi honorem vnà cũ mu-
nificentia tribuebant. Dices: At ille Petrus erat.quid
tum ô bone?neque enim vni Petro hæc deus promisit, *Matt.19.d*
neq; dixit: Tu verò ô Petre centuplum accipies solus:
sed,quisquis reliquerit domum aut fratres, centuplum
accipiet. neq; enim personarum differentiã ille nouit,
sed rerum merita. At me,inquis,liberorum chorus cir-
cũsistit, atq; ego illos diuites relinquere aueo.quorsum
igitur

igitur illos pauperes efficimus? nam illis omnia si relique-
queris, rursus incertæ custodiæ tua omnia cõmittis: qui
si illis deum relinquis cohęredem ac curatorem, infinitos thesauros relinquis. Quemadmodum enim cum de nobismetipsis vltionem sumimus, nobis tum deus non opitulatur, cum autẽ illius arbitratui rem permittimus, tum expectationem nostram rei exitus superat: sic & in pecuniarum ratione vsu venit. si nostram in eis cogitationem fixerimus, desinit ille de illis curam habere: sin illi negocium totum commiserimus, fiet, vt & illas, & liberos item in omni securitate collocet. porrò quid admiraris si in ipso deo hoc vsu venit? etenim & id ipsum quoque in ipsis hominibus euenire videmus. nam si moriens propinquorum neminem ad liberorum tuorũ curam suscipiendam vocaueris, pudore ac verecũdia suffunditur persæpe, vel qui admodum tutelæ suscipiendę cupiens est, quo minus vltro ad eam accurrat: qui si in illum curam hanc reieceris, is vt cui honos hic à te habitus fuerit, voluntati tuæ magnopere satisfacere curabit. Itaque si liberis tuis magnas opes relinquere vis, dei prouidentiam relinquito. Nam qui nullum tuum opus cum extaret, † tibi ȷ & animam dedit, & corpus formauit, & vitam item largitus est: is vbi te tale tantúmq; studium præstare, tum autem liberorum tuorum facultates vnà cum ipsis liberis sibi impertiri viderit, nónne illis diuitias omnes adaperiet? Etenim si Elias tenui farina nutritus, posteaquam vidit mulierculam illam se sic excipere, sic amplecti, vt vel propriis liberis anteponeret, tantam in viduæ domo bonorum abundãtiam exhibuit, vt inibi & area tritico, & torcular vino exundaret: cogitato quãtam Eliæ dominus benignitatem exhibiturus est. Abĳt igitur vt hoc consideremus, quemadmodum liberos relicturi simus diuites, sed quemadmodum virtute prędites. nam si opibus confisi fuerint, nullius rei alterius curam susceptur sunt, vt qui habituri sint, vnde morum prauitatem adumbrare possint: nempe à facultatum abundantia. qui si viderint sese illo solatio atque auxilio destitutos, omnem operam naubunt, vt virtute ipsa magnum paupertati solatiũ acquirant. Ne igitur opes illis relinquas, vt virtutem relinquas. nam summæ quidem est amentiæ, illis dum viuimus facultatum omnium nostrarum dominium non permittere, ab obitu vero nostro magnam iuuẽtutis lenitati licentiam relinquere. quãquam dum viuimus ipsi, possumus quidem eos ad rationis calculos vocare, facultatibus non recte vtentes emendare, ac cohibere. vita vero functi, si vnà cum orbitate ac iuuẽtute, & opum quoque licentiam addiderimus: fiet profectò, vt in infinita præcipitia miseros illos ac calamitosos impellamus, ignem igni adiicientes, & oleum foco instillantes. Quapropter si illos citra periculũ vis diuites relinquere, relinquito eis deum debitorem, ipsiq; deo has testamentarias tabulas porrigito. nam pecuniæ tuæ si ad liberos tuos deuenerint, ne hi quidem scient cuinam largituri eas sint. quin potius in sycophãtarum & quidem ingratorum manus incidẽt. qui si anteuertens illas deo mutuas dederis, incolumis in posterum thesaurus manebit, ac nullo certe negocio subsequetur mutui reddi-
tio. Nam gratiam habet deus, & quum nobis debet, & cum dependit: libentiúsque fœneratores suos contuetur, quàm eos à quibus nihil mutuo accepit: ac quibus maxime ille debet, hos & maxime amat. quamobrem si perpetuam cum illo amiciciam inire vis, perficito multum tibi ille vt debeat. neque enim perinde delectatur suis debitoribus creditor, vt deus suis creditoribus. ac

† *illis. de liberis enim intelligẽdũ Budęus annotauit. 3. Reg. 17.c*

quibus nihil debet, eos auersatur: quibus autem debet, ad eos accurrit. Omnem igitur operam nauemus, vt illum in ære nostro habeamus. hoc enim tẽpus fœnerationibus maxime accommodum est, vt quod indigentiis constet. Si igitur in præsentia deo nihil dederis, tui sanè non egebit, postquam hinc aliò fueris profectus. hic enim sitit, hic esurit. sitit autem quando tuam salutem sitit: ob hoc & mendicat, ob hoc nudus errat, omni ope tibi æternam vitam conquirens. ne igitur illum despicias. neque enim † nutritum iam sese esse vult, sed nutriri: non indutum, sed indui: ȷ & tibi aureũ illud vestimentum præparare, stolámque regiam. Nónne vides medicos eos, qui curiosiores quidem sunt, cũ ægroti lauantur, & ipsos quoque lauari, vt etiam lotione non egeant. haud aliter & deus ipse propter te laborantem, nihil non facit. propterea à te nulla cum violentia postulat, vt tibi copiosius retribuat: vt intelligas, quòd nulla quidem indigentia pressius postulat, sed salutem tuã nutantem, lapsabundámque erigens. ob hoc ad te ille vili in habitu accedit, dextram porrigẽs: cui si obolum modo dederis, haud auersatur. quem si contempseris, non abscedit, sed rursus ad te adit. amat enim, amat valde nostram salutem. pecunias igitur contemnamus ne contemnamur à Christo, pecunias contemnamus, vt & pecunias assequamur. nam si hic eas asseruauerimus, eas omnino tum hic tum illic amittemus. quòd si liberaliter eas dispertiemur, magna nimirũ opulentia in vtraque vita perfruemur. qui ergo diues fieri vult, fiat pauper vt diues fiat, insumat vt colligat, spargat vt cõgreget. quæ ipsa si tibi noua ac parum credibilia videntur, cum contemplator, qui sementem facit: ac considera, ne illum quidẽ plura cogere aliter posse, nisi bona sua spargat, nisi quæ parata habet, effundat. sementem igitur & nos faciamus, cœlúmque tanquam agrum colamus, vti & multa cum ahũdantia metamus, & perennia bona assequamur: gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, vnà cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

† *nutriri vult, sed nutriri: nõ indui, sed induere.*

Homilia octaua.

QVid igitur dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem? Nam si Abraham ex operibus iustificatus fuit, habet quod glorietur, sed non apud deum. Cap. IIII.

Vbi dixit, quòd mundus deo obnoxius factus est, quòd omnes peccauerunt, quòd gloriatio excluſa, quòd aliunde salutem assequi nõ licet, nisi à fide: deinceps ostendere studet, quòd ne dedecori quidẽ est hæc salus, sed relucentis gloriæ causa, ac maioris quàm quæ operibus cõstat. Nam quòd & salus ea, quæ cum dedecore paratur, tristicia quadã coniuncta est, & hãc quoque suspicionem tollit: quanquam & ipsum hoc iam innuit, cum non salutem modo sed iusticiam appellauit. Iusticia enim dei, ait, in ipso reuelatur. Qui enim sic saluus fit, vt iustus, cũ fiducia saluus fit: nec iusticiam solũ appellauit, sed dei ostẽsionem. deus porrò rebus in gloriosis, splendidis, ac magnis se ipse venditat. verũtamen & ex iis quæ proposita sunt, ipsum hoc adstruit per interrogationem ipsum sermonẽ prosequens. quod quidem solẽne illi semper est, tum vt perspicuitatẽ, tum vt fiduciam dictis suis afferat. etenim & superius ita fecit, cũ diceret: Quid igitur habet in quo præcellat Iudæus? &, Quid igitur præcellimus eos? Nullo modo. ac rursus: Vbi gloriatio? excluſa est. & hic quoq;. Quid igitur dicemus Abraham patrem nostrum? Quãdoquidem enim hũc Iudæi sursum ac deorsum versabãt, quòd videlicet

Sup. 3. c. d

Supra. a. b

Ibidẽ. 4. a

Ibidem. b

Ibidem. d

Universidad de Deusto
Biblioteca

patriarcha cum esset,tum autem deo amicus, circunci- A
sionem primus omnium accepisset: ostẽdere vult quòd
& ipse quoque ex fide iustificatus sit. quod quidem ma-
gnæ victoriæ exuberantia erat. nam absque operibus
vnum aliquem ex ipsa fide saluum fieri, nihil sanè in-
conueniens fuerit. Eum vero qui meritis ac recte factis
emineat, non quidem hinc, sed à fide iustum effici: id
vero mirabile erat, ac tale quod fidei vim ac robur ma
xime declararet. Quapropter aliis omnibus prætermis-
sis, ad hunc orationem reuocat. Ipsum porrò patrem
† excludens eos à vera ipsi⁹ cognatione. sic Erasmus. secundum carnem nominauit, † hac ratione eum de-
pellens ab ea germana cognatione, quæ illi cum eis in-
tercederet, Jac gentibus quasi via strata indicans pro-
pinquitatem,quam cum illo haberent. deinde ait: *Si enim Abraham ex operibus iustificatus fuit, habet quod glorietur, sed non apud deum.* Quum igitur dixisset, quòd deus cir-
cunci sionem ex fide iustificat,& prępucium item per fi- B
dem,atque hoc satis supèrque adstruxisset iis, quæ supra
posuit: & per ipsum quoq; Abraham plenius ipsum idẽ
demõstrat,quàm promiserit. committitq; ipsam fidem
cum operibus,quandam veluti pugnam proponens,to
túmque certamẽ circa ipsum iustum firmat. nec id sim-
pliciter. vnde & grauitatem valde asseruat, patrem illũ
vocans,eósque ad necessitatem cogens,illi in omnibus
parẽdi: Ne enim mihi,ait,Iudæum adleges,neu vel hũc
vel illum in medium adducas. Ego enim ad ipsum de-
mum fastigium, atque vnde ipsa circunciſio initium ce
pit,conscendo. Si enim Abraham ex operibus iustifica-
tus est,ait, habet quod glorietur, sed non apud deum.
Obscurum quidem dictum hoc: igitur necessarium est
manifestius ipsum reddere. Sũt enim gloriationes duę,
altera ab operibus,altera à fide. cum igitur diceret, si ex
operibus iustificatus est, gloriationem habet, sed non C
apud deum: ostendit quòd & à fide posset gloriationẽ,
& quidem longe maiorem,habere. Magna enim Pauli
vis in hoc maxime declaratur, quod in cõtrarium de-
torsit quod proposuerat. & quòd ipsa operum salus ha-
bebat, in quo & gloriaretur,& confideret: hoc ipsum
multo magis à fide existere ostendit. Nam qui ob ipsa
opera gloriatur, labores proprios habet quos obtẽdat.
at qui ob hoc effertur, ac sibi placet, quòd deo fidẽ ad-
dixerit suam: multo maiorem gloriandi occasionem
ostentat,vt qui dominũ glorificet,ac magnificet. Quæ
enim natura minime dictauit (de iis loquor,quæ oculis
nostris subiecta sunt) hæc à fide erga illum præstita ad-
mittit, tum germanam charitatem aduersus illum præ
se fert, tum illius potentiam illustri præconio celebrat.
Hoc ipsum porrò generosissimi est animi, & philoso-
phicæ sentẽtiæ,& sublimis cogitationis. Etenim nec fu- D
rem esse,nec parricidã, vel cuiuslibet esse posse. at cre-
dere quòd impossibilia posset de⁹,hoc vero magni ad-
modum animi indiget, & magnopere erga illum affe-
cti. etenim germanæ charitatis hoc signum est. Siquidẽ
& deum quoq; honorat quisquis illius mãdata implet:
multo vero meli⁹ hic,qui fide philosophatur. Ille enim
ei obedit: hic autem conuenientem de eo opinionẽ ac-
cipit, eúmq; glorificat atque admiratur vehemẽtius ip-
sa operum demonstratione. Illa ergo gloriatio eius est,
qui recte aliquod factum præstiterit. Hæc autem deum
ipsum glorificat, ac quanta est,tota ipsius est. gloriatur
enim ob hoc quòd magna quædã de eo concipiat,quæ
quidem in illius gloriam redundant. vnde ait erga deũ
habere ipsum gloriationem, non ob hoc autem solum,
sed ob aliud. gloriatur enim rursus fidelis,nõ quòd deũ
amat solum germanè,sed & quod ab illo magnum ho-
norem assecutus est, magnam item dilectionẽ. Quem-
admodum enim ipse illum adamat,magna quędam de
illo imaginatus, hoc enim dilectionis argumentum: sic
& deus illum diligit sexcentorum criminum reum,non
tantum supplicio liberans,sed & iustum efficiẽs. Habet
igitur quamobrem glorietur,se magna admodum cha-
ritate dignum habitum fuisse. *Ei vero qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum.* Igitur
hoc maius,inquies? nequaquam. etenim credenti impu-
tatur. nunquam autem imputaretur, nisi & ipse quidpiã
attulisset. Quapropter & hic debitorem habet deũ, nec
vulgarium rerum debitorem, sed magnarum ac sublimium. Illius porrò animi sublimitatem vbi ostendit,&
spiritualem cogitationem,non simpliciter dixit, *Credenti: sed, credenti in eum qui iustificat impium.* Cogita enim
quantum hoc sit,nempe credere,ac certam persuasionẽ
concipere: quòd possit deus, eũ qui in impietate vitam
transegerit, de repentè non modo merito supplicio li-
berare,sed & iustum efficere, tum autem immortalibus
illum honoribus dignari. Ne igitur existimes hunc im-
minui,quòd illi non secundum gratiam imputatur. ip-
sum enim hoc maxime facit, vt fidelis eluceſcat, quòd
videlicet tantam assecutus sit gratiam, tantámq; exhi-
buerit fidem. ac vide & retributionẽ maiorem: illi enim
merces datur,huic autem iusticia. longe autem præstat
mercede iusticia. est enim multiplicem mercedem com
prehendens remuneratio,ipsa iusticia. Id ergo Abrahæ
exemplo cum declarauit, & ipsum quoq; Dauid adduc-
cit iis quæ dicta sunt suffragantem. Quid igitur ait Da-
uid? & quem tandem beatum dicit? eũ qui operibus tur-
get,an eum qui gratiam assecutus est? nempe qui remis-
sionem ac donum obtinuit, † an eum qui fidẽ ac beati- † hęc desunt in Veronẽsi.
tudinem? Jbeatitudinem porrò cum dico,bonorũ om- C
nium fastigium dico. sicuti enim iusticia amplius quid-
dam est ipsa mercede, ita beatificatio maius quiddã est
ipsa iusticia. cum igitur ostendit iusticiã potiorem esse,
non ob hoc solũ,quòd eam Abraham acceperit, sed ab
ipsis etiam cogitationibus. habet enim,ait,quod glorie
tur, †sed nõ J apud deum: & alio rursus modo ipsam au- † desunt hęc in Veron.
gustiorem,ac magis verendã ostendit, adducẽs Dauid
illi suffragantem. etenim hic (ait) eũ beatum facit, qui ita
fuerit iustificatus, cum dicit: *Beati quorum remissæ sunt iniquitates.* Psal. 31. a
Videtur porrò nõ conueniens testimoniũ ad-
ducere. neq; enim dixit, beati quorum fides ad iusticiã
imputata est. Id quod prudens quidem facit, non etiam
ignorans, vt maiorem ostendat hyperbolen. nã si bea-
tus est hic,qui à gratia remissionẽ accipit: multo magis
qui iustificatus est, quiq; fidẽ præ se fert. porrò vbi bea-
tificatio, ibi certe dedecore omni sublato magna glo-
ria existit. est enim ipsa beatificatio mercedis cuiuslibet
intentio,incremẽtum,& gloria. quapropter in quo ille
præstat,id non scripto expressum ponit, dicens: Ei ve-
ro qui operatur,merces non imputatur secundum gra-
tiam. In quo autem fidelis præcellit,id per testimonium
scripto expressum adstruit, dicens, Sicuti dixit Dauid,
Beati quorũ remissæ sunt iniquitates. Quid enim dicit,
inquis,quòd non secundum debitum,sed secundũ gra-
tiam accipit remissionẽ? sed ecce,hic est qui beatur. quẽ
vtiq; minime bearet,nisi eundem magnã obtinere glo-
riam intelligeret. nec ait,remissio igitur hęc in circũci-
sionem? sed quid? *Beatificatio hæc (quod amplius quidẽ erat) in circunciſionem, an in prępucium?* Quæstionis est enim,bo-
num hoc & magnum cum vtro consistat,cum circũci-
sione,an cum præpucio? ac vide hyperbolen. ostẽdit e-
nim illud non solũ non præpucium auersari, sed liben-
ter cum

ter cum eo verſari, vel ante circunciſionem. quãdoquidem enim qui ſic beat, & ipſe circunciſus erat, Dauid, & circunciſos alloquebatur: vide, vt ſtuduerit Paulus, quod dictum eſt ad præpuciatũ appellere. Connectens enim iuſticiæ beatificationem, oſtendẽnſque vtrunque vnum eſſe, quærit quo pacto iuſtificatus fuerit Abrahã. Videamus quo pacto iuſtificatus eſt, prępuciatus quum eſſet, an circunciſus. præpuciatus inquit: *Dicimus enim quòd imputata fuit Abrahæ fides ad iuſticiam.* Superius ſcripturam cũ citauiſſet, Quid enim (ait) ſcriptura dicit? Credidit autem Abraham deo, & imputatum eſt illi ad iuſticiam. Hic & loquentium quoque ſentẽtiam aſſumit, oſtenditq; in præpucio iuſticiam extitiſſe: deinde ab his obiectionem aliam exurgẽtem ſoluit. Si enim qui præpuciatus erat, inquit, iuſtificatus eſt, qua tandem cauſa circunciſio introgreſſa eſt? *Signum accepit*, inquit, *& ſignaculum iuſticiæ fidei, quæ inerat illi in præpucio.* Vides, vt oſtenderit Iudæos veluti aſſeclarum comitúmq; loco eſſe? † vel ipſos præpuciatos illis adiectos adiunctóſque fuiſſe? J Si enim iuſtificatus quidem eſt tum, cum præpuciatus eſſet, ac coronatus eſt, poſtea autem circunciſionem accepit, certe poſteriores introgreſſi ſunt Iudæi: Igitur præpuciatorum prius † eſt pater Abraham, eorũ, inquam, qui illi per fidem fuerint conſanguinei, & tunc qui in circũciſione. duplex enim eſt pater. Vides fidem ſplendeſcere? quouſque enim ea accederet, non iuſtificatus eſt patriarcha. Vides præpucium impedimentum nullum afferre? etenim præpuciatus erat, nec prohibitus eſt iuſtificari. fide igitur poſterior eſt circũciſio. & quid miraris ſi fide circunciſio poſterior eſt, quando & præpucio quoque? non ſolum autem fide poſterior, ſed & ipſa etiam longe inferior: ac tanto certe inferior, quãto ſignum re ipſa cuius eſt ſignum inferius eſt. Verbi gratia, Quãto militis inſigne milite ipſo inferius eſt. dices, & quamobrem ſignaculo egebat? non ipſe egebat. quãobrem ergo illud accepit? *Vt eſſet ipſe pater communis, & credentium per præpucium, & eorum qui in circunciſione eſſent.* Sed non ſimpliciter eorum qui in circunciſione, idcirco adiecit: *Iis qui non ſolum genus ducerent à circunciſione.* Si enim præpuciatorum ille pater, non quòd præpuciatus eſt, quanquam in præpucio iuſtificatus, ſed quòd ipſius fidem ſunt æmulati: multo minus circunciſorũ erit pater, propter circunciſionem, ſi fides abfuerit. Circunciſionem enim accepit, vt vtrique, ait, ipſum habeamus patrem, nec † qui circunciſi fuerint præpuciatos expellant. J vides vt præpuciati hi ipſum priores patrem habuerint? Quòd ſi venerandum quiddam eſt circũciſio, quòd iuſticiam videlicet prædicet, non paruam & prępucium præſtãtiam obtinet, vt quòd iuſticiam eam ante circunciſionem acceperit. tum ergo tibi licebit patrem illum habere, cum ingreſſus fueris veſtigiis fidei, nec contenderis, nec tumultuatus fueris, legem introducens. quámnam, obſecro, fidem mihi narras? nempe eam quæ fuit in præpucio. Rurſus Iudaicam turgiditatem ac faſtum compeſcit, iuſticiæ tẽpus in memoriam redigens. & recte dixit, *Veſtigiis*: vt tu æquè atque ille in corporum mortuorũ reſurrectione credas. etenim ille circa hoc ipſum fidem exhibuit. Quare ſi præpuciũ explodis, aperte diſcito, ne ipſam quidem circunciſionem tibi prodeſſe. niſi enim fidei veſtigiis inſtiteris, vt ſexcenties circũciſus fueris, non eris Abrahæ filius. quãdo & circunciſionem hoc nomine accepit, vt ne qui in præpucio eſſet, te faſtidiret ac reiiceret, Caue itaque ab illo id exigas: factum enim eiuſmodi tibi, non illi auxilio fuit. At illud & iuſticię ſignum ait. & hoc propter te:

Genes. 15.

† *quatenus & ipſos præpuciatis illis addictos fuiſſe oſtendit hoc* ? *Budæi codice mutatum.*

† *al. primũ.*

† *præpuciati circunciſos expellant.*

quando nunc ne hoc quidem eſt. tum enim tu corporeorum ſignorum egebas: nũc autem his minime opus. dicet aliquis: Num à fide licebat animæ ipſius virtutem perdiſcere? licebat quidem. Verum & hoc item additamento indigebas. quandoquidem enim animæ virtutẽ nequaquam es æmulatus, neque videre potuiſti, data tibi eſt ſenſibilis circunciſio: vt poſteaquam te hac in re corporali exercueris, ſenſum deducaris & ad animi cõtemplationem: ac ſtudioſe ipſam complexus, tanquam dignitatem maximam, imitari ac reuereri patrem edocearis. atque hoc non in circũciſione modò deus inſtituit, ſed & in aliis item omnibus: nimirum in ſacrificiis, in ſabbatis, in feſtis. Nam quòd cauſa ille tua circunciſionem acceperit, audi quæ ſequuntur. cum enim dixiſſet, quòd ſignum accepit, & ſignaculum, cauſam apponit, dicens: *Vt ipſe eſſet pater circunciſionis*, iis qui & mentalem aſſumunt. nam ſi hanc ſolum habueris, nihil tibi amplius accedit. Signum enim & hoc eſt, cum ipſa res penes te extiterit, hoc eſt ipſa fides. quandoquidẽ ſi hac carueris, ne ipſum quidem ſignum, ſignũ eſſe poteſt. cuius enim ſignum erit? cuius ſignaculum? cum † nõ ſit qui J obſignetur. haud aliter quàm ſi nobis balteum oſtẽderis, ſignaculum habẽs, nulla re intus repoſita: quapropter ridicula circunciſio fuerit, niſi fides intus adfuerit. nam ſi ea iuſticiæ quidem ſignum eſt, iuſticia autem careris, fit, vt ne ſignum quidẽ habeas. hac enim de cauſa ſignum accepiſti, vt rem exquireres cuius ſignum habes. quandoquidem ſi ipſam citra hoc exquiſiturus eſſes, huius non indigeres. nõ hoc autem prædicat ſolum circunciſio, iuſticiam videlicet, ſed iuſticiã, quæ in præpucio eſſet. Aliud igitur nihil circunciſio prædicat, niſi quòd circunciſione minime opus. *Etenim ſi ij qui ad legem pertinent, hæredes ſunt, inanis facta eſt fides, & irrita facta eſt promiſſio.* Declarauit quòd neceſſaria eſſet fides, quòd circunciſione vetuſtior, quòd lege fortior, quòd legem commendet. nam ſi omnes peccauere, neceſſaria: ſi qui præpuciatus eſſet, is iuſtificatus eſt, vetuſtior. ſi per legẽ agnitio peccati, abſque autem lege manifeſtata eſt, fortior. ſi legis teſtimonio probatur, & legem firmat, non aduerſaria, ſed amica, & ſocia: declarat rurſus & aliunde fieri nõ potuiſſe vt per legem hæreditatem aſſequereris. quam fidem cum comparaſſet circũciſioni, victoriamq; reportaſſet, eandem rurſus legi opponit, ſic inquiens: *Si enim qui ad legem pertinent, hæredes ſunt, inanis facta eſt fides.* Vt ne quis enim diceret fieri poſſe, vt fidem habeas, legẽmque ſerues: oſtendit id eſſe impoſsibile. Nam qui ipſam legem amplectitur, tanquam quæ ſalutem afferat, is fidei vim improbat: ob quod ait, Inanis facta eſt fides: hoc eſt, non opus eſt ſalute ea, quæ per gratiam fit: neque enim ea poteſt ſuum ipſius robur declarare. etenim Iudęus fortaſſe dixerit, Quid enim mihi fide opus? Igitur ſi hoc verum, vnà cum fide & promiſsio peſſum iit. vide vt in omnib⁹, ab ipſo patriarcha à ſummo rei totius initio cum ipſis depugnet. nam eũ oſtendit illinc iuſticiam vnà cum fide hæreditariam factam, oſtendit & promiſsionem ſimiliter. vt ne enim diceret Iudæus, Quid mihi curæ eſt, ſi per fidem iuſtificatus eſt Abraham? dicit Paulus, Ne id quidem quod ad te maxime pertinet, nempe poſſeſsionis promiſsio, poteſt ſine illa ad opus deduci: quod maxime illos territat. quãnam porrò promiſsionem ait? vt mundi hæres ſit, & in eo omnes benedicantur. & quo tandem pacto irrita facta eſt hæc promiſsio? dixerit aliquis. *Nam lex iram operatur. Cuius enim lex non eſt, huius nec tranſgreſsio.* Quòd ſi iram operatur, & tranſgreſsioni obnoxios facit: liquet

† *nulla res ſit quæ, aut pro qui, legę, quod.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

plane quòd & execrationi quoq; . porrò qui execrationi, supplicio ac transgressioni obnoxij sunt: ij ne digni quidem sint, qui hæreditatem cernant, immo & pœnas dare, & expelli merẽtur. Quid igitur? Accedit fides gratiam illicies, vt promissio ad opus deducatur. vbi enim gratia, ibi venia: vbi venia, ibi nullum supplicium: supplicio porrò sublato, ac iustitia à fide accedente, nihil prohibet hæredes nos fieri promissionis eius, quæ à fide datur. *Idcirco igitur ex fide*, ait, *datur hæreditas, vt secundum gratiam firma sit promissio vniuersõ semini, non ei quod est ex lege tantum, verumetiam ei quod est ex fide Abrahæ, qui est pater omnium nostrum.* Vides quòd non solum legẽ stabilit fides, sed & ipsam hanc dei promissionem perire non patitur. Lex autem è diuerso & fidem irritam facit, præter tempus obseruata, & promissionem impedit. propterea ostendit non solum nõ supernacaneam esse fidem, sed & sic necessariam, vt sine ea ne seruari quidem possis. Lex enim iram gignit: omnes enim eã transgressi sunt. hæc autem iram prorsus coalescere nõ patitur. *Cuius enim non est lex*, ait, *huius neque transgressio.* Vides vt non solum peccatum exortum deleat, sed ne ipsum quidem exoriri sinat. propterea ait: *Per gratiam.* Quamobrẽ tandem: non quidem vt pudefiamus, Sed *vt firma sit promissio vniuersõ semini.* Duo bona hic ponit. quòd videlicet & firma ea sint, quæ dãtur: & quòd vniuerso semini ea parata sint. eos qui à gentibus oriundi sunt cogens, Iudęosq; ostendens exclusos esse, si ad fidei auditum nomen contentionem mouerint. Hoc enim firmius illo. neq; enim te fides damno afficit, ne contentionẽ cieas, sed te à lege in periculum adductũ, seruat. deinde posteaquam dixit, vniuerso semini, diffinit, qualinã semini. *Quod est ex fide*, inquit, Connectens cognationẽ quæ ad gentes pertinet, ostẽdensq; non posse eos ob ipsum Abraham sibi placere, qui non perinde crediderint, atque ille. ecce & aliud quiddã tertium fides operata est. nam cognationem eam, quæ ad iustum pertinet, accuratiorem fecit, tum autem plurium liberorum patrẽ declarauit. Vnde non simpliciter dixit Abraham, sed nostri credentium patris, deinde testimonio dictum obsignans: *Sicut scriptum est*, inquit, *patrem multarum gentiũ constitui te.* Vides hæc iam inde ab initio ordinata? Quid igitur, dixerit aliquis, si de Ismaëlitis, aut Amalecitis, aut Agarenis hæc dicit? Hoc certe vlterius progressus manifestius ostẽdit, non de illis prolatũ fuisse. sed interim ad aliud festinat, per quod & ipsum hoc declarat, propinquitatis huius modum definiẽs, ac † magno cũ consilio Jhoc adstruens. Quid enim ait? *Ad exemplum dei cui credidit.* Quod porrò ait, hoc est: Quemadmodum deus nõ est singularium deus, sed omnium pater: sic & ipse. & rursus, sicuti deus pater est non secundum naturalem cognationem, sed secũdum fidei necessitudinẽ: ita & ipse. obedientia enim patrem facit, ac genitorem omnium nostrum. quandoquidem enim hanc cognationem nihili faciebant, crassiorẽmq; illam retinebant, ostendit hanc esse magis ratam, orationem ad deũ deducens, ac vnà cum his & illud demonstrans, quòd videlicet fidei retributionem hanc acceperit. quare nisi hoc adfuerit, omniúmq; extiterit pater terram inhabitantium, verbum id, ad exemplum, locum non habet, sed mãcum factum est dei donum. ad exemplum enim sonat, perinde. quî enim mirum fuerit, obsecro te, patrẽ illum esse suorum, & à se genitorũ? hoc enim quiuis homo assequitur. quod enim nec opinatum est, illud quidem est: quòd videlicet, quos à natura non habuit, eos vt dei dono acciperet. Quare si credere vis, patriarchã fuisse honorem assecutum, credito & illum eundẽ omnium esse patrem. Vbi autem dixit, ad exẽplum dei, cui credidit, non intra ea verba constitit, sed & addidit: *Qui vitæ restituit mortuos, ac vocat ea, quæ non sunt, tãquam sint:* Iam hinc veluti iactis fundamẽtis, de resurrectione sermonẽ præparans, vt qui ei ad rem propositam accõmodus esset. Si enim possibile illi mortuos vitæ restituere, & ea quæ non sunt, tanquã ea quæ sunt producere: possibile eidem & eos, qui ab ipso nati nõ fuerint, ipsius filios efficere. ob quod non dixit, qui producit ea quę nõ sunt: sed, qui vocat, maiorẽ facilitatem ostendens. quẽadmodum enim nobis facile est vocare ea, quę sunt: ita ei facile, ac multo facilius, ea quæ non sint, in rerum naturam producere. porrò cum dei donum magnum esse dixisset, & immensum, déq; illius potestate disseruisset, ostendit & Abrahę fidem dono ipso dignam esse, vt ne putes eum temere honestatum fuisse: excitatóq; auditore, vt ne Iudæus obturbet, obstrepat, aut animi pẽdeat, ac dicat: quî fieri potest, vt qui filij minime sunt, filij tamen fiant? traducit orationem ad patriarcham atq; ait, *Qui præter spem sub spe credidit, se fore patrem multarum gentiũ, iuxta id quod dictum est, sic erit semen tuum.* Quo pacto præter spem sub spe credidit? præter spem humanã, sub spe dei. ostẽdit enim & rei magnitudinem, nec sinit tamen fidem dicto abrogari, quæ inter se pugnantia sunt, fide ipsa temperante. Quòd si de illis loqueretur qui ab Ismaële ortum habuerunt, superuacanea hęc esset oratio. illi enim non secundum fidem, sed secundum naturam geniti sunt. Sed & Isaac in medium adducit. non enim pro illis gẽtibus credidit, sed pro eo qui ab vxore sterili edẽdus esset. si igitur merces est, patrem multarũ gentium fieri: de illis gẽtibus intellige, pro quibus credidit videlicet. nã vt scias de his illum loqui, audi quæ sequũtur: *Ac non infirmatus fide, haud consideravit suum ipsius corpus iam emortuum.* Vides vt impedimenta ipsa ponat, & altum iusti animum omnia transcẽdentem. præter spem, inquit, quod promissum erat: primum hoc impedimẽtum. neq; enim ipse alterum Abraham habuit, quem videret sic suscepisse filium. nam qui ab illo extitere, ad illum respexere. ille autem ad nullum, sed ad deum solũ. quapropter, prẽter spem, dixit. deinde, corpus emortuũ: hoc secundum. & mortificatio vuluæ Sarræ: hoc & tertium & quartum. *Verum ad promissionem dei non hæsitauit ob incredulitatem.* Neque enim demonstrationem dedit, neq; signum fecit deus, sed verba erant nuda solũ, promittentia ea, quę natura nõ pollicebatur. sed tamen nõ hæsitauit, inquit. non dixit, illum non incredulum fuisse: sed, non hæsitauisse, hoc est ne animo quidem suspẽso, ancipiti, ac dubio fuisse. porrò autem quòd tot ei impedimenta existerẽt, inde edocemur, vt innumera etiã, quæ impossibilia quidem videãtur, promittat deus, nec ea admittat qui audierit, eam imbecillitatem nõ ab ipsarum rerum nasci ingenio, sed ab eius stultitia, qui nõ admittit. *Sed robustus factus est fide.* Vide Pauli philosophiam. nam quandoquidem agebatur tum de iis, qui opera præstant, tum de iis qui credunt, fidémq; exhibẽt suam, ostendit eum qui credit, maius opus illo præstare: tum autẽ maiori fortitudine, maiori robore indigere, nec cõtemptibilem ac vulgarem laborem sustinere: etenim eleuabant Iudæi, attenuabántque fidem, tanquam quæ laborem non haberet. Igitur aduersus id seſe obfirmans, ostendit non eum solum, qui temperantiam, aut aliud id genus meritum præstat, sed & eum quoque qui fidem credulitatẽmque affert, magna admodum virtute ac potẽtia indigere. Quemadmodum enim roboris

Gen. 17. a

† *multa cũ magnificẽtia.*

Gen. 15. b

ille

Universidad de Deusto
Biblioteca

ille eget ad propellendos à se adorientis intemperātiæ insultus,ita & huic quoque valido ac potenti animo opus est, ad defendendas, explodendásque incredulitatis cogitationes. Quî igitur fortis extitit? Fidei,inquit, non cogitationibus rem ipsam commisit. alioqui futurum erat,vt laberetur,animúmq; desponderet.qui porrò fidem prǽstitit? *Tribuens gloriā deo*,inquit,*certa persuasione concepta quòd* † *is qui promiserat,idem potens*] *esset & præstare.* Igitur ipsum hoc,non curiosè indagare scilicet,est deū glorificare,sicuti curiosè indagare,est peccare.Quòd si quoties inferiora hæc curiosè nimis perscrutamur, inquirimúsque,deum minime glorificamus:multo magis quoties domini ortum superuacanea curiositate inquirimus,tanquam qui iniuriam inferamus,extrema patiemur.si enim resurrectionis typum exquirere minime oportet,multo minus arcana illa,& horroris ac reuerentiæ plena. nec dixit,credens, simpliciter: sed,certa persuasione cōcepta.nam tale quiddam fides est, nimirum apertior, manifestiórq; demonstratione ea, quam perpēdētis animi ratiocinatio parit, atque adeo maiorem in suadendo vim obtinet. neque enim fluctuat, si qua forte alia cogitatio in eam introgressa fuerit. etenim qui perpendentis hinc inde animi ratiocinationibus paret,is certe & sententiam mutare possit. at qui fide se obfirmat,auditionem suam cogitationibus iis quæ nocere possunt, veluti vallo, munitam occludit. Quum igitur dixisset, quòd à fide iustificatus esset, declarat quòd & deum à fide glorificauerit:quod ipsum vitę maxime proprium est.Luceat enim lumen vestrum coram hominibus, vt videant bona opera vestra, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est.ecce hoc fidei esse apparuit. Rursus autem vt opera indigent roboris, ita & fides. In ipsis quidem operibus præstandis vsu sæpe venit, vt sudorem corpus partiatur: in ipsa autem fide, animæ simplicis,ac nudæ meritum existit. quamobrem maior est labor, cum ea videlicet certaminum socium, participémq; non habeat. Vides vt omnia, quæ operis erant, ostendit maiori cum exuberantia ipsi fidei inesse.Verbi gratia, Gloriari erga deum, fortitudinis ac laboris egere,deum rursus glorificare.per hæc porrò verba † *Qui promiserat, idem*] *potens esset & facere.* Videtur mihi & de futuris aliquid prædicere. neque enim præsentia solum promisit,sed & futura. Hæc enim illorum typus erant. Est igitur incredulitas mentis infirmæ,pusillæ,ac miseræ. Quamobrē quoties nobis nonnulli credulitatem vicio vertent, illis cōtrà vicio vertamus incredulitatem, vt miseris,pusillanimibus, insipientibus, infirmis,& asinis ipsis nihilo melius habētibus. Quemadmodum enim credulitas,animi est magni, ac sublimis,ita incredulitas animi est exilis, ratione maxime carentis, & ad pecudum amentiam depressi. Itaque illis omissis ipsum patriarcham æmulemur, ac deum glorificemus,quēadmodum & ille gloriam illi dedit. Quid porrò illud est,gloriam illi dedit?illius iusticiam, illius immensam potentiam considerauit,tum autem conuenientem de eo cogitationem sibi sumpsit,atq; ita demū plenam ac certam promissorum persuasionem induit.

† *id quod promiserat potens*

Matt.5.b

† *Quod promiserat*

Morale.

Igitur & nos quoque illum glorificemus, tum per ipsam fidem,tum per ipsa opera,vt mercedem hanc accipiamus,ab illo scilicet vt glorificemur. Eos enim qui me glorificant,ait,glorificabo. quāquam si nulla etiam proposita esset merces, vel hoc ipsum gloria fuerit,nempe quòd digni habiti fuerimus,qui deum glorificemus. Nam si qui regum laudes decantant, celebrántque, ij ob hoc tantummodo magnopere sibi placent, vt nullus inde alius fructus existat:considera quantæ demum gloriæ fuerit, si dominus noster per nos glorificetur? quemadmodum & quanti supplicij, si authores ipsi fuerimus, vt per nos ille blasphemetur, ac male audiat. quanquam hoc ipsum,nempe glorificari, causa ille nostra fieri vult.ipse enim re ipsa minime indiget. Quantum enim esse putas deum inter & homines discrimen? an quantum inter homines & lumbricos? sed nullum prorsus dixi discrimen vel tanto à me posito. neque enim id quantum sit verbis exprimere queas.Igitur num velles ipse à lumbricis gloriam capere magnam ac splē didam?nequaquam.ergo si tute gloriæ sitiens, hoc nolles: qui hoc affectu vacat, atque ab eo intantum est remotus,is quo tandem pacto gloriæ à te manantis indiguerit? Sed tamen vel minime egens cum sit, ait se illam cupere propter te. si enim sustinuit, vt propter te seruus fieret, quid demiraris, si hac eadem de causa, & alia quoque suscipit, amplectitúrque. nihil enim se esse indignum existimat, quod quidem saluti nostræ conducat. Hæc ipsa igitur cum ita se habere nouerimus, peccatum id omne effugiamus,per quod deus blasphemia efficiatur. ait enim scriptura, tanquam ab aspectu serpentis,fuge à peccato.nā si ad illud accesseris, † mordebit,] te. non enim illud ad nos accedit, verum ipsi ad illud transfugimus. Siquidem & huic quoque rei deus ita prouidit,vt ne videlicet diabolus sua tyrannide superior nobis esset. alioqui enim, nullus inueniretur contra illius robur stare valens. propterea habitare illum voluit, tanquam latronem quempiam, ac tyrannum. qui nisi quem apprehenderit inermem ac solitarium in suas spelunceas descendentem, accedere sanè non sustinet: nisi nos per desertum iter facientes viderit, appropinquare non audet. desertus autem diaboli locus aliud nihil est,quàm ipsum peccatum.opus est ergo nobis fidei scuto, salutis galea, spiritus gladio, non quidem vt ne malum aliquod patiamur tantum,sed vt illius caput,irruere volentis,obtrūcemus. opus est item & assiduis precibus,vt ille sub pedibus nostris conteratur. impudens est enim & impurus, & quidem ab inferiori loco depugnans: sed tamen vel sic victor euadit. cuius rei causa ea est,quòd studium nullum adhibemus, quo ipsi illius plagis altiores nos collocemus. neque enim ille potis est sese admodum sursum attollere, sed deorsum trahitur, † serpentis formam gerens,] quod si † *atque huinitio sic ordinauit illum deus, multo magis & nunc.* *ius serpens* qui si ignoras, quid tandem sit ab inferiori loco depu- *typus erat* gnare, tibi hic ego enitar pugnæ huius modum declarare. *Gene.3.c* Quid igitur est ab inferiori loco depugnare?nempe à rebus quæ infra nos sunt,digladiari, à voluptate, à diuitiis,denique à secularibus quibusuis reb⁹. quapropter si quem ille viderit volatu ad cœlum ferri, primum saltu eousque contingere haudquaquam potest. deinde id aggressus, celeriter concidet. neque enim pedes habet,ne formides,non alas,ne terreare.super terram trahitur,iis quæ in terra sunt adhærescēs.Igitur nihil quicquam sit tibi cum terra commune,ac labore nullo egebis.neq; enim pugnam eam nouit,quæ aduerso vtrinq; cornu geritur. sed veluti serpens spinis occultatur, intra diuitiarum impostruram assidue latitans. qui si spinas incideris,facile aufugiet,timidus redditus,si & in illum diuinas incantationes canere noueris, statim vulnerabitur.sunt enim nobis, sunt inquam nobis incātationes spirituales,ipsum nomē domini nostri Iesu Christi, tum ipsius crucis potentia. huiusmodi incantatio

Luc.12.a

Eccli.21.a † *Ἀπ' ἔτει, id est, mordebit. alij legunt Δέξεται, id est, suscipiet, siue excipiet.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

non ſolum draconem à ſpelæis abigit, atque in ignem coniicit,ſed & vulneribus quoq; medetur.quòd ſi multi extitere, qui dictis illis carminibus ſanati minime fuerint,accuſent illi modicam ſuam fidem,non dicti infirmitatem: quando & ipſum Ieſum multi quidem pellebant,ac premebant, ac nihil tamen inde lucri reportabant. *Matt.9.c* At quæ ſanguinis profluuio laborabat mulier, ne tacto quidem corpore,ſed ipſo tantũ veſtis limbo,diuturnos ſanguinis fontes ſtitit. hoc nomen & dæmonibus terribile,& perturbationib⁹, & ægritudinibus. hoc igitur ornemur ipſi,hoc tãquam muro nos muniamus. ſic & Paulus factus eſt magnus, quãquam & ille eadem nobiſcum natura conſtans. ſed illũ ipſum fides ſibi immutatum,alium pro alio effecerat.quin & tanta erat in illo fidei abundantia,vt vel eius veſtes magna pollerẽt poteſtate.quo igitur pacto nos ipſi excuſabimus?ſi illius quidem & vmbræ & veſtes mortem exegere, ipſos autem affectus ne noſtræ quidem preces compeſcãt. quid tandem cauſæ eſt? nempe ingens animi diſcrepantia. nam quod ad naturam ſpectat, ea æqualis quidem eſt, & communis. Ille enim perinde atque nos natus eſt,& educatus, tum autem terram habitauit, & aërem reſpirauit.at cætera nobis longe maior ac melior,zelum, fidem,charitatem.Ipſum igitur imitemur, præſtantes vt per nos Chriſtus loquatur.hoc ille cupidius auet,quàm ipſi nos,atque ob id organum hoc apparauit.quod quidem nõ vult infructuoſum atque iners manere, ſed aſſidue id in manib⁹ habere,quin igitur illud artificis manui accommodum apparas? non etiam remittis chordas,iisq; mollioribus per delicias effectis, citharam totam illi inutilem reddis? cum eam oporteat conſtringere, & intendere cantus, & ſale ſpirituali conſtipare. nam ſi eam hac ratione aptatam viderit, per noſtram etiam animam reſonabit Chriſtus.quod certe cũ à nobis factum fuerit,& angelos videbis exultãtes, & archãgelos,& Cherubim. Digni igitur inculpatis illis manibus efficiamur,ipſum exhortemur, vt & noſtrum quoq; cor pulſet. imò vero ne exhortationis quidem ille eget. duntaxat eo attactu cor idem dignum comparato. Sic fiet,vt ille ad te prior accurrat. Nam ſi imparatis vltrò etiam accurrit (Paulo enim tali nondum effecto encomij telam orditur)is cum te paratum viderit, quid tandem facturus non eſt? quod ſi Chriſtus reſonuerit:tum certe & ſpiritus omnino præſto aderit, erimúsq; cœlo meliores, non ſolem habentes ac lunã corpori impreſſam, ſed ſolis & lunæ & angelorum dominum inhabitantem,& inambulantem in nobis.Hæc autẽ dico non quò mortuos ſuſcitemus, neque quò leproſos expurgemus: ſed vt horum omnium ſignum charitatem exhibeamus.Vbicunq; enim bonum id affuerit, ſtatim filius præſto eſt,vnà cum patre, inibi etiam & ſpiritus gratia frequentat. *Matt.18.c* Vbicũque enim fuerint(ait)duo vel tres cõgregati in nomine meo,ibi ſum in medio ipſorũ.quod quidem magni eſt affectus, pertinétq; ad eos qui valde amant,amatos ſcilicet vtrinq; habere.Dices,ecquis autem ita miſer eſt,vt nolit Chriſtum ipſum medium habere? Certe ipſi nos illi ſumus, qui mutuis inter nos ſeditionibus conflictamur.ac fortaſſe me ridebit quiſpiã, dicétq;: Quid ais?vides omnes nos intra eoſdem parietes eſſe,intra vnum idémque eccleſiæ clauſtrũ,ſub eandem mandram vnanimiter coactos, neminem depugnantem,ſub vno eodémq; paſtore communiter acclamantes,communiter quæ dicta fuerint exaudientes,cõmuniter preces fundentes,& tu hic tamen pugnæ ac ſeditionis mentionem infers. pugnæ quidem mẽtionem infero,neque inſanio aut mente alienata ſum.Video enim,quæ video. nec me latet nos ſub vnum ſtabulum coactos,vnum paſtorem habere: propterea autem mirum in modum lamentor,quòd cum nos tot res copulauerint, ſeditione tamen agitemur. Et quámnam, inquis,ſeditionem hic vides? hic ſeditionem quidem nullam.Verum concione hac ſoluta, hũc ille accuſat,alius aperte iniuriam affert:alius inuidet, auariciæ & rapacitati ſtudẽs:alius vim affert,alius perdite amat,alius ſexcentos conſuit dolos: quòd ſi noſtras animas detegere daretur,tum demũ hæc,quę dico,omnia exacte perſpiceretis,cognoſceretiſq; me hac in parte nõ delirare.An non videtis in exercitibus id vſu euenire,vt milites pacis tempore armis poſitis nudi & inermes alteri ad alteros commeent? verum vbi armis ſeſe illi muniũt,vbi & cuſtodiæ,& præſidia,& inſomnes noctes, vbi & aſſidui item ignes incenduntur,iam non pax, factum eiuſmodi,ſed bellum. Hoc ipſum & in nobis quoque videre eſt. Etenim à nobis ipſi inuicem cauentes inter nos timemus, & ad aurem proximo vnuſquiſque verba facimus: ac ſi alium accedentem viderimus,ſilemus,eóque ſermone medio omnia cõtrahimus: quod quidem nequaquam confidentium eſt, ſed hominum ſibi admodum cauentium. At hæc,inquis,à nobis fiunt,non quòd iniuriam faciamus, ſed vt ne patiamur. ob hoc ipſe lugeo,quòd cum inter fratres viuamus,vt ne tamen iniuria afficiamur,cuſtodiæ egemus, tot ignes incendimus, tot cuſtodias ac præſidia adhibemus. Cuius rei cauſa quidem eſt mendacij fraudiſque copia, tum autem ingens charitatis extinctæ penuria, vno verbo bellum irreconciliabile. Ob quod non paucos inuenias gentilibus plus fidentes,quàm Chriſtianis.atqui quàm hæc indigna,quàm hæc inuerecunda, quàm lachrymanda, q̃ deploranda ſunt? Dices,quid facias?hic difficilibus atque incommodis moribus præditus eſt. & vbi philoſophiam iſtam didiciſti? vbi ſunt leges Apoſtolicæ, quæ ipſæ iubent, vt onera inter nos noſtra feramus? nam ſi fratris conſuetudine vti neſcis, quando vnquam poteris externi hominis vſum recte ferre? ſi mẽbrum neſcis contrectare tuum,quando vnquam alienum illicere,& tibi ipſe cooptare poteris? Enimuero quid iam faciam? ad lachrymas effundendas natura propenſus minime ſum.quandoquidem abundantes ex oculis fontes emitterem iuxta prophetam illum,hoc ipſo quòd hoc in cãpo bella cõſpiciam infinita,illis pernicioſiora. Ille quidem barbaros irruentes intuitus, dicebat, Vterus mihi, vterus mihi dolet: ego vero ſub vno imperatore inſtructos cum videam,deinde cõtra ſe mutuo ſtantes,mordentes, ac ſua inuicem membra concidentes, hos quidem pecuniarum,illos gloriolæ nomine, alios temere, ac nulla cauſa ſubſannãtes,atque irridentes,ac vulnera inter ſe multa infligentes,& mortuos item iis,qui in bello pereunt,grauius enectos,deniq; fratrum nomen nudum duntaxat relictum eſſe,tum demum ne me habere quidem ſentio quámnam deplorationẽ hac tragœdia dignam excogitem. Vereamini igitur,vereamini menſam eam,cuius omnes participes ſumus, Chriſtũ propter nos trucidatum,ſacrificium eidem menſæ ſuperpoſitum.Prædones ſalem eundem ſimul comedentes,prędones eſſe deſinunt,duntaxat aduerſus eos quorũ conuictu vſi fuerint,menſa eouſq; illorum mores immutãte,vt qui feris immaniores eſſent, eos ouibus mãſuetiores reddat. Ipſi autem eiuſmodi mẽſæ ac cibi participes aduerſum nos mutuo armamur.cum hoc ipſum aduerſus diabolum hoſtem communem facere cõueniat. ob quod

Gala.6.a

Hiere.4.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod nos quidem infirmiores, ille autē fortior in dies singulos euadit. neque enim coniunctis viribus aduersus illum munimur, sed nobis inuicem cōtrarij stamus, atque eo ducor ad eiusmodi acies conflictūsque vtimur: cum conueniat aduersus illum solum depugnare, sed quo tamen relicto, aduersus fratres sagittas dirigimus. quāsnam, inquis, sagittas? eas inquam, quæ à lingua, atque ore exeūt. neque enim ipsa solum iacula, ac tela, sed & verba quoque telis ipsis multo letaliora vulnera inferunt. At quī poterimus, inquis, bellum hoc conficere? Si cogitaueris quòd fratri tuo dum obtrectas, cœnum ab ore tuo profundis. Si cogitaueris, quòd Christi membrum calumniaris, quòd carnem propriam deuoras: q̄ iudicium tibi seuerius reddis, iudiciū inquam illud terribile, & incorruptum: quòd telum non eum, qui ictus est, sed te qui eiaculatus es, occīdit. At me, inquis, iniuria quadam affecit, ac mihi dāno fuit? Suspira, neu male dixeris. Lachrymare non ob tuam iniuriam, sed ob illius exitium. quēadmodum & tuus dominus ludam lachrymatus est, non quādo quidem ipse crucifigebatur, sed quando quidem ille prodebat. iniuria te, & conuicio affecit: deū obsecra vt statim propicius illi fiat. Frater tuus est, membrum est tuum, idem tecum nascendi initium cepit, ad eandem tecum mensam vocatus est, sed eo magis, inquis, mihi ille insultat. Igitur hac quidē ratione, maior tibi merces. hac ratione potissimum par est, vt iram ponas. quoniam quidem letalem accepit plagam, quoniam quidem ipsum vulnerauit diabolus. ne igitur & tu præterea ferias, nēve ipsum vnà cum illo deiicias. nam tantisper dum † superfedes, ‖ potes ipse & illum seruare: qui si iniuriam iniuria retalians, te ipse quoque deieceris: quis tandem vos humi iacentes tollet? ille vulneratus? certe haudquaquam poterit, humi prostratus, an tu qui vnà cum illo collapsus es? ita ne vero qui tibi ipse manum porrigere nequiuisti, alteri poteris? Sta igitur generoso pectore, ac scuto oppositō, vel mortuum illum è pugna (frater tuus est) per lenitatem trahito. Vulnerauit illum ira: ne vulneraueris & tu, sed prior iaculum abiicito. nā si ita inter nos vixerimus, è vestigio sani omnes erim⁹. sin autē arma in nosmet inuicem sumpserimus, ne diabolo quidē opus erit ad nostri internecionem: nam cum omne bellum perniciosum, tum in primis intestinum. hoc porrò bellū vel intestino, tanto est pernicios̄ius, quāto maiora nobis sunt vitæ eius quam viuimus, seu potius cognationis ipsius iura. Quondam frater interfecit Abel cognato sanguine effuso. Veruntamen hæc cædes tāto illa est iniquior, quanto & propinquitatis maior, & mortis grauior conditio. Etenim ille corpus vulnerauit. tu autem aduersus ipsam animam ensem acuisti. At tu iniuriam prior passus es: Verum non quòd passus fueris, sed quod feceris, hoc ipsum est iniuriam passum esse. Considera porrò: trucidauit Cain, trucidatus est Abel. Vter igitur mortuus erat? Is qui post mortem clamabat, (Vox enim, inquit, sanguinis Abel fratris tui clamat post me.) an qui dum viueret timidus, trepidúsq; erat. hic enim, hic quouis mortuo miserabilior erat. Vidisti vt melius præstantiúsq; sit iniuria affici, etiam si ad cædē vsque quis processerit: disce vt iniuria afficere deterius sit, etiam si ad sanguinem vsque quis peruenerit, percussit ille ac deiecit fratrem. Verum hic coronabatur, ille contrà puniebatur. sublatus trucidatúsq; est præter ius Abel, sed tamen hic quidem moriens accusabat, damnabat, ac mācipabat. Ille autem vel viuens obmutescebat, & pudore suffundebatur, & reus peragebatur, re ipsa illi contra

† σκεπω, id est, tegis.

Gen. 4. b

A animi sententiam cedente. Interficiebat enim, quando-quidem dilectum videbat, expectās à dilectione illum exturbare. extēdit autem dilectionem magis ac magis, & ipsum sanè mortuum deus magis inuestigabat cum diceret, Vbi est Abel frater tuus? non enim inuidentia amorem extinxisti, quin potius incēdisti magis: honorem cæde non imminuisti, sed eò intendisti magis. antea enim illum tibi subdiderat deus, posteaquam vero illum interemisti, vel mortuus te vlciscetur, tanta est mea erga illum dilectio. Vter igitur est reus peractus, qui supplicium affert, an qui supplicium patitur? qui tātum à deo honorem assequitur, an qui nouo cuidam & insperato supplicio addicitur? Illum, inquit, viuentem non timuisti. igitur mortuum timeto. non territus es, gladium impacturus: tremore assiduo corripieris, vel sanguine iam effuso. Viuēs tibi seruiebat, neque tulisti, B ob hoc mortuus tibi factus est territans dominus. Hæc igitur considerantes dilecti, inuidentiam fugiamus, extinguamus viciositatem, charitatem mutuo retribuentes, vt illius fructus tum in hac, tum in futura quoq; vita decerpamus: gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi: per quem, & cum quo, patri gloria, vnà cum sancto spiritu, in secula seculorum, Amen.

Ibidem.

Homilia nona.

NOn scriptum est autem propter illum tantum, imputatum fuisse illi ad iusticiam, sed etiam propter nos, quibus imputabitur credentibus in eum, qui excitauit Iesum dominum nostrum à mortuis. Posteaquam multa magnifice de Abraham locutus est, tum autem & de illius fide, de iusticia, de honore eo, quem est ille à deo assecutus, vt ne auditor diceret, Id vero quid nostra refert? ille enim est qui iustificatus fuit, ipsos nos rursus propter C patriarcham collocat: ea est spiritualium verborū vis. Eum enim qui à gentibus ortus fuerit, quiq; nuper ad fidem se contulerit, vel nullis operibus ab eo præstitis, non solum ait nihilominus reportare, quàm Iudæus fidelis, sed quàm ipse etiam patriarcha reportauerit, atq; adeo, si quid admiratione dignum proferendū sit, multo etiam amplius. Tanta est enim nostra nobilitas, vt illius fides nostræ fidei typus existat. nec dixit, sin autem illi imputatum est, verisimile est, fore, vt & nobis quoq; imputetur, idque vt ne dictum ipsum ad syllogismum trahat. ex diuinarum autem legū authoritate loquitur: perficiens vt ipsum hoc totum, sacræ scripturæ sententia sit. quámnam enim, inquit, ob rem scriptum est? nēpe vt perdoscamus, quòd & nos quoque eadem ratione iustificamur: eidem enim deo iisdem de rebus credidimus: quanquam non iisdem in personis. nostræ porrò fidei vbi mentionem fecit, & dei item immensam erga humanum genus benignitatem enumerat, quā nunquam non circūfert, crucem in medium afferens. quod & nunc declarauit, inquiens: *Qui traditus fuit propter nostra peccata, & excitatus est propter iustificationem nostri.* Vide vt dicta mortis causa, eandem & resurrectionis probationem faciat. Cur enim, ait, cruci suffixus fuit? non ob proprium delictum. id quod ex resurrectione liquet. si enim peccator erat, quo modo resurrexit? qui si resurrexit, planum est illum peccatorem non fuisse. peccator porrò si minus erat, quī crucifixus fuit? aliorum causa. quòd si aliorum causa, omnino resurrexit. Nam vt ne diceres, quo tandem pacto tot, tantisque peccatis affines, obnoxiiq; cum simus, iustificari possimus? ostendit illum peccata omnia deleuisse: vt tū ex fide Abraham, per quam iustificatus est, tum ex seruatoris morte, per

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam peccatis liberati fuimus, sermonem confirmet. Illius autem mortem vbi dixit, dicit & resurrectionem. neq; enim hoc nomine mortuus ille est, vt nos sibi reos factos damnaret, puniretq;, nocētes repertos, sed vt de nobis bene mereretur. propterea enim & mortuus est, & resurrexit, vt iustos nos efficeret. *Cap. V.* *Iustificati igitur ex fide, pacem habeamus erga deum per dominum nostrum Iesum Christum.* Quid hoc sibi vult, pacem habeamus? quidam aiunt Paulum id sentire, vt ne amplius seditionibus inter nos agitemur, contendentes videlicet ipsam legem introducere. Mihi autem videtur de vitæ nostrę ratione iam disputare: nam cum multis verbis de fide disseruisset, eandēmq; vel iusticiæ ab operibus præstitæ antepositisset, vt ne quis existimaret illius verba veluti socordiæ atque ignauiæ argumentum esse, ait, pacem habeamus: hoc est, ne amplius peccemus, neq; ad pristina facta nostra reuertamur. hoc enim est, bellū gerere aduersus deum. dices: quî vero fieri potest, vt ne amplius in peccatum prolabamur? quî, obsecro, prius illud fieri potuit? Etenim si tot, tantisq; peccatis obnoxij cum essemus, omnibus tamen per Christum liberati fuimus, quāto magis illius opera fiet, vt in quo sumus statu, perseueremus? neque enim perinde fuerit, pacem quæ minime sit, accipere, atque datam retinere. est enim ipsum acquirere, quàm tueri difficilius. sed tamen quod difficilius quidem erat, id factu perfacile fuit, atque in opus exiit. Igitur quod facilius quidem est, nullo negocio à nobis præstari poterit, si modo illi assidue adhæserim°, qui nobis illa perfecit. Porrò autem hoc loco non mihi modo tacite significare videtur, quod facilitatis, sed & quod rationis est. Nam si ille infensos nos conciliauit, par est, vt in ipsa conciliatione persistamus, hásque illi vices reddamus, vt ne videlicet, videatur ille rudes, imperitos, improbos, & ingratos patri conciliauisse. *Per ipsum enim*, ait, *& nobis contigit, vt fide perduceremur.* Nam si nobis procul distantibus accessum præbuit, multo magis propinquos iam factos retinebit. Mihi porrò considera, vt vbique duo ponat, tum illius videlicet facta, tū nostra: sed illius quidē varia, multa, ac diuersa: etenim causa ille nostra mortuus est. tum autem nos conciliauit, nobis accessum dedit, nobis gratiā immēsam largitus est: nos autem fidē tantūmodo attulimus. quapropter ait, *Fide in gratiam hanc.* Quámnam, obsecro, gratiam mihi narras? nempe quòd digni habiti sumus, qui deum cognosceremus: quòd errore liberati, veritatem tandem agnouerimus: quòd bona ea omnia obtinuerimus, quæ per baptismum obtineri solent. Hoc enim ille nomine nobis aditum, accessumq; præbuit, vt hæc dona assequeremur. neque enim simpliciter vt peccata nobis nostra condonarentur, vt reconciliaremur tantum, sed vt infinitis bonis, ac dignitatibus potiremur. nec intra hæc ipsa cōstitit, quin & alia pollicitus est: illa videlicet arcana bona, & mentem, & orationem excedentia: qua de causa vtrunque attexuit. nam cum dixit, gratiam: præsentia, quę accepimus, bona indicauit. cum autem dixit: *Et gloriamur sub spe gloriæ dei*, futura omnia detexit: ac recte dixit, in qua stamus. Talis enim ipsa dei gratia: finem nullum habet, terminum non nouit, sed & ad maiora semper propagatur, atque progreditur. Id quod non ita in hominibus vsu venit. verbi gratia: Assecutus est quis magistratum, gloriam, principatum, tum in eo perpetuus non manet, sed confestim ab eo excutitur: nam vt honorē illum humana manus nō eripiat, certe superueniens mors omnino ereptura est. At quæ deus bona largitur, haudquaquam talia sunt, à quibus videlicet non homo, non tempus, nō rerum aduersarum vis, non ipse diabolus, non mors ingruēs deturbare nos poterit, quin vel mortui cum sumus, tū demum firmius ea possidemus, atque adeo quò progredimur magis, eò pluribus semper, maioribúsque illis effectis fruimur: quapropter si futuris fidem non habes, saltem præsentia, & quæ iam es assecutus, de illis tibi fidē faciant. Idcirco enim ait, *Gloriamur sub spe gloriæ dei*, vt intelligas quali animo præditum eum esse oportet, qui fidem suam deo obstrinxit: neque enim illi solum plenam factam esse persuasionem oportet, de iis quæ data sunt, sed de futuris, tanquam iam datis. gloriatur enim quis super iis, quæ iam in manu habet. Quoniam igitur rerum futurarum spes sic firma est, atque euidens, vt & iam datarum, æquè, inquit, & super illis gloriamur: quapropter & gloriæ nomine illas designauit. si enim ad dei gloriā conferunt, omnino euenient: si minus propter nos, attamen propter ipsum. & quid dico, inquit, futura bona idonea esse ob quæ gloriemur? certe ipsa etiā præsentia mala satis esse queant, ad nos sic honestandos, sic ornandos, vt nobis illorū nomine placere debeamus. quapropter & addidit: *Nec id solum, verumetiam gloriamur super afflictionibus.* Cogitato igitur quanta ea sint, quæ nos futura expectamus: cum vel in iis, quæ molesta esse videntur, animo attollamur. Tale est dei donum, cuius quidem particula nulla insuauis. Aliis quidem in rebus certamina laboriosa esse solent, pariúntq; tum dolorem, tum afflictionem: corollæ autem, ac præmia voluptatem adferunt. At hic non ad eandem rationem se res habet, quin potius luctę, atque certamina iucunditatis haud paulò plus habēt, quàm vel ipsa præmia. Quandoquidem enim multæ quidem tentationes id temporis essent, cœlorum autē regnum in spe situm, & aduersa in manibus, suauia in expectatione, ea autem res infirmiores frangeret: idcirco vel ante corollas, illis præmia largitur, inquiēs, oportere etiam in afflictionibus gloriari. nec dixit, oportet vos gloriari: sed, gloriamur nos, sub propria persona admonitionē introducens. postea quandoquidem nouum, inopinatúmq; id esse videbatur, quod dixerat, quòd videlicet gloriari illum oporteret, ac sibi placere, qui cum fame colluctatus, in catenis atque quæstionibus versaretur, tum autem & contumelias & opprobria pateretur, ipsum hoc deinceps confirmat: ac quod maius est, nō illa quidem digna esse ait gloriatione, ob ea tantum, quæ futura expectamus, sed ob ipsa etiam præsentia. etenim vel ipsæ per se afflictiones bona quædam res est: quamobrem? nempe quòd ad patientiam accingunt, atque exercent. quapropter cum dixisset, gloriamur in afflictionibus, & causam dein addidit, inquiens: *Scientes quòd afflictio patientiam parit.* Vide rursus Pauli solicitum studium, vt in contrarium circumagat orationem. quandoquidem enim ob afflictiones potissimum, animum illi despondebant, in futurorum præmiorum desperationem adacti, ait, ob illas ipsas maxime bono, firmóque animo esse oportere, nec futura desperanda. *Afflictio enim*, inquit, *patientiam efficit, patientia vero probationem, probatio autem spem, spes porrò non pudefacit.* Afflictiones enim spem ipsam non modo non tollunt, sed & præparant. habet enim afflictio, vel ante ea, quæ futura expectantur, maximum fructum, patiētiam: cum eo quoque quòd probatum illum efficit, qui tentationes sustinet. Confert autem aliquid & ad futura: spem enim in nobis vigere facit: cum nihil sit, quod sic nos ad bonorum spem comparet, quàm bona conscientia. Itaque illorum nullus, qui vitam

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui vitam rectè atq; sanctè exegere, de futuris diffidit. A quemadmodum & plerosq; inuenias ex eorum numero, qui vita negligenter acta malæ conscientiæ stimulis fodiuntur, qui in animum inducũt suum, nullum esse nec iudicium, nec retributionem. Quid igitur in spe nobis, bona: in spe certè, sed non humana, quæ quidem intercidit, atque identidem pudefacit sperãtem, eo, abs quo præsidium expectabatur, vel mortuo, vel adhuc viuente, à voluntate deducto. At non talis est rerum nostrarum conditio: immo firma atque immobilis spes. nam qui spopondit, is semper viuit: nos autem ad quos promissorum fruitio pertinet, vt moriẽdum nobis sit, tamẽ iterum resurgemus: ac nihil prorsus est, quod possit nos pudefacere, tanquam temerè, tanquam frustra, tanquam spe, sublatos fragili. ab eorum igitur animis vbi satis superque omnem dubitationem per hæc verba sustulit, orationem non intra præsentia sistit, sed & B ad futura rursus adducit: quòd intelligeret eos qui imbecilliores essent, cum quæ præsentis vitæ sunt, quærere, tum verò non esse his contentos. Fidem porrò illis cõciliat ab iis, quæ iam data sunt. Vt ne enim quis dicat: Quid igitur fiet, si nobis deus nolit gratificari: nã quòd ille potest, quòd manet, quòd viuit, omnes quidem scimus: quòd autem & volet, id verò vnde sciemus: nempe ab iis quæ facta iam sunt, ab ea, quam iam erga nos præ se tulit, dilectione. dices: quid ille iam fecit? spiritũ sanctum dedit. Itaque quum dixisset, spes non pudefacit, addidit & demonstrationem, inquiens: *Quòd dilectio dei effusa est in cordibus nostris.* Nec dixit, data est: sed, effusa est in cordibus nostris: largitatem ostẽdens. quod enim maximum erat donum, hoc dedit: non cœlum, non terram, non mare, sed quod his omnibus antiquius, precioſiúsque erat, & angelos ex hominibus, & C dei filios, & Christi fratres effecit. quid autem hoc est? spiritº sanctus. quòd si nollet magnis nos coronis post labores donare, nũquam ante ipsos labores tot tantáque donasset bona. nũc verò dilectionis suæ feruorem hinc declarat. quòd non sensim, ac pedetentim nos honestauit, sed cumulatè ac plena manu bonorum fonte effudit, idq; ante ipsa certamina. Quamobrem vt etiam non sis admodum dignus, ne desperes, quum magnum in causa patronum habeas, iudicis dilectionem. Idcirco enim & ipse per hęc verba, Spes non pudefacit: non ad nostra merita, sed ad dei dilectionem, charitatemq; erga nos totius negocij laudem retulit. spiritum autem vbi datũ dixit, transit deinceps ad crucem, ita inquiẽs:

Christus enim quum adhuc essemus infirmi iuxta temporis rationem, pro impijs mortuus est. nam vix pro iusto quispiam morietur: siquidem pro bono forsitan aliquis etiam mori sustinet. Commendat autem suam charitatem erga nos deus. Quod autem ait, hunc habet sensum: Si pro viro probo ac virtute prædito nõ statim emori quis velit, considera domini charitatem, vt quem nõ pro virtute præditis, sed pro peccatoribus, & inimicis cruci suffixũ fuisse constat. Id quod & postea ait: *Quòd quum adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus fuit: multò igitur magis iustificati nunc sanguine eius seruabimur per eum ab ira. nam si inimici quum essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius: multò magis reconciliati seruabimur per vitam ipsius.* Quod dictum est, eorundem sermonũ iteratio esse videtur: diuersus tamen illius sensus est, si quis accuratè attendat. Considera porrò. vult illos in futurorum fide confirmare. ac primum quidem à iusti sen-

† *id quod promiserat deus.*

tentia illos pudefacit: quum ait illum plenam persuasionem concepisse, quod † is qui promiserat, idem] potẽs esset & præstare, tum à gratia data. deinde ab afflictione, ne, quòd idonea quidẽ sit nos ad spem deducere: præterea à spiritu, quem accepimus: postremò autem & à morte, atque à vicioſitate nostra, ea videlicet, quæ antè in nobis erat, hoc ipsum adstruit. ac quod iam dixi, videtur quod dictum est, vnum idemq; esse. Duo autem & tria & multò etiam plura esse inueniemus. primum quidem, quòd mortuus est: secũdum, quòd pro impiis: tertium, quòd reconciliauit, quòd seruauit, quòd iustificauit, quòd immortales reddidit: quòd filios effecit, & hæredes. non igitur à morte solum corroborari hoc ait, sed & à dono nobis per mortem dato, quanquam si vel mortuus tantum pro nobis, qui tales eramus, fuisset, fuisset factum eiusmodi magnum dilectionis argumentum. Quum autem constet illum morientem dona largitum tot, ac tanta nobis, qui tales eramus: certè id genus facta omnem hyberbolen excedunt, eúmque, qui etiam magnopere stupidus sit, ad fidem traducunt. nemo est enim alius qui sit nos seruaturus, quàm illemet ipse, qui sic peccatores nos amauit, vt & seipsum dediderit. Vides quantum locus hic fundamentum habeat ad adstruẽdam futurorum spem. ante hunc enim, duo quidẽ erant ad salutem nostrã difficilia: & cp peccatores essemus, & cp salus per domini mortem necessaria. quod ipsum minus persuasibile erat, antequã fieret, ac magnam adeò charitatẽ requirebat, vt fieret: nũc verò posteaquã hæc euenere, reliqua faciliora sunt. Etenim amici facti sumus: nec morte amplius opus est. Qui igi- *Infra. 8. f* tur inimicis sic pepercit, vt ne filio quidem pepercerit: nunc amicis nobis factis non aderit: quum videlicet iam nulla dedendi filij necessitas imminet. vel enim quis salutẽ non affert, quòd nolit: vel quòd, etiam si velit, non possit: quorum neutrum in deo dicere possis. nam quòd ille voluerit, hinc declarauit, quòd filiũ dediderit: quòd autem potuerit, ęquè hinc demonstrauit, quòd peccatores quum essemus, iustificauit. Quid igitur iam prohibet, quomin° futura præmia assequamur? nihil. Deinde rursus vt ne audito & peccatorum, & inimicorum, & infirmorum, & impiorum nomine pudore & erubescentia suffundaris, audi, quid dicat: *Non solum autem hoc verum etiam gloriãtes in deo per dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem assecuti sumus.* Quid hoc sibi vult, non solum autem hoc, non solum, inquit, salui facti sumus, sed & gloriamur ob id ipsum, vnde existimat quis nos pudore suffundi. nam quòd seruati fuerimus vel tanta in malicia victitantes, hoc verò summum est argumẽtum eius, qui seruauit, erga nos beneuolentiæ: non enim per angelos aut archangelos, sed per ipsum vnigenitũ seruauit: quo fit vt ipsum hoc D quòd salui effecti fuerimus, & quòd tales quũ essemus, salui tamen fuerimus effecti, tum autem quòd ea nobis salus per vnigenitũ obuenerit, nec simpliciter per vnigenitum, sed per ipsius vnigeniti sanguinem, infinitas nobis gloriatiõis corollas nectat. Nihil est enim quod te sic ad gloriam ac fiduciam excitare queat, quàm si te contingat tum à deo amari, tum illum vicissim amantem tui redamare. Hoc ipsum angelos splendidos reddit. hoc ipsum principatus, & potestates: hoc ipsum cœlorum regno maius. Idcirco & Paulo regnũ cœlorum hoc vno posterius erat: propterea & incorporeas potestates beatas dico, quòd & deum amant, & illius dicto vbique parent. Hinc igitur illas & propheta admiraba- *Psal. 102. d* tur, quum diceret, Potentes virtute, facientes verbum eius. Hinc & Seraphin Esaias prædicabat, magnam il- *Esaiæ. 6. a* lorum virtutem ostendens, hoc ipso quòd propter immensam illam gloriam assisterent. Id quod maximæ

dilectionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

dilectionis argumentum fuerit. Morale.

Aemulemur igitur & nos quoque cœlestes illas virtutes:nec studeamus modò,locum throno proximum, sed & eum,qui ipso in throno sedet, in nobis habitantem habere.Ille enim sui osores etiam amauit,nec amare quidem cessat.nam Solem super bonos ac malos expromit,pluitque super iustos & iniustos.Itaque tute bene tibi cupientem amato : amat enim. Dices, quî fit,vt qui amet : gehennam , supplicium , pœnam minitetur? Certè idcirco minitatur, quòd amet. nam maliciã rescindens,& terrore,tanquam fræno quodam, tuum ad deteriora impetum compescens,nihil non agit, ac molitur,vt tum per blãda ac lenia,tum per molesta,ac grauia,tuum ad res terrestres motum reprimat,& ad se traductum à scelere (qua nulla gehenna grauior est) abducat.qui si ad hæc rides,millieſq; in peccato vitam transigere,quàm diem vnũ supplicio affligi mauis,nihil mirum.hoc enim signum est animi tui minus perfecti , & ebrietatis,& morbi immedicabilis.quando & infantuli ipsi medicum dum vident,vel ignem, vel sectionem apparare,fugitant ac restitãt,eiulantes,ac sese lacerantes:maluntque perpetuæ corporis vomicæ,ac purulentiæ immori, quàm temporarium laborem perpessi, sanitatem in posterum assequi . At qui mentis compotes sunt,probè intelligunt, ægritudinem sectione esse perniciosiorem:quemadmodum & sceleratum esse,supplicio deterius est.Hoc enim curari est,ac sanum esse:at illud perire,atque perpetuo in morbo esse.quòd porrò sanitas morbo melior sit,vndique liquet:quando & prędones nõ tum,quum illorum latera perfodiuntur , sed quum parietes ipsi perfodiunt , aliisque mortem adferunt,lachrymis ac misericordia digni sunt.Nam si anima corpore melior est,vt omnino est,hac certè pereũte lamentandum potius ac gemendum : quòd si ea minimè sentiat,tanto magis ob id lugenda ea est. nam & qui impudico amore capti sunt , grauiter febricitantibus , & qui vino se obruunt , quæstionem tolerantibus miserabiliores sunt.Dices,hæc si pernicioſiora sunt,quî fit,vt ea potius eligamus?quandoquidem plerisque omnibus,quod est in prouerbio, quæ deteriora sunt, arridենt:& ea illi,repudiatis melioribus, malunt. Id quod videre est tum in cibi genere,tum in vitæ instituto,atque æmulatione,tum in voluptatis fruitione,tũ in mulieribus,tum in domibus,tum in mãcipiis,tum in agris, tum aliis item in omnibus.Etenim quæro ex te, vtrum suauius,fœminarum,an marium commixtio? fœminarum,an mulorum?sed tamen multos comperiemus,relicto fœminarum cõsortio,cum brutis sese commiscere,ac masculorum corporibus contumeliam afferre.ac tametsi quæ secundum naturam fiunt, iis sunt suauiora quæ aduersante natura:tamẽ plerique existunt,qui quæ execranda sunt,atque insuauia,quæq; supplicio non carent,ea vt suauia persequantur. Dices,illis quidem suauia ea esse videntur . Verùm hoc sanè nomine infœlices illi fuerint,quòd quæ insuauia sunt,ea suauia esse putant : sic iidem supplicium viciositate deterius ducunt, res autem prorsus sese secus habet. Nam si delinquentibus additum supplicium malum esset , nunquam deus malis mala addidisset , neque illos deteriores fieri voluisset.qui enim pro viribus omnibus annititur, vt ipsa viciositas extinguatur , vtique eam nunquam augeret. non igitur delinquenti malum est,quum plectitur, sed quum in peccãdi statu permanens nõ plectitur: quemadmodum & ægrotanti malum est , quum nõ curatur. homini enim nihil pernicioſius quàm absurda appetitio.absurdam autem quum dico,& deliciarum,& gloriæ intempestiuæ,& principatus, vno verbo rerum earum omnium , quarum necessitas nulla impendet, appetitionem intelligo.nam qui talis est,quique mollem, & solutam vitam agit , is omnium quidem fortunatissimus esse videtur,omnium autem est miserrimus, dominas permolestas ac tyrannos in animam suam introducens. itaque deus nobis vitam præsentem laborioſam reddidit , vt nos scilicet illa seruitute liberaret, tum autem ad synceram libertatem traduceret. qua de causa & supplicium minatus est , & vitam nostrã laborum consortem fecit,stultam ostẽtationem,ineptamq; de nobis persuasionẽ coërcens ac reprimens.Sic igitur & Iudæi,dum & luto,& latericio operi adstricti,addicti,colligatique essent,comes erant & faciles,deumque assiduè inuocabant:at cum libertati restituti, tum murmurare,deum irritare, ac sese malis infinitis conficere. Quid igitur,inquiet aliquis, de iis dicas, quos sæpenumero afflictio transuersos egit,atque in errorem induxit? nempe quod erroris inductio non ab afflictione, sed ab illorum imbecillitate profecta sit. neque enim si quis stomacho laborans medicamen acre,quo purgari ipse queat,non admittat,sed illud atterat, medicamen incusabimus,sed membri valetudinem: quemadmodũ & hic animi infirmitatem . nam qui ab afflictione perculsus in diuersum agitur, id multò facilius à laborum relaxatione patietur . Si enim ligatus cadit (hoc enim afflictio) multò facilius solutus, si constrictus , ac coërcitus in diuersum agitur , facilius multò in stultam sui persuasionem adductus.Dices,quî verò fiet,vt afflictio euertere me nequeat?si cogitaueris,velis,nolis,ferendũ esse,quod tibi incommodum illatum est.sed si interim gratias agis,te maximum facere lucrum:sin autem ęgrè fers,mœres,ac conuicia in deũ iacis,te non solum præsentem leuare calamitatem,sed tempestatem maiorem ac ruinam tibi adscisscere.Hæc igitur animo versantes, quod necessitatis esse viderimus,ita nos comparemus, vt volũtatis ac propositi nostri esse incipiat.verbi gratia : Filium quis legitimum amisit, alius facultates omnes . si cogitaueris fieri non posse , vt quod factum est, infectum fiat , fieri verò posse , vt casum generoso animo ferens , fructum etiam aliquem ex irreparabili illa calamitate reportes,tum autem si pro maledictis ac cõuiciis,laudem domino referas:ita fiet,vt quę tibi incõmoda minimè volẽti allata erunt, in volũtatis ac propositi merita vertantur . filium tibi ante tempus ereptũ vides?dicito: Dominus dedit,dominus abstulit. Vides exhaustas tibi esse facultates?dic, Nudus è materna aluo egressus sum,nudus & reuertar. Vides impuros,improbõsque homines fortunatos agere, iustos autem infortunatos esse,multisque afflictari incommodis, nec tibi tamen facti huius ratio constat? dic,vt iumentũ factus sum apud te,veruntamen ego semper tecum.quòd si & causam quæris:cogitato,deum diem cõstituisse,in quo vniuersum orbem iudicaturus est : Ita fiet vt ab animo omnem excutias dubitationem. tum enim pro meritis quisque suis mercedem recipiet,ad Lazari ac diuitis exemplum. In mentem tibi veniat Apostolorum: etenim illi dum flagellarentur,dum exagitarentur, dum infinita tolerarent mala , gaudebant se dignos habitos , qui pro dei nomine contumeliam ferrent.Hac igitur ratione , & tu quoque si fortè ægritudine aliqua laboraueris,generoso fer animo,deo gratias agẽs:sic fiet,vt qualem Apostoli, talem & tu mercedem recipias. quî verò media in ægritudine , ipsis in doloribus , deo gratiam habere

Matth.5.g

Exod.1.c & seq.

Iob.1.d

Ibidem.

Psal.72.c

Luc.18.c

Act.5.g

Universidad de Deusto
Biblioteca

habere posis? si ipsum verè atque ex animo amaueris. Nam si tres illi pueri in fornacem cõiecti, si & alij item in vinculis malisque infinitis constituti, à gratiis deo agendis nõ intermiserunt: multò sanè magis qui morbis afflictantur. hoc ipsum præstare poterunt. Nihil enim, nihil, inquam, quicquam est, quod non vincat amor: quum autem & dei amor extiterit, tum demũ omnia infra se posita habet: quo quidem amore quisquis incensus fuerit, huic certè neque ignis, neque ferrum, neque paupertas, neque morbus, ac ne ipsa quidẽ mors, aut quiduis aliud id genus graue, molestúmque videbitur: quin is potius omnia ea deridens, cœlum versus volitabit, nihilo secius affectus, animatúsque, quàm animati sunt, qui inibi vitam transigunt, oculos non aliò intendens, nõ cœlum, non terram, non mare cõtuens, sed ita animo compositus, vt ipsius oculis diuinæ illius gloriæ pulchritudo vna obuersetur: quem neque vitæ B præsentis incommoda deprimere, neque blanda, ac voluptatem in se habentia attollere, inflareve poterunt. Huic igitur amori adhærescamus (neque enim quicquam est, quod cum hoc conferri possit) tum ob præsentia, tum ob futura, atq; adeò vel in primis, ob ipsam amoris naturam. per eum enim amorem à suppliciis vitæ tum præsentis, tum futuræ liberabimur, ac tãdem cœlorum regno potiemur. Immo verò neque à gehenna liberatio, neque cœlorum regni assecutio quicquam esse debet præ eo quod dicturus sum. omnium enim horum maximum, si Christum vnà & abs te amatum, & tui amantem nactus fueris. nam si hoc inter homines dum contingit, nullam non voluptatem exuperat, quũ in ipso deo amando hæc vtraque euenerint: quæ tandẽ oratio, quæ imò cogitatio animæ sic affectæ fœlicitatem repræsentare poterit? Certè nec oratione nec cogitatione vlla, sed ipso solum periculo facto, quam dico fœlicitatem, comprehendere possis. Nos igitur, vt spiritualem huiusmodi lætitiam, beatam vitam, infinitorum bonorum thesaurum experiamur, ceteris omnibus posthabitis, vnum hunc amorẽ amplectamur, tum in nostram lætitiam, tum in amati dei gloriam: quoniam quidem ipsi gloria cum vnigenito eius filio domino nostro Iesu Christo, ac sancto spiritu, nũc & semper, in secula seculorum, Amen.

Homilia decima.

Propterea quemadmodum per vnum hominem peccatum in mundum introiit, ac per peccatum mors sic & in omnes homines mors peruasit, † quatenus omnes peccauimus.

† *in quo omnes peccauerunt.*

Quemadmodum qui prestantissimi sunt medici, ægritudinum radicem curiosius semper indagãt, D atque ad ipsum mali fontem ante omnia accedunt: sic & beatus Paulus. Nam quum dixisset, quòd iustificati sumus, idque ostendisset tum à patriarcha, tum à spiritu, tum ex eo, ꝙ mortuus esset Christus (neq; enim obiisset ille, nisi iustificaturus fuisset) adstruit deinceps & aliunde quæ per hæc demonstrata sunt, propositũ vel à contrariis fulciens: hoc est, tum à morte, tum à peccato. quî id, & quo modo? exquirit & vnde introierit mors, & quo dominata fuerit pacto. Quo igitur pacto mors introiit, ac dominata fuit? per peccatum vnius. quid porrò sibi illud vult, † Quatenus omnes peccauimus? Illo lapso & ij item, qui de ligno non comederunt, effecti sunt ex illo tempore omnes mortales.] *Vsque ad legem enim peccatum erat in mundo. porrò peccatum non imputatur, quum non est lex.* Verbum id, vsque ad legem, nonnulli Paulum existimant tẽpus illud significasse, quod legis promulgationem præcesserit: veluti tempus quo Abel, quo Noë, quo Abraham vixerunt. denique illud omne tempus, donec Moses genitus est. quòd nam igitur tum peccatum extitit? sunt qui velint ipsum loqui de eo peccato, quod in paradiso admissum est: nõdum enim id extinctũ erat, inquit, sed ipsius fructus florebat. Illud enim peccatum mortem attulit communem, quæ dominabatur, ac tyrãnidem exercebat. quamobrem igitur adiungit, Peccatum autem non imputatur, quum non est lex? Qui nobiscum sentientes dogma nostrum fulcire volunt, ex eo, quod Iudæi obiiciebant, ipsum aiunt hoc posuisse, dicentem, quòd si peccatum non est sine lege, quo pacto mors omnes eos absumpsit, qui ante legem fuere? mihi verò videtur quod dicturi sumus, rationi magis consentaneum esse, & Apostolicæ menti conuenire. Quid porrò illud est? quum dicit, quòd vsque ad legem peccatum erat in mundo: vtique hoc mihi videtur dicere, videlicet quòd lege lata, peccatum dominabatur: peccatum, inquã, quod ex transgressione ortum est, ac tãtisper dominabatur donec lex esset. neq; enim, ait, consistere potest peccatum, quum non est lex. si igitur hoc peccatum, inquis, ex legis transgressione mortem peperit, quo pacto qui ante legem fuere, omnes interiere? Si enim ex peccato mors radicem egit, lex autem quum non est, peccatum non imputatur: quo modo mors dominabatur? vnde liquet, ꝙ non ipsum peccatũ, quod à legis transgressione ortum est, sed illud, quod ab Adam inobedientia: ipsum illud, inquam, peccatum erat, quod omnia perdebat. & quænam rei huius probatio fuerit? nempe quòd omnes ante legem interirent. *Regnauit enim mors*, ait, *ab Adam vsque ad Mosem, in eos quoque qui non peccauerant.* Quo modo regnauit? *Ad similitudinem transgressionis Adam, qui typum gerit illius futuri.* Propterea enim & typus est Iesu Christi Adam. quo modo typus, dixerit aliquis? quoniam quemadmodum ille omnibus à se (etiamsi de ligno non comedissent) author mortis extitit, eius quæ ob cibum illum introducta est: sic & Christus omnibus à se, quanuis iustè nõ agentibus, iusticiæ tamen conciliator extitit, eius, quam omnibus nobis per crucem largitus est. ob id sursum ac deorsum voci huius vnius, insistẽs, eam assiduè in medium affert, quum dicit: *Quemadmodũ vnius hominis causa peccatum in mundum introiit: & ,si vnius peccato multi mortui sunt: & ,non sicut per vnum qui peccauerat venerat mors, ita donum: & ,iudiciũ ex vnius delicto ad condemnationem,* & rursus *,si enim per vnius delictũ mors regnauit per vnum: & ,itaque sicut per vnius delictum:* & rursus, *quemadmodum enim per inobedientiam vnius hominis peccatores effecti sunt multi:* nec desistit: vt quum tibi Iudæus dixerit, Quo pacto vno rectè agente Christo vniuersus orbis saluus factus est? possis illi respondere, Quo pacto vno non obediente Adam vniuersus orbis condemnatus est? quanquam nihil simile inter se habent peccatum, & gratia: mors, & vita: diabolus, & deus: sed horum discrimen infinitum. Ergo quum & à rei natura, & ab agentis, exercentisque potestate, & ab ipso decoro (deo enim longè decentius, seruare, quàm supplicio afficere) quum igitur in his excellentia, ac victoria, qua tandem, quæso, ratione incredulitatem tueri tuam possis? Certè quòd ratione nitatur id quod factum est, demonstrauit, quum dixit: *At non vt peccatum, ita & donum. Nam si vnius delicto multi mortui sunt, multò magis gratia dei & donum per gratiam, quæ fuit vnius hominis Iesu Christi, in multos exuberauit.* Quod enim ait, sensum hunc habet: Si tantum valuit peccatum, & hominis vnius peccatum: gratia, & ea dei gratia, nec patris solum, sed & filij, quo

† *in quo omnes peccauerũt? Illo lapso etiam qui de ligno nũ comederũt, fa*

Dani. 3.c

Eli sunt ex illo cẽs mortales.] vsque ad legem enim peccatum erat in mundo. porrò peccatum non imputatur, quum non est lex? hæc particula, in quo, & ex illo, ad Adam referri possunt ex Chrysostomi etiã verbis, qũ & Theophylactus aperte dicit.

Regnauit enim mors, ab Adam vsque ad Mosem, in eos quoque qui non peccauerant.

Ad similitudinem transgressionis Adam, qui typum gerit illius futuri.

Quemadmodũ vnius hominis causa peccatum in mundum introiit: & ,si vnius peccato multi mortui sunt: & ,non sicut per vnum qui peccauerat venerat mors, ita donum: & ,iudiciũ ex vnius delicto ad condemnationem, & rursus ,si enim per vnius delictũ mors regnauit per vnum: & ,itaque sicut per vnius delictum: & rursus, quemadmodum enim per inobedientiam vnius hominis peccatores effecti sunt multi:

At non vt peccatum, ita & donum. Nam si vnius delicto multi mortui sunt, multò magis gratia dei & donum per gratiam, quæ fuit vnius hominis Iesu Christi, in multos exuberauit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

filij,quo modo non ſuperabit magis? Hoc enim multò A horum vnumquodque per ſe ad mortem ſoluendã ſuf
rationabilius.alterum enim alterius peccato puniri,nõ fecerit.quum autem omnia in vnum ſimul concurrere
admodum æquum atque conueniens eſſe videtur:at al apparuerit,relinquitur,vt ne veſtigium quidem vllum,
terum propter alterum ſeruari, & decentius multò, & aut vmbra illius prorſus deletæ apparere vſquam poſ-
rationi magis cõſentaneum. Igitur ſi illud factum fuit, ſit.Quemadmodũ enim ſi quis eum, qui obolos decem
multò magis hoc. Proinde quòd hoc veriſimile, tum ſibi debeat, in carcerem coniiciat, nec eum tamen ſo-
autem rationi conforme, ex his oſtendit. etenim illo lum,ſed eius cauſa,tum vxorem,tum liberos,tum famu
probato, relinquebatur, vt & hoc admiſsibile fieret: los,atque hic ſuperueniens vnus aliquis decem,quos di
quod autẽ & neceſſarium, ex iis quæ ſequũtur,adſtruit. xi, obolos non numeret modò, ſed cum infinita item
Non ſicut per vnum qui peccauerat,ita & donum, ait. *Nam iu- auri talenta largiatur, tum verò in aulas regias vinctũ*
dicium quidem ex vno in condemnationem: donum autem ex multis illum introducat,in principatus altiſsimi thronum im
delictis ad iuſtificationem. Quid tandem hoc dictum ſibi ponat,cum eo ſummum honorem, reliquúmque prin-
vult? Nempe quòd & mortem, & condemnationem, cipalem ſplendorem communicet, non poſsint vtique
vnum quidem peccatum afferre potuit: gratia autem poſtea oboli illi decem illius memoriæ obuerſari, qui
nõ illud modò peccatum ſuſtulit, ſed & quæ poſt illud eos numerauerit,mutuauerítque: ſic & in nobis euenit.
ſuperuenere. Nam vt ne voces hæ, ſicut & ita, poſitæ, multò enim plura iis quæ debebamus dependit Chri-
æqualem inducant menſuram bonorum ad mala:neq; B ſtus, atque adeò tanto plura, quanto mare immenſum
putes,dum Adam nominari audis, illud ſolum pecca- ad puſillam guttam collatum,maius eſſe poſsit. Nolito
tum ſublatum eſſe,quod ille introduxit, dicit multorũ ergo ambigere homo, quum tãtam bonorum opulen-
delictorum interitum factũ eſſe.vnde hoc liquet? quo- tiam videas:neque interrogato,quî id fieri potuerit,vt
niam poſt infinita peccata, quæ peccatum illud in pa- illa mortis ac peccati ſcintilla, tanto donorum veluti
radiſo perpetratum ſubſecuta ſunt, res ipſa denique in mari reſtincta, ſoluta ſit. Hoc enim & Paulus clam ſi-
iuſtificationem exiit. Vbi autem iuſticia, neceſſariò & gnificauit,quum dixit,exuberantiam gratiæ & iuſticiæ
vita omnino conſequitur, tum autem bona infinita: qui acceperint,in vita regnaturi ſunt. atq; vbi id liqui-
quemadmodum & vbi peccatum, mors. Nam iuſticia dò cõmonſtrauit,rurſus primo vtitur ſyllogiſmo,col-
plus eſt quàm vita:quandoquidẽ & vitæ radix eſt.Pro- ligans illũ ac conſtringens repetitione ac dicens:quòd
inde quòd plura ſint aduecta bona, nec ſublatum tan- ſi propter illius peccatũ in omnes animaduerſum fuit,
tummodo peccatũ illud,ſed & cætera omnia, his ver- poſsint vtique vel hinc iuſtificari,propterea ait: *Igitur*
bis oſtendit: *Donum autem ex multis delictis ad iuſtificationẽ.* *ſicut per vnius delictum in omnes homines in cõdemnationem, ſic &*
Vnde neceſſariò ſimul & illud oſtenſum eſt, mortem *per vnius iuſticiam in omnes homines ad iuſticiam vitæ.* Et pa-
videlicet radicitus conuulſam. Supereſt autem vt ne- trocinatur rurſus ſibi,in eodemque perſiſtit argumen-
Hic ſupra.c ceſſariò & hoc quoque adſtruat (quãdoquidem maius to,ita dicens: *Sicut enim per inobedientiã vnius hominis pec-*
eſſe dixit ſecundum factum priore illo) Ante enim di- C *catores multi effecti ſunt, ſic per vnius obedientiam multi efficientur*
xit:Si vnius peccatum peremit omnes,multò certè ma *iuſti.* Ac videtur quidem quæſtionem nõ puſillam ha-
gis vnius gratia ſeruare poterit.poſteà oſtendit non il- bere quod dictum eſt.ſed ſi quis accuratè attenderit,&
lud modò peccatum per gratiam extinctum, ſed & re- hoc quoque perfacilè ſoluetur. quænam igitur quæſtio
liqua omnia:nec ipſa tantum peccata eſſe extincta,ſed fuerit:dicere videlicet, multos ob vnius inobedietiam
& iuſticiam datam: atque adeò Chriſtum non modò peccatores extitiſſe.Illo enim peccante ac mortali effe-
tantum iuuiſſe,quantũ læſerat Adam,ſed & multò ma- cto,& qui ex eo orti ſint,eos tales eſſe, nihil abſurdum.
gis ac multò plenius.Poſtquam igitur tot ac tanta pro- at ex illius inobedientia alterum peccatorem extitiſſe,
nunciauit,opus habet & hic rurſus argumento,funda- id verò quam (obſecro) congruentiam,cõſequentiãm-
mentoq; maiore.Quo igitur modo id adſtruit? *Nam* que habeat? Inuenietur enim ſic ne pœnas quidem de-
*ſi per vnius delictum,*inquit,*regnauit mors,multò magis, ij qui ex-* bere,qui talis fuerit,ſiquidem nõ ex ſe ipſe peccator ex-
uberantiam gratiæ,& doni iuſticiæ accipiunt, in vita regnaturi ſunt titerit. Quid igitur hoc loco verbum hoc, peccatores,
per vnum Ieſum Chriſtum. Quod autem ait, hoc tandem ſignificat:mihi videtur tantundem ſignificare, quantũ
eſt:Si hominem vnum de ligno ſolùm comediſſe,mor illud,ſupplicio obnoxij ac mortis rei.Quòd porrò Adã
tem per vniuerſum terrarum orbem armauit, ſi mors mortuo,omnes ſimus mortales effecti, apertè ac multis
tantum robur accepit ab vnius delicto,quando inuen- demonſtrauit. Quod autem in quæſtionem cadit, eſt, D
ti ſunt quidam multò maiorem peccato illo gratiam qua id de cauſa factum eſt? ſed nondum hoc addit.ne-
& iuſticiam accepiſſe: quo tandem pacto poterũt poſt- que enim ipſi ad præſens conducit. nam aduerſum lu-
hac morti obnoxij eſſe?propterea non hic dixit,gratiã: dæum conſtituta pugna eſt, ambigentem, ac deriden-
ſed,gratiæ exuberantiam. non enim quantum indige- tem quem per vnum iuſticiam factam eſſe vult. Idcir-
bamus ad peccati interitum, tantum accepimus modò co quum oſtendit & ſupplicium ex vno in omnes de-
ex ipſa gratia, ſed & multò amplius.nam & ſupplicio li riuatũ fuiſſe,qua id de cauſa acciderit,nõdum addidit.
berati ſumus, & vicioſitatem omnem depoſuimus, & neq; enim ſuperuacaneus eſt,ſed ea tãtùm perſequitur,
de integro regenerati ſumus, & reſurreximus ſepulto quæ neceſſaria ſunt. Hoc enim iam non ipſum magis,
vetere homine, & redempti ſumus & ſanctificati, & in quàm Iudæum cogebat certaminũ lex dicere:quapro-
adoptionem adducti,& prẽterea iuſtificati,& fratres ef pter inſolutum relinquit. Quod ſi quis veſtrum quærat
fecti vnigeniti, & cohæredes, & in eandem corporis diſcere,id dicemus.Quòd non ſolùm nihil nocumen-
vnitatem redacti, & in ipſius carnem cenſemur, atque ti accepimus à morte huiuſmodi & condemnatione, ſi
vt corpus capiti,ſic illi vniti ſumus. Hæc igitur omnia ſapuerimus,ſed mortales effecti lucrum etiam fecimus:
gratiæ exuberantiam appellauit Paulus,interim decla- primùm hoc videlicet, † vt mortali in corpore nõ pec *† vt ne ‡ cor*
rans nos nõ medicamen vulneri par accepiſſe ſolũ, ſed cemus, ‖ deinde vt infinita habeamus philoſophiæ ar- *pore immor*
& ſanitatem, & pulchritudinem, & honorẽ, & gloriã, gumenta. Nam & modum vt ſeruemus,& temperãtes, *tali pecce-*
& dignitatem longè naturam noſtrã ſuperantem, atq; compoſiti,ac ſedati ſimus,itémque vicioſitate omni li- *mus.* ‖ *Nam*

berati,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ἀθανασίαν habet Veronen. ἀνάστασιν Gazæ.

berati, & præsentanea & expectata mors suadet. Cum hisce autem seu potius ante hæc ipsa, & plura alia attulit bona. Hinc enim tum martyrum coronæ, tum Apostolorum præmia. Ita Abel iustificatus est, Ita Abraham mactato filio, Ita Ioannes propter Christum interemptus, Ita pueri tres, ita Daniel. Si enim voluerimus non mors, modò, sed ne ipse quidem diabolus nocumento esse nobis potuerit. extra hæc autem & illud item dicendum est, quòd & immortalitas nos excipiet, atque ad modicum admoniti tempus, cum securitate, ac libertate futuris bonis potiemur, tanquam in schola aliqua vita præsenti per morbum, per afflictionem, per tentationes, per paupertatem, per cætera item, quæ mala esse videntur, eruditi, vt apti efficiamur ad futurorum bonorum perceptionem. *Lex autem obiter subiit, vt abundaret delictum.* Posteaquam enim ostendit ab ipso quidem Adam vniuersum terrarum orbem condemnatum, ab ipso autem Christo saluum effectum, & à cõdemnatione liberatum: opportunè & de ipsa deinceps lege quærit rursus, opinionem eam, quam de ipsa haberent, succidens atque adimens. neque enim solum, ait, ea inuit, auxiliataq; est nihil: sed, & ea obiter quum subiisset, recruduit, auctusque est morbus. Hic autem vox hæc, vt, non causam dicit, sed rei euẽtum denotat. neque enim lata lex est, vt abundaret, sed lata quidem, vt minueret, & tolleret peccatum: euenit autem secus, non à legis natura, sed ab eorum ignauia ac socordia qui legem acceperc. Quamobrem porrò non dixit: lex autem data est, potius, quàm lex autem obiter subiit? Temporarium illius vsum fuisse ostendit, non autem ipsam magistram, aut principalem. Quod quidem & in ea, quam ad Galatas scripsit, epistola ait, aliter hoc idem declarãs: Antequam enim accederet fides, † sub legem, inquit, inclusi custodiebamur: ¶ Quare non alteri, sed sibi fidem serdiebamur, uabat. Quoniam enim mechanici quidam erant Iudæi & dissoluti & ad ipsa dona supini, Idcirco lex data est, vt illos videlicet vehementius coargueret, aperteq; doceret, quo in statu essent, atq; accusationem augens, ipsos magis constringeret. Tu verò ne terreare. nõ enim vt maius existeret supplicium, id factũ est, sed vt maior appareret gratia. Quapropter adiecit: *Vbi autem exuberauit delictum, ibi magis exuberauit gratia.* Non dixit, exuberauit: sed, magis exuberauit. non enim supplicio liberauit solùm, sed & peccatorum cõdonationem, ac vitam largita est. & alia item quæ sæpenumero diximus. Haud secus ac si quis febrientem non morbo solum liberet, sed & formosum & fortem & honoratum efficiat: aut esurientem non alat solum, sed efficiat multarum possessionum dominum, deniq; & ad maximum promoueat principatum. Et quo pacto, inquis, abundauit delictum? Infinita mandata lex dedit. Posteaquam igitur omnia prætergressi sunt, tum abundauit peccatum. Intelligis quantum interfit inter gratiam & legem. Hæc enim & additamentum condemnationis facta est: Illa autem doni abundantia. porrò vbi dixit, quàm immensum fuerit dei erga nos studiũ, exquirit rursus initium ac radicem mortis atque vitæ. quæ igitur mortis radix? peccatum. propterea ait, *Vt sicut regnauerat peccatum in morte, ita & gratia regnaret per iustitiam ad vitam æternam per Iesum Christum dominum nostrum.* Hæc autem dixit, ostendẽs peccatum quidem loco regis fuisse, mortem autem loco militis sub peccato in acie stantem, & ab illo armatam. Ergo si peccatum idem mortem armauit, perspicuum quidem est, quòd iustitia per gratiã aduecta, quæ ipsa peccatum idem tollit, non modò mortem armis spoliat, sed & illam de medio tollit, illiúsque regnum omne dissoluit. quatenus eadem iustitia regno hoc maior præstantiórque est, non illa quidem per homines ac diabolum, sed per deum & gratiam inducta, & ad melius vitam traducens nostram, atque adeò ad bonum infinitum. nondum enim ipsius erit finis, vt & hinc discas quod amplius est. Illud quidem à præsenti vita eiecit, gratia autem vbi aduenit, non præsentẽ tantum, sed immortalem ac sempiternam nobis largita est vitam. Horum autem omnium conciliator nobis Christus. Ne igitur de vita dubita, quũ iustitiã habeas. Etenim iustitia melior est vita, quandoquidem & illius parens est. *Quid ergo? manebimus in peccato, vt gratia abundet? Absit.* Rursus ad moralem sermonem digreditur, non præcipuo loco illum inducens, vt ne grauis ac molestus multis esse videatur, sed ex dogmatum congruẽtia ac consequentia. si enim vel sic variegans orationẽ, cauebat, ne fortè ægrè ferrẽt illi, ob ea quæ diceret, vnde & alicubi dixit, Audacius autem scripsi vobis à parte, multò magis nisi id fecisset, asperior illis visus esset. Igitur postquam ostendit ingentem esse gratiam, hoc ipso quòd ingentia sanasset vulnera, ex eo autem videbatur dictum hoc insipientibus esse inuitamentum ad peccatum: si enim, aiebãt, ob id maior apparuit gratia, quòd magna peccauimus, peccare ne desinamus, vt amplior gratia ostendatur: vt ne igitur talia dicerent, cogitarentve, vide vt obiectionem subuertat. Primũ quidem interdictione, dicens, absit. quod quidem facere ipse consueuit iis in rebus, quę sine vlla controuersia valde essent absurdę. deinde & ratiocinationem adiicit irrefragabilem. quàm nam autẽ eam? *Qui mortui, inquit, peccato sumus, quo modo posthac viuemus in illo?* Quid hoc est, mortui sumus? an quod, quantùm quidem ad illud spectat, sententiam accepimus omnes. an quod mortui sumus illi, fide accepta, & illuminatione. quod quidẽ potius dicendũ est. Hoc enim & quod deinceps positũ est, declarat. Quid autem est, mortuos illi esse? nempe nulla re posthac illius dicto parentes esse. Hoc enim semel baptisma effecit. Conuenit itaque vt omni nostro conatu ac studio hoc rectè factum assiduè præstemus sic, vt, licet millies imperauerit, ne amplius illi pareas, sed immotè mortui in morem permaneas. atqui alibi ait, quòd ipsum peccatum mortuum est. Verùm illic ostendere volens virtutem quæsitu facilem, hoc ponit. Hic verò quoniam excitare auditorem accelerat, ad ipsum transfert mortem. postea quando obscurum erat quod dictum est, id rursus interpretatur eo sermone vtens, qui acriter feriat. Ait enim, *An ignoratis fratres, quòd quicunque baptizati sumus in Christum, in mortem ipsius baptizati sumus? sepulti igitur sumus vnà cum ipso per baptismum in mortem.* Quid ea sibi verba volunt, In mortem ipsius baptizati sumus? ad hoc vt & ipsi moriamur, sicut ille. Crux enim est baptisma. Quod igitur Christi crux & sepulchrum, hoc nobis baptisma fuit, quanuis non iisdem in rebus. Ille enim carni & mortuus & sepultus est, nos autem peccato vtrunque. Quapropter non dixit, insititij facti sumus morti: sed, similitudini mortis. mors etenim & hoc & illud, sed non eiusdem subiecti. illa enim carnis, Christi videlicet: hæc autem peccati, nostra scilicet: vt igitur vera illa, sic & hæc. Verùm † quanuis ¶ vera, oportet & partes quoque nostras simul ad eam adferri. *Vt quemadmodum Christus excitatus est è mortuis per patris gloriam, sic & nos in vitæ nouitate ambulemus.* Hoc loco vnà cum vitæ cura, & resurrectionis quoque meminisse clam videtur. quo pacto? Credidisti, inquit, quòd Christus & mortuus

Galat. 3 d † sub lege, inquit, custo ¶ diebamur, eiusdem fidem quę erat reuelanda.

ἐπεξεργάζεται. ὑπερεπερίσσευσεν.

Cap. VI. Infra. 15. d

† si etiam.

Infra. 7. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

mortuus fuerit,& reſurrexerit?Igitur & quod ad te pertinet, credito. Hoc enim illi adſimile: nam & ad te quoque ſpectat tum crux tum ſepulchrum.Si enim cõmunionem es adeptus in morte atque ſepultura,multo certè magis in reſurrectione, atque vita: nam quum id quod maius eſt, nimirum peccatum, ſolutum ſit: iam non oportet de eo, quod minus eſt,dubitare,nimirum de mortis exitio. Morale.

Verùm hæc Paulus ad præſens auditorum conſcientiæ conſideranda relinquit. Ipſe autem reſurrectione, quæ de nobis futura eſt, propoſita, aliam à nobis reſurrectionem poſtulat: nempe nouum vitæ præſentis genus,atque inſtitutum, à morum immutatione factum. Nam vbi ſcortator fit caſtus:vbi auarus,miſericors:vbi aſper,manſuetus: & hic quoque exiſtit reſurrectio, quæ tãquam illius alterius prooemium eſt. Et quo pacto reſurrectio? peccato quidem mortificato, iuſticia autem exurgente:ac vita quidem priſtina deleta, noua autem hac & angelica regnante.Porrò autem quum audis nouam vitam,magnam varietatem,magnam mutationẽ quære. Enimuero iam mihi in mentem venit, vt illachrymer, ac magnopere ingemiſcam cogitanti, quàm magnam à nobis moderationem atque conſtantiam Paulus exigat, quàm magnæ autem nos ignauiæ dederimus,à baptiſmo ad priorem ſenectutem reuerſi,atque in Aegyptum reflectentes, & alia poſt ipſum manna memoria recolentes: decem enim & viginti diebus ab ipſo ſtatim baptiſmo immutati, priſtina de integro ſtudia aggredimur.At verò Paulus nõ ad præſcriptum dierum numerum, ſed ad omnem noſtram vitam huiuſmodi politiam requirit.Nos autem ad priorem vomitum redimus,poſt iuuentutem à gratia acceptã,ſenectutem à peccatis exorientem excitãtes. Siquidem pecuniarum amor, abſurdarum appetitionũ ſeruitus, denique quoduis peccatum ſenem efficere eum ſolet, qui illud commiſerit: quod autem inueteraſcit iam ac conſeneſcit, interitui proximum eſt. neque enim ſic ipſum corpus tempore diſſoluitur, vt anima per peccatorum multitudinem marceſcit,flaceeſcit,ac de gradu deiicitur.etenim ad ſummam iam ea educitur nugationem, verba nihil ſignificantia enuncians,vt facere ſolẽt,qui ſenectute confecti delirant: eadem muco ac pituita referta,ſtupida interim atque obliuioſa, lippitudinem in oculis geſtãs,hominibus abominabilis,ac talis, vt eam diabolus non ita magno negocio capere queat. Sunt enim tales peccatoribus animæ:è diuerſo autem iuſtorum animę iuueneſcunt,vigent,in ipſo ætatis flore ſemper conſiſtunt, ad quanuis pugnam ac luctã nullo non tempore comparatæ,quum interim peccatrices animæ vel ad paruam irruẽtis aciei impreſsionem ſtatim proſternuntur,ac pereunt: id quod propheta declarãs,ait, quaſi puluis à vento eiaculatus à terræ facie,ita ſunt increduli & infideles. Adde quòd qui in peccatis vitam degunt inſidiis obiecti, contumeliæ obnoxij ſunt,neq; enim ſano aſpectu,neque ſyncero auditu,neque loquela diſtincta valent,ſed multo ſingultu abundãt, ingentem ab ore profluentem ſpumam circunferentes,atque vtinam ſpumam tantummodo: nihil enim abſurdi eſſet.nunc autem quouis cœno putidiora verba euomũt, ac quod grauius eſt,ne verborum quidẽ eiuſmodi ſputum expuere queunt, ſed manu excipiẽtes magna cum execratione de integro ipſum atterũt, craſſum quidem illud,ac non facile ſectile. Fortaſſe nauſeatis ad narrationem hanc, magis ergo ad ipſam actionem hoc facturi ſitis. nam ſi corpori quum inſunt, inſuauia quidem ſunt,quantò magis quum ipſi animæ? Talis erat filius ille, qui ſua omnia bona obligurierat, ad ſummam nequiciam perductus, quouis nugante, aut ægrotante deterius habẽs: qui tamẽ vt voluit, ſtatim nouus factus eſt totus, ab ipſa ſolũ animi animaduerſione,ac mutatione.Poſteaquã enim dixit,Reuertar ad patrem meũ: verbum hoc,illi bona omnia attulit: ſeu potius nõ verbum ſimpliciter,ſed opus verbo additum.Vbi primum enim dixit,Reuertar: reuerſus quidem eſt, & totum illud iter rediens confecit.Sic & ipſi nos faciamus, ac ſi vel extra ipſos patriæ fines abducti fuerimus, ad paternam tamen domum reuertamur, neque nos longioris viæ pigeat: nam volentibus nobis facilis ac celerrimus reditus fit. hoſpitam modò & alienam terram deſeramus:hoc enim ipſum eſt peccatum,procul nos à domo paterna abduces,Illud ergo relinquamus, quò mox domum paternam reuertamur. Eſt enim pater propenſo erga nos affectu, qui ſi nos de ſentẽtia priore deductos eſſe ſenſerit,nihilo certè minoris, ſed & pluris æſtimabit,quàm qui perpetua vita integri, inculpatique vixere.Nam & illum,cuius paulò antè meminimus,tum pater pluris fecit.recuperato enim quẽ amiſerat filio, magis gauiſus eſt.Et quo,inquies,reuertar modo?Rem tãtum aggreditor,& totum compleueris. Siſtito,ac peccare deſinito,vlterius nõ progreſſus:ac tibi iam in manu res tota aderit. Nam quemadmodum vſu venire videmus in iis, qui morbo laborant, vt quum morbus non ingraueſcit,tum ſanitatis initium fiat:ſic & in ipſa vicioſitate,vlterius ne proceſſeris,& tibi malicia finem habuerit.qui ſi id duos dies feceris, tertio facilius abſtinueris, ac ſi poſt dies tres decem addideris, fiet, vt viginti deinceps addas, ac deinceps centum, tum autem vitam totam.quantò enim magis progreſſus fueris, eò magis facilem viam offendes.ad poſtremũ in ipſo conſtitutus faſtigio bonorum multorũ fructum ſimul decerpes. quando & tum, quum prodigus ille reuertit, & citharæ, & chori, & liberalitates, & publici conuentus extitere:ac qui pro perdita impenſa, pro tam longa peregrinatione à filio pœnas repoſcere debebat. Vſqueadeò nihil horum fecit, vt & illum tãquam vita proba, tanquam fama eſſet incolumi, conſpexerit, ac ne verbo quidem quicquam illi exprobrauerit, atque adeò ne leuiter quidem res illi præteritas in memoriam redigere ſuſtinuerit: ſed & illum complexus atque exoſculatus, vitulum † ſacrificauerit, ‖ ſtolam induerit, multo ornatu compoſuerit. Id genus igitur exempla nobis proponentes bono animo ſimus, nihil prorſus deſperantes. neque enim ſic ille lætatur, quum dominus, vt quum pater, audit: neque quũ ſeruum, vt quum filium habet, atque adeò hoc mauult quàm illud. Propterea omnia ille fecit, quæ fecit, ac ne vnigenito quidem filio pepercit, vt adoptionem reciperemus, vt non tanquam dominum ſolum, ſed tanquam patrem ſe amaremus. quod quum à nobis aſſecutus eſt, ita ſibi placet, vt qui glorificatur, idque apud omnes præ ſe fert, qui tamen nullius rei noſtræ indigens eſt. Hoc igitur in ipſo Abraham,hoc in Iſaac,hoc in Iacob fecit: vbique dicens, ego deus Abraham, & Iſaac, & Iacob. Atqui ſeruos oportebat in hoc ſibi placere: nunc verò, vt apparet, dominum habemus hoc factitantem.Idcirco & Petro ait,Amas me pluſquam omnes hi? oſtendens ſe id à nobis primo loco quærere. Itaque & Abraham vt filium ſacrificaret iuſsit,vt omnibus palam faceret,quòd à patriarcha magnopere amaretur. Velle autẽ magnopere amari ex eo naſcitur, quod & magnopere amet.

Propterea

Pſal.5.b

Luc.15.d

† *mactauerit.*

Roma.8.f

Exod.3.b

Ioan.21.e

Gene.22.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matt.10.d Propterea & Apostolis dicebat, Qui patrem matrémve plusquam mè amat, non est me dignus. quo nomine animam ipsam, rem nobis ante omnia propriam, iubet vt charitati erga se nostrę postponamus. nam ille maiorem in modum vult à nobis amari. Etenim & nos quoque quum non admodum erga aliquem afficimur, illius amore non magnopere indigemus, vt præpotēs ille atque illustris sit. Sin vero feruido aliquem, ac vero amore prosequimur, vt tenuis atque humilis ille sit, qui à nobis amatur, illius erga nos amorem magnæ gloriæ loco ponimus. qua de causa & ipse non solum à nobis amari, sed & pro nobis probrosa illa perpeti, gloriam vocabat. Illa porrò ob charitatem tantùm gloria erant. Quæ autem nos pro ipso passi fuerimus, ea non propter charitatem tantùm, sed & propter amati magnitudinem ac dignitatem, gloria meritò tum vocentur, tum fuerint. Tanquam igitur ad magnas coronas accurramus, sic pericula illius nomine obeamus: ac neque paupertatem, neque morbum, neque vexationē, neque calumniam, neque ipsam etiam mortem molestam, grauémque existimemus, quoties ea nobis pro eo toleranda fuerint. nam si sapuerimus, summum ab iis, quæ dixi, omnibus lucrum faciemus: quemadmodum nisi sapuerimus, à rebus contrariis boni nihil decerpemus. Agè itaque rem ita considera. Incommodat tibi aliquis, atque aduersatur. Author tibi ille est, vt experrecto animo sis, ac tibi occasionem affert, vnde deo similis existas. nam si illum tibi vel insidias struentem amaueris, illius similis fueris, quo authore sol super bonos iuxta ac malos exoritur. Alius pecunias tuas interuertit, id si generoso animo pertuleris, mercedem eandem feres, cum iis qui omnia sua pauperibus erogant: † Etenim facultatum rapinam nobis præcepit deus cum lætitia excipiendam, meliorem in cœlis substantiam, eámque permanentem habituris.] Maledicta in te ac probra alius coniecit: sint ea vel vera, vel falsa, ingentem tibi lauream ille contexuit, si conuicium æquo animo tuleris. nam quisquis in nos sycophantem agit, is mercedem non paruā nobis conciliat. Gaudete enim, ait, & exultate quum malum verbum dixerint aduersum vos mentientes, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Rursus qui, quod verum est, nobis exprobrat, is magno vsui est: si modò æquo animo tulerimus, quæ in nos dicta fuerint. Etenim Pharisæus quæ vera essent proferebat tum quum publicano malè diceret: sed tamen pro publicano iustum effecit. Quid porrò me attinet singulatim de omnibus loqui? Licet enim nobis Iob certamina percensentibus, omnia hæc accuratè perdiscere. Propterea & Paul⁹ dicebat: Si deus pro nobis, qui contra nos? Quemadmodum igitur si studium adhibuerimus, lucrum etiam ab iis reportabimus qui nobis molesti fuerint, ita socordiæ dediti, ne ab iis quidem qui nobis præsidio fuerint, meliores euademus. Quid enim obsecro, Christi consuetudo Iudæ profuit? quid autem Iudæis lex? quid autem Adamo paradisus? quid autem iis qui in eremo erāt Moses? Quamobrem prętermissis omnibus vnum nobis tantùm videndum est, nimirum quemadmodum rerum ad nos pertinentium statum rectè administrabimus. Hoc enim si præstiterimus, ne ipse quidem diabolus vnquam nobis superior euadet, quin & magno etiam vsui erit, ad vigilantiam, ad sobrietatem, ad castimoniam nos præparans. Sic sanè & Ephesios Paulus excitauit, illius feritate enarranda. Sed nos nimirum altum dormientes stertimus, quum tamen hostem vsqueadeò improbum habeamus. Atqui, si serpentem ad lectum nostrum latitare sciremus, hic magno admodum studio ad illum perimendum ferremur: diabolo autem in nostris ipsorum animis latitāte, nihil aduersi nos pati arbitramur, sed supini, ac desides, animisque concidentes, malis nostris indormimus. Cuius rei causam hanc esse arbitror, quòd illum corporeis oculis non contuemur, quanquam hoc potissimum nomine vigilantes nos ac sobrios esse oportebat. nam sensibilem quidē hostem facilè declines: at inuisibilem, nisi vndique armati fuerimus, difficilè euitare possimus: & quidem ob id potissimum, quòd recta ille depugnare non nouit: alioqui enim, euestigiò à nobis victus caperetur. Verùm amiciciæ identidem specie, crudelitatis venenum eiaculatur. Ita sanè Iob vxorē induxit induta pietatis persona pernicioſum consilium adferre: sic & cum Adam verba faciens, orationem simulat, qua ostendat se illorum curam ac patrocinium suscipere: quum dixerit, adaperiētur oculi vestri quacunque die de ligno comederitis: Sic & Iephthe pietatis ac religionis specie persuasit, filiam vt immolaret, illegitimúmque sacrificium offeret. Vides insidiosas illius vias? vides bellum multiforme? Caueto igitur, te vndiq; spiritualibus armis sepiēs, illius commenta atque artes exactè perdiscito, vt cùm te ille capere nequeat, tum verò non magno illum negocio capias, quando & hac quidem ratione Paulus illo superior euasit, hæcce diligenter perdiscens. Quamobrem & dicebat, Neq; enim illius cogitationes ignoramus. Itaque & nos quoque illius insidias tum sentire, tum declinare studeamus, vt reportata nobis de illo victoria, & in hac vita & in futuro seculo victores prædicemur, immortaliáque bona assequamur, gratia ac clementia domini nostri Iesu Christi, per quē & cum quo patri vnà cum sancto spiritu gloria, imperium, honor, nunc & semper, in secula seculorum, Amen.

Homilia vndecima.

SI enim complantati fumus similitudini mortis eius, nimirum & resurrectionis erimus. Quod prius diximus, id nunc quoque dicemus: quòd videlicet in moralem orationem assidue digreditur, non sicut aliis in epistolis, quas quidem in duo diuidit. ac priorem illarum partem dogmatibus, posteriorem morum curæ partitur. quam tamen hic rationem non sequitur, sed per totam ipsam epistolam mixtim hoc factitat, vt plausibilis, acceptabilisque sit oratio. Duas igitur hic ait mortificationes, & mortes item duas: alteram quidem à Christo factam in baptismo, alteram autem à nobis fieri debere per subsequens studium: Etenim quòd priora quidem peccata sepulta fuerint, illius dono tribuendum est: quòd autem à baptismo mortui peccato maneamus, studij nostri opus existat oportet. quanquam videmus deum & hic quoque multas ad res vel maximè nobis præsidio esse. neque enim istud baptisma valet tantùm ad priora peccata delenda, sed & aduersum futura confirmat. Itaque quemadmodum in illis fidem contulisti tuam, vt ea delerentur: sic & in subsequentibus studij mutationem exhibe, vt ne te ipse rursus sordides. Hæc enim & his similia consulens ait: Si enim complantati sumus similitudini mortis eius, nimirum & resurrectionis erimus. Vides vt auditorem erexerit, ad suum statim dominum illum subuehens, ac multam ostendere conatus similitudinē? Propterea non dixit morti, vt ne contradicas: sed, similitudini mortis. neque enim hæcce substātia mortua est, sed homo is, quem peccata genuerant, hoc est vicio-

sitas. nec

Etenim rapinā bonorū vestrorū, inquit, cum gaudio accepistis scitē tes patiorem vos habere substātiā in cœlis ac manentē] hic dormitasse videtur interpres in euāgelio esse putās quod est apud Paul. ad Hebræ. 10. g Matth. 5. a Luc. 18. b Roma. 8. f

Matth. 5. g

Ephe. 6. b. c

Universidad de Deusto
Biblioteca

tas.nec dixit, Si enim participes facti sumus similitudinis mortis:sed quid?Si complantati sumus.Plantæ quidem nomine, & fructum ex ea nascentem nobis clàm significans. Nam quemadmodum illius corpus sepultum in terra,fructum vniuersi orbis salutem tulit:ita & nostrum sepultum in baptismate, fructum tulit, iusticiam,sanctificationem,adoptionem,bona infinita,feret autem & resurrectionis postea donum.Quandoquidem igitur nos quidem in aqua,ille autem in terra,nos per peccati rationem, ille per corporis, sepultus est: ob id non dixit,complantati morti: sed,similitudini mortis. mors siquidem tam hoc quàm illud, sed non eiusdem suppositi. Si igitur,ait, in morte sumus complantati, & resurrectionis erimus: de ea resurrectione hic
Hic supra.4 agens, quæ futura est. Nam superius quum de morte disputauisset, dixissetque: An ignoratis fratres, quòd quicunque baptizati in Christum sumus,in ipsius mortem baptizati sumus?nihil de resurrectione aperte egit, sed de eo vitæ genere, quod baptismum sequitur, iubens in vitæ nouitate ambulare. Propterea hoc loci eundem resumens sermonem, illam demum resurrectionem denunciat. atque vt intelligas non eum sentire de ea resurrectione, quæ à baptismo existit, sed de illa futura,aduertito. Nam quum dixisset,Si complantati sumus similitudini mortis eius: non dixit, quòd & similitudini resurrectionis erimus: sed, & resurrectionis, non addito similitudinis verbo. vt ne enim diceres: Quo modo, nisi sic mortui fuerimus, vt mortuus ille est,resurgemus,vt resurrexit? Mortis quidem mentionem vbi fecit, non dixit, complantati morti: sed, similitudini mortis. quum autem resurrectionis, non iam dixit, similitudini resurrectionis: sed, ipsius resurrectionis erimus, nec dixit, iam sumus: sed, erimus. & hoc rursus verbo indicans, eam resurrectionem quæ nondum facta est, sed eam quæ futura est. Postea volens sermoni fidem conciliare,ostendit,alteram resurrectionem hic factam ante illam, vt à præsenti resurrectione ei fidem habeas, quæ futura est. quum enim dixisset, complantati erimus resurrectioni, addidit:

Hoc cognoscentes, quòd vetus homo noster, simul crucifixus est, vt aboleretur corpus peccati. Coniunctim & causam, & probationem,futuræ resurrectionis ponens.nec dixit,crucifixus est: sed, simul crucifixus est, proximè admouens baptisma cruci. ob quod & superius dixit: Complantati similitudini mortis eius sumus, vt deleatur corpus peccati. non corpus hoc sic vocans, sed maliciam om
Coloss.3.b nem, quemadmodum & veterem hominem appellat totam vicio sitatē: ac quòd non id coniectamus, ab ipso Paulo hoc ipsum per ea.quæ deinceps sequuntur interpretante, audi. nam quum dixisset, vt deleatur corpus peccati, tum addidit: *Vt ne amplius peccato seruiamus.* Huic enim ipsum volo esse mortuum, non quidem vt deleatur & moriatur, sed vt ne peccet. ac progressus, manifestius adhuc illud reddidit: *Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato.* De quolibet homine hoc ait. Quòd quemadmodum qui è vita decessit,in posterum peccato liberatur,mortuus quum iaceat: sic & is, qui à
†descendit. baptismo † descendit.quandoquidem enim illic semel mortuus est, peccato omnino mortuus maneat oportet. Si igitur in baptismo mortuus es, mane mortuus. etenim vnusquisque mortuus quum est, amplius peccare nequeat.qui si peccas, labefactas dei donum. Tantam ergo à nobis philosophiam vbi exegit, & coronā statim adiecit,dicens: *Si autem mortui sumus cum Christo.* Atqui & hoc ante coronam: magna quidem corona,

communionem habere cum domino. Veruntamen & aliud tibi præmium, ait, largior. quòd nam id? vitam æternam. *Credimus enim,* ait, *fore vt cum illo viuamus.* Et vnde id liquet? *Quòd Christus qui à mortuis resurrexit, non amplius moritur.* Ac rursus ipsius contemplare contentionem,vtq; à rebus inter se pugnātibus illud adstruat. Quandoquidem enim verisimile erat nonnullos turbari audito & crucis & mortis nomine,ostēdit ob hoc ipsum potissimum posthac oportere nos bono animo esse. Caue enim, inquit, putes,quòd semel mortuus sit, illum mortalem esse. nam hac ipsa de causa immortalis manet. nam mors mortis, eius mors extitit. ac quoniam mortuus est, ob id nō moritur.etenim illā mortem peccato mortuus est.Quid est,peccato? hoc est, ne illi quidem morti obnoxius erat, sed propter peccatū nostrum. nam vt illud tolleret, ipsiusq; neruos, ac vim omnē rescinderet, ob id mortuus est. Vides quo pacto terruerit. Si enim non iterum moritur, nec iterum lauacrum est.quòd si lauacrum non est iterum,caue & tu ad peccatum inclines. Hæc enim omnia dicit contra illud stans seq; obfirmans,videlicet, faciamus mala, vt *Supra.3.b* veniant bona:& item contra illud,maneamus in pec- *Hic sup..4* cato,vt gratia abundet. huiusmodi igitur suspicionem radicitus tollens, omnia hæc ponit. *Quod autem vivit, vivit deo:* Hoc est,indissolubiliter,vt nullum amplius in id dominatum mors habeat. Si enim mortē priorem, obnoxius quum non esset,mortuus est,sed propter nostrum peccatum:multò magis nunc non morietur,quū illud pessundederit. Quod & ad Hebræos ait:Semel in *Hebr.9.g* cōsummatione seculorum ad abrogationē peccati per hostiam suam apparuit.Et quatenus statutum est hominibus semel mori, sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata:secundò sine peccato apparebit omnibus expectantibus ipsum in salutem. Ostendit autem & vitæ secūdum deum actæ vim,& peccati item potentiam. Vitę quidem secundū deum actę, quòd non vltra morietur:peccati autem, quòd, si hoc ad mortem obeundam illum præparauit, qui minimè peccauerat, quo modo non eos perimet, qui obnoxij sunt? deinde quoniam de ipsius vita verba fecit, vt ne quis diceret: quid verò ad nos dictum hoc? addidit:

Ita & ipsi existimate vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem deo. Rectè dixit,existimate,quandoquidem aspectu ipso repręsentare quod dictum est nunc non licet. & quid existimabimus,inquit, mortuos quidem esse peccato,viuentes autem deo, in Christo Iesu domino nostro,nam qui ita viuit,omnem complectetur virtutem ipsum Iesum habens.hoc enim est, in Christo. Si enim qui mortui essent,eos excitauit,multò magis viuos retinere poterit. *Ne igitur regnet peccatum in mortali vestro corpore,vt illi obediatis per cupiditates eius.* Non dixit,ne igitur viuat caro,neque operetur: sed, peccatū ne regnet. neque enim venit,vt naturam destrueret,sed vt voluntatem corrigeret. Postea ostendens non vi ac necessitate,sed voluntate nos nostra à malicia possideri,nō dixit,ne tyrānidem agat,quod ipsum necessitatis est:sed, ne regnet.Etenim absurdum plane,atque indecens,ad cœlorū regnum vocatos, pro regina, peccatum habere:vocatos,vt cum Christo regnēt,peccati captiuos esse malle. perinde ac si quis diademate à capite abiecto, intemperiis actæ mulieri, mendicæ ac pannosæ seruitutem seruire velit. Porrò quandoquidem graue quidem illud ac difficile, nempe peccatum superare, vide vt id leue esse ostendat, vtque laborem ipsum molliat atque leniat,per hæc verba,In mortali vestro corpore.

Hoc enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hoc enim declarat certamina ipsa temporaria quidem esse, statimque finem habere. simul autem & priora nobis mala in memoriam reducit, atque adeò ipsius mortis radicem. Hinc enim vel ab ipso initio mortale illud effectum est: sed tamen fieri etiam potest, vt qui mortale corpus habet, non peccet. Vides Christi gratiæ abundantiam? Adam enim corpus nondum mortale quum haberet, lapsus est: tu autem morti obnoxium quum acceperis, coronam ferre poteris. Et quo modo regnat peccatum, inquies? non à propria virtute, sed à tua socordia atque ignauia. Itaque quum dixisset, Ne regnet: & modum quoque regni huiusce ostendit, addens, ac dicens, Vt illi per eius cupiditates parentes dicto sitis. non enim honos fuerit corpori licentiosè omnia gratificari, atque indulgere, sed summa planè seruitus, & ignominiæ intentio. quum enim quæ vult facit, tum demum omni libertate orbatum est. quum autem distinetur, prohibetúrque, tum vel maximè propriam dignitatem tuetur. *Ne autem exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed arma iustitiæ.*

Consequitur ergo vt corpus medium sit, vicium inter & virtutem, quemadmodum & ipsa arma. Vtracũque autem opera fiant, ea ad eos referuntur, qui eisdem armis vtũtur: vt si tam miles pro patria decertãs, quàm sicarius contra domesticos armatus, eisdem armis muniantur: neque enim armatura crimen id sustinebit, sed ij potius, qui illam in malũ conuertunt vsum. quod & in ipsa carne dicere possumus, vel hoc, vel illud effecta, pro ipsius animi sententia, non pro propria natura. Etenim si alienam pulchritudinem curiosius perscrutatus fueris, hic arma iniquitatis effectus est oculus, non à propria efficientia: *oculi enim est videre*, non impudicè *videre*, sed *à iubentis cogitationis malicia. qui si illum* continueris atque refrænaueris, tum iustitiæ arma effectus est, eadẽ ratione & in lingua, in manibus, in reliquis aliis. rectè autem peccatum iniquitatis nomine designauit. vel enim semet quis vel proximum, peccans, iniuria afficit: seu potius se ipsum prius, quàm proximum. abducens igitur à malicia, ad virtutem ducit, dicens: *Sed exhibete vos ipsos deo, tanquam qui ex mortuis viuatis.* Vide vt à nudis nominibus exhortetur. Illic quidem peccati verbo vsus, hic autem dei. ostendens enim quanto inter se interuallo ipsi regnantes disideant, omni venia militem eum priuauit, qui dei desertor, sub peccati regno nomẽ dare, merere, atque in acie stare concupierit. non hac autem solum ratione, sed & per subsequentia hoc adstruit, dicens: Tãquam qui ex mortuis viuatis. per hęc enim tum peccati eiusdem perniciem, tum doni dei magnitudinem ostẽdit, Cogitatote enim, inquit, cùm qui essetis, tum quid facti fueritis: quínam ergo eratis? mortui, & perditionẽ perditi nulliunde emendabilem (neque enim quisquã erat, qui opem ferre posset) & qui tandẽ ex mortuis illis redditi estis? viuẽtes vitam immortalem: & per quem? per eum qui potest omnia, deũ. Ergo sub hoc ipso par est militare, & quidem tanta cum alacritate, cũ quanta conuenit eos, qui ex mortuis viui sunt effecti. *Et membra vestra arma iustitiæ.* Igitur non malum est per se corpus, siquidem fieri etiam potest, vt arma iustitiæ effici illud queat. armorum autem verbo vsus, ostendit & bellum quoque graue imminere: quia de causa armatura nobis forti opus est, generoso item animo, quiq; belli eiusdem naturam probe calleat, tum verò ante omnia duce. Ac dux quidem præsto est, ad ferendas suppetias semper paratus. Idem inexpugnabilis manens, fortibus ab eo armis nobis apparatis. superest autem, vt ea voluntate præditi simus, quę decenter atque ex vsu arma pertractet, sic vt ducis dicto parens, arma pro patria sumat. Nos igitur vbi ad tam magna hortatus est, in memoriamque reuocauit & arma, & pugnam & bella: vide vt rursus militi animos addat, vt inungat, ac præparet alacritatem, dicens: *Peccatum enim vobis non amplius dominabitur: non enim sub lege estis, sed sub gratia.*

Si igitur non amplius nobis dominaturum est peccatum, qua tandem causa tot, tantáque præcipit atque interdicit? dicens, Ne regnet peccatum in mortali vestro corpore: &, Ne exhibeatis membra vestra, arma iniquitatis peccato. Quid igitur dictum hoc sibi vult? orationis cuiusdam seminariæ fundamenta hic iacit, quam postea explicaturus est, ac diligenter adstructurus. Quænam igitur est ista oratio? Corpus nostrum ante Christi aduentum facilè expugnabatur: vnà enim cùm morte, magnum etiam affectuum veluti examen introierat. Itaque corpus idem non valde agile erat ad eum cursum, qui ad virtutem ferret. neque enim spiritus aderat, qui opem afferret: neque baptisma, quod mortificare posset. Sed effrenis equi ritu currebat quidem, aberrabat autem identidem lege, tum quæ agenda, tum quæ vitanda essent, dictitante quidem, nihil tamen amplius, extra verborum admonitionem iis, qui dimicarent, adferente. At posteaquam Christus aduenit, faciliora certè certamina sunt effecta. Propterea maiores & nobis certaminum campi, maiora theatra proposita sunt, tanquam maioris auxilij participibus effectis. vnde & Christus dicebat: Nisi abundauerit iustitia vestra supra scribarum ac Pharisæorum iustitiam, nõ intrabitis in cœlorum regnum. *Matth. 5. c*
Sed hoc ipsum quidem in subsequentibus apertius dicit. Interim autem hic breuibus illud clam indicat, ostendens peccatum, nisi magnopere succubuerimus neutiquam nobis superius euasurum. neque enim lex adest, quæ tantùm iubet, sed gratia: ea inquam gratia, quę quũ priora condonat, tum verò ad futura nos munit, ac confirmat. Etenim illa post susceptos labores, coronas pollicebatur. Hæc autem prius coronauit, ac tum demum ad certamina traxit. Mihi porrò videtur Paulus non omnem hominis fidelis vitam hic significare, sed comparationem facere baptismatis ac legis. Id quod & alibi ait, his verbis: Litera quidẽ occidit, spiritus autem viuificat. Nam ipsa quidem lex redarguit prætergressionem, gratia autem soluit prætergressionem. Quemadmodum igitur illa redarguens constituit peccatum, sic hæc concedens non sinit esse sub peccato. Quo fit, vt duplici ratione sis hac tyrannide liberatus, partim quòd sub lege non amplius sis, partim quòd gratia potitus sis. Atque vbi per hæc fecit, vt auditor respiraret, illum rursus confirmat, ex obiectione admonitionem inducens, ac sic locutus: *2. Cor. 3. b*

Quid ergo? peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. Primum quidem interdictionem vsurpat, quòd videlicet valde absurdum id dictum sit: pòst autem & orationem ad admonitionem educit, ostenditque certaminum magnam esse facilitatem, sic inquiens: *Nescitis quòd cui exhibuistis vos seruos ad obediendum, serui estis eius, cui obedistis, siue peccati ad mortem, siue obedientiæ ad iustitiam.* Nondum, inquit, de gehenna disputo, nec de vehementi illo supplicio: sed de præsenti probro ac turpitudine, quum vos serui efficimini, & serui voluntarij, & serui peccati: & quidem tali cum mercede, vt moriendum vobis rursus sit. Si enim ante ipsum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ante ipsum baptisma mortem effecit corporalem, vulnusq; tanta curatione indiguit, vt qui omniū esset dominus, ad mortem vsque deuenerit, atque ita demum malum soluerit, post tantum donum, post tantā libertatem, hoc ipsum rursus peccatum te vltrò sibi succūbentem ac manus dantem si fortè deprehēderit: quid tandem effecturum nō fuerit? Ne ergo ad tantum barathrum accurras, neu vltrò te ipse prodas. Nam in bellis quidem vel nolentes & inuiti produntur sæpe milites: Hic autem nisi ipse vltrò transfugeris, superabit te nemo. Illos igitur vbi à decoro pudefecit, terret & à præmiis, ac ponit vtriusq; mercedē, iusticiam ac mortem, mortem non quidē talem, sed multò quidem pestilentiorem. Si enim Christus nō vltra est moriturus, ecquis illam soluet mortem? certè nullus. Igitur æternum supplicium ac pœna sempiterna necessario subeunda. neq; enim amplius mors adest sensibilis, vt hic, ipsum corpus consopiens, atque ab anima separans. Postremus enim hostis aboletur, mors, vnde immortale futurum est supplicium. At verò deo obedientibus non sic continget, vt quibus iusticiā, & quæ ex ea germinant bona, præmia sunt futura. *Gratia esti autem deo, quòd serui peccati eratis, obediuistis autem ex corde in eum doctrinæ typum, in quem traditi estis.* Vbi pudefecit à seruitute, vbi terruit à præmiis, & adhortatus quidem est, illos corrigit, emendatque rursus à beneficiorum memoria: per hæc enim ostendit, quòd ingētibus malis liberati sunt, & quòd non propriis laboribus, & quòd quæ futura sunt, ea faciliora erunt. Nam quemadmodum quum quis crudelis tyranni alicuius captiuum, captiuitate ea à se liberatum, hortatur, posthac ad tyrannum ne reuertatur, tum illi memoriam refricat grauissimæ durissimæq; illius tyrānidis: ita & Paulus quæ præteriere mala, per eas, quas deo agit, gratias, manifestissima ac significantissima reddit. neque enim humanæ, ait, potētiæ fuit, quòd ab illis malis erepti, erutiq; fuerimus: sed deo & habendæ & agendæ gratiæ, qui id & voluerit, & potuerit. ac rectè dixit: obediuistis ex corde. neque enim vi coacti aut necessitate adacti estis, sed voluntate vestra, studio, atque alacritate coniuncta vos ab illis malis subtraxistis. Hoc porrò & laudantis est simul, & morsu illos attingentis. qui enim vltrò accessistis nullam vim perpessi, quam tandem habere veniam, quam defensionem obtendere possitis, ad pristina reuersi? Deinde vt intelligas negocij totius laudem non tam ad illorum gratum beneuolúmque animum, quàm ad dei gratiam ac beneficentiam referendam, quum dixisset, obediuistis ex corde: addidit, in eum doctrinæ typum, in quem traditi estis. nam obedientia ex corde profecta liberum arbitrium denotat: traditos autem illos esse, dei auxilium significat. quis porrò doctrinæ typus hic? nempe vita recta, vita optimè & honestissimè instituta. *Cæterùm liberi à peccato, serui facti estis iustitiæ.* Hoc loco Paulus dei ostēdit dona duo, alterum, quòd nos ille peccato liberauerit: alterum, quòd iusticiæ mancipauerit. Id quod omni etiam libertate antiquius, præstantiúsque est. Nobiscum enim ille similiter egit, atque si quis puerum orphanum nactus, à barbaris raptum, inq; illorum regionem abductum, ipsum non solùm captiuitate liberet, sed & patrem sese illi officiosum, studiosúmque præbeat, tum præcellenti aliqua dignitate cohonestet. Quod sanè in causa nostra effectum est. neque enim pristinis peccatis solùm liberauit nos deus, sed & ad angelicam vitam deductis, optimi instituti, ac regiminis viam nobis muniuit: eosdem nos iusticię tutelę, ac præsidio tradens, vetera omnia mala perimens, veterem hominem mortificās, denique ad immortalem vitam præitator deducens.

Morale.

In hac igitur vita perseueremus ipsi. Nam multos sanè inuenias, qui quanquam tibi & spirare, & pedibus ingredi videantur, tamen infœlicioris sint conditionis, iis, quos mortuos esse constat. Etenim varij sunt mortis modi. Alius est, corporis, iuxta quem Abraham mortuus quum esset, haudquaquam mortuus erat. ait enim scriptura, Deus nō est mortuorum, sed viuorum deus. Alius, animæ: quem Christus significare nobis quum voluit, dixit: Sine vt mortui suos mortuos sepeliant. Alius, qui per sapientiam fit, qui idem commendabilis, laudabilisque est: de quo Paulus, Mortificate, ait, membra vestra, ea dico, quę in terra sunt. Alius, qui in baptismate fit, eius quidem author, quem postremū posui: Nam vetus, inquit, noster homo crucifixus est: hoc est, mortificatus. His ergo intellectis illam quidem mortificationem fugiamus, per quam vel viuentes morimur. hanc verò ne exhorrescamus, per quam mors ea quæ omnium communis est, oboritur. duas porrò alias (quarum altera beata est, eadem à deo data: altera commendabilis, eadem partim à nobis, partim à deo effecta) & deligamus, & æmulemur. Atque harum duarum alteram quidem Dauid beatā affirmat, quum ait, Beati quorum remissa sunt peccata: alteram Paulus admiratur, sic ad Galatas scribens: Qui Christi sunt, ij carnem crucifixerunt. ex duabus autem illis, quas paulò antè vno veluti iugo copulauimus, alteram quidem contemnendam esse ait Christus, dicens: Nolite timere ab iis, qui corpus quidē occîdunt, animā verò occîdere nō possunt. alteram autem timendam: Eum enim, ait, timete, cuius in manu est animam ac corpus in gehennā perdere. Itaque hac morte euitata, illam mortificationem deligamus, quam & beatam & admirabilem diximus, vt aliarum duarum alteram deuitemus, alterā extimescamus. nihil enim nobis profuerit Solem intueri, comedere, bibere, nisi vita bonis operibus constās adfuerit. Quid enim obsecro, prodest regi ei, qui conchiliatus, purpuratusq; est, quique bellicorum armorum instructu nō caret, si idem subditos nullos habeat? sed omnibus obiectus sit, insultare, iniuriámque afferre volentibus. Eadem ratione nullum Christiano ei lucrum accedet, qui fidem habuerit, suúmque ad credendum deo animum induxerit, tum donū id aceperit, quod baptismā ipsum consequitur: affectibus autem obiectus, obnoxiúsque interim fuerit. sic enim maior illi contumelia, maius dedecus inuretur. Nam quemadmodum ille diademate redimitus, purpurea veste amictus, ab eo quidem ornatu non solùm nihil quicquam lucri ad domesticam dignitatem tuendam assequitur, sed & illam quoque per priuatum dedecus contumelia afficit: ita & fidelis corruptè ac perditè viuens, non solū non veneratione dignus, sed vel magis ludibrio habendus. Quicunque enim, inquit, sine lege peccauere, ij & sine lege peribunt: & quicunque in lege peccauere, ij per legē iudicabuntur. & ad Hebræos scribens: Qui Moysi, ait, legem aspernatus fuerit, absque misericordia sub duobus aut tribus testibus moritur. Quantò putatis grauioribus illum affligendum suppliciis, qui filium dei conculcarit? Et id quidem iure optimo. suppositi subiecíq; tibi, inquit, per bāptismū omnes affectus: quid igitur causæ est, cur tute in tantum donum iniurius extiteris, alius pro alio effectus?

Matth.22.d *Matt.8.c* *Coloss.3.c* *Hic sup.a* *Psal.31.a* *Gala.5.d* *Matth.10.c* *Ibidem.* *Supra.2.b* *Hebr.10.e*

Interemi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Interemi ac sepelui pristina tua peccata, tanquã lumbricos quid igitur alia peperisti? Sunt enim lumbricis peccata deteriora: nam hi corpus, at illa animam labefactant, ac maiorem sanè putorem pariunt. id nos tamen minus sentimus: inde fit, vt animam expurgare negligamus. Neq; enim qui se vino obruit, sentit, quãta sit vini putrefacti abominatio: qui verò sobrius est, id probè nouit. Idem & in peccatis vsu venit. Qui temperatè, qui castè viuit, huic ignota non est illorum execratio, cœnum, macula: qui verò se totum ad maliciam dedit, quadam tanquam ebrietate oppressus, ne ipsum hoc quidem nouit, quòd ægrotet: habètque ipsa in primis viciositas malum hoc grauissimum, quòd qui in illam collapsi fuerint, eos ne dignoscere quidem sinit perniciei propriæ magnitudinem: quin potius sic affectos illos reddit, vt in cœno quum volutentur, vnguẽtis tamen se delibutos putent. qua illi de causa eximere se inde non queunt, sed vermiculis referti, tanquam lapillis preciosis ornati, ita sibi placent, vt eos vermes interimere nolint, sed ítra se enutriãt, adolescere sinẽtes, donec illos ad futuri seculi vermes reiiciant. nam hi illorum sunt conciliatores, nec conciliatores tantũ, *Esaiæ 66.g* sed & parentes nunquam intereuntium. Ipsorum enim vermis, ait, non morietur. hi vermes gehennam incendunt eam, quæ nunquã extinguitur. vt ne igitur id fiat, malorum fontem exiccemus, fornacem extinguamus, malicię radicẽ ab imo extirpemus. nã malã arborem si à summo excideris, nihil quicquam profeceris, radice infernè adhuc manente, atque de integro germen idẽ producente. Quænam igitur malorum radix est? Discito à bono plantatore, talia probè callente, vitem spiritualem veram curante, vniuersum terrarum orbem colente. *quámnam ergo hic esse ait malorum omnium causam?* pecuniarum concupiscentiam. Radix *1.Timo.6.b* enim, inquit, malorum omnium est auaricia: hinc pugnæ, hinc inimiciciæ, hinc bella, hinc contentiones, conuicia, suspiciones: contumeliæ, hinc cædes, furta, sacrilegia. propter hanc non ciuitates, ac regiones modò, sed & viæ ipsæ, & qui habitatur, & qui minimè habitatur orbis, tum montes, saltus, colles, vnóque verbo, omnia sanguinis ac cædis plena sunt. ac ne à mari quidem malum hoc temperauit, sed & illousque insane admodum debacchans certa cum pernicie irrepsit, piratis illud vndique obsidentibus, ac nouum quendam deprædationis modum comminiscentibus: propter hanc & naturę leges subuersæ, & cognationis instituta sedibus suis conuulsa, & substantiæ ipsius iura corrupta sunt. pecuniarum enim tyrannis non contra viuos modò, sed & contra vita iam defunctos, tales támque impias armauit dextras.† sunt; qui ne cum morte quidem fœdus illos contingens feriunt.‖ quinimo sepulchris perfractis cõtra demortua corpora sceleſtas, impuráque manus intendunt: ne eum quidem qui à vitæ huius molestiis exemptus iam sit, sinentes à suis ipsorum insidiis eximi. Iam quotquot inuenias siue in domo, siue in foro, siue in iudicus, siue in curiis, siue in regiis, siue vbicunque vis, indidem mala omnia pullulare videbis. hoc enim, hoc inquam malũ est, quod omnia tum sanguine, tum cæde compleuit: hoc gehennæ flammam incendit: hoc perfecit, vt ciuitates ipsæ nihilo melius, imò multò deterius haberent, quàm loca vasta, ac deserta. nam qui obsessis viis insidias nobis struunt, ab iis cauere perfacile, vtpote qui non continenter nos adoriantur: qui verò mediis in vrbibus illorum exemplum imitantur, tantò sunt illis pestilentio-

† *ac ne mor te quidẽ interueniente ipsis reconcilíantur.*

A res, quantò difficilius fuerit ab his, quàm ab illis cauere. quod enim illi scelus clàm & obscurè audẽt, hi palàm ac fidentes aggrediuntur. Nam quæ leges hac de causa latæ sunt, vt illorum tollatur malicia, eas illi leges ad sui auxilium quum pertraxerint, huiusmodi cędibus, ac sceleribus ciuitates complent. An non, obsecro, cædes ac cæde etiam deterius, esurie pauperem addicere, in carcerem coniicere, atque adeò vnà cum fame, qua tu illum confeceris, & tormentis item dedere, infinitisq; verberibus cædere. quãuis eim hæc tu non facias, tamẽ si causa à te fuerit, qua causa ea fiant: facinoris author potius censeri debes, quàm quibus administris facinus idẽ peragitur. Etenim parricida mucrone statim impacto, ad breue tempus dolorem inurẽs, tormentũ vlterius non intendit. At tu sycophantiis, vexationibus, insidiis, lumen illi tenebras reddens, eo fraudis ac calamitatis illum adigens, vt millies mortem sibi adfore preceturi: cogitato, quæso, quot mortes pro vna adferas? Et quod omnium grauissimum est, rapinę atque auariciæ incumbis, interim non paupertate pressus, non fame te ad id impellente, sed quo equi tui frænum, domus tectum, columnarum capita copiosè inaurentur. hoc ipsum verò quantam gehennam meretur? quum tute fratrem tuum, qui videlicet bonorum arcanorum tecum particeps effectus, atque eousque à domino honoratus est tuo, in infinitas calamitates præcipitem agis, vt lapides, vt domus tuæ pauimentum, vt animantium ratione carentium, ornatumq; huiusmodi minimè sentientium corpora exornes? Te ne tam solicitã alendi canis curam gerere, hominem autem, seu verius dicam, Christum ipsum propter canem, & ea, quæ modò diximus, omnia ad summã famem adigi? quid hac *cõfusione pestilẽtius? quid hac iniquitate letalius?* quot tandem ignei fluuij ad huiusmodi animã depascendã satis esse possint? Hem qui ad dei similitudinem expressus est, pannosus, indecorusq; iacet, per tuam inhumanitatem, muli autem vxorem tuã portantes, tum autẽ pelles, & ligna, quibus tectum illud texitur, multo auro splendescunt. ac si sedile, si scabellũ conficiendũ est, vbiq; aurum, vbiq; argentũ: Christi autem membrum, & iis quẽ propter è cœlo ad nos deus descendit, sanguinemq; preciòsum effudit, auaricia tua ne necessarium quidem cibum habet. & lectuli quidem argento vndique cincti, vndiq; ornati sunt: sanctorum verò corpora vel necessario operculo carẽt. ac tibi minoris fit ipse Christus, quàm famulorũ grex, quàm muli, quàm lectº, quàm sedile, quàm scabellum. Omitto enim vasa his etiam viliora, quę ipsa quænam esse possint, vobis cogitandũ relinquo. Qui si horrescis ad harum rerum auditionem, ab his peragendis manus abstineto, ita fiet, vt tibi nihil noceant, quæ diximus, abstineto inquam, atque eiusmodi insaniam definito. manifestaria enim insania est, adhibitum tantum in iis, quæ diximus, studium. Quamobrem illis prætermissis in cœlum, vel sero tandẽ intueamur. diem illum qui necessario futurus est, in memoriam redigamus: animo versemus terribile illud iudicium, tum autẽ exactas illas disquisitiones, incorruptumq; suffragiũ. Consideremus, deũ hæc omnia videre, nec tamen fulmina in nos è cœlo vibrare: etiã si non fulmen modò id genus facta mereãtur. sed neq; hoc, factitat tamen ille. nõ mare in nos immittit, non terram mediam perrumpit, non Solem extinguit, non cœlum vnà cum astris eiaculatur, deniq; non omnia de medio tollit. Verùm in suo ordine esse, nobisq; subseruire creaturam vniuersam permittit. Hæc igi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur expendentes clementiæ eius magnitudinem exhor reſcamus, ad propriam nobilitatem reuerſi: quando-quidem vt animatos nos video, certè nihilo meliore, ſed deteriore conditione ſumus, quàm quę ratione carent animalia. Illis enim conſanguineorũ amore captis naturæ communio ſatis eſt ad mutuum inter ſe affectum atq; amorem. Tu verò vnà cum naturæ vinculo, infinitas cauſas quum habeas, te membris cum propriis conſtringentes, atq; connectẽtes, rationem, qua ornatus, prædituſq; es, pietatis ac religionis conſortium, infinitorum bonorum communionem: nihilominus tamen brutis iiſdem inhumanior es effectus, vt qui cùm erga ea, † quæ ſenſu omnino carent, ‖ ſtudium impenſum præ te feras, tum verò dei templa fame ac nuditate perire negligas, illa eadem perſæpe mala in infinita obtrudens. Qui ſi ea facis, gloriæ amore captus, fratris certè tui multò maiorem curam te habere conueniebat q̃ equi. quò enĩ melior is fuerit, qui liberalitatẽ ſentit tuam: hoc tibi ſplendidior ab illius cura ac ſtudio laurea texitur. neq; ſanè intelligere te puto in cõtraria te incurrere, ſexcentosq; aduerſum te accuſatores comparare. quis enim non de te oblocuturus ſit? quis te nõ inſimulet ſummæ crudelitatis, atque inhumanitatis, quum videat humanum te genus vilipẽdere, bruta autem hominibus anteponere, atque vnà cum brutis domeſtica vaſa ac ſupellectilẽ maiore à te in precio quàm homines ipſos haberi? An non audiuiſti, Apoſtolis dicentibus, eos qui primi verbum excepere, & domos & prædia diuendidiſſe, quò fratres enutrirent? Tu verò tum domos diripis, tum prædia interuertis, vt equum, vt ligna, vt pelles, vt parietes, vt pauimenta exornes: &, quod grauius quidem eſt, hanc adeò inſaniam non viri tantum, ſed & fœminæ quoque inſaniunt: quæ ſanè maritos ſuos ad ſtultum hunc, infrugiferumq; laborem componentes, illos vbique potius, quàm vbi opus eſt, ſumptum facere cogunt: quas tamen ſi quis fortè hoc nomine improbauerit, ac reprehenderit, meditatã ſtatim ac cogitatam audiet defenſionem, criminationis plenam: Et hæc enim, aiunt, & illa item fiunt. Quid ais? te non pudet hæc proloqui? te non pudet vnà cum equis, mulis, lectis, ſcabellis eſurientem Chriſtum annumerare, ſeu verius dicam, ne cum his quidem illum, ſed maiorem partem hiſce, illi autem vix modicam impertiri. an verò neſcis tum tui, tum tuarum fortunarum, rerumq; omnium dominium penes illum vnum eſſe? an neſcis illum corpus tuum finxiſſe, animam tibi gratuitò contuliſſe, mundum vniuerſum fuiſſe largitum? quum tu interim ne puſillam quidem horum remunerationem rependis. Iam ſi paruam domunculam certa penſione locaueris, penſionem ipſam ſeuerus, rigidiſque exigis, creaturæ autem illius fructum percipiens, orbem tam latum inhabitans, ne tantillum quidem mercedulæ penſitare ſuſtines: ſed inani gloriæ tum teipſum, tum tua omnia dedis. Illinc enim omnia hæc veluti appenſa ſunt. nam neque equus melior, quantum ad ipſius virtutem, euaſerit, huiuſmodi ornatu ac phaleris ſuperbus, neque illius item ſeſſor: qui & hoc nomine nonnunquam vilior, contemptibiliórque redditur. multi enim ſeſſore præterito, ad vnius equi faleras oculos traducunt ſuos, tum autem ad famulos hinc inſequentes, hinc antecedentes, eoſdemq; ſubnixis alis ingredientes, atque obuios quoſque cubito propulſantes: eum verò qui huiuſmodi ſatellitio cinctus incedit, & oderunt, & tanquam publicum auerſantur hoſtem. At verò animum quum ornas, non hoc euenire ſolet. tum enim & homines, & angeli, & angelorum dominus, denique omnes laureã tibi intexunt. Quapropter ſi gloriæ ſitiens es, faceſſe ab iis, quæ tibi in manibus ſunt, animumq;, non domum exornato, quò ſplendidus ſis & illuſtris. nam vt nunc quidem animatum te video, nihil quicquam te vilius eſſe queat, qui animam deſolatam quum habeas aliud nihil, quàm domus tuæ pulchritudinem oſtentes. Qui ſi quæ hic à me dicta ſunt, ferre non potes, audi, quid olim peregrinus quidam ac prophanus homo feciſſe dicatur: pudeatq; tandem te vel exteræ philoſophiæ. Ferunt quendam ex eorum, quem dixi, numero hominum, in domum quampiam ſplendidam, multo quidẽ auro radiantem, magna adeò lapillorum ac columnarum pulchritudine fulgurantem ingreſſum fuiſſe. quum autem domus eiuſdem ſolum variis tapetib⁹ ac periſtromatis ſtratum vidiſſet, in domini os cõſpuiſſe, deinde ob hoc increpitũ, hoc colore ſe excuſaſſe, quòd tota in domo, nihil videret ad excipiendum oris recrementum opportunius, ob idq; coactum ſe illius os ea contumelia afficere. Vides vt ridiculus omnibusq; deſpicabilis ſit, iis quidem certè qui mentis cõpotes ſunt, quiſquis externo ſeſe ornatu venditat. & quidem iure optimo. neque enim ſi quis vxore tua poſthabita, in pannis, in vili, ac lacero habitu relicta, illius ancillas ſumptuoſis veſtibus induat, factum hoc æquanimiter feras, verùm & excandeſcas, & inexpiabilem tibi iniuriam factam interpreteris. Hoc ipſum igitur in animæ cauſa expẽdito. Nam quoties parietes, ipſamq; domus tuæ ſupellectilem exornas, eleemoſynam autem abundantem non præbes, neque te reliqua colenda philoſophia exerces: profecto aliud nihil, quàm id, quod dixi, quòdque eo etiam peſtilentius eſt facis. Nam ſeruam inter ac dominam diſcrimen nullum. at animam inter & carnem ingens differentia. quòd ſi ita eſt: multo certè magis animam inter & domum, animam inter & lectum, & ſcamnum. quámnam igitur defenſionem, quæ idonea quidem ſit, obtendere poſsis? qui hæc omnia argento contegas, includásque: illam autem pannoſam, ſqualentem, eſurientem, vulneribus refertam, infinitorum canum dentibus diuelli negligas, tum autem cenſeas magnam ab hocce rerum externarum ornatu gloriam tibi eſſe cõquiſitam. Id quod ſanè ſummæ amentiæ eſt: ab iis videlicet rebus tibi placere, vnde & ludibrium, & probrum, & dedecus, & infamiam, vnóque verbo, extremum tibi accerſas ſupplicium. Quamobrem exhortor, omnibus iis perpenſis, vel ſero tandem vt reſipiſcamus, nóſque nobis ipſis aſſeramus: tum rerum externarum ornatum hunc, ad animã deriuemus. Hoc pacto & incolumis ornatus idẽ manebit, & nos angelis pares efficiet, & immortalia item bona conciliabit. quæ vtinam aſſequi omnes poſsimus, gratia & clemẽtia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

† quæ inutilia ſunt.

‖ ſtudium

Actor. 2. g

A

B

C

D

Homilia duodecima.

VT manum quiddam dico, propter infirmitatem carnis veſtræ. Sicut enim præbuiſtis membra veſtra ſerua immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita & nunc præbete membra veſtra ſerua iuſticiæ ad ſanctificationem.

Poſteaquã magnam vitæ curam, diligentiamque poſtulauit, iubens mundo ac maliciæ mortui vt ſimus, atque ad peccatorũ opus immobiles maneamus: viſusq; eſt magnum quiddam, atq; oneroſum dixiſſe, ac tale, quod humanum tranſcenderet ingenium, oſtendere volens,

Universidad de Deusto
Biblioteca

volens,aullũ se postulare onus; quod humeris nostris impar sit,neq; quantum oporteat eum ferre, qui tantũ à deo donum sit consecutus,sed admodum moderatũ & lene,idipsum à contrariis argumẽtatus adstruit.itaque inquit humanum quiddã dico, ac si diceret ab humanis cogitationibus,ab iis quæ in consuetudinem eadunt:nam modũ nobis,moderationemq; verbi huius, humanũ,appellatione denotat.etenim & alibi quoque
1.Cor.10.c ait, Tentatio in vos non inuasit, nisi humana : hoc est, moderata & pusilla. *Sicut enim præbuistis mẽbra vestra seruа immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem,ita nunc præbete membra vestra seruа iustitiæ ad sanctificationem.* Quanquam magno inter se domini ipsi interuallo disident, tamẽ parem,inquit,seruitutis modum flagito . Oportebat quidem multò etiam amplius adferre,ac tantò etiam amplius,quantò ipsa hæc seruitus dominatu illo tum maior,tum melior est:sed tamen nihil ego amplius deposco,propter infirmitatẽ.nec dixit, infirmitatem vestræ vel voluntatis,vel propẽsionis atq; alacritatis, sed carnis,orationẽ minus inuidiosam ita reddẽs.atqui illud quidẽ immundicia,hoc autẽ sanctificatio:illud iniquitas,hoc autẽ iustitia.Dices,Quis tandem eousq; miser, eousq; infœlici sydere natus esse queat,vt ne studij quidem tantundẽ, Christi, quantũ peccati ac diaboli seruituti impendat:Igitur audi quæ sequuntur,atq; apertè intelliges,ne istud quidẽ pusillum nos impendere.quãdoquidem enim prolatum hoc sic simpliciter,nec credibile esse,nec acceptabile videbatur, nec audire quisquam sustinuisset, se Christo tantundẽ non deseruire, quantũ diabolo deseruisset,per ea quæ insequuntur ipsum hoc adstruit,ac credibile facit,illam seruitutem in medium afferens, ac dicens quo pacto illi seruiere.

Quum enim essetis,inquit,serui peccati, liberi eratis iustitiæ.

Quod autẽ ait, hunc habet sensum:Dum in malicia viueretis,in iniusticia,in summis malis, tanta cũ obedientia viuebatis, vt prorsus boni nihil ageretis. Hoc enim significant verba hęc,liberi eratis iusticiæ: hoc est,non eratis illi subditi,sed alienati ab ea prorsus:neque enim seruitutis modum distribuebatis partim iusticiæ , partim peccato,sed ipsos vos totos dedebatis malicię.Igitur & nunc quoq; posteaquã ad iusticiæ cultũ vos traduxistis, ipsos vos totos ad virtutẽ date, nullũ prorsus vicio locum relinquentes,vt in eo vel æqualẽ saltẽ modum seruare vos ostẽdatis:quanquã nõ ipsius dominij solum,sed & seruitutis quoq; magnum adeò sit discrimen.Id quod liquidò admodũ explicat, demonstrans quibus in rebus tum seruirent, quibus autem nunc seruiant.nec dum tamen exprimit damnum è re nascens, sed erubescentiã interim. *Quem enim,*inquit, *fructũ habuistis tunc in illis,in quibus nunc erubescitis?* Talis enim erat seruitus,vt illorum etiã recordatio, pudorem vel nũc pariat . quòd si recordatio sola pudore afficit, quantò magis ipsã actio:quamobrẽ duplici nomine nũc lucrifecistis: tum erubescentia liberati, tum edocti, quibus in sordibus versaremini:quẽadmodũ id tẽporis quoq; dupliciter lædebamini,tum ea perpetrãtes, quæ erubescentiam mererentur, tum ne erubescere quidẽ scientes,quod priore maius erat:sed tamẽ vel sic in seruitute perseuerabatis . Quum igitur plus satis ostendit, quale fuerit facinorum tum perpetratorum nocumentũ, ab ipsa videlicet erubescẽtia exortum, ad ipsam rem progreditur.res verò quæ tandem erat? *Nam finis illorum mors est.* Quandoquidem enim erubescentia, non admodũ graue malũ esse videbatur,ad id,quod valde terrificum est,accedit,morte dico: quanuis & quod prius dictũ fuerat,sufficeret.Cogita enim, quousq; viciositas ipsa progressa esset,quũ vel supplicio liberati, erubescẽtia liberari nequirent.ecquã igitur mercedem,ait,ab actione expectas,quũ præsertim supplicio liberatus, vel ab ipsa sola memoria erubescis, ac pudore suffunderis? quanuis in tanta etiã gratia consistas . At non perinde se habent quæ dei sunt. *Nunc verò manumissi à peccato, serui autem facti dei,habetis fructum vestrum in sanctificationem , finẽ autem vitã æternam.* Illorũ enim operũ erubescentia vel post manumissionẽ,horum autẽ fructus sanctificatio. Vbi autẽ sanctificatio,ibi fiducia ingens.Illorum finis, mors: horum autẽ,vita æterna . Vides vt horũ partim iam data esse ostẽdat,partim in spe reposita ? atq; ab iis quæ iam data sunt illa confirmat, à sanctificatione vitam æternã.vt ne enim dicas omnia in spe esse posita, ostendit & te iam fructũ percepisse.primum quòd malicia liberatus sis,malisq; huiusmodi, quorũ vel recordatio in animũ influens,pudorẽ parit:deinde quòd sis iusticiæ seruus effectus,tum quòd sanctificationẽ sis assecutus, tum quòd vitã adeptus sis,& quidẽ non tẽporariam,sed ęternã.Quę ipsa omnia quũ sic se habeant: tamẽ vel ex æquo,inquit,seruite. Tametsi enim ipse dominus valde præcellens est,estq; seruitutis & prẽmiorũ pro quibus vos in seruitutẽ datis ingens discrimen, tamen amplius nihil hĩc postulo . deinde quoniam armorũ, ac regis mentionẽ fecit, in metaphora perseuerat,dicens: *Stipendia enim peccati,mors:gratia autem dei, vita æterna in Christo Iesu domino nostro.* Peccati stipendia quum nominasset,de bonis verba faciens nõ eundẽ seruauit ordinẽ.neq; enim dixit,merces rectè factorũ vestrorũ: sed,gratia autẽ dei.ostendens illos suo marte liberatos non esse,neq; quod debitũ esset accepisse, nec id quod datũ illis est,esse aut retributionẽ, aut remunerationẽ laborũ,sed omnia gratia obuenisse.Quapropter & hĩc excellentia existit:nõ quòd deus liberauerit,neq; quòd ad meliora illos traduxerit:sed quòd ne laborãtes quidem,aut sudantes,non liberauerit solum, sed & multò maiora illis dederit,& ea itẽ per filiũ dederit. Hæc porrò interseruit omnia,quoniamquidẽ & de gratia verba fecerat,& legẽ iam deiecturus est.vt ne enim hæc vtraq; segniores illos redderent,media interposuit.quæ ad exactã vitæ rationẽ pertinent, auditorẽ ad virtutis summã curã vbique excitans . Quum autẽ peccati stipendia mortẽ appellat,terret rursus,& aduersum futura confirmat.nam per quæ illis priorum memoriã refricat, per ea eosdẽ præparat ad gratias deo agendas, simul confirmationes ad omnia quę imminere possent reddit.Hoc igitur loco institutũ de moribus sermonẽ absoluens, ad dogmata rursus transit, ita inquiens:

An ignoratis fratres, scientibus enim legem loquor. Posteaquam enim dixit,quòd mortui peccato sumus, ostẽdit hoc loco quòd non solũ illis peccatũ non dominatur, sed ne lex quidẽ. q̃ si lex nõ dominatur , multò minus peccatum.orationẽ porrò condulcãs,leniensq;, ab exemplo ad homines pertinente hoc ipsum apertũ facit. ac videtur quidem vnũ dicere,duo autẽ ponit propositi argumenta ac fundamenta.alterum quidem , quòd mortuo viro, non subdita est mulier legi viri : nec est qui eam prohibeat, quò minus alterius fiat vxor . alterum, quòd hĩc non solum vir mortuus est, sed & mulier,sic vt dupliceꝫ nacta sit libertatem. Si enim mortuo viro liberata ea est mariti imperio, quum & illam mortuam constiterit,multò magis liberata est.nam si res vna illiã mariti potestate liberat, multò magis duæ concurrentes.Descensurus igitur ad harum rerũ probationem

Universidad de Deusto
Biblioteca

bationem, cum auditorum laude incipit, dicens: An ignoratis fratres, scientibus enim legē loquor: hoc est, quod admodum ab omnibus confessum est, & apertū profero: & eos alloquor, quibus hæc omnia accuratè nota sunt, *Quòd lex tantisper † in homine] dominetur, quoad vixerit.* Non dixit, in viro, neq; in muliere: sed, in homine, quòd ipsum commune animantis vtriusque nomē est. Qui enim mortuus est, inquit, iustificatur à peccato. Igitur viuis lex lata est: mortuis autem non item. Vides vt duplicē libertatem aperuit. deinde in proœmiis hoc clàm significans in muliere, in ipso argumento & fundamento prosequitur orationem, sic dicens:

† *homini] sic mox viro, & mulieri, sine præpositione in.*

Nam quæ sub viro est mulier, viuenti viro alligata est per legem. Si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri. Proinde viuente viro iudicabitur adultera, si se iunxerit alteri viro. Sin autem mortuus fuerit vir, liberata est à iure viri, vt non sit adultera, si iuncta fuerit alteri viro. Assiduè hoc ipsum versat, in oreq; habet, & id magna, exactaq; cū cura. quoniam admodū confidit argumentationi, probationiq; quam adstruit. ac ponit quidem in viri ordine ac loco ipsam legem: In mulieris autē loco eos omnes, qui credidere. deinde conclusionem adducit non iuxta propositionem. consequebatur enim vt diceret: Itaq; fratres mei, nō dominabitur vobis lex: mortua enim est. sed nō sic dixit, sed in ipsa quidē propositione hoc clàm significauit. In ipsa autem inductione, vt ne videlicet Iudæos oratio offenderet, mulierē inducit mortuam, dicēs: *Itaque fratres & vos mortui estis legi.* Posteaquā enim & hoc & illud factum eandē afferret libertatem, quid prohibebat quominus legi hac in parte gratificaretur re ipsa incolumi manente? *Nam quæ obnoxia viro est mulier, viuenti viro alligata est, lege.* Vbi nunc sunt, qui legē calumniantes suggillant? Audiant illi, vt Paulus vel in necessariū incidens locū, illius dignitatē non deiiciat, sed magnificè etiā de illius potestate loquatur. siquidem ea superstite, vinctus est Iudæus, & adulteri audiunt, qui illam prætergrediuntur, ac viuentē relinquunt. Sin autē mortuā dimiserunt, nihil id mirum fuerit. nam in ipsis hominibus, calumniæ obnoxius minimè est, qui id facit.

audiunt ponit: p dicūtur, sine iudicantur.

Quòd si mortuus fuerit vir, liberata est à lege viri. Vides vt in ipso exemplo legem ostendat mortuā? sed hoc non facit in inductione. *Proinde viuente viro iudicabitur adultera.* Vide vt immoretur in illorū accusationibus, qui legem viuentē transgrediuntur. Quum autē antiquauit illam, atq; abrogauit, tum demū omni cū securitate illud fidei gratificatur, nihil inde læsionis afferens.

Viuente enim viro, ait, *adultera iudicatur mulier, si fuerit cum altero viro.* Itaq; fratres mei & vos, consequēs erat dicere, lege mortua adulterij non damnamini, si cū altero viro fueritis. Verùm non sic dixit, sed quo pacto? mortificati estis legi. Si ergo mortui estis, iam non estis sub lege: nam si mortuo viro non est obnoxia mulier, multò magis hęc eadem mortua vbi est, eo liberata est. Vides Pauli sapientiā, vt legē ostenderit hoc etiam velle, vt à se deficias, & cum altero viro sis? neq; enim prohibet, inquit, quo minus cū altero viro te coniūgas mortuo priore. quidni enim? quum etiā à viuo marito permittat diuortij libellū capere? Verùm & hoc nō addit, quod quidē mulierū crimen potius erat: tametsi enim id concederetur, tamen à crimine non vacabat. Quū enim Paulus à necessariis iisdemq; probatis rebus victoriam ferat, non quærit quæ superuacanea sunt: neq; enim est exactor petax. quod igitur admirari debem°, illud est, quòd ipsa etiā lex criminibus nos liberat, à se deficientes: vt voluntatis eius sit, quòd nos Christi efficiamur: etenim & ipsa mortua est: & nos item mortui sumus, & duplici nomine potestas sublata. Hic autē ne his quidem solis contentus est, sed & ipsum authorem addit. neq; enim simpliciter mortem posuit, sed crucē, quæ hæc effecerit, introduxit, illi nos obnoxios faciēs. non enim simpliciter, inquit, liberati estis, sed per mortē domini. *Mortificati enim*, inquit, *estis legi, per corpus Christi.* Neq; verò hinc tantum adhortatur, sed & à secūdi viri excellentia. Ideo addidit, *Vt sitis vos alterius, qui ex mortuis resurrexit.* Deinde vt ne dicerent, Quid igitur nobis fiet, nisi alterius viri consuetudine vti velimus? lex enim quæ vidua sit, hanc adulteram esse non vult nuptiis iteratis: non tamen illam iterare cogit. Vt ne igitur hoc illi dicant, ostendit vel ab iis beneficiis, quæ priores ipsi accepimus, oportere ita nos velle: quapropter & alibi rem apertius ponit, inquiens: Non estis iuris vestri. &, precio empti estis. &, ne hominū serui efficiamini. & rursus: Vnus pro omnibus mortuus est, vt qui viuunt amplius sibi nō viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est. Hoc igitur & hìc clàm significauit, quū dixit, per corpus. deinde & per bonā spem cohortatur, dicēs:

1. Corī. 6. & 7. d

2. Corin. 5. a

Vt fructificemus deo. tùc enim fructificabatis morti, inquit, *nūc autem deo. Quum enim essemus in carne, affectiones peccatorum quæ per legem, vigebant in membris nostris ad fructificandum morti.* Vides prioris viri lucrū. nec dixit, quum essemus in lege, vbiq; cauens hæreticis ansam præbere: sed, quū essemus in carne: hoc est, in malis actionibus, in vita carnali. neq; enim hoc ait, illos antea quidē in carne fuisse, nunc autem incorporeos effectos circūire. Hoc porrò quum dicit, neq; legē peccatorū causam existere dicit, neq; illā tamen inuidia liberat. amari enim accusatoris locū obtinebat, peccata denudans. nam qui plura ei iniungit, qui nusquam parēre velit, is delicta multiplicat. Ideo non dixit, affectiones peccatorū, quæ sub lege fierent: sed, affectiones quæ per legem. nec addidit, fierent, sed simpliciter, quæ per legē: hoc est, quæ per legē apparerent, aut dinoscerentur. deinde vt ne carnē accusaret, non dixit, quas mēbra facerent, sed quæ in mēbris nostris vigebant, ostendens aliunde malicię initiū existere, à cogitationibus videlicet opus suum edentibus, non à membris † peragentibus.] anima enim artificis locum obtinebat, citharæ autem carnis natura, ita resonans, vt citharista cogeret. igitur non huic absona cantio, sed illi potius imputanda est. *Nunc autem liberati sumus à lege.* Vides vt rursus & hìc quoq; carni parcit, ac legi? neq; enim dicit, legem esse † liberatā,] neq; carnem: sed, nos ipsos liberatos esse. & quónam ipsi pacto sumus liberati? detento à peccato homine vetere mortuo, eodemq; sepulto. hoc enim his declarauit verbis, *Mortui ei, in qua detinebamur.* Ac si diceret, Vinculū id per quod detinebamur, mortuum est, atq; dissolutū, sic vt quod detineret, iam nihil detineat, hoc est, peccatum. Sed tu ne animo concidas, neu segnior efficiare. liberatus enim es, vt rursus seruias, non perinde tamē, sed *per nouitatem spiritus.* Quid autem est quod ait? Necesse enim nobis est idipsum iam detegere, vt quum in locum inciderimus, ne perturbemur. quum enim ait, peccauit Adam, tum & illius corpus mortale effectum est, ac patibile, receptis naturæ viciis permultis, equo præterea grauiore atq; effræni reddito. at Christus vbi aduenit, per baptismū nobis illum leuiorem fecit, alis spiritus eundem excitans. Hanc sanè ob causam nobis non eadem cum priscis hominibus stadia sunt constituta: quandoquidem ne tum quidem vsqueadeo facilis erat cursus. Iccirco & ille non postulat tantùm, vt

† *agitatis.*

† *solutam.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matth.5.c & seq. à cæde mundi simus, quo modo & ab antiquis postulabat, sed & ab ira: neque adulterio solum, sed impudico aspectu abstinere nos iubet: neque à periurio tantũ, sed à iureiurãdo alienos esse: addè quòd vnà cũ amicis & inimicos quoq; diligẽdos præcipit. denique omnibus aliis in rebus longiora nobis stadia esse voluit: qui nisi superauerimus, & gehennam minitatus est: ostendens supradicta non à decertantiũ liberalitate nasci, sicut virginitas & inopia, sed omnino perfici illa oportere, vt quę ex eorum sint numero, quæ vrgentia ac necessaria sunt: estq; extremas ille pœnas luiturus, qui ea non præstiterit. propterea dicebat: *Matth.5.c* Nisi abundauerit iustitia vestra supra Pharisæorum & Scribarum iustitiam, non intrabitis in regnum cœlorũ. Quisquis porrò cœlorũ regnũ nõ videt, is omnino in gehẽnã collabetur. quãobrem & Paulus dixit: *Supr.6.c* Peccatum enim vobis non dominabitur: non enim estis sub lege, sed sub gratia. neq; enim est litera quæ condẽnet, hoc est lex illa vetus, sed ipse spiritus qui opem, auxiliumq; adfert. quo nomine sicubi quis prisco illo seculo visus esset virginitatẽ colere, vehementer admiratione digna ea res erat: nunc autem vbiq; terrarum disseminata eadẽ res est. ac mortem id tẽporis homines vix pauci contemnebant: nũc autem & in vicis, & in vrbibus martyrũ populi innumeri, non ex viris tantùm, sed ex mulieribus conflati. deinde posteaquàm hęc dixit, obiectionẽ rursus emergentem soluit, in ipsa solutione id adstruẽs, quod vult. quamobrem solutionẽ principaliter non inducit, sed ex cõtradictione, vt à solutionis necessitate occasionẽ capiat, ea dicẽdi quæ vult, minusq; inuidiosam reddat accusationem. nam vbi dixit, per nouitatem spiritus: & non, per vetustatem literæ, attexuit: *Quid ergo dicemus? lex peccatum est? absit.* Etenim prius dixerat, quòd af- *Ibidem.* fectiones peccatorum, quæ per legem, vigebãt in mẽ- *Ibidem.4.c* bris nostris. &, peccatum vobis non dominabitur: non *Ibidem 5.d* enim estis sub lege, sed sub gratia. &, vbi enim non est *Ibidem 4.c* lex, ibi neq; transgressio. &, lex obiter subiit, vt abũdaret peccatum. &, lex iram efficit: postquam igitur hæcce omnia viderentur legi calumniam adferre, tanquã corrigens suspicionem eam, quæ ab his nasceretur, adfert & oppositionẽ, atque ait: *Quid igitur? lex peccatum est? absit.* Antequàm dictum adstruat, prohibitione atque interdictione vsus est, hac ratione auditorem sibi conciliãs, offensumq; deliniẽs. Nã quũ iam audiuisset, & de illius affectu plenissimè certior redditus esset, interrogat vnà cũ eo id, quod dubium esse videtur, nec suspectum habet dicentẽ. quare & obiectionẽ illã anteuertens posuit. neq; enim dixit, quid igitur dicã ego? sed, quid dicemus nos? quasi cõsiliũ ac sentẽtia proponeretur, essetq; cõmunis ecclesia in vnũ coacta, nec ab ipso, sed à legum consequentia, rerumq; veritate ipsa obiectio existeret. Nam quòd litera occidit, nemo, inquit, cõtradicturus est: & quòd spiritus viuificat, & hoc quoq; liquet, ac nemo contẽderit. Si igitur hæc confessa sunt, quid dixerimus de ipsa lege, quòd peccatum sit? absit. Solue igitur dubitationẽ. Vides vt secum aduersarium statuit, & docẽtis dignitate in se recepta, ad solutionem pergit. quęnam igitur solutio? Peccatum certè non est, inquit: *Sed peccatum non cognouissem, nisi per legem.* Vide sapientiæ intentionem. Quod enim nõ est lex, id ex obiectione posuit: vt hoc sublato, & hac quidem in parte gratificatus Iudæo, persuadeat illi, quod minus est admittere. Quòd videlicet peccatum nõ cognouissem, nisi per legem. *Exod.20.c* *Et concupiscentiam, inquit, nesciuissem nisi lex dixisset, Non concupisces.* *& Deut.5.b* Vides vt paulatim

A non solùm ipsum legẽ ostẽdit peccati esse accusatricẽ, sed & sensim apparatricem: haud tamẽ ab ipsius culpa, sed à Iudęis ingratis demonstrat istud euenire. Etenim Manichæorum ora conatus est obserare legẽ accusantium. quũ enim dixisset, peccatũ non cognouissem, nisi per legem: & concupiscentiã nescuissem, nisi lex dixisset, Non concupisces: subdidit, *Occasione autem accepta peccatum per præceptum genuit in me omnem concupiscentiam.* Vides vt ipsam legem criminationibus liberet. occasione enim, inquit, accepta peccatum, non lex, auxit cõcupiscentiam, factumq; est cõtra, quàm lex vellet. quod infirmitatis quidem erat, non maliciæ. quum enim quidpiam concupiscimus, deinde prohibemur, concupiscẽtiæ flamma magis attollitur. Verùm non id per legem: illa enim prohibuit, vt te ab eo abducat. Peccatũ verò, hoc est, segnicies tua, & mala mens bono in contrariũ
B vsa est. Verùm non id medici crimen, sed ægroti, qui quod accepit medicamen, eo non rectè vsus est. non enim ob id legem dedit, vt concupiscentiam accederet, sed vt restingueret. Secus autem euenit. at non illa insimulanda, sed nos. Neq; enim in ius ille meritò vocandus, incusandusq; fuerit, qui quòd febrienti alicui, & frigidam intempestiuè concupiscenti minimè potestatem fecerit, ea se potione ad satietatem vsq; implẽdi, pernicioseq; eiusmodi voluptatis appetentiam auxisse visus est. Medici enim est monere tantum, abstinere autem eius, qui æger sit. Quid enim si peccatum occasionem ab ipsa lege accepit? Plerique enim ex malorũ etiam numero quum sint, à bonis præceptis suam augent maliciam. quãdo & hac ratione diabolus Iudam perdidit illum ad auariciam impellens, furemq; rerum ad inopes pertinentium efficiens. neque enim credita *Luc.22.d*
C marsupij cura id effecit, sed animi malicia. Et Heua itẽ *Gene.3.a* Adam componens, vt de ligno comederet, è paradiso exclusit. neq; illic tamen arbor causa fuit, quanuis per ipsam occasio extiterit. Quòd si vehemẽtius sermone eo vtitur, qui ad legem pertinet, ne demireris. ad id enim quod vrget Paulus se firmat, non permittens, ne iis quidem qui aliter suspicantur, dicta hæc occasionẽ præbere, studium autem permagnum adhibens rem præsentem corrrigere. Caue igitur nuda examines, quę hîc dicuntur, sed eam tibi suppositionem proponito, propter quã, hæc vt dicat, adducitur: ac Iudaicã insaniam considera, & vehementem illorum contentionem, quam cõuellere studebat. Videtur autem multus aduersus legem spirare, non vt illam calumnietur, sed vt horũ contẽtionẽ, vehementiamq; obruat ac dissoluat. Si enim in hoc legis crimen est, quod ab illa peccatum occasionem nactum sit, inuenietur & in nouo in-
D strumẽto hoc ita euenire, vtpote in quo infinitæ leges, & quidẽ multò maioribus de rebus constitutæ sunt: atque idem hoc tamen videas & inibi quoque accidere, non in ipsa modò concupiscentia, sed in omni demũ viciositate. Si enim non veniissem, ait, & ipsis locutus *Ioan.15.d* non fuissem, peccatum non haberent. num igitur hinc peccatum & pœna grauior suppositionem accepit? Ac rursus de gratia Paulus disputans ait, quantò putatis *Heb.10.f* maiori dignum supplicio futurum eum, qui dei filium conculcarit? num igitur & maius supplicium occasionem hinc habet, à maiori videlicet beneficẽtia? Et gentiles item eò ait esse inexcusabiles, quòd & ratione pręditi, atq; ornati, & creaturæ pulchritudinem perdocti, atq; ab ea valentes ad ipsum opificẽ deduci, dei sapientiam in vsum decentem non verterunt. Vides vbique iis, qui mali quidem sint, occasiones maioris supplicij

Universidad de Deusto
Biblioteca

à bonis rebus existere? Verùm non ob id certè accusabimus dei beneficentias, quin eas potius maiori admiratione prosequemur: illorum autem consilium criminabimur, qui bonis rebus partem in contrariâ vsi fuerint. Hoc igitur & in legis causa faciamus. Sed hoc quidem facile & procliue, quod autem dubium, illud est. Quo tandem modo ait, concupiscẽtiam nesciuissem, nisi lex dixisset, non concupisces? Si enim concupiscentiam nesciuisset homo, antequã legem acciperet: vnde diluuium extitit? vnde Sodoma exusta? quid igitur ait? nempe concupiscentiã intelligit auctam & intensam. quapropter non ait, genuit in me concupiscentiã: sed, omnem concupiscentiam, rei vehementiam hoc loco significans. Dixerit aliquis, quòdnam verò legis lucrũ, si affectionẽ adauxit? nimirum nullũ, quin potius fraus, detrimentumq; ingens. Verùm non id legis fuerit crimen, sed ignauiæ eorum qui illam acceperant. peccatũ B enim hoc ipsum effecit, sed per legem. Verùm lege nõ ad id laborem ac studium afferente suum, sed secus agente. peccatum igitur, inquis, vehementius atq; adeò fortius extitit, sed ne hoc quidem crimen rursus legis fuerit, sed illorum improbi, ingratiq; animi. *Absque lege enim peccatum mortuum erat:* hoc est, non sic notũ. Cognouerant enim & qui ante legem vixerant, se peccauisse: exactius verò id didicere, lege data, quo quidem nomine maiori reprehensioni se illi obnoxios reddidere. Neq; enim perinde fuerit, naturã habere quæ accuset, atq; vnà cum natura, legem etiã apertè omnia dictitantem. *Ego autem viuebam sine lege quondam.* Quando, obsecro? ante Moysem. vide vt enitatur ostendere legem tum ab iis quæ fecit, tum ab iis, quæ non fecit, humanam grauauisse naturã. quum enim absq; lege viuerem, ait, non sic condemnabar. C *Vbi autẽ accessit præceptum, peccatum reuixit, ego autẽ mortuus sum.* Hoc videtur quidem esse legis accusatio. Sin verò exactè perpenderis, & illius quoq; laus apparebit. nõ enim peccatum, quod nullum esset in rerum naturam produxit, sed occultũ quod esset, patefecit. Id quod legis laus fuerit. siquidẽ, ante hanc quidẽ nullo sensu peccabant: ea autem vbi accesit, si alium fructũ nullũ illi tulere, hoc ipsum certè exactè sunt edocti, quòd videlicet peccarent. quod quidẽ non parũ cõtulerit ad hoc, vt te à vicio eximas. quod si à malicia se illi minimè exemere, nihil hoc ad ipsam legẽ, omnia hoc nomine factitantẽ: sed quæcũque esse possit accusatio, ea omnis in illorũ consiliũ recidit, præter omnẽ spem corruptum. neq; enim ratione nitebatur quod ab illis fieret, ab iis videlicet lædi, quæ iuuarent. Iccirco ait: *Et repertum est mihi mandatum, quod* D *institutum erat ad vitam, mihi cedere ad mortẽ.* Nõ dixit, mors extitit, neq;, peperit mortem: sed, repertũ est, hac ratione interpretans nouã atq; inopinatam rei absurditatẽ, ac totum in illorũ caput deflectit. nam si mandati scopum inspicere velis, ad vitam ducebat, inquit, ac propterea traditũ est: quòd si mors hinc euenit, eorum fuerit crimen, qui mandatũ accepere, non mandati, quod ad vitam ducit. apertius porrò hoc ipsum & per ea de quibus deinceps agit, declarauit. *Nam peccatum occasione accepta per præceptum decepit me, & per illud occidit.* Vides vt vbiq; peccati verbo adhæreſcat? legẽ omni accusatione liberans. quare & addidit: *Itaque lex quidẽ sancta, & præceptum sanctum, & iustum & bonum.* Sed si ita videtur, & delirantium super hisce enarrationes in medium hunc sermonẽ afferamus: ita enim clariora dicta à nobis erunt. Hoc enim loco nõnulli volunt, quę dicit Paulus, ea non dicere de Mosis lege, sed alij quidẽ de naturali A illum lege loqui, alij de mandato in paradiso tradito: atqui vbiq; huc respicit Paulus, vt legem hanc consopiat, abrogetq;, illarum autẽ nullam habeat rationẽ, & quidem iure optimo. Hanc enim legem Iudæi extimescentes, exhorrescentesq;, gratiæ obstrepebant. mandatum porrò in paradiso traditum ne legẽ quidem vocasse vnquam videtur, neq; Paulus, neq; alius quisquã. Atque vt ab iis etiã, quæ dicta iam sunt, hoc magis innotescat, verbis digrediamur, paulò altius oratione prouecti. De vitæ enim recto instituto magna adeò dilẽtia cum illis verba dum fecisset, addidit: An ignoratis fratres, quòd lex tantispер in homine dominatur quoad ea vixerit? Itaq; vos mortificati estis legi. Igitur si de naturali lege hæc dicta sunt, inueniemur naturalem legem nõ habere. quòd si hoc verum est, brutis ipsis insipientiores, stupidioresq; erimus. Sed non est ita, non est ita: nam de ea lege, quæ in paradiso data est, ne necessarium quidem fuerit contendere, vt ne supernaceum laborẽ subeamus, componẽtes, accingentesq; nos ad ea, quæ confessa, ac minimè controuersa sunt. Quo igitur pacto, ait, peccatum nõ cognouissem, nisi per legem? de ea non loquitur ignorantia, qua fit nihil prorsus rerum omniũ vt cognoscamus, sed exactiorẽ cognitionem intelligit: nam si hoc de naturali dictum sit, quo modo rationi consentanea esse queant, quę insequuntur? Ego enim, inquit, viuebam absq; lege quondam. Neq; enim Adã, neq; alius quiuis homo visus est vnquam absq; lege vixisse naturali. nam simul atq; illũ finxit deus, ei indidit illam legẽ, quam legẽ veluti constantem ac fidum conuictorem apud vnumquẽq; deponit, ac committit: extra hæc autem nusquam videre est, mandatũ à Paulo legis naturalis nomine fuisse designatum. Hanc autem & mandatum sanctum, & iustum, & bonum vocat, & legem item spiritualem: quũ naturalis nõ à spiritu nobis data sit. nam & barbari & Græci, & omnes mortales hac lege vtuntur. Vnde liquet ipsum de lege Mosaica suprà, & infrà, & vbiq; verba facere. Iccirco & sanctam illam vocat, dicens:

Itaque lex quidem sancta, † *& iusta, & bona.*] Nam vt Iudæi impuri atque immundi fuerint, etiam lege accepta, & iniusti atque auari, hoc tamen legis virtutem nequaquam facit irritam. quo modo dei fidem nõ tollit, non subuertit, illorum incredulitas. quamobrem ex iis omnibus liquet de Mosaica lege hæc illum disputare. † *& mãdatũ sanctum & iustũ & bonum.*

Quod ergo bonum erat, ait, *mihi factum est mors? Absit, imò peccatum, vt appareat peccatum.* hoc est, vt ostendatur, quantum sit malum, ipsum peccatum, ignaua voluntas, & in deterius ruens impetus, & ipsa item actio, & mens corrupta. Hoc enim demum malorum omnium causa est. auget autem id peccatum, quum declarata Christi gratiæ magnitudine aperit, ac docet quanto ille malo humanum genus liberauerit, quod quidẽ malũ vel per † medicorũ] remedia deterius euadebat, increscebatque, vel per eos qui illud arcebant, atq; prohibebãt. Iccirco addidit: *Vt fieret maiorem in modum peccans peccatum per mandatum.* Vides vbiq; vt se eidem peccato complicet & connectat, ac per quæ illud accusat, per ea demũ rursus legis virtutem magis ac magis ostendat. neque enim parum præstitit, vt quæ ostenderit, quàm ingens malum sit peccatum, illiusq; virus omne in mediũ prolatum detexerit. Hoc enim declarauit per hæc verba, Vt fieret maiorem in modum peccans peccatum per mandatum: hoc est, vt appareret quantũ malum, quanta pernicies sit peccatum. hoc autem per mandatum ostensum est. Ex his & excellentiam ostendit gratię ad † *salubria.*

legem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

legem,non pugnam. Ne enim hoc ſpectes,illos videli- A
cet qui legem accepere,deteriores euaſiſſe:ſed illud po-
tius conſidera, legem nō ſolùm noluiſſe vicium ad in-
tentionem, incrementumq; perducere:ſed ſtuduiſſe e-
tiam operamq; nauaſſe, vt ſi quod anteà eſſet,conuel-
leret,reſcinderetq;. quòd ſi huic rei præſtandę par non
fuit,coronato quidem illam ab animi ſentētia, adora-
to autē magis ac magis Chriſti virtutem: quòd ea tam
multiforme malum, tamq; expugnatu difficile deleuit,
& funditus exciſum reuellit. Peccati porrò nomen quū
audis, caue putes potentiam aliquā eſſe ſtabilem ac fir-
mam,ſed actionem malam ſuccedētem ſemper ac de-
cedentem,quæq; nec antequam exiſtat,ſit,& poſtquam
extiterit, rurſus extinguatur. propterea enim lex data
eſt. Lex porrò nunquam ad naturalium interitum da-
tur,ſed ad correctionem emēdationemq; peruerſæ ſe-
cundum voluntatem actionis. Idq; non neſciunt pro-
fani etiam iudices, tum vniuerſa hominum natura. ea B
enim tantum coërcent mala, quæ ab ignauia proficiſ-
cuntur:quæ naturæ cohærentia ſunt, ea non profiten-
tur ſe conuellere. neque enim licet. naturalia enim quæ
ſunt,ea immota manent: quod me ſæpenumero apud
vos aliis in diſputationibus dicere memini.

Morale.

Quamobrem cauſis exercitamentiſq; his prætermiſ-
ſis orationem rurſus mores ſpectantē exerceamus:quin
potius & hæc illorum exercitamētorum pars eſt. Nam
ſi vicioſitatem excluſerimus, & virtutem introduxeri-
mus, & per hæc docuerimus vicioſitatem natura non
eſſe malum:certè eos qui quærūt,vnde mala eueniant,
non verbis ipſis tantùm,ſed rebus etiam facilè conuin-
cere poterimus,illiſq; os obturare,eiuſdem quidem na-
turæ communionē *cum illis habentes, ipſorum autem* C
malicia liberati. Ne enim hoc ſpectemus ipſi,virtutem
nō niſi labore comparari:quin illud potius, virtutis o-
pera perfici à nobis poſſe, eaq; facilia & ſub manu eſſe,
laborare quidem,ac ſtudere volentibus. qui ſi mihi in-
hærētem vicioſitati voluptatem allegas, allegato item
& illius exitum. Ea enim in mortem denique erumpit.
quemadmodum contrà,virtus ipſa,dux nobis vitæ, &
author eſt. quin potius,ſi ita videtur,horum vtrunque,
vel ante exitum cuiuſque ſuum,expendamus. ita fiet,vt
percipiamus vicium quidem magno dolore, virtutem
autem magna adeò voluptate conſtare. Quid enim,
quæſo,magis triſte, quid minus lætum eſſe queat, vitæ
malè actæ conſcientia? Quid rurſus minus mœſtū,ma-
gis ſuaue ſpe bona? certè nihil ſic animos noſtros feri-
re,nihil ſic premere conſueuit,vt mala expectatio: rur-
ſus nihil ſic illos ſuſtentare, erigere, ac veluti volatiles
reddere, vt conſcientia bona. Atque hoc ſanè vel ab
iis rebus,quæ in noſtrum hominum vſum cadunt,per- D
noſcere licet. Nam qui carcere clauſi tenentur, ſenten-
tiam contra ſe expectantes,ij vt deliciis infinitis,ac vo-
luptatibus interim perfruantur, maiori ſanè cum ani-
mi mœſticia victitant,quàm inopes ij, qui per vrbium
angiportus quum mendicent,nullius tamen ſceleris ſi-
bi conſcij ſunt. ſupplicij enim expectatio illos non ſinit
præſentium voluptatum ſenſum capere. Et quid hic de
cuſtodiis loquor? quum videamus ipſos etiam cerdo-
nes diurno,nocturnoq; labore vitam ſibi vel ægrè cō-
parantes, longè meliore eſſe conditione,iis, qui liberi
ac diuites quum ſint, ſceleris tamen alicuius conſcien-
tia ſolicitantur. Quamobrem gladiatores miſeros du-
cimus, vt eos etiam videas in cauponis, ac popinis vi-
no ſe obruere, voluptati operam dare, vētri deſeruire,

eoſdemq; omnium infœliciſſimos hoc nomine dicti-
tamus, quòd voluptate illa multò vberior ſit eius, quē
expectant,exitus calamitas. Quæ ſi tamen illis vita ſua-
uis eſſe videtur:in mētem vobis veniat, ſermonis eius,
quem ego aſsiduè apud vos vſurpare ſoleo, nihil mi-
rum eſſe; ſi minus fugiant vicioſitatis amaritudinem,
mœſticiamq; in vicioſitate. Ecce enim, res eouſq; ina-
mabilis,amabilis iis eſſe videtur,qui illam pertractant.
ſed non propterea tamen illos beatos eſſe affirmamus.
Verùm vel hoc ipſo infœlices pronunciamus, quòd
neſciant ipſi,quibus,quantiſq; in malis verſentur miſe-
ri. Iam quid de ſcortatoribus dicas? qui modicam ob
voluptatem tantam ſeruitutis turpitudinē, tantum pe-
cuniarum ſuſtinent ſumptum,tum verò terrorem aſsi-
duum, breuiter vitam Cain viuunt, ſeu verius dicam,
illa etiam vita multò duriorem? hinc præſentia perti-
meſcentes,illinc futura formidantes,& amicos, & ini-
micos, & conſcios, & minimè conſcios ſuſpectos ha-
bentes: à qua quidem ſolicitudine, atque anxietate ne
ſomnum quidem dum capiunt,eximuntur:ſomnia di-
uerſis timoribus plena, identidem illis alternante, ac
renouante conſcientia,ſicq; illos territāte. At non ea-
dem eſt hominis caſtè temperateq; viuentis conditio,
vt qui ocioſa in libertate, libero in ocio vitā tranſigit.
Opponito igitur paruæ *illi voluptati magnos terrorū*
huiuſmodi fluctus,tum autem breui continentiæ labo-
ri,vitæ perpetuo duraturæ tranquillitatem: ac tum de-
mum intelliges hanc illa eſſe longè ſuauiorem. Atque
vt hinc exemplū deſumamus, qui rapere & alienis re-
bus manus iniicere inſtituit: huic,obſecro,nónne infi-
niti neceſſariò labores ſunt perferendi, circuncurſan-
ti,adulanti,ſeruos,liberos,ędituos territanti, minitan-
ti,impudenter agenti,vigilanti,trementi,anxio,ſuſpe-
cta habenti omnia? At non talis quidem eſt, cui pecu-
niæ cōtemptui ſunt, quin hic è diuerſo magna fruitur
voluptate, liber idem, atque rerū omnium ſecurus vi-
tam agēs. Quòd ſi quis reliquas vicioſitatis partes per-
cenſuerit, magnam certè tumultuationē, pleroſq; ſco-
pulos inibi reperiet: ac quod maius eſt, in virtute quæ
antecedunt, laborioſa quidem ſunt,quæ inſequuntur,
ſuauia: vt hac demū ratione ille labos leuetur, molliā-
tur,leniatur. In vicioſitate autē ſecus, poſt voluptatem
dolores,atque ſupplicia, ita vt hinc prorſus ſi qua ineſt
voluptas, pereat. Nam quemadmodum fit, vt qui lau-
ream expectat,is labores eos, in quibus verſatur, nullo
modo ſentiat: ſic qui voluptate peracta ſupplicia ſibi
parata intelligit,fieri nō poteſt,vt iuſta lætitia perfruā-
tur,timore omnia cōturbante,ſeu vt verius loquamur,
ſi quis diligentia adhibita examinet, vel ante eam pœ-
nam quæ voluptatem conſequitur, magnos item do-
lores in ipſa vicij perpetratione ineſſe comperiet: ac ſi
placet, eorum qui alienarum rerum rapina diteſcunt,
vel qui quauis ratione diuites euadūt timoribus, perī-
culis,terroribus,ſolicitudinibus,curis, reliquiſq; id ge-
nus anguſtiis omiſsis, demus aliquē eſſe qui facilè,nul-
loq; negocio diteſcat, quiq; de facultatum ſuarum cu-
ſtodia animi ſecurus viuāt, quod reperire quidē haud
quaquam licet, ſed tamen vel ipſo ſermone ille nobis
exiſtat: quānam igitur voluptate hic perfruetur? quòd
opibus multis abūdet:ſed ſcilicet ea res nō patitur de-
lectatione illum capi. nam tantiſperdum aliarum re-
rum,& earum maiorum,cupiditate tenetur,intenditur
cruciatus:ſtāte enim appetitione, tum denique volup-
tas percipitur. nam & ſiti quum laboramus, tū ipſi nos
recreamus,quum quantùm volumus,tantundem bibi-
mus:

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus: quandiu autem sitimus, vt omnes etiam fontes exantlemus, maius nobis tormentum existit. Eadem ratione, si res mundanas fueris assecutus, nec tamen cupiditati tuæ modum imposueris: certè quò plura gustaueris, hoc tibi maius supplicium adsciscis. Absit ergo vt existimes voluptatem tibi eò adforè, quòd multis opibus abundes, sed eò potius, quòd maiorum diuitiarũ ambitione non traharis. nam si ditescendi desiderio tenebere, nunquam non cruciabere. hic enim amor finem nullum habet, ac quò plus sis viæ progressus, eò remotior à fine fueris. Nónne igitur ænigma, hoc est, & dementia & summa insania? Abstineamus igitur à prima quaque viciorum libidine, seu potius nulla ex parte libidini eiusmodi hæreamus, statim ipso in exordio pedem ab ea referentes. quod quidem Prouerbiorum author admonet, de meretrice verba faciens: Ab-
Prouer.5.b. scedito, ne moram feceris, neu accedas ad ianuam domus ipsius. hoc tibi à me & de pecuniis monitum sit. nam si sensim in huius insaniæ pelagus illapsus fueris, semel ingressus, difficilè regredi poteris: ac quẽadmodũ vsu venire solet in vorticibus, à quibus vel millies periculo euadendi facto, haud facilè tamen euadere possis: sic & multò item molestius in huius libidinis altitudinem demersus, te ipse vnà cum rebus omnibus perditum ibis. Propterea exhortor, initiò vt caueamus, vel pusilla fugientes mala. nam magna ab his nascuntur. Etenim qui in vnoquoque peccato dicere edoctus est, non in hoc positum est salutis momentum, is pedetentim omnia pessundabit. Hoc igitur viciositatem ipsam attraxit, hoc ianuas reserauit prædoni, hoc vrbis mœnia deiecit. nimirum quoties ad vnumquodque peccatum dicis, Non hoc ad rem magnopere pertinet: sic & in ipsis corporibus vsu venire videmus, vt magnæ ægritudines augeantur, quoties paruas negligimus. Esau nisi primigenia prodidisset, nunquam be-
Gene.25.d. nedicentiis indignus habitus fuisset: nisi se ipse benedicentiis indignum reddidisset, non concupiuisset
Gene.4.a ad fraternam necem progredi. Cain si primigenia nõ amasset, sed dei arbitrio illa permisisset, secundas non habuisset, secundas habens: si admonitioni auscultasset, cædem nõ parturiisset: rursus cæde patrata, si, deo ipsum vocante, ad pœnitentiam rediisset, ac non impudenter respondisset, mala ea non toleralsset, quæ posteà tolerauit. Quòd si qui antè legem vixerunt, ij per hanc pigriciam sensim ad ipsam viciositatis radicem deuenere: considera quid nobis euenire possit ad
† pyra accensa. maiora stadia vocatis, nisi diligenter nobis attenderimus, ac malorum scintillas, nondum † accensas ja nte-uertentes restinxerimus. verbi gratia: Peieras assiduè, ne ad hoc solùm te obfirmaueris, sed & iusiurandum tolle, ac tibi res citra laborẽ succedet. multò enim difficilius est iurantem non peierare, quàm prorsus à iureiurando abstinere. Iniuriarum illator es, conuiciator, percussor: legem tibi præscribito, nec succensurum te, nec quouis clamaturum modo: sic fiet, vt vnà cum radice fructus intereat. Lasciuus es, nepos, luxu perditus,
† tibi ipsi rursus terminum hũc præfigito. †te ipse rursus ad iusiurandum hoc adigito,] vt neque mulierem aspicias, neque in theatrum ascendas, neque in foro formæ alienę pulchritudinem curiosè perscruteris. Minus enim laboriosum fuerit, prorsus abstinere à formosæ mulieris aspectu, quàm ea conspecta, ac desiderio semel admisso, animi motum ab eo desiderio proficiscentem repudiare. Sunt enim certamina ipsis in exordiis leuiora: immo verò ne concertationis quidẽ indigemus, nisi aduersario valuas adaperuerimus, A vicioſitatisq; ſemina admiſerimus. Propterea & Chri- *Matth.5.d*
ſtus eum ſupplicio mulctauit, qui mulierem impudico aſpectu fuerat contuitus, vt maiore labore nos liberaret, iubes aduerſarium antè domo expellendum, quàm vires capiat, quũ videlicet extrudi facilè poteſt. Quid enim, quæſo, te tibi cogit ſuperuacaneum negocium faceſſere, manusq; cum aduerſariis conferere, in manu tua quum ſit, citra omnem conflictum, trophæum ſtatuere, & vel ante luctam præmium ferre: non enim tantus homini labor, à formoſæ mulieris aſpectu omnino abſtinenti, quantus illi eſſe ſolet, qui poſt aſpectum ſe continet. Atque adeò prius illud ne labor quidem fuerit, quin potius poſt ipſum aſpectum multus ſudor, ac labor ingeneratur. Ergo dũ labor leuior, ſeu verius dicam, dum omnino ne labor quidem, aut ſudor, ſed lucrũ etiam maius exiſtit: quid cauſæ eſſe debet, vt ſtudeamus in tam multorum malorum mare præcipites
B ferri? nam qui mulierem ne aſpicit quidem, is non ſolùm facilius, ſed & purius quoque concupiſcentiam eiuſmodi ſuperat: quemadmodum qui aſpicit, is & maiore cum labore, & præterea cum macula quadam inde ſe eximit, ſi quãdo fortè ſe eximit. nam qui pulchrã ſpeciem non eſt intuitus, is & ab appetentia quoq; inde enaſcente purus, caſtusq; euadit: at qui videndi deſiderio paruit, victa, deiectáque prius animi ratiocinatione, eademq; identidem conſcelerata, tum demum notam à deſiderio inuſtam eluit, ſi modo eluit. propterea & Chriſtus, vt ne id nobis vſu veniat, nõ cędem modò prohibet, ſed & iram: non adulterium, ſed & aſpectus intemperantiam: non periurium, ſed & iuſiurãdum omne: neque verò intra hunc virtutis modum conſiſtit, ſed legibus his ſancitis, vlterius etiam progreditur. Cędem enim vbi ſuſtulit, iuſſitq; ab ira purũ, vacuumq; eſſe, tum iubet paratus vt ſis, ad malũ ſufferendum, nec tantùm quidem, quantùm qui tibi inſidiatur
C in animum ſibi induxit, ſed vt vlterius progreſſus inſaniæ, illius magnitudinem conſtantiæ tuæ abundantia exuperes. Neque enim ait, ſi quis te in genam dextram percuſſerit, generoſo fer animo & quieto: ſed & alterã illi voluit eſſe offerẽdam. Verte enim illi, inquit, & al- *Matt.6.f.&*
teram. nam hæc demum ſplendida eſt victoria, ſi illi *Luc.6.e*
plus indulgeas, quàm velit, atq; adeò ſi lenitudinis patientiæq; tuæ prolixitate improbi illius deſiderij terminos tranſilieris. ſic enim ſimul illius inſaniam ſedabis, ſimul prioris facti mercedẽ ex poſteriore capies, ſimul iram, quam propter illum cõcepiſti, depones. Vides in noſtra omnino manu eſſe, ne quid mali patiamur: non
D in eorum qui iniuriam inferũt, atque adeò & in nobis quoque ſitum, non modò vt ne incõmodo, ſed etiam vt beneficio afficiamur. & quidem id in primis admirãdum eſt, quòd videlicet iniuria nequaquam afficiemur ſi ſapiemus, ſed vel ab iis iniuriis, quas nobis intulerint alij, beneficium feremus. Rem porrò conſidera. Iniuria te quiſpiam affecit: potes ipſe præſtare, vt ea iniuria laudi tibi cedat. ſi enim iniuria iniuriam remenſus fueris, probrum per te accreſcet: at ſi iniuriæ illatorem laudaueris, tum videbis eos omnes, qui aderunt, & lauream tibi imponere, & præconio laudes ad cœlum tuas efferre. Etiam ne intelligis, quemadmodum à quibus rebus iniuria afficimur, ab iis ſi ſapuerimus, etiã beneficium accipimus? Hoc ipſum & in pecuniis, hoc & in plagis, hoc & in reliquis item omnibus vſuuenire videmus. Nam ſi contraria illis rependerimus, fiet vt duplicem nobis lauream contexamus, alteram ab iis malis, quæ perpeſſi fuerimus: alteram ab iis bonis, quæ

malorum

malorũ loco repoſuerimus. Quum igitur ad te adiens quiſpiam tibi dixerit, quidam te iniuria affecit, neque finẽ facit, de te apud quoſuis obloquendi: tum demum laudato obloquentem, apud eos, qui tibi recitant, quæ ille audierint. hac certè ratione, ſi illũ vlciſci volueris, poteris de eo pœnas ſumere. etenim qui rem exaudiet, vt ſenſu etiam maximè careant, te ſolùm collaudabũt: illum contrà, vtpote quauis noxia fera deteriorem, odio habebunt, quòd ille quidem nulla prouocatus iniuria, moleſtus tibi fuit, tu è diuerſo vel malè ab illo habitus, beneficium pro iniuria repoſuiſti: ſic fiet, vt perficias ſanè, quæ in te ille maledicta coniecerit, ea omnia vt futilia eſſe videantur. Siquidem qui ſuggillatur, mordeturq;, is quum propterea dolet, palàm facit criminationis obiectę conſcium ſe eſſe: qui verò ridet, is profectò riſu ipſo apud eos, qui rei teſtes, cõſciiq; ſunt, ſeipſum omni ſuſpicione liberat. Expendito ergo quot, quantaq; inde bona decerpis. Primùm eximis te à tumultuatione, ac commotione: deinde (ſed hoc ipſum potius primas obtineat) licèt criminibus obiectis nõ careas, & hæc tamen eluis, ad publicani exemplum Phariſæi criminationem æquanimiter ferentis. His adde quòd hac exercitatione philoſophicum tibi, ac cõſtantem animum comparas: tum autem mirificè à circunſtantium corona collaudaris, poſtremò omnem amoues à te criminationis ſuſpicionẽ. Qui ſi illum vlciſci cupis, & hoc quoque plus ſatis ſubſequetur, partim deo criminationis in te intentatę pœnas ab eo exigente, partim conſtantia tua, vel ante eas pœnas, illi tanquam letale vulnus infligente. Nihil enim tam eos, à quibus lædimur, vrere ſolet, quàm iniuriæ illatio riſu excepta. Quemadmodum igitur per eam quam dico conſtantiam, tot tantaq; tibi aderunt bona: ſic à puſillanimitate contraria omnia contingent. nam & ipſi nos infamamus, & obnoxij, affineſq; criminationi, apud eos, qui audiunt, videmur, & animũ tumultuatione implemus, & aduerſarium delectamus, & deum ipſum irritamus, & peccatis prioribus veluti corollarũ addimus. Hæc ergo omnia perpendentes puſillanimitatis barathrũ euitemus, atque ad lenitudinis portum confugiamus, vt tum hic animis noſtris requiem inueniamus, ſicut Chriſtus pronunciauit, tum futura bona aſſequamur: gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Matth. 11.d

Homilia xiij.

Scimus enim, quòd lex ſpiritualis eſt, at ego carnalis ſum venditus ſub peccatum. Quum dixiſſet ingentia fuiſſe exorta mala, & peccatum vehemẽtius, impotentiuſq; redditum mandato accepto, omniaq; eueniſſe contra legis volũtatem, ac ſtudium, quumq; auditorem in dubitationem non paruam cõiecciſſet: adfert deinceps ratiocinationẽ, per quam hæc euenere, prius legem praua ſuſpicione liberans. nam vt ne quum audias, quòd peccatum occaſionẽ per mandatum accepit, quòd eodem accedente mandato, peccatum referbuit, quòd per illud decepit, atque interfecit: vt ne igitur legem malorum eiuſmodi authorẽ eſſe putes, prius illius defenſionem & eam vberrimam adhibet, illam accuſatione non ſolum liberãs, ſed & maximam illi laudem texens. idq; non tanquam ipſe gratificetur, ſed tanquam commune proferat ſuffragium. Scimus enim, inquit, quòd lex ſpiritualis eſt: ac ſi diceret, Confeſſum hoc eſt, & apertum, quòd ſpiritualis eſt: tantùm abeſt vt peccati author ſit, & malorum perpetratorum crimen ſuſtinere debeat. Ac vide vt non illam modò accuſatione liberet, ſed & ſummè laudet. ſpiritualem enim quum appellat, magiſtram illam virtutis eſſe declarat, & vicioſitatis aduerſariam: nam hoc demum eſt ſpiritualem eſſe, ab omnibus abducere peccatis. id quod lex factitabat, territans, cõmonefaciens, animaduertens, corrigens, denique omnia ea conſulẽs, quæ ad virtutis ſtudium facerent. Dicet aliquis, Vnde ergo peccatũ extitit, ſi tam admirabilis, tamq; eximius præceptor? à diſcipulorum ignauia. Itaque addidit: At ego carnalis ſum, exprimens nobis hominẽ tam eum, qui ſub lege, quàm eum qui ante legem vixerit. *Venditus ſub peccatum.* Vna enim cũ morte, ait, & affectuum turba introiit. quum enim corpus mortale effectũ eſt, tum denique neceſſariò admiſit & cõcupiſcentiam, & iracundiam, & dolorem, & cætera omnia, quæ magnæ admodum conſtantiæ ac ſapientiæ indigebant, vt ne inundantis æſtus vis, ac tempeſtas rationem in nobis obrueret, in peccati voraginem demerſam. Illi enim affectus, peccatum haudquaquam erant, ſed illorũ immoderatio effrenata hoc efficiebat. Verbi gratia, vt exemplo vnum aliquẽ illorum affectuum pertractemus. Concupiſcentia, peccatum quidem nõ eſt: at quum ea modum non ſeruat, non ſuſtinens ſe intra nuptiarum leges cõtinere, ſed ad alienas vxores deſultoria ſe trãſferens, tum res ea in adulterium denique erumpit: non ab ipſa quidem concupiſcentia, ſed ab illius immodica cupiditate. Ac vide Pauli ſapientiam. nam legem vbi laudibus extulit, continuò accucurrit ad tempus illud ſuperius, vt declarata prius conditione, qua in conditione eſſet genus noſtrum, vel quo tempore legem accepit, tum demum oſtẽderet neceſſariam fuiſſe gratiæ abundãtiam. quod ipſum vbique adſtruere enixus eſt. Nam quum dicit, Vẽditus ſub peccatum, id dicit, non modò de iis, qui ſub lege, ſed & de iis quoque, qui ante legem, atque adeò, qui iam inde ab initio vixere. deinde & venditionis, deditioniſq; modum docet. *Quod enim ago, non intelligo.* Quid hoc verbi ſibi vult, non intelligo? Ignoro. Id verò quãdo fuit? nemo enim homo vnquam præ ignorantia peccauit. Vides, niſi cum decenti circunſpectione dictiones ipſas deligamus, & ad apoſtoli ſcopum, mentemq; attentius reſpiciamus, fore, vt hinc abſurditates infinitæ conſequantur. nam ſi ignorantes illi peccauere, indigni quidẽ erant, qui pœnas darent. Itaque quemadmodum ſuperius dixit: Sine lege enim peccatum erat mortuum, non hoc indicãs, qui peccaſſent, eos ſe peccauiſſe neſciiſſe, ſed ſciiſſe quidem, non tamen vſqueadeo exactè. Itaque peccati pœnas quidem luebant, ſed non tam graues. ac rurſus: Concupiſcentiam, neſciuiſſem, nõ in genere ignorantiam indicans, ſed apertiſsimam cognitionem ſignificans. dixit porrò, genuit in me omnẽ cõcupiſcentiam, non hoc profeſſus, mandatum concupiſcentiam effeciſſe, ſed concupiſcentiæ intentionem, atque incremẽtum peccatum per mandatum induxiſſe: Ita & hoc loco non rerum prorſus omnium ignorantiam indicat, quum ait: Quod enim ago, non intelligo. quo modo enim illum dei lex delectaret, ſecundum internum hominem? quid igitur id verbi eſt, non intelligo? tenebris obducor, ait, corripior, vim atque iniuriam ſuſtineo, neſcio quo modo ſupplantor: qui loquẽdi modus nobis ſolennis eſt, quum dicimus, neſcio quo pacto talis res meas diripuit: non ignorantiam obtendentes, ſed impoſturam quandam, circũuentionem, inſidias ſignificantes. *Non enim quod volo, id facio.* Qui igitur non id co-

Hic ſup. b

Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

id cognoſcis quod facis? Si enim bonũ expetis, & malum oditi, cognitionis hoc perfectæ eſt. Vnde liquet, illum hoc verbum, non volo, vſurpaſſe, non tollens liberum arbitrium, neque neceſsitatẽ quandã coactam inducens. Nam ſi nõ voluntarij, ſed coacti peccamus, rurſus illa ſupplicia ſuperioribus ſeculis illata, ratione non niterentur: ſed quemadmodum quum dicit, non cognoſco, non ignorantiam indicauit, ſed quæ diximus: ſic & quum id verbi addit, nõ volo, neceſsitatem non denotauit, ſed quòd rem non laudaret. quandoquidẽ niſi hoc ita eſſe declaraſſet per hæc verba, quod non volo facio, quo modo non addidit, ſed quod cogor & compellor hoc facio? Hoc enim ipſum volũtati & libertati opponitur. nunc autem nõ hoc dixit, ſed loco huius, verbũ hoc, odi, poſuit: vt intelligeres illum vſurpando verbum hoc, non volo, nõ ſuſtuliſſe libertatem. Quid igitur eſt illud, quod nõ volo? nẽpe quod non laudo, quod non admitto, quod non amo: ad cuius oppoſitam diſtinctionẽ & quæ ſequuntur addidit, dicens: *Sed quod odi, hoc ago: ſi autem quod non volo, hoc facio, conſentio legi quòd bona ſit.* Vides interim mentẽ nõ corruptam, ſed in ipſa actione propriam ſeruantem nobilitatem? etſi enim vicioſitatem pertractat, tamen illam odio habẽs pertractat. quod legis tam naturalis, quàm ſcriptæ maxima laus fuerit. nam quòd lex bona ſit, ait, conſtat ex iis, ob quæ me ipſe accuſo, dum legi non auſcultans, id ipſum odi, quod feci. atqui ſi lex peccati author foret, quònam pacto ipſi† conſentiens,]quod fieri illa iubet, odio haberet? *Conſentio enim lege, quòd bona ſit. Nunc autem iam non ego perpetro illud, ſed quod inhabitat in me peccatum. Noui enim, quòd non inhabitat in me, hoc eſt, in carne mea, bonum.* Hoc loco irruunt, qui carnem calumniantes, illam à dei opificio abalienant. Quid ergo dixerimus? ea ſcilicet quæ paulò antè de lege quum diſputaremus, diximus. quòd quemadmodũ illic rem totam ad peccatum refert, ſic & hic. neque enim dixit, quòd caro illud efficit, ſed contrarium: quòd ſcilicet, non iam ego perpetro illud, ſed quod inhabitat in me peccatũ. quòd ſi dicit, quòd non inhabitet in ipſa bonum, nondũ hoc carnis crimen eſt: non enim nõ in ea habitare bonum, malam ipſam eſſe declarat. Nos porrò carnẽ quidem anima inferiorem atque imbecilliorem eſſe fatemur, non tamen illi aduerſantem, aut cum ea depugnantem, malámve: ſed eandem ſic animæ eſſe ſubditam, vt citharistæ citharam, vt gubernatori nauem: quæ quidem aduerſaria non ſunt agentibus, vtẽtibuſq;, ſed vel maximè conuenientia: haud tamen honore cum artifice adęquata. Quẽadmodum igitur quiſquis affirmat, nec in ipſa cithara, nec in ipſa naui artem reſidere, ſed in gubernatore, atque in citharœdo, is inſtrumenta ipſa minimè calumniatur, ſed declarat quantum interſit artem inter & artificem: ita & Paulus quum ait, non habitat in carne mea bonum, ipſum ſanè corpus non ſuggillauit, ſed animæ excellẽtiam declarauit. ea enim eſt, cui gubernationis, atque cantus negocium totum concreditum eſt. quod & Paulus hic declarat animæ authoritatem ponens: hominemq; in iſta duo diuidẽs, animam, & corpus, ait ipſam carnem magis quidẽ brutam eſſe, & prudentia nudatam, denique eas inter res annumerandam, quæ agantur, non quæ agant. ipſam verò animam ſapientiorem, ac valentem intelligere, quid agendum, à quibus abſtinendum, non ſufficientẽ tamen ad equum pro ſuo arbitratu regẽdum. Id quod non carnis modò, ſed & animæ quoque crimen fuerit, intelligentis videlicet quæ facere oporteat, non etiam ad opus proferẽtis, quæ viſa ipſi fuerint. *Nam velle adeſt mihi: at vt faciam bonum, non reperio.* Hic rurſus quum dixit, non reperio, ignorantiam non fatetur, neque dubitationem, ſed moleſtiam quandam & inſidias peccati, quod & apertius declarans, addit: *Non enim quod volo facio bonum, ſed quod nõ volo malũ, hoc ago. Porrò ſi quod non volo ego, hoc facio, non iam ego perpetro illud, ſed inhabitans in me peccatum.* Vides vt tum animæ, tum carnis naturam criminibus liberans, omnem culpam in ſceleratam tranſtulit actionem. nam ſi anima à malo abhorret, liberata illa eſt. & ſi id minimè perpetrat, liberatur & corpus: ac quæcunq; culpa eſſe poteſt, ea omnis voluntatis eſt. Neque enim vnum idemq; ſunt animæ natura, & corporis, & voluntatis: ſed illa quidem ſunt dei opera, hoc autem ex nobis ipſis exoriens motus, quocunque deducere illum voluerimus. Voluntas enim res eſt à deo inſita: at huiuſmodi voluntas, noſtrum & mentis noſtræ opus eſt. *Reperio igitur] per legem]volenti mihi facere bonum, quòd mihi malum adiunctum ſit.* Obſcurum hoc dictum. quid igitur ſibi hoc vult? Laudo, inquit, legem iuxta conſcientiam, & illam mihi bonum volenti reperio patroni partes agentem, mihiq; voluntatem intendentem. nam ſicuti illa me delectat, ſic & illa ſententiã meam laudat. Vides vt declaret rerum tum bonarum tum malarum cognitionem nobis ab initio quaſi fundamẽtum quoddam præſtructam conſtitutamq; fuiſſe, Moſis autem legem laudare illam, & ab illa laudari. neque enim ſupra dixit, à lege erudior: ſed, cõſentio legi. neq; hic dixit, erudior ab ipſa: ſed, ipſa me delectat. quid autem eſt, illa me delectat? aſſentior illi tanquam rectè habenti, ſicut & illa mihi volenti bonum facere. Quamobrem & id velle quod bonũ ſit, & nolle quod malum, iam inde ab initio quaſi fundamẽtum, præſtructum conſtitutumq; erat. lex autem accedens, & in iis quæ mala eſſent, accuſatrix rerum multarum extitit, & in iis quæ bona eſſent, plurimarum laudatrix. Vides vbique intentionem quandam & additamentum legi ſuo teſtimonio tantummodo tribuere Paulum, præterea nihil. illa enim laudante, & me delectante, ac volente bonum, malũ adhuc adeſt, & illius actio ſublata nõ eſt. Quare lex ei qui iã propoſuerit bonum aliquod facere, ea quidem parte auxiliatrix tantùm exiſtit, quatenus & ille idem eiſdem in rebus cum illa conſpirat & conſentit. deinde poſteaquam ipſum hoc obſcurè poſuit, progreſſus, id interpretatur ac manifeſtius reddit, declarans, quo pacto malum adeſt, & quo pacto volenti bonum facere, lex ſimul præſto adeſt. *Delectat enim me, inquit, lex dei ſecundum internum hominem.* Noueram enim & antea, ait, bonum, illo autem reperto & in literis laudo. *Sed video aliam legem in membris meis, rebellantem legi mentis meæ.* Legem hic rurſus peccatum repugnans vocauit, non ob illius dignitatem, ſed ob vehementem obedientiam eorum, qui illi parent. Quo modo igitur dominum Mammonam vocat, & deum vẽtrem, non ob propriam dignitatem, ſed ob magnam ſubditorum ſeruitutem: ſic & hic, legem vocauit peccatum, propter illos qui ita illi ſeruiunt, verenturq; ab eo diſcedere, vt verentur qui legem accipere, legem deſerere. Hoc igitur peccatũ, ait, opponitur legi naturali. id enim eſt quod ait, legi mentis meæ, quin & aciẽ introducit, & pugnam, certamenq; totum opponit naturali legi. Nam Moſis lex ex abundãtia poſtea addita fuit, ſed tamen & hæc & illa, hæc quidẽ docens, illa autem laudãs honeſta, nihil magni facinoris hac in pugna præſtitere, talis tantaq; erat peccati tyrannis, vincẽs videlicet,

† cõdelectãs

† legẽ] ſine præpoſitione quã nec ullus habet, nec Chryſoſtomi interpretatio admittit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

videlicet,& superior effecta. Id quod Paulus palàm faciens,ac per vim cladem factam declarans,ait: *Videntem autem aliam legem repugnantem legi mentis meæ, & captiuum reddentem me.* Neque enim dixit,vincentem,simpliciter: sed captiuum reddentẽ me legi peccati.Non dixit,impetui carnis,neque naturæ carnis:sed,legi peccati: hoc est,tyrannidi ac potentiæ.quo modo igitur ait, quę est in mẽbris meis:& quid hoc est? neque enim verbũ hoc facit,vt membra ipsa peccatũ sint, quin potius vel maximè à peccato separat. diuersum est enim id quod in aliquo est, ab eo in quo aliud aliquod est. Quẽadmodum igitur mandatum non est malum, postquam per ipsum occasionẽ accepit peccatũ:sic nec carnis natura mala,etiam si per ipsam peccatũ nos debellet.quandoquidẽ eadem ratione & anima mala fuerit, idq; eò etiam magis, quòd rerum agendarum authoritatẽ habet.Sed non est ita,non est ita.neque enim si admirandas aliquas ædes & regalia palatia tyrannus quispiam, ac latro capiat,propterea culpãdæ, & in calumniã vocandæ sint ędes:sed omne illud crimen illorum fuerit, qui ædibus insidias huiusmodi struxerint. At verò hoc veritatis hostes, vna cum impietate in magnam etiam amentiam dum reuoluuntur,nõ sentiunt. neque enim carnẽ solùm insimulant,sed & legẽ calũniantur:quanquam si caro,malum est,lex ipsa,bonũ fuerit: repugnat enim & aduersatur. si autẽ lex,bonũ non est, caro ipsa, bonũ fuerit:depugnat enim iuxta illos,& cum illa bellum gerit.Qui igitur vtrunq; diaboli esse dicunt,inducentes quæ inter se sunt pugnantia, atque cõtraria: Vides quanta ista sit amẽtia, cum impietate etiã coniuncta:Sed nõ ea sunt ecclesiæ dogmata, quinimo peccatum solum damnãt,& legẽ vtranque tum naturæ, tum Mosis à deo datam, eidẽ peccato aduersariã esse volunt,non carni:neque enim carnem peccatum esse,sed dei opus ad virtutem vel maximè nobis accõmodum, si sapuerimus. *Miser ego homo, quis me eripiet ex hoc corpore morti obnoxio?* Vides quanta sit peccati tyrannis,quæ videlicet mentẽ vel legi cõgratulantẽ, atque in ea delectãtẽ vincat:neq; enim,ait,dicere habeas, me, qui legẽ oderim & auerser,à peccato mãcipari. ea enim me delectat,& illi ipse assentior,& ad illam profugio: sed tamen illa ne sic quidẽ ad se fugientẽ saluum efficere potuit.at Christus vel à se fugiẽtem saluum effecit. Vides quanta gratiæ magnitudo? Veruntamen non sic locutus est ipse apostolus. deplorãs autem solùm & altè lamentatus, quasi qui auxilio destitutus esset, per dubitationem ostendit Christi potentiã, atque ait: *Miser ego homo, quis me eripiet ex hoc corpore morti obnoxio?* lex nequiuit. Conscientia non suffecit, etiamsi quæ bona essent laudarem, nec laudarem modò, sed etiam aduersantibus obsisterem,depugnaremq;. quod enim dixit,rebellantem,declarauit, & se aduersa acie stantẽ dimicare. vnde igitur erit salutis spes? *Gratias,* inquit, *ago deo meo per Iesum Christum dominum nostrum.* Vide vt necessariã fuisse ostendat gratiæ †abundantiam,† cõmuniaq; esse patris ac filij beneficia:nã vt patri gratias agat, huiusmodi tamen gratiarũ actionis author est filius. Porrò autem quum Paulũ audis dicentẽ, Quis me eripiet ex hoc corpore mortis, caue putes illũ carnẽ ipsam incusare. neq; enim dixit,corpus peccati:sed,corpus mortis,hoc est,mortale corpus:à morte scilicet mancipatum, non autem quòd mortẽ generauerit. quòd non est maliciæ carnis,sed violentiæ eius,quã sustinebat,signũ. Quemadmodũ si quis captiuus à barbaris, barbarus vocatur, nõ quòd barbarus sit, sed quòd ab illis detinetur: sic & corpus mortis dicitur,quod ab ea detentũ sit, nõ quod ipsam procurauerit.Itaq; non ipse à corpore eripi vult, sed à mortali corpore, significans quod sæpe dixi,corpus,ex eo,quod patibile effectũ sit,à peccato etiam facilè expugnari posse.Dicet aliquis: Et quamobrẽ si talis, tantaq; peccati tyrannis ante gratiam fuit,animaduersum est in eos,qui deliquissent? Nẽpe quòd ea erant ordinata,& constituta,quæ etiã dominante peccato perficere, & exequi illi possent. neq; enim ad summã illos deus pertraxit policiam:sed & permisit pecunijs illos frui,pluribus vxoribus vti non prohibens, & iræ gratificari quoad iustũ esset, & voluptatum moderatarum vsum habere. deniq; tãta erat indulgẽtia,vt scripta lex minora etiã exigeret,quàm naturalis lex dictitaret.Nã naturæ lex virum vnum mulieris vnius consuetudine contentũ esse iussit.quod & Christus indicans,ait,Qui ab initio fecit, marẽ & fœminã eos fecit. At Mosis lex, neque hãc repudiari, neque illam repudiatæ in locum admitti prohibuit,neque duæ quo minus eodẽ haberẽtur tempore interdixit.præter id autẽ videas, qui ante Mosis legem vixere,sub naturali lege eruditi,eos plura præstitisse,quàm Mosis lege cõtenta essent.Quas ob res qui in veteri lege versabantur,ij vim non patiebantur, vt quorum in remp.legis latio admodũ moderata introducta esset. qui si ne *sic* quidẽ vincere potuere, illorũ ignauiæ crimen esto.Idcireo & Paulus gratias agit, quòd Christus his omnibus nulla ex parte excussis,non solum ad delictorum nostrorum calculos nos nõ vocauit, sed aptos etiã ad maiorem cursum conficiẽdum reddidit.Itaq; ait,Gratias ago deo meo per Iesum Christum,ac prętermissa salute,tanquã ab omnibus cõfessa, ex iis,quæ *iam illi* adstructa, fundataq; essent, ad aliud maius transit,dicens, nos nõ pristinis tantùm periculis liberatos, sed tales effectos vt in futurũ capi,ac mancipari nequeamus. *Nulla enim,* inquit, *nunc condemnatio iis, qui sunt in Christo,qui non iuxta carnem ambulant.* sed non id prius dixit,donec commonefaceret rursus pristini status,prius enim dixit:Igitur ego seruio legi dei,carne autem legi peccati.deinde adiunxit: Nulla ergo nũc cõdemnatio,iis qui in Christo sunt.postea quoniam obsistebat illi, multos esse, qui vel à baptismo peccarent, propterea ad illud vrgẽs properat: nec simpliciter ait, iis qui in Christo sunt:sed, iis qui non iuxta carnẽ ambulant:declarans quicquid id est,nostræ ignauiæ opus esse.licet enim nunc non iuxta carnem ambulare: tum autem difficile erat. atque hoc & alia ratione adstruit, per ea quæ deinceps, sic inquiens: *Lex enim spiritus vitæ liberauit me,* legem spiritus hoc loco ipsum spiritum appellans. Quemadmodum enim legem peccati, peccatum:sic legem spiritus,spiritum dicit.atqui & Mosis legem sic vocauit. scimus enim, ait, quòd lex spiritualis est.ecquódnam igitur discrimen? certè magnũ & immẽsum.illa enim lex,spiritualis lex: hæc autem lex, spiritus lex.& quid hoc ab illo differt? quòd illa quidem à spiritu tantùm data est: hæc autẽ & spiritũ prolixum, atque abundantem se suscipiẽtibus suppeditabat. Itaq; & ipsam vitæ legem appellauit,vt illam secernat atque distinguat à lege illa peccati, nõ Mosaica.quum enim ait, *Liberauit† me*]*à lege peccati & mortis.* Non hic Mosis legem intelligit. nusquã enim illam appellat peccati legem. quid enim? vt quã iustam ac sanctã sæpe nominauit,& peccatum extinguẽtem:sed legem illam significat,quam mentis legi aduersantẽ dixit.Hoc enim pestilentissimum bellum spiritus gratia sustulit, quæ & peccatum mortificauit, & certamẽ nobis leuius reddidit,

Mat.10.a

Cap. VIII.

Supra.7.c

τὴν περισσείαν, id est præsentiã sine adultũ.

† hic habẽt 6.a.tc. vti etiam Erasm. testatur legere Chrysost. sed in columni sententia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit, & prius coronā impoſuit, ac tum demum magno cum præſidio ad certamina vocauit. Quod autē nunquam non facit à filio ad ſpiritū tranſiens, à ſpiritu ad filium & patrem, ac trinitati noſtra omnia imputans: *Ibidem.d* hoc ipſum & hic facit. nam vbi dixit, Quis me eripiet de hoc corpore mortis? oſtēdit patrem per filium hoc facere, pòſt autem & ſpiritum ſanctum per filium. lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me, ait, deinde rurſus patrem & filium. *Nam quod lex præſtare minimè poterat, ea parte, qua imbecillis erat per carnē, hoc deus filio proprio miſſo ſub ſpecie carnis peccato obnoxiæ præſtitit, ac de peccato cōdemnauit peccatum per carnem.* Rurſus videtur quidem legem calumniari, ſin verò quis diligenter attendat, vel maximè illā laudat, cōueniſſe eam cum Chriſto oſtēdens, & res eaſdē cum illo voluiſſe. neque enim dixit, quod in lege malum erat, ſed quod illa minimè poterat: & rurſus, quatenus imbecillis erat, nō quatenus malè agebat, aut inſidiabatur: nec imbecillitatem illi adſcribit, ſed carni, dicēs, quatenus imbecilla erat per carnem. Carnem hic rurſus non ſubſtantiā ipſam, & ſubiectum, ſed carnaliorē ſenſum vocans. quibus verbis tū corpus, tum legē criminatione liberat: nō per hæc autē ſolùm, ſed per ſubſequentia. Nam ſi lex cōtraria fuiſſet, qui Chriſtus in illius auxiliū aduenit? & illius iuſtificationem impleuit? & manum præbuit, cōdemnans peccatum in carne? hoc enim reſtabat. quoniamquidē in anima iam olim lex peccatū idem cōdemnabat. Quid ergo? lex quod maius quidē erat fecit, quod autem minus, id dei vnigenitus? nequaquam. maximè enim & illud deus fecit: vt qui cùm naturalem legem dedit, tum verò ſcriptam addidit. alioqui autem nihil profuiſſet, quod maius erat, †niſi id etiā fuiſſet propoſitum, ſquod minus erat. quid enim profuerit quæ agenda ſint ſcire, ei, qui ea ad opus non perducit? Certè nihil, imò maior inde condemnatio exiſtit. quare qui animam ſeruauit, hic idem eſt, qui & carnem fræno parentem effecit. Siquidem docere quidem, facile: cæterùm viam mōſtrare, qua via nullo negocio hæc facta ſint, hoc demum mirum eſt. Propterea ſanè venit vnigenitus: nec prius abſceſſit, donec illa nos difficultate explicauerit. Quod autem maius cēſendum, id victoriæ modus eſt. neque enim aliā aſſumpſit carnem, ſed ipſam hanc afflictam, laboribuſq; cōfectam. Quemadmodum enim ſi quis vilem, ac circunforaneam mulierē in rerum venalium foro vapulātem intuitus, ſe illius eſſe filiū profiteretur, reuera regis filius quum eſſet, atque hac ratione illam è manibus eorū à quibus malè haberetur, eriperet: ita & ipſe fecit, faſſus ſe eſſe hominis filiū, patrocinium auxiliumq; illi afferens, ac peccatum damnans. non ergo auſus eſt poſtea illā verberare: ſeu potius illam quidē verberauit mortis plaga. Inde effectum eſt, vt non ipſa caro verberata, ſed ipſum peccatū verberans damnatum ſit, ac perierit: id quod omniū eſt maximè admirandum. niſi enim in carne victoria parta fuiſſet, non tam mirandū foret, quando & lex hoc efficiebat. mirū autē id eſt, quòd vnà cū carne trophæum erectū eſt. & quæ millies à peccato deiecta fuerat, hæc eadem ſplendidā cōtra illud victoriā tulit. Vide enim quot noua, atque inopinata extiterint. Vnum quidem, quòd peccatū carnem nō vicit. alterum quòd victum eſt peccatū, & à carne victum. neque enim ſimile fuerit, nō vinci, & vincere quod anteà ſemper deiiciebat. tertiū quòd nō modò vicit, ſed & puniuit. nā minimè peccando, non victus eſt: moriēdo autē vicit & damnauit illud, terribilem illi carnem efficiens, quæ prius A deſpicabilis eſſet. Sic igitur & illius potētiam fregit, & mortem per illud introductā ſuſtulit. donec enim peccatores offenderet, iure optimo obitum afferebat. poſteaquam verò corpus minimè peccans repperit, illudq; morti tradidit: condemnatum illud eſt tāquam quod iniuriam attuliſſet. Vides quàm diuerſæ victoriæ partę ſint: quòd non victa ſit caro à peccato: quòd ea peccatum vicerit ac damnarit: quòd nō ſimpliciter damnarit, ſed damnarit tanquā quod peccauiſſet. prius enim illud coarguit iniuriam feciſſe, ſicq; ipſum dānauit, nō ſimpliciter fortitudine ac poteſtate, ſed iure ac ratione. hoc enim patefecit, dicēs, De peccato dānauit peccatum in carne: ac ſi dixiſſet, quòd conuicit illud magno admodū de peccato, ac tū demum illud damnauit. Vides vbiq; peccatū damnari, non carnē: ſed hanc & coronam accipere, & ſententiā contra illud reportare? Quòd ſi in ſpecie carnis, ait, miſiſſe filiū, nō propterea exiſtimes aliam eſſe carnem. quoniā enim dixit, peccati, idcirco & ſpeciei verbo vſus eſt. neq; enim peccatricem carnem habuit Chriſtus, ſed ſimilem quidem noſtræ peccatrici, minimè autē peccatricem, & natura eandem nobiſcum. quare & hinc videlicet non erat mala carnis ipſius natura. neque enim alia prioris loco accepta, neque hac ipſa mutata ſecundum ſubſtātiam, ipſam Chriſtus expugnare molitus eſt, ſed illā manere ſinens in eadem natura, fecit vt coronam contra peccatum reportaret, & tunc ipſam poſt victoriam excitauit, & immortalem effecit. Dices, Quid hoc ad me, ſi hæc in illam carnē euenere? ad te certè maximè. iccirco addidit: *Vt iuſtificatio legis impleretur in nobis, qui non ſecundum carnem ambulamus.* Quid eſt iuſtificatio? finis, deſtinatio, ipſa operis perfectio. quid enim illa lex volebat? quid autem imperabat? ſine peccato vt eſſes. hoc igitur nobis per Chriſtum præſtitum eſt, atque ipſum quidem obſtitiſſe, & ſuperauiſſe, illius fuit: victoriæ autem fructum cepiſſe, noſtrum. Itaque nō amplius peccabimus: nō, inquam, amplius peccabimus, niſi admodum fracti animis conciderimus. Iccirco addidit, Qui non ſecundum carnem ambulamus. Vt ne enim, quòd audieris Chriſtum peccati bello te liberaſſe, atque in te impletam eſſe legis iuſtificationem, damnato in carne peccato, apparatum omnem euertas: ob hanc cauſam illic quum dixiſſet, Nulla igitur cōdemnatio, addidit *Hic ſup.a* his qui, non ſecundum carnem ambulant: & hic item quum dicit, Vt impleretur in nobis iuſtificatio legis, ipſum hoc attexuit, ſeu potius nō hoc ipſum ſolùm, ſed multò amplius. poſteaquam enim dixit, Vt iuſtificatio legis in nobis impleretur, qui non ſecundum carnem ambulamus, addidit, ſed ſecundum ſpiritum: oſtendēs non oportere modò à malis abſtinere, ſed & in bono floreſcere. nam tibi coronam donaſſe, illius: donatam autem retinere, tuum. etenim, quæ legis erat iuſtificatio, non eſſe execrationi obnoxiū, id tibi perfecit Chriſtus. ne igitur tantum donum prodas, ſed perpetuò aſſeruato pulchrum hunc theſaurum. tibi enim hic commonſtrat lauacrum nobis nō ſufficere ad ſalutem: niſi & lauacro accepto, vitam dono dignam exhibeamus. Itaque rurſus legi patrocinatur hæc dicens. nam poſteaquam in Chriſtum crediderimus, ſunt omnia faciēda ac præſtanda, vt illius iuſtificatio, quod impleuit Chriſtus, in nobis hæreat, non etiam corrumpatur.

Qui enim ſecundum carnem ſunt, ait, *quæ carnis ſunt ſapiunt: qui verò ſecundum ſpiritum, quæ ſunt ſpiritus. Nam ſenſus carnis, mors eſt: ſenſus autem ſpiritus, vita, & pax: quoniam ſenſus carnis inimicicia eſt in deum. legi enim dei non ſubditur, neque enim poteſt.*

At

μὴ πρόκ μένω. *fortè legēdū* μὴ προσκ μένω. *i. niſi etiā ad iectū fuiſſet.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

At ne hoc quidem carnis calumnia fuerit. donec enim suum ordinem seruat, absurdi nihil sit. at quum illi omnia concedimus, ac proprios transiliens terminos cõtra animam insurgit, tum omnia perdit, ac corrumpit, non à propria natura, sed ab immoderatione, ac confusione inde nata. *Qui verò secundum spiritum, quæ sunt spiritus. Nam sensus carnis, mors*: non dixit: nam carnis natura, neque, nam substantia corporis: sed, sensus, qui ipse corrigi quidem queat, ac tolli. Hoc autem ait, nõ ipsi carni propriam cogitationem tribuens, absit, sed crassiorem mentis interpretationem ostentans, & à peiori illam vocans: sicuti & carnem sæpenumero totum hominem & animam habẽtem appellare assueuit. *Sensus autem spiritus.* & hic rursus spiritualem cogitationem dicit. Quemadmodum & progressus vlterius ait: Qui autem scrutatur corda, nouit qui sit spiritus sensus. ac declarat multa ex hac spirituali cogitatione bona proficisci, cùm in præsenti vita, tum in futura. malis enim iis, quæ sensus carnalis affert, multò plura bona exhibet spiritualis sensus. quod palàm fecit his verbis, vita, & pax. quorum alterum oppositum est priori illo. Nam sensus carnis, mors. alterum autẽ, huic quod sequitur. pacem enim vbi dixit, subiunxit, quoniam sensus carnis inimicicia est in deũ. quod quidem morte deterius est. Deinde ostẽdit quemadmodum & mors & inimicicia eueniant. *Lex enim dei non subditur, neque enim potest.* sed tu ne commoueare tamen, dum id verbi audis, Neque enim potest. Hæc enim dubitatio facilem habet solutionẽ. Nam hoc quidem loco, carnis sensum appellat terrestrem cogitationem, crassam, secularibus rebus, maliſq; actionibus intẽtam, atque affixam. *Hanc adeò cogitationem non posse, ait,* deo subditam esse. *Et quæ tandẽ salutis spes, si fieri non potest, vt qui malus est, is bonus fiat?* non hoc est quod ait. alioqui, quî Paulus talis euasit? quî latro? qui Manasses? qui Niniuitæ? quî Dauid lapsus se ipsum sibi recepit? quî Petrus Christũ inficiatus seipsum collegit? quî stuprator, rursus in Christi gregem annumeratus est? quî Galatæ gratia lapsi, ad priorem rediere cognationem? Non ergo hoc dicit, fieri non posse, vt qui malus est, bonus fiat: sed fieri non posse, vt qui malus esse perseuerat, deo subdatur. facile tamen esse factu, vt si animum muret suum, bonus euadat, ac deo subdatur. neq; enim dixit, hominem non posse deo subdi, sed malam actionem non posse bonam esse. ac si diceret: † malicia nõ potest esse modestia. neque scelus, virtus. Quemadmodum & in euangelio ait dominus: Nõ potest arbor putris & vitiosa fructus bonos facere: non prohibens vicij mutationem in virtutem, sed dicens ipsam in vicio perseuerantiam bonos fructus haudquaquam ferre posse. nõ enim dixit, non posse arborem malã bonam fieri: sed, fructus bonos illam ferre non posse, tantisper dum mala esse perseuerat. quãdoquidem fieri posse, vt immutetur quis, id certè tum hinc, tum ex alia declarauit parabola, quum inducit zizania triticum esse facta. Itaq; & extirpare illa vetat. nequando enim, inquit, vna cum illis & frumentũ reuellatis: hoc est, id frumẽtum, quod futurum est ex illis. Sensum igitur carnis, vicium ait: & sensum spiritus, gratiam datam, opusq; bona voluntate temperatum: nusquam hic neque de hypostasi, nec de substantia loquens, sed de virtute, ac viciositate. Quod enim nequiuisti in lege, ait, hoc nunc poteris, recta scilicet ingredi, ac nulla pedum offensione, si spiritus auxilium apprehẽderis. non enim sufficit non ambulare secundũ carnem, sed oportet & secundum spiritum ingredi. quandoquidem nõ satis est nobis ad salutem à malo declinare, sed & bonis operibus operã dare oportet. Hoc porrò erit, si spiritui animam dediderimus, tum carni persuaserimus proprium ordinem seruare, locumq; agnoscere suũ. nam ita demum & illam efficiemus spiritualem: quemadmodum si nos ipsos ad socordiam ignauiamq; dederimus, animã etiam carnalem efficiemus. Posteaquam enim nõ naturæ necessitatem dei donum imposuit, sed volũtatis libertatem præbuit, in te positum est, & hoc fias & illud. quæ enim illius officia erãt, ea omnia sunt peracta. neque enim veluti aduersa in acie stans mentis nostræ legi peccatum repugnat, nec captiuam illam sicut antea abducit: sed cũcta illa submota, & abrogata cõquieuere, suntq; animi affectus ipsi repressi, timẽtes ac perhorrescẽtes spiritus gratiam. Quòd tu si lumen restinguis, aurigam excutis, gubernatorẽ exigis: tibi ipse fluctuationem, tempestatemq; adscribito. Nã quòd hoc quidem tẽpore virtus minoris negocij egeat, vnde & cõstantiæ, tolerantiæ, continentiæ incrementũ ingẽs, expẽdito, quémnam in modum, quo tempore dominaretur lex, mortalium res sese haberent, quemadmodum rursus nunc se eædem illæ habeant, posteaquam gratia illuxit. Quæ enim nemo videbatur præstare posse, virginitas, & mortis cõtemptus, complures; alij affectus, ea ipsa vbique iam terrarum nunc præstantur: neque apud nos solum, sed & apud Scythas, apud Thracas, apud Indos, apud Persas, reliquosq; quàm plurimos barbaros, & virginum chori, & martyrum populi, & monachorũ sodalitates, qui omnes iam plures iis esse cœperunt, qui vxores habent. Adde huc & ieiunij, & paupertatis intentum atque ingens studium. Quæ tamen ipsa extra vnum aut duos, ne in somniis quidem imaginari, qui legis tempore vixerunt homines potuere. Quum igitur videas rerum veritatem tuba clarius clamitantem, ne mollem, ne dissolutum, ne remissum te geras, neu tãtam gratiam prodas, neque enim licet, ne fide quidem iam accepta, pigrescentem saluum fieri. facilia enim proposita sunt certamina, vt tu media in palæstra vincas, non vt obdormias, neque vt gratiæ magnitudine ad ignauiæ argumentum abutare, priori in cœno rursus volutatus. quapropter & adiungit, *Qui autem in carne sunt, deo placere nõ possunt.* Dicet aliquis, quid? Num corpus nostrum discerpemus, num è carne excedemus, deo vt placeamus? quid? homicidáne fieri nos censes ad virtutis studium à te deductos? Vides quot absurditates enascantur, si simpliciter exceperimus quę ab authore dicuntur? Carnem enim hic nõ corpus appellat, neque corporis substantiam, sed vitã carnalem, mundanam, voluptate & luxu diffluentem, quæ hominem ipsum, quantuscunque est, carnem esse facit. Quẽadmodum enim qui spiritu erecti, ac veluti volatiles viuunt, ij & corpus quoque spirituale efficiunt: sic qui à spiritu sunt auersi, ventri autem, ac voluptati seruiunt, ij & animam carnem efficiunt, non substantiam quidem immutantes, sed illius nobilitatem perdentes. Atque huiusmodi dictionis tropus identidem & in veteri quoque extat instrumento, carnis nomine significãs crassam & terrestrẽ vitam, & eam quæ impuris atque absurdis voluptatibus implicata sit, & irretita. Nam ad Noë ita loquitur deus, Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt. quanquã & ipse Noë carne obductus erat. sed hoc ipsum in crimen nõ vocabatur, quòd videlicet carne essent obducti: hoc enim naturæ erat, sed quòd carnalem sibi vitam delegissent.

Itaque

Hic infra.c

πορνεία fornicatio siue sceleratio. & πορνεύειν est in Theophylacto.

Matth. 7. c & Luc. 6. f

Matth. 13. d

Gene. 6. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Itaque & Paulus ait, Qui autem in carne sunt, deo placere non possunt. atque addidit, *Vos autem in carne non estis, sed in spiritu*: rursus non simpliciter carnem dicēs, sed eiusmodi, quam modò diximus carnem, quæ videlicet ab affectibus, animiq; morbis tracta, veluti tyrannide oppressa, seruiat. Dices: Et quamobrē non ad hūc modum locutus est Paulus: quamobrem differentiam hanc nō adhibuit? attollere volebat auditorem, atque ostendere, qui rectè & sanctè viuit, hunc ne in corpore quidem esse. Nam quòd planè constaret spirituale hominem in peccato minimè esse, iccirco hic, quod maius quidem erat, ponendum sibi duxit. Quòd videlicet nō solùm in peccato, sed ne in carne quidem amplius esset spiritualis homo. nimirum hinc iam angelus effectus, ad cœlum euectus, corpusq; simpliciter circunferens. Quòd si tute carnem calumniaris, quòd illius nomine carnalem vitam appellites: & mundum item calumniaris, quòd hinc sæpenumero malicia designetur: *Ioan.15. & 17.c* ita enim ad discipulos ait Christus, Vos non estis ex mundo hoc. & rursus ad fratres idem suos, *Ibidem.7.a* Non potest mūdus vos odisse, me autem odit. Iam & anima à deo aliena esse dicetur, quòd qui in errore viuunt, animales vocauit. Sed non est ita, nō est ita. Necesse enim est non ad voces simpliciter, sed ad loquentis mentem vbique aduertamus, exactamq; dictorum discretionem pernoscamus. Alia enim sunt bona, alia mala, alia media, verbi gratia. Anima & caro, ex eorū numero sunt, quæ media vocantur: possuntq; & hoc & illud fieri. at spiritus ex eorum semper est numero, quæ bona sunt, nec aliud vnquam efficitur. Rursus, carnis sensus, hoc est, scelerata actio, ex eorū semper est numero quæ mala sunt. legi enim dei non subditur. Si igitur parti ei, quæ melior sit, animam & corpus tradideris, ea illius partis fient: si peiori rursus, exitij eius, quod inibi est, particeps efficeris, non ab animæ & corporis natura, sed **γνώμη. cōsiliū, sententia, voluntas.* ab ipsa* mente ac sententia, quæ domina est, potestq; vtrunque hoc eligere. Ac quòd hæc ita sese habeāt, nec sint, quæ diximus, carnis calumnia: rursus dictionē ipsam pertractantes, accuratius examinemus. *Vos autem non in carne estis, sed in spiritu*, ait. Quid? in carne illi non erant: sed incorporei obambulabāt? Quî id & quānam ratione? Vides vt vitam carnalem significauerit? & quamobrem non dixit, Vos autem non estis in peccato? vt intelligas, Christum nō solùm extinxisse peccati incendium, ac tyrannidem oppressisse, sed & carnem leuiorem ac spiritualiorem reddidisse, natura nō mutata, sed velociore atque agiliore effecta. Nam quēadmodum ferrū ab ignis assiduo vsu, & ipsum quoque in ignem euadit, propria in natura remanēs: sic fidelium, spiritumq; habentium caro, in illā demum efficiētiam transmutatur, tota spiritualis, vndique cruci suffixa, atque vna cū anima & ipsa volatilis reddita: quale quidem erat eius corpus, qui hæc ipsa profert. Qua de causa omneis ille quidē delicias, voluptatesq; ridebat: fame autē, flagellis, ergastulis, delectabatur, nec dolebat *2. Cor.4.d* illa dū toleraret, atq; hoc declarans dicebat: * Afflictio **Nā mmē tanea leuitas afflictionis.* enim præsens leuis est. Vsqueadeo ille carnē edocuerat cum spiritu consentire atque conspirare. *Si modò spiritus dei habitat in vobis.* Verbum id, si modò, identidem *1. Thes.3.b* non ambigens addit, sed vel maximè credens: & loco *Galat.3.a* huius vocis, quandoquidem, vt quum ait: Si modò iustum est apud deum reddere iis, qui affligunt vos, afflictionem. rursus: Tot ac tāta passi estis frustra, si modò & frustra. *Si quis verò spiritum Christi non habet.* Non dixit, si autem vos nō habetis: sed sub aliis personis, quod

moleſtum erat, prosequitur. *Hic non est eius*, ait. *Si autem Christus in vobis est.* rursus Christū in illis esse ait: atque quod molestum quidem erat & dictum inuidiosum, id breue, & mediū posuit: quod autem optabile, vtrinque, & multis verbis vt illud inumbraret. Hoc autē ait non spiritum Christum esse dicens, absit hoc: sed ostendens quòd qui spiritum habet, non solùm Christi appellatur, sed & ipsum habet Christum. neque enim datur spiritu præsente, nō & Christum adesse. Nam vbicunque spiritus, vna triadis substantia, adfuerit, adest & ipsa trias: à se enim ipsa diuelli non potest: estq; ea exactissimè sibi vnita. Et quid nobis, inquies, futurū est, si Christus in nobis fuerit? *Corpus quidem mortuum propter peccatum, spiritus verò vita propter iusticiam.* Vides quot mala, ex eo quòd quis sanctum spiritum non habeat? Mors, inimicicia erga deum, non posse illius legibus placere, quod Christi est, id non vt Christi esse: ipsum non habere inquilinum. Considera igitur & quot bona ex eo quòd quis spiritū habeat, Christi esse: ipsum Christum habere, cum angelis de dignitate certare. hoc enim est carnem mortificauisse, vitam immortalē viuere, iam hinc resurrectionis pignora habere, facilitate magna virtutis cursum currere. neque enim dixit, corpus iam à peccato retardari, sed & mortuum esse, cursuum facilitatem intendens. Nam qui talis est, is demum nulla iam molestia, nullo iam labore coronatur. Itaque & peccati verbum addidit, vt intelligas, illum corporis semel maliciam, non naturam sustulisse. Hoc enim si eueniat, multa etiam ex iis, quæ animæ conducere possunt, sublata fuerint. Non hoc ergo ait, sed corpus ipsum viuum ac manens mortuū esse vult. Nam hoc demum signum est, Christum nos habere, spiritumq; in nobis esse, quum corpora quidem nostra ab iis corporibus nihil differunt, quæ tumulis recōdita iacēt, duntaxat quod ad corporis opus pertinet. Sed tu ne terreare, audito mortificationis nomine. habes enim veram vitam, quam nulla mors est exceptura. Talis est enim spiritus vita: non iam morti concedit, sed illam aterit atque absumit, quod semel ceperit, illud immortale conseruans. Quapropter vbi dixit, corpus mortuum, non dixit, spiritum viuētem: sed, spiritum vitam, vt ostendat illum & aliis quoque præbere hoc posse. postea rursus constringens auditorem, & vitæ quoq; causam probationemq; dicit: Hæc autem est iusticia. peccatum enim si abest, ne mors quidem comparet: morte porrò non comparente, vita indissolubilis est. *Quòd si spiritus eius qui excitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis: is qui excitauit Christum ex mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter ipsius spiritum inhabitantem in vobis.* Rursus Paulus sermonem ad resurrectionem pertinentem mouet: quoniam hæc potissimum spes auditorem cepit: atque illum ab iis confirmat, quæ in Christum euenerunt. Caue enim, inquit, eo terreare, quòd mortuum corpus induisti: spiritum habeto: & omnino resurget. quid igitur? quæ spiritu carent corpora non resurgunt? quî verò † omnia oportet ad Christi suggestum repræsentari? quî porrò is verax ac fide dignus erit sermo, qui de gehenna circunfertur? Nam si qui spiritum nō habent, ij nequaquam resurgunt, ne gehenna quidem exīstet. quid igitur sibi vult dictū hoc? Certe omnes quidem *1.Cor.15.g* resurgent, nō omnes autem ad vitam: sed alij quidem ad pœnam, alij autem ad vitam. Itaque Paulus non est hoc verbo vsus, excitabit: sed, viuificabit, quod amplius quidem erat, quàm excitatio: quodq; solis iustis datum est. Cuiusmodi honoris causam quum posuisset, addidit &

† omnes. *Roma.14.b*

dit & hoc,propter inhabitãtem in vobis ſpiritum:qua-
re ſi viuens adhuc,ſpiritus gratiam exegiſti,atque ea pe
nes te minimè ſalua, deceſsiſti, peribis omnino, vel ſi
reſurrexeris.Nam quemadmodum deus tum non ſuſti
net, ſuppleio te tradere, quum ſpiritum ſuum in te lu-
cere videt:ſic extinctum vbi viderit ſpiritum, te nõ re-
cipit,nec in nuptialem thalamum introducit:quemad-
Matth.25.a modum ne illas quidem virgines. Morale.

Ne igitur corpus nũc viuere ſinas,vt tum viuat:fac,
illud vt moriatur,vt ne moriatur. nam ſi viuum man-
ſerit, nequaquam viuet: ſin verò mortuum fuerit, tum
denique viuet. Hoc ipſum & in vniuerſa reſurrectione
fit.prius enim illud moriatur oportet ac ſepeliatur, ac
tum demũ immortale fiet.Hoc idem & in lauacro vſu
venit,prius enim crucifixum eſt ac ſepultum,& tum de-
mum exeitatũ,hoc & in corpore dominico.illud enim
cruci ſuffixum,mortuum, ſepultumq; eſt, ac tum demũ B
reſurrexit.Itaque & hoc quoque in illius operibus facti-
temus.aſsiduè illud mortificemus,non eſſentiam dico,
abſit hoc:ſed impetus motuſq; eos,qui ad prauas actio-
nes ferũt.Nam hoc demum vita, ſeu potius hoc ſolùm
vita eſt,nimirum nihil quicquam tolerare,quod huma
num ſit,nec voluptatibus addictum ſeruire: quibus ſa-
nè quiſquis ſeſe ſubdiderit,huic ne viuere quidẽ poſtea
licet,idque propter inuſta ab illis probra,ac dedecora,
propter eos quos afferunt terrores ac pericula, propter
infinitarum turbationum agmẽ.ſi enim mors expecta-
ta voluptuario illi fuerit, is profectò ante ipſam etiam
mortem timore emoritur,ſi morbum,ſi iniuriam,ſi pau
pertatem, ſi aliud quidpiam nec opinatũ ſuſpicatus fue
rit,periit iam & abſumpt⁹ eſt miſer.Hac ergo vita quid
tandem miſerabilius eſſe queat?At nõ talis quidem eſt,
qui ſpiritu viuit.*quin & terrore,& dolore, & periculis,*
& quauis mutatione ſuperior exiſtit:non quod nihil ei
ſit tolerandum, ſed quia (multò, id eſt, maius) ea, dum
impendent, mala deſpiciat.Quî verò id fieri queat?Ni
mirum ſi nunquam non ſpiritus in nobis habitauerit.
neque enim ſimpliciter vult Paulus, vt ſpiritus idem in
nobis ad breue aliquod tempus, ſed vt aſsiduè inhabi-
tet.Idcirco non dixit,propter ſpiritum qui inhabitaue-
rit:ſed,qui inhabitat,oſtendens moram, manſionemq;
eam perpetuam eſſe debere. Ergo viuere is maxime di-
citur,qui vita mortificatus eſt.Itaque dixit,ſpiritum vi-
tam eſſe, propter iuſtificationem. Atque vt euidentius
nobis res ipſa ante oculos verſetur: homines duos exẽ-
pli gratia in mediũ proferamus. Alterum luxui,volup-
tatibus,vitæ pellaciæ deditum:alterũ iis,quę dixi,mor-
tuum: tum diſpiciamus,vter horum magis viuat. Ho-
rum porrò duorum alter prædiues, in primiſque illu- D
ſtris,paraſitos adulatoreſq; paſcat,iis ſe oblectãs. Idem
totos dies in luſtris ac popinis vinolentus,ac comeſſa-
bundus conſumat.Alter rurſus paupertatem colens,ie-
iunia exercens,in educatione dura, in auſteræ vitæ to-
lerantia victitãs,ſub veſperum,cibum,duntaxat neceſ-
ſarium, capiat: atque adeò, ſi ita vis, duos etiam tréſve
dies ieiunus maneat.Ex his,obſecro,duobus vter nobis
magis viuet?plerique omnes,ſat ſcio,eum magis viuere
arbitrabuntur,qui deliciis affluẽs,bona ſua omnia gur-
ges deuorat,profundit, ac diſsipat: at nos eum, qui vi-
ctus moderatione,modeſtiaq; delectatur ac perfruitur.
Itaque quandoquidem in præſentia,hac de re lis nobis
quodam modo & controuerſia mota eſt, in vtriuſque
ædes introeamus:ac tum demum, quum tibi ille dies
maximè viuere videtur, dico, in ipſo deliciarum illius
puncto. Ingreſsi porrò diſpiciamus vtriuſque ſtudium,

A ac ſtatum. nam ab ipſis demum operibus liquet, tum
qui viuat,tum qui mortuus ſit. Agè itaque, Alterũ qui-
dem inueniemus ſeu libris,ſeu precibus,ſeu ieiunio, ſeu
cuipiam alij rei perneceſſariæ operam dãtem, vigilan-
tem,ſobrium,cum deo diſputãtem: Alterum autẽ cum
nimio vino madentem,obrutúmque,tum verò nihilo
melius habentem,quàm quiuis mortuus.qui ſi & ad veſ
peram vſq; expectauerimus,licebit nobis ſpectare mor
tem eam, quam dico, in eo abundantiorem eſſe, atque
inde rurſus ſomnum ſuccedere, quum interim ille al-
ter noctem in ſobrietate inſomnẽ agat. Vtrum igitur
dixerimus magis viuere? eum qui ſtupidus ac ſenſu ca-
rẽs quum iaceat,riſum omnibus mouet: an eum potius,
qui opere aliquo delectatus cum deo verba facit? Ete-
nim ad illum ſi adieris, dixeriſque neceſſarium quid-
piam,eundem ſanè haud aliter loquẽtem auditurus es,
B quàm ſi cum homine mortuo colloquaris.At cum hoc
ſi vel luce,vel in tenebris congredi libebit,angelũ cer-
nes potius,quàm hominem,quem eundem & de rebus
quoque cœleſtibus diſputantem audies. Vides, vt hic
quidem vel ſupra eos omneis qui viuunt,viuat:ille au-
tem vel mortuis miſerabilior proſtratus iaceat? qui ſi
quod fortè opus in manib⁹ habere viſus fuerit, alia cer
tè pro aliis cernit,eorum ſimilis,quos animi furor, atq;
inſania vexat,ac potius illis miſerior. Nam illos quidẽ
ſi quãdo quis iniuria afficit,iniuria affectos miſeramur,
iniuriæ autem illatorem increpamus. At huic ſi quem
inſultare viderimus, non ſolùm nõ ad miſericordiam
flectimur, ſed & iacentem proſtratumq; calculo etiam
noſtro condemnamus. Hoccine igitur,obſecro te, vi-
ta eſt? ac non potius quiddam mille mortibus grauius?
Etiam ne vides eum qui in deliciis vitam ſibi cõſtituit,
C non ſolùm mortuum eſſe, ſed & mortuo deterius ha-
bentem,& intemperiis acto miſeriorem?Illũ enim ho-
mines miſericordia,hunc odio proſequuntur. Ille ve-
niam impetrat:hic ægritudinis ſuæ pœnas pẽdit.Quòd
ſi foris ſeſe hic ſic ridiculum præbet, computrefactum
ſputum ac magnopere vinum redolens ore fœdo eru-
ctans, eiuſdem miſeram animam conſidera, huiuſmo-
di in corpore,quodam tanquã in ſepulchro, infoſſam,
quem tandem in modum par ſit illam ſe habere. Tale
enim hocce ſpectaculum eſt,quale eſſe poſsit, ſi quis ex
compoſito mohatur, vt puellæ honoratæ, caſtæ, inge-
nuæ, nobili, pulchræ ancilla quæpiam barbara, defor-
mis,impura,magna adeò cum licentia, iniuria pari in-
ſultet.Nam tale quiddam eſt ebrietas. Ecquis igitur,de
iis loquor qui mentis compotes ſunt, ſexcenties emori
non malit,quàm ſic vel diem vnum victitare?Nam vt
D poſtridie, vbi diluxit, videatur ille ab ea comœdia ex-
perrectus,vinolẽtiam edormiiſſe, atque exhalaſſe ſuã,
tamen ne tum quidem ſynceræ temperantiæ reſtitutus
eſt, nebula ab ebrietatis tempeſtate ſuffuſa, ante oculos
adhuc oberrante. qui ſi & illum dederimus ſynceram
iam ſobrietatem aſſecutum,quid illi ea res profuerit?ea
enim ſobrietas in nullum illi vſum alium cedit, quàm
vt eos cõtueatur, qui ſibi vinolentiam obiiciunt.quum
enim vino madens turpe ſui ſpectaculum exhibet, id
lucri facit, vt ne eos quidem ſentiat, quibus ridiculus
eſt: die autem inſequenti exorto & ſolatio hoc priua-
tur,tum ſentiens & famulos murmurantes, & vxorem
erubeſcentem,& amicos ſuggillantes,& inimicos irri-
dentes. Quid tandem vita hac miſerabilius? de die ri-
ſui omnibus eſſe, veſperi in eandem turpitudinem de
integro recidere? Sed quid? placẽtne anaros in mediũ
proferamus, & hæc enim rurſus alia eſt, & quidem ea

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam modò diximus,pestilẽtior ebrietas.quòd si ebrie A quòd qui à vinolentia posidetur, transacta nocte ad
tas, certè & mors omnino, ea etiam quam paulò antè sobrietatem redire potest. Hic autẽ continenter ebrius
posuimus,multò deterior, quando & ebrietas letalior. est,& interdiu & noctu, & euigilans & dormiens, ma-
Neque enim tam detrimentosa fuerit ebrietas, quàm iori in cruciamento constitutus, quàm cõstituatur, vel
pecuniarum concupiscentia. Illic enim detrimentum qui vinctus in custodia degit, vel qui ad effodienda
intra perturbationem,atque afflictionem,consistit,ter- metalla relegatus est,vel si quis est, qui grauiori suppli-
minaturq; sensus stupore, atq; ebrij exitio. At hic dam- cio addictus sit.Hoccine igitur,quæso, vita,ac non po-
num ipsum infinitas animas peruadit, varia vndequa- tius,mors est,atque adeò quiddam quauis morte mise-
que bella succẽdens.Agè itaque,& hunc cum illo com- rabilius? Siquidem mors corpus quidem cõsopit, illud
ponentes videamus,quas tandem causas cum illo com tum ludibrio,tum indecentia,ac turpitudine,tum pec-
munes habeat,quibus porrò in rebus plus illo abundet. catis liberans: at ebrietates huiusmodi in ista omnia il-
Rursus & ebriorum inter se hodie contentionem facia lud præceps agunt,aures obturando, oculos occæcan-
mus.Nam cum illo,quem beatum esse,ac spiritu viuere do, menti denique ipsi multam offundẽdo caliginem:
diximus,ne isti quidem iam componantur, sed inter se neque enim audire,neque prorsus eloqui aliud quicquã
ipsi examinentur. Itaque & hic quoque mensam rursus auarus potest,quàm fœnora,quàm ex fœnoribus fœno-
in medium proferamus, mensam dico cædibus mille ra parta, quàm lucra turpia, quàm quæstus inuidiosos,
refertam.Quarum igitur rerum inter hos communitas B quàm negociationes seruiles ac minimè liberales,canis
esse potest? & in quo tãdem vterque alterius similis est? in morem ad omnes adlatrans, omnes exosus, omnes
Nimirum in ipsa morbi natura. nam ægritudinis ge- auersatus,cum omnibus bellum gerens, & quidem nul
nus differens est. alterum enim à vino, alterum à pecu- la causa.In pauperes insurgẽs, diuitibus inuidens,nemi
niis existit:at affectus ipse consimilis. vterque enim ab- nem benignè salutans, appellans comiter neminem.
surdæ ex æquo concupiscentiæ seruit.Nam & qui vino Nam vt vxorem habeat,vt liberos, vt amicos,nisi vn-
ebrius est, is quò plures vini calices hauserit, eò plures dequaque aliquid corradat,vndiq; lucrum aliquod fa-
appetit: qui autem pecuniarum amori seruit, quò ma- ciat, hos ille omnes sibi magis hostes ducit, quàm qui
gis ditescendi desiderio capitur, eò maiorem concu- natura hostes sunt. Hac igitur insania ecquídnam per-
piscentiæ flammam incendit, pestilentioramque sibi niciosius esse queat? quid porrò miserius? quum tibi ipse
desiderij sitim accersit. In hoc igitur vno adsimiles sibi nusquam non scopulos,nusquam nõ saxa latentia,nus-
inuicem sunt. At in altero rursus auarus superiora om- quam non precipitia, fossas, infinita barathra compa-
nia habet. Quó nam quæso hoc? nempe quòd ille qui- ras? & quidem corpus vnum interim quum habeas,atq;
dem rem eam patitur,quæ iuxta naturam est. Vinum e- vni tantùm ventri seruias.ac si te quis fortè ad reipubli
nim natura quum sit calidum, insitámque siccitatem cæ obeunda munia adleget,fugites,sumptui parcens,ti
intendat,facit qui eo poti ebriique sint, ij vt sitiant ad- bi autem ipse asciscas sexcenta munia,omnibus illis nõ
huc. Auarus verò ille vnde plura semper concupiscit? C sumptuosiora solùm, sed & molestiora, & periculosio-
vnde? Certè quum magnopere ditescit, tum maximè ra, Mammonæ initiatus, nec pecunias modò sceleste
pauper est.est porrò morbus hic talis,vt cognitu sit dif huic tyranno,neque corporis tui sudorem, animæ tor-
ficilis,ænigmati potius similis.Sed tamen illos dispici- mentum ac dolores, sed & ipsum sanguinem offerens,
amus,si placet,vel ipsam post ebrietatem.quanquam a- vt tu amplius nescio quid ex hac barbarica seruitute mi
uarum,verè vt loquamur, post ebrietatem nullo vide- ser & infœlix acquiras. An non vides, qui in singulos
re tempore licet:vsqueadeo in ipsa semper est ille ebrie dies ad monumenta efferuntur,ij vt nudi rebusque om
tate.Quamobrem vtrunque tãtisperdum ebrietate oc- nibus destituti ad ea sepulchra rapiantur, adeò nihil
cupantur dispiciamus, consideremúsque vter eorum ri quicquam rerum domesticarum capere valẽtes, vt vel
su dignior: quin & eos effingamus exactè rursus expri- ea,quibus succinguntur ad lumbricos ipsos cõportent.
mentes. Videbimus igitur eum, qui vino nimio potus Hos quos dico mortuos quotidiana animi cogitatio-
delirat,desipitque, sub vesperam oculis apertis neminẽ ne lustrato,ac tibi fortasse auaricię morbꝰ iste quiescet,
tamen videre, sed temerè huc illuc circunferri, atque nisi si tute, quod nolim, maiori insania corripiẽdus es,
ad vnumquenque sibi obuium pedibus offendere, eun- ab eo sumptu quem immodicum in extruendis sepul-
démque euomere, dilacerari, indecorè denudari, ac si chris fieri videmus.affectus enim hic pestilens, morbus
vel vxor adfuerit,si filia,si ancilla, si quinis alius, maio- periculosus. ob quod sanè & nos singulis concionibus
rem in modum ludibrio haberi. Agè itaque & ipsum D apud vos hac de re verba facimus, assiduè id auribꝰ ve
quoque auarum in medium proferamus. hic enim non stris inculcantes, vt vel ipsa assiduitate profici à nobis
iam ad risum res pertinet, sed ad execrationem, ad in- aliquid queat. Vos porrò ne contendatis: neq; enim in
gentem excandescentiam, vnóq; verbo ad infinita ful illo tantum die quem futurum expectamus, sed & ante
mina:risum tamen in præsentia spectemus.Etenim hic illius aduentum multiformis morbus hic varia impor-
vt ille omneis ignorans,& amicos,& inimicos, simili- tat supplicia:qui si eos cõmemorauero,qui perpetuis in
ter oculis quidem apertis occæcatus est: ac quo modo vinculis vitam degunt,si vel eum qui lõgæ,diuturnæq;
illius oculis omnia vinum, sic huius omnia pecuniæ ægritudini affixus adhæresci, vel qui cum fame collu-
sunt.& pręterea vomitus ipse longè letalior.neq; enim ctatur,deniq; si vel alium quenuis:haud vllum sanè in-
cibum eructat: sed conuicij, sed contumeliæ, sed belli, uenire possim tot tantàque tolerantem supplicia, quot
sed mortis verba,infinita cœlitus in ipsius caput fulmi- quantaq; ij tolerant,in quorum animos pecuniæ amor
na attrahentia. ac quẽadmodum ebrij corpus liuidum inuasit.Quid enim esse pestilentius queat,quàm ab om
esse solet,ac diffluens:sic & huius anima,atque adeò ne nibus passim odio haberi, q̃ omnes odisse, quàm sem-
huius quidem corpus ab hoc morbo vacat: sed magis per ringi,nemini se comẽ,nemini suauẽ prębere? q̃ nun
etiam eo detinetur,cura,solicitudine, iracundia, vigi- quam satiari? nunquã non sitire:famem perpetuam, &
lantia totum illud sic arrodente, ac sensim absumente, quidẽ ea,qua omnes assuenere, grauiorẽ pati, cumq; ea
vt à vino celerius, letaliúsve absumi nequeat. Addę colluctari? angoribꝰ quotidianis affligi? nũquã sano ac

tranquillo

Universidad de Deusto
Biblioteca

trāquillo esse animo? assiduè in tumultuationibus, perturbationibúsque versari? Hęc enim omnia, & his item plura auari sustinent. etenim lucrum, capturámque aliquam dum faciunt, vt omniū etiam bona habeāt. nullam inde voluptatem capiunt, plura semper appetētes. iidem iacturam dum faciunt, vt vel obolum perdant, grauissimè omnium se affligi, ac vel vitam amisisse arbitrantur. Quænam ergo oratio hisce calamitatibus repræsentandis par esse queat? Quòd si quæ hìc illos pati videmus, eiusmodi sunt, expendito vitæ alterius mala quæ sint futura: regni cœlorum priuationem, à gehenna inustum dolorem, vincula perpetua, exteriores tenebras, vermem venenatum, dentium fremitum, pressuram, loci angustiam, igneos fluuios, fornaces nunquā restinguēdas, atque omnia hęc simul vbi composueris, pecuniarum voluptati oppositа radicitus morbū hunc extirpato, vt veras tandem opes adeptus, pestifera hac paupertate liberatus, bona tum præsentia, tum futura assequaris, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi: per quem, & cum quo, patri gloria, vnà cum sancto spiritu in secula seculorum. Amen.

Homilia xiiij.

PRoinde fratres debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus. Nam si secundum carnem vixeritis, morieminī: at si spiritu facta corporis mortificetis, viuetis.

Vbi ostendit quantum sit vitę spiritualis præmium, quodq; ea vita præstat, vt Christum intra te inhabitantem habeas, tum quæ mortalia sunt corpora vnificat, eadem ad cœlum veluti alis additis subuehens, & simul virtutis viam facilioré reddit, necessario deinceps admonitionem affert, dicens: Itaque secundum carnem viuere *non debemus. nec tamen sic dixit, sed acrius multò, ac fortius eos feriens, his verbis: Debitores sumus spiritui.* Nam dicendo, quòd non sumus debitores carni, hoc planum fecit. atque id vbiq; adstruit, ostendens, quòd ea quæ à deo erga nos collata fuere beneficia, non debiti fuere, sed meræ, ac nudæ gratiæ: quę autem nostra subsecuta sunt facta, non iam ea studiosæ
1.Cor.7.d voluntatis, sed debiti. Etenim quum ait, Precio empti estis, nolite fieri serui hominum, id ipsum significat. & quum scribit, Non estis vestri ipsorum, idem illud declarat. & alibi rursus hæc eadem in memoriam redi-
2.Cor.5.c git, ita inquiens: Si vnus pro omnibus mortuus est, igitur omnes mortui sunt, vt viuentes non amplius sibi ipsis viuāt. Hoc itaque & hic quoque agens, ait, debitores sumus. deinde vbi dixit, Non sumus debitores carni: vt ne rursus illius dicta interpreteris in carnis naturam dici, non conticuit, sed attexuit, Vt secūdum carnem viuamus. multa enim sunt, quæ nos illi debemus. Nam illam educare, fouere, reficere, curare laborātem, induere, & infinita alia illi suppeditare debemus. vt ne igitur existimes illum eiusmodi ministerium tollere, per hæc verba, Non sumus debitores carni: illud interpretatur, dicens: Vt secūdum carnem viuamus. illud enim, inquit, studium tollo, quod ad peccatū ducit. nam quæ ad illius curam faciunt, fieri non prohibeo. id quod &
Infra.33.d progressus declarauit. nam quū dixisset, Carnis curam ne habeatis: non in eo subticuit, sed addidit, Ad concupiscentias. quod quidem & hic docet, dicens, illam vt curemus. debemus enim illi hoc. absit tamen vt secundum carnē viuamus, hoc est, ne ad illam deferamus vitæ nostræ dominium. illam enim necesse est sequi, non præire. neque illam oportet vitæ nostrę normam dare, immo spiritus leges accipere. Hoc ergo vbi definuit, atque adstruxit, quòd videlicet debitores sumus spiritui. tum autem vbi ostendit, quorum beneficiorum debitores simus, non ea in medium affert, quæ iam preteriere (vnde nobis admiranda est illius prudentia) sed quæ futura sunt. atqui sufficiebant & illa, sed tamen nō allegat illa nunc. neque mentionem facit immēsorum illorum beneficiorum iam acceptorū, sed futurorum. neque enim sic donatum semel beneficium, vt expectatum ac futurum illicere multos solet. atq; hoc vbi proposuit, primùm ab iis terret molestiis, malisq;, quæ eueniunt ex ea vita, quæ est secundum carnem, ita dicens:

Nam si secundum carnem vixeritis, morieminī: Illam nobis innuens mortē immortalem, in gehenna videlicet pœnam, ac supplicium: seu potius si quis exactè hoc examinauerit, & in hac quoq; vita mortuus est ille talis. quod sanè ea, quæ hanc præcessit, disputatione planum vobis fecimus. *Quòd si spiritu facta corporis mortificetis, viuetis.* Vides vt nō de corporis natura loquat, sed de actionibus carnalibus: neq; enim dixit, quòd si spiritu naturam carnis mortificetis, viuetis, sed actiones, ac ne has quidem omnes, sed prauas: atque hoc liquet in subsequentibus. si enim hoc feceritis, viuetis, inquit. & quo id fieri liceat modo? si illi de omnib⁹ ratio habetur. Etenim & ipsum videre, & ipsum audire, & ipsum loqui, & ipsum ingredi, & quę sunt eiusmodi, corporis actiones sunt. ac si eas mortificemus, tantùm aberit, vt viuamus, vt & homicidij rei pœnas daturi simus. quāsnā igitur actiones mortificare nos vult: nempe eas, quæ ad maliciam mouentur, eas quæ ad viciositatem pergunt. quas ne aliter quidem mortificare licet, quàm per spiritū. illas enim alias interficere, se ipsum est perimere. quod fas minimè fuerit. Has autem per spiritum tantum. Si enim hoc adfuerit, fluctus omnes cōpescuntur, affectus ipsi sunt repressi, ac nihil omnino cōtra nos insurgit. vides vt à futuris nos, quod prius dixi, hortetur, & ostēdat debitores, nō ab iis solùm, quę iam facta sunt: non enim hoc solū est, inquit, beneficiū spiritus, quòd præteritis nos peccatis liberauit, sed quòd & ad futura inexpugnabiles reddit, & vita dignatur immortali. posteà & aliam mercedem proponens, addidit: *Etenim quicunque spiritu dei ducūtur, hi sunt filij dei.* Hæc enim rursus corona, priore multò est maior. quapropter neque simpliciter dixit, Quicunque enim spiritu dei viuunt: sed, quicunque spiritu dei ducuntur: ostendēs, quòd sic vult illum vitæ nostræ dominum esse, vt gubernatorē nauigij, & aurigam currus equorum. nec corpus solùm, sed ipsam etiam animā habenis huiusmodi subiicit. neque enim illam vult dominari, suoq; quodam instituto viuere, sed & illius authoritatē spiritus potestati suppositа fuit. vt ne enim lauacri dono confisi vitam subsequentem negligerent, ait: Quantuis baptisma acceperis, nisi spiritu postea ducaris, dignitatem datam perdidisti, & adoptionis prerogatiuam. Propterea nō dixit, quicunque spiritum acceperūt: sed, quicunque spiritu ducuntur. Hoc est, quicunq; omnem vitam ita viuunt, hi sunt filij dei. deinde quandoquidē hæc dignitas & Iudæis quoq; data erat, Ego enim dixi, *Psal.81.b* inquit, dij estis, & filij altissimi omnes. ac rursus, Filios *Esaiæ.1.a* genui, & exaltaui. &, Primogenitus meus Israēl. quin & *Exod.4.f* Paulus ait, quorum est ipsa adoptio. adstruit deinceps quantum sit honorem inter illum, & hunc, discrimen. quanquam enim nomina eadem sunt, inquit, tamē res ipsę non eædē. quorum quidē apertā exhibet probationem, cōparatione quidem inductа, tum ab iis qui rectè agūt, tum à rebus iam datis, tum à futuris. ac prius ostēdit, quænā ea essent, quæ illis data fuissent. quæ nam ergo ea

Universidad de Deusto
Biblioteca

go ea erant? Spiritus seruitutis. idcirco addidit, dicens: *Non enim accepistis spiritũ seruitutis iterum ad timorem.* Deinde prętermittens dicere id quod oppositum, contrariúmque seruituti est, hoc est, spiritum libertatis, quod maius multò est, posuit, nempe adoptionis spiritũ, per quem libertatis spiritus ille cõflabatur, sic dicens: *Sed accepistis spiritum adoptionis.* Et hic quidem spiritus quis sit, liquet. at seruitutis spiritus quisnam sit, non liquet. necesse igitur fuerit ipsum id quid sit, manifestius reddere. neque enim obscurum solum, sed & valde ambiguũ ancêpsque dictum id. spiritum enim nequaquam accepit Iudæorum populus. quid igitur est quod hic ait? certè literas ita vocauit, quandoquidem spirituales erant. sicuti & legem spiritualem, & aquam à petra emanantem, & ipsum item mãna. omnes enim, inquit, eandem escam spiritualem manducauerũt, & omnes poculum idem spirituale biberunt. petram porrò sic vocat, dicens: Bibebant autem ex spirituali sequenti petra. quandoquidem enim naturã excedebant omnia ea, quæ fierent, spiritualia ipsa vocauit. non quòd spiritum accepissent ij, qui rerum illarum tum participes erãt. & quo modo literæ illæ seruitutis erant literæ? omnem vitæ illorum formam proferto, ac tum demum id aperte intelliges. etenim supplicia illos euestigiò excipiebant, & merces statim sequebatur, mẽsuram suam habens, quotidiani frumenti ritu famulis admensi ac traditi. & magnus vndiq; timor ob oculos vigens, & circa corpora purgationes, & intra actiones continẽtia. apud nos verò non ita, sed cogitatio, & conscientia expurgatur. neque enim dicit deus, ne occidas tantùm, sed ne irascaris. neque, ne mœcheris, sed ne aspicias lasciuè, vt ne amplius videlicet ob præsentaneæ pœnæ timorem, sed ob ipsius amorem, tum virtutis habitus, tum reliqua officia, ac rectè facta in nobis existant. neque promittit terram melle, lacteque affluentem, sed vnigenito cohæredes efficit, à rebus nos præsentibus, modis omnibus arcens, tum illa potissimum daturum se pollicitus, quæ illos capere oportet, qui filij dei effecti fuerint, sensibile quidem ac corporale nihil, verùm spiritualia omnia. quamobrem illi quidem quanquam filij vocabantur, tamen tanquam serui, nos autem vt liberi facti, adoptionem accepimus, tum verò cœlum expectamus. adde his q; cum illis verba per alios facit, nobiscũ autem per seipsum. illi pœnę formidine adducti omnia agebant, hi autem spiritus desiderio & amore. & ipsum hoc argumẽto est, quòd iussa prętergrederẽtur illi, vt mercenarij & ingrati, nunquam non murmurantes, hi autem quòd spiritui placeant. atque illi quidem vel beneficiis dum afficerentur, blasphemabant, nos autem vel inter ipsa pericula gratias agimus. atq; adeò si de delinquentium pœna ratio ineunda est, & hic quoque discrimen ingens. neque enim vt illi lapidati, vsti, manus, pedesve à sacerdotibus truncati, sic & nos conuertimur: sed sufficit à paterna mensa eiectos, & à cõspectu, certum dierum numerũ, submotos esse. Iam & apud Iudæos verbi honos erat adoptio tantùm: hic autem & res consecuta est: nempe per baptismum purgatio, spiritus datio, aliorum bonorum suppeditatio. quibus ipsis alia plura afferri possunt, ex iis quę nostram nobilitatem, illorum autem tenuitatem arguunt. quæ omnia per spiritũ, per timorem, per adoptionẽ vbi significauit, & aliud item argumẽtum adfert, quò dignoscas spiritus ipsius adoptionem nos habere. Quòd nam id, obsecro? *Per quem clamamus, abba pater.* Hoc autem quale, quantúmque sit, sciunt mystæ ipsi, qui ritè iubentur hoc primùm in pre- ce mystica verbũ effari. Quid igitur, inquies, deum illi etiam nõ vocabant patrẽ? Non audis Mosem, dicentẽ, Deum qui te genuit, reliquisti? non audis Malachiã exprobrãtem ac dicẽtem: Deus vnus est & pater omniũ nostrum? sed vt hæc, & his item plura dicta sint, nusquam inuenire est illos hoc verbo vocare deum, aut sic preces fundere. at nos omnes & sacerdotes, & priuati, principes, & subditi, ita precari iussi sumus, & hanc primam vocem edimus, post admirabiles illas parturigines, post nouam, ac mirificam enitendi legem. alioqui vt demus illos aliquando deum ita vocauisse, tamen id illi à propria cogitatione, quũ qui in gratia viuunt, à spirituali efficientia idem agant. Quemadmodum enim sapientię spiritus est, per quem qui insipientes erant, ij sapientes efficiebantur, & hic à doctrina manifestus fit, & spiritus item est potentiæ, per quem infirmi mortuos suscitarunt, & dæmones exegerunt, & spiritus est doni medicinarum. & spiritus prophetiæ, & spiritus linguarum, ita sanè & spiritus est adopotionis. Ac sicuti cognoscimus prophetiæ spiritum ab iis rebus, vnde qui ipsum habet, futura prædicit, non propria mente loquens, sed à gratia motus: sic sanè & spiritum adoptionis cognoscimus, ab iis, vnde qui spiritum eundem accepit, patris nomine deum appellat, ab ipso videlicet spiritu motus. Hic autem ostendere volens germanam legitimámque cognationem, & Hebræorum quoque vsus est lingua. neque enim solum dixit, pater: sed, abba pater. quæ potissimum vox est germanorum ac legitimorum ad patrem liberorum. Itaque quum differẽtiam eam posuisset, quæ est tum à vita, & moribus, tum à gratia data, tum à libertate, & fiducia: adducit & aliud argumentum excellentiæ eius, quæ per huiusmodi adoptionem exístit. quòd nam id quæso? *Idem spiritus testatur vnà cum spiritu nostro,* inquit, *quòd simus filij dei.* Neque enim ab ipsa tantùm voce id affirmo, ait, sed & à causa, à qua vox ipsa nata est. spiritu enim dictante atque in verba præeunte hæc dicimus. Quod quidem alibi apertius declarans dixit: Misit deus spiritum suum in corda nostra, clamantem, abba pater. Quid porrò sibi vult, Spiritus vnà cum spiritu testatur? paracletus, inquit, cum dono nobis dato. non enim doni solùm vox hæc est, sed & paracleti, qui donum largitus est. nam hic ipse nos per donum docuit sic loqui. quum autem spiritus testatur, quæ tandem restat ambiguitas? Nam si vel homo, vel angelus, vel archãgelus, vel alia huiusmodi potestas hoc polliceretur, par conueniénsque esset nonnullos hęsitare. quum autem summa essentia, & ea quidem, quæ hoc largita sit donum, † vel ab iis, vnde] preces fundere iussit, nobis testimonium afferat: quis tandem de dignitate ambiget? neque enim rege suffragio suo aliquem eligente, aut honorem alicui apud omnes præconio suo decernente, sustinebit subditorum quisquam contradicere. *Quòd si filij, igitur & hæredes.* Vides vt pedetentim donum augeat? quandoquidem enim licet & filiis esse, ac non hæredibus fieri. neq; enim qui filij, ij omnes hæredes sunt: attexit & hoc, quòd videlicet & hæredes. Iudæi autem cum eo quòd adoptionem talem non habuerint, ab ipsa etiam hæreditate eiecti, abdicatiq; sunt. malos enim male perdet, & vitem tradet agricolis aliis. & ante hoc dixerat, Multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abrahã: filij autem regni, foras eiicientur. neq; tamen intra hos fines se ipse cõtinuit: sed & quod hoc maius est, ponit. quòd nam id? q; videlicet dei hæredes. idcireo & addidit: *Hæredes dei.* Et quod etiã amplius,

Suprà. 7. c
Exod. 17. b
Ibid. 16. c
1. Cor. 10. a
Ibidem.
Matt. 5. c. d
Deute. 32. c
Malac. 2. b
Galat. 4. b
† *etiam per eos quos.*
Matth. 21. d
Ibid. 8. b

plius, quòd nō simpliciter hæredes, *Sed cohæredes Christi.* Vides vt contendat nos prope dominum sistere? quoniam enim non omnes filij, hæredes, ostendit nos tum filios, tum hæredes. quoniam porrò non omnes hæredes, magnificarum rerum hæredes sunt, ostendit nos id esse assecutos, quum dei hæredes simus. Rursus quandoquidem hæredes quidem dei esse contigit, non omnino autē vnigenito cohæredes, ostendit nos & hoc assecutos. ac cōsidera sapientiam. nam quæ mo- *Hic supra.c* lesta quidem sunt corripiens, in pauculaq; contrahens, quum dixit, quidnam iis accidet, qui secūdum carnem viuunt, nempe quòd morientur: vbi ea attigit, quæ leniora, dulciorāque sunt, orationem educit in latiorem campum, illam extendens declaranda mercedis retributione, ostenditque & diuersa, & magna esse dona. nam si filium esse immēsa sit gratia, cogitato quàm magnum sit, & hæredem esse. quòd si hoc magnum, multò magis & illud, cohæredem. deinde ostendens quòd non gratiæ solùm donum est, simul dictis suis fidem arrogans, addidit: *Siquidem simul cum eo patimur, vt & vnà cum illo glorificemur.* Nam si rebus in molestis, ait, communionem cum eo habuimus, multò magis in iocundis id erit. qui enim tot tantísque bonis eos donauit, qui nihil boni operis fecerant, is vbi viderit nos laborem impendisse, ac tam multa esse perpessos: quo pacto non remunerabitur magis? Quū enim ostendisset rem ipsam esse retributionem, vt fides dicto arrogetur, ac nullus hæsitet: ostendit rursus illam & gratiæ vim habere. partim quidem vt & apud eos, qui dubitant, dicta fidem faciant, & eos qui gratiam eam accipiunt nō pudeat, tanquam qui dono salui sint effecti. partim autem vt intelligas deum retributionibus labores nostros vincere. & hoc quidem tum declarauit quum dixit, *Siquidem simul cum eo patimur, vt & vna glorificemur*: tum autem quum adiunxit & addidit, *Quòd non sunt pares afflictiones præsentis temporis, ad gloriam quæ reuelabitur erga nos.* In præcedentibus quidem morum correctionē exigit ab eo, qui spiritualis sit: quū dicit, Non debetis secundum carnem viuere, nempe vt qui talis fuerit, concupiscentiam, iram, auariciam, vanam gloriam, inuidiam vincat. Hic autem posteaquam illum vniuersi muneris commonefecit, tum dati, tum futuri, & extulit, & exaltauit spe, & † propter Christum stitit, *† id est, Christo propinquum.* tum verò vnigeniti cohæredem pronunciauit, bono illum animo esse iubens: educit deinceps & ad pericula. neque enim perinde fuerit, affectus, qui intra nos sunt, vincere, atque tentationes illas tolerare, flagella, famem, exilia, vincula, catenas, pellacias, & inductiones. Hæc enim admodum indigent animo generosiore ac iuueniliore. ac vide vt simul deprimat, atque attollat concertantium sensum. quum enim ostendit, maiora esse præmia laboribus, tum magis inuitat, nec sinit cristas illos tollere, vtpote qui vincantur coronarum retributione. & alibi quidem ait: *2.Cor.4.d* Nam momentanea leuitas afflictionis nostræ, mirè supra modum æternum pondus gloriæ parit nobis. ad eos enim tum illi sermo erat, qui in philosophia præcellebant. hoc autem loco leuia quidem illa non patitur esse: mitigat autem ipsa futurorum retributione, dicens: Reputo autem non esse pares afflictiones præsentis temporis: nec dixit, ad futuram requietem, sed quod maius erat, ad futuram gloriam. etenim vbi requies, ibi non omnino gloria: vbi autem gloria, ibi omnino requies. deinde posteaquam futuram illam dixit, ostendit ipsam iam esse. neque enim dixit, ad gloriam, quæ futura est: sed, quæ reuelabitur, tanquam quæ nunc quidem sit, occultetur tamen adhuc. quod & alibi manifestius ait, Vita nostra occultata est cū Christo in deo. Bonū *Coloss.3.d* ergo animū de ipsa suscipito. præparata enim iam est, labores tuos manens. Quòd si dolet tibi rem in futuro esse positam, illud ipsum saltem te delectet. nam quòd magna quædam, atque ineffabilis sit ea gloria, & præsentium rerum conditionem superet: illic recōdita, repositáque est. neque enim simpliciter posuit verba hæc, afflictiones præsentis temporis, sed vt ostenderet non qualitate tantùm, sed & quantitate illam superiorem esse. Siquidē afflictiones eæ, quales quales sunt, vitę præsenti cohærentes sunt. Futura autem bona ad immortalia vsque prorogantur secula. quæ quandoquidem figil latim dicere non habuit, neque oratione repræsentare, ab eo, quod apud nos maximè amabile esse videtur, nempe à gloria, ipsa nominauit, bonorum autem fastigium & caput hoc esse videtur. attollēs porrò & aliunde auditorem, & ab ipsa creatura oratione auget, duo adstruens per ea, quæ dicturus est, & præsentium contemptum, & futurorū desiderium, atque vnà cum his tertium, seu potius primum: dum videlicet ostendit, quanto deus studio humanū genus amplectatur, quantóque in honore ac precio naturam nostram habeat, adde quòd & philosophorū dogmata omnia de mundo hoc meditata, tāquam aranex telam, & puerorum delectamenta hoc vno dogmate disturbat, ac deiicit. sed vt nobis apertiora hæc fiant, ipsam Apostolicam dictionem exaudiamus. *Etenim solicita creaturæ expectatio*, ait, *expectat, vt palàm fiant filij dei. quippe vanitati creaturæ subiacet, non volens, sed propter illum, qui subiecit eam sub spe.* Quod enim ait, hunc habet sensum: Hæc creatura vehementer dolet, hæc, quæ modò diximus, bona expectans. nam ἀποκαραδοκία vehemens expectatio est. vt autem oratio significantior fieret, & mundum hunc vniuersum loquentem inducit, id quod & prophetæ factitant, inducentes tum fluuios manibus plaudentes, tum colles saltantes, tum montes subsultantes, non vt hæc animata esse putemus, neque vt illis cogitationem aliquam attribuamus, sed vt bonorum amplitudinem intelligamus, vt quæ vel ea etiam, quæ sensu carent, pertingat. Hoc ipsum autem & in rebus molestis persæpe faciunt, inducentes & vitem lamentantem, & vinum, & montes, & templi laquearia eiulātia, vt & hinc rursus malorum grauitatem reputemus. Hos itaq; Apostolus imitatus hoc loco veluti personam, creaturam inducit, eámque ait suspirare, ac dolere. non quòd suspirium aliquod à terra, & cœlo editum audierit ipse, sed vt futurorum bonorum declaret immensitatem, & desiderium quod habet, vt malis præsentibus liberetur.

Quippe vanitati creatura subiacet, non volens, sed propter illum, qui subiecit illam. Quid hoc sibi vult, Vanitati creatura subiacet: corruptibilis effecta est. quo nomine, & quamobrem: propter te hominem. quādoquidem enim corpus accepisti mortale, & patibile, idcirco & terra execratione accepit, & spinas tulit, ac tribulos. Quòd por- *Gene.3.d* rò cœlū vnà cum terra veterascens, in melius desinens mutabitur, audi prophetam dicentem: Initio tu domi- *Psal.101.d* ne terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli: ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes tanquam vestimentum veterascent, & quasi amictum conuolues ipsos, & immutabūtur. Et Esaias item hæc plana faciēs, dixit: inspicite in cœlum sursum, atque in terram deor- *Esaie.24.a* sum, quòd cœlum tanquam fumus firmatum est, terra autem tanquam vestimentum veterascet, illiúsque incolæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

colæ tanquam hęc peribunt. Vides vt vanitati seruiuit creatura? & quo pacto liberatur à corruptiõe? ille enim ait, quasi amictum conuolues ipsos, & immutabuntur. Esaias autem, illius incolæ tanquam hæc peribunt, non omnimodũ dicẽs interitum. neq; enĩ illius incolæ, hoc est, homines ipsi talem interitum patientur, sed temporalem, ac per illum ad immortalitatem transmutabuntur, quemadmodum & creatura. quæ omnia his verbis, tanquam hæc, significauit: sicuti & Paulus in progressu ait. Nunc verò de ipsius seruitute disputat, ostẽditq; qua causa talis effecta ést. causam autem ipsos nos ponit. quid igitur, iniuriá ne illi illata est, quum ob alterum hæc passa sit? nequaquam. etenim propter me facta est. quæ igitur propter me facta est, ea quo pacto iniuria afficiatur, si hæc illam pati contingat in mei correctionem? † alioqui autem quoties iusti & iniusti ratio habetur, non debet me mouere, si quis mihi obstrepat de inanimatis ac sensu carentibus. ¶ Sed Paulus quandoquidem ipsam per prosopopœiam induxit, nulla rationum harum, quas dixi, vsus est, sed alia quadam auditorem supra modum consolari studens. quali quæso? quid ais, inquit, malè affecta propter te, & corruptibilis facta est? verùm nullam illa ne sic quidem iniuriam accepit. Etenim propter eundem te rursus immortalis futura est. Hoc enim sonat verbum id, sub spe. quum autem dicit, non volens subiacet: id non dicit, vt illam ostendat sententiæ dominam esse, sed vt intelligas negocium totum, Christi curam fuisse, non creaturę eiusdem beneficium. Hoc verò dicito, & quá nam spe?

† *alioqui autem iusti & iniusti ratio nẽ super inanimatis ac sensu carẽtibus ne mouere quidẽ conuenit.*

Quoniam & ipsa creatura liberabitur. Quid id verbi est, & ipsa? non tu solùm, sed & quod te inferius est, quódque particeps non est nec cogitationis, nec sensus, vel hoc ipsum bonorum tecum communionẽ habiturum est. *Liberabitur enim*, ait, *à seruitute corruptionis.* Hoc est, non amplius erit corruptibilis, sed corporis tui venustatem sequetur. nam quemadmodũ corruptibili te effecto, & ea quoq; corruptibilis est effecta: sic incorruptibili effecto te, & ipsa quoq; subsequetur, comesque tibi erit. quod declarans, addidit: *In libertatẽ filiorum dei.* Hoc est, propter libertatem. Nam quemadmodum nutrix ea, quæ infantem alit regium, illo ad paternũ principatum euecto, & ipsa quoque bonorum fructum percipit: ita & creatura, inquit. Vides hominem nusquam non præcedere, ac propter illum omnia fieri? Vides vt leniat ac mitiget concertantem, tum autem dei immẽsam ostẽdat benignitatem: quid enim doles, inquit, obtẽtationes: tute propter temet pateris: creatura propter te. non solùm autem lenit, sed & dictis fidem adstruit. Si enim creatura sperat, propter te modis omnibus facta: multò magis tu, quem propter creatura bonis illis omnib⁹ fruitura est. Nam veluti homines ipsi, dũ filius dignitate aliqua adepta proditurus est, & seruos quoque splendidiore veste ad filij gloriam exornant: ita & deus creaturam incorruptione vestit, in libertatem gloriæ filiorum. *Scimus enim quòd omnis creatura congemiscit, simúlque nobiscum parturit vsque ad hoc tempus.* Vides vt auditorem pudefaciat? tantúmnon hoc proferens, ne creatura efficiare deterior, neu tu præsentibus rebus acquiescas. non enim illas solum non amplecti oportet, sed ingemiscere, ob retardationẽ nostræ ab hoc orbe profectionis. si enim creatura hoc facit: multò magis conuenit te, qui ratione præditus ornatúsque es, hoc ostendere. sed nondum hoc magnopere facit, ad pudorem inurendum, idcirco addidit: *Non solum autem illa, sed & ipsi, qui primitias spiritus habemus, & nos ipsi in nobis ipsis gemimus.* Hoc est, futura qui iam gustauimus. Vt enim saxeus admodum quis sit, quæ data iam sunt, ea vel idonea fuerint, quæ illum excitent, & à præsentibus abducant, tum autem ad futura, duplici quidem de causa, veluti alis subnixum traducant: partim q⁹ magna ea sint, quæ data sunt, partim quòd vel tot, tantáque ea, primitię sint. Si enim primitię tales ac tantæ, vt per eas & peccatis fuerimus liberati, tum iusticiam, ac sanctificationem assecuti: qui autem id temporis fuere, ij & dæmones exegerint, & mortuos per vmbram, per vestimenta suscitarint, cogitato, ipsa tota res quãta esse possit? Et si creatura mentis, rationis ac sermonis expers, rerum harum ignara gemit: multò magis nos. deinde vt ne hæreticis ansam det, visus quæ præsentis vitę sunt, suggillare: gemimus, inquit, nõ præsentia incessentes, sed maiora expetentes. Hoc enim declarauit, quũ ait: *Adoptionem expectantes.* Quid ais, obsecro? sursum ac deorsum assiduè versauisti, atque acclamasti, quum diceres, Filios nos iam esse effectos, nunc verò bonum hoc in spe reponis, qui scribas adoptionem ipsam expectari oportere? Hoc igitur inductione corrigens, ait: *Redemptionem corporis nostri.* Hoc est, numeris omnibus absolutam gloriam. nunc enim rerum nostrarũ status in obscuro est collocatus, quoad extremum emiserimus spiritum. nam multi ex filiis, canes effecti sunt, & captiui. quòd si bona cum spe decesserimus, tum donum ipsum immotum, & apertius, & maius, nõ amplius exhorrescens mutationem eam, quam mors, peccatúmque afferunt. tum demum ergo firma erit gratia, quum corpus nostrum morte, & affectionibus mille, quas patimur, liberatum fuerit. Hoc enim est redemptio, nõ simpliciter solutio, sed vt ne amplius rursus ad priorem reuertamur captiuitatem. Nam vt ne hæsites, animíque pendeas, dum assiduè gloriæ nomen audis, interim de ea nihil, quod apertum quidem sit, intelligens, † à particula subaperit, quæ futura sunt, corpus tibi immutans, & cum illo creaturam vniuersam commutans. quod & alibi apertius declarauit per hæc verba: Qui trãsfigurabit corpus humilitatis nostræ, vt conformetur corpori gloriæ ipsius. & alibi rursus ita scribit: Quum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tũc fiet sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in victoriam. Porrò autem quum ostenderet fore, vt vnà cum corporis interitu, & rerum item humanarum status euanescat, intereáque, scripsit rursus alio quodam loco: Præterit figura huius mundi. *Spe enim*, ait, *seruati sumus.* Nam quando quidem in futurorum pollicitatione commoratus est, videbatur autem id imbecillorem auditorem molestè habere, si in spe bonorum adoptio consisteret, prius adstruens illa apertiora iis esse, quæ & prętentia sunt, & oculis conspiciuntur: tum autem multa disputans de donis iam datis, atque ostendens nos bonorum eorũdem primitias accepisse, vt ne omnia hic quæramus, nobilitatémque nostram prodamus, eam videlicet, quam à fide habemus, ait: Spe enim seruati sumus. quod autẽ ait, hunc habet sensum: Hic nõ omnia quærere, sed & sperare oportet. Hoc autem solum donum deo contulimus, nempe datam illi futura promittenti fidem, hacq; vna seruati sumus via. si igitur illam amiserimus, collationis nostræ summam totam amiserimus. Interrogo enim te, ait, non sexcentis malis obnoxius eras? nõ deploratus, non sententię subiacens? non omnes salutem tibi restituere minimè valentes? quid igitur te saluum fecit? quòd in deo spem tuam solùm collocaueris, illiq; credideris, super iis quæ promisit, ac dedit. nec aliud amplius

† *id est, aliquæ ex parte.*

Philip.3.d

1.Cor.15.g

Osee.13.d

1.Cor.7.f

amplius conferre habuisti. Hæc igitur fides si te saluum fecit,hanc magnopere etiam nunc retineto. quæ enim iam tibi tot,tãtáque bona est largita, liquet planè eam ne de futuris quidem ementitam esse. Vbi enim mortuum, perditum, captiuum, inimicum nacta, amicum effecit,& filium,& liberum,& iustum,& cohæredẽ: denique vbi tot,ac tanta largita est, quot quantaq; ne expectauit quidem vnquam quisquam: qui fieri queat,vt post tantam liberalitatem atque necessitudinem te in subsequentibus nõ excipiat? ne igitur dicas, rursus spes; rursus expectationes,rursus fides:ita enim ab initio saluus es effectus,& hanc dotem spõso solam attulisti. retineto igitur ipsam,& asseruato. Si enim hic omnia exigis, officium meritúmque omne tuum perdidisti, per quod splendidus effectus es: propterea inducit dicens:

Spes autem si videatur nõ est spes. quod enim quis cernit,cur idem speret? si verò quod non videmus,speramus, id per patientiam expectamus. Hoc est,si omnia hic quæsiturus es, quid spe opus? quid igitur est spes? de futuris fiducia? quid enim magnũ à te deus postulat,qui ex se ipse perfecta tibi largitus est dona? Vnum à te postulat solum, † fidem. vt habeas & tu aliquid, quod ad tuam cõferas salutem. id quod significare volens,addidit: *Si verò quod non videmus speramus,id per patientiam expectamus.* Nam deus sic sperãtem coronat, vt qui se ipse laboribus infinitis afficit, affligit,excruciat. Patientię enim nomẽ sudorum est,& tolerantiæ multæ: sed tamen largitus est & hoc sperãti,vt animum laboribus exercitum consoletur: deinde declarat nos ad leue, modicumq; hoc,magnum etiam assequi auxilium,dicens: *Consimiliter autem & spiritus auxiliatur infirmitatibus nostris.* Patientiæ enim pars altera tua quidem fit, altera autem ad spiritus ipsius suppeditationem spectat,*vt qui te ad spem cõponat, exerceátque,& per eandem item spem labores tuos leuet.* posteà vt intelligas, quòd non in tuis solum laboribus, ac periculis hæc gratia præsto adest: sed in iis quoque,quę facillima esse videntur, opitulatur, suum vbique conferens auxilium,addidit: *Siquidem hoc ipsum quod oraturi sumus,vt oportet, non nouimus.* Hæc autem dixit, tum ostendens, magnopere nos spiritui curæ esse, tum illos docens,non omnino existimare debere,ea vtilia esse, quæ humanis cogitationibus vtilia videntur. nam quãdoquidem verisimile erat, illos inter flagella, inter exilia, inter sexcenta,quæ paterentur mala, requiem quærere, existimaréque sibi eam esse vtilem: tum autẽ hanc à deo gratiam postulare,ait: Ne quæ vobis vtilia videntur,ea omnino esse existimetis. etenim ad id dei auxilio egemus, vsqueadeò imbecillus est homo, ac per se nihil. itaque dixit: Siquidem hoc ipsum, quid oraturi simus, vt oportet,non nouimus. Vt ne enim amplius discipulum ignorantiæ pudeat suæ, palam facit & magistros in eadem ignorantia versari. neque enim dixit,nõ nouistis: sed,non nouimus. ac quòd ea non dixerit modestiam prę se ferens,per alia indicauit. nam indesinenter in precibus suis Romam videre orabat, nec quum precaretur id assecutus est. præterea & pro stimulo, sibi in carne dato: hoc est,pro periculis,sępenumero preces fudit,ac omnino voti incompos euasit. quin & Moses in veteri lege,obsecrans,Palæstinam vt videret. & Hieremias pro Iudæis supplicans,& Abraham pro Sodomitis. *Verùm ipse spiritus intercedit pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Obscurum est hoc dictũ,propterea quòd multa ex iis miracula,quæ tum fierent, fieri nunc desierint: ea propter necesse nobis est rerum illarum statum vos docere, atque ita demum apertior erit sermo. quis igitur tum rerũ status erat? diuersa iis omnibus dona deus largiebatur,qui baptismum susciperent,quæ quidem & spiritus vocabantur. Prophetarũ enim spiritus,ait,prophetis subiecti sunt. & hic quidem obtinebat prophetię donum,ac futura prædicebat. ille autẽ sapientię ac plebem docebat. ille autem sanitatum, & ægrotãtes curabat. ille autem potestatum,ac mortuos excitabat. ille autem linguarum,vt variis loquebatur vocibus. porrò autem vna cum his omnibus,erat & precũ donum,quod & ipsum,spiritus dicebatur: quo qui præditus erat, pro plebe vniuersa preces fundebat. quandoquidem enim permulta quum ignoremus, eorum quæ nobis conducunt,quæ minimè conducunt postulamus: accesit donum precum ad vnum aliquem eorum, qui tum viuerent, qui quod cõmuniter vniuersitati ecclesiæ conducebat,id tum ipse pro omnibus postulans staret,tum autem alios edoceret. Spiritum igitur hic vocat tum donum tale,tum animam eam,quæ donum id susciperet, quæq; apud deum intercederet,ac gemeret. Qui enim huiusmodi gratia dignus est habitus,is magna cum animi compũctione stans, multis item cum gemitibus, iis dico, qui ipsa quidem mente, deo se prosternunt, quæ omnibus vsui sunt,postulat. cuius & nunc signũ diaconus est,pro populo preces deo offerens. Hoc igitur Paulus sentiens,dixit, ipse spiritus intercedit pro nobis gemitibus inenarrabilibus. *At ille qui scrutatur corda.* Vides non de paracleto verba fieri,sed de corde spirituali? quoniam nisi hoc esset, dicere oportebat: At ille qui scrutatur spiritum. Verùm vt intelligas hic agi de homine spirituali, & eo qui precum donum habet, addidit: *At qui scrutatur corda, nouit, quis sit sensus spiritus:* Hoc est,hominis spiritualis. *Quoniam secundum deum intercedit pro sanctis.* Neque enim ait, ignorantem deum docet: verum hoc fit, vt nos discamus ea precari, quæ oportet, atque à deo postulare, quæ placita illi fuerint. hoc enim sonat verbum id,secundum deum. Itaque & hoc fiebat consolationis eorum, & doctrinæ optimæ causa,qui accederent. Etenim paracletus is erat,qui dona largiebatur,quiq; infinita iam bona dederat. Hæc enim omnia ait,operatur vnus & idem spiritus. fitq; hoc ipsum nostræ institutionis gratia, atque vt spiritus charitas declaretur,quòd videlicet eousq; se submittat, no biscum se accommodans: vnde & fiebat, vt qui preces fundebat, exaudiretur,hoc ipso quòd secundum deum preces ipsæ fierent.

Morale.

Vides quantopere illos doceat amorem pro ipsis susceptum,tum honorem erga ipsos exhibitum? Quid enim tandem est,quod pro nobis deus nõ effecerit? corruptibilem mundum propter nos,& eundem incorruptibilem fecit propter nos. Vexari propter nos & affligi prophetas permisit, misit in captiuitatem propter nos, in fornacem incidere propter nos siuit: infinitaq; tolerare mala,& prophetas propter nos ipsos fecit,& Apostolos propter nos. vnigenitum propter nos dedit. diabolum propter nos punit. nos in dextra sedere voluit. probris affectus est propter nos. probra enim, inquit, eorũ,qui te probris afficiunt,super me deciderunt. Sed tamen post tot, tantáque nos vel à se deficientes non dimittit: sed & hortatur rursus,& alios cõponit,vt pro nobis obsecrent,vt nobis gratificetur,quod in Mose effectũ est. Etenim illi dicit: Mitte me, & illos delebo: vt illum adducat ad susciendam pro illis supplicationẽ. & nunc idem facit at. Propterea & precum donum dedit,id quod fecit, non ipse obsecrationis indigens, sed vt ne ipsi dum simpliciter salui simus, deteriores reddamur.

† spem.

Suprà.1.b

2.Cor.12.b

Hier.9.a

Gen.18.c.d

1.Cor.14.f

1.Cor.12.b

1.Cor.12.a

Psal.68.b

Exod.32.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

damur. Quo sanè nomine sępenumero vel propter Da uid, vel propter alium quempiam, illis se conciliari ait, hoc ipsum moliens rursus, vt figuram cõciliationi addat: quãquam benignior multò visus ipse fuerit, si non per illum, vel per illum, sed per seipsum diceret, illis se iram remittere. Verùm nõ ita in animum ille suum induxit, vt ne conciliationis videlicet argumentum, iis qui salui fiunt, ignauiæ causa existat. Propterea & ad
Hier.11.c Hieremiam dixit: Ne roges pro populo hoc: nam te ipse non exaudiam. non quòd illum à precibus cessare (salutem enim nostram magnopere desiderat) sed quia illos terrere vellet. quod quidem propheta quum intelligeret, à precibus non abstinuit. Atque vt intelligas illum verba ea protulisse, non vt à se illum auerteret, sed vt pudefaceret, audi quid dicat, An non vides quid illi
Hier.2.e faciunt? & ad ciuitatem quum ait, Si te nitro laueris, & agglomerata herba lanaria te absterseris, nihilominus iniquitate coram me maculata es: nõ id dicit vt illam in desperationem agat, sed vt ad pœnitentiam excitet.
Ionæ.3.b Quemadmodum enim in Niniuitis, sententia indefinitè pronunciata, ac nulla bona spe ostensa, magis terruit, & ad pœnitẽtiam egit: ita & hic facit, tum illos excitans, tum prophetę maiorem venerationem addens, vt sic illum saltem audiant. deinde posteaquam morbo incurabili laborarẽt, in eo perseuerãtes, ac ne aliis quidem abductis, ad sanitatem redirent, primùm quidem admonet ibi manere, vt verò nõ sustinuere, sed in Aegyptum transfugere: hoc quidem concesserit: postulat autem ab ipsis, vt ne vnà cum Aegypto & ad impietatem quoque transeant. quod vbi non sunt persuasi, prophetam vnà cum illis mittit, vt ne omnino deœtero impingant. quandoquidem enim illi ita vocãtem nõ sequerentur, ipse illos sequitur, corrigens, ac prohibẽs vlterius in vicium ferri: patris ritu indulgẽter filium omnibus in rebus infortunatum tractantis, nusquam non illum vnà secum ducentis, aliàs autem sequentis. Quo sanè nomine nõ in Aegyptum solum Hieremiam, sed & Babylonem Ezechiel misit: hi autem non contradixerunt. nam posteaquam dominum suum viderent illos magnopere amare, & ipsi quoq; amorem eundem susceperunt, in eóque perseuerarunt. Haud aliter quàm si filiumfamilias inutilẽ probus seruus misereatur, dum patrem illius causa sese attristantem atque affligentem
Hebr.11.g videt. Quid enim est quod prophetæ iidem propter illos non toleruere? sẽcti, exacti, probris affecti, lapidati sunt, infinita perpessi mala, ac post hæc tamen omnia
1.Reg.15.g ad illos currebant rursus. Nam Samuël non intermisit à lugendo Saũle, à quo quãquam tam malè haberetur, vt mala etiam toleraret incuranda: tamen nullius malorum eiusmodi memor fuit. Iudæorum autem populo & lamẽtationes scriptas Hieremias composuit. cui quũ magister militię Persarũ permitteret, omni cũ securitate ac libertate vbi vbi vellet habitare populi molestiã, tum autem aliena in regione afflictionem domestica
Exod.2.b.c mansione antiquiorem habuit. Eadem ratione & Moses regiam & quam in ea moram facere poterat contẽ-
Daniel.9.a nens, ad illorũ calamitates aduolauit. Et Daniel item dies viginti sex nullo cibo sumpto mãsit grauissimo ieiunio macerans, vt deũ illis cõciliaret præterea & pue-
Daniel.3.c ri tres in fornace, tantoq; igni dum essent, supplicationem tamen pro illis deo obtulerunt. non enim pro se illi dolebant, qui salui essent ipsi, sed quòd tum maximè arbitrarentur fiduciam se apud deum habere: propter-
Ibidem.d ea pro illis supplicabant. hac de causa & dicebant. In
Iosue.7.b anima cõtrita & spiritu humilitatis suscipiamur. propter hoc & Iosuë vestimenta sua scidit, propter hos & Ezechiel lamentabatur querebatúrque trucidatos intuitus. Et Hieremias dicebat: Sinite me, amarè flebo. *Ezech.22.c* & *Esaiæ.22.a* antea quoniam apertè pro malorũ condonatione obsecrare non audebat, terminum quęrebat dicens: Quousque domine. est enim sanctorum genus omne beneuolum, propensoq; erga alios affectu. propterea & Paulus dicebat: Induamini igitur tanquam electi dei, san- *Coloss.3.b* cti, misericordiæ viscera, probitatem, animi humilitatem. Vides exactam verbi vsurpationem, vtq; perpetuò misericordiam à nobis deposcat. neque enim simpliciter dixit, misereamini: sed, induamini: videlicet vt quẽadmodum vestis vnà nobiscum semper esse solet, ita sit & misericordia. neque verò simpliciter misericordiam dixit: sed, misericordiæ viscera: nimirum vt naturalem imitemur pietatem, atque necessitudinem. At nos secus factitamus, ac si ad nos quis accesserit obolũ vnum flagitans, iniurij sumus, conuiciamur, aggressorem vocamus. Non horrescis ô bone, nõ rubore perfunderis, ob panis fustum aggressoris verbum vsurpare? quòd si ille vrgens aggressionem facit, hac certè de causa misericordia dignus est, vt qui sic fame prematur, vt talem coactus personam induerit, estque hoc crudelitatis nostræ crimen. Nam quandoquidem faciles nos illis exhibere non sustinemus, artificia mille commentari coguntur, vt importunitatem inhumanitatémque nostrã decipiant, tum autem duriciem emolliant: alioqui sanè si argentum, aurúmve postularet ille, non ab re suspectus tibi fuerit: sin autem necessarij victus causa accedit, quid intempestiuè disputas, quid, quæ ad rem nihil faciũt, exactius perscrutaris, inertiam, ocium, pigriciam illi obiiciens? Nam si hæc dicenda, nõ aliis sanè, nisi nobis ipsis dicẽda fuerint. Ad deum igitur quum accedis, peccatorum veniam flagitatum, hæcce tibi verba in mentem veniant, actum intelliges decentius, conuenientiusque esse, vt eadem hæc tute ex deo, quàm ex te pauper audiat. Nihilominus tamen nunquam hæc tibi verba deus dixit, abscede. etenim molestus, insidiatórque es, in ecclesiam quidem assiduè ingrediens, legúmque mearum dictionem auscultans: in foro autem, & aurum, & libidinem, & hominum amicitiam, denique cætera omnia mandatis meis anteponens. Et quidem nunc humili, demissoq; animo iaces, prece autem peracta, confidẽs, audax, crudelis & inhumanus. facesse igitur hinc, neque posthac accedito. hæc enim & his item plura audire meremur: nunquam illę tamen quicquam tale exprobrauit. Sed lenis est, & patiẽs, tum autem suas omneis partes implens: plura etiam, quàm postulemus; largitur. Itaque hæc expendentes, mendicos paupertate liberemus. qui si etiam negocium nobis facessent, nè quid plus iusto indagemus: eiuscemodi enim & nos quoque salutis indigemus, videlicet quæ venia, humanitate, misericordia magna coniuncta sit. Fieri enim non potest, fieri inquam non potest, salui ij vt euadãt, quorum vita summo, acriq; examine fuerit excussa: sed supplicio omnino afficiantur, ac pereant ij necesse est. Absit igitur vt cum aliis summo iure agamus, ac seuerissimo iudicio vtamur, vt ne & nos quoque exactè rationem reposcamur. peccata enim habemus quauis venia maiora. quapropter illos potius misereamur, etiãsi ea peccata perpetrent, quæ veniam non mereantur, vt & ipsi quoq; talem misericordiam, veluti per nos prius reconditã, recipiamus, quanquam quantuncũque liberales, munifici, ac misericordes fuerimus: certè talem conferre benignitatem nunquam poterimus, quali ipsi nos à be-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos à benigno deo indigemus. quí igitur absúrdum nõ est, tanta in indigentia cum simus, tanto cum examine in ratione à conseruis exigenda versari, & aduersantia nobis omnia facere? neque enim sic illum beneficentia tua indignum pronuncias, vt te ipsum dei clementia. nam qui conserui in rebus tam exacte, tamque exquisite disceptat: multo magis deum habiturus est hoc contra se factitantem. Ne igitur ipsi aduersum nos loquamur: verum vt per ocium, ac pigriciam inopes ad nos adierint, illis largiamur. etenim & nos multa quidem, atque adeo omnia per socordiam delinquimus: nec tamen euestigio pœnas exigit deus, sed nobis pœnitentiæ tempus indulget, nutriens per singulos dies, erudiens, edocens, cætera omnia suppeditans, & quidẽ vt & nos ipsius misericordiam hanc æmulemur. Deponamus igitur crudelitatem hanc, expellamus feritatem, tanquam nos ipsos potius, quàm alios beneficio afficientes. His enim argentum quidem, panem ac vestẽ largimur: nobis autem maximam reponimus, ac recondimus gloriam, atque adeo talem, vt eam nobis oratione repræsentare minime liceat. Nam corporibus non amplius corruptibilibus resumptis simul regnabimus, simúlque glorificabimur cum Christo. hoc quale quantumq; sit, hinc sciemus, imò vero nulla id quidem ratione aperte vnquam sciuerimus: vt autem tantæ eius rei paruam saltem cogitationem capiamus, vteũque potero, quod dixi, repræsentare conabor. Quæro enim ex te, si quis tibi forte seni iam effecto, & in paupertate victitãti polliceretur fore, vt te repente adulescentem efficeret, atq; ad ipsum ætatis florem perductum, prænalidum, suprãque omnes formosum redderet, tum autẽ totius orbis regnum ad annos mille largiretur, regnum inquam altissima pace abundans: *quid tandem pro hac pollicitatione tibi non sumeres tum faciendum, tum patiendũ?* *En igitur Christus non hæcce, sed his multo sanè maiora pollicetur.* neque enim quale est senectutem inter, & iuuentutem discrimẽ, tale est mortalitatem inter, & immortalitatem: neque perinde inter se discrepãt futura illa gloria, & præsens, vt regnum & paupertas. sed similiter se res habet, vt si insomnia cum veritate cõponas: imò vero nihil quicquã adhuc expressimus. nulla enim oratio satis esse queat ad repræsentandam differentiæ magnitudinem futurarum rerũ ad præsentes. quod autem ad ipsum tempus pertinet, ne cogitatione quidem prorsus complecti differentiam queas. Quo enim quis modo cum vitæ huius rebus, ac cito interituris, vitã sine fine duraturam comparet? Nam pacis illius, & præsentis discrimen tale quidẽ est, quale pacis & belli. porrò mortalitas ad immortalitatem collata, qualis gleba lutea ad purum, ac lucidum vnionem composita. imò vero qualicunque comparatione vti valeas, rem ipsam nullo repręsentare modo possis. Nam vt vel Solaris radij lumini, vel splendidissimæ coruscationi illorũ corporum pulchritudinem comparem, nihil tamen quod ad splendoris illius dignitatem accedat, dicturus fuero. pro his itaque quot opes, quot corpora exponere, imò vero quot animas proiicere dignum non fuerit? Age vero si te quis in regiam deducat, perficiatq; vt in conspectu omnium tecum rex in colloquium veniat, tum autem eadem te mẽsa, eodem secum victu dignetur, te certe ipse omnium fœliciſsimum censeres: in cœlum autem conscensurus cum sis, inibiq; propter ipsum rerum vniuersarum regem adsessurus, tum autem splẽdorem angelico splendori oppositũ redditurus, & arcana illa gloria fruiturus: dubitas num tibi sit pecuniarum iactura faciendа: cum tamen si vel vita ipsa deponenda foret, exultare, gloriari, præ voluptate nimia erigi, ac veluti volucrem fieri conueniret. Tu porrò vt magistratum adipiscaris, furtorum tibi occasionem daturum (neque enim id genus commodum, lucrum ipse appellauerim) facultates extrudis, atque adeo ære alieno contracto, si necesse sit, & vxorem quoque vnà cum liberis pignori opponere non vereris: proposito autem cœlorum regno, principatu successorẽ nullum habente, vel deo ipso iubente, non vt partem anguli terræ, sed totum ipsum cœlum capias, cunctaris, ac tergiuersaris, & ad pecunias ore hianti stas, nihil cogitans, si cœli huius partes eæ, quas ad nos conuersas vides, tanta sint tum pulchritudine, tum delectatione: quales tãdem esse possint superiores illæ partes, quale item cœli cœlũ esse debeat? quandoquidem autem nobis id non licet corporeis oculis nunc contueri, cogitatione sursum ascendito, suprãq; hoc cœlum stans, oculos cõuertito ad cœlum illud hoc nostro superius, ad illam altitudinẽ nullo fine circunscriptam, ad horroris plenum lumen, ad illos angelorum populos, ad illas archangelorum nationes immensas, ad illas alias incorporeas virtutes: ac rursum à superioribus illis plagis cum descẽderis imaginem eam, quæ apud nos est, contingito: videlicet depingito regis eius ornatum, quem apud nos versari vides: nimirum homines aureis vestibus indutos, mulorũ alborum auro ornatorum, eoq; sese efferentium paria, currus lapillis intertextis fabrefactos, stratum candidũ, laminas circum currus ventilatione sese agitantes, dracones sericis in vestibus effigiatos, clypeos, aureos habentes umbilicos, lora ab his ad summum rotarum gyrum, multos per lapillos extensa, equos aureis stratis ac frænis conspicuos. cum autem rex sese aspectui nostro offert, tum demum nihil eorum, quæ dixi, contemplamur: nam ille nos ad se vnus conuertit, tum autem & purpurea indumẽta, & diadema, & cathedra, & fibula, & soleæ, & ingens oris splendor. His igitur omnibus exacte simul coactis, inde rursus cogitationem ad superiora traducito, atque ad illum diem terribilem in qua Christus aduenturus est. neque enim tum mulorum iuga videbis, neque aureos currus, neque dracones clypeósve, sed quæ horrore multo plena cum sint, tantam nobis mentis perculsionem, emotionemq; afferunt, vt vel ipsæ incorporeæ virtutes ad ea obstupescant. Cœlorum enim, inquit, virtutes quatientur. tum enim vniuersum cœlum aperitur, tum conuexorum illorum valuæ relaxantur: descendit autem vnigenitus dei filius, non viginti, non centum hastatis satellitibus stipatus, sed chiliadibus, myriadibus angelorum, archangelorũ Cherubin, Seraphin, cæterarumq; virtutũ, eruntq; omnia & timore, & terrore plena, terra ipsa cum vehemẽtia ac fragore elisa, hominibus iis omnibus, qui vnquã fuerunt, ex quo natus est Adam vsque ad illum diem è terra exurgentibus, & euulsis: ipso Christo tanta cũ gloria sese ostendente, vt luna, & sol, & omne aliud lumen occultetur à splendore illo illuminatum. Quæ tandem oratio repræsentabit illam beatitudinem, claritatẽ, gloriam? heu me miserum. Etenim succurrit mihi nunc, vt lachrymer, & ingemiscam valde, dum animo lustro, quibus excidimus bonis, à qua alienati sumus fœlicitate: nam alienati certe sumus (vicem interim narro meã) nisi si quod magnum, admirãdúmq; opus ediderimus. Ne mihi igitur quisquam hic gehẽnam alleget. quauis enim gehenna grauior tantę illius gloriæ priuatio, quib⁹ vis supplicijs deterior quietis illi⁹ alienatio. Nihilominus

Matt. 24. c

minus tamẽ ad præsentia inhiamus, nec diaboli astum intelligimus, qui per parua magnis nos priuat, qui largitur lutum, vt aurum rapiat, atque adeo vt cœlum eripiat, qui vmbrã obiectat, vt à veritate deturbet, qui insomniis illudit (hoc enim sunt mundi huius diuitiæ) vt cum dies illuxerit, omnium pauperrimos ostẽdat. Hæc igitur animo versantes tandem aliquãdo, vel serò, dolum fugiamus, & ad futura traducamur. neq; enim hac nos ratione tueri possimus, quòd videlicet præsentis vitæ fragilitatem ignorauerimus, rebus ipsis in dies singulos tuba clarius clamitantibus præsentium rerum tenuitatem, risum, dedecus, pericula, barathra. Quam igitur defensionem vsurpaturi sumus, qui quæ periculosa quidem sunt, & turpitudinis plena toto studio persequamur, quæ vero minus periculosa cum sint, nobis tũ gloriam tum nominis claritatem afferunt, fugitemus: denique nos ipsos totos pecuniarum tyrannidi dedamus? harum enim rerum seruitus quavis tyrannide pestilentior est. atque id certe sciunt, qui vt ea tyrannide liberarentur, digni inuenti sunt. vt igitur & vos quoq; pulchram hanc libertatem ediscatis, vincula abrumpite, à laqueo resilite, neu vobis aurum domi iaceat: sed quod vel immensis opibus preciosius est, misericordia, & benignitas auri loco. Ea enim fiduciam erga deum nobis præstat, illud autem magnam in nos infamiam infundit præpotentem aduersum nos reddens diabolum. Quid igitur hostem contra te armas, viresq; illius auges? dextram potius contra illum tuam armato, vniuersamq; domus pulchritudinem in animam introducito. omnem porrò opulentiam in cogitationem reponito, ac tibi cœlum pro arca, ac domo opes, aurúmque asseruet: denique nostra omnia † ipsi nos circumiecti simus. ‖ muris enim multo præstantiores, ac solo honestiores sumus. quid igitur nobismet neglectis, in iis studium omne nostrum reponimus, quæ tantum abest vt hinc decedentes capiamus, vt ne hic manentes quidem retinere possimus, cum tamẽ sic nobis discedere liceat, vt non hic solum, sed & illic quoque opulentissimi appareamus. Nam qui agros, qui ædes, qui aurũ in animo circumfert, is vbicunque gentiũ apparuerit, cum his ipsis diuitiis apparet. Et quo id, inquis, fieri potest modo? potest quidem, idq; non ita magno negocio. nam si eas opes per pauperum manus in cœlum transtuleris, vniuersas in tuam ipsius animã transtuleris, sic vt vel morte ingruẽte eripere eas tibi possit nemo: verum sic hinc decedas, vt vel illic dives sis. Id genus thesaurũ habuit Tabitha: itaque illam domus sua celebrem non reddidit, non muri, non lapilli, non columnæ, sed induta viduarum corpora, sed lachrymæ effusæ, sed mors fugitans, sed vita reuersa. Eiusmodi & nos quoque nobis ipsis apotheeas comparemus, eiusmodi ædes extruamus: sic fiet, vt & deum socium operis habeamus, & nos illi operis consortes simus. Ille enim pauperes in rerũ natura cum non extarent, perfecit tamen vt extarent, à se in medium adducti: tu autem illos in medium adductos, non siuisti fame, reliquaq; afflictione deperire, eos curans, & reficiens, atque vndique dei templum excitans. cui rei quæ tandem alia par esse queat, si officij, auxilijq; præstiti, si famæ, existimationisq; ratio habenda est? qui si necdum edoctus es, quanto te deus mundo ornauerit, dum tibi paupertatis curam ac studium iniunxit, illud tecum sic reputato. Si tantam tibi potestatem faceret, vt collabens cœlũ erigere, ac restituere posses: nónne hoc facto interpretareris, honore te eo honestatum, qui conditionem maxime superaret tuam? Ecce igitur maiori te honore dignatus ille est. Nã quod illi vel cœlis ipsis honoratius est, huius tibi erigendi, restituendíq; curam credidit. deus enim, ea inter omnia quæ videntur, homine nihil maioris æstimat: propter quem videlicet & cœlum, & terram, & mare fecit. In quo ipso sanè inhabitare magis gaudet, quàm in cœlo. Nos tamẽ vel hæc cum intelligamus, nullam planè curam, prouidentiámve dei templorum suscipimus: sed illis relictis, neglectisq;, nobis ipsis ingentes & splẽdidas ædes extruimus. propterea bonis omnibus orbi sumus, atque admodum inopibus pauperiores, quòd ædes eas, ornamus, quas non possumus nobiscum hinc discedentes asportare, illis relictis, quas liceret aliò vnà nobiscum trãsferre. Nam pauperum corpora demortua omnino resurgent, ac tum deus, qui hæc iniũxit, illis in medium productis, eos collaudabit, qui illorum curam susceperint, admirabitúrq;, quòd illos collapsuros nunc præ fame, nunc præ nuditate, & algore modis omnibus sustentarint. Sed tamen cum nobis tot, tantæq; sint laudes propositæ, cunctamur adhuc, pulchram hanc curam detrectantes. Atque ipse quidem Christus non habet quo diuersetur, sed circumit peregrinus, nudus esuriens: tu autem suburbana, tu balnea, tu pergulas, tu ambulacra, denique tu mille cubicula extruis temere, ac frustra, ac Christo ne paruum quidẽ tectum impertiris, coruis autem ac vulturibus cœnacula exornas. quid hac amentia deterius? quid hac insania pestilentius? Nã summæ profectò insaniæ argumenta hæc sunt. Imò vero quodcũque quis huic furori nomen indiderit, nullum sanè satis idoneum indiderit. Sed tamẽ si volemus, poterimus sanè morbum hunc, licet admodum pestilentem, à nobis arcere: nec poterimus solum, sed nobis facile, nec facile simpliciter, sed & multo facilius hac liberari pernicie, quàm corporalib° morbis, idq; eo magis, quòd medicus ipse præstantior est. Eum igitur medicum adsciscamus, obsecremúsq; nobiscum negocium capessere, partésq; ad id nostras conferamus. Voluntatem dico, alacritatem, studiũ, nulla enim re alia illi opus erit. verum si hæc tantũ à nobis acceperit, suas ille omneis partes conferet. nostras igitur cõferamus, vt & hic pura sanitate fruamur, & futura item bona assequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria, & imperium, in secula seculorum, Amen.

† *nobis ipsis circumiecta habeamus.*

‖ *Acto. 9. g*

Homilia xv.

Scimus autem quòd iis, qui diligunt deum, omnia simul adiumento sunt in bonum. Videtur mihi hic omnem hunc locum ad eos mouisse, qui in periculis versantur, seu verius dicam, nõ hunc solum, sed & qui paulò antè explicati sunt. Nam & illud, non sunt pares afflictiones præsentis temporis, ad gloriam quæ reuelabitur: & illud, omnis creatura gemit. & quod dixit, Spe seruati sumus: &, per patiẽtiam expectamus: & illud, quod oraturi simus, vt oportet, non nouimus: hæc inquam omnia ad illos eosdẽ dicta sunt. docet enim illos non ea omnino eligere debere quæ ipsi vtilia sibi esse existimauerint. sed quæ ipse spiritus suggesserit. Accidit enim nonnunquam, vt quæ ipsis cõducere, ac prodesse viderentur, ea detrimentũ ingens importarent. Itaque laborum relaxatio, & periculorum liberatio, & vita in libertate, ac securitate acta, illis cõducere videbatur. & quid mirũ si illis? quando & ipsi quoque beato Paulo id ita se habere videbatur. veruntamẽ postea didicit, quòd quæ his sunt contraria, ea conducibilia sunt: edoctúsq; boni æqui ea consuluit, in eísque acquieuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

acquieuit. Ter itaque Christum cum obsecrasset, vt periculis defungeretur, vbi illius vocem hanc exaudiuit,
2.Cor.12.b Sufficit tibi gratia mea: virtus enim mea in infirmitate perficitur: exultabat persecutionem sustinēs, iniuria affectus, mala incurabilia perferēs. mihi enim placeo, ait,
Ibidem.c in persecutionibus, in contumeliis, in necessitatibus. quapropter dicebat: Siquidem hoc ipsum, quod oraturi sumus, vt oportet, non nouimus: & omnes admonebat, spiritu huic concedere. etenim ipse spiritus sanctus nostri curam admodum habet, idq; deo est placitū. modis ergo omnibus illos componens, atque exercens, inducit & quæ hodie dicta sunt, ratiocinationem moues, quæ idonea sit ad illos refocillandos. Scimus enim, inquit, quòd iis, qui diligunt deum, omnia simul adiumēto sunt in bonum. cum autem dicit, omnia, & ea item, quæ molesta esse videtur, dicit: Nam vt afflictio, vt inopia, vt carcer, vt fames, vt mors, vt quoduis aliud ingruat: potest deus hæc omnia in contrarium commutare, quandoquidem & hoc immensæ potentiæ eius est, quæ grauia esse videntur, ea nobis leuia reddere, & ad auxilium nostri conuertere. Quapropter non ait, quòd iis, qui deum diligunt, nulla accedit res, quę aduersa sit, sed quòd ea adiumēto est ad bonum. Hoc est, deus malis, aduersisq; rebus vtitur ad eorum existimationē, probationēmq;, quibus insidiæ struuntur: quod multo maius est, quàm si prohibeas, aduersa ne accedant, aut vbi
Danie.3.b.c accesserint, tollas. Hoc igitur & in Babylonica fornace præstitit. Neque enim prohibuit quominus in illā sancti inciderēt, neq; illi cum incidissent, flammam restinxit, sed ardere sinens, per hanc ipsam admirabiliores illos effecit: & in ipsis item Apostolis id genus alia miracula modis omnibus edidit. Si enim homines philosophiæ gnari, natura rerum in contrarium abuti possunt, & qui in paupertate victitant, diteſcentibus opulentiores apparere, & per obscuritatem lucere: multo magis deus in iis, qui ipsum diligūt, & hæc & multo his maiora præstat. vna enim solum re opus est, vt illum videlicet germano amore prosequare, & omnia alia subsequuntur. Quemadmodum ergo his auxilio sunt ea etiā, quæ nocumentum afferre videntur: sic iis, qui illum nō amant, vel ea nocent, quæ auxilium afferunt. Iudæis igitur damno erant, & signorum ostensio, & dogmatum rectitudo, & philosophiæ doctrina, ac propter illa quidem intemperiis Christum agi dictitabāt: propter hæc autem antitheum, hoc est deo aduersantem esse aiebāt: ob signa porrò edita, & extinguere illum aggressi sunt. Latro vero in crucem sublatus, clauis affixus, conuiciis affectus, mala infinita tolerans, hinc non solum nocumentum nullum accepit, sed vel lucrum maiorē in modum tulit. Vides vt iis, qui deum diligunt, omnia auxilio sunt in bonum? Qum igitur magnum hoc bonū expressit, & quod valde humanam transcenderet naturam, quoniam multis incredibile esse videretur, à præteritis hinc fidem conciliat, sic dicens: *Iis qui iuxta propositum vocati sunt.* Considera enim statim ab ipsa vocatione dictum. Cur enim non ab initio omnes vocauit? neque ipsum Paulum post alios statim? cuius dilatio videbatur damnosa esse, sed tamen à rebus, operibúsque declarata est vtilis fuisse. propositum porrò hic dicit, vt ne [illegible]tum vocationi tribuat. Ita enim contradicturi erant & Græci & Iudæi. Nā si vocatio solum sufficeret, qua tandem causa non omnes salui facti sunt? Propterea ait non vocationem tantum, sed & ipsum propositū vocatorum salutem effecisse. neq; enim coacta aut violenta facta est vocatio, omnes igitur sunt vocati, at nō omnes obediuere. *Quoniam quos præscierat, eosdem & præfiniuit, conformes imaginis filij sui.* Vides honoris cumulum? Quod enim vnigenitus natura fuit, id etiā illi per gratiam sunt effecti. Nec tamen hoc contentus fuit, quòd videlicet dixerit, conformes, sed & aliud addidit, *Vt ipse sit primogenitus.* Nec hic substitit, quin & vnà cū hoc rursus aliud adiungit, dicens: *Inter multos fratres*, modis omnibus manifestam ostendere volens cognationem. Hæc porrò omnia dicta esse de dispensatione existimato. secūdum enim diuinitatem, vnigenitus. vides quot, quantàq; nobis largitus est? ne igitur de futuris dubita. Etenim & aliunde illius curam ostendit, dicendo iam inde ab initio illa ita esse præfigurata. homines enim à rebus sententias de ipsis concipiunt, deo autem iam olim hæc visa sunt, & à summo initio erga nos affectus est, ait igitur: *Et quos vocauit, hos & iustificauit.* iustificauit per regenerationis lauacrum. *Quos autem iustificauit, hos & glorificauit.* glorificauit per dona, per adoptionem. Quid igitur dicemus ad hæc? ac si dicat: Ne igitur posthac ipsa mihi pericula alleges, & quas ab omnibus insidias patimur. nam vt nōnulli sint qui futuris fidem non habeant, certe ad ea bona quę iam facta sunt, adferre nihil possint. verbi gratia, ad eam amiciciam, quam deus iam inde ab initio erga te habuit, ad iusticiam, ad gloriam. Hæc enim tibi per ea quæ inamœna esse videntur, largitus est. Atque adeo quæ tu dedecus esse existimaueris, crucē, flagella, vincula, hæc sunt, quæ orbi vniuerso suum ordinem addidere. Quemadmodum ergo, quæ passus ipse est, etiamsi ea austera, atque inamœna videantur, iis ad libertatem, ad vniuersæ naturæ salutem abusus est: ita & in iis, quæ tute sustines, facere assueuit, malis afflictionibúsq; tuis ad tuā tum gloriam, tum existimationem abutēs. *Si deus pro nobis, quis contra nos?* Quis enim non contra nos, ait? Etenim terrarum orbis contra nos, & tyranni, & populi, & cognati, & ciues, sed tamen hi contra nos cum stent, tantum abest, vt nobis incommodent, vt vel nolentes coronarum nobis authores existant, & bonorum infinitorum procuratores, ipsa dei sapientia illorum insidias in nostram salutem ac gloriam vertente. Vides vt nullus cōtra nos? Etenim Iob hoc ipsum splendidum reddidit. *Iob.1.c*
quòd videlicet diabolus contra eum armatus esset. Nā & amicos contra illum, & vxorem contra illum, & vulnera, & seruos, & mille alias diabolus suscitauit artes, ac nihil omnino contra illum extitit, ac nondum hoc illi magnum, quanquam admodum magnū, sed quod multo erat maius, id demū erat, quòd videlicet res illæ omnes exitum illi fœlicem attulere. quandoquidem enim deus ab illo stabat, certe & quę contra illum stare viderentur, ea omnia ab illo steterunt. Hoc & in Apostolis item vsu venit. Nam & Iudęi, & qui è gentibus essent, & falsi fratres & principes, & populi, & mortes, & paupertates, & infinita contra illos erant, & nihil tamen cōtra illos. Hæc enim ipsa sunt, quæ illos cum maxime splendidos, atque illustres, tum vero apud deum, hominesq; laudatos effecerunt. Considera igitur quale, quantúmq; verbum protulerit Paulus de fidelibus, & exacte crucifixis, quod ne diademate quidem ornat⁹ qui sit, assequi possit. Cōtra illum enim stant multi, & barbari armati, & hostes adorientes, & corporis custodes insidias struentes, & ex subditis plures identidem insurgentes, & alia id genus infinita: at contra fidelem & eum, qui diligenter dei legibus attentus est, non homo, non dęmon, non aliud quicquam stare poterit. Si enim pecunias ademeris, mercedem ipsi procuraueris: si maledixeris,

Universidad de Deusto
Biblioteca

xeris,per conuicium illustriorem illum apud deum red A dideris:si ad famem adegeris,maior illi & gloria,& retributio. Præterea si quod omnium grauissimũ esse videtur,morti tradideris,martyrij coronã texueris. quid igitur cum hac vita conferri queat? cum nihil contra illum esse possit,sed & qui insidiari videntur,ij ipsi illis non minori sint adiumẽto, quàm qui de illis bene mereri student.propterea ait, Si deus pro nobis,quis contra nos?deinde non cõtentus iis,que dixerat,maximum charitatis erga nos signum,& quod assidue circumuersat,ac semper celebrat:id & hoc itẽ loco ponit,nati cædem.non enim iustificauit solum,ait, & glorificauit, & conformes fecit imaginis illius: sed ne filio quidem pepercit,propter te. propterea & attexuit, dicens: *Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. quî fieri potest, vt non cum eodem omnia nobis donet?* Ac cum hyperbole multáq; feruiditate dictiones vsurpat, vt illius de- B claret charitatẽ.quo modo ergo nos destituet, pro quibus proprio filio non pepercit, sed pro omnibus nobis illum tradidit? Considera enim quantæ id fuit bonitatis, ne proprio quidem parcere filio, sed illum dedere, & pro omnibus dedere,& vilibus, & ingratis, & inimicis.quî igitur fieri potest,vt non cum eodem omnia nobis donet? Quod porrò ait,sensum hũc habet: Si filium suum largitus est,nec simpliciter largitus, sed cædi tradidit: quid iam super aliis rebus addubitas, dominum cum acceperis?quid hęsitas super possessionibus,herum cum habeas? nam qui quod maius erat, inimicis dedit: quî fiet, vt quæ minora sunt, amicis non det? *Quis intentabit crimina aduersus electos dei?* Hic aduersus eos qui dicunt,fidem nihil prodesse:quique densæ ac cumulatę mutationi diffidunt. ac vide vt illis repẽte os obstruat, ab illius dignitate,qui elegit. nec dixit, quis intentabit C crimina aduersus seruos dei, neq; aduersus fideles dei? sed,aduersus electos dei. nam electio virtutis signũ est. si enim posteaquam equorum domitor equos elegit ad cursum idoneos,nullus est qui insimulare possit, sed ridiculus habetur quisquis vicio id verterit:multo magis cum deus animas elegerit, maxime ridiculi ij fuerint, qui electionem eam incusauerint. *Deus est qui iustificat. Quis ille qui condemnet?* Nõ dixit,deus est,qui remisit peccata:sed quod maius multo,deus est qui iustificat.quum enim iudicis calculus iustum aliquem pronunciauerit, & iudicis talis,quanti æstimãdus fuerit,qui accuset? Igitur neque tentationes exhorrescere conuenit. est enim deus pro nobis, ídq; demonstrauit per ea, quæ edidit, opera:neque nugas formidare Iudaicas. etenim & elegit nos & iustificauit.& quod admirandum est, vel per filij cædem iustificauit.quis igitur nos condemnabit,cũ D deus coronet? cum propter nos Christus cæsus sit? nec cæsus tantum, sed cum idem ille postea pro nobis intercedat? *Christus*,inquit, *qui mortuus est,immo qui & suscitatus est à mortuis,qui est ad dexterã dei,qui & intercedit pro nobis.* Etenim in propria dignitate qui apparuit,nostri curam non deposuit,sed & pro nobis intercedit, & adhuc eãdem charitatem constanter seruat. neque enim contẽtus est occisione solum.quod quidem maximi est amoris argumentum,officiis iis quæ ad ipsum pertinent,nõ fungi modo,sed & alium quoque obsecrare.Hoc enim solum per id verbi,intercedit,demonstrare voluit,more hominum loquens, ac nostræ sese imbecillitati attẽperans, vt charitatem declaret: Nam verbum id,non pepercit,nisi cum hoc sensu acceperimus, multa absurda subsequentur. Atque vt intelligas hoc esse quod adstruere vult,prius vbi dixit, Illum esse ad dexteram: tũ addidit, illum pro nobis intercedere: quod æqualitatẽ ac paritatem declarauit, vt iam ipsa intercessio nõ imminutionis, sed charitatis solius esse videatur. Si enim ipse vita cum sit, & fons bonorum omnium, & parem cum patre authoritatem obtineat, mortuos suscitans, ac viuificans,omniáq; alia faciens: quo modo intercessionis egeat, vt nobis adiumento sit? qui desperatos & condemnatos, propria authoritate ab illa condemnatione liberauit,& iustos,& filios fecit, & ad honores supremos subuexit, & quæ nunquam sperata fuerant, ea ad opus deduxit: is quo tandem modo post omnia à se perfecta, post naturam nostram in throno regio ostẽsam,ac collocatam, ad ea quæ faciliora sunt, intercessionis indigeat? Vides vt vndique ostendat, se alia nulla de causa verbi id, intercedit, dixisse, quàm vt feruorem ac vigorẽ illius erga nos charitatis declaret?quando & pater item videtur homines adhortari,vt sibi cõcilientur.Pro Christo enim,ait,legati sumus, tanquam 2.Cor.5.d deo exhortante per nos. Veruntamen & deo exhortãte, & hominibus pro Christo legatione apud homines fungẽtibus. nihil hinc animaduertimus quod dignitate illa sit indignum: sed vnum solum ex iis omnibus, quæ dicta sunt,colligimus,nempe dilectionis intentionem. Hoc itaque & hic faciamus. Si igitur spiritus intercedit gemitibus inenarrabilib^s,& Christus mortuus est, & pro nobis intercedit, & pater proprio filio non pepercit propter te, & elegit te,& iustificauit: quid restat quod timeas?quid exhorresceis?tantam charitatem, tantam adeptus tui curam? Quapropter vbi ostendit magnam cœlitus erga nos prouidentiam: iam cum fiducia quæ sequuntur inducit. nec dicit, debetis & vos ita illum amare, sed tanquam numine afflatus esset, de immensa hac prouidentia,ait: *Quis nos separabit à dilectione Christi?* nec dixit,dei.sic illi indifferens est,& Christum,& deum nominare. *num afflictio? num angustia? num persecutio? num fames, num nuditas? num periculum? num gladius?* Vide beati Pauli prudentiam. neque enim ea protulit,quibus quotidie capimur pecuniarum amorem,gloriæ appetitionem,iræ tyrannidem: sed quæ multo sunt his truculentiora, atque impotentiora, & talia, vt possint ipsi naturæ vim adferre, & cogitationis firmitudinem loco diuellere sæpenumero,vel nobis nolentibus: hæc ponit,afflictiones videlicet & angustias. Etsi enim numero constent,quę dicta sunt,tamen habet vnaquęque dictio infinita tẽtationum tanquam agmina. nam cum dicit,afflictionem,& carcerem dicit,& vincula,& calũnias,& exilia,& alias omneis calamitates,vno verbo immensum periculorum pelagus prętercurrens:denique ea omnia,quæ hominibus aduersa eueniunt, per vnam significans dictionẽ. sed tamen contra hæc omnia audax insurgit. Ideirco & per interrogationem id profert, quasi tale sit, quod contradici minime possit. quòd eum qui sic amatus, quique tantam sui prouidentiam sit assecutus,nihil prorsus inueniri queat, quod seperare ac dirimere possit. deinde vt ne videantur hæc destitutionis signa esse, & prophetã inducit multo antè tempore hæc denunciantem, ac dicentem: *Propter te morti tradimur tota die. Habiti sumus velut oues destinatæ macellum.* Hoc est,omnibus sumus obiecti,atque expositi, vt mala toleremus: sed tamen contra tot,tantáque pericula; contra nouas hasce tragœdias sufficiens consolatio, † certaminum nobis suppositio] data est. seu verius dicam,non sufficiens,solum,sed abundantior multo.neq; enim propter homines,aut aliud seculare quiequam hęc patimur,sed propter vniuersarum rerum dominum: Psal.43.d † bonorũ no bis materia. ἀγαθῶν ὑπόθεσις,

Habet Vero mense exemplar, sed marginituri adscripserat ἐγὼ νῷν ex Germa. codice nō fallor.

dominum:nec hac solum illos,sed alia rursus, & ea varia,& multiformi,corona reuinxit.quandoquidē enim fieri minimè poterat, vt qui homines essent, ij infinitas mortes tolerarent,ostēdit,ne hac quidem ratione præmia esse imminuta.nā vt natura sortiti id simus, semel tantum vt moriamur:tamen volūtate id quotidie perpeti,si id in animum induxerimus,dedit deus. vnde liquet fore,vt eū tot hinc coronis decedamus, quot dies hic vixerimus,imò vero multo pluribus: licet etiam die vno,& semel,& bis,& sæpe mori. qui igitur ad id comparatus fuerit, is semper mercedem absolutam recipit. Hoc igitur & propheta significans,dixit: Tota die.quapropter & illum Apostolus introduxit, illos vehementius excitans.Si enim qui in veteri lege,ait,vixerunt homines, terram laborum suorum præmium cum haberent, & alia item vnà cum præsenti vita finem capientia,ij vsqueadeo præsentem vitam, tum autem tētationes ac pericula despexerunt : quam tādem nos veniam habituri sumus,si post cœlum ipsum, post regnū supernum,post arcana bona,molles adhuc, ac segnes effecti, ne ad parem quidem cum illis virtutis mensuram accedamus:ita tamen orationem nō extulit: sed hoc ipsum auditorum conscientiæ relinquens,testimonio solo cōtentus est : ostenditq; illorum corpora victimam fieri. nec tumultuari, aut turbari oportet,cum deus sic dispēsauerit.porrò autem & aliūde eos hortatur. Vt ne enim diceret aliquis, quòd hæc simpliciter philosophatur, nondūm facto rerum periculo, addidit : Habiti sumus tanquam oues destinatæ mactationi: quotidianas apostolorum mortes significās. Vides fortitudinem,ac comitatem . quemadmodum enim illæ, inquit, dum mactantur, non resistunt : ita neque nos. sed quandoquidem humanæ *cogitationis imbecillitas* post tot,tantāque aduersa, tentationum multitudinem exhorruisset, vide vt rursus auditorem excitet, sublimēmque ac superbum efficiat,inquiens: *Sed in his omnibus plusquam superamus , per eum qui nos dilexit.* Quod enim mirabile est, hoc est : Quòd non superamus solum, sed quòd per ea ipsa superamus,per quæ insidias patimur : nec simpliciter superamus,sed plusquam superamus . hoc est, omni cum facilitate,citra sudores,ac labores. non enim molestias tolerantes , sed animum modo præparantes , sic vbique trophæa contra hostes statuimus . & id iusta de causa . Deus est enim,qui nobiscum decertat : ne igitur diffidas.si qui flagellamur,flagellantes superamus:si qui exigimur,persequentes vincimus: si qui morimur,viuētes *προεκδυόμεθα* vertimus . Cum enim dei tum virtutem, tum cha- *præuertimus, siue in fugā* ritatem adhibueris, nihil erit quod prohibeat miracula *vertimus.* hęc,& incredibilia euenire,tum autem victoriam supra omnem modum elucere . neque enim simpliciter vincebant,sed magno cum miraculo,sicq; vt facile intelligerent omnes,non esse insidiatoribus illis bellum contra homines susceptum,sed contra inexpugnabilem illam potentiam.Iudæos igitur dispice,in manu illos sua dum haberent,addubitantes tamen ac dicentes, Quid *Actc.4.c* his faciemus hominibus? Nam quod mirum est, id demum est, quòd illos dum detinerent, dum reos haberent,dum vincirent,dum cæderent,mentis,consiliq; inopes hæsitabant adhuc,per hæc ipsa manus dantes,ac victos sese agnoscentes , per quæ tamen victoriam reportaturos se sperabant.ac neque tyrannus, neque carnifices,neque dæmonum phalanges, neque ipse diabolus superare illos valebat : sed longe exuperabātur omnes,aperte intuiti,quas in illos artes intendebant, eas illis iisdem auxilio cedere. Propterea dixit,plusquam superamus. noua enim victoriæ lex hæc erat,per ipsa demum aduersantia superare ,ac nunquam superari , sed illos ipsos ita ad certamina descendere,quasi exitus domini iam essent. *Nam mihi persuasum habeo neque mortem, neque vitam,neque angelos,neque principatus, neque potestates , neque instantia,neque futura,neque altitudinem , neque profunditatem. neque vllam creaturam aliam posse nos separare à dilectione dei,quę est in Christo Iesu domino nostro.* Magna quidem sunt dicta hæc,sed nobis incognita, hoc ipso, quòd tātam ipsi charitatem non habemus.veruntamen vt magna sint, volens Paulus ostendere, nihil ea esse,præ ea charitate, ac dilectione,qua esset à deo dilectus,post dei dilectionem:tum demum suam attexit,vt de se nihil,quod magnum esset, prædicare videretur . quod autem ait sensum hunc habet: Quid tandem hæcce præsentia,& quæ vitæ huic cohærent, incommoda allegare opus est? nā vt res etiam mihi futuras alleges, ac potestates, res quidem , vt mortem ac vitam : potestates autem,vt angelos,archangelos,vniuersamq;, quæ supra nos est, creaturam,certe vel ea ipsa animo quidem meo pusilla fuerint,si ad Christi charitatem conferantur . neque enim si quis mihi mortem illam perpetuam , ac nullo vnquā fine desituram minitaretur,vt à Christo separarer. neq; si promitteret fore , vt vitam nullo fine terminandam producerem , ne hancce quidem conditionem admitterem. Iam quid reges mundi huius ac consules allegare conuenit? quid illum, aut illum? Nam si vel angelos mihi allegaueris,si vel cœlestes omnes potestates, si vel ea omnia,quæ in rerum naturam prodita,prodendáve sunt: profectò mihi omnia perparua, tum quæ in terra, tum quæ in cœlis , tum quæ sub terram , tum quæ supra cœlos,præ eo,quem dico,amore. deinde perinde quasi ne ea quidem satis esse possent , ad eum amorem , quo captus erat,repræsentandum:totidem alia rursus in rerum naturam producens, ait, Neque vllam creaturam aliam.Quod porrò ait,eiusmodi est:Si vel aliud tale ac tantum mundi opificium existeret , quale quantúmque vel hoc ipsum quod spectamus,vel quod in mentis humanæ cogitationem cadere possit : nulla tamen res esset,quæ me ab eo amore submoueret. Hæc autem dicebat Paulus, non quòd vel angeli ipsi, vel reliquæ potestates id tentare,aggredique vellet,absit hoc, sed quòd quem amorem erga Christum præferret, eū omni cum excellentia ostentare vellet.Neque enim Christū propter Christi opera , sed propter illum , illius opera amabat,atque ad illum vnum respiciebat,vnum tantum veritus, ne ab eo amore excideret . Hoc enim vel gehenna illi terribilius erat . quemadmodum & in eo amore persistere, vel cœlorum regno desiderabilius.

Morale.

Quanti igitur æstimandi ipsi fuerimus , cum ille ne ea quidem quæ in cœlis sunt, præ Christi amore admiretur:nobis vero quæ in cœno,ac luto sita sunt,ea Christo antiquiora sint? Et ille quidem ob Christi amorem vel in gehennam decidere libens admittit, paratúsque est vel à cœlorum regno excidere,si vtrunque hoc proponatur : nos autem ne præsentem quidem vitam despicimus . Digni ne igitur sumus vel illius calceamētis, qui eousque distamus ab illius animi præstātia? Etenim ille ne cœlorum quidem regnum quicquam esse censet,propter Christum.Nos contrà,ipsum Christum despicimus:res autem, quæ illius sunt, permagni facimus. atque vtinam illius saltem res magnifaceremus . Nunc vero ne id quidem est:sed vel cœlorum regnum nobis palàm quum offeratur,eo à nobis relicto , vmbras ac somnia

Universidad de Deusto
Biblioteca

somnia quotidie sectamur. Atqui deus benignus quum sit, admodúmque mansuetus, perinde egit, vt si pater liberorum amans, filio male ferente assiduam ipsius consuetudinem, alia ratione ac solertia illum sibi coniungat. Nam quandoquidem nos illum, vt par est, minime amamus: quàm multa sunt, quę nobis ille palàm offert, vt nos ad sese illiciat? quum tamen ne sic quidem persistamus, sed ad puerilia delectamenta trāsuolemus. At non sic Paulus quin tanquam ingenuus quispiam, ac patris amans filius, paternam consuetudinem ac cōgressum solum expetit, exquiritque, cæterarum rerum non perinde curam habens: seu verius dicam, hac quidem in parte & filij quoque eius, quem dixi, erga patrē affectum longe exuperans. Neque enim vnà & patrem, & res paternas æstimat. Verum quoties ad patrem respicit, res eas nihili facit, sed maluerit vel inter flagella, ac supplicia cum patre esse, quàm ab eo diremptus B deliciis frui. Horreamus ergo quicunque ne pecunias quidem propter deum contemnimus, seu dicam verius, quicunque ne pecunias quidem propter nos ipsos cōtemnimus. Paulus enim solus erat, qui propter Christum ingenue omnia ferret, non propter cœlorum regnum, non propter † illius precium,] sed propter eam, qua erga illum afficiebatur beneuolentiam: cum nos neque ipse Christus, neque quæ Christi sunt, à rebus abducant secularibus. sed veluti serpens, aut vipera, aut porci, aut hæ simul omnes bestiæ, sic & nos in limo reptamus. quid enim, feris illis meliores nos sumus? quibus tot ac tanta cum exempla suppetant, oculos tamen in terram etiamnum deiicimus, ac ne tantillum quidem illos in cœlum attollere sustinemus? Et quidem deus filium dedidit, tu vero ne panem quidem illi propter te tum dedito, tum trucidato impertiris. Illi pater, etiamsi filius esset legitimus, propter te haudquaquam pepercit: tu vero vel fame tabescentem despicis, præsertim cum sumptum facturus sis, ab iis, quæ illius sunt, tum autem tua ipsius causa. Quid hac iniquitate deterius fuerit? propter te ille deditus est, propter te trucidat°, propter te esuriens circuncursat: da ex iis, quæ ad illum spectant, vt ipse inde commodum, adiumentúmque desumas: at vero ne sic quidem erogas. Nónne vel lapidibus quibuslibet stupidiores, minúsque sensibiles ij fuerint, qui tot inter res, quibus moueri, pertrahíque deberent, in hac adhuc diabolica crudelitate sese obfirmant? Neque enim illi mors, crúxque ipsa satis fuit, quin & pauper fieri libens admisit, & hospes, & erro, & nudus. adde his, carcerem, in quem coniectus: adde, ægritudinem, quam perpessus est, vt vel hac demum ratione te ad se pertraheret. Si enim, ait, mihi tanquam pro te mortuo, in amore non respondes, nec benefacta benefactis mutuis rependis: at paupertatis te misereat, quem si vel paupertas ad misericordiam commouere non potest, certe ipsa ægritudine flectaris, ipso carcere frangaris. sin vero ne hæcce quidem animum tuum emolliunt, atque ad humanitatem pertrahunt, saltem ob petitionis tenuitatē annuito. Nihil enim à te, quod sumptuosum sit, postulo, sed panem, sed tectum, sed verborum consolationem. qui si vel post hæcce omnia agrestem adhuc, inhumanúmque animum geris: certe vel propter ipsum cœlorum regnum, vel propter ea, quæ pollicitus sum, præmia, melior euadas. At nullo illa apud te loco ac precio sunt? Ipsius ergo naturæ vi frangaris, nudum me cum videas: ac nuditatis illius in mētem tibi veniat, quam ipse propter te, in cruce sustinui. quòd si ne ea quidem nuditas te mouet, moueat A ipsa hæc, qua per pauperes denudor. Egens fui tū propter te, quin & nunc item propter te, quò siue hinc siue illinc adductus, persuasusq;, aliqua tandem misericordia capiaris: ieiuniis me macerauí propter te, rursus propter te esurio: sitiui in cruce suspensus, per pauperes item sitio, vt tum ab illis, tum ab his te ad meipsum illiciam, neque non benignum salutis tuæ causa efficiam. qua de re mihi infinitorum benefactorum remuneratione cum debeas, non ipse tanquam à debitore reposco, sed te tanquam gratis largientem corona orno, ac cœlorum regnum pro pusillis his tibi largior, neque enim hac te ego oratione compello. paupertate me soluito, neque hac diuitias mihi largitor, quanuis te propter, pauper fuerim, sed panem solum, ac pallium postulo, tenuemque famis delinitionem. qui si & in carcerem coniectus fuero, non cogo vt tu vincula soluas, eáque abiicias: verū vnum tātum requiro, vt tu propter te vinctum aspicias: qua me gratia dignatus si fueris, mihi satisfeceris: tibique hoc solo nomine cœlum largiar. te ego grauissimis vinculis exolui, mihi tamen duntaxat sufficit me vinctum contueri, si tibi collibuerit. possum equidem & citra hæc coronam tibi imponere, sed tamen tibi debitor esse non recuso, vt tibi etiam fiduciam aliquam corona afferat. ob hoc qui me ipse educare possum, circunuagor mendicans, pro foribus tuis dextram porrigens: à te enim educari concupisco. tui enim maiorem in modum amans sum: quo nomine & mensam tuam appeto, qui amantium mos esse solet. mihique hac quidem in re placeo, tèque in ipso totius orbis theatro victorem pronuncio, atque adeo cūctis exaudientibus me venditans altorem te meum declaro. Atqui nos quoties alicuius impensa educamur, erubescimus sanè, rēmq; adumbrantes dissimulamus. Verum ille, qui summus est eius erga nos amor, vt taceamus ipsi, rem ipsam deprædicat, magnis cum laudib° ad cœlum tollens: nec eum fateri pudet, quòd cum nudus esset, se veste induerimus: cum esuriret, se aluerimus. Hæc omnia igitur animo lustrantes, non intra ipsas tantum laudes consistamus, sed & quæ dicta quidem sunt perficiamus. quid enim profuerint id genus plausus, ac clamores? Vnum à vobis quæro tantum, nimirū per ipsa opera probationem, per ipsas res obedientiam. hoc ipsum laus mea. hoc ipsum lucrum vestrum. hoc ipsum diademate mihi splendidius. Itaque vbi ab hac concione discesseritis, hanc per pauperum manus, tum vobis, tum mihi lauream apparate: vt & per præsentem vitam bona cum spe educemur, & ad futurā cum peruenerimus, infinita assequamur bona: quæ vtinam assequi omnes D possimus, gratia & clementia domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo, patri gloria, vnà cum sancto spiritu, in secula seculorum, Amen.

† *suū ipsius honorem.*

Homilia xvi.

Veritatem dico in Christo, non mentior, attestāte mihi simul conscientia mea, per spiritum sanctum. Cap. IX. Nónne magna quædam, & quæ supra naturæ captum essent, hesterno die, de Pauli erga Christum dilectione, vobis dixisse visus sum? Etenim natura ingentia, & omnem excedentia orationem fuere: At quæ hodie dicta sunt, tantam habent ad illa hyperbolen, quāta illa ad rerum nostrarum cōditionem. quanquā non existimabam illa habere hyperbolen, sed tamē superuenientia ea, quę hodie sunt lectitata, multo illis omnibus illustriora visa sunt. Id quod & ille cum intelligeret, ab ipso statim exordio, palàm fecit, tanquā qui ad maiora progressurus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

progressurus,à multis minime credendus esset.prius au tem ea confirmat, de quibus dicturus est. quod facere multi cõsueuere,quoties dicturi aliquid sunt,quod mul tis fidem non faciat,sed quod tamen verũ esse magnopere sibi persuaserint.ait enim, veritatem dico: &,non mentior:&, mihi conscientia simul attestatur. *Quod dolor mihi est magnus, & assiduus cruciatus cordi meo. optarim enim ego ipse anathema esse à Christo.* Quid ais ô Paule,à Christo, illo inquam Christo, qui à te desideratur? à quo te nec cœlorum regnum,nec gehẽna separabat, neque ea quæ videri,neque ea quæ cogitari possunt,neq; alia totidem, ab hoc nunc precaris anathema esse? quid accidit:num desideriũ illud excussisti,ac deposuisti? Haudquaquam,inquit,ne vereare. nam & illud intendi magis.quî igitur fit,vt preceris anathema esse,& alienationem quæras,ac diuortium tantum, post quod inueniri aliud non queat? quoniam,inquit, etiam atque etiã vehementer illum amo. Quî id,obsecro,& quónã pacto? etenim ænigmati simile hoc est.Imò vero si ita videtur, primum intelligamus,quid sit anathema,ac tum demũ illum interrogemus super his:sic fiet,vt arcanam hanc, & nouam dilectionem perdiscamus. Quid igitur est, anathema?audi ipsum ita loquentem:Si quis non amat dominum nostrum Iesum Christum, is anathema sit: hoc est,ab omnium commercio segregetur, alienus ab omnibus sit. Nam quẽadmodum anathema, donumq; id quod deo oblatum dedicatur, nemo est, qui temere manibus contingere audeat,neque ad id propius accedere:sic & eũ,qui ab ecclesia separatur, ab omnibus abscindens,ac tanquam longissime abducens,hoc nomine,à contrario,scilicet appellat,magno cũ terrore omnibus interminatus,ab eo vt separentur,ac pedem referant. Anathemati enim honoris gratia appropinquare nemo audebat. ab eo autẽ qui ab ecclesia abscissus erat, ex opposita omnes sententia separabantur. quapropter separatio quidem, tum hæc, tum illa, ex æquo à vulgo abalienatio erat:separationis vero modus nõ vnus,sed illi contrarius.ab illo enim abstinebant, tanquam deo dicato:ab hoc autem decedebant,tanquam à deo alienato,& ab ecclesia abscisso.Hoc ipsum igitur & Paulus sentiens dixit: Optarim anathema esse à Christo. nec simpliciter dixit, velim: sed id intendens,ait, optarim. Quòd si dicta hæcce tanquã infirmiora te conturbant, rem considera, non solum quòd separatum se esse vellet,sed & causam,propter quam vellet: ac tum demum, quasi ea quæ oculis cernuntur, videbis illius magnitudinem dilectionis. quandoquidem & circuncidit,nec ipsum factum attendimus,sed facti ipsius consilium, & causam.ac propterea ipsum magis admiramur.nec vero circuncidit modo,sed rasit,ac sacrificauit. nec sanè ob id Iudæum illum esse dicimus, sed hoc ipso nomine à Iudaismo maxime exemptum,purúmq; esse,tum Christi germanum,verúmque cultorem. Quemadmodum igitur circuncidentem illum cum vides, ac sacrificantem:non propterea condemnas,tanquam Iudaizãtem, sed ob id ipsum maxime coronas, vt à Iudaismo alienum: Ita quum vides desiderantem anathema esse, ne propterea turberis, sed ob hoc ipsum illũ maxime prædicato, causam perdoctus, ob quam id vult. Nam nisi causas examinauerimus, & Heliam homicidam dicemus,& Abraham non homicidam solum, sed filij percussorem.Itémq; & Phinees, & Petrum cædis rursus accusabimus. nec de ipsis solum sanctis, sed & de ipso rerum vniuersarum deo, quisquis regulam hanc minime obseruauerit, multa absurda suspicabitur. vt ne igitur hoc accidat,hisce in omnibus & causam, & consilium, & occasionem,& omnia, factorum defensione à nobis susceptа, in vnum componentes, ita demum res ipsas examinemus.quod & nunc de beata hac anima faciendum nobis est. Quænam ergo causa? rursum ipse amatus Iesus.atqui,nõ ob ipsum inquies. optarim enim,ait, ab ipso anathema esse,pro fratribus meis. & hoc humilitatis eius est.neque enim videri ipse vult tanquam magnum quiddam id dicere,ac Christo gratificari. propterea dixit,pro fratribus: vt nimium affectum occultet. nam quod,quicquid id est,propter Christum vellet. audi quæ sequuntur.cum enim dixisset, cognatis meis secundum carnem.addidit, *Quorum est adoptio, & gloria, & testamenta,& legis constitutio,& cultus,& promissiones, quorum sunt patres,& ij,ex quibus est Christus, quantum attinet ad carnem. qui est in omnibus deus laudandus in secula, Amen.* Et quid hoc,inquis?nam si,vt alij crederent,anathema fieri vellet, si autem & pro Iudæis precatur solis, declarat non propter Christum id velle, sed propter eam, qua illos contingebat,necessitudinem. atqui si pro gentibus solis precatus fuisset,non perinde id visum fuisset.quoniã autem pro Iudeis solis,declarat purè se id propter Christi gloriam studiosè velle. nec me fanè fugit, quæ à me dicuntur, ea vobis & noua, & incredibilia videri. Veruntamen, nisi obturbaueritis, ea statim enitar aperta reddere.neque enim simpliciter hęc dixit,quę dixit.sed quoniam omnes dicebant,deúmque incusabant, quòd qui digni habiti essent dei filij vocari, legem accipere, ante omnes illum nouisse,tali tãtáque gloria frui,illum eũdem ante vniuersum orbem colere,tum autem promissiones accipere,patresque earũdem tribuum,quódque omnium maximum,ipsius Christi maiores esse(hoc enim est,ex quibus est Christus, quantum attinet ad carnem)eiecti,atque inhonorati essent: pro illis autem introducti, qui nunquam illum agnouissent homines, ij videlicet qui à gentibus ortum duxissent:hęc igitur qui dicebant,quoniam deum conuiciis afficerent, audiens hæc Paulus,ægreferens,ac pro dei gloria dolens,precatus est anathema esse(si modo fieri posset)vt illi salui fierent, & conuicium eiusmodi cessaret, nec videretur deus illorum maiores decepisse, quibus dona pollicitus est.atque vt intelligas, illum ob id angi, excruciarique, ne videlicet dei promissio intercidere videretur, qua Abrahæ dictum est, Tibi dabo terram hanc, & semini tuo:hæcce precatus est. nam cum hæc dixisset,addidit: *Non autem hæc loquor, quòd exciderit sermo dei,* Declarans quòd hæc omnia propter dei sermonem perferre sustinebat, hoc est propter promissionem, ad Abraham factam. Quemadmodum enim Moses videbatur quidem pro Iudæis legatione fungi, rem vero totam pro dei gloria agebat. Dei enim iram sedaturus ait, vt ne dicant, propterea quod seruare eos non posset,eosdem eduxit in eremo perdendos:Ita sanè & Paulus,vt ne,inquit,dicant, quòd dei promissio excidit,& quæ promisit,falso promisit,illiúsque sermo ad opus nõ exiit,velim anathema fieri. Quapropter non pro gentibus ait.neque enim ad illos promissum illud erat, neque illi erant,qui ipsum coluissent, propterea neque ipsum per illos conuicio afficiebãt,sed pro Iudæis,qui videlicet promissionem susceperissent, quiq; ante alios necessitudine cum ipso coniuncti erant, hæc precabatur. vides quemadmodum, si pro gentibus precatus fuisset, non sic visus fuisset pure propter Christi gloriam hoc factitare.quandoquidem autem pro Iudæis voluit anathema fieri,tum maxime constitit,illum propter Christum

1.Cor.16.d *Anathema*

Acto.16.a

3.Reg.18.a *Gene.22.b* *Num.25.b* *Acto.5.a*

Gene.22.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

stum hæc desiderare. propterea dixit, Quorum est adoptio,& gloria,& cultus, & promissio. Eteni inde lex, ait,existit: lex,inquam,de Christo loquens. inde & pacta,pacta,inquam,ea omnia,quæ ad illos pertinēt. tum autem & ipse ex iis natus,& patres ij, qui promissa acceperunt,ex iisdem omnes.sed tamen contrà accidit,bo-
† ἐγὼ γὰρ & si liceret. vt infiniti-ni,separari, alienari ad verbū,sustinuerim, refe rantur.
nisque omnibus lapsi sunt.propterea discrucior,ait: fac si diceret, vellem Jab eo choro separari, atque alienari, qui Christum circundat, non ab ipsius amore. absit hoc.quandoquidem propter amorem hęc faciebat.sed & illa fruitione & gloria priuari sustinuerim, vt ne dominus meus conuicio afficiatur, malèque audiat, vt ne exaudiam eos,qui dicunt,quòd res ipsæ veluti scena fauctæ sunt.aliis promisit,& aliis dedit. ex aliis genitus est, & alios saluos fecit. Iudæorum maiorib⁹ pollicitus est, illorum autem prole derelicta,eos,qui ipsum nunquam agnouerāt,in illorum bona introduxit. illi in legis meditatione, in prophetarum lectione laborarunt: & qui ab aris, & ab idolis nuperrime rediere, ij facti sunt illis superiores.vbi hæc prouidentiæ? vt ne igitur hæc,ait,de domino meo efferantur, quanquam iniuste efferuntur, & à cœlorum regno libens exciderem,& ab illa arcana gloria, tum aduersa omnia tolerarem, maximam omnium existimans consolationem mihi adfore, si amplius non audiam conuiciis eum affici, cuius amore tātopere ardeo. Quod si nondum accipis, quod dictum est,cogitato, quòd parētes multi pro liberis hæc admisere, non recusantes ab illis separari, vt illos magis inclarescere viderent, illorum existimationem reputantes cōsuetudine sua suauiorem. sed quoniam procul ab hoc amore absumus, ne animi quidem cogitatione dicta hęc complecti possumus. Sic enim quidam Pauli appellationem ne digni quidem sunt qui audiant, suntq; ab illius vehementia tam longe,támque procul distantes, vt illum sentiant, hæc de temporaria morte dicere. quos equidem tantundem Paulum ignorare dixerim,quantum cæcos radium solarem,seu verius dicam, multo etiam plus. Qui enim per dies singulos morere-
Sup.3.g † Christū habet Vero nēs.editio.
tur, ac periculorum veluti grandinibus suppositis, dixisset: Quis nos separabit à dilectione † dei? Jnum afflictio? num angustia? num fames? num persecutio? nec cōtentus seculi huius rebus,sed supergressus cœlum, & cœlum cœli, & angelos & archangelos,& omnia superiora circuncurrens, tum comprehendens simul præsentia,futura,ea quæ videri,ea quæ cogitari possunt, itémque & molesta,& suauia,& quæ in vtrisque,nihilq; prorsus omittens, ac ne sic quidem satiatus, sed & aliam talem ac tantam creaturam non existentem supponens: is,obsecro,quo tandem modo, tanquam magnū quiddam post illa omnia proferens, mortis temporariæ mētionem faceret? non est ita,non est ita.quin potius lumbricorum in fimo latitantium eiuscemodi opinio fuerit.nam si id diceret, quo modo anathema se ipsum à Christo esse precaretur? mors enim eiusmodi illum magis choro ei coniungebat,cooptabátque,qui Christum circundat, tum efficiebat, vt gloria illa perfrueretur. Sed enim sunt nonnulli, qui & quæ hisce ridicula sunt magis, dicere sustinent. non enim mortem aiunt, sed donum Christi recōditum esse precabatur. Et quis hoc vel hominum admodum tenuium, ac supinorum non precatus fuerit? Quo modo autem pro suis ille cognatis hoc fieret? Itaque fabulis ac nugis omissis, neque enim ad hæc contradicere dignum fuerit, quemadmodum ne ad pueros quidem balbutientes, ad ipsam rursus dictionem redeamus, oblectati pelago dilectionis illius,ac libere vbique natātes, tum amoris eiusdem flammam immēsam animo versantes: seu potius quodcunque quis dixerit, nihil quod idoneum quidem fuerit,dixerit. etenim omni pelago latior, omni flamma vehementior erat hæc dilecti o, ac nullaillam pro dignitate dictabit oratio, sed ille solus eam nouerit,quisquis eadem exacte præditus fuerit. Agè itaque rursus ipsa verba in medium adducamus. *Optarim anathema esse ipse ego.* Quid est,ipse ego? qui omnium magister sum effectus, qui officia,meritáque infinita coēgi, qui coronas infinitas expecto,qui sic illum amo,vt meus erga illum amor mihi sit rebus omnibus antiquior,qui quotidie propter illum vror,qui omnia duco † secunda esse, præ amore, jquem erga illum habeo. neque enim curæ illi erat à Christo solum amari, sed & illum magnopere amare.hôcque in primis curabat. propter hoc enim ad hoc respiciebat solum, atque omnia facile ferebat. Vnum enim per omnia considerabat, nempe quo modo pulchrum hunc amorem expleret. & precatur quidem hæc.Cum vero res non sic se habitura esset, neque futurum erat, vt anathema fieret: de reliquo tentat, & ad criminationum defensionem descendere, & quæ rumore omnium iactitata essent, ea in medium prolata subuertere. atque antequam ad apertam horum defensionem descendat, ipsius semina ac fundamenta iam hinc iacit. nam cum dicit, *Quorum adoptio & gloria, & legis cōstitutio,& cultus,& promissiones:* aliud ait nihil,quàm deum voluisse illos quidē seruare. atq; hoc palàm fecit per ea, quæ antea fecit, per ea per quæ Christus ex illis extitit, per ea, quæ patribus promisit. illi autem à propria ingratitudine, atque improbitate beneficētiam repulerunt. Itaque & illa ponit, non quæ illorum laudes sunt,sed quæ dei donum solummodo arguunt. Etenim ipsa adoptio ab eadē gratia manauit, & gloria, & promissiones,& lex. quæ ipsa omnia dum excogitasset, secumq; reputasset, quale, quantúmq; deus vnà cum filio suo studium pro illorum salute impendisset, inclamauit magnum,ac dixit: *Qui est benedictus in secula seculorum,Amen.* vnigenito dei filio referēs pro omnibus gratiarum actionem. Quid enim si & alij blasphemant,ait? cum nos qui illius arcana nouimus, & immēsam sapiētiam,& prouidētiam multam,aperte sciamus, illum dignum esse,non qui blasphemetur, sed qui glorificetur. non contentus autem conscientia ipse sua Paulus, tētat & deinceps ratiocinationē adhibere, ac vehementiore vti contra illos oratione. nec prius in illos inuehitur,q̄ illorum suspicionem circunciderit,ademeritq;. vt ne enim videatur tāquam cum hostibus verba facere, progressus ait: Fratres voluntas quidē cordis mei, & obsecratio apud deum pro ipsis est ad salutem. Et hic item vnà cum aliis,quæ dixit, ita orationem præparauit,atq; adstruxit,quę contra illos dicturus erat,vt ne ea hostili animo dicere videatur. Idcirco ne cognatos quidem illos ac fratres appellare recusat. Etsi enim quæ dixit, ea propter Christum dixit,tamē illorum animum sibi cōciliat. & verbis suis viam munit,seq; omni suspicione liberat,propter ea quæ contra illos dicenda sunt,ac tum demum ad eum sermonē descendit,qui ab omnibus in quæstionem vertebatur. Etenim quærebant permulti (quēadmodum prius dixi) quāobrem qui promissionē accepissent,ij ab ea excidissent: qui autē eam nunquam audiissent,ij ante illos salui effecti essent. Hāc igitur soluens dubitationem,ante obiectionem solutionē adducit. vt ne enim quis dicat, quid? tibi maiori curæ est dei gloria,quàm illi sua ipsius? nū ille tuo subsidio indiget,

† *posit.alē. da esse amori.*

Infra.10.4

vt ne

Universidad de Deusto

vt ne ipsius sermo excidat? contra hæc stans ait: Hæc dixi, non scilicet, quòd sermo dei exciderit, sed vt ostendam amorem erga deum. Etenim quum sic res enenerint, † dubij nobis non sunt, ait, sermones ij, qui de deo circunferuntur, nec hæsitamus ostendere, quòd ipsa dei promissio firma est. quo pacto igitur firma est? Dixit Deus Abrahæ: Tibi & semini tuo terram dabo, & in semine tuo benedicentur omnes gentes. Videamus igitur quale sit semen, ait. non enim omnes qui ex eo sunt, ij semen ipsius sunt. Itaque ait: *Non enim omnes qui sunt ex Israel, ij sunt Israel. neque quia sunt semen Abrahæ, omnes filij.* Si igitur cognoueris, quòdnam sit semen Abrahæ, videbis datam esse promissionem semini ipsius, & cognosces, quòd non exciderit sermo. Quòdnam igitur est, obsecro, semen? non ego, inquit, dico, sed ipsa lex vetus exponit, ita dicens: In Isaac vocabitur tibi semen. quid est, in Isaac? exponito. hoc est, *Non filij carnis, ij filij dei: sed qui sunt filij promissionis, ij recensentur in semen.* Ac vide Pauli prudentiam, animiq; magnitudinem. nam dum exponit, non ait, † quod qui filij sunt carnis, ij filij sint Abrahæ, sed qui dei filij sunt, vetera cum præsenti connectens, ostendénsque quòd ne Isaac quidem simpliciter Abrahæ filius fuerit. Quod porrò ait, eusmodi est, Quicunque secundum Isaac geniti sunt, ij filij dei sunt, & semen Abrahæ. propterea enim dixit: In Isaac vocabitur tibi semen: vt intelligas quòd qui hoc modo generantur, videlicet secundum quem ipse Isaac, ij maximè sunt semen Abrahæ. quo igitur Isaac generatus est modo? non secundum legem naturæ, neque secundum potestatem carnis, sed secundum potestatem promissionis. Quid sibi vult, secundum potestatem promissionis? *In tempore hoc veniam ad te, & erit Sarræ filius.* Hæc igitur promissio, & dei verbum hoc, ipsum Isaac effinxit, & genuit. quid enim si & vulua suberat, & matrix mulieris? sed ipsum promissionis robur filium peperit. sic & nos generamur per verba dei. nam in ipso aquarum lauacro verba dei sunt, quæ nos generant atque effingunt. In patris enim nomen, & filij, & spiritus sancti baptizati generamur. Hæc porro non naturæ generatio, sed promissionis dei. Quemadmodum enim Isaac generationem dum prædixit, tum ipsam expleuit: sic & nostram multis antè temporibus prædixit, per prophetas omnes, ac postea ad opus eduxit. Vides quantam rem demonstrauerit, & vt magnum quiddam dum promisisset, illud ipsum omni cum facilitate adstruxerit? Quòd si Iudæi dicent verba hæc, In Isaac vocabitur tibi semen, id ipsum esse, omnes videlicet, qui ex Isaac generantur, ipsi Abrahæ imputari semen, oportebat & *Iudæos, & omnes qui ab illo descenderunt, filios illius vocari. nam Esaü illorum progenitor, filius fuit Isaac. nunc verò non solùm non vocantur filij, sed & valde sunt alieni. vides vt non qui carnis filij sunt, ij dei filij sint, sed in ipsa etiam natura generatio, quæ per baptisma existit, iam inde ab initio expressa sit? quòd si mihi matricem allegas, possum & ego aquam allegare. sed quemadmodum hic res tota spiritus est, sic & illic promissionis. nam matrix, vnda frigidior fuit, propter sterilitatem, ac senectutem. Exactissimè igitur perdiscamus quænam nostra sit nobilitas, vitamque exhibeamus illa dignam. neque enim habet quicquam quod carnale sit, ac terrestre. Igitur ne ipsi quidem nos quicquam, quod tale sit, habeamus. neque enim somnus, neque voluntas carnis, neque complexus, neque desiderij stimulus, sed dei benignitas rem totam peregit. ac quemadmodum illic ætas desperata quum iam esset, sic & hic peccatorum senectus, quum ingruisset, repentè nouus rediit homo, omnèsque filij dei effecti sumus, & semen Abrahæ. *Non solum autem hoc, sed & Rebecca ex vno conceperat Isaac patre nostro.* Magnum quiddam erat, quod in quæstionem veniebat. Itaque & multas mouet rationes, vndique dubitationem soluere conatus. Nam si mirabile ac nouum, illos post tot, tantásque promissiones, excidisse: multò certè mirabilius, nos in illorum bona ingressos fuisse, qui videlicet tale expectauissemus nihil. ac similiter euenit, vt si regis alicuius filius, cui principatus successio promissa foret, in obscurorum, viliúmque hominum ordinem cogeretur, atque illius loco quispiam iudicio damnatus, scelerum infinitorum sordibus refertus, è carcere exactus, principatum accipiat ad illum pertinentem. quid enim, inquit, allegare possis? quòd ille filius principatu indignus: sed & hic quoque indignus, & multò magis. igitur conueniens erat, aut simul pœna affligi, aut simul honore affici. Talis sanè res & in Gentibus & in Iudæis accidit, atque adeò multò etiam hac incredibilior. ac quòd omnes quidem indigni, declarauit in superioribus, quum dixit: Omnes quidem peccauerunt, *Supra.3.c* & priuantur gloria dei. Quod autem nouum, id est, quòd omnes indigni quum essent, Gentes solæ seruatæ sint. Cum his porrò & aliud rursus, inquis, dubitauerit quispiam: Si enim deus promissiones illis suas expleturus non erat, quamobrem promittebat? Etenim homines, vt qui videlicet quid futurum sit, nó norunt: errore aliquo ducti identidem vel indignis munera promittunt sua. at verò qui & præsentia & futura prouidit, probéque nouit fore, vt quibus promittit, ij sese promissionibus indignos reddent, ac propterea nihil prorsus capiét eorum, quæ promissa fuerint: quam tandem ob rem is promittit? Quo igitur modo hæc soluit Paulus? ostendendo videlicet, quisnam sit Israël, cui promiserit. hoc enim ostenso, & illud item simul ostensum est: quòd videlicet impletæ sint promissiones omnes. quod sanè sentiens dixit: *Non enim omnes, qui sunt ex Israel, sunt Israel.* propterea ne Iacob quidem nomen posuit, sed Israël. quod quidem signum erat virtutis iusti, & doni cœlitus dati, tum autem dei coram ab illo visi. quanquam ait, omnes peccauerunt, & priuantur gloria dei. si igitur omnes peccauerunt, quo tandem pacto alij quidem seruati sunt, alij autem perditi? nempe quòd non omnes accedere voluerunt. nam, quod quidem ad illum spectat, salui omnes effecti sunt, etenim vocati sunt omnes. Veruntamen hoc nunc non ponit, sed ex abundanti illud soluit, atque aliis ab exemplis, aliam quæstionem proponens, & quemadmodum in superioribus, maximam dubitationem per aliam soluit dubitationem. Quum enim hæc *Supra.5.c* quæstio mota esset, quî fit vt Christo iusto effecto, omnes eandem illam iusticiam adepti sint? Adæ factum introduxit, dicens: Si enim vnius peccato mors re- *Ibidem.* gnauit, multò magis qui gratiæ exuberantiam accepere, in vita regnabunt: atque argumentum ad Adam spectans non soluit, suum autem ex illo soluit, ostenditque maiorem in se rationem habere, quòd qui pro illis mortuus sit, illorum potestatem pro libito habeat. Nam quòd omnes puniantur, ob id, quòd vnus peccauerit, multis non admodum rationi esse consentaneum videtur: quòd autem vno rectè faciente omnes iustificentur, id verò & rationi consentaneum fuerit,

† *non desistimus scribere, monemus quibus pro deo respondeamus & ostendamus.* *Genes.22.b*

Ibidem.22.b

† *nõ qui filij sunt carnis, ij filij Abrahæ, sed filij dei.*

* *fortè Idumæos legendũ ab Edõ qui & Esau, & regio etiam quæ Edom hebraice, Ιδουμαία græcè dicitur. Idumæorũ autè terra, repromissionis terræ aduersaria erat. Hier. in princip. Abdiæ.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

rit, & deo conueniens magis. Veruntamen dubium illud non soluit. nam id quantò obscurius manebat, eo Iudæus ipse os obserabatur magis. atque huius dubitatio ad illud transibat, & apertius hoc illinc redditur. Sic itaque & hoc loco, ex aliis quæ in dubitationem veniunt, soluit quæstiones. aduersus enim Iudæos certamen illi erat. quamobrem ea quidem exempla, quæ proposuit, non admodum soluit. neque enim iis obnoxius erat, vt in pugna aduersus Iudæos susceptа: quæ autem sua sunt, ea omnia ex illis apertiora facit. Quid enim admiraris, ait, quòd ex Iudæis, alij seruati quidem sunt, alij autem non seruati sunt? Etenim ab initio hoc in patriarchis factum videre quis possit. Cur enim Isaac solus semen vocatur, quanquam hic & Ismaël, & aliorum plurium pater fuit? at à serua matre fuit, inquies. & quid hoc ad patrem? Veruntamen nihil contendo. eiiciatur hic propter matrem. quid dixerimus de iis, qui à Chettura geniti sunt, num liberi, & ex libera? Quamobrem non easdem cum Isaac prerogatiuas, non eosdē sunt honores sortiti? Et quid de his loquor? Rebecca enim vel sola Isaac mulier fuit, duosq; filios enixa, vtrunque ex Isaac peperit. sed tamen qui vno, eodemq; patre geniti fuere, ab eadem item matre nati, easdem parturigines soluêre: simul eundem patrem, simul eandē matrem sortiti, adde etiam gemelli iidem qui fuere, ij nō eandem sortem adepti sunt. quanquam hoc loco matris seruitutem incusare non potes, vt in ipso Ismaël. neque hunc quidem ex hac, illum autem ex alia matrice natum esse, quemadmodum in Chettura, & in Sarra, quando & eandem parturiginum horam communem inter se habuere. Propterea & Paulus tanquam ad manifestius egressus exemplum: non solùm autem, ait, in Isaac hoc euenit, sed in Rebecca, quæ ex vno conceperat Isaac patre nostro. *Nondum enim geniti quum essent, nullo dum ab illis vel bono, vel malo opere facto, vt iuxta electionem dei propositio maneret, non ab operibus, sed à vocante, dictum est illi, Maior seruiet minori. quemadmodum scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Qua igitur de causa hic quidem amori, ille autem odio habitus erat? qua de causa hic seruiebat, ille autem imperabat? quoniam quidem hic malus, ille autem bonus erat. quanquam illis nondum natis, alter quidem honorabatur, alter autem condemnabatur, adhuc enim nati quum non essent, dixerat deus, maior seruiet minori. Cur igitur hoc dixit deus? quòd non expectat quemadmodum homo, à rerum exitu videre, quisnam bonus sit, quisnam item non talis, sed etiam antea nouit quisnam malus, & quis non talis: & hoc in Israëlitis visu venit, maiori cum miraculo. Quid enim loquor, ait, de Esaü, & de Iacob: quorum ille malus erat, hic autem bonus? Nam in Israëlitis cōmune erat peccatum. omnes enim vitulum adorauerunt, sed tamen alij quidem misericordiam assecuti sunt, alij non. *Misereber enim cuiuscunque misereor, & commiserabor quemcunque commiseror.* hoc ipsum & in iis, qui puniuntur, videas. Quid enim dixeris de Pharaone, qui punitus est, ac tantas luit pœnas? quòd durus erat, & inflexus. num igitur solus ipse, alius autem nemo? quo igitur pacto tam acerbè punitus est? quidnam autem & in ipsis Iudæis, eum, qui populus non esset, vocauit populum? & rursus, non omnes eodem honore dignatus est? Si enim fuerint, inquit, vt arena maris, reliquiæ saluæ erunt. & quamobrem reliquiæ solùm? vides quanta dubitatione compleuit quæ proposita sunt? & id quidem iure ac meritò. quum enim aduersarium in dubitationem

Gene.25.c *Malac.1.a*

Exod.32.b *Exod.33.d* *Exod.14.g* *Esa.10.f*

coniicere licet, non statim solutionem adducito. nam si & ille visus fuerit eidem ignorantiæ obnoxius, quid ipse pericula sustines superuacanea? quid illum audaciorem reddis, negocij totius molem in te attrahens? Dicito enim mihi ô Iudæe, qui ipse tot, tantáque addubitas, & nihil tamen eorum potes soluere: quo tandem pacto super gentium vocatione nobis negocia facessis? atqui possum equidem iustam causam dicere, propter quam gentes iustificatæ sunt, Vos autem excidistis. quænam igitur causa? Quòd illi quidem à fide, vos autem tanquam ex operibus legis: & hac ratione in contentionem acti, proditi vndique estis. Ignorantes enim dei iusticiam, & propriam iusticiam quærentes stabilire, iusticiæ dei non subditi sunt. Loci igitur totius solutio, vt summatim rem totam comprehēdam, sic à beata illa anima profertur. vt autem apertiora hæc fiant, examen per singula dicta faciamus, illud edocti, beati eiusdem Pauli studium in hoc potissimum versari, vt per ea quæ dicit omnia, doceat, deum vnum esse, qui dignos nouerit: hominum autem neminem, vt etiam valde nosse videatur: nam sæpenumero intercidit, ac fallitur humanum iudicium. qui enim cogitationis arcana solus nouit, is apertè nouit, quinam digni sunt, qui coronas reportent, qui rursus pœnam, ac supplicium mereantur. quo sanè nomine complures ille coarguit, puniuitque, qui hominum opinione boni esse putabantur: rursus idem ille permultos coronauit, malos ab hominibus existimatos, hac ratione declarans, illos minimè tales fuisse, non à vulgi sententia, sed ab exacto, incorruptoq; iudicio calculum ferens: neque expectans à rerum ipsarum exitu dignoscere, quis bonus, quis item non talis sit. veruntamen vt ne rursus obscuriorem reddamus orationem, ad ipsa verba Apostolica accedamus. *Non solùm autem hoc, sed & Rebecca ex vno conceperat.* Poteram quidem, ait, & de Chetturæ filiis loqui, sed de his minimè loquor. Verùm vt tanquam ex abundanti ratione victoriam reportemus, ex vno patre, ex vna item matre natos in medium produco. Etenim à Rebecca vterque natus erat, & ab Isaac legitimo filio, probato, eodemq; ante alios omnes honorato, de quo dixit: In Isaac vocabitur tibi semen, qui noster omnium pater fuit. quòd si ille noster pater, & eos item, qui ab illo orti sunt, patres oportebat esse: sed non fuerunt. Vides vt non in Abraham hoc solùm contingit, sed & in ipsius filio? & vbique fides, vbique virtus est, quæ elucet, quæq; exactam exprimit cognationem? hinc enim cognoscimus, quòd non modò ob genituræ modum, sed ob id demum, quòd digni sint virtute patris, filij vocantur illius filij. nam si genituræ modus spectaretur tantùm, conueniens erat, vt & Esaü eadem illa assequeretur, quæ est assecutus Iacob. etenim & hic quoque à vulua effœta erat, & sterilis erat illius mater. sed non hoc solum est, quod in quæstionem venit, sed ipsa voluntas, quæ quidem non vulgariter nobis ad vitæ institutionem conducit. nec dicit, quandoquidem hic bonus, ille autem malus, idcirco in honoribus assequendis præpositus est, vt ne illi statim hoc obsisteret. Quid? boni ij fuere, qui à gentibus potius, quàm qui à circuncisione? etsi enim ita habebat rei ipsius veritas, tamen nondum hoc ponit. inuidiosius enim videbatur. sed in dei cognitionem rem totam reiecit, cum qua depugnare nullus audeat, ne si valde quidem insaniat. nondum enim genitis illis ait, dictum est illi, Maior seruiet minori: ac declarat nobilitatem eam, quam caro affert

Infra.10.4

Gene.21.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

fert, nihil prodesse, sed animæ virtutem quærendã esse, quam vel ante ipsa opera deus nouit. nondum enim natis pueris, ait, cùm neq; boni quippiam fecissent, neque mali, vt secũdum electionem propositum dei maneret, dictum est illi, Maior seruiet minori. hoc enim præscientiæ est, ab ipsorum videlicet partu electionem facere. vt appareat, inquit, dei electio secundum præscientiam facta. à primo enim die bonum, & eum item qui talis non est, & nouit, & pronunciauit. Ne igitur mihi dixeris, legem te legisse, ac prophetas, & tam multum temporis seruiuisse. qui enim animã probare nouit, is nouit etiam, quis dignus sit saluus fieri. Cede igitur incomprehensibili electionis iudicio: etenim solus ille exactè nouit coronare. Quàm multi ergo Matthæo meliores esse videbantur, ab apparenti operum argumẽto? Verùm qui arcana nouit, quiq; cogitationis aptitudinem probare potest, is & in cœno margaritam iacentẽ nouit. omissisq; aliis, admiratus huius pulchritudinem, illũ elegit. voluntatisq; nobilitati suam quam adiunxisset gratiam, probatum illum esse pronunciauit. Si enim artibus his in fragilibus, cæterisq; omnibus in rebus, qui iudicare valent, ij non ab iis argumentis, per quæ imperiti calculum ferunt, quæ proposita sibi sunt, eligunt: sed ab iis quæ probè ipsi norunt, quodq; imperiti probarunt, identidem improbant, quod improbarunt, sua probant sententia. Et equorum item domitores hoc idem persæpe in equis factitant, & qui lapidum precioſorum iudices sunt, & qui cæterarum artium opifices: multò magis benignus deus, ipsa immẽsa sapientia, qui solus omnia apertè nouit, non sustinebit hominum opiniones, sed à propria sapientia, & ea exacta, atque incorrupta de omnibus calculum feret. propterea sanè *publicanum elegit, & latronem, & meretricem*: sacerdotes autem, & senes, & magistratus improbauit & eiecit. Hoc & in martyribus vsu venire videas. Multi igitur ex iis, qui valde abiecti erant, certaminum tempore corona sunt donati, è diuerso, qui magnorum virorum apud multos opinionem habuerunt, supplantati, prolapsiq; sunt. Ne igitur ad reddendæ rationis calculos opificem aduoces. neque dicas, Quamobrem hic corona donatus, ille autem supplicio affectus est? nouit enim exactè hæc præstare. Itaque

Malach.1.a dixit: *Iacob dilexi, Esau, verò odio habui.* Nam quòd id iustè ac meritò, tu quidem ab ipso exitu nouisti, ille autem & ante exitum apertè nouerat. neque enim operum probationem quærit solùm deus, sed & voluntatis nobilitatem, ac probam gratamq; mentem. quisquis enim talis fuerit, quamuis casu, circunuentúque aliquo peccauerit, actũtum ad se rediens, se sibi restituet. quamuis in vicio fortè aliquo commoratus fuerit, non negligetur, sed illum euestigiò reuocabit, qui omnia nouit deus. quemadmodum qui mente corrupta præditus est, vt etiam visus sit bonum aliquod facere, in ipso opere, vnà cum mala sua mente, peribit. quando & ipse Dauid vel cæde, adulterioq; admisso, quòd videlicet ea patrasset, à casu aliquo circunuentus, non à meditatione, exercitationeq; viciositatis correptus, confestim peccata ea abstersit. At Pharisæus nihil horum scelerum quum perpetrasset, sed aliis sese bonis venditans insolescaret, praua voluntate omnia perdidit. *Quid igitur dicemus, num iniustitia apud deum? absit.* Igitur neque in nobis, & in Iudæis. Deinde inducit aliud hoc ipso obscu-

Exo.33.d rius. & quòdnam? Nam Mosi dicit: *Misereber cuiuscunque misereor, & commiserabor quemcunque commiseror.* Ac rursus auget obiectionem, illam mediam abrumpens, ac

soluens, & aliam rursus dubitationem mouens. vt autem quod dicimus apertius fiat, explanare illud necessarium est. Dixit deus, inquit, Maior seruiet minori, ante ipsum partum. Quid igitur, num iniustus deus? nequaquam. igitur audi & quæ deinceps sequuntur. illic enim tum virtus, tum vicium, rei discrimen fecerint: hic autem vnum erat peccatum cũctorum Iudæorum, peccatum, inquam, vituli factitij. & tamen alij quidem puniti, alij autem non puniti sunt. Itaque dixit: Miserebor cuiuscũque misereor, & commiserabor quemcunque commiseror. neque enim tuum est scire ô Moses, qui potissimum digni sint benignitate, sed mihi hoc concedito. Quod si Mosis non erat scire, multò minus nostrum fuerit. propterea enim simpliciter non posuit, quod dictum est, sed ad quem verba faceret, meminit: ait enim, Mosi dicit, vt ipsa personæ dignitate contradicẽtem pudefaciat. dicta igitur dubitationum solutione, orationem mediam abrumpit, rursus aliam obiectionem introducens, ac dicens: *Itaque non volentis est, neque currentis, sed miserentis dei. Dicit enim scriptura Pharaoni, In hoc ipsum te excitaui, vt ostendam in te potentiam meam, & vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra.* Quemadmodum enim illic ait, alij quidem salui effecti sunt, alij autem puniti: sic & hoc loco, idem hic in ipsum hoc asseruabatur. deinde rursus obiectionem inducit: *Itaque cui vult, miseretur: quem autem vult, indurat. dices ergo mihi, Quid adhuc conqueritur? Nam voluntati illius quis restitit?* Vides vt studuerit illud omnibus modis dubium reddere, nec statim solutionem affert, ex vsu & hoc faciens, sed scisciranti os primùm obturat, his verbis: *At qui ô homo, tu quis es, qui ex aduerso respondes deo?* Hoc autem facit intempestiuam, nimiamque illius curiositatem compescens, frenóque adhibito, eundem docens, scire, quid deus, quid autem homo, vt incomprehensibilis illius sit prouidentia, vt nostram exuperans cogitationem, vt omnes parere illi oporteat. vt quum hoc adstruxerit apud auditorem, & compescuerit, mollieritque animum, tum demum magna cum facilitate solutionem afferens, illi plausibile, atque acceptabile dictum suum reddat. Nec dicit, fieri non posse, vt quæ sunt eiscemodi, soluantur, sed quid? iniquum esse eiusmodi scisciari. parere enim dei dictis oportet, non curiosè de illis scisciari, vt etiam illorum rationem ignoremus. Iccirco ait, Tu quis es, qui ex aduerso respondes deo? Vides vt attenuauerit, vt deiecerit fastum? tu quis es? particeps ne es principatus? immo verò iudex deo assides? nam ad illum collatus ne esse quidem aliquid potes. non hoc, aut illud: sed ne esse quidem quicquam. quum enim dicit, quis es, te multò ostendit minus esse, quàm si diceret, nihil es. & alioqui maiorem declarat indignationem ab ipsa interrogatione, nec dixit: Tu quis es, qui deo respondes? sed, qui ex aduerso respondes? hoc est, qui contradicis, qui resistis. dicere enim, sic oportebat, & non sic oportebat, eius est, qui ex aduerso respondet. vides vt terruerit, vt perstrinxerit, vt illos eo adduxerit, vt tremerent potius, quàm scisciarentur, & curiosè indagarent? Hoc ipsum optimi præceptoris officium est, discipulorum appetitionem, ac desiderium non vbique sequi: sed illos ad id quod ipse vult deducere, spinasq; reuellere, ac tum sementem facere, neque statim ad interrogata vbique respondere? *Num dicet figmentum ei, qui finxit, cur me finxisti ad hunc modum? An non habet potestatem figulus luti, vt ex eadem massa fingat aliud quidem vas in honorem, aliud verò in ignominiam?* Hoc loco non liberum arbi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

trium tollens hoc dicit. Verùm ostẽdit quousque deo parendum sit. Nam in exigenda à deo ratione perinde affici oportet, vt ipsum lutum. neque enim solùm te non oportet contradicere, aut quærere, sed ne loqui quidem prorsus, aut cogitare, sed similem esse rei illi inanimi, quæ figuli manus subsequitur, quæq; circumagitur, quacunque ille voluerit. ad hoc enim solum, exemplum sumpsit, nõ ad vitæ probationem, sed ad subditam obedientiam, ac taciturnitatem: estq; id vbique obseruandum, quòd ipsa exempla nõ omnia oporteat in vniuersum assumere, sed selecto eo, quod in illis vtile est, ac cuius gratia vsurpata ea sunt, quod reliquum fuerit, id totũ missum facere nos oportet. Quem-
Num.24.b admodum igitur quum ait, Collapsus vt leo sopitus est: quod inexpugnabile ac terribile est, excerpimus, non quod ferinum, aut si quid aliud leoni conuenit. ac
Osee.13.b rursus quum ait, Occurram illis tanquam vrsa† addu- B
† ἄπορ-ρωμένη, cibo indigens. bitans: quod ad vltionem pertinet. & quum ait, Deus noster ignis absumens: quod consumit, à supplicio videlicet manans: Ita & hic lutum, & figulum, & vasa desumere necesse est. ac quum inducit ac dicit: An nõ habet potestatem figulus luti, vt ex eadem massa fingat aliud quidem vas in honorem, aliud verò in ignominiam? Caue ad opificij rationem existimes hæc à Paulo dicta fuisse, aut sententiæ necessitatem, sed ad œconomiarum potestatem, ac differẽtiam. nam nisi ita acceperimus, multa absurda sequentur. Etenim si de animi sententia hoc loco sermo habetur, & bonorum, & non bonorũ erit ille opifex, videbiturq; tum homo extra omnem culpam esse, tum Paulus ipse, qui vbique ipsam volũtatem coronat, hac ratione secum ipse depugnare. hic igitur aliud nihil agere vult, quàm vt persuadeat auditori, vt maximopere, ac supra quàm dici C
posit, deo pareat, nullaq; de re ab eo rationem exigat. Quemadmodũ enim figulus, ait, ex eadem massa, quæ vult, vasa facit, ac nullus contradicit: ita & hic eodem ex hominum genere, alios quidem supplicio, alios autem honore dum afficit, ne curiosus, solicitusq; sis causæ peruestigator, sed hũc adorato tantùm, & lutũ imitare. ac quemadmodum illud figuli manus sequitur: sic & tu sententiam eius, qui hæc dispensat. nihil enim temerè, nec fortuitò facit, vt etiam ignores sapientiæ arcanum. Tu porrò figulo permittis, vt massa ex eadem, dissimilia, ac differentia vasa fingat, nec vicio vertis. A deo autem rationem exigis tum suppliciorum, tum honorum? nec cõcedis, vt sciat ipse, quis dignus, quis rursus indignus sit? sed quoniam eadem massa eiusdẽ substantiæ est, tute† easdem voluntates censes dignas esse? D
τὰς αὐτὰς cum Budæo τῆς αὐτῆς legẽdũ puto vt sensus sit, Tute voluntates eiusdẽ cẽses dignitatis esse? quantam, quæso, hæc insaniam arguunt? Atqui ne in figulo quidem est, vt ex eadem massa prodeat & quod honoratum, & quod ignominiosum est, sed ab eorum est vsu, qui vasa pertractant: quemadmodum & hic, à voluntate. Veruntamen quod prius dixi, in vnum hoc solùm accipiendum est ipsum exemplum. quòd videlicet non oportet deo cõtradicere: quin potius incomprehensibili illius sapientiæ concedere. nam exempla oportet maiora esse propositis, iisq;, pro quibus ea in medium adducuntur, & quidem vt auditorem magis afficiant. nam nisi maiora essent, maioremq; haberent hyperbolen, ea non quemadmodum oportet, contradicentem perstringere, ac pudefacere possent. Proinde importunam illorum contentionem ita obturauit cõuenienti cum hyperbole. adducit autem deinceps & solutionem. quæ igitur solutio? *Quòd si deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, tulit multa animi lenitate* A *vasa iræ apparata in interitum, & vt notas faceret diuitias gloriæ suæ erga vasa misericordiæ, quæ præparauerat in gloriam, quos & vocauit, nimirum nos, non solùm ex Iudæis, verum etiam ex gentibus.*

Quod autem ait, eiusmodi est: Vas iræ erat Pharao, hoc est homo, dei iram accendens per suam duriciam. dei enim lenitatem ingentem nactus, melior nequaquam euadebat, sed incorrectus manebat: itaque illum non solùm iræ vas vocauit, sed & ad perditionẽ præparatum, hoc est apparatum, à se quidem, & suopte ingenio. neque enim deus quicquam prætermisit eorum, quæ ad illius correctionem, emẽdationemq; facerent: neque ille quicquam omisit eorum, quæ ipsum perderent, omniq; venia priuarent. sed tamẽ hæc deus quum probè nosset, tulit multa cum lenitate, volens ipsum ad pœnitẽtiam adducere. si enim hoc noluisset, ne lenitatem quidem tantam exhibuisset: vbi autem noluit ille B
lenitate ad pœnitentiam vti, sed se ipse ad iram pręparauit, vsus est illo deus ad aliorum correctionem, per supplicij genus, quo illum affecit, cùm alios ad virtutis studia addictiores, intentioresq; reddens, tum suam ipsius potentiam hac ratione spectatam faciens. Quòd enim non vult deus sic suum robur innotescere, sed aliter, nempe per beneficentiam, liberalitatemq; erga nos suam: id verò modis omnibus, iam inde ab initio, declarauit. Nam si Paulus non sic vult apparere potens, *2.Cor.13.c*
non enim, ait, vt nos probati videamur, sed vt vos bonum faciatis: multò minus deus. At verò posteaquam prolixa vteretur lenitate, vt illum ad pœnitentiam adduceret, illum autem nõ pœniteret: tulit illum ad multum tempus, simul quidem suam declarans bonitatem, simul autem & potentiam, nisi vellet ille luerum aliquod facere à multa hac lenitate, ac tolerantia. Ergo quemadmodũ sumpto de eo, qui incorrectus permanserat supplicio, potentiam ostendit suam: ita pleroſque peccatores ad pœnitentiã reuersos miseratus, benignitatem nobis suam spectatam, probatamq; reddidit. nec dixit, benignitatem: sed, gloriam, ostendens videlicet, quòd hoc ipsum maximè gloria dei est, quodq; ea curæ ac studio illi in primis est. quum autẽ ait, Quæ præparauit in gloriam, non dei rem totam esse ait. quãdoquidem si hoc esset, nihil esset, quod omnes saluos fieri prohiberet. sed rursus illius præscientiam declarat, Iudæorumq; ac gentium differentiam tollit. neque verò paruam hinc sermoni suo rursus defensionẽ adstruit. neque enim solùm in Iudæorum gẽte, alij quidẽ periere, alij autem salui sunt effecti, sed & in ipsis item gentibus id vsu venit. itaque non dicit, omnes gentes: sed, ex gẽtibus. neque Iudæos omnes: sed, ex Iudæis. Quemadmodum igitur Pharao vas iræ effectus est, à sua iniquitate: ita & hi vasa misericordiæ à sua probitate, gratoq; erga deum animo. quanquam enim quod plus est in re, ipsius dei est: tamẽ & ipsi etiam paruulum quiddam attulerunt. quapropter non dixit, vasa rectè factorum, neque vasa fiduciæ: sed, vasa misericordiæ, ostendens rem totam dei esse. nam illud, Non volentis, neque currentis, etsi in obiectionis ordine, ac loco dictum est, tamẽ à Paulo dictum, nullam affert dubitationem. quum enim dicit, non volentis, neque currentis, libertatem non tollit: sed ostendit rem totam non illius esse, sed superna indigere gratia. opus est enim & velle, & currere: confidere autem nõ propriis laboribus, sed dei benignitati. quod & alibi ait: Non ego autem, sed dei gratia, quæ mecum est. ac rectè dixit: Quæ præpa- *1.Cor.15.b*
rauerat in gloriam. quandoquidem enim id exprobrabant, quòd gratia salui essent effecti, sicq; pudore illos

afficere

Universidad de Deusto
Biblioteca

assicere putabãt, ex rationibus, quæ illi permultæ supererant, tollit suspicionem. Si enim deo res ipsa gloriam attulit, multo magis illis, per quos deus glorificatus est. Considera porro illius probitatem ac sapientiam infinitam, quam quum posset, de iis, qui supplicio adficiuntur agens, nõ Pharaonem, sed eos, qui ex Iudæis peccauissent, proferre, atque hac ratione orationem apertiorem reddere, tum ostendere, quod vbi iidem parentes, vbi eadem peccata, alij quidẽ perierint, alij autem misericordia donati fuerint, sicq; persuadere nõ amplius dubitandum esse, si ex gentibus quoque nonnulli salui effecti essent, Iudæis perditis: sed id Paulus quũ posset, tamẽ vt ne orationem inuidiosam redderet, supplicij quidem argumentum ac probationem à barbaro profert, vt ne illos videlicet iræ vasa appellare cogatur: eos autem qui misericordiam assecuti sunt, à Iudæorũ populo assumit, quanquam, quod satis est, pro deo defensione vtitur. quòd is videlicet quum intellexisset illum admodum seipsum præparantẽ vas perditionis, tamen B sua officia contulerit: tolerantiam, lenitatem, nec simpliciter lenitatem, sed multam lenitatem, nec in Iudæis quidem id argumenti voluit exercere. vnde ergo alij quidem vasa iræ, alij autẽ misericordiæ? à propria voluntate. Deus autem admodum bonus quum sit, in vtrisque eandẽ ostẽdit bonitatem. etenim non eos modo, quos seruabat, miseratus est, sed & Pharaonẽ ipsum, quantùm quidem in ipso fuit. eandem enim lenitatem & illi, & hic sunt assecuti. qui si seruatus minimè fuit, rei totius culpa ab illius animo accidit: nam dei partes atque officia nihilominus accepit, quàm qui seruati sunt. Solutione igitur ad propositam quæstionem reddita, & quidem per res ipsas vt & aliunde fidẽ sermoni magis conciliet, prophetas introducit, eadem multo ante C tempore prædicentes. Etenim Osee inquit iam inde ab initio hæc scripsit, sic dicens: *Vocabo populum, qui meus non erat, populum meum: & eam, quæ dilecta nõ erat, dilectam.* Vt ne enim dicerent, Imponis nobis per hæc verba Paule, Osee testem citauit, clamantem, ac dicentem, Vocabo populum, qui meus nõ erat, populum meum. quis enim non populus? gentes videlicet. & quæ non dilecta? eædem rursus. sed tamen illos dixit & populum, & dilectam, & filios dei fore. *Ibi enim vocabuntur*, inquit, *filij, dei viuentis.* Quòd si dixerint de Iudæis iis, qui credidere, hoc dictũ fuisse, & ita quoque sermonis ratio cõstat. Si enim tanta in iis mutatio facta est, qui sese post tot, tantaq; beneficia accepta, ingratos exhibuerũt, abalienarunt, ac populus esse amiserunt: quid impedimẽto fuit, quò minus ij, qui non post acceptam necessitudinem, ac familiaritatẽ sese abalienassent, sed qui iam D inde ab initio alieni, extranei; essent, vocarentur, & obedientes effecti, iisdem honoribus, ac præmiis digni haberẽtur? Quum igitur Osee protulisset, hoc solo cõtentus non est, sed & Esaiam post illũ introducit consentanea huic loquentem. *Esaias enim clamat*, inquit, *super Israel.* Hoc est, cum fiducia vociferatur, nec reformidat, dissimulátve. Quid igitur nos insimulatis, quũ illi tuba clarius, hæc multo antè tempore clamãtes denuncient? Quid igitur illud est quod Esaias clamat? *Esa.10.f.& Osee.1.d* *Si fuerit numerus filiorum Israel, vt arena maris, reliquæ saluæ erunt.* Vides vt ille etiam non omnes ait saluos fieri, sed eos qui salute digni sunt? Neque enim multitudinem, ait, moror, neque vereor genus sic effusum: sed illos salute dono tantùm, qui seipsi dignos præstant: nec verò temerè arenæ maris mẽtionem fecit, sed illos veteris promissi commonefaciens, quo quidem sese indi-

A gnos reddiderant. Quid ergo tumultũ cietis, tanquam promissio exciderit, quum prophetæ omnes declarent, non omnes saluos fieri? deinde & salutis modum dicit. Vides diligentiam propheticam & prudentiam apostolicam, quale testimonium induxit? quàm valde aptum: non enim solùm nobis declarat, quòd nõnulli sint, qui salui fiant, & non omnes: sed &, vt salui erunt, addit. quo igitur pacto salui erunt? & quo modo illos deus beneficentia dignabitur? *Sermonem perficiens, & abbreuians cum iustitia, quoniam sermonem abbreuiatum faciet dominus in terra.* Quod autem ait, hunc habet sensum: Non opus est circuitione, nõ laboribus, non afflictione ea, quæ ab operibus legalibus existit, sed magno cum cõpendio salus præsto erit. Tale enim est fides, in paucis *Infra.10.b* verbis habet salutem. Si enim confessus fueris, ait, in ore tuo dominum Iesum, & credideris in corde tuo, quòd deus illum excitauerit è mortuis, saluus eris. Vides quid sit, sermonem abbreuiatum faciet dominus in terra? & quod sane mirum, id est, quòd videlicet breuis hic sermo non salutem modo, sed & iustitiam attulit.

Et quemadmodum prius dixit Esaias: Nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, vt Sodoma facti fuissemus, & Gomorrha assimilati fuissemus. Rursus hoc loco aliud quiddam declarat, quòd videlicet ne pauci quidem illi ex se ipsi salui effecti fuerint. Etenim & hi quoque periissent, & Sodomæ casus illis accidisset, hoc est internecionem perpessi essent (etenim illi omnes radicitus perierunt, nec ex se semen quod vis reliquerunt) & hi igitur ait, vt illi facti fuissent, nisi multa deus bonitate vsus per fidẽ illos asseruasset. Hoc autem & in ea, quam senserunt, expertiq; sunt, captiuitate factũ est. plures enim qui erant, abducti sunt ac perierunt: qui autem pauci, salui effecti *Esaie.1.e* sunt soli. *Quid igitur dicemus*, inquit? *Quòd gentes quæ non sectabantur iusticiam, apprehenderunt iusticiam.* Manifestissima iam hic solutio: *Iusticiam autem eam, quæ est ex fide. Contrà, Israel qui sectabatur legẽ iusticiæ, ad legẽ iusticiæ non peruenit.*

Posteaquã enim & ab operibus ostendit (nõ enim om- *Hic sup.b* nes qui sunt ex Israël, sunt Israël) & à maioribus Iacob, & Esaü, & à Prophetis Osee, & Esaia validissimam inducit solutionem, prius dubitatione per eum adaucta. Etenim duo sunt, quæ in quæstionem veniunt: Quòd videlicet & gentes assecutæ sint, & non sectando assecutæ: hoc est, studium impendẽtes nullum. ac rursus in Iudæorum causa consimiliter dubia duo: quòd videlicet Israël non est assecutus, & studium impendens non assecutus est. Itaq; dictionibus ipsis significãtius, expressiusq; vsus est. neque enim dixit, iusticiã habuerunt: sed, apprehẽderunt. Quod enim maximè nouum, nec opinatumq; est, id demum est, quòd qui sectabatur, non apprehendit: qui verò minimè sectabatur, is apprehendit. Et quidem gratificari illis videtur dicendo, qui sectabatur. postea tamen lætalem infert plagam. posteaquam enim fortem potest inducere solutionem, nihil reformidat grauiorem obiectionem facere. propterea ne de fide quidem disputat, nec de ea iusticia, quæ inde manat: sed ostẽdit ante ipsam fidẽ, vel in propriis factis victos illos, atque cõdemnatos. Tu siquidem, ô Iudæe, ait, ne eam quidẽ iusticiam, quæ ex lege esset, inueniisti: legem enim trãsgressus, & execrationi factus es obnoxius. Hi autem, qui non per legem, sed per aliã ingressi essent viam, maiorem hac inuenere iusticiam, eam scilicet, quæ est à fide: quod & superius dixit. Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriationẽ, sed non apud deum. declarans quòd hæc iusticia maior est illa. Proinde suprà dicebã duo esse, quæ dubita-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionem afferrent, nunc autem & tres sunt effectæ quæ- A
stiones: quòd videlicet gentes & iusticiam inuenerunt,
& non sectantes inuenerunt, & maiorem inuenerunt
ea, quæ à lege esset. quæ sanè eadem & in Iudæorũ cau-
sa è cõtrario rursus in dubitationem cadunt, quòd vi-
delicet Israël non inuenit, & studium impendens non
inuenit, & minorem non inuenit. Coniecto igitur in
dubitationẽ auditore, inducit deinceps breuem solu-
tionem, causamq; dicit eorũ omnium, quæ dicta sunt.
Quænam igitur est causa? *Nempe quòd non à fide, sed tan-*
quam ab operibus. Hæc manifestissima loci totius solu-
tio, quam statim in proœmiis si dixisset, non ita accep-
tabilis fuisset. posteaquam autem illam post multas du-
bitationes, post argumenta, ac probationes posuit, in-
finitis prius correctionibus vsus, tum demũ intelligibi-
liorem, ac magis plausibilem reddidit. Hanc enim ait
illorũ exitij causam esse. Quia nõ ex fide, sed tanquam B
ex operibus legis iustificari voluerunt. Et non dixit, ex
operibus, sed tãquam ex operibus legis. ostendẽs quòd
Esa.28. b ne hanc quidem habuerint iusticiam. *Impegerunt enim*
in lapidẽ offendiculi, quemadmodum scriptum est: Ecce pono in Sion
lapidem offendiculi, & petrã offensionis, & omnis qui credit in eum,
nõ pudefiet. Vides rursus vt à fide existat fiducia, & vni-
uersum donum? neque enim de Iudæis dictum est so-
lùm, sed de vniuerso hominum genere. quisquis enim,
Infra.10.c ait, sit ille vel Iudęus, vel Græc°, vel Scytha, vel Thrax,
vel quiuis alius, qui crediderit, magna perfruetur fidu-
cia. Quod autem in propheta mirum, quòd non quòd
credunt solùm dixit, sed quòd & diffidunt: nã verbum
id, impingo, diffido significat. Quemadmodum igitur
superius, quum eos qui & perirent, & salui fierẽt decla-
rasset, dixit: Si fuerit numerus filiorum Israël, vt arena
maris, reliquiæ saluæ fient. &, Nisi dominus Sabaoth C
reliquisset nobis semen, vt Sodoma facti fuissemus, &
Gomorrhæ assimilati fuissemus. &; Vocauit nõ solùm
ex Iudæis, sed & ex gentibus. sic sanè & hic dicit, quòd
alij quidem credent, alij autem impingent. impingit
porrò quisquis non attendit, quisquis ad alias res hian-
ti ore fertur. quoniam igitur & hi legi attenderent, im-
pegerunt in lapidem, offendiculi autem lapidem, & pe
tram offensionis dicit, ab ipsa mẽte & ab exitu eorum,
qui non crediderunt. Num vobis aperta sunt, quæ di-
ximus: an ea maiori indigent perspicuitate? Equidẽ ea
facilè ab iis capi posse puto, qui animum attenderint.
quòd si nõnullos latent, licet illis priuatim mecum cõ-
gressis interrogare, sicq; discere: propterea enim lon-
giore vsus sum sermonis enarratione, vt ne tenoris cõ-
tinuatione interrupta, dictorum claritatem obfuscare
cogerer. Itaque & hic orationem finiam, nihil de iis a- D
pud vos differens, quæ magis ad mores faciunt: quod
alioqui cõsuetudinis est nostræ, vt ne rursus dictorum
copia meorum, memoriæ vestræ luminibus obstruat.
Tempus itaque iam fuerit in conuenientem finem de-
sinere, orationem claudentes, referenda illi gloria, qui
vniuersarum rerum deus est. Communiter ergo con-
quiescentes, tum nos, qui loquimur: tum vos, qui audi-
tis: reddamus illi gloriam, quòd illius regnum, & po-
tentia, & gloria, in secula, Amen.

HACTENVS GERMANVS BRIXIVS.
Reliquæ sedecim per Musculum quidem prius versæ fuerant.
Sed nunc multis in locis per Philippũ Montanum auctæ sunt
& emendatæ ad exemplar Veronense, quod Brixius plerisque
in locis correxerat è manu scripto codice, quem ab Erasmo ac-
ceperat. *Homiliæ xvij.*

Cap. X.

FRatres, propensa quidem voluntas cordis mei, & depreca-
tio quæ fit ad deum, pro ipsis est ad salutem. Quoniã
illos iterum est reprehensurus, idq; vehementius quàm antea, iterum quoque omnis inimiciciæ suspicionem tollit, multaq; vtitur præparatione. Non est, inquit, quòd verbis meis, & reprehensionibus simpliciter intendatis: sed obseruandum, quòd ista non hostili mente dico. Neque enim eiusdem est animi, salutem illorum desiderare, immo & precari, & rursus ex odio auersari. Propensam quippe voluntatem hic vehemens desiderium vocat. Et vide quo pacto ipsa etiam precatio ab hoc animo fiat. Nõ enim ad hoc tantùm, vt supplicium euaderent, sed vt & saluarẽtur, multũ impendebat & studij, & precationis. Non autem hinc solùm, sed & in sequentibus ostendit, quàm propensa in illos voluntate fuerit. Ab illis enim, quæ Iudæis concedi poterant, quantũ possibile erat vmbram saltem quãdam defensionis & excusationis inuenire instanter & contentiosè quærit quidem, verùm ab ipsa rerũ natura victus non valet. *Testimonium enim,* inquit, *illis perhibeo, quòd zelum dei habent, sed non secundum scientiã.* Hæc itaq; non accusatione, sed venia digna sunt. Si enim nõ propter hominem Christum, sed propter zelum auulsi sunt: oportebat vt misericordia illis impenderetur, magis quàm vt punirẽtur. Sed vide quàm cautè verbo quidẽ illis gratificetur, & tamen interea simul ostẽdat intempestiuam illorum esse contentionem. *Nam ignorantes,* inquit, *dei iusticiam.* Rursus & hoc veniam exigere videtur: sed quod sequitur, & vehementẽ habet reprehẽsionem, & omnẽ tollit apologiam. *Et propriam,* inquit, *iusticiam statuere quærentes, iusticiæ dei non fuerunt subditi.* Hoc autem dicens, ostendit quòd per cõtentionem & primatus ambitum, magis quàm per ignorantiam errauerint, & quòd neque eam iusticiam, quæ ex legalibus est obseruationibus statuerint. Quòd enim dicit, quærẽtes statuere, hoc ipsum ostendẽtis est, licèt apertè quidem illud nõ posuerit. Non enim dicit, quòd ab vtraque iusticia exciderint. Hoc ipsum tamẽ admodum scitè, decentiq; sapientia subindicat. Nam qui illam adhuc statuere quærunt, satis ostendunt se nondum statuisse: & si huic non fuerunt subditi, patet, quòd & ab ea exciderint. Propriam vero iusticiam illam vocat, vel ob id quod lex antiquata amplius non vigeat, vel quod laborum esset ac sudorum. Hanc vero iusticiam dei vocat, nimirum quæ ex fide est, propterea quod omnino ea ex superna gratia sit, nec laboribus, sed dei dono iustificamur. Verùm quoniã illi perpetuo spiritui sancto resistentes, per legem iustificari cõtendebant, ad fidem non accedebant. Ad fidem vero non accedẽtes, neque iusticiam quæ ex illa est, apprehẽdentes, deinde per legem etiam iustificari non valentes, vndique exciderunt. *Finis enim legis Christus est, ad iusticiam omni credenti.*

Vide Pauli prudẽtiam. Quoniam enim & hic iusticiam, & illic quoq; iusticiam dixerat, ne putarẽt ex Iudæis credentes, hanc se habere quidẽ, illa vero priuatos esse, atque ideo iniquitatis dãnari (credibile enim erat quod illi nõ minus timuerint, vtpote in fide adhuc recentes) nèue Iudęi rursus illã se prẹstare posse putantes, dicãt etiã si illam nondũ impleuimus, implebimus tamen omnino, vide quid agat. Ostẽdit vnam esse iusticiã, illamq; in ista cõsummari, & quod qui istam acceperit, quæ per fidẽ est, illam quoq; impleuerit: qui vero eam repudiauerit, quod is ab vtraq; exciderit. Si enim legis finis est Christus: sequitur, quod qui Christũ non habet, etiam si legis iusticiam habere videatur, eam tamen

Universidad de Deusto
Biblioteca

men non habeat: qui verò Christū habeat, etiam si legem nō præstiterit, totū tamen acceperit. Etenim medicinæ finis est sanitas. Quemadmodum igitur qui sanum facere potest, etiam si medendi artem non habuerit, totū tamen habet. Qui verò curare nō nouit, etiam si videatur artem exercere, prorsus tamen excidit, ita quoque in negocio legis habet & fidei: fidē enim si quis habet, is etiam legis finē habet. Extra fidem si quis fuerit, vtrique alienus est. Quid enim lex vult? Hominē iustum facere: sed non potest, nemo siquidē illam impleuit. Hic itaque legis quidē erat finis, atque huc respiciebant omnia, ad hoc omnia fiebāt, siue solennitates festiue, siue mādata, siue oblationes, & si qua sunt reliqua, vt homo iustus redderetur: sed hunc finē Christus magis per fidem assequutus est. Non est itaq; quod timeas, inquit, velut legis transgressor, posteaquàm ad fidē accessisti. Tunc enim legem transgrederis, quādo Christo propter illam non credis. Quòd si illi credideris, & hāc implesti, & multò plura quàm ea præceperat: multò siquidem maiorem iam accepisti iusticiā. Quoniam verò ista à Iudęis negabantur, ex scripturis deinceps ea denuò firmat. *Moses*, inquit, *iusticiam quæ ex lege est, scribit.* *Leuit.18.a*

Quod autē dicit, hoc est: Moses ostendit nobis eam quæ ex lege est iusticiam, qualis illa sit, & vnde constet: nimirum, vt quæ mandata sunt, adimpleantur. *Qui fecerit ea*, inquit, *viuet in illis.* Neque enim aliâs licet in lege iustificari, nisi eum qui cūcta adimpleuerit. Id verò nemini dum possibile factum est. Intercidit itaque iusticia illa, sed dic nobis ô Paule alteram quoque iusticiam quæ ex gratia est. Quę est igitur ista, & in quo cōsistit? Audi quàm clarè eā describat. Posteaquàm enim illam perstrinxit, deinceps & ad istam transit, dicens: *Ezech.20.b*

Quæ verò ex fide est iusticia, sic dicit, Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in cœlum? hoc est, Christum deducere. aut, Quis descendet in abyssum? hoc est, Christum ex mortuis reducere. Sed quid dicit? Propè est verbum in ore tuo, & in corde tuo. Hoc est verbum fidei quod prædicamus. Nempe, si confessus fueris ore tuo dominum Iesum, & credideris in corde tuo, quòd deus illum excitauerit à mortuis, saluus eris. Ne Iudæi dicant, quo modo maiorem iusticiam inuenerunt, qui minorem non repererunt: rationem adducit cui cōtradici nequeat, nimirū quòd hæc via illa sit leuior. Illa siquidem omnium exigit adimpletionem: nam quando cuncta feceris, tum primùm viues. Quæ verò ex fide est iusticia, istud non loquitur. Sed quid? Si confessus fueris ore tuo dominum Iesum, & credideris in corde tuo, quòd deus illū excitauerit à mortuis, saluus eris. Deinde ne rursus illā cōtemptibilē reddat, ob id quòd facilem & simplicem esse demonstrat, vide quo pacto sermonem, de illa differens, dilatet. Non enim subitò huc accessit, quemadmodum diximus. Sed quid dicit? Ea verò iusticia quæ ex fide est sic loquitur: Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in cœlum? hoc est, Christum deducere: aut, Quis descēdet in abyssum? hoc est, Christū ex mortuis reducere. Quēadmodum enim virtuti, quę per opera est, socordia, labores & remittēs animi dissolutio, resistit, ita vt admodum vigilanti mēte sit opus, ne illi cedatur: ita & quando credendum est, occurrunt rationes, multorum animos & interturbantes, & vastātes, vt viridiore animo opus sit, quatenus propulsentur. Atque ideo illas etiam in medium adducit. Et quod in Abrahamo fecit, idem & hic facit. Nam & illic, cùm ostendisset illum ex fide iustificatū esse, ne quasi frustra videretur, & præter causam tātam accepisse coronam, vt apud quem si res ad fidem referatur nihil esset operis, fidei naturam extol- *Deut.30.c*

lens, dicit: Qui præter spem in spem credidit, in hoc vt fieret pater multarum Gētium. Neque infirmatus fide, considerauit suum ipsius emortuū iam corpus, & emortuum vterum Saræ: verùm ad promissionem dei non hæsitabat ob incredulitatem, dās gloriam deo, certoq; persuasus, quòd † qui promiserat, idem] potens esset & præstare. Atque ita ostendit quòd fortitudine sit opus animoq; sublimi, ea quæ præter spem sunt amplectēte, atque in visibilibus non offendente. Hoc igitur & hic facit, ostenditq; quòd philosophi mente animoq; cœlesti quadā sublimitate excelso ac magnifico sit opus. Et nō dicit, ne dixeris simpliciter: sed, ne dixeris in corde tuo: hoc est, neque cogites etiam vt dubites dicasq; apud teipsum: Et quo pacto poterit hoc fieri? Vides quòd hoc potissimum peculiare sit fidei, vt omni infra nos relicta rationis sequela, quod supra naturā est inquiramus, cogitationumq; infirmitate per diuinā virtutem & potentiam eiecta, promissa dei cuncta complectamur? Quanquam non ista solùm dicebāt Iudæi, sed quòd impossibile sit etiam ex fide iustificari. Paulus verò istud ad aliud factum ducit, vt posteaquam ostēderit illud vsque adeò magnū esse, vt fide etiam postquam fuerit factum, opus habeat, meritò videatur credentibus coronam texere. Vtitur autē verbis in veteri testamento positis, perpetuò studens, nouitatis inimicæq; impugnationis, cōuicia effugere. Quod enim hic de fide dicit, istud & Moses illis de mandato dicit, ostendēs quòd multa essent potiti dei beneficētia. Non enim est, inquit, quòd dicas, quòd in cœlum cōscendere oporteat, magnumq; transire pelagus, atq; inde mādata desumere, sed quæ tam magna sunt & grauia, leuia vobis fecit deus. Quid verò est quod dicit, propè est tibi verbum? Hoc est, facile est: in mente siquidem, linguaq; tua salus est. Non opus est, vt aut lōgo emenso itinere, aut pernauigato mari, aut superatis mōtibus salneris: sed si ipsum etiam limen transgredi nolueris, licet tibi, domi quoque sedenti salutē consequi. In ore nanque tuo, & in corde tuo salutis est causa. Deinde vt & aliunde facilem faciat fidei sermonem, dicit, quòd deus illum excitauerit à mortuis. Cōsidera siquidē excitantis dignitatem, & videbis nullam amplius in hac re difficultatē esse. Quòd autem Christus sit dominus, ex resurrectione manifestū est: id quod & cùm epistolam hanc ordiretur, dixit: Qui declaratus est, inquiens, filius dei ex resurrectione mortuorum. Quòd autē & ipsa resurrectio facilis sit, ex ipsa susceitātis fortitudine ostensum est, & quāuis incredulis probatum. Cùm itaque & maior sit fidei iusticia, & leuis ac susceptu facilis, sitq; impossibile aliunde iustificari: an nō extremæ fuerit cōtentionis, relictis quæ leuia sunt, & facilia ad impossibilia cōtendere? Nequeunt enim dicere, quòd hāc rem, velut grauē & onerosam deuitauerint. Vides quo modo omni illos venia priuet? Qua nanq; poterūt excusatione digni haberi, qui quod grauius est & inefficax acceptantes, id negligunt, quòd præterquàm quod leue est, saluare etiā illos poterat, eaq; præstare quæ lex dare non valuit? Nihil itaque aliud in causa est, quàm contentiosus animus, deoq; seditiosē repugnans: lex enim grauis est, gratia verò facilis. Deinde lex etiam si innumeris modis contenderint, nō saluat: gratia verò & suam, & quæ legis est, iusticiam præstat. Quis itaque sermo hinc illos eximet, cùm tam contentioli sint aduersus gratiam: legē verò frustra & inaniter quidem, mordicus tamen complectātur. Deinde quoniam magnum quid dixerat, idipsum rursus ex scriptura confir- *Supra.4.c* † ὃ ἐπήγγελται. *id quod promisit, vel quod promissum est.* *Supra.1.a* ἀφορμή, *occasio, causa, facultas.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioelis.2.g πλεστοις εις πάντα και επὶ πάντας.

mat. *Dicit enim scriptura*, inquit, *Omnis qui credit in illum, non pudefiet. Nõ enim est distinctio vel Iudæi, vel Græci. Nam idem dominus omnium, diues in omnia, & in omnes inuocantes se. Quisquis enim inuocauerit nomen domini, saluus erit.* Vides quo modo & fidei & cõfessionis testimonia adducat? Cùm enim dicit: Omnis qui credit in illum, fidem declarat: cùm verò dicit, Quisquis enim inuocauerit, confessionem manifestat. Deinde rursus communionẽ & æqualitatem gratiæ prædicans, Iudæorumq; fastũ constringens, quæ multis antea declarauerat, ea iã breuibus admonet, iterum ostendens nihil inter Iudæum & præputiatum esse differentiæ. Nõ enim est distinctio, inquit, Iudæi & Græci. Et quod in horum probatione de patre dixerat, illud hoc loco & de Christo dicit: Quemadmodum enim in præcedentibus, cum idem ageret, dixit: Num Iudæorum deus tantùm? Nunquid & Gentium? Quoniamquidem vnus est deus: ita & hic inquit, nam idẽ dominus omnium, diues in omnia & in omnes inuocãtes se. Vides quo modo deum salutis nostræ vehementer cupidum ostẽdat, siquidem illam diuitias suas peculiares æstimat, ita vt illi iam nihil habeãt causæ, qua vel desperẽt, vel si resipiscere voluerint, nullam se reperturos veniam arbitrẽtur? Qui enim peculiares suas putat esse diuitias, si nos saluet, diteſcere vtiq; non cessabit. Nam & istæ sunt diuitiæ, quòd donum suum in omnes effundit. Quoniã verò illos & hoc maximè disturbabat, quòd cùm præeminẽtia totius orbis essent potiti, nunc per fidem ab illis thronis deiiciebãtur, ita vt nihil reliquis haberẽt amplius, continuò prophetas qui eam honoris æqualitatem illis præcinuerant, inducit. Omnis enim, inquit, qui credit in illum, non pudefiet. Et quisquis inuocauerit nomẽ domini, saluus erit. Vbique autem vniuersale illud, omnis, aut quisquis, posuit, ne quid haberent quod contradicerent.

Supra.3.a

Morale.

Sed nihil est inani gloria peius, ipsa quippe, ipsa, inquam, omnium maximè illos perdidit. Vnde & Christus illis dicebat: Quo modo potestis credere, qui gloriam à vobis inuicẽ captatis, & gloriã quæ à solo deo est, non quæritis? Hæc scilicet inanis gloria cum perditione multam simul & irrisionem inducit, & ante supplicium illud futurum innumeris hic quoque malis inuoluit. Itaque, si placet, vt hoc intelligas, relictis interea cœlis è quibus nos excludit, præteritaq; gehenna in quã nos deiicit, rem omnẽ, vt hic geritur, scrutemur. Quid igitur illa sumptuosius? Quid illa turpius? quidnam poterit esse difficilius? Quòd enim hic morbo equo sumptuosior sit, ex iis patet, quę theatris, quæ equorum certaminibus, aliisq; eiusmodi intempestiuis ambitionibus frustra & inaniter insumũtur, vt sunt eorum etiam qui splendidas & pretiosas domos ædificant, aliaq; omnia quæ ad abundantiam inutilem faciunt studioſè comparant, quę quidem singula sermone iam cõplecti propositum non est. Quòd autem oporteat eum qui adeò sumptuoso prodigoq; morbo laborat, rapacẽ simul & auarum esse, omnibus modis clarũ est: vt enim habeat vnde venatorem alat, in aliorum subſtãtias manus iniicit. Et quid dico subſtãtias? Neque enim pecunias solùm, sed & animas hic ignis deuorat, nõ solũ præsentem, sed & futuram mortẽ parans. Mater enim gehennæ est inanis gloria, ignemq; illum vehemẽter accendit, vermemq; pestiferum confouet. Videre est illam & in mortuis vires obtinere, qua re quid poterit fieri peius? Aliæ siquidem passiones, morte finiuntur: ista verò & post mortem violẽter instat, naturamq; suam, etiam in emortuo iam corpore, ostendere contendit. Quum enim splendida sepulchra omnemq; ipsorum substantiam cõsumentia morientes sibi erigi curent, atque vt in sepultura multus antea luxus adhibeatur, affectent: quumq; viuentes quidem pauperes ipsos pro obolo & pane vno accedẽtes contumelia adficiant, morientes verò tam sumptuosam mensam vermibus præbeant: quam, quæso, aliã quæres in hoc morbo tyrãnidis excellentiam? Ab hoc etiã malo absurdi nascuntur amores. Multos siquidem, neque faciei venustas, neque cõmixtionis concupiscẽtia, sed quod habeant vnde glorientur, & dicant, hãc & hanc ego decepi, in adulteriũ conieci: & quid opus est reliqua mala quanta hinc pullulent recensere? Elegerim potius innumerorum barbarorum seruitutem, quàm semel vnius inanis gloriæ. Neque enim captiuis illi suis talia præcipiũt, qualia subditis suis ista iubendo mandat. Omnium, inquit, seruus esto, siue fuerint te splendidiores, siue etiam viliores. Animam contemnito, virtutẽ negligito, libertatem rideto, salutem tuam destruito: & si bonum quid feceris, non ad hoc facito vt deo placeas, sed vt multis ostẽtes, & coronam quæ benefaciẽtes manet, perdas. Et si eleemosynam dederis, aut ieiunaueris, laborẽ quidem sustineto, lucrum verò perdere studeto. Quid quæso, poterit hisce præceptis crudelius fieri? Hinc & inuidia initium suum habet. Hinc quoque malorũ omnium mater, pecuniæ cupido oritur. Multitudo quippe famulorum, aurigeri barbari, parasiti, adulatores, vehicula argento cõspicua, aliaq; istis vaniora, neq; voluptatis, neque necessitatis cuiuspiam, sed solius vanæ gloriæ gratia fiunt. Ista profectò sic habent, inquies: verùm quòd malus quidẽ sit hic morbus planè manifestum est, quo modo autem illum effugiamus, necesse erit vt dicatur: Maximè sanè. quòd si tibi hoc potissimum persuaseris, nempe hunc morbum esse grauem, optimum iam correctionis initium feceris. Tum enim ægrotus cõfestim de medico cogitat, cùm ante omnia primùm ægrotare se cognouerit. Quòd si & aliã viam, qua morbũ hũc effugias, quæsieris, respice ad deum continuò, & ea quã ab illo expectas gloria contentus sis. Si quando te morbus hic titillauerit incitaueritq;, vt conseruis tuis quæ rectè facta gesseris gloriando narres, rursus cogitans, quòd nihil inde fructus, etiam cùm dixeris, sis accepturus, absurdam hanc cõcupiscentiam extinguas, animæ tuæ ad hunc modũ immurmurans: ecce tãtum temporis parturiendo laborasti, vt quæ rectè gesseras aliis inuulgares, & cùm tantum temperantiæ non haberes, vt silentium seruares, omnibus ea obtrusisti: iam dic, quæso, quid vtilitatis amplius inde ceperis? Nihil planè, nisi extremum damnum, nimirum quòd irrita facta sunt omnia, quæ magno labore cõgesseras. Post hæc & illud perpendas, quòd multorum sentẽtia sit corrupta, corruptumq; iudicium: imò non solùm corruptum, sed & quod subitò marcescat. Nam etiam si ad horam admirentur, puncto tamen temporis vix præterito, omnium obliuiscuntur. Atque ita fit, vt à deo tibi datã coronam eripiant, & eam quam ab ipsis expectabas, conseruare tibi nequeant. Quanquam etiam si manserit, multæ tamen miseriæ fuerit, diuinam illam ista commutasse. Cùm verò nec ista maneant, sed prorsus diffluat: quam habebimus excusationem, qui propter instabilem perpetuam illam prodimus, propter paucorum præconia tanta bona perdentes? Quanquam etiam si multi fuerint laudatores, † & ipsi tamen quoq; digni sunt, qui velut miseri non æstimentur, jidq; tum magis, quum plures

Ioan.5.g

Melior lectio habet σώματα λαμπρα id est, sepulchra splendida.

Præcepta inanis gloriæ.

† etiã sic cõmiseratione digna es.

Universidad de Deusto
Biblioteca

res sunt qui hoc faciunt. Si verò mirum videtur quod dico, audi Christum ipsum idem censentem: Væ enim vobis, inquit, quãdo laudauerint vos omnes homines: & valde meritò. Si enĩ cuiuis arti, nõ quoslibet, sed ipsos opifices iudices requiris, quo modo virtutis probationem multis committis, & nõ præ omnibus vni illi: qui quum omnia sciat, solus etiam vel exturbare, vel coronare potest? Hoc itaq; Christi verbum inscribamus, & parietibus, & ianuis, & menti, dicamusq; continuè nobisipsis: Væ nobis, si quãdo laudauerint nos omnes homines. Nam ipsi etiam laudatores te postremò velut vanæ gloriæ, vani honoris, præconiiq; quod ab ipsis sit, stultè amantem vituperabunt. Deus autem non ita, sed quum viderit te eius, quæ ab ipso sit, gloriæ cupidum, tum te potissimum laudabit, celebrabit, prædicabit. homo verò aliter: nam is postquam pro libero seruum te acceperit, nudo plerunq; verbulo, tibi falsam laudem gratificatus veram abs te mercedem aufert, & sibi magis quàm cuĩquis empticium, subiicit: habent enim illos præceptis suis obedientes qui illorum dominantur, tu verò etiam sine præceptis seruis. Neq; enim expectas vt quicquam præcepti ab illis audias, sed quamprimũ cognoueris tantùm, quo pacto gratificari queas, omnia facis, ipsis etiam nihil præcipiẽtibus. Quanta igitur gehenna digni non erimus, qui cũ flagitiosis hominibus vsq; adeò delectamur, vt etiã quum nihil præceperint, seruiamus: deum tamen nullo non die præcipientem, & adhortantem, neq; sic etiã audientes colimus? Quòd si omnino gloriæ, laudumq; factus es amator, fac laudẽ quæ ab hominibus est fugias, atq; tunc verè innumeris laudibus & apud deum, & apud homines frueris. Nihil enim solent æquè admirari, atq; eum qui nec celebrari, nec laudari sustinens, *omnia ista contẽnit. Quòd si nos ita solemus, multò magis qui omnium deus est.* Quando verò is te glorificauerit, ac laudauerit: quis, quæso, te fuerit beatior? Quantum enim inter gloriã, & ignominiam: tantum inter cœlestem illam gloriam, & hãc humanam est differẽtiæ. Imò multò ac infinitò plus. Si enim ista nulli collata, turpis est ac deformis: cogita quanta futura sit turpitudo, si quando eam ad alterius collationẽ exquisierimus. Quemadmodum enim prophana mulier in prostibulo consistens, † quibusuis] sui copiã facit: sic & qui vanæ gloriæ dediti sunt. Imò turpius etiam quàm istiusmodi mulieres. Illæ siquidẽ quosdam amatores suos contẽnere sæpenumero solent, tu verò teipsum quibusuis, & fugitiuis, & latronibus, & furibus exponis. Ex illis quippe & eiusmodi theatra, vnde laudemini cõstituta sunt. Et quos seorsim in seipsis, ne tantillo quidem dignos æstimas, illos collectos tuæ ipsius saluti præponis, teq; ipsum omnibus istis viliorem esse decernis. Quo modo enim nõ es vilior qui illorũ opus habes præconio, quiq; tibi teipsum sufficere nõ putas, nisi gloriã aliunde capias? Non cõsideras, dic quæso, præter ea quæ dicta sunt, & istud quòd cùm illustris fueris, omnibusq; conspicuus, si peccaueris innumeros habiturus sis accusatores, ignobilis verò si fuisses, securior multò mansurus. Verũ est, inquies, sed vicissim si rectè fecero, innumeros quoq; habebo, qui admirẽtur. Atqui istud vtiq; graue est, quòd hic vanæ gloriæ morbus tenon solùm quũ peccaueris, sed & quũ rectè quid gesseris, damno afficit: illic quidem † & mille ludibriis exponens,] hîc verò omni prorsus virtutum mercede spolians. Graue quidem fuerit omniq; ignominia plenum, in politicis rebus gloriã sectari. Cæterùm quum in spiritalibus quoq; hoc idem feceris, quis veniæ locus tibi erit relictus, si ne tantum quidem honoris deo tribuere velis, quantum ipse à domesticis habes? Seruus quippe ad oculos heri sui respicit: mercenarius operator ad operis sui dominum præmia daturum, discipulus ad præceptorem. Tu verò omnino contrarium facis, deum qui remunerat, dominumq; relinquẽs ad cõseruos respicis, etiam si scias quòd deus rectè factorum tuorum etiam in futurum recordetur: homo tamen ad præsens tantum, & quum habeas in cœlo theatrũ constitutum, spectatores tamen in terra tibi colligis. Athleta quidem vbi certat ibi & probari cupit. tu quum in superioribus certes, in inferioribus coronari quæris. Et quidnam poterit hac amentia peius fieri? videamus autem, si placet, & coronas. Illa quidẽ ex arrogantia constat, ista verò ex inuidia quæ aduersus alterum est concepta, quædam ex ironia & adulatione, propter pecunias alia, nonnulla etiam ex seruili ministerio. Et quẽadmodum pueri ludentes ex fœno coronas inuicẽ imponunt, coronatum autem sæpenumero eius rei ignarum, post tergum irridենt: ita sanè & nunc qui te in faciem prædicant, apud seipsos clanculum subsannãt, atque ita quid aliud fit, quàm quòd & nobis inuicem fœnum coronantes imponimus? Et vtinam nihil aliud q̃ fœnum. Nunc autem multo etiam nocumento plena est hæc nostra corona: nam omnia nostra rectè facta perdit. considerata itaq; ipsius vilitate, damnum istud effugito. Sed dic quæso, quot velis habere laudatores, centum? seu bis, seu ter, seu etiam quater totidem? imò si volueris, pone vel decies, vel vigesies totidẽ: quin sint duo milia, aut etiam quatuor, vel si ita placuerit, innumeri qui applaudant, nihil tamen illi omnes à graculis desuper garrientibus differẽt: Imò si angelorum theatrum perpenderis, apparebunt illi vermibus etiam viliores, illorumq; præconium aranearũ textura fumoq; & somniis infirmius. Audi verò quo modo Paulus ista diligenter confirmet, non solùm inania hæc non quærens, sed & deprecans, quum dicit: Mihi verò absit gloriari, nisi in cruce domini. Hanc itaq; gloriationem tu quoq; æmulare, ne dominum exacerbes. Ista quippe faciens, non solùm tibiipsi, sed & deo contumelios us es. Neq; enim si pictor existens discipulũ aliquem habuisses, qui quæ artis sunt tibi ostẽdere contemnens, tabellam foras simpliciter obseruantibus, & imperitè ostentandi gratia proposuisset, mansuetè tulisses. Quòd si istud in conseruis contumeliæ loco est, multò magis erga dominum. Si verò rem hanc contemnere, aliunde quoq; discere voles, fac mẽte sublimi sis, irride, quæ visibilia sunt. Auge veræ gloriæ amorem. Plenus esto grauitatis spiritualis. Dic ad animam tuam quemadmodũ Paulus dixit: ignoras quòd angelos iudicaturi sumus? atq; ab hoc cœno excitatam increpato deinceps ac dicito: Angelos iudicatura es, & vis ab immundis iudicari, cumq; saltatoribus, mimis, bestiariis, atque aurigis laudari? Eadem enim & illi prœconia sectantur. Tu vero horum clamore sublimiores alas tibi para, emularèque illum solitudinis ciuem, inhabitatorem Ioannem, ac disce, quo modo ille multitudinem contempserit, adulatoresq; videre non curauerit, neq; quum videret totius Palæstinæ habitatores circum se fusos, admirari stupereq;, vel tantillum tamen eiusmodi fuerit inflatus honore: sed ipsis non aliter quàm adolescẽtulo cuipiã ex aduerso institerit, cum tanto populo disserens, obiurganter diceret, † Gennemata] viperarum, & quæ sequuntur. Et tamen propter illũ relictis ciuitatibus, concurrebant, quatenus sacrũ illud caput viderent. Verùntamen

Luc. 6. d *Luc. 6. d* *† ad quæstũ* *† quàm plurimos subuertens.* *Gal. 6. d* *Φρονίμα-τος.* *1. Corin. 6. a* *πτερύγ.* *Luc. 3. b* *Matth. 3. b* *† serpentes germina.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen ipsum nihil horum emolliuit. Procul enim erat à gloriæ studio, & ab omni fastu liber. Sic & Stephan⁹, quum populum videret non se honorantem, sed insanum, dētibusq; frementem, ira illorum superior factus, *Actu.7.f* dicebat, Dura ceruice & incircunciso corde. Ad eum modum & Helias præsentibus militum castris, regeq; *3.Reg.18.g* & populo cuncto, dicebat: Vsquequo vtroque poplite claudicatis? Nos verò seruili ministerio quibusuis adulamur, quatenus honorem ab illis emamus. Atq; ideo sursum ac deorsum turbantur omnia, ob eamq; gratiā produntur quæcunque Christianismi sunt, negligunturq; omnia propter eam quæ à multis est, acquirēdam laudem. Exterminemus itaque morbum istum, & tunc verè sciemus quæ sit animi libertas, qui portus, quę trāquillitas. Vanę siquidem gloriæ cupidus, similis illis est qui tempestates ferunt, semper tremens, semper timēs, innumerósque dominos obseruans. Qui verò extra illam est tyrannidem, rectè comparatur iis qui in portu constituti, integra iam libertate potiuntur. Alius verò nō item, sed quàm multis est cognitus, tam multos habet dominos omnibus seruire coactus. Quo modo ergo ab hac dura seruitute liberabimur? Si aliam gloriā adamauerimus, nempe eam quæ vera est gloria. Quēadmodū enim eos qui corpora amant, alia splēdidior facies visa à priore separat: sic & eos qui gloriam hanc depereunt, splēdida illa cœlestis gloria cōspecta si fuerit, ab ista abducere poterit. Videamus igitur illam, diligenterq; perdiscamus, quatenus illius admirati pulchritudinem, huius turpitudinē fugiamus, multaq; voluptate freti, in illa sine intermissione deliciemur: quā vt omnes adsequamur, gratia fiat & benignitate &c.

Homilia XVIII.

QVo modo igitur inuocabunt eum, in quem non crediderunt? Quo modo autem credent in eum, de quo nō audierunt? Quo modo verò audient sine prædicante? Quo modo autem prædicabunt nisi mittantur? sicut scriptum est.

Hic sup.a Rursus eos venia priuat: quoniam enim dixerat, Quia
Ibidem. testimonium illis perhibeo quòd zelum dei habeant, sed non secundum scientiam: &, Ignorantes dei iusticiam, iusticiæ dei non sunt subditi: iam deinceps ostendit, quòd huius etiam ignorantiæ pœnas deo debeant. Hoc autem licēt apertè ad eum modum nō dicat, hoc tamen conatur per interrogationem sermonem instituens, argumentumq; clarius facit, dum per obiectionem ac solutionem omnem hūc locum texit. Obserua verò: suprà, inquit, dixit propheta, quòd quisquis inuocauerit nomen domini, saluus sit futurus. Sed dicet forte quispiam, & quo modo poterunt inuocare eum in quem non crediderunt? Deinde & hoc hāc obiectionem sequitur ipsius interrogatio, nimirum, quare non crediderint? post hæc & alia obiectio: poterit enim omnino dici, & quo modo credent, cùm non audierint? Atqui audierūt, inquit. Deinde & alia rursus obiectio: Et quo modo potuissent audire absq; prædicāte? Cuius iterum solutio subiungitur. Atqui prædicarunt multi ad hoc missi scilicet: & vnde manifestū quòd isti sint missi illi? Tum rectè prophetam inducit, dicentem:

Esaiæ 52.b *Quàm speciosi pedes annunciantiū pacem, annunciantium bona?*
Naum.1.d Vides, quo modo à prædicationis modo ipsos prædicatores declaret? Circuibant enim nihil dicentes aliud, quàm ineffabilia illa bona, pacēmque quæ interdum & homines facta erat. Itaq; dū increduli persistitis, non nobis, inquit, diffiditis, sed Esaiæ qui ante multos etiam annos prædixit quòd mittēdi essemus, quòd

ἔλεγχον, *argumētum vel reprehē sionem.*

prædicaturi, & quòd illud quod diximus, dicturi. Salus itaq; cū in eo sit vt inuocetur nomē domini, inuocatio verò fidem exigat, fides autē vt auditum sit, audire verò vt prædicetur, prædicatio vt mittatur, missi autem sint ac prędicauerint, circueunte cum illis etiam propheta, qui de illis prædicet ac dicat: Hi sunt illi quos ante multa tempora manifestaui, quorumq; pedes laudaui. manifestum relinquitur propter ipsum prædicationis apostolicæ modum, Iudæorum tuntūmodo culpa factum esse, quod non crediderunt. Omnia siquidē à deo impleta sunt. *At non omnes obedierunt euangelio: Esaias enim dicit: Domine, quis credidit sermonibus nostris? Ergo fides ex auditu est, auditus autem per verbum dei.* Esaiæ 53.a Ioan.12.f Quoniā rursus & aliam obiectionem induxerant, dicentes: Quòd si hi sunt qui missi, atque à deo missi sunt, oportebat vt omnes illis obedirēt: vide Pauli prudentiam, quo modo hoc ipsum quod turbas dabat, tale esse ostendat, quod turbas illas tumultuationemq; etiam prorsus tollat. Quid enim te, inquit, ô Iudæe, post tale ac tantum testimonium rerumq; declarationem offendit, quòd euangelio non omnes obedierūt? Hoc enim ipsum, nimirum quòd non omnes obediunt, simul cum aliis, poterat tibi eorum quæ dicuntur, fidem facere. Nam & illud iam antea propheta futurum prædixit, & vide ineffabilem sapientiam, quo modo plus probet, quàm illi expectauerint, aut contradicturos se sperauerint. Quid enim dicitis, inquit? quòd euangelio nō omnes crediderūt? Quin hoc ipsum est quod Esaias olim prædixit: Imò non solùm istud, sed & multo plus. Vos quidē obiicitis, quòd non omnes obediuerint: Esaias verò plus etiam quàm hoc sit. Quid autē dicit? Domine, inquit, quis credidit sermonibus nostris? Deinde postquam tumultuariam hanc obiectionem per interpositū prophetæ testimonium excussit, rursus priori sequelæ adhęret. Quoniā enim dixerat, quòd inuocare oporteat, inuocaturos verò credere, credituros autē audire primum, audituros verò prędicatoribus opus habere, prędicatores autem mitti oportere, ostenderatq; & missos esse & prædicasse, essetq; rursus & aliam quandam obiectionē inducturus, occasione primum ab alio quoq; prophetæ testimonio sumpta, vnde & obiectionē quæ hanc paulò antecessit, soluerat, prioribus illam connectit. Quoniam enim prophetam subinduxerat, dicentem: Domine, quis credidit sermonibus nostris? opportunè illius apprehenso testimonio, dicit: Ergo fides ex auditu. Hoc verò non simpliciter posuit, sed quoniam nullo non tempore signa Iudęi, ipsumq; resurrectionis aspectū quærebāt, & multi ad huiusmodi inhiarent, dicit: Atqui propheta pronunciauit, quòd ex auditu nos credere oporteat. Iccirco prius id adstruit, & dicit: Igitur fides ex auditu. Deinde quia hoc humilius videbatur, vide quo pacto ipsum, vt solidius reddat, reducat. Non enim simpliciter, inquit, auditum dixi, neque quòd humana verba audire oporteat & credere, sed sublimis est hic auditus, de quo loquor: est enim auditus per verbū dei. Neq; enim quæ sua essent, sed quæ à deo didicerunt, annunciarunt, hoc scilicet excellentius est signum. Deo siquidem tam loquenti, quàm mirabiliter operanti, æquè credere & obedire oportet, quādoquidē & opera illi⁹ & mirabilia ex verbis illius sunt. Hinc enim & cœlum, & reliqua perstant omnia. Ostēso itaque quòd oporteat prophetis, nunquam non quæ dei sunt loquentibus, credere, nihilq; præter verbi dei auditum quęrendum esse amplius, obiectionem deinceps quam dixi inducit, dicens: *Sed dico, an non audierunt?*

Quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid enim,dicet quis,si prædicatores missi quidem A
sunt,missiq; quæ in mandatis acceperant prędicarunt,
illi verò non audiuerunt:Iam scilicet cum omni dein-
ceps excellentia obiectionis solutionem inducit. *At-*
Psal.18.5 *que in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrarum*
verba eorum. Quid dicis,inquit:Nõ audierunt:Ipse ter-
rarum orbis,ipsiq; terræ fines audiuerunt: & vos cum
quibus prædicatores isti tantum temporis commorati
sunt,ex quibus & prodierunt,non audistis? Quãnã po-
terit istud ratione fieri: Si enim fines orbis terratũ au-
dierunt,multo magis vos. Deinde rursus & alia obie-
ctio. *Sed dico,Nunquid non cognouit Israël?* Quid enim si
audierunt quidẽ,dicta tamen non perpenderunt, neq;
intellexerunt quòd hi illi à deo missi essent? An non ob
hanc ignorantiam venia digni erũt? Nequaquã. Esaias
enim diligenter illos notauit,& expresit dicẽs. Quàm B
speciosi pedes annunciantium pacem, & ante hunc ip-
se etiam legislator,vnde & subiungit: *Primus Moses di-*
Deute.32.c *cit:Ego ad æmulationem prouocabo vos per gentem quæ non est gens,*
per gentem stultam ad iram commouebo vos. Itaq; & hinc opor
tebat prædicatores istos agnoscere,nõ solũ ex eo quòd
hi non crediderunt,quòd pacem illi prædicarũt,quòd
bona illa annunciarunt,quòd vbiq; terrarum verbum
dei seminatum iam esset,sed & ex eo quòd inferiores se
nimirum eos qui ex gentibus erant,videbant in maio-
re honore constitutos esse. Quę enim nunquam vel ip-
si vel progenitores ipsorum audierant, illa confestim
philosophabantur, id quod auctioris erat honoris Iu-
dæos irritantis,inq; zelum perducentis, ac in Mosaicæ
Ibidem. huius prophetiæ memoriam,dicentis, Ad æmulationẽ
prouocabo vos per gentem quæ non est gens. Neq; e-
nim honoris huius magnitudo ea erat, vt sola illos in
æmulationem coniicere potuisset: sed quòd hæc gens C
quæ illo potiebatur adeò vilis esset, vt neq; digna habe
retur,quæ pro gente æstimaretur. Ego enim ad æmula-
tionem, inquit, prouocabo vos per gentem quæ non
est gẽs, per gentem stultam ad iram commouebo vos.
Græcis enim quid erat stultius? quid item vilius? Vide
quo modo per omnes vndiq; notificationes temporũ
quoq; illorum manifesta desuper signa deus illis dede-
rit,quatenus ipsorum illustraret cæcitatem. Non istud
in modico quodam angulo, sed & terra & mari atque
vbiq; orbis terrarum factum erat,videbantq; innume-
ris frui bonis,quos antea penes se contempserant. Co-
gitare itaque debebant quòd hæc esset gens illa,de qua
dixerat Moses: Ad æmulationem prouocabo vos,per
gentem quæ non est gens. Moyses igitur solus hoc di-
xit? Nequaquam,sed & Esaias post illum. Vnde & Pau- D
lus dicit:Primum Moses, ostendens quòd & secundus
testis sit accessurus, eadem manifestius ac clarius expri-
mens. Quemadmodũ igitur suprà dixit,clamat Esaias,
ita & hîc: *Esaias autem audet ac dicit.* Quod autẽ dicit,
tale est:Potenter instituit & contendit, nihil adumbra-
tum dicere,sed res ipsas nudas ob oculos exponere,ma
gis elegens ob manifestam loquutionem periclitari,q̃
propriæ salutis respectu, vmbram vobis ac prætextum
vestræ relinquere perfidiæ, quanquàm prophetiæ non
esset tã clarè hoc eloqui. Sed vt copiosè ora vestra ob-
seraret,admodũ clarè ac palàm omnia prædicit. Quæ
ἔκπληξιν omnia:Et vestrum scilicet excidium,& illorum intro-
Esaia 65.a ductionem, sic autem dicit: *Inuentus sum his qui me non*
quærebant, conspicuus factus sum his qui de me non interrogabant.

Qui sunt non quærentes? qui non interrogantes? A-
pertum satis quòd non Iudæi, sed ex gentibus sint, qui
deum nunquam cognouerant. Quemadmodum igi-
tur Moses illos signanter expressérat dicens, quæ non
est gens, & per gentem stultam: ita & hic ex eodem
singularis vehementisq; ignorantiæ argumento illos
declarat propheta. Maxima verò Iudęorum erat accu-
satio,quòd qui non quæsierant,inuenerunt:& qui quę-
sierant,perierunt. *Ad Israel autẽ dicit:Toto die expandi ma-* Ibidem.
nus meas ad populum non credentem & contradicentem. Vide
quo modo illud quod à multis dubitabatur, atque in
quæstionem vocabatur, reperiatur olim & in prophe-
ticis verbis positum,clareq; solutum. Quid verò illud
est? Audisti Paulum aliquantò antè dicentẽ: Quid er- Suprà.9.g
go dicemus? Quòd Gentes quæ iusticiam non sectabã
tur,iusticiam apprehenderunt. Israël verò sectatus legẽ
iusticiæ, ad legem iusticiæ non pertigit. Hoc & Esaias
hoc loco dicit:illud enim, Inuentus sum his qui me nõ
quærunt, conspicuus factus sum his qui de me non in-
terrogant:idem est,ac si dicat,quoniam gentes quæ iu-
sticiam non sectabantur, insticiam apprehenderunt.
Deinde vt ostendat nõ solum diuinæ gratiæ opus esse
hoc factum, sed & voluntatis eorum qui accesserunt,
quemadmodum & quòd illi exciderunt, ex contẽtio-
ne est immorigerorum,audi quid subiungat: Ad Israël
autem dicit:Toto die expandi manus meas ad populũ
non credentem & contradicentem. Diem hîc vniuer-
sum vocat retro tẽpus,quod iam præterierat. Illud ve-
rò quòd manus suas extendisse dicit, vocasse, attraxis-
se,adhortatumq; esse declarat. Deinde ostendẽs quòd
vniuersa huius inobediẽtiæ culpa illorum fuerit, dicit:
Ad populum non credentem & contradicentem. Vi-
des quanta illorum sit accusatio. Ipsi quippe neque ad-
hortanti quidem obedierunt, sed & contradixerunt:
idq; quum non semel,non bis,non ter, sed per vniuer-
sum tempus eadem perseueranter facientem viderent.
Alteri verò qui deum nunquam cognouerant, ipsum
tamen attrahere potuerunt. Attamen non dicit, quòd
ipsi deum per se attrahere potuerint, sed & eorũ qui ex
Gentibus credebant fastus deiiciens,ostendensq; quòd
totum hoc dei gratia perfecerit,dicit: Ego conspicuus
factus sum,& ego inuentus sum. Omnium ergo illi va-
cui sunt,dices? Nequaquã. Sed quòd inuẽta apprehẽde-
runt,conspicuaq; facta agnouerunt,hoc scilicet de suo
attulerunt. Deinde ne Iudæi dicant: Quare non & no-
bis quoque conspicuus es factus? plus quàm hoc sit, po-
suit. Nimirum,quasi dicat, non solum conspicuus illis
factus sum,sed & extensis manibus vsque perstiti,& ad-
hortans,& paternam beneuolentiam,qualẽmque erga
suam prolem mater habet curam ostendens. Vide quo
modo omnium eorum quæ suprà posuerat, dubiorum
apertissimam solutionem adduxerit, probans perdi-
tionem illorum ab ipsorum obstinata voluntate pro-
fectam esse,ita vt omnino iam venia indigni sint. Li-
cèt enim & audierint,& quæ dicebantur intellexerint,
neque sic tamen accedere voluerunt: & quod adhuc
multo plus est, non solum audire illos fecit, neque in-
telligere solum, sed & adiecit, quòd tales habebat ad
erigendum excitandumq; vires, vt & contentiosos &
contradicẽtes attrahere debuisset. Quòdnam hoc est?
Quòd eos concitabat,atque ad æmulationem prouo-
cabat. Scitis enim passionis huius tyrannidem, quan-
tasq; vires,ad omnem contentionem dissoluẽdam, &
ad erigendum languidos ac remissos habeat zeloty-
pię natura. Et quid opus est de hominibus istud dicere,
quando & in iis quę ratione non admodum valent,&
in puerorum ætate adhuc immatura, multam poten-
tiam ostendat zelotypia. Fit enim sępenumero, vt puer
qui ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui ad patrem vocatus non accedebat, sed contentiosè abnuebat, quamprimum viderit alium quempiã puerum patri obsequi, vltro iam ad paternos sinus accurrat, ita vt quod sedula non potuit aduocatio, id æmulatio efficiat: hoc igitur & deus fecit. Non enim aduocauit solùm, manusq; expandit, sed & zelotypiæ passionem in ipsis excitauit, dum eos, qui multo viliores erant (id quod potissimum æmulationem facit) non in ipsorum bona introduxit, sed quod multo maius est ac violentiorem facit passionem hanc, in ea quæ multo sunt bonis illorum maiora necessariorag;, & quę illine in somnis quidẽ imaginari potuissent, introduxit. Verùm neq; sic accesserunt. Qua ergo venia digni essent, qui cum tanta excellentia vehementiaq; contentionem vsque seruarunt & exhibuerũt? Nulla sanè. Sed hoc quidem ipse non dicit, relinquit verò auditorum conscientiæ, vt illud ex dictorũ conclusione sua spõte colligant. Rursus autem idem & per ea quę sequuntur, pro sua consueta sapientia probat. Quòd enim in præcedentibus retro fecit, obiectiones inducens quæ tam legis quàm populi accusationem, re ipsa existenti maiorem continerent: deinde & in ipsa solutione qua obiectionem subuertit, tanta concedens quanta volebat, † eaq; condonans, vnde sermonem acceptabiliorem faceret: illud scilicet & hic facit, sic scribens: *Dico igitur, Num repulit deus populum suum quem antè cognouerat? Absit.*

† *ac res ipsæ paterentur, vt.*

Personam habitúmque dubitantis assumit, tanquàm ex his quæ dicta sunt, occasionem nactus: & posteaquã id addita responsione planum reddidisset, quod deinde sequitur acceptabile facit: hic quoq; adstruens quod passim per superius dicta demonstrare studuit. Quódnam est hoc? Nimirum, quòd etiã si pauci sunt qui saluantur, nihilominus tamen firmum sit quicquid ad diuinam illam promissionem attinet. Propterea nõ simpliciter dicit, num repulit deus populũ, sed addit, quẽ antè cognouerat. Deinde vt & probationem inducat, quòd populum suum deus non repulerit, dicit: *Nam & ego Israelita sum, ex semine Abrahæ, de tribu Beniamin.* Ego, inquit, doctor & prędicator. Quoniam igitur istud iis quæ antea dixerat, contrarium videbatur, nimirum:

Esaiæ 53. a Quis credidit auditui nostro? &,
Ibid. 65. a Toto die expãdi manus ad populum non credentem, & contradicentem: & ad æmulationem prouocabo vos per gentem, quæ non est gens, nõ contẽtus abnegasse simpliciter ac dixisse, Absit: resumendo illud probat, dicens: Non repulit deus populum suum. Sed dices: Atqui istud nõdum est probare, sed simpliciter negare. Vide ergo probationem, tam priorem, quàm posteriorem. Prior siquidem est, quòd se quoque ex Israëlitis esse ostendit. Ne-

Vide quid Chrysosto. Paulo tribuat.

que enim si populum suum deus repulsurus fuisset, hũc sibi ex Israëlitis elegisset, cui omnem prædicationẽ, cui res orbis, mysteria cuncta, vniuersamque dispensationem concrederet. Hæc ergo vna est probatio: post illam est altera, quum dicit, Populum suum, quem antea cognouerat: hoc est, quem clarè cognouerat aptum fore fidemque recepturum. Nam & tria milia, & quinq; milia, alij quoque innumeri credentium ex illis erant. Etenim ne quis dicat: Num tu populus es? Num ideo statim ipsa gens vocata est, quòd tu vocatus es? subiungit: *Non repulit deus populum suum quem antea cognouerat.*

Quasi dicat, Habeo mecum tria milia, habeo innumeros. Quid igitur? Num in tribus illis, aut quinq; milibus, aut in illis etiam innumeris, stabit semen illud, quod multitudine sua astra cœli, arenamq; maris imitari debeat? An ita nos decipis, falsisq; rationibus circunuenis, dum teipsum cum paucis hisce, quos tecum habes, pro vniuerso populo ponis, dúmque vanis nos spebus inflas, vt putemus impletam esse promissionem, quasi perditis omnibus in modicos illos deriuata sit salus illa? Superbiam & fastum habent ista, nos tamen huiusmodi sophismatis nequaquã cedemus. Ne ergo ista dicant, vide quo modo in sequentibus solutionem inducat. Obiectionem quidem nõ posuit, ante illam tamen solutionem ipsius ex veteri historia probat. Quæ ergo solutio est? *An nescitis de Helia quid dicat scriptura? Quo modo interpellat apud deum aduersus Israel: Domine, Prophetas tuos occiderunt, altaria tua subruerunt, & ego relictus sum solus, & quærunt animam meam. Sed quid dicit ei diuinum responsum? Reliqui mihi ipsi septem milia virorum, qui non inflexerunt genu ante Baal. Sic igitur & in hoc tempore reliquiæ secundum electionem gratiæ fuerunt.* 3. Reg. 19. b

Quod autem dicit, tale est: Non repulit deus populum suum: si enim repulisset, neminem vtique ex illo suscepisset. Si verò quosdam suscepit, manifestum est, quòd illum non repulerit. Atqui dices, si non repulit, omnes ergo suscepit? Nequaquàm. Nam & tempore Heliæ consistebant, quæ salutis erant, in septem milibus. Iam verò negari non potest multos esse qui crediderunt. Hoc si vos ignoratis, nihil est quod admiremini, quando & propheta ille tantus ac talis vir, idem suo tempore ignorauerit. Nihilominus tamẽ sua opera dispensabat deus, propheta etiam ignorante. Obserua verò Apostoli prudentiam, quo modo dum in eo est, vt propositũ suum probet, Iudæorum accusationem latenter augeat. Propterea quippe & totius testimonij integrè meminit, quatenus ipsorũ quodam modo perfidiam, ostentui exponat, ostendátque iam ab antiquo tales esse. Quòd si enim non istud, sed vnum hoc ostendere fategisset, quòd in paucis esset comprehensus populus: dixisset vtique tantummodo, quo modo & tempore Heliæ septem milia relicta sint, nunc verò, ab initio totum testimonium recenset. Nusquàm enim non studet ostendere, nihil illos noui erga Christum & Apostolos feciſſe, sed consueta & exercitata. Etenim ne dicãt, Christum vt impostorẽ morte sustulimus, & Apostolos velut deceptores, persequimur, inducit testimonium quod ita loquitur: Domine, prophetas tuos occiderunt, & altaria tua subruerunt. Deinde ne grauem reddat sermonem, aliam adfingit adducto testimonio causam. Neque enim principaliter ad hoc illud adduxit, vt accuset, sed velut alia quædam probare instituens, omni tamen ipsos venia etiã per ea quæ retro sunt facta, priuat. Vide verò quàm vehemens sit illorum accusatio, & à Prophetæ persona. Neque enim qui accusat, Paulus est, neque Petrus, neque Iacobus, aut Ioannes: sed qui apud illos potissimum præ omnibus erat in precio & admiratione, Prophetarum caput, dei amicus, qui in illos tanto erat zelo, vt & fami † traderet,] qui necdum in hodiernum vsque diem mortuus est. Quid igitur ille dicit? Domine, Prophetas tuos occiderunt, & altaria tua subruerunt, & relictus sum ego solus, & quærunt animam meam. Quídnam poterit hac feritate crudelius fieri? Debebant magis pro commissis iam criminibus orare. At illi etiam hunc interficere volebant, quę quidem omnia omni illos venia priuabant. Neque enim dum adhuc obtineret omnia fames, sed reddita iam fertilitate, sublato pudore, dæmonibúsque confusis, ac dei ostensa potentia, rege etiam succumbente, ista ausi sunt, de cædibus in cædes transeuntes, doctorésque & eos qui mentem eorum corrigere nitebantur, é medio tollentes. 3. Reg. 17. a † *traderetur*

lentes. Quidnam hîc causari poterunt? Num quòd & illi seductores fuerint? Num quòd & illos vnde essent, non cognouerint? Sed tristiciã vobis intulerũt? Quin & bona simul obtulerunt, sed esto. Quid verò altaria? An & illa cõtristarũt? An & illa ad indignationẽ prouocarunt? vide quàm obstinatæ contentionis, quãtæq; contumeliæ signa perpetuo protulerint. Propterea & alibi Paulus Thessalonicensibus scribens, dicit: Eadem passi estis & vos à propriis contribulibus, quemadmodum & ipsi à Iudæis, qui & dominum ac proprios suos prophetas occiderunt, qui nos etiam persecuti sunt & deo non placent, omnibúsque hominibus aduersantur, id quod & hîc dicit: Et altaria tua subruerunt, & prophetas occiderunt. Sed quid dicit illi diuinum responsum? Reliqui mihiipsi septem milia virorum, qui genu ante Baal non incuruauerunt. Sed dices, quid illa ad nostrum institutum? Plurimum sanè. Nam hinc probat quòd perpetuo deus, licèt ad vniuersam gentẽ lata sit promissio, non nisi dignos tamen saluare consueuerit. Atque id etiam suprà ostendit, quum dixit: Si fuerit numerus filiorum Israël velut arena maris, reliquiæ saluabuntur: & nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, velut Sodoma facti fuissemus. Ex quo sanè loco idem quoque ostendit, vndè & subiungit, dicens: Sic & in præsenti isto tempore reliquiæ secundũ electionem gratiæ factæ sunt. Vide quo modo quęque dictio cuique suam seruet nobilitatem, nimirum & dei gratiam, & saluatorum beneuolentiam manifestans. Dicendo siquidem, secundum electionem, illorũ probationem: addendo verò gratiæ, donum dei exprimit.

1. Thess. 2. c

Suprà. 9. f

Quòd si per gratiam, non iam ex operibus. Alioqui gratia iam non esset gratia. Si verò ex operibus, non iam est gratia. Alioquin opus iam non esset opus. † Quoniam rursus & hîc Iudæorum contentioni, simul cũ illis quæ dicta sunt, obuiat, omni venia illos pariter & hinc spoliat. Non enim, inquit, potestis dicere: Prophetæ quidem nos vocarunt, adhortatúsque deus est, ac res ipsæ clamarunt, ad hæc & ipsa æmulationis prouocatio ad attrahendum nos satis magna fuit: verùm quæ præcipiebantur, erant æquo graviora, vnde factum est vt vocati accedere non potuerimus. Operum nanque exhibitionem ac quæ rectè facta laborioſè præstãtur, exigebamur. Hoc, inquã, causari non potestis. Nam quo pacto istud à vobis exegisset deus, quando suam ipsius gratiam eoipso magis obscuratus fuisset? Ista verò ideo dicit, vt ostendat quàm vehementer voluerit illos saluos. Neque enim hoc pacto salus illis facilè tantũmodò obtigisset, sed & deo maximæ gloriæ fuisset, vtpote, quo suam ipsius beneuolentiam demonstrasset. Quid ergo vereris accedere, quum nihil operum postulatus sis? Quid proposita gratia tumultuando contendis, legémque mihi temere & inaniter obiicis? Neque enim ex illa saluaberis, sed & hoc dei donum inde tibiipsi perdis. Nam si ex illa saluari contenderis, gratiam hanc dei è medio tolles. Deinde, ne nouum & peregrinum istud esse putent, præueniendo, septem quoque milia illa per dei gratiam saluata esse dixit. Quum enim diceret, quòd & in hoc tempore nunc quoque reliquiæ ad eum modum secundum electionem gratiæ factæ sint, ostendit & olim septem illa milia per gratiam esse salutẽ adepta. Istud autem non solùm ex hoc, sed & ex eo ostendit quod dicit, reliqui mihiipsi. Nam & ipsum ostendentis est, quòd potiorem partem ad salutem attulerit ipse. At dices, si ex gratia salus est, cur non omnes saluamur? Quia noluistis. Gratia siquidem, licèt gratuita sit, volentes tamen tantummodo saluat, non eos qui nolunt, qui continuo auersantur, qui contradicunt. Vides quo modo omnino hoc probet, quòd scilicet impossibile sit sermonem dei excidisse, ostendẽs quòd promissio ad eos pertigerit qui digni fuerunt, & quòd illi vtvt pauci sint, populus tamen queant esse dei? Quanquam ab initio epistolæ maiore vehementia idẽ posuit dicens: Quid enim si quidam non crediderunt? Et neque hactenus consistens, sed subiungens: sit verò, inquit, deus verax, omnis autem homo mendax. Nunc autem rursus alia via idem quoque probauit, ostenditque gratiæ vires, semper inculcans, hos quidem saluatos, istos verò perditos.

† ἐπίτασιν. *habet emendatus codex Basiliensis.*

Suprà. 3. d

Morale.

Gratias itaque deo agamus, quòd de saluatis sumus, quòdque quum ex operibus saluari nequiuerimus, dono dei gratis saluati sumus. Gratias verò agentes, non verbis tantũ, sed & operibus, sed vera gratitudine, sed rebus ipsis grati simus. Ea quippe diligens ac vera demum erit gratiarum actio, si ea per quæ deus glorificari poterit, fecerimus, eaq; fugerimus à quibus liberati sumus. Etenim si quum regem contumelia adfecerimus loco pœnarum, quas dare debueramus honore adfecti simus, deinde rursum contumelia regem adficiamus, tanquàm extremæ ingratitudinis rei meritò extremas pœnas dederimus, ac prioribus multo maiores. Neque enim nos adeò ingratos prior contumelia declarauit, quemadmodum ea quæ ad honorem illum & magnã medelam sequuta est. Fugiamus ergo illa, à quibus liberati sumus, & non ore tantum gratias agamus, ne & de nobis dicatur: Populus hic labiis me honorat, corde verò longè distat à me. Nam quo modo non esset absurdum, quòd quum cœli gloriam dei enarrent: tu cuius gratia cœli deum laudãtes facti sunt, talia facis, vnde blasphematur propter te qui fecit te deus? Atque ideo nõ solum is qui deum blasphemat, sed & tu ipse supplicio redderis obnoxius. Neque enim cœli deum per vocem aliquam emissam laudant, sed per eos quos aspectu suo ad laudandum deum permouent, & tamen ipsi narrare gloriam dei dicuntur. Sic & qui vitam exhibent suspiciendam, etiam si taceant: deum tamẽ glorificant, dum propter eos alij ipsum glorificant. Non enim tantum † habent vnde admiratione digni sint cœli, quantum vita pura ac munda. Si quando ergo cum Gentibus disseruerimus, non cœlum adducamus in medium, sed homines, quos persuasit Apostolus, quum bestiis essent peiores, tales fieri, qui & cum angelis vitæ puritate decertent: atque per istam hominum immutationem ora illorum obstruamus. Est enim homo, ipso cœlo melior multo, qui & animam possidere potest pulchritudine cœli splendidiorem. Cœlũ nanque, licèt tanto sit tempore visum, non tamen admodum permouit. Paulus verò exiguo concionatus tempore, totum orbem attraxit. Mentem quippe possidebat non minus ipso cœlo, quosuis attrahere valentem. Nostra quidem, terra etiam indigna est: illius verò cœlos ipsos dignitate adæquat. Cœlum siquidem suũ seruans terminum & canonem, eadem statione consistit: mentis verò Paulinæ sublimitas omnes cœlos transcẽdit, ipsiq; Christo conuersatur. Est autem eius tanta pulchritudo, vt & deus illam deprædicet. Astra quidem quum fierent, admirabantur angeli. Hunc verò deus ipse admiratus est, dicens: Vas electionis iste mihi est. Cœlum istud sæpenumero nubes obtegit: Pauli verò mentem nulla obnubilauit tẽtatio, sed in mediis quoque

Psal. 18. a

† *admirãd⁹ ac suspiciendus est per cœlum quãtum per vitam puram*

Actu. 9. c

Universidad de Deusto
Biblioteca

que tempestatibus ipsam meridiei claritudinẽ suo splẽdore superauit,non minus illustris, quàm ante tentationũ nubila.Sol enim iste, qui in Paulo luxit, tales radios non emittebat,qui tentationum concursu potuerint obumbrari,sed & tum potissimum illucescebant. 2.Cori.12.b Vnde & dicebat:Sufficiat tibi gratia mea. Nam virtus mea in infirmitate perficitur. Aemulemur itaq; illum, & nihil erit etiam nobis collatum cœlum istud si voluerimus,neque Sol,neque vniuersus iste mundus: hæc enim omnia propter nos facta sunt, non nos propter illa.Re ipsa ostendamus dignos nos esse, propter quos ista fierent.Si nanque istis apparuerimus indigni, quo pacto ipso regno digni erim⁹? Etenim si Solis indigni sunt aspectu,qui ad blasphemandum deum viuunt:indigni vtiq; sunt blasphematores dei, qui operibus deũ glorificantibus fruantur. Nam & filius patrem contumelia adficiens,indignus est,qui famulorum probatorum ministerio fruatur. Propterea opera quidem dei multa potientur gloria, nos verò supplicium pœnasq; dabimus.Quantæ fuerit ergo miseriæ, creaturam dei, Supra 2.c. & 8.d quæ propter te facta est in libertatem gloriæ filiorum dei complantari configurariq; : nos verò, qui filij dei facti sumus, propter multam nostram socordiam in perditionem & gehennam immitti, cùm creatura dei propter nos magna illa fœlicitate potitura sit? Ne hoc ergo fiat,quicunq; mentẽ possidemus puram ac mundam,talem eam diligenter custodiamus: immo splendorem ipsius intendamus etiam, auctioremq; reddamus. Esaiæ 1.c Qui verò squalidam habemus ac sordidam, non ideo statim desperemus. Si enim, inquit, fuerint peccata vestra rubicunda velut color phœniceus, tanquã nix albescent: & si fuerint velut coccinum, quasi lana alba erunt.Quum deus itaque promittat, nõ erit quod dubites,sed ea potius facias, quibus quæ promissa sunt in te quoque accersere queas. Innumera tibi sunt perpetrata mala delictáque? Quid hoc?Nõdum enim ad infernum vsque deuenisti, in quo nemo confitebitur. Nondum solutum est theatrum,sed adhuc intus in ipsa stas cauea,potesq; vel in extrema lucta omnes reuocare conflictus.Nondum es eò loci vbi diues ille est,vt Luc.16.g audiẽdum tibi sit illud, Quoniam magnum chaos inter nos ac vos est.Nondum aduenit sponsus, vt timẽdum sit,quis tibi de suo daturus sit oleo.Adhuc licet vt emas ac recondas. Neque enim dum est qui dicat, Ne Matth.25.a non sufficiat nobis ac vobis: sed adhuc multi sunt qui vendunt, nudi scilicet,esurientes,ægroti, quiq; in carceribus sunt. Pasce illos, istos vestibus indue, iacentes visita:quæ si feceris,adcurret oleum vberiore copia, q̃ soleant aquarum fontes. Nondum aduenit dies, quo reddenda sit ratio. Temporis commoditate, vt oportet,vtere,debitáque amputando:dic ei,qui centum batos olei debet,accipe cautionem tuam, & scribe quinquaginta.Idem fac & in pecuniis, & in verbis, aliisque similiter omnibus,imitatus œconomum illum euangelicum.Atque ista tibi ipsi cognatisque tuis admonendo inculca.Nam adhuc in tua potestate est, vt ista dicas.Nondum enim in ea constitutus es necessitate, vt alius tibi sit super ista constituẽdus,sed potestatem habes tam tibi ipsi, quàm aliis consulẽdi. Quamprimum verò hinc decesseris,nihil horum, vt oportebat,facere poteris.Idq; non immeritò.Quum enim tantum præfiniti temporis ac spacij acceperis, & tamen in illo neque tibi ipsi,neque aliis profueris : quo modo deinceps poteris in iudicis potestate constitutus, istam consequi gratiam? His itaque collectis omnibus, incumbamus A diligenter saluti nostræ, præsentisque vitæ opportunitatem non prodamus: licet enim,licet, inquam,vt ad extrema vsque suspiria deo gratias agas: licet vt & ab ipso testamento commenderis, etsi non quemadmo- Testamẽta. dum,si dum viuis,bene ageres,licet tamẽ. Quo pacto? Si Christum in ipso cum hæredibus tuis conscripseris, partemq; illi totius sortis tradideris.Non pauisti Christum dum viueres? Saltem abiturus hinc, quando iam non amplius eorum quæ possidebas vsum ac potestatem habes, tua illi contribue, non erit, quemadmodũ benign⁹ est, curiosus aut difficilis erga te.Maioris quidem amoris signum fuerit, maioreq; dignum mercede, si Christum dum viuis, paueris: si verò istud non feciſti, vel quod secundo loco licet aggredere, nimirum,relinque illum filiis tuis cohæredẽ. Quòd si istud quoque negligenter facis, cogita quòd illius cohæredem te pater effecerit, atque ita vel hac ratione inhumanitatem istam tuam abiice. Quam enim habiturus es excusationem, si neq; filiorum tuorum cohæredem Christum feceris,quum is te cœlorum ipsorum consortem reddiderit, immo & mortem propter te subierit? Atqui ipse quæcunque fecit, non velut debitum persoluens, sed gratiam ostendẽs fecit. Tu verò licèt post tanta beneficia debitor etiam constitutus sis, rebus tamen sic quoque habentibus, non aliter te propter ea quæ reddideris coronat, quàm si gratiam quandam non debitum exactum abs te tulerit, tametsi nihil, nisi quæ sua ipsius sunt bona, recipere queat.Contribue ergo illi pecunias tuas tibi iam deinceps inutiles, & quarum dominus esse in posterum non poteris:dabitque is tibi regnum illud, quod perpetuo vsu tibi futurum est, quin & cum illo ea quoque quæ hîc sunt, simul donabit.Nam si factus fuerit filiorum tuorum cohæres,& orphaniam illorum alleuiabit, & violentias illatas dis- C soluet,ac insidias repellet, sycophantarúmque ora obturabit:& si ipsi testamẽto legatis præesse nequiuerint, præerit ipse, neque feret vt perrumpantur. Si verò & istud fieri permiserit, adimplebit per seipsum quę scripta sunt omnia,idque multa cum liberalitate, eò quòd semel abs te testamento inscriptus honoratus sit.Relinque ergo ipsum hæredem. Ad ipsum quippe abiturus es.Ipse quæcunque in hac vita commisisti, in iudicium vocabit omnia. Sed sunt quidã adeò miseri ac deplorandi, qui quum neque filios habeant, istud tamen facere non sustineant: sed parasitis potius,adulatoribúsque,aut similibus sua distribuenda curent,quàm Christo, qui tot illos beneficiis adfecit. Qua re quæso quid poterit fieri inconsideratius? Nam etiam si asinis ta- D les,aut lapidibus comparaueris,nihil tamen adhuc ista illorum amentia stupiditatéque dignum dixeris. Neque enim similitudinem quis facilè inuenerit, qua vesaniam ipsorum ac desipientiam repræsentare queat. Quam igitur sibi veniam parant, qui vltra id quòd Christum dum viuerent, non pauerunt: neque etiam quum ad ipsum iam abituri sunt, vel de pecuniis illis quarum vltrà domini non sunt, aliquid illi,vel modicum largiri volunt: sed adeò inimicè adeóque hostiliter se habent,vt nec de iis rebus quarum vsu iam destituuntur, ei contribuant? Non vides quo modo plerique hominum huiusmodi morte donati non sint, sed subitaneo raptu decesserint? Te verò deus tuorum dominum ita fecit, vt quibus quæque conueniant dispicias,edicásque de bonis tuis,ac quæ domum tuam concernunt disponas. Quam igitur excusationem habebis, si quando post hanc acceptam ab eo gratiam, beneficen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

neficentiam istam prodideris, & velut ex diametro fidei tuæ maioribus contrarius fueris? Illi quippe viuentes etiam vendiderunt omnia, atque ad pedes Apostolorum detulerunt. Tu verò nec moriens aliquam tuorum bonorum partem pauperibus tradis. Melius quidē fuerit, multúmque adferens fiduciæ, dum adhuc viuis, paupertati egentium succurrere. Si verò istud nolueris, vel moriendo generosum quid facias. Id enim licèt non multum habeat dilectionis erga Christum, aliqua tamen est dilectio. Nam etiamsi non habiturus sis priores partes cum agnis, non tamen parum erit, vel hoc pacto † cum Christo | esse, & neque cum hædis, neque à sinistris stare. Quòd si istud quoque non feceris, qua quæso ratione poteris, ne pereas, excipi, quando te, neque timor dei, neque quòd pecuniæ inutiles tibi deinceps sunt, neque quòd posses hoc pacto securitatem relinquere liberis tuis, nec quòd multum tibi veniæ res ista præcondere posset, benignum & humanum facit? Propterea maximè quidem hoc vos obsecro, vt viuentes bonorum vestrorum pauperibus, potiorem offeratis partem. Si verò quidam adeò sunt pusillanimes, vt hoc facere non sustineant, illi vel cogente necessitate reddentur benigni. Quando enim vita eras incolumi, nō aliter, quàm immortalis, ita tuis obnixe adhærebas bonis. Nunc verò quum te mortalem esse cognoueris: nunc saltem dogma illud excute, & vt mortalis de bonis tuis statue, vel potius tanquam qui vita immortali perpetuo frui debeas. Nam tametsi dictu graue sit quod dicturus sum, plenúmque horroris: necesse tamen est, vt dicam: Numera dominum cum seruis tuis. Liberas seruos? Libera Christum fame, necessitate, carceribus, nuditate. Horres audiendo? Atqui isto horrendum magis est, quòd nec hoc facis. Et si hîc verbo tantum obstupefactus es, quando illo abieris, multóque his grauiora audieris, viderísque tormenta immedicabilia, quid dices? Ad quem confugies? quem implorabis auxiliatorem ac adiutorem? Abrahamum? Sed non audiet. Virgines illas? Sed neque ipsæ tibi de oleo suo dabunt. Patrem implorabis aut auum? Sed neque horum quisquam, etiam si vehementer sanctus fuerit, sententiam illam iudicis soluere poterit. His itaque consideratis omnibus, eum, qui solus chirographum tuum delere, flammámque illam extinguere potest, suppliciter venerare & obsecra, propiciumq; redde, iam scilicet illum continuò & pascens, & vestiens, vt & hinc bona spe abeas, & illic constitutus æternis bonis perfruaris: quæ nos liceat omnes apprehendere, gratia & benignitate &c.

Act. 4.

† μετ' ἐκεῖνα, id est, cum illo. sed codex emendat habet, μετ' ἐκείνους, id est, post illos.

Homilia XIX.

QVid igitur? Quod quærit Israel, hoc non assequutus est, sed electio assequuta est: reliqui verò excæcati sunt.

Dixerat deum non repulisse populum suū, ostensoq; quo modo non repulerit, ad prophetarum testimonia confugerat, perq; illa maiorē illius partem periisse declarauerat. Sed ne videretur Iudæos ex seipso reprehendere, grauiq; facto sermone hostiliter ac inimicè taxare, ad Dauidis & Esaiæ testimonia confugit, dicens: *Quemadmodum scriptum est, Dedit eis deus spiritum compunctionis.* Quin magis ex superioribus sermonibus exordia nobis ducenda sunt. Nam quum dixisset ea quæ ad Heliam pertinēt, ostendissetq; quid nam sit gratia, subdit: Quid igitur? Quod quærit Israel, hoc non est assequutus. Hoc autem non magis interrogantis est quàm accusantis. Nam sibi ipsi repugnat, inquit, Iudæus: dum iusticiā, quam quærit, non sustinet accipere. Deinde rursus venia illos priuans, ab acceptis perfidiam atq; ingratitudinē illorum demonstrat, quū dicit: Electio autē assequuta est. Consequuti ergo iusticiam, non consequutos condemnant, id quod & Christus dixit: Si autē ego, inquiens, in Beelzebub eicio dæmonia, filij vestri in quo eiiciūt? Propterea ipsi iudices vestri erunt. Etenim ne quis culpā ipsius rei naturæ adscribat, sed potius peruersæ illorū menti, quosdā adeptos esse iusticiam ostendit. Propterea significāter quoque eiusmodi dictione vtitur, qua tam supernam gratiam, quàm ipsorum studium exprimat. Neq; enim ideo consequutos esse dicit, quòd liberā arbitrij potestatem sublatā velit, sed vt bonorū magnitudinē declaret, & quòd potior quidē pars gratiæ sit, non tamē totum. Nam & nos subinde dicere solemus: iste cōsequutus est, iste inuenit, quando videlicet quod factum est, multum adferre lucri videtur. Non enim humanis laboribus, sed diuino dono fit potior hæc pars. *Reliqui verò excæcati sunt.* Vide quando tandē ex seipso reliquorum electionē proferre ausus sit. Dixerat tam quidē illā, sed ita vt prophetas induceret illos accusantes: hîc verò deinceps illam & ipse definit. Veruntamē neque hic sua contentus est sententia, sed rursus prophetam Esaiam inducit: Quū enim dixisset, reliqui verò excæcati sunt, subiūgit: Quemadmodum scriptum est: Dedit eis deus spiritū cōpunctionis. Et vndenam est ista excæcatio? Causas illius & suprà quidem dixit, totumq; in eorum ipsorum caput deduxit, ostendēs quòd istud ex intēpestiua contentione passi sint. Idem verò & nūc dicit, quando subiungit: *Oculos, vt non videant, & aures, vt non audiant.* Nihil calumniatur aliud, quàm animū illorum nimis contentiosum. Nam quū oculos haberent, quibus videbant admiranda, auresq; quibus mirabilem illam doctrinā audiebant: nihilo tamē horum, quemadmodum oportebat, vsi sunt. Illud verò quod dicit, dedit eis: non operationē quandam dei, sed concessionem, hoc loco significare putabis. Compunctionem autē hîc dicit habitum quendā animę ad id quod peius est immedicabiliter & immutabiliter se habentē. Quandoquidē & Dauid alibi dicit, Vt psallat tibi gloria mea, & non compungar: hoc est, non immutabor, non desistam. Quemadmodum enim is qui in pietate compungitur, non facilè in aliud transfertur: sic & qui in malicia compungitur, non facilè immutatur. * Cōpungi siquidē nihil est aliud, quàm quasi incusso clauo ad aliquid infigi solideq; compingi. Vt igitur immedicabilem mentis illorum morbum immutabilemq; significanter exprimeret, spiritum compūctionis posuit. Deinde vt ostenderet illos incredulitatis huius extremas pœnas daturos, Prophetam rursus inducit eadem minitantem, quæ quidem euenerūt etiam, finemq; ceperunt. *Fiat enim, inquit, mensa ipsorū in laqueum, & in captionem, & in offendiculum.* Hoc est, omnes illorū deliciæ, omniaq; bona, immutētur ac perdantur, reddanturq; prehensibiles quibusuis. Et vt declaret, quòd ista patiētes pœnas peccatorum luant, subiungit: *Et in retaliationem ipsis, obscurentur oculi eorum, ne videant, & tergum illorum semper incurua.* An ista aliquam expositionē desiderant? An non clara sunt, etiam vehementer stupidis? Etiam ante nostra verba ipse rerum euentus præueniendo de his quæ dicuntur, testimonium exhibet. Quando enim vsqueadeo facti sunt prehensibiles? Quando captiuitati expositi? Quando tergum illorū ita incuruauit? Quādo talem seruitutem tulerunt? Et quod maius est, quòd

Esaiæ 6.

Psal. 29.

* κατανυγῆναι τὸ ἁπαγῆναι, καὶ περὶ σκληρῶσαι

Psal. 68.

finis

Universidad de Deusto
Biblioteca

finis etiam malorum horum non erit: quod & ipsum propheta subindicauit. Nō enim simpliciter dixit, Tergum illorum incurua, sed, semper incurua. Si verò de fine contenderis, ô Iudæe, disce vel ex præteritis præsentia. In Aegyptum descēdisti, sed ab ista seruitute statim ducentis annis elapsis liberauit te deus, idq; impiè agētem, fornicationemq; grauissimam committētem. Liberatus ab Aegypto, vitulum adorasti, filios tuos Beelphegor immolasti, templum violasti, omnem maliciæ speciem attentasti, naturam ipsam ignorasti, montes, ἔσφαξας *habet codex emendatus* saltus, colles, fontes, fluuios, ortos, nefandis hostiis im- *& mox* plesti, prophetas trucidasti, altaria subruisti, omnem *κατέσφα-* nequiciæ & impietatis excessum ostendisti. Attamen *ξας. i.* quum septuaginta annos te Babyloniis tradidisset, pri- *subruisti.* stinæ rursus libertati restituit, templum ac patriam red- *πολιτείας* didit, simulq; vetus viuendi institutum, rursus & pro- *σχῆμα.* phetæ, & spiritus gratia: imò in ipso quoq; captiuitatis tempore derelictus non fuisti, sed illic dati sunt tibi, & Daniël, & Ezechiël, & in Aegypto Hieremias, & in solitudine Moyses. Post illa rursus ad priorē deuolut⁹ maliciam, & debacchatus, & ad Gentilium cōuersationē sub Antiocho impio auersus es. Sed tūc quoque tribus tantū annis & paulo amplius in manus Antiochi traditi, splendida rursus trophæa per Maccabæos statuistis. Nunc verò nihil horum est, sed contrariū euentū habent omnia: & quod potissimū admiratione dignū est, quæ ad maliciam pertinent, cessarunt quidem: quæ verò ad supplicium, crescunt adhuc, nec vllam immutationis spem habent. Non enim septuaginta tantummodo præterierunt anni, neque etiam centum solum, aut duplo totidē, sed trecenti iam ac multò plures: & tamē ne vmbram quidem alicuius spei adhuc inuenire datur, idq; quum neque idololatriam committatis, neque alia faciatis quæ olim ausi estis. Quænam ergo huius supplicij causa est? Typum excepit veritas, legemq; exclusit gratia. Hęc itaque olim prędixit propheta, quū *Psal.68.c* inquit: Et tergum ipsorum semper incurua. Vides prophetiæ certitudinem ac diligētiam, quo modo & illorum incredulitatem prædixerit, & contentionē ostenderit, & subsequentem pœnam manifestauerit, infinitúmque supplicium patefecerit? Quoniam enim multi ex crassioribus non credentes futuris, ex præsentibus volebant futura cognoscere: vtrinque iam Christus potentiæ suæ specimen exhibuit, dum ex Gētibus quidem credētes supra cœlos extulit, incredulos verò ex Iudæis in extremam vastitatem deducens, insolubilibus malis tradidit. Vehementer itaque illos quum taxasset, tum ob eorum incredulitatem, tum ob ea, quæ & passi sunt, & passuri essent: rursus quę dicta sunt, consolandi gratia mitigat, sic scribens: *Dico igitur, Num ideo impegerunt vt concíderent? Absit.* Quando ostenderat illos innumeris malis obnoxios, tunc & consolationem meditatur. Et obserua Pauli prudentiam. Accusationem quidem à prophetis sumptam induxit, consolationem verò à seipso ponit. Quòd enim magna, inquit, ab ipsis peccata sint, nemo est qui contradicat. Videamus autē, num talis illorum ruina, quæ nec sit curabilis, nec vllam habeat correctionem. Sed non est talis. Vides quo modo illos denuò reprehendat, atque in ipsa etiam consolationis expectatione confessorum delictorum reos faciat: Sed videamus quámnam illis consolationem me- *Hîc infrà c* ditetur. Quæ est igitur illa? Quando verò plenitudo Gentium intrauerit, inquit, tunc omnis Israël saluus erit, circa tempus videlicet secundi aduentus Christi, mundique consummationem. Sed istud nō statim dicit. Postquàm verò diligenter illis per aduersum occurrendo restitissent, accusationibus accusationes subiūxissent, Prophetas super prophetas aduersum illos clamitantes induxisset, vtpote Esaiam, Heliam, Dauidē, Moysem, Oseam, idq; semel, bis ac sæpius, ne vehemēti hac occlusione ac veluti segregatione & illos de regressu ad suscipiendam fidem desperabundos faceret: & eos qui ex Gentibus crediderant, è regione in arrogantiam extolleret: atque ita etiam ipsi arroganti inflatione aduersus fidei sermonem noxij redderētur, rursum illos consolatur, dicens: *Sed per lapsum illorum, salus contigit Gentibus.* Oportet verò, vt quæ dicuntur, non audiamus simpliciter, sed dicentis cognoscamus & mentem & scopum, quidq; corrigere vel instituere conetur, cuius perpetuò vestram admoneo charitatem. Nam si tali intellectu dicta apostolica perceperitis, in nullo illorum aliquam difficultatem inesse videbitis. Conatus autem Apostoli hoc loco est, vt arrogantiam quam ex dictis sibi, qui ex Gentibus erāt, concepisse poterant, demoliatur. Sic enim & ipsi prius ac manifesti⁹ in fide mansuri erāt. siquidem modestiam didicissent, & iis qui ex Iudæis erāt, à desperatione liberatis, ad gratiam alacrius accedendi ansa dabatur. Ad hunc itaque scopum spectantes, quicquid hoc loco dicitur, audiamus. Quid ergo dicit? Et vnde probat, quòd nō incurabiliter ceciderint Iudæi, neq; finaliter prorsus ejecti sint? Ex Gentibus scilicet, sic dicens: *Per lapsum illorum salus contigit Gentibus, vt eos ad æmulandum prouocaret.* Hic autem sermo, non Apostoli tantum est, sed & in euangeliis idem volunt Christi parabolæ. Nam & qui filio *Matth.22.a* suo nuptias parauerat, quando qui vocati erant, venire nolebant: tunc videlicet eos qui in triuiis erant, vocauit. Et qui vineam plantauerat, quum hæredem oc- *Ibidē. 21.d* cidissent agricolę, tunc vineam suam aliis elocauit. Sine parabola verò dicebat: Non sum missus nisi ad o- *Ibidem.15.c* ues domus Israël perditas. Syrophœnicissæ autem perseueranter instanti amplius quid denuo dicebat, nimirum, Non est bonum sumere panem filiorum, & dare *Ibidem.* canibus. Et Paulus in aduersum tumultuantibus Iudæis: Vobis, inquit, primum oportuit annunciari regni dei sermonem. Quoniam verò illo vos ipsos iu- *Actor.13.g* dicatis indignos, ecce conuertimur ad Gentes. Atque ita vndique patescit, quòd iuxta rerum quidem seriem ac consequentiam oportuerit eos priores ad fidem accedere, deinde qui ex Gentibus sunt: verùm quoniam increduli fuerunt, factum est, vt inuerteretur hic ordo. Iudæorum itaque incredulitas atque delictum effecit, vt Gentes introductæ sint priores. Propterea dicit: Per lapsum illorum salus contigit Gentibus, vt eos ad æmulandum prouocaret. Si verò de eo quod contingenter ex consequentia euenit, tanquam si præmeditato factum sit loquitur, non est quod mireris. Vult enim perculsos illorum animos consolari. Quod autem dicit, tale est: Venit ad eos Christus Iesus, hunc nō solum non receperunt innumera mirabilia operantē, sed & crucifixerunt: quo facto, attraxit ad se Gentes, vt illarum honor istorum stupiditatem mordens ac irritans, vel ex contentione aduersum alios accedere eos persuaderet. Oportebat quidem eos gratiam hanc complecti primùm, deinde tandem & nos. Vnde & *Supra.2.b* dixit: Virtus quippe dei est ad salutem, Iudæo primùm & Græco. Quoniam verò resilierunt, qui posteriores fueramus facti, sumus primi. Vides ergo quantum honoris illis etiam hinc adscribat, primùm quidē, quòd tunc demum vocatos nos dicit, quando ipsi venire noluerunt:

Universidad de Deusto
Biblioteca

luerunt:deinde quòd propterea nos esse vocatos dicit, non vt saluaremur tantummodo, sed vt & ipsi per nostram salutem ad æmulationem inducti, meliores redderentur. Quid igitur dicit? An nō nisi propter Iudęos, nos vocati saluatiq; fuissemus? Certe ante illos nequaquam,sed conuenienti post ordine. Atque ideo cum discipulis præciperet,nō dicebat simpliciter,ite ad perditas oues domus Israël,sed ite potius,ostendens quòd & ad eas postea quæ ex Gētibus erant, oporteret illos abire.Et Paulus rursus non dicebat,necessarium est annūciari vobis sermonem, sed vobis oportuit primum annunciari,significans quòd & nobis secundo loco annūciari oportuerit. Hæc autē & facta sunt & dicta, vt ne impudentem quidem haberent excusationē Iudæi,tanquam qui merito non crederent,quòd fuissent contępti. Atque ob id Christus omnium præscius, primum ad ipsos accessit. *Quòd si lapsus illorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio illorum diuitiæ Gētium: quanto magis plenitudo illorum?* Ad gratiam illis hic disserit. Nam etiamsi millies illi cecidissent,saluatæ tamen non fuissent Gentes, nisi fidem recepissent, quemadmodum & Iudæi vtique nō periissent,nisi increduli contentioside fuissent. Sed quemadmodum dixi,consolatur illos abiectos,copiose satagēs, vt confidentes de sua ipsorum salute faciat, siquidē immutarentur. Si enim, quando expulsi sunt,inquit, tam multi salute potiti sunt,atque ex eo quòd eiecti sunt illi, tam multi vocati sunt, perpende quid futurum sit,quādo conuersi fuerint.Non enim dicit,quanto magis cōuersio ipsorum, aut immutatio ipsorum, aut correctio ipsorum:sed quanto magis plenitudo ipsorum,hoc est, quando vniuersi ad fidem accessuri sunt. Hoc vero dicens,ostēdit tunc plus fore gratiæ donique dei, ac prope totum. *Vobis autem dico Gentibus, quatenus ego quidem sum apostolus Gentium,ministerium meum illustro,si quo pacto ad æmulandum prouocem carnem meam, & saluem nonnullos ex illis.* Rursus mala suspicione seipsum liberare satagit. Videtur autem eos quidem qui ex Gentibus erāt, obiurgare, mentęsq; illorum humiliare:sensim tamē Iudæum vellicat. Circūquaque quidem quærit,quo modo tantam illorum perditionem cōponat,ac mitiget: sed nihil inuenit,propter rerum ipsarum naturā. Nam & ex iis ipsis quæ dixit, maiore reddebantur accusatione digni, quando quæ illis apparata fuerant,cæteri, qui longe ab illorum sorte deficiebant,receperunt.Propterea relictis Iudæis ad Gentes trāsit, dèq; hisce medium interponit sermonem, ostendere volens, quòd hæc omnia in hoc dicat,vt ad modestiam eas instruat. Nā duplici nomine,inquit,vos laudo: Primum quòd necessitas hoc exigat,vt cui vestrum cōcreditum est ministerium. Deinde vt per vos alios quoque saluos reddam. Et nō dicit, fratres meos,cognatos meos,sed carnem meā. Et pòst, vt contentionem Iudæorum demonstret,non dicit, vt persuadeam, sed vt ad æmulandum prouocem,saluósque reddam. Et neque hic dicit omnes, sed aliquos ex eis,adeo scilicet duri erant. In hac autem ipsa increpatione rursus splendida esse, quæ ad Gentes pertinent, ostēdit: licet enim vtrinque alteris alteri salutis causam dederint, non tamen eisdem rationibus ac mediis. Iudæi siquidem istis sua incredulitate,isti verò Iudęis fide sua bonorum facti sunt procuratores: vnde videntur, quæ Gentium sunt, adæquare, imò exuperare Iudæos. Quid ergo dices ô Iudæe? Nisi nos eiecti fuissemus,vos nō adeo statim vocati fuissetis? Sed hoc quoque qui ex Gentibus est,nō minore ratione dicit. Nisi saluatus essem ego,tu sanè æmulandi causam nō habuisses. Si vero voles cognoscere, vnde excellamus etiam, accipe: Ego quidem te credulitate mea saluo: tu vero lapsus, priorem nobis ingressum ad salutem tradidisti. Deinde cognito quòd illos denuo reprehēdisset, priora resumit, dicens: *Nam si reiectio illorum reconciliatio mundi est, quæ erit assumptio,nisi vita ex mortuis?* Sed & hoc rursus illos cōdemnat. Siquidem alij ex eorum peccatis lucrum tulerunt, ipsi vero neq; ex aliorum benefactis adiuti sunt. Si vero illud quod ex necessitate contigit, illorum esse dicit,nō est quod miveris. Vt enim & istos,id quod sæpenumero dixi,contrahat, & illos adhortetur,ad eum modum sermonem format. Quemadmodum enim dicebam, etiamsi innumeris modis reiecti fuissent Iudæi: non tamen ideo saluatæ fuissent Gentes, nisi fidem suscepissent.Sed ægrotāti parti adsistit, opitulaturq; laboranti.Verum vide in quibus gratificetur,verbis illos cōsolans. Nam si reiectio illorum,inquit, reconciliatio est mundi.Et quid hoc ad Iudæos? Quæ erit assumptio,nisi vita ex mortuis? Sed neq; hoc ad illos,nisi ipsi quoque assumpti fuerint.Quod vero dicit,tale est:Si Iudęis iratus,tanta largitus est Gentibus:quando illis reconciliatus aliquando fuerit,quid non largietur? Sed quemadmodum resurrectio mortuorum non est propter illorū assumptionem, ita neque salus nostra propter illos est. Eiecti sunt quidem propter eorum dementiam, nos vero per nostram fidem cœlestémque gratiam saluati sumus.Horum vero nihil illis prodesse poterit,nisi & ipsi conuenientem fidem ostenderint. Verūtamen pro sua consuetudine faciens, in aliud encomium sermonē inducit,tale tamen, quod encomium revera non sit, sed esse tātummodo videatur, imitatus in hoc medicorum optimos,qui tantum largiuntur ægrotis, quantum ipsa infirmitatis natura cōcesserit aut exegerit. Quid autem dicit? *Quòd si primitiæ sanctæ,sancta est & conspersio. Et si radix sancta,sancti sunt & rami.* Primitias hic atq; radicem, vocat Abraham,Isaac,Iacob,prophetas,ac patriarchas, eōsque omnes qui in veteri testamento celebres habiti sunt:ramos vero,qui ex illis sunt credētes.Deinde quoniam occurrebat, multos non credidisse, vide quo pacto illud rursus abscindat, dicens: *Si vero quidam ex ramis defracti sunt.* Atqui suprà dicebas plures esse perditos,paucos vero saluatos: quo modo igitur hic de perditis ponis illud,quidam, qua dictione vtique nō multitudo,sed paucitas significatur? Non cōtrarius,inquit, mihiipsi sum, sed laborātes curare recuperareq; studeo. Vides quo modo per omnem hunc locū vnum hoc satagat,vt illos cōsoletur? Hoc si detraxeris,multa sequētur contraria.Tu vero mihi velim sapientiam ipsius cōsideres,quo modo cum videatur pro ipsis dicere, consolationémq; meditari,occulte interea illos feriat,omníque excusatione priuatos ostendat, idq; ab ipsa radice,ab ipsis suis ipsorum primitiis. Perpende siquidem in hoc ramorum maliciam, quòd cum radicem habeant dulcem,ipsam tamen nullo pacto imitētur,& consperſionis maliciam,quòd neque ab ipsis primitiis immutetur. Si vero quidā ex ramis defracti sunt. Atqui potior illorum pars defracta est. Sed quemadmodum dicebā, vult illos consolari. Atque ideo sermonem non de seipso,sed de ipsis inducit,in eo etiam ipso clanculum illos taxans,ostendénsque quòd ex Abrahæ cognatione exciderint.Hoc enim erat quod dicere studebat, nimirum quòd nihil cōmune haberent cum illo. Licet enim sancta sit radix, ipsi tamen non sancti, atq; ideo procul à radice sunt. Deinde cum visus esset Iudæum consolatus esse, rursus eos qui ex Gentibus erant, per reprehensionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

hensionem percutit. Cum enim dixisset, si vero quidam ex ramis defracti sunt, subiungit: *Tu vero cum esses oleaster, insitus fuisti illis.* Quanto enim vilior est Gentilis, tãto magis dolet Iudæus, videns illum in us quæ se concernunt, deliciantem. Gentili vero tantũ non est ex sua vilitate pudoris, quantum ex immutatione honoris: & vide sapientiam. Non dicit, insertus es, sed arboris in ἐμφιτευθεὶς ἀντ' ἐνεκεντρίσθης. medium insitus es, hoc ipso iterum Iudæum mordens, ostendensque Gentilem in ipsius arbore stantem, cum interim ipse humi iaceat. Propterea neque hic pedẽ figit, etiam cum dixisset, insitus fuisti illis: non tamen vel sic illum dimittit, quanquam totam rem hoc dicto declarauerit, sed fœlicitati huius immoratur, celebritatẽque eius dilatat, dicens: *Et consors radicis ac pinguedinis oleæ factus.* Videtur quidem Gentilem in ordinẽ secundariæ cuiusdã additionis & appendicis posuisse: ostendit vero nihil istud illi nocere, sed habere eum quicquid habuerit ramus ipse de radice ascendens. Etenim ne cum audis, tu vero insitus fuisti illis, naturali illum ramo conferens, putes imminutum inferiorẽmque esse: vide quo modo eum illi adæquet dicens: & consors radicis ac pinguedinis oleę factus: hoc est, in eandem positus es nobilitatem, in eandem naturam. Deinde increpans ac dicens: *Ne glorieris aduersus ramos.* Videtur quidem consolari Iudæum, sed ostendit magis multam illius vilitatem & ignominiam. Propterea non dicit, ne glorieris, sed, ne glorieris aduersus ramos: hoc est, ne glorieris aduersum Iudæos, quasi abrupti sint. Nam in illis stas quæ eorum sunt, illisq; frueris. Vides quo modo videatur quidem increpare Gentiles, mordeat autẽ Iudæos. *Quòd si gloriaris*, inquit, *non tu radicẽ portas, sed radix te.* Quid hoc ad ramos illos, qui excisi sunt? Nihil. Quemadmodum enim dicebam, vmbram quandam consolationis modicam ac tenuem meditari quidem videtur: in eo tamen ipso quòd aduersus Gentilem inuehitur, tempestiuam Iudęis plagam incutit. Cum enim dicit, ne glorieris aduersum ramos: &, quòd si gloriaris, non tu radicem portas, satis ostendit Iudæo, digna esse quæ Gentibus obtigerunt, vnde glorientur: licet non oporteat eas aduersum Iudæos gloriari, atque ita ad fidem illum incitat, seq; coniicit in locum patroni† σωτηρίας. ostendẽs illi quid damni sustinuerit, ac quo modo quæ ipsius sunt, obtineant alij. *Dices igitur, defracti sunt rami, vt ego inserarer?* Rursus per modum obiectionis instituit quod priori contrarium est, ostendens quòd quæ paulo antè dixerat, non principaliter †, sed ad hoc dixerit, vt Iudæos attraheret. †προηγουμένως. Non enim delicto illorum salus constat Gentium: neque delictum illorum diuitię sunt mundi: nec ideo saluati sumus quòd illi ceciderũt, sed potius contrarium est. Ostendit autem & eam quæ de Gentibus est prouidentiam principalẽ esse, licet quæ dicta sunt, aliter finxerit. Totum etiam locum per obiectionem texit, vt se ab inimicicię suspicione liberans, acceptabilem reddat sermonem. *Bene.* Laudat obiectum. Deinde rursus territat, dicens: *Per incredulitatem defracti sunt, tu vero fide insitus es.* Ecce rursus aliud credẽtium ex Gentibus encomium, simul & Iudæorum accusatio. Sed iterum ipsorum fastum contrahit, subiungẽs ac dicens: *Ne efferaris animo, sed timeas.* Non enim naturæ negocium est istud, sed fidei & incredulitatis. Videtur autem rursus eius, qui ex Gentibus est, os obstruere, sed potius Iudæum docet, quòd non oporteat naturali attendere cognationi. Vnde & subdit, ne efferaris animo: & non dicit, humiliare, sed, time. Arrogantia siquidem contemptum ac socordiam parit. Deinde deploraturus ipsorum calamitatem, vt tolerabiliorem faciat sermonem, per modum increpãdi illum qui ex Gẽtibus est illud facit, sic dicẽs: *Nam si deus naturalibus ramis non pepercit.* Non dicit, neque tibi parcet: sed, *Vide ne quasi at, vt nec tibi parcat.* Abscindens quod grauitate sua poterat offendere, credentẽmque solicitum ac vigilantem † faciens, & illos attrahit, & istos astringit. † εἰς ἀγάθ. *Vide igitur bonitatem ac seueritatem dei, in eos quidem qui ceciderunt seueritatem: in te vero bonitatem, si permanseris in bonitate, alioquin & tu excidẽris.* Non dicit, vide igitur virtutem tuam†, aut labores tuos, sed dei bonitatem: ostendens † χρηστότητα. quòd vniuersum ex superna sit gratia factũ, instituensque credentem, vt tremat. Abusus quippe gratiæ dei, tremere facit. Nã ob ipsum, inquit, quòd bonus factus est erga te dominus, timendum tibi fuerit. Non enim immota tibi bona manebunt, si torpescere volueris, quẽadmodum nec illis mala, siquidem immutati fuerint. Nam & tu, inquit, nisi in fide perstiteris, excidẽris. *Illi autem, si non permanserint in incredulitate, inserentur.* Non enim illos amputauit deus, sed per seipsos defracti, exciderunt. Et bene dicit, defracti sunt. Nunquam enim ad eũ modum illos eiecit, tametsi multa sæpenumero peccarint. Vides quãtum sit liberi propositi † dominiũ: quanta mentis potestas? Nihil enim hic, siue illorum malum, † προαιρέσεως. siue tuum bonum, fixum est aut immobile. Vides quo modo Iudæum propè desperantem restituerit, cum vero qui ex Gentibus est, æquo confidentiorem contraxerit? Sed neque tu Iudæe cum amputationem audis, desperes: neque tu qui ex Gentibus es, cum bonitatem dei audis, æquo confidentior reddaris. Propterea, quippe truncatim†te Iudæe abscidit, vt reuerti desideres. Erga † ἀποτόμως. te vero, qui ex Gentibus es, ideo bonitatem suam ostendit, vt in illa maneas. Et non dicit, si permanseris in fide: sed, si permanseris in bonitate: hoc est, si feceris, quæ diuinæ bonitati digne correspondeant. Nõ enim sola fide opus est. Vides quo modo neque illos humi iacere permittat, neque istos nimium sibi arrogare, imò & ad æmulationem illos prouocet? Rursus per ea quæ dicit, Iudæo tribuit in huius stare loco, quẽadmodum & iste locum illius præoccupauerat. Et eum quidẽ qui ex Gentibus est per Iudæos, perq; ea quæ Iudęis cõtigerunt terret, ne aduersum illos infletur: Iudæum vero, per ea quæ Græco concessa sunt & exhibita, cõfidentem facere conatur. Nã & tu, inquit, si obtorpueris, excidẽris. Iudæus etenim licet sit amputatus, denuo tamen inseretur, siquidem diligentem operam impẽderit. Etenim & tu insitus es. Valde vero prudẽter omnem sermonem hic ad eum vertit, qui ex gẽtibus est: id quod perpetuo cõsueuit, dum per firmiorum increpationẽ, imbecilles restituere laborat. Hoc & in fine epistolæ facit, vbi de ciborum obseruantia disserit. Deinde non solum ex futuris, sed & ex præteritis illud probat: id quod auditorẽ maxime persuasit. Obseruaturus vero ineuincibilem rationum consequentiam, primum à potentia dei probationem ponit. Nam etiam si amputati sunt & abiecti, aliiq; quæ illorum sunt præoccuparũt, neq; sic tamẽ desperes. *Potest enim*, inquit, *deus denuo illos inserere.* Qui & quæ sperari non poterant, facit. Si vero rerum quoq; ordinem ac seriem quæris, rationúmq; consequẽtiam: subsidium huius apud teipsum maiore copia habes. *Etenim si tu*, inquit, *ex naturali exectus es oleastro, ac præter naturam insitus es in veram oliuam: quanto magis hi, qui naturales sunt, inserentur propriæ oliuæ?* Si enim quod præter naturã est, potuit fides: multo magis poterit quod naturale est. Si enim iste, qui iuxta naturã patrum ipsius exectus est, præter naturã ad

Abrahamum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Abrahamum venit, multo magis tu quod cognatum ti bi ac proprium est recipere poteris. Ipsius quippe Gētilis malum iuxta naturam est. Oleaster etenim iuxta naturam erat, bonum vero illius preter naturam est. Præter naturam siquidem Abrahæ insitus est. Contrario vero modo bonum tuum secundum naturam est. Non enim in alienam radicē, quemadmodum Ethnicus, sed
† πικγῶσγ. in propriam ac domesticā, si redire volueris, inserēris. † Itaq; qua venia dignus eris, quòd, (cum Ethnicus quod præter illius est naturam, poterit) tu quod iuxta naturā tuam est, non potes, imò & prodis? Deinde quoniā dixerat, præter naturā, & insitus es, ne putes amplius quid habere Iudæum. rursus hoc ipsum corrigit, dicēs & ipsum inseri. Quanto magis, inquit, & ipsi inserentur propriæ oliuæ? Potens est enim deus denuo inserere illos. Et antè hoc dixerat, quòd nisi in incredulitate permāserint, inserentur. Quòd vero continuo dicētem audis illa, præter naturam, & iuxta naturam: non putabis immobile quiddam illum dicere, naturā hanc esse, sed decens quid & consequens, ac rursum indecens, nominibus istis manifestare velle. Non enim naturæ sunt, quæ bona vel mala sunt: sed mentis tātummodo ac propositi. Obserua vero quàm odium & inuidiam vitet. Cum enim dixisset, & tu amputaberis, nisi in fide manseris, & illi inserentur, si in incredulitate non perstiterint: relicto quod tristius erat, quod iucundius est, ponit. Adhęc & in eo ipso finem huius loci facit, magnificas spes, si ita voluissent, Iudæis texens. Vnde & subiungit, dicens:

Non enim volo vos ignorare fratres mysterium hoc, ne sitis penes
Φρόνιμοι. *vosmetipsos arrogantes.* Misterium hic dicit, quod incognitum est atque ineffabile, & multum habens quod mirabile sit & præter opinionem. Quemadmodum & ali-
1.Cor.15.g bi dicit, Ecce mysterium vobis dico, Non omnes quidem dormiemus, omnes tamē immutabimur. Quid ergo mysterium hoc est? *Quòd excæcatio ex parte accidit Israeli.* Et hic rursus Iudæum percutit, licet videatur perstringere eum qui ex Gentibus est. Quod vero dicit, tale est: Quod & antea dixit, nimirum quòd incredulitas Iudæorum non sit omnium per vniuersum, sed ex parte. Quemadmodum & cum alibi dicit, Si vero quis cō-
1.Cor.2.b tristauit, non me cōtristauit, nisi ex parte, ne aggrauem omneis vos: &, si primum vestra consuetudine ex parte
Hic sup.a fuero expletus: ita & hic dicit idē quod & suprà: Num repulit deus populum suum, quem antè cognouerat? Et iterum, Quid igitur? Num impegerunt vt conciderent? Absit. Hoc sanè & hic dicit, nimirum, quòd non tota sit in vniuersum Iudæorum gens euulsa, sed quòd & nunc multi crediderint, multique rursus credituri sint. Deinde quoniam magnum quid promiserat, prophetam eius rei testem, sic dicentem inducit: quòd quidem cæcitas illis obtigerit, nullo testimonio probat: Manifestum enim illud erat omnib⁹. Quòd vero credituri saluandiq; sint, Esaiam prophetam inducit rursus clamantem ac dicentem:
Esa.59.d *Aduenies ex Sion qui liberat, & auertet impietates à Iacob.* Deinde insigne quoque salutis huius ponens, ne quis hoc dictum prophetæ ad anteriora tēpora trahat, præteritisque adaptet, dicit: *Et istud erit illis à me testamentum, quando peccata illorum abstulero.* Non quādo circuncisi fuerint, nō quando obtulerint, non quādo alia legalia fecerint: sed quando peccatorum remissione potiti fuerint. Cum ergo istud promissum sit quidem, illis vero nondum obtigerit, neque per baptismū peccatorum remissionem adepti sint, omnino necesse est, vt adhuc futurum sit. Vnde & subdit: *Nam dona quidem & vocatio dei talia sunt, vt eorum illum pœnitere non possit.*

Et neque isto solum illos cōsolatur, sed & eo quod iam contigerat: quòdque ex consequentia contigerat, illud quasi principale ponit, cum dicit: *Secundùm euangelium quidem inimici propter vos, secundum electionem autem dilecti propter patres.* Ne qui ex Gentibus est infletur, dicens, Ego sto, ne mihi dicas, quidnam fieri possit, sed quid factum sit, & hinc quoque illum contrahit dicens, secundum euangelium quidem inimici propter vos. Nā posteaquam vocati estis vos, contentiosiores facti sunt illi. Veruntamen neque sic vestram vocationem abscidit deus, sed expectat, donec quotquot ex Gentibus credituri sunt, ingressi fuerint, atque tunc demum & illi venient. Deinde & aliam quandam gratiam illis largitur, dicens: Secundum electionem autem dilecti propter patres. Et quid hoc? Nam vbi inimici sunt, ipsorum est supplicium: vbi vero dilecti, nihil ad eos progenitorum virtus attinet, nisi crediderint. Veruntamen, quemadmodum dicebam, non cessat illos verbis consolari, vt attrahat. Atque ideo aliunde etiam quod antea dictum est, astruens dicit: *Quemadmodum enim & vos quondam increduli fuistis deo, nunc autem per illorum incredulitatem misericordiam adepti estis: sic & isti nunc increduli facti sunt, ob id quòd vos misericordiam consecuti estis, vt & ipsi misericordiam consequantur. Conclusit enim deus omnes sub incredulitatem, vt omnium misereatur.* Ostendit hic primum eos qui ex Gentibus sunt, vocatos fuisse, deinde quoniam noluerunt credere, Iudæos electos esse, id quod & ipsum post ista vicissim istis quoque contigerit. Posteaquam enim Iudæi credere noluerunt, rursus adductæ conciliatæq; sunt Gentes. Sed gradum hic non figit, neque totū in illorum electionem vertit: sed magis huc, quòd rursus & ipsi misericordiam sint adepturi. Vide quantum dat illis qui sunt ex Gentibus, nimirum quātum antea dederat Iudæis. Posteaquam enim vos, inquit, qui ex Gentibus estis, aliquando non credidissetis, accesserūt Iudæi. Rursus postquam & illi non crediderunt, accessistis vos. Non enim in finem vsque pereunt. Nam sub incredulitatem deus omnes conclusit: hoc est, arguit, ac demonstrauit incredulos esse, non vt increduli persisterent, sed vt per aliorum contentionem saluaret alios, istos per illorum, illos per istorū. Obserua vero: Increduli fuistis vos, & saluati sunt illi: rursus increduli facti sunt illi, & saluati estis vos. Nō quidem ita saluati estis, vt denuo, quemadmodum Iudæi, exire debeatis? sed vt illos manendo per æmulationem attrahatis. *O profunditatem diuitiarum & sapientiæ & cognitionis dei, quàm insperutabilia sunt iudicia eius.* Ad priora tempora hoc loco reuersus prouidentèmque dei dispensationem, ab initio, quo mundus ipse factus est, adhæc vsque tempora contemplatus, perpenso videlicet quàm prudēter ac varie cuncta instituerit deus, obstupuit & exclamauit, vt certos faceret auditores, omnino quæ dixerat, ita fore. Nā non exclamasset vtique, neque obstupefactus fuisset, nisi istud omnino futurum esset. Quòd quidem hac in re profunditas sit, cognouit: quanta vero sit, non item. Admirantis quippe est hic sermo, non omnia scientis. In admirationem vero stuporémque, propter hanc dei bonitatem raptus, quantum licuit, duobus nominibus excellentiam habentibus, illam deprædicauit, nimirum diuitiarum & profunditatis. Atque ob hoc potissimum obstupuit, quòd ista deus & voluerit & potuerit, quòd contraria per contraria curauerit, ac perfecerit, ita vt sint illius iudicia inscrutabilia. Non enim incomprehensibilia tantummodo sunt, sed & inscrutabilia. *Et imperuestigabiles viæ illius.* Hoc est, dispensationes. Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

& ipſæ non ſolum cognoſci nequeunt, ſed nec quæri. Philip.3.c Neque enim ego, inquit, omnia inueni, ſed modicam tantummodo partem, non totum. Ipſe quippe ſolus inſtituta ſua clare cognouit. Vnde & ſubiũgit: *Quis enim nouit mentem domini? aut quis illi fuit à conſilijs? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei?* Quod autem dicit, tale eſt: Quòd adeo ſapiens eſt, non hoc ab alio quopiã habet, ſed ipſe per ſe fons eſt bonorum. Et quòd tãta perfecit, nobisq; contribuit, non ab alio mutuatus eſt, ſed de ſuo copioſe effudit. Neq; aliquid retributionis cuiquã debet, quaſi quid ab illo acceperit, ſed ipſe perpetuo in beneficiis prior eſt. Nam illæ veræ demum ſunt diuitiæ, in omnibus exuberare, neq; alterius cuiuſquam opera indigere. Vnde & ſubdit: *Quoniam ex illo, & per illum, & in illum omnia.* Ipſe fecit, ipſe conſeruat. Nam & diues eſt, non opus habens vt à quoquam accipiat, & ſapiens, nullius indigens conſilio. Quid dico conſilio? Neq; cognoſcere quæ illius ſunt opera quis poterit, niſi ipſe qui ſolus eſt & diues & ſapiens. Multarum ſiquidem diuitiarum eſt, quòd eos qui ex Gentibus ſunt, adeo diuites, & multæ ſapientiæ, quòd eos qui Iudæis erãt inferiores, Iudęorum magiſtros fecit. Poſteaquam itaq; obſtupuiſſet, laudem quoque ac gratiarum actionem deo refert, dicẽs: *Ipſi gloria in ſecula, Amen.* Quandocunq; tale quid magnum atq; ineffabile dicit, in gloriam dei, admirando ſermonem terminat: id quod & de filio loquens facit. Nam & illic in admirationẽ raptus, idem ipſum quod Supra.9.b hic ſubiunxit, dicens: Ex quibus eſt Chriſtus ſecundum carnem, qui in omnibus eſt deus laudandus in ſecula, Amen.

Morale.

Hunc itaq; imitemur & nos, vbique deum per vitam diligenter ac piè inſtitutam glorificantes, neq; progenitorum virtutibus confidamus, Iudæorum exemplum ſcientes. Non enim nobis eadem eſt, non eſt, inquam, cognatio, niſi ea quæ iuxta ſpiritum eſt. Sic autẽ & Scytha fit Abrahæ filius, & illius filius rurſus quouis Scytha ab hac cognatione alienior conſtituitur. Non fidamus ergo patrum virtutibus, ſed etiã ſi celebrem habeas parentem, ne putes illud tibi ad ſalutẽ ſufficere, aut ad honorem & gloriã, niſi & moribus illi cognatus ſis. Quẽadmodum & ſi vilem habueris, non putãdum quòd ex eo vel condemnandus ſis, vel dedecore adficiendus, ſiquidẽ quæ ad te attinent probè inſtitueris. Quid enim Gentibus ignominioſius? Attamen per fidem ſubito facti ſunt ſanctorũ cognati. Rurſus quid Iudæis erat deo familiarius? Et tamen per incredulitatẽ abalienati ſunt. Illa quippe cognatio, naturæ eſt, & neceſſaria, iuxta quã cognati ſumus omnes. Ab Adã enim ſumus omnes. Neque enim alius alio plus cognationis hic habet, ſiue eã quæ attinet ad Adamum, ſiue quæ ad Noah, ſeu quæ attinet ad terram cõmunem omnium matrem, rationem ſpectes. Ea vero cognatio, quæ præmiis digna eſt, à malis nos ſeparat. Nõ enim poſſunt omnes hic eſſe cognati, niſi qui moribus ſunt eiſdem. Neq; fratres hic vocamus, qui ex eodem nobiſcum vtero prodierunt, ſed qui eundem zelum oſtendunt. Sic & filios dei vocat Chriſtus, ſic quoq; ex contrario filios diaboli: ita & filij dicũtur incredulitatis, ita gehennæ, ita perditionis. Ad eum modũ & Timotheus Pauli † ab initio filius erat, genuinusq; illi filius vocabatur. Filij vero ſororis illius ne nomen quidem ſcimus. Quãquam etiam ſi iuxta naturam illi propinquus vel affinis fuiſſet, nihil tamẽ lucri tuliſſet. Iam vero qui & natura & loco nihil habebat cũ illo propinquitatis, (erat enim ex Lyſtris ciuis) omniũ nihilo minus factus eſt proximꝰ. Simus itaq; & nos ſancto-

†*Emend. codex* ἐξ ἀφῆς τῆς ἀπὸ τῆς ἀρετῆς.

Actor.16.a

rum filij, imò & dei filij. Quòd enim liceat & dei filios fieri, audi quid dicat: Eſtote igitur perfecti, inquit, ſicut *Matt.5.g* pater veſter qui in cœlis eſt. Propterea illum & orantes patrem vocamus, non ſolum factã nobis rememorantes gratiam, ſed & nos ipſos ad virtutem admonentes, ne quid tali cognatione indignum committamus. Et quo modo poterit quis, inquies, filius dei fieri? Si omnibus fuerit affectuum paſſionibus liberatus, ſi manſuetudinem erga conuiciatores atq; iniuriam facientes oſtẽderit. Nam & pater tuus talis eſt erga blaſphematores ſuos. Atq; ideo licet multa ſæpenumero dixerit, nunquã tamen dixit, Vt ſitis ſimiles patri veſtro, ſed quando docebat: Orate pro calumniantibus vos, benefacite iis qui *Ibidem.* vos oderunt, tunc iſtud etiam præmij ſubiũgebat. Nihil enim adeo vicinum deo conformémq; facit, quemadmodum iſta virtus. Propterea & Paulus cum dicit, Imi- *Epheſ.5.a* tatores eſtote dei, ad hoc dicit, vt iſti ſtudeatur virtuti. Nam omnibus quidem virtutibus opus habemus, maxime tamen benignitate & manſuetudine, quandoquidẽ & nos benignitate, quæ nobis contingat, indigemus: multa ſiquidem ſingulis diebus delinquimus. Vnde & multa nobis opus eſt miſericordia. Multũ vero aut minutum, non datorum menſurã, ſed iuxta facultatem cõtribuentium ponderatur. Itaq; neque qui diues eſt, inflectur: neq; pauper, tanquam qui modica det, deijciatur: fit enim ſæpenumero vt plus diuite det pauper. Nõ oportet ergo vos ipſos propter paupertatẽ miſeros æſtimare: faciliorem enim vobis eleemoſynam illa facit. Nam qui multa poſsidet, maiore detinetur vel arrogãtia vel cupidine, quàm ea ſint quæ habet. Qui vero parum habet, ab vtraque iſta tyrannide liber eſt: vnde & plures inuenit benefaciẽdi occaſiones. Is enim & in carcerem ad captiuos facile ingreditur, & ægrotos viſitat, & potum aquæ frigidæ præſtat. Diues vero nihil horum amplectitur, diuitiis ſuis inflatus. Non ergo deſpondeas animum propter paupertatem. Cœli quippe opulentiam faciliorem tibi facit paupertas. Quòd ſi nihil etiam habeas, habeas autem animum condolentem, opponetur tibi merces, vel huius quoque gratia. Atque ob eam rem & Paulus præcepit flere cũ flentibus, & erga vinctos eſſe *Infrà.12.c* tanquam ipſi quoque vincti ſimus. Non enim ſolis flentibus conſolationem quandã adfert, ſi plerique fuerint, qui condoleant, adfert, & his qui aliis premuntur afflictionibus. Fit enim ſubinde vt compatientis ſermo iacentem & adflictum non minus refocillet, quàm datæ pecuniæ. Propter hoc enim & pecunias egenis dare iuſſit deus, non ſolum vt illorum ſuccurratur paupertati, ſed vt & nos doceat condolere proximi malis. Atque ideo auarus, non ſolum ob id odibilis eſt, quòd eos qui in paupertate ſunt, contemnit: ſed quòd & ipſe ad cru- ἀλεήμων delitatem, multâmq; inhumanitatem inſtituitur. Quẽ- inungitur. admodum & is qui pauperum gratia pecunias cõtemnit, propterea amabilis eſt, quòd miſericors eſt & humanus. Et Chriſtus quando beatos vocat miſericordes, nõ *Matt.5.a* eos ſolos intelligit, qui datis pecuniis miſericordiã exhibent: ſed & eos beatificat & laudat, qui animi propoſito id faciunt. Hanc itaque commoditatem animique habitum ad miſericordiam præſtãdam exhibeamus, & omnia bona ſequentur. Qui nanque animum habet benignum ac miſericordem, ſi pecunias habuerit, proferet: & ſi in calamitatibus quempiam viderit, flebit & lamentabitur: & ſi inciderit in aliquem cui facta ſit iniuria, patrocinabitur: & ſi calumnijs preſſum conſpicatus fuerit, manum porriget. Theſaurum enim bonorum habens, animum ſcilicet benignum ac miſericordem,

omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnia ex eo scaturiginis instar, pro fratribus effundet, vnde & omnibus fruetur præmiis à deo deputatis. Vt itaque & nos illis potiamur, ante omnia mentem procuremus nobis mansuetam ac benignam. Ita enim & innumera, dum hic sumus, operabimur bona, & futuris coronis fruemur: quas contingat, oro, nos omnes apprehendere gratia & benignitate, &c.

Homilia xx.

Cap. XII. *OBsecro igitur vos fratres, per miserationes dei, vt præbeatis corpora vestra, hostiam viuentē, sanctam, acceptā deo, rationalem cultum vestrum.* Posteaquam Apostolus multa iam de benignitate dei disseruisset, ineffabilēmq; illius curam pro nobis ac prouidentiam simul & bonitatem, quam nemo scrutari queat, ostendisset: eandem deinceps ipsam proponit adhoc, vt iis quibus tanta contigerunt beneficia, persuadeat conuersationem etiam vitæ diuino dono dignam ostendere. Et cum tantus sit ac talis, nihil tamen dubitat eos obsecrare. Idq; non earum rerum gratia quibus ipse fruetur aliquando, sed quarum ipsi potius fructum ac lucrū haberent. Quid autem miraris, quòd obsecrare non dubitat, quando & miserationes dei proponit? Cum sint enim, inquit, innumera vobis per miserationes dei in hac etiam vita collata bona, vel illas reuereamini, vel illæ sint quæ moueant. Nam & illę suppliciter obsecrāt, ne quid se indignum designetis. Per illas igitur ipsas, inquit, obsecro, per quas saluati estis. Quemadmodum si quis eū cui magna sint præstita beneficia pudore suffundi volens, benefactorem ipsum supplicem inducat. Et quid obsecras, dic quæso? vt præbeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, acceptam deo, rationalem cultum vestrum. Cum enim hostiam dixisset, ne quis putet, quòd præcipiat mactari corpora, statim subiunxit, viuentem. Deinde hostiam hanc à Iudaica discernens, sanctam dicit, acceptam deo, rationalem cultum vestrum. Corporalis enim est Iudaica illa, & non admodum accepta. Quis enim, inquit, quæsiuit ista è manibus vestris? Et alias sæpenumero illas repellere deprehenditur, istam vero nequaquam, sed cum daretur Iudaica, hanc nostram quærebat. Vnde & dicebat: Hostia laudis glorificabit me. Et iterum, Laudabo nomen dei cum cantico, & placebit deo plus quàm vitulus nouellus, cornua producens & vngulas. Et alibi quoque illam reiiciens ac dicens: Num manduco carnem taurorum, aut sanguinem hircorum bibo? subdit, Sacrifica deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Ita & Paulus hic iubet: Præbete corpora vestra hostiam viuentem. Et quo modo corpus, inquies, hostia fiet? Nihil mali respiciat oculus, & factus est hostia. Nihil turpe loquatur lingua, & facta est oblatio. Nihil iniqui committat manus, & facta est holocautoma. Imò non sufficiunt ista, sed vt bona etiam faciamus opus est: nimirum, vt eleemosynam faciat manus, calumnias inferentibus benedicat os, auditus diuinis cōtinuo sermonibus vacet. Nihil enim habet immundi hæc hostia. Aliorum primitias complectitur hæc hostia. Et nos igitur tam manuum quàm pedum, tam oris quàm omniū aliorum primitias deo reddamus. Talis hostia deo placet, cum interea Iudæorum immunda etiam fuerit. Sacrificia enim eorum, inquit, panis sunt luctus ipsis: sed nostra hostia non item. Illa quod consecratum est & oblatum, mortuum: ista vero viuum facit. Quando enim membra nostra mortificauerimus, tūc demum viuere poterimus. Noua siquidem ista huius sacrificij norma lex est. Atque ideo mirabile etiam est hoc ignis genus. Neque enim lignis opus habet, aut alia eiusmodi materia subiecta: sed in seipso noster ignis viuit, nec victimam comburit, sed magis viuificat. Hanc scilicet victimam iam olim deus quærebat. Vnde & propheta dicebat: Sacrificium deo spiritus contritus. Hanc ipsam tres etiam pueri illi offerebant, dicentes: Non est princeps, neque propheta, neque locus quo misericordiam liceat acquirere & inuenire, sed in animo contrito & spiritu humilitatis suscipiamur. Obserua vero quo modo singulis dictionibus multa vtatur diligentia. Non enim dicit, facite corpora vestra hostiam, sed præbete, ac si diceret: Nihil deinceps commune vobis sit cum ipsis, alij siquidē ea elocastis. Nam & illi qui equos bellicosos aliis elocant, nihil deinceps commune in illis habent. Et tu igitur membra tua ad bellum, quod contra diabolum est, præliúmque illud terribile exhibuisti, non erit vt ad propias operas illa tibi retrahas. Et aliud quoque ex hoc nobis ostendit, nimirum quòd oporteat illa probata facere, siquidem ea exhibituri fuerimus. Nō enim illa cupiam terrestrium hominum, sed ipsi omnium deo exhibituri sumus: nō vt in illis prælietur tantummodo, sed vt & ipsum regem sessorem habeāt. Neque enim detrectat insidere membris nostris, sed & vehementer vult hoc ipsum. Et quod rex qui cōseruus est noster non vult, hoc eligit etiam ille qui dominus est angelorum. Quoniam igitur membra tua deo sunt sistenda, quoniam hostia sunt, omnem ab illis maculam auferto. Nam si maculam habuerint, hostia iam vtique non erūt. Neque enim offerri poterit oculus scortationi seruiens, neque manus rapiens ac defraudans, nec pedes claudicantes, theatráque visitantes, nec venter deliciis seruiens, voluptatúmque desideria inflāmans, nec cor iram aut amorem fornicarium fouēs, neque lingua turpia loquens. Opus fuerit propterea corpus nostrum diligenter à mēdis eiusmodi curandū considerare. Nā si qui veteres hostias offerebant, iubebātur omnia prius considerare, nec quod auribus esset incisis, aut cauda mutilata, aut scabiosum†, aut impetiginem habens, permittebantur offerre: multo magis nos, qui non irrationales oues, sed nos ipsos offerimus, maiorem oportebit impendere diligentiam, atque ex omni parte mundos esse, vt & nos cū Paulo dicere queamus: Ego enim iam immolor, & tempus resolutionis meæ imminet. Erat enim quauis hostia purior, vnde & libamen seipsum vocauit. Erit autem hoc, si veterem hominem sustulerimus, si membra nostra quæ sunt super terram mortificauerimus, si mundum nobisipsis crucifixerimus. Ita neque machęra deinceps, neque altari, neque igne opus habebimus. Imò istis omnibus opus habebimus, veruntamen nō manufactis, sed de sursum nobis omnia dabuntur. Desursum est ignis, desursum machæra, altare nostrum erit ipsa cœli latitudo. Si enim Heliæ sensibilem ac corporalem hostiam offerenti delata desuper flamma omnia consumpsit, & aquam, & ligna, & lapides: multo magis hoc in tua oblatione erit. Et si habueris fluxum quid ac temporale, obtuleris autem hostiam tuam mente recta: aduenies spiritus sancti ignis & tēporale illud consumet, & oblationem omnem perficiet. Quid vero est rationalis cultus? Spiritalis seruitus, conuersatio vitæ iuxta Christum institutæ. Quemadmodū igitur qui in domo dei seruit, & sacris addictus est, qualiscunque is fuerit, contrahitur, ac seuerus magis castiórque redditur: ita & nos oportet omnem vitam dispositam habere, quemadmodum cultores dei ac sacerdotes.

Esa. 1. d
Psal. 49. d
Ibidē. 68. g
Ibidē. 49. c
Psal. 50. d
Danie. 3. d
μεμοσχοπεῖσθαι.
†ἠωραγμένα.
2. Timo. 4. b
3. Reg. 18. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

cerdotes. Erit autē hoc si pecunias tuas illi singulis die- A
bus obtuleris,si proprij corporis sacerdos fueris,eiúsque
quæ iuxta mentem est virtutis, vtpote quando mode-
stiam,quando eleemosynam,quando mansuetudinem
ac patientiam obtuleris. Hæc enim faciens,rationalem
cultum offers: hoc est, nihil habentem corporei, nihil
crassi,nihil quod sit sensibile. Quum itaque auditorem
ipso cultus nomine excitasset atque declarasset vnum-
quēque per suam ipsius carnem,vitęq; conuersationem
sacerdotem esse: modum etiam dicit per quem omnia
Configuremini. ista institui poterunt. Quis autem ille? *Ne conformemini,*
inquit,*huic seculo:sed transformemini per renouationem mentis ve-
strę.* Est enim huius seculi figura humi depressa,vilis,tē
poralis,nihil habēs sublime,nihil stabile,nihil recti, sed
omnia peruersa. Itaque si rectà incedere voles, ne ad-
aptes teipsum ad præsentis vitæ figuram. Nihil enim in
illa est quod maneat,firmúmq; sit. Vnde & figuram ap- B
1.Cor.7.f pellat. Et alibi rursus: Præterit enim figura huius mūdi.
Nihil enim habet quod duret, aut quod fixum sit: sed
omnia illius temporalia sunt. Vnde & dicit, huic secu-
lo. Per hoc siquidem marcidum esse: per figuram vero,
nullam habere subsistentiam declarat. Nam etiam si di
uitias obieceris,si gloriā,si delicias,siue aliud quodcun-
que ex iis,quæ magna esse videntur, figura tantummo-
do sunt,non ipsius,quę in rebus est,veritatis demōstra-
tio: persona quædam scenica, non consistens rerū sub-
stantia. Sed tu vide ne illi cōfigureris,quin magis trās-
formeris,inquit, per renouationem mentis. Non dicit
transfigureris:sed,transformeris,ostendens, quæ mun-
di sunt,figuram:quę vero virtutis,non figuram,sed ve-
ram quādam esse formam, naturalem pulchritudinem
†ἐπιζωμ- habentem,quæ non habeat opus externis illis cultibus† C
ατων. pigmentis, fucis. ac figuris,quę simul atque comparuerint,intereūt. Om-
nia enim illa, antequam appareant etiam, dissoluun-
tur. Figuram itaque si proieceris,confestim ad formam
venies. Nihil enim malicia infirmius est. Nihil adeo fa-
cile inueterascit. Deinde quoniā homines cum essent,
consequens simul erat,vt & quotidie peccarent,conso-
latur auditorem,dicens:quotidie teipsum quoque reno
ua. Quemadmodum in ædib⁹ facimus,inueteratas per-
petuo restituentes: ita & in teipso facias. Peccasti ho-
die:inueterasti mentem tuam:Ne desperes,neque deci-
das,sed renoua ipsam resipiscentia, lachrymis, confes-
sione,bonorúmque operum studio. Hoc autem facere,
τῆ ἀγα- nunquam intermittas. Et quo modo poterimus istud fa
θῶν,ἐφι- cere? *Vt probetis vos quæ sint potiora, quæ sit voluntas dei bona*
στασία. *accepta,& perfecta.* Aut hoc dicit, renouemini, vt discā-
tis,quæ sint vtilia,& quæ sit voluntas dei:aut,sic poteri-
tis renouari,si quæ vtilia sunt,didiceritis,quídque deus D
velit. Nam si hoc cognoueris, rerúmque naturas cog-
noscere didiceris, omnem iam ad virtutem viam ap-
prehendisti. Et quis,inquies,quæ vtilia, quæq; voluntas
dei sit,non agnoscit? Qui præsentibus rebus afficiūtur,
qui diuitias beatas existimant,qui paupertatem vilipen
dunt,qui potētatus sectantur,qui ad externam gloriam
anhelant,qui seipsos magnificiunt, siquando splendi-
das domos ædificarint, sepulchra preciosa comparaue
rint,mācipiorum greges habuerint, multámque eunu-
chorum copiam circuntulerint. Illi scilicet ignorant &
quæ sibi vtilia,& quæ dei sit voluntas. Sunt autem vtra-
que ista vnum quiddam. Nam quæ vtilia nobis sunt,il-
la vult deus:& quæ deus vult, illa demum & vtilia no-
bis sunt. Quæ sunt ergo quæ deus vult,vt in paupertate
viuamus,in humilitate,in contemptu gloriæ: in tempe
rantia,non in deliciis:in tribulatione,non in quiete:in
luctu,non in cachinno ac risu: inque aliis,quæ singulis
decreuit. Sed multi sunt qui ista tāquam malum omen
auersantur,tantum abest, vt putent esse & vtilia, & dei
voluntatem. Atque ob eam rationem nunquam propè
poterunt ad eos,qui virtutis gratia obeundi sunt,labo-
res accedere. Illi enim,qui ne sustinēt quidem vnquam
in virtutem attendere,quidnam sit,sed pro illa maliciā
admirantes,pro casta coniuge meretricem sibi ipsis in-
cludunt,quo pacto à pręsenti seculo abstinere poterūt?
Propterea ante omnia rerum firmum & rectum opor-
tet nobis esse iudicium, vt etiam si virtutem non exer-
ceamus,laudemus tamen:& si maliciam non fugiamus,
improbemus saltem, calculósque interea seruemus in-
corruptos. Nam si ita viam hanc procedendo tenere-
mus,possemus ipsa quoque opera aliquando apprehen-
dere. Propterea & ipse Paulus iubet renouari,vt probe-
tis quæ sit voluntas dei. Videtur autem mihi hoc loco B
& Iudæos legi adhærentes taxare. Erat enim & volun-
tas dei,vetus illa conuersationis institutio, verum non
principalis,sed propter infirmitatem illorum concessa.
Perfecta vero & accepta dei voluntas est, noua illa vi-
tæ conuersatio. Cum enim rationalem cultum dicit,vt
illum distinguat ac separet ab illorum cultu,hoc nomi-
ne vtitur. *Dico enim per gratiā quæ data est mihi,cuilibet ver-*
santi inter vos,ne quis arroganter de se sentiat, præter quàm oporteat
de se sentire:sed ita sentiat,vt modestus sit, quemadmodum vnicuiq;
partitus est deus mensuram fidei. Suprà dixerat, Per misera- *Hic supra*
tiones dei obsecro vos: hoc loco rursus dicit,Dico enī
per gratiam. Vide doctoris humilitatē, vide animum
depressum. Nusquam seipsum dignū dicit, cui ad eius-
modi adhortationem ac consilium credatur: sed nunc
quidem miserationes dei,nunc autem gratiam dei secū
adsumit. Nō enim meum,inquit,sermonem vobis ad-
fero,sed dei. Et non dicit: Dico enim vobis per sapien-
tiam dei,dico enim vobis per legis diuinæ positionem:
sed,per gratiam, continuo illos beneficiorū dei admo-
nens, vt illos eo reddat fœliciores, ostendátque vel ob
ea ipsa dictorum obedientię & admonitioni obnoxios εὐπειθεστέρους.
esse. *Cuilibet versanti inter vos.* Non illi vel isti tantum-
modo,sed & primati & subdito,seruo & libero, idiotæ
ac sapienti, mulieri ac viro,iuueni ac seni. Communis
enim hæc lex est, quandoquidē dominica est. Facit au-
tem hoc pacto tolerabiliorem sermonem, quòd doctri
nam hanc omnibus proponit, illis etiam qui rei non
sunt,vt qui rei sunt, increpationem hanc & correctio-
nem eò facilius amplectantur. Et quid, quæso, dicis?
Ne quis arrogāter de se sentiat, præterquam oporteat de se sentire.
Matrem hinc bonorum inducit, humilitatē videlicet,
pręceptorem suum imitatus. Quemadmodum enim il-
le conscenso monte moralem illum sermonem cōtex-
turus,hinc primum ordiebatur, eadémque fundamen-
ta iaciebat dicens:Beati pauperes spiritu: ita & ipse Pau *Matt.5.a*
lus hic à dogmatis ad moralem magis sermonē digres-
sus,summatim quidem vniuersalem illam virtutem do
cuit, cum admirabilem illam hostiam à nobis exegit:
descripturus autem illam per partes,velut ab ipso capi-
te, ab humilitate orditur ac dicit: ne quis arroganter †*Quod au-*
de se sentiat, præterquam oporteat de se sentire. Est e- *tē dicit,tale*
nim istud voluntas dei, *Sed ita sentiat vt modestus sit.* *est: sensum*
† Non vt ad arrogantiam donis dei abutamur, sed ad *accepimus,*
mōdestiam. Et nō dicit,vt humilis sit, sed vt modestus *nō vt eo ad*
sit,modestiam hic dicens:non eam virtutem quæ petu- *arrogātiam*
lantiæ ac lasciuiæ contraria est, neque ab intemperan- *abutamur.*
tia liberum esse,sed sobrium mētéq; sanum: σωφροσύνη σωφρο-
siquidē dicitur,ἀπὸ τοῦ σάας τὰς φρένας ἔχειν,hoc est,ab σύνη.

eo quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

eo quòd mẽtes habeantur sanæ. Ostendens igitur, quòd is qui modestus non est, neque mente valere queat, hoc est firmum cõsistere ac sanum esse, sed desipiat exorbitaritq; qui eiusmodi est, quouisq; demente furiosior sit, modestiam vocat humilitatem. *Quemadmodum vnicuique mensurã fidei partitus est deus.* Donorum enim elargitio ad arrogantiam multos & apud istos & apud Corinthios extulerat. Vide quo modo morbi illius causam claram faciat, & prope submoueat. Cum enim dixisset, quòd ad modestiam sapere oporteat, subiungit: quẽadmodum vnicuiq; deus mensurã fidei partitus est, fidem hic, donum vocans. Dicens vero partitus est deus, & eũ qui minus acceperat, cõsolatur: & eum qui pluribus potiebatur, contrahit. Si enim partitus est deus, & quod habes, nõ ex tua virtute est, quid superbis? Quòd si quis fidem hic non donum vocari dixerit, & hoc ipsum rursus magis ostendit Apostolum superbos humiliantem. Si enim doni causa est fides, iuxta quam miracula fiũt, atque ea ipsa à deo est, vnde superbis? Nam nisi venisset, incarnatúsque fuisset: vtique quæ fidei sunt, † non cõcessisset. ‡ Itaque quicquid vspiam est bonorum, hinc suum habet initium. Si vero ipse partitus est, nõ ignorauit certe quo pacto partiretur. Omnes quippe ipse fecit, omnésque pariter curat. Et quemadmodum quod tribuit, per illius factum est benignitatem: ita & quod tantum vel tantum tribuit. Nam qui in eo quod summarium est, bonitatem suam demonstrauit, dona videlicet largiendo: tẽne in distribuendo proditurus est? Etenim si ignominia adficere voluisset, τὴν ἀρχὴν, vtique non dedisset. Si vero seruare honorare que studuit, (propterea enim & venit & tãta partitus est bona) quid tumultuaris ac turbaris, atque ad stulticiam sapientia abuteris, maiori quàm qui natura talis est dedecore teipsum afficiens? Natura siquidem stultum esse, nihil habet criminis: magnifice vero de se sentiendo, stultum fieri venia caret, & maius adfert supplicium.

† locum non habuissent.

διὰ φρονήματος. i. per animi elationem sine prudẽtiam.

Morale de arrogantia.

Tales sunt, qui in sapientia superbiunt, inque extremam incidunt arrogantiam. Nihil enim adeo stultum facit, quẽadmodum arrogantia. Vnde & propheta Barbarum ita vocabat, dicẽs: Stultus stulta loquetur. Vt autem & ab ipsis verbis stulticiam illius discas, audi quid dicat: Supra astra cœli, inquit, ponam thronum meum, eròque similis altissimo. Apprehendam manu mea orbem sicut auiculæ pullum, & sicut oua relicta tollam illum. His itaque verbis, quidnam poterit fieri stultius? vnicuique vero iactãtiæ facile incumbit hoc probrum. Et si singula arrogantium verba in medium adduxero, cognosci non poterit, verbáne sint arrogantis an stultitia vnum est atque idem in vtroque vicium. Nam & alius iterum barbarus dicit: ego sum, & non homo. Rursus & alius: Num poterit deus eripere ex manibus meis? Et Aegyptius ille: Dominum, inquit, non noui, & Israẽlem non dimittam. Et stultus ille apud prophetam talis est, dicens in corde suo, non est deus. Cain etiã, Nũquid custos ego sum, inquit, fratris mei? Non potest ergo dignosci, vtrum hæc verba arrogãtium sint an stultorum. Arrogantia siquidem, quę extra modestiam decidit, atque à mente fit, (nam & ideo ἄπνοιαι dicitur) & stultos facit & superbos. Et si principium sapiẽtiæ est timor domini, principium ergo stulticiæ erit, non cognoscere dominũ. Extrema igitur stulticia est superbia. Talis erat & Nabal, tametsi non erga deũ, sed erga hominem, ex arrogantia stultus factus sit: postremo tamẽ præ timore mortuus est. Quando enim extra mẽsuram

Hebr.5.a
Psal.13.a
Gene.4.b
Prouer.9.c
1.Reg.25.b

prudentiæ quis decidit: & timidus simul redditur ac temerarius, animo iam infirmo factus. Quemadmodum enim corpus commensurata complexione amissa: intẽperatúmque factum, quibusuis passionibus est obnoxiũ: ita & animus posteaquam prudentiam humilitatẽmque perdiderit, habitum quendam nactus diuersum, infirmus, timidus, temerarius ac stultus redditur, seq; ipsum deinceps ignorabit: qui autẽ seipsum ignorat: quo modo quæ supra se sunt, cognoscet? Quemadmodum enim qui phreneti laborat, cùm seipsum non agnoscat: neque quæ ante pedes sunt, nouit. Et oculus, cum ipse cæcus est, omnia reliqua membra in tenebris sunt: ita & cum arrogantia se habet. Vnde & insanis iisq; qui natura stulti sunt, miseriores sunt arrogantes. Aeque siquidẽ cum his risum mouẽt, atque æqua cum illis molestia laborant: & exorbitant quidem non aliter quàm illi, eorum tamen nemo miseretur, quemadmodum illorum. Desipiunt autem similiter vt hi veniam tamẽ quemadmodum hi non merẽtur, sed solum exosi sunt. Et cum vtrorumq; vicia habeant, venia tamen vtrorumq; priuantur, nõ solum propter verba, sed & ipsam corporis figuram ridiculi. Quid enim, dic quæso, ceruicem in altum extendis? Quid summis pedum articulis incedis? Quid supercilia extollis? Quid pectus inflas? Capillũ capitis tui non potes vel album vel nigrum facere, & nõ aliter quàm si dominus esses omniũ elatus, quasi in aëre, incedis. Forsan optares tibi & pennas innasci, ne super terram incederes: forsan & prodigiũ esse desideras. Iam vero num prodigium ac mõstrum ex teipso fecisti, qui cum homo sis, volare conaris? imò & ab intus volas, & vndiq; accẽsus furis? Quid te vocabo? Quo modo arrogantiam tuam deiiciam? Si cinerem te dixero, & puluerem, & fumum, & cœnum, vilitatem quidẽ dixero: nondum tamẽ satis exacte similitudinem eam quam volebam, cõsecutus fuero. Nam & inflammationem ipsam, omnémq; simul ipsorum vanitatẽ repræsentare volo. Quam ergo similitudinem reperiemus, quæ conueniat illis? Mihi videntur accensæ stupę similes esse. Nam & illa post incẽdium tumidum quid esse, & in nescio quid præcipui immutata videtur: modicum vero passa contactum totum amisit, omni cinere vilior apparens. Tales sunt & illorum animi. Nam & illorum inanem inflationem si facilis quidam cõtactus apprehenderit, humiliare deiicerêque poterit. Oportet enim omnino vt infirmus sit, qui arrogans est. Altitudo siquidem valida nõ est: sed quemadmodum aquaticę ampullæ facile rũpuntur, ita & illi facile pereunt. Quod si dubitas, da mihi temerarium quendam & arrogantem, & videbis illũ quouis elanguido timidiorem factum, idq; qualicũque apprehensum incommodo. Quemadmodum enim flãma illa quæ in stupis aridis sursum fertur, simulatq; cõtacta fuerit, in cinerem vertitur, solidorũ vero lignorum ea natura est, vt neque facile incẽdantur, neq; cum accensa fuerint, ardentem flammam facile dimittãt: ita & illi quidem animi, qui solidi sunt ac firmi, neque facile incenduntur, neque facile extinguuntur, isti vero vtraque illa vnico temporis momento patiuntur. Hæc itaque scientes, humilitatem exerceamus. Nihil enim illa potentius, sed & petra est fortior, & adamante solidior, & in maiorem nos securitatem collocat, quàm queant vel turres, vel vrbes, vel muri, omnibúsque diaboli machinamentis sublimior facta, contingere volentibus insuperabiles facit: quemadmodum vicissim arrogantia, etiam quibuslibet captu faciles reddit, ampulla quauis, vt dixi, facilius rumpitur, aranearum tex-

Matt.5.f

φλεγμαίνουσαν.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tura citius scinditur, fumo leuius dissoluitur. Vt igitur A in solida simus petra firmati, relicta arrogantia humilitatem eligamus. Ita siquidem & in præsenti vita quietem inueniemus, & futuris seculis omnibus fruemur bonis, gratia & benignitate, &c.

Homilia xxi.

VEmadmodum enim in vno corpore membra habemus multa, omnia vero membra, non eundem habent actum: sic multi vnum corpus sumus in Christo, singulatim autem alij aliorum membra. Eodem rursus vtitur exemplo, quo & ad Corinthios vsus fuerat, cum eundē quoque morbum & apud illos sedaret. Multum quippe potentiæ habet hoc pharmacum, multâq; est huius exēpli virtus ad corrigendum arrogātiæ morbum. Cuiusnam, inquit, gratia superbis? Aut quamobrem alius quispiam seipsum extenuat? Nunquid omnes vnum corpus B sumus, siue magni siue parui? Quando ergo iuxta caput nostrum vnum sumus, atque inuicem mēbra: cur à concordia teipsum abscindis? Quid erubescis de fratre? Quemadmodum enim ille membrum tuum est, ita & tu vicissim illius. Est autem & ob hāc rem multa honoris æqualitas. Duo siquidem posuit, quæ ad deiiciēdam illorum arrogantiam sufficiunt: nimirum, quòd alij aliorum membra sumus, non quòd qui minor est maioris tantūmodo, sed quòd & is qui maior est, minoris quoque sit membrum. Et quòd omnes vnum corpus sumus, imò & tria posuit. Nā & donum quod datum est, vnū esse ostendit. Ne igitur superbias. A deo quippe tibi datum est, si quid habes, per teipsum nō es adeptus, neque tuopte ingenio illud inueneristi. Propterea & donorum mentionem faciens, non dicit, quòd hic quidem plus, C iste vero minus, sed discretum quid acceperit. Habētes enim, inquit, dona: non addit, maiora, vel minora, sed varia. Quid enim quòd nō eadem tibi commissa sunt, dummodo corpus idem sit? Incipiens vero à donis, in recte factis terminat. Cum enim posuisset prophetiam, ministerium, & quicquid eiusmodi est: ad eleemosynā, diligentiam, & subsidiū sermone delatus, desinit. Quoniam enim ita contingebat, vt quidam essent virtute quidem præditi, prophetiæ vero donum non haberēt: ostendit quòd & illis donum dei isto etiam multo maius, datum sit, (quēadmodum illud & in epistola ad Corinthios ostenderat) tantóq; maius, quòd huic destinata sit merces, prophetiæ vero dono non itē. Illud enim in vniuersum nihil est, nisi donum & gratia. Vnde & dicit: *Habentes vero dona iuxta gratiam nobis datam varia, siue prophetiam, iuxta portionem fidei.* Quoniam iam sufficiē-
ἐναγωνίως. ter illos consolatus est, vult eos deinceps permouere, vt D incitatiores diligentiorésque sint, ostendens quòd ipsi potissimum sint, qui causas præstent vel plus vel minus donorum dei accipiendi. Dicit quidem ipsum & à deo dari, vt cum inquit, Quemadmodum vnicuique partitus est mensuram fidei: & iterum iuxta datam nobis gratiam, vt hoc pacto contrahat arrogantes. Et tamen & ab ipsis principia fieri dicit, vt pigros excitet: id quod & in ea quæ ad Corinthios est, facit, vtraque ista mo-
1.Cor.12.d uens. Cum enim dicit, Aemulamini dona, ostendit ipsos in causa esse eius, quæ in datis donis erat differen-
Ibidem.b tiæ. Dicēs vero, Omnia ista operatur vnus & idem spiritus, diuidens vnicuique sicut vult, huc tendit, vt qui dona acceperunt, nihil efferantur, vndique morbum illorum curans. Hoc sanè & hic facit, deinde rursus languidos ac remissos erigens dicit, siue prophetiam, iuxta portionem fidei. Tametsi enim gratia sit & ipsa, non tamen simpliciter effunditur, sed mensuram à recipientibus se accipiens, tantum influit, quantum inuenerit oblatum sibi fidei vasculum. *Siue ministerium in administratione.* Rem hic generalem ponit. Nam & Apostolatus ministerium dicitur, & quoduis spirituale bonúmque opus, ministerium est. Est quidem & priuatę œconomię hoc nomen, hic vero generaliter dicitur. *Siue qui docet in doctrina.* Vide quo modo ista indifferēter ponat, quod minutum est primo: quod magnum, posteriore loco: iterum idem docens, vt neque inflentur, neque superbiant. *Siue qui exhortatur in exhortatione.* Est & hoc doctrinæ quoddam genus. Si enim in vobis est, inquit, *Actor.13.e* exhortationis sermo ad populum, dicite. Deinde, vt ostendat, non multum fructus ex virtute prodire, nisi cū competente lege ac ratione fiat, subiungit: *Qui impertit, in simplicitate.* Non enim sufficit dare, sed oportet & largiter istud facere. Simplicitatem enim istud esse nouit vbicūque fiat. Quandoquidem & virgines illæ oleū *Matt.25.a* quidem habebant, quoniam vero quod sufficeret non habebant, in vniuersum exciderunt. *Qui præest in diligentia.* Non enim satis est præesse. *Qui miseretur in hilaritate.* Neq; enim sufficit misereri, sed oportet id & largiter, & animo non tristi facere: imò non solum nō tristi, sed & alacri & læto. Non enim par est, nō tristari, & gaudere. Hoc autem ipsum & ad Corinthios scribens, multa diligentia agit. Ad largitatem enim excitans dicit: Qui parcè seminat, parcè & metet: & qui seminat in *2.Cor.9.b* benedictionibus, in benedictionib⁹ & metet. Animum vero dirigens, addit, non ex tristicia, aut ex necessitate. Nam vtrunque oportet misericordi adesse, & quòd abūde, & quòd cum voluptate det. Quánam gratia cū eleemosynam das, ploras? Quid doles, omnem boni operis fructum prodens? Si nanque doles, non misereris vtiq;, sed crudelis es & inhumanus. Quo modo enim eū qui in tristicia est refocillabis, si tu doles? Satis enim fuerit, si ille mali nihil suspicetur, etiam si cum gaudio dederis. Nā quoniam nihil adeo videtur hominibus turpe, atque ab aliis accipere, nisi excellēti hilaritate suspicionem illam sustuleris, ostenderisq;, quòd magis accipias quàm des, magis deiicies accipientem, quàm refocillabis. Propterea dicit, qui miseretur in hilaritate. Quis enim regnum accipiēs mœstus est? Quis peccatorum remissionem recipiens, in mœrore manet? Noli itaq; pecuniarum respicere sumptum, sed magis eum, qui ex illo sumptu est, prouentum. Si enim qui seminat, gaudet, tametsi in incertum seminet: multo magis qui cœlum quasi agrum colit. Nā sic etiam si modica dederis, multa tamen dedisti: quēadmodum & si cum mœsticia dederis, licet multa dederis, ex multis tamen pauca fecisti. Sic & vidua illa multa talēta duobus obolis superauit: *Mar.12.d* larga siquidem mēte dedit. Et quo modo poterit illud, *& Luc.21.a* inquies, prompte facere, qui in extrema paupertate omnibus bonis carens viuit? Interroga viduam, & audies modum ac rationem, sciēsq; mentis angustiam non ex paupertate, sed ex voluntate & illā, & quicquid illi cōtrarium est fieri. Potest enim quis & in paupertate magni, & in diuitiis pusilli animi esse. Propterea & in dando simplicitatem, & in misericordia hilaritatem, & in præsidentia diligentiam requirit. Neque enim pecuniis tantummodo, sed & verbis, & rebus, & corpore, & aliis omnibus, vult nos iuuare egenos. Commemorata vero præcipua præsidētia, ea quæ per doctrinā est, atq; ea quę per adhortationē (tanto enim illa necessarior est, quāto animi cibus corporeo præstat) ad eam deinceps transit, quæ per pecunias atque res alias fit. Deinde vt ostēdat,

quo pacto

Universidad de Deusto
Biblioteca

cuo pacto illa dispensari debeant, matrem ipsorum, dilectionẽ, inducit. *Dilectio enim*, inquit, *sine simulatione sit.* Hanc si habueris, neque pecuniarum senties sumptum, neque corporis laborem, neque molestiam verborum, neque cuiuslibet sudorem, sed omnia generose feres, sine corpore, siue pecuniis, seu sermone, seu quouis alio proximo succurrendum sit. Quemadmodũ igitur non solùm largitionem exigit, sed eam quæ sit in simplicitate: neque solùm præsidentiam, sed simul & diligentiã: neque solùm misericordiam, sed & adiunctam hilaritatem: ita & dilectionem nõ simpliciter exigit, sed eam quæ sit sine simulatione: nam ea demum vera dilectio est. Quòd si sic fuerit, omnia sequentur. Nam qui miserebitur, hilariter miserebitur: sibi enim ipsi dabit. Et qui præerit, diligenter præerit: sibi enim ipsi præerit. Et qui dabit, largiter ac copiosè dabit: sibi enim ipsi dabit. Deinde quoniam & dilectio quædam in malis rebus est, qualis est lasciuorum, eorúmque qui in pecuniis & rapinis eiusdem sunt animi, eorum etiam qui ebrietati ac sympotiis student, ab illa hanc, de qua loquitur, auellẽs, dicit: *Sitis odio prosequentes quod malum est.* Non dicit, abstinentes à malo: sed, odio quod malũ est prosequentes. Neque simpliciter odientes, sed vehementer odientes. Intentionem habet passim apud Apostolum illud, ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως, hoc est, etenim solicita creaturæ expectatio: &, ὑιοθεσίαν ἀπεκδεχόμενοι, hoc est, adoptionem cupidè expectantes, τὴν ἀπολύτρωσιν τοῦ σώματος ἡμῶν, hoc est, exactam corporis nostri redemptionem. Quoniã enim multi sunt, qui licet mala opere ipso non faciant, malorum tamen interea concupiscentiam habent: propterea dicit, odio prosequentes quod malum est. Mentem quoque nostrã purgatam *vult, multamq; nos aduersum maliciam habere inimiciciam, multum odij, multũ belli.* Non enim putãdum, inquit, cùm iubeo vt inuicem diligatis, quòd velim vos & in malis mutuam alterum alteri operam exhubere. Nam omnino cõtrarium præcipio, nimirum, vt non solùm ab opere, sed & ab affectu qui ad maliciã sit, alieni sitis: & non solùm ab affectu, sed vt & vehementer illam auersemini, odióque prosequamini. Et non contentus hoc solo, virtutis etiam studium ac lucrum inducit, dicẽs: *Adhærentes ei quod bonum est.* Non dicit, facientes solùm, sed & animo erga bonum appositi. Hoc enim declarat, quòd adhærere bono iubet. Ita & deus mulieri virum coniungens dixit: Adhærebit enim vxori suæ: deinde & causas dicit, propter quas debeamus alius alium diligere. *Per fraternam dilectionem alius in alium propensi.* Fratres, inquit, estis, eosdem partus doloris soluistis. Igitur & propterea, † si quidẽ inuicem ritis, diligetis vos inuicem. ‖ Hoc & Moses altercantibus in Aegypto dicebat, Fratres estis, vt quid alter alteri iniuriam facitis? Quando de externis quidem dicit, Si fieri potest, inquit, quantum in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habetote. Quando verò de domesticis disserit, Per fraternam, inquit, dilectionẽ alius in alium propẽsi. Illic quidem exigit vt non impugnemus, non odiamus, non auersemur: hic verò, vt & diligamus, neque simpliciter diligamus, sed & deamemus. Non enim dilectionem tantummodo sine simulatione esse oportet, inquit, sed & auctam & feruentem & ignitam. Quæ nanque fuerit vtilitas, si præter dolum quidem dilexeris, non dilexeris autem feruenter? Vnde & dicit: alius in alium dilectione propensi: hoc est, & feruenter dilige. Noli in hoc consistere, vt diligaris ab alio, sed tu potius erga alium prior diligendo prosili.

ἀποκυνῦν τες.

Supra.8.ad

ἀγαπᾶν αὐτοὺς. *Genes.2.d*

† *ἐπεὶ τοῦ fiere vt inuicem diligatis. Exod.2.c Hic infr.d*

ἐκζητεῖν.

A Ita quippe & eius, qua ipse te diliget, dilectionis mercedem recipies. Posita itaque causa qua debeamus nos inuicem diligere, subiungit etiam quo modo fiat, vt im motè persistat nostra dilectio: vnde & subdit, *Honore alius alium præcedentes.* Hac quippe ratione & nascitur dilectio, & nata perdurat. Nihil enim ita facit amicos, vt studium illud proximum honorando vincendi. Nõ autem dilectio solùm hinc nascitur, sed & maior honor. Nam ex dilectione quidem, quæ suprà dicta sunt, oriuntur: ipsa verò dilectio ex honoris exhibitione, quemadmodum & honorandi studium vicissim ex dilectione est. Deinde ne solũ honoremus fratres, aliud quoque maius quiddam requirit, dicens: *Studio non pigri.* Nam & istud dilectionem parit, quando adiuncto honore præsidentiæ beneficium exhibuerimus. Nihil enim ita diligi facit, vt iuncta honorandi studio
B prouidentia. Neque enim satis est vt diligas, sed oportet vt & prouidentiæ studio feruea: immo & ipsum ex dilectione nascitur, quemadmodum & dilectio ab illo accenditur: atq; ideo vtraque inuicem vtrinq; astruuntur. Sunt enim multi, qui licet mente diligant: manus tamẽ adiutrices non porrigunt. Propterea dilectionẽ vndique instituit. Et quo pacto fieri poterit, vt studio non reddamur pigri? *Spiritu feruentes.* Vide quo modo vbique vehementiam requirat. Non enim dicit, da te tãtummodo, sed date largiter: neque præstis solùm, sed cum solicitudine: neque simpliciter, misereamini, sed cum hilaritate: neque tantùm honorate, sed præcedite ac præuenite: neque diligite tantummodo, sed sine simulatione: neque simpliciter, abstinete à malo, sed odio prosequamini: neque adhærete solùm bonis, sed
C conglutinemini illis: neq; tantùm diligite, sed propensè amico affectu diligite: neque studere tantummodo, sed non pigrè: Ita & hic non simpliciter dicit spiritum habetote, sed feruentem exigit spiritum: hoc est, vt sitis feruentes ac concitati. Nam si quæ dicta sunt, habueris, spiritum attrahes. Si enim hic penes te fuerit, faciet ad prædicta diligentem, reddentúrque per illum & per dilectionem omnia facilia, siquidem vtrinque fueris incensus. Non vides quo modo tauri illi flãmam in tergo ferentes, omnibus sint intolerabiles? Non aliter tu quoque diabolo eris intolerabilis, si vtranque hanc flãmam adeptus fueris. *Domino feruentes.* Per ista siquidem omnia deo seruire potes. Quicquid enim in fratrem feceris, in dominum tuum pertingit: & quasi beneficium abs te accepisset, ita tibi & mercedem rependet. Vides quo modo constantiam animi ista operantis refocillarit? Deinde vt ostẽdat quo modo flamma
D illa spiritus accendatur, dicit: *Spe gaudentes, in adflictione patientes, precationi instantes.* Omnia siquidem ista ignis huius incitamẽta sunt. Quoniam enim & pecuniarum exegit sumptum, & corporum laborem, & præsidentiã prouidentem, & diligentiam, & doctrinam, & reliqua laboriosa: athletam Christi rursus inungit, dilectione, spiritu, & spe. Nihil enim mentem hominis adeò virilẽ facit & ad omnia audentem, vt spes bona: deinde & ante illa bona quæ sperantur, aliud iterum præmium dat. Quoniam enim spes futurorum erat, dicit, in adflictione patientes. Et ante futura quippe bona in præsenti etiam vita magnum bonum, inquit, ex adflictione capies, nimirum, quòd tolerãs ac probatus redderis. Præter hoc & aliud quoque auxilium præbet, dicens: precationi instãtes. Cùm ergo & dilectio facilitatẽ præstet, & spiritus adiuuet, & spes alleuet, & adflictio probatũ reddat, & ad cuncta generosè ferenda aptum & idoneum:

Simile.

παρέβολον.

Universidad de Deusto
Biblioteca

neum: habeásque præter hæc & aliam armaturam, nimirum,precationem, & quod per precationem venit, auxilium:quid nam erit in præceptis istis quod sit laborioſum? Nihil. Vides quo modo athletam Christi vndique firmum reddat,& quæ iubentur, plurimum facilia esse ostendat? Obserua rursus quo modo eleemosynæ inhæreat,immo non simpliciter eelemosynæ,sed ei eleemosynæ,quæ sit in sanctos. Suprà quidem cùm dixit, in hilaritate, erga omnes aperiendam esse manum docuit:hìc verò de credentibus loquitur. Vnde & subiungens dicit. *Necessitatibus sanctorum cõmunicantes.* Nõ dicit,Necessitatibus illorum subuenite,sed,necessitatibus illorum communicantes:ostendens,quòd plus accipiant, quàm præstent: & quòd res ista negociatio sit: communicatio siquidem est. Tu pecuniam adfers? Illi fiduciam tibi erga deum adferunt. *Hospitalitatẽ sectantes.* Non dicit facientes,sed,sectantes: instruẽs nos,vt non expectemus egenos, donec ad nos veniãt, sed ad ipsos curramus & sectemur. Sic Loth fecit,sic Abraham. Totum nanque diem in hoc consumebat, bonam expectans venationem:& si quando quempiam videbat,insiliebat,occurrebat, ad terram supplicãdo procidebat, dicens:Si gratiam inueni in conspectu tuo,ne transeas seruum tuum. Non quemadmodum nos qui cùm peregrinum aut pauperẽ viderimus, supercilia attollimus, neque dignos æstimamus,quos alloquamur. Et si quando innumeris supplicationibus vix tandẽ molliti,modicum argenti per famulos dare insserimus:vniuersum quod ad beneficentiam attineat, probè nos præstitisse putamus.Abraham verò non ita, sed sumptam famuli personam induit, tametsi ignoraret quósnam susceptus esset. Nos autem licet manifestè sciamus,quòd in pauperibus Christũ susciplamus,neq; sic tamen mansueti reddimur:sed cum ille contrariò,& obsecret & supplicet,& prõcidat,nos nihilominus accedentes conuiciis obruimus. Et Abraham quidem omnia per seipsum & vxorem adimplebat obsequia, nos verò neque per famulos.Si verò & mensam cognoscere voles,quã ille peregrinis parabat:multam & illic liberalitatem videbis, non quam exhibebat ipsa cibariorum copia, sed potius abundans animi promptitudo.

ἐπιλαμβάνεται. *Hic sup.b*

Simile.

Gene.18.a

Morale de hospitalitate.

Quàm multi tum temporis diuites erant in Israël:& tamen nemo illorum Eliam hospitio suscepit. Quàm multi diuites erant temporibus prophetæ Elizæi,& tamen sola Sunamitis hospitalitatis fructum vindemiauit. Quemadmodum & Abraham suo tempore largiter ac promptè fecit. Et profectò potissimum est, quod quis admiretur, quòd ista fecerit,cùm ignoraret,qui essent,qui aduenerant peregrini. Itaque neque tu pauperes curiosè inquiras. Propter Christũ enim illos suscipis. Quòd si perpetuò curiosè scrutaturus es pauperes, fiet, vt sæpenumero probatum coram deo virum prætergrediare, mercedemque quam ex eo habiturus eras, perdas.Atqui etiam is,qui reprobum recipit, sine culpa erit,immo & mercedem habebit. Prophetam enim in nomine prophetæ recipiens,mercedem prophetæ accipiet.Qui verò intempestiua sua curiositate præcipuum quenquam neglexerit,pœnas etiam dabit. Ne scruteris igitur curiosè pauperum vitam atq; negocia: nam extremæ illud insolentiæ est,pro vno pane totam hominis miseri vitam curiosè inquirere.Nam etiam si homicida,si latro, aut aliud huiusmodi fuerit: an non videtur tibi vel pane,vel modico argento dignus? Et tamẽ dominus tuus Solem suum illi producit:tu verò quotidiano cibo indignum iudicas? Ego verò quod adhuc maius est,pono: nimirum, quòd etiam,si manifestè cognoueris, innumeris illum refertum esse malis: neque sic tamen excusationem habeas, si quotidiano cibo illum priuaueris.Seruus enim illius es, qui dicit: Nescitis cuius spiritus sitis:famulus es illius qui lapidantes se curare laborabat,imò qui & crucifixus est pro eis. Nõ est quod mihi dicas,quòd alium interfecerit. Nam etiam si teipsum interempturus esset, neque sic tamen fame laborantem contemnere deberes. Discipulus enim illius es,qui crucifigentium se salutem cupiebat, quiq; in ipsa cruce dicebat:Pater remitte illis,nesciũt enim quid faciunt.Illius est seruus,qui percutiẽtem se curauit, qui latronem in ipsa cruce coronauit.Cui,quæso,quid poterit adæquari? Nam & vtrique Christum à principio cõuiciis affecerant,& tamẽ alteri illorum paradisum aperuit,interfecturos se deplorauit.Super conspicato proditore suo turbatus est & contristatus, non ideo quòd crucifigendus ipse,sed quòd ille perierat:Turbatur itaque, quòd præsciret illius & strangulationem, & post strangulationem supplicium.Et licet non ignoraret illius maliciam,ad extremam tamen vsque horam illum tulit,non repellens,sed & tametsi proditorem,diligẽs. Dominus tuus diligit, labiisque osculãdo excipit eum, qui statim sanguinem illum suum precioſum fusurus erat: tu verò pauperem neque pane digneris, neque legem quam Christus dedit reuereris? Per hæc enim,quæ recensui, satis ostendit, quòd non solùm pauperes, sed & eos qui nos ad mortem vsq; impellunt, auersari non oporteat.Ne dicas igitur mihi, quòd vel hoc vel illud operatus sit mali,sed perpẽde quid Christus fecerit, qui ad crucem vsque proditorem suum osculo,quo tradendus erat,emẽdare studebat. Et vide quã modestè & ad verecundiam monendam appositè, Iuda siquidem,inquit,osculo filium hominis tradis? Quem non deliniuisset? Quem nõ flexisset ipsa vox? Quam bestiam? Quẽ adamanta? Infœlicem tamen illum nõ flexit. Ne dicas igitur, quoniam illum vel illum interfecit, atque ideo ipsum auersor.Nam etiam si teipsum ense impeturus, dexterámque suam in tuum ipsius guttur immersurus esset, nihilominus tamen ipsam eandem dexterã osculare:quoniam & Christus os illud, quod mortem operatum erat, osculatus est. Et tu itaque insidiantem tibi non odio, sed lachrymis ac misericordiæ prosequere. Dignus enim est huiusmodi cuius misereamur, quèmque deploremus.Sumus enim illius famuli qui proditorem suum exosculatus est (neque enim cessabo quin factum illud cõtinuò versem) quiq; teneriora etiam verba,quàm osculum sit,erga illum loquutus est. Neque enim dicebat,ô sceleste,ô perdite,ô proditor, hanc nobis pro tanto beneficio gratiam rependis? Sed quo modo?Iuda,inquit,propriũ illius nomen ponens: id quod magis erat miserentis & reuocantis quàm indignãtis. Neque dixit præceptorem tuum, dominum tuum, benefactorem tuum, sed filiũ hominis: quasi dicat,etiam si non esset præceptor tuus,nõ esset dominus tuus: eum tamen,qui tam mansuetè,tam candidè erga te affectus est, vt & in ipso proditionis articulo te osculetur, idq; cùm proditionis ipsius symbolum sit osculum, tradere potes? Benedictus sis domine,quantę humilitatis,quantæq; nobis patiẽtiæ exemplum tradidisti? Sed ad istum quidem ita se habuit, ad eos verò, qui cum fustibus ac lampadibus irruebant,non ita.Et quid,quęso mansuetius verbis illis quæ ad eos loquutus est? Cùm enim simul omnes perdere posset, nihil quidem horum fecit, sed mo-

Matt.10.d

Luca.22.g

Ibid.23.e

συγχεῖται.

Luca.22.e

Exclamatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matth.26.a sed modestè illos alloquutus: quid, inquit, existis, tanquam ad latronem, cum gladiis & fustibus? Et cùm illos ad terram supinos proiecisset, & tamen vel sic nihil permoti essent: voluntariè seipsum illis tradidit, sustinuit videre vincula sanctis manibus iniicientes, cùm ἀγριαίνῃς, ferocis. tamen posset omnia rumpere ac proicere. Sed tu post ista omnia, ferocis erga pauperem. Atqui si innumeris etiam malis esset obnoxius, ipsa tamen indigentia, ipsaq; fames sufficerent ad animum, nisi vehementer sit obduratus, emolliendum. Tu verò efferatus, leonumq; imitatus furorem, perstas. Quanquam illi mortuorum corpora nunquam degustãt. Tu, licet videas tantis attenuatum malis, iacenti tamẽ insultas, corpúsque illius conuiciis laceras, atque adflictionem adflictioni, velut tempestatem tempestati superaddis: fugientémque ad portum, in scopulum incidere ac naufragium, marino grauius, pati facis. Et quo modo ad deum dicis, miserere mei? Quo modo peccatorum tuorum veniam petis, qui eum conuiciaris, qui tibi nihil peccauit, pœnámque pro fame tantaq; necessitate exigis, quasiuis bestias cru- ϗαϱὶς, id delitate exuperans? Illę siquidem cogente ventre deputatum sibi cibum attingunt: tu verò nemine impellente, nemine cogente, fratrem tuum deuoras, mordes, laceras, licet non dentibus, verbis tamen morsibus, quibusuis grauioribus. Quo modo ergo sacram oblationẽ sumes, qui linguam humano sanguine rubefeceristi? Quo modo pacem das, ore bellis adeò referto? Quo modo sensibili etiam cibo frueris, cùm tantam rubiginem tibi concilies? Non succurris paupertati? Quid & conteris? Non erigis iacentem? vt quid & deiicis? Non tollis pauperis tristiciam? Quid & auges? Nõ das pecuniam? Cur verbis etiam conuiciaris? Non audisti quãtam daturi sint pœnam, qui pauperes non pascunt? Quibus sup- Matth.25.d pliciis condẽnandi sint? Ite, inquit, in ignem, præparatum diabolo, & angelis illius. Si ergo non pascentes ita condemnabuntur, quam putas pœnam dabunt, qui nõ solùm non pascunt, sed & conuiciantur? Quantum patientur supplicium? quantam gehennam? Ne itaque tanta mala erga nos ipsos incendamus, donec facultas est: malum hunc morbum corrigamus, linguæq; frænum imponamus, non solùm non conuiciantes, sed & consolantes tam verbis quàm factis, quatenus multa nobis recondita in futurum misericordia: promissa bona apprehendamus, quorum omnes nos participes fore contingat gratia & benignitate, &c.

Homilia xxij.

BEne loquamini de iis qui vos infectantur. Bene loquamini, inquam, *& ne malè precemini.* Tradito iam quo modo inuicem alius erga alium affecti esse debeant, membrisq; mutuò diligenter adglutinatis, educit eos deinceps ad externi prælij aciem, quã & hinc faciliorem facit. Quemadmodum enim, qui quę ad domesticos suos pertinent, non probè instituit, difficilius quæ ad alienos spectant dispẽsabit: ita qui se in his quæ dicta sunt bene exercet, externa quoque eò facilius exuperabit. Propterea & Paulus viam quasi præstruẽs, post illud ista ponit, dicens: Bene loquamini de iis qui vos infectantur. Non dicit, iniuriarum ne reminiscamini, neq; vlciscamini. Sed quod his multò plus est, exigit. Illa siquidẽ philosophici viri, istud verò angeli est. Et cũ dixisset: Bene loquamini, subiungit: & ne malè precemi- Τήϱησ. vigilaueris, at ni, vt ne & hoc & illud, sed illud solùm faciamus. Præmiorum quippe procuratores nobis sunt, qui nos insec- tus fueris. tantur. Si verò [sobrius fueris] aliam etiã prętер istam tibi ipsi mercedem comparabis. Persequntor siquidem mercedem tibi quę propter toleratam persequutionem dabitur, procurabit. Tu verò illam, quæ ex eo est quòd de illo bene loqueris, referes, magnum videlicet signũ dilectionis eius quæ in Christum est. Quemadmodum enim qui persequutori malè precatur, hoc ipso declarat, quàm non vehemẽter gaudeat quòd pro Christo ista patitur: ita qui bene loquitur, multum erga Christũ amorem demonstrat. Ne vituperes ergo infectantem te, vt & tu maiorem recipias mercedem, & illum doceas, quòd alacritatis negocium istud tibi sit, non coactionis, festiuæ iucunditatis, non calamitatis aut tristi- Matth.5.a ciæ. Propterea & Christus dicebat: Gaudete, si quando Act.5.a dixerint omne malum verbũ aduersum vos, mentientes. Propterea & Apostoli gaudẽtes ad suos reuertebantur, non solum quòd malè audissent, sed quòd & flagellati essent. Præter ista & aliud non modicum lucrum acquires, nimirum quòd aduersarios stupefacies, atque re ipsa docebis, quòd ad aliam vitã tendas. Cùm enim viderit te aduersarius in eo ipso quòd malè afficeris, gaudẽtem atque alacrem: rebus ipsis apertè cognoscet, quòd spes habeas alias, præsentibus maiores. Quòd si istud non feceris, sed & fleueris, & lamẽtatus fueris: vnde poterit ille discere, quòd aliam vitam expectes? Et cum hoc & aliud lucraberis. Nã si te viderit nihil propter conuicia sua dolere, sed magis bene loqui etiam, ab infectando cessabit. Vide ergo quot hinc bona nascantur. Tibi maior merces & minor fit tentatio. Ille à persequutione abstinebit, deus glorificabitur, delinquenti doctrina philosophiáque pietatis præstatur. Propterea non solùm conuiciantibus, sed & infectantibus, rebúsque ipsis nocentibus contraria rependere iussit. Et nũc quidem bene de illis loqui præcepit: progrediens verò ipsis etiam operibus benefacere adhortatur. *Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus.* Quoniam fieri potest vt & bene quis loquatur, & nõ malè precetur, cùm tamen vtrunque ex dilectione non faciat, vult vt & dilectione ardeamus. Propterea & illud subiunxit, vt nõ solùm bene loquamur, sed & condoleamus, & compatiamur, siquando calamitate pressos illos viderimus. Sed bene est, inquies, quòd lamentantibus condoleamus, meritò præcepit: aliud verò, cùm nihil magni sit, vt quid iussit? Atqui illud ipsum maiore philosophia opus habet, nimirum gaudete cum gaudentibus, quàm quòd flendum dicit cum flentibus. Istud enim & ipsa natura vltro facit. Nemo siquidem adeò lapideus est, vt eum qui in calamitatibus est non defleat. Illud verò valde generosam mentem requirit, vt non solùm non inuideat ei qui clarus est ac celebris, sed & cõgaudeat. Vnde & priore loco illud posuit. Nihil enim ita dilectionem conciliat, quàm quòd & in gaudio & in tristicia alterutrum communicamus. Noli ergo siquando procul es ab aduersis, propterea extra compassionem quoque consistere. Nam proximo tuo malè adfecto, cõmunem tibi calamitatem illius facere debes. Communica ergo plorantibus, vt tristiciam illorum alleues: cõmunica gaudentibus, vt & lęticiam illorum radices, & dilectionem consolides, & ante illos teipsum iuues. Lachrymando siquidem misericordem te facis: congratulando verò, liuore & inuidia teipsum liberas. Vide ἀνεπιχθονίας. verò, quam non sit molestum & odiosum quod tradit Paulus. Non enim dicit, solue proximi calamitatem, ne sæpenumero dicas, impossibile est: sed quod facilius est præcipit, & quod facere potes. Nam si quod proximum vrit, tollere non potes: produc lachrymas, & maiorem

Universidad de Deusto
Biblioteca

iorem partem ſuſtuliſti. Et ſi proſperitatem illius auge re non vales,congaude,& multum augmenti attuliſti. Propterea non ſolùm hortatur, vt non inuideas: ſed quod multò plus eſt, congaudeas etiam. Longè enim maius eſt illud,quàm ſi non inuideas. *Eodem animo alij in alios affecti, non arroganter de vobis ipſis ſentientes, ſed humilibus vos accommodantes.* Multam rurſus de humilitate inculcanda diligentiam impendit, vnde & ſermonem inceperat. Conſequens enim eſt,plenos arrogantia faſtúque illos fuiſſe,cùm propter vrbem, tum multis aliis cauſis. Propterea & ſine intermiſsione morbum illum ſubmouet, & tumorem conſtringit. Nihil enim adeò corpus eccleſiæ ſcindit, atque ſuperbia. Quid verò eſt quod dicit,idem inuicem ſentientes? Aduenit tibi pau per in ædes tuas,fac vt affectu te illi accommodes,non maiorem propter diuitias tuas animi tumorem concipias.In Chriſto neque diues,neque pauper eſt. Ne ergo pudore afficiaris propter externam amictus vilitatem, ſed ſuſcipe propter internam fidem. Neque ſi lugẽtem videris, indignum putes quem conſoleris. Nec ſi proſperé habentem conſpicatus fueris,gaudio ipſius communicare cõgratularique pudeat: ſed quemadmodum erga teipſum affect⁹ es,ita ſis & erga illum. Eodẽ enim, inquit,animo alius in alium affecti: vt,magnum te putas eſſe?igitur & illum.Humilem & exilem illum ſuſpicaris?itaque & de teipſo illud decerne,& omnem inæqualitatem abiice. Quo modo verò fiet iſtud? Si arrogantiam reieceris.Vnde & ſubiunxit,Non arroganter de vobis ipſis ſentientes,ſed humilibus vos accommodantes. hoc eſt, in illorum vilitatem deſcende, ſimul huc illuc congredere: nec animo tãtum humiliare: ſed & adiuua, & manum porrige, non per alium, ſed per teipſum, quemadmodũ pater ſolet filio prouidus, quẽ admodum caput corpori, id quod & alibi dicit: Erga vinctos tanquam & ipſi vincti.Humiles verò hic,non ſimpliciter eos qui humili ſunt affectu, ſed humili ſorte & contẽptibiles dicit: *Ne ſitis arrogantes apud voſmetipſos.* Hoc eſt,ne putetis vos ſufficere vobis ipſis. Nam & alibi dicit ſcriptura: Væ prudentibus apud ſemetipſos, & in oculis ſuis ſapientibus.Et propterea rurſus arrogantiam & faſtum amolitur,tumoremque iſtum conſtringit.Nihil enim ita à reliquis auellit & abſcindit,quemadmodũ ſi quis ſe ſufficere ſibiipſi putauerit.Vnde & ita nos deus conſtituit,vt alter alterius opera indigeat.Vtvt enim prudens ſis, altero tamen opus habes. Quòd ſi te nullius opera indigere putaueris, omnibus factus es ſtultior & imbecillior. Talis enim nudum ſe omni auxilio reddit, & in delictis ſuis neque correctionem neque veniam recipiet,ſed & deum arrogantia ſua irritabit,& omnino multùm peccabit.Fit enim ſæpenumero,fit inquam,vt prudẽs, quod oportebat,non videat, & ſtultior aliquid eorum,quæ conueniunt,inueniat: id quod in Moſe & ſocero ſuo factum eſt,in Saule & puero ſuo,in Iſaac & Rebecca.Ne putes ergo ideo te deprimi,quòd alio indigeas.Nam hoc ipſum eſt,quod te exaltat magis, Quod validum facit,quod ſplẽdidiorem, quod ſecuriorẽ reddit. *Nemini malum pro malo reddentes.* Si enim alium qui tibi inſidiatur, vituperas: quid te ipſum accuſationi reddis obnoxium?Si malè is fecit,cur æmulationem non fugis? Et vide quo modo hic nihil diſcreuerit,ſed communem legem poſuerit.Non enim dicit,fideli malum non reddas,ſed nemini,etiã ſi Græcus, ſi ſceleſtus, aut quiſquis alius fuerit. *Prouide parantes bona coram omnibus hominibus,ſi fieri poteſt, quantum in vobis eſt, cum omnibus hominibus in pace viuentes.* Hoc eſt, Luceat lux veſtra coram hominibus, non vt ad vanæ gloriæ ſtudium viuamus, ſed ne demus anſam iis qui cuperẽt, aduerſum nos ipſos.Vnde & alibi dicit:Inoffenſi eſtote & Iudæis,& Græcis,& eccleſię dei.Bene verò conſequẽter,quid velit declarat,dicens: ſi fieri poteſt, quantum in vobis eſt.Contingit enim ſubinde, vt poſsibile non ſit.Nimirum,quando de pietate ſermo eſt, quando certatur de iniuria adfectis.Et quid miraris,ſi inter alienos homines hoc non vbique fieri poſsit, quandoquidem etiam inter virum & vxorem neceſsitatẽ illam & vinculum pacis diſſoluat, cùm dicit: Si verò infidelis abſcedit,abſcedat?Quod autẽ dicit,tale eſt: Quæ tui ſunt officij,præſta, nemini dans anſam ſeu belli ſeu diſsidij, ſiue Iudæo ſiue Græco.Si verò alicubi pietatem labefactari videris,ne pręponas concordiam veritati,ſed generoſè perſiſtas ad mortem vſque. Et tamen neque ſic animo eris erga aduerſarium hoſtili, neq; mente illum auerſaberis,ſed in rebus tantummodo pugnabis. Hoc enim eſt quod dicit, quantum in vobis eſt, cum omnibus hominibus in pace viuentes. Quòd ſi ille pacẽ non ſeruauerit, tu vide ne animum tuum inimicicia quaſi tempeſtate oppleas, ſed volũtate ſis amicus: ita tamen, quemadmodum dixi, vt veritatem non prodas. *Neque voſipſos vlciſcentes dilecti: quin potius date locum iræ. Scriptum eſt enim: Mihi vltio, ego rependam, dicit dominus.* Cui iræ?Dei. Quãdoquidem enim hoc potiſsimum, qui iniuriis adfectus eſt: videre cupit, vt vltione fruatur, hoc ipſum deus copioſè & abundè dabit.Nam ſi te ipſum non fueris vltus, deus erit qui te iuuando vlciſcetur. Permitte itaque,inquit,illi,vt aduerſariũ tuum in ius vocet.Hoc enim eſt quod dicit,date locum iræ.Deinde vt plus cõſolaretur,& teſtimonium induxit,quo cùm auditorem nonnihil refocillaſſet, maiorem rurſus philoſophiam ab eo exegit,dicẽs: *Si igitur eſurit inimicus tuus, paſce illum: ſi ſitit, potum da illi. Hoc enim ſi feceris, carbones ignis coaceruabis in caput illius.Ne vincaris à malo,ſed vince in bono malũ.* Quid enim dico,inquit,quòd in pace ſit viuendum? Nam & benefaciendum inimico præcipio.Paſce enim illum,& potum da, inquit: deinde quoniam valde laborioſam rem præceperat & magnam,ſubiungit:Hoc enim ſi feceris,carbones ignis coaceruabis in caput illius.Hęc autem dicens, & timore illum contrahit, & iſtum ſpe retributionis promptiorem facit.Nam qui iniuriam paſſus eſt,ſi quando debilitatus fuerit,non ita propriis ſuis bonis afficietur, vt ſupplicio eius per quem cõtriſtatus fuerat.Nihil enim adeò iucundum eſt, atque de inimico ſumptum videre ſupplicium. Quod igitur cupit, id ipſi primum largitur. Deinde poſtquã venenum illud abſtulit, tum deinceps ad altiora hortatur, dicens: Ne vincaris à malo.Sciebat enim, etiam ſi beſtia ſit inimicus,inimicum tamen, ſi paſtus ſit, non manſurum. Etſi ſæpenumero,qui iniuriis eſt adfectus, puſillanimis fuerit,inimicum & paſcens & potans, neq; tamen ipſe ſupplicium illius deinceps concupiſcet. Atque ideo concepta fiducia de rei ipſius exitu, non ſimpliciter interminatus eſt,ſed affatim ſupplicio indulget.Non enim, inquit, vindictam ſumes,ſed carbones ignis congeres ſuper caput illius. Deinde & declarans illi quid velit, dicit,ne vincaris à malo,ſed vince in bono malum.Atque ita ſenſim ſubindicat, quo modo non oporteat illud tali animo facere.Iniurię ſiquidem memoriam adhuc retinere,à malo vinci eſt. Sed iſtud primo loco nõ dicit. Neque enim dum tempus erat. Poſtquam verò iram illius euacuauit, tum ſubiungit dicens: Sed vince in bono malum. Quandoquidem & iſtud vincere eſt.

Vnde ſunt ſectæ.

Ebr.13.a

Eſaiæ.5.c

Matth.5.b

1.Cor.10.g

Ibid.7.c

Quo modo ſit ſeruanda concordia.

Deute.32.c & Ezec.9.a

χρηςότ.

Pugnans

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pugnans enim tum potiſsimum vincit, non quando A ſuum ipſius corpus pugnæ exponit, vt plagas excipiat: ſed quando ſeipſum eruens, efficit, vt omnem ſuam potẽtiam aduerſarius in aëra fruſtra & inaniter effundat. Sic enim nec ipſe plagas excipit, & omnes aduerſarij vires diſſoluit: id quod & in conuiciis fit. Nam quãdo viciſsim conuicia regeris, vinceris non ab homine, ſed quod turpius eſt, ab illibero illo iræ affectu permotus exuperaris. Si verò tacueris: & vincis, & trophæum figis, & innumeros acquiris qui te coronent, quiq; conuicium ipſum, mendacij condemnent. Qui enim contradicit, vt qui conuicij morſum ſenſerit, contrà luctari videtur. Morſum verò ſentiens ſuſpicionẽ de ſe præbet, dictorum ſe conſcium eſſe. Si verò deriſeris, riſu ſtatim ſententiam & iudicium quod qui audierant, contra te laturi erant, exoluiſti. Et ſi volueris, apertum dictorum argumentum accipere, ipſum tuum inimicum B interroga, quando magis doleat, an cùm prorſus accẽſus viciſsim conuiciaris, an cùm cõuiciantem derides. Atque hoc poſtremum magis audies. Neque enim tantum iuuat conuiciis nõ impeti, quantum mordet, quòd te ad iram permouere & accendere nequit. Non vides ira percitorum ingenium, quo modo plagarum ſuarũ non adeò multam rationem habentes, magno impetu irruant, proximique vulnera, peius quàm ſoleant agreſtes ſues quærant, & ad hoc vnum reſpiciant, inque eo magis ſint quàm vt quid patiantur, obſeruent? Quãdo ergo eum qui huiuſmodi eſt, ea potiſsimum re priuas, quam ipſe potiſsimum concupiſcit: omni iam illum propoſito euacuaſti, ſpoliaſti, contemptibilemque, puerum magis quàm virum, oſtendiſti. Et tu quidẽ interea philoſophi calculum adeptus es, illum verò malę beſtię diffamia & opinione induiſti. Illud & cùm verbera- C mur, faciamus, & quando verberare voluerimus, non reuerberemus. Sed letalem plagam infligere velles? Obuerte illi & alteram maxillam, & hoc ipſo innumeris ipſum vulneribus confeciſti. Facilius quippe qui ſe lapidarent, ferret, quàm eos qui patientiam tuam plaudentes admirantur. Ante illos etiam conſcientia ipſum cõdemnabit, & maximas ab eo pœnas exiget, ac veluti extrema paſſus, ſic pudore effuſus abſcedet. Si verò & gloriam apud multos quæris, eandem quoque hac via magis acquires. Nam & aliàs quidem compaſsionem quãdam erga eos qui malè adficiuntur, habemus. Quando verò viderimus eos non ſolùm non reuerberare, ſed & ſeipſos improborum iniuriæ patientes exponere, non tantùm miſeremur, ſed & admiramur.

Morale.

Propterea mihi iam ſuſpiria ſuboriuntur, quòd cùm D poſſemus & habere præſentia, ſi leges Chriſti, quemadmodum oportebat, audiſſemus, & acquirere futura: ab vtriſque excidimus, dum quæ dicta ſunt, negligentes in vanis ac ſuperfluis philoſophamur. Nam & vtiliter ille præcepit omnia, & oſtendit, quid nos vel celebres faciat vel dedecoret. Quòd ſi iſtud diſcipulos ſuos ridiculos facturum fuiſſet, vtique nõ præcepiſſet. Verùm quoniam illuſtriores facit omnibus, quòd cùm malè audiant, viciſsim non maledicunt: quòd cùm malè adficiantur, viciſsim non malefaciunt: propterea iſta illis tradidit. Quòd ſi hoc eſt, multò magis glorioſum erit, ſi cùm malè audieris, bene viciſsim dixeris: ſi conuiciis impetitus, encomium repẽderis: ſi inſidias paſſus, econtra benefeceris. Vnde & iſta quoque decreuit. Parcit enim diſcipulis ſuis, optimè ſciens, quid paruum faciat, quid magnum. Si ergo illis rerum non ignarus parcit: quid, quæſo, illi reniteris, aliam viã ingredi volens. Ex diabolicis quippe legibus eſt, malefaciendo vincere. Propterea & in olympiacis certaminibus diabolo conſecratis, ad eum modum vincunt, quotquot illic decertant. In ſtadio verò Chriſti, non eſt ea certandi lex, ſed omnino contraria. Hic enim nõ eum qui percutit, ſed qui percutitur, coronari decretũ eſt. Tale ſiquidem illius eſt ſtadium, vt contrario modo habeant quæcunque hic ordinata ſtatutáque ſunt: ita vt non ſolùm ipſa victoria, ſed ipſo etiam victoriæ modo fiat, quòd maius habeat miraculum. Quando enim, quæ alibi fragilia, deuictáque videntur, talia redduntur, vt ea ipſa victoriam parare deprehendantur, illud demum diuinæ virtutis, illud cœleſte ſtadium, angelorum illud theatrum fuerit. Scio vos nunc accenſos, ceráque quauis molliores eſſe factos: verùm diſcedentes, omnia effunditis. Atque ideo doleo, quòd quæ dicuntur, opere nõ oſtendimus: cùm tamen maximos inde fructus collecturi eſſemus. Nam ſi manſuetudinem oſtenderemus, inſuperabiles eſſemus omnibus, neq; eſſet quiſpiam hominum ſiue paruus ſiue magnus, qui vel tantillum nocere poſſet. Siue enim quis malediceret, te nullo, ſeipſum verò maximo damno afficeret: ſiue iniuriam inferret, incommodum in illius ſinum redundaret, qui iniuriam feciſſet. Non vides quo modo in foro, qui iniuriam paſsi ſunt, ſplendidi appareant, multáque fiducia liberè loquantur: qui verò iniuriam intulerunt, cum pudore ac timore demiſſo ſint capite? Et quid de accuſatione & iniuria dico? Etiam ſi gladium aduerſus te acuerit inimicus, dexterámque ſuam in guttur tuum immerſerit: te quidem neque ſic aliquid læſit, ſeipſum verò occidit. Atque huic ſermoni teſtimonium feret, qui *Abel.* primus fraterna dextera interfectus eſt. Nam ipſe quidem ad tranquillę ſedis portum, immortalem adeptus gloriam, conceſsit: Alter verò vitam quauis morte miſeriorem vixit, ſuſpirans ac tremens, inq; ſuo ipſius corpore facti reprehenſionẽ circunferens. Non itaq; iſtud, ſed illud perſequamur. Qui enim malè adficitur, non habet ſtabile domi ſuæ malum. Non enim ipſe malum peperit, ſed aliunde acceptum, in bonum patientia ſua mutauit: malum verò faciens, in ſeipſo malicię plagam habet. An non in carcere erat Ioſeph, quæ verò inſidias illi tetenderat, adultera illa, in ædibus ſplendidis & illuſtribus? Vtrius ergo loco haberi velles? Neque dum volo retributionem mihi vtriuſque dicas: ſed ipſa vtrinque facta per ſe perpẽdas. Nam & ſic millies carcerem cum Ioſepho, ædibus illis in quibus mœcha erat, præferes. Etenim ſi vtrorumque animum inſpexeris, videbis iſtum in ſumma latitudine, multa fretum fiducia: Aegyptiacæ verò, in anguſtia, pudore, mœrore, turbatione, multaq; triſticia. Tametſi enim videretur illa viciſſe, non tamen erat vera victoria. His itaque cognitis, ad mali patientiam nos ipſos præparemus, vt & à malis liberemur, & futura bona apprehendamus, quæ vt omnes acquiramus, gratia fiat & benignitate, &c.

Homilia xxiij.

Omnis anima poteſtatibus ſupereminentibus ſubdita ſit. *Cap. XIII.*

Huius rei plurimum & in aliis epiſtolis meminit, quemadmodum famulos heris ſuis, ita & ſubditos principibus ſubiiciens. Facit autem hoc ideo, vt oſtendat Chriſtum leges ſuas non ad hoc induxiſſe, vt politias euertat: ſed vt ad melius inſtituat, & vt pariter doceat ſuperflua & inutilia bella non eſſe ſuſcipienda. Sufficiunt enim inſidiæ, quæ veritatis gratia nobis

Cain.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia nobis intenduntur, vt non sit opus, vanas & inutiles, tentationes superaddere. Considera verò quo modo non simpliciter, sed opportunè de his rebus sermonem instituat. Postquam enim magnam illam philosophiam exegit, instituitq; vt & amicis & inimicis commodi: & iis qui prosperè & iis qui infeliciter haberent, egenis simul atque simpliciter omnib⁹ vtiles essent: politiamque talem plantauit quæ & angelos deceret, iræ affectum euacuauit, arrogantiam sedauit, omninóque mentem eorum explanauit: tũc scilicet & de his rebus adhortationem inducit. Si enim eos qui iniuriam faciunt, contrario modo benignè susciperе oportet: multò magis illis qui benefaciunt obaudire conuenit. Sed istud in fine adhortationis ponit. Interea verò eas rationes quas commemoraui, non mouet: sed eas quæ potestatibus ex debito obedire iubent, ostendes quòd ista imperentur omnibus, & sacerdotibus & monachis, nó solùm secularibus: id quod statim in ipso exordio declarat, cùm dicit: omnis anima potestatibus supereminentibus subdita sit. Etiam si Apostolus sis, si euangelista, si propheta, siue quisquis tandem fueris. Neq; enim pietatem subuertit ista subiectio. Et non simpliciter dicit, obediat, sed, subdita sit. Est autem prima constitutionis huius iusticia, quæ & fidelibus cogitationibus ac mentibus satis & decora est & honesta, nimirum quòd à deo ordinata sint ista. *Non enim est potestas nisi à deo.* Quid dicis? Omnis ergo princeps à deo cõstitutus est? Istud, inquit, non dico. Neque enim de quouis principum sermo mihi nunc est, sed de ipsa re. Quòd enim principatus sunt, & hi quidem imperant, isti verò subiecti sunt, quódque non simpliciter ac temerè cuncta feruntur: nec fluctuum instar populi huc atque illuc circunaguntur, diuinæ sapientiq opus esse dico. Propterea non dicit: Non enim princeps est, nisi à deo, sed de re ipsa disserit, dicens: non enim potestas est, nisi à deo. *Quæ verò sunt potestates, à deo ordinatæ sunt.* Ita cùm sapiẽtum quis dicit, quòd à deo conglutinetur mulier viro: non aliud dicit, quàm deum instituisse nuptias: non & quisquis mulieri vtcunq; cohabitat, à deo illi sit coniunctus. (Videmus enim multos in malo, nõ iuxta nuptiarum leges, simul commorantes: quod tamen deo vtiq; non imputamus.) Sed quòd Christus ipse dixit, qui hominem ab initio fecit, masculum & fœminã fecit eos: propterea relinquet homo patrem suum ac matrem, & adglutinabitur vxori suę. Idẽ & sapiens ille dixit, Quoniam enim honoris ac cõditionis æqualitas pugnas ac disidia plerunq; inducit, multos fecit principatus, multasq; subiectiones: vtpote viri & vxoris suæ, filij & patris, senis & adolescẽtis, serui & liberi, principis & subditi, præceptorisq; ac discipuli. Et quid miraris quòd in hominibus istud fecit, quando idem & in corpore nostro fecerit? Neque enim hic paris honoris omnia fecit, sed hoc quidem minus, istud verò melius: & hæc quidẽ reliquis membris imperãtia, ista verò subdita. Idem & in bestiis videre est, vt in apibus, in gruibus, in gregibus ouium agrestium. Quin & mare ab ista disciplina desti tutum non est, sed illic quoque multa piscium genera sub vno reguntur ac militant, longasq; ita peregrinationes exequuntur. Libertas enim illa dissoluta ac moderamine carens, vbique mala, confusionisq; causa est. Postquam itaque dixit, vnde sint principatus, subiũgit: *Itaque quisquis resistit potestati, dei ordinationi resistit.* Vide quo rem deduxerit, vnde terruerit, & quo modo istud iuxta debitum factum esse ostenderit. Etenim ne dicerent fideles, attenuas nos contẽptibilesq; facis, qui cœ-

Prouer.19.

Matt.19.a

Eccles.3.d

A lorum regno potituri sumus dum principibus subdis: ostẽdit quòd hoc faciens, nõ principibus illos, sed deo subiiciat. Illi siquidem obedit, qui principatibus subditus est. Sed ita non loquitur, nimirum quòd deo obediat, qui principibus morem gerit, sed per contrarium terret, atque idem diligentius probat, & exactius, dicẽs: quòd qui potestati obediens nõ fuerit, deo aduersetur, qui ista ita constituerit. Atque hoc vbique probare satagit, nimirum, quòd non gratiam illis, sed débitum obediendo præstemus. Qui enim ita se habuerit, is & incredulos magistratus magis ad pietatem attrahet, & fideles ad obedientiam. Plurima quippe tum temporis circunferebatur fama traducẽs Apostolos, veluti seditiosos rerumq; nouatores, qui omnia ad euertẽdum leges communes, & facerent & dicerent. Cùm itaq; ostendit communem nostrum dominũ istud suis omnibus prę-
B cipientem, & eorum qui Christianos innouationis crimine traducebant, obstruit ora, & maiore fiducia cum veritate sua dogmata tradit. Noli itaque talem, inquit, subiectionem turpem tibi putare. Deus enim istud constituit, qui & vehemens ista contemnentium vltor est. Neque enim vulgares pœnas reposcet, si nõ obedieris, sed quàm maximas. Nec quicquam erit quod contradicentem eximat, quo minus & ab hominibus grauissimum feras supplicium. Et nemo siquidem tutabitur, & deum ipsum magis irritabis. Quæ quidem omnia subin dicans, dicit: *Qui autem resiterint, sibiipsis iudiciũ accipient.* Deinde vt & posteaquam terruit, rei quoq; vtilitatem ostendat, rationibus illos instruit, cùm dicit: *Principes enim bene agentibus terrori non sunt: sed malè.* Postquam enim profundam plagam inflixerat, atque perterruerat, rursus illos refocillat, quẽadmodum sapiẽs medicus, blan-
C da imponens pharmaca, consolánsque ac dicẽs: Quid times? Quid horres? Nunquid de bene agẽte pœnas sumit magistratus? Nunquid timẽdus est virtutis studioso? Vnde & subdit: *Vis autem non timere potestatem? Quod bonum est facito, & feres laudem ab ea.* Vides quo modo ipsum magistratui familiarem & amicum faciat, dum ostendit eum illius etiam laudatorem, si bene egerit, constitutum? Vides quo modo fastum euacuauerit? *Dei enim minister est tibi in bonum.* Tantùm abest quòd terrori tibi sit, vt & laudet. Tantùm abest, quòd in bono te remoretur, vt & magis adiuuet. Cùm igitur magistratũ habeas & laudatorem & adiutorem, cur non subdereris? Nam & aliàs faciliorem tibi virtutem facit, quòd & malos quidem punit, & bonos verò beneficiis afficit & honore, voluntatíque dei cooperatur, vnde & ministrum dei illum vocat. Obserua verò: Ego, inquit, vt
D modesti sitis consulo: atque is eadem legibus suis dicit: Adhortor ne quis alium circunueniat, ne quis rapiat, atque is super ista iudex sedet. Cooperarius itaque noster est & adiutor, atque à deo ad hoc missus. Est ergo vtroque nomine suspiciẽdus: cùm quòd à Deo missus, tum quòd ad tale ministerium missus est. *Quòd si malum feceris, time.* Timorem enim non facit princeps, sed vestra malicia. *Non enim frustra gladium portat.* Vides † quo modo ora illius obstruat, dum magistratum velut militem armatum, delinquentibus terribilem præficit. *Nam dei minister est, vltor ei qui male facit.* Ne rursus pœnam, supplicium, & gladium audiens resilias, iterum memorat, principem legem dei implere. Quid enim si istud etiam ignorauerit princeps? Sed deus ita formauit atque instituit. Si ergo, siue puniat, siue honore adficiat, minister dei est, virtutem vindicãs, maliciam abigens, id quod deus ita vult: qua ratione illi tanta bona adferenti,

1.Thes.4.b

† *Cod. emẽd. παρέσχον. vt sit sẽsus: Vides quo modo ipsum magistratu præditum exhibuerit, dum ipsum velut militem armauerit, &*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Delinquẽtibus terribilem præfecerit?

na adferenti, rebúsque tuis præeunti, ac viam paranti, contendendo repugnas? Multi siquidem sunt, qui cùm virtutem primùm respectu magistratus exercuerint, postea etiam illam propter dei timorem amplectũtur. Crassiores enim non adeò futura tangunt atque præsentia. Qui itaque multorum animos & timore & honore præparat, vt doctrinæ sermoni reddãtur accommodatiores, is meritò minister dei vocatur. *Quapropter oportet esse subditas, non solùm propter iram: verumetiam propter conscientiam.* Quid est, non solùm propter iram? Non solùm, inquit, quòd deo, non subditus, aduersaris, neque quòd maxima tibi ipsi mala, & à deo & ab hominibus concitas: sed quòd & in maximis tibi benefacit magistratus, dum & pacem, & administrationem politicam procurat. Nam innumera bona ciuitatibus per magistratus proueniunt, quæ si sustuleris, omnia simul pessum ibunt: ita vt neque vrbes, neque agri, neque domus, neque forum, aut aliquid aliud, consistere queant, sed omnia simul subuertantur, potentioribus imbecilliores impunè deuorantibus. Itaque etiamsi inobedientem nulla ira consequeretur, sic quoque tamen subiici te oportebat, ne conscientia carere videreris atque erga beneficũ ingratus. *Propter hoc enim & vectigalia solui-tis: Siquidem ministri dei sunt, in hoc ipsum incumbentes.* Omissis quę singulatim recensere poterat, beneficiis per magistratum vrbibus exhibitis, vtpote ordinata disciplina, pacifico conuictu, reliquísque ministeriis, vt sunt militum, eorúmque qui communia quæ ad rempublicam pertinent, administrant, ex hoc vno probat vniuersum: quasi dicat, quòd bene tibi magistratus faciat, tu ipse testaris, mercedem illi persoluens. Vide sapientiam ac prudentiam beati Pauli: Quod in vectigalium repetitionibus graue videbatur & onerosum, signum istud facit prouidentiæ ipsorum. Cur enim, inquit, vectigalia regi damus? Nunquid tanquam prospicienti? Nunquid tanquam præsidenti curæ tuitionisque mercedem soluentes? Atqui nihil illi soluissemus, nisi ab initio vtilem nobis talem fuisse præfecturam cognouissemus. Verùm propterea ab antiquis temporibus communi omnium sententia principes à nobis sustentari debere visum est, ob id, quòd sua ipsorum negligentes communes res curant: vniuersumque suum ocium ad ea impendunt, quibus non solùm ipsi, sed & quæ nostra sunt, saluantur. Connumeratis itaque quę ad externa pertinẽt, sermonem denuò ad priora reducit. Nam fidelem hoc pacto attrahere magis potuit. Rursus autem ostendit, quòd istud deo ita probetur, qua in re cõsilium etiam suum concludit, dicens: *Siquidem ministri dei sunt.* Deinde vt & laborem miseriámque magistratuum ostendat, subdit: *In hoc ipsum incumbentes.* Hæc enim illis est vita, hoc studium, vt tu quoquo modo pace fruaris. Propterea & in alia Epistola non solùm exigit, vt illis subdamur, sed & vt oremus pro illis, cõmunem hãc quoque & illic vtilitatẽ ostendens ac dicens, vt placidam & quietam vitam degamus. Neque enim parum nobis ad præsentis vitę statum conducunt, munimenta ponentes, hostes propellentes, seditiosos in vrbibus cohibentes, quasuis vbique calamitates dissoluentes. Nolo siquidẽ mihi obiicias, quòd subinde quis potestate hac abutitur: sed constitutionis ipsius decorum, inspice, & multam eius, qui ista ab initio instituit sapientiam videbis. *Reddite igitur omnibus quod debetur, cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem, cui honorem, honorem. Nemini quicquam debetis, nisi hoc, vt inuicem diligatis.* Eisdem adhuc inhæret, non solùm pecunias magistratibus pendere iubens, sed & honorem & timorem. Et quo modo cùm suprà dixerit, Vis non timere potestatem: fac quod bonum est: hic dicit, reddite timorem? Imperialem honorem dicit, non eum timorem qui ex mala conscientia est, quem suprà significauerat. Et non dicit, date, sed, reddite: & adiecit, quod debetur. Nihil enim gratuitò dat, qui hoc fecerit. Debitũ siquidem est res ista. Quòd si non feceris, perfidi pœnas dabis. Neque sanè putes Christianę philosophiæ dignitatem extenuari ac lædi, si præsente principe honoris gratia exurrexeris, siue caput detexeris. Si enim ista Paulus tum, cùm Gentiles adhuc essent principes, præcepit: multò magis oportet ea fidelib⁹ exhibere. Quòd si maiora tibi concredita esse dixeris, disce non nunc honoris tui tempus esse. Peregrinus enim hic es, & aduena. Tempus erit, quo omnibus apparebis illustrior. Nunc verò vita tua abscõdita est cum Christo in deo. Quando Christus comparuerit, tunc & vos comparebitis in gloria. Ne quæras ergo in præsenti hac fragili vita retributionem. Sed etiam si cum timore, vt te principi sistas opus sit, non putes ex eo cognationem tuam dehonestari. Deus enim ita exigit, vt creatus ab eo princeps vires suas habeat. Quòd si enim qui nihil mali sibi conscius est, cum timore apud iudicem cõparet, multò magis qui malè facit ab eo terrebitur: tu verò eo eris illustrior. Neque enim extenuatio ex eo est quòd principi honorẽ suum reddis, sed magis ex eo, quòd illum negligendo contemnis. Et ipse princeps eo te magis suscipiet: dominúmque tuum, etiam si incredulus fuerit, hoc nomine glorificabit. *Nemini quicquam debetis, nisi vt inuicem diligatis.* Rursus ad bonorum matrem, magistram eorum quę dicta sunt, omnisque virtutis effectricem, confugit, eámque ipsam dicit esse debitum, non quidem tale, quale est tributũ, quale vectigal, sed quod continuò sine intermissione sit præstãdum. Nunquam enim illam reddi vult. Immo semper quidẽ reddi vult, non tamen impleri, sed semper deberi. Tale quippe debitum est, vt & reddatur, & semper debeatur. Cùm ergo dixisset quo modo diligere oporteat, illius etiã vtilitatem manifestat, dicens: *Nam qui diligit alterum, legem implenit.* Neque enim istud gratiam esse putes. Nam & ipsum verè debitum est. Debes enim fratri dilectionẽ, propter cognationem spiritualem. Neque verò solùm hac ratione, sed & ob id quòd membra sumus inuicem. Et si dilectio ista nos destituerit, omnia discerpta sunt. Dilige ergo fratrem. Si enim ex dilectione ipsius tanta lucraris, vt totam legem impleas: debes illi eam dilectionem, vt qui tali beneficio ab eo affectus es. *Siquidem illa: Non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, & si quod aliud præceptum, in hoc sermone summatim comprehenditur, nempe, Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Non dicit simpliciter, impletur, sed summatim comprehenditur: hoc est, cõcisè ac breuiter vniuersum prę-ceptorum opus perficitur. Virtutis enim principium ac finis est dilectio. Hanc habet radicem, hãc materiam, hunc verticem. Si itaque illa & principium est & pleni tudo, quid illi poterit adæquari? Sed non simplicem dilectionem requirit, verùm etiam vehementem. Non enim simpliciter dicit: Diliges proximum tuum, sed addit, sicut teipsum. Propterea & Christus legẽ ac Prophetas ab hac dilectione pendere dixit. Et vide, cùm duo posuerit dilectionis genera, istam tamen quo eue-xerit. Cùm enim dixisset: Primum præceptum est, diliges dominum deum tuum, (neque enim obticuit, sed addidit) simile est huic, & proximum tuum sicut teipsum.

Vel, ab antiquo.

λειτουργοὶ.

1. Tim. 2. a

τὸ φέλλεσθαι.

Rom. 13. a

τὸ τιμᾶν, aut debere, siue debeatis.

Hic supr. b ἐπιτιμᾶν. μόνῳ τιμῶν.

ἐνέξατο.

Colos. 3. a

τυπωθεὶς.

Exod. 20. c & Deu. 5. b

ἀνακεφαλαίωται.

Matth. 22. d

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum. Quid nam poterit huic benignitati cõferri? Quid huic manſuetudini? Cùm infinitis modis ab illo diſtemus, eam tamen dilectionem qua viciſsim nos diligimus, iuxta eam conſtituit, quæ in ipſum tendit, ſimilémque eam illi eſſe dicit: atque ideo & menſuram vtrique prope eandem ponens, de illa quidem dicit, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua: de iſta verò qua proximus diligitur, ſicut teipſum, inquit. Paulus verò, ſi iſta non fuerit, non multum vtilitatis ab illa fore dicit. Quemadmodum enim & nos, ſi quando quempiam dilexerimus, dicere ſolemus, ſi hunc diligis, meipſum diligis: ita & Chriſtus hoc ipſum declarans dicit, ſecundum ſimile eſt huic. Et ad Petrum, ſi diligis me, paſce oues meas. *Dilectio proximo malum non operatur. Conſummatio itaque legis eſt dilectio.* Vides quo modo vtranqui virtutem habeat dilectio? nimirum ex vno latere abſtinentiam à malo. Malum enim, inquit, non operatur. ex alio, bonorum efficacem operationem: conſummatio enim, inquit, legis eſt dilectio, non ſolùm faciendorum nobis doctrinam breuiter inducens, ſed & ipſorum exhibitionem facilem faciens. Non enim ſolùm hoc ſtudioſè fateamur quo modo quæ præſtare debemus, addiſcamus, id quod legis eſt opus, ſed & vt illa præſtemus etiam, multam nobis opem adfert dilectio, non aliquam tantummodo mandatorum partẽ, ſed omnem in nobis virtutem perficiens.

Ioan.21.f πλήρωμα *adimpletio.*

τὴν κατὰ θεὸν αὐτῶν.

Morale.

Diligamus itaque nos inuicem, tanquam & eadem dilectione diligentem nos deum dilecturi. Apud homines quidem ſi eum quem aliquis alius diligit, dilexeris, repugnabit illius amator: hic verò dignatur te deus amoris ſui communione, ac non communicantem odit. Humanus quidem amor zelo & inuidia plenus eſt, diuinus verò ab omni huiuſmodi affectus morbo liber eſt. Propterea & quærit qui ſecum in amore communicent. Dilige ſi quidem, inquit, mecum, atque tum potiſsimum te magis diligam & ego. Vides verba vehementis amoris? Si dilectos meos dilexeris, arbitrabor & meipſum plurimum abs te diligi. Vehementer quippe ſalutem noſtram deſiderat, atque hoc ab initio declarauit. Cùm enim hominem formaturus eſſet, audi quid dixerit: Faciamus hominem, inquit, ad imaginem noſtram. Et iterum, Faciamus ei adiutorium: neque enim bonum eſt eum eſſe ſolum. deinde cùm tranſgreſſum increparet, vide quàm manſuetè. Non enim illi dicebat: Sceleſte, cùm tanta beneficia per me receperis, poſt illa omnia fidem habuiſti diabolo, benefactorémque tuum relinquens attendiſti malo dæmoni? Sed quid dicebat? Quis tibi dixit, quod nudus ſis, niſi quòd de ligno, de quo ſolo ne comederes tibi præceperam, comediſti? Quemadmodum ſi pater cum filiolo ne machæram contingeret præcepiſſet, deinde cùm non obediuiſſet vulneratúſque iam eſſet, diceret, vnde vulneratus es? Hinc ſcilicet, quòd me non audiſti. Agnoſcis verba plus amici quàm domini, amici, inquam, contempti quidem: neque ſic tamen ab amore ceſſantis? Imitemur ergo illum & nos, & ſi quando delinquentẽ increpauerimus, eãdem ſeruemus manſuetudinem. Nam & mulierem eadem manſuetudine increpauit. Imò ne increpatio quidem erant quę dicebat, ſed magis admonitio, & correctio, atque ad futurum præmunitio. Propterea ſanè ad ſerpentem nihil dicebat. Erat enim is malorum iſtorum fabricator: neque habebat cui facti cauſam imputaret, vnde & vehementer illum puniuit. Et neque hic metam fixit, ſed & terram de maledicto communicare fecit. Quòd verò paradiſo illos eiecit, laboriq; adiudicauit, eò magis illum adorare & admirari oportet. Quoniã enim ad iſtam ſocordiã deliciæ illos deduxerant, abſciſſa lętitia triſticiã veluti murum ſocordiæ propulſandæ prętruxit, quatenus ad dilectionem ſuã reuerteremur. Quid verò erga Cain? Nunquid & erga illum eodem vſus mãſuetudinis modo? Nam cùm eſſet contumelia ab illo adfectus, contumeliam non retulit, ſed obſecrans dixit, Vt quid cõcidit vultus tuus? Atqui factũ illud nullam habet veniã, oſtẽdit hoc & frater iunior, ſed neque ſic increpat. Verùm quid dicit? Peccaſti, inquit, quieſce, nihil amplius addas. Ad te conuerſio ipſius erit, & tu dominaberis ipſius, fratrem intelligens. Si enim times, ne quando propter fratris hoſtiam immolatam primogenituræ dignitatem tibi auferam, bono ſis animo. Omnem ſiquidem principatum in illum, in manus tuas pono. Tantummodo ſis melior, & eum qui tibi nihil malè fecit, diligas. Nam vtroſque curo. Neque quicquam libentius videro, quàm nihil inter vos eſſe diſſidij. Et quemadmodum mater filiorum amans: ita nihil nõ facit deus, nihil non molitur, ne quo pacto alter ad altero diuellatur. Vt autẽ per exemplum manifeſtius quod dico, cognoſcas, Rebeccam mihi perpendas, quo modo turbata nuſquam non circumcurſitet, dum erga iuniorem filium inimicicias ſenior conceperat. Licet enim Iacobũ diligeret, Eſau tamen non auerſabatur. Propterea dicebat etiã, ne quo pacto duobus filiis orber vno die. Atq; ita & tunc dicebat deus, peccaſti, quieſce, ad te erit cõuerſio illius, vt vel ſic cædem præueniendo cohiberet, atque vtrinque pacem inſtitueret. Poſteaquã verò fratrem occiderat Cain, neque ſic tamen prouidentia ſua illos deſtituit, ſed rurſus manſuetè ad fratricidam reſpondens, vbi eſt, inquit, Abel frater tuus: vt vel hoc pacto factum confiteretur. Is verò prioribus plura & graiora contendendo impudenter loquebatur. Neque ſic tamen indignitate rei percitus incandeſcit † deus, ſed rurſus contumeliis & cõtemptu adfecti amatoris verba loquitur, dicens: Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me. Atque iterum ſimul cum occiſore terrã ipſam perſtringens, aduerſuſq; illam indignationem ſuam effundens, dicit: Maledicta terra, quæ hiauit ad ſuſcipiẽdum ſanguinem fratris tui, imitatus eos qui ſuorum caſus & calamitates deplorãt, id quod & Dauid ad caſum Saulis faciebat. Nam & ille malũ imprecabatur montibus, qui occiſionem illius ſuſceperant, dicens: Montes Gelboë, nec ros nec pluuia cadat ſuper vos, quoniã in vobis proiecta ſunt ſcuta fortium. Ita & deus luctum quẽdam agẽs dicebat, Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me, & nunc maledictus eris à terra, quæ hiauit ad ſuſcipiendum ſanguinẽ fratris tui. Hæc verò dicebat, vt viuidam adhuc illius iram ſedaret, perſuaderetq; ad diligẽdum fratrem etiam iam morte ſublatum: vitam, inquit, fratris extinxiſti, vt quid non inimiciciam quoque iam deinceps extinguis? Quid ergo faciet hic deus? Vtrunque diligit: nam vtrunque plaſmauerat. Quid ergo? Impunitum ne interemptorẽ relinquet? Atqui hoc pacto peior euadet. Puniet ergo? Sed benignior eſt quouis patre. Vide itaque quo modo & puniat, & in eo tamen ipſo dilectionẽ ſuã exprimat. Imò ne puniat quidem, ſed magis corrigat. Neq; enim occidit illum, ſed tremore cõſtringit, ad exuendum culpam, vt vel ſic ad illius amorem reuerſus, ad amandum etiam ſublatum fratrẽ induceretur. Neq; enim volebat illũ mortuo fratri adhuc inimicũ ex hoc ſeculo migrare. Tale quippe

Gene.4.a *Eccli.22.d* *Gene.4.a* *Gene.27.g* *Ibid.44.a* *Ibidem.b* † *Cod.emẽ.* ἀφίστατο. *i.deſiſtit.* *Gene.4.b* *2.Reg.1.d*

amantium

Universidad de Deusto
Biblioteca

amantium est ingenium, vt quando benefacientes nō diliguntur, cogantur vehementes fieri, & minari, non quidem volentes, sed amoris violētia ad hoc impulsi, vt vel sic contemptores suos ad se pertrahant. Tametsi enim talis dilectio coactionem habeat, attamen ipsos etiam per hoc solatur, quod vehementer amet, adeo vt & supplicium ex amore progrediatur. Nam qui nō dolent, quòd odio habeātur, illi neq; punire cupiunt. Obserua verò quo modo & Paulus ista dicat ad Corinthios: Quis enim est, inquit, qui me exhilaret, nisi qui tristatur ex me? Quando itaque fortius supplicium intendit qui diligit, tum potissimum amorē suum ostendit. Sic & Aegyptia ex eo quòd vehemēter amabat, vehementer etiam Iosephum adfligebat, sed illa in malo quidē. Lasciuus enim amor erat, deus verò bono illud amore facit. Nam castam hanc esse dilectionem ex ipso diligente cognoscitur. Propterea non detrectat etiam ad crassiora verba descendere, humanorumq; affectuum sermonibus vti, atque æmulatorē seipsum vocare. Deus enim, inquit, æmulator ego sum, quatenus dilectionis vehemētiam addiscas. Diligamus ergo ipsum quemadmodum desiderat. Pro magno siquidem habet, si diligatur à nobis. Quòd si auertamur, manet obsecrans: & si conuerti noluerimus punit, quia diligit, non simpliciter vt pœnas sumat. Vide ergo quid in Ezechiēle ad dilectam quidem, sed contemptricem vrbem dicat: Agam post te amatores tuos, tradámque te in manus illorum, illi lapidabunt te & occident, atque ita liberabitur de te æmulatio mea, requiescamq;, & non ero solicitus pro te amplius. Quid potuit maius dicere vehemens amator ab amata contemptus? Et tamē post ista omnia rursus amore illius accēditur. Omnia quippe facit deus, vt à nobis diligatur. Propterea neq; filio suo pepercit. Nos verò immites sumus & crudeles. Reddamur vel tandem aliquando mansueti, diligamusq; deum, quemadmodum oportet, vt cum voluptate virtute fruamur. Si enim qui mulierē habet dilectam, nihil sentit eorū quæ quotidie contristant, qui diuinum illum ac mundū amorem amauerit, perpēde quanta voluptate fruatur. Istud quippe, istud inquā, regnum cœlorū est, istud bonorū fruitio, istud vera voluptas, vera lętitia, verū gaudium, istud demū ipsa beatitudo est: imò vtvt magna dixero, nihil tamen adferre potuero, quo amoris huius dignitatē repræsentē, sed sola experientia quantū hoc bonum sit, docere poterit. Vnde & propheta dixit: Delectare in domino: &, Gustate & videte, quoniā suauis est dominus. Persuadeamur ergo, deliciemurq; in illius dilectione. Sic enim regnum exinde videbimus, angelicamq; vitam viuemus: & licet in terra commoremur, nihil tamē minus habebimus ab illis qui cœlos inhabitant, atque post eā peregrinationem quam ex hoc seculo faciemus, omnibus illustriores tribunali Christi repræsentabimur, ineffabilique gloria fruemur: cuius nos omnes fore participes, gratia fiat & benignitate, &c.

2. Cor. 2. a

Gen. 39. b

Exod. 20. a

Ezech. 23. c

Psal. 36. a & 33. b

Homilia XXIIII.

Præterim cùm sciamus tempus, quòd tempestiuum sit nos iam à somno expergisci. Posteaquam omnia, quæ necessaria fuerant, præcepit: rursus illos ad bonorum operum exhibitionem, ab eo quod vrget impellit. Præ foribus enim, inquit, iudicij tēpus adstat. Quemadmodum & Corinthiis scripsit, quòd tēpus deinceps contractū sit. Et rursus ad Hebræos, Adhuc perpusillum temporis, qui venturus est veniet, & non tardabit. Sed illic quidem ista dicens laborantes erigit, eosq; qui cateruatim alternis tentationibus adobruti sudabant, consolatur: hic verò dormientes excitat. Est enim nobis is sermo ad vtraque vtilis. Quid autem est quod dicit, hora est vt à somno iam expergiscamur? Hoc est, propè est resurrectio: propè est terribile iudicium: propè est dies illa velut clibanus accēsa. Oportet ergo vt deinceps pigricia nostra liberemur.

1. Cor. 7. c

Heb. 10. g

Nunc enim propius adest nobis salus, quàm tū cùm credel amus.

Vides quo modo resurrectionē illis iam sistat & adplicet? Tempore quippe procedente præsentis quidem vitæ momenta, inquit, consumuntur: futuri verò seculi propius accedūt. Itaque si paratus iam fueris, queq; præcepi diligēter præstiteris, salutem tibi adferet dies illa. Si verò contrarium feceris, omnino illam non expectabis amplius. Verùm nō tristibus, sed iucundis interea adhortatur, vt hac ratione præsentium rerum compassione fruantur. Deinde quoniam possibile erat, vt in ipsis principiis quidem diligentiores essent, vtpote vigente adhuc illorum desiderio, verùm longiore tēporum tractu fatigatis omne studium marcidum redderetur & elanguidum, ostēdit, quòd contrarium fieri oporteat: nimirum, quòd temporū tractu non solùm non dissolui, sed viuaciores ac fortiores magis fieri debeant. Quanto siquidem propius regis imminet aduētus, tanto paratiores esse oportet. Quanto ad brabium propius pertigeris, tāto ad certandum fortius excitari conuenit. Nam & cursores id faciunt, cùm ad cursus finem, brabiiq; captationē in propinquo iam sitā deuenerunt, nimirum tum magis excitantur. Propterea dicit: Nūc enim propius adest nobis salus, quàm tum cū credebamus. *Nox progressa est, dies autem appropinquauit.*

συμπαθείας.

Illa igitur finitur, ista verò aduenit. Exerceamus quæ huius, non quæ illius, sunt. Nam & in tēporalibus istud fit. Quando enim noctem ad diluculū vsq; properare videmus, garriētemq; hirundinē audimus, proximum sibi quisq; excitamus: & licet nondum prorsus nocturnæ solutæ sint tenebræ, quoniā tamen quod reliquum est transit, solicitando alius ad alium, diem factum esse dicimus: & quicquid diuersi est temporis induti, à somniis liberati, excusso prorsus sopore, facim⁹, ne non paratos orta dies inueniat. Atq; ita nondū Solis exorto iubare exurgere, & ad faciēda contēdere incipimus. Quod igitur in tēporalibus, vt commemoratum est, facimus: istud & hic faciamus. Exuamus phantasias, liberemur ab huius vitę somniis, excutiamus profundū mentis soporē, induamurq; loco vestimēti virtutem. Hæc enim omnia significans Apostolus, dicit:

διατείνεσθαι.

Abiiciamus igitur opera tenebrarum, & induamur arma lucis.

Ad aciem quippe nos dies, & ad pugnā vocat. Pugnā verò audiens & arma, non est quod timeas. Insensibili quidē armatura, durū est & exosum armari: hic verò iucundū, & dignū quod expetatur etiā. Lucis quippe sunt arma, vnde & radiis solarib⁹ illustriorē te faciūt, multū emittentia fulgorē, atq; in tuto etiā optimē munitum constituunt, arma siquidē sunt, deinde & splendidum faciunt: sunt enim arma lucis. Quid igitur? an non est necesse vt prælieris? necesse quidē vt prælieris, non tamē vt fatigeris, aut laboris molestiā subeas: neq; enim bellū hoc est, sed chorea & panegyris. Talis est videlicet armorū istorū natura, talis ducis huius potestas. Et quēadmodū è thalamo suo spōsus gloriabundus progreditur: ita & is, qui armis istis munitus est. Simul eni & spōsus est & miles. Diē verò appropinquasse dicēs, nō in propinquo illā esse permittit, sed planè iāiā illuxisse facit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

se facit. Dicit enim: *Tanquam in die cũ decoro ambulemus.* A
Iam enim adest dies. Et obserua, quo modo illos iis rebus attrahat, quibus potissimũ pleriq; permouentur, nimirum decoro & honesto. Multam quippe gloriæ, quæ à plurimis est, ratione habebant. Et non dicit, ambulate: sed, ambulemus, vt & adhortationem inuidia liberet, & increpationẽ eo tolerabiliorẽ reddat. *Non comessationibus & ebrietatibus.* Bibere non prohibet, sed præter mensuram bibere: neq; vino simpliciter vti, sed cum ebrietate vti vetat. Quemadmodũ & quod sequitur, eadẽ ratione mensuratũ ponit, dicens: *Non cubilibus ac lasciuiis.* Neque enim hic mulieribus commisceri prohibet, sed scortari. *Non contentione & æmulatione.* Passionum enim occasiones extinguit, concupiscentiã videlicet & iram: propterea non illas solũm, sed & illarũ fontes aufert. Nihil enim adeò & concupiscentiam & iram inflãmat, atque ebrietas & vinolentia. Atq; ideo B
cùm primùm dixisset, non comessationibus & ebrietatibus: tunc subiunxit, non cubilibus ac lasciuiis, nõ contẽtione & æmulatione. Et neq; hic gradũ fixit, sed malis vestibus exuens, audi quo deinceps ornatu nos vestiat, dicens: *Sed induamini dominum nostrum Iesum Christum.* Nihil adhuc de operibus dixit, sed magis illos excitauit. Quando de malicia quidem dixit, operum meminit. Quando verò de virtute, non iam opera, sed arma cõmemorat, ostendens virtute, eũ qui illã habeat, in omni securitate omniq; splendore, munitum & clarũ constitui. Et neque hic consistit, sed ad maiora sublato sermone, dominum ipsum nobis, ipsum regẽ, quod sanè multo horribilius est, vestimẽti loco tradit. Hũc enim indutus, omnẽ simul in vniuersum virtutẽ habet. Quãdo verò dicit, induamini, vndique nos illo circundari
Roma.8.f iubet. Quemadmodũ & alibi dicit: Si verò Christus in C
Ephe.3.d nobis: & iterum, In interiore nostro homine habitare Christum. Vult enim animam nostram illi domũ esse, illoq; nos veluti vestimẽto, circundari, vt is omnia nobis sit, siue interna siue externa respicias. Est enim plenitudo omnia in omnibus adimplentis, est via, est vir,
2.Cor.11.a est spõsus: Despõdi enim, inquit, vos vni viro, virginẽ
Gala.2.d castã: est radix, potus, cibus & vita. Viuo enim, inquit, nõ iã ego: sed viuit in me Christus. Est Apostolus, summus sacerdos, præceptor, pater, frater, cohæres, & sepul
Suprà.6.a tura nobiscũ & cruce cõmunicans. Consepulti siquidẽ, inquit, illi simus, & insitiij facti simul cũ illo per simili-
2.Corin.5.d tudinem mortis eius. Est etiã supplex nobis factus: Pro Christo enim legatione, inquit, fungimur tanquã deo vos obsecrante per nos, rogamus pro Christo, reconciliemini deo. Et ad patrem aduocatus noster est: et-
Suprà 8.g enim interpellat, inquit, pro nobis. Domus etiã simul D
& hospes. Ille enim, inquit, in me manet, & ego in illo.
Ioan.6.f Et amicus: Vos siquidẽ, inquit, amici mei estis. Et fun-
Ibidẽ 15.b damentum est & lapis angularis, & nos ipsius sumus &
1.Corin.3.c mẽbra, & agricultura, & ædificatio, & palmites, & co-
Ephe.2.g operarij. Quid enim nobis esse nõ vult, omnibus mo-
Ibidem 5.f dis nos sibi conglutinans & coniungẽs? id quod vehe-
1.Cor.3.b menter amãtis est. Obtempera igitur, atq; è somno ex-
Ibidem. urgens, ipsum induere, indutusq; morigerã illi carnem
Ioan.15.a exhibe. Hoc enim subindicat dicens: *Et carnis curam ne agatis ad concupiscentias.* Quemadmodũ enim nõ bibere, sed inebriari: non nubere, sed lasciuire: ita neq; carnis curã agere simpliciter prohibuit, sed ad concupiscẽtias addidit, quale est, dũ necessarius vsus exceditur. Alioqui, quod curã illius agere præcipiat etiã, audi quid Ti-
1.Timo.5.d motheo scribat: Modico vino vtere, inquit, propter stomachum tuũ, & crebras infirmitates tuas. Ita & hic curam illius habet quidẽ, sed ad sanitatẽ, non ad lasciuiam. Neq; enim ea vera demum fuerit carnis cura, siquando flammã accenderis, caminũ grauem & intolerabilem feceris. Quatenꝰ verò & clarius perdiscatis, quid nam sit carnis curã ad concupiscentiam agere, & eam quæ talis est, fugiatis, ebrios, ventricolas, delicatulos, eos videlicet, qui vitã viuunt mollem & laxã, considerate, & intelligetis quid sit quod dicitur. Illi siquidẽ nihil non faciunt, non vt sani sint, sed vt lasciuiant, vt concupiscentiam inflammẽt. Christum verò indutus, vniuersis istis amputatis, vnũ hoc tantũmodo quærit, vt sana sit carne: eò videlicet vsque curam illius habet, vltrà verò nequaquam, sed reliquam omnẽ diligentiã ad spiritualia curãda insumit. Hoc quippe pacto somno illo poteris exurgere, nihil variis istis concupiscentiis grauatus. Somnus enim est præsens vita, nihilq; ab insomniis differunt quæ in illa geruntur. Et quemadmodum qui dormiunt, & delirant sæpenumero, & nihil sani vident: ita & nos. Imò verò multo etiam peius. Nam qui turpe quid in somno vel fecit vel dixit, quãprimum à somno liberatur, protinus & ab ipsa turpitudine liber, nullas dat pœnas: hic verò non ita, sed & turpitudo & supplicium perpetuo durant. Rursus qui somniando diuites sunt, orto die, frustra diuites se factos apparuisse sibi deprehendunt: hic verò & ante diẽ sæpe deprehensio illa incidit, & antequam hinc abeatur, vana huiusmodi somnia iam auolarunt.

Morale.

Excutiamus itaq; malũ hunc somnum. Si enim dormientes nos dies ille deprehenderit, mors simul excipiet immortalis. Et ante diẽ illũ, omnibus erimus hac occasione expositi inimicis, & hominibus & dæmonibus, qui etiam si occîdere voluerint, nemo erit qui prohibeat. Quòd si enim multis nobis essent vigiles, tantũ non esset periculi: nunc verò cùm vnus & alter alicubi accenso lychno, non aliter quàm profundissima nocte reliquis obdormientibus, vigilias teneat, propterea multa nobis opus fuerit vigilãtia, multaq; tutela, ne patiamur, quod curari rursus nequeat. An nõ splendidus videtur nunc esse dies: Nunquid omnes vigilãtes nos & sobrios esse putamus? verũtamẽ fortè ridebitis, quod dicturus sum, dicã tamen. Profunda nocte dormientibus ac stertẽtibus similes sumus omnes. Quòd si incorporalem nostram substantiã videre liceret, ostenderẽ vtique quo modo interea dum hi quidem stertũt, diabolus & parietes subfodiat, & iacentes iugulet, quæque intus sunt surripiat, omnia non aliter, quàm in profundis tenebris intrepidè perpetrans: veruntamen licet oculis istud videri nequeat, describamus tamen sermone, consideremusq; quot illorum sint, qui malis concupiscentiis grauati, quot eorum qui graui lasciuiæ petulantiæq; insania, quasi quadã ebrietate detenti, spiritus sancti lumen extinguant, atque ideo aliud pro alio audiãt? nihilq; eorum quæ hic dicuntur, obseruent. Si verò istud dicens mentior, & tu vigil perstas: dic quæso, quid hic hodie sit factum, si non tanquam somnia quæ dicta sunt audisti? Scio equidem quosdam esse qui dicere queant. Neque enim ista aduersus quosuis dico. Tu verò qui horũ reus, frustra huc ingressus es, responde, quis hodie Propheta, quis Apostolus nobis, deque quibus rebus lectus sit? Sed non potes. Multa siquidem hic veracium rerum de quibus disserui, velut somno pressus non audisti. Ista verò mihi & ad mulieres dicta sunto. nam & in illis plurimus est somnus, atque vtinam somnus esset. dormiens etenim, neque malum quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid neq; bonum loquitur: qui verò ad eum modũ vigilat, quo vos: multa verba in malum sui ipsius capitis profundit, vsuras numerans, mutuiq; rationes componens, imprudentis cauponæ memor, densè spinas in suã ipsius animam infigens, neq; permittens vt iniectũ semen modicum quid, vel per transennã aliquãdo aspici queat. Expergiscere itaq;, spinasq; illas radicitus euelle, ebrietatemq; hãc excute. Hinc enim ille somnus est. Ebrietatem verò non vini tantũmodo dico, sed & tẽporalium curarum, dein & eam, quæ à somno est. Horum verò nõ solùm diuites, sed & pauperes admoneo, & maximè eos qui sympolia socialia celebrant. Neque enim istud verè deliciari est, neq; quiescere, sed magis pœna ac supplicio adfici. Deliciæ quippe sunt, non turpiter quid loqui, sed quod honestum, pro naturę captu satiari, non disrumpi. Si verò voluptatem istud esse putaueris, ostende mihi voluptatem illam vesperi: sed vtique non poteris. Atqui nondum quid inde damni sequatur commemoro, sed de voluptate interea disputo, quæ facilè adeò marcescit. Nam simul atque dissolutum est conuiuium, omnis etiam lætitia confestim auolauit. Quòd si & ebrietatem dixero, & capitis ex vinolentia grauamen, atque alios innumeros morbos, mentisq; captiuitatem: quid, quæso, ad ista dices? Nunquid ideo quòd pauperes sumus, turpiter etiam agere debemus? Hæc autem dicens, non prohibeo conuentus quosuis, neque conuiuia quæ in communi fiunt: sed ne præter decorẽ quid agatur, delicias volẽs verè delicias esse, non pœnam, non supplicium, nõ ebrietatem, neq; immodestam commessationem. Discant Græci Christianos maximè esse, qui deliciari sciant, ordineq; & cũ decoro deliciari. Exultate, inquit, domino cũ tremore. Quo modo verò exultandum est? Si hymnos dixeritis, preces & vota feceritis, psalmos pro illiberalibus illis canticis induxeritis. Ita & Christus mensæ vestræ aderit, benedictioneq; sua totum conuiuium adimplebit, quando oraueris, quando spiritualia cecineris, quãdo pauperes ad eorum quæ apposita sunt, communionem vocaueris, quando multam sympolio disciplinã & modestiam procuraueris. Hoc pacto ex eo etiã loco ecclesiam facies, pro importunis clamoribus libidinibusq;, omnium dominũ collaudans. Neq; mihi dicas, quòd consuetudo diuersum, velut lex obtinuit, sed quę malè habeat corrige. Siue comederitis, inquit, siue biberitis, siue quid feceritis, omnia in gloriã dei facite. Etenim à malis istis conuiuiis malæ vobis sunt libidines, hinc lasciuiæ, hinc vxores quidem contemptæ, scorta verò apud vos in precio: hinc domorũ euersiones, innumeraq; mala sunt, hinc sursum ac deorsum voluuntur omnia. Puro siquidem ac liquido relicto fonte ad immũdi cœni cloacam curritis. Cœnum nãq; scorti corpus esse neminem alium in testem aduoco, quàm teipsum, qui voluptatus in cœno illo es: pro qua re, quæso, an nó penes teipsum erubescas, an non impurum te post perpetratum peccatũ existimes? Obsecro itaque fugite fornicationem, matremq; ipsius ebrietatẽ. Quid seminas, quod metere nõ licet: imò si messueris, multũ tibi dedecoris ipse fructus adferet? Nam si puerum pepererit, & tibi dedecus attulit, & puero magnã iniuriã, qui propter te nothus & ignobilis natus est. Cui etiam si innumeras pecunias reliqueris, hoc tamẽ adhęrebit, vt ignominiosus sit in domo, ignominiosus in vrbe, ignominiosus in foro, siue ex scorto sit, siue ex ancilla. Quin & tu quoq; ignominiosus eris, non solum in vita, sed & post mortem. Nam etiam si hinc abscesseris, manẽt ta-

τὰ φίλικὰ συνηθῆ συμπόσια

Græcũ pro Ethnico pas sim accipit. Psal. 2.c

ὅτι ἐκβάλλει σε νόμος. 1. Cor. 10. g

A men post te turpitudinis tuæ monumenta. Quid igitur omnia dedecore afficis? Quid seminas, vbi aruũ ipsum fructum corrũpere studet, vbi multa sunt sterilitatẽ † causantia, vbi ante generationẽ cædes? Scortum enim non permittis vt scortum tantũmodo maneat, sed & homicidiũ patrare facis. Vides quo modo ex ebrietate sit scortatio, ex scortatione adulteriũ, ex adulterio cædes, imò cæde etiam peius quid? Neq; enim habeo, quo flagitium istud enorme exprimã. Nam non solũ quod natum est, occidit: sed & ne nascatur, prohibet. Quid ergo & donũ dei ignominia adficis? Quid ipsius legibus repugnas, & quod execrandum est velut laudabile persequeris, generationisq; promptuarium, promptuarium facis occisionis, & mulierem quæ ad puerorũ generationem data est, ad necis artificium instruis? vt enim & amatoribus perpetuò sit accommoda & amabilis, & plus interea pecuniæ corradat, neque hoc, vt vt
B facinorosum contabitur facere, multum ignis inde in tuum ipsius caput accumulans. Licèt enim res ista muliebri agatur audacia, causa tamen tibi imputabitur. Hinc sunt & idololatriæ. Multæ siquidem ad hoc, vt amentur, & incantationes, & libamina, & philtra, innumeraq; alia machinantur: & tamen post tantam turpitudinẽ, post cædes, post idololatrias, multis res ista indifferens esse videtur: multis, inquam, vxores quoq; habẽtibus. Vbi etiam plurium malorũ cumulus est. Nam hîc & venena parantur, idq; non fornicario vtero, sed vxori iniuriam passæ, & innumeræ insidiæ, & dæmonum inuocationes, & mortuorum incantamenta, & bella quotidiana, & irreconciliabiles pugnæ, & assiduæ contentiones. Vnde & Paulus cùm dixisset, non cubilibus ac lasciuiis, subiunxit: non contentione & æmula-
C tione, nõ ignarus quæ hinc nascãtur bella, quæ domorum subuersiones, quæ pueris genuinis iniuria innumeraq; mala. Vt itaq; omnia ista fugiamus, Christum induamur, eumq; illo perpetuo simus, quãdoquidẽ istud demũ est indutum esse, nunquã ab ipso deseri, ipsumq; vndiq; in nobis per nostrã sanctimoniã mansuetudinemq; conspicuũ esse. Ad eum modũ & de amicis dicimus. Is illũ prorsus indutus est, multã dilectionẽ irremissumq; conuictũ significantes. Indutus siquidem, id esse videt quod indut⁹ est. Appareat itaq; in nobis vndiq; Christ⁹: & quo modo apparebit? Si quæ illius sunt, feceris. Quid verò ille fecit? Filius, inquit, hominis non habet, vbi caput suũ reclinet. Istud tu quoq; æmulare. Si quando cibus sumendus fuit, ordeaceis panibus vsus est. Si peregrinandũ illi fuit, nusquam equi, nusquã iumenta, sed tantum itineris pedestris cõfecit, vt fatigaretur etiam. Dormiendum si quando fuit, super puluinari in prora nauigij iacuit. Accũbendũ fuit, in fœno prosterni iussit, vestimenta verò erant tenuia. Sæpenumero & solus conuersatus est, neminem secum ducẽs. Deinde & quantum ad crucem, quantumq; ad conuicia pertinet, & omnia illius in summa perdiscens, æmulare. Ita scilicet Christum indutus es, si carnis curã ad concupiscentias non feceris. Neque enim voluptatem habet res ista, ipsæ quippe concupiscentiæ, alias rursus grauiores pariunt. Atq; ita nunquam illarum satietatẽ capies, sed magnum tibiipsi tormentum comparabis. Quemadmodum enim qui continuus in hoc est, vt sitiat, etiam si innumeros fontes ad manum habeat: nihil tamen inde iuuatur, eò quòd morbum hunc insatiabilem extinguere nequeat: ita habet & qui perpetuo in concupiscentiis viuit. Si verò necessarium vsum seruaueris, nunquam hanc febrim patieris, sed omnia il-

† ἀτόκια.

Φίλτρα, pocula siue amatoria.

ἃ νεκυομαντίαι. Roma. 13. d

Luc. 9. g

Universidad de Deusto
Biblioteca

la,& ebrietates & lasciuiæ simul abibunt. Tantum itaq; comede,quantum ad tollendam famem faciet: ita induere,vt nihil quæras quàm tegumentum. Non est vestibus ornãda caro,ne ornatu illã perdas. Nam & molliorem inde facies, & bonã ipsius valetudinem corrũpes, dum nimia illã mollicie dissoluis. Vt itaq; illã,loco boni vehiculi spiritus habeas,vt gubernator securus nauigij clauos teneas, vt miles arma bellica facilè tractes,fac omnia ista instituas vt opportuna sint & accõmoda. Nõ enim qui multa habet, sed qui modicis eget inexpugnabilis est. Ille quippe etiã si nihil patiatur iniuriæ,timet tamen: iste verò etiam quum læditur, melius tamẽ habet,maioreq; animi iucunditate est, quàm quibus nihil incommodatum est. Ne queramus igitur, vt nemo sit qui calumniam inferat,sed vt nocere non possit, etiamsi quammaximè quis velit. Istud verò nequaquam aliunde erit,quàm si necessariũ rerum vsum tantummodo sequamur,nihil vltra concupiscẽtes. Ita videlicet & hîc deliciari poterimus,& futura bona cõparabimus, gratia & benignitate &c.

Homilia XXV.

Cap.XIIII. *INfirmum autẽ in fide suscipite, nõ ad diiudicationes disceptationum. Alius quidem credit vescẽdum esse quibuslibet: alius autem qui infirmus est,oleribus vescitur.* Nõ ignoro q̃ multis intellectu difficile sit,quod hîc dicitur. Propterea opus fuerit primum totius huius loci argumentum exponere,ostenderèque quid corrigere volens ista scribat apostolus. Quid igitur emendare vult? Erãt quàm plurimi credentium Iudæorum, qui cum legis conscientia,etiã postea quàm crediderãt, detinerentur, ciborum adhuc custodiebant obseruantiam,nondum planè in vniuersum legis audentes exA tis ad concupiscentias, tunc in eum sermonem qui de his rebus esset, egressus est, ne videlicet pro illis dicere videretur,qui infirmos increpabãt, indifferẽterq; quibusuis vesci iubebãt. Infirma quippe pars maiore perpetuo cura opus habet: vnde & ad valentem & fortẽ conuersus dicit, Infirmũ autem in fide. Vides cõfestim illi plagam vnã datam: quum enim dicit,infirmum,ostendit illi quàm sit infirmus. Deinde & secundã addit dicens, assumite. Rursus enim hoc ipso significat, quàm multa cura opus habeat, id quod extremæ infirmitatis signum est. Nõ ad diiudicationes disceptationum, ecce & tertiam plagã subiungit: hinc enim manifestat tale ipsius esse delictum, vt & qui eadem cum ipso non delinquunt,amicicia verò simul communicant, curationiq; ipsius obsistunt,diiudicentur. Vides quo modo ad firmiores quidem differere videatur, occultè verB rò & tolerabiliter infirmos increpet? Deinde vtrosque inuicem conferendo,hunc quidem cum encomiis,istũ verò cum accusatione ponit. Subiungit enim dicens. Hic quidem credit vescendum esse quibuslibet, fide illum commendans. Qui verò infirmus est, oleribus vescitur,ab infirmitate istum improbans. Posteaquàm autem tempestiuam plagam inflixit, rursus subinde solatur dicens: *Qui vescitur,non vescentem ne despiciat.* Nõ dicit,ne accuset,non dicit, ne corrigat: sed, ne vituperet, ne auersetur, ostendẽs quòd qui talis est, rem cõmittat multo risu dignam: de vescente verò non ita præcipit. Sed quo modo? *Et qui non vescitur, vescentem ne iudicet.* Quemadmodũ enim perfectiores, infirmos, velut qui modicæ fidei, supputridi degenereśq; essent, & adhuc Iudaismum saperent,contemnendo attenuabãt: ita & illos isti vicissim, veluti legis violatores, aut qui totiC voracitati † essent dediti, iudicabant & condẽnabant, quorum verisimile est multos fuisse ex Gentibus, vnde & subiicit: *Deus enim illum assumpsit.* De non vescente istud non dicit: atqui despici quidẽ vescentis erat tanquam helluonis: iudicari verò nõ vescentis, tanquam qui modicę erat fidei,sed permutauit ista, ostendens ꝙ qui vescebatur,non solùm contemni non deberet, sed & contemnere posset. An & ego illũ condẽno, inquit? nequaquã. Propterea & subdit,Deus enim illũ assumpsit. Quid ergo de lege illi, velut transgressori differis? deus enim illum assumpsit: hoc est,ineffabilẽ suam gratiam erga illum ostendit,atq; ab omni crimine liberauit. Deinde rursus ad sanum & robustũ conuersus subdit: *Tu quis es,qui iudicas alienum seruum?* Hinc clarum est,quòd nõ solum despexerit infirmũ,sed & iudicarit.

D *Proprio domino stat aut cadit.* Ecce aliam rursus plagã, & videtur quidem indignari aduersus sanũ,verùm infirmum interea reprehendit,quum dicit: *Imò sulcietur, vt stet.* Ostendit illum adhuc esse fluctuantem, multaq; attentione opus habere,tantaq; cura, vt & deus ipse sit implorandus,qui medeatur. *Potens enim est deus efficere, vt stet.* Ita de illis qui vehementer desperati sunt dicimus: deinde ne desperet, seruum vocat infirmũ, dicẽs: Tu quis es, qui iudicas alienum seruũ? Hîc verò rursus illum occultè taxat. Non enim ideo,inquit,nolo illum iudicari, quòd talia committat quæ iudicari non debeant: sed quia alienus est seruus, hoc est,non tuus,sed dei. Deinde rursum illum consolans, nõ dicit,proprio domino cadit: sed quid? Stat aut cadit. Siue autẽ illud, siue istud fuerit: dominum concernet vtrunq;. Ad illũ quippe tendit cadentis damnum, quemadmodum & stantis lucrum. Ista verò nisi rursus scopum Pauli, quẽ ille petit obseruauerimus,nimirum,quòd infirmos ante iustam

† λαιμαργία.

Universidad de Deusto
Biblioteca

te iustam temporis maturitatem vehementer increpari non vult, indigna erũt ea cura, quæ Christianos deceat. Verum, quemadmodũ perpetuò inculco, oportet inquirere, qua sententia quæque dicantur, de qua materia seu argumento agatur, quidq; corrigere instituat qui loquitur. Nó mediocriter autẽ rubore illum suffundit, cùm istud dicit: Si enim deus, inquit, cũ damnũ ferat, nihil interea facit: quo modo nõ importunus, præterq; modum curiosus es, qui infirmũ & strangulas, & improbè turbas? Videtur autẽ mihi hoc loco sensim, & de ieiunio nonnihil clanculum notare. Siquidẽ verisimile erat quòd essent ex ieiunantibus quidam, qui non ieiunantes continuò iudicarent: quemadmodũ & in obseruationibus quidam statos dies abstinebant, proq; statis & ordinatis habebant: vnde & dicit, *Vnicuique mens sua satisfaciat.* Hoc enim pacto & obseruantiũ timorem fregit rem esse indifferentem dicens, & eorum qui vehementer illos adoriebantur, contentionẽ sustulit, ostendens rem hanc tanti momẽti non esse, quæ digna sit tam acri continuoq; certamine, quo infirmi turbari debeant. Tanti verò non esse momenti, non ideo dicit quòd natura sua sit leuicula, sed propter temporis immaturitatem, & quòd Romani recentes adhuc & nuperi essent in fide. Ad Colossenses scribens magno studio obseruationẽ huiusmodi prohibet, † quum dicit: Videte ne quis sit qui vos deprædetur per philosophiam & inanem deceptionẽ, iuxta constitutionẽ hominum, iuxta elementa mundi, & nõ iuxta Christum. Et iterum: Ne quis igitur vos iudicet in cibo aut potu. Et ne quis vobis brabiũ intercipiat. Et ad Galatas scribens multa diligentia repetit ab eis in his rebus & philosophiã & perfectionem. Hîc verò non vtitur contẽtionis vigore, quòd nouella esset adhuc Romanorum fides. *Non erit igitur ad quæuis rapiendũ, quod dicit: Vnicuiq; mẽs sua satisfaciat.* Quãdo enim de dogmatis illi sermo est, audi quid dicat: Si quis vobis euãgelizauerit, præter quàm quod accepistis, etiam si angelus fuerit, anathema esto. Et iterum: Metuo verò ne quemadmodum serpens Euam seduxit, ita corrũpantur sensus vestri. Et Philippensibus scribens dicit: Cauete malos operarios, cauete concisionem. Quoniã verò apud Romanos talia corrigendi tempus nondum erat, vnicuiq;, inquit, mẽs sua satisfaciat. Nam de ieiunio sermo illi est, & illorum itaq; arrogantiam deprimens, & horum timorem dissoluens, ista dicit: *Qui curat diem, domino curat: & qui non curat diem, domino non curat: & qui vescitur, domino vescitur: gratias enim agit deo: & qui non vescitur, domino non vescitur, & gratias agit deo.* Adhuc eisdẽ inhęret. Quod autem dicit, tale est: Res ista non versatur circa necessario agenda. Hoc enim quęritur, An propter deum & hic & ille, quod facit faciat, an vtrique in gratiarum actionem desinant. Agunt autem & hic & ille deo gratias. Itaque si vtriq; gratias agunt, non multum erit inter illos differentiæ. Tu verò mihi consideres, quo modo & hîc occulte feriat Iudaizantem. Si enim hoc est quod quæritur, vt gratiæ videlicet agantur: manifestũ vtique erit, non eum qui nõ vescitur agere gratias, sed eum qui vescitur. Quo modo enim ageret, quum legi adhuc adhæreat? Quod quidẽ & ad Galatas dicit: Qui in lege iustificamini, à gratia excidistis. Verùm istud hîc quidẽ non tam apertè declarat, subobscurè tamen notat. Nondum enim tempus erat, atque ideo interea patienter illos tolerat, & in sequentibus hoc ipsum magis hortando agit, dicit enim: *Nullus enim nostrum sibi ipsi viuit, & nullus sibi ipsi moritur: nam siue viuimus, domino viuimus; siue morimur, domino morimur.* Et per ista clarius facit, quod dixi. Nã qui legi viuit, quo modo poterit Christo viuere? Nó autẽ hoc solũ hîc agit, sed & ad horum correctionẽ anhelantẽ ac properantẽ cohibet, lõganimitatemq; suadet, ostendẽs quòd impossibile sit quòd deus illos contemnat, & quòd conuenienti tẽpore ista quoq; correcturus sit. Quid igitur? Nemo nostrum sibiipsi viuit, liberi nó sumus: dominũ habemus qui nos & viuere vult, & mori nó vult, & quem vtraq; ista magis concernunt quàm nos. Per hæc enim demonstrat, quòd maiorem nostri curã habeat deus, quàm nos ipsi: & quòd vitam nostrã diuitias suas, & mortem damnũ estimet. Non enim nobisipsis tantummodo morimur, sed & si morimur, domino morimur. Mortẽ verò hîc eam quę ex fide est, vocat. Sufficerit quidem & istud ad persuadendũ, quòd curam nostri habeat, quòd illi videlicet & viuimus & morimur. Veruntamen non contentus isto, aliud quoq; adducit. Cũ enim dixisset, siue viuimus, siue morimur, domini sumus, & ab illa fidei morte ad naturalem trãsmigrasset, ne videretur asperiorem facere sermonem, aliud diuinæ prouidentiæ signum, idq; maximum subiungit. Quòdnam illud est?

In hoc enim Christus, & mortuus est, & resurrexit, & reuixit, vt & mortuus simul & viuentibus dominetur. Itaq; & istud fidẽ tibi faciat, quòd nunquã non & salutis & correctionis nostræ curã habeat. Nisi enim tantam erga nos prouidentiam impendisset, quæ fuisset dispensationis istius necessitas? Itaq; qui tantam sedulitatẽ quò nos sibi acquireret impẽderit vt & serui formã acceperit, & mortuus sit, iste nos, posteaquàm ipsius facti sumus, cõtemnet? Non est istud, non est, inquã: neque enim facilè tantum negocij prodere voluisset. In hoc enim, inquit, & mortuus est: quasi quis dicat, Ille vel ille seruum suum contemnere non sustinebit, domesticã quippe crumenam curat. Nos enim non ita pecuniã amamus, quemadmodum salutẽ nostram Christus: atq; ideo non pecunias, sed suum ipsius sanguinẽ pro nobis dedit. Non feret igitur, vt eos perdat pro quibus tantum precij deposuit. Vide autẽ & ipsius potentiã, quo modo ineffabilẽ esse ostendat: in hoc enim mortuus est, inquit, vt & mortuis & viuẽtibus dominetur. Et suprà: Siue enim viuimus, siue morimur, ipsius sumus. Vides auctum dominium? vides inexpugnabilẽ fortitudinem? vides diligenter institutam prouidentiã? Non est enim, inquit, quod mihi de viuẽtibus dicas, & mortuis qui hinc decesserunt, prospicit. Si mortuis, manifestum est quòd & viuentibus: nihil enim omisit quod ad istud dominium attineat, maiorem sibipsi iurisdictionem, quàm quòd in homines tantum sit, comparãs, in hoc vt seorsim à reliquis omnibus nostri curam habeat. Homo quippe argẽtum quidem soluit, atque ob id in propriũ suum seruum vehemens vsurpat dominium: Christus verò & mortem, & quem tanto precio redemit in quẽ sibi dominium tanto studio negocioq; acquisiuit, huius salutem nihili faciet? Ista verò quum dicit, Iudaizãtem pudefacit, persuadetq; vt beneficij magnitudinem recolat, quòd quum mortuus esset, reuixit, quodq; nihil emolumenti ex lege cepit, & quòd extremæ sit ingratitudinis, relicto eo qui tanta in sui gratiam designauit, ad legem recurrere. Sufficiẽter itaque taxatum rursum remittit dicens: *Tu verò, cur iudicas fratrem tuum? aut etiam tu, cur despicis fratrem tuum?* Videtur autem ista quidem velut vtrinque adæquata ponere, verùm ex dictis ostendit non parum inter se discrepare. Primùm appellatione fratris contentionem dirimit, deinde &

† ἀπαγορεύει. *Coloss.2.b*

Gal.1.b

2.Cor.11.a

Philip.3.a

Gal.5.a

Supra.8.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

terribilis illius diei commemoratione. Cùm enim dixisset,cur despicis fratrem tuũ, subiungit: *Omnes enim stabimur apud tribunal Christi.* Et videtur quidẽ rursus perfectiorem increpando ista dicere, verùm Iudaizantis animum concutit,non solum pudore illum suffundẽs propter acceptum beneficium, sed & territans per futurum suppliciũ.Omnes enim assistemur tribunali Christi. *Scriptum est enim:Viuo ego, dicit dominus: Mihi flectet omne genu,& omnis lingua confitebitur deo. Igitur vnusquisque nostrum de seipso rationem reddet deo.* Vides quo modo rursus Iudaizantis animum concutiat,tamersi alterum percellere videatur? Tale siquidem est quod subindicat,quasi dicat:Quid tibi curæ est?Nihil enim huius gratia passurus es,sed ad hunc modum non loquitur:Subindicat tamen mansuetius ipsum ponens ac dicens: Omnes enim stabimur apud tribunal Christi: Igitur vnusquisque nostrum pro seipso rationem reddet deo. Et prophetam inducit, omniũ ipsi testificantẽ subiectionem, non subiectionẽ simpliciter, sed amplã & eorũ hominum qui in veteri testamẽto fuerunt,& in summa omnium.Non enim simpliciter dicit, adorabit illũ vnusquisq;,sed & confitebitur,hoc est, † pœnas factorũ dabit. ¶ Esto itaq; firmus ac constans, communẽ dominũ pro tribunali sedentẽ videns,& ecclesiã ne scindas,neque diuidas,reiecta gratia ad legẽ recurrẽs: nam & lex ipsius est.Et quid de lege dico?& qui in lege, & qui ante legẽ fuerunt,ipsius sunt.Lex etiã abs te pœnas nõ exiget.Exiget autem Christus,non solùm abs te, sed & vniuersa humana natura.Vides quo modo legis metum illi exemerit?Deinde ne videatur velut data opera territandi gratia ista dicere,sed tanquam ex propositi cõsequentia eò deuenisse: eodem rursus argumento immoratur,dicens: *Ne posthac igitur alius aliũ iudicemus: verum illud iudicate magis, ne offendiculum ponatur fratri, aut lapsus occasio.* Ista verò non minus ad illum quàm istum pertinent.Propterea vtrisq; adaptari possunt: perfectiori, eò quòd scandalum pateretur ex ciborum abstinentia: imperfecto,quòd is nimia reprehẽsione offenderetur. Tu verò mihi perpendas quas pœnas daturi simus simpliciter scandalizantes. Si enim hîc perfectiorum factum velut iniquum,propter intempestiuam reprehensionem fieri prohibet, ne frater accepto scãdalo offendatur:qua pœna digni non erimus, qui etiã nihil corrigendo scandalũ præbemus? Si enim non saluare fratrem culpam habet, id quod & euangelici talenti defossor indicat:quid non faciet datum etiam scandalũ? sed inquies, Quid si suopte vicio scandalizatur infirmus? Propter hoc ipsum æquum fuerit, vt illum feras. Nam si fortis esset, tali cura opus non haberet: Nunc verò quia imbecillior est, multa etiam curandi diligẽtia opus habet. Morale.

Præstemus itaque eam,vbiq; illum portantes:neque enim propriorum tantummodo malorum rationem dabimus,sed & eorum quibus aliis scandalum præbemus.Quòd si etiam per seipsas graues sunt nostrorum delictorum pœnæ, vbi & istæ accedent quando saluabimur?Non enim putemus nos excusationem habituros,si quando delictorũ socios inuenerimus:nam istud supplicium magis angebit.Quandoquidem & serpens magis punitus est quàm mulier, quemadmodũ & mulier plusquã vir,& Iezabel maiores pœnas dedit quàm Achab vineæ raptor.Ipsa quippe vniuersum istud negocium texuerat,regiq; lapsus occasionem dederat.Igitur & tu quoq; si reliquis perditionis causa fueris, grauiora patieris,quàm qui per te subuersi sunt.Neq; enim peccare,tantũ in se perditionis habet,quantũ quòd reliqui ad peccandũ inducuntur.Propterea dicit:Nõ solum ipsi faciunt,sed & facientibus assentiuntur. Itaq; si quando peccantes viderimus,non solum non impellamus,sed & extrahamus ex ipso maliciæ barathro, ne & alienę perditionis pœnas demus.Recordemur quoque perpetuò terribilis illius tribunalis, fluminis ignei, vinculorum insolubilium,profundarũ tenebrarũ, stridulorum dentium, venenosiq; vermis, sed dicis,benignus est deus.Ergo hæc omnia verba sunt, & neq; punitur dives ille Lazari contemptor,neq; fatuę virgines à sponso reiiciuntur? Ergo qui Christum non pauerũt, in ignem diabolo præparatum non abibunt? Ergo qui sordidis est vestibus, non peribit manus ac pedes vinctus? Qui centum denarios à conseruo suo exegit, non tradetur tortoribus? Quod de mœchis dictũ est, nimirum,quòd vermis eorũ non morietur, & ignis eorum non extinguetur,verum non erit?sed minatur ista tantũmodo deus? vtiq; inquies.Et vnde, dic quæso, tantã rem audes publicè loqui,atq; ex te ipso ferre sententiã? Ego quippe & ex iis quæ dixit deus, & ex iis quæ fecit, contrariũ probare potero.Quòd si enim propter futura non credis,vel saltẽ propter ea quæ iam facta sunt, crede.Non enim certè minæ sunt, & verba tantũmodo quæ facta sunt,& in opus ipsum exierunt. Quis igitur totum orbem inducto diluuio stagnauit, ac graue illud naufragium omnimodamq; generis nostri perditionem effecit?Quis deinde fulmina illa telaq; flammantia super terrã Sodomorum demisit? Quis vniuersum Aegypti exercitum in mari demersit?Quis sexcẽta Israëlitarum milia in eremo consumpsit?Quis synagogam Abiron cõbusit?Quis subter eos,qui Core & Dathan adhæserunt, telluris os aperuit, deuorareq; iussit? Quis septuaginta illa milia, † ppter Dauidis peccatũ, ¶ vno tẽporis momento,peste occîdit?Cõmemorabõne & eos qui priuatim puniti sunt?An Cain illũ continuo traditum supplicio?An lapidatũ cũ omni suo genere Charmen? An eum qui propterea quòd sabbato ligna collegisset,idẽ passus est? An quadraginta illos pueros à bestiis consumptos,quibus neq; propter ætatem parcitum est?Si verò etiã post gratiam eadem videre volueris,perpende quanta Iudæi passi sint.Quo modo liberos suos comederint mulieres,illæ quidem assantes, istæ verò aliâs consumẽtes? Quo modo extremæ fami, bellisq; variis & grauibus traditi omnes superiores tragœdias calamitatũ suarum abundantia superauerint? Quòd autẽ ista Christus illis intulerit,audi quo modo p parabolas ea prædicat, vt quãdo dicit: Eos verò qui noluerunt regnare me, adducite huc & interficite.Idẽ dicit per parabolam vineæ,& nuptiarũ: manifestè verò quãdo minatur q̃ casuri sint in ore gladij, quódque captiui abducendi sint inter Gentes: & quòd anxietas in terra gentium desperatis rebus futura sit, resonante mari ac fluctibus,arescentibus hominibus præ timore: & quòd futura sit tribulatio talis,qualis neq; fuerit, neque futura sit vnquam.Et Ananias & Sapphira, quantas ob modici argenti furtum dederint pœnas, omnes scitis.Quotidianas autem calamitates non vides? An neq; istæ factæ sunt?Non vides & hodie qui & fame pereant, vel elephantiasi, vel alio corporis nocumento corripiantur, qui in cõtinua paupertate viuãt, qui innumera mala,eaq; incurabilia patiãtur? Iám quo modo fuerit æquum, illos quidem puniri, istos verò minimè?Si enim iniustus deus non est, quemadmodũ & iniustus non est:oportet vt omnino tu quoq; peccatorum

Esaiæ 45.d

Rom.14.d

Matt.18.d

Marc.9.g

Luc.19.d

Ibidẽ.21.d

Matt.24.b

Act.5.b

Gene.3.c

4.Reg.9.g

Num.11.t

Iosue 7.d

Num.25.d

4.Reg.2.d

† *factorum rationẽ red det.*

ἐναγώνιος

† ἐπὶ τε Δαβὶδ *sub Dauid vel Daui- dis tẽpore.*

torum daturus sis pœnas. Si verò ideo non punit quòd benignus est, oportebat neq; istos puniri: † nunc verò hæc nostra verba sunt. Multos & hîc punit deus, ‖ vt quum minarum verbis nõ creditur, vel supplicij rebus credatur. Et quoniã vetera nos non vsq; adeò territãt, per ea quæ cuiq; generationi accidunt, tunc pro tẽpore socordes corrigit. Et cuius gratia, dices, nõ omnes hîc punit? vt aliis pœnitentiæ spacium tribuat. Et cur non omnes illic supplicio adficit? Ne plerisq; causa detur illius negandi prouidentiã. Quot latrones hi quidẽ hîc capti dãnãtur, isti verò impunè ex hoc seculo migrãt? vbi est ergo diuina bonitas? Meum siquidẽ fuerit iam vicissim te quoque interrogare: nam si nemo prorsus supplicio fuisset affectus, habuisses eò refugium. Quum verò illi quidem pœnas dent, isti autem licèt peius deliquerint, non dent: quãnam æquitatis poterit ratione fieri, vt qui eadem pariter peccarunt, easdem pœnas non luent? Quo modo non videbuntur iniuria adfici qui puniuntur? Qua itaque ratione non omnes hîc plectuntur? Audi Christum ipsum de his rebus tibi respondentem. De eo siquidem inquirentibus, quòd ex ruina prolapsæ turris quidam interierãt, respondebat dicẽs: Putatis quòd illi vltra reliquos omnes peccatores fuerint? Non dico vobis: imò nisi resipueritis, peribitis & vos omnes similiter: atque ita nos admonet, ne fidentiores propterea simus, si quando punitis cæteris nullas nos, licèt multa deliquerimus, pœnas dederim⁹: nisi enim immutati fuerimus, omnino dabim⁹. Et quo modo, inquies, æternum punientur, quum hîc breui tantũ tempore delinquamus? Quo pacto qui breui temporis momento vnicam cædem tantummodo committit, continuæ ac perpetuæ metallorũ condemnationi adiudicatur? At deus ista, inquis, non facit. Dic ergo quo modo paralyticum illum triginta & octo annos, in tanto supplicio detinuerit? Quòd enim illum propter peccata punierit, audi quid dicat: Ecce, inquit, sanus iã factus es, ne pecces amplius. Atqui solutionem tandem adeptus est, inquis: illic verò res ad eum modum non habebunt. Quòd enim illic nullum vnquam sint habitura finem supplicia, audi rursus Christum ipsum: Vermis, inquit, eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. &, Ibunt illi in vitam æternam, & isti in supplicium æternum. Itaque si vita æterna est, æternum est & supplicium: non vides quanta minatus sit Iudeis? Nunquid illa euenerũt? aut inanis sermo fuit, quòd dicebat: Non manebit lapis super lapidem? Num mansit? Quid verò quãdo dicebat, Erit tribulatio, qualis nunquam fuit? An non facta est? Lege historiam Iosephi, & scio respirare non poteris, audiens tantummodo quæ ob hanc causam passi sunt Iudei. Ista dico, non vt mœrore adficiam, sed vt cautos vos faciam & muniam. Et ne vanis ac superfluis vos demulcens, grauioribus pœnis obnoxios reddam. Dic itaq; quãnam ratione quũ pecces supplicio dignus nõ sis? An non omnia tibi prædixit? Nõnne minatus est? non terruit? non innumera salutis tuæ gratia fecit? Nõnne largitus est regenerationis lauacrum, & priora omnia condonauit? Nõnne post remissionem illam & lauacrum, rursum quod ex pœnitentia est auxilium, tibi peccanti dedit? Nõnne etiam postea vt peccatorum veniam consequaris, facilem tibi viam reddidit? Audi itaq; qualia sint quæ præcepit: Si dimiseris, inquit, proximo, dimitto tibi & ego. Quam quæso difficultatem habet res ista? Iudicate orphano, & iustificate viduam: & venite, inquit, & iudicium exploremus. Quòd si fuerint peccata vestra phœnicio rubore, velut nix alba erunt. Quid hîc laboris est? dic tu peccata tua vt iustificeris. Quid hîc difficultatis? Peccata tua eleemosynis redime. Quid hîc sudoris? Dixerat Publicanus, Propicius esto mihi peccatori, & descendit iustificatus. Quanto labore fuerit opus publicanum hunc imitari: sed neq; post tot & tanta pœnam ac supplicium esse credis? Igitur neq; diabolum puniri hoc sanè pacto facilè dixeris: Ite siquidẽ, inquit, in ignẽ præparatum diabolo: nam si gehenna non est, neq; ille punitur. Si verò punitur, manifestũ quòd & nos: nam & nos inobedientes fuimus, etiam si non in eisdẽ quibus ille. Quo modo itaque tibi non times tam audacia loquendo. Quando enim dicis, non punit deus, quia benignus est: si punierit, reperietur, iuxta vos nequaquam esse benignus. Vides in quę verba vos ducat diabolus. Quid ergo monachi, qui occupatis mõtibus maximum pietatis studium exercent? Num sine coronis abibunt: nam si mali non puniuntur, neque vllius est retributio: eadem ratione dixerit alius quispiam, neq; bonos coronari. Etiam, inquies: nam deo istud decorum, vt regnum illius tantummodo sit, gehenna non sit. Scortator itaq; & adulter, quiq; innumera mala operatus est, iisdem potietur, quibus qui modestiam & sanctimoniam vitæ conseruauit, stabitq; cum Nerone Paulus: Imò & diabolus ipse iuxta Paulũ cõsistet. Nam si gehẽna non est, omniũ autem futura est resurrectio: quid aliud relinquitur, quàm vt mali eadẽ consequantur cum bonis? Quis istud dicet, licèt vehementer insanus? Imò quis dæmonum hoc afferet? Nam & illi gehẽnam confitentur: vnde & clamabant dicẽtes: Venisti huc ante tempus torquere nos? Qui fit ergo vt non timeas ac tremas, quum neges quod dæmones etiã confitentur? Quo modo non intelligis quis sit malorum horum dogmatum magister? Qui enim primum hominem decepit, & meliorum sperãdarum rerum propositione etiam quæ in manu erant bona excussit, is ipse est qui & nunc ista quoque & sentire & loqui suggerit. Et propterea facit vt gehennam non suspicentur quidam, quatenus in gehennam conijciat. Quemadmodum é regione deus gehennam & minatur & parauit, vt ita viuere discas, ne in illam incidas. Atqui si existente gehẽna, diabolus ista tibi persuadet: quo modo non existentẽ confessi sunt dęmones, à quibus summo studio agitur ne tale quicquam suspicemur, quatenus prana securitate magis atque magis socordes facti ac negligentes, simul cum ipsis in ignem illum incidamus? Sed dices: Quo modo ergo gehennam tunc confitebantur? Angustiam scilicet illam & necessitatẽ, quæ incumbebat, non ferebant. Consideratis itaque his omnibus, cessent qui ista dicunt, & seipsos & alios fallere: quandoquidem & ipsorum verborum pœnas luent, & quò terribilia illa amolientes, multos frangunt: qui alias manentibus illis, vel aliquo pietatis studio tenerentur, qua in re neque barbaros imitantur. Nam illi quidem, quanquam omnium horum essent ignari, audito tamen quòd euertenda esset ciuitas: nõ solum increduli non fuerunt, sed & ingemiscentes plorarunt, saccósque induti confusi sunt, neq; antea destiterunt, quàm tentatis omnibus irã dei soluissent. Tu verò quũ tantam nactus sis & verborum & rerum experientiã, quæ dicuntur contemnis? Itaque contraria tibi contingent. Quemadmodum enim illi ad verba trementes, supplicium quod re ipsa incredulis obtigisset, passi nõ sunt: ita & tu cõtemptis verborum minis pœnam quæ re ipsa aderit, persolues. Et si quæ dicuntur fabulæ iam

† nunc vero propter hæc nostra verba, multos etiã hîc punit deus.

‖ Ninimita.

Luc. 13.a
Iean. 5.b
Marc. 9.g
Matt. 25.d
Luc. 21.b
Mat. 24.b
Ἰωσήπου.
Mat. 6.b
Esaiæ 1.e
Ibid. 43.d
διαλεγχθῆναι.
Dame. 4.e
Luc. 18.c
Matt. 25.d
Ibid. 8.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

instar habere videntur,aliud tamen erunt,quando res ipsæ fidem tibi,nolis velis,facient. Non vides quid & hîc fecerit Christ⁹?Quo modo duos adeptus latrones, non eisdem dignatus sit vtrunq;,sed hunc quidē in regnum induxerit,illum verò in gehennā demiserit? Et quid latronem & homicidam dico?Neq; apostolo pepercit,postquàm esset proditor factus. Sed licèt videret & ad laqueum impetuosè proruentem,& angustiatum,& medium diruptum,(nam medius crepuit,effusaq; sunt omnia illius viscera)istaq; omnia præuideret: ista nihilominus omnia pati permisit, vt à præsentibus tibi futurorum etiā omnium fidem faceret.Ne itaq; vobis ipsis imponatis,diabolo morē gerentes: illius enim hæc omnia consilia sunt.Nam si & iudices, & domini, & præceptores, etiā si barbari sint, bonos quidem honorant,malos verò puniunt: qua ratione putas à deo contraria debere fieri, eisdemq; afficiendos & bonum simul & malum?Quando verò & maliciæ futura est liberatio?Si enim qui supplicīū nunc expectantes,intérque tantos timores,& iudicum & legū versantes, nunquam tamen à malicia desistunt: quum eò abierint, & timorē illum deposuerint:vt non solum in gehennam non incidant,sed & regnum assequantur, quando male agere desistent?An hoc benignitatis sit,dic oro, maliciam scalpendo alere,nequiciæ præmium ponere,eadem vtrunq; mercede æstimare modestū & lasciuum, fidelem & impium,Paulum & diabolum? Sed quousq; & nos nugamur?Hortor itaque vt ab ista liberati insania vobisq; ipsis redditi, timorem ac tremorē animabus vestris persuadeatis, quatenus & à futura gehenna liberi,& modestè præsentem vitam viuentes,futura bona apprehendatis gratia & benignitate, &c.

Luc.23.c.f

Acto.1.c

Homilia XXVI.

Noui & persuasum habeo in domino Iesu, nihil esse commune per se: nisi ei qui existimat aliquid commune esse, illi commune est. Posteaquàm eum qui fratrem suum iudicabat,corripuit,atque hunc ab increpandi vehementia dehortatus est: consequēter deinceps & de ipso dogmate decernit, atq; infirmiorem placidè instruit,non modicam hic quoq; mansuetudinem ostendens.Non enim dicit, quòd daturus sit pœnas,aut aliud quicquam eiusmodi:sed illius conscientiam à vano tantūmodo eius rei metu liberat,vt eo facilius dictis suis credat,atq; ideo dicit: Noui & persuasum habeo. Deinde ne incredulorum quispiam dicat: & quid ad nos,quòd tu persuasus es?Neq; enim ita fide dignus es,vt contra tantam dei legē,atq; oracula diuinitus allata tibi credatur, subiūgit, in domino:hoc est, ab illo doctus sum,ab illo certus factus sum.Nō est igitur humanæ cogitationis ista sentētia. Quid ergo persuasus es,& quid nosti?Quòd nihil per se commune sit. Natura,inquit,nihil est immundum: sed ex voluntate vtentis immundum redditur. Illi ergo soli immundū est,non omnibus:nam ei, inquit, qui existimat aliquid commune esse,illi commune est. Quid igitur nō corrigis fratrem,ne putet aliquid immūdum esse? vt quid non illum ab ista consuetudine ac suspicione omnibus viribus abducis,ne quid commune sibi faciat? Vereor, inquit, ne mœrore illum adficiam, vnde & subdit:

Verùm si propter cibum frater tuus contristatur, non iam secundū charitatem ambulas. Vides quo modo familiarem interea sibi faciat infirmum auditorem, ostendens tantam illius rationem habere se,vt ne mœstum reddat, etiam quæ vehementer erant necessaria,precipere nō audeat, sed indulgentia illum magis ac dilectione attrahat? Neque enim posteaquàm vanum exemerat metum,poteter illum trahit aut cogit, sed suiipsius dominum esse permittit.Nā nō cōueniebat,vt ita abduceretur à ciborum abstinentia,vt mœrore circundaretur. Vides quātum diligētiæ dilectioni impēdat? Sciebat enim quòd illa omnia corrigere posset. Vnde & maius quid ab eis hîc exigit.Nam nō solū, inquit,non oportet illos tanquam ad rem necessariam violeter adducere: sed & si opus sit,vt condescendatis illis,neque istud detrectare. Propterea & subiungit dicens: *Ne cibo tuo illum perdas, pro quo Christus est mortuus.* An ne tanti quidem æstimas fratrem tuum,vt salutem illius, neq; ciborum abstinentia redimendam ducas?Et Christus quidem neq; seruitutem neq; mortem illius gratia recusauit: tu verò nec cibos contempseris, ad hoc vt illum conserues? Atqui Christus tametsi non esset lucraturus omnes, nihilominus tamen pro omnibus mortuus est, quod suum erat adimplens:tu verò quum scias quòd propter cibum illum subuertas in potioribus, adhuc tamen contendes, & eum qui Christo tanti est, tu adeò contemptibilem putabis?Et Christus non solùm pro infirmo,sed & pro inimico mortuus est:tu verò neq; pro infirmo vel cibo abstinebis?Ipse quidem quod maximum erat, fecit: tu verò neq; quod minutulum est. Atque hoc cùm sit ipse dominus, tu verò frater. Sufficiunt autem ista ad perstringendum illum: ostendunt enim ipsum pusillanimem esse,& quum magna nactus sit à deo,modica tamen non reprehendere. *Ne vestrum igitur bonum blasphemetur: non est enim regnum dei esca & potus.* Bonum hîc aut fidem dicit,aut futuram præmiorum spem,aut perfectā pietatem.Non solum enim,inquit, fratrem non iuuas, sed & ipsam doctrinam & gratiā ac domū dei blasphemari facis. Quando enim litigas, quando contendis, quando contristas,quando ecclesiam scindis, quando fratrem conuiciis impetis,proq; inimico habes:facis,vt qui foris sunt,blasphemēt: atq; ita non solum nihil inde corrigitur,sed contrarium omnino contingit. Bonum enim vestrum est dilectio,fraterna charitas, vnitas,colligatio,cum pace & mansuetudine viuere. Deinde rursus & illius metum, & huius contentionem cō trahens:Non enim est,inquit,regnū dei esca & potus: nam ex illis deo non probabimur, id quod & alibi dicit:Neq; si comederimus,abundabimus: neq; si nō comederimus,destituemur. Probatione verò hîc non est opus,sed sententiam suā dixisse satis habet.Quod autē dicit,tale est:Non enim si comederis,in regnum cœlorum istud te inducet. Atq; ideo vt illos tanquam ea in re magnificè de se sentientes carpat & deiiciat,non cibum solum dicit,sed & potū. Quæ sunt ergo in regnū cœlorū introducētia?Iusticia, pax,gaudiū,vita virtutis studio commendata,& pacificus cum fratre cōuictus, cui contraria est contentio:& gaudiū illud ex concordia,quod ipsa aufert increpatio.Ista verò nō alterutro, sed vtriq; dicit: Habet enim iam vtroq; alloquēdi opportunitatem.Deinde quoniam dixerat pacem & gaudium, pax verò & gaudium etiam in malis rebus est, subiungit: *In spiritu sancto.* Itaq; qui fratrem perdit, & pacem is & gaudiū euertit, maioremq; intulit iniuriā, q̄ qui pecuniā rapuit: & hoc sanè peius, quoniā quod alius seruauerit,ipse iniuria afficis ac perdis.Quum itaque cibus,& quæ videtur esse perfectio,in regnum cœlorum non inducant,inducant autem quæ istis subuertuntur:quo modo non modica illa contemnere oporteat, vt quæ magna sunt firmentur? Deinde quoniam

1.Corin.8.c

studium

Universidad de Deusto
Biblioteca

studium illud increpandi ex vana gloria tacitè suboritur, subiungit dicens: *Nam qui per ista seruit Christo, acceptus est deo, & probatus est hominibus.* Non enim ita tu perfectionis gratia, quemadmodum pacis & concordiæ omnibus admirandus eris. Nã hoc bono fruentur omnes, illo verò ne vnus quidem. *Itaque quæ pacis ædificationis, mutua sunt, sectemur.* Aliud ad illũ infirmum pertinet, vt pacificus sit: aliud ad hũc, ne fratrem suum destruat. Veruntamen rursus vtraque illa communia facit, dum ædificationis mutuæ meminit, ostenditq; simul, quòd sine pace difficile sit ædificare mutuum. *Ne cibi causa destrue opus dei.* Salutem fratris ita vocans, timorem auget, atque ostendit quòd contrarium facere studeat. Nam non solùm non ædificas, inquit, quod putabas, sed & destruis: idq; non humanum sed diuinum ædificium, atque ad hoc non eximiæ cuiuspiam, sed exilis rei gratia: nam cibi gratia, inquit. Deinde ne infirmum in mala ista opinione tot indulgentiæ confirment, rursus dogmatizat, dicens: *Omnia quidem munda, sed malum homini est per offendiculum vescenti.* Qui mala scilicet conscientia vescitur: itaque etiam si coëgeris vt is vescatur, nulla tamen suberit vtilitas. Nõ enim immũdum cibus facit, sed animus quo quis vescitur. Hũc itaque nisi correxeris, omnia frustra feceris, quin magis nocueris. Nam non parum differt, immundum putare cibum, & eum qui ita putat immundum, nihilominus degustare. Igitur dupliciter hic peccas, primùm, quòd falsam opinionẽ contẽtione tua auges: alterum, quòd gustare facis, quod immundum putat. Itaq; donec persuaseris, non cogas. *Bonum est non vesci carnibus, neque bibere vinum, neque quicquam per quod frater tuus impingit, aut offenditur, aut infirmatur.* Rursus plus exigit, nimirum, vt non solùm non cogat, sed & illi condescendat. Istud nanq; & ipse sæpenumero fecit, vt quãdo circuncidit, quando tonsus est, quãdo Iudaicam illam oblationem obtulit. Et non dicit illi quòd hoc faciat, sed per modum generalis sententiæ loquitur, ne infirmiorem illum rursus socordem magis reddat. Et quid dicit? Bonum est non vesci carnibus. Et quid dico de carnibus & vino? etiam si aliud quidpiam tale sit quod scandalum præbeat, abstineto. nihil enim tanti est, quod saluti fratris adæquari debeat: atque hoc Christus ipse manifestat è cœlis adueniens, & omnia quæcunque passus est propter nos ferens. Obserua verò mihi quo modo & illum tãgat, quum dicit: Per quod frater impingit, aut offenditur, aut infirmatur. Nam non erit, inquit, vt mihi dicas, quòd præter rationem faciat: sed quòd corrigere queas. Sufficientem etenim iusticiam habet, qua poterit infirmitati illius succurri, atque interim tibi nihil accedit damni: neque enim hypocrisis est res ista, sed ædificatio & dispensatio. Nam si coëgeris illum, quasi definito bello aduersabitur tibi cõdemnabitq;, & ædificabitur magis ad hoc vt non comedat: si verò cõdescenderis, tandem te diliget, neq; pro eo habebit, qui suspiciose doceas, protestatemq; deinceps accipies sensum in illo recta seminare dogmata. Quòd si semel illi exosus fueris, omnem simul accessum futuro sermoni obsepisti. Itaq; ne cogas illum, sed & tu ipse abstineas propter illum, non tanquã ab immundo abstinens: sed quoniam ille si comederes, scandalum pateretur, & eò magis te diliget. ita & ipse Paulus fieri præcipit, quum dicit: Bonum est non vesci carnibus, non quòd immundæ sint, sed quoniã ex eo frater offenditur & infirmatur. *Tu fidem habes? apud temetipsum habe.* Videtur mihi hoc loco & vanæ gloriæ tacitè arguere perfectiorẽ.

Quod verò dicit, tale est: Vis mihi ostendere quàm sis perfectus & consummatus? Non mihi ostentes, sed tua ipsius conscientia contentus esto: fidem verò hic non eam dicit, quæ ad dogmata pertinet, sed quæ propositi est argumenti. De illa siquidem dicit: Ore verò confessio fit ad salutem: &, qui negauerit me coram hominibus, negabo ipsum & ego. Nam illa tum subuertit quãdo confessa non fuerit, ista verò quando intempestiuè. *Supra.16. b Luc.9.d*

Beatus qui seipsum in eo quod probat, non iudicat. Infirmiorẽ rursus percutit, istiq; conscientiæ sufficere coronam ostendit: nam etsi homo non viderit, tu tamen tibi ipsi satis eris ad hoc vt beatus sis. Postquàm enim dixerat, Apud temetipsum habeto, ne modicum & exile tibi videatur istud propriæ conscientiæ forum, dicit illud tibi ipso orbe melius esse. Et si te accusauerint omnes, tu verò teipsum non condẽnaueris, neque ipsa conscientia reprehenderit, beatus es. Verùm non simpliciter de omnibus loquens hoc posuit. Sunt enim multi qui seipsos non iudicant, tametsi vehemẽter delinquant, qui omnes eò sunt miseriores. Sed proposito interea argumento inhæret. *At qui diiudicat, si ederit, condemnatus est.*

κατα λαφὴ habet emẽdatus codex.

Rursus ad parcendum infirmiori adhortãs, hoc dicit: Quid enim vtilitatis fuerit, si seipsum iudicans & cõdemnans ederit? Ego quippe illũ probo qui & vescitur, & cum nulla hæsitatione vescitur. Vide quo modo illum inducat, non solùm vt edat, sed & munda conscientia edat. Deinde & causam ponit, propter quam cõdemnatus sit, subdens ac dicens: *Quoniam non ex fide.*

Non quòd immundus sit cibus, sed quòd non ex fide: non enim mundum esse credidit, sed tanquam immundum attigit. Per ista verò ostendit quantum damni dent, qui non persuasos attingere cogunt quæ ipsis immunda videntur, quatenus vel hoc pacto moti desinant obiurgare infirmos. *Quicquid verò ex fide non est, peccatum est.* Cùm enim quod edit, mundum esse nec confidat nec credat, quo modo nõ peccasse credetur? Hæc autem omnia de proposito tantùm argumento à Paulo dicuntur, non de quibusuis. Et obserua quantam curam habeat vitandi scandali. Nam & suprà dixerat: Si verò propter cibum frater tuus contristatur, nõ iam secundum charitatem ambulas. Quòd si contristãdus non est, multò minus scandalizandus. Et rursus, Ne cibi causa destruas opus dei. Si enim ecclesiam suffodere graue est & scelestum, multò magis si hoc templo spiritali fiat. Augustior quippe est homo magisq; venerãdus, quàm ecclesia. Nõ enim propter parietes mortuus est Christus, sed propter ista spiritus sancti exempla. *Hic supra.c ibidem.*

Morale.

Circunspectis itaque singulis, quæ ad nos pertinent, videamus ne cuiquam vel modicam mali ansam præstemus. Stadium quippe præsens hæc vita est, & innumeros oculos, quos circunquaque dirigamus habere oportet, neque putandum ad apologiam sufficere ignorantiam: erit enim, erit inquam, quando & ignorantiæ pœnas dabimus, quando scilicet & ipsa ignorantia veniam non habebit. Nam & Iudæi ignorarunt, sed ea ignorarunt, quorum ignorantia veniam nõ meretur: & Græci ignorarunt, sed excusationem non habent. Quòd si ea ignoraueris, quæ sciri non possunt, præter culpã erit: si verò quæ scitu & possibilia sunt & facilia, extremas pœnas meritò dabis. Nisi enim vehementer pigri negligentesq; fuerimus, sed quæcunq; ad nos pertinent, simul attulerimus, & in his quæ ignoramus, manum porriget deus: id quod & Philippensibus scribit Paulus: Et si quid aliter, inquit, sentitis, hoc quoque vobis *Philip.3.c*

Acto.16.d 18.e.& 21.e

Universidad de Deusto
Biblioteca

bis deus reuelabit. Si verò nihil eorum, quę nostrę sunt potestatis, expedire voluerimus: neque illius potiemur
Matth.13.b auxilio. Idem & Iudæis vsu venit: nam in parabolis, in-
Ibid.12.b quit, illis propterea loquor, quòd videntes non vidēt.
Ioan.8.f Quo modo videntes nō videbant? videntes expelli dę-
mones, dicebant, dæmonium habet: mortuos excitari conspicientes nō adorabant, sed interficere ipsum tentabant. Sed Cornelius nō ita: atque ideo quoniam diligenter quicquid poterat, faciebat: quod reliquum adhuc deerat, adiecit deus. Ne dicas itaque, quo modo hunc vel illum simplicem & bonum contempsit deus,
Græcū passim pro Gētili siue Ethnico ponit. eò quòd Græcus sit? Nam primùm quidē quis simplex sit ab hominibus cognosci nequit, sed ab eo solo qui singula corda formauit. Deinde & hoc dici potest, quòd plerunque qui talis videtur, veritatis nullam habeat vel curam vel diligentiam. Sed dicis: & quo modo poterit, quum sit homo vehemēter simplex & idiota? Simplicem itaque hunc & idiotam in rebus terrenis mihi consideres ac discas, videasq; quàm multam illic ostendat diligentiam, quam si & spiritalibus impēdere voluisset, contemptus vtique non fuisset. Sole quippe clariora sunt quæ veritatis sunt, & vbicunque quis intenderit, facilē suam ipsius salutem apprehendet: siquidem aduertere voluerit, illamq; non velut obiter quærendam putauerit. An in Palæstina occlusa sunt salutis negocia. An in modico orbis angulo? Nō audisti pro-
Barc.1.a phetam dicentem: Quoniam omnes cognoscent me
ἐυτεταμένως. à paruo vsque ad magnum? Non vides rem ipsam loqui? Quo modo ergo veniam habebunt isti, cùm veritatis doctrinam expositam videant, & manifestam: & tamen nec satagunt, nec curant, quò illam discant? Et ista, inquies, ab eo exigis qui agrum incolit, & à barbaro? Nō solùm ab agricola & barbaro, sed & si quis barbaris istis, qui nunc sunt, barbarior fuerit. Quánam ratione, dic quæso, in rebus secularibus qui talis est, & cō-
tradicere nouit iniuria adfectus, & resistere violētiam passus, omniaq; facere ac moliri, vt neque calumniam aliquando ferat, cùm in rebus spiritalibus eadem prudentia non vtatur? Et quando lapidē adorat, deum ratus, festiuitatesq; celebrans pecunias insumit, multamq; religionem ostēdit, per simplicitatem socors ac negligens non redditur: quando verò qui verè est, quærendus est Christus, tum mihi simplicitatē & stupiditatem memoras? Nihil est itaq; quod dicis, nihil est inquam, sed solius negligentiæ socordiæq; culpa perit. Nā quos simpliciores agrestioresq; putas, an qui temporibus Abrahæ, an qui nūc viuunt? Manifestum, quòd qui temporibus Abrahæ vixerūt. Quando verò facilius fuit veram inuenire pietatem, an nunc an Abrahæ temporibus? manifestum quòd nunc. Nam nunc quidem & dei
παρὰ πᾶσι βεβόητα. nomen † inuocatum est ab omnibus, ‖ & prophetæ præconizando prædixerunt, & res in effectū abiit, & Gentium nugæ conuictę sunt. Tunc verò rudes adhuc erāt
apud omnes celebre factum est. plerique, peccatumq; regnabat. Adhæc neque lex erat quæ instrueret, neque propheta, neq; miracula, nec doctrina, nec multitudo deum agnoscentium, nec aliud tale quippiā: sed velut tenebris profundis nocteq; densa & hyemali adoperta erant omnia. Veruntamen admirabilis hic & generosus vir, licēt tot essent impedimenta, nihilominus & deum agnouit, & virtutem exercuit, alioq; multos in eundem zelum induxit: idq; tametsi neque externæ sapientiæ aliquid haberet experientię. Quo modo enim habuisset, quū nusquam dum inuētæ essent literæ? verùm quoniam quod suum erat, ad hanc rem contulit, contulit simul & deus quod & reliquum & sui muneris erat. Neq; enim dicere potes, quòd pietatem suam ex patribus acceperit Abraham. Idololatra quippe erat pater. Nihilo tamē minus, licēt talibus esset progenitoribus, homo barbarus in medio barbarorum educatus, nullum habens pietatis præceptorem: & deum tamen agnouit, & nepotibus suis vniuersis, quibus & lege frui datum est & prophetis, adeò factus est clarior, vt exprimi nequeat: vnde quæso? Quòd in temporalibus quidem non admodum solicitus fuit, in spiritalibus verò sese totum intendit. Quid verò Melchisedek? Nunquid & ipse eisdem temporibus vixit, tantumq; emicuit, vt & sacerdos dei appellaretur? Etenim impossibile, vehemēter, inquam, impossibile fuerit, eum qui aduigilauerit aliquādo contemptum iri. Ne verò nos istud turbet, sed sciētes quod vbique mētis prævalet dominiū, quæ nostra ipsorum sunt cōsideremus, si quo pacto meliores reddamur. Ne vocemus deum in iudicium, neque scrutemur, cur hunc reliquerit, istū vocauerit. Hoc etenim nihil aliud fuerit, quàm si seruus suopte vicio reiectus curiosè excutiat heri œconomiam. Miser ac ærumnose, quum te rationum tuarum te solicitum esse oporteret, & quo modo dominum tibi conciliares, à domino rationem exigis tanquam rationem non redditurus? eaq; prætercurris quorum pœnas vt tu luas necesse est? Quid igitur ad ad Græcum, inquis, dicam? Hæc ipsa scilicet: vide autem ne solùm dicas ad Græcum, sed & quo modo ipsum emendes. Quando vitam tuam exquirens scandalū ab illa patitur, hic cura quid dicas. Pro illo siquidem etiam si scandalizetur, rationem nō dabis: verùm si ex vita tua nocumēti quicquam acceperit, extremum subibis periculum. Quādo de regno dei philosophantem te viderit, & tamen interim præsentia admirātem & gehennā metuentem, & ad ea mala quę hic sunt trementem, tunc quid dicas vide. Quādo scilicet ista videns reprehēdet ac dicet: Si regnum dei amas, qua ratione præsentia nō despicis? Si tribunal quoddam terribile expectas, quid præsentes molestias non contemnis? Si immortalitatem speras, cur mortem non floccipendis? cùm ista, inquam, dixerit: tum cura quo pacto te excuses. Si quando te pecuniarum iacturam formidare viderit qui cœlos expectas, proq; vnico obolo impēdio gaudere, ac rursus modici argēti gratia quasi venalē exponere animam, tunc solicitus esto. Ista quippe sunt: ista sunt, inquam, vnde Græci scandalizantur. Itaque si tuæ ipsius salutis curam habes, pro istis respōde, verum non verbis, sed factis. Nam propter illā quidem quęstionem, deum nemo blasphemauit vnquam, propter malā verò vitā innumeræ sunt vbiq; blasphemiæ. Hoc igitur corrige: alioqui rursus dicet tibi Græcus, vnde discā, quòd possibilia præceperit deus? Nam ecce, tu quum ex ipsis progenitoribus Christianus atq; in bona ista religione enutritus sis: nihil tamen quòd huc pertineat, facis. Quid dices. Omnino respondebis, ostendam tibi alios qui faciant, nimirum monachos eremum incolētes. Non erubescis, quòd cùm Christianum te fatearis, ad alios mittas, vt qui quæ Christianorum sunt, designasse te demonstrare non valeas? Ille siquidem cōfestim dicet: Quam ergo mihi necessitatem facis eundi ad montes, solitudinesq; persequendi? Si enim possibile nō est huic incumbere philosophiæ, eum qui in mediis versatur vrbibus, magna vtiq; fuerit cōuersationis vestræ reprehēsio, siquidem relictis vrbibus ad solitudines currendum sit. Sed ostēde mihi hominem, qui & vxorem habēs & pueros simul ac domum philoso-

Universidad de Deusto Biblioteca

τραχαλι-σαν. sed cod. e-mēd. habet νέραν-σαν.

philosophetur. Quid igitur ad ista dicemus? An nō necessariō decidemus & cōfundemur? Neq; enim Christus ita præcepit? Sed quo modo? Luceat lux vestra, inquit, coram hominibus, non coram montibus, neque coram solitudine, aut recessibus aliis. Atque hæc dicēs, non illis detraho, qui montes occupant: sed habitatores vrbium deploro, eo quòd ex illis virtutem exegerint. Hortor itaque, vt philosophiā ex montibus in vrbes reducamus, vt ciuitates sint verè ciuitates. Ista sunt quæ Græcum emēdare, ista quæ ab innumeris scandalis liberare nos possunt. Itaque si voles & illum à scandalo liberare, tibiq; innumera nanciscī præmia, tuam ipsius corrige vitam vndique illam illustrem reddens, vt videant homines bona opera tua, glorificentq; patrem qui in cœlis est. Ad hunc quippe modum nos ineffabili illa magnificaq; gloria potiemur, & nunc & B semper & in infinita seculorum secula, Amen.

omilia xxvij.

Hanc veteridē vulgata editio ad finē adiecit epistolæ.

ET autem qui potens est confirmare vos secundum euangelium meum, & secundum prædicationē Iesu Christi, iuxta reuelationem mysterij temporibus æternis taciti, manifestati verò nūc per scripturas propheticas iuxta præceptum æterni dei, ad obedientiā fidei in omnes Gentes patefacti, soli sapienti deo, per Iesum Christū cui gloria in secula, Amen. Ista hæc perpetua Pauli consuetudo est, precatione & glorificatione adhortationem claudere. Sciebat enim rem hanc non leuis esse momenti. Consueuerat autē istud ex magno amoris, nimirum paterno, affectu simul ac pietate facere. Ad præceptorē quippe, qui & puerorum & dei sit amans, pertinet, non tantùm sermone instruere, sed & precationibus diuinū auxilium instructis impetrare, id quod sanè & hoc loco facit. *Lectionis* verò & sen- C *sus hæc est consequentia: Ei autem qui potens est confirmare vos, sit gloria in secula, Amen.* Rursus etenim infirmis illis immoratur, sermonemq; ad eos dirigit. Cùm enim increparet, communi vtebatur increpatione. Nunc verò facta precatione, supplicationē pro istis ponit. Postquàm autem dixerat, Qui potens est confirmare vos, adiecit etiā iuxta quem modum: Secundum euangeliū meum. Hoc verò dicens, ostendit illos nondum fuisse confirmatos. Nam steterāt quidem, verùm rursus fluctuabant. Deinde vt fide dignū faciat sermonem, subiungit, & secundum prædicationē Iesu Christi: hoc est, quam ipse prædicauit. Si verò Christus ista prædicauit, iam non nostra sunt dogmata: sed illius leges. Subinde & de illa Christi prædicatione philoso-phans donū istud & magni esse beneficij simul & ma- D gni honoris ostendit. Et primum quidem ab ipso prædicante probat, deinde & ab ipsis prædicatis: euangelia siquidem erant: præterea & ab eo quòd nihil horū ante nos cognoscebatur: id quod significat, cùm dicit: Iuxta reuelationem mysterij, quod quidem maximè philosophiæ signum est, quod mysteriorum participes illos facit. Temporibus æternis taciti, manifestati verò nunc. Olim quidem præfinitum erat, nunc autem apparuit. Quo modo apparuit? per scripturas propheticas. Rursus & hic infirmi timorem exoluit. Quid enim times, inquit? Ne deficias à lege? Atqui hoc ipsum exigit lex, hoc ipsum iā antea prædixit. Si verò quæsieris, qua ratione nunc tandem apparuerit, periculosam rem facis, mysteria dei curiosè examinans, rationemq; illorum exigens. Neque enim talia curiosè inquirenda, sed diligenda sunt & amplectēda. Vnde & ad obstruendam huiusmodi animi sententiā, subinfert: Iuxta præceptum A æterni dei, ad obedientiam fidei. Obedientiam quippe fides exigit, non curiositatem: & quādo deus præcipit, morem oportet gerere, non curiosè inquirere: deinde & aliunde confidentiores illos facit, cùm dicit, In omnes Gentes patefacti. Nō enim solus, inquit, ita credis, sed tecum vniuersus etiam orbis: non hominem, sed deum ipsum adeptus doctorē, vnde & subiungit: Per Iesum Christum. Non est autem mysterium hoc patefactum solùm, sed & confirmatū. Vtrunque verò ipsius est opus. Propterea & ita legendū est: Ei autem qui potens est confirmare vos per Iesum Christum, vtrunque siquidem illi, quemadmodum dixi, acceptum fert. Imò nō solùm vtrunque, sed & gloriam illam quæ patrem cōcernit illi adscribit. Propter quod & subdit: Cui gloria in secula, Amen. Glorificat autem illum ad incomprehensibilia illa mysteria denuò stupefactus. Neque enim etiam nunc posteaquam apparuerūt, cogitationibus illa quisquam comprehēdere potest, sed oportet vt fide agnoscantur. Aliter autem non licet. bene verò dixit, Soli sapienti deo. Quando enim perpenderis, quo modo Gentes adduxerit, illisq; qui iam olim rectè vixerunt, cōmiscuerit, quo modo deploratos saluauerit, quo modo tellure indignos ad cœlos euexerit, & eos qui ex præsenti hac vita exciderant in immortalem illam & ineffabilē induxerit, & à dæmonibus pessundatos angelis pares fecerit, paradisumq; aperuerit, ac vetera mala in vniuersum sustulerit, idq; breui tempore, viaq; & facillima & compendiosissima: hæc, inquam, si perpenderis, tunc cognosces illius sapientiam, quando videlicet videris, quod neque angeli neque archangeli viderunt, id confestim eos qui ex Gentibus sunt, per Iesum Christum edoctos esse. Oportebat itaque illius C admirari sapientiam, ipsumq; glorificare. Tu verò circa modica versatus vmbræ adhuc immoraris, id quod non est valde Christū glorificantis. Qui enim illi non fidit, neque fide persuasus est: factorum illius magnificentiæ testimonium non præbet. Verùm pro illis gloriam Christo refert Paulus, vt & eos ad æmulādū prouocet: cùm verò audis dicentem apostolū, Soli sapienti deo, ne putes ad improbationē filij dici. Si enim omnia ista, vnde ipsius sapientia demonstratur, per Christum facta sunt, sineq; illo factum est illorum ne vnum quidem, facilè liquet, quòd & quæ sapientiā ipsam cōcernunt, vtrinque paria sunt. Quamobrem igitur, soli, dixit? Ad discretionē scilicet vniuersæ creaturæ. Reddita itaq; glorificatione, rursus à precatione in adhortationem desinit, versoq; ad firmiores sermone subse-
quenter dicit. *Debemus autem nos qui potentes sumus.* De- *Cap. XV.*
bemus, non donamus. Quid debemus? *Infirmitates impotentium portare.* Vides quo modo illos encomiis extulerit, non solùm quòd potētes, vocauit, sed & quòd in suum ipsius ordinem illos secum collocauit? Neq; hoc solùm, sed & vtilitatis argumēto vitataq; omnium inuidia rursus illos attrahit. Nam tu quidem, inquit, potens es, & si condescēderis, nihil damni feres: ille vero extrema periclitatur, nisi portatus fuerit. Et nō dicit infirmos, sed infirmitates impotētium, vt ipsorum misereantur attrahens & inuitans, quemadmodum & alibi
dicit: Vos qui spiritales estis, instaurate eum qui huius- *Galat. 5. b*
modi est. Potens factus es? Repēde deo mercedem qui talem te fecit. Tum autem rependes, quādo infirmitatē ægroti correxeris. Eramus enim & nos infirmi, gratia vero dei potentes facti sumus. Istud autem non solum hic oportet facere, sed & circa eos qui alio infirmitatis genere laborant: vtpote si iracundus quis aut

conui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

conuiciator fuerit, aut aliud quippiam vicij habuerit, A portato:quo modo vero fiet iſtud?Audi ſequẽtia.Cùm enim dixiſſet,portare debemus,ſubiunxit: *Ac non placere nobis ipſis. Vnuſquiſque veſtrum proximo placeat in bonum, ad ædificationem.* Quod vero dicit,tale eſt:Potens es:Experimentum potẽtiæ tuæ ſumat infirmus,ille robur tuum diſcat.Illi placeas, ſed in bonum: & neq; ſimpliciter in bonum, ne dicat perfectus, ecce ad bonum illũ traho, ſed adiicit,ad ædificationem.Itaque ſiue dines fueris ſiue potẽs, nõ tibi ipſi,ſed pauperi & egeno placeas. Hoc pacto ſiquidem & vera potieris gloria,& multum feres fructus & emolumẽti. Temporaliũ quippe rerum gloria confeſtim auolat,ſpiritalium vero manet,ſiquidem ad ædificationem hoc feceris. Propterea ab omnibus iſtud exigit.Non enim ille vel ille,ſed vnuſquiſque,inquit,veſtrum. Deinde quoniam magnum quid præceperat, propriamq; demittere perfectionem ad alterius B inſtaurandam infirmitatem iuſſerat, Chriſtum rurſus in medium adducit,dicens: *Nam & Chriſtus ſibi ipſi non placuit.* Quod quidem & ſemper facit. Nam quum & de eleemoſyna loqueretur,ipſum adducebat dicẽs:Cognoſcite gratiã domini,quoniã cùm dines eſſet, propter vos pauper factus eſt: & cùm ad dilectionẽ adhortaretur,hinc quoq; adhortabatur dicens:Quemadmodum & Chriſtus dilexit nos. De ferenda etiam confuſione & periculis conſulens, ad eundem confugit, dicens: Qui pro gaudio ſibi propoſito,crucem ſuſtinuit, confuſione cõtempta . Ita & hic Chriſtum quoq; idem feciſſe oſtendit.Prophetamq; qui hoc iam olim prædixit,inducit.Vnde & ſubdit: *Quemadmodum ſcriptum eſt, Opprobria opprobrantium tibi ceciderunt ſuper me.* Quid eſt autem,nõ placuit ſibi ipſi? Poterat nulla ferre opprobria, poterat quæ paſſus eſt non pati,ſiquidem quę ſua erant C ſpectare voluiſſet.Verum noluit, ſed quod noſtrum erat reſpiciens,quod ſuum neglexit.Et cuius gratia non dixit,ſeipſum euacuauit? Quoniam non ſolùm oſtendere voluit,quòd homo factus eſt, ſed quod & conuiciis impetitus eſt, & malã à multis adeptus eſt opinionem,ob id quod infirmus putaretur. Dicebãt enim, Si filius dei es,deſcẽde de cruce:&,Alios ſaluauit,ſeipſum ſaluare nõ poteſt:Rem ideo commemorat talem, quæ ad præſentis argumenti propoſitum faceret, multoq; plus oſtendit ac probat, quàm promiſerat. Non enim Chriſtum tantummodo opprobriis adfectũm oſtẽdit, ſed & patrem:opprobria ſiquidem,inquit,opprobrantium tibi inciderunt in me. Quod verò dicit, tale eſt: Nihil cõtigit noui,nihil peregrini. Qui enim in veteri teſtamento ſtudio opprobrandi deo laborarũt, iidem & aduerſus filium inſanierũt. Hæc autem ideo ſcripta D ſunt,ne & nos illos hic imitemur. Deinde & ad tentationum tolerantiam munit. *Nam quæcunque præſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam,* inquit, *præſcripta ſunt, vt per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus.* Hoc eſt, ne excidamus. Multi ſiquidẽ ſunt agones à foris & ab intus, vt & corroborati per ſcripturas & conſolati tolerantiam oſtendamus, inq; tolerantia viuentes,in ſpe maneamus.Nam viciſsim hæ duę alteram parit altera, tolerantia ſpem,ſpes tolerantiã: vtraque verò ex ſcripturis naſcitur . Deinde rurſus ad precationẽ verſo ſermone,dicit: *Deus autem tolerantiæ & conſolationis det vobis vt eadem ſitis in alium affectu ſecundum Chriſtum Ieſum.*

Nam dilectionis hoc proprium eſt, vt quod pro ſe quiſque curat, idẽ faciat & pro altero. Deinde vt oſtẽdat quòd non ſimpliciter dilectionem quærat,ſubiungit,ſecũdum Chriſtum Ieſum: id quod vbique facit, eò quòd & alia quædam dilectio eſt. Et quænam eſt concordiæ huius vtilitas? *Vt vnanimiter,* inquit, *vno ore glorificetis deum & patrem domini noſtri Ieſu Chriſti.* Non dicit ſimpliciter, vno ore, ſed & vna anima fieri hoc præcipit.Vides quo modo totũ corpus coadunauerit? Quo modo ſermonẽ rurſus in glorificationem concluſerit? Vnde & potiſsimũ ad conſenſum & cõcordiam hortatur & allicit. Deinde rurſus hinc eidem adhortationi immoratur dicens: *Propterea aſſumite vos mutuò, quẽadmodum & Chriſtus aſſumpſit vos ad gloriam dei.* Rurſus exemplum è ſupernis,& lucrum ſimul ineffabile. Nam ex hoc potiſsima gloria deo accedit, quòd in vnũ complicamur & concludimur . Itaque ſi quando tui gratia nonnihil dolens, à fratre diſſentis, animo perpendens quòd iram dimittens dominum tuum hoc pacto glorificas:etſi non propter fratrem, propter hoc tamen ipſum recõciliare, imò verò propter hoc præcipuè.Nam & Chriſtus hoc ſurſum ac deorſum verſans, & ad patrem diſſerens, dicebat: In hoc cognoſcent omnes, *Ioan.13.b* quòd tu me miſeris,ſi vnum fuerint.

Morale.

Perſuadeamur itaq;, coaptemus nos ipſos inuicem. Nam hoc loco non iam ſolos infirmos, ſed ſimul omnes excitat.Quòd ſi quis abs te ſeipſum auellere cupiat, tu vide ne quantum in te eſt auellaris ab ipſo. Neq; frigidum iſtud & imbecilli animi verbũ proferas, Si me dilexerit,diligam.Si me dexter quoque nõ dilexerit oculus, effodiã illũ. Satanica ſunt iſta, publicanorumq; & Græcorũ puſillanimitati conuenientia.Tu verò quũ ſis ad potiorem ciuitatem & cõuerſationem vocatus, inq; ipſum cœlum inſcriptus, maioribus quoq; legibus obnoxius es.Ne dicas itaque talia,ſed ſi quando amare te noluerit, tum maiorem etiam dilectionem oſtendito,quatenus ipſum attrahas. Membrũ ſiquidẽ eſt . Mẽbrum verò ſi neceſsitate quapiam à reliquo fuerit corpore abſcindendũ, nihil nõ molimur,quò illud vniamus iterum,ita vt nunquam maiorem curam impẽdamus:ita tibi quoque faciendũ.Nam tũ demũ maior expectanda tibi merces eſt, quando diligere recuſantem attraxeris.Si enim eos potiſsimum ad prandium vocare iubet,qui vicem rependere nequeunt, quò aucta nos maneat retributio : multò magis circa dilectionẽ hoc facere oportet.Qui enim dilectus diligit, mercedẽ tibi eo ipſo iam reddidit. Qui verò dilectus non diligit, deum pro ſeipſo debitorẽ tibi conſtituit. Præterea ſi te dilexerit,non multa cura opus habebit:ſi verò non dilexerit, tum potiſsimum tua cura & adiutorio iuuãdus erit.Cauſam itaque curæ ac diligẽtiæ,ne cauſam facias ſocordiæ ac negligentiæ: neque dicas, quoniam morbo laborat,ideo ipſum negligam.Morbus ſiquidem eſt iſta dilectionis frigiditas. Tu verò,quod frigidum eſt, calefacito. Quid autem ſi calefieri nõ ſuſtinẽt, inquies? Perdura quod tuum eſt faciens . Quid ſi eo magis peruertetur?Rurſus maiorem tibi retributionem procurabit. Eoq; te magis imitatorẽ eſſe Chriſti declarabis . Si *Ioan.13.d* enim dilectio mutua diſcipulorum inſigne eſt (in hoc enim cognoſcent omnes,inquit, quòd diſcipuli mei eſtis,ſi vos inuicem dilexeritis)perpẽde quantũ ſit, odio proſequentẽ diligere . Nã & dominus tuus oſores ſuos dilexit & prouocauit . Et quantò erant infirmiores, eò maiorẽ curam impendit clamauitq; dicens: Non opus *Matth.9.b* habent medico qui ſani ſunt,ſed qui malè habent.Mẽſa quoq; ſua & publicanos & peccatores dignatus eſt. Et quanta à Iudæis afficiebatur ignominia,tantum viciſsim erga illos & honoris oſtẽdit & curæ.Imò multò

plus

Rom.15.a *Pſal.68.b* *Matt.27.e* *Ibidem.* *Luc.14.a*

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Cor.13.b plus etiam,hunc æmulaberis & tu.Neque enim modici momenti virtutem habet hoc factum. Tale siquidē est, vt sine eo martyr etiam deo placere nequeat,quemadmodum Paulus dicit. Ne dicas itaque,quoniam odio habeor,propterea non diligam: propter hoc enim ipsum potissimum diligere debes.Alioqui nō facilè fit vt
Matth.5.g qui diligit,odio habeatur. Nam etiam si bestia quis sit, diligētes tamen diligit:hoc enim,inquit,& Ethnici faciunt & publicani. Si verò diligētes se quisque diligit, quis non eos diligat, qui tametsi odio habeātur, nihilominus diligūt:Hoc itaque declara,neque cesses quin perpetuò dicas, quoniam quantumvis exosus tibi sim, non quiescam tamen,quo minus te diligā. Hoc si feceris,nullam non contentionem sedabis,nullā non animam emollies. Morbus enim iste aut ex inflāmatione fit,aut ex frigiditate. Verū vtriq; dilectionis virtus suo
Ab exēplo turpis amoris. calore mederi consueuit.Nō vides turpes illos amatores,alapas,sputa, opprobria, innumeraq; alia incōmoda,quæ fornicariæ illæ mulieres infligunt, patiēter ferre:Quid igitur amorem hunc eximet? Illata conuicia? Nequaquam.Imò magis inde accenditur.Et quāquam ista facientes mulierculæ preterquā quod fornicantur, obscuro etiam ac vili genere sint, qui vero talia ab illis patiūtur, illustres sæpenumero progenitores cōnumerare, multamq; maiorum possent prætēdere celebritatem: neque hoc tamen illos liberat,aut ab amata cohibet.An nō erubescimus quod tantam erga deum dilectionem, quantam habet potentiam diabolicus ille ac dæmoniacus amor,ostēdere nequimus? Non considerasquod aduersus diabolum maximum sit hoc munimentum:Nō intelligis, quod malus ille dæmon instet, quatenus exosum ad se trahat membrū tuum circumuenire satagens?Tu vero negleēto illo transis,pugnæq; praemium prodis. Nam veluti præmiū in medium ponitur frater:quod si viceris, coronam adeptus es.Si vero neglexeris,sine corona discedes.Cessa itaque à satanico illo verbo: Quoniā si odit me frater meus,ne visu quidem illū dignabor.Nihil enim turpius dici poterit, tametsi generosæ mentis indicio multi hoc esse velint. Sed nihil illis est ignobilius,nihil stultius, nihil crudelius.Propterea quoque potissimū lugeo,quod quæ maliciæ sunt,virtutis esse multi putant, & fratrem cōtemnere & despicere splendidū videtur & honestū: quod quidem fortissimus est diaboli laqueus,nimirum quod & bona opinione malicia circūdatur, vnde & difficile adeo vel tollitur vel relinquitur.Ego quidē multos audiui hoc ipsum gloriantes, quod auersos à se nō accesserint:atqui dominus tuus in eo gloriatur etiam.Quoties illum conspuerunt homines? quoties auersati sunt? Ipse vero non quiescit,quin adcurrat. Ne dicas igitur, quoniam odientes me non possum accedere: sed dic, quoniam auersantes me auersari nequeo.Hoc demum fuerit discipuli Christi verbum, quemadmodum & alterum diaboli.Hoc illustres fecit & celebres, alterū vero turpes ac ridiculos.Admiramur ob id Mosem,quod
Exod.32.b quum diceret illi deus,Dimitte me,& ira percitus conteram & delebo illos, auersari non potuit eos, qui iam
Ibidem.g toties illum auersati fuerāt:sed dixit, Si quidem peccatum hoc illis dimittis, dimitte, sin minus,me quoq; cū illis dele.Erat enim & amicus & imitator dei. Ne gloriemur itaque in eo, quod magis occultare oportebat. Neque dicamus quæ forensium sunt & dissolutorū hominum,nimirum:Innumeros auersari scio,sed etiam si alius quispiam hoc dixerit,irrideamus illum potius,atque os illius obstruamus, gloriantis illic, vnde magis confundi oportebat. Quid quæso dicis? Auersaris hominem fidelem, quē Christus, cùm infidelis adhuc esset,non est auersatus? Quid dico,non est auersatus? Ita quippe illum adhuc inimicū ac turpē dilexit, vt mortuus etiam pro illo sit. Deinde ipse quidem illum adeò fortiter,ac talem dilexit: tu verò formosum iam & admiratione dignum,membrumq; Christi,imò dominicum corpus factum, dic quæso contemnis atque auersaris? Non obseruas quid dicas? Nō sentis quid temerè audeas? Caput habet ipsum Christū, & mensam, & vestimētum,& vitam,& lumen & sponsum.Nā omnia illi Christus est, & audes dicere,auersor illum? Et nō solùm illum,sed & cū illo innumeros alios? Compesce ac cohibe infamiā istam:agnosce fratrem:disce verba ista stulticiæ esse atq; insaniæ,dic cōtraria.Etiam si me millies fueris auersatus, nō tamen deficiā. Atq; hoc pacto, & fratrem lucraberis, & ad gloriam dei coges,bonaq; futura adipiscēris gratia & benignitate,&c.

Homilia xxviij.

Dico autem Christum Iesum ministrum circuncisionis fuisse pro veritate dei, ad confirmandas promissiones patrum.

Rursus de Christi pro nobis cura & solicitudine differit eidem adhuc capiti inhærens, ac ostēdens,quanta pro nobis fecerit,& quo modo sibi ipsi non placuerit. Adhæc simul & illud probat, quòd Gentes videlicet maiorum ac plurium debitores deo sint.Si maiorum debitores sunt,tenētur vtique patienter ferre eos qui ex Iudæis infirmi sunt.Nā posteaquam illos vehementer reprehenderat, ne isti sibi ex eo plus æquo placerent, rursus eorum contrahit arrogantiam. Iudæis quidē bona illa ex promissione patribus facta, data esse ostēdit.Gentibus verò ex sola misericordia & benignitate.Vnde & dicit:Gentes verò pro misericor- *Hic infra.d*
dia glorificent deum.Vt autem clarius fiat quod dicit, audi ipsa denuò verba,vt discas quid sit Christum pro veritate dei ministrum circuncisionis fuisse, in hoc, vt cōfirmentur promissiones patrū.Quid igitur est quod dicit?Abrahæ facta erat promissio,ita sonans:Tibi da- *Gene.12.b*
bo terram & semini tuo, & in semine tuo benedicētur omnes Gentes. Verùm post istam promissionē supplicio facti erant obnoxij,quotquot erāt de semine Abrahæ.Lex enim quam transgressi fuerant, iram illis operata erat, promissioneq; illa patrum consequenter priuauerat. Adueniens verò filius apud patrē egit,vt promissiones illæ revera præstarentur,& in effectū abirēt. Omni siquidē lege adimpleta, simulq; cum lege & circūcisione,deinde & per crucem, maledictione quæ legis trāsgressionem cōcernebat,sublata, promissionem hanc intercidere non est passus.Cùm itaque Christum ministrum circuncisionis fuisse scribit,hoc dicit,nimirum quod aduenerit, quòd totam legē adimpleuerit, quòd circūcisus,semenq; Abrahę factus,& maledictionem soluerit, & irā dei sedauerit, aptosq; deinceps eos qui futuri erant,ad suscipiēdam promissionem fecerit, semel ab eo,quòd deum offenderant,absolutos. Itaque ne ob legis obseruantiam reprehensi Iudæi dicant: Et quo modo Christus circuncisus est, totamq; legem custodiuit?in contrarium istud inuertit.Nō enim legem, inquit,ideo seruauit Christus, vt maneret,sed vt illam solueret, teq; ab imminente maledictione liberaret, & ab omni in vniuersum illius dominio. Quoniā enim tu legem transgressus es, ideo illā ipse adimpleuit: non vt tu illam adimpleas,sed vt promissiones patribus factas tibi cōfirmaret,quas lex intercidere fecerat, ostendens

Universidad de Deusto
Biblioteca

dens te deum offendisse, atq; ideo hæreditate quoque indignum esse. Itaque & tu mediãte gratia saluatus es. Reiectus enim eras. Noli itaque dissidere, aut intempestiuè legi adhærendo cõtendere, quando illa te ex promissione ista reiecissiet, nisi tãta pro te passus esset Christus. Passus est autem ista, non ideo quòd salute dignus esses, sed vt deus verax esset. Deinde ne ex isto qui ex Gentibus est, occasionem inflandi sumat, dicit: *Gentes verò super misericordia glorificent deum.* Quod autem dicit, tale est: Iudæi quidem, licèt indigni essent, promissionem tamen habebant. Tu verò neque hãc habebas, sed ex sola diuina benignitate saluatus es. Tametsi, quod potissimũ est, nihil illis amplius ex promissione accessisset, nisi Christus aduenisset. Veruntamen vt illos in vnum commisceat, prohibeatq; ne aduersus infirmiores à fortioribus insurgatur, mentionem facit promissionum. De istis verò dicit, quòd sola misericordia saluati sint. Vnde & æquum erat, vt potissimũ deum glorificarent. Gloria verò dei est, quãdo coadunamur, quando vnimur, quãdo vnanimiter illum laudamus, quando infirmum portamus, quando abruptum etiã membrum non contemnimus. Deinde & testimonia inducit, quibus probet, quòd illis qui ex Gentibus sunt, credentes ex Iudæis coaptari oporteat, sic dicens: *Sicut scriptum est: Propterea confitebor tibi in Gentibus domine, & nomini tuo psallam. &, Gaudete Gentes cum populo eius. &, Laudate dominum omnes Gentes, & collaudate ipsum omnes populi. &, Erit radix Iesse, & qui exurget imperare Gentibus, in eo Gentes sperabunt.*

Psal.17.d & 4. Reg. 22.d Psal.116.a Esaiæ.11.c

Hæc autem omnia ideo adduxit, vt ostendat, quòd vniri vtrosque populos oportuerit, simulq; deum glorificare: interim & eum qui ex Iudæis erat, contrahens, ne aduersum istum erigeretur, videlicèt ab omnibus prophetis vocari Gentes: & eum qui ex Gentibus erat ad modestiam reuocans, dum ostendit illum maiori gratiæ obnoxium esse. Deinde sermonem rursus precatione concludit, dicens: *Deus verò spei impleat vos omni gaudio in credendo, in hoc, vt exuberetis in spe, per potentiam spiritus sancti.* Hoc est, vt liberemini ab illa mœsticia quam erga vos inuicem habetis, vt non deiiciamini aliquãdo, vincaminive ab istis tentationibus. Istud autem erit, quãdo in spe exuberabitis, id quod bonorum omnium causa est. Erit autem hoc ex spiritu sancto: verùm non simpliciter ex spiritu sancto, sed si quæ nostra quoque sunt, simul attulerimus. Propterea dicit, in credendo. Ita siquidem gaudio poteritis adimpleri, si credideritis, si speraueritis. Verùm non dicit, si credideritis, sed, si exuberaueritis in spe, vt non solùm consolationem malorum reperiatis, sed & gaudium habeatis propter fidei ac spei exuberantiam, atque ita & spiritũ sanctum attrahetis, sicq; illo præsente omnia bona conseruabitis. Quemadmodum enim vitam vestram esca continet, atque istam vita vicissim dispensat: ita si bona opera habuerimus, spiritum sanctum habebimus: & si spiritum sanctum habuerimus, bona etiam opera habebimus. Quemadmodum & è contrario, si opera non habuerimus, spiritus sanctus auolabit: si verò à spiritu sancto vacui fuerimus, etiam circa opera claudicabimus. Abeunte siquidem illo, accedit spiritus immundus, id quod in Saüle liquet. Quid enim quod non æquè nos agitat & suffocat quemadmodum illum? Verùm alio modo nos strangulat, nimirum malis actibus. Cithara itaque Dauidica nobis opus fuerit, vt animæ oppressæ diuina canamus carmina, & ea quæ Dauidicæ sunt citharæ, & quæ ex bonis sunt operibus. Nam si alterum horũ solùm fecerimus, Dauidicamq; cãtionem audiẽtes, psallenti malis operibus repugnauerimus, quemadmodum & ipse Saül tum faciebat: & ad iudicium nobis seruiet hoc pharmacum, & immanior erit nostra insania. Nam antequam carmina illa audiamus, timet quidem malus ille dæmon, ne quãdo postquã audiuerimus, vitam nostram rectè instituamus: quando verò audita sacra cantione eosdem nos manere videt, qui fueramus antea, etiam isto protinus timore exuitur.

Suspicor legi debere ἐὰν ἐλπίσητε: id est, si speraueritis.

Morale.

Psallamus itaque operum cantionem, vt peccatum dæmone peius eiiciamus. Dæmon siquidem nõ omnino spoliat regno cœlorum: sed subinde fit, vt & prosit modesto ac vigilanti. Peccatum verò omnino excludit. Voluntarius quippe dæmon est peccatum, spontaneaq; insania. Atque ideo neque misericordiam, neque veniã meretur. Incantemus igitur animæ peccatis obsessæ, & ex aliis scripturis, & ex beato Dauid. Psallat autem os, & imbuatur animus. Non est autem vel hoc ipsum modici momẽti. Nam si linguam psallere docuerimus, psallẽte illa pudefiet anima, cõtraria ab eo quod psallitur volens. Non autem hoc solum bonum ex eo capiemus, sed & multa sciemus quæ ad nos pertinent. Nam & de futuris different tibi Dauidica carmina, & de visibilibus, & de inuisibili creatione, ac de ipso cœlo. Vis discere num in hac statione cœlũ sit mãsurum, aut aliquando immutandum? Apertè tibi respondebit, ac dicet: Quoniam cœli sicut vestimentũ inueterascẽt, & velut amictum inuolues eos, & mutabuntur. Et de figura formaq; cœli si velis audire, audies omnia: Qui extendit cœlum, inquit, sicut pellem. Et si de superioribus ac superficie illius amplius quid cognoscere volueris, dicet tibi rursus: Qui tegit aquis superiora eius. Et neq; hic consistit, sed & de latitudine atque altitudine illius differit, ostendens vtrobique eandẽ & æquam esse mẽsuram. Quantùm distat ortus, inquit, ab occidẽte, tantùm elõgauit à nobis iniquitates nostras, secundum altitudinẽ cœli à terra corroborauit misericordiã suam dominus erga timentes se. Quòd si telluris quoq; fundamenta scrutari volueris, neque ista celabuntur, sed audies prophetam psallentem, ac dicentem: Quoniam super maria fundauit eam. Et si de terrę motibus discere cupieris, vnde cauſentur, ab omni te dubio liberabit, sic dicens: Qui respicit ad terram, & facit eam tremere. Quòd si noctis vsum quæsieris, & hũc cognosces ab illo edoctus, quòd in illa pertrãseant omnes bestiæ syluæ. Et mõtes quàm sint vtiles respondet: Mõtes excelsi ceruis. Et ad quid petrę? Petra, inquit, refugiũ Chęrogrylliis & Erinaciis. Quo vsu sunt infrugiferæ arbores? Illuc struthia pullos suos collocant. Quo pertinent in solitudinibus fontes? Hic habitant bestiæ agri (extinguuntq; onagri sitim suam. Ad quid vinum?) Non solùm vt bibas, quoniamquidem ad hoc sufficerat aquæ natura, sed vt & delecteris. Vinum enim, inquit, lætificat cor hominis. Istud edoctus cognosces etiã quousq; vino debeas vti. Vnde pascuntur volucres & agrestes feræ. Audi quid dicat: Omnia, inquit, ad te suspiciũt expectantes, vt des illis escam suo cuiq; tempore. Si dixeris: Ad quid sunt iumẽta? Respõdebit tibi, quòd & ista propter te sint: Qui producit, inquit, fœnum, iumentis, & herbam virentem seruituti hominum. Quæ tibi necessitas Lunæ? Audi ipsum dicẽtem: Lunam fecit propter tẽpora. Et quòd omnia fecerit, siue visibilia, siue inuisibilia: & hoc clarè docuit, dicens: Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Quod mors etiam aliquando soluenda sit, etiam hoc docet, dicens: Deus

Psal.103.d Ibidẽ.103.a Ibidem. Psal.103.c Ibid.23.a Ibid.103.d Ibidem.e Ibidem.d De Chorgryllis hale tur Leuit. Quæ perpetuũ hoẽsimpenatura fita sunt, in Græco non habẽtur. Ce dex enim d lic defectũ habet. Psal.146.b Ibid.103.c Ibid.148.a Ibid.48.d

redimet

Universidad de Deusto
Biblioteca

redimet animam meam de manu inferi, quãdo ſuſce-
perit me. Vnde nobis corpus eſt factũ: Et hoc dicit: Re-
Ibid.102.d cordatus eſt quidem, quoniã puluis ſumus. Quò rurſus
Ibid.103.d abis: Reuertetur in puluerẽ ſuum. Ad quid hæc omnia?
Ibid.8.b Propter te? Gloria enim & honore coronaſti eum, &
conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Habe-
múſne cõmune aliquid cum angelis homines? Et hoc
dicit, ita canés: Minuiſti eum modicum quid ab ange-
Ibidem. lis. De dilectione dei? Quemadmodum miſeretur, in-
quit, filiorum pater, ita miſertus eſt dominus timẽtium
ſe. De iis quæ nos poſt iſta excipient, deq; tranquilla il-
Pſal.114.b la ſorte: Cõuertere, inquit, anima mea, in requiẽ tuam.
Quam ob rem adeò magnum eſt cœlum? Hoc quoque
Pſal.18.a dicet: Quoniam cœli enarrant gloriam dei. Ad quid
facta eſt nox ac dies: Nõ vt iſta luceat ſolum, & illa re-
Ibidem. focillet, ſed vt & nos imbuant. Non enim ſunt loquelæ
neque ſermones, quorum non audiantur voces illorũ.
Quo modo tellurẽ circundat mare? Abyſſus velut ve-
Ibid.103.a ſtimẽtum, amictus eius eſt. Ita ſiquidẽ Hebraicũ habet.
Ex iis autem quæ dicta ſunt capto principio, alia ſimul
omnia cognoſcetis, de Chriſto, de reſurrectione, de fu-
tura vita, de requie, de ſupplicio, deq; illis quæ ad mo-
res attinent, quæcunque pertinẽt ad dogmata, deq; in-
numeris alijs bonis, quibus plenus eſt ſcripturæ liber, in-
uenietis. Quòd ſi in tẽtationes incideris, plurimũ hinc
cõſolationis accipies. Si in peccata, innumera pharma-
ca hinc inuenies: ſi occurrerit paupertas, ſi tribulatio,
multos hic videbis portus. Iuſtus ſi fueris, multam ſecu-
ritatẽ iſthinc capies: ſi peccator, multã conſolationem.
Si enim cum iuſtus ſis, mala nihilominus paſſus fueris,
Pſal.43.d audies prophetam dicentẽ: Quoniam propter te mor-
tificamur tota die, æſtimati ſumus velut oues occiſio-
nis. Hæc omnia venerunt ſuper nos, & tamen tui non
Ibidem.a ſumus obliti. Et ſi rectè facta animum tibi erigere ten-
tauerint, audies canentem: Ne intres in iudicium cum
ſeruo tuo, quoniam non iuſtificabitur in cõſpectu tuo
omnis viuens, & confeſtim humiliaberis. Si peccator
exiſtens de teipſo deſperaueris, audies cõtinuò pſallen-
Ibid.94.b tem: Hodie ſi vocẽ eius audieritis, nolite obdurare cor-
da veſtra, & recreaberis ſubitò. Quòd ſi capite diade-
Ibid.32.b ma geſtaueris, magnaq; præſumpſeris, diſces hic: Quo-
niam non ſaluatur rex propter multam potẽtiam, nec
gigas in multitudine roboris ſui: atque ita modeſtè
poteris agere. Diues ſi fueris ac celebris, audies rurſus
Ibid.48.b pſallentem: Væ cõfidentibus in potẽtia ſua, & in mul-
Ibid.101.c titudine diuitiarum ſuarum gloriãtibus. &, Quoniam
homo ſicut fœnũ dies eius, & non deſcendet ſimul poſt
ipſum gloria eius, nihilq; magnificies omnium eorum
quæ ſunt ſuper terram. Quando enim quod omnibus
eſt ſplendidius, nimirum gloria & potẽtatus, adeò vi-
leſcit: quid in omni terra relinquetur dignum, cuius ha
Ibid.41.b benda ſit ratio? Sed in mœrore es? Audi quid dicat: Vt
quid triſtis es anima mea, & quare cõturbas me? Spera
in deum, quoniam cõfitebor illi. Vides quoſdam præ-
Ibid.36.a ter dignitatem celebres haberi? Dic: Noli æmulari in
malignantibus, quoniam ſicut fœnum velociter exa-
reſcent, & ſicut olera viridia cito decident. Vides & iu-
Ibid.31.c ſtos, & peccatores ſuppliciis adfici? Audi quod non ea-
Ibid.33.d dem ſit vtrobique cauſa. Multa ſiquidem, inquit, ſunt
peccatoris flagella: De iuſtis verò nõ dicit, flagella ſed,
Multæ ſunt, inquit, tribulationes iuſtorum, & ex omni-
Ibidem. bus eripiet illos dominus. Et rurſus: Mors peccatorum
Ibid.115.a mala. &, Preciоſa in conſpectu domini mors ſanctorũ
eius. Iſta cõtinuò dicito, hinc erudire. Vnumquodque
enim iſtorum verborum immenſum habet cogitatio-

A num pelagus. Nos enim ſimpliciter illa, percurrimus.
Si verò quæ dicta ſunt diligenter perſcrutari volueri-
tis, multas videbitis diuitias. Verũ interea & ex dictis
imminentes paſsiones ſupprimi poterunt. Quando e-
nim neque inuidere permittũt, neque dolere, aut mœ-
rere intempeſtiuè, neque diuitias reputare, neque tribu-
lationem, neque paupertatẽ, neque ipſam etiam vitam
alicuius facere, omnibus te paſsionibus liberãt. Pro his
autem gratias agamus deo, theſaurumq; hunc ita vſur-
pemus, vt per patientiam & conſolationem ſcriptura-
rum, ſpem habeamus, futuriſq; bonis perfruamur: quæ
nos omnes adipiſci contingat, gratia & benignitate
domini noſtri Ieſu Chriſti, &c.

Homilia xxix.

B *Perſuaſum enim & ipſe ego de vobis habeo fratres mei, quòd & ipſi pleni eſtis bonitate, impleti omni ſcientia, po-
tentes etiam ad admonendum† vos inuicem.*] Dixerat:
Quoniam quandiu ſum Gentium Apoſtolus, miniſte-
rium meum glorificabo. Dixerat: Ne quo pacto fiat, vt
neque tibi parcat. Dixerat: Ne ſitis prudentes apud voſ-
metipſos. Et rurſus: Tu verò quid iudicas fratrẽ tuum?
Et quis es, qui ſeruum alienum iudicas? Et reliqua his
multò plura. Quoniam igitur ſermonem multis locis
aſperiorem fecerat, rurſus deinceps medetur, nõ aliter
finiens quàm quemadmodum inceperat. Exorſus quip-
pe dixit: Gratias ago deo meo pro omnib⁹ ob id quòd
fides veſtra annunciatur in vniuerſo mundo. Hic verò
dicit: Quoniam pleni eſtis bonitate, potẽtes ad admo-
nendum† vos inuicem.] Quod quidem priore illo plus
etiam eſt. Et nõ dicit, audiui, ſed perſuaſus ſum, & non
opus habeo, vt iſtud ab alio diſcã, ſed ipſe ego, hoc eſt,
C qui vos ita increpo, qui accuſo. Et quòd pleni eſtis bo-
nitate. Hoc ad eam Paræneſim, quam Paulo antè fece-
rat, reſpicit, quaſi dicat: Quòd admonui, vt infirmos
ſuſcipiatis, vt dimittatis, opuſq; dei nõ diſſoluatis: non
ideo feci, quòd crudeles vos & fratrũ oſores putẽ. No-
ui ſiquidem, quòd pleni eſtis bonitate. Videtur autẽ mi-
hi hoc loco vniuerſalem ita vocare virtutẽ. Et non di-
cit, habetis, ſed pleni eſtis bonitate: & quod ſequitur,
eandẽ auxeſim habet, impleti omni ſciẽtia. Quid enim
ſi benigni quidem fuiſſent, quo pacto verò benignita-
te ſit vtendum, ignoraſſent? Propterea adiecit, impleti
omni ſcientia, potentes ad admonendũ vos inuicem.
Non ſolùm ad diſcendũ, ſed & ad docendum. *Au-
dacius verò ſcripſi vobis ex parte.* Vide humilem animum
Pauli, vide ſapientiam, quo modo & profundã fecerit
D inciſionẽ, per ea quæ iam antea dixit, & poſtquam quæ
voluit correxit, multo rurſus vtatur remedio. Ad re-
mittendum quippe contentionẽ illorum, vnũ hoc ſuf-
ficit, etiam præter illa quæ dicta ſunt, quòd audacius
ſcripſiſſe ſe fatetur. Hoc & ad Hebræos ſcribit dicens:
Hebr.6.b Perſuaſi ſumus autem meliora de vobis dilecti, ſalutiq;
propiora, tametſi ad eũ modũ loquamur. Et ad Corin-
1.Cor.111.a thios iterũ eodẽ modo ſcribit: Laudo vos, inquit, quòd
in omnibus mei memores eſtis, & traditiones ita ſerua-
tis, quemadmodũ vobis illas tradidi. Galatis verò ſcri-
bens dicit: Confido de vobis, quòd nihil aliud ſenſuri
Gal.v.5.b ſitis. Vbiq; verò in illius epiſtolis conſiderationẽ iſtam
copioſè licet inuenire, hic autem plus etiã quàm alibi.
Erant ſiquidẽ Romani maiore dignitate præditi, vnde
oportebat tumidã illorum mentem ſedare, non ſolùm
ſtringendo, ſed & remittẽdo. Nũ diuerſimodè hoc fa-
cit. Vnde & hic dicit: Audacius ſcripſi vobis. Et neque
hoc contentus, adiecit, ex parte: hoc eſt, paulatim. Nec
hic

† ἄλλους. *alios, non* ἀλλήλους, *vos inuicẽ. vtr& ſ Pau lo legit Eraſmus, etiamſi* ἀλλήλους *magis phet.*

Supra.11.b *Ibidem.c* *Ibid.12.d* *Supra.14.b* *Supra.1.a*

† ἄλλους. *alios.*

ἄλλους.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ὑπενθυμίζων, cõmonefaciens.

hic consistit, sed quid dicit? *Veluti submonefaciens vos.* Nõ dicit, veluti docens vos, neq; veluti admonẽs vos: sed, veluti submonefaciens vos, hoc est, modicũ quid admonẽs. Vides quo modo finis epistolæ proœmio cõ

Supra.1.a ueniat? Quemadmodũ enim dixerat: Quoniã fides vestra annunciatur in vniuerso mundo, ita & in fine epistolæ. Nam fides, inquit, vestra, ad omnes peruenit. Et

Ibidem.b quemadmodum exorsus scripserat, Desidero enim videre vos, vt aliquã vobis spiritalem gratiam impertiar, ad cõfirmandos vos, hoc est, vt cõmunem capiam cõsolationẽ: ita & hic veluti submonefaciens vos, inquit. De throno quippe prœceptorio & hic & illic descẽdes, tãquam fratribus, amicis, & æqualibus differit, id quod vtique potissimum doctoris est, nimirũ sermonẽ iuxta auditorum captum & cõmodum variè subinde tractare. Vide itaque quo modo cum dixisset, audacius verò scripsi vobis, & ex parte, & veluti submonefaciens vos: neque istis contentus sit, sed vt humiliorẽ adhuc faciat sermonem, subiunxit: *Propter gratiã quæ data est mihi à deo.*

ἐμαυτῷ, i. mihi ipsi. cod. emẽd. Quod & in principio dixit: Debitor sum. Quasi dicat: Honorem hunc ab illo jnon rapui, neque prior in illam prorupi, sed deus hoc ita mãdauit, idq; iuxta gratiam, non tanquã dignũ ad hoc decernens. Nolite igitur exasperari. Non enim ego in vos exurgo. Deus est,

Supra.1.b qui hoc præcepit. Et quemadmodum illic, Cui seruio, inquit, in euangelio filij ipsius: ita & hic cum dixisset: Propter gratiã quæ data est mihi à deo, subiungit: *In*

ἱερουργοῦντα. *hoc vt sim minister Iesu Christi in gentes sanctè administrans euangelium dei.* Post multam enim dictorũ probationem, ad id quod grauius est, sermonẽ ducit: nõ simpliciter latriam, id est, seruitutem ponens, quemadmodũ initiò fecit. Sed λατρεύειν & ἱερουργεῖν, hoc est, sacrorum administrationem. Ipsum enim mihi sacerdotiũ est, prædicare, & euãgelizare. Hanc offero hostiam, sacerdoti verò nemo vicio vertit, quòd immaculatã hostiã offerre satagit. Hæc autem dicens, † & simul illorum mẽtes erigit, quòd hostia sint ostendens, ‖ & quæ ad se pertinent defendit, eò quòd ista in mãdatis diuinitus habeat. Machæra siquidem mea, inquit, euangeliũ est, prædicationis videlicet sermo. Causa verò non est, vt ego glorificer, vt ego illustris appaream, sed: *Vt fiat oblatio Gentium acceptabilis sanctificata per spiritum sanctum.* Hoc est, vt animæ illorum quos instruo, acceptẽtur. Non enim huc me deus adduxit, tam honoris mei quàm salutis vestræ gratia. Et quo modo fit acceptabilis Gentium hostia? Per spiritum sanctum. Non sola siquidẽ fide opus est, sed & conuersatione spirituali, vt semel datum spiritum contineamus. Neque enim lignis, neq; igne, neque altari, neq; gladio opus est, sed spiritalia sunt apud nos omnia. Propterea omnia facio, ne ignis iste extinguatur. Hoc etenim & in mãdatis habeo. Quid igitur illis loqueris, quibus non est opus? Propter hoc ipsum, inquit, non doceo, sed submonefacio. Quẽadmodum sacerdos, vt ignem accendat, inflat: ita & ego, vestram oblationem excitans. Et vide, non dicit, vt fiat vestra oblatio: sed, vt fiat oblatio Gentiũ acceptabilis. Quum autem Gẽtium dicit, ipsum orbem, terram, & mare, in vniuersum intelligit, contrahens illorũ animos, ne videlicet dedignentur eum habere doctorem, cuius doctrina ad fines vsque totius orbis extenditur, id quod

Supra.1.a & principio dixit, Quemadmodũ & in reliquis Gentibus, Græcis, & Barbaris, sapientibus, & insipientibus debitor sum. *Habeo igitur quod glorier per Christum Iesum in his quæ ad deum pertinent.* Quoniam quidem seipsum vehementer deiecerat, rursus sermonem erigit, atque id

† *Cod. emẽdat. habet* περιαιρῶν *i. simul & illorũ animos contrahit, & quòd hostia sint ostendit.*

‖ illorum gratia faciens, ne contemptibilis videatur esse deus. Erigendo verò sermonem, moris sui non obliuiscitur, cùm dicit: Habeo igitur quod glorier. Glorior, inquit, non in me ipso, neque in nostra diligentia, sed in gratia dei. *Non enim ausim quicquam loqui eorum, quæ Christus per me in obedientiam Gentium, non effecit, verbo & facto, per potentiam signorum ac prodigiorum, per potentiam spiritus dei.* Neque enim poterit quisquã dicere quòd fastus meus sint ista verba. Nam sacerdotij mei symbola, electionisq; multa possum ostendere signa, non tunicas talares, & tintinnabula, quemadmodum habebant vereres: neque mitram, & cidarim, sed illis multò horribiliora, † signa & miracula. Neque enim dici potest, quòd ordinatus quidem sim, mandatum verò munus nõ præstiterim: imò neque ego feci, sed Christus, vnde & in ipso glorior, non pro rebus fortuitis, sed pro spiritalibus. Hoc enim est, quod dixit, in his quæ ad deum pertinẽt. Quòd enim ea quorum gratia missus sum perfecerim, verbaq; mea nõ sint fastus, declarant miracula & Gentium obedietia. Non enim ausim quicquam loqui eorum quę Christus per me, in obedientiã Gentium, non effecit, verbo & facto per potentiam signorum, ac prodigiorum, per potentiam spiritus dei. Vide quo modo instet: vt omnia dei esse ostendat, nihil sui ipsius: Siue enim loquutus quid fuero, inquit, siue feceṟo, siue miraculum perpetrauero: omnia ipse, omnia spiritus sanctus. Hæc verò dicens, authoritatem ostendit spiritus sancti. Vides quo modo veterũ ista sint insigniis mirabiliora, & horribiliora, siue hostiã, siue oblationem, siue symbola inspicias? Cùm enim dicit, in sermone & facto, per potentiam signorũ & prodigiorum: hoc dicit, doctrinã scilicet, regni dei philosophiam, operum ac ipsius conuersationis ostensionem, excitatos mortuos, dæmonas expulsos, curatos cæcos, salientes claudos, alioq; id genus prodigia: quæ quidẽ omnia in nobis spiritus sanctus effecit. Deinde istorum probationem, quoniam hæc nudam quandam habebãt interea sententiam, adiungit, nimirum discipulorum multitudinem. Propterea subdit: *Vt ab Hierusalem, & in circuiacentibus regionibus ad Illyricum vsque impleuerim euangelium Christi.* Numera itaque & vrbes, & regiones, & gentes, & populos, & non solum qui sub Romanis, sed & qui sub Barbaris sunt. Non enim mihi per solam Phœniciam, & Syriam, & Ciliciam, & Cappadociam ibis: sed & quæ retro illas sunt colliges omnia, & Sarracenos, & Persas, & Armenios, reliquosq; Barbaros. Propter hoc enim dixit, & in circuniacentibus regionibus, ne rectà viam solùm publicam, sed & omnem etiam Australem Asiam mente percurras. Et quemadmodum aceruos miraculorum vno sermone percurrens dixit, per potentiam signorum & prodigiorum, ita & infinitas vrbes, & gentes, & populos, & regiones vno rursus cõplectitur verbo, cùm dicit, τὸ κύκλῳ, id est, per circuitum, siue in circuniacentibus regionibus. Procul enim erat ab omni fastu, atque ista propter ipsos loquitur, ne magna videlicet de seipsis sentiant. Et exorsus quidẽ dixit: Vt aliquem fructum & in vobis habeam, *Supra.1.b* quemadmodum & in reliquis Gẽtibus: hic verò sacerdotij administrandi necessitatẽ ponit. Nam quoniam asperius aliquantò loquutus erat, potestatẽ quoq; suam eò clarius ostendit. Propterea illic quidem simpliciter quemadmodum & in reliquis Gentibus inquit, hic verò omnem quoque laborem suum adducit, vt illorum vndiq; fastũ succidat. Et nõ simpliciter dicit, prædicauerim euangelium, sed impleuerim euangeliũ Christi.

Ita

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ita verò certauit euangelizare, vbi non est nominatus Christus: Vide rursus aliam hyperbolen, quòd non solùm tot populis euangelium prædicauit ac persuasit: sed quòd neque ad eos abiit, qui prius fuerant edocti, vsqueadeo scilicet abstinuit, quò minus alienis se discipulis ingereret, glorizq; gratia quod faciebat faceret, vt & studio voluerit eos maximè docere, qui nondum audierant de Christo. Non enim dicit, vbi nondum crediderant: sed, vbi nondum nominatus est Christus, id quod plus est. Et quam ob rem hoc ita certauit? *Ne super alienum fundamentum ædificarem*, inquit. Hæc verò dicens, ostendit se quàm alienissimum esse ab inanis glariæ studio, illósque instruit, quòd non gloriæ desiderio, aut honoris ab ipsis acquirendi studio, scribere ad eos proposuerit: sed vt ministerium suum impleat, sacerdotiúmque suum perficiat, tanquam qui salutem illorum amet. Alienum autem Apostolorum fundamentum dicit, non iuxta personæ qualitatem, neque iuxta prædicationis naturam, sed secundum mercedis rationem. Alioqui prædicationes ipsę alienæ non erant, nisi quantum ad mercedem pertinebat. Merces enim laborum qui ab aliis desudati sunt, aliena erat Paulo. Deinde ostendit & prophetiam hoc pacto adimpleri, cùm
Esaiæ. 52.d dicit: *Quemadmodum scriptum est, Quibus nũ est annunciatum de eo, videbunt: & qui non audierant, intelligent.* Vides illuc adcurrentem vbi plus erat laboris, vbi plus sudoris?

Quapropter & præpeditus sum sæpe, quò minus venirem ad vos. Vide rursus quo modo finem proœmio conformem
Suprà. 1.b texat. Nam & principio epistolæ dixit: Quoniam sæpenumero proposueram venire ad vos, verùm prohibitus sum ad hunc vsque diem. Hic verò & causam ponit propter quam sit prohibitus: idque non semel, sed & secũdò, & sæpenumero. Quemadmodum illic dicit, Sæpenumero proposueram venire ad vos: ita & hìc, Præpeditus sum sæpe, quò minus venirem ad vos. Quod quidem & desiderium illius potissimũ exprimit, quòd videlicet sæpenumero tentauerit. *Nunc verò quum non habeam amplius locum in his regionibus.* Vide, ostẽdit, quòd non gloriæ, quam ex ipsis haberet, desiderio ad eos & scribebat & accedebat. *Desiderium autem habeam veniendi ad vos, multis iam annis, quandocunque in Hispaniam perrexero, spero fore, vt in itinere videam vos, & à vobis producar illuc, si vestra consuetudine prius satiatus ex parte fuero.* Ne siquidẽ non multi illos facere videatur, quasi dicat: Quoniam nihil habeo quod agam, propterea venio ad vos, rursus dilectionis rationem mouet, dicens: Desideriũ veniendi ad vos multis iam annis habeo. Non ideo venire cupiui, quòd ocium agam, sed vt desiderium quod iam olim parturio, tandem pariam: deinde ne & istud eos rursus inflaret, obserua quo modo illos obstringat, dicens: quandocunque in Hispaniam perrexero, spero fore, vt in itinere videam vos. Propterea siquidem istud posuit, ne sibi nimium placeant. Simul enim & dilectionem suam ostẽdere vult, & prohibere ne nimium glorientur. Propter quod & continuò idem ponit, & subinde ea quibus vtraque confirmantur & probantur conciliat. Vnde & rursus, ne dicant, ergo itineris sui parergon nos facit, subiungit, vt à vobis producar illuc: hoc est, vt vos ipsi mihi testes sitis, quòd non propter vestri contemptum, sed ipsa necessitate tractus, trãscurram. Quoniam verò etiam hoc nonnihil adhuc videbatur illos contristare, plenius medetur, dicens:
Si vestra consuetudine primùm satiatus ex parte fuero. Eo enim quod dicit, vt in itinere vos videam, ostendit quàm gloriam ab illis nullam quærat. Quòd verò dicit, si prius vestra consuetudine satiatus fuero: ostendit quàm amet illorum dilectionem, & non simpliciter amet, sed vehementer: vnde non simpliciter dicit, satiatus fuero, sed ex parte. Nullo quippe tempore impleri potero, aut conuictus vestri satietate adfici. Vides quo modo dilectionẽ ostendat, quando ab illis ad perficiendum iter suum, licèt plurimum festinet, non tamen exurrecturum se scribit, donec fuerit expletus. Est autem hoc magni amoris paternique affectus signum, quòd verbis adeò feruẽtibus vtitur. Neque enim solùm dicit, donec vos videro, sed & donec expletus vestra consuetudine fuero, parentum verba imitans, & initio quidem dicebat, vt fructum aliquem habeam, hic autẽ, vt explear, quę quidem vtraque attrahentis sunt. Maximum enim erat illorum encomion, siquidem fructum illi ex obedientia daturi erant. Istud autem genuinum
B erat amiciciæ illius indicium. Et Corinthiis scribẽs, ita *1.Cor.10.d* dixit, Vt vos me deducatis, quocũque proficiscar, vbique dilectionem ostendens quam erga discipulos habebat, cui nihil adæquari poterit. Propterea & epistolas exordiens, perpetuò illinc proœmia ducit: & finiens, in hoc ipsum definit. Quemadmodum enim liberorum amans pater, vnigenitum & genuinum filium diligit: ita hic fideles omnes. Vnde & dixit: Quis infirmatur, *1.Cor.11.g* & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror?

Morale.

Oportet autem, vt ante reliqua omnia hoc in se habeat doctor. Vnde & Petro dicebat Christus: Si diligis *Ioan.21.d* me, pasce oues meas. Christum enim diligens, & gregem illius vtique diligit. Et Mosem tum primùm super populum Iudæorum posuit, quando qua esset in illum beneuolẽtia, re ipsa iam declarauerat. Dauid quo-
C que simili modo regno inauguratus est, posteaquã apparuerat quàm amico esset in populum affectu. Ita quippe iuuenis adhuc, populi causa doluit ac zelauit, vt & animam suam exponeret, quum videlicet Barbarum illum è medio tolleret. Quòd verò dicebat: Quid dabi- *1.Reg.17.c* tur ei, qui alienigenam hunc interfecerit: non ideo dicebat, quòd mercedẽ exigeret, sed quo sibi crederetur, & in pugnam cum illo committeretur. Nam quũ adepta iam victoria ad regem esset ingressus, nihil de mercede meminit. Et Samuel quoq; benignus erat, & amator populi. Vnde & dicebat: Absit autem hoc à me pec- *Ibid.12.d* catum, vt cessem pro vobis orare dominum. Ita & Paulus, imò non ita, sed multò plus omnibus ardebat erga subditos. Vnde & discipulos ita erga se animauit, vt diceret: Si possibile fuisset, oculos vestros eruissetis, mihi- *Galat.4.b* que dedissetis. Propterea & Iudæorũ doctoribus istud *Ezech.34.a* ante omnia exprobrat deus, cũ dicit: O pastores Israël. Num pascunt pastores seipsos? Nunquid oues pascunt? Isti verò contrarium fecerunt. Lac enim, inquit, come- *Ibidem.* ditis, & lana vos tegitis, & quod pingue mactastis, oues verò non pauistis. Et Christus optimi pastoris canonẽ ferẽs dixit: Bonus pastor animam suam ponit pro oui- *Ioan.10.b* bus. Hoc Dauid sæpenumero multis quidem alibi locis fecit, tum verò maximè quando aduersus omnem populum terribilis illa ira diuinitus demissa sæuiebat. Vniuersis enim iam propè occisis dicebat: Ego qui pa- *2.Reg.24.c* stor sum, peccaui: ego qui pastor sum, malignè egi: illi verò qui grex sunt, quid fecerũt? Propterea & in optione suppliciorum illorum, non famem elegit, non hostilem persequutionem, sed immissam à domino mortẽ, per quam sperabat alios quidem bene fore securos, se verò ante reliquos omnes è medio tollendum. Hoc verò quum non fieret, lamentando dicebat, in me sit manus tua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus tua. Si verò ad expiandum facinus non sufficio, sit & aduersum domum patris mei. Ego enim, inquit, qui pastor sum, peccani: quasi diceret, Etiam si illi peccassent, ego tamen qui illos non correxi, supplicij reus essem. Quando verò meum est hoc peccatum, ego vtiq; dignus sum qui pœnas luam. Amplificare siquidem crimen suũ volens, pastoris posuit nomen. Ita igitur iram
Prouer. 18.c dei sistit: ita sentẽtiam diuinam reuocauit. Tantum scilicet valet confessio: Iustus enim primùm accusator est suiipsius. Tantum valet cura & compassio optimi pastoris: vellicabantur quippe viscera ipsius cadentibus illis, tanquam si genuini necarẽtur filij. Propterea & precabatur, vt in se verteretur ira dei. Et in occisionis ipsius principio idem vtiq; feciſſet, nisi speraſſet illam via sua gradientem ad se quoque venturam. Cùm verò videret istud non fieri, istos verò iam depastos, calamitatem illam non tulit amplius, sed magis accensus est, quàm super Ammon primogenito suo: tũ etenim mortem sibi non precabatur, nunc autem orat, vt præ aliis cadat. Talem oportet esse principẽ, & ob aliorum magis quàm ob proprias dolere calamitates. Tale etiam
Absalomũ intelligit. quid super puero patiebatur, vt discas illum puerũ non plus dilexisse quàm subditos. Tametsi enim & scelestus fuerit adolescens & parricida, nihilominus tamen di-
2. Reg. 18.g cebat: Quis dabit mihi vt moriar pro te? Quid dicis ô beate, omniúmque hominum mitissime? Occidere te iam studiosè conatus est, innumerisque malis circundedit, & quando sublatus est è medio, trophæumq; iam erectum est, tum tu tibi mortẽ optas? Certè, inquit. Mihi quippe victoriam non est consequutus exercitus, sed adhuc impugnor vehementius quàm antea, & viscera mihi dirumpuntur nunc multò amplius. Isti itaque de quibus iam dixi, eos quidem qui sibi commissi fuerant, curarunt: beatus verò Abraham, multam rationem etiam eorum habuit, qui sibi concrediti non erant, tãtam videlicet vt & gratibus sese periculis inuolueret. Quòd enim non fratris tantùm gratia quod faciebat fecerit, sed & Sodomitarum: in hoc apparet, quòd non destitit ab insequutione Persarum illorum, donec Sodomitas omnes ab illis liberasset. Alioqui licebat erepto fratre secedere: verum nolebat. Nam omniũ pariter cura tenebatur: id quod & per ea quæ post ista fecit, clarum reddidit. Quum enim non iam futurum esset, vt Barbarorum illos obsideret exercitus, sed diuinitus impulsa vindicta vrbes illorum funditus subuerteret, atque non esset amplius vel armorum, vel pugnæ, vel aciei, sed supplicationis tempus: tantum diligentiæ pro liberandis illis impendit, quantum si ipse interiturus fuisset. Propterea & semel atq; iterum, & tertio, imò
Gene. 18.d & sæpius ad deum accedit, & ad ipsam naturam confugit dicẽs: Ego autem terra sum & cinis, & quoniam nõ ignorabat illos per se iræ dei traditos, ac proditos, propter alios saluari orat, vnde & deus dicebat: Non abscondam à seruo meo Abraham, vt discamus, quàm hominum sit amans iustus, quámq; ab obsecrando vtique non desiterit, nisi deus prior destitisset. Et videtur quidem pro iustis orare, verùm omnia pro reliquis iniustis facit. Sunt enim sanctorum animæ vehementer mites, & hominum amantes, non solùm erga domesticos, sed & alienos, ita vt hanc suam mansuetudinem etiam ad animantia bruta extendãt. Propterea & sapiẽs
Prouer. 12.b quispiam dixit: Iustus miseretur animarum iumẽtorum suorum: si iumẽtorum, multò magis hominum. Verùm quoniam pecorũ memini, perpẽdamus & ouium pasto-
De pastoribus res illos qui in Cappadocũ regione sunt, qualia & quã-

A ta pro pecorum suorum custodia patiantur. Illi sæpenumero vniuersum triduum niue adobruti perdurãt. Dicuntur autẽ & qui in Libya sunt, non minora mala ferre, dum integros menses difficilem illam solitudinem, pessimarumq; bestiarum plenam vagãdo circumeunt. Si tantum erga pecora diligentiæ impendunt pastores illi, quam quæso, excusationẽ habebimus, quibus rationales animæ cõcreditæ sunt, cp profundum hunc somnum dormimus? Respirare enim omnino oportebat: quiescere autem omnino, & non circunquaque percurrere, innumerisq; etiã mortibus seipsos pro ouibus istis exponere, id demum non est boni pastoris. An ignoras gregis huius dignitatem? An illius gratia domin⁹ tuus innumera nõ fecit? An nõ postremò & sanguinẽ suum fudit? Tu verò requiem quæris? Et quid poterit peius esse pastoribus istis? An nõ perpendis cp oues istas circun
B stant lupi multò amariciatiores ac sęuiores? An apud temetipsum non reputas, qua mente sit opus ei, qui talem præfecturam sit administraturus? Et homines quidem qui populis præsunt, si quando de rebus fortuitis cõsulturi sunt, diebus non contenti, noctes etiam vigilando adhibent: nos verò qui pro ipso cœlo certamen habemus, ipso quoq; die dormimus? Quis, quæso, ab eo nos supplicio eripiet, quod istis debetur? Si enim corpus trucidãdum exponere, si innumeras mortes ferre oportebat: nunquid ad hoc munus, tanquã ad nundinas currendum erat? Hæc autẽ non solùm pastores, sed & oues audiant, vt alacriores faciãt pastores, aliud quidem nihil, verum omnem obedientiam animumq;, cui persuaderi queat, exhibentes. Ita & Paulus præcepit dicens:
Hebræ. Obedite ducibus vestris, & subditi estote: nam ipsi vigi-
lant pro animabus vestris, tanquam rationem daturi.
C Quando verò dicit, nam ipsi vigilant, innumeros labores, curas & pericula cõplectitur. Bonus enim pastor & talis qualẽ Christus vult, cum innumeris componi potest martyribus. siquidem martyr semel propter ipsum moritur: hic verò millies propter gregem, si modo talis sit pastor, qualẽ esse oportet. Talis enim pastor, singulis diebus mori potest. Propterea & vos cognito isto labore, & precibus, & diligẽtia, & animi alacritate, & dilectione nos iuuate: vt & nos vestra, & vos vicissim nostra gloriatio sitis. Nam ideo Christus istud apostolorũ
Ioan. 21.d coryphæo, & plus ipsum quàm reliqui diligenti, cõmendans & iniungens primùm rogabat, an ab ipso diligeretur, vt discas, cp istud sit ante omnia reliqua dilectionis in Christum põsitum signum. Strenuo siquidẽ animo hic opus est. Hæc verò mihi de optimis pastoribus dicuntur, nõ de meipso & mei similibus: sed si quis talis
D sit, qualis erat Paulus, qualis Petrus, qualis Moses. Istos itaque imitemur, & superiores, & subditi. Licet enim & subdito pro parte pastorem agere: nempe, domus suæ, amicorum, domesticorum, vxoris, liberorum. Et si ita quæ nos concernunt bene dispoſuerimus, omnia bona lucrabimur: quæ nos omnes acquirere contingat, gratia & benignitate &c.

Homilia xxx.

Pauperes sanctos. *NVnc autem proficiscor Hierosolymam, ministrans sanctis. Placuit enim Macedoniæ & Achaiæ communicationem sanctorũ, id aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt Hierosolymis: namista visum est ipsis, & debitores illorum sunt.* Quoniam dixerat, locum in his regionibus amplius non habeo; & desiderium iam multos annos habeo veniendi ad vos: esset autem adhuc aliquantulum tardaturus, ne putaretur velut irridere eos, causam etiam adiungit, propter quam aduentum suum differat, & dicit:

est pauperes sanctos, id est pauperes Hebræos.

si Hebræos, Erasmo teste.

Supra. 1.b

Nunc

Universidad de Deusto

Nunc autem proficiſcor Hieroſolymam. Et videtur quidem cuctationis ſuæ cauſam dicere, verum per iſta & aliud quiddam agit: nimirum, incitat & illos ad faciendam eleemoſynam, diligentioreſque in ea re facit. Nam nihil hoc diſponere voluiſſet: ſuffeciſſet vtique dicere, Nunc autem proficiſcor Hieroſolymam: iam verò & peregrinationis huius cauſam adiicit. Proficiſcor enim, inquit, miniſtrās ſanctis: deinde & ſermoni huic immoratus, cogitationes etiam mouet dicens: & debitores illorum ſunt. *Etenim ſi ſpiritualia ſua cõmunicauerunt Gentibus, debent & hæ in carnalibus miniſtrare illis.* Vt diſcāt Romani æmulari iſtos. Propterea & ſapientiam Pauli potiſſimum admirari oportet, quòd hunc conſulendi perſuadendique modum excogitauit. Hoc ſiquidē pacto plus effecit, quàm ſi per adhortationis modū dixiſſet. Putaſſent enim contumelioſē fieri, ſi ad ſui incitationem Corinthios & Macedonas in medium adduxiſſet. Propterea ſanè illos quidē ita illic hortatur, dicens: Certiores autem vos facio fratres de gratia dei, quæ data eſt eccleſiis Macedoniæ. Rurſus & Macedonas per iſtos ſtimulat: Zelus enim, inquit, qui ex vobis eſt, plures excitauit. Per Galatas quoq; ſimiliter hoc facit, cum dicit: Quemadmodum percepi eccleſiis Galatiæ, ita & vos facite: cum Romanis verò non ita, ſed diſſimulanter magis ac verecundius. Facit autem hoc & in cauſa prædicationis, vt cum dicit: An ex vobis egreſſus eſt ſermo dei, ſiue in ſolos vos deuenit? Nihil enim tā eſt forte, quemadmodum zelus. Propterea multis in locis hoc ponit: nam & alibi dicit: Quemadmodum in omnibus eccleſiis ordino. Et iterum: Quemadmodum vbique in omni eccleſia doceo. Ad Coloſſenſes verò dixit: Quoniam frugiferum factum eſt, & augmentatum euangelium dei in vniuerſo mũdo. Hoc ſanè & hic circa eleemoſynam facit: & vide quàm magnificè dictionibus vtatur. Non enim dicit: Proficiſcor eleemoſynam deferens, ſed miniſtrans. Si verò Paulus miniſtrat, cogita quantum ſit quod fit, nimirum, quòd doctor orbis deferendum recipit, & quòd ad Romanos peregrinaturus, quodq; illos vſque adeò videre deſiderans, hoc tamen illi præfert. Placuit enim Macedoniæ & Achaiæ, hoc eſt, probarunt & deſiderarūt communicationem quandam facere. Rurſus non dicit, eleemoſynam, ſed communicationem. Illud autem aliquam aut quādam, non ſimpliciter ponit, ſed ne videatur illis improperare. Et non ſimpliciter dicit in pauperes, ſed in pauperes ſanctorum, duplicē faciens cōmendationem: vnam à virtute, à paupertate alteram. Et neque iſto contētus, adiicit: & debitores illorum ſunt. deinde oſtendit quo modo ſint debitores. Etenim, inquit, ſi ſpiritualia ſua cō municauerunt Gentibus, debēt & hæ in carnalibus miniſtrare illis. Quod autem dicit, hoc eſt, propter Iudęos venit Chriſtus. Illis qui ex Iudæis ſunt, omnia erāt promiſſa, ex ipſis eſt Chriſtus, vnde & dixit: Ex Iudęis eſt ſalus. Ex illis ſunt Apoſtoli, ex illis prophetæ, ex illis omnia bona, de quibus omnibus participauit orbis. Itaque ſi de maioribus participaſtis, inquit, cœnámque quæ illis erat inſtructa accedētes, propoſitis eduliis iuxta euāgelij parabolam freti eſtis: debetis & carnalia communicare, tradereque illis. Et non dixit communicare, ſed miniſtrare, in locum miniſtrorum illos ponēs, eorumque qui regibus tributa perſoluunt. Neque dixit, in carnalibus veſtris, quemadmodum de ſpiritualibus illorum. Spiritualia quippe illorum ſunt, carnalia verò nō horum ſolùm, ſed communia omnium. Pecunias enim omnium eſſe iuſſit, non ſolùm poſſidentium. *Hoc igitur vbi perfecero, & obſignauero illis fructum hunc.* Hoc eſt, velut in regia promptuaria detulero, tanquam in aſylum, locúmque ſecurum. Et non dicit, eleemoſynam, ſed rurſus fructum, vt oſtendat lucrum acquirere contributores. *Reuertar per vos in Hiſpaniam.* Hiſpaniæ rurſus meminit, vt oſtendat quàm impiger, quámque feruidus ſit erga illos. *Scio namque quòd vbi venero ad vos, cum plenitudine benedictionis euangelij Chriſti venturus ſim.* Quid eſt, in plenitudine benedictionis? De pecuniis videlicet dicit, aut de omnibus ſimpliciter virtutibus. Benedictionem ſiquidem vt plurimum, eleemoſynam conſueuit dicere, vt cùm dicit, tanquam benedictionem, non velut auariciam. Erat autem mos vetus rem hanc ita vocare: quoniam verò hic adiecit, euangelij, propterea dicimus, non de pecuniis ſolùm hic dici, ſed & de omnibus, quaſi dicat: Scio autem quòd vbi venero, videbo vos in omnibus probatos boniſque frugibus fœcundos, & innumeris laudibus dignos iuxta euangelium. Eſt autem hoc admirandi conſilij genus, quòd encomiis eos præoccupat. Quando ſiquidem per modum adhortationis hoc facere detrectat, ad hunc correctionis modum confugit. *Obſecro autem vos per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & per dilectionem ſpiritus.* Iterum hic Chriſtum & ſpiritum proponit, patris autem nequaquam meminit. Hæc verò in hoc dico, vt quando videris ipſum patrem & filium, aut patrem ſolum ſine filio, ſinèque ſpiritu commemorare, nihil mouearis. Et non dixit ſpiritum, ſed, dilectionem ſpiritus. Quemadmodum enim mundum dilexit Chriſtus, & pater, ita & ſpiritus. Quid verò eſt quod obſecras? dic quæſo. *Vt me laborantem adiunctis precationibus pro me ad deum, vt liberer ab incredulis in Iudæa.* Magnum illi certamen propoſitum erat, vnde & illorum preces implorat: non dicit autem vt ad conflictum committar, ſed vt liberer, quemadmodum Chriſtus iuſſit: Orate, ne intretis in tentationem. Hæc verò dicens, ſignificat malos quoſdam eſſe lupos moleſtos ſibi & inuidiantes, magiſque feras rabidas, quàm homines. Ex hoc verò & aliud ſtruit, nimirum vt oſtendat, quàm iuſtè miniſteriū hoc ſanctis præſtandum ſuſceperit, ſiquidem tot adhuc & tanti erant in Iudæa increduli, vt pro ſe orari velit, quo ab illis liberetur. Igitur qui in medio tantorum hoſtium viuebant, quid aliud erant quàm fame perituri, niſi aliunde iuuarentur? Neceſſariò igitur aliunde illis adferebatur. *Vtq; miniſterium hoc meum acceptum ſit ſanctis.* Hoc eſt, vt grata ſit victima mea, vt cum alacritate quæ data ſunt, ſuſcipiantur. Vides quo modo rurſus dignitatem ſuſcipientium extollat, ſiquidem tantis precibus agendum, vt quæ mittuntur ſuſcipiant? Ex hoc verò & aliud quiddam oſtendit, nempe, quòd non ſufficiat eleemoſynā dediſſe, ad hoc vt accepta ſit. Quando enim ex neceſſitate quis & coactè, quando ex iniuſticia, quando ex vanæ gloriæ ſtudio eleemoſynam tribuit, perit omnis fructus. *Vt cum gaudio veniam ad vos per voluntatem dei.* Quemadmodum & in ipſo principio dixit: Si quo modo tandem aliquando proſperum iter contingat in volūtate dei, vt veniam ad vos: ita & hic ad eandem voluntatem confugit, & dicit: Quoniam ad hoc feſtino, & inde liberari opto, vt confeſtim vos videam, videámque cum voluptate, ne vnam quidem inde mœſticiam contrahens. *Vnàq; vobiſcum refociller.* Vide quo modo rurſus modeſtiā oſtendat. Nō enim dicit, vt vos doceam & inſtruam, ſed, vt vnà vobiſcum refociller. Iam cùm talis fuerit certator ille, ac pugnator: quo modo dicit, vt vnà vobiſcū refo-

Etenim ſi de ſpiritualibus illorū participarūt Gētes, debent & in carnalibus miniſtrare illis.

2.Cor.8.a

Ibid.9.a

2.Cor.16.a

Ibid.14.

Cantic.8.b

2.Cor.14.f

Ibid.4.d

Coloſſ.2.c

Ioan.4.c

Matt.26.d

Supra 1.a

πλάτυφον

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciller? Gratificatur eis etiam hoc pacto, alacrioresque reddit, dum premiorum participes facit, ostendens eos quoq; certare & laborare. Deinde quod nunquā non facit, & precationem paræneſi subiungit, dicēs: *Deus autem pacis sit cum omnibus vobis, Amen. Commendo autem vobis Phœben sororem, quæ ministra est ecclesiæ Cenchreensis.* Vide quantum illam honoret: nam illā & ante reliquos omnes commemorat, & sororem vocat. Non est autem modici momenti, Pauli sororem vocari. Dignitatem quoque adiicit, ministram illam vocans. *Vt illam susciptatis in domino, sta vt decet sanctos.* Hoc est, propter dominum, vt honore potiatur apud vos. Nam qui propter dominum susciptt, etiam si non magnum quēpiam susciptat, diligenter tamē susciptt. Cùm autem illa sancta etiam esset, perpende quanta fuerit habenda solicitudine & cura. Propterea & adiicit, ita vt decet sanctos, vt decet eos qui tales sunt susciptt: nam duplici nomine à vobis curari debet, primò quòd Christi est, vt Christus in ea susciptatur: deinde quod & sancta est.

Cap. XVI.

Et adstitis ei, quacunque in re opera vestra eguerit. Vides quàm caueat, ne odiosum quid loquatur? Non enim dicit, vt liberetis illam, sed vt quod poteritis illi adferatis, manúsque porrigatis, vbicunque vobis opus habuerit: non in quibuscunque illa sit, sed in quibus opera vestra eguerit. Egebit autem illic, vbi vos domini estis. Deinde laudem rursus ineffabilem adiungit: *Ipsa si quidem multis adfuit, & mihiipsi.* Vides prudentiam? Primùm quidem encomia, deinde mediam immiscet quam exigit consolationem: post rursus encomia ponit, vtrinq; necessitatem beatæ illius mulieris laudibus ornans. Quo modo enim beata non esset, quæ tantis potitur à Paulo testimoniis, quæ etiam illi auxilio potuit esse, qui ipsum orbem instruebat & corrigebat? Hoc enim colophonis vice est bonorum illius, vnde & postremo loco ab Apostolo ponitur, cùm dicit, & mihiipsi. Quid est autē illud, & mihiipsi? Orbis prędicatori tanta patienti, innumeros adiuuanti. Imitemur igitur sanctam istam & viri, & mulieres, & eam quoque quæ cum viro suo, post istam ponitur. Qui sunt illi? *Salutate Priscillā, & Aquilam coadiutores meos in Christo Iesu.* Horum virtuti & Lucas testimonium dedit, nimirū, quando dixit, & mansit apud eos Paulus. Erant enim artis scenofactoriæ. Ad hæc quando ostēdit quo modo Apollo discipulum mulier ad se susceperit, viamque domini instruxerit. Magna quidem & ista sunt, verum multò maiora sunt quę Paulus dicit. Quid dicit? Primùm cooperarios suos vocat, ostendens illos in laboribus illis & periculis ineffabilibus communicare secum: deinde dicit, *Quoniam pro anima mea suam ipsorum cervicem supposuerunt.* Vides consummatos martyres? Verisimile siquidem est quòd innumera fuerint sub Nerone pericula, quando & prœcipiebatur, vt omnes Iudæi vrbe Roma pellerentur. *Quibus non ego solus gratias ago, sed & omnes ecclesiæ Gentium.* Hospitalitatem hic, pecuniarumq; ministerium significat: celebrans eos quòd & sanguinem suum effuderint, & omnem suam substantiam communē proposuerint. Vides generosas mulieres, quas in virtutis cursu nihil impediuit naturæ imbecillitas? Et valde meritò: In Christo Iesu siquidem non est masculus, non est fœmina. Et quod de priore dixit, hoc & de ista ponit: nam & de illa dixerat: ipsa quippe multis adfuit, & mihiipsi: & de ista rursus, Quoniam non ego solus gratias ago, sed & omnes ecclesiæ Gentium: nam ne videatur adulando ista dicere, alios quoq; testes mulieribus istis multò plures, adducit, dicens: *Item, quæ in domo illorum est ecclesiam.* Ita quippe probati erant, vt & domum suam ecclesiam facerent, tum quia quosuis fideles facerent, tum quia peregrinis ipsam quibusuis aperirent. Neque enim simpliciter domos consueuit vocare ecclesias, nisi multa pietas, multúsque timor dei in illis radicatus esset. Propterea & Corinthiis dicebat: Salutate Aquilam, & Priscillam cum ecclesia, quę est in illorum domo. Et de Onesimo scribens dicit: Paulus Philemoni, & Amphiæ dilectæ, & quæ est in domo tua ecclesiæ. Licet enim & ei qui in matrimonio est celebrem esse & generosum: ecce & illi in matrimonio erant, & vehementer illuxerunt, tametsi exercitium ipsorum splēdidum nō esset. Erant enim ipsi scenofactoriæ artis, verùm omnia illa virtus obscurauit, supraq; Solem illustes effecit, vt neque artificium obscurum, neque coniugium aliquo esset damno: verùm dilectionem quam Christus exquisiuit, prestiterunt. Maiorem enim dilectionē nemo habet, inquit, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis: & quod signum est discipuli Christi, hoc habuerunt: acceperunt enim crucem, & sequuti sunt Christū. Si enim pro Paulo ista fecerunt, multo magis pro Christo eam ostenderunt fortitudinem.

1. Cor. vlt.
Ad Philemonem.
Ioan. 15. b

Morale.

Ista audiant & diuites, & pauperes. Si enim qui manibus suis victum quærebant, officinæq; præerant, tantam ostenderunt largitatem, & multis ecclesiis essent vtiles: quam veniam habebunt diuites, & pauperes despicientes? Nam illi quidem neque sanguini suo pepercerunt, vt deo placerent: tu verò modicis pecuniis parces, tuam ipsius animam sæpenumero contemnens? Verùm erga doctorem quidem tales illi fortè fuerunt, erga discipulos verò non item? sed non est quòd hoc dicatur. Nam & *ecclesiæ Gentium, inquit, illis gratias agunt*: tametsi enim essent ex Iudæis, ita tamen syncerè credebant, vt & Gentibus ad fidem cōuersis omni alacritate ministrarent. Tales oportet esse mulieres, nō in tortis crinibus, aut auro, aut vestimento sumptuoso: sed talibus factis adornatas & conspicuas. Quænam, dic quæso, regina adeò splenduit: quænam ita veneranda fuit, quemadmodū ipsa tabernaculorum textoris vxor? Illa in ore est omnium, non decem, nō viginti annos, sed vsque ad Christi aduentum. Et hanc in talibus prędicant omnes, quæ illi plus adferunt ornamenti quàm diadema regium posset. Quid enim maius, quid par esse poterit, quòd mulier illa Paulo fuerit adiumento? Quòd prius periculis doctorem orbis conseruarit? Obserua itaque quot & quantæ reginæ in obscuro sint silentio, dum interea tabernaculorum textoris vxor vbique cum suo tabernaculorum textore circunfertur, mulierisque illius gloria quatenus terram Sol iste contuetur, eatenus discurrit. Totus siquidem orbis, & Persæ, & Scythæ, & Thraces, & qui in extremis habitāt, mulieris huius philosophiam venerātur, beatamq; dicunt. Quantas diuitias, quot diademata, quot vestes purpureas cum gaudio non proiiceres, quatenus tale testimonium acquireres? Neq; enim est quòd quis dicat: in periculis quidem illi fuerunt, & in pecuniis largi, prædicationem verò neglexerunt: nam propterea cooperatores & coadiutores suos illos vocat. Nec veretur vas illud benedictionis, mulierem coadiutricem suam vocare, sed & gloriatur in eo. Naturā quippe fœminei sexus non aspicit, sed voluntatem coronat. Quid splendori huic adequari poterit? vbi nūc vestrę sunt diuitiæ, quas vbiq; diffunditis? Vbi nūc facierum ornatus? Vbi vana gloria? Disce mulieris huius ornatum, non corpori circundatum,

1. Tim. 2.

Galat. 3. c

Act. 18. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

cundatum, ſed animam ornantem, nunquam depoſitum, non in arca, ſed in ipſo cœlo reconditum. Vide il lorum circa prædicationem laborem, in martyrio coronam, in habitibus honeſtatis ſtudium, dilectionẽ erga Paulum, erga Chriſtum amorem. Confer nunc iſtis tua, ſtudium pecuniarum, certamẽ ſcortorum, contentionem pro vili gramine: & tunc videbis qui nam illi, quis verò tu ſis: imò non ſolùm confer, ſed & æmulare mulierem, depoſitóque vilis fœni onere, (hoc enim eſt veſtimentorum ſumptus) ornatum accipe cœleſtem, & diſce † vade tales facti ſint, qui circa Priſcillam erant. Vnde facti ſunt? ‖ Biennium Paulum habuerunt hoſpitio. Quid biennium illud in animis illorum non feciſſet? Quid ergo itaque faciam, quòd Paulum nõ habeo? Si volueris, plenius illum habebis, quàm illi. Neq; enim aſpectus Pauli tales illos fecit, ſed verba. Itaque ſi volueris, & Paulum, & Petrum, & Ioãnem, & prophetarum omnium chorum cum Apoſtolis continuò tibi loquẽtem, tecúmque conuerſantem habebis: Accipe beatorũ illorum libros, ſcriptáque eorum continuò interpella: illa quippe efficere poterunt, vt ſis inſtar vxoris ſcenofactoris. Et quid dico Paulum? Siquidem volueris, habebis & ipſum Pauli dominum. Per Pauli quippe linguã, & ipſe tibi loquetur. Rurſus illum & aliter ſuſcipere poteris, nempe, quando eorum curam habueris, qui in illũ credunt: ita poteris abeuntibus illis multa habere pietatis monumenta. Poterit enim & menſa in qua comedit ſanctus, & cathedra in qua ſedit, & lectus in quo iacuit, etiam digreſſo illo ſuſceptorem illius compũgere. Quo modo putas † Somanitim ‖ illam compungi in conclaue illud ſuperius, vbi manſerat *Elizæus*, ingreſſam, menſamque & *lectum, in quo ſanctus ille* iacuerat, videntẽ? Quantam inde pietatem cõcipit? Neque enim niſi hoc fuiſſet, puerum proieciſſet mortuum, ſi nõ multum vtilitatis inde tuliſſet. Si enim nos poſt tantum temporis illuc ingreſſi, vbi Paulus manſit aliquãdo, vbi vinctus fuit, vbi conſedit & diſſeruit, alacres quodam modo reddimur, & ad memoriã diei ab ipſis locis mittimur: quid non patientur rebus adhuc recentibus, qui cũ pietate ſanctos hoſpitio ſuſcipiunt? His itaque cognitis ſuſcipiamus ſanctos, vt ſplendeat domus, vt liberetur à ſpinis, vt portus fiat domicilium. Et ſuſcipiamus itaque, & pedes illorum lauemus. Non es Sarrha melior, neque generoſior, aut ditior, etiam ſi regina fueris. Trecentos illa & decem, & octo vernaculos habebat, quãdo & duos pueros habere, diuitiæ erant. Et quid dico trecentos ac decem & octo famulos? Vniuerſum orbẽ in ſemine & diuinis promiſſionibus poſſidebat, amicum dei habebat virum, deum ipſum tutorem, id quod omni regno maius erat. Veruntamen licet in tanto eſſet ſplendore tantaq; gloria: ipſa tamen & farinam miſcebat, & reliqua adminiſtrabat omnia; veſcentibuſq; rurſus inſtar famulæ ſeruitura adſtabat. Tu quoque nõ es generoſior ipſo Abraham, qui poſt trophæa illa, poſt victorias, poſt honorem quem illi detulerat rex Aegypti, poſt inſequutionem regum Perſarum, poſtq; illuſtria illa erecta trophæa, quę famulorum erant faciebat. Neque reſpicias, quàm viles appareãt ſancti illi, & pauperes, & pannoſi, qui ſæpenumero ad te deferũtur, ſed vocis iſtius momento, quæ dicit: Quandiu feciſtis vni ex minimis iſtis, mihi feciſtis. &, Ne cõtemnatis vnum ex puſillis iſtis, quoniam angeli illorum ſemper vident faciem patris noſtri qui in cœlis eſt. Suſcipe ergo illos cũ alacritate, qui innumera tibi bona per ſalutationis pacis adferunt. Cum Sarrha etiam Rebeccã, quæ & adaquauit, & potum dedit, & hoſpitem intro vocauit omni calcato faſtu: propterea & magna eſt hoſpitalitatis adepta præmia. Tu verò ſi volueris, maiora etiam accipies: non enim campi fructum tantũmodo dabit deus, ſed & ipſum cœlum, & quæ illic bona ſunt, & gehennę liberationem, & peccatorum veniã. Magnus eſt enim, vehemẽter magnus hoſpitalitatis fructus: ſic & Iothor, tametſi Barbarus eſſet, generum adeptus eſt, tanta pote ſtate mari imperantem. Bonam enim hãc venationem filię illius reti ſuo ceperant. His itaque perpenſis, mulierúmque iſtarũ conſiderata, & virilitate, & philoſophia, præſentem faſtum ſupprime, veſtimẽtorum ornatum, deauratorum vaſorum ſumptum, odoramẽtorum vnctionem, infractionem illam & delicationem, modulatúmque greſſum relinque, omnémque eam curam ad animam transfer, accenſo in mente tua cœlorum deſiderio. Nam ſi te cœli ceperit amor, videbis & cœnum eſſe & lutum hæc omnia, ridebiſque quę nunc admiraris. Nequit enim mulier ſpiritualibus adornata virtutibus, ridiculum iſtum ornatum, quęrere. Proiectis igitur his omnibus, quæ & forenſium mulieres, & ſaltatrices, & tibicinæ, multa ambitione ſectantur: philoſophiam ambi, hoſpitalitatem, & continuas preces. Meliora ſunt iſta veſtibus deauratis, lapidibus preciofis, inauribuſque honeſtiora. Hæc & apud homines probatum faciunt, & à deo magnam tibi adferũt mercedem. Hic eſt eccleſiæ ornatus ille theatrorum: hic cœlis dignus, ille equis & mulis. Ille & mortuorum corporibus circundatur, hic verò in ſola ſplendet anima, in qua Chriſtus habitat. Hanc itaque mũdiciem poſſideamus, vt vbique venerandi ſimus & nos, & Chriſto placeamus in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia xxxi.

Salutate Epenetum dilectum meum, qui eſt primitiæ Achaiæ in Chriſto. Multos putamus etiam eorum qui de vehementer diligentibus eſſe videtur, hanc epiſtolæ partem tanquam ſuperfluam nihilq; magni momenti habentem, prætercurrere. atque hoc ipſum in genealogia quæ in euãgelio continetur, ipſis euenire arbitror. Quoniam enim nominum quorundam eſt catalogus, nihil arbitrãtur ſe magni ex hoc loco lucrifacturos. Et aurifuſorum quidem pueri, minuta etiam fragmenta curioſe cõquirunt, iſti verò tantas auri maſſas negligunt. Ne hoc itaque patiantur, ſufficiũt quidem quæ dicta ſunt ab iſta ſocordia illos abducere. Quòd enim etiam hinc non parum ſit lucri, oſtendimus, & ex iis quę iam dicta ſunt, quibus alloquutionibus ſcilicet animas veſtras excitauimus. Tentabimus autem & hodie eundem hunc ipſum locũ diligenter ſcrutando rimari. Eſt enim & in nudis hiſce nominibus magnum inuenire theſaurum: nam ſi didiceris qua ratione Abraham ita vocatus ſit, qua ratione Sarrha, qua ratione Iſraël, qua Samuël, multarũ rerum hiſtorias, & hinc inuenies. Poteris autẽ & à temporibus, & à locis hoc ipſum congerere. Diligens quippe lector & hinc diteſcet, remiſſus verò ac negligens etiam à vehementer manifeſtis, nihil lucri capiet. Nam Adæ nomen non modica philoſophia nos imbuet: idem faciet & filij ipſius, & vxoris, & aliorum plurium. Multarum ſiquidem rerum monumenta ſunt nomina & diuinam beneficentiã, & mulierum † conſtantiam ‖ oſtendentia. Nam quæ ex dono dei conceperãt, ipſæ & pueris natis nomina imponebãt. Sed quid nũc de nominib⁹ philoſophamur tãtis rebus cogitãdis neglectis, multis etiã ne

† Vnde tales facti ſint *Priſcilla, vnde igitur facta eſt? &c. in ſingulari numero poni poſſunt.*

† *Sumanitidem Latini dicere ſolẽt, ſicuti & hic prius fecit homil. xxi.*

Sarrha.

Gene. 18. a

Matth. 25. d

Ibid. 18. a

† ὑπόστασιν, *vel* ὑπόνοιαν. *ſuſpicionẽ.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

librorum quidem nomina tenentibus? Veruntamẽ neque sic intermittenda nobis fuerit taliũ diligentia. Debebas enim, inquit, argentum depositisse ad nummularios. Quapropter etiã si nemo sit qui recipiat, quod nostrum est faciamus, ostendẽtes nihil in scripturis superfluum, nihil frustra prolatum esse. Nam siquidem nihil haberent ista quod prodesset, epistolæ vtiq; non essent adiecta, neque Paulus ea scripsisset, quę quidem scripsit: sed sunt quidam ita rudes mechanici & dissoluti, cœlisque indigni, vt non solùm nomina, sed & integros libros superfluos esse ducant, vt Leuiticum, vt Iesum, & reliquos plures. Ita & vetus testamentum multi rudiũ reiecerunt, & ab hac praua consuetudine vlterius progressi, multa etiam ex nouo abscidérũt. Verùm horum tanquã ebriosorum & carni viuentium, nõ multa nobis erit ratio. Si verò quis philosophiæ amator, spiritualisq; auscultationis amicus, audiat, quàm non sint frustra & inaniter posita quę in scripturis videtur esse minuta, quámque & vetera multum frugis adferant. Omnia enim illa typi sunt, & ad nostram admonitionem, inquit, conscripta. Propterea & ad Timotheum scripsit: Attende lectioni, adhortationi, in omnium librorũ lectionem inuiciens hominem, tantum habentem spiritus, vt & dæmonia expulerit, & mortuos excitauerit. Persequamur itaque proposita. Salutate Epænetum dilectum meum. Licet ex hoc loco videre, quàm discretim suas vnicuique laudes admetiatur. Neq; enim modica est laus ista, sed & vehemẽter magna & multę virtutis declaratiua, quòd Paulum habet dilectum, qui nõ temerario gratię affectu, sed iudicio diligere nouit. Deinde & aliud encomium adiungens, qui est, inquit, primitiæ Achaiæ. Aut enim hoc ideo dicit, quòd is reliquos omnes credendo præuenerit, ac veluti præsilierit: id quod non modicæ laudis fuerit: aut quòd plus pietatis ostenderit, quàm reliqui omnes. Propterea cùm dixisset, qui est primitiæ Achaiæ, non quieuit: sed ne mundanam suspiceris gloriam, adiecit: in Christo. Si enim in ciuilibus negociis priores obtinẽs magnus esse videtur & illustris: multò magis in istis. Itaque quoniam verisimile erat ipsum humili esse genere: veram ponit nobilitatem & præeminentiam, hinc istum ornans. Et nõ solùm Corinthiorum, sed & vniuersæ gentis eum primitias esse dicit, tãquam qui porta sit & introitus aliorum factus. Talium autem merces nõ est modica: nam & ex aliorum benefactis multam retributionẽ capiet, qui eiusmodi est, vtpote qui & ipsis suo principio multùm contulerit. *Salutate Mariam, quæ multùm laborauit erga vos.* Quid hoc? Rursus coronatur mulier & prædicatur. Rursus confundimur viri, imò non solùm cõfundimur, sed & honestamur. Honestamur siquidẽ quòd tales apud nos sunt mulieres: confundimur autẽ quòd adeò longè ab illis post terga relinquimur viri: verum si didicerimus vnde illæ ornentur, mox & nos illas assequemur. Vnde itaque ornantur? Audiãt & viri, & mulieres: non ab armillis, nec à monilibus, neque ab eunuchis & ancillis, nec à vestib⁹ auro intertextis: sed à perpessis pro veritate sudoribus. nam dicit, Quæ multùm laborauit erga vos. Non erga seipsam solùm, neque erga propriam virtutem: id quod multæ mulieres nunc quoque faciunt, & ieiunantes, & humi iacentes, sed & erga alios, Apostolorum & Euangelistarum suscepto cursu. Quo modo ergo alibi dicit: Mulieri verò docere non permitto? Præsidentiam quæ sit in medio ecclesiæ illi prohibet, sedemq; in pulpito, non doctrinæ verbum. Nisi enim hoc esset, quo modo virum infidelẽ habenti diceret: Quî enim nosti mulier, num virũ saluatura sis? Quo modo commisisset vt pueros admoneret, dicens: Saluabitur autẽ per liberorum generationem, si manserit in fide, & dilectione, & sanctificatione cum castitate? Quo modo Apollo Priscilla instruxit? Non itaque eam disputationem doctrinæ quæ ad priuatum vsum pertinet amputando hoc dicit, sed eam quæ in medio fit & in communi theatro, quę ipsis cõgruit doctoribus. Et rursus si vir fidelis fuerit, ac valde absolutus, qui docere vxorem possit, si ipsa sapientior fuerit, docere & corrigere non prohibet. Et nõ dicit, quę multa docuit, sed quæ multùm laborauit: ostendens quòd cum sermone, & alia quæ exiguntur, administrauerit, nimirum, quæ attinẽt ad pericula, pecunias, peregrinationes. Erant enim mulieres illæ leonibus feruentiores, participantes, & cum Apostolis, in laboribus prædicationis gratia subeundis. Vnde & simul peregrinabãtur cum illis, & reliqua administrabant: & Christum quoque sequebantur mulieres, quæ ex sua substantia ministrabant, adiumentoq; erant præceptori. *Salutate Andronicum & Iuniam cognatos meos.* Videtur quidem & hoc encomij vice dici, verũ quod sequitur maius est. Quod est autem illud? *Et concaptiuos meos.* Hoc demum magnificentissima corona, hoc magnifica deprædicatio est: & vbi captus fuit Paulus, vt hic dicat, concaptiuos meos? Captiuus quidem non fuit, captiuis tamen multò grauiora passus est: non solùm abalienatus à patria & domo, sed & cum fame, continua morte, innumerisque aliis decertans. Nam istud in captiuo solùm est graue: quòd à domesticis abalienatus pro libero sępenumero fit ferus. Nemo autem verbis consequi valeat sylluas illas tentationum quas sustinuit beatus iste, iactatus & circumactus, flagellatus, ligatus, lapidat⁹, submersus, innumeros habẽs insidiatores. Et captiui quidẽ posteaquam abducti sunt, neminẽ amplius hostem habẽt: sed & subinde multa curatione potiuntur ab eisipsis à quibus capti sunt. Hic verò in mediis hostibus, continuò circumquaque versatus, vbique iacula, hastas acutas, acies, & pugnas vidit. Quoniam igitur verisimile est & istos in multis illi periculis communicasse, concaptiuos suos eos vocat. Quemadmodum & alibi dicit: Aristarchus concaptiuus meus. Deinde & alia laus: *Qui sunt insignes inter Apostolos.* Atqui & Apostolos esse hoc ipsum magnũ est: Inter illos verò & insignes esse, perpende quantum sit encomium. Ab operibus autem & rebus bene gestis insignes erant. Papæ, quanta fuit mulieris huius philosophia, vt & Apostolica appellatione digna sit habita: & neque hic consistit, sed & aliud rursus encomium adiicit, dicens: *Qui etiam ante me fuerunt in Christo.* Nam & hæc maxima est commendatio prę-siliisse, & ante alios venisse. Contemplare verò mihi sanctam hanc animam, quàm pura sit ab omni vanæ gloriæ desiderio. Post tantam enim ac talem gloriam, alios sibi præponit: non dissimulans quòd post illos venerit, neque erubescens hoc apertè confiteri. Et quid miraris quòd in hoc non confunditur, quando & priorem vitam suam manifestare & diffamare non detrectat, blasphemum ac persequutorem seipsum vocans? Quoniã igitur non habebat quibus aliis illos hinc prę-poneret, quæsiuit qui post alios venisset, nimirum seipsum, & reperit etiam quam hinc eis laudem cõtexeret, dicens: Qui etiã ante me fuerunt in Christo. *Salutate Ampliam dilectum meum.* Rursus & istũ à dilectione cõmendat. Erat enim dilectio Pauli propter deũ, innumera habẽs bona. Si enim magnũ est à rege diligi, à Paulo diligi-

Matth.25.c *Supra.15.a* *1.Tim.4.d* *1.Tim.2.d* *1.Cor.7.c* *1.Tim.2.d* *Act.18.g* *Coloss.4.b*

Universidad de Deusto
Biblioteca

diligi quanti nam est encomij? neq; enim nisi multam virtutem possedisset, in amorem sui ipsum attraxisset. Sciebat enim in malicia & iniquitatibus viuentes, non solum nō diligere, sed & anathematizare, vt quādo dicit: Si quis non diligit dominum Iesum Christum, anathema esto. Et si quis vobis euāgelizauerit præterquam quod accepistis, anathema esto. *Et Vrbanū cooperarium meum in Christo.* Maius est illo istud encomium: nam & præcedens in se complectitur. *Et Stachyn dilectum meum.* Rursus & hunc ab eisdem coronat. *Salutate Apellam probatum in Christo.* Huius laudi nihil par est, nimirum irreprehensibilem esse, nihilque prorsus in rebus ad deum pertinentibus damni dare. Cum enim dicit, probatum in Christo, omnem virtutem recensēt. Et cuius gratia nusquam dicit, herum meum, hunc vel illum, & dominum meum? Quoniam ea encomia quæ ponit, illis maiora sunt. Illa siquidem honoris tantummodo sunt, hæc verò virtutis. Deinde & hoc ipso illos honorauit, quòd non quasi contingēter aut obiter posuit, quemadmodum multos inferiorum cum sublimibus & magnis salutauit. Salutando siquidem, & cum aliis salutando, idque in eadem epistola, omnes similiter honorauit. Quòd verò quæ cuiusq; seperatim sunt, ponit, cuiusque nobis virtutem seperatim etiā ob oculos exhibet: ne videlicet & inuidiā pareret, si illos quidem honoraret, istos autem nō item: neve socordiam & confusionem generaret, si omnes eodem honore, non eodē dignos, afficeret. Vide ergo quo modo rursus ad celebres mulieres conuertatur, quum enim dixisset: *Salutate eos qui sunt ex Aristobuli familiaribus, & Herodionem cognatum meum, & qui sunt ex Narcissi familiaribus.* Quos fortè verisimile est, non tales fuisse, quales priores. Propterea neque omnium nomina commemorat, competens illis encomium præbens, nimirum quòd fideles sint. Hoc enim est quod adiungit: *Qui sunt in domino.* Rursus ad mulieres conuersa salutatione, dicit: *Salutate Tryphænam & Tryphosam, quæ laborant in domino.* De illa quidē dixerat, quæ multùm laborauit erga vos: de istis autem, quòd adhuc laborent. Non est autē modicum hoc encomium, nempe, in operibus copiosē versari: & non solùm operari, sed & laborare. Persidem verò dilectam quoque vocat, ostendens istis maiorem esse. *Salutate enim,* inquit, *Persidem dilectam.* Deque multo labore testimonium illi fert, cùm addit: *Quæ multum laborauit in domino.* Ita nouit vnumquemque pro dignitate compellare, istos alacriores reddens, quòd eos nihilo eorum quæ habent, priuat: sed & minutissimam etiam excellentiam deprædicat, alios verò diligētiores faciēs, atque hisce istorum encomiis in eundem zelum inducens. *Salutate Rufum, electum in domino, & matrem illius ac meam.* Item & hic vniuersa bona, quando & filius talis est, & mater talis, & domus plena benedictione, ac radix fructui cōueniens. Neque enim simpliciter dicit, matrem illius: sed, & meam. An non multæ virtutis testimonium mulieri huic exhibet? *Salutate Asyncritum, Phlegontem, Hermam, Patrobam, Mercurium, & qui cum his sunt fratres.* Hic non respicias, quòd istos sine encomiis ponit, sed quòd eos qui omnibus sunt inferiores, salutatione sua non dedignatur. Imò neque istud modicæ laudis est, quòd & fratres eos vocat: quemadmodū & qui istos sequuntur, sanctos appellat. *Salutate enim,* inquit, *Philologum, & Iuliam, & Nereum, & sororem eius, & Olympam, & qui cum his sunt omnes sanctes.* Quod quidem maximæ dignitatis est, honorisq; ineffabilem magnificentiā habens. Deinde ne prorsus quicquam contentionis pāre-

1.Cor.16.d Gala.1.b

ret, quòd istos quidem hoc, illos autē isto pacto appellat: & hos quidem nominatim, istos verò præter omnē definitionem: ad hæc illos quidē cum maioribus encomiis, hos verò cum minoribus, per dilectionis æqualem honorem sanctumq; osculum, rursus eos commiscet & coniungit, dicens: *Salutate vos inuicem cum osculo sancto.* Per hāc pacem omnem cogitationem qua possent turbari, omnemq; pusillanimitatis occasionem reuicit, ne vel magnus contemnat minorem, nec minor inuideat maiori: sed pellantur, & contēptus, & inuidentia, osculo isto omnia mitigante & adæquante. Propterea non solum salutare illos ad hunc modum iubet, sed & omnium ecclesiarum salutem illis mittit. *Salutāt enim,* inquit, *vos.* Non amplius illum vel illum seorsum, sed in communi omnes. *Ecclesiæ Christi.* Vides quo modo non modicum fructum, & ex salutationibus istis tulerimus? Vides quantos thesauros neglecturi fuissemus, nisi & hanc epistolę huius partem, quantū pro viribus nostris, licuit, scrutati essemus? Quòd si sapiēs quispiam & spiritualis fuerit inuentus, is & profundius introspiciet, & plures margaritas videbit. Verum quoniam sæpenumero quæsitum est à nonnullis, quānam ratione Apostolus tot fideles in hac epistola salutauerit, quod tamē in nulla epistolarum alia fecerit, hoc vtique dicemus: nimirum ideo factum esse, quòd Romanos nequaquā dum viderat. Atqui dices: neque Colossenses cognouerat, & tamen nihil tale erga illos fecit. Verum: sed Romani celebriores erant aliis, & ex aliis ciuitatibus plurimi illuc sese transtulerant, tanquam in tutiorem quandam & regaliorem vrbem. Illos igitur quoniam inter aduenas degebant, multáque tuitione opus habebant, ac quidam illorum Paulo cogniti erant: nonnulli vero multa & magna, cum præsentes essent, pro ipso ministrauerant, non immerito ipsos per literas commēdat. Pauli quippe tum temporis nō modica erat gloria, sed tanta, vt qui epistolas ipsius adepti essent, per solas literas multum haberent prerogatiuæ. Neque enim illum† agnoscebant solū, sed & reuerebantur: ‖ nisi enim istud fuisset, vtique non dixisset: Ipsa quippe multis adfuit, & mihiipsi. Et rursus: Optabam ego ipse anathema esse. Et Philemoni scribens dixit: Cùm talis sim, nempe Paulus senex, nunc verò & vinctus in Christo Iesu. Et ad Galatas: Ecce ego Paulus dico vobis. &, Tanquam Christum Iesum susscepistis me. Corinthiis autem scribēs dixit: Tanquam nō sim venturus ad vos, inflati sunt quidam. Et iterum: Hæc autē transfiguraui in meipsum & Apollo, vt in nobis discatis, nihil de vobisipsis sentire vltrà quàm scriptum sit. Ex quibus omnibus manifestum est † quòd magnam gloriam ex illius commēdatione habuerint, quotquot ab illo commendabantur. ‖ Volens igitur eos in securitate esse & honore, salutauit vnumquemque iuxta quod conueniebat, ornans illos, hunc vocans dilectum, istum cognatum, alium verò vtrunque: deinde illum concaptiuum, istum cooperarium, hunc probatum, alium electum, & hanc quidem à sua dignitate. Neque enim simpliciter dicit, quæ ministrauit, † licet hoc fecerit. Et eas quę circa Tryphænam & Persidem positæ sunt: ita sanè appellauit: ‖ sed hanc quidem munus & vocationem habentē diaconi, istam verò cooperariam, & in sacris ministram: illam matrē, aliam verò à laboribus quos sustinuit. Et hos quidem à domo, istos verò à nomine fratrū, alios autem ab appellatione sanctorū: & illos hoc ipso honorat quòd salutat, hos verò quòd & nominatim salutat. Istos quidē primitias appellans, illos autem à temporis senio commendans.

† venerabā tur solū, sed etiā metuebant.

Hic sup. a
Supra.9.a
ad Phile.b
Gal.4.5.a
Ibid.4.c
1.Cor.4.d
Ibidem.a

† quòd præclare de ipso sentirent omnes.

† Quoniam si id fuisset, Tryphænā etiā & Persidē ita nominasset.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mendãs. Verùm plus omnibus Priſcillam & Aquilam. Licet enim omnes fuerint fideles, pares tamen non fuerunt, ſed præmiis diuerſi. Propterea ſanè vt ad maiora excitaret vniuerſos, nulli* obſcurauit encomia: ſi enim qui plura præſtiterunt, plus mercedis accepturi non eſſent, multi redderentur ſegniores. Vnde neq; in regno par honor, neque in diſcipulis pares omnes, ſed præſtãtiores reliquis tres erant, & in ipſis tribus multum rurſus differentiæ repertum eſt. Multa quippe diligentia apud deum eſt etiam vſq; ad extremos: nam & aſtrum
1.Cor.15.c ab aſtro differt, inquit, in gloria. Quãquam omnes fuerint Apoſtoli, omnes ſuper ſedes duodecim ſeſſuri ſint, omnes ſua reliquerint, omnes ſimul cũ ipſo verſati fuerint: tamen tres ex illis accepit. Rurſus & horum trium
Marc.10.f quoſdam eminere & excellere dixit. Sedere enim, inquit, à dextris & à ſiniſtris, non eſt meum dare, niſi quibus paratum eſt. Petrum verò reliquis præponẽs, dicit:
Ioan.21.d Diligis me plus his? Et Ioãnes plus eſt dilectus ab ipſo,
Ibid.19.e quàm reliqui: erit enim diligens omnium inquiſitio, & ſi modicè ſuperaueris proximum, minimum etiam & vtcunque, neque hoc tamen negliget deus. Et iſtud antiquitus etiam apud veteres videre eſt: nam & Loth iuſtus quidem erat, verum non ita quemadmodũ Abraham. Rurſus & Ezechias, at non ſicut Dauid, & prophetæ omnes, ſed non vt Ioannes. Morale.

Vbi ſunt igitur, qui poſt tam exactam diligentiam gehennam eſſe nolunt? Si enim non eiſdem potientur iuſti omnes, ſicubi vel modicè alij alios excelluerint:
1.Cor.15.c differt enim ſtella à ſtella, inquit, in gloria: quo modo cum iuſtis eadem gloria fruẽtur peccatores? Hanc etenim confuſionem ne homo quidem quiſquam faciet, multò minus deus. Si verò volueritis, & in his qui peccauerunt, & quę iam facta ſunt, iſtam vobis differentiã, exactámque iuris exequutionem oſtendam. obſerua autem: Peccauit Adam, peccauit & Heua, tranſgreſſi ſunt vtrique: verùm ex æquo non peccarunt. Igitur neque puniti ſunt æqualiter. Tantum enim hic differentię eſt,
1.Tim.2.d vt Paulus dixerit: Quoniam Adam non eſt deceptus, mulier verò ſeducta, tranſgreſſioni facta eſt obnoxia? atqui ſeductio vna erat. Verùm diligens inquiſitio dei tantum differentiæ oſtẽdit, vt Paulus hoc dixerit. Rurſus Cain quidem punitus eſt: Lamech verò poſt illum occîdens, nihil tale paſſus eſt, tametſi & illic cędes fuerit & iſthic, grauior etiam multò quàm illic, eo quòd iſte neque ex præcedenti exemplo factus ſit melior. Verùm quoniam hic quidem neque fratrem poſt admonitionem occîdit, neque accuſatore opus habuit, neq; interrogante deo impudenter reſpondit: ſed nemine arguente ſeipſum & reprehendit, & condemnauit, veniam adeptus eſt. Ille verò quoniam contraria commiſit, ſupplicio affect° eſt. Vide quanta diligentia deus vtriuſq; facta inquiſierit. Propterea & eos qui in diluuio fuerunt, & qui in Sodomis, aliter atque aliter puniuit. Rurſus aliter Iſraëlitas, aliter qui in Babylone, aliter qui ſub Antiocho fuerunt, oſtendens quòd multam habeat actorum noſtrorum rationem. Et illi quidem ſeptuaginta ſeruierunt annos, iſti verò quadringentos: illi & liberos ſuos comederunt, & innumeras alias grauiores perpeſsi ſunt calamitates: & neque ſic tamen liberati ſunt, ſiue illi, ſiue adhuc viuentes, Sodomitis e-
Matt.10.d tiam miſeriores. Tolerabilius enim, inquit, terrę Sodomorum erit & Gomorrhæorũ, quàm ciuitati iſti. Nam ſi nulla illi cura eſt, ſiue peccemus, ſiue probè agamus: meritò poterit quiſpiam dicere non eſſe ſupplicium. Si verò tantum impendit ſtudij, quò minus peccemus, & tanta molitur quò rectè viuamus: manifeſtum quòd & peccantes puniat, & rectè agẽtes coronet. Tu verò mihi multorum iniquitatem perpende. Nam hic quidem vicio vertunt deo, quòd longanimiter plerunque expectat, multóſque ſceleſtos, laſciuos, violentos ita negligit, vt non ſtatim pœnas de illis ſumat. Illic verò rurſus ſi quando ſupplicium ipſis minatur, acerbi ſunt, molesti, ac queruli. Atqui ſi hoc triſticiam adfert, recipiendum erat alterum & celebrandum. Sed ô dementiam, ô ſtultam & aſininam ſententiam, ô mentem peccatorum amatricem, & ad maliciam reſpicientem. Nam hinc omnia illa dogmata naſcũtur, ita vt ſi virtuti vellent inhærere qui iſta dicunt, mox & de gehenna perſuaderentur, omnique dubitatione leuarentur. Et vbi, inquies, & in quo loco erit ipſa gehenna? vt quid iſtud curas? Quæſtio ſiquidem eſt, vt oſtendatur quòd ſit, nõ vbi recondita ſit, & in quo loco. Nonnulli quidem fabulantes dicunt quòd in valle Ioſaphat, quod de bello quodam prętcrito dictum eſt, ad gehennam trahentes: ſcriptura verò hoc non dicit. Sed in quo loco, inquis, erit? Alicubi quantum ego puto extra omnẽ hunc mundum. Quemadmodum enim regum carceres & metalla porrò diſtant: ita alicubi extra hunc orbem erit gehenna. Ne quæramus igitur vbi ſit, ſed quo modo illã ſanè fugiamus: neque propterea de futuris fidem deus non ſeruabit, quòd hic non omnes punit. Benignus enim eſt, & longanimiter agit. Propterea minatur, & non ſtatim in gehennam coniicit. Nolo enim, inquit, *Ezechiæ.g* mortem peccatoris. Quòd ſi mors peccatorum nõ eſt, ſuperfluum eſt quòd dicit illam ſe nolle. Et noui quidẽ quòd his ſermonibus nihil vobis moleſtius ſit, mihi verò *nihil iucundius*. Et vtinam in prandiis & cœnis, & balneis, imò & vbiq; de gehenna diſputatum eſſet. Neque enim mœrore affecti eſſemus in vitæ huius malis, nec in bonis illius deliciati lætatique fuiſſemus. Quid enim mihi poteris obiicere incommodi? Paupertatem? morbos? captiuitatem? cæcitatem corporis? Sed hęc omnia cõparatione ſupplicij futuri ridicula ſunt, ſiue obiicias omnimoda fame tortos, ſiue à prima ætate cæcos, cibúmque emendicantes, ridicula, inquam, iſta ad futura mala ſunt. Continuos itaque ſermones de illis verſemus: non enim ſinet in gehennam incidere, gehennæ meminiſſe. Non audis Paulum dicentem: Qui quidem *2.Theſſ.1.c* pœnam ſuſtinebunt perpetuam à facie domini? Non audis qualis factus ſit Nero, quem & myſterium Anti-
chriſti vocat Paulus? Myſterium enim iniquitatis, in- *Ibid.2.c*
quit, iam inoperatur. Quid igitur? Nihil patietur Nero? Nihil Antichriſtus? Nihil diabolus? Semper igitur Antichriſtus erit. Semper diabolus. Neque enim niſi puniti fuerint, à malicia ſua deſiſtent. vtique dices: ſed quòd gehenna quidem ſit, vndique manifeſtum eſt, ſoli verò infideles patiẽtur. Quamobrem, dic quæſo? Quoniam fideles dominũ ſuum agnouerunt. Et quid iſtud? Quando enim vita illorum immunda fuerit, maiores etiam pœnas propterea dabunt quàm infideles. Quicunque *Rom.2.b*
enim ſine lege peccauerunt, ſine lege quoque peribunt: & quotquot in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. &, Seruus ſciens voluntatem domini ſui, & non fa *Luc.12.f*
ciens, vapulabit multis. Si verò nulla vitæ dãda erit ratio, ſed inaniter iſta dicũtur, neque diabolus punietur. Etenim deum agnouit, magis etiã multis hominibus, & dæmones vniuerſi, & ſciunt illum & horrent, & iudicem confitentur. Itaque ſi non erit reddenda vitæ ratio, neque malarum actionum, euadent etiam iſti. Non ſunt iſta, non ſunt inquã, ne decipiamus noſipſos dilecti. Si enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

eti. Si enim gehenna non est, quo modo iudicabunt A- A arma, hoc pacto omnia sursum, ac deorsum voluũtur.
postoli duodecim tribus Israël? Quo modo dicit Pau- Donec enim vnitum fuerit ecclesiæ corpus, nullum va
1.Cor.6.a lus: An ignoratis quòd angelos iudicaturi sumus, mul- let habere introitum satanas werum à dissidiis nascitur
Matt.12.d to magis secularia? Quo modo Christus dixit: Viri Ni- offendiculum. Vnde autem dissidia? Ab eo quòd ven-
nivitæ exurgent, & iudicabunt generationem istam: & tri, aliisq; affectibus seruitur: nam qui tales sunt, inquit,
tolerabilius erit terræ Sodomorũ in die iudicij? Quid deo non seruiunt, sed suo ventri. Itaque nõ erunt offen-
igitur ludis in rebus nõ ludicris? Quid teipsum seducis, dicula, non erunt dissidia, nisi dogma quoddam exco-
ac decipis? Quid benignitatem dei expugnas? Propter gitatum fuerit quod sit cõtra Apostolicam doctrinam:
hoc ipsum quippe illã, & parauit, & minatus est, ne in il id quod & hic manifestans dicit, contra doctrinam, Et
lã incidamus, timore illius meliores facti. Itaq; qui ser- non dicit, quam docuimus: sed, quam vos didicistis,
monem de istis è medio tollit, nihil aliud facit, quàm anticipans illos, & ostendens persuasos vtique esse, au-
quòd hac deceptione in eam ipsam gehennam impellit dissecq; & suscepisse. Et quid faciemus illis qui ista depra
& coniicit. Ne dissoluas itaque manus illorum, qui pro uant? Non dixit, aggredimini, & manus conserentes pu
virtute laborant, neque socordiam illorum, qui obdor gnis decertate, sed declinate ab illis: si enim ex stulticia
miunt adaugeas. Si enim multi crediderint gehennam quidem aut errore hoc facerent, oportebat corrigere.
non esse, quando maliciam relinquent? vbi vero iusti- Quoniam vero scientes peccãt, resilite alio: & alibi hoc
cia apparebit? Nõ dico de peccatoribus, & iustis, sed de B dicit: Subducite vos, inquiens, ab omni fratre qui inor- 2.Thes.3.b
peccatoribus & peccatoribus. Quamobrem alius quidẽ dinate se gerit. Et Timotheo de fabro ærario disserens,
hic punitus est: alius vero, licet eadem aut certe maiora talia adhortatur dicẽs, Quem & tu obserua. Deinde & 1.Tim.4.c
quoque deliquerit, punitus non est? Si enim gehenna talia audentes obiurgans ac mordens, causam dicit, ex
non est, nihil poterit ista reprehendentibus respondere. qua dissidium istud excogitauerint. Tales enim, inquit,
Hortor igitur vt ab istis ridiculis cessantes obturem ora domino nostro Iesu Christo non seruiunt, sed suo ven
illorum, qui nobis in huiusmodi contradicunt. Erit tri. Hoc & Philippensibus scribens, dixit: Quorum deus Philip.3.d
enim tam in peccatis quàm in recte factis, etiam minu- vẽter est. Videtur autem mihi eos hic notare, qui ex Iu-
tissimorum exacta inquisitio. Oculorum quoque impu deis erant, quos potissimum perpetuo solet velut gulo-
dicorum pœnas dabimus, & verbi ocioſi, & simplicis sos notare: nam & ad Titum scribens de illis, dixit: Ma ad Tit.1.c
conuicij, ebrietatis quoque supplicia patiemur, atq; po- læ bestiæ, ventres pigri. Et Christus eosdem criminan-
πολὺς cula aquæ frigidæ mercedem accipiemus, immo & so- do dixit: Comeditis domos viduarũ. Et prophetę quo- Matt.23.b
λυχρόν. lius gemitus. Pone siquidem, inquit, signum in faciebus que eadẽ in illis reprehẽderunt: Impinguatus est enim, Deut.32.b
Matt.10.d gementium & lugentium. Quo modo igitur audes di- inquit, incrassatus & recalcitrauit dilectus. Propterea &
Ezech.9.b cere quòd simpliciter & frustra gehennam minatus sit, Moses hortatur dicens: Cum comederis ac biberis, im- Ibid.6.c
qui nostras actiones tanta diligẽtia exquirit? Noli, ob- pletúsq; fueris, recordaberis domini dei tui. Et in Euan-
secro, noli, & teipsum, & eos qui tibi credunt vanis spe- C geliis Christo dicentes, Quod signum ostendis nobis, Ioan.2.c
bus perdere: si nostris sermonibus diffidis, inquire Iu- aliáque omnia prætercurrentes, ac negligentes, manna
dæos, Græcos, hæreticos omnes. Omnes veluti vno ore commemorant. Hoc pacto vbique huic passioni dedi-
respondebunt, & iudicium, & retributionem fore. Sed ti apparent. Quo modo itaque te non pudebit si seruos
non sufficient homines? interroga vel dæmonas ipsos, ventris pro doctoribus habeas, qui frater es Christi? Et
Matt.8.d & audies clamantes: Quid venisti huc ante tempus tor seductionis quidem causa hæc est: insidiarum vero mo
quere nos? Collectis his omnibus mentem tuam per- dus alium rursus morbum habet, nimirum adulationẽ:
suade, ne vane nugetur, ne per experientiam discas es- per blandiloquẽtiam enim, inquit, seducunt corda in-
se gehennam, sed hinc & resipiscere valeas, & tormen- nocentum. Recte autem dicit per blandiloquentiam:
ta illa effugere, bonáque futura acquirere, gratia & be- obsequium quippe illorum in verbis hæret, mens vero
nignitate, &c. talis non est, sed dolo referta. Et nõ dicit, vos decipiũt:
sed, corda innocentum. Et neque hoc cõtentus est, sed
Homilia xxxij. ne grauius reddatur, quod dicit, subiungit: *Nam obe-*
dientia vestra ad omnes permanauit. Hoc vero faciens, non
Obsecro autem vos fratres, vt obseruetis eos qui dissidia patitur illos impudẽtes fieri, sed encomiis præoccupat,
& offendicula contra doctrinam, quam vos didicistis, testiúmq; multitudine cõtinet. Neque enim ego solus,
signunt, & declinetis ab illis. Nam qui tales sunt, domi- D inquit, testimonium de vobis fero, sed & vniuersus or-
no nostro Iesu Christo non seruiunt, sed suo ventri, & per bis. Et non dicit prudentia vestra, sed, obediẽtia vestra:
blandiloquentiam decipiunt corda innocentum. Paræneſis ite- hoc est, fidelis persuasio, id quod illis est multæ mãsue-
rum, & post paræneſim precatio: cum enim dixisset, vt tudinis testimoniũ dantis. *Gaudeo igitur de vobis.* Non
eos qui dissidia gignunt, obseruent, illisq; non obtem- modicum & istud est encomium, deinde & post laudẽ
Hic infrà.c perent, adiicit: Deus autem pacis conteret satanam sub admonitio: nam ne pigriores eos occulte faciat, dum à
Ibidem.d pedes vestros: &, Gratia domini sit vobiscum. Obserua culpis liberat, rursus illis insinuat, dicens: *Sed volo vos* † illos occul
vero quàm placide adhortetur, non in persona consi- *sapientes esse ad bonum, synceros ad malum.* Vides quo modo tè taxat:
liarij, sed in persona domestici, istud, multóq; honore illos rursum tangat, licet occultè? Est enim istud obscu-
εὐαγω- faciẽs. Nam & fratres illos vocat, & supplicat: Obsecro re significantis, quòd nõnulli iam ex illis decepti, & se-
γίας. quippe vos, inquit, fratres. Deinde vt & cautos eos & so ducti fuerint. *Deus verò pacis conteret satanam sub pedes ve-*
licitos faciat, calumniantium dolum ostendit: tãquam *stros, breui.* Quoniam enim dixerat, eos qui dissidia, &
enim ex seipsis manifesti non sint, dicit: Obsecro autem offendicula gignũt, obseruate: dicit iam deum pacis, vt
vos vt obseruetis: hoc est, diligenter satagite, vt cogno confidant se liberãdos aliquando ab illis. Qui enim pa
scatis & perscrutemini. quósnam, dic quęso? eos qui dis- cem amat, vtique dissoluet quæ illam lædunt. Et non
sidia & offendicula contra doctrinam quam vos didi- dicit, subdet: sed quod maius est, conteret, & nõ solum
cistis, gignunt. Ista siquidem potissimũ est ecclesiæ sub- deceptores illos, sed & qui ad ista ducem illis agit, nẽ-
uersio, in partes scilicet diuisam esse. Hæc diaboli sunt pe sata-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pe ſatanam. Et non ſolum conteret, ſed ſub pedes ve- A
ſtros, vt & ipſi victoriam auferrent, & adepto trophæo
illuſtres redderentur. Deinde rurſus & ab ipſo tempo-
re conſolatio, ſubiungit enim: Breui. Hoc vero ſimul e-
rat & precatio, & prophetia. *Gratia domini noſtri Ieſu Chri
ſti ſit vobiſcum.* Tutiſsima arma, murus infractus, turris
inquaſſata: admonet enim illos gratię, vt alacriores red
dat. Si enim à multo grauioribus liberati, ſoláq; gratia
liberati eſtis: multo magis liberabimini, & à minorib⁹:
ſiquidem & amici facti eſtis, & quod veſtrũ erat, ſimul
attuliſtis. Vide quo modo neq; precationem ſine ope-
ribus ponat, nec opera ſine precatione. Dato enim illis
obedientię teſtimonio, precatus eſt, oſtendens vtriſque
nobis opus eſſe, & quæ diuinitus dantur, & quæ à nobis
ſunt, ſiquidem diligenter & exacte ſaluandi fuerimus,
idq; non ſolum antea, ſed & nunc quoque etiam ſi ma-
gni, celebréſque fuerimus, diuina gratia opus habemus. B

Saluta vos Timotheus cooperarius meus. vides rurſus con-
ſueta encomia? *Et Lucius, & Iaſon, & Soſipater cognati mei.*
Actо.17.b Iaſonis huius & Lucas meminit, fortitudinêmque illius
nobis commendat, dicens: & duxerunt illum ad magi-
ſtratus vrbis clamãtes. Et alios quoque credibile eſt de
inſignibus fuiſſe. non enim ſimpliciter cognatos com-
memoraret, niſi iuxta pietatem ſimiles illi fuiſſent.

Saluto vos ego tertius qui ſcripſi epiſtolam. Non modicum
& iſtud encomium, ſcribam eſſe Pauli. Verum hoc non
ideo dicit, vt ſeipſum laudet, ſed vt feruẽtem apud illos
dilectionẽ miniſterij gratia attrahat. *Saluat vos Gaius
hoſpes meus & totius eccleſiæ.* Vides qualem illi coronam
texat, de tanta illius hoſpitalitate teſtificans, integrámque eccleſiam in domum illius congregans? Hoſpitem
enim hic, pro hoſpitio ſuſcipientem dicit. Audiens ve-
ro quòd Pauli fuerit hoſpes, nõ ſolum liberalitatis gra- C
tia ipſum celebrabis, ſed & eius diligentiæ, qua vitam
pie inſtituit. Niſi enim dignus virtute Pauli fuiſſet, apud
eum vtiq; ille minime hoſpitatus fuiſſet. Qui enim mul-
ta præceptorum Chriſti trãſcendere etiam ſtuduit, vti-
que hanc illius legem tranſgreſſus nõ eſt, qua iuſsi ſunt
apoſtoli exquirere hoſpites dignos ad quos diuerterẽt.

Saluat vos Eraſtus, quæſtor ærarius ciuitatis, & Quartus frater.
Non ſimpliciter adiecit, quæſtor ærarius ciuitatis, ſed
Philip.4.d quemadmodum Philippenſibus ſcripſit: Salutant vos
qui ſunt ex Cæſaris familia, vt oſtendat euangelij prædicationem magnos etiam tetigiſſe: ita & hic dignitatis huius meminit, idem quod illic agens & oſtendens,
neque diuitias, ei qui attenderit, neque principatus curas, neque aliud horum quicquam impedimento eſſe.

Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti ſit vobiſcum, Amen. Vides
vnde exordienda, & quo terminanda ſint omnia: nam D
& hinc fundamentum iecit epiſtolæ, & hinc quoque faſtigium illi impoſuit, ſimul illis matrem bonorum omnium imprecans, atque omnis beneficentiæ diuinitus
acceptæ admonens. Iſtud quippe potiſsimum eſt generoſi doctoris: non ſolum ſermone quos imbuit, ac docet, ſed & precibus iuuare, vnde & dicebat ille: Nos ve-
Actо.6.b ro precationi, & miniſterio verbi adhærebimus.

Morale.

Quis igitur & nobis bene precabitur, poſteaquã Paulus hinc migrauit? Aemulatores illi Pauli, tantummodo
dignos nos tali patrocinio exhibeamus, ne hic ſolum
vocem Pauli audiamus, ſed & illic poſtquam diſceſſerimus, athletam hunc Chriſti videre mereamur. Imò ſi
hic audiuerimus, & illic ipſum omnino videbim⁹, licet
non è propinquo ſtantes: videbimus tamẽ prorſus prope apud regalem thronum ſplẽdentem. Vbi Cherubin
deum glorificant, vbi Seraphin volãt, illic Paulum vi- *Paulus in*
debimus cum Petro in ſanctorum choro coryphæum *choro ſan-*
exiſtentem & præſidentem, genuináq; illic dilectione *ctorum co-*
fruemur. Si enim cum hic eſſet, vſqueadeo dilexit homi- *ryphæus.*
nes, vt cum diſſolui ex animi propoſito, & cum Chriſto *Philip.1.d*
eſſe cuperet, elegerit hic eſſe: multo magis illic feruẽtiorem amorem oſtendet. Ego & Romam propterea dili- *Laus vrbis*
go, tametſi, & aliunde queã illam laudare, nempe à ma- *Romæ.*
gnificẽtia, ab antiquitate, à pulchritudine, à multitudine, à potentatu, à diuitiis, & à rebus in bello fortiter geſtis: Sed relictis iſtis omnibus, ob id illã beatam deprædico, quòd erga illos Paulus dum viueret, adeo fuit beneuolus, adeo illos amauit, corã diſſeruit, & poſtremo
vitam apud eos finiuit. Vnde & ciuitas iſta hinc facta
eſt inſignis plus quàm à reliquis omnibus. Et quemadmodum corpus magnum ac validum, duos habet oculos illuſtres, ſanctorum videlicet illorum corpora: Nõ
ita cœlum ſplendeſcit, quãdo radios ſuos Sol ex ſeſe dimittit, quemadmodum Romanorũ vrbs duas illas lãpades vbique terrarum effundẽs. Hinc rapietur Paulus,
hinc Petrus. Conſiderate & horrete, quale ſpectaculum
viſura ſit Roma, Paulum videlicet repente ex theca illa
cum Petro reſurgentẽ in occurſum domini ſurſum ferri. Qualem roſam Chriſto mittet Roma? qualibus coro
nis duabus ornatur vrbs iſta? Qualibus catenis aureis
cincta eſt? Quales habet fontes? Propterea celebro hãc
vrbem, non propter copiam auri, non propter columnas, neque propter aliam phantaſiam: ſed propter colũnas illas eccleſię. Quis mihi nunc dabit circũfundi corpori Pauli, affigi ſepulchro, videre puluerem corporis illius, quæ adhuc in Chriſto deerãt adimplentis, ſtigmata illius geſtantis, prædicationem euangelij vbique ſe-
C minantis? puluerem inquam oris illius, per quod Chriſtus locut⁹ eſt, per quod lux emicuit quouis fulgore clarior, & vox exiliit dæmonibus quouis tonitru terribilior, per quod beatum illud verbum locutus eſt: Opta- *Rom.9.a*
bam anathema eſſe pro fratribus meis, per quod locutus eſt coram regibus, & nõ eſt confuſus, per quod Paulum didicimus, per quod Pauli dominum. Tonitru ita
terribile nobis non eſt, quemdmodum vox illa dæmonibus. Si enim veſtimenta ipſius horruerunt, multo magis vocem: Ipſa vinctos illos & captiuos egit, hæc orbẽ
terrarum expurgauit, hæc morbos diſſoluit, vicium expulit, veritatem ſuperinduxit, Chriſtum habuit inhabitatorem. Is vbique cum illo profectus eſt: & quod erant
Cherubin, hoc erat & vox Pauli. Quẽadmodum in potentatibus illis ſedit deus: ita & in lingua Pauli. Digna
quippe facta eſt quæ Chriſtum receperit, ea tantummodo loquens, quæ Chriſto grata erant, & ad ineffabilem
vſque volans altitudinem, quemadmodum Seraphin.
Quid enim ſublimius voce illa qua dicebat: Perſuaſus *Roma.8.g*
ſum quòd neq; angeli, neq; principatus, neque potentatus, neque inſtãtia, neque futura, neq; ſublimitas, neque
profundum, neque alia creatura poterit nos ſeparare à
charitate dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu? Quot videtur tibi
alas, quot oculos habere vox iſta? Propterea dixit: Non
enim ignoro cogitationes ipſius, hinc fugiunt dæmo- *2.Cor.2.a*
nes, non ſolum loquentem audientes, ſed & veſtimentum procul conſtituti vidẽtes. Oris huius puluerem videre vellem, per quod Chriſtus magnalia & ineffabilia
locutus eſt, & maiora etiam quàm per ſeipſum, (Quemadmodũ enim maiora per diſcipulos ſuos operatus eſt, *Ioan.14.b*
ita & maiora locutus eſt) per quod admiranda illa oracula orbi protulit ſpiritus ſanctus. Quid enim os illud
ſanctum non effecit? Dæmonas expulit, peccata abſoluit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

uit,tyrannos compescuit, philosophorum linguas ob- A ruint crucifixa,membra Christi, quæ Christū induerāt,
serauit,orbem deo adduxit,Barbaros ad philosophiam quæ templum spiritus sancti,sanctaq; fuerūt ædificatio,
persuasit,omnia coaptauit,quę in terra,& quę in cœlis, quæ ligata erant spiritu, confixa timore dei, habentia
ad quem modū voluit,disposuit,ligans illic & soluens, stigmata Christi. Hoc corpus vrbem hāc munit,quod
iuxta datam sibi potentiam,quos volebat. Non solū au quanuis turri, innumerisq; mœnibus ac vallis est tutius,
tem oris,sed & cordis illius pulcherem videre vellem:q & cum isto corpus etiam Petri. Nam & viuentē hono-
si quis totius orbis cor dixerit, innumerorūmq; bono- rauit:Ascēdi enim,inquit,videre Petrum. Propterea & *Gal.1.d*
rum fontem,& principium,& elementum primariū no hinc emigrantem istum cōtubernalem sibi dignata est
stræ salutis,certe non errauerit.Hinc enim spiritus vitę facere illius charitas:vellem videre leonem illum spiri-
in omnia suppeditatus est,membrisq; Christi datus,nō tualem. Quemadmodum enim leo ignem in vulpium
per arterias emissus, sed per bonorum voluntatem ac greges demisit,ita iste in dęmonum & philosophorum
propositum.Cor istud adeo fuit latum,vt in se susceperit globum & exercitum irruit, & velut fulminis solet im-
2.Cor.6.c & integras vrbes, & populos, & Gentes. Cor enim petus:ita in diaboli phalangas delatus est. Neq; enim is
meum,inquit,dilatatum est: verūtamen vtvt latum fue iusta acie Paulo restitit,sed illum ita est veritus, ita ante
rit, tamen sæpenumero occupauit & presit illud, quæ illum tremuit,vt &vel illius vmbrā videns,vel vocem
Ibid.2.b ipsum dilatabat dilectio.Ex multa quippe tribulatione, audiens procul fugerit.Ita & eum qui fornicatus fuerat, *1.Cor.5.b*
inquit, & anxietate cordis scripsi vobis. Et dissolutum B Satanæ,etiam lōge disitus,tradidit, ac rursum ex illius *1.Tim.1.d*
etiā vellē videre cor istud,erga vnūquenque pereuntiū manibus eripuit. Ita & alios,vt discerent non blasphe-
accensum,& ignitum secundò parturiens filiorum ab- mare. Vide vero,quo modo eos quos ordinauerat,sti-
Matt.5.b ortus,deum videns:(mundi enim corde deū videbunt, mulet excitans & muniens. Et iam quidem Ephesiis di-
Psal.50.d inquit)hostiam factum. (Hostia siquidē deo est,inquit, cit: Non est nobis colluctatio aduersus sanguinē & car *Ephes.6.b*
spiritus contritus) cœlis ipsis sublimius, orbe latius, ra- nem,sed aduersus principatus & potestates. Deinde &
diis solaribus exhilaratius, igne feruentius, adamante præmium certaminis ponit in cœlestibus, dicens: Non
Ioan.7.f solidius,fluuios emittens(fluuij siquidem fluent ex vētre enim nobis certamen,inquit,circa terrenas res,sed cir-
eius,inquit,aquæ viuæ) vbi erat fons exiliens,& rigans, ca cœlos,& quæ in cœlis sunt. Iam vero aliis: An igno- *1.Cor.6.a*
non terræ superficiem,sed animas hominum: vnde nō ratis,inquit,quòd angelos iudicabim°,multo magis se-
solum fluuij, sed & fontes lachrymarū noctes, atq; dies cularia? His itaque consideratis omnibus, stemus gene-
emanarunt. Cor,inquam,quod nouam vitam,nō hanc rose & fortiter: nam & Paulus homo fuit ex eadem no
Gal.2.c nostram vixit.Viuo enim,inquit,iam non ego,viuit ve biscum natura participans,aliáq; omnia communia no
ro in me Christus. Cor itaq; Christi erat,cor Pauli, ta- biscum habens. Verum quoniā multum dilectionis er-
bulāq; spiritus sancti,atque charitatis volumen.Cor il- ga Christum ostendit, cœlos ipsos trāscendit cum an-
lud quod propter aliena quidē peccata tremebat. (me- gelis constitutus.Itaque si voluerimus & nos vel modi-
Ibid.4.c tuo siquidem, inquit, ne quo pacto frustra laborauerim C cum excitari, ignémq; illum in nobis accendere, æmu-
2.Cor.11.a in vobis.&, Ne quo modo Heuam seduxit serpens: &, lari poterimus hunc sanctum.Neque enim si impossibi-
Ibid.11.f Ne cum venero, nō quales volo inueniam vos.) Super le hoc esset,clamasset,dicēs: Imitatores mei estote,quē- *Ibid.4.d*
1.Cor.9.a seipso vero & timebat,& confidebat. Metuo,inquit,ne admodum ego Christi. Non solum ergo admiremur
Rom.8.g quo pacto aliis prædicans,ipse reprobus efficiar:&,Per- ipsum,neque tātummodo stupeamus, sed & imitemur:
suasus sum quòd neq; angeli, neque principatus pote- vt mereamur hinc migrātes,& ipsum videre, & ineffa-
runt nos separare: cor illud quod Christum adeo dili- bilis ipsius glorię participes esse:id quod nos omnes as-
gere meruit,vt illū nemo alius ita dilexerit,quod mor- sequi contingat gratia & benignitate,&c.
tem & gehennam contempsit, quod ex lachrymis illis
fraternis conterebatur. Quid enim facitis,inquit,flētes
& adfligentes cor meum?quod licet fuerit tolerantissi-
mum,ferre tamen non potuit præcognitum tēpus, quo
defecturi erant Thessalonicēses. Videre rursus vellem
pulcherem manuū illius quæ in vinculis fuerūt, per qua-
rum impositionem spiritus sanctus suppeditabatur, per
Gal.6.c quas hæ literæ scriptæ sunt. Ecce,inquit,qualibus literis
2.Thes.3.d scripserim vobis mea manu. Et iterum: Salutatio mea, D
Act.28.a Pauli manu. Manuum,inquam,illarū, quas cum vidis-
set vipera,in rogum ardentem decidit.Pulcherem vide-
re vellem oculorum bene excæcatorum primò, deinde
vero ad orbis salutem respicientium, qui & Christum in
corpore videre meruerunt, qui terrena viderunt,& nō
viderunt:qui,quæ non videtur,viderunt: qui somnum
ignorarunt,qui mediis noctibus vigilarunt: qui,quæ so
lent ferre oculi inuidorū,passi non sunt. Vellem & pe-
dum illorum videre pulcherem, qui per orbem currētes
non laborarunt,qui ligati erant in ligno quādo noctu
cōquatiebatur carcer, qui orbem, inhabitabilem etiam
circumierunt,qui sæpenumero fuerūt in itinere.Et quid
opus est singula recensere? Vellem videre sepulchrum,
quo recondita sunt arma illa iusticiæ,arma lucis,mem-
bra nunc viuentia,tum vero cū in hac vita essent emor
tua,in quibus omnibus viuebat Christus, quę mūdo fue

DIVI IOANNIS
CHRYSOSTOMI, IN LOcum Pauli, Salutate Priscam & Aquilam, & de colendis sacerdotibus.

Rom.16.a
1.Cor.16.c
& Act.18.a.c

NOnne docti estis, nihil in sacris literis inter superuacanea habēdū? Nōnne didicistis & inscriptiones,& nomina, & cognomina diligenter in arcanis scripturis excutienda?Ego sanè studiosos arbitror ne laturos quidem, vt verbulum aliquod in sacris libris contemptim prætereatur,etiam si tantum nomina recensеantur,vel tempus numeretur,vel breuis cuipiam cognominatio contingat. Attamen vt adhuc certior hæc sententia fiat:agē,hodie ad ea,quę nuper in salutatione

Finis commentariorum D.Ioannis Chrysostomi,in epistolam ad Romanos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tione Priscillæ & Aquilæ relicta sunt, accedamus: tãetsi A non parum profuerint, & præcedentia. Docuit enim nos, quantum bonum sit, operari, & quantum malum, ignauiæ deditum esse. Et qualis anima Pauli? Quàm vigil, quàm solicita? Non tantum ciuitatum & populorũ, & gẽtium, sed & singulorum fidelium magnam curam gerit. Ostẽditq; quo modo hospitalitas nec inopia præpediatur. Et quòd virtute ac pia volũtate vbique opus sit, non item diuitiis & facultatibus. Et quòd clarissimi omnium sunt, qui dei timorem habent, etiamsi in extrema paupertate degant. Vnde, Priscilla & Aquila opifices, nempe pelliones, pauperem & honestam agẽtes vitam, præ omnibus beati prædicantur. Et cum alij dignitatibus & potentia inflati, silentio prætereuntur, pellio ille vnà cum vxore toto orbe decantatur. Quòd si tãta eorum in præsenti vita est gloria, cogita quanti eorum futuri sunt fructus post illum diem, quãdo tempus B erit coronarum & retributionum, qui ante illum diem non paruam voluptatem, vtilitatem, & gloriam accepe runt, quibus tantilli temporis consuetudo cum Paulo fuit? Enimuero sicut prius dicebam, neque nunc dicere desinam. Quòd non solum doctrina, & admonitio, & consilium, sed & sanctorum aspectus, atque vestium amictus, & calceorum mos, multũ habet vtilitatis ac voluptatis. Et inde non exigua vitæ nostræ commoditas accedit, cũ discimus quatenus hi necessariis vsi fuerint. Non enim solum vtendi modum non sunt transgressi, sed & vsui fermè necessario nonnunquam renunciarunt: quin & in fame, & in siti, & nuditate versati sunt.

1.Timo.5.b Et Paulus quidem imperabat discipulis, dicens: Habentes autem alimenta & tegumenta, his contenti simus. Et

2.Cor.4.c clarum est quòd de seipso dicit: Vsque in hanc horam, & esurimus, & sitimus, & nudi agimus, & colaphis cędimur. Operęprecium hic fuerit in medium aliquid afferre, de quo frequens est quæstio. Et quidnam hoc? Dicebam, morem apostolicorum calceorum nõnihil nobis conferre vtilitatis. Sed cum hoc dico, incidit mihi lex,

Matt.10.a quam Christus posuit, dicens: Nõ possidete aurum, neque argentum, neque aliud quid in zonis vestris, neque calceos, neque virgam in via. Manifestũ autem est, Petrum habuisse sandalia. Vnde cũ angelus eum dormiẽtem excitaret, & è carcere educeret, ait: Calcea te san-

Act.12.b dalibus tuis, & circunda vestimentum tuum, & sequere

2.Tim.4.c me. Et Paulus Timotheo scribit: Penulam, quam reliqui Troade apud Carpũ, cum venies, affer, & libros, præsertim membranas. Quid dicis Paule? Christus iubet non habere calceos, tu autem penulam habes, & alius sandalia? Quòd, si hi tenues quidam essent, magistro non per omnia obtemperantes, nulla erat hic facienda quęstio: D sed cum ipsi præcipui sint, ac primates Apostolorum, & animas suas impẽderunt, Christoq; per omnia obedierunt. Et Paulus non solum imperata fecit, sed & supra

1.Cor.9.b septa totus saltauit: cúmq; præciperet ex Euangelio vi-

Act.20.g uendum, victum ipse manibus suis quæsiuit, plus, quàm imperatum erat, faciens. Idcirco dignum est, vt quæramus, quare qui in omnibus Christo parebãt, legem eius videntur transgredi? Nam re ipsa non transgrediũtur. Hic sermo non in hoc solum vtilis erit, vt excusentur sancti illi, sed & vt Gentiliũ obstruantur ora. Quandoquidem multi, viduarũ domos subuertentes, orphanos nudantes, ipsiq; omnibus abundantes, & lupis nihil meliores, ex alienaq; miseria viuentes. Cum vident interdum fidelium aliquos pluribus vestiri amiculis, continuo eis legem Christi obiiciunt, & dicunt: nónne præ-

Luc.9.a cepit vobis Christus, ne habeatis duas tunicas, vel calceamenta? quo modo ergo vos legem illam preuaricamini? Et post hæc, cum abunde fratrem riserint, & probris affecerint, discedunt. Igitur ne talia fiant, agè & illorum obturemus impudentiam. Et possemus quidem ab eis facile liberari, si hoc vnum eis diceremus. Quale hoc? Si Christum vt fide dignum probas, Ethnice merito hæc obiicis, & à nobis quæris: sin ei nõ credis, quare legem eius opponis? Aut quãdo accusare nos vis, dignus tibi videtur fide Christus? quando autem eum admirari oportet & adorare, nullius est apud te momẽti, totius orbis dominus? Verúmne hęc inopia defensionis dicere nos putẽt, ad solutionem eius quod quærebatur, veniamus. Quęnam ergo solutio? Videndum est in huiusmodi, quibus, & quãdo ea Christus imperauerit. Nõ enim obiter, & nudè inquirenda sunt hæc: sed operæprecium fuerit simul & personam, & tempus, & omnia hæc diligenter perscrutari. Itaque quum hæc diligenter considerarus, inuenimus, quòd ipsa non sint omnibus imperata, sed solis Apostolis: & neque illis in omne, sed ad præscriptum & determinatum tempus. Et vnde hoc manifestum? Ex dictis ipsis: dicit enim, Vocatis duo decim discipulis, di- *Matt.10.a*
xit eis: In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Ite potius ad oues domus Israël quæ perierunt: infirmos curate, dæmonia eiicite: gratis accepistis, gratis date: ne possideatis aurũ vel argentum, vel æs in zonis vestris. Attende quanta magistri sapiẽtia. Quo modo leue hoc præceptum fuerit. Nã cum prius dixisset: Infirmos curate, leprosos mundate, *Ibidem.*
dæmones eiicite, magnámq; eis gratiam liberaliter dedisset, tunc tandem hæc imperauit, nimirum paupertatem, signorum potestate leuem & facilem reddens: neque ex his solum, sed & ex multis aliis manifestũ est solis discipulis esse imperatũ. Nam & virgines, quia oleũ *Ibid.25.a*
in lampadibus suis non habebant, puniuit: & alios quoque arguit & increpat, quia esurientem ipsum viderũt, *Ibidem.d*
& non pauerunt, & sitiẽtem non potarunt. Porro is cui non est æs neque calceamentum, sed vna tãtum vestis, quo modo absque his aliũ pascere, quo modo nudum vestire, quo modo alium in domum inducere poterit? Sed & aliunde clarum esse poterat. Nam accedente, & dicente quodam: Quid faciendo vitæ æternæ hæredi- *Ibid.19.&*
tatem assequar? Cum recensita essent omnia, quæ in le- *Mar.10.c*
ge præcepta, & ille curiosius percontaretur, & diceret: Hæc omnia seruaui ab adolescentia mea, quid adhuc mihi deest? dicit ad ipsum, Si vis perfectus esse, vade, vẽde facultates tuas, & da pauperibus, & veni sequere me. Hic si præcipere voluisset, oportebat hoc principio dicere, & legem in ordine præceptorum ponere, & non tanquam consilium & exhortationem narrare. Enimuero cum dicit, Non possidete aurum, vel argentum: *Matt.19.b*
imperando dicit. Cum vero dicit, Si vis perfectus esse: consulendo & admonendo dicit. Non est autem idem consulere, & legem ponere. Nam qui legem statuit, modis omnibus fieri vult, quod præcipit. Qui vero consulit & adhortatur, sententiæ & arbitrio auditoris permittit, vt ex dictis quod voluerit eligat, sicq; faciendorum dominus auditor relinquitur. Propterea non simpliciter dixit, Vade, vende facultates tuas: sed vt discas, quòd in arbitrio audientium res sitæ sint. Vnde manifestum, Apostolis solis hæc fuisse præcepta. Verum quęstio nondum soluta est. Nam si præcepta sunt hæc solis Apostolis, quid in causa est, quòd, licet præceptum fuerit ne haberent calceos, vel geminas vestes, inuenti sunt eos possidentes: nam alius possedit penulam, alius vero

sandalia:

Universidad de Deusto Biblioteca

ſandalia? Quid igitur ad hæc dicemus? Chriſtus neque Apoſtolos ſemper huius legis neceſsitate obſtringi voluit, ſed eos abſoluit ab hac lege, cum iam ad ſalutarem crucem iturus eſſet. Et vnde hoc liquet? Ex Saluatoris verbis. Nam paſsionem aggreſſurus, vocatis illis dixit, Cum vos mitterem ſine marſupio & pera, aliquid ne deerat? At hi reſpondentes dixerunt: Nihil. Ipſe autem dicebat eis: Sed nunc qui habet marſupium, tollat & peram: & qui non habet, vendat veſtem ſuam, & mercetur gladium. Iam forte dicet aliquis, Apoſtolos quidem his dictis à crimine abſolutos. Sed vltra quæritur: Quare Chriſtus contraria præceperit? nam interdum dicit, Ne poſsideatis peram: interdum autem, qui non habet marſupium, tollat & peram. Quare hoc fecit? Sanè hæc admodum digne fecit, pro ſua ſapientia: curàque, quam pro diſcipulis gerebat. Ab initio enim vocationis hoc faciebat, vt diſcipuli periculum virtutis ſuæ facerent: & poſthac in orbem terrarum exituri, hoc exemplo animati, ſe magis fiderẽt. Verum, vbi iam potentiam ſuam agnoſcere cœperunt, voluit vt & ipſi domi virtutis ſpecimen aliquod præberent, permiſitq; ipſosmet ſuas ferre tentationes, ne ſcilicet perpetuo ocioſi reſiderent, & ad finem vſque in omnibus quaſi pueri geſtarentur. Et quemadmodum qui artem natandi docent, principio multa diligentia diſcipulos geſtant: poſt vnum autem & alterum, & tertium diem ſubtracta dextera illis præcipiunt, vt ſeipſos inuent, & nonnunquam illos parumper mergi ſinunt, ita vt & multum ſalſuginis ſorbeant: Ita ſanè & cum diſcipulis ſuis Chriſtus faciebat. Nam initio nihil eos pati ſinebat, vel paruum vel magnum, ſed vbique aderat muniens, & circumuallans eos, faciènſque vt omnia vbertim eis affluerent: cum vero tempus eſſet, vt virilitatem ſuam ipſi declararent, ſubtraxit aliquãdiu beneficium, præcipiens eis, vt etiam per ſeipſos multa perficerent. Atque hanc ob cauſam, cum non habebant calceos, vel zonam, vel baculũ, vel æs, nihil eis deerat. Dicit enim, Num aliquid vobis deerat? Et reſpondentes dixerunt: Nihil. Cæterum quo tempore permiſit eis, vt marſupiũ haberent & peram, & calceos, inueniebantur & eſuriẽtes, & ſitientes, & nudi incedentes. Vnde liquidum, cur paſsim eos periclitari & affligi ſinit: nempe, vt mercedem aliquam habeant. Et quemadmodum aues pullos ſuos fouentes, tandiu in nido ſedent, donec illorum plumæ increſcant: quas dum increuiſſe viderint, eos primùm circa nidum volitare docent, dein, adminiculo ſuo totos deſtituunt: Ita faciebat & Chriſtus. In Palæſtina enim, quaſi in nido nutricabat diſcipulos, & exin eos volare docuit præſens, & geſtans: tandem permiſit eos volare in totum orbem, dato eis mandato, ne ſibiipſis deeſſent. Et quòd ideo omnino eos nudos, & vna tantum veſte amictos miſit, & abſque calceis ambulare iuſsit, vt ſuam virtutem & potentiam cognoſcerent: ſciemus verum eſſe, ſi & aliud dictum audiamus. Nõ enim ſimpliciter dixit eis, Tollite marſupium & peram: ſed priorum memoriam refricando ſic dicebat, Cum mitterem vos ſine marſupio & pera, aliquid ne deerat? hoc eſt, nónne omnia vbertim vobis affluebant, multáque largitate fruebamini? ſed nũc volo vos & paupertatem experiri, & eapropter ad legem priorem obſtrictos nolo, neque à vobis idem quod antea exigo, vt ne quaſi per inanima organa per vos operari exiſtimer. Adhibete & vos veſtram diligentiam & induſtriam. Quòd ſi adhuc dicis: An non maius fuiſſet beneficium, ſi ſemper ita ſecurè verſari eos voluiſſet? Verum nõ ita probati fuiſſent, ſi nullam vel afflictionem, vel perſecutionem, vel inopiam, vel anguſtiam deguſtaſſent: ſed manſiſſent ignaui & pigri. Cæterum oportebat relucere, non ſolum beneficium & gratiam Chriſti, ſed & ſubditorum probationem, vt ne ſint poſtea, qui dicere poſsint: Apoſtolos nihil à ſeipſis attuliſſe, ſed facta omnia opere Chriſti. Non enim difficile erat deo vſque ad finem in eo ſucceſſu cuſtodire: ſed noluit ob varias, neceſſariaſque cauſas, quas ſæpe charitati veſtræ diximus. Vna quidem hæc quam diximus. Alia autem hac non minor, nempe vt modeſtiæ aſſuefierent. Tertia vero, vt ne maior illis, quàm hominibus debetur, honor exhiberetur. Itaq; propter hæc, & his multo plura, cum permiſſurus eſſet eis multa inexpectata accidere, noluit priorem legem tam arctam manere, ſed eius ſeueritatẽ nonnihil relaxauit. Vt & ita non eſſet eis grauis & intolerabilis vita, ſi vbique derelinquerentur, & ſimul duram hanc legem ſeruare cogerẽtur. Quoniam autem oportebat obſcure propoſitum clarius docere: idcirco poſtquam dixit, Qui habet marſupium, tollat & peram: ſubiicit, Et qui non habet, vendat veſtem ſuam, & emat gladium: Quid nam hoc? Armátne diſcipulos, qui dicit: Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam, obuerte ei & alteram? Qui præcepit, vt benedicamus his, qui nos conuiciis laceſſunt, feramus inuadẽtes, oremus pro perſequentibus, nunc armat? armátque vno tantum gladio? Et quo modo hæc rationi conſona ſunt? Nam ſi omnino armis opus erat, non ſolo gladio, ſed & ſcuto, & galea, & cruralibus armare oportebat. Et profecto ſi humano more hęc diſpenſare, & agere voluiſſet, ridiculum erat hoc præceptum. Quandoquidem licet ſexcenta id genus arma poſſediſſent, aduerſus inſidias, & impetus populorum, tyrannorum, ciuitatum, gentium: quo modo potentiores habiti fuiſſent vndecim? Non potuiſſent præ timore ſpectare faciem exercituum, & audire vocem hinnientium equorum, viri nõ niſi in ſtagnis & fluminibus & lembis verſati. Quare ergo hoc dicit? Iudæorum inſidias indicare volebat, idq; manifeſte, & nõ per ænigmata, ne iterum ſecum confunderentur. Itaque, ſicut cum audis Chriſtum dicentem: Quod auditis in aurem, prædicate ſuper tecta: & quod auditis in tenebris, dicite in luce. Nõ intelligis, quaſi præcipiat relictis foris & triuiis, eos ſuper tecta debere prædicare: ſed cum dicit, Super tecta, & in luce: fiduciam & libertatem publice prędicandi inſinuat. Cum vero dicit, In aurem & in tenebris: ſignificat, vt vbique terrarum narrent, quod in parua mundi parte, & in vno Palæſtinæ loco audierant. Neque enim in tenebris & in aurem eis dicta erant, ſed ſæpe in altis montibus, in conuentibus & ſynagogis: Ita & hic intellige. Nam ſicut ibi audimus tecta, ita & hic arma. Non igitur ſentimus, quòd talibus verbis iuſſerit haberi gladios: ſed quòd per gladios inſinuarit imminere inſidias, & paſſurum ſe à Iudæis quæ & paſſus eſt: atque hoc ex ſequentibus manifeſtum eſt. Nam vt dixit emendum gladium, mox adiecit: quia oportet adimpleri ea quæ de me ſunt ſcripta, Quòd cum iniquis reputatus ſum. Diſcipulis autem dicentibus, Hic ſunt duo gladij: & non intelligẽtibus dictum, ait: Satis eſt. Tametſi non ſuffeciſſent vel duo, vel tres, vel centum, ſi humano auxilio eos vti voluiſſet. Quòd ſi noluit eos humano præſidio vti, ſunt vtique & hi duo ſuperflui. Proinde hic doctrinam ſuam non expoſuit, id quod vbiq; facere videtur, vt quoties dicta minus intelligunt diſcipuli, euentui rerum dictorum intelligentiam explanandam

Luc.22.d *Ibidem.* *Luc.22.d* *Mat.5.f.& Luc.6.d* *Matt.10.c & Luc.12.a* *Eſa.53.d Luc.22.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nandam relinquens prætereat. Ita & alibi facit. De re-
Ioan.2.d surrectione enim differens, sic alicubi dicebat: Soluite templum hoc,& in tribus diebus excitabo illud: & non
Ibidem. intelligebant discipuli quid diceret,sicut & euangelista
Ibid.20.c testatur,dicens: Quando autem surrexit Iesus,crediderunt verbo eius,& scripturæ. Et iterum alibi: Nondum enim scierant scripturã, quòd oportebat ipsum è mortuis resurgere.Sed quæstio satis soluta est. Nos nunc ad reliquam salutationis partem sermonẽ flectamus.Quid nam ergo est,quod dicendum? & vnde digressi sumus? Priscillam & Aquilam beatos diximus,quòd Paulo cohabitarunt, diligenter addiscentes morem habitus, & calceamentorum atque omnium,quæ agebat. Hinc nobis enata est quæstio, & quæsitum: cuius gratia Christo prohibẽte aliquid præter vnam vestem haberi,visi sunt hi habere sandalia,& penulam?& sermone demonstratum est, quòd Apostoli his vtendo legem non transgressi sunt,sed diligenter obseruarunt. Hæc autem dicimus, non vt vos ad coaceruandas diuitias exhortemur, & prouocemus, vt plus quàm necessitas postulat, possideatis:sed vt in promptu sint, quæ infidelibus nostra carpentibus, responderi debent. Etenim Christus superiorem legem soluens, non propterea iussit nos habere domos,seruos,lectos,vasa argentea, vel quippiam horum:sed liberauit nos, ne prius dictorum necessitate vrgeremur. Vnde & Paulus sic admonet,dicens:Ha-
1.Tim.5.b bentes victum & tegumenta, his contenti simus. Tribuendum enim egentibus, si quid vsui nostro supersit. Id quod Priscilla & Aquilas perquã studiose faciebant. Et idcirco eos laudat & admiratur Apostolus, insigne illorum præconium apponens. Nam vt dixit,Salutate Priscillam & Aquilam cooperarios meos in domino:
Rom.16.a etiam causam ponit tantæ charitatis.Qualem?Qui pro mea,ait,anima ceruicem suam suppossuere. Igitur, dicet fortasse aliquis,hac de causa eos diligis & amas? Maxime.Quia & si id vnum egissent,ingenti laude digni erant. Qui enim ducem exercitus saluum fecit, & milites fecit saluos:qui medicum liberauit periculis,& laborantes morbis ad sanitatem reduxit:qui gubernatorem fluctibus eripuit,nauem totam ex vndis liberauit: sic vtique qui magistrum orbis saluarunt,& pro eo illiúsque salute sanguinem suum effuderunt, orbis quoque totius fuerunt benefactores,vtpote sua erga præceptorem beneuolentia discipulos omnes seruantes. Vt autem discas,quòd non solum in magistrum fuerint tales, sed & fratribus eandem curam impenderunt, audi sequentia. Nam cum dixit,quòd pro anima mea ceruicem suppossuerunt, adiecit dicens: Quibus non ego solus gratias ago, sed & omnes ecclesiæ gentium. Iam quid tantum duo illi tantis prodesse potuerunt ecclesiis? Qua opum abundantia,qua potentiæ magnitudine, quo erga principes fauore claruerunt? Opum quidem abundantia,& potentia,& gratia apud potẽtes nihil valuerunt, neque talia habebant: sed erat eis, qui his omnibus maior est, animus ad pericula promptus & alacer, magnúmque benefaciendi studium. Hinc est quòd de multis bene meruerunt,multósque saluarunt. Neque enim ecclesiis tam prodesse valent diuites illi pompatici, vt pauperes magnanimi. Nemo dictum hoc miretur: nam multæ sunt diuitis molestiæ & negocia. Timet pro domo,pro famulis,pro agris,pro opibus, ne quis aliquid ex his auferat. Et qui multorum est dominus, idem multorum seruus esse cogitur. Pauper autem nummis parum valens, & curis his omnibus carens, leo est, ignem spirat, generoso & forti animo aduersus omnes insurgit, facile omnia agit,quę prodesse possunt ecclesiis,siue opus sit,vt arguantur aliqui,siue vt increpentur, siue vt Christi nomine ferantur pericula & inimicieiæ. Quoniam qui semel vitam despexit præsentem, magna facilitate conficit omnia. Quid enim timeret,dic obsecro? Núm ne opes eius auferãtur? Hoc nemo dicere poterit. Núm ne quis imminuat ei ministeria & delicias? sed in omnibus illis gaudere se dicit.Cœli municeps est,& ad futuram festinat vitam. Non deprecabitur item si anima impendenda sit,& effundendus sanguis.Hinc est,quòd talis etiam & tyrannis, & regibus, & populis, & omnibus potentior est ac ditior.Et vt discas,quòd vere hęc, & non adulanter sint dicta:& quòd qui nihil possidet, hic omnium liberrimus est, & maxime libere loqui audet. Quot diuites erant tempore Herodis, quot potentes? & quis in medium prorupit? quis tyrannum increpauit?quis contemptas leges dei vltus est? Diuitum quidem nullus, sed pauper ille & inops, qui neque lectum, *Matt.14.a & Marc.6* neque mensam,neque tectum habebat: ille,inquam,solitudinis inquilinus Ioannes, ille solus & primus omni libertate tyrannum arguit,& adulterinas nuptias detexit,& præsentibus omnibus ac audientibus pronunciata sententia eum condemnauit. Et ante hunc magnus quoque Helias,qui nihil præter meloten possidebat,im *3.Reg.21.f* pium & præuaricatorẽ illum Achab,solus viriliter corripuit. Nihil enim, nihil omnino sic libere loqui, & in rerum discrimine fiduciam habere, & contra captiuitatem satis munitum & fortem facit,vt nihil possidere, & nullis secularibus adobrui negociis. Atque adeo, siquis virtutum, libertatísq; multum possidere cupit,paupertatem amplexetur,præsentem vitam despiciat,nihil esse putet mortem. Hic non solum plusquam diuites & principes, sed & plusquam reges ipsi ecclesiis prodesse poterit.Nam regnantes illi & abundantes, quæcunque faciunt ex opibus faciunt: hic autem magna plerunque operatur è periculis & mortibus. Quanto autem auro omni precioſior est sanguis, tãto paupertas quàm abũdantia melior. Tales quidam erant illi Pauli hospites, *2.Cor.16.c* Priscilla & Aquilas, qui opum carebant abundantia,& omnibus diuitibus locupletiorem animum possidebãt, expectantes quotidie, vt morerentur: testificantèsque omni tempore cædebantur, & sanguinem effundebãt. Sic discipuli magistris, & magistri discipulis colligati erant.Nam Paulus hoc non solum de his,sed & de multis aliis testatur. Nam Hebræis, & Thessalonicensibus, & Galatis scribens, asserit omnes multis tentationibus afflictos.Et indicat,quare scripserit,nempe quòd patria excidebant,substantias perdebãt, ad sanguinem vsque periclitabantur, tota eorum vita in grauibus certaminibus erat,& præcidi membrorum summa pro præceptoribus non detrectabant. Vnde Galatis scribẽs,dicit: Testor enim, quòd si possibile, oculos vestros effossos *Galat.4.b* mihi dedissetis.Et Epaphran in Colossis iterum accepit *Philip.2.d* suum.Nam vt dixit,quòd ægrotarit vsque ad mortem, & deus eius misertus fuerit, subdit: non solum autem eius,sed & mei, vt ne tristiciam super tristiciam haberem. Vbi clare demõstrat se habiturum fuisse dolorem in mortem discipuli. Cuius virtutem alicubi omnibus iterum detegit dicens:quòd appropiauit vsque ad mor *Ibidem.* tem,neglecta animæ suæ salute,vt impleat, quod in vobis erga me deerat, ministerium. Quid illis fuerit beatius,quid autem nobis miserius? Quandoquidẽ illi sanguinem, & animam pro præceptoribus præmittebant: nos autem neque breue verbum pro communibus patribus emittere audemus, cum audiamus eis maledici,

& conuicijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

& conuiciis eos proſcindi, & blaſphemari, & à ſuis, & ab alienis. Nam maledicentes neque compeſcimus, neque reprehendimus, neque prohibemus. Vtinam ne ipſi primi accuſatorum ſimus. Sanè non tanta ab infidelibus conuicia & probra, quanta in principes ab his, qui nobis iuncti religione videntur, fidelibus, iaci videbit aliquis. Vltra hic quærimus, vnde hæc ignauia, & vnde hic pietatis contemptus euenit, quòd ſic hoſtiliter erga patres noſtros ſumus affecti? Nihil eſt quod eccleſiã deſtruere, & diſſoluere poteſt: vt quando diſcipuli magiſtris, & patribus filij, & principibus ſubditi, non magno ſtudio cohærent. Diuina voce, ſi quis fratrum cuipiam maledicit, à ſacrarum ſcripturarum lectione excluditur. Vt quid enim accipis, ait, teſtamentum meum per os tuum? & cauſa poſita dicit: Sedens contra fratrem tuum, obloqueris. Patrem accuſans dignum te putas, qui diuina veſtibula accedas? Quo modo hoc congruet? Nam ſi maledicentes patri vel matri, morte moriuntur iuxta legem: quali iudicio dignus eris, qui maledicere audes ei, qui parentibus illis magis neceſſarius eſt, & melior? An non times, ne aperiat ſe terra, & totum te abſorbeat, vel fulmen ſupernè in te adigatur, & maledicam illam linguam comburat? Nõ audiſti, quid paſſa ſit Moſi ſoror, principi maledicens? Quo modo facta ſit immunda, inciderit in leprã, ſummam ſuſtinuerit ignominiam, fratre deum orante veniam nõ obtinuerit: tametſi illa ipſa eſſet, quæ ſanctum illum olim expoſuerat, & pro eius educatione multa excogitauerat, vt eius mater in alumnam & nutricem aſſumeretur, & ne puellus in barbarico ſinu enutriretur, & ab initio tanta fecerat, vt fœminarum dux fieret, ſicut Moſes virorum, vtpote omnes antecellens, vere ſoror Moſis exiſtens. Veruntamen cum maledixit, nihil ei profuerunt hæc omnia ad effugandam iram dei: ſed nec Moſes, qui tantum populum, poſt recentem illam impietatem, precibus obtinuerat, pro ſorore ſupplicans, & veniam petens, placare deum potuit, ſed ab eo valde increpatur: quo diſcamus & nos, quantum malum ſit, principibus maledicere, & aliorum iudicare vitam. Etenim in die illo magno, non ſolum de his quæ nos peccauimus, ſed & de his ob quæ in alios ſententiam tulimus, omnino iudicabit nos deus. Et quod ſæpe natura leue peccatum eſt, hoc graue & incondonabile fit, dum peccans alium iudicat. Forte non ſatis claret, quod diximus, igitur clarius dicemus. Peccauit aliquis, & alium idem committentem peccatum cõdemnauit: is in die illo valde amaro non eam pœnam luet, quam peccati natura expoſcit, ſed maiorem quàm duplicem, & triplicem: non propter id, quòd ipſe peccauit, ſed quòd alium iudicauit. Et ideo in eum ſententiã feret deus. Et quòd hoc verum ſit, ex his quæ iam facta ſunt, & contigerunt, demonſtrabo. Nam phariſæus, quãuis ipſe nihil peccauerat, ſed & iuſte vixerat, & multa de ſe prædicare poterat: quia tamen publicanum, vt raptorem, auarum, & iniquiſsimum condemnauit, iuſtificatus non eſt, & ad maiorem quàm ille pœnam, ſeruatus. Quòd ſi is, qui nihil peccauit, & peccantem alium (qui manifeſtatus erat omnibus) verbo breui condemnauit, tantum iacturæ fecit, & intantum eſt punitus: qui multum quotidie peccant, aliorúmque vitam condemnant, etiam ignotorum, cogita quantam ſuſtinebunt pœnam, quo modo omni venia excident? In quo enim iudicio iudicatis, inquit, & vos iudicabimini. Propter hæc vtique & ſupplico, & precor, & exhortor, vt ab hac mala conſuetudine deſiſtatis. Nihil enim nocebimus ſacerdotibus, quibus maledicimus, ſiue mentita, ſiue vera ſint, quæ de eis dicimus. Quoniam & phariſæus publicano nihil nocuit, ſed ei profuit, licet vera de eo diceret. Cæterum nobis ipſis mala extrema ipſi accerſimus, ſicut & phariſæus in ſeipſum gladium intruſit, & accepta plaga abiit. Vt igitur ne & nos idem patiamur, imperemus indomitæ linguæ. Nam ſi is, qui publicano maledixit, pœnam non effugit, nos qui patribus maledicere ſolemus, qua nos apologia tuebimur? Si Maria, quæ fratrem blaſphemauit ſemel, tãtam dedit pœnam: cuius nobis ſalutis ſpes, cum nos quotidie principes infinitis conuiciis, vt aiunt, abluimus? An mihi hoc quis dicet, Ille Moſes erat? Potero & ego dicere, Illa Maria erat. Cæterum, vt & alia ratione hoc manifeſte cognoſcas, quòd nec ſi criminum rei ſint, illorum tibi vitam iudicare fas ſit, audi quid dicat de principibus Iudæorum Chriſtus: Super cathedram Moſi ſederunt ſcribæ & phariſæi: omnia igitur quæcunque dixerint vobis, vt faciatis, facite: iuxta opera autẽ eorum ne faciatis. Iam, quid illis erat peius, quorum zelus futuros diſcipulos corrupit? Attamen neque ſic eos depoſuit à dignitate, neque ſubditis contemptibiles fecit. Quòd ſi ſemel hãc poteſtatem arripuerint ſubditi, ſtatim hi qui alios ordinant, à gradu & dignitate deturbari videbuntur. Eapropter Paulus cum principem Iudæorum notaſſet, ac dixiſſet: Percutiet te deus paries dealbate: & tu iudicans me, ſedes? Poſtquam autem alios audiuit ſibi reſiſtentes, & dicentes: Pontificem dei conuiciis inceſsis? monſtrare volens, quantum oportet ſacerdotibus dei exhibere honorem, & reuerentiam: Neſciebam, inquit, quòd pontifex eſſet. Propterea & Dauid, cum Saũlem apprehendiſſet præuaricatorem, & ſpirantem homicidium, & multis pœnis dignum: non ſolum eius vitæ pepercit, ſed neque vt verbum aſperum in eum iaceretur, ſuſtinuit, cauſamq; ponens, dicit: Chriſtus domini eſt. Neque hinc ſolum, ſed & aliunde videre licet copioſe, quo modo ſubditum procul à ſacerdotum correptione abeſſe oportet. Nam cum aliquando arca reduceretur, & ſubditorum aliqui ad lapſum declinantem videntes erigerent, eoipſo in loco pœnam dederunt, & à domino percuſsi, mortui manſerunt, tametſi nihil agerent abſurdum. Non enim ſubuertebant, ſed lapſuram erigebant. Et vt adhuc copioſioribus teſtimoniis ſacerdotum dignitatem diſcas, & quo modo non ſit fas ſubditum, & in ordine laicorum exiſtentem talia erigere: (nam illos in media multitudine occîdit, cæteros omnes hoc prodigio terrens, & perſuadens, ne adyta ſacerdotij accedant.) Enimuero, ſi quoties indigne aliqua à ſacerdotibus fiunt, ſinguli ad corrigendum proſiliãt: ad hoc vt ſacerdotij dignitas honeſtetur, nũquam deerit corrigendi occaſio, & confuſis inter ſe omnibus, inter principem & ſubditum non diſcernemus. Nemo hæc me dicere opinetur, quaſi à ſacerdotibus ſim ſubornatus. Scitis ipſi quàm ſint manſueti per gratiam dei, & neminem vnquam, vt ſcitis, offenderunt. Quòd ſi & malos haberetis patres, & moleſtos magiſtros, neque ſic eis maledicere, vobis ſecurum, & abſque graui periculo. De corporalibus enim parentibus dicit: Si ſenſu deficiant, veniam da. Quid enim illis dabis, quale ipſi tibi? Multo magis in ſpiritualibus hæc lex obſeruanda. Præterea vniuſcuiuſque officium eſt, vt ſuam ipſius vitam diligenter cõſideret, ne videlicet audiamus in die illo: Hypocrita, quid vides feſtucam in oculo fratris tui, in tuo autem oculo trabem non cõſideras? Etenim hypocritarum opus eſt, publice quidem & omnibus videntibus

Pſal.49.c
Exod.21.b
Num.12.c
Luc.18.b
Matt.7.a
Num.12.a
Matt.23.a
Acto.23.a
Ibidem.
1.Reg.24.b
1.Reg.6.d
Eccli.3.b
Matt.7.a & Luc.6.f

Universidad de Deusto
Biblioteca

videntibus, oſculari manus ſacerdotum, genua tangere, ſupplicare vt pro ſe orent, & baptizãdos ad illorum ianuas deducere: domi autem & in conuentibus, tantorum bonorum authores & miniſtros, multis abluere probris, vel opprobratores illorum ferre. Quòd ſi vere malus eſt pater, quo modo fidelem putas tam terribilium ſacramentorum miniſtrum? Si autem fidelis tibi miniſter eſſe videtur, quare fers alios ei maledicentes, & non concludis eorum ora, neque ſtomacharis, neq; ægrefers, vt & mercedem accipias à deo, & laudem ab illis? Nam licet valde illudant, omnes tamen te laudabunt, & amplexabuntur ob egregiam in parentes curam: ſicut ſi hoc non facitis, omnes vos condemnabũt, etiam illiipſi qui maledicunt. Ad hæc omnia accedit illud multo grauius, quòd grauem illic dabimus pœnam. Quia nihil, nihil planè ſic offendit eccleſias atque morbus ille, & ſicut corpus neruorum debita habitudine carens, multas gignit ægritudines, & vitam facit non diuturnam: ita eccleſia non circundata forti, & vehementer vrgente catena, plurima parturit bella, iram dei auget, & multarum tentationum eſt occaſio. Ne igitur hæc contingant, nêve deum exacerbemus, noſtrâq; augeamus mala, & pœnam certam indeclinabilémque comparemus, vitam hanc multis implentes doloribus: noſtram ad bene loquendum linguam aſſuefaciamus: noſtram ipſorum vitã ſingulis diebus diligẽter ſcrutemur: aliorum autem vitam, ei qui etiã incognita nouit, iudicandã relinquamus, ipſi noſtra peccata interim iudicantes. Ita nobis gehennalem ignem licebit effugere. Nam ſicut, qui in alienis curioſius explorandis occupati ſunt, ſuorum peccatorum nullam habent rationem: ita qui ab aliena vita diſcutienda abhorrent, magnam ſuorum delictorum habebunt curam: & quia ſua conſiderant mala, illâque quotidie iudicant, à ſeipſis expoſcentes pœnas, mitem habituri ſunt iudicem. Id quod
1.Cor.11.g Paulus declarans dicebat: Nam ſi nosipſos iudicamus, non vtique iudicabimur. Vt autem hanc ſentẽtiam effugiamus, relictis omnibus aliis, magno ſtudio vita & conſcientia noſtra exquirenda, puniendæ cogitationes ad peccandum irritantes, ſubinde de factis noſtris reddenda ratio. Sic poterimus facile à peccatorum exonerari ſarcina, multa venia frui, præſentêmque ſimul vitam cum voluptate tranſmittere, & aſſequi bona futura: gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre ſimul & ſpiritu ſancto ſit gloria, & honor, & imperium in ſeculum ſeculi,
Amen.

FINIS.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI IN EPIſtolam Pauli ad Corinthios primam, Franciſco Aretino interprete.

ARGVMENTVM.

LECTORI.

Homiliæ iſtæ in vtranque ad Corinthios epiſtolam ad exemplar Græcum Veronenſe per Philippum Montanum ad hunc modum ſunt recognitæ: Quod in Veronenſi plus erat, huc illinc adiectum huiuſmodi notis [ ] includitur. Diuerſa vero lectio, ea præſertim quæ magis ad Chryſoſtomi germanum ſenſum facere videbatur, ad marginem adiungitur: remanente quidem priore verſione, ſi quis forte eam deſideret, ſed talibus ſignis†] intercepta. Hoc modo enim tum quid Baſilienſis editio habuerit, tum quid nunc additum ſit, facile cognoſces. Bene vale.

COrinthus vrbs prima Græciæ, multa quondam rerum omnium abundantia, maxime vero pecuniarum florebat. Quamobrem quidam ſcriptorum illorum diuitem *Thucydides.lbiii.* eam regionem appellauit. In Iſthmo enim Peloponeſi ſita negociationibus q̃ opportuniſsima eſt. Erãt præterea in hac ciuitate plurimi oratores atq; philoſophi: quorum vnus ex *Periandro.* ſeptem ſapientum numero fuit. Hæc autem nobis non iactationis gratia, neq; vt periti rerum multarũ videremur, dicta ſunt. Quid enim huiuſcemodi ſcire opus eſt? Verum ad ſubiectam epiſtolæ materiã facit. Multa vero in hac ciuitate Paulus perpeſſus eſt. In hac Chriſtus ei apparuit, dicens: Noli *Act.18.c* tacere, ſed loquere: quoniam populus eſt mihi multus in hac ciuitate. Idcirco manſit hic duos annos. In hac dæmõ egreſſus eſt, quem cũ Iudæi adiurarẽt, paſsi ſunt moleſtiſsima. In hac coactos magorum libros pœnitentia ducti cremauerũt ad milia *Act.19.c.d* quinquaginta. In hac ante tribunal corã Gallione *Ibid.18.d* proconſule Paulus virgis cæſus eſt. Cũ igitur diabolus ciuitatem magnã, populoſam, veritati inhærentem, diuitiarum & ſapiẽtiæ nomine admirabilem, Græciæ caput (Athenienſium enim & Lacedæmoniorum res amiſſo iã principatu defecerãt.) maxime autem promptiſsimo animo verbum dei ſuſcipientem videret, inter ciues diſcordiam diſſeminauit. Norat enim regna quoq; firmiſsima in- *Matt.12.b* ter ſe diuiſa deſolari. Ad has autẽ inſidias, occaſioni ei fuere diuitiæ, ſapientia, & inde incolarum factiones. Siquidem multitudo ſponte ſua quoſdam principes conſtituerat: alii alios tanquam diuites, alios tanquã ſapientes ſecuti, à quibus perſuaſi homines maius quiddam hos, quàm Apoſtolum &

dicere

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicere & docere posse contendebant: quod Paulus significans, Non potui, inquit, vobis loqui tanquam spiritualibus: quibus verbis ostendebat, non sua ipsius, sed aliorum imbecillitate eos audire multa non potuisse. Quod etiam his verbis ostendit, Sine nobis diuites facti estis. Neque hoc paruum erat, sed omnium maximè exitiosum, quòd laceraretur ecclesia. Aliud item peccatum audebant, vt qui nouercæ coiret, non modò non flecteretur, sed alios quoque traheret, & socios alliceret in superbiam. Idcirco, inquit, & vos inflati estis, & non magis luctum habuistis. Præterea quidam fortasse ex melioribus, ingluuie sua idolorum sacrificia gustantes, & sacris penitus dediti omnia polluebant. Alii rursus pugna & contentionibus pecuniarum gratia susceptis, externis iudiciis res suas permittebant. Et comati multi apud illos versabantur, quos tonderi iubet. Neque parum errabant, cùm in ecclesiis [separatim] comederent, neque indigentibus quicquam elargirentur. Accedebat ad hoc in acceptis donis superbia, & per eam inuicem æmulatio, quod maximè perturbabat ecclesiam, & in resurrectionis ratione infirma apud eos fides. Nonnulli enim corporum suorum resurrectionem non credebant, cum adhuc Ethnica illa insania agerentur. Siquidem huiusmodi omnia ab illius Ethnicæ philosophiæ amentia oriebantur, quæ malorum mater est, cuius causa diuersa sentiebant, quemadmodum à philosophis docebantur. Illi enim pro se quisque & principatus & inanis gloriæ studio contrariis semper opinionibus sese inuicem oppugnare, & inuentis aliquid addere contendebant. Hæc autem eis contingebant, quòd ratiocinio suo sua omnia commisissent. Literas igitur ad Paulum Fortunato: & [Sostheni] & Achaico dederunt. Quibus & ipse suas ad illos dedit, quod in calce epistolæ significauit, non tamen de omnibus, sed de matrimonio & virginitate. Quare, inquit, de quibus autem scripsistis mihi: ipse autem & eorum petitionibus respondet, & alia plura addit, quibus eorum errata diligenter prosequitur. Cæterùm & Timotheum cum literis mittit. Nam cum satis virium literas habere cognosceret, non paruum eis incrementum futurum arbitrabatur præsentia discipuli. Cum autem verentur diuisores ecclesiæ, ne contentionis gratia hæc fecisse viderentur, vt suos tegerent affectus, perfectiora docere & sapientiores esse excogitarunt. Contra hoc crimen primùm Paulus instat, & radicem malorum, & ortam dissensionem corripit, & multa loquitur cum libertate. Siquidem inter omnes Corinthii maximè Pauli erant discipuli. Idcirco ad eos locutus est, Si aliis non sum Apostolus, sed tamen vobis sum. Nam signaculum apostolatus mei vos estis in domino: & cùm aliis essent imbecilliores, inquit, Non potui fratres, vobis loqui quasi spiritualibus, nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis. Hoc autem dicit, ne de præterito loqui putaretur. Quamobrem subdidit, Sed ne nunc quidem potestis: veruntamen non est credibile omnes coinquinatos, sed nonnullos adhuc sanctos superfuisse. Quod etiam circa mediam epistolam his verbis significat: Hæc autem fratres per figuram transtuli in meipsum, & in Apollo. Cùm igitur, ex arrogantia & amplioris scientiæ opinione, omnia orta sint mala, hanc primùm euertere annititur.

Infra. 3. a

Infra. 4. b

Infra. 5. a

Ibidem.

Infra. 9. a

Infra. 3. a

Infra. 4. b

Homilia prima.

Paulus vocatus Apostolus Iesu Christi per voluntatem dei, & Sosthenes frater, ecclesiæ dei, quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi in omni loco ipsorum & nostro, [gratia vobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo.] Intuere quo pacto ab ipso statim principio animi tollit elationem, & omnem eorum arrogãtiam humi deiicit, cùm se vocatum memorat. Non enim ego, inquit, inueni, quod didici, neque sapientia mea hoc assecutus sum, sed cùm persequerer ecclesiam dei atque euerterem, *Sum vocatus.* Sic enim omnis laus vocantis est, Vocati verò, vt sic dicã, nulla, præter obsequium tantum. *Iesu Christi.* Magister vester Christus est, vos doctrinæ authores homines ducitis. *Per voluntatem dei.* Deus, inquit, hoc voluit, vt ita salutẽ assequeremur. Nihil enim nos [recte faciemus] sed dei volũtate salutem inuenimus: & cùm ei placitũ est, nullo nostro merito nos vocauit. *Et Sosthenes frater.* Rursus cohibet superbiam, cùm longè inferiorem sibi ipsi æquiparet. Etenim multũ intererat inter Paulum & Sosthenem. Quod cum ita sit, quid nam de illis dicendum est, qui pares contemnunt? *Ecclesiæ dei.* Non huius aut illius, sed dei, *quæ est Corinthi.* Vide quo pacto singulis verbis, superbam eorum mentem humilitatem docet, & in omnibus eos ad cœlestem erigit cõsuetudinem. Ecclesiam autem dei appellat, vt ostendat in vnum eam redigi oportere. Nam si dei est, vna est, non Corinthi solùm, [sed vniuersi orbis ecclesia.] Cuius quidem nomen non ambitum, sed vnionem [& consonantiam] significat. *Sanctificatis in Christo Iesu.* Iterum Iesu nomen, non hominum meminit. Quid autẽ est, sanctificatio? per lauacrum purgatio: commemorat enim eis propriã immundiciã, qua liberati sunt: & simul admonet, ne superbia efferantur. Non enim suis meritis, sed benignitate dei sanctificati sunt. *Vocatis sanctis.* & hoc ipsum quòd scilicet fide salutem consecuti estis, non vestri, inquit, meriti est. Non enim primi vos accessistis, sed estis vocati. Itaque neque hoc exiguum totũ vestrum est. [Neque

† fecimus.

† sed vniuersi orbis. Nam ecclesiæ nomẽ nõ sep. rationẽ, sed vnionẽ.

† Atqui e-

† exemplar Veronense habet, Stephanæ. Infra. 7. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiam si accessissetis ī finitis obnoxij malis, ne sic quidē vobis gratia deberet. Ephe.2.a

que sic vobis gratia adhibenda est, sed deo. Idcirco ad Ephesios, Gratia, inquit, estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis: † hoc est, fides vestra non integra est.] Quippe qui non primi credidistis, sed paruistis vocati.

† neq; fides tota a vobis debetur.

Cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi.

Non huius aut illius nomen inquit, sed domini nostri Iesu Christi. *In omni loco ipsorum & nostro.* Licet enim ad Corinthios hæc scribatur epistola: non tamen eorum duntaxat, sed omnium qui in orbe sunt fidelium meminit. Ostēdit enim in vniuerso orbe vnam oportere esse ecclesiam, quanquam locis diuisam pluribus, & longè magis quæ est Corinthi. Quæ & si locis separatur, deus tamen eam coniungit, cùm omnibus sit cōmunis. Quamobrem cùm in vnum ipsam contrahat, has addidit particulas, ipsorum & nostro: longè autem magis hoc, quàm illud † proprium. Quemadmodum enim qui eodem in loco sunt, si diuersos habeāt dominos, ipsi quoque differunt, nihilq; locorum similitudine † ad concordiam, dominorū differētia proficiunt.] Non potestis, inquit, deo seruire & mammonæ: sic qui diuersis locis absunt, si eundem habeant dominum, nihil eis locorum diuersitas obest, cùm ab vno in cōcordiam trahantur. Non igitur dico, inquit, quòd Corinthij cum Corinthiis modò concordetis, sed & cum vniuersi orbis hominibus, cùm communem dominum habeatis. Idcirco in secūdo loco addidit, nostro. Nam cùm dixerit, Nomen domini nostri Iesu Christi, ne apud stultiores eum separare videretur, addidit rursum, ipsorum & nostro. Quod vt apertius appareat, secundum sententiam textum in hunc modum repetam: Paulus & Sosthenes ecclesiæ dei quæ est Corinthi, & omnibus qui inuocant nomen domini nostri & ipsorum, in omni loco, vel Romę, vel vbicunque sint, Gratia vobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Vel sic rursum, quod ego verius puto: Paulus & Sosthenes his qui Corinthi sunt sanctificati, & vocati sancti, cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi in omni loco ipsorum & nostro. Hoc est, gratia vobis & pax qui Corinthi sanctificati & vocati estis, neque vobis duntaxat, sed etiam omnibus, qui vbique inuocant nomen domini nostri Iesu Christi & ipsorum. Quòd si à gratia pax est, quid intumescis, cùm per gratiam salutem assecutus sis? Si pacem porrò cum deo habes, quid te aliis addicis? Hoc nanque argumentum est, quòd à deo dissentis. Quid nam cum hoc & illo pacem initis? quid aliis gratiam habetis? † ego vtraque hæc deum effiagito, vt nobis & ab eo, & per eum elargiātur.] Neque enim firma permanent, nisi superno fruamur munere: neque, nisi † à deo prouehiant,] quicquam amplius consequi possumus. Siquidem nulla nobis vtilitas, si cum omnibus pacem, cum deo autem bellum habeamus: quemadmodum nihil nobis detrimenti aliorum omnium bellum affert, modò cum deo pacem conciliemus. Et rursum, nihil nobis aliorum laudes proficiunt, si deum offendimus: sicut nihil periclitamur, si omnes homines nos recusent, & odio habeant, modò deus & probet nos & diligat, † & profectò gratia & pax à deo est.] Quippe qui diuinam gratiam habet, etsi innumera mala perpetiatur, nō modò hominum neminem, sed ne diabolum quidem formidat. Verùm qui deum offendit, etsi securus videatur, omnes tamen veretur. Instabile nanque est humanum genus: neque amici duntaxat & fratres, sed parentes nonnunquam leui causa, mutatis animis, filios, & filij parentes inuicem omni hoste grauius persecuti

† ἀγκρεῶπερον.

† ad cōcordiam proficiunt, quum domini diuersa præcipiāt, & ad sese trahāt. Matth.6.d

† ego autem à deo peto, vt hæc vobis vtraque cōtingāt, & ab ipso & ad ipsum.

† ad deū referantur.

† Nam quæ vere est gratia quæ vere pax, à deo est.

A sunt. Morale.

Considera quæso, habuit gratiā Dauid apud deum: habuit Absalon apud homines. Quis vtriusque exitus? Vter maiorem laudem assecutus est? nemini obscurum. Abraham coram deo, Pharao coram hominibus acceptꝰ. Homines enim vt ei rem gratā facerēt, iusti vxorem tradiderūt. Vter clarior euasit? vter beatus? Nemo sanè ignorat. Et quid de iustis opus est dicere, habebāt gratiam Israëlitæ apud deum, odio ab Aegyptiis habebantur: eos tamen deuictos, in suam redegerunt potestatem: quod planissimè constat. Hoc igitur omni conatu cōtendamus, & si quispiam seruus sit, apud deum potius quàm apud herum suum gratiam inuenire annitatur. Si mulier posthabito viro saluatoris nostri gratiam quærat: si dux exercitus, supernam potius quàm regis, aut principis sibi beneuolentiam effiagitet: hoc pacto hominum etiam tibi amorem conciliabis. Quâ nam autem ratione quispiam coram deo inuenire gratiam poterit, nisi per humilitatem? Deus, inquit, superbis resistit, humilibus autē dat gratiam: &, Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non despiciet. Quòd si apud homines gratum quiddam vir humilis est, lōgè magis apud deum. Sic Ethnici gratiam inuenerunt, sic Iudæi eam amiserunt. Iusticiæ enim dei non sunt subiecti. Qui verò ita humilis est, & gratiosus omnibus, & iucundus & perpetuæ pacis socius, nullam bellorum habet materiam. Quippe qui si iniuria & contumeliis afficitur, tacitus omnia æquo animo perferet, & incredibili in omnes pace vtetur [etiam erga deum.] Præceptorum nanque dei cum hominibus pax est: omnis autem vita † sic nobis præscribitur, vt pacem inuicem habeamus. Nemo enim deum lædere poterit, cuius natura incorruptibilis est, & omni affectu superior. Sed nihil tam admirabilē Christianum, quàm humilitas efficit. Audi Abraham, Ego autem sum puluis & cinis. Audi deum quid de Mose loquatur, quòd māsuetissimus erat omnium hominum, nemo illo humilior, qui tanti populi dux, & rege, & innumero Aegyptiorum exercitu muscarū more demersis, tanta in Aegypto, tanta in rubro mari & in deserto operatus, tāto de se testimonio talem se gerebat, ac si vnus esset è multitudine & socero humilior, cuius accepta sententia nunquam id ægrè tulit: neque quippiam tale locutus est, tun' nobis consilium des? quale solent qui etsi quispiam rectè eis consuluerit, personæ tamen humilitatem contemnunt. Verùm non ille eiusmodi, sed humilitate sua omnia rectè operatus est. Ille regias aulas neglexit, quod profectò immensæ est humilitatis argumentum: verā enim animi magnitudinem atque præstantiā humilitas facit. Quantæ putas magnanimitatis esse & regias & regiam mensam despicere? Siquidem tanquam dij apud Aegyptios, reges venerātur, & diuitiis & thesauris fruuntur innumeris: omnibus tamen neglectis, & Aegypti regno contēpto, captiuis & calamitosis in luto & argilla absumptis, quos serui abominabantur, (abominabantur enim Aegyptij, inquit,) auxiliū præstitit, & dominis eos prætulit: ex quo satis constat, propter humilitatem suam sublimis, & magnanimis euasisse. † Stulticia nanque ex animi imbecillitate, mansuetudo autē ex magnanimitate atq; præstantia proficiscitur. Quòd si placet, vtrunque exemplis disquiramus. Dic quæso, fuit ne quispiam vnquam animi quàm Abraham præstantioris? Verūtamen is est qui inquit, Ego sum puluis, & cinis. & rursum, Ne quæso sit iurgiū inter me & te. Atqui hic adeò humilis

Iacobi.4.b Psal.50.d

Roma.10.a

† sic à nobis perficitur, & pax, &c.

Gene.18.d Num.12.a

Vide Exodum.

† ἀστένειαν, ἀσθένεια.

Gene.13.b Ibid.13.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

humilis Persicas prædas & Barbara trophæa contempsit. Quod incredibili animi magnitudine, & mētis præstantia faciebat. Ille enim magnanimus est, qui vere est humilis, nullius adulator, nullius contemptor: alterum enim magnanimitatis, alterum stulticiæ est argumentum. quod hinc maximè constat: Sit quispiā qui lutum, lutum esse arbitretur, & tanquam lutum cōtemnat: alter lutum tanquam aurum, & admiretur & plurimi faciat: vter magnanimus est, nūquid qui lutum nulla admiratione prosequitur? Vter humilis & abiectus, nunquid qui id admiratur? Eadem ratione hoc in loco cōsidera, quòd qui se puluerē & cinerem appellat, magni animi est, quod ex humilitate proficiscitur. Qui autem neque terram se, neque cinerem esse intelligit, sed intumescit, & maximam de se concipit opinionem: nónne hic omnium est vilissimus, cùm minima magna esse sibi persuadeat? Ex quo patet magnanimitate incredibili, non † stulticia locutū patriarcham, cùm inquit, Ego sum puluis & cinis. Nam quemadmodum in corporibus aliud est viuidum & vigēs, aliud tumidum: vtrunque tamen carnis habet plenitudinem: sed alterū corruptæ, alterum verò sanæ: Itidem hoc in loco, aliud est † stultum esse, quod est tumidum: aliud altū & sublime, quod viuidum. est item alius statura corporis altiore, alius breui, qui acceptis soleis illo maior apparet. Vtrum magnum dicemus? Nunquid dubium est, qui sua ipsius magnitudine excedit, eum maiorē appellādum? Ille enim non suapte natura magnus est, & soleis breui statura homines vtuntur, qui his acceptis maiores vidētur. Quod multis vsu venit, cùm in pecuniis & gloria intumescunt. Verùm in his nihil altum, nihil egregium inuenitur. Is nanque excelsi animi est, qui nulla eiusmodi re indiget: sed qui ea omnia contemnit, & in seipso suam seruat magnanimitatem. Efficiamur igitur humiles, vt hanc animi præstātiam assequamur. Quippe qui se humiliat, exaltabitur. † Stultus autem, non huiusmodi, sed omnium abiectissimus apparet. Etenim bulla inflatur, non tamē inflatio illa † satis est: & propterea inflatos appellamus: verùm grauis & modestus, † in paruis rebus non multùm intumescit, cùm suā non ignoret imbecillitatem: vilis autem & temerarius in paruis quoque rebus maximam sibi de se opinionē effingit. Comparemus igitur nobis per humilitatem animi magnitudinem. Consideremus humanarum rerum naturam, vt futurę vitæ flagremus desiderio. Siquidem nemo alia ratione humilis effici potest, nisi diuinarum rerum amore & præsentium contemptu. Quemadmodum enim qui regno inhiat, & si purpuræ loco alium quenuis honorē assequatur, nihil se adeptum arbitratur: sic & nos omnia despiciemus præsentia, si honorem illum desiderabimus. Nónne animaduertistis ludentes pueros, cùm aciem struunt, & milites, præcones, lictores præcedunt, medius puer principis loco incedit: Huiusce modi res humanę sunt, neque puerilibus differunt Iudis, vel etiā abiectiores, quæ hodie existunt, cras nusquam apparent. Altius igitur erigamur, neque solum nullum horum desiderium nos moueat, sed erubescamus, si quis ea nobis proposuerit: hoc enim pacto his contemptis diuinū amorem cōplectemur, & immortali fruemur gloria, quam vtinam omnes assequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & sancto benignoq; spiritui gloria, & imperium, in secula, Amen.

Homilia secunda.

Tomus quartus.

Luc. 14. c † *Arrogās.* † *sana.* † *ne in magnis quidē rebus intumescit.*

† ἀπόνοια.

† *arrogans esse.*

Gratias ago deo meo semper pro vobis de gratia dei, quæ data est vobis in Christo Iesu, quia in omnibus diuites facti estis in illo. Quod alios docet vt faciant, cum inquit, In gratiarum actione petitiones vestrę innotescant apud deum: idem ipse quoque facit, monens vt ab orationibus semper incipiamus, & ante omnia deo gratias agamus, cui nihil gratius, nihil acceptius est quàm † & tibi & aliis gratū esse beneficiorum. Quāobrem in omni fere epistola hoc vtitur principio. Hoc autem in loco longè etiam maiori quàm in aliis necessitate hoc facit. Quippe qui gratiā agit, & tanquam beneficium acceperit, eam agit, & † in gratia agit. Gratia autem non debitum, non meritum, non vicem reddere. Quod quidem licet vbique necessarium dicere, longè tamen magis Corinthiis, qui erga scindentes ecclesiam oscitabant. *Deo meo.* Ex nimio affectu, deum, qui communis est, suum appellat. Qui mos prophetarū frequentissimus est, deus deus meus & eos hortatur, vt idē loquātur. His enim verbis ab humanis omnibus rebus secedit ad eum, quem tanto studio appellat: hoc ingenuè dicere potest, quicunque à secularibus ad deum erectus, & rebus omnibus eū semper præfert, & gratiam agit perpetuò, non solùm pro tam data gratia, sed si quando aliquod post hoc acceperit beneficiū, pro hoc etiam ipso eandem laudem reddit. Quare non simpliciter inquit, Gratias ago: sed, semper pro vobis. Quibus verbis ostendit, semper habendas gratias, & nemini alteri, præter soli deo. † *In gratia dei.* Animaduerte quo pacto vbiq; eos corrigit. Vbi enim gratia est, non sunt opera: vbi opera, non amplius gratia. Si igitur gratia est, quid superbitis? qua ratione inflati estis? *Quæ data est vobis.* Et per quem data est? Nunquid per me, vel per aliū apostolum? minimè, sed per Iesum Christum: hoc est, cùm inquit, in Christo Iesu. Vides vt sæpe, in quo: pro, per quem, ponatur: non tamen minus illud significat quàm hoc. *Quia in omnibus diuites facti estis in illo.* In, rursum loco, per, accipitur. Per illum enim intelligit, Neque solùm diuites facti estis, sed etiā in omnibus: cùm igitur diuitiæ sint, & dei diuitiæ, & in omnibus, & per vnigenitum, inenarrabilē thesaurū existimare oportet. *In omni verbo, & omni scientia.* Verbo nō externo, inquit, sed dei: est enim scientia sine verbo & cum verbo. Sunt multi, qui scientiam quidem habent, sermonem autem minimè: quemadmodum rudiores, qui quæ sentiunt, manifestè eloqui nō possunt: sed nos, inquit, tales non sumus, sed & intelligere & dicere sufficimus. *Sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis.*

Philip. 4. a † *pro tam sibi, tum aliis collatis beneficiis gratum esse.* † *de gratia.* *Psal. 62. a & 117. d* † *de gratia.* *Infr. 1. 3. a*

In ordine laudum & actionis gratiarum vehementer eos tangit. Nō enim exteriore, inquit, philosophia, sed dei gratia, diuitiis, scientia, & dato à deo verbo veritatis doctrinam discere, & in domini testimonium, hoc est, in prædicationem confirmari potuistis. Quippe qui multa signa, multa ineffabilis gratiæ accepistis miracula, vt prædicationem acciperetis. Si igitur per signa confirmati estis & gratiam, quamobrem errore ducimini? Hæc autē & tangentis simul, & præoccupantis eos, verba sunt: *Ita vt nihil vobis desit in vlla gratia.*

Magnæ hic inquisitionis locus, vtrum scilicet, qui diuites facti sunt in omni sermone, vt nihil eis desit in vlla gratia, hi carnales sint? Nam si principio tales erant, longè magis in præsentia. Quánam igitur ratione eos carnales appellat? Non potui, inquit, vobis loqui, quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Quid ergo ad hoc dicendum est? Quòd scilicet à principio crediderant, & gratiam omnem erant assecuti, quippe qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum desiderio complectebantur: postmodum pigriores facti sunt. Vel si hoc nō placet, quòd neque hoc, neque illud ad omnes loquitur: sed partim ad eos qui criminibus erant obnoxij: partim ad eos, qui †se laudibus

† *Laudibus erāt ornati.*

efferebant.] Quòd autē adhuc gratiam haberent, Psalmum vnusquisque habet, inquit, doctrinā habet, apocalypsim habet, linguam habet, interpretationem habet, omnia ad ædificationem fiant. Et prophetæ autem

Infra.14.f

duo vel tres loquantur. Potest autem alia afferri sententia. Quòd quemadmodum nobis moris est, omnia maiora facere: itidem hoc in loco locutus est. Præterea arbitror rem suam eum significare, quoniam ipse signa ostendit, quemadmodum in secunda ad eosdem epi-

Ibidem.

stola: Signa tamen apostoli peracta fuerunt inter vos

2.Cor.12.d

in omni patientia. & rursum: Quid est, in quo fuistis inferiores cæteris ecclesiis? Vel quemadmodum dixi, sua

Ibidem.

commemorat, †& iad eos qui adhuc probati erant, hæc B

† *vel etiam.*

loquitur. Multi nanque illic sancti erant, qui seipsos in

Infra.16.c

sanctorum ordinauerant ministerium: & Achaiæ facti sunt primitiæ, quemadmodum in calce epistolæ significatur. Præterea verò & si nō multum veritatis laudes habeant, præparant tamen auditorem, & beneuolentiam cōciliant. Quippe qui quamprimùm asperius exorditur, imbecilliorum aures claudit. Siue enim pares sint auditores, læsi irascuntur: siue multo inferiores, tristicia afficiuntur. Ne igitur hoc eueniat, ab his quæ laudem habere videntur, facit exordium. Neque enim eorum laudi, sed diuinæ gratiæ hoc erat adscribendum. Siquidem abstinere se à peccatis & iustos esse, superni id erat muneris: & propterea his immoratur, quæ dei ostendunt benignitatem, vt maxime eorū purget peccatum. *Expectantibus reuelationem domini nostri Iesu Christi.*

Quid perturbamini, inquit, quid ægrè fertis? Nunquid quoniam non adest Christus? Adest profectò, & propè dies adest. Et animaduerte Pauli sapiētiam, quo pacto eos ab humanis rebus abducens, formidolosi tribunalis memoria perterret, ostenditq; non tantùm bono opus esse principio, verùm etiam & fine. Siquidem cum his beneficiis, alia quoque virtus est necessaria, vt scilicet diei illius recordemur. Et multis opus est laboribus, vt ad finem peruenire possimus. Reuelationem autem dicit, vt significet, quòd & si nō videatur, est tamen: atque adest etiam in præsentia, & tunc apparebit. Perpeti igitur oportet. Idcirco enim accepistis miracula, vt confirmaremini. *Qui & confirmabit vos vsque ad finem sine crimine.* Hoc in loco ad gratiam eos alloqui videtur. Verùm hæc particula omni vacat adulatione. Etenim † ab se reprehensos intellexit,] quemadmodum

† *ipsos reprehendere nouit.*

quum inquit: Tanquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam. & rursum: Quid vultis, in virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? vel experimentum quæritis loquentis in me Christi? Latenter autem eos reprehendit. Nam quum cōfirmabit, & sine crimine dicat, † lasciuientes]adhuc, & criminibus obnoxios significat. Tu autem considera, quo pacto Christi nomen frequenter eorum cordibus affigat: non hominis, non apostoli, non magistri, sed semper eius quem desiderat meminit, & tanquā ebrietate quadam oppressos erigere annititur. Neque enim in altera epistola tam frequenter Christi mentionem facit. Hic verò paucis verbis sæpenumero, quo nomine totum ferè intexit exordium. Cōsidera ab ipso principio: *Paulus vocatus apostolus Iesu Christi per voluntatem dei, & Sosthenes frater ecclesiæ dei, quæ est Corinthi, Sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis cum omnibus qui inuocant nomen domini*

† *fluctuātes.*

nostri Iesu Christi: Gratia vobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Gratias ago deo meo de gratia dei, quæ data est nobis in Christo Iesu, sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis, expectantibus reuelationem domini nostri Iesu, qui confirmabit vos sine crimine in die domini nostri Iesu Christi. Fidelis deus, per quem vocati estis in societatem filij eius Iesu Christi domini nostri. Obsecro autem vos per nomen domini nostri Iesu Christi. Vides Christi nominis frequentiam? Vnde stultissimis quoque perspicuum est, non frustrà, neque temerè ita vsum esse apostolum, sed bona & crebra Christi appellatione ipsorum tumorē exhaurit, & morbi tabem expurgat. Fidelis deus, per quem vocati estis in societatem filij eius. Papæ quantum his verbis significat, quàm immensum dei beneficium ostenditur: In vnigeniti, inquit, vocati estis societatē: & vosipsos hominibus addixistis. Quid hoc miserius? quid peius? Et quo modo vocati estis? per patrem. Nam quum per eum & in eo frequenter de filio verba faceret, ne arbitrarentur illius tanquam minoris meminisse, attribuit id patri. Siquidem non per hunc vel illum, inquit, sed per patrem vocati, & diuites facti estis. & rursum, Vocati estis, inquit, non ipsi sponte vestra accessistis. Quid autem illa verba significant, In societatem filij eius? Audi ipsum alio in loco manifestius id ostēdentem: Nam & si commortui sumus, & conuiuemus: si sustinemus, & conregnabimus. Præterea quum magnum quiddam dixisset, certam etiam addidit rationem, cui contradici non potest: Fidelis, inquit, deus: hoc est, verus: quòd si verus, quæ pollicitus est, proculdubio faciet. Pollicitus autem est se vos vnigeniti filij socios facturum. Ob hoc enim vos vocauit. Siquidem diuina dona atque vocatio nulla pœnitentia ducuntur. Verum hæc primū in rationibus suis adducit, ne magnitudo scelerum eos in desperationem trahat. Profectò enim, inquit, dei beneficia sequentur, nisi iam maiorem in modum illa reiiciamus: quemadmodum Iudæi, qui vocati, proposita bona complecti noluerunt. In quo non amplius vocantis, sed illorum stulticiæ crimen erat accusandum. Ipse enim largiri voluit, illi autem quum accipere nollēt, sibi ipsis repulsæ authores fuerūt. Quòd si ad laboriosum aliquod opus atque difficile eos vocasset, non tamen idcirco vlla venia digni fuissent, quanuis hanc potuissent afferre excusationē. Verum quum ad piaculum, iusticiam, sanctificationem, redemptionem, gratiam, beneficium, & præparata nobis munera, quæ oculus non vidit, & auris nō audiuit, aduocentur, & ipse deus hæc nobis spōte sua polliceatur: quànam digni sunt venia, si eum totius viribus prosequi non contendunt? Nemo igitur deum accuset, quum nulla vocantis culpa perstent increduli, sed sua, qui resiliunt. Sed oportet, dicet quispiā, etiam inuitos reuocare. Absit. Non enim † cogitur]neque cogit. Et quisnam ad præmia, coronas, conuiuia, festos dies † nolentes atque inuitos] trahat? Nemo, inquam. Iniurius nanque esset. In gehennam inuitos mittit deus: in regnum sponte properantes aduocat. In ignem ligatos eiicit & gemebundos: nō autem in perpetua bona itidem. Nā [hoc] & ipsa bona iniuria afficeret, nisi eiusmodi esset natura, vt volētib⁹ & his qui plurimā se gratiā habituros sciant, sese offerat. Et quānam ratione nō omnes ea diligunt? ex propria imbecillitate. & quamobrem eos deus non corroborat? Et quo pacto faciendū sit, mihi respondeas velim. Nónne creaturam operatus est deus, quæ & benignitatem suam & virtutem edoceat? Cœli, inquit, enarrant gloriam dei. Nónne & prophetas misit? nōne & vocauit nos, & honoribus

2.Tim.2.c

Infra.22

† *vim adfert.*

† *inuitos atque nolentes.*

Psal.18.a

noribus prosecutus est? nónne tot res plurima dignas admiratione condidit? nónne legem tulit,& scriptam & naturalem? num filium misit? num signa fecit? num gehennam minatus est? num cœli regnum pollicitus? num singulis diebus facit oriri solem suum? num præ-
Matth.5.g cepta eius adeò facilia sunt,adeò leuia, vt multi philo-
Esaiæ.5.b sophica tantùm ratione ea excesserint? Quid oportuit, inquit,fieri vineæ,quod nõ fecerim? Sed dicet, Quamobrem nõ dedit nobis naturalem cognitionem atque virtutem? Quis hoc dicit? Ethnicus ne an Christianus? Ambo quidem. Verùm non iisdem de causis, sed alter pro rerum cognitione, alter pro vita contendit. Primùm igitur ad nostrum respõdebimus: Siquidem non tanti apud me valet externorum, quàm propriorum membrorum ratio. Quid igitur dicit Christianus? Oportuit ipsam virtutis cognitionem nobis insitam esse. Sed profectò insita est: quod nisi esset,vnde & facienda & vitanda possemus cognoscere, vnde leges nobis & iudicia? Verùm nõ cognitionem, sed operationem ipsam insitam haberemus. Et quo nostro merito præmium nobis accipiendum esset, si omnia futura essent à deo? dic quæso mihi, nunquid te & Ethnicum hominem eodem deus punit supplicio? Nequaquam. Habes enim iam à cognitione fiduciam. Quid igitur, si quis tibi nunc diceret,quòd pro cognitione & tu & Ethnicus eodem digni eritis præmio: nunquid ægrè ferres? Sic equidem arbitror. diceres enim Ethnicũ per se cognitionem inuenire potuisse, sed noluisse: quòd si ille diceret, quòd oportuit deum indidisse nobis naturalem cognitionem, nunquid rideres, & eum his verbis alloquereris,Cur non inquisisti? Cur diligentiam non adhibuisti,quemadmodum ego: & tibi maiorẽ in modum confideres, dicereſq;, vltimam esse dementiam, deum accusare, quòd non natura cognitionem indiderit. Huiusmodi diceres, cum recto animi iudicio sentires. Sic si vita nostra rectè ageretur, talia profectò
† ἀπονά- non inquireres: sed quum ad virtutem †afficiare, ſ id-
μυξε.id est, circo inſanas has rationes adducis. Quo autem pacto
defatigeris. facere oportuit? Nunquid necesse est bonum fieri? Debuerunt igitur bruta nobiscum de virtute contendere, vtputa quum nonnulla nobis sint continentiora. Sed mallem,inquit, esse necessitate bonus, & omni priuari mercede, quàm sponte malus, & pœnis cruciatibusq; absumi. Verùm neminem necessitas bonum esse compellit. At si quid faciendum sit ignoras, id palàm profiteare: tunc quæ te deceant,edocebimus. Si verò luxuriam malam esse intelligis, quid malum non fugis? Non possum, inquis. Sed cæteri qui longè maiora rectè operantur te accusant, & tibi silentium multis ar-
†Nã tu for- gumentis indicunt. †Tu fortasis mulieris consuetudi-
tasse qui vxorẽ habes, ni cõtinentiam posthabuisti, alius autem procul à mu-
nõ tẽperanter viuis:alius verò vxore carens, liebri labe integrè,& pudicè vixit. ſ Qua igitur te excu-
castitatẽ ser- satione tueberis, nisi modum serues, quum alius fossas
uat illibatam. strenuè transiliat? Sed non sum talis, inquis, corporis potius natura, quàm voluntate. Quod non vis, non
† propter vo- quod nequeas: ostendam enim omnes ad virtutẽ idoluntatem nõ* neos. Nam quod quis facere nequit, ne necessitate quidem compellente consequi poterit. Si autem accedente necessitate fieri quid potest, qui id non facit, †præter
facit. voluntatem facit, ſ vt exempli gratia: Nullo quidem pacto fieri posset, vt homo volaret,& corpus in cœlum tolleret. Quid igitur si rex id facere imperaret, & mortem hoc edicto minaretur: Quicunque nõ volauerint homines,moriantur,crementur,& alia huiusmodi patiãtur supplicia: nũquid esset qui pareret? Nequaquam.

Natura enim id negat. Quòd si idem de continentia iuberet, vt scilicet impudicus vapularet, cremaretur, innumeris afficeretur supplicijs: nónne permulti parerent edicto? Minimè,inquis. Nam & lege etiam nunc sancitur,Non mœchaberis: non tamen omnes ei parẽt, *Exo.20. & Rom.2.c* non quòd metus remittatur, sed quòd latere crimen multi existimant. Quòd si eis, quum impudicè quid facere volũt, legum lator & iudex adesset, procul dubio longè plus metus posset ad libidinẽ illam comprimendam, quum etiam si minorẽ adducerem necessitatem, comprehẽsumq; ab amata muliere abducerem,& vinculis coërcerem, se continere, & nihil molestum perpeti possit. †Nolumus igitur dicere quempiam natum *† Ne igitur dicamus quẽpiã natura bonum aut malum esse.* bonum esse. ſ Siquidem natura bonus,nunquam malus fieri posset: & natura malus,nunquam bonus. Nunc autem varias mutationes,& alterum in alterum transferri videmus. Neque hoc in scripturis dũtaxat videre licet, quemadmodum quum publicani, apostoli euaserunt: & discipuli,proditores: & incestæ mulieres, pudicæ: & latrones probati facti sunt, & Magi adorauerũt, & impij pietatem induerunt,& in veteri & in nouo testamento: sed in singulis quoque diebus multa huiuscemodi euenire quiuis viderit. Quæ si naturalia essent, nequaquã possent permutari: nam quum passibiles natura simus, nulla ratione impassibiles fieri possemus. Quod enim natura est, nũquam ab ea recesserit, neque quispiam quum natura dormiat, insomnis esse, neque à corruptione in incorruptionem, neque à siti, vt nunquam sitiat, mutari perpetuò potuisset. Idcirco peccata non sunt, neque exprobramus hæc cuipiam, neque quis vnquam aliquem huiuscemodi verbis accusaret, corruptæ & passibilis: sed aut adulterium, aut fornicationem, aut alia id genus noxiis vicio damus, eosq; & iudicibus, qui eos damnẽt, & supplicio afficiant, & pœnis prosequantur, adducimus. Quum igitur ex his, quæ inuicem facimus, & iudicati perpetimur, & quorum leges scripsimus, & nosipsos, quanuis nemo nos accuset, reprehẽdimus, & desidia quidem peiores, timiditate autem meliores efficimur, & alios rectè facere, & summũ philosophiæ attingere videmus: planè cõstet in nostra esse potestate, bene facere: quid multi temerè frigidis nos ipsos excusationibus decipimus? quæ nõ modò nobis afferunt veniam, sed supplicium grauius, quum formidolosa illa die ante oculos nobis proposita virtuti vacare liceret, & paruo labore immortales coronas accipere. Nihil sanè nobis huiusmodi prodest excusatio, sed & conserui vestri, & qui vestris operibus contraria operãtur, nos omnes peccatis obnoxios accusant, crudelem misericors, malum bonus, audacem mitis, inuidum benignus, glorioſum philosophus, studiosus segnem, pudicus incontinentem. Sic nos deus iudicabit: vtranque struet aciem, hos quidem laudibus, illos supplicio prosequens. Sed absit, vt ex hac concione quispiam eorum ex numero sit, qui & pœna & ignominia sunt afficiendi, sed coronati omnes cœleste regnũ vtinam assequamur, Gratia & benignitate vnigeniti domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, cum spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Homilia tertia.

OBsecro vos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. Quòd semper dicebam, paulatim & modicè in iurgia descendere oportere, id Paulus hoc in

Universidad de Deusto
Biblioteca

loco facit: quum enim rem longè periculosam aggressurus sit, & quæ facilè ecclesiam posset euertere, clemētiori verbo vsus est. inquit enim, se obsecrare eos, & obsecrare per Christum, ac si solus non sufficeret, hoc & præponere, & persuadere: quasi dicat, Accipio mihi Christum socium, & eius nomen iniuria & contumelia affectū auxilium imploro. Peruerecundè sanè, † ne eos pudeat. Temerarios] enim peccatum facit: propterea quòd si quamprimùm vehementius insectareris, †frustra & impudenter]faceres: sed quum hortatus sis ceruicem deiicere, confidentiam ponere, humilitatem amplecti docuisti. Quod vt Paulus in præsentia assequatur, obsecrat iam per nomen domini nostri Iesu Christi. Sed quid tandem obsecras Paule? *Vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata.* Schismatis significantia satis eos arguit, vel potius satis est eius appellatio, quæ vehementer eos tangat. Non enim plures integræ partes factæ sunt, sed vna periit. Siquidem integris ecclesiis, multas eas constituerent. Per schisma autem & dissensiones id etiam vnum aboletur. Integrum enim si in multa diuiditur, non modò non multa fiunt, sed vnum absumitur. Huiusmodi est schismatum natura. Quum verò acrius eos schismatis appellatione tetigisset, rursus eos his verbis lenit & mulcet: *Sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia.* Nam quum dixisset, Vt idipsum dicatis: Nolite arbitrari, inquit, ad verba vsque debere esse concordiam. Animi nanque cōcordiam inquiro. Verùm quum idem quoque ex animi sententia dici possit, quoniam id non in omnibus vsu venit, idcirco addidit: Sitis autem perfecti. Qui enim partim conuenit, partim dissentit, adhuc non est perfectus, neque in consensum adducitur. Fieri autem potest, vt qui intellectu consentit, volūtate discrepet: quemadmodum quum idem de fide sentiamus, discrepamus tamē in dilectione. Sic notione vnū sumus, quum idem cognoscimus: sed nō voluntate & studio, quod tūc euenit, quum alius aliud eligit. Propterea, inquit, quod noticia & voluntate cōcordare oportet. †Non enim à fidei dissensione, sed sententiæ humanis cōtentionibus fiunt schismata.] Sed quum sola accusatione, nullo adhibito testimonio minus erubescat: vide quo pacto, ne id negare possint, testes adducit: *Significatum est enim mihi de vobis fratres mei à familiaribus Chloes.* Non tamen hoc prius locutus est, quàm eos reprehenderet, quod credentis est testibus. Siquidē nisi id sibi relatum esset, nō sanè accusasset: neque omnino Paulus credidit, neque primo statim principio inquit, significatum est, ne illorum tantùm verbis eos accusare videretur: neque tacuit, ne ex se duntaxat dicere crederetur. Præterea eos fratres appellat: nam licēt manifestum peccatum sit, nihil tamen prohibet, adhuc eos fratrum appellationibus nuncupare. Et animaduerte, quæso, Pauli prudentiam, quòd propriæ personæ non adduxit testimonium, sed familiam, ne in simultates aduersus huiusmodi nuncij authorem concitaret. Idcirco & illum subticuit, & impauidus in eos accusationem vertit: non enim illius tantùm, sed Corinthiorum vtilitatem prospexit. Propterea non inquit, Significatum est mihi à quibusdam, sed etiam familiam ostendit, ne id finxisse ex se videretur. Et quid nam significatum est? *Quòd contentiones inter vos sunt.* Quandoquidem eos corripit: Non sint, inquit, in vobis schismata: quando autem aliorum verba adnunciat, clementius eos alloquitur. Hoc significatum est mihi, quòd contentiones inter vos sunt. Quare nolite, qui nobis hoc adnunciarunt, lædere: deinnde contentionis genus ostendit, *Quòd vnusquisque vestrum dicit, Ego sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ.* Contentiones non enarrat de verbis propriis: sed quæ grauiores sunt. Et ex eo verbo, vnusquisque vestrum, non partem, sed vniuersam ecclesiam morbū populari significat. Atqui neque de Paulo, neque de Petro, neque de Apollo dicebant, sed ostendit, quòd si in his non est insistendum, longè minus in aliis: quòd autem nihil de his diceret, in sequentibus his verbis demōstrat: Hæc autem transtuli per figuram in me & Apollo propter vos, vt in nobis discatis, ne suprà quàm scriptum est, sapere. Nam si Pauli & Apollo, & Cephæ non licebat ipsis nomina laudare, multò magis neque aliorum: si magistrū & principem apostolorum, & tanti populi admonitorem sibi arrogare nō debebant, quantò magis qui †nusquam jessent. A maiori igitur morbo eos sanare festinans, his vtitur nominibus. Aliter autē intelligi potest, vt quo oratio eius tolerantius accipiatur, non vero nomine seditiosos in ecclesia meminerit, sed tanquam laruis quibusdam sub apostolorum appellationibus eos ostenderet. Hinc ego sum Pauli, inquit, ego autem Apollo, ego verò Cephæ. Neq; quòd se Petro prætulerit, in vltimo loco eum posuit, imò etiam sibi Petrum præfert. Auget enim orationē suam, ne putaretur inuidia id facere, vt honorem illis auferret. Idcirco primo in loco se cōstituit, nullo honoris desiderio, sed contēptu potius. Primum igitur impetum in se accipit, & tunc Apollo inde Cepham subdit. Nō igitur vt seipsum laudibus efferat, se præponit: sed in rebus friuolis, & nullius momenti propriæ personæ appellatione eos corripit. Verùm quòd huic & illi seipsos attribuentes peccarent, planè constat: & meritò eos reprehendit, quum inquit, Non benefacitis dicētes, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ. Qua autem ratione addidit, *Ego autem sum Christi?* Si enim qui seipsos hominibus attribuunt, peccauerunt: nunquid illi qui Christo? Sed non id reprehendit, quòd sibi Christum vindicarent, sed quòd non omnes solùm. Existimo autem Paulum hoc ex seipso ad eorum crimen augendum addidisse, vt ostēderet Christum in partem vnam datum: quāuis illi non sic facerent. Quòd enim hoc significaret, ex sequentibus manifestauit, quum inquit, *Diuisus est Christus?* Hoc est, in partes Christum, & eius corpus secuistis. Vides ne furorem? Vides verbū indignationis plenum. Quotiescunque enim confirmatione non vtitur, sed solùm interrogat: ideo facit, quòd res ipsa sine cōtradictione absurda est. Quidam autem aliud quoque Paulum significasse asserunt, quum inquit, Diuisus est Christus: quasi dicat, distribuit ad homines, & partitus est ecclesiam, & partem alteram ipse accepit, alteram illis dedit. Deinde conatur † Paulū iam abolere]quum dicit, *Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis?* Intuere vtilem sententiam, quo pacto in proprio nomine omnia huiusmodi superuacanea ostēdit, quodq; talis honor decet neminem. Nēve his verbis inuidia vsus videatur, frequenter de seipso verba facit. Et animaduerte eius prudentiā. Non enim dixit, nunquid mundū Paulus condidit? Nunquid Paulus vos ex nihilo vt essetis, effecit? Sed ea tantùm, quæ eximia erant fidelium, & multæ beneuolentiæ opera meminit, crucē scilicet & baptisma, & quæ ex his prouenerunt bona. Mundi nanque opificium, sed maximè dei in crucem conscensus, eius ostendunt benignitatem: & nō dixit, Nunquid Paulus mortuus est pro vobis:

† *ne illis impudentes fiant. Impudentes.*] † *immitē & impudentē.*

Infra. 4.4

† *nihil.*

† *Paulus vis absurditatē abolere.*

† *Non enim à dissēsione quæ circa fidē est, sunt schismata: sed quod iuxta humanā contētionē diuersæ sint sententiæ.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

bis:sed,nunquid Paulus crucifixus est?In quo etiã mortis genus affert. *Aut in nomine Pauli baptizati estis?* & non inquit, Nunquid Paulus baptizauit vos? Baptizauit enim multos. Neque hoc quærebatur,à quo,sed in cuius nomine baptizati essent. Siquidẽ quum dissensionum causa & hæc esset,quòd scilicet eorum se esse dicebant, à quibus baptizabantur, hunc errorem his verbis corripit: Nunquid in nomine Pauli baptizati estis? Ac si diceret, Noli mihi dicere, quis baptizauit, sed in cuius nomine.Neque enim qui baptizat, sed quem in baptis-
Ioan.1.d mate inuocamus, inquiritur. Hic enim est qui dimittit peccata.Et his contentus non vlterius in his euagatur. Neque quicquam tale inquit. Nunquid Paulus vobis futura bona pollicitus est, nunquid regnum cœli promisit?Qua igitur gratia non hæc addidit?Quoniã non est consentaneum regnum polliceri,& crucifixum esse. Illud enim neque periculum subiit, neq; ignominiam pertulit. Hoc autem ea omnia, & aliter illa ex his con-
Roma.8.f firmat.Nam quum alibi dixisset,Qui etiam proprio filio non pepercit: subdidit, quo modo non etiam cum
†donabit. illo omnia nobis†donauit? & rursus, Si enim quũ inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij
Roma.5.b eius, multò magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Huius gratia illa nõ addidit, & quoniam alia quidem nõdum habebant, aliorum autem [experientiam acceperunt, & alia quidem promissa erant, alia verò] iam perfecta. *Gratias ago deo, quòd neminem vestrum baptizauí, nisi Crispum & Gaium.* Quid vos insolenter in baptizando extollitis, quando ego gratias ago deo, quòd non fecerim. Quibus verbis animi in ea re elationem suadendo tollit.Nũquid & baptismatis virtutem? Absit,sed eorum stulticiam, qui in baptizando nimium se iactabant:& primùm quidem quum ostendat,non eorum id esse beneficium: deinde quum propter hoc deo gratias agat. Et profectò magnum quiddam baptisma est,sed eius magnitudinem nõ qui baptizat, sed qui inuocatur, in baptismate efficit.Nam baptizare nihil est, si humanus labor consideretur,sed longè minus quàm
†inquam. euangelizare.Magnum item est,†inquit,ȷ baptisma,si-
†sed ne quo minimè fieri potest, vt quispiam cœli regnum assequatur,†quando ȷvir nõ omnino strenuus hoc munere fungi potest.Euãgelizare autem plurimum requirit laboris. Affert autẽ causam propter quam deo gratias agit,quòd neminem baptizauerit.Quæ nam igitur ea est? *Ne quis dicat,* inquit,*quòd in nomine meo baptizati estis.*

De illis enim hoc dicebat? Nequaquam. Sed timui, inquit, ne in tantum mali morbus procederet. Nam si abiectis & nulla re bona dignis hominibus baptizan-
†si ego qui baptisma adnũciauerim, multos baptizasse, credibile erat quòd in eorum conspirantes. tibus hæresis orta est:†si ergo baptismatis adnunciatione multos baptizaui, credibile erat, qui per me confirmati essent, ȷ non modò in nomine meo vocari, sed mihi ipsius baptismatis laudẽ attribuere. Si enim à minoribus tãtum mali exortum est, non immeritò vehementius à maioribus processurum poterat existimari. Quum igitur hoc in loco corruptos reprehẽdat, & eos alloquatur, *Baptizaui,* inquit,*Stephanæ domum.* Et rursum eorũ deiiciens tumorem,inquit, *Iam nescio si quem alium baptizauí.* Hinc autem iam ostendit non maximè laudi sibi fuisse, quòd ex baptismate à multis honorem assequeretur. Neque gloriæ causa id se aggressum asserit: neque his duntaxat verbis, sed in sequentibus quoque vehementer eorum sedat tumorem: quum inquit, *Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare.* Gra-
† propterea ipsum Paulo uius enim & quod multum laborem & ferreum animum exigat,hoc est,†Sed quamobrem hoc munus aggressus est Paulus?ȷ Et quã nam gratia quum nõ missus esset ad baptizandum, baptizauit tamen? Sed non idcirco eius qui se miserat, repugnauit voluntati, sed ex abundantia hoc operatus est.Non enim dixit,prohibitus sum: sed non missus sum ad hoc, verùm ad illud quod maximè erat necessarium:euãgelizare enim perpaucorum est, baptizare autem cuiuslibet, modò fungatur sacerdotio: quippe qui hominẽ catechumenum & ad suscipiẽdum baptisma persuasum nacti sunt, eorum quilibet baptizandi subire munus poterit. Voluntas enim præsentis & diuina gratia iam omnia operatur.Quum autem incredulos instituere oportet,multo opus est labore & sapientia. Tunc periculum de se faciendum est.Illic enim omnia perfecta sunt, & persuasus est qui est†erudiendus,ȷ & nullus labor est credentem baptizare. Hic verò plurimum laboris est, vt ad tuam adducatur voluntatem, & suam abiiciat sententiam,errorem euertat,veritatem†conferat. ȷAtqui non ita loquitur, neque ita confirmat, vt nullum laborem baptisma habere dicat.Modestia nanque vti nouit,sed in comparatione ciuili prudentia valde vtitur,quoties sermonem reddere clariorem potest.Non igitur quòd mittenti se contradiceret,baptizauit.Sed quemadmodum quoque dixerunt Apostoli super viduis, Non est placitũ,vt prætermisso verbo dei,ministremus mensis: Sic in hoc loco ministrauit,illis non contradicens,sed ex abundantia operatus.Siquidem nũc senioribus quidẽ,qui inutiliores sunt,hoc munus tradimus. Verbum autem quod doceant,sapientioribus:hic enim & labor & sudor est. Quamobrem alibi inquit, Qui bene præ-
† ad sacra adducẽd. *† inserat.* *Actor.6.a* *1.Tim.5.a* sunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborãt verbo & doctrina.Quemadmodum enim instituere certãtes hominis est strenui, & sapientia & exercitatione probati: imponere autem victori coronam,illius etiã esse potest,qui certamina ignorat, quanuis corona clariorem reddit victorem:Itidem in baptismate vsu venit. Nullo enim pacto sine eo salutẽ quispiam assequi potest,nihil autem magnum qui baptizat, operatur, confirmatam modò nactus sit voluntatem. *Non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi.*

Quum eorum elationem,qui per baptisma superbia efferebantur, compescuerit, transit iam ad eos qui exteriori sapientia efferuntur, & contra eos armatur vehementius. Ad illos enim qui in baptizando inflati erant,inquit, gratias ago deo, quòd neminem baptizaui,& quòd non misit me Christus baptizare,in quo neque vehementia,neque nimia vtitur cõfirmatione, sed brevibus quæ vult significans, ad alia se transfert. Hic autem ab ipso principio grauiter eos his verbis tangit: Non in sapientia verbi,vt non euacuetur crux Christi. Quid igitur superbis,in quo abscondi oporteret?Nam si cruci hostis est,& cum euangeliis pugnat hæc sapientia, minimè in ea gloriandum esset, sed potius erubescendum.Hæc enim causa fuit,ne apostoli sapientes fierent,non gratiæ imbecillitate,sed ne prędicatio offenderetur. Siquidem illi verbum dei non corroborarũt, sed imbecillius reddiderunt, Rudes autem & indocti id confirmarunt. Hoc fecit,vt puniretur superbia, hoc compressit tumorem,hoc persuasit modestiam. At,inquis,si non in sapientia verbi,qua causa Apollo qui disertus erat, miserunt? Non quòd in verborum potentia confiderent, sed potens erat in scripturis, & reprehendit Iudæos: præterea propositum erat patronos,& qui primi verbum dei disseminarunt, non esse disertos. Hi enim erant qui multa indigebant virtute, vt à

Universidad de Deusto
Biblioteca

principio errorem expellerent. Siquidem tũc maximè A viribus opus erat, vt aditus patefieret. Qui igitur primùm nõ indiguit viris eruditis, si postmodũ eloquentes suscepit, non ideo suscepit, quòd his indigeret, sed quoniam noluit vllam facere differẽtiam: quemadmodum enim non opus fuit sapientibus ad dirigendã dei volũtatem, sic neque qui postea inuenti sunt, eiicere oportuit. Tu autem illud mihi ostẽdas velim, an Petrus & Paulus sapientes fuerint, sed non posses. Rudes enim & illiterati fuerũt. Vt igitur Christus quum discipulos suos in orbem terrarum mitteret, eisq; potẽtiam suam
Luc.22. d primùm in Palæstina ostenderet, dicens, Quando misi vos sine sacculo, & pera, & calciamentis, nunquid aliquid defuit vobis? iam tum permisit vt peram & sacculum haberent: sic hoc in loco fecit. Propositum enim erat vt Christi potentia ostenderetur, non tamen exterioris sapientiæ gratia, qui ad fidem accedebant, e- B rant eiiciendi. Quum igitur Ethnici Christi discipulos tanquam indoctos accusant, longè magis ipsi, quàm discipuli sunt accusandi. Neque quisquam sapientem fuisse Paulum contendat. Sed apud illos & claros sapientia & facundia admirabiles viros extollimus. Nostros autem omnes & rudes & illiteratos fuisse profitemur. Neque enim parũ illos hac assertione euertimus, sed glorioſam nobis comparamus victoriam. Hæc autem locutus sum, quoniam Christianum quẽdam iam audiui aduersum Ethnicũ ridiculè disputantem, quum ambo in certamine inuicem sua ipsorum soluerent argumenta. Siquidem quæ oportebat Christianum dicere, ea Gentilis asserebat: & quæ Gentilis partes erant, eas Christianus adducebat in mediũ. De Paulo enim & Platone inquirebant. In qua disputatione Gentilis conabatur ostendere Paulum & rudem & indoctum C fuisse: Christianus verò temerè contrà, confirmare annitebatur, Platone Paulum fuisse eloquentiorem: hoc pacto Gẽtilis victor euasit, quum ita iudicaretur. Nam si Platone disertior Paulus fuisset, multi nõ immeritò asserere potuissent, non gratia vicisse Paulũ, sed facundia. Quamobrem Gentilis causam tuebatur Christiani, Christianus verò Gentilis: nam si Paulus ineruditus fuit, vicit autẽ Platonem, profectò, vt dicimus, clarissima fuit eius victoria, qui indoctus illius discipulos alliciens, in se & ad se omnes cõuertit. Ex quo satis constat, non in sapientia humana prædicationem factam esse, sed in diuina gratia. Vt igitur hæc nobis non eueniant, neque huiuscemodi aduersus Gentiles disceptationibus irrideamur, quum in id certamen venerimus, apostolos vt indoctos accusemus. Hoc eis & laudi erit, & ornamento. Et quum illi dixerint rusticos fuisse apostolos, adiiciamus, item indoctos & illiteratos, pauperes, abiectos, imprudentes, obscuros. Non sunt hæc D maledicta in apostolos, sed gloria, quòd tales viri toto orbe clariores apparuerint. Siquidem hi ineruditi, rustici, indocti, viros & sapientia & virtute præditos, tyrannos diuitiis, gloria, & omnibus denique externis rebus se iactantes, ac si viri non fuissent superauerunt. Quocirca constat magnam esse crucis potentiam, neque hæc humanis viribus facta esse. Non enim secundum naturam sunt, sed naturã longè excedunt. Quando autem aliquid longè præter naturã accidit, idq; & decorum est & vtile: profectò constat diuinam quandam virtutem, atque auxiliũ in eo operatum. Vide verò, piscator, tentoriorũ opifex, publicanus: indocti, illiterati, è longinqua Palæstinæ regione profecti, philosophos, rhetores, viros in dicendo grauissimos à priis eiiciẽtes, omnes breui superauerunt: quum tot imminerent pericula, populi & reges infestissimi, natura ipsa repugnans, temporis vetustas longa, & vehementior consuetudinis pugna, armati dæmones, diabolus infestus & vniuersa commouens, reges scilicet, principes, populos, gentes, ciuitates, barbaros, Græcos, philosophos, rhetores, sophistas, oratores, leges, iudicia, varia supplicia, varias mortes atque innumeras. Verũtamen omnia hæc sic deiecta sunt, & piscatorum verbis cesserunt, tanquam puluis qui spirantium ventorum impetus ferre non potest. Discamus igitur sic aduersus Gentiles disputare, nec tãquam pecora inueniamur, sed spe nostra confirmemur, & hoc duntaxat, vel maximè curemus quod nõ est paruum, & eos his verbis rogemus: Et quò nam pacto imbecilli, fortes, duodecim, orbem terræ, nullo armorum præsidio, sed nudi aduersus armatos pugnantes fortiores inuenti sunt? Dic quæso, duodecim tantùm viri rerum bellicarum penitus expertes, in innumerum militum armatorum exercitum irruentes, non inermi modò, sed imbecilli corpore ab illis nihil perpessi sunt: neque innumeris petiti sagittis, vulnus acceperunt, quibus confixi essent, nudo corpore omnes prostrauerunt? non armis, sed manu impellentes, quorum alios quidem perdiderunt, alios autem captos adduxerunt. Nunquid hoc humani] quispiam *thumanum esse.* diceret? Atqui apostolorum trophæum longè illo admirabilius. Siquidem quòd rudis & illiteratus piscator tantæ grauitatis homines vinceret, lõgè admirabilius est, † quàm nudus non vulneraretur.] Ille enim neque *†q̃ quod non dus nõ vul neratus fu.* paucitate, neque paupertate, neque periculis, neque ea quæ præualuerat consuetudine, neque calamitatum, quas patiebatur acerbitate, non quotidianis mortibus, non errantium multitudine, non decipientium dignitate prohibitus est. Hoc igitur pacto prosternemus eos, si pugnabimus, & longè magis quàm verbis, vitæ rectitudine eorum animos percellemus, hoc maximũ certamen est, hic syllogismus certissimus qui per opera efficitur. Nam & si frequenter verbis philosopharemur, non tamẽ propterea vitã exhiberemus meliorem, nullum nobis lucrum accederet. Non enim verbis attendunt homines, sed opera perscrutãtur: & inquiunt, Tu prior verbis tuis obtempera, deinde alios admoneas. Quòd si dixeris, innumera esse in futuro seculo bona, & tamen tanquam non sint, præsentibus rebus affixus videberis, opera tua quàm verba magis mihi persuadebunt. Siquidem quum alienarum rerum raptorem amissa immodicè deplorantem, multis aliis obnoxium criminibus animaduerto, qua ratione tibi resurrectionem credam? Et licèt hoc non dicant, cogitant tamen & animo versant, & hoc est quod prohibet, vt infideles Christiani fiant. Reuocemus igitur eos vitæ nostræ exemplo. Multi etiam indocti viri, hoc pacto philosophorum mentes perculerunt, tanquam re ipsa philosophiam ostenderent, vocem tuba clariorem bonitate vitæ & philosophia emittentes. Ipsa enim quàm lingua vehementior est. Quum ergo dicam, quòd non licet succensere cuipiam, deinde Gentilem innumeris malis afficio: quo pacto verbis ipsum allicere potero, cùm operibus abigam? Quamobrem eos vitæ integritate alliciamus, & per eorum animas ædificemus ecclesiam, & huiusmodi comparemus diuitias, nihil est enim quod animæ possit æquiparari, ne vniuersus quidem mundus. Itaque & si immensas pecunias pauperibus eroges, plus tamen effeceris, si vnam conuerteris animam. Qui enim educit precioſum ex indigno, tan- *Hier.15. d*

quam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam os meum erit, inquit. Magnum sanè & laudabile est misereri pauperibus, sed magis errantem ab errore reuocare. Quippe qui hoc facit, Petrum, Paulumq; imitatur: licèt enim vt illorum prædicationē accipiamus, nō vt eorum exemplo periclitemur, famem & pestem & alia huiusmodi tolerantes: (pacis nanque præsens tēpus est) sed vt volūtate promptiores efficiamur. Siquidem & domi sedētes ita piscari possumus. Si quis amicum, si quis consanguineum, si quis vicinum habet, ita faciat: sic Petri & Pauli sectator euadet. Sed quid ego hos cōmemoro: os erit Christi? Qui enim educit preciosum ex indigno, tanquam os meū erit. Quòd si hodie nemini persuaseris, persuadebis postridie, & si nunquam persuaseris, mercedem tamen integram habes. Etsi non omnibus, paucis tamen ex multis persuadere poteris. Nam neq; apostoli vniuerso orbi persuaserūt: licèt cum omnibus disputarint, & mercedem in omnibus assecuti sint. Siquidem deus non secundum bonorum operum euentum, sed iuxta factorum propositum coronas elargiri solet, etiam si duos obolos cōferas, & quod vidua fecit, idem in docentibus operabitur. Noli igitur quum orbem terræ saluum facere non possis, etiā parua contemnere. Neq; maiorum desiderio à paruis te abstrahas. Si centum nequis, decem curam suscipias: si decem non possis, noli quinque despicere: si quinque vires tuas excedunt, vnum ne contemnas. Quòd si ne hoc quoque possis: noli desperare, noli labori cedere. Nōnne vides in negociationibus, nō auro duntaxat, sed & argento mercatores negociantur? Nam si parua nil contempserimus, assequemur & magna. Sin autem neglectui nobis illa essent, neque hæc facilè assequi possemus. Sic singuli diuites euadunt, quum magna simul & parua colligunt. Sic & nos faciamus, vt in omnibus ditati cœlorum regno perfruamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri & spiritui sancto gloria, honor, imperium in secula seculorum, Amen.

Matt.11.d & Luc.21.a

Homilia quarta.

Esa.29.c & 33.c

Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia: his autem qui salui fiunt, id est, nobis virtus dei est. Scriptum est enim, Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum reprobabo. Vbi sapiens? vbi scriba? vbi disputator huius seculi? Laborantibus & morbo affectis hominibus etiā salubres cibi sunt iniucundi, & amici & consanguinei graues, vt sæpenumero non modo non cognoscantur, sed videantur esse molesti. Haud aliter his quorum animæ perierunt euenire solet. Siquidem quæ ad salutem conferunt, ignorant: & qui sui curam suscipiunt, molestos arbitrantur. Quod non rerum natura sit, sed illorum morbo: & quemadmodum insanientes amicorum cura, & admonitionibus offenduntur, itidē infideles: sed veluti, qui lędantur ab illis, nō contrà ipsi lędant, sed tunc maximè, & misericordia & lachrymis eos prosequuntur, quū inde vehementioris morbi coniecturam faciant, si amicissimos ignorāt: itidem & nos erga Ethnicos faciamus & eos muliebri, vel maiori etiam vlulatu deploremus, quoniam communem salutem nō intelligunt. Neque enim adeò vxorem virum suum amare oportet, vt nos vniuersum genus humanum, idq; ad salutem allicere, siue Ethnicus sit, siue quiuis alius. Eos igitur deploremus, quoniam verbum crucis stultitia eis est, quum sit & sapientia, & virtus. Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est, inquit. Nam credibile erat illos, quum crux à Gentilibus A derisui haberetur, huic † suæ sapientiæ] resistere & certare perturbatos ab his quæ à gentibus dicerētur. Quos consolatus Paulus, Nolite arbitrari, inquit, alienū hoc esse, & dignum admiratione. Sic secundum naturā se res habet, vt à pereuntibus eius potētia minimè cognoscatur. Mente enim commoti sunt & insaniunt. Propterea maledicunt & iniquo animo ferunt salubria medicamenta. Quid dicis homo? propter te Christus seruus factus est, propter te formam serui accepit, propter te & crucifixus est, & resurrexit. Propterea opus est, & resurgentem adorare, & eius admirari humanitatem. Quoniam quod neque pater, neque amicus, neq; filius pro te fecit, id omne dominus pro te & inimico & infesto operatus est. Decet igitur vt eum horum beneficiorum gratia veneremur, tu autem rem tanta sapiētia præditam, stulticiam appellas. Sed nihil mirum: siquidem pereuntium est, quæ saluti suæ conferant, minimè B cognoscere. Nolite igitur perturbari, neq; enim res noua est neque admirabilis, quòd quispiam à perditis maximè hominibus irrideatur. Neque qui ita affecti sunt, humana possunt persuaderi sapientia, qua si persuadere volueris, contrà efficies. Quæ enim humanam excedunt rationem, fide duntaxat indigent. Atque si rationibus vti velimus ad persuadendum, quo pacto homo factus est deus, & aluum virginis subiit, neque fide hoc confirmaremus, magis nos illi irriderēt. Nōnne qui rationibus omnia inquirunt, hi perditi sunt? & quid de deo loquimur? Si in ipsis creaturis hoc faceremus, multus sequeretur risus. Sit quispiam qui omnia rationibus perscrutetur, & sibi abs te persuaderi conetur, quo modo lucem videmus, tu autem id experiare: sed non posses. Nam si diceres satis esse ad videndum, vt oculi aperiantur, non † causam] adduxisti, sed rei effectū. Quā- C obrem autem neque auditu videmus, neque oculis audimus, quamobrem non audimus naribus, & auribus olfacimus? Si igitur quum de his dubitet, quoniam eorum rationem reddere nō possimus, ille nos ridere deberet, longè magis nos illos ridebimus. Nam si vtraq; ex vno cerebro principium habent, & vtraq; inuicem vicina sunt membra, quā nam ratione non possunt eadem facere: sed neque causam neque modum inenarrabilis, & variæ operationis cōiectari possumus. Quod si anniteremur, derisui sanè essemus: quamobrem diuinæ hoc virtuti & infinitę scientiæ tribuentes silentium agamus. † Nam] si dei opera, exteriori sapientia confirmare voluerimus, maiorem in modū deridebimur, non propter rerum imbecillitatem, sed propter humanam insipientiam. Magnæ enim res nulla possunt ratione manifestari. Considera autem, si dixero, crucifixus est: Gentilis inquit, & quā nam ratione hoc esse potest? sibiipsi opitulatus non est, quum & crucifixus esset, D & tentatus in tempore crucis, & quo modo postmodū resurrexit, & aliis præstitit auxilium? Hoc & Iudæi dicebant, Qui se non iuuit, quo modo alios iuuerit? Absurdū profectò est, inquit: nec immeritò. Etenim ô homo supra rationem est, & inenarrabilis virtutis crux. Siquidem † quod in rebus difficillimis sit, ipsis difficultatibus grauius videtur. Immensæ nanque virtutis est, & qui ligatus quum sit vincat.] Quemadmodum igitur in tribus pueris longè admirabilius fuit, quòd ingressi sint, vincere: in caminum ignis per eum deambularent, quàm si nū- immēsæ cuquam eò ingressi essent: Et in Iona quòd in cete deciderit, & ab eo nihil mali perpessus sit, multo magis fuit, quàm si absorptus nunquā fuisset: sic & in Christo maiorem attulit admirationem, quòd mortuus mortem solueret,

† *suæ sapiē tiæ.*

† *modum.*

† *Sic.*

Matt.27.e

† *eū qui in rebꝰ difficilibꝰ versēt, ipsis difficultatibus superiorē etatibus gradere: & qui alligatꝰ sit, vincere: quam infinitæ est virtutis.*

Dan.c.3.f Iona 2.A

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſolueret, quàm ſi mortuus non fuiſſet. Noli igitur percontari, quamobrem non iuuit ſeipſum in cruce deus: ad ipſam enim mortem properauit. Neque idcirco nō deſcendit de cruce, quòd nequiret, ſed quòd noluit. Quippe qui non eſt mortis tyrānide ſuperatus, quo pacto claui crucis ſuperare potuerunt: ſed hęc nobis nota ſunt, incredulis autem minimè, idcirco inquit: Verbū crucis pereuntibus quidem ſtulticia eſt, his autem qui ſalui fiunt, id eſt, nobis virtus dei eſt. Scriptū eſt enim, *Eſaiæ 29. & 33. & Abdiæ 1. c* Perdam ſapientiam ſapientum, & prudentiam prudentum reprobabo. Nihil ex ſe grauius ponit, ſed quāprimum ad ſcripturę venit teſtimonium, qua fretus vehementioribus iam verbis vtitur, atque inquit, *Vbi ſapiens, vbi ſcriba, vbi diſputator huius ſeculi? [Nónne ſtultam fecit deus ſapientiam huius mundi?] Nam quia in dei ſapientia non cognouit mundus per ſapientiam deum, placuit deo per ſtulticiam prædicationis ſaluos facere credentes.* Quum dixiſſet, Scriptum eſt: Perdam ſapientiam ſapientum, à re ipſa id probat inquiens: Vbi ſapiens? vbi ſcriba? quibus verbis & Gentiles ſimul & Iudæos reprehendit. Quis nam philoſophus? quis ſyllogiſmorum ſtudioſus? quis Iudæorū doctrinam eruditus ſalutem dedit, & docuit veritatem? Nullus profecto, ſed à piſcatoribus hæc omnia facta ſunt. Concludens igitur quod propoſuit, & his verbis eorum cohibēs inſolentiam, Nónne ſtultam fecit deus ſapientiam huius mundi? affert cauſam quamobrē hæc ita facta ſunt. Nam quia in ſapientia dei, inquit, nō cognouit mundus per ſapientiam deum, crux apparuit: † hoc eſt,] in ſapientia dei, quę per opera apparuit: per ea enim cognoſci voluit. Idcirco hęc & huiuſmodi fabricatus eſt, vt ex viſibilium rerum ſimilitudine, earū conditor eſſet admirabilis. Immenſum cœlū, infinita terra, admirare igitur eorum conditorem. Siquidem quū magnum ſit & immenſum cœlū, non modò ab eo conditum eſt, ſed cum facilitate: & quum infinita ſit terra, *Pſal. 101. d* etiam ipſa vt nihil condita eſt. Propter hoc de illo, inquit, quòd opera manuum tuarum ſunt cœli: de terra autem, Qui fecit terram, vt nihil. Quoniam igitur per hanc ſapientiam † deus cognoſci voluit,] per eam, quę prædicationis ſtulticia eſſe videtur, perſuaſit, nō rationibus ſed fide. Vbi ergo dei ſapientia eſt, non amplius humana indigemus. Et profecto humanæ erat ſapiētię, dicere tanti & tam immenſi mundi deum conditorē, & tantæ & tam incredibilis potentiæ: eam cōſiderare, & hac gratia ipſum accipere nos oportebat. Nunc autē non amplius rationibus, ſed ſola fide opus eſt. † Præterea] quòd in crucifixum & ſepultum credatur, neq; dubitatio vlla relinquatur, quoniam reſurrexit, & ſupernè ſedeat, neq; ſapientia indiget, neque rationibus, ſed fide: qua muniti apoſtoli, nulla ſapiētia ad deum ſe cōtulerunt, & facti ſunt externis ſapientibus ſapientiores atq; præſtantiores, eò magis quò maius eſt, res diuinas fide accipere, quàm earū rationes perſcrutari: id enim humanam excedit naturam. Sed qua nam ratione ſapientiam perdidit? per Paulum & alios huiuſmodi viros nobis cognitus deus oſtēdit, ipſam ſtultam eſſe: ad euangelicam enim prædicationem accipiendam, neq; ſapiēs per ſapientiam quicquam proficeret, neq; indoctus ingenij hebetudine quicquam afferret nocumēti. Quòd ſi res admiratione digna dicēda ſit, ineruditio, quàm ſapientia, ad hanc ſuſceptionē & aptior eſt & facilior. Paſtor enim & ruſticus citius eam ſuſcipit, & cogitationes penitus cohibet, & ſeipſum domino tradit: ſic igitur ſapientiā perdidit. Nam quum prior ſeipſam deiecit, nulli iam rei vtilis eſt. Siquidem quū ipſam viribus ſuis vti, & per opera deū cognoſcere oporteret, id noluit. Quamobrem etſi in præſentia ſe eò conferre vellet, non tamen poteſt. Non enim einſmodi res ſunt. Via nanq; theologiæ profectò longè eſt, quàm illa maior. Propterea fide & ſimplicitate opus eſt, & ea vbique perquirenda, & exteriori præferenda ſapientiæ. Stultam, inquit, enim fecit deus ſapientiam. Sed quid nam, ſtultam fecit, ſignificat? hoc eſt, ſtultam oſtēdit ad fidei comprehenſionem. Nam quum maiorem in modū ſe in ſapientia iactarent, eam primum arguit. Quæ enim ſapientia eſt, niſi fontem ipſum bonorum inueniat? fecit igitur vt ſtulticia appareret, quum primum ſuū deprehendit errorem. Nam ſi cū rationibus inuenire poterat, nihil tamen inuenit: nunc quum omnia maiora videātur, qua ratione quicquam aſſequi poterit? Siquidem ſola fide opus eſt, non † grauitate. Stultam igitur † ἀβαρύτητος. ſapientiam oſtendit deus, & per prędicationis ſtulticiā ſaluos nos facere voluit. Stulticiam autem dicit, non quòd ſtulticia ſit, ſed quæ ſtulticia eſſe videatur. Et hoc ſanè maius eſt, quòd non aliam quandam ſapientiam illa maiorem induxit, ſed quæ viſa ſit eſſe ſtulticia, hoc pacto ſuperior fuit. Etenim Platonem non per aliū ſapientiorem philoſophum ſuperauit, ſed per indoctum piſcatorem: hoc pacto maior & clarior fuit victoria. Deinde ad crucis virtutem oſtendendā, inquit, *Quoniam Iudæi ſigna petunt, & Græci ſapientiam quærunt. Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum: Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtulticiam. Ipſis autem vocatis Iudæis atque Græcis, Chriſtum dei virtutem & dei ſapientiam.* Multa in his verbis prudētia, vult enim ſignificare, quo modo ex cōtrariis vicit deus, & quod non eſt humana prędicatio. eſt autem quod dicit huiuſmodi: Quum dicimus Iudæis, credite: reſpondēt, reſuſcitate mortuos, ſanos facite, qui dęmonibus vexantur, oſtendite nobis ſigna. Nos autem pro his quid reſpōdemus? Quòd crucifixus & mortuus eſt, quem prædicamus: hoc verò ſufficiens eſt, vt non ſolū nolentes non alliciat, ſed vt volentes auertat. Non auertit tamen, ſed allexit, vicit, ſuperauit. Rurſum Græci orationis ornatum, & ſophiſmatum grauitatem à nobis expetunt. Nos verò his quoque crucem adnunciamus, & quòd in Iudæis videtur imbecillitatis eſſe, id in Græcis ſtulticia eſt. Quum igitur non ſolū quæ petunt non præbeamus, ſed contraria. Crux enim non modò non videtur ſignum eſſe ſecundum rationem inquiſitum, ſed ſigni abolitio, neque virtutis ſignificatio, ſed imbecillitatis argumentum, non ſapiētia, ſed ſtulticiæ videtur opinio. Quum igitur qui ſigna & ſapientiam quærunt, eorum loco contraria accipiant, quàm deſiderent, & per contraria perſuaſi ſint: quo pacto nō ineffabilis eſt eius, de quo hæc prędicātur, virtus? Quemadmodum enim ſi cuipiam eorum qui iactātur in mari, & portum percontantur, alter non portum, ſed aliā pelagi partem turbulentiorem oſtenderet, & cum gratia perſuadere poſſet, vt eò ſe ſequeretur: & medicus quum ſaucium hominem, & qui medicinā expoſceret, non per medicinam, ſed per vſtionem rurſum ſanum reddere polliceretur, id ad habendam fidem alliceret, magnæ profectò virtutis eſſet: itidem apoſtoli, nō per ſignum, ſed per id quod ſignis contrarium eſſe videba- *Ioan. 9. d* tur, vicerūt: quod & in cæco operatus eſt Chriſtus, quē quum ſanare vellet, per rem oculis contrariam cæcitate liberauit, quippe qui lutū oculis impoſuit. Vt igitur per lutum cæcum curauit, ſic orbem terrarum per crucem ad ſe allexit, quod ſcandali incrementū non abolitio videbatur. Eodem modo in creatura fecit, cōtraria per

† *Quid autem eſt.*

† *deum cognoſcere noluit.*

† *etenim.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ria per contraria constituens. Arena igitur mare mu-
munit, vt eius vis illius imbecillitate cohiberetur. Aquæ
terram imposuit, vt solutæ & diffluenti, graue & den-
sum insidere faceret. Per prophetas rursum ligno par-
4. Reg. 6. tum ferrum suspendit, eodem modo cruce orbem terræ
allexit: vt enim aqua terram, sic crux orbem terræ susti-
net. Magnæ igitur virtutis atque sapientiæ argumen-
tum est, à contrariis persuasio. Siquidem scandalo vi-
detur esse crux. Veruntamen non solum non est scan-
dalo, sed scandalum abducit. Ergo quum hæc Paulus
intelligeret, & admiraretur, inquit: *Quia quod stultum
est dei, sapientius est hominibus: [& quod infirmum est dei, fortius
est hominibus.]* Stultum autem & infirmum de cruce lo
quitur, non quòd stulta aut infirma sit, sed ita videa-
tur. Ad illorum enim opinionem respondet, quòd quę
non potuerunt philosophi syllogismis facere, id quæ B
videbatur stulticia esse, perfecit. Quis igitur sapientior
est? qui multis, an qui paucis, vel nemini potius persua-
sit: & qui maximis de rebus, an qui de his, quæ nõ sunt,
loquitur? Quantum Plato, quantum eius sectatores de
linea, angulo, pũcto: de paribus & disparibus numeris,
& æqualibus inter se & inæqualibus, & huiusmodi ara-
neis nobiscum disputantes, laborarunt? Illarum nanq;
telis hæc vitæ nostræ sunt inutiliora, quibus ille neque
multum neq; parum profecit, & sic vita excesit. Quot
modis ostendere conatus est, immortalem esse animã?
Nihil tamẽ manifestum attulit, nihil cuipiam audito-
rum persuasit, sed ita functus est vita: crux autem per
indoctos persuadendo vniuersum orbem allexit, non
de quibuslibet rebus, sed de deo, veritate, pietate, vi-
ta euangelica, & futurorum iudicio disputans: sic om-
nes & rusticos & *indoctos philosophos reddidit. In-
tuere quo pacto stultum dei sapientius sit hominibus,* C
& infirmum fortius: quòd orbem terræ percurrit, &
cunctos potenter occupauit. Et quum innumera homi
num multitudo, crucifixi nomen extinguere conaren-
tur, contrà tamen euenit. Nam idcirco & floruit, & lõ-
gè magis auctum est. Illi autem & perditi & corrupti
† mortuo. sunt, & viui cum † mortuis] certantes nihil habuerunt
virium. Itaque si Ethnicus me stultum appellauerit, tũc
stulticiam suam maiorem in modũ significat. Quo pa-
cto? quoniam ego apud eum stultus existimatus, sapien
te sapientior appareo. Et quum me infirmum vocaue-
rit, tunc se longè infirmiorem ostendit. Quæ enim di-
uino munere publicani, & piscatores dirigere potue-
runt: ea philosophi & rhetores & tyranni, & simplici-
ter vniuersus orbis innumera percurrẽs, ne imaginari
quidem potuerunt. Et quid nam crux nõ aggressa est? D
de animæ immortalitate disputationem, [de corporũ
resurrectione,] de præsentium rerum contẽptu, de fu-
turorũ desiderio. Et homines angelos reddidit, & om-
nes vbique philosophantur, & omnẽ præ se ferunt for-
Socrates. titudinem. Sed & apud illos, inquies, multi etiam mor-
tem contempserunt. Qui nam? dic quæso. Nũquid qui
venenum hausit? Quòd si ab ecclesia huiusmodi homi-
nes volueris, innumeros adducam. Nam si orta perse-
cutione venen hausto mori potuissent, omnes illo fuis
sent clariores. Præterea non in illius erat potestate bi-
bere aut non bibere, sed vellet noller, bibere eum opor-
tebat: quod non iam fortitudinis erat, sed necessitatis.
Etenim latrones & homicidæ in iudicium vocati gra
uiora passi sunt, apud nos autem omnia contrà. Siqui-
dem non inuiti martyres passi sunt, sed sponte sua. In
eorum enim erat potestate, ne paterentur, quouis tamẽ
adamante firmius perstiterunt. Non igitur admirabile

A est, si ille venenum hausit, quum id recusare nõ posset,
& in vltima esset senectute. Etenim septuagesimum se
annum agere asserebat, quum vitam contempsit, si qui-
dem id contemnere est. Neque enim ego id dicerem,
imò neque alius quispiam. Sed profer aliquem in me-
dium, qui pro tuenda pietate tormẽta passi sunt, quẽ-
admodum ego innumeros vbique terrarum. Quis di-
uelli sibi vngues vnquam generoso animo pertulit?
Quis incisos articulos? Quis sectum corporis? quis ca-
put, quis ossa abscissa? quis in sartagine frequenter po-
situs est? quis in lebetem iniectus? Huiusmodi mihi o-
stendas. Quippe qui veneno interiit, non absimilis fuit
dormienti, etenim somno dulcior huiusmodi mors
esse dicitur. Si autem tormenta aliqui passi sunt, eo-
rum tamen laus periit, pro turpi enim causa perierunt.
B Alij quidem tanquam infanda locuti, alij tyrannide
oppressi, alij in turpissimis rebus deprehensi, alij frustra
stultè & sine causa aliqua spe deciderunt. Verum aliter
apud nos: propterea res illorum tacentur. Hæ autem
florent, & singulis diebus maiorem in modum propa-
gantur. Hoc quum Paulus intelligeret, inquit: Quod
infirmum est dei, fortius est hominibus. Quoniam di-
uina est prædicatio. Quod hîc planè constat. Vnde e-
nim homines duodecim, & indocti tantas res aggres-
si sunt? Quum in lacubus, fluminibus, eremis versati,
nunquam in ciuitatem liberè, nunquam in forum pro-
ficiscerentur, vnde in vniuersum orbem dispersi sunt?
Quòd enim timidi essent & imbecilles, qui de his scrip
sit significat. Siquidem neque eos excusat, neque eorum
vicia occulere patitur, quod maximum est veritatis ar-
gumẽtum. Quid igitur hîc de *illis* scribit? quòd post ca
ptum Christum, post innumera miracula alij quidem
C fugerunt, aliorum autem princeps qui remanserat, il-
lum negauit. Quo modo igitur qui dum Christus vi-
ueret, Iudæorum impetum ferre non potuerũt, post e-
ius mortem & sepulturam, si non resurrexit, vt vos di-
citis, neque eos post alloquutus est, neq; fiduciam præ-
buit, vniuerso orbi obstiterunt? Nonne inter se dixis-
sent, Quid hoc est? seipsum saluum facere non potuit,
& nobis auxilium præstabit: sibiipsi nõ opitulatus est,
dum viueret, & nobis mortuus manum porriget? Ipse
vinus ne gentem quidem vnam subegit, & nos vniuer
so orbi terrarum illius nomen asserentes persuadebi-
mus? Et quâ nam ratione hoc non tantum facere, sed
saltem in animum inducere quispiam posset? Hinc sa-
nè constat, quòd nisi resurgentem vidissent, & virtu-
tis eius certissimum cepissent argumentum, nunquam
D se tantis periculis exposuissent. Nam si innumeros ami-
cos habuissent: nonne quam primum omnium subis-
sent inimicicias, † nec veteres permutassent mores, nec † *cum vete-*
legem patriam transtulissent?] Nunc autem omnes sibi *res permuta-*
hostes, & proprios & alienos compararunt. Quòd si *rent mores,*
externorum bonorum gratia in honore habiti fuis- *ac legem pa-*
sent, nonne omnes eos qui nouam institutionem in- *triã trãsmu-*
ducerent, abominati essent? Verum quum omnibus in- *tarent?*
digni, & ab omnibus deserti fuerint, par erat hac quo-
que causa inuisos esse omnibus & contẽptos. Et quós
nam illis beneuolos dixeris? Iudæos ne? verum hi in-
credibili illos odio persequebantur, eorũ scilicet gra-
tia, quæ † magister operatus erat.] Aut Ethnicos? ve- † *erga magi-*
rum & hi non minori conatu eos impugnabant. Ne- *strum facta*
que ipsi hoc ignorant Ethnici. Plato enim nouã quan- *erant.*
dam rempublicam, vel potius reipublicæ partẽ con-
stituere conatus, nulla diuinorum institutione muta-
ta, sed simpliciter aliis pro aliis rebus inductis, in Sici-
lia vitę

Universidad de Deusto
Biblioteca

lia vitæ periculum ſubiit, & id non aſſecutus, ipſam amiſit libertatem. Et niſi barbarus quidam Siciliæ tyranno clementior fuiſſet, nihil prohibuerat philoſophum in alienis terris perpetuo ſeruiturum. Atqui non idem eſt, & regnum nouum inſtituere, & nouam religionẽ. Hoc enim maximè humanos animos mouet atq; perturbat. Nam ſi dicatur, quòd hic vel ille illam ducat vxorem, & cuſtodes hoc modo conſtituantur: non ſatis digna ſunt, quæ poſsint animos perturbare. Et maximè quoniam hæc libris adnotantur, neque nimiam legiſlator diligẽtiã adhibet ad ea exequẽda. Quòd autem dicantur non eſſe deos, † qui rerum curam habeant, ‖ ſed eos quidem dæmones, crucifixum autem deũ eſſe: quantam iram excitet, quantum ſupplicium, quãtum bellum mouerit non ignoratis. Etenim Protagoras apud eos, quum auderet dicere ſe deos ignorare, nõ vniuerſum orbem prædicationibus peragrauit, ſed in vna ciuitate vltimum ſubiit periculum. Et Diagoras Mileſius, & Theodorus Atheos appellatus, quanuis & amicos & vim dicendi haberent, & in philoſophia in omnium eſſent admiratione, veruntamen nihil horum eis profuit. Et magnus Socrates, qui omnes apud eos in philoſophia ſuperauit, propter hoc venenũ hauſit, quoniam in diſputationibus de his parum quiddã alienaſſe animos creditus eſt. Quòd ſi ſola innouationis ſuſpicio tantum philoſophis viris, & ſapientibus, & his qui multa habebãt auxilia, periculum attulit, & nõ ſolum non aſſecuti ſunt quæ voluerunt, ſed & vitam & patriam amiſerunt: quid non admiraris, quid non obſtupeſcis, quum piſcatorem in terrarũ orbe tam admirabilia operatum, & vota ſua conſecutum, & Barbaros & Græcos ſuperantem intuearis? Sed hi, inquies, nõ induxerunt deos nouos, quemadmodum illi. Rem igitur mihi maxima dignam admiratione narras, quoniam duplex innouatio eſt, vt & qui ferebantur dij, tollerẽtur, & crucifixus adnunciaretur. Vnde eis huiuſcemodi prædicatio, vnde huius exitꝰ fiducia? Quos nam maiorum ſuorum aliquid tale operatos videre poterant? Nonne omnes dæmones adorabant? nonne omnes elementa deos faciebãt? nonne in cultu differebãt? Veruntamen quum hæc omnia ſic ſe haberent, ea diſſoluerunt apoſtoli, & breui vniuerſum orbem, tanquã alites quidam percurrerunt, non pericula, non mortes, non rei difficultatem, non † humilitatem ſuam, ‖ non aduerſariorum multitudinem, potentiam, facultatem, non contra ſe certantium ſapientiam reputarunt. Habebant enim his omnibus longè maius auxilium, crucifixi ſcilicet, & eius qui reſurrexerat, potentiam. Neq; adeò admiratione dignũ fuiſſet, ſi ferro certare in orbem terrarum elegiſſent, quàm quemadmodum fecerunt. Lege enim pugnæ contra hoſtes ſtare, & ex aduerſo locum occupare, & ita in aduerſarios diſponi, & tempus inſidiarum & congreſsionis inſtitui oportuit. In apoſtolis autem nõ ita, quippe qui neque exercitum habebant, ſed ipſis ſe hoſtibus conferentes, ſuperiores euadebant, & in mediis inimicis verſati, eorum captionibus confutatis clariſsimam cõſecuti ſunt victoriam, quæ † implorata eſt per prophetam ‖ dicentem: Et tu dominaberis in medio inimicorum tuorum. Et quod maximè ſtupendum fuit, qui illos ceperant, qui in carcerem intruſerant, non modo eos non ſuperarunt, ſed & flagellantes, & perſequentes, ab his quos flagellis & perſecutionibus agebant, victi tandẽ ſuccubuerunt. His nos ad Ethnicos argumentis vtamur, immo & aliis pluribus. Magna enim veritatis vis eſt, & ſi audire vultis omnem aduerſum illos pugnã vos edocebimus. Primum autẽ hoc in loco duo maximè animaduertamus: & quò nã pacto imbecilli fortes vicerint: & qua ſpe quum tales eſſent, auſi ſunt talia inſtituere, niſi diui no freti eſſent auxilio. Sed res noſtræ ſic ſe habent. Nos autem operibus vitæ officia exhibeamus, & vberrimũ virtutis ignem excitemꝰ. Luminaria enim eſtis, inquit, in medio mundi lucẽtia, & maiorem ſingulis noſtrum vſum, quàm Soli, cœlo, terræ & mari tribuit deus, & eò maiorem quo ſpiritualia potiora ſunt ſenſibilibus. Quum igitur ad Solarem orbem ſuſpicimus, & eius ſyderis pulchritudinem, & corpus admiramur: reputemus rurſum maiorem & meliorem in in nobis lucẽ eſſe, quemadmodum & tenebras grauiores niſi attenderimus. Etenim profunda nox vniuerſum orbem occupat, eam nos abiiciamus, diſſoluamúſque. Nox non in hæreticis duntaxat eſt, atque Gentilibus, ſed in multis noſtrorum hominum doctrinæ & vitæ gratia. Multi enim reſurrectioni diffidunt, multi genituram ſibi pollicentur. Multi obſeruationibus ſe aſtringunt. Nõnulli ſortibus, auſpiciis, ſignis, ‖ alij autem amuletis, & ‖ magicis carminibus vtuntur. Sed aduerſus hoc poſtmodum dicemus, quando Gentilibus, vt oportet, reſpondebimus. Primum autem quæ dicta ſunt memoriæ mandetis velim, & in pugna mihi ſuccurrite, & per vitæ actiones eos ad nos trahatis, & conuertatis. Quod enim ſemper dico, qui philoſophiam docet, primum de ſeipſo id docere, & ſe auditoribus conciliare oportet. Conciliemus igitur nobis Gentilium beneuolentiam: hoc autem conſequemur, ſi non malè facere, ſed malè pati parati erimus. Nõne pueros videmus, quum geſtati à parentibus, geſtantis ſe maxillas percutiunt, quàm libenter illa filio ſe percutiendum exhibet, vt ira exaturetur, quàm quum poſuiſſe vidit, lætatur. Itidem & nos faciamus, & quemadmodum patres erga filios, ita nos cum Gentilibus diſputemus. Pueri nanque ſunt omnes Gentiles. Et hoc eorum quidam dixerunt, quòd ſemper pueri illi, & nemo illorum ſenex. Vt igitur pueri nullius vtilitatis curam ſuſcipiunt, non ſecus Gentiles omni tempore luſibus vacare volunt, & humi abiecti iacent, & humilium rerum deſiderio tenẽtur. Pueri nonnunquam quũ de neceſſariis rebus verba facimus, quæ dicuntur, non intelligunt, ſed rident ſemper. Eiuſmodi Gentiles ſunt, quũ de cœleſti regno diſputamus, riſibus concutiuntur. Et veluti ex ore pueri multa manat ſaliua, quæ interdum & cibum & potum corrumpit: ſic quæ à Gentilium ore verba effluunt, & inania & turpia, etſi neceſſarium cibum præbueris, maledictis te dolore ſemper afficiũt, & amoueri precãtur. Pueri præterea quũ furem domum ingreſſum, & quæ domi ſunt, auferentẽ conſpicantur, non modò eum non vlciſcũtur, ſed inſidianti arrident. Si autem calathum eis, vel ſiſtrũ, vel quiduis aliud ludicrum abſtuleris, moleſtè id ferunt animo, anguntur, ſe lacerant, calcibus pauimentum pulſant: Itidem Gentiles quum diabolũ omnia & patrimonium, & quæ ad vitã neceſſaria ſunt, ſurripiẽtem videant, rident, & tanquã ad amicum obuiã proficiſcuntur. Verum ſi quis poſſeſsiones, diuitias & alia huiuſmodi auferat: lamentantur, & ſe lacerãt. Et quẽadmodum pueri nudi non id ſentiunt, neq; erubeſcũt: non aliter Gentiles cum meretricibus & mœchis verſati naturæ leges nudantes, & ſceleſtos inducentes concubitus, non aduertunt. Plaudite igitur maiorẽ in modum, & dominum laudate, ſed cum plauſu annitamini, ne de nobis ea dicantur. Quare hortor omnes, vt viri efficia-

*qui colebãtur.

† ſuorũ pauſitatem.

† implet ur prophetiã. Pſal. 109. a

Diogenes Cynicus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ri efficiamini: nam si pueri essemus, qua ratione illos viros esse docebimus, quo pacto à puerili stulticia auocabimur? Efficiamur ergo viri, vt perueniamus ad ætatis nostræ terminum, qui à deo nobis institutus est, & stultitiæ honorum fiamus participes, gratia domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula.

Homilia quinta.

Videte enim vocationem vestram fratres: quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi, elegit deus, [vt confundat sapientes.] Quum dixisset, stultum dei sapientius esse hominibus, ostēdit humanam electam esse sapientiam & scripturarum testimonio, & rerum exitu. A testimonio quidem quum inquit: *Perdam sapientiam sapientum.* Ab exitu autem per interrogationem his verbis sermonem inferens: Vbi sapiens? vbi scriba? Item ostendit non nouam rem esse, sed veterē, tanquā antiquitus & prefiguratam & prædictā. Scriptum est enim, inquit, Perdam sapientiam sapientum. Præterea demonstrauit cum vtilitate & ratione hęc ita instituta esse. Nam quia in sapientia dei, inquit, non cognouit mundus deum, placuit deo per stulticiā prædicationis saluos facere credentes. Et quòd crux ineffabilis virtutis & sapientiæ est argumentū, & quòd multo maius stultum dei est, quàm humana sapientia: & hoc rursum nō per magistros, sed per ipsos discipulos palām fecit. Videte enim, inquit, vocationē vestram. Nō enim indoctos solum magistros, sed indoctos discipulos elegit: quia non multi sapientes secundum carnem. Hoc pacto & vehementius id & sapientius ostenditur, quū & multis & non sapientibus persuaserit. Difficilius enim indoctis persuademus, maximè quum de rebus necessariis & magnis sermo habetur. Persuaserunt tamen, & ad hanc rem eorum adducit testimoniū. Videte enim vocationem vestrā fratres: hoc est, considerate & perscrutamini. † Quòd enim tanta prædita sapientia viri vt omnes excederēt, doctrinam indoctorum susciperent, maximam magistri testatur sapiētiam. Sed quid significat, Secundum carnem? hoc est, secundum quod in præsenti vita videtur, & secundum exteriorem eruditionem. Deinde ne sibiipsi contradicere videretur: persuasit enim proconsuli, persuasit Areopagitæ, persuasit Apollini, & alios item vidimus sapientes prædicationem secutos: idcirco non dixit, nemo sapiēs: sed, non multi sapientes. Siquidem non per sortē indoctos vocauit, dimisit autem sapientes, sed & hos accepit, & illos longè magis. Quid tandem? Quoniam qui secundum carnem sapiens est, is in multa versatur demētia. Et is maximè stultus est, quum corruptam doctrinam nolit abiicere. Quemadmodum igitur medicus quispiam, si medicam artem eos docere vellet, qui pauca in ea malè & perperam cognoscerent, non facilè doceri paterentur: qui autem nihil scirent, hi maximè quæ dicerentur, acciperent: sic hoc in loco vsu venit. Indocti magis crediderunt, quippe qui in vltimā dementiam non venerant, vt seipsos sapientes arbitrarētur. Hi nāque maximè stulti sunt, qui cogitationibus suis, quæ nisi per fidem inueniri nequeunt, se inuenturos pollicentur. Etenim quum faber forcipe ignitum ferrū accipiat, si alius id digitis accipere contendat, vltimam illius amentiam cōiectabimur: itidē & philosophi per seipsos huiusmodi inuenire conati, fidē coinquinarunt. Propterea nihil, quod quærerent, inuenire potuerunt. *Non multi potentes, non multi nobiles.* Quippe qui superbia pleni sunt. Nihil enim ad diligētem dei cognitionem adeò inutile est, vt † stulticia & diuitiarum cupiditas. Nam & in præsentium rerum admiratione animum confirmat, & nullam futurorum rationē fieri sinit, & curarū multitudine aures obstruit. *Sed quæ stulta sunt mundi, elegit deus.* Quod est maximum victorię argumentū, quū per indoctos superauerit. Neq; enim tantopere Gentiles erubescerent, si à sapientibus vincerētur. Verū tunc confundūtur, quum artificem quendam & vulgarem hominē melius quàm seipsos philosophantem intueātur. Quare inquit, *Vt sapientes † pudeat.* Et nō solum in hoc id effecit, sed in aliis quoq; vitę rebus. *Nam infirma mundi elegit deus, vt confunderet fortia.* Nō enim indoctos dūtaxat, sed & pauperes & contēptibiles & ignobiles vocauit deus, vt potentes confunderentur. *Et ignobilia mundi & contemptibilia elegit deus, & quæ non sunt, vt ea quæ sunt, destrueret.* Et quid nam quę nō sunt, appellat? Eos scilicet qui nihil se esse arbitrantur, propter nimiā eorum exiguitatem. Sic incredibilē significauit potentiam, quum per eos, qui nihil esse videbantur, magnos subigeret. Quod & alio in loco inquit, Quòd virtus mea in infirmitate perficitur. Magnę siquidem virtutis est, vt homines abiecti, & nulla vnquam doctrina imbuti, repentè in supercœlesti doctrina philosophari erudiantur. Nam & medicū, & oratorē, & alios omnes, tunc maximè admiramur, quum admodum indoctos persuadendo erudiant. Quòd si maximā conetāt admirationem, si quis de arte rationibus rudē instituat, lōgè admirabilius est, tantam philosophiā edocere. Verū non admirationis tantū, neq; ostentandæ virtutis gratia hoc fecit, sed vt superbos cōprimeret. Quare superius dixit, vt sapiētes pudefaciat, & fortia quæ sunt, destrueret: & hoc rursum in loco, *Vt non glorietur, omnis caro in conspectu dei.* Omnia enim deus propter hoc facit, vt superbiam, atq; animi elationē comprimat, & iactātiam deiiciat. Et vos in hoc, inquit, versamini. Omnia molitur vt nihil nobis, sed deo tantū attribuamus. Et vos huic & illi homini vosipsos addicitis. Et quām nā vobis veniam cōparabitis? Etenim ostēdit deus impossibile esse quempiā per seipsum duntaxat salutē consequi: Quod in principio fecit. Non enim tunc per se tātum saluari poterant, sed oportuit, cœli pulchritudine & magnitudine terræ, & cæterarū creaturarū corporibus consideratis, sic erigi ad tantorū operum conditorem. Fecit autē hoc vt primum futuram sapientiæ opinionem amoueret: quēadmodū si magister discipulū se sequi præcipiens, quocunq; duxerit, cum deinde prę occupantem eum & ex se omnia discere volentem intueretur, errare eū permitteret, & sibi ipsum ad doctrinam non sufficturū ostendens, tunc præcepta sua induceret: itidē deus præcepit, vt principio per creaturę cōprehensionē, se homines sequerentur. Quod cum nollent, experientia sibi eos non satis esse ostendens, tunc ad se aliter allexit, † dedit pro libro mundum. Non tamen in hoc philosophi curā vllam adhibuerunt, neq; ei obtēperare voluerunt, neq; quā præceperat viam ingredi, pasi sunt. Idcirco alterā induxit priore certiorē, quæ suadebat, non satis sibi per seipsum hominem esse. Tunc enim cogitationes excitare, & per creaturā erectos animos exteriori vti sapientia oportuit. Nūc autē nisi quis stultus efficiatur, hoc est, nisi omnem ratiocinationem & omnem euacuet sapientiam, & fidei totus inhæreat, impossibile est quempiam saluari. Non paruum igitur, ex quo viam facilem reddidit, mobum inde diuulsit: ne scilicet homo gloriaretur, nēve magnā de se

Esaiæ 29. & 33. c. & Abdiæ 1. c

† *Quòd enī doctrinā adeò sapiētē, & quæ sapiētia alias omnes excederet, indocti susceperint: Actor. 13. b & 17. g*

† *arrogātia.*

† *confundat siue pudefaciat.*

1. *Corin. 12. c*

† *Dederat p libro mū dū, nō tamē*

Universidad de Deusto
Biblioteca

de se opinionẽ excitaret. *Ne glorietur*, inquit, *omnis caro.*

Hinc enim peccatum proficiscitur, quoniam sapientiores dei legibus esse contenderunt, nolẽtes ita discere, quemadmodũ ipse sanciuit. Propterea omnino nõ
Gene. 2. & 3.b.c didicerũt, ita & in principio factũ est. Dixit deus Adæ, hoc facito, hoc autẽ caueto. Ille ac si amplius quiddam inuenturum se arbitraretur, mandatũ præuaricauit: idcoq; quod habebat, perdidit: dixit inde successoribus e-
Roma.1.c ius, Nolite in creatura permanere, sed per eam conditorem considerate. Illi autẽ tanquã sapientius quiddã, quàm quæ præcipiebantur assecuturi, innumeros labyrinthos mouerunt, quibus & secũ ipsis, & inuicem contenderunt. Non tamen deum inuenire, neq; de creatura manifestũ aliquid inuestigare, & veram de ea gloriã assequi potuerũt. Idcirco rursum maiorem in modum opinionem eorum auferens, indoctos primum inducit, ostẽditq; omnes superna indigere sapientia: nõ solum autem in cognitionis ratione, sed & in aliis omnibus, & homines & cæteras creaturas, vt se plurimum indigerent, instituit: vt hac gratia maximam haberent & subiectionis & familiaritatis occasionem, ne resiliẽtia perderentur. Propterea non permisit satis eos sibi esse. Nam si nunc in necessitate constituti multi deum contemnunt, quid futurũ esset, nisi hæc vrgeret necessitas? Itaque nõ inuidia eis hanc gloriam sustulit: sed vt à perditione, quæ illic erat, eos abstraheret. *Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio.* Ex ipso hoc in loco nõ de deductione in esse, Paulum dicere arbitror: sed de fide filios dei fieri, non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis. Nolite igitur opinari, quòd ablata nobis gloria, sic nos dimitteret, verum aliam lõgè maiorem largitus est. Coram illo enim gloriari non oportet cuius filij estis, per Christum huic facti. Et quum dixit. Quæ stulta sunt mundi, elegit deus, & ignobilia: his verbis ostendit, qui deum patrem habet, eum esse omnibus nobiliorem. Huius autem nobilitatis non hic, & ille, sed Christus nobis author est: qui nos & sapientes, & iustos, & sanctos, reddidit. Hoc enim nobis per ea verba significatur: *Factus est nobis sapientia.* Quis igitur nostrum sapientior est? Non hi qui Platonis habẽt sapientiã, sed qui ipsum Christum deo sic volẽte. Quid autem significat, quòd inquit, à deo? Quum magna de vnigenito locutus esset, tunc patrem attigit, ne quis ingenitum filium existimaret. Quũ igitur dixisset, quòd tanta potuit, & omnia filio largitus est, sapientiam ipsum nobis factum esse dicens, & iusticiam, & sanctificationem, & redemptionem: per filium rursum omnia ad patrem referens, dixit, à deo. Sed quamobrem non, inquit, sapientes nos fecit, sed factus est nobis sapiẽtia? vt scilicet muneris liberalitatẽ significaret, ac si dicat: Seipsum nobis exhibuit. Et animaduerte quo modo ordine procedit. Primum enim nos sapientes fecit, quum sustulit errorem, & tum demum iustos & sanctos reddidit, spiritum nobis elargitus, & sic omnibus nos malis liberauit. Itaq; non essentiæ, nõ substantiæ significatiuum est, sed fidei. Alio igitur in loco inquit, quòd nos
2. Corin. 5.d facti simus iusticia in ipso. ait enim, Qui nõ cognouit peccatum, peccatum pro nobis fecit, vt nos fieremus iusticia dei in ipso. Hoc autem in loco ipsum, inquit, iusticiam nobis factum esse, vt liceret volenti liberaliter eius fieri participẽ. Non enim hic vel ille sapientes nos fecit, sed Christus. Qui igitur gloriatur, in domino glorietur, non in hoc vel illo. A Christo facta sunt omnia. Quamobrẽ quũ dixisset, qui factus est nobis sapientia, & iusticia, & sanctificatio, & redemptio, adiecit: *Vt, quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in domino glorietur.* *Hiere. 9. & 2. Cor. 10.d*
Idcirco vehemẽtius contra Gentilium sapientiam inuectus est, vt hoc ipsum hominibus persuaderet quod decens est, vt in domino gloriẽtur. Siquidem quum à nobis ipsis quæ naturam nostram excedunt, disquirimus, nihil nobis stulti° fit, nihil imbecillius. Fieri enim potest, vt quis acutam linguam habeat: quòd autẽ doctrina sit constans, impossibile est. Verum humanæ cogitationes aranearum telis æquiparantur. In tantum enim insaniæ nonnulli processerũt, vt nihil in rebus verum esse contendant, sed cõtraria omnia quàm videantur: nihil igitur tuum dixeris, sed in omnibus in deo gloriare. Nulli vnquam hominum quidpiam tribuas. Nam si Paulo nihil tribuendum est, longè minus aliis. *Pyrrhonij*

Ego enim, inquit, plantaui, Apollo autem rigauit, sed deus incrementum dedit. Qui in domino gloriari didicit, nunquam in superbiam efferetur, sed semper cum moderatione viuet, & in omnibus deo gratiam aget. Non autem Gentilium opera huiusmodi, sed omnia sibi ipsis vendicant. Idcirco ex hominibus sibi deos constituerunt, sic eos stulticia suffocauit. Morale.

Sed iam tẽpus est, vt cõtra eos pugnam ineamus. Vbi igitur in hesterno sermone nostram reliquimus orationem, dicebamus nullo pacto secundum humanam rationem fieri potuisse, vt piscatores philosophos superarent. Veruntamẽ possibile factũ est: quamobrẽ planè constat, id à gratia factũ. Dicebamus eos nequaquam † intelligere eiusmodi mysteria]potuisse, & ostẽdimus nos nõ solum ea † intellexisse,] verum & ad finem perduxisse facillimè. Eandẽ hodierna die orationis summam experiamur. Et vndè nam eis contigit, vt orbem terræ superare confiderent, si non viderũt Christum resurrexisse? Nónne desperassent, vt tale quiddã temerè & frustra auderent? Etenim omnem excedit insaniam, si quisquam sine diuina gratia tantam rem aggredi confideret. Qua autem ratione insani & temerarij id essent assecuti? quòd si sani erant, quemadmodũ re ipsa ostenditur, quo pacto, nisi firmissima è cœlis pignora accepissent, è superno muniti essent fauore, tantum bellum sustinere, & audacter se terræ & mari credere, & duodecim homines gentes tanto tempore suis inhærentes opinionibus toto orbe cõmutato, ita exuere & confirmare potuerunt? maximè quum ad cœlum & supernas sedes eas aduocarent, vnde auditoribus id persuadere confidebant? Nam si in gloria, diuitiis, potentia & doctrina educati fuissent, nihilominus ad tãtæ rei ausus efferri eos non decebat, maiori tamen fiducia id aggredi potuissent. verum horum alij in stagnis, alij in coriaria, alij in publicana arte versabãtur. Quibus artibus nihil philosophiæ, nihil persuasionibus, vt magna quispiam aggrediatur, inutilius maximè quum nullum haberẽt exemplum: vel potius non modo nullum vt assequerentur, quæ moliebantur, sed vt non assequerentur habebant: & hęc omnibus manifesta sunt. Multi enim quum vitæ consuetudines innouare aggressi essent, extincti sunt: neque hæc apud Gentiles dico, siquidem illa non planè constabant: sed apud Iudæos, & in eodem tempore, nõ cum duodecim hominibus, sed cum magna hominum multitudine rebus incũbentes. Etenim Theudas & Iudas cum plurimos haberent, cum discipulis suis perierunt, quorum formidine satis admoneri poterant, nisi maximè persuasi essent, sine diuina virtute nõ posse vincere. Quod si posse confidebant, qua spe tãta subierunt pericula, nisi quæ *Acto. 5.g*

futura

† res tamen clarissima

† mundo

† animo ij. cepisse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

futura erant, conſpexiſſent? Concedamus igitur, quòd obtinere id ſperarent: quid inde expectabãt vtilitatis, ſi ad eum qui non reſurrexerat, vt dicitis, omnes allexiſſent? Si enim in præſentia, qui cœlorum regnum & innumera illa bona credunt, nõ facilè ſubeunt pericula, quo modo illi fruſtra tanta in malo maximè perpeſi eſſent? Quòd ſi non facta ſunt, quæ facta ſunt, neque in cœlum Chriſtus aſcendit: quare hæc fingere, & hominibus perſuadere contendebant, & deum offendere, & innumera ſuperné fulmina expectare non verebãtur? Præterea ſi viuente Chriſto, tanta auſi eſſent, poſt mortem ſanè auſus illi extincti fuiſſent: viſus nanq; eis eſſet fallax, & deriſor niſi reſurrexiſſet. An ignoratis exercitum imperatore & rege ſuperſtite, quanuis imbecillior ſit, confirmari tamen: illis verò amiſsis, etſi firmiſsimus ſit diſſolui? Quibus igitur verbis ad perſuadendum vſi ſunt, cùm aggreſſuri eſſent prædicationem, & in vniuerſum orbem egrederentur? Quibus autẽ impedimentis nunquam cohiberi potuerunt? nam ſi inſani erant, non enim idem repetere deſiſtam, nihil omnino proficere eos oportuit. Nemo enim inſipientibus paret. Sin autem profecerunt, vt planè apparet, & exitu ipſo oſtẽditur, omnibus fuerunt ſapientiores. Quod ſi ita eſt, ſatis conſtat, non ſimpliciter ad prædicationem proceſſiſſe. Si enim non viderũt ipſum reſurrexiſſe, quid nam ſatis cauſæ erat, quæ eos ad bellum excitare potuiſſet? Quid non eis id diſſuaſiſſet? dixerat Chriſtus: Poſt tres dies reſurgam, & cœlorum regnum promiſerat: dixerat quòd accepto ſpiritu ſancto, orbem terræ eſſent ſuperaturi. Dixerat & alia multa, omnẽ excedentia naturam. Itaq; ſi nihil horum fuit, viuentem ſecuti, mortuo non credidiſſent, niſi eius vidiſſent reſurrectionẽ. Dixiſſent enim, *Poſt tres dies, inquit, reſurgam, & non reſurrexit. Spiritum ſanctum pollicitus eſt ſe nobis miſſurum, & non miſit.* Quo igitur pacto cum præſentia eum arguant, futura credemus? Qua autem gratia niſi reſurrexiſſet, reſurrexiſſe prædicabant? Quoniã, inquit, ipſum diligebãt. Atqui odio iam haberi credibile erat deceptorem, & proditorẽ, qui eos plurima ſpe excitaſſet, & domo, parentibus, & omnibus deniq; rebus ſpoliaſſet? & cum vniuerſam Iudæorum gentem eis hoſtes cõparaſſet, deinceps tradiderit, etſi ex imbecillitate id † *eſſet, ignoraſſent.* factum † eſſe cognouiſſent. ¶ Nunc autem & nimiã reputaſſent malignitatem: oportet nanq; verum dicere, neq; mortalẽ hominem cœlum polliceri. Quamobrẽ contra illos facere decuit, vt ſcilicet illius fraudes prædicarent, & mendacem & magum dicerent. Sic enim ſe & periculis & bello liberaſſent. Nam ſi militibus ar- *Matt.27.g & 28.c* gentũ dederunt Iudæi, vt dicerent diſcipulos Ieſu corpus furatos eſſe, ſi ipſi accedentes diſcipuli dixiſſent id ſe ſurripuiſſe, neq; ſurrexiſſet: quò nam eos honore Iudei dignati fuiſſent? Itaque & præmiis & honoribus ornari potuerunt. Qua igitur ratione & contumeliis & periculis ea bona commutarunt? niſi diuina quædã virtus ſic eis perſuaſiſſet, quæ his omnibus erat potentior. Quòd ſi nondum perſuadere poſſumus, reputa & illud quòd niſi hoc eſſet, etſi maiorem in modum eſſent confirmati, non tamen Chriſtum prædicaſſent, ſed eũ hac, quam dico, cauſa abieciſſent. Noſtis enim quòd neque nomina volumus eorum, qui ita nos ſeducunt audire. Et quamobrem eius nomen prædicabant, per id mundum ſubigere expectantes? Atqui contra omnino ſperandum erat, quoniã etſi ſuperaturi fuiſſent, periiſſent tamen deceptoris nomen ferentes in medium. Quòd ſi occulere priora voluerunt, tacere oportebat: quoniã certamen hoc longè maius & bellũ excitauit, & riſum. Vnde autem eis huiuſmodi commentum? Etenim quæ audierant, exciderunt. Nam ſi nullo metu perturbati multa oblitioni mandarunt, & multa ignorarũt, quẽadmodũ inquit euangeliſta, cum tantũ deinde imminneret periculum, quo pacto non omnia penitus obliti ſunt: & quid dico verba, cum ipſis diſcipulis deſideriũ paulatim futurorũ formidine languerit, quod ipſis etiã exprobrauit. Siquidẽ cum antea eius ſpe penderent, & frequenter interrogarent, quò vadis? poſt cum longo ſermone dinumeraſſet, quæ poſt ipſam crucẽ eis erant euentura, & ideirco formidine perturbati eſſent, audi quo modo hoc ipſum eis obiicit: Nemo, inquit, ex vo- *Ioan.16.a* bis interrogat me, quò vadis? Sed quia hæc locutꝰ ſum vobis, triſticia impleuit cor veſtrũ. Si igitur qui eum & mori & reſurgere expectabant, tanto afficiebantur dolore: ſi eum reſurrexiſſe non vidiſſent, quo modo & petire & terræ ſe condere totis viribus non contẽdiſſent, & fraudis ignominia, & futurorũ metu perterriti? Vnde verò præclara illa dogmata didicerunt? Præclariora enim in poſterũ audituros pollicitus eſt: Multa enim, *Ibidem.c* inquit, habeo vobis dicere, ſed nõ poteſtis portare modò. Itaq; de quibus loquebatur, ea præclariora erant. Vnus autem diſcipulorum nec in ludæã æquo animo cũ eo proficiſci patiebatur, cum periculũ intelligeret. Sed, *Ibidẽ.u.b* inquit, eamus & nos, & moriamur cum eo, ægreferens mortis expectationem. Si autem Chriſti comes tãti faciebat mortẽ, vt ideirco effugeret, cũ & Chriſtus & reliqui abeſſent apoſtoli: qua mente eũ fuiſſe credendum eſt? Magnum ſanè argumentũ erat impudentiæ. Quid autẽ dicere poterant ad prædicandũ egreſsi? Paſsionẽ Chriſti vniuerſus orbis norat. Etenim in alto ligno pependerat, & in meridie & in metropoli & in die maximè ſolẽni, in qua impoſsibile erat vt à quoquam ignoraretur. Reſurrectionẽ autem exterorum nouit nemo: quod non paruum eis ad perſuadendum erat impedimẽtũ. Quòd enim ſepultus eſſet, omniũ ore ferebatur. Et quòd furati eſſent corpus eius diſcipuli, & milites & Iudæi omnes aſſerebant. Quòd autem reſurrexerit, exterorum, inquam, nouit nemo. Vnde igitur vniuerſo orbi id perſuadere conniſi ſunt? Nam ſi inter miracula milites perſuaſi ſunt cõtraria teſtimonio perhibere, vnde hi ſine miraculis prædicare ſperabant? Neque obolũ quidem habebant, vt mari & terræ reſurrectionẽ perſuaderent. Quòd ſi gloriæ cupiditate, hoc machinabãtur, multo magis ſinguli ſibiipſis, & non mortuo dogmata illa vendicaſſent: ſed nunquid adhibita eſſet eis fides? Et de quò nam potius auditores credidiſſent, an de illo qui & captus & crucifixus fuerat, an de diſcipulis qui Iudæorum manus effugerant? Et quã nam ratione dic quæſo, quum hoc facturi erant, non ſtatim Iudæa relicta in externas profecti ſunt ciuitates, ſed in ea remorati ſunt? Quò nã pacto, niſi ſigna feciſſent, perſuadere potuiſſent? & ſi ſigna faciebant, faciebãt enim: dei virtus id operabatur. Si autem nullis ſignis perſuadebant, multo erat admirabilius, vt ita contingeret. Nõnne, quæſo, & Iudæos norant, & prauum eorum & inuidia tumentem animum? Et enim Moyſem poſt deambulatum pelagus, poſt victoriam & trophęum illud admirabile, quod ſine ſanguine per illius manus conſtitutum eſt, contra Aegyptios qui ſe eis ſeruos fecerãt, poſt manna, poſt petras, & inde ſcaturiẽtes fluuiorum fontes, poſt innumera admiratione digna, in Aegyp- *Num. 16.f* to, in rubro mari, in deſerto opera, lapidauerunt: Hie- *Hiere. 38.a* remiam in lacum proiecerũt: multos prophetas interemerunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

emerunt. Audi igitur quid locutus est Helias, post tremendam illam famem & admirabilem pluuiam & ignem, quem de cœlis eduxit, & inopinatum holocaustum, postquam lõgissimè à regionibus illis profugit:
3. Reg. 19. b Domine prophetas tuos interemerunt. Altaria tua destruxerunt, & derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam. Atqui nullas hi leges abrogabant. Horum igitur exemplo quid, quæso, sperare poterant apostoli? Etenim omnibus illis erant abiectiores, & illa innouabant, quorum gratia magistrum suum Iudæi crucifixerant. Præterea non adeò toleratu graue videbatur, Christum illa asseruisse, siquidem fortasse ad gloriam sibi comparandam eum ita fecisse arbitrabantur. Apostolos autẽ vehementiori odio persecuturi erant, vtputa qui alterius gratia certassent. Sed nunquid eis Romanorum leges opitulabantur? Verum hæ maiori erant impedimento. Quippe quibus sancitũ erat, Omnis qui se regem facit, non est amicus Cæsari. Itaq; vel
Ioan. 19. b hoc duntaxat satis poterat impedire, quòd scilicet quũ rex existimatus esset Christus, eius discipuli erant, & illius doctrinam seruare testabantur. Quid autem eos in tanta penitus traxit pericula? Quid de Christo locuti persuasione dignum intelligebant? Num quòd crucifixus esset, num quòd ex muliere Iudæa genitus, & ea quidem paupere & Iudæo fabro nupta? Num quòd ex gente esset, vniuerso orbi exosa? Verũ hæc omnia non modò non persuadere & allicere auditores, sed obstare facilè poterant, & maximè quum à tentoriorum opifice & piscatore dicerentur. Nunquid hæc omnia intelligebant discipuli? etenim timida ingenia plura quàm sint, sibi possunt effingere. Talia autem discipulorum erant: vnde igitur id se consecuturos sperabant? vel potius omnis spes aberat, quũ innumeræ eos causæ abducerent, nisi Christus surrexisset. Nónne etiam stultissimis planè constat, quòd nisi vberrimam & maximam essent gratiam cõsecuti, & resurrectionis certa pignora accepissent, non modo nihil operari, nihil assequi, sed ne hæc quidem excogitare potuissent. Nam si inter tot impedimenta nõ ad perficiendum tantum, sed ad excogitandum, tanta operati sunt, & omniũ opinionẽ superarunt, sanè vbiq; constat nõ humanis viribus, sed
† non apud nos solum. diuina gratia ea omnia effeciisse. Has igitur rationes † nõ aduersus illos duntaxat,] sed inuicem adducamus. Hoc enim eo pacto facilior fiet nobis reliquorum inuestigatio. Neq; quoniam faber fis, idcirco hãc à te curam alienam existima. Siquidem & Paulus tentoria faciebat. Sed dices, quòd ex gratię plenitudine omnia lo
Act. 18. a quebatur. Veruntamen ante gratiam ad pedes Gamalielis se contulit, & propterea gratiam consecutus est, quoniam mentẽ gratia dignam exhibuit. Et postmodum rursus artem suã exercuit. Neminem igitur artis suæ pudeat, sed eos tantum qui ociosam vitam agunt, qui magna ministrorũ copia, qui incredibili cultu fruuntur. Quòd enim homo ad cõparandum sibi victum semper se exerceat, philosophiæ id genus est, eorum animæ mundiores sunt, & mẽtes firmiores. Piger enim multa incassum facilius loquitur, multa perperã agit, & per totã diem nihil operatur. Torpet plurimũ. Qui autẽ in negociis occupatur, nõ facilè quicquam superfluum neq; verbis, neq; re, nec cogitationibus suscipiet. Tota nanq; omnino anima ad laboriosam vitã instituta est. Nolimus igitur eos despicere, qui manuũ suarũ labore victũ sibi quærunt, sed ea potius gratia laudibus prosequamur. Et quæ nam tibi gratia, dic quæso, cum relictam à patre hæreditatem nihil ipse operatus inu-
Ibidẽ 22. a

A tiliter omnia consumis? Non animaduertis, quòd non omnes eandem reddemus rationẽ? Sed qui maiore in hac vita vsi sunt licẽtia, hi grauius: qui verò laboribus, paupertate, vel aliis huiuscemodi calamitatibus afflicti sunt, hi mansuetius iudicabuntur. Hæc autẽ ex Lazaro & diuite satis sunt manifesta. Tu enim in nulla re necessaria ocio tuo vsus meritò argueris. Pauper autem post negocia reliquum temporis in necessariis rebus cõsumens, magna consequitur præmia. Sed militiam mihi adduxeris, & in ea exercuisse te causaberis, non tamen id dignum est excusatione commentum. Etenim Cornelius centurio erat, non tamẽ illius dignitatis gratia, vitæ diligentiã contempsit. Tu autẽ cum saltatoribus & histrionibus vaces, & totã in scena vitam cõsumas, minimè militia opus esse arbitraris. Non principũ adducis formidinem. Quum verò ad ecclesiam te vocamus, innumera affers impedimenta. Et quid in die illa
B dices, cum flammã, & igneos fluuios, & vincula insolubilia intueberis, & dentiũ stridorem audies? Quis te eo tẽpore defenderit, quum cerdonem quempiã rectè vixisse, & omni fruentem gloria conspicaberis? Te autẽ in præsentia in mollibus vestibus conspicuum, & vnguentum olentẽ grauissimis affici calamitatibus. Quæ nam tibi diuitiarũ & copię erit vtilitas? Quod cerdoni paupertatis damnum? Ne igitur ea perpetiamur, quę in præsentia dicuntur, formidemus: & quicquid nobis tẽporis datur, in necessariis rebus impẽdamus. Hac enim ratione pro cõmissis sceleribus deum placantes, in posterum bonis operibus cœlorum regnum consequi poterimus, gratia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

C *Homilia sexta.*

Cap. II. *ET ego quum venissem ad vos fratres, Veni non per sublimitatem sermonis aut sapientiæ, adnuncians vobis testimonium dei. Non enim iudicaui scire me aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.* Nihil animo Pauli in certamine audentius, vel, vt melius dicam, non eius animo. Nõ enim Paulus hęc inuenit, sed nihil gratiæ operanti in eo & omnia vincenti æquale. Satis igitur superius dictum est, vt eorum qui se in sapientia iactabant, superbia deiiceretur, imò & dictorũ pars suffeciisset. Itaq; clarissima facta est victoria, & cũ his quæ dicta sunt, iterum certamen aggreditur, & positis contrariis rursum contra insurgit. Animaduerte autem. Adduxit Paulus prophetiam dicẽtem: Perdam Supra 1. sapientiam sapientum. Ostendit dei sapientiam, quòd Esaiæ 29. per ea quæ videntur esse stulticia, exteriorem confu- & 33. dit philosophiã. Ostendit quòd stultum dei sapientius est hominibus, & quòd non solum per indoctos docuit, sed indoctos vocauit. Nunc verò quòd ipsa prædicatio, & prædicationis modus poterat facilè auditores perturbare, non tamen perturbauit. Non enim discipuli, inquit, duntaxat fuerunt indocti, sed & ego qui prædico. Idcirco ait: *Et ego fratres.* Iterum fratrum nomine eos appellat, quo orationis lenit asperitatem.

Veni non per sublimitatem sermonis, adnuncians vobis testimonium dei. Quid enim, dic quæso, si per sermonis sublimitatem venire voluisses, nunquid poteras? Ego quidem si voluissem, nullo pacto potuissem. Potuisset autem Christus modo si voluisset, sed noluit vt clarior appareret victoria. Quare quum superius significaret, quòd eius opus & voluntas facta est, vt ita indoctè dei verbum prędicaretur, ait: Non enim misit me Christus Supra 1. baptizare, sed euangelizare, non in sapientia verbi. Lõgè autem

gè autem maius, & ſine comparatione quidem, in hoc dei voluntas fuit quàm Pauli. Non igitur eloquentiam oſtentans, inquit, neq; exterioribus munitus verbis, dei vobis adnũcio teſtimonium. Neq; prædicationem, ſed dei teſtimonium appellauit, quod ipſum ſatis diſſuadere poterat. Mortem enim in orbe terrarũ prædicabat, ideirco addidit: *Non enim iudicaui ſcire me aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum.* Quo verbo ſignificauit omnino externæ ſe expertem ſapiẽtiæ, quemadmodum & ſuperius cum inquit: Veni non per ſublimitatem ſermonis. Quòd autem ipſe eã habere potuiſſet, *Actor.19.b* plane conſtat. Cuius enim veſtimenta mortuos ſuſcitarunt, & vmbræ morbos expulerunt, longe magis illius anima pollere facũdia potuiſſet. Siquidem hoc diſcipuli eſt, illud autem artem omnẽ excedit. Quippe qui omni arte maiora exuperat, longe facilius minora aſſequeretur. Sed noluit ita deus, quoniã nullam attuliſſet vtilitatem. Non immerito igitur inquit: Non iudicaui ſcire me aliquid, hoc eſt, eadem mea eſt, quæ Chriſti volũtas. Mihi autem videtur Paulus humilius cum iis quàm cum aliis diſputare, vt eorum amoueat inſolentiã. Illud igitur, Non iudicaui ſcire me aliquid, ad peregrinæ ſapientiæ diſtinctionem dictum eſt. Non enim veni ſyllogiſmorum captiones, non ſophiſmata, nõ aliud quiddam huiuſmodi vobis afferens præter Chriſtum crucifixum. Illi quidem multa, & de multis loquuntur, & longas orationũ ambages & ratiocinationes, & ſyllogiſmos complexi innumera componũt ſophiſmata. Ego autem nihil aliud vobis adnunciatũ venio, quàm quòd Chriſtus crucifixus eſt, quo omnes illos ſuperaui. Quod inenarrabilis eius, qui prædicatur, potentiæ ſignum eſt.

Et ego in infirmitate & timore, & tremore multo fui apud vos.

Hoc rurſum alia pars principalis. Non enim credentes duntaxat *indocti, non modo qui loquitur indoctus*, nõ modo doctrinæ ratio ſimplicitatis plena eſt, nõ modo ipſa prædicatio ſatis erat ad perturbãdum ſufficiens, ſiquidem crux & mors adnũciabatur. Verum & cum his alia accedebant impedimenta, pericula ſcilicet, inſidiæ, exilia, metus quotidianus. Etenim perſecutiones multis in locis infirmitatem appellat, quemadmodum illud: *Gala.4.b* Infirmitatem in carne mea non † aſpernarunt. Et rurſum: Si gloriari oportet, in infirmitate mea gloriabor. Qua? quòd Damaſci præpoſitus gentis Aretæ regis cuſtodiebat ciuitatem Damaſcenorum, vt me comprehẽderet. Item: Quapropter placeo mihi in infirmitatibus. Inde oſtendens quibus, addidit, In iniuriis, in neceſsitatibus, in anguſtiis. Et itidem hoc in loco cũ dixiſſet, Et ego in infirmitate. Non hic acquieſcit, ſed vt ſignificaret quòd infirmitatem pericula appellat, ſubdidit, In timore & tremore multo fui apud vos. Quid dicis, etiam Paulus pericula formidauit? Et maiorem quidem in modum. Nã licet Paulus eſſet, homo nihilomin° erat. Hoc autem nõ eſt Pauli peccatũ, ſed naturæ infirmitas. Laus autem voluntatis eſt, quòd cum mortẽ & plagas formidaret, in nihil tamen ſe indignũ metus cauſa prolapſus eſt. Quamobrem qui dicunt, quòd plagas non timuit, non modo nullo eum honore proſequuntur, ſed multũ ex illius laudibus auferunt. Nã ſi non timuiſſet, quæ fortitudo, aut quæ philoſophia fuiſſet perferre pericula: ego enim ideirco eum admiror, quòd in timore: neque in timore dũtaxat, ſed & tremore periculorum ſemper cum victoria clariſsimus euaſit. Et nulli ceſsit periculo, vt terrarum orbem purgaret, & per terras & maria dei diſſeminaret prædicationem. *Et ſermo meus, & prædicatio mea, non in perſuaſibilibus ſapientiæ verbis.* Hoc eſt, nõ habet exteriorem ſapiẽtiam. Si igitur prædicatio nihil cõmentitium habuit, & vocati & ipſe prædicator indocti erãt, & perſecutio, & timor, & tremor vrgebat, quó nã, queſo, pacto ſine diuina virtute ſuperauerunt? Quare cũ dixiſſet, Et ſermo meus, & prædicatio mea, non in perſuaſibilibus ſapientiæ verbis, ſubdidit, *Sed in oſtenſione ſpiritus & virtutis.* Vidẽs ne quo modo ſtultũ dei ſapientius ſit hominibus, & infirmũ fortius? Indocti enim huiuſcemodi dogmata prædicãtes, ligati & expulſi iis qui ſe expulerant, ſuperiores tãdem euaſerunt. Vnde nam? Nũquid quòd fidem per ſpiritũ præſtiterei? Etenim hoc firmiſsimam habet certitudinem. Quiſnam dic, quæſo, cum videret mortuos ſurrexiſſe, fugatos dæmones, id non admitteret? ſed cum ſint potentiæ quędam, quibus homines nõnunquam decipi facile poſſunt, quales ſunt magorum, hanc amouet ſuſpicionẽ. Non enim ſimpliciter virtutis, inquit, ſed primũ ſpiritus poſuit, inde virtutis, vt oſtendat ſpiritalia eſſe opera. Non igitur quòd non per ſapientiam adnunciata ſit prædicatio, ideirco laus minuitur, ſed ornatur maxime. Siquidẽ maiorem in modum diuinam eſſe, & radices ſuperne è cœlis diffudiſſe oſtendit. Quamobrem ſubdidit, *Vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute dei.* Animaduertis quàm manifeſte maximum ſimplicitatis lucrum, & magnum ſapientiæ damnum in omnibus demonſtrat? Siquidẽ hæc crucem euacuauit, illa autẽ dei manifeſtauit virtutẽ. Hæc nihil neceſſariũ inuenire, & in vanis tamẽ inuentis gloriari non deſtitit. Illa ad veritatẽ ſuſcipiendam, & in deo gloriãdum promptiſsimam ſe exhibuit.

†Hæc item ſapiẽtiam humanam eſſe doctrinam multis opinari diſſuaſit. Illa diuinam & è cœlo deſcendiſſe aperte oſtendit. Cum igitur in ſapientia ſermonum demonſtratio ſit, ſæpenumero vicioſi homines, quàm mãſueti ſuperiores habẽtur, cum grauius dicere poſsint, & mendacium veritatem expellat. Hic autem nõ itidem, neq; enim immundã animam ſpiritus ſanctus ingreditur. Neq; ſi acceſſerit, ſuperari vnquam poteſt, quanuis maxima ſermonum inſit grauitas. Nam ſi per opera & ſigna hæc demonſtratio eſt, longe quàm per verba eſt certior. Verum illud fortaſſe quiſpiam dixerit, quòd ſi prædicationẽ ſuperare oporteat, & non opus ſit verbis, ne crux euacuetur: quã nam ratione in præſentia ſigna prohibentur? Qua ratione inquis, aut quod non credis, hoc loqueris, neq; in apoſtolis ea facta aſſentiris: aut ſanè diſcẽdi cauſa interrogas. Quòd ſi nõ credis, ad hoc primum accingar. Nã ſi tunc ſigna non fecerant diſcipuli, quó nã pacto expulſi, fugati, trementes, deuincti, & cõmunes orbis terrarũ inimici, & omnibus calamitatibus expoſiti, nihil ex ſe habentes quibus animos poſſent allicere, non ſermonẽ, non nobilitatẽ, non diuitias, nõ ciuitatem, non gentẽ, non genus, non ſtudia, nõ gloriã, nihil deniq; aliud huiuſmodi, ſed omnia cõtra, ſimplicitatem, ignobilitatẽ, paupertatẽ, odium, abominationem: Adde, cõmunem omnium populorũ oppugnationem, adde eiuſcemodi eorũ prædicationem. Vnde, inquam, perſuaſerunt? Atqui ea præcepta laborioſiſsima ſunt, & periculis plena doctrina. Et qui audituri erãt: in deliciis, vino, & multa educati malicia laſciuiebãt. Vnde igitur, queſo, perſuaſerũt, vnde ſibi authoritatẽ cõpararunt? Et, vt iam dixi, ſi nullis adhibitis ſignis perſuaſerunt, lõge maiori admiratione dignum eſt. Nõ ergo ꝙ in preſentia ſigna nõ fiant, ideirco coniecturã accipias, quòd tunc non fuerint. Tunc enim vtile fuit vt fierent, nũc vero minime. Non autem ſola verbi perſuaſio hoc tempore in ſapiẽtia prædicationẽ eſſe cogit. Qui enim

†*Rurſum ſapiẽtia vt doctrinã hanc ſuſpicarentur humanã eſſe, multis perſuaſit.* *1.Cor.2.a*

Universidad de Deusto
Biblioteca

à principio dei verbum disseminarunt, rudes erant & indocti,& nihil ex se loquebantur, sed quæ à deo acceperant, ea in terrarum orbem diffundebant. Et nos in præsentia nihil ex nobis asserimus, sed accepta ab illis omnibus adnunciamus. Neq; nunc syllogismis persuademus,sed diuinarum scripturarum & signorũ, quæ illo tempore facta sunt, testimonio fidem verbis nostris facimus.Illi autem tunc non solis signis,sed disputationibus quoque persuaserunt, quas certiores videri faciebant & signa & veteris scripturę testimonia,nõ id profitentium authoritas.Et quo pacto,inquis,vtilia tunc signa erant, & nunc inutilia? Rationi hoc subiiciamus. Aduersum nanque gentilem mihi iam certamen est,idcirco secundum positionem sanè futurum dico. Subiiciamus igitur rationi, & patiatur Gentilis verbis meis, saltem cõsentientibus acquiescere. Hoc est,quòd Chri-
† *Quando igitur Christus veniet.* stus veniet.†qui quandocunq; veniet,] & omnes angeli eius cum eo:& deus apparebit, & omnia ei subiecta cõspiciet. Nunquid credet Gentilis? planè cõstat,quòd & adorabit,& deum dicet, quanuis ſæpenumero id oppugnauerit. Quisnam si cœlos apertos & deũ in nubibus venientem,& omnem cœlestium virtutum populum ei circũastantem, & fluuios igneos diffluentes, & vniuersum hominum genus adesse & contremiscere intuebitur:nónne & venerabitur,& deũ existimabit? Nunquid reputabitur Gẽtili ad fidem adoratio illa & cognitio? minime.Quid tandem?Quoniam hoc fides non est.Siquidem necessitate,& eorum quę visa sunt certitudine, cogitur. Neq; electionis est,sed visa rerum magnitudine animus trahitur ad credendum. Igitur quanto certiores,& magis necessariç res sunt:tãto fides est minor. Idcirco signa in præsentia non fiunt, & quòd res ita se
Ioan.20.g habeat,audi quid ad Thomam dixerit:Beati qui nõ viderunt,& crediderunt. Quãto itaq; certius demonstratur argumentum,tanto fidei præmio detrahitur. Quãobrem si nunc signa fierent,idem cõtingeret. Quòd e-
† *per fidem nũ amplius ipsum cognoscemus. 2.Cor.5.b* † *credas.* nim tũc temporis †homines nõ adhuc per fidem deum cognoscerẽt,] Paulus his verbis significauit: Nũc enim per fidem ambulamus,& non per speciẽ. Quemadmodum igitur si tũc † credidisses,]tibi propter certitudinẽ non†reputaretur:itidem neq; nũc si superiora illa signa intuereris.Siquidem ea demum fides est,qua, quæ nulla possunt ratione inueniri,receperimus. Propterea gehẽna ad terrorem proponitur,nõ autem apparet. Nam si videretur,idem ferme cõtigisset. Præterea si signa quæ-
† *ĩputabit*ũ] *de aduentu Christi secũdo loqui videtur.* ris,etiam nunc signa conspicaberis, licet nõ talia. Prophetias scilicet innumeras,& innumeris de rebus:orbis terrarum cõuersionem,barbarorum philosophiam, ferorum morum mutationẽ,pietatis propagationem. Et quás nam prophetias inquis?Siquidẽ post ipsarum rerũ euentum omnes scriptæ sunt prophetiæ. Quãdo,vbi,& quo authore, dic quæso, & quot antè temporibus? Vis quinquaginta annos,an centum?Igitur ante cẽtesimum annum nihil scriptum habebant.Et qua ratione mũdus & dogmata, & alia rerum monumenta memoria non sufficiente retinuit? Vnde igitur nouerunt Petrũ crucifixum?Vnde,exẽpli gratia, futuris hominibus prædictũ est,euangelium vbiq; terrarum prædicatum iri,ludęorũ statum cessaturum,neq; aliàs recuperãdum? Qui autem animas suas prædicationis gratia tradiderant, quo modo tulissent,si mendacẽ vidissent prædicationem?Quo modo credidissent scriptores, si signa cessassent? Quo modo scripturę & ad barbaros,& ad Indos,& ad ipsos Oceani fines peruenissent,nisi professtium intercessisset authoritas?Qui vero scriptores,& quãdo,& vbi, & qua gratia & literis mandarunt?Nunquid gloriã sibiipsi aucupabãtur? Qua igitur ratione aliis libros inscripserũt? Verum nunquid doctrinã hanc voluerũt,vtrũm ne vt veram,an vt falsam? Nã si vt falsæ vacauerunt,minime credibile est,quòd ei adhæsissent: si tanquam veræ,non opus erat fictionib°,vt tu inquis.Præterea & prophetiæ eiusmodi sunt,vt vsq; ad hoc tempus reprehendi dicta nequeant.Siquidem Hierosolyma excindi contigit iãdudum.Sunt item & aliæ prophetiæ,quæ ab illo tẽpore ad Christi vsq; aduentum differũtur,quas arbitratu tuo reputa:vt exempli gratia, Semper vobiscum sum vsque *Matt.28.d* ad consummationem seculi. Item: Super hanc petram *Ibid.16.c* ædificabo ecclesiam meam,& portæ inferi non præua- *Ibid.16.a* lebunt aduersus eam. Et rursum, Vbicunq; prædicatum fuerit hoc euangeliũ in toto mundo, dicetur quòd hæc mulier fecit.Et aliæ præterea multæ. Vnde igitur huius prophetiæ veritas?Nam si commentum fuit,quo modo non præualuerũt portæ inferi aduersus ecclesiam? Quo modo semper nobiscum est Christus? Neque enim nisi nobiscum esset,supereſſet ecclesia. Quo modo euangelium propagatum est in vniuersam terram? Sufficiẽtes autem testes sunt ad probandam librorum vetustatem, qui cõtra nos inuecti sunt, Celsus scilicet, & post illum Bataneotes. Neq; enim contra posteriores inuecti sunt scriptores.Accedit ad hoc,quòd vniuersus orbis cõcordi sententia hoc accepit.Nam nullo pacto,nisi spiritus sancti gratia affuisset,tanta concordia vniuersos terræ fines comprehendisset. Sed quamprimum deprehensis mendaciis, tanta & tam magna opera nunquam commentis,& fraudibus adeo essent confirmata.Et non vides vniuersi orbis concursum,errorem extinctum,monachorum philosophiam Sole clariorem, virginũ choros,Barbarorum pietatem,omnes sub vno iugo seruiẽtes?Neque enim hæc à nobis duntaxat dicũtur, sed antiquitus à prophetis.Nam profecto illorum non reprehendes prophetias.Apud inimicos enim ij libri habentur, & à studiosis Græcis in Græcam linguam traducti sunt.Multa in iis prædicuntur,quibus venturus deus ostenditur.Quamobrẽ igitur non omnes nunc credunt? Quòd in peius omnia prolapsa sunt, quorũ nos ipsi authores sumus. Iam enim aduersum nos oratio vertitur. Siquidem non signis duntaxat tunc fidem adhibebãt, sed à vita quoq; multi allecti sunt ad credẽdum: Sic lu- *Matt.5.b* ceat lux vestra,inquit,coram hominibus,vt videãt vestra bona opera, & glorificent patrem vestrum, qui est in cœlis. Tũc igitur & vnum omnium cor erat,& ani- *Actor.4.f* ma vna,& nemo quicquam sibi proprium vendicabat, sed omnia erant communia. Et pro singulorũ necessitate sua cuiq; pars conferebatur, & vitam viuebant angelorũ. Quod si in præsentia fieret, vniuersum sanè orbem & sine signis conuerteremus.Primum igitur,qui salutẽ consequi volunt,scripturis vacent.Inuenient enim ibi & hæc & his plura officia.Etenim hi magistri illorũ vitam excesserunt,in fame,siti, nuditate vitam agentes: nos autem deliciis plurimis, quiete, licentia frui volumus:illi vero minime,sed clamabant,vsque in hãc ho- *1.Cor.4.c* ram esurimus, sitimus, nudi sumus, alapis cædimur, incertis sedibus erramus. Et alij quidem à Hierusalem ad Illyricos vsque cucurrerunt, alius ad Indos, alius ad Mauros, alius item ad alias orbis terrarum partes. Verum nos neque patria egredi audemus,sed delicias, magnificas domos, & omnium rerum copiam disquirimus.Et quisnam nostrum vnquam verbi dei gratia esuriuit,quis in desertum se contulit,quis peregrinationem longinquam metitus est, quis manuum suarum labore victum

Universidad de Deusto
Biblioteca

re victum quærétium aliis auxilium præstitit, quis quotidianas mortes passus est? ex quo socij nostri negligentiores sunt. Etenim si milites quipiam, & imperatores fame, siti, morte, & omnibus difficultatibus laborantes & periculis aduersa omnia more leonum summa perseuerantia tolerantes atque superantes: deinde illa neglecta philosophia, mollicie, pecuniarum cupiditatibus, negociationibus, ganeis eos vacare, & ab hostibus superari viderit, vltimæ essent stulticiæ horum causas inuestigare. Hoc nos & in nobis, & progenitoribus
†facti sumus nostris reputemus. Etenim omnibus teramus infirmiores nimium præsenti vitę addicti, quantus in aliquo veteris philosophiæ vestigium inueniatur, & nonnulli ciuitates, fora, hominũ consuetudines, & aliorum eruditiones reliquerint, montésque petierint. Quòd si quispiam secessus causam dixerit, inueniet omni carentem venia excusationem. siquidem ne peream, inquiet, néve in virtute fiam obtusior, secedo. At quanto melius obtusiorem te fieri, & alios lucrari, quàm morantem in solitudine pereuntes fratres despicere? Nam cum homines partim virtutem negligant, partim longe à multitudine secedere festinent, quo modo inimicos superabimus? Quòd etsi in præsentia signa viderentur, quis tamen persuaderet, quis externorum aures nobis accommodaret, cum tantopere increbrescat malicia? Etenim probata Christianorum vita maiorem apud multos authoritatem sibi vendicabit, quàm signa. Siquidem hæc apud impudentes & malos homines malam concitant opinionem. Vita autem pura etiam ipsum diaboli os, maiorem in modũ obstruere poterit. Hæc ego ad principes verba habeo, & ad subditos, & ante alios ad mesipsum, vt vitam admirabilem præ nobis feramus, & nobis rebus nostris dispositis, *præsentia omnia despiciamus. Despiciamus*, inquam, pecunias, non gehennam: despiciamus gloriam, non salutem. Perpetiamur in hac vita & æstus, & labores, ne in futuro supplicio torqueamur. Hoc nos contra Gentiles vtamur certamine. Sic eos captiuos ducamus ea captiuitate quæ libertate potior est. Verum hæc nobis frequenter dicuntur, fiunt autem raro. Tamen siue operemur, siue non, æquum est horum frequenter meminisse. Nam si bonis verbis nõnulli decipiunt, longe magis qui alios veritatem erudiunt, decens est, vt in rebus vtilibus elaborent. Quòd si deceptores tot vtuntur artibus: pecunias enim absumunt, verba componunt, pericula perpetiuntur, patrocinia ostentant: longe magis nos, qui fraudes propulsamus, & pericula, & mortem, & omnes tolerare decet calamitates, vt & nosipsos & alios lucrati, hostibus nostris inexpugnabiles appareamus, & quæ nobis promissa sunt bona consequamur, in Christo Iesu domino nostro, cui gloria & imperium nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia septima.

Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sapientiam vero non huius seculi, neque principum huius seculi qui destruuntur, sed loquimur dei sapientiam in mysterio quæ abscondita est. Tenebræ quàm splendor lippiétibus oculis commodiores sunt. Quãobrem quibus infirmata sunt oculorum lumina, ij in domum se obscuriorem conferunt. Neque aliter in spirituali sapientia vsuuenit: dei nanque sapientia stulticia esse videtur iis, qui exteriorem sectantur, quorum sapientia vere stulticia est. Ac idem euenit, ac si quispiam gubernandi peritiam habẽs, sine naui & velo immensum pelagus trãsire

A se pollliceretur, idq; fieri posse rationibus contenderet. Alius autẽ nauicularię penitus expers, naui, gubernatore, & nautis adhibitis, horũ præsidio tutè mari se crederet. Etenĩ quæ videtur huius esse stulticia, illius est sapiẽtia sapientior. Et profectò bona est nauicularia. Verum cum maiora† adnũciantur, ĵ stulticia quædam apparet. † *pollicetur.* Et omnis ars suis terminis non contenta, stulticia esset. Sed exterior sapientia tunc sanè esset sapientia, cum spiritu vteretur. Verum cũ omnia sibi promittat, & nihil illius egere auxilio arbitretur, iam in stulticiã vertitur, quanuis sapiẽtia sibi esse videatur. Quare cũ prius eam ex operibus reprehenderit, tunc ipsam stultĩciam appellauit: & dei sapiẽtiam, quam superius stulticiam dixit, vt *Supràs.d* illi sentiebant, tandem sapientiam esse ostendit. Siquidem post rei demõstrationem maxime possunt cõtradicentes confutari. Inquit igitur: *Sapiẽtiam autem loqui-*
B *mur inter perfectos.* Cum ergo stultus & stulta prædicare existimatus sapientem vincam, non per stulticiã sapientiam, sed per perfectiorem sapiẽtiam vinco, & per eam quæ tanto maior est, vt illa stulticia videatur. Idcirco prius sic ipsam vocans quẽadmodum illi nominabant, tum à rebus ipsis victoriam & nimiã eorum stulticiam ostẽdens, debitam iam ei reddit appellationem iis verbis: Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sapiẽtiam autem prædicationem, & salutis modum, hoc est, per crucem salutem, perfectos vero credentes appellat. Quippe qui, quanta humana sit imbecillitas, non ignorant, & seipsos contemnunt, & se sibi nihil cõferre posse persuadent, ij vere perfecti sunt, tales sunt fideles.

Sapientiam vero non huius seculi, neque principum huius seculi.

Et quid vtilitatis affert externa sapientia, quæ hic duntaxat versata, vlterius non progreditur, neq; quicquã in
C hac vita possessoribus proficere potest? Principes autem huius seculi hoc in loco non dæmones quosdam dicit, vt nõnulli suspicantur: sed qui in dignitatibus sunt atq; potentiis, qui humana summa contentione expetenda arbitrantur, philosophos scilicet, rhetores, & oratores. Etenim ij interdum alios superarunt, & ciuitatum principes euaserunt. Seculi autem principes appellauit, quoniam vltra præsens seculũ eorum non extenditur principatus. Idcirco subdidit: *Qui destruuntur*, ex sua ipsius natura: & eorum qui eo funguntur, principatũ accusat. Ostẽdit enim & fallacem esse, & stultum, & quòd nihil possit per se inuenire, quòd imbecillis, quòd breuis.

Sed loquimur dei sapientiam in mysterio. Quó nam mysterio? Atqui inquit Christus: Quod in aure † locuti estis, *Mat.10.c* † *audistis,* prædicabitur ĵ in tectis. cur nam igitur mysteriũ ipsam *prædicate.* appellat? Quòd neq; angelus, neq; archãgelus, neq; alia creata potentia id nouerit priusquam fieret, idcirco inquit: Vt innotescat principatibus & potestatibus in cœ- *Ephe.3.b*
lestibus per ecclesiam multiformis sapiẽtia dei. Hoc autem fecit deus, vt nos honore prosequeretur, vt nobiscum mysteria illi acciperent. Etenim nos cum nobis amicos conciliamus, hoc eis amiciciæ argumentum exhibemus, vt illis ante omnes arcana nostra cõmunicemus. Audiant hoc qui dei prædicationem communiter omnibus palàm faciunt, & margaritas, & dei doctrinã passim communicãt, & sancta canibus & porcis superfluis rationibus proiicientes. Mysteriũ enim confirmatione non indiget, sed quod est, id solum adnunciatur. Siquidem diuinum & integrum non esset mysterium, si quicquam ex te adderes. Accedit ad hoc, quòd mysterium appellatur: quoniam nõ id quod credimus, intuemur, sed quòd alia videmus, alia credimus. Huiusmodi est mysteriorum nostrorũ natura. Aliter igitur ego, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliter incredulus disponitur. Audio ego, quòd crucifixus est Christus, & eius benignitatem quàprimum admiror. Audit ille, & imbecillitatem arbitratur. Audio quòd seruus factus est, & eius admiror charitatem. Audit ille, & ignominiam id ducit. Audio quòd mortuus est, & eius potentiam obstupesco, quòd mortuus vinci non potuerit, sed mortem dissoluit. Audit ille, & impotẽtiam existimat, & resurrectionem fabulam opinatur. Ego autẽ per opera certitudine accepta, adoro dei dispensationem. Ille cum baptismatis lauacrũ audit, simpliciter aquam sibi esse persuadet. Ego vero non simpliciter video quod video, sed animæ per spiritum purgationem. Ille lotum mihi corpus duntaxat, ego animã & puram, & sanctam factam credidi: necnon sepulturam, resurrectionem, sanctificationem, iusticiam, redemptionem, adoptionem, hæreditatem, regnum cœlorum, spiritus satietatem considero. Non enim aspectu indico quæ videntur, sed mentis oculis. Audio corpus Christi: aliter ego hoc, aliter incredulus accipit. Et quẽadmodum expers literarum cum etiã libros intuetur, scripturæ vim non intelligit, neque nouit quod oculorum sensu percipit: qui autem in literis eruditus est: multam in iis conditam vim, & totas vitas & historias, & epistolas inueniet: verum harum ignarus, chartam dũtaxat & atramẽtum putabit: expertus, & voces accipiet, & alloquetur absentem, & quodcunque voluerit, per literas rursum rogabit: Eodem modo in mysterio vsuenit. Increduli enim quanuis audiant, non tamen videtur audire: fideles autem per spiritum experientiam assecuti, in absconditis virtutem intuentur. Hoc ipsum Paulus significans inquit, *Quòd nunc prædicatio abscondita est.* Pereuntibus enim, inquit, est abscondita. Præterea prędicationis excellentia per mysterium apparet. Sic enim cõsueuit appellare scriptura, quæ prẹter spem, & præter humanam fiunt opinionem. Quare & alio in loco: Mysterium meum mihi & meis. Et rursum Paulus: Ecce mysterium vobis dico, † Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.] Quod si vbique prædicatur, & sic mysterium est. Etenim quemadmodũ iussi sumus, quæ in aure audiuimus dicere in tectis: ita iubemur non dare sancta canibus, neque proiicere margaritas inter porcos. Alij nanque sunt animales, & non intelligunt. Alij autem velum habent in cordibus eorum, & non vident. Ergo mysterium hoc maxime est, quod vbique prædicatur, non autem cognoscitur apud eos qui non rectam habent sentẽtiam. Reuelatur enim non à sapientia, sed à spiritu sancto, quantũ à nobis accipi potest. Quare nemo peccaret, secũdum hoc ipsum ministerium, si ipsum arcanũ prædicaret. Neque enim nobis fidelibus omnis data est [euidentia, &] certitudo. idcirco Paulus inquit: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Videmus enim nunc per speculum & in ænigmate, tunc autem à facie ad faciem, idcirco inquit: *Loquimur sapientiam in mysterio quæ recondita est, quam prædestinauit deus ante secula in gloriam nostram.* Reconditã, hoc est, quòd nulla cœlestium virtutum ante nos didicit, vel quòd neque in præsentia multi norunt. Hoc autem significat, Prædestinauit in gloriam nostrã [quanquam alibi dicat in gloriam suam: suam enim gloriam, nostram] arbitratur salutem: quemadmodum & diuitias suas appellat, quanuis istæ diuitiæ sint bonorum, & nullius indigeat vt sit dues. Prædestinauit, inquit, vt quam erga nos curam habet, ostendat. Etenim illi maxime & honorare, & amare nos putantur, qui diu antea parati sunt, vt nobis benefaciãt, quemadmodum patres erga filios solent: licet enim post dent illis pecunias, à principio tamen id animo decreuerunt. Hoc Paulus in præsentia ostẽdere annititur, quòd scilicet semper nos dilexit à principio deus, etiam nondũ editos. Nullo nãque pacto nisi nos dilexisset, diuitias suas nobis prædestinasset. Noli igitur reputare, quæ interea subortæ sunt inimiciciæ, cum longe antiquior amicicia fuerit. Quòd autem ante secula inquit, æternum significat. Etenim alio in loco his verbis vtitur, Qui est ante secula. Inuenietur igitur & filius sic æternus. Quippe de quo ait, ꝙ per eum fecit & secula, quod est ante secula esse: creatorem nanque ante creaturas esse constat. *Quam nemo principum huius seculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent.* Igitur non sunt criminis rei, sed incognitum crucifixerunt. Et si non cognouerunt, quãobrem dixit, Et me nouistis, & nouistis vnde sum? De Pilato enim inquit scriptura, quòd non nouit. Credibile autẽ neque Herodem nouisse. Hos diceret quispiam vocari principes huius seculi. Si quis autem & de Iudæis, & de sacerdotibus hoc dictum intelligeret, non sanè erraret. Siquidem illis ait: Neq; me nouistis, neque patrem meum. Quãobrem igitur superius dixit, Et me nouistis, & nouistis vnde sum? Sed alius & alius in euãgelica lectione sensus intelligi licet. Et ne frequẽter idẽ repetamus, illuc legentes remittimus. Cum inquit Iesus in cruce, Dimitte eis: nunquid dimissum est Iudæis peccatum? Si eos pœnituisset, dimissum esset. Siquidem & Paulus, qui totis viribus Stephanum percutiebat, & persequebatur ecclesiam, ecclesię patronus factus est: Sic illis dimissum esset, si pœnitentiã agere voluissent. Quod & Paulus clamans, inquit: Nunquid peccauerunt vt caderẽt? Absit. Nũquid repulit deus populum suum quem prædestinauit? Absit. Inde ostendens, quòd non excluſa est ipsorum pœnitentia, vt hoc argumento probet, cõuersionem suam iis verbis adducit: Nam & ego Israëlita sum. Quòd autem inquit, Non cognouerũt: mihi videtur non de Christo intelligi, sed de ipsa rei dispensatione: vt exẽpli gratia, quid significasset Christi mors, & crux non nouerunt. Etenim eo in loco non dixit, me nesciunt: sed, nesciunt quid faciunt. Hoc est, perfectam dispẽsationem & mysterium ignorant. Nõ enim quòd tam clara futura esset crux, quòd mundi salus & deo ad homines reconciliatio fieret, & ciuitatem eorũ captum iri, & vltimas passuros calamitates cognouerant. Sapiẽtiam autem & Christum appellat, & crucem, & prædicationem, verum opportune dominũ gloriæ vocauit. Etenim quoniam crux ignominię esse videtur, maxime gloriæ eam esse ostendit. Sed magna opus est sapientia non solum ad deum cognoscendum, sed & hanc dei intelligendam dispensationem. Exterior autem sapientia non priori duntaxat cognitioni, sed & huic fuit impedimento. *Sed sicut scriptum est. † Quod] oculus non vidit, † Quæ nec auris audiuit, nec in cor hominis † ascendit,] quæ præparauit deus iis, qui diligunt illum.* Et quó nã in loco hæc scripta sunt? † Dicitur aliquid scriptum esse, etiam cum non verbis, sed re ipsa positum sit, quemadmodum in historiis: vel cum eadem scripta sit sententia, quanuis non iisdem verbis, vt in hoc loco. siquidem cum dicitur: Quibus non adnunciatum est de eo, videbunt: & qui non audierunt, intelligent: † hoc ipsum significat. Et illud,] *hoc idem* Quæ oculus non vidit, nec auris audiuit. Aut igitur hoc intelligendum, aut credibile est alicubi scriptum fuisse. Siquidem magna librorum copia periit, & pauca ex priori captiuitate volumina extiterunt, quod ex reliquis captiuitatibus plane constat. Etenim inquit Apostolus,

Infrà 15.g †*Oẽs quidẽ nõ dormiemus, sed omnes immutabimur.*

Matt.7.a

Infrà 13.c

Ephes.1.c

Luc.23.c

Rom.11.b

Ibidem

Ibidem

Luc.23.c

Esa.64.b

† *ascendit.*

Esa.52.d

hoc idem est quãm illa,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Actu.3.d stolus quòd à Samuële & qui secuti sunt pròphetę, omnes locuti sunt de eo: quæ tamen non †certo ȷ feruntur.
†omnia
†legisperiti Paulum autem vtpote † legislatorem, ȷ& à spiritu locutum credibile est omnia proculdubio cognouisse. Et quid ego captiuitatem memoro? Nam etiam ante captiuitatem multa abolita sunt librorum volumina, cum Iudæi in vltimam prolapsi sunt impietatē. Quod in calce quarti Regum manifeste deprehenditur. Liber enim Deuteronomij vix maiorum nostrorū temporibus inuentus est in luto obrutus. Præterea multis in locis duplices sunt prophetiæ, quæ facile ab assuetioribus comprehēdi possunt, ex quibus multa incerta inuenire possumus. Quid igitur? Nūquid vidit oculus quæ præparauit deus? Minime. Et quisnam hominum nouit futuram dei dispensationem? Nunquid igitur neque auris audiuit, neque in cor hominis ascendit? Et quōnam modo? Nam si prophetæ id locuti sunt, quo modo inquit, neq; auris audiuit, neq; in cor hominis ascendit? Quòd autē inquit, Non ascendit: non de †eo ȷ duntaxat, sed de vniuersa hominum natura loquitur. Quid ergo, prophetæ non audierunt? Audierunt quidem, sed nō erat hominis auris, auris prophetarum. Non enim tanquam homines, sed tanquam prophetæ audierūt, idcirco inquit:
†ipsis.
Prou.20.b Dedit mihi aurem ad audiendum: cum de incremento spiritus loqueretur. Ex quo manifestum est, quòd priusquam audirent, neque in cor hominis ascendit, post enim spiritus donationem nō erat cor hominis, sed spirituale cor prophetarum. Quemadmodum ipse inquit:
Hic infrà.d Sensum Christi habemus. Hoc autem dictum ita intelligendum est, ante acceptum spiritum, & secretorum dei disciplinam, neq; nostrum, neque prophetarū quispiam hæc intellexit. Et quā nam ratione, vbi neque angeli hæc nouerunt? *Quidnam dicendum est, inquit, de principibus huius seculi, vbi nemo hominum nulla cœlestium virtutum hæc nouit?* † Quorsum ȷ autem hæc? Quoniam per eam quæ videtur esse stultitia prædicationis, orbem terræ superabit, & gentes allicietur, & dei ad homines erit reconciliatio, & tanta nobis accedent bona. Quo modo igitur cognouim⁹, inquit? per spiritū. hoc ipse iis verbis testatur, cum addit: *Nobis autem reuelauit deus per spiritum eius.* Non ergo per exteriorem sapientiam, ea enim tanquam serua quædam absq; honore, nō permissa est vt intus admittatur, & domini præsit mysteriis. Vides quātum inter hanc & illam intersit sapientiam. Quæ angeli non nouerunt, ea nos hæc docuit. Exterior autem contrà, nō solum nihil nobis aperuit, sed & occeluit, & nobis fuit impedimento, & post perfectam rem tenebras intulit, crucem euacuauit. Nō igitur per disciplinam habitū erga nos honorem ostēdit, neque per communicatam cum angelis, sed per disciplinam spiritus sancti. Cuius magnitudinem significans asserit, quòd nisi spiritus qui dei arcana omnia nouit, id nobis reuelasset, nullam sanè habuissemus cognitionem, adeo precioſum erat deo. Itaque in arcanis habebatur. Quāobrem illo nobis opus fuit magistro, qui hæc aperte intelligit. *Spiritus enim omnia*, inquit, *scrutatur, etiam profunda dei.* [*Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita & quæ dei sunt nemo cognouit, nisi spiritus dei. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est, vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis.*] Scrutatur autem non inscitiam, sed certam hoc in loco significat cognitionem. Hac item voce in deo vsus
†quis sit sensus spiritus. est, inquiens: Qui scrutatur corda, nouit †quid sit elatio spiritus. ȷ Deinde de spiritus cognitione diligenter locutus, cum docuerit quòd ita ad dei cognitionem per-

A uenitur, quemadmodum ad hominis cognitionem per seipsam: & quòd omnia hinc & necessario quidem didicimus, subdidit: *Quæ loquimur non in doctis humanæ sapientię verbis, sed in doctrina spiritus [sancti] spiritualibus spiritualia comparantes.* Animaduertis quo nos † à magistri au- †propter magistri dignitatem extollit.
thoritate adducit. ȷ Siquidem tanto nos Gentilibus sapientiores sumus, quāto inter Platonem interest, & spiritum sanctum. Gentiles enim magistros rhetores habēt, nos autem spiritum sanctum. Verum quid nam significat, Spiritualibus spiritualia comparantes? hoc est, cum spirituale dubium sit, à spiritualib⁹ testimonia adducimus: vt exempli gratia: Dico Christum resurrexisse, & ex virgine natum. Adduco testimonia, figuras, demōstrationes, Ionæ scilicet in cete moram, & eius post- *Ionæ 2.d*
B modum liberationem. Sterilium partus, Sarræ scilicet & Rebeccæ, & aliarum. In paradiso arborum surculum *Gene.21.d.*
productum, non ex seminibus pullulantibus, non pluuiarum moratione, non subactis sulcis. Futura enim ficta sunt, & tāquam in vmbra scripta maioribus nostris, vt cum venerint, credantur. Et rursum ostendo, quo pacto ex terra homo, & ex solo homine fœmina nullo coitu facti sunt, quemadmodum ipsa terra à nullo, cū conditoris virtus ad omnia vbiq; satisfeciſſet. Sic ego spiritualibus spiritualia comparo, & minime mihi opus est externa sapientia, neque ratiocinationibus, neque confirmationibus: Illa enim imbecilles mentes commouēt atque perturbant, & nihil manifeste eorum quę profitētur possunt ostendere, sed contrà prorsus efficiunt. Perturbant magis animos, eósque & caligine, & pluribus perfundunt ambagibus. Quare, inquit, spiritualibus spiritualia comparātes. Vides quo modo superuacaneam exteriorem sapientiam ostendit: neque superuacaneam
C tantum, sed contrariam & damnosam. Etenim cum dixit, Ne euacuetur crux Christi: Et iterū, Vt non sit in sa- *Sup.1.c*
pietia hominum fides vestra, hoc idem significauit: hic *Hic sup.b*
autem impossibile esse ostendit, vt qui in sapientia hac confidunt, & per eam omnia sibi pollicētur, quicquam vtile perdiscant. *Animalis autem homo*, inquit, *nō percipit ea quæ sunt spiritus dei.* Oportet igitur hanc prius sapientiam eiicere. Quid igitur? Nonne calumnia afficitur externa sapiētia? atqui opus dei est. Vnde hoc constat? Nō enim ipse eam fecit, sed tu inueniſti. Nam sapientiam hoc in loco curiosam appellat inquisitionem, & superfluam eloquentiam. Quòd si de humana prudentia diceret quispiam Paulum intelligere, etiam sic tuum crimen est. Tu enim ipsam calumniaris, cum male vteris, ad damnum & dei oppugnationem, cum eam quæ nō habet, efflagitas. Siquidem quoniam in ea gloriaris, &
D per eam contra deum bellum geris, merito Paulus eius reprehēdit imbecillitatem. Bonum robur corporis, sed cum non opportune eo vsus est Cain, imbecillem eum *Gene.4.c*
deus & trementem reddidit. Bonum item vinum, sed *Deut.28.d*
cum immodice eo vterentur Iudæi, omnino sacerdotibus deus eius vsum prohibuit. Cū igitur & tu in dei prę uaricatione sapientia abusus sis, & maius quiddā quàm vires sufficerent, ab ea exegeris, idcirco ab humana spe te abducens eius ostendit imbecillitatem. Animalis est, qui omnia animæ cogitationib⁹ tribuit, & nullo superno egere arbitratur auxilio, quod dementię est. Etenim eam deus largitus est, quo discerent homines, & à se acciperent, non vt sibi eam sufficere arbitrarentur. Boni oculis sunt, & vsui necessarij: sed cum † cōtempto lumi- †sine lumine videre volunt.
ne aspicere nolunt, ȷ nihil eis species proficit, nihil propria vis, sed affert nocumentū. Itidē & anima, si intueri sine spiritu voluerit, impedimētū sibi ipsa efficitur. Quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

modo igitur ſuperius inquit, à ſeipſa [omnia videbat: Nunquam à ſeipſa,]ſed habuit naturā pro libro in medio poſitam. Verum cum omiſſa via quam eis præcepit, vt ſcilicet per eorum quę videntur pulchritudinem cō ditorem ſuum cognoſcerent, mentis cogitationibus habenas laxantes, in impietatis pelagus infirmi ſe immerſerunt. Et quāprimum malorum ſuperaddiderunt profunditatem, cum dicerēt, nihil ex nihilo fieri, ſed ex materia increata. Vnde innumeræ hæreſes pullularunt, & in rebus quidem abſurdiſsimis delati ſunt. In quibus autem ſanum aliquid imaginati ſunt, quanuis tanquam in vmbra & ſomniis id intuerentur, inuicem diſſenſerūt, vt vtrinque irriderentur. Quòd enim ex nihilo nihil fiat, omnes ferme vno conſenſu & dixerunt, & literis mandarunt, & quidem accuratiſsime: in abſurdas itaq; opiniones impulit eos diabolus. In ſeriis vero, in quibus viſi ſunt inueſtigando, quāuis in ænigmate aliquid inueniſſe, in iis alter alteri bellum indixerunt: vt exempli gratia, Quòd immortalis ſit anima, quòd virtus nulla exteriori re indigeat, quòd non neceſſario neque fato homines aut boni fiunt, aut mali. Intueris diaboli maliciam. Sicubi corruptum aliquid intuitus eſt, effecit, vt qui id dicerent, omnes vno ore aſſererēt: ſi quid ſanum locuti ſunt, alios in alios excitauit. Itaque neque abſurda abolentur conſenſu omnium confirmata, & vtilia omnibus vndique inſultantibus proſternuntur. Ecce quo pacto imbecillis anima ſibiipſi non ſatis eſt. Et merito ſanè. Nam cum huiuſcemodi ſit, nullius ſe indigere contendat, & à deo reſiliat, niſi talis fuiſſet, in quam nō prorumperet inſaniam? Et ſi cum mortale corpus accepiſſet, falſa diaboli pollicitatione longe maiora animo
Gene.3.b concepit: Eritis enim, inquit, ſicut dij: ſi immortale id à principio aſſecuta eſſet, quid ſibi nō perſuaſiſſet? Siquidem poſt illud quoque ingenitam ſe & eſſentiæ dei eſſe obſcœno Manichęorū ore profeſſa eſt, & deos apud Gentiles hoc poſitionis errore effinxit. Idcirco mihi videtur deus laborioſam feciſſe virtutem, cogens eam, & in mediocritatem redigens. Quod vt verum eſſe intelligas, tanquam ſi quis à paruis maiora coniectetur, ab Iſraëlitis diſcamus: qui cum ſine labore vitam agerēt, & quiete fruerentur, fœlicitatem ſuam non reputantes, in impietatem prolapſi ſunt. Quid igitur deus in poſterum? Leges multas inſtituit, quibus eorum compeſceretur licentia. Et vt plane intuearis ad nullam perfectam virtutem huiuſmodi leges, ſed pro fræno quodam eis
† *occupatio-nis.* datas, quæ †impediendi]materiam pręberent, audi quid de iis propheta loquatur: Dedi eis præcepta non bona.
Ezech.20.d Non bona, hoc eſt, nihil magnum ad virtutem perficientia. Idcirco ſubdidit, Iuſtificationes in quibus non viuent. *Animalis autem homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus.* Et merito quidem, quemdmodum enim iis oculis nemo cœleſtia intelligeret, ſic neque ſola anima ſpiritualia. Et quid cœleſtia dico? Sed ne terrena quidem omnia. Siquidem cum è longinquo turrim aliquam quadrangularem intuemur, rotundam arbitramur: oculi nanque in eiuſmodi apprehenſione decipiūtur. Eodem modo cum eminus res noſtras ſola mēte quiſpiam videre autumat, ridiculus ſanè euadit. Non enim duntaxat qualia ſunt non videbit, ſed quàm ſint, contrà pror
† *ſunt.* ſus opinabitur, idcirco proſequitur: *Stultitia enim* † *eſt*] *illi.* Hoc autem non rei natura, ſed illius imbecillitate, qui nequit ad eorum magnitudinem per animæ intuitum peruenire. Inde cauſam affert, inquiens: *Et non po-*
† *examinā-tur.* *teſt intelligere, quia ſpiritualiter* † *examinatur.*] Hoc eſt, quòd fide indigent, quæ dicuntur, & rationibus deprehendi nequeunt. Ipſorum nanque magnitudo mentis noſtræ imbecillitatem maiorem in modum exuperat. Propterea inquit: *Spiritualis autem iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur.* Etenim qui videt, quicquid in cæco eſt, diſpicit. Cæcus autem nihil in eo qui videt. Ita & nunc nos quidem & infideliū dogmata omnia planè cognoſcimus, noſtra illi non itidem. Etenim quæ ſit præſentium rerum natura, quæ futurorum dignitas, quid futurus ſit mundus, qua peccatores pœna afficientur, quibus bonis fruentur iuſti, quòd nullius momenti ſint res ſeculares, intelligimus & ſcimus, & eorum arguimus vilitatem. Iudicare enim reprehendere eſt. Intelligimus item futura & immortalia eſſe, & immobilia. Hæc omnia ſpirituali nota ſunt, & quid nam patietur animalis, quibus ve fruetur fidelis, cum hinc ambo commigrauerint. Ea, inquam, quorum nihil animalis nouit. Quamobrē manifeſte ea quæ dicta ſunt, oſtendens, ita ſubdidit: *Quis enim cognouit ſenſum dei, quis inſtruit illum? Nos autem ſenſum Chriſti habemus.* Hoc eſt, quæ in mente dei ſunt, nos ſcimus: & quæ ipſe vult, etiam reuelauit. Nā cum dixiſſet, quòd ſpiritus reuelauit, ne quis filium amoueret, hoc addit. Ex quo ſignificat, Chriſtum quoque hæc nobis oſtēdiſſe. Neque dicit, omnia que nouit, ſcimus: ſed, quæcunq; nouimus, non humana, ſed ex illius ſenſu, & ſpiritualia eſſe exiſtimanda. Senſum enim quem de iis rebus habemus, à deo*Chriſto habemus: hoc eſt, quæ nobis circa fidem cognitio eſt, eam à ſpiritu accipimus. Itaque non immerito à nemine iudicamur. Neque enim poſsibile eſt, vt diuina intelligat homo animalis. Idcirco inquit: Quis cognouit ſenſum dei? Noſtrum de diuinis rebus ſenſum, illius ſenſum appellat. Et cum ſequitur, Quis inſtruit illum? non ſimpliciter addidit, ſed ad illud reſpexit, quòd ſpiritualem nemo iudicat. Quòd ſi dei ſenſum nemo cognoſcere poteſt, multo min⁹ & docere, & corrigere. Hoc enim ſignificat, Quis inſtruit illum? Intueris quo pacto vndique exteriorem propulſet ſapientiā, & longe plura & maiora intelligere ſpiritualem oſtendat. Nam cum illæ cauſæ: hoc eſt, ne glorietur omnis ca
Supra.2.d ro: & item, propterea quæ ſtulta ſunt mūdi, elegit deus,
Ibidem. vt confundat ſapientes: Et rurſum, ne euacuetur crux
Ibidem. Chriſti: non nimium infidelibus credibiles viderentur, non perſuaſibiles, non neceſſariæ, non vtiles: iam in ſequentibus propriiſsimam cauſam affert, qua & profunda, & arcana, & quæ naturam noſtram excedunt, intelligere poterimus. Etenim exploſa eſt ratio, vt per externam ſapientiam, quæ ſupra nos ſunt, comprehēdere valeamus. Vides quanto ſpiritualis doctrina maiorem attulerit vtilitatē? Etenim facillima & manifeſta doctrina eſt. Nos autem ſenſum Chriſti habemus: hoc eſt, ſpiritualem, diuinum, nihil habentem cum humanitate cō mune. Non enim Platonis eſt, neq; Pythagorę, ſed Chriſti, qui ſua ipſius dogmata mentibus noſtris infudit. Horum nos pudore dilectiſsimi irreprehenſibilem vitam amplectamur, cum ipſe nobis immenſæ dilectionis argumentum præbuerit, vt ſcilicet ſua nobiſcum arcana communicaret. Inquit enim, Iam non dicam vos ſer-
Iohn.15.b uos, quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audini à patre meo, nota feci vobis: hoc eſt, credidi vobis. Quòd ſi vel hoc ſolum amiciciæ cōiectura eſt, cum verba cuipiam credimus: ſi non modo verborum myſteria credere, verum eadem re ipſa nobis elargiri apparuerit, quantæ hoc dilectionis argumentum ſit, animaduertas licet. Pudeat igitur. Et ſi nō tanti gehennam fecerimus, id nobis gehenna formidabilius ſit, vt in talem & in tam be-

tam beneficum amicũ ingrati videamur & perfidi, neque tanquam mercenarij serui, sed tanquam filij & liberi patris nostri amore omnia efficiamus, & mundo adicti esse aliquando desistamus, vt Gentiles pudeat. Siquidem cum iam aduersus eos orationem me habiturũ instituerim, impedior, ne quãdo rationibus eos & dogmatum veritate vincẽtes, multum in nos risus facta vitæ comparatione referamus. † Quid enim non ridiculi sint,] cum in errore perseuerantes, & nihil tale persuasi, philosophiam tamen amplectuntur: nos autem contrà? Veruntamen dicam forsitan hoc aduersus eos certãdi studio, meliores iis fieri, etiam in ipsa vita cõtendemus. Superiori concione diximus nullo pacto potuisse Apostolos prædicare quæ prædicarunt, nisi diuinam essent gratiam assecuti: quòdque nõ modo prædicatione sua nihil perfecissent, sed ne voluissent quidem. Agitẽ & hodierna die hoc ipsum ratione transigamus, & ostendamus impossibile fuisse, id vel capere, vel intelligere, nisi Christum secum habuissent adiutorẽ: non modo quòd imbecilles aduersus fortes, pauci aduersus plurimos, pauperes aduersus diuites, indocti aduersus sapientes congrediebantur, sed quòd præoccupatæ cõsuetudinis maxima vis est. Scitis nãque in humana societate nihil cõsuetudine firmius, nihil constantius. Itaque si non duodecim tantum fuissent, neque adeo abiecti, & tales homines, † & non in vniuerso orbe nostro, sed in alio tam magno prædicassent,] & parem habuissent in præsidiũ suum multitudinem, vel etiam lõge maiorem, sic quoque difficillime obtinere potuissent: illis enim consuetudo opitulabatur, his autem nouitas cõtraria erat. Nihil enim adeo animos perturbat, etiam si de vtilitate agatur, quàm innouare aliquid, & à consuetudine alienum facere, & maxime cum de cultu & dei gloria agitur. Quanta autem sit diuinitatis virtus, iam aperiam, illud primum adducens, quòd etiam alia difficultas erat aduersus Iudæos. Siquidem & Gentilium deos, & omnem deorum doctrinam euerterunt. Cum Iudeis autem alius erat disputationis modus. † Nam multa inuicem dogmata conueniebant, deum nãque legislatores adorare iubebant.] Et cum eũ necessario colendum profiterentur, non tamen in omnibus illius legi parendum dicebant, vt exempli gratia, quòd sabbatum seruaretur, & circuncisio, quòd hostia adduceretur, vel aliud quippiam eiusce modi fieret. Itaque non tantum sacrificium impedimẽto erat, sed illud quoque vt scilicet qui deum adorare præciperent, idẽ multas illius leges abolendas profiterentur. In Gentilibus autem magna erat consuetudinis vis: etenim si decem tantum annis, non dico tam diuturno tẽpore: & si ad paucos homines, nõ dico vniuersum terrarum orbem in cõsuetudinem inueteratam Apostoli venissent, etiam sic difficilis fuisset religionis mutatio. Nunc autem philosophi, rhetores, patres, aui, proaui, & iis antiquiores, terra, mare, montes, saltus, omnes Barbarorum nationes, [Gentilium populi omnes, sapientes & indocti, principes & subditi mulieres,] viri, iuuenes, senes, domini, serui, agricolæ, opifices, ciuitatum & villarum incolæ, omnes denique errore inueterati erãt. Et verisimile est eos qui sic instituebantur sic dixisse, Quid hoc rei est? Nunquid vniuersus orbis terrarum decipitur, sophistæ, rhetores, philosophi, historici, qui sunt, qui fuerunt Pythagorici, Platonici, imperatores, cõsules, reges, indigenæ, serui, Barbari, Græci? His ne omnibus duodecim piscatores, & tentoriorum opifices, & publicani sapientiores sunt? Et quisnam hæc pateretur? Veruntamen nemo hoc dixit,

† deest in Veron.

† sed alter huic æqualis orbis terrarũ pro ipsis stetisset.

† Nã multa quidẽ dogmata iã esse docebãt, deũ tamẽ legislatorẽ adorare iubebãt.

A nemo excogitauit, sed omnes passi sunt, & cognouerũt eos omnibus sapientiores. Idcirco vniuersos superarũt, & nihil iis impedimento fuit consuetudo, quæ diuturnitate temporis ita corroborata erat, vt nullo pacto superari posse videretur. Et vt consuetudinis vires intelligas, illud considera. Siquidem ipsa dei præcepta nonnunquam superauit. Et quid præcepta cõmemoro, num ne ipsa quoque beneficia? Nam & Iudei cum manna haberent, allium quærebant: & cum libertate fruerentur, seruitutis recordabãtur, & Aegyptum sæpenumero expetebant, propter consuetudinem: adeo violẽta res est. Quòd si ab externis quantũ possit cognoscere placeat: fertur Plato, quãuis certo eorum intelligeret errorem, qui deos colerent, solennitatibus tamẽ & aliis deorum ceremoniis condescendisse, vtputa qui cõsuetudini repugnare non posset. Quod re ipsa à magistro edidicit.

Num.xi. b

B Qui suspectus quædam circa religionem innouasse tãtum abfuit, vt quod vellet assequeretur, vt & vita, quãuis defensus, excideret. Quot autem & in presentia videmus homines à priori sua opinione in impietate perseuerantes, qui Gentilitatis accusati, cum nulla se possint ratione defendere, patres, auos, & proauos, in suam adducũt excusationem? Propterea quidam scriptorum secundam naturam, consuetudinem appellarunt. Quæ cum in dogmatibus est, longe firmior efficitur. Nam facilius omnia mutare quispiam posset, quàm religionem & consuetudinis reuerentiam. Illud sanè erat ad impediendũ sufficiens, quòd in vltima senectute aliud quiddam & ab indoctioribus doceri viderentur. Et quid admiraris, si in animo hæc vsueniũt, cum & in corpore magnam habeat vim consuetudo? Cæterum in Apostolis & aliud erat iis vehementius impedimentum.

C Quòd nam? Quòd non modo consuetudine adeo antiquam, adeo vetustate confirmatam mutabant, verum & cum periculis huiusmodi mutationem aggrediebantur. Neque simpliciter à consuetudine in consuetudinem trahebant, sed ab ea cui multa esset licẽtia, in eam cui multum impendebat periculum. Credentem enim quamprimum patria exulare, expelli, vltimas perpeti calamitates, ab omnibus odio haberi, communem esse & suis & alienis hostem oportebat. Itaq; si à nouitate quadam in consuetudinem vocati essent, hoc etiam pacto difficillima fuisset persuasio. Vbi autem à consuetudine in nouitatem, & præsertim cum tot calamitosa præponerentur, quantum fuerit impedimẽtum intelligas. Accedit ad hæc & aliud non minorem faciẽs mutationis difficultatem. Siquidem cum consuetudine & periculis ipsa quoque præcepta grauia erant, & iis à quibus abducebantur & difficiliora & grauiora. A luxuria enim ad continentiam, ab ebrietate ad ieiuniũ, à risu ad lachrymas & compunctionem, à cupiditate ad inopiam, à vitæ amore ad mortes, à licentia ad pericula vocabantur.

D In quibus omnibus exacta expetebatur diligentia. Turpitudo enim, inquit, & stultiloquium, & scurrilitas non veniant in os vestrum. Et hæc illis prædicabantur, qui nihil aliud norant, quàm vino & epulis ventrẽ distendere, qui festos dies curabant nullam aliam ob rem institutos quàm turpitudinis, risus, & omnifariam obscœnitatum gratia. Itaque in philosophica vita non adeo hæc præcepta grauia fuissent, sed illud quàm difficillimũ, vt homines libertati, turpitudini, stultiloquio, risui, comessationibus assueti sint persuasi. Quisnã qui huiusmodi vitã viueret, audiens: Qui nõ accipit crucem suã, & sequitur me, non est me dignus. Et, Non veni pacem mittere, sed gladium, & separare hominem aduersus patrem

Ephe.5.a

Luc.9.c

Matt.10.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

trem ſuum,& filiam aduerſus matrem ſuã,non ſanè tor
Luc.14.g peſceret?Quis item cum audiret,Qui non renunciauerit domui,patriæ, & pecuniis, non eſt me dignus, non ægreferret,non id renunciaret? Veruntamen nõ ſolum
† neq; recuſarũt huiuſmodi audiẽtes,ſed in iis non torpuerunt,† ſed relictis veſtibus huiuſmodi audientes,]mandata exequi feſtinarunt, eaq; arripiẽtes cõtra calamitates inſiluerunt. Sed & illud etiã,quòd de omni verbo ocioſo reddituri ſimus rationem:&,quòd omnis qui viderit mulierẽ ad concupiſcendam eam,iã mœchatus eſt eam in corde ſuo:&,qui fruſtra iraſcitur, in gehennam intrudetur: quem illius ſeculi hominum non auertiſſet?Omnes tamen prompto animo accurrerunt,multi foſſas trãſilierunt. Quid igitur eos cogebat? Nónne plane conſtat illius, qui prædicabatur potẽtia? Aliter enim contrà euenisſet.Illi quidem ij, ij autem illi fuiſſent. Nunquid facile futurum erat, & tenere & trahere oppugnantes?Nunquid dubium eſt?Quamobrem vbique oſtẽditur,hoc à diuina virtute perfectum.Nam vnde, quæſo, laſciuis & procacibus hominibus perſuaſiſſent ad duram & aſperam vitam eos allicientes? Sed præcepta quidem huiuſmodi.Cęterum videamus,nunquid tandem doctrina hæc eſſet facile perſuaſibilis.Atqui hac quoque in parte ſatis abduci increduli potuiſſent. Quid enim prædicationibus ſuis profitebantur? crucifixum adorandum, deum illum habendum qui ex muliere Iudæa eſſet genitus. Et quiſnam iis credidiſſet, niſi diuina præueniente virtute? Quòd enim crucifixus eſſet & ſepultus,omnes ſanè norant:quòd autem reſurrexerit,& ad cœlum aſcenderit, præter Apoſtolos conſpicatus fuerat nemo. Sed promiſsionibus eos allexerunt, dixerit quiſpiam, & verborum ſtrepitu decepti ſunt. Hoc ipſum igitur præter ea quæ dicta ſunt maxime oſtendit, nullam in noſtra dignitate eſſe fallaciam. Si quidem omnia in hac vita difficilia, vtilia autẽ poſt reſurrectionem promittũtur. Hoc ipſum igitur,iterum enim dicam,diuinum noſtrum dogma planè oſtendit. Et quamobrem nemo credentium dixit: nõ accedam, neque patiar,difficilia in hac vita minaris,vtilia autem poſt reſurrectionem polliceris? Vnde conſtat reſurrectionem futuram? Quis vita functus vnquam reuerſus eſt? Quis ſepultus reſurrexit? Quis eorum dixit vllum præmium poſt huius vitæ migrationem futurum? Sed cum nihil huiuſmodi noſſent, pro crucifixo tamen vitam poſuerunt. Idcirco hoc vel maximæ fuit potentiæ, vt tam magnis de rebus,quas nũquam antea audiſſent, certatim omnes fidem adhiberent, & perſuaderi poſſent, vt re ipſa maximas ſubirent calamitates: præmia autem in poſterum expectarent. Nam ſi deceptionibus vti voluiſſent,contrà potius feciſſent. Præmia quidem hic eſſent polliciti, terribilia vero hæc ſiluiſſent. Hoc nanq; pacto deceptores & adulatores faciũt nihil aſperum,nihil moleſtum,nihil graue proponentes,ſed
†contraria omnia: †é regione:] hæc enim fallacia eſt. Sed multitudinis,inquit, ſtulticia hoc efficit, vt his prædicationibus crederetur.
†non. Quid inquis? Cum in Gentilitate eſſent,†nunquid ierãt ſtulti:cum vero noſtro dogmati adhæſerunt,tunc ſtulti facti ſunt? Atqui non alios homines,neq; ex alio terrarum orbe nacti,eis perſuaſerunt Apoſtoli. Cæterum ipſi credentes Gentilium dogmata ſine formidine ſeruare poterant: noſtra autem cum periculis ſuſcipiebãt.
†ſi meliori cum ratione ea obſerua- Itaq;†rationabilius ea ſeruare videbantur,quibus tãdiu fuerant educati: neque ſanè ea reiecisſent,] potiſsimum
bãt, in quibus tandiu cum nequirent ſine periculo. Verum poſtquam ex ipſa rerum natura ridicula illa & erroris plena eſſe cognouerunt,tunc licet mortes impenderent,cõſuetudine re-

iecta, in noua dogmata commigrarunt, vtpote quòd hæc ſecundum naturam,illa præter naturam erãt. Sed ſerui,inquit,fuerunt credentes,mulieres,nutrices,obſtetrices,eunuchi:imò neq; ab his ſolum eccleſia nobis cõfirmata eſt, & hoc planè conſtat omnibus. Quòd ſi ab his confirmatam cõtenderis, hoc vel maxime admirabilem facit eorum prædicationem:quòd quæ dogmata neq; Plato, neq; Platonici aperte intelligere valuerunt, ea repente piſcatores omnium indoctiſsimum hominum genus perſuadere potuerint vt ſuſciperẽtur. Neq; enim ſi ſapientioribus tantum perſuaſiſſent, tantopere fuiſſet admirandum. Ex quo autem ſeruos,nutrices,eunuchos in tantam allexerunt philoſophiam, vt angelis æmulos faceret,maximum diuinę inſpirationis prębuit argumentũ.Etenim ſi vilia & abiecta præcepiſſent,fortaſſe non ſine ratione perſuaſionẽ illam in abiectæ prędicationis argumentum referri potuiſſet. Quòd ſi magna & profunda, & humanam ferè naturam excedentia,& quæ perſpicaci mente indigebant,philoſophabãtur:quanto eos [qui perſuaſi ſunt] ſtultiores oſtẽdes,tãto eos ſapientiores, & diuinæ gratiæ pleniores qui perſuaſerunt,oſtẽdis. Sed promiſsionis magnitudine perſuaſiſſe quis dixerit. Num enim hoc,quæſo, admiraris, quo pacto poſt mortem meritorum præmia expectanda perſuaſerint? Ego quidẽ hoc ipſum obſtupeſco. Sed & hoc ex ſtulticia,inquies. Qua quæſo,ſtulticia? An ne vt diſcamus animam immortalem eſſe, iudiciũ incorruptum poſt præſentem vitam nos ſubituros, verborũ, operum, cogitationũ pœnas videti arcana omnia deo daturos,malos in ſuppliciis torqueri,bonos præmiis coronari nos viſuros? Hæc profecto nõ ſtulticiæ ſunt,ſed maximæ philoſophiæ. Sed his contraria animo volue-
ſtaret ch re,ea demum ſtulticia eſt.Ipſe igitur
catumeno præſentium rerum
quã cæci deſpectus, & magna virtutis opinio, & nulla præmiorum in hac vita expectatio,ſed noſtrę ſpei vlterius progreſsio,& tanta animi conſtantia,tanta fides, vt nullo præſentium calamitatum incurſu ad futuras ſpes impediamur,quantæ,quæſo,hæc ſunt philoſophiæ? Sed nũquis vis ab ipſis promiſsionibus & prophetiis ex præteritis futurorum veritatem dignoſcere? Intuere catenã auream varie à principio cõtextam, dixit aliqua eis de ſeipſo & de eccleſiis & futuris rebus: & inter dicendum miracula faciebat. Igitur à dictorum euentu cõſtat vera eſſe miracula quę faciebat,ſed & ex miraculorũ operatione conſtat ea vera fuiſſe quæ dixit, & quæ futura ſunt,& quæ promittuntur. Vt autem apertius fiat quod dicimus,ex ipſis rebus manifeſtum faciam.Suſcitauit leſus Lazarum ſolo verbo, & viuere eum oſtendit. Dixit rurſum,quòd portæ inferi non prçualebũt aduerſus eccleſiam:&, quòd qui reliquerit patrem vel matrem, cẽtuplum accipiet in hoc ſeculo, & vitam æternã poſſidebit. Igitur miraculum quidem Lazari vnum eſt: prophetiæ autẽ duæ, altera in hac vita, altera in futura demonſtrata. Conſidera ergo quo pacto omnia inuicem confirmantur. Quòd ſi Lazarum ſuſcitatum quiſpiam negaret, ex prophetia quæ de eccleſia dicta eſt, credat miraculo.Quod enim tot antè temporibus prædictum eſt,tunc re ipſa euenit,& in finem deductum eſt. Portæ nanq; inferi contra eccleſiã non prævaluerũt. Qui igitur verum in prophetia locutus eſt,eũ proculdubio cõſtat miracula operatum: qui autem miracula operatus eſt,& quæ locutus eſt effecit,conſtat eũdem in prophetia de futuris rebus verum dixiſſe cum dixit: quòd centuplum accipiet,& vitam æternam poſſidebit, qui præſentia cõtempſerit. Quæ enim ſuperiori tempore &

Ioan.11.f
Matt.16.e
Ibid.19.b

facta &

Universidad de Deusto
Biblioteca

ēta & dicta sint,ea maximè futurorum pignora, quòd ventura sint, dedit. Hæc itaque omnia, & his similia ex euangeliis colligentes,contra aduersarios adducamus, & eorum ori imponamus silentium.Si quis autem dicet,qua ratione nō extinctus est tandem error:illud responderemus,quod nos causa sumus omnium,qui contra salutem nostram certamus. Siquidem deus ita res instituit, vt ne reliquiæ quidē vllæ impietatis relinquerentur. Breui igitur quæ dicta sunt repetamus, & quó nam pacto se res natura habeāt,perspiciamꝰ. An ea est, vt infirmi à potentibus vincantur,an contrà? vt qui facilia loquūtur,an qui difficilia? vt qui cum periculis tra hunt,an qui cum licentia? vt qui res nouas sanciunt,an qui consuetudinem obtinent? vt qui in asperam,an qui in facilē viam aduocant? vt qui à patriis legibus discedunt,an qui peregrinas non instituunt? vt qui post huius seculi commigrationem omnia promittūt optima, an qui in præsenti vita adulantur? vt multi à paucis, an pauci à multis superentur? Verùm & vos in hac quoq; vita pollicemini,dixeris. Et quid nam hic pollicemur? peccatorum veniam,& lauacrū regenerationis.Et quidem potissimum baptisma in futuris plenitudinem habet.Et proclamat Paulus,inquiens: Mortui enim estis, & vita vestra absc̄odita est cum Christo in deo. Cùm enim Christus apparuerit vita vestra, tūc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Quòd si in hac etiam vita bona habent,quemadmodum habent:etiam hoc maximæ est admirationis, quòd his qui innumera commiserant scelera,& quanta nemo alius,persuadere potuerunt omnia peritura,& nullius peccatorum suorum rationem reddituros. Itaque vel hac ipsa causa admirari maiorem in modum oportet,quòd hominibus Barbaris talem persuaserint *fidē accipere, & bonas de futuris rebus spes habere, & prius peccatorū onere cum multa alacritate abiecto, in posterum virtutum se laboribus* subiecerint,& ad ea quę sensu percipiuntur,nihil inhiauerint,omnibus autē corporeis rebus superiores,intelligibilia dona complexi sint,& Persa,Sauromata, Maurus,Indus piaculum animæ,dei virtutem atque incredibilem humanitatem,fidei philosophiam,spiritus sancti aduentum,corporum resurrectionem, immortalis vitæ dogmata intellexerint. † Has & alias plures J Barbarorum nationes piscatores initiātes,in baptismate philosophari eis persuaserunt.His igitur omnibus diligenter seruatis,contra Gentiles adducamus in medium, & item à vita argumentum eis exhibeamus, vt vtrinque & salutem consequamur,& illos ad dei regiam allicia-

Coloss.3.a

† Hæc enim omnia & his plura.

mus,cui gloria in secula,Amen.

Homilia viij.

Cap.III.

T ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: tanquam pæruulis in Christo, lac vobis potum dedi,non escam. Nondum enim poteratis, sed ne nunc quidem potestis: adhuc enim estis carnales.

Cùm exteriorem philosophiā euerterit Paulus, & omnem eius deiecerit insolentiam, aliam iam materiam aggreditur. Etenim non temerè respondere poterant, Si Platonis, Pythagoræ & cuiusuis aliorū philosophorum dogmata annunciaremus,meritò contra nos tam longo vsus esses sermone:sed cùm spiritus profiteamur doctrinam, quamobrem huc illuc exteriorem sapientiam distrahis? Quò nam autem pacto hoc oppugnet, accipias: Et ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus: hoc est,si spiritualia,inquit,annunciastis,nō tamē idcirco in superbiam efferri oportet. Non enim A uestra annunciastis,neque ipsi ex vobis inuenistis, neq; in præsentia hæc scitis vt oportet, sed discipuli estis & omnium vltimi. Itaque si in exteriore sapientia magnā de vobis opinionem concipitis, ea nō modò nihil est, sed contrà vos ipsa coarguit.Si verò in spiritualibus:in his item minus habetis, & in vltimo loco adnumeramini.Idcirco,inquit,non potui vobis loqui quasi spiritualibus.Non dixit,non sum locutus,ne inuidiæ gratia id dixisse videretur. Sed duplici ratione eorum tollit elationem:prima quidē,cùm ostēdit eos optima ignorare:altera autē,quòd ipsi ignorationis causa sunt. Accedit ad hoc quòd neque in præsentia eos posse significat.Nam quòd quispiam à principio nequeat, fortasse à rei natura proficiscitur.Atqui neque hanc eis permittit excusationem: non enim quòd profunda accipere non potuerint, eos inquit non accepisse, sed quoniam B carnales sint.Veruntamen in ipsis primordiis,nō adeò hoc erat accusandum.Quòd autem tanto decurso temporis spacio nondum perfectiores euaserint, hoc vltimæ erat socordiæ.Hoc etiam in Iudæis reprehendit,licet non tam vehementer: illos nanque aduersæ fortunæ gratia tales esse dicit,hos autem malicię cupiditate. Non igitur simile est hoc & illud,& ostendit eos se verum alloqui vt castiget, illos autem vt maximè excitet: his enim inquit, Sed ne nunc quidem potestis. Illis verò,Quapropter intermittētes inchoationis Christi ser- *Hebr.6.a* monem,ad perfectionem feramur. Et rursum: Confi- *Ibidem.b* dimus autem de vobis dilectissimi meliora & viciniora salutis,tametsi ita loquamur. Et quó nam pacto qui tantum assecuti sunt spiritum, eos carnales appellat,† *† & quorū* & quo principiò tantas præterit laudes? J Nam & illi *tantas laudes initiò narrauit?* C carnales erāt,ad quos inquit dominus,Discedite à me, non noui vos qui operamini iniquitatem. Atqui & dæmones eiecerunt,& mortuos suscitarunt,& prophetias *Matth. 7.d* locuti sunt.Itaque potest etiam qui signa facit, carnalis esse. Etenim in Balaam operatus est deus, & Pharaoni *Num.24.c* futura reuelauit,& Nabuchodonosor: & Caiaphas p- *Gene.41.a* phetauit,nescius tamen quid diceret:& alij quidem dæ *Daniel.2.* monia eius nomine à quo longè aberant, expulerunt. *& 4.a* Hoc enim non eorū duntaxat gratia qui operātur fit, *Ioan.11.g* sed aliorum quoq;, & sæpe ab indignis hominibus hæc *Matt.9.f* fiunt. Et quid nam admiraris, si indigni homines aliorum gratia huiuscemodi faciunt? Vbi & sanctorum:etenim Paulus inquit: omnia vestra sunt,siue Paulus,siue *Hic infr.d* Apollo,siue Cephas,siue mundus,siue vita,siue mors.Et *Ephe.4.b.* rursum:Quòd ipse dedit alios quidem Apostolos,alios autem prophetas, alios verò magistros & pastores, ad purgationem sanctorum in opus ministerij. Nam nisi D sic se res haberet,nihil prohibuisset,quin omnia corrūperentur. Contingit enim principes quidem malos esse & sceleribus coinquinatos, subditos autem mansuetos & modestos: & laicos religiosè viuere, sacerdotes verò impiè.Neque debuisset aut baptisma esse,aut corpus Christi,aut oblatio,quæ per eos administrarentur, si vbique gratia meritum exquireret. Nunc autem per indignos cōsueuit deus operari,& nihil propter sacerdotis vitam baptismatis gratia lęditur.Debuisset enim qui accipit minui. Itaque etsi rarius hæc fiant, fiunt tamen. Hæc dico, nē quis præsentium sacerdotis vitam pensiculando circa religionis nostræ doctrinam scandalizetur.Nihil enim homo his quę sibi præponuntur, ex se addit:sed id omne diuinæ virtutis opus est,& ipse deus qui nos erudit. Et ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: tanquam paruulis in Christo,lac vobis potum dedi, non escam: nondum

Universidad de Deusto
Biblioteca

nondum enim poteratis. Hæc ita in figura loquitur, ne æmulationis gratia dixisse videatur: quæ locutus est, φ scilicet spiritualis iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur: & item illud, Nos sensum Christi habem°. Simul autẽ & eorũ cohibet insolentiã. Quibus verbis id significatur, Non propterea tacui φ nihil amplius vos alloqui potuissẽ, sed quoniã carnales estis, sed ne nunc quidem potestis. Quamobrem non inquit, non vultis, sed non potestis: quoniã hoc pro illo posuit. Nam φ non potuistis, à volũtate profectum est. Quod eis quidẽ accusationem, magistro autem veniam affert. Nam si natura non potuissent, non immeritò venia dari potuisset. Cùm autem ex industria nolint, omni priuatur excusatione. Deinde prosequitur, quid nam eos carnales faciat, adducens: *Cùm enim sit inter vos zelus & contentio, nónne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?* Atqui cùm posset & eorum adulteria & luxurias reprehendere, illud potius meminit peccatum, quod primùm corripere volebat. Quòd si zelus carnales facit, iam tempus est vt omnes maiorem in modum vlulemus, saccũ induamus, perfundamur cinere. Quis enim ab hoc affectu liber est? Nisi fortè ex meipso aliorum animos cõiicio. Si zelus carnales facit, neque sinit spirituales esse, quanuis prophetantes & alia facientes miracula † quantis tanta eis gratia sit: ‖ quó nam in loco opera nostra constituemus, cùm non in isto duntaxat, sed longè grauioribus viciis deprehendamur? Hinc intelligimus nõ immeritò Christum dixisse, φ qui mala operatur, non venit ad lucem, & quòd vita immũda profundis dogmatibus impedimento est, nec sinit perspicacitatẽ mentis puram existere. Quemadmodum igitur qui rectè viuit, in errore permanere impossibile est: ita non facilè qui in malicia educatur, respicere quamprimum ad nostrorum dogmatum altitudinem potest, sed oportet vt qui in veritate permansurus sit, omnibus exutus affectibus liber euadat. Quibus propulsatis, etiam se erroribus liberabit, & veritatem assequetur. Neq; enim si non cupitus sum, si non adulter, hoc mihi satis esse arbitreris. Siquidem non horum fuga tantùm ad perfectionẽ consequendam homo satagat, sed omnia percurrat oportet, qui veritatem perscrutatur. Idcirco Petrus Apostolorum princeps inquit, In veritate comperi, quoniã non est personarum acceptor deus, sed in omni gente qui timet eum & operatur iusticiã, acceptus est illi: hoc est, vocat & allicit eum ad veritatẽ. Nónne vides Paulum qui omnibus vehementior erat, & in certando, & persequendo? Veruntamen postquã vitam irreprehensibilem induit, neque humanis affectibus se subiecit, & acceptus est, & omnes exuperauit. Si quis autem percontaretur, quá nam ratione Gentilis ille probatus, bonus, benignus in errore persistit? Illud responderem, quòd aliis superatur affectibus, inani scilicet gloria, aut animi socordia, aut propriæ salutis negligentia, sed temerè & frustra res suas agi arbitratur. Petrus autẽ eum qui in omnibus iusticiã operatur, irreprehensibilem appellat, †Secundũ iusticiã & in lege factus irreprehẽsibilis: ‖ &, gratias habeo deo cui seruio à progenitoribus in pura conscientia. Quo modo igitur, inquit, immundi digni facti sunt prędicatione? Quoniam & voluerunt & desiderarunt. Etenim errantes quidem trahit, si affectibus purgentur: qui autem sponte sua accedunt, eos nõ expellit: multi verò & à progenitoribus pietatem acceperunt. *Si quidẽ quum in vobis æmulatio sit & contentio.* Iam in subditos accingitur. Siquidem in superioribus principes euertit, cùm asseruisset nullius momẽti esse sapientiam sermonis: hoc autem in loco subditos tangit, inquiens: *Cùm enim quis dicit, Ego quidem sum Pauli: alius autẽ, ego Apollo, nónne carnales estis?* Quibus verbis significat, hoc non solùm eis nihil vtilitatis afferre, nihil comparare, sed maioribus in rebus impedimẽto esse. Hoc nanque zelum peperit, zelus autem carnales fecit. Quòd verò carnales facti sunt, effecit ne possẽt, quę altiora sunt, audire. *Quis igitur est Paulus? Quis verò Apollo?* Post rerum confirmationem atque demonstrationem, apertius iam accusationem aggreditur, & suum ipsius nomen ponit, & omnem aufert asperitatem, neque patitur vt quisquam suæ succenseat orationi. Nam si Paulus nihil est, neque indignatur, multò minus illos indignari oportet. Duplici igitur ratione eos consolatur, & quòd seipsum subiicit, & quòd non omnino eos priuat, ac si nihil perfecerint, sed tribuit eis quiddam exiguum. Tribuit enim, nam cũ diceret, Quis igitur est Paulus? Quis verò Apollo? addidit, *Nisi ministri † eius cui ‖ credidistis.* † per quos sic legit & Erasm. Hoc autem ipsum per se quidem magnum est, & multis dignum præmiis, ad originem verò & radicem bonorum nihil. Non enim qui ministrat bonis, sed qui bona exhibet, is demum beneficus est. Et non dixit, euangelistæ: sed, ministri: quod maius est. Quippe qui non solùm euangelizarunt, sed ministrarunt nobis. Etenim alterum quidem solo verbo, alterum autem etiam opere continetur. Itaque quanquam Christus minister sit, non tamen minister solus est, sed & fons atq; radix bonorum, & tanquam filius. Vide tamen quò rem adducit. Quo modo ergo dicit ipsum ministrum fuisse circunciſionis? De carnis generatione illic loquitur, non hoc modo quem in præsentia diximus: siquidem illic ministrum impletorem appellat, non ex seipso prębentem bona. Et non dixit, qui vos fidem erudiũt, sed † cuius opera credidistis ‖ rursum illis quiddam amplius tribuens, & ministros etiam hoc in loco eos manifestat. Si igitur in alterius ipsi ministerium venerunt, quó nam pacto hi dignitatem sibi vindicant? Tu autem considera, quòd minimè eos accusat, tanquam rapiant, sed tanquam præbeant. Materia enim erroris in multitudine erat, siquidem nisi illi essent, hi absoluerentur. Duo igitur sapienter cõfirmauit, & vnde oportebat peccatum destruere, inde euertit, & in illos odium non seruat, neque magis eorum excitat cõtentionem. Ait enim, *Et vnicuique sicut dominus dedit.* Neque enim hoc ipsum, etsi paruum sit, à se, sed à dei benignitate acceperunt. Nam ne dicerent, Quid igitur? qui nobis ministrant, non amabimus? Sanè inquit. Sed sciamus oportet, quousque in amore progrediendum sit. Siquidem hoc ipsum nõ à se, sed ab exhibitore deo acceperunt. *Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit.* Hoc est, ego primus verbum dei disseminaui, vt autẽ semina non arescerent tentationibus, à seipso Apollo ea rigauit, totum autem dei opus est. *Itaque neque qui plantauit est aliquid, neque qui rigauit, sed deus qui dedit incrementum.* Animadnertis quo pacto eos consolatur, neque asperiores fierent audiendo. Quis hic est aut ille? Vtrunq; enim graue: & cùm dicitur, & quis hic est, & quis est ille? & cùm dicitur, Neque qui plantauit, neque qui rigauit est aliquid. Qua igitur ratione hæc leniuit? Primùm ex propriæ personæ contemptu, cùm inquit: *Quis est Paulus? Quis Apollo?* Inde ex omnium ad datorem deum relatione: nam cùm dixisset, quòd hic plantauit, & addidisset, nihil eum esse, subdidit: *Sed qui incrementũ dedit deus.* Sed neque hoc in loco consistit, verùm alia item adiectione hoc molitur his verbis: *Qui autem plantat & rigat, vnum*

Supr.2.2.d *Ibidem.* *Ioan.3.e* *Actu.10.e* *Philip.3.b* *† secundum iusticiã quę in lege est.* *2.Tim.1.a* *† Quũ neq; tanta nobis adsit gratia* *Roma.15.b* *† per quos credidistis.*

gat, vnum sint. Et quo aliud quoque confirmat, ne inutcem superbia efferantur. Vnum autem esse eos inquit, quoniam nihil possunt sine deo qui dat incrementum. Quibus verbis nec qui multum laborant, aduersus pigriores effert, neque alios his inuidere permittit. Deinde contra opinione, vt scilicet omnes vnum sint, negligentiores efficiantur, & hi qui multum, & hi qui remissius operantur: animaduerte, quæso, quibus hoc verbis corrigat: *Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.* Ac si diceret, noli timere, quòd dixerim, vnum sunt. Sunt nanque vnum ad dei opus comparati, nō autem ad labores: sed vnusquisque propriam accipiet mercedem. Inde rursum hoc auget, vt quod vult efficiat, & gratificatur quantùm licet ambitiosè: *[Dei enim sumus adiutores:] dei cultura, dei ædificatio estis.* Intuere quo pacto opus eis attribuit, nec quidē exiguum, quanquam omnia prius dei esse confirmauerit. Nam cùm semper admoneat parēdum esse principibus, propterea non multum magistros extenuat, dei cultura estis: cùm dixisset, plantaui, in similitudine perstitit. Si autem dei cultura sumus, non ab his qui nos genuerunt, sed à deo appellari decēs est. Non enim ager agricolæ est, sed patrisfamiliàs. Dei ædificatio estis. Rursus ædificatio non artificis, sed domini est. Quòd si ædificatio estis, non oportet disipari: siquidem non esset ædificatio. Si cultura estis, separari non opus est, sed vna concordiæ sepe muniri. *Secundum gratiam dei quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui.* Sapientem seipsum hoc in loco appellauit, non elationis gratia, sed vt figuram eis præberet, & vt ostenderet sapientis esse vnum iacere fundamentum: intuere tamen quo pacto modestiam seruat. Nam cùm se sapientem diceret, non id sibi tribui voluit: sed cùm se ad deum referret, hinc se sapientis nomine appellauit. Secundum gratiam dei quæ mihi data est, inquit. Simul nanque ostendit & totum dei esse, & hoc maximè esse gratiam dei, ne scilicet dissentiant, sed in vno permaneant fundamento. *Alius superædificat. Vnusquisque autem videat quo modo superædificet.* Hoc in loco mihi videtur in vitæ certamen eos trahere, ex quo eos coniunxit, & vnum fecit. *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positū est, quod est Christus Iesus.* Non potest, donec fuerit architectus. Quòd si ab alio ponatur, nō amplius est architectus. Ecce quo pacto à communibus sententiis omne propositum confirmat, cuius sententia huiusmodi est: Annūciaui Christum, tradidi vobis fundamentum. Videte quo modo superædificetis, an inani gloria, an ad homines trahentes discipulos. Nolimus igitur hęresib⁹ inhærere: fundamentū enim aliud nemo potest ponere, prēter id quod positum est. Super hoc ergo ædificemus, & pro fundamento habeamus tanquam palmitem vitis, & nullum sit medium inter nos & Christum. Quòd si mediū aliquod intercederet, † id quamprimùm aboleamus. ¶ Etenim palmes per cōtinuationem vitis naturam trahit, & ædificium conglutinatione consistit, vt si fatiscat, totum corruat, neque vbi innitatur habeat. Non igitur simpliciter Christum teneamus, sed ei conglutinemur. Nam si quicquam secesserimus, peribimus. Qui enim longè abeunt à te, peribunt, inquit. Conglutinemur igitur ei, & cōglutinemur per opera. Qui enim seruat præcepta mea, ipse in me manet, inquit. Et profectò multis nos inuicem exemplis coniungit. Animaduerte, quæso. Ipse caput, nos corpus. Nunquid potest vlla media esse inter caput & corpus distantia, quæ vacet? Ipse fundamentum, nos ædificiū: ipse vitis, nos palmites: ipse sponsus, nos sponsa: ipse pastor, nos oues: via ille, nos viatores: nos item templū, ille inhabitator: ipse primogenitus, nos fratres: ille hæres, nos cohæredes: ipse vita, nos viuentes: ipse resurrectio, nos qui resurreximus: ipse lux, nos illuminati. Hæc omnia cōglutinationem demonstrant, & nihil vacui in medio relinquunt, ne minimū quidem, quippe qui parum abest, cum processerit, aberit longius. Etenim corpus si parum ab ense diuidatur, corrumpitur: & ædificium si parum fathiscat, dissoluitur: & si vel minimum palmes à radice abscindatur, inutilis redditur. Itaque id parum non est, sed ferè totum existimandum. Cùm igitur parum peccauerimus, vel desidia torpuerimus, nolimus vt exiguum despicere. Siquidem id neglectum quamprimùm in immensum euadet: sic & vestis quę scindi cœperit, neglecta tota discinditur: & tectum paucarum tegularum casu contēpto, totam domum diruit. Hæc nos reputantes, nunquā paruum contēnamus, ne procidamus in maiora. Quòd si eo contempto in grauissima scelera deciderimus, nō tamen nobis desperandum est, ne in insaniam proruamus. Etenim difficile est inde emergere, nisi quis maximè sobrius sit, non longitudinis tantum, sed ipsius situs gratia. Profundum nanq; peccatū est, & deorsum trahit. Et quemadmodum qui in puteum decidunt, non facilè euadunt, sed aliorum opus est auxilio, qui eum eripiant: sic qui in profundum peccatorum immersus est. Demittamus igitur ad hos funes, eósque educamus: vel potius nullo alio indigemus quàm nobis ipsis, vt prosilire & ascendere possimus, non tantùm quantùm descendimus, sed multò magis modò voluntas adsit: deus enim nobis opitulatur, neque vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur. Nemo igitur desperet, nemo impiorum affectu torqueatur. Illorum nanque est hoc peccatum: Impius, inquit, cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit. Itaque non peccatorum copia in desperationem trahit, sed impij animus. Itaque etsi omnem excesseris maliciam, tecum ipse loquere, Benignus est deus, & salutem nostram desiderat: nam si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi niuem dealbabo: quasi nix dealbabuntur, inquit, & ad diuersum habitum conuertam. Quamobrem ne desperemus: neque enim casus tam grauis est, quàm post casum iacere: neque tam graue vulnus accipere, quàm nolle acceptum curare. Quis gloriabitur cor castum habere, vel quis cōfidet purum esse à peccatis? Hoc dico non vt pigriores vos faciam, sed vt in desperationem prohibeam incidere. Vis intelligere quàm benignus sit dominus noster? Ascendit publicanus in templum tantis viciis coinquinatus, & qui tantùm dicebat, Deus propicius esto mihi peccatori, descendit iustificatus. Et per prophetā inquit deus: Propter peccatum parum eum dolore affeci, vidi quòd tristat⁹ est, ambulauit tristis, & sanaui vias eius. Quid nam benignitati huic comparandū? vt tantùm doleas inquit, dimisi tibi peccata. Nos autem neque hoc quidem facimus. Quare maximè deum prouocamus. Qui enim minimo reconciliatur, cùm id non consequitur, non immeritò indignatur, & vltimum à nobis exigit supplicium. Et sanè quàm maximi hoc cōtemptus est. Quis nam igitur vnquā peccatorum gratia dolore affectus est? Quis ingemuit? Quis pectus percussit? Quis solicitudinem vllam suscepit? Nemo, vt arbitror. Verùm innumeros dies deflent homines, familiarium obitus, pecuniarum damnū. Quòd autem animam singulis diebus amittamus, ne cogitamus quidē. Quo igitur pacto deus placari poterit, cùm neque peccatum

† *Protinus periremus.*

Psal.72.d

1.Ioan.3.d

Ezec.18.g

Prouer.18.a

Esaiæ.1.e

Prou.20.b

Luc.18.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

catum tuum intelligas? Certè inquis, peccaui. Certè lin A gua tantùm profiteris. Dic, quæso, nunquid & animo etiam cum verbo? Ingemiscas, vt perpetuò læteris. Etenim si super peccatis nostris doleremus, si plangeremus super erroribus, nihil amplius nos dolore afficeret, hac nanque ægritudine omnis animi anxietas propulsaretur. Itaque & aliud nostro quoque iudicio lucraremur, quòd neque immergeremur præsentis vitę calamitatibus, neque prosperis rebus animus intumesceret: & hoc pacto maiorem in modum nobis deum placaremus, non aliter ac in præsentia operibus nostris irritamus. Dic, quæso, si quem haberes seruũ, qui cùm multa à conseruis suis mala pateretur, nihil tamen aliud curaret, quàm ne dominum ad iram prouocaret, nunquid vel hac vna re satis posset iram tuam mitigare? Quid autẽ si ex his, quæ in te committeret, nihil solicitaretur, sed caueret ne conseruos offenderet: nónne maiori supplicio eum afficeres? Hoc pacto deus facit, quãdoquidem eius iram contemnimus, vehementius irascitur: quando vero eius curam habemus, remissius, vel potius non amplius irascitur. Vult enim vt à nobis ipsis peccatorũ supplicium exigamus, nec amplius ipse id exigit: idcirco minatur vltionẽ, vt metu contemptum tollat. Cùm verò solis minis formidamus, non vlterius in supplicium progreditur. Vide igitur quid ad Hieremiam loquatur, Patres eorum accendunt ignem, filij colligunt *Hier.7.d* ligna, mulieres eorum conspergunt adipem. Vereor ne de nobis hoc dictum sit. Non vides quid hi faciunt? Nemo Christi doctrinã inquirit, sed vniuersi propriis rebus incumbunt. Filij eorum in luxurias, patres eorum in auariciam, in rapinam præcipites feruntur. Vxores circa huius seculi cogitationes, non solùm viros abducunt, sed irritant. In foro, quæso, consistas, percontare C prætereuntes, neminem videbis ad spiritualem prædicationem, sed omnes ad carnalia festinantes. Quoad igitur sobrij erimus, quousque in profundum somnum deferemur? Nunquid satiati sumus in sceleribus? Atqui & nemine loquente, satis ipsa rerum experientia docere nos potest, quanta sit præsentiũ rerum vilitas, quanta miseria. Homines igitur qui externæ vacarunt philosophiæ, neque quicquam futurarũ rerum intellexerunt, cùm præsentium vilitatem reprehenderent, hac solùm causa his se amouerunt. Quod cùm ita sit, quam tu veniam assequeris, cùm humi prostratus iaceas, neq; despicias hæc quæ parua sunt, & breui dilabuntur, eorũ gratia quæ maxima sunt, & perennia, cùm deum hæc tibi ostendentẽ atque reuelantem audias, & tanta tibi ipse polliceatur? Quòd autem hæc non sufficientia sint quæ possideamus, indicio fuerũt, qui sine maiorum promis- D sionibus ab his abstinuerũt. Quarum enim diuitiarum expectatione paupertatem expetiuerunt? Nullarum, sed quoniam certò cognouerant huiusmodi paupertatem diuitiis meliorem esse. Cuius vitæ spe deliciis contemptis asperrimæ vitæ se deuouerũt? Nullius, sed ipsam rerum naturam secuti, intellexerunt id & ad animæ philosophiam & bonam corporis valetudinem accõmodatius. Hæc itaque & nos reputantes, & futura bona frequenter animo versantes, præsentia abiiciamus, vt consequamur futura: gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul, & spiritui sancto gloria, in secula seculorum, Amen.

Homilia nona.

SI quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, vniuscuiusque opus manifestum erit. Dies enim declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superædificat, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Non parua nobis ex hac particula quæstio incumbit: verùm admodum necessaria, & eorum è numero, quæ ab omnibus inquiruntur, an finem habeat gehennæ ignis. Quòd enim non habeat, Christus his verbis ostendit, Ignis ille nõ extinguetur, *Esai.66.c* & vermis eorum non morietur. Nec ignoramus, quin *Marc.9.g* his verbis torpore contrahimini. Verùm quid faciam? Etenim deus præcepit frequenter hæc instillanda auribus, quippe qui inquit, Præcipe populo huic: & nos in ministeriũ sermonis ordinati sumus, & necesse est non sponte, sed coactum grauem me esse auditoribus. Vel potius, modò velitis nõ erimus graues. Si enim, inquit, bonum feceris, noli timere. Itaque licet vobis non so- *Roma.13.b* lùm sine odio, sed cum voluptate verbis nostris aures B accommodare. Quoniam igitur gehenna nullo fine cõprehenditur, & Christus id demõstrat. Et item Paulus, *2.Thess.1.c* ait enim quòd peccatores pœnas supplicij dabũt interitu æternas. Et rursum, Nolite errare, neque fornica- *Infra.6.b* rij, neque adulteri, neque molles regnum dei hæreditabunt. & ad Hebræos, Pacem sequimini cum omnibus, *Hebr.12.d* & sanctificationem custodite, sine qua nemo videbit dominum. Et Christus ad eos, qui dixerunt: In nomine *Matth.7.d* tuo virtutes multas fecimus. Discedite, inquit, à me qui *Ibid.25.a* operamini iniquitatem, non noui vos. Et virgines exclusæ, non adhuc admissæ sunt, & de his qui victum ei non dederunt, quòd abibunt in supplicium æternum. Nec mihi dicas, vbi iusticiæ ratio seruatur, si non habet finem supplicium? Cùm enim deus quicquã operatur, eius sententiæ pareas, neque velis humanis rationibus, quæ ab eo dicuntur perscrutari. Veruntamen qua ratione iniustum dixeris, vt is qui innumera à principio bona sit assecutus, inde flagitiis coinquinetur, & neque minis, neque beneficio factus sit melior, puniatur? Nam si iustũ inuestigaueris, ipso statim principio perdi vos oportuisset, vel potius neque tunc sola iusticię ratione. Etenim etiam humanitate vsus esset, si supplicio nos afficiisset. Siquidem cùm quispiam nihil iniurianti iniuriam infert, iure ipso puniendus est. Quando autem & beneficum & eum qui nihil antè acceperit, sed qui spõte sua innumera contulerit beneficia, quive vt essemus effecerit, qui deus sit, qui animam inspirauerit, qui volentem in cœlum erigit: post tanta beneficia non tantùm lædit, sed singulis diebus malè operando cõtumeliis afficit: hunc, inquam, quã nam venia dignum duxeris? Nónne vides quo pacto Adam vno tantùm peccato punitus est? Certè, inquit, paradisum ei deus & immẽ- *Genes.2* sæ beneuolentiæ fructum largitus est. Atqui non idem est, vt qui multo fruatur ocio, & qui multis in malis cõstitutus sit, peccet. Verùm graue hoc est, quòd non in paradiso, sed inter innumeras præsentis vitę calamitates in peccata incidis. quemadmodum si quis ligatus perstet in malicia, neque ipsa miseria fiat continẽtior. Tibi autem paradiso etiam maiora promittuntur. Neque adhuc dedit, ne certaminum tempore distraharis: neque cõticuit, ne te laboribus prosterneret: & ille quidem vno peccato omnino mortem secum traxit: nos autem quotidie innumera scelera committimus. Quòd si ille vno duntaxat peccato tantùm mali & mortem induxit: quid nam perpeti nos oportet, qui semper in peccatis versamur, qui pro paradiso cœlum expectamus? Grauis sanè oratio, & quę auditoris animum percellat. Hoc ego ex meipso intelligo, cor enim meũ con-

turbatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

turbatur atque concutitur. Et quantò magis gehennæ rationem confirmari video, tantò magis contremisco & timore dissoluor. Verùm necessarium est hanc habere orationem, ne in gehennam incidamus. Non accepisti tu paradisum, non ligna, non plantas, sed cœlum, & quæ in cœlis sunt bona. Quòd si qui munus accepit, damnatus est, & nulla eum ratio exemit: longè magis nos qui plura cõmittimus, & ad maiora vocati sumus, grauius puniemur. Considera quanto tempore propter id vnum peccatum in morte humanum genus permanet. Quinque milia annorum & amplius præterierunt, neque mors adhuc soluta est: neque dicere possumus, Adam prophetas audisse, neque alios quòd peccatorum suorum pœnas dederint, conspicatum esse, vnde meritò perterreri potuisset, & ipso exemplo fieri cõtinentior. Primus enim tunc erat & solus, veruntamen punitus est, Tu autem nihil horum in tuam adducere potes excusationem, qui post tanta exempla factus es peior, qui tanto spiritu dignus habitus es, neque vno aut altero, sed innumeris peccatis es coinquinatus. Neque etenim quòd breui momento committuntur, idcirco breue fore suppliciũ arbitreris. Nonne vides homines vno interdum furto, & vno adulterio minimo temporis spacio commisso, in carcere & catenis totam vitam consumere, fame perpetua, & innumeris mortibus torqueri, & à nemine inde eximuntur, neque dicũt breui se id fecisse, & pœnam parem tempori esse oportere. Verùm dixeris: homines id faciunt, deus autem benignus est. Primùm igitur homines non crudelitate id agunt, sed humanitate. Et deus quemadmodum benignus est, ita & vlciscitur. Secundum enim misericordiam suam multa reprehensio eius. Cùm igitur benignum deum appellaueris, *tunc maiorẽ mihi supplicij adducis occasionem, quòd in talem peccemus.* Quare
Hebr.10.f Paulus inquit, Horrendum est incidere in manus dei viuentis. Patiamini, quæso, hanc verborum vehementiam, fortasse aliqua nobis hinc consolatio venerit. Quis nam hominum ita punire potest, quemadmodũ
Genes.7.6.8 puniuit deus? Diluuio vniuersum hominũ genus perdidit, & non multo pòst tempore cœlitus ignem demisit, & omnia funditus euertit. Quæ nam humana pœna tanta esse potest? Non vides immortalẽ ferme hinc pœnam existere? Quatuor milia annorum præterierunt, & Sodomitarum pœna adhuc viget. Quemadmodum enim dei benignitas magna est, sic & supplicium. Etenim si grauia quædam & factu impossibilia præcepisset, fortasse posset quispiam dogmatum afferre difficultatem. Quòd si quàm facillima sunt: quid dicere possumus, nisi horum rationem habeamus: Ieiunare non potes, neque virginitatem seruare. Atqui potes, modò velis: & qui possunt, nos arguunt. Veruntamen non vsus est erga nos deus hac seueritate, neque præcepit hæc, neque sanxit, sed in auditorum sententia dimisit optionem. Potes in matrimonio continentiam seruare, potes nõ inebriari. Non potes omnes abiicere pecunias: Atqui potes. Quod qui faciunt, abs te quoque fieri posse contendunt. Non tamen id deus præcipit: sed ne diripias, & ex facultatibus tuis subuenias indigentibus. Quòd si quispiam dicat, † à muliere duntaxat se continere non posse: *ipsum* ipsum decipit, & à ratione aberrat, & ab his qui sine muliere in continentia viuunt, arguitur. Quid autẽ, quæso, non potes non lædere, non execrari? Verùm id facere graue est, non abstinere. Quã nam igitur habemus excusationem, si tam leuia, tam facilia præcepta non seruauerimus? Nullam sanè. Quoniam igitur ex prædictis immortale supplicium esse manifestum est, cùm videatur nonnullis Pauli verbũ contrariam habere sententiam, agitè & hoc exponamus, quid Paulus sentiat in medium afferentes. Siquidẽ quoque cùm dixisset, *Si cuius opus manserit, quod † superædificat, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur.* † *superædificauit.* Addidit, *Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem.* Quid igitur ad hoc respondere possumus? Consideremus primùm quòd nam sit fundamentum, & quid sit aurum, qui lapides precioſi, quid fœnum, quæ stipula. Fundamentum igitur manifestè ipse significauit Christum esse, cùm inquit, *Fundamentum enim aliud nemo ponere potest, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus.* Aedificatio autẽ operationes mihi esse videntur. Atqui nonnulli inquiũt, hoc ipsum de magistris, discipulis & corruptis sectis dictum esse. Verùm id ratio non cõsentit. Nam si ita intelligeretur, quo pacto opus peribit, architectus autem saluus erit, & per ignem? authorem nanq; potius perire oportuit. Nunc autem inuenietur maiorem pœnam dedisse, qui ędificatus est. Nam si magister author factus est malicię, maius merebatur supplicium: quo modo igitur saluus erit? Sin autem nõ est ipse causa, sed peruersis suis moribus eiusmodi discipuli euaserũt, nullas omnino dare pœnas promereretur. Sed neque damno afficiendus esset, qui bene ædificauerit. Quá nam igitur ratione inquit, detrimẽtum patietur? Quãobrem planè constat de operationibus id verbum intelligendum. Cùm enim iam inuecturus sit in adulterium, altius iacit principia. Nouit enim cùm de altero disputet, in ipsa disputatione alterum, de quo verba facturus est, confirmare. Etenim cùm increparet † optimates, quòd non persisterent, † mysteriorum rationem confirmauit. Quòd autem nunc in fornicatorem properat, de fundamento locutus, subdidit: *Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis? Si quis autem templum dei violauerit, disperdet illum deus.* Hæc autem locutus est, vt fornicariam animam metu percelleret. *Si quis superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulam.* Post fidem enim ædificatione opus est. Quare alio in loco ait, Aedificate inuicem in his sermonibus. Etenim faber & discipulus simul ędificationi conferunt. Idcirco inquit, *Vnusquisque autem videat, quo modo superædificet.* Quòd si de fide hęc dicta essent, nulla possent ratione † confirmari. † In fide enim pares omnes esse oportet, quoniam vna est fides: in vitæ autem virtute nõ omnes eosdem esse requiritur. Siquidem fides altera non est altera maior, sed eadem in omnibus qui verè credunt. In vita autem hos quidem magis studioſos, illos pigriores, diligẽtiores alios, alios non itidem videre licet. & hos rursum magis, illos minus proficere, alios grauius, alios leuius peccare conspicamur. Propterea inquit, *Aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulam, vnuiscuiusque opus manifestum erit.* Operationes hoc in loco significat. *Si cuius opus manserit quod † superædificat, mercedem accipiet. Si cuius opus arseris, detrimentum patietur.* Atqui si de discipulis & præceptoribus hoc dictum esset, non oportuisset detrimẽtum pati. Quid enim si non audierunt discipuli: idcirco inquit, vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem, non secundum finem, sed secundum laborem. Quid enim si non attenderunt auditores? Quare & hinc planè constat de operationibus dictum esse, cuius hæc est sententia: Si quis malè viuit cum fide recta, auxilium ei fides non præstabit, vt non puniatur opere perdito. Quòd autem inquit, arserit: hoc est,

† *superædificauit.*

† *muliere solum cõtentum esse nõ posse.*

† *quod in rebus optimis non persisterent.*

† *consistere.*

† *superædificauit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc est,non feret ignis impetum.Sed quemadmodum si quis aureis armis igneum fluuium traiecerit, splendidius egreditur. Si autem fœno onustus,non modò nihil lucratur, sed & seipsum perdit. Itidem in operibus vsuenit: non enim tanquam personarum substantia ardeat, hoc dicit, sed formidinem magis augere vult, & ostendere eum, qui in malicia viuit, omni carere securitate. Idcirco inquit, *Detrimentum patietur.* Ecce vnum supplicium. *Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem.* Ecce alterum. Hoc autem significat, quòd ipse non ita peribit, quemadmodum opera in nihilum rediẽs, sed manebit in igne.Salutem igitur rem appellat, inquit, non simpliciter. Propterea addidit: Quasi per ignem. Etenim nobis consuetudo dicendi est, In igne salua esse,quæ non comburuntur,neque in cinerem cõuertuntur.Noli igitur cùm ignem audis,in nihilum redire ardentes arbitrari. Quòd si salutem tale suppliciũ appellat,noli admirari.Solet enim in malè significantibus rebus bonis vti nominibus, & in bene malis. Vt exempli gratia, captiuitatis nomen, malæ significationis nomen videtur. Sed in bona eo Paulus his verbis
2.Cor.10.b vtitur,In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.Contrà,in re mala præclaro vtitur verbo,Regnauit peccatum.Atqui regni nomẽ laudabilius est.Itidem hoc in loco cùm inquit,Saluus erit:
Roma.5.d nihil aliud quàm supplicij incremẽtum significat: quasi dicat,ipse perpetuo in supplicio permanebit.Deinde prosequitur, *Nescitis quia templum dei estis?* Cùm de seditiosis in ecclesia superius disputauerit,iam fornicatorem aggreditur,nondum autem manifestè. Indefinitè enim corruptam eius vitam significans, & peccatum à
† attolleus. iam dato ei munere † tollit, &] alios ab ipsis iam rebus
Deinde & confutat.Aut enim à futuris rebus,aut à præteritis,aut à tristibus,aut vtilibus semper hoc facit. A futuris quidẽ,

Dies declarabit, quia in igne reuelabitur. A præteritis,

Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis? Si quis autem templum dei violauerit, disperdet illum deus. Vides quo pacto inuehitur? Sed hactenus vt incertam tãgat personam, non adeò molestia afficit, cùm reprehensionis metus in omnes distribuatur. *Disperdet illum deus.* Hoc est, consumet. non autem hoc imprecantis est,sed prophetantis. *Templum enim dei sanctum est*: Ergo fornicator profanus.Deinde ne in illum inuehi arbitreris, cum templum dei sanctum dixisset, subdidit:

Quod estis vos. Nemo se seducat. Et hoc ad illũ, ac si aliquid se esse existimaret, & in sapientia gloriaretur. Et ne videatur superuacaneè iam diu aduersum illũ se inuectum,in certamen trahit,& iam ei metum incutiens, rursum ad commune crimen suum vertit sermonem, inquiens: *Si quis videtur inter vos sapiẽs esse in hoc seculo, stul tus fiat, vt sit sapiens.* Facit autem hoc iam admodum licenter, vtputa qui satis eos exuperauit. Quanuis enim quispiam locuples sit,quanuis generosus, est tamen inter abiectos abiectissimus,cũ à peccato vincitur. Quẽadmodum enim si rex quispiam barbarorũ seruus fiat, omnium est miserrimus:sic qui in peccato viuit.Barbarum nanque peccatum est. Quod cum animam semel captam,ita vt cõtrà persuaderi nesciat, in suis sordibus demerserit,sub tyrannidẽ redigit.Nihil enim tam præter rationem est, quàm peccatum. Nihil tam stultũ,nihil tam fatuum,nihil tam vehemens,omnia euertit,cõfundit,perdit. Quocunque inciderit,visu iniucundum est,graue,onerosum.Quòd si quis pictor effingeret,nõ sanè mihi errare videtur, si in hunc modum id pingeret, fœminam quandam in feræ similitudinem, barbaram,ignem efflantem,horrendam, nigram, quales externi poëtæ Scyllas effingũt. Innumeris enim manibus nostris insidiatur cogitationibus,& inopinãtes aggreditur, omnia dilacerat more canum clanculum mordentium. Vel potius quid vobis pictura opus est, cùm liceat eos qui in peccatis viuunt,in apertum adducere? Quem igitur vultis priori loco pingamus? Num cupidum & rapacem hominem:Et quid nam illorum oculis impudentius?Quid peruicacius? Quid cani similius? Neque enim tam impudens canis visus est, quàm hic cùm vndique omnia diripit. Quid huius manibus sceleſtius?Quid huius ore magis temerarium,cùm omnia deuorat neque satiatur? Noli faciam & oculos considerare,quòd hominis sint.Non enim † vt] humani oculi † *ita.*
aspiciunt. non † aspiciunt] homines vt homines, non † *aspicit.*
cœlum vt cœlũ.Non conuertitur ad dominũ,sed omnia pecunias esse arbitratur. Hominũ oculi egenos intueri solent,cùm inopia laborant, & de his ingemiscere.Raptores autẽ conspectis pauperibus magis sęuiunt. Hominum oculi non tanquam sua aliena conspicantur, sed sua tanquam aliena: neque quæ alienis dantur, desiderant,sed sua in alienos effundũt. Hi non desistũt nisi omnium auferant facultates,quippe qui non humanos,sed ferinos habẽt oculos. Hominum oculi nudum suum corpus videre non patiuntur:suum nanque est, licet secundum personam sit alterius. Hi autem nisi omnia populentur, omnia domum conferant, nunquam satiantur.Imò nullo vnquam tempore expleri possunt. Quamobrem non ferinas tantùm horum manus quispiam dixerit,sed feris longè sæuiores, immanioręsque. Vrsi nanque & lupi cùm ad satietatem ederunt, cibo abstinent: hi autem nunquam satiantur. Atqui idcirco nobis manus deus dedit, vt aliis opem ferremus, nõ vt insidiaremur.Quibus si ita vsuri essemus,satius esset eas abscindere,& manibus carere. Tu verò si pecudem fera lacerat,ægre fers: cùm autem in proximum tuum id tu facis,nihil mali te facere arbitraris.Et quá nam ratione homo es? Nónne vides quòd eum humanum appellamus, qui misericordiæ plenus est & humanitatis: quando verò quispiam crudeliter aliquid & immaniter operatur,inhumanum eum dicimus:Igitur figuram quidem hominis à misericordia:feræ autem ab immanitate describimus,dicẽtes semper:Nunquid homo,fera vel canis,siquidem homines paupertati subueniunt, non eam augent.Horum ora, ferarum ora sunt,vel potius quàm ferarum sæuiora: verba enim proferũt, quæ † *quibus*
illorum dentibus graue] dimittũt venenum,& cædem *lorum dentibus*
machinantur. Quòd si quispiam omnia enumerauerit, *grauius.*
tunc verè cõspicabitur, quo pacto feras ex hominibus qui se ei dedunt inhumanitas faciat.Si quis autem eiusmodi hominum mentem inuestigaret, non iam feras duntaxat,sed & dęmones appellandos duceret.Quippe qui incredibilis pleni sunt immanitatis,pleni in cõseruos odij, neque in illis cœlestis regni amor est, neq; gehennæ metus,nullus hominum pudor,nulla misericordia,nulla humanitas:sed impudentia,temeritas,futurorum omnium cõtemptus, & quæ de futuro iudicio dicta sunt, fabulas arbitrantur, & minas illas risus ducunt.Talis auari mens. Cùm igitur intrinsecus dæmones,extrinsecus feræ,& feris sęuiores sint,vbi nam,quęso,tales cõstituemus? Quòd enim feris peiores sint, inde planè cõstat, quòd feræ natura tales sunt. Hi autem naturalem mansuetudinem habentes, præter naturam in immanitatem se vertere conãtur. Verum dæmones qui sibi in tentationibus consentiunt, eos tantùm exuperant.

perant. Qui verò hugum detrectant, in eos nihil insidiarum copia proficit. [hi verò etiam obnixè repugnantes eos, quibus calumnias struunt, superare cõtendunt.] Rursum dæmon cum hominibus, nõ cum eiusdem generis dæmonibus certat: hic autem consanguineum & familiarem pro viribus malo afficere conatur, neq; naturæ cum pudet. Noui multos horum verborum gratia in nos odium concitasse: ego autem nullo in eos odio moueor, sed & misereor & defleo, qui ita afficiuntur. Quòd si me exdere velint, libenter id pateremur, modò ab eiusmodi immanitate cessarẽt. Neque enim ego solus, sed & propheta nobiscũ huiusmodi homines ab hominum cõsanguinitate expellit, cùm inquit: Homo cùm in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus. Fiamus igitur homines aliquãdo, & in cœlum erigamur, & quam habemus imaginem, ea fruamur, vt futurorum bonorum fiamus participes, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen. *Psal.48.d*

A

B

Homilia decima.

Nemo se seducat, si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat vt sit sapiens. Sapientia enim huius mundi stultitia est apud deum. Quod iam dixi, cùm ante congruum tempus Paulus in fornicatoris accusationem delatus sit, & significanter ipsam breuibus attingens eius pupugerit conscientiam: rursus in exterioris sapientiæ bellum, & eorũ qui in ea gloriabantur, quive ecclesiã scinderent, crimina properat, vt quod reliquum erat adiecto, & principali parte confirmata, diligentiori iam & vehementiori impetu in fornicatorem inuehatur. Et prius eminus in eum pugnam commisit: cùm superius, inquit, Nemo se seducat: quod ad illum maximè refertur, & timore delinit. Et cùm de stipula locutus est, ipsum quoq; præcipuè significat: atq; etiam cùm, inquit, Nescitis, quòd templum dei estis, & spiritꝰ dei habitat in vobis? Duo enim hac in parte abducere nos à peccatis consueuerunt, & cùm positã peccatis pœnam intelligimus, & cùm nostrã reputamus dignitatem. Nam eùm fœni & stipulæ meminit, metũ incussit: cùm † dignitatis, propriam appellat nobilitatem. Coarguit & [illo quidẽ verbo ignauiores, hoc autem modestiores ad meliorem frugem allicit. Nemo se seducat: si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat. Quemadmodum mortuum fieri mundo præcipit, & ipsa mors nullum affert detrimentum, sed vtilitatem, cùm vitæ causa sit: sic & stultum fieri iubet in hoc seculo, sapientiam inde nobis veram asserẽs. Stultus autem mundo ille est, qui exteriori contempta sapientia sibi persuadet nihil ei ad fidei susceptionem profuturam. Quemadmodum igitur paupertas secundum deum diuitiarum causa est, & humilitas altitudinis, & gloriæ, contemptus gloriæ, sic & stultum fieri omnibus sapientiorem facit. A rebus enim quæ apud contraria sunt, plenitudinẽ accipit. Et quà nam gratia non dixit, abiiciat sapientiam, sed fiat stultus? vt maiorem in modum exteriorem contemnat eruditionem, neq; enim [æquum erat dicere, abiicias tuam sapientiam, & fias stultus: præterea nos docet non esse nobis erubescendum, si rudes fuerimus. Valde nanque exteriores deridet, quamobrem nomina non formidauit, quoniam rerum virtuti confidit. Quemadmodum igitur crux, etsi opprobrio esse visa sit, innumerorum tamen bonorum causam præbuit, & inenarrabilis gloriæ materiam & principium: sic quæ videbatur stultitia esse, sapientiæ nobis causa fuit. Siquidem vt ille qui malè aliquid docetur, nisi totum abiiciat & præparet animũ, & purum reddat, vt in posterum inscribi possit, nihil profectò sanum didicerit: Sic in exteriori sapientia, nisi omnia abiicias, nisi mentem tuam purges, & æquo animo cum idiota teipsum fidei præbeas: nihil sanè generosum intelliges. Etenim strabones nisi conniuentibus oculis aliis se credant, sed vitiato oculorum suorum aspectui se commiserint, longè magis quàm qui nihil penitus vident, aberrant. Et quó nam pacto, inquies, posset hæc abiici sapientia? Si sua homines non vtentur sententia. Deinde cùm tantopere eam abiiciẽdam iusserit, etiam causam affert, inquiens, *Sapientia enim huius mundi stultitia est apud deum.* Non enim tantùm nihil confert, sed impedimento est. Oportet igitur vt eam abiiciamus, vtputa quæ detrimentum afferat. Vides quanta vehementia victoriam retulit, cùm ostendat non solùm nobis nulli vtilitati, sed nocumento esse. Neque suis ipse copiis sibi sufficit, sed testimonium item his verbis affert: *Scriptum est enim, † comprehendam sapientes in astutia eorum.* In astutia, hoc est, suis ipsorum armis eos † conuincam.] Cùm enim sapientia vsi sint, ac si deo minimè indigeant, per hanc ipsam eos arguit, quòd maximè deo indigẽt. Et quà nam ratione? Quoniam per eam stulti facti sunt, meritò per eam conuincuntur. Quippe qui minimè se deo egere arbitrabantur, in tantam adducti sunt necessitatem, vt piscatoribus & indoctis inferiores apparuerint, & ipsis iam indiguerint. Idcirco, inquit, in astutia eorum comprehendit eos. Illud igitur quod superius, inquit, perdam sapientiam, ac si nullam afferat vtilitatem: hoc verò, † comprehendam sapientes in astutia eorum, vt ostendat dei virtutem, dictum est: deinde qua ratione comprehendit, affert alio adducto testimonio: *Dominus, inquit, nouit cogitationes sapientum, quoniam vanæ sunt.* Verùm cum immensa sapientia hæc de illis iudicet, & tales ostendat: quàm nam aliam summæ eorum stultitiæ quæris demonstrationem? Iudicia nanque hominum sæpe falluntur: dei autem sapientia irreprehensilis est, & nunquam coargui potest. Cùm igitur tam illustre superni iudicij trophæum constituerit, iam aduersus subditos inuehitur, inquit enim, *Itaque nemo glorietur in hominibus, omnia enim vestra sunt.* Rursum ad priora reuertitur, ostendens quòd neq; in spiritualibus multum se iactare debeant, quippe qui nihil per se consecuti sint. Cùm igitur externa quidem sapientia damnosa sit: spiritualia autem à vobis non largiantur, vnde gloriari potes? Et in externa quidem sapientia nemo se seducat, inquit, quoniã in damnosa re se iactat. Hoc autem in loco cùm res vtilitatẽ habeat, nemo glorietur, ait. Et mãsuetiori vtitur verbo: *Omnia enim vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura, omnia vestra sunt: vos autẽ Christi, Christus autem dei.* Cùm asperius eos tetigisset, rursum allicit. & superius quidem dixit: dei enim sumus adiutores, & aliis pluribus verbis eos consolatus est. Hoc autẽ in loco, omnia, inquit, vestra sunt: quo verbo magistrorum tollit insolentiam, ostenditq; non modò nullam illis discipulos gratiã, sed illos discipulis debere. Propter hos enim tales facti sunt, sed & gratiam acceperũt: verum cum futurum esset vt gloriarentur, propterea id primùm abscidit: cùm inquit, vnicuique sicut dominus dedit. Et quòd deus incrementum dedit, vt neque illi tanquam ipsi præbuerint, intumescerent: neq; contrà ij audientes

C

D

† propriè nobilitatis dignitatẽ profert, pudore afficit. Et

† Idem.

† qui comprehendit. Iob.5.c

† apprehendit.

† qui comprehendit.

Psal.93.b

Hic supr.b

Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

audientes omnia vestra sunt, superbia efferrentur. Etenim quanuis propter vos, à deo tamen facta sunt omnia. Tu autem cõsidera, quo pacto ad finem vsque perseuerauerit, subiiciẽs & nomen suum & Petri. Quid autem significat, siue mors? Quòd quãuis moriantur, propter vos moriuntur, pro salute nostra periclitãtes. Vide contrà qua ratione discipulorum tollit insolentiam, magistrorum autem excitat. Ita enim disputat, tãquam cum generosis pueris, qui pædagogos habẽt, & ad quos omnis hæreditas perueniura sit. Potest & aliter intelligi, quòd mors Adæ propter nos fuit, vt continentiores essemus, [& mors Christi vt seruaremur.] *Vos autem Christi, Christus autem dei.* Alia ratione nos Christi, alia Christus dei est, alia mundus noster. Nos enim Christi sumus, vt opus. Christus autem dei, vt filius dilectissimus. Noster verò mundus, non vt opus, sed vt propter nos factus. Itaque licet vnum sit verbum, differt tamen sententia. Noster nanque mundus est, tanquam propter nos factus: Christus autem dei, tanquam ipsum authorem habens, vt à patre sit. Nos verò Christi sumus, vt ab eo facti. Quòd si illi vestri sunt, inquit, quid perperam perpetimini, vt ab his, & non à Christo & deo cognominemini? *Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum dei.* Cum eorum contudisset insolentiam, intuere quo rursum pacto eos allicit, dicens: vt ministros Christi. Non igitur prætermisso domino, à seruis & ministris te appelles. Ministros autem inquit: quoniam non omnibus ea danda sunt, sed indigentibus, & iis quibus dispẽsari oportet. *Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.* Hoc est, ne res domini sibi vendicet, nève tanquam dominus sibi vsurpet, sed tanquam dispensator distribuat. Dispensatoris enim est, quæ suæ fidei commissa sunt, ea fideliter dispensare, non res domini suas facere, sed contrà suas domini. Vnusquisque qui hæc intelligit, qui rationem habet, qui pecunias possidet tanquam sibi domini diuitiæ creditæ sint, & non suæ, eas apud se non retineat, neque sibi vendicet, sed datori deo omnia tribuat. Vis dispensatores fideles intueri? Audi quid dicat Petrus:

Cap. IIII.

Actor.3.b Quid admiramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute, aut pietate fecerimus hunc ambulare?

Ibidẽ.10.d Et Cornelio: Et nos, inquit, quemadmodum tu, homi-

Matt.19.d nes sumus. Et ad Christum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Et Paulus cùm dixisset omnium

Infra.15.b se maximè laborasse, subdidit: Non ego, sed gratia dei, quæ in me est: & alio in loco ad hos sermonem dirigens:

Hic infr.b Quid autem habes, inquit, quod non accepisti? Nihil enim habes tuum, non diuitias, non rationẽ, non animam ipsam, quippe quæ domini est. Cùm igitur necessitas te vocauerit, eam dimitte. Quòd si viuendi cupiditate iussus dimittere contradicis, iam fidelis dispẽsator non es. Et quó nam pacto potest quispiam vocanti deo resistere? Hoc & ego loquor, & hac ipsa causa maximè admiror dei benignitatem, ꝙ quæ potest te inuito à te accipere, ea sponte tua vult, vt [mercedẽ habeas,] exempli gratia. Potest animam velis nolis, abs

Infra.15.d test auferre, sed spõte tua vult, vt cum Paulo dicas: quotidie morior. Potest gloriam tuam tibi, etsi nolis auferre, & humilem te facere vel inuitum, sed voluntariè te fieri vult pauperem, vt tibi coronam prepares. Vides dei benignitatem, vides socordiam nostrã? Magnam adeptus es dignitatem, & ecclesiasticum accepisti principatum. Noli superbia efferri. Non tuam gloriam adeptus es, sed ea te deus ornauit. Abstineas igitur tanquam aliena, neque eam vsurpes, neque abutaris in his quæ non decent, neque infleris, neque tui iuris facias, sed pauperem teipsum ducas & inglorium. Non enim si purpuram regiam iussus es seruare, oportet vt abutaris stola, eámque coinquines: sed multa cum diligentia ei serues, qui tibi commiserit. Dicendi gratiam accepisti, noli te iactare, noli superbia efferri, non enim tuum est meritum. Noli circa domini tui diuitias perfidus inueniri, sed conseruis distribue: neque tanquã in propriis rebus effereris, neque parce, vt distribuas. Si filios habes, dei habes, si huius esses sententiæ, & in fruendo gratias ageres, & his priuat⁹ nullo dolore torquereris. Talis erat Iob Cùm diceret: Dominus dedit, dominus *Iob.1.d* abstulit. Omnia nanque à Christo habemus, & quòd sumus, per ipsum sumus: & vitam, spiritum, lucem, aërem, terram per ipsum habemus. Et si quid horum à nobis abstulerit, peribimus, corrumpemur, habitatores enim sumus, & incolæ. Meum enim & tuum verba tantùm inania sunt, re autem non existunt, licet domum tuam esse dixeris, inaniter loqueris. Siquidem & aër & terra & materia conditoris est, & tu ipse qui eam effingis: Item & alia omnia. Quòd si vsus tuus est, incertus tamen est, non tantùm in morte, sed ante mortem quoq; propter rerum instabilitatem. Hęc igitur omnia frequenter apud nos ipsos tractantes philosophemur, & duplici maximè ratione lucrabimur. Erimus enim grati, & cum his fruemur, & cùm carebimus, neque fluxis, & caducis, & quæ nostræ non sunt, rebus seruiemus. Quanuis pecunias tibi auferat, sua aufert: quanuis honorem & gloriam, quanuis corpus, quanuis ipsam animam, etsi filium tuum, non tuum, sed seruum suum tibi aufert. Non enim tu eum, sed ille fecit. Tu autem minister tantùm in productione fuisti, ipse omnia operat⁹ est. Gratis igitur agamus, quòd dignos nos duxit, qui ei ministraremus. Sed quid volebas? Num ea perpetuò habere? Hoc rursum † iniqui] est, & igna- † *ingrati.*
ri, quòd aliena & non nostra habemus. Quemadmodum igitur qui sponte sua migrant, sua se non habere sciunt: sic qui † frigent,] regias vsurpant diuitias. Nam *fruge.*
si nos nostri non sumus, quo pacto illi nostri? Duplici nanque ratione dei sumus, & creationis, & fidei. Idcirco inquit Dauid, Substantia mea à te est. & Paulus, *Psal.38.b*
Quòd in eo viuimus, & mouemur, & sumus. & cùm de *Actor.17.c*
fide verba facit, Non estis vestri, inquit, sed empti estis *Infra.6.d*
precio, omnia enim dei. Quamobrem cùm nos vocat, & suum repetit, nolimus iniquorum seruorum more rationem perturbare, neque quæ dei sunt vsurpemus. Anima tua non est tua, quo pacto pecuniæ tuæ erunt? Quo pacto in nullam vtilitatem, quæ tua non sunt consumis? Nescis quæ nos accusatio maneat, quòd his malè vsi simus? Cùm verò non sunt nostra, sed domini, in conseruos ea te erogare oportet. Hoc & diuiti illi & his qui domino cibum non dederunt, datum est crimini. Quamobrem noli dicere, quòd rem tuam cõsumas, & ex tuo in deliciis viuas. Non sanè de tuo, sed de alienis. Alienum autem appello, quoniam tu ita vis. Nam deus tua esse vult, si in fratres tuos ea erogaueris. Tunc enim aliena tua fiunt, si in alios consumpseris. Verùm si in teipsum affatim prodegeris, quæ tua sunt, fient aliena. Siquidem cùm crudeliter his vsus sis, cùm tua esse & iure ipso in tuum dũtaxat vsum omnia consumenda dicas, aliena ipsa appello. Communia enim sunt & tibi & conseruo: quemadmodum sol, & aër, & terra, & alia omnia: & vt corporis ministeriũ, & totius corporis est, & singulorum membrorum, & cùm vnius tantùm est membri, etiam propriam operationẽ amittit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

amittit. Itidem in pecuniis vsu venit. Et vt manifestius, quod dico, ostendam: cibus corporis membris communiter distributus, si in vnum membrum venerit, ab illo quoque alienus fit, cum digeri nequeat, neque præbeat nutrimentum: si autem cum aliis communicauerit, & illius & omnium proprius erit: Sic in pecuniis. Si tu solus his frueris, etiam tu eas amittes, non enim earum fructum accipies: si cum aliis possederis, tunc longè magis tuæ erunt, tunc accipies vtilitatem. Nonne vides, quod manus ministrat, os mandit, venter accipit: Nunquid venter dicit, postquam ego accepi, omnia mihi seruare debeo? Noli igitur & tu hoc de pecuniis dicere. Accipientis nanque est, vt in alios conferat. Quemadmodum igitur ventris vicio fit, vt cibi in eo desideant, neque digerantur in membra, siquidem toto corpore corrumpuntur: sic suo ipsorum vicio diuites, quæ habẽt, sibi seruant, quod & se & alios perdit. Oculus item totam lucem accipit, non tamẽ ob hoc in suum duntaxat vsum, sed totum illuminat corpus: neque enim natura suam lucem in se retinet, quatenus oculus est. Nares præterea odoris sensu mouentur, sed non solæ detinent, verum ad cerebrum mittũt, & stomachum in odoris partem admittunt, & totum ex se hominem recreant. Soli pedes ambulant, non tamen seipsos tantum mouent, sed & vniuersum corpus: Sic & tu quęcunq; habes, noli in tuũ vsum recondere, quoniam totum corrumpis, & te primum. Neq; solum in mẽbris videre hoc licet, sed in artibus. Etenim si faber nulli tradere vellet artis suę opera, & se ipsum & reliquas artes euerteret. Itidem coriarius, agricola, pistor, & singuli qui necessarias artes exercent: si noluerint cũ aliis artis suæ vtilitatem communicare, non alios tantum, sed & seipsos cum aliis vnà perdunt. Et quid ego diuites memoro? Siquidẽ & pauperes, si qua in vos cupidi & diuites, malicia vterentur, maximè vobis nocerent, & quamprimum vos in paupertatem redigerent, vel perderent potius, † nisi] indigentibus res suas tradere voluissent: vt exempli gratia, agricola quæ manuum suarum labore sibi comparat, nauta quas ex nauigatione merces cõportauit, miles belli commoditates. Quamobrem si nihil aliud, hoc saltem vobis pudorem incutiat, & illorum imitemini humanitatem. Nõ vis cum aliquo tuas communicare diuitias: Igitur neq; à quoquam quicquam accipias. Quod si fieret, omnia euerterentur. † Vtique enim locum] & dare & accipere, multorum est bonorum principium, in seminibus, in disciplinis, in artibus. Nam si quis sibi soli artem exercuerit, & se & vitam omnem perdet. Et agricola si semina domi defossa reconderit, famem inferet grauissimã: Sic & diues, si idem in pecuniis faciet, citius quàm pauperes interibit, flammam gehennæ grauiorẽ, contra caput suum accumulans. Quemadmodum igitur magistri, etsi multos habeant discipulos, vnicuique artem tradunt: sic & tu multos tibi beneficio tuo obnoxios reddito, & omnes dicent, quòd huius paupertatẽ leuasti, & illum periculis. Et ille periisset, nisi diuina gratia & tua ope fretus esset. Et hunc morbo, illum calumnia liberasti. Peregrinum hospitio accepisti, alium nudum vestisti. Innumeris diuitiis & thesauris hæc verba meliora sunt, quæ longè magis, quàm vestes, quàm equi, quàm mancipia omnes in se conuertunt. Illa quidem & grauem se videri faciunt, & tanquam communem inimicum odio haberi. Hæc autem & communẽ patrem & beneficum prædicant. Et quod omnium maximum est, dilectio dei quocunque locorum te propter opera tua sequitur. Dicat igitur ille, meam filiam nuptui tradidit, alius filium meũ virum euadere fecit, alius verò calamitate me, alius periculis liberauit. Hæc autem aureis coronis præstãtiora sunt verba, longè satius est hos propriæ benignitatis in ciuitate præcones habere, quàm innumeros qui te præcedant satellites. Hę voces pręconum principes, pręcedentium vocibus suauiores sunt & dulciores, cum scilicet & saluator, & beneficus, & patronus, quę dei nomina sunt, appellaris, non cupidus, non superbus, non † insanabilis,] & pusilli animi. Nolimus, quæso, vllam harum appellationũ desiderare, sed contrà. Nam si in hac vita hæc verba adeò clarum hominem reddunt & conspicuum, cùm in cœlo scribentur, & deus ea in venturum diem prædicet, intelligas velim, quãta frueris gloria, cum regno cœlorum dignus iudicaberis: quod vtinam omnes cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri gloria, simul & sancto benignoq; spiritui in secula seculorum, Amen.

† si non.

† Vbi quidem.

† insatiabilis.

Homilia vndecima.

Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die. Sed neque meipsum iudico. Nihil enim mihi ipsi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Cum cęteris malis nescio qua ratione & curiositatis & † minimæ] inuestigationis morbus naturã hominum aggressus est. Quod & Christus his verbis prohibuit: Nolite iudicare, & non iudicabimini. Quod voluptatẽ quidem nullã habet, quemadmodũ reliqua peccata, sed pœnam tantũ atq; suppliciũ. Etenim cum viciorum ipsi pleni † sint, & trabes in oculis † ferant, proximi peccatorũ nihil à festuca differentium diligentes † ferãmus. sumus inuestigatores. Quod Corinthi tunc contingebat. Pios nanq; viros, & deo dilectos propter † stulticiã † imperitiã vituperabant, eiiciebantq;. Qui autem innumeris erãt viciis obnoxij, hos propter facundiam comprobabãt. Præterea tanquam iudices assidẽtes, huiusmodi temerè ferebant sententiam. Ille dignus est, hic illo melior, hoc ille inferior, hic illo præstantior: & peccatorũ suorum dolore abiecto aliorum facti sunt iudices: & hæc causa graues disseminabant discordias. Paulus igitur hunc morbum tollens, eos prudenter corripit, & vide quo pacto. Cum enim dixisset: *Hoc iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.* Videtur eis & iudicandi & inquirendi singulorum vitam dedisse materiã, quod seditionis causa erat: ne id paterentur, ab hac eos contentione abducit, dicens: *Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer.* rursum in propria locutus persona. Quid autem significat, mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, [aut ab humano die: indignum, inquit, iudico vt ego à vobis iudicer.] Et quid, à vobis, dico: verum, & à quocunq; alio? Nemo tamen Paulum vt † stultum] reprehendat, quòd neminem dignum dicit, qui de se ferat sententiam. Primum enim non propter se hoc dicit, sed alios ab illorum odio vult abducere. Præterea neque Corinthios tantũ, sed seipsum quoque hoc priuat iudicio, quod cognitione sua maius esse attestatur. Subdidit enim: *Sed neque meipsum iudico.* Ad hæc causam inquiri oportet, cur hæc dicta sint. Nouit Paulus nonnunquam etiam magnificè loqui, hoc autẽ non est superbiæ neq; stulticiæ, sed optimę dispensationis. Nam hoc in loco non superbia elatus, sed alios coërcens, ita locutus est. Addo etiam quòd meritum honorem sanctis tribuere festinat. Quòd enim ipse humillimus sit, audi quid dicat, de hoc inimicorum suorum testimonio in medium adducto, Pręsentia autem

† minimæ.

Matth. 7. a

† imperitiã

† arrogãtẽ] sic frequenter cõfundit stulticiã & arrogantiã.

1. Cor. 10. c

Universidad de Deusto
Biblioteca

corporis infirma, & ſermo contemptibilis: & rurſum,
1.Cor.15.a Nouiſsimè autem omnium tanquã abortiuo viſus eſt mihi. Veruntamen conſidera, quo modo humilis hic, quum tempus expeteret, diſcipulorum mentes extulit. Neq; ſuperbiam docet, ſed generoſam erudit elationẽ.
Ibidẽ 6.a Eoſdem nãq; allocutus, inquit, Et ſi in vobis iudicatur mundus, indigni eſtis qui de minimis iudicetis. Quẽadmodum enim à ſuperbia longe abeſſe Chriſtianum oportet, ſic & ab adulatione, & degeneri elatione animi. Neq; enim ſi quis diceret, nihil ſe arbitrari eſſe pecunias, ſed præſentia omnia, & vmbrã & ſomnia & puerorum ludos, ſuperbiæ ei aſcriberemus. Nam & Salomonem hac ratione ſuperbiæ accuſaremus. Qui de his
Eccles.1.a huiuſmodi verbis philoſophatur: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Sed abſit, vt ſuperbiæ nomine philo-
† arrogãtia ſophiam appellemus. Non enim † ſtulticia] eſt hæc cõtemnere, ſed magnanimitas. Atqui & reges, & principes, & potẽtes ea ſibi arrogare videmus: ſed pauper philoſophatus ſæpenumero contemnit, nec propterea ſuperbum, ſed magnanimum dicemus: quemadmodum neq; eum, qui vehementius his inuigilat, humilem aut modeſtum, ſed imbecillum, puſilli animi, illiberalẽ. Etenim ſi quis filius res patri neceſſarias contemneret, ſeruilia verò curaret, non vt humilem laudaremus, ſed vt degenerem & ſeruilem reprehenderemus. Verum eum laudibus proſequeremur, ſi hos contemneret, illius au-
† arrogãtia tem diligentem haberet rationem. † Stulticiæ] nanq; eſt, vt ſe quiſpiam conſeruis meliorem exiſtimet? quòd autem ſententiam fert quemadmodũ res iubet, non ſuperbiæ eſt, ſed philoſophiæ. Idcirco Paulus non vt ſe laudet, ſed cæteros qui in humiles viros inuehũtur, cohibeat, & modeſtiam perſuadeat, inquit: *Mihi autẽ pro minimo ſit, vt à vobis iudicer, aut ab humano die.* Intueris quo pacto illorum quoq; curam ſuſcepit? Qui enim audit, quòd omnes communiter deſpicit, & à nullo ſe cenſet iudicandum: iam non amplius ægrè feret, ac ſi ſolus ipſe contemnatur. Nam ſi vt à vobis iudicer, duntaxat dixiſſet, nimis eos fortaſſe tanquam contemptos offendiſſet, ſed adiectione illa, aut ab humano die, remediũ plagæ attulit, cum alios ſe oſtenderet contemnere: verum & hoc rurſum curat, cum inquit: *Sed neque meip-*
† arrogãtiæ *ſum iudico.* Ecce quo modo non eſt † ſtulticiæ] quod dixit. Neque enim ſe ſufficere inquit ad huiuſmodi inueſtigationem. Deinde quum hoc quoque nimium elati animi verbum videretur, his verbis corrigit: *Sed non*
† Hic autẽ nõ ait ſe iuſtificatũ eſſe. Nos igit qui innumeris vulneribus conſciẽtiã confectã habem⁹, ac nulli⁹ boni nobis ſum⁹ conſcij, ſed prorſus contra: quidnã ſum⁹ dictu ri? Et quid tãdẽ, ſi nulli⁹ ſit ſibi cõſcius, nõ iuſtificat⁹ eſt? Roma.14.b *in hoc iuſtificatus ſum.* Quid igitur, non oportet vt homines & ſe & peccatores iudicent? Sanè quidem. Et maiorem profecto in modum quum peccamus. Verum Paulus nihil peccarat. *Nihil enim,* inquit, *mihi conſcius ſum.* Quòd nam igitur iudicandum erat peccatum, quum nihil ſibi conſcius eſſet? † Non hi ſe iuſtificatos eſſe dicunt, qui innumeris vlceribus conſcientiam confectam habent, & qui nullius ſibi boni conſcij ſunt. Sed contrà. Et quid tandem, ſi nihil ſibi conſcij ſunt, non iudicantur? Quid igitur dicemus?] Quòd accidit hominem in quibuſdam peccare, quæ peccata eſſe ignorat: hinc conſidera, quanta ſit futuri iudicij diligentia. Non igitur quaſi irreprehenſibilem ſe arbitratus eſt, ſicq; indignum eſſe, qui ab illis iudicetur inquit, ſed eorum os obſtruit, qui ſine ratione hoc faciunt. Alio tamen in loco neque in manifeſtis peccatis eis permittit, vt iudicent, quum tempus id exigat. Quid enim iudicas fratrem tuum, inquit, aut quid contemnis fratrem tuum? non enim id tibi præcipitur homo, vt de aliis iudicium feras, ſed rem tuam examines. Quid igitur do-

mini inſtitutum euertis? Illius iudicia ſunt, non tua. Idcirco ſubdidit: *Itaque, nolite ante tempus iudicare, quouſq; veniat dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus erit vnicuiq; à deo.* Quid igitur, nónne & magiſtros hoc facere oportet? Oportet quidem, verum in manifeſtis criminibus & cõfeſsis, & hoc ſi temporis cõmoditas expoſtulabit. Et hoc ipſum vt doleamus, non vt inuehamur, quemadmodum illi tunc ob inanẽ gloriam & † ſtulticiã] faciebant. Etenim † arrogãt. hoc in loco non de manifeſtis criminibus locutus eſt, ſed de prælatione & vitæ inuicẽ comparationibus: hęc ipſe ſolus nouit certa ratione iudicare, qui occulta noſtra iudicaturus eſt, quæve maiori, & quæ minori ſupplicio & honore digna ſunt. Nos autẽ ſecundum faciẽ iudicamus. Quòd ſi in quibus ipſe peccaui, inquit, nihil certo mihi cõſcius ſum: quo pacto dignus fuero qui de aliis feram ſententiam? Qua autẽ ratione ſi res meas nõ ſatis exploratas habeo, aliena potero diiudicare? Quòd ſi Paulo hæc contingebant, longè magis & nobis. Etenim ita loquebatur, non vt ſeipſum irreprehenſibilẽ diceret. Sed ſi quiſpiam apud eos inueniretur, qui nihil peccaſſet, neq; hunc dignum fore, qui cæterorum vitã examinaret, oſtenderet, quodq; ſi hunc nihil ſibi conſcium reum eſſe inquit, multo magis qui multorũ ſibi conſcij ſunt. Sic igitur ſilentio his impoſito, qui huiuſmodi faciunt iudicia, in fornicatorẽ iam toto impetu ferri deſiderat. Et quemadmodũ tempeſtate aduentãte nubes quædam caliginoſæ occurrũt, inde quum tonitruum fragore cœlum vna nubes operit, tunc repẽte in terram pluuia diffluit: Sic Paulus quum poſſet multa cum indignatione in fornicatorem ferri, non tamẽ fecit: ſed horrendis verbis primum hominis faſtum contũdit, quum duplex † inde peccatum oriatur,] fornicatio ſcilicet, & quod fornicatione grauius eſt, commiſſorum indolentia. Non enim ita ſimpliciter peccator deflendus eſt, vt peccator quem non pœnitet. Et lugeã multos, inquit, ex his qui antea peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam de immundicia & fornicatione, & impudicicia, quam geſſerũt. quippe qui poſtquã peccauerit, pœnitentiam agit, non lachrymis, ſed laude dignus eſt: in beatorũ chorum tranſlatus, profitere tu primus peccata tua vt iuſtificeris. Quia autẽ poſt peccatũ in eo impudens perſeuerat, non tam in cadendo miſer eſt, quàm in iacendo poſt caſum. Quòd ſi impœnitẽtia in peccatis grauis eſt: certè in peccatis gloriari, quá nã pœna dignũ eſt? Nam ſi ille, qui in bonis operibus gloriatur, immundus eſt: quam veniam conſequetur, qui hoc in peccatis faciet? Quum igitur talis ſit fornicator, & animo tam temerario, tam intractabili in peccato, neceſſariò eius contundit inſolentiam: neq; ſimpliciter primum ponit peccatũ, vt non in impudentia perſtet, tanquam ante alios accuſatus: neq; poſterius, vt nõ ſuperuacaneam ſuam putaret accuſationem. Sed primum multum ei metum incutit, ex fiducia in cæteros, tunc ad ipſum venit, in aliorũ reprehenſione eius deiiciens † ſtulticiã.] Hæc enim ipſa verba, Nihil mihi cõſcius ſum, & qui iudicat me dominus eſt, qui illuminabit abſcondita tenebrarũ, & manifeſtabit conſilia cordium: non temerè & illum, & qui illum quidem confirmant, ſanctos autẽ aſpernantur, tangunt. Quid enim, inquit, ſi extrinſecus boni videntur quidam, & admirabiles? Non enim exteriorum iudex ille duntaxat eſt, ſed & abſcondita palàm facit. Duabus igitur rationibus, vel tribus potius incertum eſt noſtrum iudicium. Prima quidem, quòd etſi nihil nobis ipſis cõſcij ſimus,

† arrogãt.

† eſſe pmiſſũ ꝙd d. miſſũ ex 2.Cor.12

eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius tamē indigemus, qui peccata nostra certa ratione corripiat. Altera, quòd multa opera nostra nos latent. Tertia præterea, quòd multa aliorum opera nobis bona videntur, quæ non recta fiunt sententia. Quid igitur dicetis, quòd † neque ab illo peccator, neq; hic illo melior?] Hoc enim ostendi non potest neq; de illo, qui nihil sibi conscius est: sed qui abscondita iudicat, ille certo iudicat. Ecce igitur, Neq; ego aliquid mihi conscius sum, sed neq; sic iustificatus sum, hoc est, non sum propterea liber à crimine, quin redditurus sim rationē. Nō enim dicit, quòd iustis adnumeratus sum, sed quòd nō sum mūdus à peccatis. Etenim alio in loco inquit: Qui autem moritur, iustificatus est peccato, hoc est, liberatus. Multa quoq; facimus bona, non tamen recta sententia. Et multos laudamus, non eorum laudis gratia, sed vt alios per illos mordeamus. Et quod facimus bonū est: laudatur enim † quod] rectè operatur. mens autem corrupta à satanæ sit sententia, siquidem non vt congratuletur fratri, sed vt alium lædat, hoc sæpenumero quispiam facit. Contrà peccauit quis grauiter. Alter vt eum decipiat, nihil commisisse ait, & consolatur peccātem ad naturæ communitatē refugiens, neq; quòd illi ignoscere velit, sed vt pigriorem faciat. Rursum castigat interdum, non reprehendendi gratia, sed vt diffamet & vituperet proximi peccatum. Hęc autem consilia ab hominibus ignorātur. Qui verò corda hominū perscrutatur, ipse nouit, & omnia profert in medium. Quamobrē inquit: *Qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.* Quū igitur etsi nobis conscij nihil sumus, non possumus tamen à criminibus mūdi esse, & in quibus bonū aliquid, non tamen recta sententia facimus, pœnæ sumus obnoxij, intelligas velim quantum homines in iudicando decipiuntur. Hæc enim omnia hominibus quidem impossibilia sunt, soli autem insomni oculo possibilia: & licet homines, illū tamen nunquam decipiemus. Noli igitur dicere, in tenebris sum, parietibus claudor, quis me videt? Qui enī omnia nostra corda effinxit, ipse omnia nouit. Quoniam tenebræ apud eum nihil obscurius reddunt. Recte autem inquit peccator: Tenebræ circundāt me & parietes: nisi enim in tenebris animus esset, nō sanè dei timore abiecto, tanta duceretur licētia. Nam nisi prius rationalis pars caligaret, non tam licenter peccata in nos impetum facere potuissent. Quamobrem ne dicas, nemo me videt: est nanq; qui ad animā vsq;, & spiritū, articulos, & medullas penetrat. Te autē ipsum non vides, neq; potes nebulas expellere: sed tanquā muro vndiq; circundaris, & sic nequis cœlū suspicere. Quòd nā vis prius peccatū reputemus, & tale id esse inueniemus. Nam quemadmodum latrones, & parietū perfossores, quum quid precioſum rapere volunt, extincto lumine id aggrediuntur: sic in peccatoribus corruptaratio. Etenim in nobis rationis lumen est semper ardēs. Quòd si spiritus iniquitatis vehemētiori impetu aggressus extinxerit, quamprimū animā obscurauit, expugnauitq;, & quicquid in ea conditum est, compilat. Quippe quæ quū à libidinis cupiditate capta est, sicut nebula & caligine corporei oculi: sic ab illo mētis prouidentia præoccupata, nihil intueri potest vlterius, non præcipitiū, non gehennam, nō formidinem, sed insidiis illius obnoxia, facilè à peccato expugnatur. Et tanquā paries sine ostio oculis obiectus, non sinit iusticiæ radium mētes nostras illustrare, quum absurdæ cupiditatis cogitationes vndique eas obscurent, & fornicaria ei mulier mentis oculis obiiciatur, & animo insideat, atque appareat. Et quemadmodum cæci licèt in ipso meridie, sub dio versentur, nullam tamē lucē accipiunt, quum clausos habeant oculos: itidem & hi, quāuis innumera vndiq; dogmata eorū insonent auribus, animo hoc affectu præoccupato, his omnibus rationibus obstruunt auditum. Quod qui experti sunt, probè intelligunt. Sed absit, vt experientia hæc nobis cognita sint. Neq; istud tantum peccatum hoc facit, sed omnis absurdus amor. Transferamus si videtur, à fornicaria muliere ad pecunias, & consideremus in his quoq; densas & frequentes tenebras. Illic enim vtputa quū vna sit amata, & in vno loco, non tam vehemens affectus est: In pecuniis aūtem quum vbiq; appareant, in aurificina, in numulariorum mensis, in diuitum domibus, vehementer earū amor adspirat. Quum enim pueros in foro auratos equos agitantes, homines precioſis indutos vestibus quis videat, qui cupiditatis morbo tenetur, multis tenebris circunfunditur. Et quid opus est domos & aurificinas memorare? Ego enim huiuscemodi homines arbitror etiā siue scriptas, siue pictas diuitias videant, distrahi, exasperari, furere. Itaq; vndiq; eos tenebræ comprehendunt. Quanuis enim regiam intueantur imaginem, non admirantur lapidū pulchritudinem, non aurum, non purpureum vestitū, sed consumūtur. Et quēadmodum vehemens ille amator si amicæ suæ effigiē conspicetur, licèt anima careat, eius tamen amore torqueturitidem hic si inanimē videat pecuniarum imaginem, ea maiorem in modū afficitur, vtputa vehemētiori correptus morbo, & iam oportet, vt aut domi maneat, aut egressus in forum innumeris percussus plagis domū repetat. Multa enim eius oculos torquent. Et vt ille nihil præter mulierem aspicit: sic & iste pauperibus quidem & cæteris omissis, ne remedium aliquod accipiat, ad diuites oculos conuertit, quorum aspectu multo & vehementi igne animum suum exurit. Ignis nanque est, qui misere in se decidentem consumit. Quòd si neque gehenna, neq; supplicium timeretur: ipsa tamen, quæ semper eius animo insident, supplicium essent, perpetua scilicet anxietas, & morbus qui nullo vnquā fine comprehenditur. Et profecto hæc sola satis essent ad persuadendum, vt hunc morbum effugiamus. Verum nihil stulticia peius, quæ facit, vt rebus anxiis & nullum lucrum ferentibus inhæreamus. Quamobrem vos hortor, vt hunc primum abscindatis morbum. Quemadmodum enim febris in ipsis principiis non nimia siti ægrotos torquet, aucta autem eius flamma, intolerabili iam siti conficit, & quanuis ad satietatem vinum quis præbeat, non extinguitur tamen, sed incenditur vehementius: sic & in hoc affectu vsu venit. Nam si à principio nostram aggressum animam non propulsabimus, non clauserimus ostia, iam aditu patefacto, insanabili morbo, qui eum admiserint, conficiuntur. Siquidem & mala & bona, quàm diutius in nobis immorantur, vehementiora fiunt, quod in cæteris rebus omnibus euenire quiuis viderit. Etenim planta nuper insita facilius euellitur, diuturniore autem mora, profundius actis radicibus, multo labore opus est, vt euellatur. Et ædificium nuper compactum facilè, tempore autem consolidatū difficilè diruitur. Et fera quæ diutius alicubi moram traxerit, egrè † capitur.] Igitur qui nondum viciis se subdiderunt, his ego ne capiantur suadeo, facilius nanque casum cauere possumus, quàm post casum resurgere. Illis autem qui sub peccato comprehensi sunt, & ceciderunt, si medico, hoc est, rationi se subiicere velint, multam salutis spem dei be-

† *nihil ab illo peccatum est, neque ab illo, & hic illo est melior?*

Roma.6.b

† *qui.*

Eccli.23.c

† *pellitur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nignitate pollicemur. Nam si eos qui hoc morbo affecti,& consternati tandē se eius vinculis dissoluerunt, homines †scirent,| bonam spem ad se eo liberandum conciperent. Quis igitur in hunc morbum incidit, qui facilè iit in valetudinē restitutus? Zachęus ille. Quid enim publicano pecuniarum cupidius esse posit? Verū repentè factus est philosophus, & omnem cupiditatis ignem extinxit. Itidē & Matthæus. Siquidem & hic publicanus erat, & in rapinis semper vixerat, sed & hic quamprimū eum exuit morbum,& sitim extinxit,& ad spiritualia opera conuersus est. Hos igitur & huiusmodi alios considerās, noli desperare. Nam si volueris, poteris mox emergere. Et si vis, secundum medicorum legem, quæ tibi facienda sunt, diligenter ostendemus. Oportet igitur primum ne diffidamus, néve nostram desperemus salutē, deinde non modo rectè operantiū exempla, sed eorum etiā qui in talibus perstiterunt affectibus, inspiciamus. Quemadmodū enim Zachæum & Matthæum, sic & Iudam considerare oportet,& Giezi, & Achar,& Achab,& Ananiā,& Sapphirā: vt per illos quidem desperationē abiiciamus, per hos autē abscindamus desidiam, néve supina fiat anima nostra ad admonitiones,& nosipsos erudiamus, vt idem quod ad Petrum Iudæi accedētes, dicamus. Quid oportet facere vt salui simus: & audiant, quæ facere oporteat. Quid igitur? Intelligere rerum miseriā, & quo modo fugitiuus seruus & perfidus diuitiæ sunt, & innumeris implicant malis quos assequuntur, & huiusmodi frequenter verba decantemus. Et vt medici ægrotos frigidā petētes consolantur,& se daturos dicunt, sed fontem causantur & vas,& tempus,& multa huiusmodi: nam si repentè negarent, eos in insaniā verterent: Sic & nos erga pecuniarum amatores faciamus: & quum dicunt, diuites esse volumus, nolimus quamprimū dicere malum esse pecunias, sed assentiamur, dicamusq; quòd & nos quoq; id volumus, sed in debito tempore, sed diuitias veras, quæ immortalem habent voluptatē, quæ tibi & non aliis conferunt, sæpenumero autem & inimicis. Et philosophicos sermones in medium adducamus, dicamusq; quòd non prohibemus ditescere, sed malè ditescere. Licitum enim est vt diuites fiamus, verùm sine cupiditate, sine rapina, sine vi, ne ab omnibus nobis maledici audiamus, & his eos placemus sermonibus, nondum de gehēna mentione facta. Nondū enim patitur huiusmodi verba, qui hoc morbo afficitur. Quamobrem à rebus præsentibus omnia eius verba faciamus, dicamusque: Quid vis? à cupiditate ditescere, vt cæteris quidem aurū argentumq; congeratur: tibi autē execrationes, accusationes innumeras cōparet? Et cui auferatur, necessarij cibi egestāte torqueatur, lugeat, & innumeros tibi accusatores cōparet,& nocte aduentāte, forum circumeat,& in angiportis omnes adeat destitut°, & neque noctu sibi confidat? Quo enim pacto ventris morsu agitatus dormiet? Insomnis, fame obsessus, gelu & pluuia sæpe confectus. Tu verò ex balneo lotus mollibus in vestimentis lasciuiens reuerteris,& lætus ad paratam & preciosam cœnam festinas. Ille autē vbiq; per forum gelu & fame frequenter incitatus, incuruus obambulat, & porrectis manibus, neq; sibi confidens vix diuitem & delicatū pro necessario victu rogat, & nōnunquā cōtumeliis affectus discedit. Quum igitur domū reuerteris, quum in lecto procumbis, quum domus claris splendet luminibus, quum mensa sumptuosè apparata est, tunc miseri illius & infœlicis recordare cū canibus vitā agentis in angiportis, tenebris, luto. Atqui quum sæpe inde discedat, non domū, non vxorem, nō lectum petit, sed in fœni cubile more canū tota nocte latrantium videmus. Tu verò si paruam à tecto guttā decidentē videas, totam euertis domum, seruos aduocas,& omnia moues. Ille autem in pannis, fœno,& luto iacens, frigore absumitur. Quęnam fera has non defleret miserias? Quis adeò crudelis, adeò inhumanus, qui his non miteſceret? Verum quidam in tantā venerunt immanitatē, vt dicant merito eos id perpeti. Decet enī misereri, lachrymari,& partiri calamitates. Qui autem crudeliter & inhumanè illos accusant, eos ego libenter interrogarē, quá nam ratione merito id patiantur, dic quæso? Nam quid? victum sibi quærūt, ne fame absumantur. Non, inquit. Sed quoniā desides sunt. Tu autem nunquid in desidia, & deliciis viuis? Quid verò? Nónne sæpenumero omni desidia grauius operaris? Quum rapis, quum vim infers, quum cupidus es, longè melius & tu ita ocioſus esses: hęc nāq; desidia, quàm cupiditas melior est. Nunc autē & alienę insultas calamitati, neq; solum desidiosus es, neq; desidia grauius operaris, sed miseros quoq; accusas. Narremus autem eis alienas calamitates, orbitates immaturas, hos carcere inclusos, illos iudicijs discerptos, alios vitæ suæ timentes, insperatas vxorum mortes, repētinas diuitiarū mutationes,& timore hoc ipsorum mētes demulcebimus. In aliorum autem narrationibus suadebimus eis, vt eadem sibi timeant. Quum enim audient, quòd huius cupidi & raptoris filius, illius vxor, qui multam vim intulerit, post coniugis sui mortem, innumeras passa est calamitates, his qui iniuria ab illo mortuo affecti sunt, & vxori,& filiis insultantibus, in eius domum communi bello indicto: licèt quis omnium impudentissimus sit, quum eadē pati expectet, & suis timeat, nequando idē patiantur, modestior erit, neq; dubitamus quin corrigatur. Multarum autem huiusmodi narrationum vita nostra plena est. Verùm hæc non vt admonitores, neq; vt consultores dicamus, ne grauius oratio nostra accipiatur: sed vt inter loquēdum ex alia in aliam incidamus disputationē, & frequenter eos in huiusmodi trahamus sermonem, neq; aliud in buccam nostram venire permittamus, quàm quo pacto splendida illius domus & cōspicua corruit, quo pacto ita deserta est, vt in aliorum manus omnes eius venerint facultates, quot singulis diebus iudicia pro huius substantia constituta sint, quot perturbationes, quot illius serui, hi quidē mēdicantes, illi autem carcere intrusi obierint. Et hæc omnia tanquam mortuum miserati,& præsentia aspernātes referamus, vt & formidine,& misericordia immanes animos molliamus. Et quum coërcitos his sermonibus viderimus, tunc iam gehennę meminisse poterimus, non vt hos terreamus, sed misereamur cæteros, dicamusq;: Quid opus est præsentia memorare? neque enim hactenus consistunt res nostræ, sed grauius supplicium huiuscemodi homines torquebit, igneus scilicet fluuius, vermis venenosus, tenebræ perpetuæ, immortales cruciatus. Quòd si eos verbis mouerimus, etiam nosipsos & illos corrigemus, & mox ægritudine liberabimus, & in die illa laudatorem nobis comparabimus deum. Quemadmodum Paulus inquit, *Et tunc laus vnicuique erit à deo.* Nam laus quæ aliquando ab hominibus venit, à recta sententia sæpenumero non proficiscitur: quæ autem à deo est,& manet perpetuo,& palàm effulget. Quum autē, qui omnia videt priusquam fiant, qui nullo affectu tangitur, laudarit quempiā: tūc virtutis illius probatio nullam habet dubitationē. Quę

quum

Luca 19.a

Actu.2.f

Universidad de Deusto

quum intelligamus, operemur, vt à deo laudem & ma- A
xima bona consequamur, quorum vtinam fiamus participes, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & sancto benignoque spiritui in secula seculorum, Amen.

Homilia duodecima.

Hæc autem fratres transfiguraui in me & Apollo propter vos, vt in nobis discatis, ne supra quàm scriptum est, sapiatis. Quoad grauibus ei verbis fuit opus, sub persona latuit. Sed tanquā ipse esset auditor, ita locutus est, vt accusatarum personarum dignitatē accusantibus obiectam, ob crimina irasci non sineret: verum quum dimitti iam oporteret, detecta persona, quæ sub Pauli & Apollinis appellatione latebant, palàm fecit. Idcirco inquit: *Hæc autem fratres transfiguraui in me & Apollo propter vos.* Et quemadmodum in morbo laborantibus, quum ægrotus puer calcitrādo oblatos à medicis cibos recusat, patre vel pedagogo aduocato, acceptos à medico cibos illi dari iubent, vt illorū metu & accipiat & acquiescat: itidē Paulus quum pro aliis accusaturus sit, partim vt iniuria affectis, partim vt maiorem in modum honoratis, ipsas quidē non posuit personas, sed in suā & Apollinis appellationem locutus est, vt hos reueriti medicinā acciperent. Qua accepta, iam aperit, quorum gratia hæc locutus sit. Nec simulatio hæc fuit, sed ædificatio. Nam si apertè dixisset, † nos] sanctos & admirabiles viros iudicatis, saltē id ægrè tulissent & resiliissent. Nūc verò quum dixerit: Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer. & rursum, Quis igitur est Paulus? Quis verò Apollo? Tolerabilem suam reddit orationem. Quare prosecutus est:

† *vos autē.*

Suprà. 3. b

Hæc transfiguraui in me & Apollo propter vos, vt in nobis discatis, ne supra quàm scriptum est, sapiatis. Quibus ostēdit, quòd si in illos verba feciſſet, nō accepissent quæ accipere eos oportuerat, neq; correctione essent admoniti, quū eius verba iniquo animo tulerint. Nūc verò Paulum reueriti, facilè reprehensionem pertulerunt. Sed quid significat, *Ne supra quàm scriptum est, sapiatis?* Scriptum est, Quid autē vides festucā in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? &, Nolite iudicare, vt non iudicemini. Nam si vnum sumus, & deuincti inuicē, contra inuicem insurgere non oportet. † humilis enim se ipsum exaltabit, inquit. &, quicunq; voluerit inter vos maior fieri, sit omnium minister. hæc scripta sunt, *Ne vnus aduersus alium insurgat pro alio.* Rursum omissis magistris, discipulos arguit. Illi enim hos superbia efferebāt. Præterea & principes non facilè huiusmodi orationē susceperissent, eò quòd exteriorem desiderabant gloriā: erant enim affectu cæci. Ipsi autē, qui gloria non fruebantur, sed alios laudibus prosequebātur, facilius ferre poterant admonitionē, & melius quàm principes morbum propulsare. Ergo hoc tumoris est, vt quispiam pro alio superbiat, quanuis in suis ipse rebus eo affectu non tāgatur. Quemadmodum enim qui in alienis diuitiis intumescit, stultè facit: sic qui in alterius gloria. Et rectè quidem inflationem appellauit. Quum enim membrū aliquod insurgit, nihil aliud est, quàm inflatio & morbus. Neque aliter aliud membrum excederet, nisi inflatione: Sic igitur in corpore ecclesiæ qui tumidus & inflatus est, ipse ægrotus sit oportet. Inflatur enim supra communem modum: Sic & in corpore vsu venit, quū alienus quis, & malus humor abundat, & cibus, quo nō sumus assueti. Sic oritur superbia, quum alienæ nos cogitationes egrediuntur: & vide quàm propriè locutus

Matth. 7. a & Luc 6. f

Matt. 7. a

† *qui enim seipsum humiliat, exaltabitur.*

Luc. a. 18. c

Mat. 20. d

B

C

D

sit, *Ne infletur.* Inflatio enim tumorem habet spiritus corrupti humoris plenum: hoc autē dicit, nō vt medicinam tollat, † sed vt malo medeatur.] Vis curare aliquem: Non prohibeo. Sed noli in alterius detrimentū. Non enim vt contra inuicē insurgamus, magistri nobis dati sunt, sed vt coniungamur inuicē omnes. Siquidem imperator idcirco exercitui præponitur, vt separatos vnū faciat corpus. Quòd si dissipaturus esset exercitum, hostis magis, quàm imperatoris munus impleret. *Quis enim te discernit? Quid autem habes, quod non accepisti?* Iā omissis subditis, ad principes cōuertitur. Quod autem dicit hoc est, vnde constat te dignū esse, qui laudaris? Iudicatum est, inquisitio præcesserit, & probatio, & quæstio diligens? Non tamen id dicere posses. Quòd si homines iudicant, non rectum est eorum iudiciū. Sed esto sis laudandus, & certè habeas gratiam, & hominū iudicium non corrumpatur: sed neque sic oportet superbia efferri, quippe qui non ex te habes, sed à deo accepisti. Quid igitur tibi simulandum est, quod non habes? Sed & tu hoc habes, & alij tecum. Igitur quod accepisti habes, neq; hoc tantū & illud, sed quicquid habes. Non enim merita tua hæc sunt, sed dei gratia. Quānis fidem adducas, à vocatione eam accepisti: quanuis peccatorum veniam adducas, quanuis gratias, quanuis doctrinæ sermonē, quanuis virtutes, omnia inde tibi prouenerunt. Quid igitur habes, quæso, quod non acceptum habeas? Num ipse per te rectè operatus es? Non sanè, sed accepisti, & idcirco magni te facis? Propterea cohibearis oportet: non enim tuum id munus est, sed largientis. Nam si accepisti, ab illo accepisti. Si ab illo, non tuum accepisti. Si non tuum, quid insolescis, ac si tuum habeas? Quare subdidit, *Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* Confirmata igitur, vt oportuit, ratione sua, ostendit quòd multis indigent: ait enim, si omnia quidem accepisletis, non tamen gloriari vos oportuit: nihil enim vestrum est. Nunc autem multis indigetis. Quod in principio significauit, quū inquit: Nō potui vobis loqui, quasi spiritualibus, & nō iudicaui me scire aliquid inter vos nisi Iesum Christū, & hunc crucifixum. Nunc autem reprehensione vtitur, dicens:

† *sed curā, quæ cum alterius malo fit.*

Suprà. 3. a

Iam saturati estis: iam diuites facti estis. Hoc est, Nulla iam re indigetis, perfecti euasistis, ipsum tenetis apicē. Nullius necessitatem vos habere arbitramini, non apostolorum. Iam saturati estis, & rectè hoc verbo vsus est, à tempore ostendens, non verisimilem, neq; rationabilē eorum esse opinionem. Quare eis exprobrans, inquit: Tam cito finem attigistis. Quod impossibile erat fieri propter temporis breuitatem. Perfectiora nanq; in futuro seculo manent. Paucis enim satiari, imbecillis est animæ: à paucis verò putare ditescere, stomachātis est & miseri, siquidem pietas insatiabilis est. Sed sanè puerilis est ingenij, à principio omnia se accepisse arbitrari, & nondum ipsis contactis initiis, ac si finē attigerit superbire. Inde ex sequentibus vehementius eos arguit. Nam quum dixisset: Iam saturati estis: iam diuites facti estis. subdidit: *Sine nobis regnatis, & vtinā regnetis, vt & nos vobiscum regnemus.* Multę plenus est grauitatis hic sermo. Quare in vltimo loco post multum terrorem posuit. Sic enim honesta fit admonitio & tolerabilis, quando post accusationes reprehensiua verba inferuntur. Eteni impudentem animum longè magis hæc, quàm manifesta reprehensio perterrere potuissent, † & futurū dolorem, & impudentiam accusatione corrigere.] Admirabile enim in reprehensoriis verbis [pudorem adducentibus] hoc maximè est, quòd duo habet contraria. Nam

† *& futurū ex accusatione dolorem, atque impudentiam corrigere.*

ria. Nam & magis lædit, quàm manifesta accusatio, & reprehensum, quanuis grauius lędatur, disponit tamen vt magis perpetiatur. *Sine nobis regnatis.* Multa hîc significãtia & ad magistros & ad discipulos, & eorũ †iusticiam & temeritatẽ hinc ostendit. Dicit autẽ in laboribus quidẽ multis omnia & nobis & vobis esse cõmunia, in præmiis verò & coronis vos primi. Sed non ægrè fero, quum hæc loquor. Ideirco subdidit: *Et vtinam regnetis.* Quod ne videretur per derisionem dicere, etiã subdidit: *Vt & nos vobiscum regnemus.* Etenim inquit, & nos ipsa bona cõsequi possumus. Vides quo pacto simul & grauitatẽ, & curam, & philosophi mentem ostendit. Intuere quo modo superbiam tollit. Quamobrem ita prosequitur: *Puto enim quòd deus nos apostolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos.* Multã rursum, & significantiã, & grauitatem ostẽdit, quum dicit, nos. Sed neq; hoc satis fuit. Nam & dignitatẽ addidit, valde eos significans: *Nos*, inquit, *apostolos*: hoc est, qui innumera passi sumus mala, qui pietatis præconium disseminauimus, qui vos hanc eruditimus philosophiam. Quare hoc quoq; significans, adiecit: *Nouissimos ostendit tanquam morti destinatos*: hoc est, tanquam reos. Nam quũ dixisset, vt & nos vobiscũ regnemus, & remisisset orationis suæ vehementiã, ne eos absolueret, eandem rursum maiori indignatione repetit. *Puto autem quòd deus nos apostolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos.*

Vt enim video, inquit, & vt vestra est oratio, omnium nos despectissimi sumus, omnes nos damnant. Nã ad calamitates perpetiẽdas semper obiicimur. Vos autem iam regna, & honores, & prędmia mẽte concipitis. Quũ autem vellet in maiorẽ absurditatẽ sermonẽ abducere, & maximè incredibilẽ ostendere, nõ simpliciter dixit, Nos sum⁹ nouissimi: sed, deus nos nouissimos fecit. neq; satis fuit nouissimos dicere, sed subdidit, tanquã morti destinatos: vt & stultissimus quoq; quàm absurdum sit, intelligeret, quodq; dolentis verba erant, atq; eos maximè increpantis. Et intuere Pauli prudentiam. Iisdem de rebus, quibus seipsum quũ tẽpus fuerat, extulit, & clarum & magnũ fecit: eos in præsentia coarguit, & reum se appellat. Tanti est debito tẽpore omnia facere. Morti enĩ destinatos, hoc loco reos, & innumeris mortibus dignos appellat. *Quoniam spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus.* Quid significat, spectaculum facti sumus mundo? Non in angulo quodã, nõ in parua orbis terrarũ parte hæc patimur inquit, sed vbiq; locorũ & in omnibus. Quid autẽ significat, & angelis? Quòd scilicet licet quidẽ hominibus spectaculũ esse, non angelis, quando vilia sunt opera. Nostra autẽ certamina talia sunt, vt etiã angelorũ digna sint aspectu. Intuere à quib⁹ seipsum extenuat, & quo modo rursum magnificũ se ostendit: in his autẽ, quibus illi efferebantur, quo pacto viles demonstrat. Quum enim stultos esse quàm sapientes videri, & infirmos quàm fortes, & neglectos, quàm glorioſos & claros, vilius esse videretur, & alia quidẽ illi abiicere curarẽt, alia autem ipse acciperet: hæc illis meliora ostendit. Siquidem propter hæc non hominũ tantũ, sed & ipsam angelorũ multitudinẽ, ad suũ conuertit spectaculũ. Non enim aduersus homines dũtaxat nobis certamen est, sed aduersus incorporeas virtutes. Propterea & magnum spectaculum constitutum est. *Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo.* Rursum & hoc verecundè dictũ est, ostendens impossibile hæc accidere contraria. Etenim non est †in ipsis, quæ tantum inter se differunt, vt cõueniant. Quo modo igitur est, inquit, vt vos prudentes sitis, nos stulti in diuinis rebus? Quoniam ipsi quidẽ vapularunt despecti, & ignominia affecti sunt: illi autem honorati, & sapiẽtes & prudentes à multis habiti sunt. Propterea hæc ait, significans quo modo esse possit, vt qui huiusmodi prædicant, in contrariis esse existimentur. *Nos infirmi, vos autem fortes*: hoc est, Nos exagitamur, persecutiones patimur. Vos autẽ fiducia fruimini & salute multa. Sed non patitur euãgelij natura. *Nos ignobiles, vos autem nobiles.* Hoc in loco aduersus generosos, & in externis rebus superbos vertit sermonẽ. *Vsque in hanc horam, & esurimus, sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris.* Hoc est, non ego antiquas res enarro, sed quę prẽsens mihi tẽpus testatur. Neq; enim humanarum rerũ, neq; exterioris nobilitatis vlla nobis ratio est, sed ad solum deum oculos cõuertimus. Quod nos vbiq; facere necesse est. Non enim angeli soli intuentur, sed & ante illos certaminum author. Nolimus igitur aliorum laudibus indigere. Hoc enim illi iniuria est, si tanquã non sufficiat ad nos laudandum, eo omisso, ad conseruos festinemus. Quemadmodũ enim qui in paruo theatro certant, magnum sibi inquirunt, ac si illud non satis sit ad præbendum de se spectaculum: sic qui in dei cõspectu certant, inde hominum sibi famam quęrunt, maiori omisso theatro minoris cupiditate, magnum sibi supplicium hauriũt. Hoc igitur omnia peruertit, hoc vniuersum orbem terrarum perturbauit, quoniã hominũ respectu omnia facimus, & in bonis operibus nulla nobis cura est, vt laudatorem deum habeamus, sed laudẽ nobis à conseruis nostris inquirimus. In sceleribus rursum, deo contempto, homines formidamus. Atqui illi nobiscũ ante illius tribunal constituẽtur, neq; quicquã nobis profuerint: deus autẽ, quem nũc despicimus, ipse nos iudicabit. Veruntamen quum hæc nobis nota sint, ad homines tamen adhuc inhiamus, quod est primum peccatum. Et homine præsente, nemo scortaretur, sed licet maiorẽ in modũ libidine flagraret, affectus tamẽ violentia pudore hominum vinceretur. Quum autem deus videat, non modò adulterantur, non modo scortantur, verum & alia longè grauiora & ausi sunt, & audent. Nónne hoc vel solũ satis esset, quò cœlitus innumeris peteremur fulminibus? Sed quid ego adulteriũ, quid fornicationem cõmemoro? Multo nanq; his minora in hominũ conspectu facere formidamus, dei autẽ minimè. Hinc omnia orta sunt mala, quòd scilicet in rebus turpibus non deũ sed homines timemus. Propterea quæ verè bona sunt, sed multitudini bona nõ videntur, ea fugimus, non inuestigata rerum natura multitudinis opinionẽ respicientes. Itidẽ rursum in malis afficimur. Quæ mala sunt, videntur tamen multis bona, ipsa consuetudine sectamur. Itaq; vtrinq; corruptio est. Fortasse multis quodam modo obscurum videtur, quod diximus, igitur necesse est manifestius ostendere. Omnes quum scortamur (oportet enim à prædictis incipere) homines magis quàm deũ timemus. Et hoc pacto nosipsos illis subiicimus, & dominos nobis facim⁹. Multa autẽ huiusmodi dominis videtur esse mala, quæ nõ sunt, & ea nos similiter fugimus, vt exempli gratia: In paupertate viuere multi turpe esse arbitrãtur. Et nos fugimus paupertatem, non quòd turpis sit, neque quòd turpem esse nobis persuadeamus, sed quòd domini nostri ita de ea sentiunt, & illos formidamus. Item & contemptum, & spretum, & extra omnem dignitatem esse, videtur multis simpliciter res pudenda & vilis. Hoc rursum fugimus, non nostra, sed dominorum nostrorum sen-

†*stulticiam*

†*in eisdem.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum ſententia. Contra autẽ eodem morbo laboramus. Siquidem ditelcere bonũ videtur, & elatio, & gloria, & fama item bona. Hæc nos itidem proſequimur, neq; hac in parte rerum cõſideramus naturã, quæ bona eſt, ſed ex dominorum noſtrorũ opinione nobis perſuademus. Dominus enim noſter populus eſt, & nimia turba. Dominus crudelis, & tyrannus grauis. Nam neq; † nobis] præcepto opus eſt, vt audiatur à nobis: ſed tantũ ſatis eſt, vt intelligamus, quid velit, & quamprimum ſine præcepto paremus, tanta in eum benenolentia afficimur: & deus quidem quum ſingulis diebus nobis minetur, vt nos moneat, non auditur. Turba autem ſeditioſa & vilis, neq; præcepto opus habet, ſed ſufficit tantum oſtẽdere quibus delectatur, & ei mox paremus. Et quá nam ratione hos quiſpiam effugeret dominos? Si maiorem quàm hi animi elationẽ acciperet, ſi rerũ naturam intueretur, ſi damnaret multitudinis ſententiã, ſi præ cæteris omnibus, in his quæ verè turpia ſunt, ſibi ipſi perſuaderet: non homines, ſed inſomnem oculum eſſe formidandum, & in bonis cõtrà ab illo præmium quærendum. Sic enim neq; in aliis ipſos patiemur. Qui enim in bonis operibus indignos homines iudicat qui ea ſciant, ſed dei ſententia contentus eſt, is neq; in mãlis vllam ipſorum rationem faciet. Et quo pacto hoc erit, inquis? Contemplare quid homo ſit, quid deus, & quo omiſſo cui inhæres, & quamprimum omnia correxeris. Homo eidem tecum peccato ſubiectus eſt, item iudicio, & ſupplicio. Homo vanitati aſſimilatur, & nõ habet rectum iudicium, & ſuperna indiget correctione. Homo terra & cinis, etſi ſæpe laudauerit, omnino laus illa erit, vel ad gratiam, vel ad odium: etſi quem calumniatus fuerit, & accuſauerit, eadem rurſum ſententia hoc fiet. Verum non ita deus, ſed irreprehenſibilis eius ſentẽtia & purum iudicium. Et idcirco opus eſt ſemper ad eum confugere, non propter hoc ſolum, ſed quòd & ipſe nos fecit, & parcit tibi maximè, & quàm tu te, maiore te amore proſequitur. Quid igitur tam mirabilem habere laudatorem conſtituimus? Quid ad hominem confugimus, qui fruſtra & temerè malum te & ſceleſtum appellat, quum non ſis? Hac cauſa ei potius miſerere & lachrymare, quòd corruptus eſt: & contemne eius † gloriam, quòd eius mẽtis oculi cæci facti ſunt. Nam & apoſtoli hæc audierũt, & contempſerunt calumniantes. Verum & bonum te & benignum dicit. Quòd ſi talis es, noli omnino gloria diffundi. Sin autem non es eiuſmodi, magis illum contemnas, & illuſionem id arbitrare. Vis multitudinis iudicia cognoſcere, quàm ſint corrupta, inutilia, ridicula, & partim furioſorum & inſanorum, partim puerorum lactentium? Audi, altius tibi iudicia repetam, non vulgi tantum, ſed eorum qui à principio legumlatorum ſapientiſsimi habiti ſunt. Quis enim videretur multitudini eſſe ſapientior, quàm qui dignus exiſtimatus eſt qui ciuitatibus & populis leges imponeret? Veruntamen his ſapientibus ſcortari, neq; malum, neq; flagitioſum videtur. Nemo igitur externorum legũlatorũ hoc punit, neq; inde iudicium traxit: ſed ſi quiſpiam hac cauſa in iudicium aliquem vocaret, riderent multi: & tamen patitur iudex. Alex item ludus ab illis non punitur, & nemo eorum ab hac aliquo cohibuit ſupplicio. Ebrietas & ventris indulgentia non modo nõ videtur peccatum, ſed virtutis loco apud multos exiſtimatur. Et in militaribus cœnis magnum in hoc certamen eſt: & cui maximè conſtanti animo & robuſto corpore opus eſt, hi maximè ebrietatis ſeruitio traduntur, & corpus diſ-

† ipſi.

† δόξης. i. gloriam vel opinionem, ſiue ſententiam.

Eccli. 17. d

soluunt, & animũ tenebris obducunt. Et nemo legumlatorum in hoc peccatum animaduertit. Quid hac inſania peius eſt? Eorũ igitur laudẽ, qui hac ſentẽtia ſunt, hominũ deſideras, & te ipſum terræ nõ ſuffodis? Quòd ſi huiuſmodi homines omnes te admirarentur, nõnne pudore te abſcondi oporteret, vt à tam corruptis hominibus iudicareris? Rurſum blaſphemiã legũlatores nihil graue exiſtimãt. Nemo igitur qui deo maledixerit, in iudicii tractus eſt, nemo pœnam luit: ſed ſi quis veſtẽ furatus eſt, vel crumenã incideri, iis latus perfoditur, & morte nonnunquã mulctantur. Qui autẽ deo maledicit, apud externos legũlatores nulla in culpa eſt. Et ſi ſeruam quiſpiã vxore poſthabita corruperit, is nihil exterioribus legibus, nihil multitudini peccaſſe videbitur. Vis & alia præterea audire, quæ ipſorum ſtulticiam oſtendant? Hæc quidẽ non puniũt, verum & alia ſanciunt. Quæ nam ea ſunt? Spectacula cogunt, & ſcortorum illuc choros & pueros cinædos, qui naturã ſuã contumelia afficiunt, vniuerſum populũ ſuperiori in parte conſtituunt: ſic ciuitatẽ alliciunt, ſic magnos reges, quos ſemper admirãtur in trophæis, & victoriis coronant. Atqui quid hoc honore frigidius? Quid voluptate illa iniucundius? Ex his operũ tuorum laudatorẽ inquiris, & cũ ſaltatoribus, effœminatis mimis, & ſcortis tali vis frui laude: & quá nam ratione non ſunt hæc vltimæ amentiæ? Dic quæſo, libenter enim eos interrogarem, malũ ne ſit naturæ leges euertere, & in illicitos indueere concubitus? omnes malũ eſſe reſpondebunt. Exiſtimabunt igitur hanc puniendã iniquitatẽ. Quid ergo cinædos illos inducis, neq; inducis ſolum, ſed veneraris innumeris & immenſis muneribus: & alibi qui hæc audent, punis? Hoc autẽ in loco tanquã cõmuniter bene de republica mereantur, in eos pecuniã conſumis, & publico ſumptu alis. Sed infames ſunt, inquis. Quid igitur eos erudis? Quid per infames regibus exhibes reuerentiã? Quid ciuitates ſtrãgulas? Quid in eos tantam facis impenſam? Si infames ſunt, expellendi eſſent. Qua tu gratia infames eos facis, vt laudib° eos, an vt reprehenſione proſequaris? Certè vt reprehenſione. Præterea tanquã reprehendendi ſint, eos vituperas, tãquam autẽ honorandi, rurſus viſurus curris, admiraris, laudas, plaudis. Et quid dicere oportet in hippodromiis, & ferarum venationibus varietates? Quippe quæ omnis amẽtiæ plena ſunt. Edocent enim frequẽter populũ vt immitis ſit & crudelis in humanis rebus, & exercent vt homines laceratos, & ſtillantẽ eorũ ſanguinẽ videant, ferarum crudelitate in omnes vtantur. Et hos omnes morbos ſapientes legũlatores à principio induxerunt, & plaudunt ciuitates, & admirantur. Sed ſi placet iis omiſsis, quæ proculdubio abſurda ſunt, ſed exterioribus legũlatoribus abſurda nõ videntur, ad honeſta præcepta veniamus, & videbis hæc multorum opinione corrupta. Siquidẽ nuptiæ res precioſa & nobis, & externis videtur. Verũ perfectis nuptiis tot ridicula ſequuntur, quot mox audietis. Nonnulli enim cõſuetudine oppreſsi & deprauati, errorẽ ſuum nequeunt dignoſcere, ſed aliis indigent, qui ſe doceãt. Etenim chorex, cymbala, tibiæ, verba & turpes cãtilenæ, ebrietates, bacchanalia, & multa diaboli moles inducitur. Et certè quidẽ ſcio, quòd videbor ridiculus eſſe hæc aggreſſus, & multæ à nõnullis ſtulticiæ arguar, quòd in antiquas leges verba facio. Quod enĩ iã dixi, multus cõſuetudinis error eſt. Veruntamen non ceſſabo hęc dicere, fortaſſe enĩ, licèt nõ omnes, pauci tamẽ nos ſuſcipient, & nobiſcum derideri: † vel rident nos] cũ illis riſum,

† præferent q̃ deridere nos.]

Universidad de Deusto
Biblioteca

lachrymis & multa pœna & ſupplicio dignum. Et quâ nam ratione non ſit maximè reprehendendum, virginem ſemper clauſam, & à teneris annis pudorem edoctam, repetè coactam omnem effundere verecundiã, & à principio nuptiarum impudentiam ediſcere? Et cũ luxuriosis & impudicis hominibus, & ſcortis effœminatis conſuetudinem conciliare? Quod enim ſponſæ malum in die illa non inferitur, impudentia, temeritas, inuerecundia, †inanis gloria, cupiditas? ¶ Etenim ſingulos dies tales habere vellent. Inde magnificæ mulieres fiunt & ſumptuoſæ, inde impudentes, inde eis innumera proueniunt mala. Et noli mihi adducere conſuetudinem. Nam ſi malum eſt, ne ſemel quidẽ faciendum: ſi bonum, ſemper faciendum eſt, Dic mihi, quæſo, nunquid ſcortari malum eſt? Nunquid igitur cõcedemus ſaltẽ ſemel fieri? minimè. Quamobrem? Quoniã licèt ſemel tantum fiat, malum nihilominus eſt. Itaque ſic exornanda ſponſa eſt, vt ſi malum eſt, ne ſemel quidem fiat: ſin autem non malum, ſemper fiat. Quid igitur, inquis, accuſas nuptias? dic quæſo. Abſit. Nõ ita inſanio, ſed quæ turpiter nuptias ſequuntur, confricationes ſcilicet, & vultus pigmenta, & tantam ornatus curam. Etenim multos ab illo die amatores accepit, antequam coniugẽ. Verum multi mulieris pulchritudinem admirãtur. Et quid nam hoc? Nam ſi pudica ſit, vix mala fugiet ſuſpicionem: ſin minus, incontinentiæ occaſione illa die accepta fortaſſe capietur. Verum quum tot mala hinc oriantur, niſi ea fiant, contumeliam appellãt, qui pecudibus nihilo meliores ſunt: & ſibi ignominioſum ducunt, niſi à multis vxor conſpiciatur, niſi cõmune omnibus ſpectaculum proponatur. Atqui quę fiunt, riſum & turpitudinem exiſtimari oporteret. Nã & nunc noui, quòd multam noſtram reprehendent amentiam, ſed riſum perferam, modo quid lucri fiat: etenim ridiculus eſſem, ſi multitudinis gloriam contemnendam eſſe admonens, ipſe ante alios affectu ſuperarer. Vide quæ hinc iam oriantur, non die tantum, ſed noctu ebrij, & ebrietate attoniti, & deliciis fracti, in virginei aſpectus pulchritudinẽ oculos dirigere feſtinãt: & neque in domo duntaxat, ſed per forum publicè eã oſtendunt: & in obſcura nocte cũ funalibus ipſam ducunt, vt omnibus oſtendatur. Quibus rebus nihil aliud faciunt, quàm quòd admonent omnem iam pudorem exuendum. Neq; hactenus contenti, turpiſsimis ſermonibus ipſam ducunt. Et hęc multitudini lex eſt, fugitiui, verberones, innumeri & perditi homines, licenter iam omnia quæcunque volunt & in illam, & in illius coniugem loquũtur. Nihil ſanè honeſti, omnia turpia, omnia ignominiæ plena. Pulchram quidem habebit continentiæ doctrinam ſponſa, quum talia & videt & audit. Etenim certamen quoddam illic diabolicũ eſt eorum, qui hęc loquuntur, vti obſcœnorũ & turpium verborum contentione excellant, quibus ruborem præſentibus incutiunt. Et illi ſuperiores habẽtur, qui plura opprobria, & turpia verba effundunt. Equidem ſcio me grauem eſſe & moleſtum, tanquam voluptatem quandam vitę †obſequendam. ¶ Sed propterea defleo, quòd quę iniucũda ſunt, ea voluptas quędã putantur. Et quô nam pacto non iniucundum eſt, quæſo, contumeliis & maledictis affici, & ab omnibus cum ſponſa tua infamem ferri? Et ſi vel vnus ex fori hominibus cõiugi maledixerit, omnia perturbas, & acerbam vitã viuere arbitraris. Omni autẽ præſente ciuitate impudenter cum cõiuge gaudes & exultas. Et quæ nam hæc inſania? Sed conſuetudo rem facit, inquis. Propter hoc maximè deflendum eſt, quòd in conſuetudinẽ id traxit diabolus. Nam quũ nuptiæ res honeſta ſit, & quę genus noſtrum continet, & multorum bonorum cauſa, quum ægrè id ferret dæmonis iniquitas, videretq; contra fornicationem munimenta fieri, alia ratione omnem induxit fornicationem. Multę igitur in huiuſmodi conſuetudinibus erubuerunt virgines. Quòd ſi non vbiq;, ſatis tamẽ eſt dæmoni primum verbis & obſcœnis illis cantibus † informare ¶ ſponſam, & ſponſum per forum diffamare. Præterea quum veſperi hæc fiant, ne tenebrę hæc mala abſcondant, plurima funalia afferuntur, ne turpitudinẽ latere ſinãt. Quid enim immẽſa turba vult? quid ebrietas? quid fiſtulę? Nónne ſatis conſtat, ne ſcilicet ij, qui in domibus profundo ſomno tenentur hęc ignorent, ſed à fiſtula excitati, & ſupernè feneſtris incumbẽtes, teſtes fiant obſcœnitatis illius? Quid nã enarrare poſſet quiſpiam ipſas cantilenas, quæ omnis incõtinentiæ plenæ ſunt, quæ proteruos amatores, concubitus illegitimos, domorum euerſiones, & innumeras inducũt miſerias, in quibus plurima amici & amatoris, amicæ & amatæ appellatio verſatur. Et quod grauius eſt, virgines his adſunt omnes exuentes pudorem in nuptæ honorem, vel potius contumeliam, & ſuam proiicientes ſalutẽ, & cũ impudicis adoleſcentibus, impudicis cantilenis, turpibus verbis, ſatanæ concordia ignominia afficiũtur. Adhuc me, quęſo, interrogas, vnde adulteria, vnde fornicationes, vnde nuptiarum corruptiones? Verum generoſi & honeſti hæc nõ faciunt, inquis. Quo modo igitur me derides, quũ prior me legem ipſam videas? Nam ſi bona ſunt quæ fiunt, mitte & illas hæc facere. Nunquid ſi pauperem vitam agant, non ſunt virgines, neq; pudicitiæ curam habere eas oportet? Nunc verò ſaltat virgo in communi incontinentium inuenũ ſpectaculo turpiter, & nõ videtur tibi ſcorto contemptibilior. Quòd ſi dicis, ancillæ hæc faciunt: neq; ſic accuſatione te abſoluã, neq; enim his permitti oportet. Ab his enim omnia oriuntur, quòd familiæ nullã facimus rationem, ſed ſatis eſt contemptim dicere, quòd ſeruus eſt & ancilla. Atq; quũ ſingulis diebus audiamus, quòd in Chriſto Ieſu nemo ſeruus, nemo liber: tu neque equũ neq; mulum contẽnis, ſed omnia facis, ne vicioſi euadant. Seruos autem eiuſdem tecum naturæ deſpicis: & quid ego ſeruos commemoro, vbi & filios & filias? Sed quid poſt hæc? Neceſſe eſt, vt dolores mox exoriantur, quũ omnes cõrupti fuerint. Sæpe autẽ & maxima dãna proueniunt in multitudine & tumultu, magna pecuniarum vi erogata. Poſt nuptias præterea ſi quando naſcatur filius, hoc item in loco eandem videbimus amentiam, & multa ridicula. Siquidem quum nomẽ filio imponendũ ſit, omiſſa ſanctorũ appellatione, quẽadmodum maiores faciebant, accenſis lucernis, & his nominibus impoſitis, quæ plurimum durauerint, eius nomine filium appellant, hinc eum diuturnius victurũ conjectati. Deinde quum nonnunquã accidat, vt immatura morte moriantur: accidit enim ſæpe: multo id diabolus riſu proſequitur, quòd tanquã inſipiẽtes pueros eos deluſit. Quid ſi quis dixerit, quę circumponuntur ornamenta, & bractea manibus pendentia, & coccineum ſtamen, & alia omni ſtulticiæ plena? Verum nihil aliud afferri puero oporteret quàm crucis cuſtodiam, quæ in præſentia contemnitur, quum vniuerſum orbẽ conuerterit, & grauiſsimã diabolo plagam dederit, & omnẽ eius euerterit potentiã. Subtegmen autem & ſtamen, & alia huiuſmodi, quæ puero alligãtur, pueri incolumitatem ſeruare creduntur. Dicam & aliud magis

†inanis gloriæ cupiditas.

†traducere.

†exſcindã.

Gala.3.d & Col.3.b

magis ridiculum,sed nemo importunitatem nostram A
acculet, si hactenus procedit oratio. Qui enim saniem
purgare vult, prius manus suas maculare nō recusabit.
Quod tandem hoc est ridiculum? Quod quidem mul-
to nihil mali videtur. Verum est infidelitatis princi-
pium,& maximæ demētiæ: luto mulieres in balneis ac-
cepto,& nutrices item & ancillæ digito pueri frontem
vngentes signant. Quòd si quis eas interrogaret quid
sibi lutum illud velit, quid cœnum: malum oculum a-
uertit,inquiunt,& fascinium,& inuidiam. Papæ quan-
tùm lutum potest,vniuersam diaboli aciē euertit. Non
abscondimini dic quæso. Non cognoscis tādem dia-
boli retia? Et quo pacto à prima ætate paulatim tendit
machinas suas diabolus? Quòd si lutū hoc facit,quam-
obrem tu quoque non idem in fronte tua facis, quum
vir sis, & in ætate perfecta magis quàm puer inuidos
habeas? Quamobrem non vniuersum corpus luto illi- B
nis? Nam si in fronte tantam habet vim,qua causa non
totum te luto vngis? Risus hæc, & satanæ ignominia,
non in derisum duntaxat,sed in gehennā conuertens,
quos decepit. Et quòd apud Gentiles hæc fiāt,nihil mi-
rum. Verùm quòd apud eos, qui crucem adorāt, & ar-
cana mysteria communicant, & huiusmodi philoso-
phātur,hæc ignominia prænalet: hoc sanè maximè est
deplorandum. Deus te vnguēto honorauit spirituali,
& tu luto coinquinas filium. Deus te honorauit, tu te
ipsum dehonestas. Oporteret vt fronti crucem inscri-
beres,quæ tibi certissimam præberet cautionē. Tu au-
tem iis omissis, in satanæ amentiam procidis. Quod si
cui hæc parua esse videantur, intelligant velim, quàm
magnorum ea malorū causa sint, & quòd ne ipsi Pau-
lo visum est, vt parua cōtemnerentur. Quid enim,quæ-
so,minus est,quàm quòd homo caput operiat? Sed vi- C
de quantopere in hoc contendat, & quàm vehemen-
ter prohibeat,& inter alia, ne vir deturpet caput suum:
† quòd si operuerit, deturpabit. Qui verò id luto illi-
nit, ‖ quo modo non abominabilem facit filium? Quo
modo eum sacerdotis manibus adducit? Quo modo
censes presbyteri manu frontem signandam, vbi luto
inunxisti? Nolite hæc fratres, sed à primis annis filios
vestros spiritualibus armis muniatis, & † cruce ‖ frōtem
sibi signandam eruditis, & priusquam ipsi per se face-
re possint,vos id facite. Quid si quis cæteras satanæ ob-
seruationes memoraret in doloribus & partubus, quas
obstetrices in capitis sui damnum moliuntur? Quid in
morte & singulorum funeribus vlulatus, & stultos ge-
mitus dicam? Quid in sepulturis demētiam? Quid cir-
ca monumenta studium intempestiuum,& ridiculum?
Quid plorantium mulierum examen,& dierum,& in-
gressus,& exitus obseruantiam: horum tu, quæso,glo-
riam venaris? Et quo modo non vltimæ est stulticiæ in
tam corrupta hominū sententia: & omnia temerè fa-
cientium gloriam quærere: quum oporteret ad insom-
nem semper oculum confugere, & ad eius sententiam
aspicientes,omnia & facere & dicere. Nam & si homi-
nes nos laudibus prosequerentur, nullam tamen nobis
afferre poterunt vtilitatem. Ille autē si opera nostra ac-
cipiet: & in hac vita claros,& in die venturo arcano-
rum bonorum nos participes faciet. Quæ vtinam om-
nes consequamur,gratia & benignitate domini nostri
Iesu Christi,cui gloria in secula seculorum,Amen.

Infra.11.b

† quòd si qui operuerit, deturpa caput suum: qui luto illinit.

‖ manu.

Homilia XIII.

NOs stulti propter Christum,vos autem prudentes. Nos in-firmi,vos autem fortes. Vos nobiles, nos autem ignobiles.

Multa in iis verbis grauitate vtitur Paulus. Quod enim omni accusatione grauius perculerat, *Hic sup.b*
hoc in loco cum debita sibi dignitate pertractat. Et *Ibidem.*
quum dixisset, Sine nobis regnatis: &, quòd nos deus
nouissimos ostendit tanquam morti destinatos, ex se-
quētibus ostēdit quo modo morti destinati sint, cùm
dicit: *Nos stulti,infirmi,ignobiles,& esurimus,& sitimus,& nu-di sumus, [& colaphis cædimur, & instabiles sumus,] & labora-mus,operantes manibus nostris:* quæ erant magistrorum, &
verorum apostolorum ‖ dogmata.] Verum illi in con- *‖ indicia.*
trariis superbi erant,in sapientia,gloria,diuitiis,hono-
ribus. Quum igitur velit eorum sedare insolentiam, &
ostendere in iis non modò non gloriari eos, sed con-
fundi oportere,primùm quidē eos iis verbis vituperat,
Sine nobis regnatis. Ego enim dico,inquit, quòd præ-
sens tempus non honoris est, non gloriæ, quibus vos
fruamini: sed vt persecutiones, & contumelias, quem-
admodum nos perpetiamini. Sin autem non sic se res
habet, sed remunerationis tempus hoc, vt video (hoc
autem per ironiam dicit) vos quidem discipuli, & iam
regnatis: nos autem magistri & apostoli, qui quum an-
te alios præmium accepturi essemus, nō modò vestrūm
nouissimi facti sumus, sed tanquā morti destinati, hoc
est,rei. Nos omnino in contumeliis,periculis,fame,vi-
uimus,ignominia affecti tāquam stulti, fugati, & into-
lerabilia perpessi. Hæc autem dicebat,vt eos ex iis mo-
nitos faceret,vt apostolica exoptarent præcepta, peri-
cula scilicet & cōtumelias,non honores,non gloriam.
Non enim illa,sed hæc præconium exigunt. Verū non
sic ex directo loquitur, ne grauis videatur, sed sicut se
decebat,sic hanc exequitur reprehensionem. Nam hūc
in modum ex directo locutus esset: Erratis, & decipi-
mini,& longè ab apostolica institutione abestis. Apo-
stolum enim & ministrum Christi stultum videri, &
afflictum inglorium viuere oportet, quemadmodum
nos. Vos autem contrà facitis. Verum huiusmodi ver-
bis magis eos tetigisset,ac si apostolos laudaret,& illos
asperiores reddidisset, tanquam desidiæ & inanis glo-
riæ,& deliciarum accusatos. Propterea in hūc modum
dici non conueniisset. Alio autē modo mordacius qui-
dem locutus est,verum tolerabilius. Quare sic per iro-
niam loquitur: *Vos autem fortes,vos nobiles.* Quòd nisi
ironia vsus esset,sic dixisset: Fieri non potest,vt hic qui-
dem stultus,ille prudens: hic fortis,ille infirmus exisi-
metur,quum prædicatio ‖ alterum exigat.] Si enim alij *‖ diuersa tū exigat.*
hoc, alij illud esse potuissent, fortasse verba vestra ra-
tione non caruissent. Nunc autem non est prudentem
videri,non nobilem,non liberatū esse periculis. Quòd
si est,necesse est vt apud deum nobis præferamini: no-
bis,inquam,præceptoribus vestris,qui innumeras passi
sumus calamitates. Quòd si neque hoc quispiam dice-
ret,relinquitur, quòd vos nostra sectamini. Et ne quis
me putet,inquit,de præteritis tantùm dicere, *Vsque in hanc horam & esurimus,& sitimus,& nudi sumus.* Vide qua-
lem esse oporteat omnem Christianorum vitam, non
vnam vel alterā diem. Et meritò, neque enim si athle-
ta vna victoria † coronatus est,] inde alio certamine *† potitus.*
succubuerit,coronabitur. *Et esurimus,* Contra eos qui
in deliciis viuunt. *Et colaphis cædimur,* Contra inflatos.
Et instabiles sumus, Contra eos,qui desident. *Et nudi sumus,* Aduersum diuites. *Et laboramus,* Hoc aduer-
sum fallos apostolos,qui neque operantur, neque peri-
cula patiuntur, sed fructus accipiunt. Verùm nos non
tales,inquit,sed cum exterioribus periculis, in cōtinuis
versamur operibus: & quod maius est, nemo posset di-
cere,quòd hæc ægrè feramus, aut persequentes accuse-
mus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus. Contrariis enim qui nos calumniantur, remuneramur. Hoc enim magnum est, non malorũ perpessio, quippe quæ omnibus cõmunis est: sed quum mala patimur, non ægrè ferre, non indignari: nos autem non solùm non ægrè ferimus, sed lætamur. Et hoc signũ est, quòd qui malo nos afficiunt, ex contrariis eis vicẽ reddimus. Et quòd hoc faciat, audi quæ sequantur: *Maledicimur, & benedicimus: persecutionẽ patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus, tanquam purgamenta huius mundi facti sumus.* Hoc est, stulti propter Christum. Qui enim malo afficitur, neque vlciscitur, neque dolet, stultus apud externos videtur, ignobilis, infirmus. Et ne grauius ea verba in Corinthiorum ciuitate acciperẽtur, si horum eos affectuum accusaret, Purgamenta, inquit, non ciuitatis vestræ, sed huius mundi facti sumus. Et rursum: *Omnium peripsema.* Non vestrum tantum, sed omnium. Quemadmodum igitur quum de Christi in nos charitate disputat, terra, cœlo, & vniuersa creatura omissa crucem in medio ponit: Sic cùm ad se homines velit allicere, prætermissis signis, quæ propter eos mala acceperit, enarrat. Huiuscemodi & nobis consuetudo est, cùm aliqui nos prosequuntur & contemnunt, quæ pro iis passi sumus, ea feramus in medium. *Omnium peripsema vsque adhuc.* Profundiorem plagam in fine intulit, omnium autem non persequentium inquit, sed eorum propter quos hæc patiuntur. ac si diceret, Gratiam habeo eis plurimam. Indignantis verbum, non dolentis, & eius qui illos tangere velit. Qui enim multa posset accusare, etiam benignè susc*ipit. Propterea Christus* *Matth.5.g* præcepit, vt æquo animo contumelias perpetiamur, vt & ipsi philosophemur, & illos magis coarguam⁹. † Qui enim ita lædit, tacitè quodã modo seipsum lædit.] Deinde cùm intolerabilẽ plagam videret, quamprimùm ipsam curauit, dicens: *Non vt confundam vos hæc scribo, sed vt filios meos charissimos moneam.* Non vt vos confundam, inquit, hoc scribo. Quod verbis facit, id non fecisse testatur, vel fecisse potius, nõ tamen prauo animo, & odioso. Nam & optima ea medicina est, quum quispiam loquitur, animi sui excusationem afferens. Siquidem tacere non poterat, ita enim inemendati permãsissent. Si dixisset autem, & vulnus quod inflixerat non curasset, acerbum & durum fuisset. Itaque diligentius quod dixerat, excusat. Hoc enim nõ solum non tollit sectionem, † sed profundius quàm vulnus descendere facit, & omnem consolatur dolorem.] Quippe qui audit, quòd non exprobrationis, sed amoris causa hæc dicit, tolerantius accipit correctionem. Multa autem hoc in loco grauitas, & reprehensio. Non enim locutus est vt magister, neq; vt apostolus, neque tanquã discipulos habeat, quod esset dignitatis: *Sed vt filios meos charissimos moneam.* Et nõ simpliciter filios inquit: sed, charissimos. Ignoscite mihi, inquit, si quid grauius dixerim, quum ex amore proficiscatur. Ideo non dixit, castigem: sed, moneam. Et quis non pateretur, cùm pater doleat, & quæ opus sunt, admoneat? Idcirco non prius hoc dixit, sed cùm vulnus dedisset. Quid igitur? Nõ mi ferentur nobis alij magistri, inquis? Non hoc dico, verùm non tantopere miserentur. Hoc autem non breuiter dixit, per instituta enim & nomina hoc ostendit, cùm pædagogum, & patrem poneret. *Nam si decem milia,* inquit, *pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres.* Hoc in loco non ostẽdit dignitatem, sed immẽsum amorem. Et neque illos exterruit, cùm, in Christo, addidit, sed eos consolatus est: & cùm non adulatores, sed pædagogos diceret, studiosos & laborum patientes, & suam præterea ostendit in eos charitatem. Idcirco non dixit, Sed non multos magistros: sed, patres. Ita neque dignitatem ponere, neque docere voluit, quòd maiorem à se vtilitatem essent assecuti, † sed permittit eis multa circa seipsos facere. Talẽ enim pædagogus amoris vehementiam sibi reseruat. Talẽ item pater.] Et non solùm dicit, Nemo vos sic amat. Quod corrigi non potuisset, sed rem factam affert in mediũ, Quæ igitur ea est? *Nam in Christo Iesu,* inquit, *per euangelium ego vos genui.* In Christo Iesu, non in meipso hoc cogito. Rursum eos qui in seipsis gloriantur, quòd docti sint, tangit. Vos enim, inquit, estis signaculum mei apostolatus. Et rursum: Ego plantaui. Et hoc in loco: *Ego vos genui.* Non dixit, Ego vobis verbum annunciaui: sed, genui. In quo naturali nomine vtitur. Siquidem vnum conatus est, vt scilicet suum in illos amorem ostenderet. Illi nanque à me accipientes, adduxerunt vos. Quòd autem fideles sitis, à me perfectum est. Sed cùm filios dixisset, ne adulatorũ verbum arbitrareris, rem quoque addidit: *Rogo vos ergo imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* Papæ quanta magistri fiducia, quàm certa similitudo, & cùm alios ad hoc hortetur, non tamen vt se laudibus efferat hoc facit, sed vt facilem esse virtutem ostendat. Neque mihi dixeris, non possum te imitari, tu enim magister es, & magnus. Sed non est tanta, inquit, inter te & me differentia, quanta inter Christum & me, veruntamen illum ego imitatus sum. Sed cùm ad Ephesios scribat, non ponit se mediũ, *Ephes.5* sed statim omnes illuc adducit. Estote imitatores dei, inquiẽs. Hoc autem in loco, cùm ad infirmiores sermo haberetur, se interiecit. Præterea ostendit, quòd possumus sic Christum imitari. Qui enim verũ sigillum † imitari vult, imitetur] archetypum. Videamus ergo quo modo ipse imitatus est Christum. Imitatio ista nõ eget temporibus, neque arte, sed sola voluntate. In pictoris quidem domum ingressi, nõ poterimus imaginẽ imitari, quanuis frequentius eam inspiciamus: hunc autem solo auditu imitari vobis licebit. Vultis, tabula in medium allata, subscribamus in vobis Pauli vitam? Proponatur igitur tabula longè clarior, quàm regũ imagines, cuius subiectum non tabulæ glutine compactæ, nõ lineum superinductum, sed dei opus. Anima nanq; & corpus est, anima dei opus non hominum, & item corpus. Plauditis hic, non tamen hic plaudẽdi tempus est, sed in futuro seculo & plaudendum, & æmulãdum. Primùm enim materia subiicitur cõmunis ad omnes. Anima nanq; quatenus anima, nihil ab anima differt, sed voluntas ostendit differentiam. Nam quemadmodum corpus quatenus corpus nullam habet differentiã, sed simile est & Pauli corpus, & multitudinis: pericula autem hoc quàm illud clarius reddiderunt: sic & in anima. Subiiciatur igitur nobis tabula, Pauli anima. Hæc tabula iacebat nuper fuliginis & araneorum plena. Nihil enim blasphemia peius est. Verùm quum veniret, qui omnia disponit & intuetur, non propter desidiam & delicias sic depictam, sed propter ignorantiam, & quòd pietatis flores non intelligebat, flagrabat desiderio, colores non aderant. † Neque enim ex cognitione illa proueniebat cupiditas,] dedit ei veritatis florem, hoc est gratiam, & confestim regiam retexit imaginẽ. Nam cùm colores acciperet, & discceret quæ ignorabat, nõ expectauit tempus, sed quamprimũ optimus artifex apparuit: & ante omnia regiũ caput ostẽdit, cùm Christũ prædicaret. Inde reliquum veræ vitæ corpus. Pictores quidem domi inclusi quietè, & diligenter

† *non enim perinde cõtumeliã re gerẽdo, atq; silẽtio præterẽdo, hoc quispiã effecerit.*

† *sed pfundius etiam descendere facit, & omnem vulneris mitigat dolorem.*

† *sed cũ ei concessisset quòd multa circa ipsos elaborasset, id enim ẽ pædagogi amoris excellentiã, hi reserua. hoc eminẽs patris.*

Infra.9.a

Supra.3.c

† *Non enim fecũdã fecit florem, sed gratiam.*

† *imitator, imitatur.*

tiam vt olim imaginẽ habebat.

genter omnia faciunt, nemini ostium aperientes. Paulus autem in medio terrarũ orbe tabula posita, omnibus repugnantibus, perturbãtibus, tumultuantibus, regiam hãc perfecit imaginem, neque prohibitus est. Id-
Hic sup. b circo dicebam: Spectaculum facti sumus mũdo, in medio terræ & maris, & cœli, & vniuersi mundi, mundi huius sensibilis, & intelligibilis imaginẽ pingens. Vultis & reliquas eius partes intueri à capite ad pedes? si placet à pedibus exordiamur. Intuere igitur statuã auream, vel potius ea preciosiorem, & qualẽ in cœlo esse credibile est, non plumbo compactam, neque [vno in]
Rom. 15. c loco collocatam, sed ab Hierusalẽ vsque in Illyricum, & in Hispaniam currentem, & per vniuersum orbem tanquam alitem delatam. Quid enim iis pedibus speciosius, qui vniuersam quæ sub cœlo posita est terram
Esa. 52. b. & Nah. 1. d peragrarunt? Hanc speciem propheta antiquitus præ- B
& Ro. 10. c dicat, cùm inquit: Quàm speciosi pedes euangelizantiũ pacẽ. Vis & pectus videre? age tibi hoc quoque ostẽdam, & longè pulchrius quàm pedum speciem intue-
Exod. 32. d beris, & quàm ipsa veteris legumlatoris pectora. Moyses enim tabulas lapideas tulit. Hic autem ipsum intus [habebat] Christum, & ipsam regiam imaginem: & id-
Exod. 25. b 26. d. 37. a circo quàm propiciatorium, quàm Cherubim præstãtior fuit. Non talis enim vox [illinc] prolata est, qualis
& He. 9. b à Paulo: sed à Moyse quidem plurima de sensibilibus disputata sunt, à Pauli autem lingua, de supercœlestibus rebus. Et à propiciatorio quidem Moyses solis Iudæis locutus est, Paulus autẽ vniuerso orbi: & illic quidem per inanima, hic autem per animam virtute præditam. Hoc & cœlo clarius fuit propiciatoriũ, non varietate syderum effulgẽs, neque radiis solaribus, sed ipsum iusticiæ Solem habens, † & illinc radios mittens.]
† illinc radios emittẽtem. Et hoc quidem cœlũ nebula aliquando discurrens obscurius reddit: Illius verò pectus nulla vnquam inuasit perturbatio, vel potius multæ sæpe perturbationes inuaserunt, non tamen lucem obumbrarunt, sed in me-
2. Tim. 2. b diis tentationibus & periculis hæc lux effulsit. Quamobrem ipse catenis deuinctus clamabat: Verbum dei non ligatur. Sic semper ab illa lingua radios dimittebat, neque metus, neque periculũ pectus illud triste reddidit. Fortasse pectus fugare pedes videtur. Verũ & illi tanquam pedes boni, & hoc tanquam pectus. Vis ventrem pulcherrimum spectare? audi quid de eo loquatur. Si cibus scandalizat fratrem meum, nõ comedam
Infra 8. d Roma. 14. d carnem in æternum. Bonũ est non comedere carnem, neque vinum bibere, neque in quo frater tuus offendit,
Philip. 4. c vel scandalizatur, vel infirmatur. Escæ ventri, & venter escis. Quid hoc ventre speciosius, qui ita tranquilli- D
tatem, & omnem edoctus est continentiam, & qui nouit esurire, fame torqueri & sitire? Quemadmodũ igitur equus aureis habenis acceptis, composito gradu incedit, sic ipse naturæ necessitatem exuperauit. Christus enim eum inhabitabat, qui quum tanta esset continentia, planè cõstat omni eum malicia vacasse. Vis & manus, quas nunc Paulus habet, an prius earũ superiorem maliciam intueri? Ingressus hic in domos nuper, & viros, & mulieres distrahebat, qui neque viri, sed feræ cu-
Act. 9. a iusdam sæuissimæ manus habebat. Quum autem veritatis speciem, & spiritualem accepit experientiam, non amplius hominis factæ sunt manus, sed spiritus. Quæ quũ singulis diebus catenis deuincirẽtur, neminẽ tamẽ vnquam verberarunt, verberatę autẽ sunt frequentius.
Act. vlt. a Reuerita est aliquando & vipera has manus, nõ enim amplius hominis manus erant, propterea neque eas tetigit. Vis & tergum cæteris membris videre non abi-

mile? audi quid de eo referat: Quinquies quadragenas *2. Cor. 11. f*
vna minus accepi, à Iudæis ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui. Sed ne nos in immensum profundum incidentes, singulis ipsius membris enarratis, pluribus verbis vtamur, agitè omisso corpore, aliam pulchritudinem intueamur à vestimẽtis, quæ dæmones quoque reueriti sunt, propter quæ diffugerunt, & morbi fugabantur. Etenim vbicunque Paulus apparebat, omnia *Act. 19. b*
cedebant, omnia inferiora erant, tanquam adesset qui mundum exuperaret. Et quemadmodum qui in bello multa vulnera accipiunt, etsi vel arma vulnerantis viderint, exterrentur: sic dæmones illius sudariolum tantùm conspicati exiliebant. Vbi nunc sunt diuites & superbi in diuitiis suis? Vbi sunt qui suas enumerant dignitates, & vestes preciosas quibus se comparant? Lutum nanque & cœnum sua omnia intuebũtur. Et quid vestes & aurum commemoro? Si quis mihi orbem terrarum possidendum daret, solùm Pauli vnguem omni illo imperio potentius esse arbitrarer: omnibus deliciis illius paupertatem, omni gloriæ ignominiam, omnibus diuitiis nuditatem, omni licẽtiæ illius sancti capitis colaphos, omni diademati lapides in eum proiectos prætulerim. Hanc desideremus coronam dilectissimi, & quamuis in præsentia persecutio nõ sit, nosipsos tamen præparemus. Neque enim Paulus persecutionibus tantùm clarus euasit. Etenim dicebat: Castigo cor- *Infra 9. d*
pus meum. Hoc autem etiam sine persecutione potest *Roma. 13. d*
fieri. Et ne carnis prouidentia fiat in cupiditatẽ, admonuit. Et rursum: Habentes victum & vestitum, iis con- *1. Tim. 5. b*
tẽti sumus. In iis sanè nulla persecutionis necessitas. Et locupletes compescit iis verbis: Qui volunt ditescere, *Ibid. 6. b*
in tentationem incidunt. Si igitur & nos ipsos sic exercebimus, in certamen ingressi coronabimur: & licèt persecutio non sit, multa tamen pro ipsis præmia accipiemus. Sin autem pingui corpore luxuriabimur, porcorum vitam viuemus, & nullo cõscientiæ morsu peccabimus, & ignominiam feremus. Nonne vides cõtra quos nobis certamen est? contra incorporeas virtutes. Quo igitur pacto in carne eas vincemus? Nam si is, qui cum hominibus certat, oportet vt sobriè comedat, lõgè magis qui contra dæmones. Cùm autem carnis farcina & diuitiis deuincti sumus, quibus armis hostes superabimus? Vinculum nanque diuitiæ sunt, vinculum graue iis qui illis vti nesciunt. Tyrannus crudelis & inhumanus, ad seruorum pestem omnia præcipiens. Verùm si vellemus, acerbam earum tyrãnidem à throno deiceremus, faceremusq; vt nobis pareret diuitiæ, non imperarẽt. Quò nam igitur pacto hoc fiet? si in omnes diuitias erogabimus. Quousque enim solæ cum solis erunt, tanquam latro quidam in solitudine omnia mala operabuntur. Quando autem in medium eas adduxerimus, non amplius nos superabunt, quoniam vnusquisque eas vndique vinciet. Hoc ego dico, non quòd crimini dandum sit, si quis pecunias habeat: sed si non distribuerit eas pauperibus, neq; iis rectè vtetur, id peccatum est. Nihil enim deus, quod malum esset, effecit, sed omnia valde bona: itaque & opes bonæ. Verùm si suos non vicerint possessores, si proximos paupertate liberauerint. Non enim lux illa bona est, quæ non fugat tenebras, sed densat. Neque eas ego diuitias appellarem, quæ paupertatem non pellerent, sed augerẽt. Siquidem diues non quærit ab aliis accipere, sed aliis auxilium præstare: qui autem ab aliis accipere quærit, non amplius is diues est, sed pauper. Itaque pecuniæ malum

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non sunt,sed mẽs pusillanimis, quæ diuitias in pauper- A
tatem ducit. Hi quàm qui per angiportus mendicant, miseriores sunt, quàm qui vlcerata habent corpora, quàm qui pannis sunt obuti, qui sericis & precios is vestimentis induuntur: & qui in foro obuios propulsant, quàm qui per plateas incedunt, & aulas ingressi infe-
†clamãt & mendicant, magis miseri. rius †clamant, & miseri mendicant.] Hi nanque deum laudant,& misericordiæ verba, & sapiẽtiæ multæ plena proloquuntur. Quare miseremur eis, & manũ porrigimus. Qui verò malè diteſcunt,crudelitatis,immanitatis,rapinæ,cupiditatis verba faciunt. Quare apud omnes exosi sunt & ridiculi? Contemplare quid apud omnes homines turpe videatur,à diuitibus petere,an à pauperibus?Proculdubio à pauperibus. Hoc diuites faciunt:non enim audent ad ditiores accedere. Nam & mendicus nõ mendicum quicquam petit,sed diuitem: diues pauperem diripit. Præterea dic,quæso, quid pul- B
chrius ab iis qui sponte sua largiuntur, [& gratiam habent: Jan ab inuitis accipere, & eos cogere & perturbare? Planè constat à non volentibus non esse accipiendum. Sed hoc itẽ diuites faciunt: pauperes enim à vo-
†habent. luntariis accipiunt, & ab iis qui gratiã †se habere sciũt.] Diuites autem ab inuitis & egreferentibus,quod maioris est paupertatis argumentũ.Nam si nemo ad cœnam venire vellet,nisi qui inuitauerit, gratiam haberet vocato,quo pacto pecunias coactè accipere bonũ est?Nũquid propterea abigimus canes, & fugimus latrantes, quòd multa nos sedulitate vrgẽt:hoc & diuites faciũt. Sed si metus largitioni adsit,nũquid honestius est?Hoc quidem omnium turpissimum. Qui enim omnia perturbat vt accipiat,cur nõ sit maximè ridiculus?Etenim sæpenumero canum formidine iis proiicimus, si quid
habemus.Quid præterea turpius,dic quæso,panno ob- C
situm petere,an sericis vestibus indutum? Quum enim diues quispiã senes pauperes colit, vt eorum sibi relinquantur facultates, & maximè quum liberos habeant, quà nam erit venia dignus? Quòd si placet,ipsa verba consideremus,& quæ diuites mendicantes,& quæ pauperes facere solent. Quæ nam igitur pauper proloquitur?quòd qui dat eleemosynam,nunquam à largiendo temperabit,quoniã dei diuitias largitur. Nam & deus benignus est,& maiora retribuit. Quæ omnia philoso-
†postul.at enim vt ad dominũ respicias. phiæ verba sunt,& admonitionis & consilij plena.†Te enim in domini conspectu videre arbitratur,]& tuum de futura paupertate timorem aufert,& multam quilibet inuenire doctrinam posset in mendicantium verbis.Diuitum autem verba, porcorum verba & canum, & luporum, & aliarum ferarum sunt. Siquidem alij de ipsis mensis,obsoniis,cibis,& omnifariam vini genere, D
vnguentis,& omni luxuria disputant.Alij autẽ de vsuris & mutuis tabulas fingẽtes,& grauissimum æris alieni onus adiicientes, ac si à patribus & auis principium acceperit:huius quidem domum, illius agrum, alterius verò seruum,& omnem auferunt possessionem. Quid si quis meminerit testamenta pro atramento sanguine scripta?At enim in maximum inducunt periculum,aut paruis quibusdã promissionibus decipiunt: quos si viderint etiam paruæ possessionis dominos,persuaserũt, vt familiares omnes, & sæpe inopia pereuntes prætermittant, & se pro illis hæredes scribant. Qui igitur ita facit, ferarum crudelitatẽ atque immanitatẽ ostendit. Quamobrem hortor, omnes has diuitias effugiamus, quæ turpes sunt & cædum plenæ:& possideamus spirituales thesauros, eosq; in cœlo inquiramus: quos qui possidẽt,illi diuites sunt,illi locupletes,& omnibus quę

in hac & futura vita sunt,bonis perfruuntur. Qui enim vult pauper fieri secundum dei sermonem,ei omnium domus patent. Nihil enim propter deum possidenti quisque res suas elargitur. Qui autem parua iniustè possidere vult, cunctorum sibi ostia claudit. Vt igitur & præsentia & futura bona consequamur, diuitias stabiles, & immortales copias eligamus, quas vtinã omnes consequamur gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria simul & spiritui sancto nunc,& in secula seculorum,Amen.

Homilia XIIII.

Deo misi ad vos Timotheum, qui est meus filius charissimus, & fidelis in domino, qui vos commonefaciet vias meas in Christo Iesu. Considera ex iis verbis generosum Pauli animum, qui igne calidior est atque agilior. Volebat nanque †omnibus auxilio esse, †ipse adſ.
& maximè tantoperè laborãtibus, & seditiosis Corinthiis. Quippe qui planè norat, quãtum discipulis vtilitatis afferret præsentia sua, quãtum autem absentia detrimenti: & illud quidem in epistola ad Philippẽses significauit,quum inquit:Nõ in præsentia mea tantùm, *Philip.2.*
sed multò magis nunc in absentia mea,cũ metu & tremore vestram salutem operamini. Hoc autem in hac ostendit epistola,dicens: Tanquam non venturus sim ad vos,sic inflati sunt quidam,veniam tamen.Festinabat igitur, & desiderabat adesse ipse. Quod quũ adhuc sibi non liceret,præsentiæ suæ promissione eos dirigit. Neque hoc dũtaxat dicit, sed suum mittit discipulum: ideo inquit,misi ad vos Timotheum.Cur autẽ,inquit,
Ideo? Quoniam velut de filiis,sic de vobis curã habeo, & velut pater. Et cum personæ commendatione
mittit, *Qui est meus filius charissimus & fidelis in domino.*
Hoc autem dicit,& suam ostendens charitatẽ,& illos confirmans,vt eum reuerenter intuerentur. Neque simpliciter,inquit,fidelis:sed,in domino,hoc est in rebus,quæ secũdum deum sunt. Quòd si in rebus secularibus fidelẽ esse laudabile est, longè magis in spiritualibus.Si igitur charissimus eius filius erat, contemplare quanta fuerit Pauli dilectio, quòd Corinthiorum gratia eum à se separari permiserit. Sin autem fidelis, sine reprehensione rebus ministrabit. *Qui vos commonefaciet.*
Non inquit, docebit, ne ægrè ferrent, tanquam ab eo didicissent. Propterea & in calce huius epistolæ, inquit: Opus domini operatur, sicut & ego. Ne quis igi- *Infra.16.b*
tur ipsum contemnat: nulla nanque erat inter apostolos inuidia,sed in vnum intuebantur,in ecclesiæ ædificationem: quanuis minor esset qui operabatur, omni eum studio cõfirmabant.Idcirco non contentus est dicere,commonefaciet:sed,sermonẽ suum auget,abscindere volens eorum inuidiam. Etenim erat iuuenis Timotheus. Quare addidit,Vias meas.Non suas inquit, sed meas:hoc est,dispensationes,pericula,mores,leges, sortes,regulas apostolicas, & alia item omnia. Cùm enim dixit,Nudi sumus,colaphis cædimur,instabiles su- *Hucsq.*
mus: & hæc,inquit, omnia vos cõmonefaciet,& leges etiã Christi,vt hæreses tollat. Deinde ad superiora sermonem suum referens subdidit, *Quæ sunt in Christo Iesu.*
Sic omnia, vt consueuit ad dominum refert, & fidem inde sibi comparat,ideo subdidit: *Sicut vbique in omni ecclesia doceo.* Nihil ad vos nouũ affero, hæc & reliquæ nouerũt ecclesiæ.Vias autem suas in Christo, inquit,ostendens quòd nihil habent humanum, & quòd illius auxilio omnia dirigũtur.Quibus verbis illis quoque medetur.Deinde quò accusaret fornicatorem,rursum

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum in indignabundos sermones prorupit, nō tamen A ipse trahitur,sed illos corrigens,& omisso fornicatore cum aliis disputat,neque illum,neq; illius dignatus rationes: quod in terris maxime noxiis facere consueuimus. Et quum dixisset,Misi ad vos Timotheū,ne propter hoc pigriores fierent,vide quid deinde dicat: *Tanquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam.* Hoc in loco & illum & alios quosdam tangit,& eorum animi elationē deiicit.Ambitionis nanque est crimen, vt absentia magistri contumacia quispiam vtatur.Cùm igitur multitudinem alloquitur, considera† quāto hortatu]hoc faciat:quum verò authores, cōtemptibilius. Ad illos enim,inquit, Omnium peripsema:& vt eos leniat prosequitur, Non vt cōfundam vos hæc scribo: iis autem, Tanquam non vēturus sim ad vos, sic inflati sunt quidā,inquit:ostendens, quòd puerilis sensus cōtumacia est. Etenim pueri magistri absentia pigriores fiunt. B Et hoc ostēdit,quòd satis est ad correctiōnem præsentia. Quemadmodum enim leonis præsentia, omnibus animalibus timorē incutit,sic & Pauli eis qui ecclesiam dilacerant.Quare addidit, *Veniam autem statim ad vos, si deus voluerit.* Sed hæc sola verba per minas dicta videbantur.Quòd autem ipse operū demōstrationem polliceretur,& illi expetierunt,hoc magnanimę mentis erat.Quocirca addidit, *Et cognoscam, non sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutem.* Non enim ex propriis operibus,sed ex magistri absentia illa erat cōtumacia, quod ipsum quoque contemptibilis erat sententiæ. Idcirco quum dixisset,Misi ad vos Timotheum: nō statim,inquit,veniā: sed prius eos inflationis accusans, inde,inquit, veniam. Quòd si ante accusationē hoc posuisset, defensio sui ipsius fuisset,tanquā *non deficietis, & non minę.* Et neq; sic credibilis esset oratio. Nūc autē quum C post accusationem ponat,& fidedignum se & metuendum facit: & vide eius firmamentum & certitudinem. Nō enim simpliciter inquit,veniam: sed,si deus voluerit. Neque determinatū tempus ponit. Cùm enim fieri posset, vt tardius ad eos proficisceretur, per incertitudinem vult eos dubios relinquere.Et ne propterea rursum decidant,addidit: *Cito,& cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt,sed virtutem.* Non dixit,Cognoscā sapientiam,neque signa:sed,non sermonem.Et †illo]nomine deprimēs, & hoc extollens, ad alios iam qui fornicatori fautores sunt,vertitur. Nam si illū alloqueretur,non dixisset virtutem,sed opera, quæ erant ei corrupta.Et quā nam gratia non quęris sermonem Paule? Non quoniam non indigeam sermone, sed quoniam in virtute res nostræ positæ sunt.Quemadmodum igitur in bello non eorum qui plurimum iactāt ab se gesta,sed qui plurima gesserunt: Itidem hoc in loco non loquentium,sed faciētium victoria est. Gloriaris in facundia, inquit. Verùm si rhetorum certamen & tempus est,rectè inde gloriaris.Sin autē apostolorū veritatem adnunciantiū,& signis eam confirmantium,quid nam in re superflua, & nullius momenti, & in his quæ ad præsentia nihil cōferre possunt,inflaris? Quid enim sermonum demonstratio posset ad mortuorum resurrectionem,vel ad dæmonū fugam, vel ad aliud huiusmodi miraculum faciendum? Horum autē nunc opus est,& propter hæc res nostræ confirmantur.Quare addidit, *Non enim in sermone est regnum dei,sed in virtute.* per signa,inquit,non per facundiam vicimus.& propterea quòd diuina est doctrina nostra,& cœlorum regnum adnunciamus,maximam certitudinem prębent signa, quæ spiritus virtute facimus.Si igitur magni aliqui esse

volunt,qui nunc inflantur,cùm affuerimus, ostendant si quam talem habeant virtutē,& neque verborū pompas afferant, neque enim illa apud nos ars est. *Quid vultis, in virga veniam ad vos [an in charitate & spiritu mansuetudinis?* Multum habet tum terroris,tum mānsuetudinis hic sermo: quum enim diceret, cognoscam, adhuc mansuetè agentis est. Cæterum quum dicit,Quid vultis, in virga veniā ad vos?] Id præceptoris cathedram iam ascendentis,& inde cum iis disputāris, & potestatem omnem accipientis est. Quid autem significat, In virgam in pœna & supplicio,hoc est perdam & cæcabo: quod in Sapphira Petrus effecit, quod ipse in Elima *Actō.5.b* mago.Nam non adhuc tāquam cōparans seipsum illis loquitur,sed cum certitudine: & hoc idem in secunda † *authoritate.* epistola apparet,quum inquit: Num probationē quæritis in me loquentis Christi?In virga veniā,an in cha- *2.Cor.13.a* ritate?Quòd enim in virga veniret,nunquid erat charitatis? Charitatis profectò. Sed quoniam amicissimus ad supplicū exurgit,propterea sic inquit.Quando igitur de supplicio locutus est,nō dixit,& spiritu mansuetudinis:sed,virga. Atqui & illud spiritū factum est. Est nanque & spiritus mānsuetudinis, & spiritus seueritatis: sed non vult sic illū appellare,sed ab vtilioribus. Propterea deus quanuis puniat,quòd misericors quidem sit, & patiens, & dives in misericordia & miserationibus sæpe dicitur:quòd autē vltor, semel iterumq; & rarius, & hoc non nisi vrgente causa. Et cōsidera Pauli sapiētiam,quum & hoc & illud in sua habeat potestate,alios facit dominos,inquiens, Quid vultis?In vobis, inquit, optio posita est. Etenim nos & huius & illius habemus *Liberum arbitrium.* potestatem, vt scilicet & in gehennam incidamus, & regnum assequamur,quoniam,deus sic voluit.Ecce,in- *Eccli.15.d* quit,ignis & aqua, ad quod volueris extende manum *Esaiæ.1.e* C tuam:&,*Si volueritis*, & audieritis me, bona terræ comedetis.Quòd si nolueritis,gladius deuorabit vos.Sed fortasse dicet quispiam: Volo, & nemo tam stultus qui nolit.Sed non sufficit mihi voluntas, & tamen sufficit si vt oportet volueris,& quæ volentis sunt feceris.Nūc autem nō nimium vis,& hoc in aliis experiamur, si videtur.Dic,quæso,mihi,qui vult vxorē ducere, num satis est ei voluntas?Minimè,sed pronubas inquirit,& amicos orat,vt ei inuigilent,& pecunias cogit. Rursum mercatori non sufficit vt negociationi vacare velit,& domi desideat:sed & nauem conducit, & nautas & remiges inuenit,& argentum mutuatur.Præterea locum & mercium precia perscrutatur. Quo modo igitur nō absurdum sit,vt in terrenis rebus tantum studiū ostendatur:eis autem qui cœlum consecuturi sunt, voluntas D sola sufficiat, imò neque ipsa quo decet studio ostēdatur.Qui enim vult,vt oportet, etiā res attingit, quæ ad id adducant quod vult. Etenim quum fames cogit vt comedas, nō expectas vt sponte sua cibi ad te veniant, sed omnia facis,vt victum tibi cōpares. Et in siti & algore, & cæteris omnibus itidem facis, & ad corporis curam disponeris. Idem tu circa cœli regnum efficias, & proculdubio id consequeris. Propterea te liberi ar- *Cur datū liberū arbitrium.* bitrij fecit deus,ne posterius deum accuses, tanquā necessitati alligatus. Tu autem pro quibus honorem assecutus es, pro iis indignaris. Etenim multos audiui, qui dicerent: † Quamobrem in mea non posuit potestate † *Quare virtutē in mea posuit potestatē?* virtutē? Sed qua ratione oportuit iacentē, dormientem,maliciæ cupidum,delicatum,& ventri deditū hominem in cœlum assumere, nisi maliciam dimiseris? Nam si in præsentia minis propositis,non tamen vicijs abstines,si cœlum tibi præmium proponeretur, an vnquam

† *quàm verecunde. Ibidem.*

† *illud.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam à malicia ceſſares pigrior factus, & longè deterior? Neq; enim illud dicere poteris, quòd dederit quidem bona, nõ tamen opitulatus ſit. Etenim multũ promittit tibi auxilium. Sed virtus, inquis, difficilis eſt & grauis, maliciæ autem multa admiſcetur voluptas. Etenim hæc quidem lata eſt & ſpacioſa, illa autem anguſta & preſſa. Nunquid omnino, dic quæſo? an à principio vtraque talis? Etenim inuitus de virtute dicis hæc
Matth.7.b quæ dicis, adeò potens eſt veritas. Etenim duæ erãt viæ, altera ad gehennam, altera ad paradiſum ducẽs: & illa quidem lata quæ ad gehẽnam, hæc autem anguſta quæ ad paradiſum. Vtram igitur mauis? Quanuis enim cõtendens nunc contradixeris, in rebus tamen certiſsimis, etſi impudentiſsimus ſis, contradicere non potes. Quod enim magis ſit eligendum, quod principium habet difficile, finem autem minimè, ex iis quę in promptu ſunt, rebus vos docere conabor. Et ſi placet, artes primum diſcutiamus. Ipſæ enim principium quidem laborioſum habent, finem verò lucroſum. Sed nemo, inquis, artem aggreſſus eſt, niſi cogatur. Nam ſi dominus ſui ipſius iuuenis fuerit, inquis, potius in deliciis eſſe primùm eliget, & in fine innumera perpeti mala, quàm principio in miſeria viuere, & deinde laborũ ſuorum mercedem accipere. Sed huiuſmodi optio orbatæ mẽtis eſt, & puerilis ſecordiæ. Cõtraria autem prudentis & fortis. Itidem & nos, niſi pueri ſenſu fuerimus, nõ vt orbatus ille & inſipiens, ſed tanquam ſub patris cuſtodia educati ſentiemus: oportet enim puerilem ſenſum abiicere, neque res accuſandæ ſunt: ſed aurigam conſcientiæ imponere, qui non ſinat eam laſciuire, ſed currere & certare aſſuefaciat. Nõnne quæſo abſurdum eſt, vt pueri ab ineunte ætate duram vitam degant, & in iis rebus verſentur, quæ principia habent laborioſa, finem autem optimum: nos autem contrà in ſpiritualibus ſentiamus? Atqui non omnino nobis certum eſt in hoc ſeculo, qui nos finis maneat. Siquidem immatura mors, paupertas, calumnię, rerum mutationes. & id genus alia, poſt multos labores eorum nobis fructum abſtulerunt, quem licèt, qui eò peruenerint, cõſequantur,
†hic verò tamen nihil magnum lucrabuntur. Nam cum hac vita illa omnia pereunt, †in qua] non pro iis vilibus rebus & caducis currimus, neque de fine tanquã incerto formidamus, ſed maior & certior nobis ſpes eſt poſtquam hinc abierimus. Quæ nam erit igitur venia, quæ excuſatio nolẽtibus ad virtutis labores accingi? Sed adhuc ſciſcitantur homines, cur via anguſta ſit? Et quum in terreni principis regiam neque ſcortatori, neq; ebrio, neque luxurioſo cuipiam aditus pateat, in ipſum cœlum deliciis, ebrietate, auaricia, omni denique malicia perditos homines licenter ingredi poſſe arbitraris. Et quam hæc veniam merentur? Atqui nõ hoc inquis dico, ſed quamobrem non latè pateat virtus. Et profectò modò vellemus, eſſet quàm facillima. Vtrum enim facilius eſt, quæſo, fodere parietem, aliena diripere, deinde in carcerem intrudi: an ſuis opibus contentum eſſe, & omni metu liberari? Verùm non omnia proſecutus ſum. Quid inquam facilius, quæſo: an omnium bona diripere, & iis breui temporis ſpacio frui, & poſtea largis continuè verberibus cædi: an in paupertate iuſtè hanc brenem vitam degere, & perpetuò deinde in deliciis eſſe? Nondum enim quid vtilius ſit inquiramus, ſed primùm quid facilius. Quid autem iucundius: an ſomnium fœlix videre, & verè ſupplicio affici: an moleſtum, & re ipſa in deliciis viuere? Nõnne planè con-
†virtutem. ſtat hoc eſſe iucũdius? Qua igitur ratione aſperam †vitam appellas? Aſpera enim eſt, ſi ad imbecillitatem noſtram comparetur. Nam quòd facilis & leuis ſit, audi Chriſtum teſtantem: Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Quod ſi non intelligis, nulla te admiratio Matth.11
teneat. Non enim forti animo es. Vt enim cũ animi vis adeſt, grauia leuia fiũt: ſic cùm abeſt, leuia grauia. Quid quæſo, mãna ſuauius? Quid magis in promptu? ęgrè tamen Iudæi tulerũt, cùm eo in deliciis veſcerẽtur. Quid Numer.11
fame & cęteris quos Paulus perpeſſus eſt laboribus grauius? Gaudebat tamen ille, & exultabat, dicens: Nunc 2.Cor.12
glorior in infirmitatibus meis. Quę igitur horum cauſa? Animi diuerſitas, quem ſi qualem eſſe oportet, inſtitueres, facilitatem virtutis dignoſceres. Quid ergo? Ex operantium animis huiuſmodi fiunt, inquis? Non ex animis duntaxat, ſed natura ipſa talis eſt. Etenim ſi omnino virtus laborioſa eſſet, malicia autem omnino cõtrà, meritò deſides, hãc illa dixerint faciliorem. Quòd ſi altera difficile, altera iucundum principium habet: fines autem contrà, alterius quidem ſuauem, alterius autem grauem, [cæterùm fines ſint perpetui:] vtrum facilius elegeris? Quid ergo plerique hanc nõ eligunt facilitatem? Quoniam alij diffidunt, alij etſi credant, animum coinquinatum habent, & ſatius caducam quàm æternam ducunt voluptatem. Nõ igitur hoc facile, ſed imbecillis animi eſt. Et quemadmodum febricitantes, non quoniã ſuauis ſit breuis voluptas, & diuturnus ardor, idcirco frigidam potionem efflagitant, ſed quoniam ſuam nequeunt cohibere auiditatem, itidem ij. Quòd ſi quis eos ad ſuppliciũ vnà cum voluptate traheret, nunquam eam eligerent. Vides quo pacto nõ facilis eſt malicia. Quòd ſi placet, ab ipſis rebus rurſum hoc idẽ inquiramus. Quid quæſo ſuauius, quid facilius? ſed non ſecundum multitudinis cupiditatem res iudicemus. Non enim à malè, ſed à bene valentibus eſt accipienda ſententia. Neque enim ſi innumeros febricitantes, & qui bonæ valetudini cõtraria expoſcerẽt, neque futuri cruciatus rationẽ vllam haberẽt, mihi proponeres, eorũ opinione niterer: quid inquam facilius, multáſne deſiderare pecunias, an earum cupiditatem ſuperare? Hoc ego ſatius duco. Quod ſi non credis, ad res ipſas oratione noſtra veniamus. Sit alter qui multa, alter qui nihil deſideret, vter horũ melior? vter honeſtior? Sed hoc omittatur: quippe cùm perſpicuum ſit, hũc illo meliorem: & hac de re nihil in præſentia quæramus, ſed vter faciliorem, iucũdioremq; vitam viuit. Siquidem auarus ne ſuis quidem rebus fruitur. Quod enim cupit, nunquam vellet expendere, ſed libentius ſectionem pateretur, & carnem ſuam traderet quàm aurum. Qui verò pecunias cõtemnit, hoc primùm lucratur, quòd ſuis rebus omnino fruitur, & quidem fidenter, & ſe illis potiorem arbitratur. Quid igitur iucundius, audentèrne præſentium rerum fructum capere, an ſub diuitiarum imperio viuere, †& nulli eas cre- †nec quidere?] Simile hoc mihi videtur, ac ſi duo viri vxores *quam ſuas* miro amore proſecuti, nõ itidem eis vtantur, ſed *rum aliter*
alteri quidem ſuam tangere, & eius cõſuetudinem ha- *contingat*
bere, alteri autem ne propinquare quidem ſuæ liceat. afferam & aliud, quod alterius voluptatem, alterius anxietatem oſtendit. Auarus nũquam finem ſuæ imponit cupiditati, [non ſolùm] quòd non poſsit omnium ſolus facultates occupare, ſed [etiam quod] quantumcunque complectitur, nihil ſe habere putat. Qui verò pecunias deſpicit, omnia ſuperflua arbitratur, neque animã immenſis cruciabit cupiditatibus. Nihil enim adeò animã torquet, quàm cupiditas, quum eam ſatiare non

poſsis:

Universidad de Deusto
Biblioteca

potis: quod maximè deprauatam ostendit mentem. Animaduerte, quæso, eum qui pecunias desiderat, & plura possidet: ita huiusmodi homo, ac si nihil habeat, afficitur. Nūquid posset quippiam hoc morbo grauius esse, quod qui habet, non videtur habere quæ possidet, & tanquam non habeat torquetur: & licèt omnia consequatur, magis dolet: etsi centum talenta possideat, quòd non habeat mille: etsi mille, quòd nō decem milia: etsi decem milia, quòd non decies totidem coëgerit, maiorem in modum angitur: & quantò plura possidet, tantò fit pauperior. Siquidem quantò plura congerit, tantò plura desiderat. Igitur quantò plura congerit, tantò est pauperior. Nam qui plura desiderat, is pauperior est. Quum igitur centum habuerit talenta, nónne quodam modo mendicat: mille enim desiderat. quum mille acceperit, pauperior est. Nō enim amplius mille, vt antè, sed decem milibus egere se dicit. Quòd si desiderium illud duntaxat nihil cōsequendo voluptatē esse dixeris, valde mihi voluptatis naturam ignorare videris, cùm nō voluptas id, sed supplicium sit. Rursum alterū inquiramus: cùm sitimus, num propterea bibentes lætamur, quòd sitim sedamus, & idcirco voluptas est bibere, quòd magno nos liberat cruciatu, hoc est, cupiditate bibendi? Sanè perspicuum. Quòd si deberemus semper in hac cupiditate versari, nihilominus diuite illo qui Lazari temporibus fuit (quantum ad supplicium) haberemus. Illi enim hoc erat supplicium, quòd quum paruam aquę guttam desideraret, non haberet qui eam præberet. Quod & auari mihi pati perpetuò videntur, † & quemadmodum illum] dignos esse, qui puniantur, & nihil impetrent. Magis enim horum anima quàm illius exuritur. Et rectè quuis eos hydropicis comparauerit. Vt enim illi quum multum aquæ ingurgitarint, magis siti exurūtur: Ita auari multas adepti pecunias, cupiunt plures. Cuius ratio est, quòd neq; illi vbi opus est, aquā recipiunt, neque hi debita ratione cupiditatem. Fugiamus igitur peregrinum hunc & nouum morbum, fugiamus radicem malorum, fugiamus præsentem gehennam. Gehenna nanque horum desiderium est. Vtriusque igitur animum aperiamus, & eius qui pecunias contemnit, & eius qui eas admiratione prosequitur: & videbis alterum insanientibus similem, nihil videre neque audire volentem. Alter verò portui tranquillo adsimilabitur. Hic omnium amicus est, quemadmodū ille hostis. Siue enim quis ab eo accipiat, non dolet: siue quis ei præbet, non inflatur, sed quandā habet libertatem, qua omnia ei licent. Ille omnibus adulari & simulare cogitur, hic nulli. † Quòd si pauper auarus est, is grauis,] insolens, simulator, timoris plenus & multi supplicij. qui autem pecunias despicit, omnibus contrà fruitur. Num igitur perspicuum est iucundiorem esse virtutem? Iam reliqua persequeremur, per quæ ostenderetur nullum malum vllam habere voluptatē, nisi multa nobis superius dicta essent. Quū igitur hæc intelligamus, amplectamur virtutem, vt in hoc seculo voluptate, deinde futuris bonis fruamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi: cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

Luc.16.f *† & ad illū modum.*

† Quòd si auarus est pauper, miser.

Homilia XV.

Cap.V.

Minime auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio qualis nec inter gentes, ita vt vxorem patris aliquis habeat: & vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestrū qui hoc opus fecit. Quum de Corinthiorum cōtentione verba faceret, nō quam statim inuectus est, sed primùm mitius locutus, in accusationē deinde his verbis desecēdit: Significatum est enim mihi de vobis fratres mei ab his qui sunt Chloës, quòd contentiones sunt inter vos. Hoc autē in loco aliter. Mox enim asperius, † vt oportuit, criminis exprobrationem aggreditur.] Nō enim dixit, Quamobrem aliquis fornicat⁹ est? sed, omnino auditur inter vos fornicatio. Quod fecit, ne tanquam eos huiusmodi reprehensio non tangeret, in desidiam verterentur, sed tanquam in cōmuni omnes accusarentur, formidarēt. Inquit enim: Nemo dicit hunc vel illum fornicatum esse, † sed vniuersam Corinthiorū congregationem.] Idcirco nō dixit, Audetis fornicari: sed, auditur fornicatio, qualis nec inter gentes. Siquidem semper gentium comparatione fidelibus exprobrat, & Thessalonicensibus scribēs, inquit: Vnusquisque vas suum possideat in sanctificatione, non in passione desiderij, sicut aliæ gētes. & Colossensibus & Ephesiis, Non amplius ambuletis, sicut reliquæ gentes ambulant. Quòd si idem peccatum veniam non meretur: quo illos in loco constituemus, qui grauiora quàm gētiles cōmittunt? Apud illos non solùm, inquit, nō tentatur, sed ne nominatur quidem. Vides quo modo crimen auget? Quum enim tales luxuriæ modos inuenisse appareant, quos nō solùm non audent, sed neque norūt infideles, inenarrabilis est peccati excessus. Inter vos autem, significanter dictum est: hoc est, in vobis fidelibus, qui tot mysteriorum fructum estis cōsecuti, arcana illa communicastis, ad cœlum vocati estis. Animaduertis, quantæ hęc oratio grauitatis est? quantæ in omnes indignationis? Nisi enim maiorem in modum iratus esset, & in omnes inueheretur, huiuscemodi verbis vsus esset, Nā audiui, quòd quidam fornicatus est, eum vlciscimini. Nunc autem non ita loquitur, sed inuehitur in omnes. Etenim si primum illi scripsissent, illud profectò Paulus dixisset. Quum autem non modò crimen nō significassent, sed celassent potius, hac gratia vehementius eos arguit. *Ita vt vxorem patris habeat.* Quare non inquit, vt cū vxore patris fornicetur? vt nimiam turpitudinem euitaret. Idcirco honestatis gratia id præteriit, tanquam superius ostensum. Et in hoc aucto rursum crimine, eiusmodi à Corinthiis cōmitti significat, quæ palàm proloqui nequaquā sustinet. Propterea ita locutus est, Qui sic operatus est: & rursum pudet eum, & erubescit manifestè dicere, quod & nos in rebus turpissimis facere consueuimus. Et nō inquit nouercā, sed vxorem patris, quò eos grauius tangeret. Etenim quum nomina ad accusationem sunt idonea, per ea nihil addens procedit: & noli mihi dicere, inquit, vnum esse fornicatorem. Cōmune omniū crimen est. Quare mox subdidit: *Et vos inflati estis.*

Supra.1.b

† & quod licet, criminis exprobratio nē cōmunē fecit.

† sed quòd in Corinthiorū ecclesia admissū sit illud peccatum.

1.Thess.4.a *Eph.5.c.* *& Coloss.4.a*

Non in peccato, hoc est enim stulticiæ, sed in illius doctrina. Sed hoc nō posuit. Verùm dimisit medium, vt maiorem in modum perterreret. Et considera prudentiā Pauli. Primum exteriore sapientia sublata, & ostenso nihil eam per se esse, & si peccatum nō appellet, tum iam & de peccato disputat. Nā si fornicatoris † cōparatione, magnū fortasse spiritus donū esse aliquem sapientē diceret:] nihil sanè magnū loqueretur. Quòd autem etiā sine peccato sapiētiam tollit exteriorem, & nihil esse ostendat, eam abiectissimam esse profitetur. Quocirca primùm ita cōparatione facta, tunc erroris eius meminit, de quo nō dignatur disputare. Qua in re immēsam eius vilitatē significat: his autē inquit, quòd oportet flere vos, & plorare, & abscondi. Nunc autem contrarium

† fortasse sapiētis comparatione, magnū esse spiritus donū diceret.

Universidad de Deusto
Biblioteca

contrarium facitis. Quare addidit: *Et vos inflati estis, & non magis luctum habuistis.* Et quid factũ est, vt luctũ habeamus, inquis: Quoniã in cõmunem ecclesiæ calumniam processit. & quid? vt corrigamur lugentes. *Vt tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit.* Neque hoc in loco illius nomẽ meminit, immo nusquã, quod in maximis flagitiis facere consueuit. & nõ dixit, Et non magis abiecistis, sed tanquã in morbo quodam & peste, luctu opus est, & cõtinuis precibus, vt tollatur, & oportet supplices esse, & omnia operari, vt ille è medio abscindatur. Neque accusat, quòd non ei significarunt, sed quòd non deplorarunt, vt tolleretur: ostendens, quòd etiam sine monitore id fieri oportuit, propter peccati euidẽtiam. *Ego quidem tanquam absens corpore, præsens autẽ spiritu.*

† vincire. Vide indignationẽ. Neque expectare eos suum sinit aduentum, neq; postquam acceperint, †perterrere: ſsed tanquam pestẽ quandam puniturus priusquam in reliquũ corpus diffundatur, coërcere properat. Quare addidit: *Iam iudicaui, vt præsens.* Hoc autem locutus est, non modò vt eos in sententiã suam traheret, sed & ne aliud quicquã consulerent, sineret: sed vt incuteret terrorem, tanquam omnium conscius, quæ illic & futura essent. Hoc autẽ est, præsens esse spiritu, quẽadmodum Helisæus præsens erat Giezi, quum diceret: Nónne cor
4. Reg. 5. g meũ in præsenti erat? Papæ quanta gratię vis cùm omnes in vnũ cogat, & quæ eminus sunt, faciat vt videantur. *Iam iudicaui, vt præsens.* Non sinit, vt excusationem comminiscantur. Siquidem tuli sentẽtiam, inquit, tanquam præsens. Nolite mihi subterfugia quærere, & qua ratione excusemini. Nihil aliud fieri opus est. Deinde ne nimiam sibi arrogare authoritatem videatur, nẽve oratio sua nimis temeraria appareat, animaduerte, quo pacto eos iudicij participes facit. Nam quum iudicaui, dixisset: addidit, *Eum qui sic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis, & meo spiritu, cum virtute domini Iesu tradere huiusmodi satanæ.* Quid sibi vult in nomine domini nostri Iesu Christi? hoc est secundum deum non humana †persuasus ſopinione. Quidam autem sic legunt, Eum qui sic operatus est in nomine domini nostri Iesu Christi: & puncto hic facto, vel coma, prosequuntur: Congregatis vobis & meo spiritu cum virtute domini nostri Iesu tradere huiusmodi satanæ: & dicunt hanc esse huius lectionis sentẽtiam, Eum qui sic operatus est in nomine Christi, tradere satanæ: hoc est, qui Christi nomini iniuriatur, postquam factus fuerit fidelis, & illo cognominatus nomine, eiusmodi crimẽ facere ausus fuerit, eum tradere satanæ. Mihi autem prior sentẽtia probabilior videtur. Quæ nam ea est? In nomine domini congregatis vobis, hoc est, eius nomine vos congregante, pro quo cõueniſtis, & meo spiritu. Iterum seipsum præsentem facit, vt eum tanquam Paulo præsente iudicent, sic illum à se abscindãt, & nemo venia dignum censere audeat, sciens quæcũque facta essent, Paulum nõ latere. Deinde maiorem metum incutiens, inquit: Cum virtute domini Iesu: hoc est, vel quòd Iesus potest hanc nobis gratiam elargiri, vt possitis illum diabolo tradere: vel, quòd ipse nobiscũ contra eum sententiam fert: & non dixit, dare huiusmodi satanæ, sed tradere, aperiens ei pœnitentiæ ianuas, & tanquam pædagogo huiusmodi tradens. Et rursum huiusmodi inquit (nequaquã passus eius nominis meminisse.) *In interitum carnis*: vt in beato Iob factum est, non tamen eadem ratione. Illic enim pro clariori corona, hic autẽ pro solutione peccatorum, vt eum percellat vulnere malo, aut morbo alio. Atqui alibi dicit, quòd à deo iudicamur, hæc patientes. Hoc autem in loco magis eum affligere vult, quum satanæ tradat, & hoc dei voluntas fuit, vt puniret eius carnem. Nam quum ex ingluuie & deliciis carnis desideria gignantur, hanc punit vt spiritus saluus sit, hoc est anima saluetur. Non tanquam sola seruetur, † sed tanquam hac seruata, quòd scilicet anima saluetur,] sine contradictione corpus quoq; sit salutis particeps. Etenim mortale factum est propter animæ peccatum, quæ si iustè operabitur, rursum id multa fruetur gloria. Quidam autem spiritum gratiam interpretantur, qui quum peccamus, extinguitur. Ne igitur hoc fiat, inquit, puniatur, vt propter hoc melior factus consequatur gratiam, quam in die illa inueniat. Itaque curantis salutem hoc potius est & medentis, quàm incidentis simpliciter, atque vlciscentis frustra nulla adhibita ratione. Maius enim lucrum est, quàm supplicium: hoc enim caducum est, illud perpetuum. Et non simpliciter inquit, *Vt spiritus saluus sit:* sed *In die domini nostri Iesu Christi* addidit. Bene eis, & opportunè diem illum commemorat, vt & promptius medicinam exhibeant, & ille magis suscipiat, non tanquam iracunda verba, sed curantis †spiritus ſprouidentiam. Propterea & interitum carnis † parti. dixit, iam diabolo legem constituens, neque permittens eum vlterius procedere, quemadmodum de Iob inquit deus, Veruntamen animam illius serua. Deinde sententiæ suæ breui finem imponens, nihil immoratus, rursum in illos inuehitur. *Non bona est gloriatio vestra.*

Quibus verbis ostendit, illos in illum vsque diem non siuisse ipsum pœnitere, quum in eo gloriarentur. Deinde non solùm vt illi consuleret hoc facere significat, sed vt omnibus Corinthiis. Idcirco prosequitur, *Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit?* Nam si illius duntaxat peccatũ est, inquit: neglectum tamen potest reliquum ecclesiæ corpus corrumpere. Quum enim primùm peccator non dat pœnam, mox alij eadem cõmittunt. Hoc autem dicit, vt demonstret pro vniuersa ecclesia, non pro vno tantùm eis esse certandum, & omnibus imminere periculum. Quamobrem necessariò fermẽti similitudine vsus: quemadmodum enim illud licèt modicũ totam massam corrumpit, ita & hic si dimissus fuerit inultus, inultum etiam fiet ipsum peccatum, & sic reliquos offendet. *Expurgate vetus fermentum.* Id est, hunc sceleſtum hominem: vel potius non de hoc tantum loquitur, sed de aliis omnibus. Non enim fornicatio duntaxat vetus fermentum est, sed omnis malicia. Et non inquit, purgate: sed, expurgate, vt ostendat diligentiam adhibendã, vt neque reliquiæ, neque minima illius vmbra superſit. Nã hoc verbo, expurgate, ostẽdit eos quoque cõtaminatos esse. Quum autem prosequitur, *Vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi.* non vehementius multis impressam maliciam significat. Nam si dicit, *Sicut estis azymi:* non dicit omnes puros fuisse, sed sicut eos esse decet. *Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque† epulemur, nõ in fermento veteri, neque in fermento maliciæ & nequiciæ, sed in azymis ſsyncerita- † ἑορτάζωμεν. tis & veritatis.* Sic Christus fermentum doctrinam appellauit, & in metaphora perstitit, veterem eis historiam, & Pascha, & azyma, & vetera, & huius temporis beneficia, & pœnas, & supplicia commemorans. †Epulationis ergo præsens tempus est. Nam quum dixisset, epulemur: non quòd Pascha esset, non quòd Penteco- † ἑορτὴ ſste, idcirco epulandum intellexit: sed quòd omne tempus, epulationis tempus esset Christianis, propter collatorum beneficiorum excellentiam. Quod enim non *Iud.* *Infra.* † sed tãq hoc ꝑ persuasum sit, quod ſ seruat. *festiuitatis* *& sic in*

cõcessum est bonum? filius dei propter te homo factus est, morte te liberauit, in regnum vocauit. Quum igitur huiusmodi assecutus sis, & assequaris: qua ratione non omni tempore tibi epulandum est? Nemo igitur in pau
pertate, morbo, insidiis contristetur. Epulationis enim
nullum est omne tempus est. Idcirco inquit Paulus, Gaude-
Philip.4.a te in domino semper, iterum dico gaudete. In epulationibus nemo turpia induat vestimẽta. Nolimus quæso induere, nolimus. Nuptiæ enim factæ sunt, & nuptię spi
Matt.22.a ritales. Simile est enim, inquit, regnum cœlorum homini regi, qui voluit facere nuptias filio suo. Vbi autẽ rex nuptias facit, & nuptias filio, quid maius hac epulatione fieri posset? Nemo igitur vilib⁹ pānis indutus ingrediatur. Non de vestibus nobis sermo est, sed de operibus immundis. Nam si omnibus splẽdidè vestitis, vnus duntaxat in nuptiis inueniatur, sordida habens vestimenta, is cũ ignominia abiicietur. Animaduerte quantam sibi diligentiam, quantam mundiciam postulet illarum nuptiarum præsentia. Neque hac tantùm gratia azymorum mentionẽ facit, sed vt ostendat veteris testamenti ad nouum affinitatem, neq; rursum post azyma in Aegyptum nobis esse redeundum. Quò si reuerti quis voluerit, eodem quo illi supplicio afficietur. Illa enim horum vmbra sunt, quanuis Iudæũ pudeat. Quare si eum percontaberis, nihil magnum respondebit: vel si quid magnum, nihil tamen quale nos: quum veritatem non videat. Ille enim dicet, Quum ab Aegyptiis detinemur, ita imbecilles eos reddidit deus, vt eorum iniurias propulsaremus, qui antea vi nos detinuerant, neq; siuerant massam fermentari. Sin me quispiam interrogauerit, non Aegyptum, nõ Pharaonem audiet, sed ab errore dæmonum, tenebrarum, & diaboli libertatem: non Moysem, sed dei filium: nõ rubrum mare, sed baptisma, *innumerabilibus bonis abundans, in quo vetus homo suffocatus est*. Sin iterum Iudæum interrogabimus, qua ratione omnibus finibus fermentum expulerit, tacebit: neq; causam vllam afferet. Nam quum aliæ futurorũ figuræ essent, cur facta fuerint, causas habuit. Aliis autem non respondent, ne quis eos possit reprehẽdere, quòd in tenebris permaneãt. Quid enim sibi vult, quæso, agnus, masculus, anniculus sine macula, & os nõ confringetur? Quid item vocare vicinos, vel stãtes vel vesperi comedere, vel sanguine domus parietem oblinire? Nihil aliud ille quàm vbiq; Aegyptum dicet. Ego autẽ quid sanguis, quid vesper, quid omnes simul stantes comedere significet enarrabo. Primùm autem dicamus, quamobrem ex omnibus finibus fermẽtum expellitur. Quòd nam hoc ænigma? oportet vt omnem maliciam fidelis abiiciat: vt enim Iudæus perit, quum apud eum vetus inuenitur fermentum, sic apud nos is, in quo inuenitur malicia. Non enim in vmbra quidẽ tantum supplicium, in nobis autem non multò maius. Nam si domus tantopere fermento purgãt, & murium foramina diligenter inquirunt: longè magis nos animam inuestigare oportet, vt omnem immundam abiiciamus cogitationem. Sed hæc apud eos superiori tempore fiebant, nunc autem minimè, siquidem vbique fermentum est, vbi Iudæus. In mediis enim ciuitatibus azymum fit, quod magis est ludibriũ, quàm vetus lex. Quippe quum veritas venit, non amplius locum habent figuræ. Itaque hoc exemplo maiorem in modum ab ecclesia fornicatorem expellit. Non enim solum, inquit, nihil proficit si adsit, sed nocet totum corpus rursum offendens. Nemo enim nouit, vnde fœtor absconditæ putredinis proueniat, sed totius corporis existimatur.

A Quare eos, vt fermentum expurgent, vehementer his verbis compellit: *Vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus.* Non dixit, mortuus est, sed † propriè propositum] immolatus est. Noli igitur quærere huiusmodi azyma, cùm talem agnum [non] habeas. Noli igitur fermentum [tale] quærere, quum azyma tua non sint talia. In hoc sensibili fermento azymum fermentatum fieri potest, fermentatum autem nunquam azymum, hic autem contra rursum fieri potest. Verùm hoc non manifestauit Paulus, & aduerte eius prudentiã. Superius nullam emendationis spem fornicatori præbuit, sed omnem vitam in pœnitentia agere iubet, ne eum in promissione negligentiorem reddat. Non enim inquit, tradere ipsum satanæ, vt quũ *Supra.6.a* pœnituerit, rursum ecclesiæ tradatur, sed vt saluus sit in vltima die. Ad id tempus eum relegat, vt fortius pugnet. Quòd autem in gratiam recipiẽdus esset post pœ
B nitentiam, non manifestat, dominum suum imitatus. Nam quemadmodum deus inquit, Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur, & non addidit, Si verò vos pœnitebit, salui eritis: eodem modo Paulus nõ inquit, Si dignè pœnitebit, in eum charitatem confirmabimus: sed vt bonum operetur, expectat, & tunc in gratiam recipit. Nam si primùm hoc dixisset, eum timore soluisset. Quamobrem non solùm hoc nõ facit, sed fermenti exemplo, non sinit eum sperare † emendationẽ,] † *traditum.* sed in illam diem reseruat. Expurgate inquiẽs, vetus fermentum, & non epulemur in fermento veteri. Postquã pœnituit, iterũ eum summa diligentia recipit. Sed quãobrẽ vetus appellat? vel quòd talis fuerit prior vita nostra: vel quòd vetus prope interitum est, & putridum & turpe, quale est peccatum. Neq; enim simpliciter ve-
C tus expellit, neque simpliciter nouum laudat, sed secundum subiectam materiam. Etenim alibi inquit, vinum *Eccli.9.b* nouum, amicus nouus: si inueterasset, tunc cum lætitia capies. Laudat in amicicia veterem magis quàm nouũ. Et iterum: Antiquus dierum sedit: & hic rursum in lau- *Daniel.7.b* de & gloria maxima vetus accipiens. Alio autem in loco in dedecore vetus accipit scriptura. Quum enim res variæ sint ex multis cõpositæ, & in bonis & malis, iisdẽ vtitur, non eadem significatione. Vide item alibi vetus *Psal.17.g* vituperari. Inueterati sunt, † & prohibiti sunt] à semi- † *& claudi* tis suis. Et iterum: Inueteratus sum inter inimicos meos. *cauerunt.* Et rursum: Inueterate dierum malorum. Ita & fermen- *Psal.6.b* tum sæpenumero pro regno cœlorum accipitur, quan- *Daniel.13.f* uis hoc in loco expellatur. Sed illic pro altero, hic pro *Luc.a.13.c* altero. Mihi autem videtur, maximè hunc de fermento sermonem, ad sacerdotes referendum, qui multum
D veteris fermenti intus esse patiuntur, à finibus suis non eiicientes, hoc est ab ecclesia cupidos, raptores, & quicquid nos à regno cœlorum exules facit. Etenim auaricia fermentum vetus est, & quocunque inciderit, & in quãcunque domum ingreditur, eam immundam reddit. Et licèt pauca iniustè lucraueris, ex his tamen vniuersam substantiam tuã corruperis. Idcirco pauca malè parta, multa bene cõparata perdiderunt. Nihil enim corruptibilius auaricia, quanuis clauem arcæ tuæ impo nas, quãuis hostium, quanuis vectẽ, omnia frustra contẽdis, si auariciam intus latronem grauissimum, & qui omnia auferre potest, incluseris. Quid igit̃, inquis, quãdoquidem multis auaris huiusmodi non accidant? Ma- † *statim.* ximè quidem accident, etsi non † propter ea] accidãt: quòd si nunc suppliciũ effugiunt, tunc maiorem in modum metuas. Ad grauius enim supplicium reseruãtur, vel potius si ipsi effugiunt, qui hęredes eorum sunt, puniun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur.Et quá nam ratione hoc iuſtum eſt,inquis?Maximè quidem:qui enim iniuſtam accipit hæreditatẽ, etſi ipſe eam nõ rapuit,aliena tamen poſsidet,& hoc certè perſuaſum habet, & propterea dignus eſt, quòd puniatur. Nam ſi alio rapiẽte,rapta acciperes,deinde qui ſua amiſit,& vim paſſus eſt,ea te repoſceret:num ſatis tibi eſſet ad excuſationem,te ab eo nihil rapuiſſe:minimè.Quid nam diceres in iudiciũ vocatus?dic quæſo. Num quòd alius diripuerit?verùm tu poſsides.Ille rapuit,tu frueris: Hoc autem exteriores ſanciunt leges, quæ raptoribus omiſsis, eos qui ſuis rebus ſpoliati ſunt, ab illis repoſcere iubent, apud quos ſua inuenta fuerint. Quamobrem ſi iniuria affectos noſti,eis redde,& Zachæum imitare,cum reſtitutionis incremento:quos ſi ignoras,ahã tibi reddendi rationem oſtendam, neque te remedio excludam.In indigẽtes ea omnia diſtribuas,& hoc pacto impendẽs malum euitabis. Quòd ſi quis in filiis ea, & nepotibus collocauerit, alia quoque pro his perpetietur ſupplicia. Et quid huius ſeculi res commemoro: non enim in illa die hæc dixeris,quando vtrique nudi apparebunt,& raptores,& ſpoliati, vel potius nõ vtrique nudi. Nam pecuniarum quidem vterq; itidem nuduſerit,verùm alter criminum plenus. Quid igitur in illa die faciemus,quando ante horrẽdum tribunal,qui iniuria affectus eſt, & omnia ſua amiſit, adducetur in medium,neque quempiam patronum habebis?Quid iudici reſpondebis? Siquidem in hac vita poſſes hominũ iudicium corrumpere.Illud verò minimè neque tunc, neque in præſentia. Etenim nunc præſens eſt illud iudicium. Deus nanque videt quæ fiunt, & propè adeſt his qui iniuria afficiuntur,etiam non vocatus.Qui ergo lædituꝛ, etſi indignus ipſe ſit, qui deum patronũ habeat, tamen cùm deo iniuſtè facta non placeant,ipſum omnino habet vltorem.Et quó nam pacto inquis, cum eo bene agetur qui ſit malus?Agetur quidem, ſed non in fine. Audi quid dicat propheta: Noli æmulari in malignantibus,quoniã tanquam fœnum cito areſcent.Quó nam enim poſt huius vitæ migrationem raptores, quò clara ſpes,quò clarum nomen abit?Nónne omnia prętereunt,nõne ſomnium & vmbra, quicquid ille habet? Hoc de ſingulis eorum expecta,& de eo qui viuit,& de eo qui poſt illum futurus eſt. Verùm ſanctorum virorum res non huiuſmodi ſunt,neque eadem in illis dicere poteris,quòd ſcilicet vmbra ſint, & ſomniũ, † etiam eorum ſermones. ¶ Quòd ſi placet,hunc ipſum qui hæc dixit tẽtoriorum opificem,Cilicem, cuius pater incertus erat, adducam in medium. Et qua, inquis, ratione quiſpiam talis fieri poteſt? Num omnino cupis, omnino deſideras,& vis talis fieri?Sanè inquis.Igitur ingredere idem iter,quod ille ingreſſus eſt,& qui eum imitati ſunt.Et quód nam iter ingreſſus eſt?Is quidem inquit, In fame,ſiti, nuditate.Alius autem aurum, inquit,& argentum non eſt mihi.Sic nihil habebant,& tamen omnia poſsidebãt.Quid hac voce honeſtius,quid beatius, quid locupletius?Cæteri in contrariis lætantur, dicentes:Habeo tot auri talenta,innumera terræ iugera, domos, mancipia. Hic autem cum ſit omnibus nudus,nõ opprimitur paupertate, vt inſipientibus vſu venit,neq; abſconditur, ſed gloriatur. Vbi nunc diuites ſunt, qui vſuras,& vſurarum quæſtus enumerant,qui omnes ſpoliant,& nunquam ſatiantur? Audite Petri vocem oſtẽdentis paupertatem diuitiarum matrem,quę cùm nihil habeat,quàm qui diademate ornantur,ditior eſt.Quippe quæ in omniũ rerum inopia mortuos ſuſcitat, claudos dirigit, dæmones expellit, & ea largitur, quæ quidem purpuram induti, & qui magnos & metuendos exercitus duxerunt, nunquam largiri potuerunt. Ipſa vox eorum eſt,qui in cœlum migrarunt,quive illam aſſecuti ſunt celſitudinem.Sic eſt,vt qui nihil habeat,omnia poſsideat. Quòd ſi omnia poſsidebimus, omnia amittemus.Fortaſſe hoc dictum ænigma videtur,verùm non eſt. Sed quo modo inquis, qui nihil habet, omnia poſsidet?Nónne longè magis qui omnia habet? Minimè, ſed omnia contrà. Quippe qui nihil habet,omnibus imperat, vt illi quibus domus in vniuerſo orbe patebant,quibus cum accedentibus gratia aderat,qui tanquam ad amicos & cognatos ad omnes veniebãt. Accedebant enim ad purpurariã,& illa tãquam ſerua, ſua omnia eis propoſuit: & ad carceris cuſtodem,qui totã eis domũ aperuit,& ad alios item innumeros. Sic omnia habebant,& nihil habebãt.Nihil enim præſentium rerum ſuum eſſe dicebant,idcirco eorum erant omnia. Nam qui omnia communia arbitratur, non ſuis tantùm rebus,ſed alienis vtitur tanquam ſuis.Qui verò ab aliorum communicatione ſe ſeparat,& rerum ſuarum dominus eſſe vult,ne earum quidẽ erit dominus,quod exemplo conſtat. Nam qui omnino nihil poſsidet,neque domum, neque mẽſam, neque ſuperfluam veſtem, ſed propter deum omnibus ſe priuat,is cõmunibus tanquam ſuis vtitur, & ab omnibus quæ volet accipiet: & hoc pacto omnium, qui nihil habet, poſsidet facultates:qui autem aliquid ſuum habet,ne eius quidẽ eſt dominus.Nemo enim ei qui rerũ poſſeſsiones habet,quicquam dabit.Et quæ ille poſsidet, latronum, furum, calumniatorũ,fortunæ,& cuiuſuis potius erũt,quàm poſſeſſoris. Vniuerſum orbem Paulus peragrauit nihil ſecum ferens, non ad amicos, nõ ad familiares diuertẽs. Quippe qui cõmunis à principio hoſtis omnibus erat. Verũtamen omnium res poſt peregrinationem ſuam poſſedit.Anania autem & Sapphira,vt exiguum quiddam rerum ſuarum poſsiderent,omnia & ipſam denique vitam amiſerunt.Abſtineas igitur rebus tuis,vt tãquam tuis vtaris alienis. Verũ neſcio quo pacto in tantæ rei diſputationem delatus ſum, cùm eos homines alloquar, quibus rariſsimum eſt ſaltem quid minimum rerum ſuarum cum proximo communicare.Quare hic nobis ad perfectos ſermo habitus ſit, imperfectioribus verò id dicamus.Date de facultatibus veſtris indigentibus. Augeatis ſubſtantiam. Qui enim dat pauperi, inquit, mutuat deo. Quòd ſi feſtinas, neque tempus expectas remunerationis intellige eos qui pecunias hominibus fœnori dant, nolle continuò vſuras exigere. Sed gratum eſt eis diutius in debitorum manibus ſummam eſſe, modò cautionem habeant, neque debitor ſuſpectus ſit.Idem hoc quoque in loco fiat. Dimitte res tuas apud deum,& tibi multiplicem mercedem reddet. Noli in hoc ſeculo omnia exigere. Nam ſi hìc totum accipies,quo modo illic eo frueris?Propterea deus illic reſeruat, quandoquidem caduca eſt præſens vita. Verùm & in hoc quoque ſeculo elargitur. Quærite enim regnum cœlorum,inquit,& hęc omnia adiicientur vobis. Sed nos illud ſuſpiciamus, & nolimus ad omnium operum noſtrorum remunerationẽ feſtinare, vt ei derogemus,& expectemus tẽpus.Non enim tales hæ ſunt vſuræ,ſed quales à deo dandæ ſunt. Has igitur liberaliſſimè congregantes, ita ex hac vita diſcedamus, vt & præſentia bona contingamus & futura: gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cũ quo patri ſimul & ſpiritui ſancto gloria,imperium, honor nũc & ſemper,& in ſecula ſeculorum,Amen.

Pſal.36.a

† & ſermones,res illorum.

a.Cor.11.g Act.3.a

Act.2.d

Prou.19.c

Matth.6.d

Homilia xvi.

Scripsi vobis in epistola, ne commisceamini fornicariis: [non vtique fornicariis] huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus. Alioquin debueratis iam de hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi vobis non commisceri, si is, qui frater nominatur, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi neque cibum sumere. Cùm dixisset Paulus, Et non magis luctum habuistis vt tollatur de medio vestrũ, qui hoc opus effecit: Et deinde, expurgate vetus fermentum: credibile erat ipsos suspicari, omnes fornicatores fugere oportere. Nam si propriã labem peccator non peccantibus impartitur, multò magis externi sunt expellendi: si enim familiari non est parcẽdum, ne huiusmodi detrimentum sequatur, multò minus cæteris. Quod cùm consideraretur, necesse erat vt à Græcis fornicatoribus separarẽtur: & ita ad impossibile re adducta, maiorem in modum perturbari eos oportebat. Idcirco hoc pacto dictum suum corrigit. Scripsi vobis, ne commisceamini fornicariis. non †vtique] fornicariis huius mundi: vtique, tanquam in re certa ponit. Ne enim putarẽt quòd ac si imperfectiores essent, id non præciperet, & tanquam perfecti id facere conarentur, ostendit impossibile esse hoc fieri, etiam si totis viribus anniterentur, quoniam alius orbis quærendus esset. Quare subdidit, Alioquin debueratis iam de hoc mundo exisse. Vide quàm [non] grauis sit, & quo modo vbiq; nõ possibilitatem tantùm, sed legislationis etiam facilitatem consideret. Quo enim pacto fieri potest, inquit, vt homo qui domui, filiis, & familiæ præsit, qui vel rempublicam gerat, vel opifex, vel militaris, cum plurimi Græci vbique sint, fornicarios fugiat? Nam mundi fornicarios Græcos appellat. Nunc autem scripsi vobis non cõmisceri, si is, qui frater nominatur, est fornicator, cum eiusmodi neque cibum sumere. Hoc loco alios quoque qui malè viuunt, significat. Et quo modo, qui frater est, idolatra esse potest? Vt Samaritanis aliquando contigit, qui dimidia ex parte pietati adhærebant. Præterea ad idolorum sacrificia præludit, contra quæ deinceps pugnaturus est. *Aut auarus.* Etenim aduersus hos ingreditur. Quare, inquit, [nõ magis iniuriam accipitis? quare] non magis fraudem patimini? Sed vos iniuriam facitis & fraudatis. *Aut ebriosus.* Etenim hoc pòst accusat. Vt cùm dicit, alius quidem esurit, alius autem ebrius est: & esca ventri, & venter escis. *Aut maledicus, aut rapax.* Et hoc quoq; superius reprehendit. Deinde & causam addit, propter quam nõ prohibet, huiusmodi cùm externi sint commisceri, ostendens non solùm impossibile esse, sed superfluum. *Quid est mihi de his, quæ foris sunt iudicare?* Alios intus, alios foris dicit: quorũ, alios Christianos, alios gentiles appellat: quemadmodum alio in loco, cùm dicit: oportet autem vt ipse testimonium bonũ habeat, ab his qui foris sunt. Et in epistola ad Thessalonicenses idem his verbis, inquit: Et ne commisceamini cum illo, vt confundatur: & nolite quasi inimicũ eum existimare, sed corripite vt fratrem. Hoc tamen in loco causam nõ adducit. Quid tandem? quoniam illic cõsolari volebat, hic autem minimè. Non enim & hic, & illic quidem peccatũ est, sed illic leuius. Desidiæ nanque duntaxat eos accusat, hic autem fornicationis, & aliorum quæ grauiora erant peccata: & si quis cum gentilibus esse vellet, eadem rursum gratia simul comedere non prohibet: Ita & nos facimus. Pro filiis & fratribus omnia conamur. Alienorum autem non multam habemus rationem. Quid igitur? nõne externorum cu-

Hic supr. a

Hic sup. b

†*omnino*] πάντως

sic suprà & infrà.

Græci & Gentilis nomine indiscretè vtitur interpres.

Infra. 10. c

Ibidẽ. e. c

2. Tim. 3. b

2. Thess. 3. d

A ram habebat Paulus? Habebat quidẽ, sed post receptam prædicationem, cùm eos Christianæ doctrinæ subiecisset. Tunc eis legem sancit, sed dum diuina præcepta cõtemnebant, superfluũ erat cum his de Christo verba facere, quem ignorabant. *Nõne de his qui intus sunt, vos iudicatis? Nam eos, qui foris sunt, deus iudicabit.* Cùm dixisset: Quid est mihi de his, qui foris sunt, iudicare? ne quis arbitraretur eos impunè dimitti, aliud iudicium his horrendum constituit. Hoc autem dixit, vt simul & illos perterreret, & hos consolaretur: vt ostenderet supplicium ipsum, quod non diuturnum est, ab immortali & perpetuo supplicio liberare. Quod alibi ostendit, dicẽs: *Infra. 11. g* Nunc autem iudicati erudimur, ne cum hoc mundo *Deute. 13. b* condemnemur. *Et auferte malum ex vobis ipsis.* Meminit eius verbi, quod in veteri testamento scriptum est: & simul significat, quòd & ipsi maximè lucrantur, tanB quam peste aliqua grauissima liberati, & quòd huiusmodi non est innouatio. Sed superius videbatur legumlatori huiusmodi homines abscindẽdos. Verùm illic vehementius, hic mitius. Quare quis non immeritò dubitaret, quid tandem illic quidem concedebat, puniri peccatorem [& lapidari:] hic autem minimè, sed ad pœnitentiam hortatur? Quid igitur aliter quidem illa, aliter hæc figurata sunt? Propter duas has causas: primã quidem, quòd ad maius certamen hi vocabantur, & maiore indigebãt patientia: Alteram autem probabiliorem, quòd hi facilius ab impunitate ad pœnitẽtiam dirigebantur. Illi ad maliciam grauiorem festinabãt. Nam si cùm scelestos primùm puniri viderent, in iisdem ramẽ sceleribus perstitebant: nonne longè magis peccassent, nisi quidam pœnas dedissent? Idcirco illic quidem mœchus & homicida mox morte punitur, hic autem si per C pœnitentiam abluitur, supplicio absoluitur. Veruntamen in nouo quàm in veteri testamento grauiora videre licet supplicia. Vt enim in omnibus ostendantur cognata esse, & vnius & eiusdem legislatoris testamenta, in vtroque quidam continuò puniti sunt, quidã longo post tempore. Similiter sæpe neque diu post, sed pœnitentia tantùm placatus est deus. Siquidem in veteri testamẽto, adulterio & cæde commissa, Dauid per pœ- *2. Reg. 12. b* nitentiam saluatus est: & in nouo exiguum quiddam ex *Act. 5. a* agri precio auferens Ananias cum vxore perit. Quòd si in veteri plura sunt punitionis exempla, in nouo autẽ misericordiæ, personarum differentia huius dispensationis differentiam facit. *Audet aliquis vestrũ, habens ne-* *Cap. VI.* *gocium aduersus alterũ, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos?* Tanquam in rebus certis iterum accusat. Etenim superius, Omnino, inquit, auditur inter vos fornicatio. Et *Supra. 5. a* D hoc in loco: Audet aliquis vestrum: à principio statim indignationem suam, & audax opus & iniquum ostendens. Et quid tandẽ de auaricia, & quòd non oporteat extrà iudicari, sermonem inserit? Vt propriam legem impleret. Etenim mos ei est, vt † quæ obiici possent, his respondeat:] quemadmodũ cùm de communibus mẽsis disputans, in mysteriorum sermonem transit: & hoc in loco cùm auarorum fratrum meminit, corrigendorum peccantiũ cura excandescens, seruare ordinem nõ patitur. Sed ex consequentia delatum in medium peccatum rursum corrigit, & sic ad primum reuertitur. Audiamus igitur, quid de hoc etiam loquatur: *Audet aliquis vestrum habens negocium aduersus alterum iudicari apud iniquos, & nõ apud sanctos?* Primùm ex ipsis nominibus rem nudat, dissuadet, accusat: & à principio quidem nõ dissuadet fidelibus, vt iudicent. Quando autem eos multis rationibus exterruit, tunc omnino iudicium tollit.

† *obiter intercidentia corrigat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Maximè enim neque iudicari, inquit, apud iniquos, vel potius omnino non iudicari oportet. Sed hoc posterius ponit. Iam verò primùm tollit exterius iudicium. Cur enim non absurdum est, inquit, amici negligentioris causa inimicum reconciliatorē accipere? Cur non pudet, cur non erubescis, cùm gentilis ad iudicandum Christianum constituatur? Quòd si pro priuatis nō oportet apud gētiles iudicari, quo modo eis iudicia pro aliis maioribus permittemus? Et considera quibus verbis vsus est. Non apud infideles, ait: sed, apud iniquos: verbum ponēs, quod maximè ad propositam faciebat materiam, vt dissuaderet & abduceret. Nam cùm in iudicio quicquam agitur, qui iudicantur, nihil tam desiderant, quàm † nimiam iudicum in causa prouidentiam:] hìc eos auertit, tantùm non dicēs, quo pacto toleras, & quid facis homo, cùm voto tuo contrariū petiaris, & pro iusticia consequenda iniustis te permittis hominibus? Et cùm primùm molestum sit auditu nō iudicari, non statim hoc addidit: sed iudicantes duntaxat † vltus est,] extrinsecus in ecclesiam † iudicantes] inducens. Deinde cùm contemptu dignum videretur, apud fideles, & eos maximè qui tunc temporis erant, iudicari: non enim forsitan sufficientes erant, qui causas cognoscerent, neq; quales gentilium iudices legum experti, & rhetoricæ, vtpote cùm maiori ex parte indocti essent: vide quantæ eos authoritatis facit. Primùm sanctos appellat. Sed cùm hoc nomē vitæ puritatem, non autem diligentiam in his, qui audiunt, testaretur: animaduerte quo pacto hanc transigit partē, ita inquiens:

† multā esse iusticiæ apud iudices prouidē tiam.

† mutauit. † eos qui iudicantur.

An nescitis, quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Tu igitur, qui tunc illos iudicaturus eris, cur ab illis pateris nunc iudicari? Iudicabunt autem non ipsi sedentes & exigentes rationem. Absit, sed condemnabunt. Quod significans, inquit: *Et si in vobis iudicatur mundus, indigni estis, qui de minimis iudicetis?* Non enim, inquit, à vobis: sed, in vobis: quemadmodum cùm inquit, Regina Austri surget in iudicio, & condēnabit generationē hanc. Et iterum: Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam. Quādo enim omnibus eundem Solem spectantibus, & eadē participantibus elementa nos quidem credentes, illi infideles inueniantur, ad ignorationem confugere non poterunt. Accusabimus nanq; eos ex his, quæ ipsi fecimus, & multa huiusmodi inueniet quis illic iudicia. Prēterea ne cui videatur de aliis dicere: vide quo pacto orationem suā communem faciat. *Et si in vobis iudicatur mundus, indigni estis, † qui de minimis iudicetis?*] Ignominiam vobis affert, inquit, & opprobriū, suprà quàm dici possit. Cùm enim decens esset vos à fidelibus iudicatos erubescere, contrà quidem dedecus est, inquit, cùm ab infidelibus ipsi iudicemini. Illa enim minima sunt iudicia, nō hæc.

Matt.19. & Luc.22.d

† minimis iudicijs.

Nescitis quoniam angelos iudicabimus? quanto magis secularia? Quidam hoc in loco inquiunt, sacerdotes significari: sed absit. De dæmonibus enim ei sermo est, de malis autem sacerdotibus tunc locutus est, cùm inquit, Quoniam in vobis iudicatur mundus. Nouit enim malos homines mūdum vocare scriptura. Neq; iterum idem dixit, neque tāquam maius quiddam locutus, posterius hoc posuit, sed de illis loquitur angelis, de quibus Christus inquit, Discedite in ignem præparatum diabolo & angelis eius. Et Paulus quòd angeli eius transfigurātur, velut ministri iusticiæ: quando enim incorporeæ virtutes nobis qui carnem induti sumus inferiores reperientur, grauius dabunt supplicium. Quòd si qui adhuc contenderent, à Paulo sacerdotes hoc loco intelligi, interrogemus quòs nam sacerdotes. Seculariter omnino viuentes dices. Qua igitur ratione inquit, Angelos iudicabimus, quātò magis secularia? ad seculariū differētiā ponens angelos: & meritò quidem, vtpote extra horū necessitatē positos propter naturæ excellentiam. *Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum.* Per excessum nos edocet, non opus esse omnia gentilibus exhibere. † Monet enim quid] opponi posse videbatur, & id primum soluit. Quod autē dicit, huiusmodi est: forsitan dicet quispiam neminem vestrum sapientem esse, neminem sufficientem ad diiudicandum, sed contemptibiles omnes. Et quid nam hoc? Quanuis enim nemo sit sapiens, inquit, minimis tamen iudicia permittatis. *Ad verecundiam vestram dico.* Reprehendentis est eorum obiectionem, tanquam friuolam & inanem. Quare addidit:

† Monet enim quid.

Sic non est inter vos sapiens quisquam: Tanta inquit inopia, tanta prudentium hominum inter vos raritas est. Illatio autem magis offendit, cùm enim sic dixisset, Nō est inter vos sapiens quisquam, addidit: *Qui possit iudicare inter fratrem suum.* Cùm enim frater cum fratre litigat, nequaquam sapientia & grauitate opus est arbitro controuersiæ, cùm affectus & cognatio multùm faciat ad hanc contentionem soluendam. *Sed frater cum fratre in iudicio contendit, & hoc apud infideles.* Vides quàm vtiliter primùm confutauit iudicantes, cùm iniquos eos appellat: hìc autem reprehensiue quoque infideles vocat. Etenim turpissimum est, si sacerdos fratres nequeat reconciliare, sed necessarium sit ad gentiles recurrere. Quare inquiens, contemptibiles: non hoc inquit principaliter, quòd abiectos constituere oporteat, sed eos tangit. Quòd enim potentibus iudicare permitti opus sit, his verbis significauit: *Non est inter vos sapiens quisquā.* Et maiorem in modum silentium eis imponit, dicens: Quòd si non esset inter vos sapiens quisquam, insipientibus permitti magis oporteret, vt iudicia audirent, q̄ gentilibus. Et quā nam ratione non absurdum sit, cùm domi seditio oritur, neminem externum aduocari, sed erubescere, si in alienos exeāt, quæ domi geruntur: Vbi autem ecclesia arcanorum mysteriorum thesaurus est, omnia extrà efferri? *Sed frater cum fratre in iudicio contendit, & hoc apud infideles.* Duplex crimen, quòd scilicet iudicantur, [idque apud infideles.] Nam si ipsa re peccatum est, cum fratre in iudicio contēdere, quæ nam † in gentilibus] venia habenda est? *Iam quidem omnino delictum est in vobis, quòd iudicia habetis inter vos.* Vides vbi hoc seruauerit, & quàm tempestiuè sustulerit. Nondum enim dico, inquit, quis iniuriam inferat, aut quis accipiat. Primùm in ipso iudicio vterque lædituṛ, & nihilo alter altero secundum hoc melior est. Si verò iustè aut iniustè iudicatur, id alterius rationis est. Noli igitur mihi dicere, quis iniuriam acceperit: hinc enim iam te cō demno, quòd iudicasti. Quòd si non posse iniuriātem perpeti, id crimen est: ipsa iniuria qua digna est accusatione? *Quare non magis iniuriā accipitis? quare non magis fraudem patimini? sed vos iniuriā facitis & fraudatis, & hoc fratribus.* Rursum duplex crimē, fortasse autem & triplex & quadruplex. Vnum quidem nescire iniuriam perferre, alterum inferre, tertium iniustis de his iudicium permittere, quartum iniuria afficere fratrem. Neq; enim similiter peccata iudicantur, quando in alios, & quando in proprium membrum committuntur. Maioris enim temeritatis hic ausus est. Nam illic natura rei sola conculcatur, hìc etiam personę qualitas. Cùm igitur à communibus rationibus, & antea à constitutis † pœnis] eos arguisset,

† quū apud gentiles,

Iudicari cit primū cis cum dere.

Matt.25.d 2.Cor.11.c

† pœnis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

arguisset,in minas admonitionem claudit,fortiori adducta ratione,sic inquiens: *An nescitis,quòd iniqui regnũ dei non possidebunt? Nolite errare,neque fornicarij, neque idolis seruientes,neque adulteri,neque molles,neque masculorum concubitores, neque fures,neque auari,neque ebriosi,neque maledici,neque rapaces regnum dei possidebunt.* Quid dicis Paule? quid cum de auaris locutus sis,tantam nobis iniquorum hominũ turbam adduxisti? Sanè inquit, nõ tamen ab re hoc facio, sed ordine progrediens. Quemadmodum enim cùm de fornicariis disputat,omnium simul meminit: sic rursum auarum commemorans,omnes in medium adducit,ad horum reprehensionẽ sibi conscios assuefaciens. Siquidem cùm ex aliorum memoria frequenter consti tutum eis supplicium auditur,fit,vt æquo animo reprehensio toleretur, † maximè cùm propriis ipsarum peccatis exuatur.] Neque enim tanquam horum conscius hoc in loco, neque tanquam reprehendens minatur, quod maximè auditorem continere poterat, neque sinere, vt resiliat, cum ad ipsum huiusmodi non dirigatur oratio, sed indefinitè locutus latenter eius percellit conscientiam. Nolite errare: hoc in loco significat quosdam dicentes,quod & nunc multi dicunt, quòd benignus est deus & clemens,neque vlciscitur peccata. Nolite timere. A nemine vnquam vllius rei rationem deus exiget. Horum gratia inquit, *Nolite errare.* Erroris nanque & fraudis vltimæ est,vt qui optima speret,contraria cõsequatur, & talem de deo habeat opinionem, quam ne de homine quidem quispiam arbitraretur. Quare ex illius persona propheta inquit: Existimasti † iniquè,] quòd ero tibi similis: arguam te,& ponam cõtra faciem tuam iniquitates tuas. Et Paulus hoc loco: Nolite errare,neque fornicarij: quem iam condemnauit,primum ponit: *Neque adulteri,neque molles,neq; ebriosi regnum dei possidebunt.* Multi hũc locum nimis asperum accipiunt,si ebriosum & maledicũ, cum adultero & pathico & masculorũ concubitoribus ponit. Atqui nõ paria crimina sunt,quo modo supplicia erũt paria? Quid igitur dicemus? Quòd ebrietas non paruum quoddam est,& leue peccatum,neque item maledictum. Nam & Christus eum, qui stultum fratrem appellat, gehennæ tradit. Sæpenumero enim illinc nata est mors: & ludæorum populus ex ebrietate grauissima commisit peccata. Præterea non de supplicio sermo ei hoc in loco habetur,sed de casu à regno cœlorum,à quo pariter, & hi & illi excident. Si quam autem in gehenna differẽtiam habebunt, non præsentis temporis est inquirere. Non enim id nobis hoc loco proponitur. † *Et hoc aliquando quidem fuistis,*] *sed ablati estis, sed sanctificati estis, & iustificati estis.* Vehementi hoc reprehẽsione locutus est. ac si dicat: Intelligite, quantis nos exemit malis deus. Quantam in nos benignitatem ostendit, † & neque vsque dum viuimus, sed diutius] beneficia sua in nos extẽdit. Etenim nos abluit. Nunquid igitur hoc solùm? Minimè, sed sanctificauit: neque hoc etiam, sed iustificauit. Atqui liberari à peccatis,magnum munus est. Nunc autem te etiam innumeris impleuit bonis, & hoc factum est, *In nomine domini nostri Iesu Christi:* non in hoc & illo,sed *& in spiritu dei nostri.* Hæc igitur cùm intelligamus dilectissimi, accepti beneficij magnitudinis memores, in vita pudica permaneamus, & omnibus quæ enumerauimus sceleribus purgati, externi fori iudicia fugiamus. † Et beneficium quod] nobis deus largitus est, † id] custodiamus. Considera enim quàm pudendum sit constitui gentilem,qui tibi iura dicat. Quid inquis,si inique nostri iudicant? Quamobrem dic,quæso, secundum quas leges iudicat gentilis,& secũdum quas Christianus? Nonne constat, quòd secũdum humanas leges gentilis,secundum diuinas Christianus? Igitur in Christianis maior iusticia est, quo eis è cœlo leges demissæ sunt. Nam in gentilibus cum his quæ iam dicta sunt,etiam alia sunt suspicanda. Videlicet rhetorũ grauitas,corruptio potentum,& alia multa,quibus iusticia corrumpitur,hic autem nihil huiusmodi. Quid igitur si aduersarius potens esset? inquis. Et propter hoc maximè à nostris iudicari oportet. Si quidem in gentilium iudiciis vincet te omnino: quòd si non patitur,sed etiã nostros despicit,& extrinsecus vi trahit: satius est,quòd necessariò passurus es,sponte subire,& non litigare, vt mercedem consequaris. Si quis,inquit,vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium,& esto benevolus aduersario tuo, citò quousq; sit in via tecum. Et quid opus est nostra in medium afferre? Etenim ipsi exteriorum iudiciorum patroni millies hæc dicunt, melius esse extra iudicium controuersiam soluere. Sed ô pecunias, ô absurdam pecuniarum cupiditatem,quoniã omnia euertit & perdidit: omnia deliramentum multis,& fabulæ propter pecunias existimãtur. Et quòd seculares sint,qui in iudiciis versantur, nihil mirum: ep autem multi,qui hæc renunciant, eiusmodi sint, hoc est quod omni caret venia. Nam si videre volueris,quantùm te abstinere ab hac iudiciorum necessitate, scriptura præcipit,& quibus leges ponãtur, edisce re, audi Paulum dicẽtem: Iusto lex non ponitur, sed iniquis & indomitis. Quòd si de Mosaica lege hæc dicit,multò magis de gentilibus. Nam si lædis,cõstat te iniustum esse: sin læderis,& fers æquo animo, cùm maximè iusti obeas officium, nullam habes externarum legum necessitatẽ. Et quo pacto, inquis, potero iniurias perpeti? Atqui Christus quiddam,quàm hoc maius præcepit,quòd scilicet non solũ,qui nos lędunt,æquo animo feramus,sed vberius largiamur inferẽti nobis iniuriam,& tolerantiæ promptitudine malè facientis desiderium superemus. Non enim dixit: Si quis vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte tunicam,sed cum illa etiã pallium. Vince eum, inquit, malè ferendo,non malè faciendo. Ea nanque manifesta victoria est & clara. Quare superius inquit Paulus: Iam quidem omnino delictum est in vobis,quòd iudicia habetis inter vos: & quare nõ magis iniuriam accipitis: quãdoquidem,qui eam accipit,magis victor euadit,quàm qui nõ tolerat: hoc ego vobis manifestum faciam. Qui nõ fert iniurias,etsi in iudicium quempiam trahat, quanuis eum superet, tamen tunc maximè vincitur. Quod enim noluit passus est, coëgit saltẽ ipsum aduersarius & dolere & litigare. Quid enim quòd vicisti? quid quòd pecunias omnes acceperis? primũ quod nolebas pertulisti, coactus cõtendere. Quòd si toleras iniuriam, victor euadis: qui enim pecuniis priuatus est, non est priuatus victoria in hac philosophia. Siquidẽ ille non potuit te cogere, vt faceres, quod nolebas. Et quòd hoc sit verum: dic quæso, vter vicit? ille ne qui super fimo rebus omnibus destitutus sedet Iob? an qui omnia abstulit, diabolus? Clarum est quòd omnibus destitutus, qui verò omnia abstulit, succubuit. Vtrum igitur tãquam victorem admiramur, diabolum percutientẽ, an percussum Iob? Sanè perspicuũ est quòd Iob. At qui non potuit pereuntes diuitias retinere, [non filios suos seruare. Et quid dico, diuitias & filios? corporis sui salutem tueri non potuit. Attamen hic est ipse victor qui sua omnia abiecit. Pecunias quidem non potuit retinere,]

Matth.5. d

Matth.5. f

Hic supr. b

1.Tim.1.b

Psal.49.d

† Et hęc quidam fuistis.

† neq; vsq; ad liberationem, sed plurimùm.

† Et nobilitatem quã. † eam

† iniquitatem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nere,] sed omni diligentia pietatem seruauit. Verùm pereuntes filios non potuit liberare. Et quid nam hoc? Etenim clariores illos casus reddidit. Iob autem etsi tẽtatus est, seipsum tamẽ sic vltus est, quòd si acceptam à diabolo iniuriam non toleraſſet, non sanè clarã illam assecutus esset victoriam. Si malum fuisset iniuriã accipere, nunquã id nobis deus præcepisset. Deus enim mala nõ præcipit. An ignoratis, quòd ipse est deus gloriæ, neque dedecore vos, neque risu, neque detrimento cõplecti voluit, sed contraria afferre? Idcirco mandat, vt iniuriam accipiamus,† & omnia faciamus, vt nos à secularibus segregemus:] & persuadeat, quid gloria sit, quid ignominia, quid damnum, quid lucrum. Sed graue iniuriam accipere & calumniari. Non est graue homo, nõ est inquam, vsque ad præsentia formidare. Neque præcepisset id deus, si graue fuisset. Cõsidera autem qui iniustè operatus est, cum pecuniis abiit, sed cõscientia mala. Qui autem iniuriam accepit, pecuniis priuat⁹ fiduciam in deo habet, possessionem innumeris thesauris preciosiorem. Hęc igitur videtes sponte philosophemur, neque insipientium affectibus agitemur, qui tunc non accepisse se iniuriam arbitrãtur, cùm à iudicio accipiunt. Contrà autem omnino est maximum damnũ, quando non sponte hęc philosophamur, sed illic victi succumbimus. Nullum enim lucrum † iudicio cõdemnari,] si quidẽ necessitas cogit. Quæ igitur clara est victoria? Cùm tu eam cõtempseris, cùm non litigaueris. Quid? inquis. Perdidi mea omnia, & tacere præcipis? † calumniatus sum,] & me æquo animo ferre admones? Et quá nam ratione potero? Facile quidẽ, si cœlum suspexeris, & eius videris pulchritudinem, & quid tibi pol liceatur deus, te accepturum, si iniurias generosè pertuleris. Ita facias, & suspiciens in cœlum intelligas, ꝙ illic sedenti super Cherubin factus es similis. Etenim ille cõ tumeliis affectus est, & eas pertulit: & †opprobria,] neq; vltus est: & verberibus cæsus est, neq; vicem reddidit: sed contrà innumeris eos prosecutus est beneficiis, qui huiusmodi iniurias in eum machinati fuerant, & nos imitatores eius fieri præcipit. Intellige ꝙ nudus egressus es ex vtero matris tuæ, & nudus hinc migrabis, & tu, & ille qui tibi iniuriatus est: sed is longè magis innumeris cum vlceribus & vermibus scaturiẽtibus. Intellige q̃ ea duca sint & fluxa præsentia omnia. Cõsidera sepulchra parentum tuorum, perdiscito quæ fiunt clarè omnia, & videbis quod fortiorẽ te fecit, qui iniuriatur. Suos nanque affectus grauiores fecit, hoc est auariciam: tuos autem remissiores, cùm tibi ferarũ victum abstulerit. Accedit ad hæc, quòd te curis liberum reddidit, certaminibus, inuidiis, calumniantium tumultu, perturbatione & timore perpetuo, & onus malorum super caput suũ accumulauit. Quid igitur, si fame peream? inquis. Cùm Paulo hoc pateris dicẽte, Vsque in hanc horam, & esurimus, & sitimus, & nudi sumus. Verũ ille propter deũ, inquis. Et tu propter deum. Cùm enim non te vleiscens, propter deum id facis. Sed iniustus cum diuitiis viuit, vel potius cum diabolo: sed tu cum Paulo coronat⁹ es. Noli igitur famem formidare. Non enim dominus fame perdit iustorum animas, & alius iterum: Iacta, inquit, cogitatum tuum in domino, & ipse te enutriet. Nam si passeres campi nutrit, cur te non nutriet? Nolimus ergo modicę fidei esse, [neque pusillanimes charissimi:] nam qui cœlorum regnum, & tot bona pollicetur, cur non dabit præsentia? Nolimus superflua desiderare, sed sufficientiam, & semper ditabimur. Tegmenta quæramus, & victum, & hæc & multò maiora conse-

† & omnia facit, vt nos à secularibus abstrahat.

† quòd iudicio condemnatus ferat:

† calumniatus sum grauatus.

† opprobriis lacessit⁹ est.

Supra. 4. c

Prou. 10. a

Psal. 54. d

quemur. Quòd si doles, & adhuc humi deprimeris, velim tibi post victoriam eius, qui tibi iniuriã intulit animam ostendere, quo modo fathiscat in cinerem. Etenim huiusmodi peccatum est, quod quum admittitur, quandam parit voluptatem: cùm autem consummatũ est, tunc subingreditur tristicia, & minimum voluptatis manet. Hæc & cum lædimus quempiã, patimur: post nosipsos accusamus. Sic cùm ditescimus, gaudem⁹, deinde conscientia compungimur. Vides apud aliquem pauperis domum: lachrymare, non qui suis rebus spoliatus est, sed qui spoliauit. Non enim intulit, sed accepit malum: illum nanq; rebus priuauit præsentibus, seipsum autem ineffabilibus bonis. Nam si qui non dat indigẽtibus, in gehennam abit: qui ab indigẽtibus rapit, quid patietur? Et quod lucrum inquit, si † vterque malè patimur?] Magnum quidem. Neq; enim supplicio eius qui malefecit, retributionem tibi constituit deus. Nam nõ esset magnum. Quid enim vtilitatis amborũ detrimentum? Atqui multos noui, magnũ hoc solatium arbitratos, & sibi satis factum, cùm calumniantes se supplicio vidẽt affectos. Sed vis intelligere quãta tibi bona deus tribuit, vniuersum tibi cœlum aperit, sanctorum conciuem te facit, in ipsum chorum constituere te parat, peccatis te soluit, iusticia te coronat. Nam si dimittẽtes peccantibus veniam consequuntur, qui non solùm dimittunt, sed largiuntur, quam non sibi parãt excusationẽ? Noli igitur iniquo animo iniurias ferre, sed precare pro eo, qui te lędit: ad tuam hoc facis vtilitatem. Accepit tuam pecuniam, sed & peccata, quod in Naaman & Giezi factum est. Quantas non voluisses dare diuitias, vt peccata tua delerentur? Hoc nunc fit. Nam si pertuleris generosè, & non imprecatus fueris, clara te corona insignem reddam. Non mea hæc est oratio, sed Christum dicentem, audi: Orate pro persequentibus vos. Ex quo quantum sit præmij prouenturum intellige: Vt fiatis similes patris vestri, qui est in cœlis. Itaque nihil amisisti, sed lucratus es, non iniuriam accepisti, sed coronã. Sapientiæ studiosior factus es, & deo similis. Cura pecuniarum liberatus es regnum cœlorum possidẽs. Hæc igitur omnia reputantes, in iniuriis philosophemur dilectissimi, vt præsentis vitæ perturbationibus liberati inutilem abiiciamus anxietatem, & futurum gaudium adsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

† ego malè affuiam

Matth. 5

Ibidem

Homilia xvij.

Omnia mihi licent, sed non omnia conferunt. Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate. Vẽtri deditos hoc in loco taxat. Nam cùm rursum in fornicatorẽ inuecturus sit, fornicatio autem à cibo & intemperantia proficiscatur, vehemẽter hoc vicium reprehendit. Non enim de vetitis hoc dicit, illa enim nullo pacto licent, sed de his quæ indifferentia videntur. Vt exempli gratia: licet, inquit, comedere & bibere, sed non confert cum incontinẽtia. Et hoc in Paulo mirabile est, & præter opinionem, quod sæpenumero facere consueuit, vt in cõtrarium vertat sermonem suum: quod in præsentia molitur, ostendẽdo, quòd etsi in potestate nostra sit, non solùm id nihil affert vtilitatis, sed ne potestatis quidem est, verùm seruitutis. Et primùm quidem ab inutili dehortatur, cùm inquit, non conferunt. Secundo autem in loco à cõtrario, cùm inquit, Sed ego sub nullius redigar potestate. Hoc autem significat. Dominus es comedendi. Igitur perfer cùm dominus sis, & caue ne seruus fias huius affectus. Qui enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim ad necessitatem eo vtitur, ille eius dominus est. Qui verò in incontinentiam prolabitur, non amplius dominus, sed seruus eius efficitur, cũ edacitas ei dominetur. Vides quo pacto, qui se habere potestatem arbitratur, eum sub potestate esse ostendat. Hic enim mos Paulo est, vt in cõtrarium vertat obiectiones: quod & hoc in loco fecit. Et animaduerte: eorum quisque dicebat, licet mihi in deliciis esse: inquit Paulus, non sic hoc facis, tanquam eius habeas potestatem, sed vt ipsius potestati subiectus: quippe qui ventris potestatem non habes, quousque incontinentia vinceris: sed ipse sub eius imperio es. Hoc & in pecuniis & in aliis dici potest.

† esca. Philip. 3. d

†*Escæ ventri.* Ventrem hoc in loco non aluum, sed gulam dicit: Quemadmodũ cùm inquit, Quorũ deus venter est, non de parte corporis locutus, sed de edacitate. Quòd autem ita intelligatur, audi quæ sequuntur:

Et venter escis. Corpus autem non fornicationi, sed domino. Atqui & venter, corpus. Sed duo paria posuit: escas & gulam, quam vẽtrem appellauit: dominũ & corpus. Quid autem significat, Escæ ventri: Escæ, inquit, ad gulam habent amorẽ, & hæc ad illas. Non potest igitur ad Christũ nos adducere, sed ad illas trahit. Affectus enim grauis, & ferus est, & seruos facit & maximè huic ministrari. Quid igitur circa victũ laboras & inhias: Finis enim illius ministerij hic est, & nihil amplius de se pollicetur. Sed tanquam qui alicui dominæ seruit, in ea permanet seruitute, neq; procedit vlterius. Siquidem nullũ alium finem habet, & hunc ipsum vanum. Quare ambo inuicem copulantur & dissoluuntur. Venter escis, & escæ ventri, cursum quendam inexplicabilem reuoluẽtes, ac si à corpore corrupto vermes generentur, & rursum à vermibus consumatur corpus. Aut tanquã si fluctus vehementer elatus sit, & residẽs amplius nihil efficiat. Hęc autem non de cibo & corpore dicit, sed gulę affectum, & incontinentiam ciborum accusat: quod in sequentibus significatur: *Deus autẽ & hunc & illas abolebit:* Non ventrem, sed immodicum desiderium: non cibum, sed delicias. De illis enim non indignatur, sed statuit his

1. Tim. 5. b

verbis: Habentes victũ & vestitũ, his cõtenti simus: sed hacten⁹ accusat hanc rem, & vt corrigãtur, primũ cõsilio, deinde precibus hortatur. Quidã autem dicunt hãc particulam propheticam esse, quæ futuri seculi conditionem significat, & quòd illic nõ comeditur neque bibitur. Quòd si mediocritas habebit finẽ, multò magis ab immoderatione abstinere oportet. Deinde ne quis corporis hoc crimen arbitraretur, & quòd à parte totũ

† corporis.

accusaret: nẽve diceret, naturã †gulæ,] causam esse maliciæ: vide quo modo ex sequentibus id corrigit. Ostendit enim se naturam corporis nõ accusare, sed immodicam animi luxuriam. Quapropter addit: *Corpus autem non fornicationi, sed domino.* Non enim propterea formatum est, vt luxuriosus sis & forniceris, quemadmodum neque venter, vt crapuleris: sed vt Christum se-

† superponatur.

quaris tãquam caput, & dominus corpori †inuratur.] Erubescamus, horreamus, quòd tanto dignati honore, vt illius qui in cœlis sedet fiamus membra, tantorum malorum non pudeat. Cum igitur satis gulosos accusauerit, futurorũ spe ab hoc nos malo abducit, inquiẽs:

Deus verò & dominum suscitauit, & nos suscitabit per virtutem suam. Vidisti iterum Apostolicam sapientiam: semper enim fidem resurrectionis à Christo confirmat, & maximè hoc in loco. Nam si corpus nostrũ Christi membrum est, surrexit autem Christus, corpus quoque omnino sequetur caput. *Per virtutem suam.* Cùm dixisset rem incredibilem, & quæ rationibus subiici nequit, in-

A comprehensibilitati potentiæ ipsius Christi resurrectionem remittit, non paruam hanc contra eos afferens probationem. Et in Christi resurrectione id non posuit. Non enim dixit, deus verò & dominum suscitabit: egressus enim esset propositam materiam. Sed quo modo: deus autem & dominum suscitauit. Neque enim opus erat confirmatione. In nostra autem resurrectione cùm nunquam facta sit, nõ ita locutus est. Sed quo modo: Et nos suscitabit per virtutem eius, authoritate fortitudinis ipsius qui hoc faceret, contradicẽtium os obstruens. Quòd si patri Christi resurrectionem attribuit, nihil te hoc perturbet. Non enim ac si sine viribus esset Christus hoc posuit. Ipse nanque est qui dicit, Soluite templum hoc, & in triduo reędificabo illud. Et iterum, Potestatem habeo ponendi animam meã, & potestatẽ habeo iterũ sumẽdi eam. Et Lucas in Actis Apostolo-

Ioan. 2. d *Ibid. 10. c* *Act. 1. d*

B rum inquit, Quibus exhibuit seipsum viuentem. Qua igitur gratia Paulus sic locutus est? Quoniam quæ filij sunt, patri tribuuntur: & quæ patris, filio. † Quæ enim ille fecisset,] inquit, ea & filius similiter facit. Valde autẽ opportunè hoc in loco resurrectionis meminit, eius spe vehementiam ingluuiei comprimens: & tantùm non dicit, comedisti, bibisti incontinenter, & quis finis? Nullus quàm corruptio tantùm. Coniunctus es Christo. Quis finis? maximus & admirabilis, futura resurrectio, glorioſa illa, & omnem exuperãs rationem. Nemo igitur diffidat: resurrectioni. Si quis verò diffiderit, intelligat quanta deus ex nihilo fecerit, & inde accipiat illius certitudinem. Quæ enim iam facta sunt, multò sunt admirabiliora, & stuporem afferunt incredibilem. Cõsidera, quæso, acceptam terram in massam redegit, & fecit hominem, terram inquam quæ antea

† Quæcunque enim ipse facit.

Ioan. 5. d

C non fuisset. Quo modo igitur terra facta est homo? Quo modo verò terra, cùm non esset, extitit? Quo modo porrò ex ea omnia ratione carẽtia creata sunt, omnia semina, omnes plantæ, nullo labore in illis præcedente, non pluuiis super his descendentibus, nullo cultu apparente, nõ boum, non aratri, nõ alius instrumenti, quod ad horum procreationem faciat? Propterea ex inanimata & insensibili terra, tot principio genera & plantarum & brutorum animalium perfecit, vt prioribus illis operibus te resurrectionis rationem edoceret, hoc enim resurrectione inexplicabilius. Non enim perinde est extinctam lucernam accẽdere, & minimè apparens lumen ostendere. Non est par excisam domum restituere, & quæ nunquam fuerit cõstruere. Illic enim etsi nihil aliud sit, materia tamen subiecta est, hìc autem nulla apparet subsũtia. Propterea quod erat difficilius, prius fecit, vt ex eo quod facilius esset, reciperes: difficilius autem dixi, non deo, sed secundum nostrarum rationum consequentiam. Deo nanque difficile nihil est.

D

Sed quemadmodum pictor †similem] faciẽs imaginẽ, innumeras facilè perficiet: sic & deo facile est innumeros mundos facere, atque infinitos. Immo quemadmodum facile est intelligere te ciuitates & mũdos infinitos, sic facere deo est facile: immo verò & lõgè facilius. Nam tu tempus vel paruum cogitando cõsumis, deus autem minimè: sed quanto leuissimis pẽnis, vel potius mente nostra lapides grauiores sunt, tantò animus noster in faciendo à dei celeritate vincitur. Admiratus es eius potẽtiam in terra, intellige rursum quo modo cœlum factum est, cùm nõ esset, quo modo infinita sydera, quo modo sol, quo modo luna, & hæc omnia cùm non essent. Rursum dic, quæso, quo modo postquam facta sunt, steterunt, & cuius auxilio? Quod fundamen-

† vnam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum habent, quod terra, & quid post terram est, & post illud † quid rursum vides? In quot] vertigines mentis tuæ oculus prolabitur, nisi quamprimum ad fidem recurras, & incomprehensibilem eorum authoris potentiam. Quòd si vis & ab hominibus coniecturam capere, paulatim tuam poteris mentem extollere. A quibus hominibus? inquis. Nonne vides figulos, quo pacto fractum vas & informe fingũt, & qui metallorum terram fundunt, quo modo terram aurum reddunt, & ferrum, & æs? Rursum alios qui vitrum faciunt, quo modo arenam in vnum corpus continuum & lucidum transferunt? afferam in medium & coriarios, & purpuræ infectores, quo modo aliud pro alio † acceptũ tincturam] reddunt. Adducam & generationem nostram. Nonne parum seminis primùm informis infunditur in matricem id suscipiẽtem? Vnde igitur tanti animalis formatio? Quid de frumento dicam? Non granum nudum in terram proiicitur? Non postquam iactum est, corrũpitur? Vnde spicæ, aristæ, culmi, & alia omnia. Non † parum fici milium] aliquando in terram cadens, & radicem, & ramos, & fructum tulit? Deinde horum singula accipis, non tamen de his tam curiosè inquiris. Ad deum duntaxat rationem efflagitas, quo modo nostrũ corpus restituat, & quo pacto hæc veniam merentur? Hæc aduersum gentiles dicimus, & huiusmodi. Aduersus autem eos, qui scripturis fidem adhibent, non mihi opus est ratione. Nam si omnia de deo inuestiganda sunt, quid amplius habebit deus, quàm homines? Atqui multos homines non exquirimus. Quòd si in hominibus id non facimus, neque curiosius percontamur: multò minus dei sapiẽtiam perscrutari nos, & rationes inquirere oportet. Primùm quidem, quoniam qui hęc dicit, dignus est cui credatur. Pręterea quòd hæ res rationum inuestigationem non suscipiunt. Non enim tam pauper deus est, vt ea tantùm faciat, quæ imbecillitate rationum tuarum comprehendi possint. Nam si fabri opus nõ deprehendis, multò minus optimi opificis dei. Nolite igitur resurrectioni diffidere, quoniam valde procul à futura spe eritis. Sed quæ nam est contradicentium sapientia, vel potius stulticia maxima? Et quo modo cùm conglutinatum sit corpus terræ, & terra factũ, & ipsa rursum aliò translata resurget? Tibi hoc inexplicabile videtur. Sed non vigilanti oculo, illi enim omnia manifesta. Tu non vides in cõfusione diuisionem: ille omnia nouit. Nam quæ in proximi tui corde sunt, tu quidem ignoras: ille autem omnia cognoscit. Si igitur cùm ignores, quo modo suscitat deus: diffidis quòd suscitet, diffides etiam quòd animum cognoscat: siquidem neque hæc videntur. Atqui in corpore quidẽ materia est visibilis, quanuis dissoluatur: illę autem cogitationes inuisibiles. Qui ergo inuisibilia diligenter intuetur, visibilia non videbit, & diuidet facilè corpus? Sanè perspicuum est. Quare nemo resurrectioni diffidat, diabolica nanque doctrina est, & hoc annititur diabolus, non ea tantùm gratia, vt resurrectio non credatur, sed vt virtutis opera amittantur, & pereant. Homo enim nisi se resurrecturum, & operum suorum rationem redditurum existimauerit, non facilè vacabit virtuti: cuius qui nullam rationem habuerit, rursum resurrectionem non credet. Vtrunque enim inuicem confirmatur, malicia ab incredulitate, & incredulitas à malicia. Animꝰ nanque qui multorum scelerum sibi conscius est, cùm futurum iudicium formidet atque exhorrescat, nolitq; mutata vita in melius sibi cõsulere, incredulitate quietem animi quærit. Nam si tu resurrectionem negaueris, & iudiciũ dicet ille. Igitur neq; ego scelerum meorum pœnas dabo. Sed quid inquit Christus: Erratis, nescientes scripturas & virtutem dei. Neque enim tanta fecisset deus, nisi nos esset resuscitaturus, sed dissoluturus & redacturus in nihilum. Neque hoc cœlum extendisset, neque strauisset terram, non cætera omnia quæ condidit, pro hac breui duntaxat vita fecisset. Quòd si pro præsenti tanta fecit, quid faciet pro futura? Quæ si non erit, longè nos, quàm quæ propter nos facta sunt, hac in parte despectiores essemus. Siquidem, cœlum, terra, mare, flumina quàm nos diuturniora sunt, necnon & bruta quædam. Nam & cornix, & elephantorum genus, & multa alia longiori prȩsentis vitę spacio fungũtur. Nobis autem & breuis & laborioſa vita est: illis verò minimè, sed longa, & ab omni ignominia & cura liberior. Quid igitur, dic quæso, seruos meliores fecit quàm dominos? Noli, quæso, noli hoc considerare. Noli homo animum tuum inopem facere. Noli ignorare diuitias dei, cùm talem habeas dominũ. Etenim à principio voluit te deus immortalem facere, sed tu noluisti. Immortalitatis signa illa erant, cum deo colloquiũ, fœlicitas vitæ, doloris, curarum, laborum, cæterorúmque, quæ accidere solent, liberatio. Neque enim vestimentis indigebat Adam, neque tecto, neque alio huiusmodi artificio. Sed angelis similior erat, multáque, quæ futura erant, prȩuidit, & sapientia multa polluit. Et quod clanculum deus fecerat, id ipse cognouit, qua sci licet ratione mulier facta fuerit. Quare inquit: Hoc nũc *Genes. 2* os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Dolor autem posterius exortus est, posterius sudor, posterius pudor, formido, diffidentia. Tunc neque dolor, neque anxietas, neque fletus. Sed non perstitit homo in illa dignitate. Quid igitur faciam, inquis, propter illum pereo? Minimè propter illum. Neq; enim tu sine peccato permansisti? Quòd si nõ idem peccatum, aliud tamẽ commisisti, præterea neq; propter supplicium damnum, sed lucrum accepisti. Nam si semper mortalis futurus esses, forsitan non omni careret ratione, quod dictum est. Nunc autem & immortalis es, & si voles supra Solem ipsum fulgere poteris. Sed nisi mortale corpus accepisses inquis, non vtiq; peccassem. Quid igitur dic, quæso, ille quòd mortale haberet, peccauit? Minimè, non enim si fuisset mortale, deinde pro supplicio mortẽ pertulisset. Quod autem neque mortale corpus virtuti impedimento sit, sed continentiorem hominem faciat, & maximè conferat, vel hinc perspicuum est. Nam si sola immortalitatis expectatio adeò extulit ipsum Adam, & si verè immortalis factus esset: in quam non euasisset insaniam? Et si in præsentia peccas, potes peccatis te exoluere, si humilis fueris, si in terram procideris, si dissolueris. Etenim ipsæ cogitationes sufficientes sunt quæ nos coërceant. Quòd si in immortali corpore peccasti, diuturniora fortasse futura erant peccata. Non igitur mortalitas causa est peccati, noli eam accusare: sed praua volũtas radix est malorum. Quare enim nulla ex parte corpus Abel iniustum reddidit? Quare carentia corporis nullam dæmonibus attulit vtilitatẽ? Vis intelligere quia non solùm nullum detrimentum, sed emolumentum mortale corpus affert? Audi quanta ex hoc lucraris, modò sobrius fueris. Retrahit & abducit te à malicia, cùm eius causa dolores, miserias, & huiusmodi alia perpetiaris. Sed in fornicationem inducit, inquis. Non corpus, sed incontinẽtia. Ea enim quæ dixi omnino corporis sunt. Quamobrem nemo vitam hanc ingressus, morbis, doloribus, anxietatibus liber fuit, non

† *quid rursum? vides in quot.*

† *quod tinctturam accepit,*

† *parum fici acinus.*

Matth. 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuit, non autem omnes scortati sunt. Itaque si à corporis natura prouenisset, maliciæ communes omnibus essent. Talia nanque naturalia sunt, fornicatio vero minime. Dolor à corpore est, fornicari autem à voluntate. Noli igitur corpus accusare, neque honorem tuũ, quem tibi deus elargitus est, auferat diabolus. Nam si voluerimus, frænum optimum corpus erit, insultus animæ coërcens, stulticiam tollens, superbiam inhibens, in maximis nobis officiis inseruiens. Noli mihi insanos in medium afferre. Nam & equos multos videmus præcipites delatos, aurigam cum fræno excutere: non tamen frænum accusamus. Non enim id excussum hoc fecit, sed auriga qui illos non coërcuit, omnia perdidit: Itidem hic existimato. Si videris iuuenẽ patre orbatum, & plurima operatũ mala, noli corpus accusare, sed aurigam, hoc est, rationem trahentem. Vt enim habenæ non sunt causa, vt auriga deturbetur, sed ipse in culpa est, qui eas non bene moderatus est: quare ab eo rationem exigunt implicitæ ei, & sæpenumero distrahẽtes cogentesq; propriam communicare calamitatẽ: sic hoc in loco vsu venit. Ego enim, inquit, cohibui os equi. [Quantum nescum delectus es,] tunc abs te stulticiæ tuæ rationem exigo, & implico & distraho ne amplius idem facias. Nemo igitur accuset habenas, sed seipsum & coinquinatam mentem. Etenim in nobis auriga ratio est, habenę autem corpus. quæ ad aurigã equos adducunt. Eæ si recte disponentur, nihil te offendet: sin eas dimiseris, absumpsisti, & perdidisti omnia. Coërceamus igitur, & non accusemus corpus, sed prauam mentem. Etenim diaboli hoc opus est, vt faciat stultos potũ & corpus, & deum, & proximum, quàm corruptũ animum accusare, ne scilicet inuenta peccandi causa à malorum radice liberentur. *Sed vos consilio eius intellecto, indignationem in eum vertite, & aurigã iugo coërcentes, ad deum mentis oculũ intendite. In aliis enim nihil munerarius ipse confert, sed expecta finem: hic autem munerarius totum perficit, hic est deus. Habeamus igitur hunc propicium, & proculdubio futuri seculi coronas cõsequemur: quarum vtinam omnes fiamus participes, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.*

† *quãdiucũ tinebas. post quam vero abiecisti.*

Homilia XVIII.

NEscitis, quoniam corpora vestra membra Christi sunt? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. A fornicatore ad auarum trãsiens, rursum ab hoc ad illum reuertitur Paulus, non iã aduersus eum locutus, sed ad alios, qui non fornicãtur, quibus consulens, nequando eum imitentur, iterum illum reprehendit. Quippe qui peccauit, quãuis aduersus alium sermonem dirigas, tamen conscientia eum excitante & verberante compungitur. Sufficiẽs erat supplicij metus, qui eos sub pudicicia contineret: sed cum nolit metu duntaxat id corrigere, & minas & rationes affert. Illic igitur, cum peccatum narrauerit, supplicium definierit, damnum ostẽderit, quod ex fornicatoris coitu accidit omnibus, id dimisit, & ad auariciam trãsiit, & casum à cœlorum regno minatus, & huic & reliquis omnibus quos commemorauit, ita rationi suæ finẽ imposuit. Hoc autem in loco etiam horribilius admonitionem prosequitur. Qui enim peccatum duntaxat punit, neque eius turpitudinem nimium ostendit, nõ multum supplicio proficit. Rursum qui id tantum arguit, neque supplicij minis perterret, nõ admodum stupidos tangit. Quare vtrunque facit Paulus, & arguit, dicens:

A Nescitis quòd angelos iudicabimus? & terret, cum inquit, Nolite errare. Anari regnum dei non possidebũt. Et in fornicatorem rursum eo vtitur sermone. Etenim terruit, cum superius inquit: Vt tolleretur de medio, & satanæ traderetur. Inde futurum commemorans diem, iterum his verbis arguit? Nescitis quoniam corpora vestra membra Christi sunt? tãquam generosos filios iam alloquens. Cum enim dixisset, corpus domino, manifestius id nunc ostendit. Quod alibi facit inquiens: Vos autem estis corpus Christi, & membra ex membro: & hoc sæpenumero exemplum ponit, non ad eandem sententiam, sed aliquando vt amorem ostendat, aliquando vt timorem augeat: hoc autem in loco vt perterreret, hoc posuit. Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit: Nihil hoc verbo horribilius. Et non dixit, tollens ergo membra Christi, Cõiungam B meretrici, sed faciam membra meretricis? Quod magis tãgit. Inde quo modo fornicator eiusmodi fiat, his verbis confirmat: *An nescitis, quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur? Erũt enim*, inquit, *duo in carne vna. Qui autem adhæret domino, vnus spiritus est.* Erunt, inquit, duo in carne vna, & à scriptura attulit testimonium, quo ostẽdit, quã nam ratione vnum sint. Siquidem consuetudo inter se duos non sinit duos esse, sed vnum ambos efficit. Et iterũ considera quo pacto per nuda nomina procedit, & per meretricem & Christum auget accusationem. *Fugite fornicationem.* Non dicit, abstinete vos à fornicatione, sed fugite: hoc est, summa cum diligentia vos à malicia liberos vos facite. *Omne peccatum quodcũque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, [in corpus suũ peccat.* Hoc priore est minus.] Veruntamen cum de fornicatoribus sermonem faciat, vndique id extollit, & à C maioribus & minoribus crimen auget. Illud quidem superius reuerentioribus dictum est, hoc autem imbecillioribus: etenim hoc Pauli sapientiæ est, non tãtum † de magnis rebus reprehẽdere, sed de minoribus, & de turpi, [& indecoro. Quid igitur homicida, inquit, non maculat manum? Quid auarus? Quid raptor? Vbiq; perspicuum est. Sed cum dicere non posset, nihil esse peius fornicatore, alio modo peccatum auxit, cũ in fornicatione totum corpus coinquinari demonstraret. Siquidem haud aliter sordescit, quàm quid in lebetem immũdum infusum cõtagione inficitur. Hunc & nos morem prosequimur. Ab auaricia enim & rapina nemo balneas petere properat, sed nulla cura domũ reuertitur. Cum vero meretrici quis commiscuerit, tanquam totus immũdus ad se lauandum contendit, atque ita humana mẽs quandam huius peccati turpiorem habet opinionem. D Vtrũq; igitur graue est, & auaricia, & fornicatio. Vtrũque in gehennam intrudit. Sed cum ad persuasionem Paulus omnia moliatur, quibus potuit rationibus, fornicationis auxit crimen. *An nescitis, quoniam membra vestra templum sunt spiritus sancti qui in vobis est?* Non simpliciter, spiritus, dixit: sed spiritus qui in vobis est, quod fuit consolantis: & inde prosequitur. *Quem habetis à deo.* & datoris meminit, attentum simul faciens auditorem, & perterrens, & commendationis magnitudine, & cõmendantis liberalitate. *Et non estis vestri.* Hoc nõ modo reprehendentis est, sed cogentis ad virtutem. Quid enim ad tuam operaris voluntatem, inquit? Non es tibi ipsi dominus. Hoc autem dixit, nõ quòd liberum arbitrium auferret. Nam cum dicat, Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt, non nostram aufert libertatem: & hoc iterum in loco cum dicit, Non estis vestri, non corrumpit volũtatem, sed à malicia auertit, & domini

Hic sup. a
Ibidem. b
Supra 2. 5. a
Infra 11. d
Gene. 2. b
† *à magnis &c. à minoribus & à turpi]*

Universidad de Deusto
Biblioteca

mini ostendit diligẽtiam. Quare addidit, *Empti enim estis precio † magno.* Quòd si non sum mei ipsius,cur à me facienda exigis? Quo modo autem iterum prosequens inquis, Glorificate, & portate deum in corpore vestro, & in spiritu vestro, quæ sunt dei? Quid autem significat,Non estis vestri? Et quid nam per hoc confirmare vult?Vt cauti sint in non peccando,& ne sequantur absurdas animi cupiditates. Etenim plura absurda volum⁹,sed cohibere nos oportet. Possumus enim.Nã nisi possem⁹,superflua esset admonitio nostra. Animad uerte igitur quo pacto corroboretur.Siquidem cum dicit, Non estis vestri: non addidit, sub necessitate estis: sed,empti estis precio. Quamobrem hoc dicis?Atqui aliunde quis dixerit,hortari oportuit,& ostendere quòd dominum habemus. Verum hoc quidem cum Gentilibus nobis cõmune est.Sed quòd empti sitis precio magno,hoc vestrum præcipuũ est. Meminit enim magnitudinem beneficij,& modum salutis, cum ostendit nos alienos emptos esse, & non simpliciter, sed precio magno. *Glorificate deum, † hoc est, portate deum in corpore vestro, & in spiritu.* Hoc autem dicit,vt nõ modo corpore fornicationem fugiamus,sed etiam spiritu,hoc est,ne quid mali animo cogitemus, nève gratiam à nobis abiiciamus. *Quæ sunt dei.* [Quandoquidem dixerat, vestro: propterea adiecit,quæ sunt dei.] Frequenter in memoriam nobis reducit, ostenditq; omnia domini esse,corpus,animam,spiritum. Quidam vero,in spiritu,in gratia exponunt:quæ si in nobis erit,deus glorificatur.Cõtinget autem,si puram mẽtem habuerimus. Dei autem ea dixit,non quòd ea tãtum largitus sit, sed quòd alienata denuo possedit, precium sanguinem filij ponens. Vide quo pacto in Christo omnia perfecit, quo pacto nos in cœlum adduxit. Membra Christi estis, inquit: Templum estis spiritus. Quare nolite facere mẽbra meretricis. Non enim corpori vestro cõtumeliam facitis, quia non vestrum corpus est, sed Christi. Hæc autẽ dixit,simul & humanitatem ostendens, quòd eius corpus nostrum est,& à malorum licentia nos auertens. Nam si alienum corpus est,non habetis potestatem,vt alienũ corpus iniuria afficiatis inquit, & maxime cũ sit domini,neque spiritus sancti templum maculandum est. Nã si quispiam priuatam domum ingressus, & illam ignominia afficiens,vltimum dabit supplicium: qui regis tẽplum latronum spelũcam fecerit,intelligas velim,quot mala perpetietur?His igitur consideratis,eum qui in nobis habitat reuereare, quippe qui consolator est,& tibi coniunctum & inhærentem timeas. Christus enim est. Nunquid tute membra Christi effecisti? Animaduerte cuius erant,& cuius facta sunt,& velis te cõtinere. Antea meretricis membra fuerant, & Christus ea proprij corporis membra reddidit. Non ergo eorum amplius habes potestatem,illi seruias,qui te liberauit.Neq; enim si filiam haberes,& tãta esses amentia,vt eam lenoni locares,& meretrix efficeretur, inde regis filius eam conspectam tam turpi liberaret seruitute, & sibi matrimonio coniungeret, iterum eã in fornicem adducere posses,quippe qui semel dedisti,semel vendidisti.Huiusce modi nostra est causa,locauimus carnem nostram diabolo lenoni grauissimo. Quod cum Christus animaduerteret, eam eripuit, & à sæua illius tyrannide liberauit.Iam igitur nostra non est,sed eius, qui eam in libertatem vendicauit. Qua si velles tanquam regia sponsa vti,nemo prohibet: sin ad priora eam reuocas, ea † patietur,quibus digni sunt hi,qui ita iniuria afficiunt,perpeti.] Quamobrem eam magis ornare oportet, non

† magno, deest in Veron.cod. hic & in sequẽtibus.

† iam

† patieris, quæ illos pati æquũ est,

ignominia afficere.Non enim carnis habes potestatem in malis cupiditatibus,sed in his dũtaxat,quæ deus præcipit.Intellige igitur quanta eam iniuria deus liberauerit. Etenim omni meretrice turpior antea nostra erat natura.Siquidem latrocinia,cædes,& omnis vetita cogitatio in eam impetum faciẽs, animam subiiciebat vili precio & abiecto[præsentis]voluptatis. Anima enim malis cogitationibus atque operibus coinquinata, hãc solam mercedem accepit. Verum quæ superiori illo tẽpore facta sunt,etsi grauia erant,non tamen adeo tunc grauia:sed si post promissum cœlũ, & cœli regna, post admiranda mysteria iterum coinquinaberis, quánam venia dignus eris?An & auaris,& iis omnibus quos antea enumerauit, ipsum diabolum misceri, mulieres autem,quæ in luxuria gloriantur,cum eo non misceri arbitraris? Et quisnam huic orationi contradicet? Quòd si quispiam repugnat, exuat impudicarum mulierum animas,& videbit malum illum dæmonem illis admixtum.Difficile enim dilectissimi difficile inquam est,fortasse autem impossibile, corpore in hunc modum ornato,simul ornari animam.Sed necesse est alterum negligi, si alterum curæ habetur: oppugnat enim natura, vt hæc simul stare possint. Quare, inquit, qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur. Qui autem adhæret domino,vnus spiritus est.Spiritus enim huiusmodi homo iam efficitur,quanuis corpore vestiatur. Siquidem cum nihil corporeum, neque crassum, neque terrenum circæum sit, simpliciter corpus amplectitur. quandoquidem omnis principatus animi & spiritus sit. Ita glorificatur deus. Idcirco in oratione nostra dicere præcipimur, Sanctificetur nomen tuum. Et Christus inquit, luceat lux vestra corã hominibus,vt videant opera vestra bona,& glorificẽt patrem vestrum qui in cœlis est. Ita glorificant eum cœli,non voce,sed aspectu admirabiles,& gloriam suo referentes conditori.Ita glorificemus eum & nos, vel potius magis quàm illi: poterimus enim,si volemus. Siquidem non ita cœlum, & dies, & nox, quemadmodum sancta anima deum glorificat. Nam vt homo in cœli pulchritudinem aspiciens dicit: Gloria tibi deus,quale opus cõdidisti: ita hominis virtute cõspecta,& multo magis in hac vita. Ab illis enim creaturis non omnes deum glorificant,sed multi sponte sua ea quæ sunt,nata dicunt:multi ad dæmones referunt authores mundi opificium, & prouidentiam, qui tantopere peccãt,vt veniam nullam mereantur. At in hominis virtute nemo ita impudẽs esse poterit,sed omnino deum glorificabit, cum videat ei seruientem cum virtute viuere.Et quis non admirabitur,cũ homo quispiam eiusdem naturæ particeps, & in mediis hominib⁹ versatus, adamantis more ab affectuum examine non frangatur,cum inter ignes,ferrúmq;, & bestias adamãte fortior perstet,& omnes pietate exuperet?Cum ignominia affectus benedicit,cum male audiẽdo id probat, cum calumniis persecutus & læsus pro earum orat authoribus, cum insidiis circũuentus in hostes confert beneficia,hæc & huiusmodi magis quàm cœlum [deũ glorificant.Ethnici enim cum cœlum] intuentur,non erubescunt,sed cum virum sanctum conspiciunt philosophiam diligenter præ se ferentem, vultum deiiciunt,& seipsos accusant. Siquidem cum eiusdem naturæ particeps longe præstantior sit, multo magis quàm cœlum, terra, etiam inuiti intelligunt, quòd diuina virtus hæc operatur. Quare,inquit,& glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Vis & aliunde intelligere, quo pacto à seruorum suorũ vita deus glorificatur,quo pacto à miraculis?

qui huius modi iniuria afficimur.

Matth. Ibid.

Matth.

raculis?

raculis? Iniecit aliquãdo Nabuchodonosor tres pueros in fornacem. Inde cum eos igni non consumi videret, Dan.3.§ erumpés ait: Benedictus deus eorum, Sidrach, Misach, & Abdenago, qui misit angelum suũ, & eripuit seruos suos, qui crediderunt in eum, & verbum regis immutauerunt. Quid dicis? contemptus es, & admiraris, qui te contemnunt? Certe, inquit, ex contemptu mei admirationem capio. Itaque non propter signũ tunc deus tantum glorificatus est, sed propter eorum qui in fornacẽ iniecti sunt propositum. Quòd si quispiam natura sua & hoc & illud quæreret, non est alterum altero minus. Nã quòd ausi essent in fornacem ingredi, nõ minus admirandum fuit, quàm à fornacis incendio liberari. Et quâ nam ratione non sit incredibili admiratione dignum, cum orbis terrarum rex, tantis armis, exercitibus, ducibus, præsidibus, consulibus stipatus, terram & mare subiecta habens, à captiuis pueris cõtemnatur, & ligati colligantem, & eius vniuersum superent exercitum? Non enim regij satellites, & maxime qui auxilium à fornace habebant, sed nudi serui, & pauci votum suum exequi potuerunt. Quid enim tribus paucius? Inexpertam militiam ligati certarũt. Iam enim mors contemptui habebatur, cum Christus esset vẽturus: & quẽadmodum cũ sol prope oriturus est, priusquam radij erumpant, clara diei lux efficitur: ita cum sol iusticiæ vẽturus esset, mors cessit. Quid hoc spectaculo esse posset illustrius? Quid hac victoria præstãtius? Quid nouis victoriis insignius? Hoc & in nobis inuenitur, & nunc Babylonicæ fornacis rex est, & nunc flammam illa ardentiorem accẽdit. Est temporibus nostris qui iubeat eiusmodi statuam venerari. Adstant ei & satrapæ, & milites, & quę aures demulceat musica, & multi hãc statuam, variam, magnam admirantur. Tale enim quiddam est auaricia, vt statua *illa non ferrum contemnens, sed ex illicitis rebus constituta. Auaricia* enim omnia in admirationem haberi iubet, & æs, & ferrum, & his lõge viliora. Sed quemadmodũ hæc in præsentia sunt: ita & qui tres pueros imi- *Dan.3.¢* tatur, qui dicunt, deos tuos non colimus, & statuam tuã non adoramus, sed paupertatis fornacẽ, & omnes alias toleramus miserias, vt diuinis legibus pareamus. Et alij quidem hoc tempore multa habent, quemadmodum tunc illi, & hanc sępenumerõ adorant, & exurũtur. Alij autem nihil possident, & hanc despiciũt, & in paupertate longe magis florent, quàm qui multis affluunt: & *†qui in fornacem iniecerant.* quemadmodum tunc alij quidem † in fornacem iniecti] cremati sunt, alij in medio ignis tanquam in aqua erant, & tunc tyrãnus ille furoris flamma, quæ eum vehementius exurebat, magis ardebat quàm pueri illi. Siquidem ignis aduersus eos non prævaluit, nec summos adusit capillos. Considera quantum sit tot spectãtibus oculis à tribus captiuis pueris contemni: ostendit enim eorum se ciuitatem cepisse, non suis viribꝫ, sed propter peccatum multitudinis. Nam si deuictos superare non potuit, & maxime in fornacem intrusos: quo nã pacto omnes cũ tales essent, lege belli superasset? Ex quo perspicuum est multitudinis peccata ei ciuitatem tradidisse. Verum enim animaduerte puerorum gloriam [minime vanam] neque † exilierunt è fornace,] sed seruarunt antea Christi admonitionem dicentis: Orate ne intretis in tentationem: neque fugerunt cum ducerentur, sed in medio generose steterunt, neque intempestiue pugnarunt, neque tempore postulãte remissiores facti sunt: sed ad omnia prompti & generosi, & omni pleni fiducia. Audiamus autem quid nam dicant, vt inde *Dan.3.¢* quoq; eorum in deum amorẽ intelligamus: Est deus in cœlis, qui potest eripere nos de camino ignis. Nõ enim de se curant. Sed cum exurendi essent, dei gloriam animo agitabant. Nequando nobis, inquit, combustis diuinam accuses imbecillitatem. Iam tibi omnem nostrã doctrinam certò annunciamus: Est deus in cœlis, non quale † eius est in terra simulachrum, anima carẽs & vo † *hoc* ce, sed qui sufficiens sit ex media fornace ardenti nos eripere. Noli igitur eius damnare imbecillitatem, quòd nos in fornacem iniici rursum è media flamma ereptu- rus sinit. Quòd si noluerit, notum sit tibi rex, quòd deos tuos non colimus, & statuam auream, quam erexisti nõ adoramus. Animaduerte eos proprie futurum ignorãtes. Nam si prænouissent, non vtique digni admiratione fuissent, si fecissent, quod norant. Quid enim mirum si de salute certi, ausi essent horrenda subire? ita enim deus quidem glorificatus esset, cũ è fornace eos potuisset eripere: ipsi autem nulla fuissent in admiratione, vtputa qui se periculis non exposuerint. Propterea deus, vt futurum ignorarent, voluit, quò maiorem laudem consequerentur: & quemadmodum ipsi cauebãt, ne rex diuinæ adscriberet imbecillitati, si cremarẽtur: ita deus vtrunque effecit, & potestatis suæ magnitudinem, & promptitudinem puerorum clariorẽ ostendit. Sed vnde ea prouenit dubitatio, vt non omnino se liberatum iri confiderent? Quia omnium se vilissimos arbitrabãtur, & tanto indignos beneficio. Quòd autem hoc non sola coniectura existimem, cum in fornacem iniicerẽtur, his verbis deflebant, peccauimus, inique egimus, & nunc nõ possumus aperire os. Propterea dicebãt, Quòd si noluerit. Quòd si apertius id non dixissent, videlicet, Potest deus nos eripere: at si non eripiet, nulla vos admiratio teneat: nam propter peccata nostra nõ eripiet, visi essent apud Barbaros diuinam imbecillitatem suorum peccatorum excusatione obũbrare. Idcirco de potentia tantum disputantes, causam non adferunt. Præterea recte norant, non esse curiose de diuinis iudiciis inquirendum. Cum ergo hæc dicerent, in ignem dissilierunt, neque in regem contumeliam dixerunt, neque euerterunt statuam. Fortem enim virum talẽ esse oportet, continentem, modestum & maxime in periculis, ne ira & inani gloria ad hæc certamina, sed fortitudine & continentia venire videatur. Quippe qui iniuriatur, eorum criminum subit suspicionem. Qui autem sustinet & lædituꝛ, & mansuete repugnat, non solum tanquam fortis, admirabilis est: sed non minus eius continentia mansuetudoq; prædicatur. Quod ipsi eo tempore fecerunt, & fortitudinem, & incredibilem ostendentes mã suetudinem, nihilq; spe mercedis operati sunt, neque remunerationis, neque præmij. Et si noluerit, inquit, nos eripere, deos tuos non colimus. Habemus enim iam remunerationem, cùm digni videamur, qui ab impietate liberemur, & idcirco exurere corpora nostra eligimus. Quamobrem cum mercedem iam habeamus, habemus enim cum digni habiti sumus deũ cognoscere, & Christi membra fieri, ne faciamus ea membra meretricis. Siquidem in re maxime horrenda finire orationem nostrã oportet, vt minarũ metu auro puriores hac formidine maneamus. Sic enim à fornicatione liberati Christum videre poterimus: quẽ vtinam omnes sine dubitatione cõspicemur, cui gloria in secula seculorum, Amẽ.

Homilia XIX.

†enim insilierũt in fornacem. Mat.26.d

DE quibus autem scripsistis mihi, bonum est homini mulierem non tangere. Propter fornicationem autẽ vnusquisque suam habeat vxorem, & vnaquæque suum virum habeat. Cum tria grauissima vicia Paulus coarguisset, primum *Cap.VII.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

mum dissensionis ecclesiæ, alterum fornicatoris, tertiũ auari, iam mãsuetiori vtitur sermone: & interim admonitionem, & consilium de nuptiis & virginitate affert, & à molestioribus eximit auditorem. In secũda autem epistola contrarium facit. Siquidem à lenioribus incipiens, desinit in molestiora: & hoc in loco de virginitate sermonem absoluens, rursum in formidabiliora erumpit, non omnia deinceps afferens, sed in vtroque suam varians orationem, vt tempus & subiectarum rerum necessitas expostulat. Quare inquit, *De quibus autem scripsistis mihi.* Etenim nonnulli scripserant, oportet ne ab vxore abstinere, an non? Quos literis suis Paulus admonens in virginitatis sermonem deuenit: inquit enim, *Bonum est homini mulierem non tangere.* Si bonum inquit, & quod longe præstat inquiris, melius omnino est cum muliere non conuersari. Sin autem cautionem, & tuæ imbecillitati auxilium poscis, vxori adhæreas. Cum autem verisimile esset, quod in præsentia contigit, virum quidem velle, mulierem autem minime, vel contrariõ: animaduerte quo pacto de vtroque disputat. Et nonnulli dicunt, aduersus sacerdotes hanc haberi orationem. Ego autem quæ sequuntur consideratis, nõ ita intelligi dicerem. †Non enim in vniuerso solos admonuisset sacerdotes, si hæc scriberet: ⌋ verum dixisset, Bonum est magistro mulierem non tangere: nunc vero vniuersaliter locutus est, cum inquit, Bonum est homini. Non ergo sacerdoti dũtaxat hoc dicitur: & iterum, Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem. Non inquit, tu sacerdos es, & magister: verum indefinite, & omnino per totam epistolã huiusmodi procedit oratio. Cũ vero dicat, Propter fornicationem autem vnusquisq; suam habeat vxorem, ipsa indulgentiæ causa in continentiam adducit. *Vxori vir debitum honorem reddat, similiter autem & vxor viro.* Sed quidnam debitus honor significat? Vxor sui corporis nõ habet potestatem, sed & serua & domina est viri: & si debitam recusas seruitutẽ, deum offendisti. Quòd si dimittere vis, cum vir permittat: ad breue saltem tẽpus fiat. propterea debitum rem appellauit, vt neminem suiipsius dominum esse ostendat, sed inuicem seruos. Cum igitur ad te tentandũ meretrix accesserit, dicas nõ esse tuum corpus, sed vxoris. Itidem & vxor dicat aduersus eos, qui eius volunt expugnare pudicitiam, Corpus meum non est meũ, sed viri. Quòd si corporis nõ habet potestatem neque vxor neque vir, multo minus pecuniarum. †Audistis quòd nuptæ viros habeant, & quòd viri vxores. ⌋Nam si propriũ corpus habere non licet, longe minus pecunias. Multis igitur in locis magnam tribuit viro prærogatiuam. In veteri quidem testamento, inquit: Et sub viri potestate eris, & ipse tibi dominabitur. Paulus autem ita diuidit, Viri diligite vxores, vxor autem virum timeat: hoc autem in loco neque maius neque minus est, sed vna potestas. Quid tandem? cum de pudicitia sermonem habeat, in aliis quidem superior sit, inquit vir, hic pudicitiæ ratio habenda est: vir sui corporis potestatem non habet, neq; vxor. Magna hic paritas, †& cupiditas nulla. ⌋ *Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus.* Quid hoc significat? Noli, inquit, vxor inuito viro, & vir inuita vxore continentiam seruare. Quid tandem? Quoniã magna ex hac continentia mala oriũtur: hinc enim adulteria, fornicationes, domorum euersiones ꝙ penumero acciderunt. Nam si qui vxores habẽt, fornicantur, longe magis si eos hoc remedio priuaueris: & recte inquit, Nolite fraudare. Fraudationem hoc in loco, & antea debitum appellauit, vt ostendat seruitij magnitudinem. Nam si alter altero inuito se continet, id fraudare est: non inuito autem, minime. Neque enim si persuasione mea aliquid meum acciperes, dico id fraudari. Sed qui ab inuito & coacto accipit, is fraudat. Hoc nonnullæ mulieres faciunt, peccatum potius quàm iusticiam committentes: & cum viri sui appetitui obnoxiæ sint, hac etiam in parte omnia peruertunt. Oportet autem omnibus præferre concordiam. Nam omnibus hoc magis proprium est. Quòd si placet, à reb⁹ ipsis hoc inquiramus. Sit vxor & vir, & sine viri voluntate vxor contineat. Quid si hanc ob causam ille fornicetur, vel si hoc non cõmittat, doleat tamen & perturbetur, & vim facere annitatur, & pugnet, & multis modis vxorẽ distrahat? Quod lucrum ieiunij, quod continentiæ, charitate sublata? Sanè nullum. Quot offensæ, quot perturbationes, quot rixæ necessario eueniunt? Cum igitur vir & vxor domi dissentiunt, nihilo melius naui tempestate iactatæ domus illa disponitur, cum gubernator aduersus proræ directorem dissentiat. Propterea inquit, *Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi.* Orationem hoc in loco, vacationem diligentem appellans. Quòd si eos, qui consuetudinem inuicem habent, orare prohibet, continuæ orationi quod nam tempus relinquetur? Licet igitur vt qui vxori adhæreat, orationi attendat, † vel potius in ea continẽtia vtatur diligentiore. ⌋ Propterea non dixit simpliciter, vt oretis: sed, vt vacetis orationi, ac si rem impediat, nõ autem coinquinet. *Et iterum reuertamini in idipsum, ne tentet vos satanas.* Hanc particulam addidit tanquam causam, ne legislatio esse videretur: & vt ostendat non tãtum diabolum adulterij authorem, iterum addidit, *Propter incontinentiam vestram. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Volo autem omnes homines esse sicut meipsum:* hoc est, continentes: hoc multis modis facit. Nam cum res difficiles admonet, seipsum in mediũ adducit. Imitatores mei estote. *Sed vnusquisque proprium donum habet ex deo.* Cum eos maiorem in modum accusasset his verbis, propter incontinentiam vestram: rursus eos cõsolatur, cum addit, Sed vnusquisque propriũ donum habet. Neque dicit non opus esse diligentia nostra ad recte operandum: sed, † vt sic dicam, ⌋ eos consolatur. Nam si donum est, & nihil homo ad id cõfert, qua ratione addis? *Dico autem non nuptis & viduis: bonum est illis si sic permaneant sicut & ego. Quòd si non continent, nubant.* Ecce Pauli sapientiam quo pacto pauciorem continentiam ostendit, & non cogit qui eam non sectatur, veritus ne delinquat. *Melius est enim nubere quàm vri.* Ostẽdit quanta sit desiderij vis. Hoc autem huiusmodi est. Si valde cogeris, inquit, & libidine incenderis, laboribus te & sudoribus libera, nequando decidas. *His autem qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed dominus.* † Quocunque ⌋ legem manifeste à Christo institutam recitaturus esset, vxorẽ scilicet à viro non discedere sine fornicatione, propterea, inquit, non ego. Quæ enim superius dicta sunt, etsi non aperte, tamen hæc ea sibi videntur, hoc quidem aperte tradidit. Itaq; ea particula, ego: &, non ego, hanc habet differentiam. Sed ne res eius humanas esse existimares, idcirco addidit: *Videor enim mihi spiritum dei habere.* Quid ergo significat, quòd iis, qui matrimonio iuncti sunt præcipit dominus? *Vxorem à viro non discedere. Quòd si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari.* Nam cum propter continentiam, & alias causas & humilitatem fieri diuortia contingat, melius quidem est, inquit, ne fiant à principio. Quòd si fiãt, maneat vxor cum viro, quanuis non simul misceatur. Verum

† *non enim in vniuerso admonuisset, si hæc ad sacerdotes solos scriberet: Hic infra ad*

Ephe. 5. e

† *audite ĩ- eunq; viros habetis, & quicunque vxores. Gene. 3. e Coloss. 3. d*

† *& prœgatiua nulla.*

† *verũ ꝙ- vtatur*

Supra de Philipp.

† *vt per ho- xi.*

† *Quãdo- quidem.*

rum nullum aliũ virum ducat. *Nam cæteris ego dico, non dominus, Si qua frater vxorem habet infidelem, † & hic consentit habitare cũ illo. vir habet infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virũ.*

† & hæc cũ sentit habitare cũ illo.

Quemadmodum enim cum de abiiciendis meretricibus disputat, correctione rem facit faciliorem his verbis, Non vtique fornicariis huius mundi: ita hoc in loco multa vtitur in cõsulendo facilitate, inquiés, Si qua vxor virum, aut vir vxorem infidelem habet, nõ dimittat eam. Quid dicis, an infidelis manebit cum viro, fornicaria vero minime? Atqui minus vicij est fornicatio, quàm incredulitas. Minus quidem fateor. Sed deus suis maiorem in modum parcit: hoc & in sacrificio facit dicens, Relinque ibi munus tuũ ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: hoc idem in eo, qui decem milia talenta debebat, ostendit: etenim illum cum tantum sibi deberet, non puniuit, cum autem à conseruo exigeret, totum repetiit debitum. Deinde ne timeat vxor se immundam fieri, propter immundi viri consuetudinẽ, addit: *Sanctificatus est enim vir infidelis per vxorem fidelem [& sanctificata est vxor infidelis per maritum.]* At si is, qui meretrici adhæret, vnum cum ea corpus efficitur, cõstat, quòd qui idololatræ adhæret, vnum efficit corpus. Est quidẽ vnum corpus, non autem immundum, sed vincit vxoris puritas viri immundiciam, & fidelis viri puritas rursum infidelis vxoris immundiciam superat. Sed quâ nam ratione in infideli immundicia vincitur, † & quare infidelis cõsuetudinem suadet?] In fornicaria autem muliere, non accusatur vir, si eam dimittit? Quoniam illic quidem spes relinquitur, vt pars perdita per nuptias saluetur: hic autem nuptiæ iam dissolutę sunt, & hic ambo corrumpuntur, illic vero alterius duntaxat peccatum est, vt exempli gratia: Est fornicaria omnino coinquinata. Si igitur qui ei adhæret, vnum corpus efficitur, & ipse coinquinatur, qui fornicariæ commiscetur: idcirco omnis abscedit mundicia. In idololatra autem non ita vsu venit, sed ipse tantum immundus est, vxor vero munda. Quòd si ei coniungeretur inquãtum immundus est, dico autem quãtum ad impietatem, deberet ipsa quoque immunda fieri. Nunc autem aliter quidem immundus est idololatra. In alia vero re ei cõmunicat mulier, in qua non est immũda. Nuptię enim sunt & coitus corporum inquantum communicatio, & rursum hunc quidem ab vxore reuocari sperandũ est: conuersatus est enim cum ea. Ille autem nõ nimium facilis reuocatu est. Quo enim pacto, cum superiori tempore inhoneste vixerit, & quæ alterius facta sit, & nuptiarum iura contempserat, poterit læsum, & tanquam peregrinum ad se reuocare? Prętera vir quidem post fornicationem nõ est vir. Verum licet vxor idololatra sit, viri iusticia non amittitur. Nõ autem simpliciter cum infideli, sed cum volente habitet. Quare, inquit, Et ipse cõsentit habitare cum ea. Quòd nam, quæso, dãnum, cum pietatis integritas perstet, & spes bona de infideli habeatur, vt maneant coniuncti, neq; superfluę litis sumãt occasionem? Non enim hoc in loco de his qui adhuc coniuncti non sunt, sed de cõiunctis agitur. Siquidem non dicit, si qui vult accipere infidelem: sed, si quis habet infidelem, hoc est, si quis post nuptias pietatis verbũ † atque susceperit, & alter in incredulitate permanserit, † neq;] mutuam amabit habitationem, non diuidantur. Sanctificatus est enim, inquit, vir infidelis per mulierem fidelem, tanta est pietatis tuæ vehementia. Quid igitur? sanctus est gentilis: minime. Nõ enim dicit, sanctus est: sed, sanctificatus est per vxorem. Hoc autem dicit, non vt illum sanctum ostẽdat, sed vt maiorem in modum mulieris metum amoueat: & illum in veritatis adducat desiderium. Non enim corporum immũdicia est, quorum est communicatio, sed volũtatis & cogitationis. Deinde etiam probatio. Nam si immundus sit pater, filius autem non à te sola conceptus est, nũquid erit immundus, vel ex dimidio mũdus? † In infidelitate autem non est mundus.] Quamobrem addidit: *Alioquin filij nostri essent immundi, nunc autem sancti sunt:* hoc est, non immundi. Ipse autem sanctos appellauit, verbi exuperantia iterum huiusmodi suspicionis metum amouens.

† tunc autem non est mundus.

Sed si infidelis discedit, discedat. Hoc enim in loco non iam de fornicatione agitur. Quid autem est si infidelis discedit? Videlicet si tibi imperat, vt sacrifices, & impietatem cum eo propter matrimonium communices, vel vt discedas: melius est diuortium facere nuptiarũ, quàm pietatis. Idcirco addidit: *Nõ est enim seruituti subiectus frater, aut soror in eiusmodi.* Si singulis diebꝰ pugnat, & propter hoc bellum gerit, melius inquit discedere: hoc autẽ his verbis significat, *In pace autem vocauit nos deus.* Ille enim iam causam præbuit, quemadmodum & fornicator. *Vnde enim scis mulier, si virum saluum facies?* hoc iterũ ad id respicit, ne eum dimittas. Nam si in rixam nõ venerit, permaneas, inquit. Lucraberis etenim. Permane, admone, consule, suade. Nemo magister ita persuadere poterit, quemadmodum vxor: & non imponit ei necessitatem, neq; vt omnino id agat, exigit, ne rursum id onerosꝰ fiat: neq; desperare iubet, sed dimittit, vt quod sub futuri incertitudine deliteat. Inquit enim, *Vnde scis mulier, si virum saluum facies: aut vnde scis vir, si mulierem saluam facies? Nisi vnicuique sicut diuisit dominus, vnumquenque sicut vocauit deus, ita ambulet. Et sicut in omnibus ecclesiis doceo. Circumcisus aliquis vocatus est, non adducat præputium. In præputio aliquis vocatus est, non circumcidatur. Circumcisio enim nihil est, & præputiũ nihil est, sed obseruatio mandatorum dei. Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. Seruus vocatus es, non sit tibi curæ.* Hęc nihil ad fidem conferunt. Noli igitur contendere, noli perturbari: fides enim hæc omnia expellit. Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. Qui habes vxorem infidelem, vocatus es, maneas cum ea, neq; fidei gratia vxorem eiicias. Cum seruus sis, vocatus es, non sit tibi curæ, maneas in seruitute. In prępucio vocatus es, maneas in eo. Circũcisus credidisti, permaneas circuncisus: hoc enim est, vnicuiq; sicut diuisit dominus: hæc non sunt ad diuinum cultũ impedimenta. Tu seruus vocatus es, alius infideli copulatus vxori, alius circuncisus. Papę vbi seruitutem posuit? Quemadmodum nihil confert circuncisio, neque nocet præputium, ita neque seruitus, neque libertas: & vt hoc manifestius ostendat & vehementius, inquit: *Si potes liber fieri: magis vtere.* hoc est, magis seruias. Et quid tãdem eum qui liber esse potest, permanere iubet in seruitute? vt ostendat non modo nihil nocere seruitutẽ, sed prodesse. Et non ignoro, quòd quidam illam particulam, magis vtere, de libertate dictum efferunt dicentes, quòd si potes liber fieri, liber fias: longe autem hoc verbum cõtrarium est à Pauli memoria, si hoc significatur. Nõ enim vt seruum consoletur, & ostendat nulla iniuria affectũ, liberũ fieri præcipit. † Inquit enim, Si quis forte.] Quid igitur? Si non possem, iniuria affectus essem, & diminutus. Non igitur hoc dicit. Sed vt dixi, volens ostendere, quòd nihil amplꝰ fit, si liber fiat, inquit, & si potes liber fieri, magis permaneas in seruitute. Deinde causam adducit: *Qui enim in domino vocatus est seruus, libertus est domini. Similiter & qui liber vocatus est, seruus Christi est.* In illis autem qui

† dicere enim fortasse aliquis.

tem qui secũdum Christum sunt, inquit, vtrique pares. Similiter & tu Christi seruus, similiter & dominus tuus. Quo modo igitur seruus libertus est? Quoniam te liberum fecit, nõ solum à peccato, verumetiam † ab æterna seruitute, cum seruus esset. ¶ Nõ enim seruum esse dimittit, manẽtem in seruitute: hoc nanq; mirabile est. Et quâ nam ratione seruus liber est, si seruus permanet? Quando ab affectibus & cæteris animi morbis liber est? Quãdo pecunias, iram, & alia huiusmodi contemnit. *Precio empti estis, nolite fieri serui hominum.* Hoc non tantum ad seruos, sed ad liberos dictum est. Cõtingit enim vt seruus, non sit seruus, & liber sit seruus. Et quô nam pacto seruus non est seruus? Cum propter deum omnia facit, cum non est simulator, neq; quicquam vt oculis seruiat, operatur. Ita fit, vt hominum seruus liber fiat. Vel contrà, quo pacto liber seruus efficitur? Cum inter homines malus quidẽ minister est, vel propter gulã, vel propter pecuniarum cupiditatem, vel propter principatum. Huiusmodi enim homo maxime omnium seruus est, quãuis sit liber. Cõsidera quæso vtrunq;. Seruus erat Ioseph, verum nõ hominum seruus. Quare in seruitute omniũ liberrimus erat, dominæ autem sub cuius imperio erat, non paruit voluntati. Contrà, libera illa maiorẽ in modum omnium erat serua, cũ seruo suo blandiretur, hortareturq;, sed libero non persuasit, quod facere noluit. Num igitur hæc seruitus erat? Sed libertas illa, quam superius dixi. Quid ille ad virtutem assequendam à seruitute impeditus est? Audiant serui & liberi, vter seruiuit, † qui dignus habitus est, an quæ dignum habuit? ¶ Quæ hortata est, an qui contempsit supplicẽ? Etenim termini seruis à deo constituti sunt, & quousq; in his sit progrediendum sancitum est, & prẽterire eos neminem oportet. Nam cum nihil dominus imperat, quod contra diuinum sit præceptum, id exequi opus est, & obedire, prẽterea minime: † hoc enim pacto seruus quãprimum efficeris: ¶ hoc ergo significat, *Nolite fieri serui hominum.* Quòd si non hoc, sed deserendos dominos & liberos fieri contendendum iuberet, qua ratione his verbis admoneret, Vnusquisq; in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat? Et alio in loco, Quicũq; sunt sub iugum serui, suos dominos omni honore dignos putẽt: & iterum, Ne contemnant, qui fideles habẽt dominos, quoniam fratres sunt beneficiũ accipientes: & ad Ephesios, & Colossenses scribens eadem præcipit, & sancit. Vnde constat, quòd hanc nõ tollit seruitutem, sed quæ ex malicia in liberis quoq; hominibus est, quæ grauissima est, quanuis liber ei seruiat. Quid enim Ioseph fratres cum liberi essent habuerunt, nónne magis serui fuerũt, quàm serui ipsi cũ patri, mercatoribúsq; & fratri mentirentur? Talis autem minime liber est, sed qui in omnibus rebus & vbiq; est verus, & nihil eũ potest in seruitutẽ redigere, non vincula, non seruitus, non dominæ amor, non aliena patria, sed vbiq; locorum in libertatem se vẽdicauit: hæc nanq; maxima libertas est, cum quis in seruitute clarus euadit. Huiusmodi Christiana religio in seruitute libertatem elargitur, & † quemadmodum corpus quod natura sua nõ admittit vulnus, tunc virtutẽ suam ostendit, cum accepto in se telo lẽditur: ¶ sic vera hominis libertas tunc apparet, cum sub domini imperio seruus esse nõ patitur. Propterea iubet seruum permanere. Quòd si seruus non posset Christianus esse, qualẽ oportet: nimiam religionis nostræ imbecillitatem gentiles accusarent: quemadmodum si intelligerent, seruitutem nihil religioni nocere, id dictum admirarẽtur. Nam si mors nihil nos lædit, neq; verbera neq; vincula, longe minus seruitus. Ignis, ferrũ, crudelitates innumeræ, morbi, paupertates, & quod grauius his est, ferarum multitudo fideles non lædunt, sed validiores efficiunt: & quô nam pacto lædere, inquit, poterit seruitus? Non ipsa seruitus lædit dilectissime, sed quæ naturalis est seruitus. Seruitus inquam peccati, quam si non seruiueris seruitutem, confide & lætare. Nemo te quicquam lędere poterit, cum seruiles mores non habueris: quibus si afficieris, nulla tibi est libertatis vtilitas, etiam si millies liber esses. Quid enim tibi profuerit, quæso, cum nemini hominum seruias, teipsum affectibus subiicere? Siquidem homines sæpenumero parcere didicerunt, illi autẽ domini nunquam deperditione tua satiãtur. Seruis homini, sed dominus tibi exhibet seruitium, qui victũ tibi subministrat, qui bonæ valetudinis tuę, qui vestimenti, qui calceorum, qui aliorum omnium curam habet. Neq; tu adeo formidas, ne tuum offendas dominum, vt ille ne quid tibi ad necessitatem deficiat. Verum dominus iacet, tu stas. Et quid nam hoc? Neq; enim illi duntaxat id contigit, sed & tibi. Sæpe cum ipse cubas, & dulcẽ capis quietem, ille non solũ stat, sed innumeris modis in foro vim patitur, & quàm tu maiori vigilat molestia. Quid nam tale à domina passus est Ioseph, quale illa à desiderio? Ille enim dominæ imperata executus nõ est: hæc autem quæcũq; eius domina imperauit (dominam impudiciciam appello) omnia executa est, nec prius destitit, quàm puduerit. Quis hæc imperat dominus? Quis crudelis tyrannus? Roga tuum seruum, inquit: Supplica captiuo, mancipio blandire: & si recusat, iterum insta: ¶ si sæpius eum compellaueris, & non assentietur, cum solus fuerit, eũ obserua, & vim inferas, & ridicula efficiare. Quid his verbis ignominiosius? quid turpius? Quòd si nihil hoc pacto perficies, calumniis eum persequere, & coniugem falle. Animaduerte quàm fœda, quàm illiberalia mãdata, quàm sæua, quàm crudelia, quàm insana. Quid simile seruo dominus imperat, qualia tũc libido regiæ imperauit vxori? Veruntamen nõ ausa est negare. Ioseph autem nihil tale perpessus est, sed omnia cõtrà, quæ ei gloriam afferebãt & honorem. Vis & alium videre difficilis dominæ graui parẽtem imperio, & nihil contrà dicere ausum? Considera Cain, quot ab inuidia mandata acceperit, quippe quę ei vt fratrem interimeret, deo mentiretur, dolore patrem afficeret, neq; cõmissi sceleris puderet, imperauit. Ipse vero nihil recusando omnia effecit. Et quid admiraris, si in vno tãtarum virium est hæc domina? vniuersos aliquãdo populos perdidit. Iudæos Madianitarum mulieres ligatos serè captiuos ceperũt, & propriæ formæ libidine eos omnes comprehenderunt. Hanc igitur seruitutem his verbis Paulus tollit: Nolite fieri serui hominum: hoc est, nolite eis parêre, cum turpia præcipiunt, verũ neq; nobisipsis serui fieri velimus. Deinde erigens mẽtem, & in altum extollens: *De virginibus autem*, inquit, *præceptum domini non habeo: consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à domino, vt sim fidelis.* Via & ordine procedit, & iã virginitatis meminit. Nam cum in sermone continentiæ eos exercuisset formasset q;, ad maiora ascendit, præceptum non habeo, inquit, sed bonum fore existimo. Quãobrem, ob eam quam de continentia causam posuit,

Alligatus es vxori, noli quærere solutionem: solutus es ab vxore, noli quærere vxorem. Hæc non sunt superioribus contraria, sed maxime consentanea. Etenim superius inquit, Nisi forte ex consensu ad tempus: hoc autẽ in loco, Alligatus es vxori, noli quærere solutionem. Nam quod præter sententiã euenit, solutio est. Sin vterq; perstet in sententia,

† *ab externa seruitute manẽtem in seruitute:*

† *qui rogat⁹ est, an quæ rogauit?*

† *hoc enĩ pacto seruus, liber efficiẽ.*

Si vero vltra pgressus fueris, seru⁹ factus es, etiã si liber fueras. 1. *Tim.* 6. *a Ephes.* 6. *a & Colos.* 3. *d*

† *quẽadmodũ corp⁹ natura vulnerabile tunc inuulnerabile ostendit, cum accepto telo nihil grauẽ patitur.*

Hic sup⁹

sententia, non est solutio. Verũ ne lex esse videatur, addit: *Si autem acceperis vxorem, non peccasti: & si nupserit virgo, non peccauit.* Deinde præsentia, instantem necessitatem, breuitatem tẽporis, angustias † accusat.] Multa enim huiusmodi nuptias consequuntur, quę hoc in loco, & cum de cõtinentia verba fecit, significauit. Illic enim inquit, quod mulier sui corporis potestatem non habet: hic autem, alligatus es, & si vxorẽ acceperis, non peccasti. Neque de ea quæ sibi elegerit virginitatẽ, loquitur, quippe quæ iam peccauit. Nam si viduæ, quę secundis se nuptiis alligarunt, iudicium subeunt, si semel viduitatem elegerint: multo magis virgines. *Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi.* Verum & voluptatem dixeris. Quã animaduerte, quæso, quo pacto temporis auferat breuitate. Tẽpus breue est, inquit, hoc est, discedere iubemur, & iam egrediẽdum est. † Tu autem interius curris.] Atqui si nihil molestiæ haberent nuptiæ, propter hanc tamen vitæ conditionem ad futura properare nos oporteret. Cum vero tribulationem habeant, quid opus est sarcinam trahamus, & tãtum oneris subeamus, cũ postquam acceperimus, iis tanquam non habentes vsuri simus? Inde cum futurorum aliquid attigisset, rursum ad præsentia reuertitur. Quædã enim spiritualia sunt, quoniam alia quidem virum, alia autẽ deum spectant: quędam vero præsentis vitæ. Illa autẽ particula, Volo vos sine solicitudine esse, dimittit tamen ita dominos. Qui enim postquam quid eligendum sit ostenderit, etiã cogit, suis verbis † maxime confidere] videtur. Itaq; quadã eos indulgentia potius † compulit] & cohibuit, dicens: *Porrò hoc ad vtilitatem vestram dico, non vt laqueum vobis iniiciam, sed ad id quod honestum est, & quod facultatem præbeat, sine impedimento domino obsecrandi.* Audiant virgines, quòd non in hoc definita est virginitas. Quæ enim rerum secularium curam habet, neque virgo est, neque honesta. * Cum autem dicit, *Diuisa est & mulier, & virgo.* Ostẽdit quanta earum sit differentia, & in quo inuicem differãt. Deinde & virginem & non virginem definiens, neque nuptias dixit, neque continentiam, sed ocium & negocium. Non enim commixtio mala est, sed ad sapiẽtiam impedimentum. *Si quis autem turpem se videri existimat, super virgine sua.* Hoc loco de nuptiis, † vt mihi videtur, disputat.] totum autem de virginitate inquit. Nam & secundas permittit nuptias, solum in domino, dicens. Quid autem, in domino, significat? Cũ modestia & decore. Quo in omni loco opus est, & sequi nos oportet. Aliter enim deum videre non licet. Quòd si virginitatem † præuaricauerimus,] nemo nostrã accuset desidiã: etenim totus liber nobis in hunc locum contexitur, & quàm possumus diligenter illic omnibus explicãtes, superfluum sermonem etiam huc arbitrati sumus iterum eadem congerere. Quare illuc pro his relegamus auditorem, & illud hoc in loco dicemus duntaxat, continẽtiam esse seruãdam. Pacem enim, inquit, prosequimini & sanctificationem, sine qua nemo videbit dominum. Cuius aspectus vt digni efficiamur, quanuis virginitatẽ seruauerimus, quãuis in primo vixerimus matrimonio, quanuis in secundo, hanc sectemur, [vt regnum cælorum assequamur] Gratia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Tin exussum adducit. Ibidem.

† *neq; iterum curren dum.*

† *non confidere.] induxit.*

Hebr. 12. d

† *præteruerimus,*

Homilia vicesima.

Cap. VIII.

DE his autem quæ idolis sacrificãtur, scimus quoniam omnes scientiam habemus. Scientia autem inflat, charitas vero ædificat. Ante omnia necessarium est, vt quid nobi hic locus velit, enarremus. Ita enim facilis hæc nobis erit oratio. Nam qui reprehẽsum aliquem videt, nisi prius peccati naturam cognouerit, qualia sint, de quibus sermo habetur, ignorabit. Quid igitur est de quo tunc Corinthios arguebat? Crimen magnum, & malorum multorum causa. Quale id nam est? Cũ multi apud eos sentirent, non quæ ingrediuntur coinquinare hominem, sed quæ exeũt, & idola, ligna, lapides, dæmones neque nocere, neque prodesse posse, † immodicæ professionis huius cognitionis, quia in aliorum & suum vertebatur detrimentum:] etenim in idolia ingrediebãtur, & ipsorum mensæ fiebant participes, & magnum inde exitium comparabant. † Hi] enim adhuc idola formidantes nescij ea despicere, illorum cœnis aderant, cum præstantiores idem facere viderent, & hinc maxime lę derentur. Neque enim nisi idem illi sensissent,] proposita attingebant, sed tanquam in idolorum sacrificiis: hæcq; ad ididolatriam via præparabatur. Præterea ipsi iidem certe perfectiores non parum lædebantur, cum dæmonum mensis fruerentur: hoc igitur crimen erat. Beatus autem Paulus hoc reprehensurus non continuo inuehitur, cum stulticiæ potius [id esset, quàm maliciæ. Quare admonitione potius,] quàm terrore, aut vehementiore ira principio vtendum erat. Considera ergo eius prudẽtiam, quo pacto mox ab admonitione exorditur. De iis autem quæ idolis sacrificãtur, scimus quoniam omnes scientiam habemus. Imbecilliores omittit, vt semper assolet, cum doctioribus primum disputationem aggreditur. Hoc idem in epistola ad Romanos fecit, cum ait: Tu autem quid iudicas fratrem tuum? Hic nanque est, qui reprehensionem facile suscipere potest, quod hoc in loco facit, & eorum contundit insolentiã. Primum quòd ipsi suum esse pręcipuum arbitrabantur, quòd perfectam haberent cognitionem: hoc commune ostendens, Scimus, inquit, quoniam omnes sciẽtiam habemus. Etenim dimittens eos, magna de se polliceri, primum rem damnosam esse cæteris ostendit: neque enim tãtum vtilitatis quantũ detrimenti attulisset. Ambitiosa nãque anima, cum in aliquo gloriatur, etsi alios in eo lædat, maiorem id in modum amplectitur, propter inanis gloriæ nimiam cupiditatem. Propterea Paulus hoc primum secũdum eius naturam disquirit, quod de exteriori sapientia antea fecit, eamq; maxime euertit. Sed illic non immerito id effecit, totum enim omnino dignũ erat reprehensione, & multa facilitas. Quare non solum superfluum hoc esse ostendit, sed prædicationi contrarium. Hoc autem in loco id non licebat. † Quod enim fiebat, noscebatur, & cognitio erat perfecta.] Neque eam accusare tutum erat, & quę in ea erat superbia, aliter contundere non licebat. Quid igitur facit? Primum ostendendo hanc communem esse, eorum animi elationem sedat. Nam qui aliquid magnum bonúmve habent, cum id soli habent, magis efferũtur. Sin vero cum aliis id communicare videantur, nõ itidem afficiuntur. Primum itaque id commune facit, quod illi suum duntaxat arbitrabantur. Deinde cum id communicasset, nõ modo seipsum in communicatione illa inseruit, nam eo pacto magis eos extulisset. Quemadmodum enim propria cuiusque virtus insolentes eos reddit, sic † communitas virtutis, secundus excellentiæ locus non minus eo facit.] Propterea nõ seipsum ponit tantum, sed omnes participes dicit, quippe qui non inquit: Et ego scientiam habeo, sed scimus, quoniã omnes scientiam habemus. Hac igitur prima clausula, eorũ contundit superbiam. Secunda autẽ vehementius. Quá nam? Cum etiam hoc ostẽdit, non modo imperfectum esse,

Rom. 14. b

† *pfecta hu ius rei cognitione im- modice vtebantur in sun & alio- rum detri- mentum.*

† *Quidam* † *lędebant. Neq; enim eodem quo illi animo.*

† *Res enim proposita, erat cognitio, & cognitio pfecta.*

† *sociũ vnũ atq; alterum habere excellentẽ, nõ minus hoc efficit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse,sed valde imperfectum:neque hoc tantũ,sed & no xium, nisi ei aliud sit coniunctum. Cum enim dixisset, Quoniam omnes scientiam habemus,addidit: Scientia autem inflat,charitas vero ædificat.Itaq; cum charitate † arrogãtiã nõ munitur,vertitur in † stulticiam. ¶Sed neq; charitas, inquit,sine scientia aliquid lucri habet:non tamẽ ita locutus est,sed tanquam consentaneum omittens, maiorem in modum hoc illius indigere ostendit. Qui enim diligit,vtpote maximum adimplẽs præceptũ, & si quid ei deficiat,tamen quãprimum propter charitatem scientiam cõsequitur,quemadmodum Cornelius & alij plerique.At qui scientiam habet, charitatem vero minime: non modo nihil consequetur scientia, sed quam habet amittit,& sæpenumero in dementiam vertitur. Quare scientia non est author charitatis,sed contrà:qui nõ vacauerit charitati,ab ea tumore & superbia plena auertit. Siquidem superbia separare, charitas autẽ coniungere, & scientiam augere solita est:quod iis verbis significat,

Si quis autem diligit deum, hic cognitus est ab eo.

Itaque nõ hoc prohibeo,inquit,vt perfectam scientiam habeamus, sed cum charitate habẽdam præcipio: quoniam ipsa sola nullum lucrum affert,sed detrimentũ. Vide quo modo de charitate sermonem aggreditur.Quoniã omnia hinc mala oriuntur,non à perfectione scientiæ,sed quoniam nõ vehemẽter amamus, neq; proximis parcimus. Ex quo & seditiosi homines fiunt, & superbi, & cæteris affectibus obnoxij, quorum eos superius & reprehẽdit, & reprehensurus est frequẽter ad bonorum fontem dirigens. Quid nam,inquit, in scientia vestra superbitis? Nam si charitatem non habueritis,etiã inde detrimen-
† *q si charitas accesserit,& hæc tuto erit.* tum accipietis.Quid enim superbia peius? † Quòd si illud constabit,hoc etiam manifestũ erit. ¶Quanuis enim aliquid amplius quàm proximus tuus videris,si eũ amaueris,non superbis,sed ad eam ducis cognitionẽ. Quare cum dixisset,Scientia inflat:addidit, Charitas ædificat.Non dixit,moderatur, sed multo amplius & lucrosius:non enim inflat tantum scientia,sed scindit. Idcirco hoc illi opposuit. Deinde tertiũ addidit, quòd posset eos euertere. Quale autem hoc est? Quòd licet coniuncta sit scientiæ charitas, non tamen ea scientia perfecta est.Quare addidit, Si quis autem existimat se scire aliquid, nondum cognouit, quo modo oporteat eum scire. Hoc letale vulnus. Non,inquit,dico,quòd communis omnium scientia est.non dico,quòd si proximũ oderis,si † demens ¶ fueris,maiorem in modum teipsum offendis.Quanuis enim solus habeas,quanuis moderatus sis, quanuis fratrem diligas, etiam sic quantum ad
† *arrogans*

† *imperfectus es.* scientiam † vilis es. ¶ Nondum enim nosti,quo nam pacto scire oporteat. Quòd si nullius vnquam rei scientiã habemus:qua ratione quidam in tãtam deuenerunt insaniam,vt deũ se cognoscere certissime dicant? Quandoquidem etsi omnium aliorum certã haberemus cognitionem, neque sic etiam hanc habere vnquam possemus.Tanta nanque eius & aliarum rerum differẽtia est, quanta nec dici potest. Et animaduerte quo pacto eorum contundit superbiam. Non dixit de subiecta materia, debitam scientiam non habetis: sed, de rebus omnibus. Neque dixit,vos: sed, quisquam, quanuis Petrus sit,quanuis Paulus, quanuis quiuis alius: hoc verbo eos & consolatus est, & cohibuit diligenter. *Si quis autem diligit deum,hic* [*non dixit,cognouit ipsum,sed*] *cognitus est ab eo.*

Ioan.15.c Neque enim nos eum cognoscimus, sed ipse nos cog-
Infra 13.d noscit. Quare Christus inquit: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Et Paulus alibi: Tunc autem cognoscam,sicut cognitus sum. Considera igitur quot modis

A animi eorum contundit elationem. Primum ostendit, non solos scire quæ sciunt. Omnes enim,inquit,scientiam habemus. Deinde quòd damnosa est sinè charitate scientia,Scientia,inquit,inflat. Tertio loco,quòd etiã adiuncta charitate non sit perfecta & consummata. Si quis autem se existimat scire aliquid,nõdum cognouit, quo modo oporteat eũ scire. Accedit ad hoc,quòd neque hoc ipsum ex se habent,sed diuino munere.Non enim inquit,cognouit deum:sed,cognitus est ab eo.Præterea quòd à charitate hoc ipsum proueniat,quam non habẽt vt oportet. Si quis,inquit,diligit deum, hic cognitus est ab eo.Tot igitur rationibus eorum cõprimens tumorem, his verbis doctrinam suam aggreditur. *De escis autem quæ idolis immolantur,scimus quòd* † *nihil eſs idolum in mundo,& quòd nullus deus nisi vnus.* Intuere in quas angu- † *nihil est, nihil vel nullus.*
B stias incidit:vtrunq; enim confirmare vult, & quòd ab huiusceмodi mẽsa abstinendũ sit, & quòd nullam vim habeat,vt noceat participantibus:quæ non multum inter se consentiebant. Nam qui id nocere non posse intelligebant, ad id tanquam ad medium quoddam sese conferre debere videbantur.Qui rursum prohibiti erãt idolorum escas attingere,suspicabantur, ne tanquam à noxiis rebus prohiberentur.Idcirco idolorum opinionem tollens primam affert causam, quare abstinẽdum sit,scandala scilicet fratrum sic inquies: De escis autem quæ idolis immolãtur,scimus quòd nihil est idolum in mundo.Iterum commune hoc facit,& nõ concedit eorum esse duntaxat,sed quocunque terrarũ hanc diffundit cognitionem. Nõ enim apud nos solum,inquit,sed vbiq; hæc doctrina recepta est. Quæ nam? *Quòd nihil est idolum in mundo, & quòd nullus deus nisi vnus.* Non sunt igitur idola,non sunt simulachra. Sunt quidem,sed ni-
C hil possunt,neque dij sunt,sed lapides & dæmones. Ad vtroſq; enim hoc in loco extẽditur, & ad obtusiores & eos qui vidẽtur philosophari. Cum enim nihil amplius quàm lapides alij intelligant,alij autem potentias quasdam in ipsis habitare prædicent,quas deos appellãt: ad illos inquit,quòd nihil est idolum in mundo:ad hos vero,quòd nullus deus nisi vnus. Vide quo pacto non vt simpliciter edoceat, hæc scribit, sed ad externorum distinctionem.Etenim hoc vbique seruãdum est, siue absolute aliquid dicat, siue aduersus aliquos opponatur. Neq; enim casus in doctrinæ certitudinem hoc cõfert, & in ipsum eorum quæ dicũtur intellectum. *Nam etsi sunt,qui dicantur dij,siue in cœlo,siue in terra* († *siquidem*] *sunt dij* † *quidem multi,& domini multi*) *nobis tamen vnus deus pater, ex quo omnia, & nos in illo.Et vnus dominus Iesus Christus,per quẽ omnia, & nos per ipsum.* Cum dixisset nullum idolum esse, & nullum
D deum alterum,essent autem & idola,& qui dij dicerentur,ne videretur res manifestas oppugnare,in hũc modum prosequitur. Nam etsi sunt,qui dicantur dij: siquidem sunt dij multi:non tamen simpliciter sunt, neq; re ipsa,sed verbo duntaxat dij dicuntur, siue in cœlo, siue in terra.In cœlo cum dicit, Solem,lunã,& reliqua astra significat:etenim hæc gentiles adorabant. In terra dæmones,& ij omnes qui ex hominibus dij facti sunt. Sed nobis vnus deus pater.Primũ sine vlla relatione inquit: Nullus deus alter,nisi vnus. Nunc hoc adiũgit,vt omnino illos expellat. Deinde id addidit,quod est maximum diuinitatis argumentũ,ex quo omnia,quod ostẽdit illos † nomine ¶ deos esse. Dei nanque inquit,qui cœ- † *minime*
lum & terram non fecerunt,pereant. Deinde quod eo non minus est,ponit,& nos in illo. Cum enim dicit,Ex quo omnia,opificiũ dicit, & quòd ex nihilo aliquid factũ est.Illa autẽ particula,Et nos in illo,fidei & familia-

ritatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Supra.1.d ritatis rationem memorat. Quod & superius dixit, Ex
† duplicitur. Ephe.2.c. eo autem & vos estis in Christo Iesu. † Duplex] enim
† & quod facti sumus quum nõ essemus, & quod fideles facti sumus: etenim etiam hoc creatio est. facti sumus ex eo: [quòd facti sumus, etenim hoc creatio est.] quod & in alio loco inquit: Vt duos condat in semetipso in vnum nouum hominem. Et vnus dominus Iesus Christus per quem omnia, & nos per eum: & in Christo iterum similiter hoc intelligẽdum. Per eum enim ex nihilo in esse adductum est humanum genus, & ab errore in veritatem rediit. Itaque ea particula, ex quo hoc, nõ est sine Christo. Ex eo enim per Christum creati sumus. Non igitur nomina tanquam translata diuisit, filio quidem nomẽ illud, dominus: patri autem nomen quod est, deus, attribuens. Nouit enim hæc † & commutat] sæpenumero scriptura, quemadmodũ cùm
† cõmutat.
Psal.109.a dicit: Dixit dominus domino meo. Et iterum: Prop-
Ibidẽ.44.b terea vnxit te deus deus tuus. Et iterũ: Ex quibus Chri-
Roma.9.a stus secũdum carnem, qui est in omnibus deus. Et multis in locis huiusmodi translata nomina inueniuntur. Quòd si pro vniuscuiusque natura distributa essent, B neque deus esset filius quemadmodum pater & deus, cùm esset filius, cùm dicat: Sed nobis vnus deus, superfluè hoc verbum, pater, additum est, cùm ingenitum velit significare: sufficiebat enim deum dicere. [Licet & aliud dicere:] Quòd si dixeris, id verbũ, deus, non conuenire filio [propterea quòd vnus dictus est,] animad-
† idẽ quoq; in filio poni uerte † eum quoque hoc nomine appellatum.] Etenim filius vnus dominus vocatus est, neque propterea ei duntaxat hoc nomen, dominus, dicimus conuenire. Itaque quam habet vim id verbum, vnus in filio, eandem habet & in patre: & quemadmodum dominus patrem non tollit, quin sit dominus qualis filius est, eo quòd vnus dominus dicatur filius: ita neq; deus filium tollit, quin sit deus qualis est pater, eo quòd, vnus deus, C pater appelletur. *Quòd si quis diceret, quá nam gratia* nullam spiritus mentionem fecit? Illud sanè respondemus, quòd ad idolorum cultores verba faciebat, & de pluribus diis & dominis certamen habebatur. Ideirco cùm patrem deum diceret, dominum filium appellauit. Si ergo patrem cum filio dominum in hoc loco appellare non est ausus, ne scilicet apud illos duos dominos intelligere putaretur: neque filium deum cum patre, ne duos item deos existimasse suspicarentur: quid admiraris si spiritus non meminit: aduersus illos ei primùm certamen erat, vt non esse apud nos deos plures intelligeretur. Quare id verbum, vnus, frequenter vtitur. Nullus deus alius, nisi vnus: &, nobis vnus deus & vnus dominus. Vnde perspicuum, quòd auditorũ imbecillitatis gratia iis verbis vsus est, ideo spiritus non D meminit. Nam nisi propterea fecisset, neque aliis in locis eius meminisse, neque coniungere patri & filio oportuit. Nam si à patre & filio separatus esset, lõgè minus in baptismate coniungi debuit, vbi maximè diuinitatis dignitas ostẽditur, & munera deo duntaxat digna exhibentur. Ego quidem causam dixi, qua hoc in loco spiritus silentio præteritur. Tu verò nisi hæc sit, dic quæso, quam ob rem in baptismate de eo mẽtio habetur? Sed nullam habes aliam, quam possis afferre, quàm spiritum in eodẽ cum patre & filio honore esse. Cùm igitur nullam habeat huiusmodi necessitatem, vide quo modo ipsum spiritum adiungit, Gratia do-
2.Cor.vlt.d mini nostri Iesu Christi, & dilectio dei & patris, & cõmunicatio sancti spiritus cum omnibus vobis. Et ite-
Infra.12.a rum: Diuisiones verò gratiarum sunt, idem autem spiritus: & diuisiones ministrationum sunt, idem autem dominus: & diuisiones operationum sunt, idem autem deus. Sed cùm hoc in loco ad gẽtiles & [è] gẽtibus imbecilliores verba faciat, ideirco primùm hoc † adnotat:] quod & prophetæ de filio faciunt, qui propter auditorum imbecillitatem nunquam manifestè filij meminerunt. *Sed non in omnibus scientia est*, inquit. Quænam? de deone, an de idolorum sacrificiis? Aut enim Gentiles significat hoc in loco, qui plures esse deos, & dominos dicunt, neque intelligunt eum qui deus est: † ex. aut qui † etiam] gentilibus sunt imbecilliores, qui nondum manifestè intelligebant, minimè timenda esse idola, neque esse idolum in mundo. His autem verbis paulatim remedium adhibet, & eos erigit. Non enim in omnibus lacessendi sunt, maximè cùm iterum eos sit lacessiturus vehementius. *Quidam autẽ cum cõscientia vsq; nunc idoli, tanquam idolothytum manducant: & conscientia ipsorum, cùm sit infirma, polluitur.* Adhuc formidant, inquit, idola. Noli mihi præsentem afferre cõditionem, quòd à progenitoribus tuis cultum acceperis. Sed ad illa tempora tuam referas cogitationẽ, & intelligas, quòd cùm nuper prædicatio instituta fuerit, adhuc vigente impietate, aris ardentibus, in sacrificiis & oblationibus plurimis gentilibus occupatis, qui à progenitoribus suis impietatem didicerunt (eiusmodi nãque auos, proauos, atauosque habuerunt) & à dæmonibus mala plurima acceperunt, repente mutati sunt. Quò nam eos animo fore credibile erat, & quo pacto formidare, & tremere dæmonum insidias? Quos significans dicebat: [Quidam autem cum conscientia vsque nunc idoli: neque enim apertè eos prodit, ne ipsos vulneret: neque omnino prætercurrit, sed indefinitè illorũ meminit, dicens:] Quidam autem cum conscientia vsque nunc idoli, quasi idolothytum manducant: hoc est, eadem sunt mente qua superiori tempore: & conscientia ipsorum, cùm sit infirma, polluitur. Quo modo? Quæ non despicere potest, neque omnino eos deridere, sed adhuc deliberat. Quemadmodum igitur si quis mor- *Deut.14.b* tuum tangat, pollutum se secũdum Iudaicam consuetudinem arbitratur: deinde alios conspicatus pura cõscientia remanere, si non tetigerit eadem persistẽs sententia, polluitur: eodẽ modo illi tunc affecti sunt. Quidam autem inquiunt in ea particula, Cum conscientia idoli, non temerè illud verbum, Vsq; nunc, additũ: sed vt ostendatur nihil eos perfecisse, cùm nõ consentiant. Neq; enim sic eos inducere oportebat, sed aliter. Quò nam modo? Ratione & doctrina. *Et conscientia ipsorum, cùm sit infirma, polluitur.* Minimè primùm circa rei naturam rationẽ confirmat, sed vbique circa participantis conscientiam vertitur. Formidauit enim ne quando quum vellet imbecillem corrigere, fortiorem perterreret, & eum quoq; imbecillum redderet. Quamobrem nõ minus huic parcit quàm illi. Neque quicquam tale existimari permittit, sed multis verbis confirmat, ne quis id suspicetur. *Esca autem nos non commendat deo, neque enim si non manducauerimus, abundabimus.* Animaduertis ne quo modo iterum eorum comprimit superbiam? Quum enim dixisset non solùm illos, sed nos omnes scientiam habere, & neminem ita cognoscere, vt oportet, præterea scientiam inflare: iam eos consolatur, quòd non in omnibus scientia sit, & propter imbecillitatem polluuntur. Ne dicerent, Et quid ad nos, si non in omnibus est scientia? Quamobrem nõ habet scientiam ille? quamobrem infirmus est? Ne ea obiicerent, noluit continuò palàm ostendere quòd propter illius damnum abstinendũ esset: sed id duntaxat à longè petens, primum amplius quàm hoc ostendit. Quale

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem hoc? quòd licèt nemo offendatur, neque proximi adsit peruersa doctrina, non tamen propterea hoc facere oportet. Siquidē inanis hic labor est. Qui enim audit, quòd alius quidem detrimentum, ipse autem lucrum accipit: non multùm †repugnat,] sed tunc magis quum discat nihil ipsum ex negocio lucrari. Propterea his primùm verbis vsus est, *Esca autem nos non commendat deo.* Ecce quo pacto quod à perfecta scientia proficiscí videbatur, id in contemptum adducit. *Neque enim si manducabimus, abundabimus.* Hoc est, probabimur à deo tanquam bonum quoddam, & magnum fecerimus. *Neque si non manducauerimus, deficiemus.* hoc est, nihil minus habebimus. Primùm igitur id superfluum, & nullius momenti ostendit. Nam quod neque quum fit, prodest, neque si non fiat, officit: sanè superfluum est. Deinde omne rei aperit detrimentum, sed nunc primum in quo fratres offendantur. *Videte autem ne forte hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis fratribus.* Non dixit quòd licentia vestra offendiculum fit, neque certò assèuerauit, ne impudentiores faceret. Sed inquit, Videte: timore eos abducit, & ne faciant prohibet: & non dixit, scientia vestra, quod maioris esset laudis, neque perfectio vestra: sed, licētia, quod temeritatis & superbiæ, & †stulticiæ] maioris videbatur: & non dixit, fratribus: sed, infirmis fratribus, vt grauius eos reprehenderet, quòd neque infirmis parcunt, & maximè fratribus. † Esto non excitaris, non corrigeris:] quid fratri impedimento es, & offendis illum, cui manus in auxilium esset porrigenda? Sed non vis hoc: at saltem noli eum †persequi.] Nam si malus erat, supplicio: sin infirmus, medicina indigebat. Nunc autem non infirmus tantùm, sed etiam frater. *Si enim quis viderit †eum qui habet ‖ scientiam in idolorum sacris recumbentem, nónne conscientia eius, cùm sit infirma, ædificabitur ad manducandum idolothyta?* quum dixisset: Videte ne hæc licentia vestra offendiculum fiat: [dicit quo modo, & qua ratione fiat:] & vbiq; affert imbecillitatem, ne rei naturę esse damnum videretur, & horrendi appareant dæmones. Nunc enim propè est, inquit, vt omnino ab idolis abscedatur. Sed quum te illis immorantem videat, pro admonitione rem suscepit, & ipse remanet. Itaque neque imbecillitatis tantum illius est, sed tuæ importunitatis aggressio. Tu enim eum imbecilliorem facis. *Et peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est.* Duo sunt, quæ in hoc damno omni te priuāt venia: & quòd infirmus est, & quòd frater: immo addatur & tertium: quod omnium maximè horrendum est. Quale autem hoc? quòd Christus quidem neque mori propter eum recusauit, tu autē neque ei indulgere pateris. Ex his cōmonefacit perfectum, quisnam esset & ipse antè, & quòd pro eo mortuus est: & non dixit, pro quo mori te oporteret, sed quod longè maius erat, quòd Christus propter eum mortuus est. Deinde dominus quidem tuus pro eo mori non recusauit: tu autē adeò nullam eius facis rationem, vt neque scelerata mēsa propter eum abstineas, sed post tantam salutem eum perire permittis, & quod grauius est, propter escam. Neq; dixit, in perfectione tua, neque in scientia: sed, in esca tua. Quare quatuor crimina & maxima accusantur, quòd frater, quòd infirmus, & cuius tantam Christus rationē habuit, vt pro eo moreretur, & quòd post hæc omnia propter escam pereat. *Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis.*

Animaduerte quàm placidè, & paulatim in ipsum †stulticiæ] cacumen peccatum tollit, & rursum infirmitatis illorum meminit. Quod enim ipsi pro se facere arbitrabantur, id vbique in eorum caput conuertit. Neque inquit, scandalizantes: sed, percutientes, vt verbi significantia, †similitudinem]ostēderet. Quid enim homine inhumanius existimari potest, qui ęgrotū verberat? Etenim omni plaga grauius scandalizare est, nam sæpenumero & mortem affert. Et quo modo in Christum peccant? Vno quidem modo, quòd quæ seruorum sunt, ipse pro se accipit. Altero autem, quòd in corpus eius & membra faciunt qui percutiunt. Tertiò, quòd opus eius, quod propria morte absoluit, ij propria ambitione destruunt. *Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum, ne fratrem meum scandalizem.* Hoc magistri optimi est officium, suo exemplo erudire quæ dicit. Et non dicit siue iustè, siue iniustè: sed, quomodocunque. Et non dico, inquit, idolothytum, quod & propter aliam causam prohibetur: sed si quod licet & permittitur, scandalizat, etiam illis abstinebo, neque vna aut altera die, sed toto vitæ tempore. Non enim manducabo, inquit, carnes in æternum. Et non inquit, Ne perdam fratrem: sed simpliciter, Vt non scandalizē. Etenim vltimæ amētiæ est, quæ Christo precioſissima sunt & talia, vt eorum gratia mortem obire non recusauerit, ita nos despicatissima arbitrari, vt escis propterea non abstineamus. Hæc autem non ad illos tantùm, sed ad nos tempus esset vt dicerentur, qui proximi salutem despicimus, & illa satanæ verba proferimus: Dicere enim, quid mihi curandum est, si ille scandalizatur, & ille perit? crudelitatis illius atque inhumanitatis est. Atqui tunc quidem ex eorum, qui scandalizabantur, infirmitate id cōtingebat. In nobis autem non itidem: talia nanq; peccata committimus, quæ etiam fortes scādalizant. Nam quum percutimus, quum rapimus, quum trahimur cupiditate, & tanquam seruis liberis abutimur, nónne hæc sufficientia sunt ad scandalizādum? Neque mihi dixeris, illum calceorum sutorem esse, alterum coriarium, statuarium verò aliū: sed considera fidelem illum esse & fratrem. Illorū nanque sumus discipuli piscatorum, publicanorum, tentoriorum opificum. † Christus autem] in fabrili domo educatus est, & fabri sponsam matrem habere non est dedignatus, & ab ipsis incunabulis in præsepe iacuit, neque vbi caput inclinaret, inuenit: & tantum itineris confecit, vt fatigaretur, & ab aliis victum accepit. Hæc animo voluas, & nullius momenti putato humanam esse superbiam, sed tentoriorū opificem, & qui in rheda deuectus est, † & qui innumeros pueros prosequentes in foro coërcuit,] fratrem tibi arbitrare, immo potius hunc quàm illum. Etenim frater ille meritò magis diceretur, qui similior est. Quisnam igitur similior piscatoribus, qui quotidianis laboribus sibi victum quærit, & neque seruum habet, neq; diuersorium, †sed omnino crucifixus jest: an ille, qui incredibili elatus superbia, diuinas leges oppugnat? Noli qui magis frater est contemnere: hic enim propior fuit imagini apostolicę. Sed non sponte, verùm coactus inquit: non enim secundum suam hoc facit sententiam. Vnde id constat? Non audistis, Nolite iudicare, ne iudicemini? Vt autem intelligas, quòd nō inuitus, accede, & da innumera auri talenta, & videbis recusantem. Itaq; si non à progenitoribus suis accepit diuitias, tamen cùm eas habere posset, noluit, & ab huius seculi rebus animum penitus abiecit. Ex quo magnum præ se tulit exemplum, quòd pecunias contemneret. Nam & Ioannes Zebedæi pauperrimi patris filius erat, non tamen propterea eius tot

pauper-

† abstinet.

† crudelitatem.

† illius ex. Luc. 2.

† quia fortes imm. res habet, & in fin. persequens tumultuat.

† sed omnino ne indign.

Matth. 4.

Matth. 20.

& Mar.

paupertatem coactã dicimus. Cùm igitur fabrum, cùm malleatorem, & fuliginis plenum quempiam conspexeris, noli propterea eum in contemptum habere, sed
Ioan.21.a maiorem in modum admirare. Nam & Petrus seipsum protexit, & rete tractauit, & post domini resurrectionem piscatus est. Et quid Petrum memoro? Ipse Paulus post innumeras profectiones & discursus, & post tanta
Actor.18.a miracula, in faciendis tentoriis pelles cõsuit, quem angeli laudibus prosequebantur, dæmones contremiscebant, & non puduit eum dicere, In necessitatibus meis,
Ibidẽ.20.g & sociorũ meorum, meæ ministrarunt manus. Et quid dico, non puduit, quum etiam gloriaretur? & quisnam hoc tempore Pauli virtute præditus est? Neminem sanè noui, sed non idcirco despiciendi sunt nostri temporis homines. Nam si Christi amore honorem exhibes, licèt quis abiectissimus sit, modò fidelis, dignus est qui honoretur. Nam si duce & paruo milite ad te ve- B nientibus, & ambobus regiis familiaribus, tu vtriq; domum aperuisti, per quem magis regem honorare arbitratus es? Sanè perspicuum est, per militẽ. Dux enim etiam sine regia amicicia multa habet, quæ sibi sunt satis ad eum honorem consequendum. Miles autem nihil aliud habet, quàm regiam familiaritatẽ. Idcirco claudos, cæcos, & qui nullam referre possunt beneficiorum
Luc.14.c gratiam, ad conuiuia & cœnas nostras aduocare nobis præcipit deus: quoniam huiusmodi opera maximè, & propriè propter deum exhibentur. Quòd si virum aliquem magnum & insignem hospitio acceperis, id non tam pura eleemosyna est: sed pars aliqua in te confertur, & partem sibi sæpenumero inanis gloria vendicat, & spes alicuius boni consequendi, & vt clarus propter illum euadas. Multos igitur offẽdere possem qui propterea inter sanctos insigniores colunt, vt apud princi- C pes per illos maiorem consequantur authoritatem, & rebus suis & familiæ inde vtiliores efficiãtur, & multas huiusmodi ab illis sanctis gratias exigũt. Quod hospitalitatis remunerationẽ in his coinquinat, cùm huiuscemodi animo faciant. Et quid opus est hoc de sanctis dicere? Nam qui à deo laborum remunerationem in hac vita requirit, & humanarum rerum gratia virtutem operatur, is suam minuit mercedem: quam qui in futura vita exigit, secundum Lazarum illum longè fit mirabilior. Ille nanque illic omnia bona cõsecutus est, secundum tres pueros, qui cùm in fornacem essent in-
Dan.3.b.c iiciendi, dicebant: Est deus in cœlis, qui potest nos eripere: & notum sit tibi rex, quòd deos tuos non colimus, & statuam auream quam constituisti, non adora-
Gen.22.a.b mus. Secundum Abraham, qui filium in montem adduxit vt interimeret, & nullius lucri spe, sed eam maxi- D mam arbitratus mercedem, quòd domino obsequeretur: hos imitemur. Hoc enim pacto magnus nobis ex operibus nostris fructus proueniet, cùm ea mente omnia faciamus, & clariores nobis coronas præparemus: quas vtinam omnes consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

Homilia XXI.

Cap.IX. *ON sum apostolus, non sum liber? Nónne Christum Iesum dominum nostrum vidi? Nónne opus meum estis in do-*
Supra.8.d *mino?* Cùm dixisset, Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnẽ in æternum, quod quidem non fecit: pollicitus autem est se facturum, si necesse foret: ne quis diceret, frustra te iactas, & verbis tantùm philosopharis, quod & mihi &

cuilibet hominum facilè est: si recta animi sententia id dicis, re ipsa ostendas quid cõtempseris, ne fratrẽ scandalizares: propterea iam conatur sententiam suam ostẽdere, quo pacto à concessis abstineat, ne fratri scandalum faciat, quamuis nulla lege cogatur. Neq; hoc fortè admirandum, quãuis admirandum sit, quòd à cõcessis abstineat: non solùm ne scandalizaret, sed quòd multò cum labore & periculo id faciebat. Quid enim oportet dicere de sacrificiis idolorum? inquit. Nã cùm Christus
Deut.18.a & Matth. 10.b præcipiat, eos qui prædicãt euangelium, victum sibi ab his qui erudiuntur quærere debere, ego hoc nõ feci: sed etiam malui, si oporteret, etiam fame vitam cõsumere, & difficillimam mortẽ obire. Itaque nõ acciperẽ à catechumeniis, si scãdalizãdi essent, sed si ædificãdi, quod multò maius erat: & huius rei testes eos in medium adducit, apud quos & operatus est, & esuriẽs vixit, ne scãdalizaret eos: atqui sine causa scandalizabantur. Siquidem Paulus legem implebat. Verũtamen ex abundantia eis indulgebat. Nã si præter legem ipse fecit, ne scãdalizarentur, & à permissis rebus ad aliorum ædificationem abstinuit: quó nam digni essent supplicio, qui ab idolorum nõ abstinent sacrificiis, & maximè quum multi inde pereant: quod etiam sine scãdalo fugere oportebat, eo quòd dæmonũ sit mensa. Hæc quidẽ omnis summa est, quæ per multa elemẽta perficitur: oportet enim ex superioribus proposita prosequi. Sed neque hoc ita manifestè, vt dixi, posuit, neque statim ad hoc prosiluit: sed aliunde sumit principium his verbis, *Non sum apostolus?* Cum prædictis & hæc non parua est differentia, quòd scilicet & Paulus est qui hæc facit. Vt enim non dicerent, quòd licet signanti gustare, primùm quidem in hoc non immoratur, sed dicit quòd etiam si licet, non est tamen fratrũ detrimento faciendum. Deinde autem ostendit, quòd neque etiam licet. Nunc autem quod prius est, à rebus suis confirmat. Et cùm dicturus esset, quòd nihil ab his acceperit, nõ quãprimùm id ponit, sed suã primùm cõmemorat dignitatem: Non sum apostolus, non sum liber? ne dicerent, Si non accepisti: quoniam non licebat, non accepisti. Idcirco primùm causæ meminit, propter quam nõ iniuria accepisset, si voluisset accipere. Deinde ne videatur & Petrum & Petri socios his verbis accusare, siquidem illi acceperant, primùm eis licere accipere ostendit. Deinde ne quis diceret, Petro quidẽ licuit, tibi autem minimè: suis ipse laudibus auditorem aggreditur, cum res ipsa eum cogat ad se laudãdum: ita enim Corinthij emendabantur. Et iterum cùm nihil magnum de se dicere velit, vide quo pacto vtroq; ad necessitatem vtitur, tantùm seipsum laudans, non quantùm sibi ipsi videbatur, sed quantùm propositæ materiæ exigebat necessitas. Cumq; posset dicere: me omnium maximè accipere decet, & magis quàm illos, quia magis laborauit: non ita dixit, quia videbatur quandam habere prælationem. Qua autem ratione illi magni essent, & à quibus iustè acciperẽt, ea duntaxat ponit, ita inquiens:

Non sum apostolus, non sum liber? Hoc est, nónne mei ipsius habeo potestatem? Nunquid alicui seruio, qui me cogat & phibeat accipere? Sed habent aliquid amplius illi, qui cũ Christo cõuersati sunt. Sed neque ego ea priuatus sum visione, idcirco prosequitur: *Nónne Christum Iesum dominum nostrum vidi?* Nouissimè autem omnium, *Infra.15.a* inquit, tãquã abortiuo visus est mihi: quę nõ parua erat prærogatiua. Quamobrem Christus id magnum ostẽdit his verbis: Quia multi prophetæ & iusti cupierunt *Matt.13.c* videre quæ vos videtis, inquit, & non viderunt. Et ite-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum: Venient dies cùm volueritis vnam horã dierum videre. Deinde ne rursum dicerẽt, Et quid hoc? Quanuis apostolus sis, quanuis liber, quanuis Christum videris, nullum tamen apostoli opus ostendisti. Et quà nam ratione debes accipere? idcirco deinde addidit: *Nónne opus meum vos estis in domino?* Hoc magnum est † illi enim nullam sine hoc afferunt vtilitatem. Nam & Iudas Apostolus fuit, & liber, & Christum vidit: sed quoniam apostoli non fecit opera, nihil sanè illa ei profuerũt. Ideo & hoc addidit, & ipsos testes aduocat. Et cùm magnum quiddã esset locutus, animaduerte quò nam pacto id corrigit, cùm inquit, in domino: hoc est, diuinum est, non meum. *Si aliis non sum apostolus, vobis tamen sum.* Intuere nihil in verbis superfluum: sed orbem terrarum dicere potuit, & Gentes barbaras, & terram, & mare: sed per consensum, & ex abundantia vincit. Quid enim superfluis opus est, inquit, cùm hæc ad præsentem materiam sufficiant? † Non igitur bona opera quæ alij fecerunt, me fecisse profiteor, sed ea quorum vos estis testes. Itaque si non aliunde, à vobis maximè me accipere oportebat. Veruntamen à quibus maximè oportuit accipere (magister enim vester eram) ab his nihil accepi. *Si aliis non sum apostolus, vobis tamen sum.*

† illa.

† Nõ igitur dico quæ apud alios præclare sũ à me gesta.

Iterum ex consensu rationem affert, etenim orbis terrarum apostolus erat. Non tamen hoc dico, inquit, neque pugno, neque contendo, sed vestrum affero testimonium. *Nam signaculum mei apostolatus vos estis.* Hæc est probatio, & si vult, inquit, quispiam vnde me apostolum esse constet intelligere, vos ego testes adhibeo. Omnia nanque quæ apostoli erant opera, in vobis ostendi, & nihil prætermisi, quod etiam in secunda meminit epistola: Tametsi nihil sum, signa tamen apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, & signis, & prodigiis, & virtutibus. Quid enim est, quòd minus habuistis præ omnibus ecclesiis? Propterea inquit: Nam signaculũ mei apostolatus vos estis, etenim signa ostendi, & oratione docui, & pericula perpessus sum, & vitam exhibui irreprehensibilem: & hoc ex his duabus epistolis viderem licet, quò nam modo horum singula summa cum diligentia comprobat. *Mea excusatio apud eos qui me interrogant, hæc est.* [Quid est, mea excusatio apud eos qui me interrogant, hæc est?] vt quærentes intelligant vnde sim apostolus, vel accusantes quare pecunias accipiam, vel interrogantes causam quamobrem non accipiam: vel contra eos qui me non esse apostolum contendunt, † nostra gloria] & hæc quę dicturus sum, probatio & defensio est. Qualia autem hæc sunt? [*Nunquid non habemus potestatem comedendi & bibendi?*] *Nunquid non habemus potestatem sororem mulierem circunducendi?* Et quò nam pacto hæc excusatio est? Quoniam quando etiam à concessis abstinere videor, non vtique iustum est, vt tanquam de iniusto & fraudulento suspicio de me habeatur, quod quicquam pecuniarum gratia faciam. Et quæ superius dicta sunt, † etiam] ad vestram dicta sunt doctrinam: & hæc quæ dixi, sufficientia sunt † vobis] ad defensionem, & respondẽdum omnibus qui me interrogant. Hinc ego contendo, & illa & hæc adducens, Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibendi? Nunquid non habemus potestatem sororem mulierem circũducendi? Veruntamẽ cùm habeamus, iis abstinemus. Quid igitur? non comedebat, neq; bibebat? Immo quidem multis in locis neutrum faciebat, & audi quò nam pacto: In fame, inquit, & siti, in frigore & nuditate: hoc tamen in loco non ita dicit. Sed quid nam? Non comedimus, non bibimus ab iis qui à nobis erudiuntur accipientes: atqui habentes accipiendi potestatem. *Nunquid non habemus potestatem sororem mulierem circunducendi, sicut & cæteri apostoli, & fratres domini, & Cephas?* Intuere sapientiam Pauli, principem posteriori in loco addidit: qui enim vehementissimus erat locus tunc ponitur. Neque enim tam mirum erat ostendere id fecisse alios, quàm principem ipsum, & cui cœlorum claues erant creditæ. Veruntamen non eum duntaxat posuit, sed omnes, tantùm nõ dicens, siue inferiores quęreres, siue superiores, omnium adsunt exempla. Et fratres domini priori incredulitate liberati ex probatorum numero facti sunt, quanuis ad apostolos non peruenissent. Quamobrem medios eos posuit, vtrinque maximos adducens: *Aut solus ego & Barnabas non habemus potestatem hæc operandi?* Animaduerte humilitatem, & inuidia se purgantem animam, quo pacto quem norat diligentiæ suæ participem, non celauit. Nam si alia communia sunt, qua ratione hoc nõ est commune? Apostoli & illi & nos, & liberi & Christum vidimus, & opera apostolorum ostendimus: igitur & nos potestatem habemus ociosè viuendi, & vt ab iis quos erudimus, victum habeamus. *Quis vnquam suis stipendiis militat?* Cùm quod vehementius erat, ex apostolis reuelasset, quòd scilicet licet hoc facere: ad exempla iam venit, & communem consuetudinem, quod ei moris est facere, inquit enim: *Quis militat suis stipendiis?* Tu autem animaduerte quàm accommodata hæc exempla ad propositam adduxit materiam, & quo modo primùm meminit periculosæ militiæ & armorum, & bellorum: huiusmodi enim apostolatus, vel potius his longè maius. Non enim aduersus homines solùm bellum his erat, verùm etiam aduersus dæmones, & illorũ principem, exercitus. Quod igitur inquit, hoc est, quòd ea quæ neque externi principes crudeles & iniusti exigunt, hoc est militare, periclitari, de suis milites se alere facultatibus, quo modo vnquam Christus hoc exigeret? & neq; vno contentus est exemplo. Qui enim vilior est & crasior, † is hoc] maximè acquiescere consueuit: † hoc est, communem consuetudinem ineueri, quæ in diuinis legibus cõtingit:] quare ad aliud venit, inquiens: *Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit?* Per illud enim pericula, hoc autem laborem & miseriam multam & curam ostẽdit: & tertium item addit exemplum his verbis: *Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat?* Multam diligentiam & magistro debitam erga subditos ostendit. Quod ex his apparet: etenim milites, & agricolæ, & pastores erãt apostoli, non bellorũ, neque terræ, neque brutorũ animalium, & tantùm sensibilium, sed ratione fructium animarum, & eius exercitus, qui aduersus dæmones armatur. Obseruandum autem & illud est, quòd vbique modestiam seruauit, necessarium quærens tantùm, non superfluum. Non enim dixit, Quis militat, & nõ ditescit? sed, quis militat suis stipendiis vnquam? Neque dixit, Quis plantat vineam, & non colligit aurum, aut totum fructum vindemiat? sed, de fructu eius non edit. Neque dixit, Quis pascit gregem, & nõ vendit agnos. Sed quo modo? Et de lacte gregis non manducat. Rectè quidem non de agnis, sed de lacte locutus est, vt ostẽderet paruo lucro magistrum cõtentum esse oportere, & solo victu necessario. Hæc in illos dicta sunt, qui omnia volunt consumere, & totum fructum accipere. Ita dominus sanxit iis verbis: Dignus est operarius mercede sua. Neq; hoc exemplo duntaxat confirmauit, sed ostendit qualem sacerdotem esse oporteat.

2.Cor.11.d

2.Cor.11.f

† vestri instructio.

† & quæ.

† nobis.

† in hoc.

† quãdo

Matth.10

Luc.10

Etenim

Etenim militis fortitudinem exhibere oportet,& agricolæ diligentiam, & pastoris curam,& cum iis omnibus nihil supra necessitatem quærere. Cum igitur & apostolorum exemplo,quod non est prohibitum magistrum accipere, & à vita ostenderit,ad tertium capitulum venit,ita inquiens: *Num secundum hominem hæc dico, an & lex hæc non dicit?* Nam cùm primùm ex scripturarum testimonio nihil attulerit, sed cõmunem proposuerit consuetudinem: Nolite,inquit,arbitrari iis solis meas corroborari rationes, neque ex hominũ sententia hæc sancire. Possum enim ostendere, quòd & deo hæc videntur, & veterem perlego legem, quæ ita præcipit. Quamobrem per interrogationem sermonem suum prosequitur,quod in rebus quàm certissimis fieri solet,ita inquiens:Nunquid secundum hominem hæc dico: hoc est, nũquid ego humanis duntaxat exemplis rem meam confirmo, an & lex hæc non dicit? *Scriptum est enim in lege Moysi:Nõ alligabis os boui trituranti.* Et quã nam gratia hoc meminit, cùm exemplum habeat sacerdotum? Ex multa hac abundantia confirmare annititur. Deinde ne quis diceret, Et quid ad nos, quòd de bobus locutus es? exprimit hoc diligẽter his verbis,

Deut.25.a

Nunquid de bobus cura est deo? Sunt ne, quæsõ, boues deo curæ? Curæ quidem sunt. Verùm non ita vt de iis legem instituat. Itaque nisi magnum quiddam significasset,per bruta ludæos exercẽs ad benignitatem complectendam,& ab iis etiam de præceptoribus eos alloquens,non vtique tantam adhibuisset diligentiam, vt legem scriberet,de non obligando os boui.Præterea & aliud quiddam ostendit,multum scilicet præceptorum laborem esse debere.Et item aliud,quòd quęcunque ad brutorum curam in veteri testamento leguntur,†principio ad hominum doctrinã dicta sunt, quemadmodum & alia omnia, sicut quæ de vestibus variis, & vineis,& seminibus,& terram propriam facientibus,necnon quæ de lepra dicuntur, & alia omnia. Cùm enim adhuc rudiores essent, hoc dicẽdi modo vtebatur,paulatim eos erigens.Et animaduerte, quo pacto hoc iam non confirmat,vtpote quod manifestum & per se perspicuum est.Nam cùm dixisset, Nunquid de bobus cura est deo?addidit, *An propter vos vtique hæc dicit?* Neque hanc particulam, vtique,temerè posuit,sed ne aliqua ratione contradicere auditori permittat. Et perstat in translatione, dicens: *Nam propter nos scripta sunt, quoniam debet in spe qui arat arare, & qui triturat in spe fructus percipiendi.* Hoc est, magister debet laborum suorum mercedẽ accipere.Et considera Pauli sapientiam,à semine enim ad aream rem transtulit. Iterũ & hic multos magistrorum labores ostendit. Nam & ipsi arãt,& aream terũt.Et in arando, quoniam nullus fructus, sed labor duntaxat accipitur,spem ponit. In triturãdo autem iam de fructu congratulatur,inquiens,& qui triturat in spe fructus percipiendi. Deinde ne quis diceret, Ipsa igitur tantorum sudorum remuneratio est, addidit,in spe,hoc est futura. Nihil ergo aliud os nõ alligatum huius animalis clamat, quàm quòd magistros laborantes remunerationem habere oportet. *Si nos vobis spiritualia seminauimus,magnum est, si nos carnalia vestra metamus?* Ecce quartam quam affert rationem,quòd prębere oporteat.Cùm enim dixisset,Quis militat suis stipendiis,& quis plantat vineam, & quis pascit gregem, etiam addit bouem triturãtem: & aliam ostendit causam maximè rationabilem, qua mererentur accipere, quòd multò maiora præberent,non tantùm laborarẽt. Quid ergo est? Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est,si nos carnalia vestra metamus? Vides iustissimam causam,& superioribus probabiliorem. Illic enim dixit carnale semen, carnalis & fructus. Hic autem semen spirituale,& remuneratio carnalis. Vt enim non nimium se iactarent, eo quòd magistris victũ exhiberent, ostendit eos maiora accipere quàm dare. Agricolæ enim quæ seminant, ea accipiunt: nos autem cùm in vestris animis spiritualia seminemus, metimus carnalia: huiusmodi nanque est ab iis datus cibus. Deinde vehementius arguit: *Si alij potestatis vestræ participes sunt,quare non potius nos?* Ecce alteram rationem,& ipsam item ab exemplis non tam sublimibus.Nam neque Petri hoc in loco meminit,neque apostolorum, sed aliorum quorundam,qui alieni erant,aduersus quos posterius accingitur, de quibus dicit: Si quis vos deuorat, si quis accipit,[si quis extollitur]si quis in faciem vos percutit:& aduersus illorum bellum iam præludit.Quamobrem nõ dixit,Si alij à vobis accipiunt,sed eorũ stulticiam,violentiam, copiam] significans inquit. Si alij potestatis vestræ participes sunt, hoc est, posidẽt vos, sub potestate habent,tanquam seruis abutuntur:nõ accipientes tantùm, sed multa cum diligentia & authoritate.Idcirco addidit, *Non potius nos.* Quod vtique non dixisset,si de apostolis sermo haberetur, sed constat quosdam violatores & ipsos deceptores per hos significari.Itaq; cum lege Moysi, vos ipsi quoque legem tulistis, quid nam sit exhibendum. Cùm autem dicit, Non potius nos,non confirmat,quarè nam potius: sed eorum conscientiæ reliquit reprehensionem, simul vt eos perterreret,& maiorem in modum reprehenderet.

2.Cor.11.c

†præcipue.

†πάντως, omnino.

†præcipitatem, violẽtiam, negotiationem.

Sed non vsi sumus hac potestate. Hoc est,non accepimus. Vides quot rationibus confirmat? Primum,quod non præter debitum est,si accipiunt: tamen se non accepisse,ne tanquam à prohibito videretur abstinere.Non enim quia non licet,inquit, nõ accipio. Siquidem licet, quod multis modis ostendimus,ab apostolis scilicet, à vitæ negociis, à milite,agricola,pastore, à lege Moysi, ab ipsa rei natura. Quòd seminauimus vobis spiritualia,ex quibus vos erga alios fructum fecistis.Sed quemadmodum ne videretur apostolos, qui hæc accipiebant,reprehendere,hæc posuit.Sed eos coarguit, & ostendit non re prohibita abstinere.Ita rursum,ne multum confirmatione, exemplis, rationibus, quibus sibi accipiendum esse ostendit,accipiẽdi occasionem quærere, & idcirco huiusmodi dicere videatur: iam hoc corrigit,& manifestius hoc in sequentibus facit, quum inquit: Non scripsi autem hæc, vt ita fiant in me. Hoc autem in loco inquit: Non vsi sumus hac potestate: & quod maius est,quòd neque illud quispiam diceret, in abundantia non vsi sumus: sed cogẽte necessitate non cedimus necessitati,quod in secunda dixit epistola.Alias ecclesias compilaui,accipiens stipendium ad ministerium vestrum,† & præsens,& à vobis absens. In nullo torpui.] Et in hac iterum: Et esurimus, & sitimus, & nudi sumus,& alapis cædimur. Et hoc itẽ in loco idem iis verbis significat, *Sed omnia sustinemus.* Quibus verbis & famem significat,& multas angustias,& alia omnia. Sed non ita coacti sumus, inquit, soluere legem, quam nobis ipsis sanximus. Quamobrem? *Ne quod offendiculum demus euangelio Christi.* Quum enim imbecilliori essetis animo Corinthij, ne nos hæc accipientes perterreamus, inquit,† vetus curriculum prosequi statuimus potius,] quàm offendiculum aliquod dare euangelio,hoc est doctrinæ vestræ. Quòd si nos quod nobis permissum est, in maxima necessitate, cùmque

2.Cor.11.b

† & cum essem apud vos,& egerẽ, nulli eneruis fui. Supra.4.c

† supra id quod mãdatum esset,facere maluimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

apostolorum exemplum habeamus: non fecimus, ne offendiculum daremus. Et non dixit, euersionem: sed, offendiculum: neque simpliciter, sed aliquod offendiculum, ne paruam, vt sic dicam, moram & dilationem faceremus cursu orationis. Si, inquam, nos tanto vsi sumus studio, inquit, quanto maiori vobis longè apostolis inferioribus: & qui neque legem, quæ vobis permittat habetis, sed contrà, quæ prohibita sunt prosequimini, ad maximum euangelij detrimentum: non in dando duntaxat offendiculo, sed neque vrgentem videdo necessitatem: abstinendum est. Hanc enim totam orationē propter illos mouit, qui per cibum ex idolorum sacrificiis factum imbecillioribus fratribus scandalum pariunt. Hæc & nos audiamus dilectissimi, ne eos qui scandalizantur contemptui habeamus, nève aliquod faciamus offendiculum euangelio Christi: ne nostram tradamus salutem. Noli mihi dicere, quum scandalizatur frater, non esse prohibitum id in quo scādalizatur, quotiescunque permittitur. Ego sanè tibi maiora dicā, quòd quanuis ipse Christus permitteret, videres autem aliquem eo offendi, teipsum cohibe, & nolito illa vti permissione. Hoc & Paulus facit: quum tibi ex Christi permissione liceret accipere, non tamen accepit. Nam quum sit benignus dominus, multam præceptis suis instituit mansuetudinem, vt non solùm ex præcepto, sed ex propria multa faciamus sententia. Etenim nisi ita voluisset, arctius instituere præcepta poterat, & dicere: Qui non semper ieiunat, puniatur: qui non seruat virginitatem, supplicio afficiatur: qui nō omnibus suis rebus se exuit, pœnam luat grauissimam. Verùm non ita sanxit, tibi †volens, si volueris, indulgere. ¶ Propterea quum de virginitate disseruisset, dixit: †Qui potest separari, separetur. ¶ Et diuiti quędam præcepit, quædam sue permisit licentię. Non enim dixit, Vēde res tuas: sed, Si vis perfectus esse, vende. Nos verò non solùm non cōtēdimus, neque præcepta superamus, sed præceptorum fines longè relinquimus. Et Paulus quidem esuriuit, ne offendiculum euangelio daret. Nos autē neque ea quæ nobis †prohibita ¶ sunt, attingere audemus, quum innumeras animas perire videamus. Edat, inquit, tinea, & non pauper. Deuoret vermis, & non induatur nudus. Omnia temporis diuturnitate cōsumantur, & non nutriatur Christus, & maximè quum esurit. Et quis hoc, inquit, †mādauit? ¶ Etenim hoc est grauissimum, quòd non verbis, sed rebus hæc dicuntur. Etenim minus esset graue in verbis dictum, quàm factum in operibus. An non hæc singulis diebus clamat inhumana, & crudelis, & impia auaricia iis quos in captiuitatem trahit? Præponantur calumniatoribus, latronibus, insidiatoribus ad delicias vestræ facultates non esurientibus, neque indigentibus victus. Nunquid vos latrones facitis? Num inuidorum igni suggeritis nutrimentum? Nónne vos facitis fugitiuos? nónne insidiatores, quum tanquam escam eis diuitias vestras præponitis? Quænam hæc dementia? Siquidem dementia est & insania manifesta, arcam cum vestimentorum copia præparare. Qui autem ad dei imaginē factus est & similitudinem, eum nudum & trementem gelu, & vix se erigentē despicere. Sed causatur, inquit, & simulat tremorem & infirmitatem. His verbis non timuisti, ne fulmen cœlitus ardens deferatur: nam ira disrumpor. Ignoscite, quęso, quandoquidem tu ventri deditus es, [& incrassatus,] & in longam noctem pocula producis, & mollibus in lectis tanquam sepultus decubas, non censes te pœnam daturum, quum tam iniustè diuinis vtaris muneribus?

A Non enim vt inebriemur, vini nobis datus est vsus: neque vt ventri indulgeamus, ciborum: neque vt distendamur, fruges proueniunt. Tu à mendico misero, penè mortuo, rationem efflagitas: & metuendum illud & horrendum Christi iudicium non formidas? Etenim si simulat, ex necessitate & inopia simulat, propter crudelitatem tuam & inhumanitatem huiusmodi personarum simulationibus egentem, quæ nulla commouetur misericordia. Et quis nam absque necessitate pro vno pane tam impudēter faciat? ita cædatur, tantùm patiatur supplicium. Itaque simulatio illius, tuæ est inhumanitatis præco. Quum enim rogās & supplex, & miserabilibus verbis, & anxius, & lachrymans, & †singulis die- † tota die.
B bus ¶ circueundo mendicans, ne necessarium quidem victum comparat: fortasse hāc artem inuenit, quæ non tantùm illi, quantùm tibi affert ignominiā & culpam. Ille nanque dignus est cui misereatur, quòd in tantam venerit necessitatem. Nos autē innumeris digni supplicijs, quòd mendicos ad huiusmodi adducamus necessitatem. Nam si facilè moueremur, nunquam sanè ille eiusmodi sustinere eligeret. Et quid nuditatem & tremorem memoro? Dicam enim quod longè horribilius est, quòd nōnulli suos cæcare filios ætatis florem agentes coacti sunt, vt in stupiditatem nostram inueherent. Siquidem cùm sensu visus fruentes, & nudi circummendicantes, neque ætate, neque calamitate inhumanos atque immisericordes mouerent, tantis malis aliam addiderūt calamitatem, & quidem maiorem: & vt famem lenirent, leuius fore arbitrati sunt, hoc communi lumine & solaribus radiis omni humano generi cōcessis priuari, quàm perpetuò cum fame pugnare, & miserrima morte perire: & cùm tantæ paupertati misC reri non didiceritis, sed lætari calamitatibus, vestram implent insatiabilem cupiditatem, & sibi ipsis & nobis gehenna vehementiorem flammam accendunt. Et vt intelligatis hęc & huiusmodi propter hoc fieri, signum vobis manifestū afferam, cui nemo contradixerit. Sunt alij pauperes superbi & elati animi, qui famem perferre nesciunt, sed omnia potius quàm famem tolerant. Hi sæpenumero nos offendentes, & facie & verbis ad misericordiam accommodatis, nos aliquid efflagitant: & quum nihil assecuti sunt precibus, illis omissis, † admi- † præstigiarandos se nobis præbent. ¶ Alij quidem absumptos cal- tores dicceos mandunt, alij capiti acutos clauos infigūt, alij per ceps apud ipsum gelu nudo corpore mendicantes petunt. Alij e- vos sepe.
tiam iis grauiora ferentes, miserabile de se præbent spectaculum. Tu autem huiusmodi conspicatus, iis visis in
D risum solutus es, & admiratus te in alienis malis extulisti, quum cōmunis natura ignominia affecta sit: & quid amplius, iis immanissimus diabolus feciſſet? Deinde vt promptius hæc faciat, abundantius argentum exhibes. Illi autem qui te obsecrat, deum implorat, māsuetè loquitur, ne respōdere quidē dignaris, neq; eum respicere, sed etiā grauibus in eum verbis vteris, quum instantius postulat: Hunc ergo viuere, aut omnino respirare, aut Solem hunc conspicari † velim? ¶ Erga illos autem † oportet.
lætus & ambitiosus appares, vtpote munerarius quidā ridiculæ & satanicæ illius ignominiæ. Quare non sine ratione ad huiusmodi ludorum munerarios & eorum comites, quousque videant alios supplicio affectos, hęc dicta sint verba: hos ego viuere, aut respirare, aut omnino Solem hunc videre fas putem? hos, inquam, qui iniustè in communem naturam agunt, qui deum contumeliis afficiunt? Etenim quum deus dicat, Da elee- Luce 11.f
mosynam, & ego dabo tibi regnum cœlorum, non audisti:

† occasionē præbēs si volueris, largiter operādi.
† Qui potest capere, capiat. Matth. 19. b
Ibidem.
† recondita.
† dicit?

Universidad de Deusto
Biblioteca

disti: & quum diabolus caput confixum ostendat, re- A
† liberalis. pente † ambitiosus factus es: & magis te immanis diaboli fallacia flexit, quum tantum afferat detrimentum, quàm dei promissio, quæ tot & tãtis affluit bonis. Cùm etiam si aorum abiiciendum esset, ne eiusmodi fierent, neve facta aspicerẽtur, omnia & facere & perpeti & anniti deberes: [tu verò vt hæc fiant, eaq; videas, cõtẽdis, & omnia facis.] Adhuc igitur interrogas, dic, quæso, quare gehẽna est? Verùm noli amplius interrogare, sed quò nam pacto vna tantùm gehenna sit. Quibus enim suppliciis non digni sunt hi, qui crudeli huic & immani fauent spectaculo, & de his rident, quibus & illos & nos deflere oporteret, imò vos potius, qui hanc ignominiam molimini? Sed nõ ego molior, inquis. Et quó nam pacto id negas, dic, quæso, cùm neque humilibus lachrymantibus, deũ implorãtibus aures adhibere pateris: in ludis autem largè argentum erogas, & multos B
tecũ admiratores ducis? Sed adsumus inquit, & eorum mouemur misericordia. Et tu hoc præcipis? nõ est hoc misereri homo, non est inquam, tantũ pro paucis obolis supplicium exigere, & præcipere vt qui necessarium victum rogat, cõcidatur, caput decorietur tam asperè & miserè. Parcius ista, inquit: Non enim nos sumus, qui eorum capita configimus. Vtinam tu configeres. Non fuisset tam grauis calamitas: nam qui alium interimit, lõgè leuius peccat quàm qui iubet seipsum interficere. Quod & in his contingit: etenim asperius puniuntur, quoniam ipsi iubentur tam prauorum præceptorũ au-
† appellati. thores fieri, & hoc in Antiochia vbi primum † versati] sunt Christiani, in qua homines omnium fuerũt mansuetissimi, in qua multus eleemosynæ fructus quõdam florebat. Non enim præsentibus duntaxat, sed qui longè aberant *lõgo interuallo mittebãt*, & maximè quum C
fames vrgeret. Quid nam igitur faciendum censemus? Vt hanc feritatem exuamus: omnibus autem indigentibus suadeamus, quòd si huiusmodi quid fecerint, nullam accipient mercedem: sed qui humiliter & mansuetè accedunt petuntq;, multa fruentur munificẽtia. Quã suasionem si acceperint, etsi omnium sint miserrimi, nunquã eo modo puniri patientur. Ego hoc polliceor, sed & gratiã vobis habebunt, quòd irrisione illa & miseria illos liberastis. Nunc autem pro aurigis filios vestros exhibetis, & pro saltatoribus proditis animas: pro Christo autem sitiẽte ne minimam quidem substantiæ vestræ partem erogatis. Sed si vel exiguum quiddã argenti exhibuistis, tanquam omnia vestra consumpseritis, commouemini, nesciẽtes quòd non dare, sed largè dare, id demum est eleemosyna: Idcirco propheta nõ dantes simpliciter prædicat, & laudibus extollit, sed D
† dedit. abundè elargientes: Nõ enim simpliciter dixit, † dispersit: sed, dispersit, dedit pauperibus. Quę nam, quæso, tibi vtilitas: quum ex diuitiis tuis tantùm exhibeas, quantùm si quis ex pelago cyathum daret, neque viduę mulieris magnanimitatem desideres. Quo modo autem
Psal.50.a dices, Miserere mei domine secũdum magnam misericordiam tuam, & secũdum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatẽ meam: cùm tu non secundum magnam misericordiam miserearis? Fortasse autem neque secundum paruam: etenim vehementer erubesco, quum video multos diuites auro opertis equis vectari, & seruos auratis vestibus indutos ducere, argenteos lectos habere, & alia plura vanitatis plena. At quum in pauperes erogare oporteat, pauperrimis pau-
† Sed quis- periores factos videmus. † Sed quid nam tam longa o- quis frequens ratio cõmune habet cum ecclesia? inquit.] Et quid hoc

ad te? Non enim si ego eleemosynas dedero, tu propterea salutem consequeris: neque si ecclesia præbeat, tu peccata tua deleuisti. Nam si propterea nihil das, quoniam ecclesiam indigentibus dare oporteat: dic, quæso, quum precãtur & orant sacerdotes, nũquid tu nunquam precaris: & quum ieiunãt alij, tu semper inebriatus es? An nescis quòd non tam pauperum gratia eleemosynæ legem statuit deus, quàm eorum qui exhiberent? Sed habes sacerdotem suspectum. Grauissimum quidem hoc peccatum est. Verùm nihil diligentius inquiro. Per te omnia facias, & ita duplicem mercedem lucraberis: etenim quæ nos de eleemosyna dicimus, nõ vt nobis quicquã aferãs dicimus, sed vt ipse per te ministerium exhibeas. Mihi nãque afferens, fortasse inani gloria capieris, fortasse aliqua re scandalizatus discedes, malum aliquod suspicando. Si autem per vosipsos omnia facitis, & scandalis, & omni inani suspicatione liberi, plurimum vobis præmium accesserit: non igitur vt vos huc afferre pecunias cogam, hæc verba facio: neque indignor, quòd malè de se loqui audiant sacerdotes. Nã si indignari oporteret & dolere, vestri causa id faciendum esset, qui malè dicitis. Hi enim qui sine causa & immeritò maledicta perferunt, maius præmiũ consequuntur: hi autem qui inferũt, iudicium grauius atque supplicium. Itaque non eorum gratia hæc dico, sed quoniam vestri curam habeo. Quid enim mirum si quid de gente nostra suspicantur, vbi de sanctis illis, qui angelos imitati sunt, qui nihil proprium possidere voluerunt: hoc est, de apostolis murmurabatur in viduarum ministerio, quoniam pauperes contemnebantur, quando nemo quicquam propriũ sibi esse dicebat, sed omnia esse communia? Nolimus igitur huiusmodi afferre causas. Neque vllam nobis putemus esse excusationem, quòd ecclesia multa possideat. Siquidẽ quum magnas eius videris diuitiarum facultates, ei adscriptorum pauperum greges, ægrotantium multitudinem, plurimas erogandi necessitates, considera, scrutare, & inquiras diligẽtius. Nemo prohibebit, sed parati erunt impensarum rationẽ vobis afferre, tamen excellum fieri volo: quum enim rationes reddamus ostendamusq; non minorem prouentu sumptum esse, sed aliquando etiam maiorem, libenter vos illud interrogarẽ: Quum hinc migrabimus, & audiemus Christũ dicentem: Esurientem me vidistis, & non dedistis mihi cibũ: nudum, & nõ cooperuistis me: Quid nam respõdebimus? Quo pacto nos excusabimus? hunc & illum in medium feremus, qui hoc non audiũt, & quosdam suspectos sacerdotes? Et quid nam hoc ad te? Ego, inquit, reprehendo, quæ ipse peccasti. Excusatio autem horum est, si tua ipsius peccata ablueris, & non alios eodem tecum in crimine esse ostenderis. Siquidem ecclesia propter † insi- † parcitatẽ.
pientiam † vestram habere cogitur, quæ nunc habet: † vt † Nam si.
si † secundum apostolicas leges omnia faceret, prouentum eius esse oporteat vestrum studium, quod & arca certissima vobis esset, & incorruptibilis vobis thesaurus. Verùm nunc quum thesaurizetis in terra, & omnia in loculis vestris concludatis: ipsa autem in viduarum necessitatibus, in virginum choris, in hospitũ aduentibus, in migrantium miseriis, captiuorum calamitatibus, ægrotantium & vlceratorum ope, & aliis huiusce-
Act.6.d modi rebus consumere cogatur: quid nam faciendum est? An ne omnes hi expellendi, & tanti portus exaggerandi, & quisnam factis naufragiis sufficeret? Quis lamentationibus? Quis fletibus? Quis vlulatibus vbique dispersis? Non igitur simpliciter quidquid in buccã ve-
Matth.25.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

nit loquamur:& nunc quidem,quod iam dixi,rationes vobis afferre paratus sum. Quod si secus esset, & corruptos magistros, & omnia diripientes & auaros habuissetis, nō tamen eorum malicia ad vestram satis esset excusationem.Benignus enim & sapientissimus dei filius vnigenitus, qui omnia antequam facta sint, cognouit,sciens multos in seculorum longitudine, & in tanto orbe terrarum ignauos,ne quis propter eorū pusillanimitatem angeretur, omni ablata vilitatis animi excusatione, Super cathedram Moysi, inquit,sederunt scribæ & pharisæi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis,seruate & facite, secundum verò opera eorū nolite facere.Ex quo significat quòd etiam si prauum magistrum habeas, nullam tibi poterit afferre vtilitatem, nisi eius verbis attenderis.Non enim ex magistri tui operibus,sed ab his quæ tu audita cōtempsisti, de te deus feret sententiam. Itaque si quæ tibi mādantur,seruares, multa tunc cum fiducia esses.Quum verò quæ tibi prędicantur,contemnas:& si innumeros corruptos sacerdotes in tui excusationē proponeres, nihil id tibi profuerit. Nam & Iudas apostolis connumeratus est. Veruntamen nihil hoc sacrilegia & auariciam † eius vnquam excusauit,] neque quisquam accusatus poterit in purgationem suam afferre apostolum furem fuisse, & sacrilegum & proditorem.Sed hocipsum maiorem in modum nos puniet,& cōdemnabit, quòd neque aliorum calamitatibus facti sumus sapientiores.Propterea nanque illa literis mandata sunt, vt eorum fugiamus cupiditatem. Quamobrem hoc & illo omissis, nobisipsis attendamus. Vnusquisque enim nostrum de seipso deo reddet rationem, quam vt iustam & probabilem afferamus,nostram formemus vitam,& larga manu indigentium inopiæ subueniamus,scientes hanc solam nobis parari posse excusationem, si nos rectè fecisse ostenderimus.Cætera omnia nihil profectò sunt. Quam si afferre poterimus, intolerabilia illa gehennæ supplicia effugiemus,& futura bona consequemur,quibus vtinā omnes digni efficiamur : gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem & cū quo patri gloria, honor & imperiū,cum sancto & viuificanti spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum,Amen.

Matt.23. a

† *cuiusquā excusabit.*

Homilia XXII.

NEscitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt,edunt: & qui altari deseruiunt, cum altari participantur:Ita & dominus ordinauit his,qui euangelium annunciant, de euangelio viuere. Multa vtitur diligentia,vt ostendat,non prohibitum accipere.Quare quum tot verbis superius in hanc sit vsus sententiam, ad legem venit,priore magis proprium exemplum afferens.Neque enim par erat, boues in medium adducere, & apertè de sacerdotibus legem in hoc positam relegare. Considera autem in hoc quoque Pauli sapientiam,quàm magnificè rei meminit.Nō enim dixit,qui in sacrario operātur,ab oblatoribus accipiunt:sed,quæ de sacrario sunt,edunt: vt neque illis qui accipiunt,exprobretur: neque qui præbent, inflentur. Quare quod sequitur ita posuit. Neque enim hoc in loco inquit,qui altari deseruūt, ab his qui sacrificant,[accipiunt:] sed, cum altari participantur.Siquidē quę oblata sunt,non amplius sunt offerentium,sed sacrarij & altaris: & non dixit sacraria accipiunt,sed quæ de sacrario sunt,edūt: suam iterum ostendens modestiam,& quòd neque pecunias accumulare oportet,neque ditescere.Quòd autem dicit,cum altari participantur,non æqualem dicit distributionem,sed debitum datum eis remedium.Atqui opera apostolorum longè erant maiora.Illic enim honor erat sacerdotum,hic autem pericula,cædes, neces.Quare omnibus aliis exemplis longè maius fuit dicere,Si nos vobis spiritualia seminauimus.Nam quum dixerit,seminauimus: tēpestates, pericula & inenarrabilia mala,quæ in suis prædicationibus perpessi sunt,ostenduntur.Veruntamen in tantis rebus noluit, neque vetera deprimere,neque sua extollere:†quæ potius deprimit,]non à periculis,sed à muneris magnitudine ea commendans.Nō enim dixit,si periclitati sumus,si insidias perpessi : sed , si nos vobis spiritualia seminauimus, & sacerdotalia opera : pro viribus his verbis extollit,quum dicit:Qui in sacrario operantur,& qui altari deseruiūt. Quibus verbis assiduam eorum seruitutem & tolerantiam significare intendit : vel potius ludæorum sacerdotes, Leuitarū scilicet & principum sacerdotum,vtrunque ordinē denotauit: hoc est,minorem simul atque maiorem. Illum quidem quum dicit, qui in sacrario operantur:hunc autem quum subdidit, qui altari deseruiunt.Non enim omnibus† vno erat opus præcepto.]Sed alij quidem crassiora, alij altiora agitabant.Hos igitur omnes cōprehendens, ne quis diceret,quid nobis vetera cōmemoras? nescis quòd perfectiorum præceptorū tempus est nobis? post illa omnia omnium vehementissimum posuit,dicens: *Sic & dominus ordinauit his,qui euangelium adnunciant, de euāgelio viuere.* Neque hic†tanquam homines]educari dicit, sed quemadmodum sacerdotes de sacrario & altari, ita euangelium adnunciantes de euāgelio : & quemadmodum illi comedunt, ita hi victū accipiunt,non†abundant,] non thesaurizant. Dignus est enim,inquit,operarius mercede sua. *Ego autem nullo horum vsus sum.* Quid igitur,si non hactenus vsus es,inquit,in posterū vti vis, & idcirco hæc dicis?Absit,etenim propterea quamprimùm correctione vsus est inquiens, *Non scripsi autē hæc vt ita fiant in me.* Et vide quanta cum vehementia negat: *Bonum est enim mihi magis mori,quàm vt gloriam meā quis euacuet.* Neque semel aut bis,sed sæpenumero hoc vtitur verbo:etenim superius inquit, Non vsi sumus potestate hac:& inde iterum,Vt non abutar potestate mea: & in hoc loco,Ego nullo horum vsus sum . Quibus nō vsus es?Multis scilicet exemplis. Nam quum multi hāc mihi præberēt potestatem,miles,agricola,pastor, apostoli,lex,& ea quæ in vos fecimus,& vos in alios, sacerdotes, Christi præceptum, nulli horum credidi†vt me lex solueret,]& acciperem.Et noli mihi prēterita afferre.†Imò enim quum possem multa de prēteritis dicere, propter hoc pertuli:]tamen illis solis rem meam non confirmo,sed & futura polliceor,quòd eligo potius fame perire,quàm hac priuari gloria.Bonū est enim mihi,inquit, magis mori, quàm gloriam meam quis euacuet:non dixit autem,legem meam quis soluat:sed,gloriam:ne quis diceret,quòd nō læto animo id faciat,sed tristi & inuito.Vult enim quāta lætitia afficiatur ostēdere,& quàm promptus sit:& id gloriam appellat,tantùm abest,vt conqueratur: quoniā & gloriatur & mori mauult, quàm huiusmodi gloriā amittere . Ita enim quàm vita dulcius erat , quod perpetiebatur. Inde alia ratione hoc extollit, & magnum esse significat,non vt seipsum clarum ostendat (longè enim ab eius moribus hoc aberat,)sed vt suum demonstraret gaudium, cuius vehementia suspicionem auferat.Propterea vt iam dixi, gloriam appellauit : & quid nam inquit? *Nam si euangelizauero, non est mihi gloria . Necessitas enim mihi incumbit.*

Infra.

† *sed nō sua extollit.*

† *idem quod erat præceptum.*

† *ab hominibus.*

† *negantur.*

Matth. 5. cæterū

† *vt legem meā dissiperet.*

† *Atqui licebat plura me superiorib. post propter hoc pertulisse.*

Væ au-

Væ autem mihi est, si non euangelizauero. Si autem volens hoc ago, mercedem habeo. Si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Quæ est ergo merces mea? vt euangelium prædicans, sine sumptu ponam euangelium Christi, vt non abutar potestate mea in euangelio. Quid inquiris, dic quæso, Paule? Si euangelizaueris, nō est tibi gloria, sed ú gratis communices? Igitur hoc quàm illud maius est? Minimè, [sed aliunde nonnihil amplius habet:] quoniam illud quidem præceptum est, hoc autem meæ voluntatis officium. Quæ enim supra præceptum fiunt, multam secundum hoc dictum mercedem consequuntur: quæ autem sub præcepto continentur, non itidem. Itaque hac sententia inquit, hoc illo amplius etle, non ex ipsius rei natura. Quid enim prædicationi comparari potest? Ea enim cum ipsis angelis certare facit. Veruntamen cum alterum quidem præceptum sit & debitum, alterum voluntatis promptitudo, secundum hanc rationē, hoc illo maius est. Quare hoc interpretatur, quod nunc dicebam, Si volens hoc ago, mercedem habeo: si autem inuitus, dispēsatio mihi credita est. Illa autem verba, volens & inuitus, pro coacto & non coacto accipit. Ita & illud, Necessitas mihi incumbit, intelligendum est. Non tanquam inuitus aliquid horum faciat: abiit: sed tanquā subditus præceptis & ad libertatis distinctionem in accipiendo, dictū est. Quare discipulis inquit Christ⁹, Quum omnia feceritis, dicite quia inutiles serui sumus, quæ enim debuimus facere fecimus. Quæ igitur merces mihi erit? vt euangelizans sine sumptu ponā euangelium. Quid igitur dic, quæso, Petrus nō habet mercedem? & quis nam vnquā haberet, quantam ille? Quid autem & reliqui apostoli? Qua igitur ratione inquit, Si autē volēs hoc ago, mercedem habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi credita est? *Animaduertis in hoc quoq; loco sapientiam:* nō enim inquit, si autem inuitus, non habeo mercedē: sed, dispensatio mihi credita est: ostendens, quòd hoc quoque modo habet mercedem, sed quantam qui præceptum seruat, non quantam ille qui in suis gloriatur operibus, & præceptum exuperat. Quæ ergo est merces nostra? vt euangelium prædicans, sine sumptu, inquit, ponam euangelium, [vt non abutar potestate mea in euangelio.] Vides quo modo omnino nomine potestatis vtitur, id ostendens, quod frequenter dixi: quòd neque qui accipiunt, accusandi sunt. Addidit autē id verbum, euangelium, cum vt euangelium significaret, tum vt vbiq; hoc prohiberet expellere. Magistrum autē accipere oportet, non autem omnino inertem. *Nam quū liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem.* Iterum hoc in loco aliam ponit superiectionem. Magnum quidem non accipere est, sed quod dicendū est, longe est illo maius. Quid autē est quod dicit? Non solum non accepi, inquit, neque solum non vsus sum potestate hac: sed seruum me feci, & seruitutem variam & multifariam seruiui. Non enim in pecuniis tantum, sed quod longè pecuniis maius est, in rebus multis & variis hoc ipsum ostendi, & seruum meipsum feci, quū nulli subditus essem, & nullius haberem necessitatem: hoc autem significat illa particula, quum liber essem ex omnibus: neq; vni seruiui, sed vniuerso orbi terrarum. Quare subdidit, Omnium me seruum feci. Nam præceptum erat tantummodo prædicare & adnunciare, quæ sunt concredita: innumera autem aggredi & considerare, iam mei studij fuit. Itaque abiicere duntaxat argentum debere me arbitrabar: ego autem vt exigerem, omnia faciebam, iterum suprà, quàm mihi præceptum esset, aggressus. Nam quum voluntatis promptitudine & charitate in Christum omnia feciſſet, non expleuit cupiditatem ad salutem hominum consequendam. Quare ex multa abundantia transcēdit aggeres, in omnibus supra ipsum cœlum prosiliens, & suam memorans seruitutem. Iam varios eius modos aggreditur. Quales autem hi sunt? *Et factus sum Iudæus tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrifacerem.* Et quó nam pacto id factū est? quando † circunciſus est,] vt circunciſionem aboleret. Propterea non dixit Iudæus: sed, tanquā Iudæus, quod dispensatio erat. Quid dicis? orbis terrarum prædicatur, & qui cœlū ipsum attigit, qui tanta claruit gratia, hîc repente tantum descendit? Certe: hoc nanq; ascendere est. Non enim hoc vidisti, quòd tantum descendit, sed quòd etiam inferius habitantem extollit, & ad seipsum adducit. *His qui sub lege sunt, quasi sub lege essem (quum sub lege non essem) vt eos qui sub lege essent, lucrifacerē.* Aut hæc expositio superioris est, vel aliud quiddam † præter id quod dictum est, significat: & quidē] Iudæos dicit, qui superiori tempore, & ab ipso principio tales fuerunt. Sub lege autem aduenas vel fideles factos, & adhuc † repugnantes legi.] Nondum enim erant tanquam Iudæi, sed sub lege. Et quando factus est sub lege? Quando abradebatur, quando sacrificabat. Fiebant autem hæc, non quòd mutaretur ei sentētia: siquidem id non careret malignitate: sed quòd permitteret charitas. Vt enim qui verè erant ad ea transferret, factus est ipse non verè, tantum ostentans, cum non esset: neque quòd eiusmodi haberet sententiā, ea faciebat. Quó nā enim pacto, qui alios mutare annitebatur? & propterea hæc faciebat, vt alios facientes ea humilitate liberaret. *His qui sine lege erant, tanquam sine lege essem.* Hi neque Iudæi, neque Christiani, neque Græci, sed sine lege aliqua, qualis erat Cornelius, & si qui alij cum illo: etenim ad illos profectus, multa secundum eorum morem simulauit. Quidam autem dicūt, ab epigrammate in ara disputationem ei factam apud Athenienses significare, quum dicit, His qui sine lege erant, tanquam sine lege essem. Deinde ne quis eum mutare sententiam arbitraretur, addidit: *Cū sine lege dei nā essem, sed in lege essem Christi:* hoc est, non solum sine lege non eram, sed neq; temerè in lege. Verum longè vetustiore lege prestantiorem legem habebam: hoc est, spiritus & gratiæ. Idcirco subdidit, Christi: deinde cum de hac opinione fiduciā præbeat, etiam huius † ascensionis] præmium iterum affert, inquiens: *Vt lucrifacerem eos, qui sine lege erant.* Et vbique † ascensionis] suæ causam adducit. Neque hactenus consistit, sed etiam, *Factus sum,* inquit, *infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem.* Hoc ex his reliquum dicit, cuius gratia hæc omnia dicta sunt. Atqui illa multo erant maiora, sed hoc magis proprium. Quare posterius id posuit: fecit autem & hoc apud Romanos, quando de cibis eos accusat: & alibi sæpenumero. Deinde ne in singulis ita dicendo versetur, inquit: *Omnibus omnia factus sum, vt † omnes] omnino facerem saluos.* Vides eminentiam: omnibus quidem factus sum omnia: non tamen omnes saluos facere arbitratus sum, inquit, sed vt saltē paucos saluos faciam, & studium & ministerium tantū sustinuit, † quantū credibile est, vt omnes salui fierēt:] non tamen sperabā posse me omnes vincere, quod maximum esset, & feruētis nimium promptitudinis. Nam qui seminat, vbicunque seminauit, non totum semen saluum reddidit, veruntamen suum fecit officium. Et quum eorum qui salui fiūt, paucitatem dixerit: rursum, Omnino, addendo eos, qui hæc ægre ferebant, consolatus est. Nam si non omne semen saluum fieri possit,

omne

Luc.17.c

Act.16.a

Act.21.c

Act.10.a

Ibidē 17.c

Rom.14.c

† circūcidit

† significat per priora quidem.

† retinentes legem.

† deficientibus.

† deficientibus] iuuat se ad aliorū captum demittit.

† aliquos.

† quātū par esset sustinere eū q omnes saluos faceret.

Universidad de Deusto
Biblioteca

omne tamen perire impossibile est:ideo inquit,Omnino:ac si necessarium sit, eum qui tantopere rem curet, etiam votum suum consequi. *Omnia autem facio propter euangelium,vt particeps eius efficiar.* Hoc est, vt videar ipse aliquid ex me attulisse,& communicem repositas coro
Hic sup.b nas fidelibus. Nam quemadmodum dixit de euãgelio viuere,hoc est,de fidelibus: ita hoc in loco quũ inquit, vt particeps euangelij efficiar, vt possim cum his particeps fieri, qui in euangelio credunt, significat. Animaduertis humilitatem, quo pacto in præmiorum remuneratione vnũ ex multitudine innumera se facit, qui omnium superauit labores. Vnde constat quòd etiam in meritis. Veruntamen ipse non censet potioribus sibi esse fruendum,sed satis sibi ducit,si cum aliis cõmunicet repositas coronas. Hæc autem dixit, nõ quòd mercede aliqua hæc faciat, sed vt illos etiam inde alliciat, & hac spe omnia facienda fratrum gratia persuadeat. Vides sapientiam? Vides certitudinis excellentiã? Quo modo præcepta exuperauit, vt non acciperet, cũ
†descẽsiõis. sibi liceret accipere. † Vides ascensionis ꝟmagnitudinẽ, quo modo in lege Christi etiam superiorem seruet legem,& his qui sine lege sunt, tanquam sine lege sit, Iudæis tanquam Iudæus,& in vtrisque summus apparuerit,& omnes vicerit. Idem & tu facias, & noli arbitrari minoris fore authoritatis, si cũ summus fueris, aliquid
† hoc enim nõ est decidere,sed descendere. abiectum fratris gratia perpetieris: † hoc enim non est authoritatem amittere,sed cõsequi.ꝟ Siquidem qui cadit,iacebit:vt vix possit surgere. Qui autem † ascẽdit,ꝟ etiam magno cum prẽmio ascendet. Quemadmodum
†descendit. & Paulus descendit quidem solus,ascendit autem cum orbe terrarum:non simulauit,neq; enim lucrum quęsisset eorum,qui salui facti sunt,si simulasset. Perditionem hypocrita quęrit,& vt accipiat simulat,nõ vt det quicquam. Paulus autem non ita,sed tanquam medicus,tãquam magister,tanquam pater. Medicus morbo laborãti, magister discipulo,pater verò filio, ad correctionem nõ ad damnum consentit, ita & ipse. Nam quòd non simulasset, quæ dicebat,cum neq; eiusmodi facere aut dicere cogeretur,sed animum suum & fiduciã vel-
Roma.8.g let ostendere:audi quid dicat,Neque vita,neque mõrs, neque angeli,neque potestates, neq; virtutes, neq; præsentia, neque futura, neque altitudo, neque profundũ, neq; alia creatura poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Iesu Christo domino nostro. Vides ne amo-
†amemus: rem longè igne vehementiorem:ita & nos Christum† amabimus:ꝟ etenim facile est,si voluerimus, neq; enim ille natura talis erat. Quare hoc & priora opera sua scripsit his contraria, vt disceremus volũtatis opus esse,& volentibus omnia fore facilia. Nolimus igitur desperare,sed licet maledicus sis,licet auarus,licet quocũque alio coinquinatus scelere, intelligas Paulum blasphemum fuisse, persecutorem Christi, iniuriũ & inter peccatores primo loco numerandum:& tamen repẽte ad ipsum virtutis cacumen ascendit, & ei nihil prior vita attulit impedimenti. Atqui nemo vnquam tanta insania maliciam amplexus est,quanta ille bellum contra ecclesiam: etenim animam suam tunc tradidit, & quòd non innumeras manus haberet, vt his omnibus Stephanum prosterneret,angebatur: tamẽ & sic inue-
Actu.7.g nit,vt pluribus eum falsorum testium manibus obrueret,quorum vestimenta seruabat,& quando in domos irrumpebat,perinde ac fera prosilibat, trahebat, laniabat viros,mulieres,tumultu,perturbationibꝰ, bellis innumeris omnia complebat:adeoq; omnibus formido-
†cõuersionẽ losus erat,vt apostoli post optimam † communicatio-

A nem suam, ꝟnondum auderent ei congredi. Tamen cũ eiusmodi esset,qualis postmodũ fuit,euasit. Nihil enim opus est in hoc lõgiori vti sermone:vbi igitur sunt,qui fati necessitatem libertati arbitrij opponunt? Audiant *Liberum arbitrium.* hæc & conticescant. Qui enim vult bonus fieri,ei nihil est impedimẽto:etsi ex pessimorum numero antea fuerit. Atqui etiam id nobis opportunius accidit,quòd secundum naturam est nobis virtus, præter naturam malicia,nõ aliter quàm bona & aduersa valetudo:etenim oculos nobis deus largitus est, nõ vt impudice aspiciamus,sed vt opera eius admirati,opificem adoremus,& quòd ad hunc nobis vsum oculi dati sint, cõstat ex his quæ videmus. Siquidem Solis & cœli pulchritudinem ex infinita videmus distantia,à qua nemo mulieris pulchritudinem deprehẽderet. Num animaduertis ad id nobis potius oculi vsus elargitos? Dedit item & audi-
B tum, non vt blasphema verba, sed salutaria dogmata acciperemus. Quare hoc? Quando enim absurdum aliquid accipitur, & animam & ipsum corpus torquet: Loquela enim periuri erigit capillos,inquit. & si crude *Eccles.5.b* le aliquid, aut inhumanum audimus,iterum perhorrescimus. Si quid placabile, si quid humanũ rursus, & lætamur,& gaudemus. & cum turpia loquamur, rubore auditorẽ perfundimus:si honesta, licenter & libere omnino proferuntur. Rebus nanq; quæ secundum naturã sunt,nemo erubescit, sed his quæ contra naturam. Et manus quidem quum aliquid rapiunt, se abscondunt, & requirunt excusationem: quòd si eleemosynam dederint,etiam gloriantur. Itaq; si vellemus, multum haberemus vbique ad virtutem momenti. Si autẽ voluptatem mihi dixeris à malicia prouenire,intellige quòd longe ampliora à virtute cõsequemur: etenim bonam
C conscientiam habere,& in omnium admiratione esse, & bene sperare, omnium dulcissimum est, si naturam voluptatis considerabimus: quemadmodum cõtraria omnium tristissima sunt, doloris naturam intelligẽti: vt exempli gratia,ab omnibus exprobrari, à seipso accusari,tremere,formidare & futura & præsentia. Et vt apertius quod dico fiat,ponamus aliquem,qui vxorem habeat,& proximi violet matrimonium, & tam fœdo furto lætetur,cum amata muliere fruitur:deinde rursus alium contrà statuamus,qui suam vxorem amore prosequatur. & vt maior & clarior vtriusque fiat excessus, hic qui sola sua fruitur,amẽt quidem illam adulteram, ab eius tamen amore abstineat,sed nihil cõmittat mali. Atqui non pura hæc continentia est, sed exsuperabũdantia,vt intelligas quãta sit virtutis voluptas, hoc pacto hanc fabulam effinximus. His igitur ita compositis
D vtrunq; percõtabimur,vtrius sit vita suauior: & audies alterum gloriantem, prosilientemq;, & in victoria cõtra cupiditatem exultantem: alterum rubore perfusum & suspirantem, vel potius nihil ab eo tibi expectandum est, quod intelligas. Eum nanque videbis,licet sæpenumero neget,quàm qui vinculis coërcentur miserius viuere. Siquidem omnes formidat,de omnibus suspicatur,& vxorem suam, adulteræ maritum, ipsam adulterã,familiares,amicos,cognatos,parietes,vmbras, seipsum deniq; suspectum habet,& quod omnium grauissimum est,conscientiam habet reclamantem, & singulis diebus latrantem. Quòd si dei iudicium cognosceret,minime cõsistere poterit. Voluptas quidem breuis est,sed ab ea dolor perpetuus: etenim & vespere & nocte,in deserto,in ciuitate & quocunq; locorum semper accusator sequitur,ensem ostendẽs acutum,& supplicia intolerabilia & formidinem, quæ eum semper

affligit

afflig it & consumit. Qui autem se continet, his omnibus liber est, & in libertate viuit, & nihil veritus suã intuetur vxorem, filios, amicos, & liberis oculis omnes cõspicit. Quòd ũ is qui amat, † tanta fruitur voluptate, cũ voti sit compos,] qui nõ amat, sed omni labe mundus se continet: quo portu, qua tranquillitate, nõ placidiorem & tranquilliorem animũ habet? † Sed quare hoc?] adulteros paucos, continentes plurimos videas. Quòd si id suauius esset, multi profecto eligerent. & noli mihi afferre legum formidinem, quibus minimè continentur, sed ipsa duntaxat rei turpitudine, & quoniam plura sunt in eo misera quàm suauia. Præterea & conscientiæ stimulus angit. Huiusmodi nanque adulter est. At si placet auarum quoque adducamus in medium, & aliũ item amorem legibus abutentem ostendamus: quem itidem eadem torqueri formidine deprehendemus, neque potentem pura frui voluptate: etenim quum quos iniuria afficiunt, & qui de eis conqueruntur, & communem omnium de illis sententiam cõsidero, innumeris sanè fluctibus iactantur. Neq; hoc duntaxat molestum est, sed quòd neque re amata potiri possunt. Huiusmodi enim auarorum mos est, habent ne fruantur, non vt fruantur. Quòd si hoc obscurius fortasse dictum videtur, etiam quod peius est, & magis dubiũ audias, quòd non solum rerũ præsentiũ voluptate priuantur, quodq; non audeant eis pro voluntate vti, sed nunquam his satiari possunt, & in perpetua eorum siti anguntur: quo quid fieri potest grauius? Verum iustus non eiusmodi est, sed omni tremore, odio, formidine, & incurabili hac siti liber est. & quemadmodum homini illi omnes imprecantur: ita omnes pro hoc vota faciunt: & vt ille nullum sibi amicum conciliat, ita hunc nemo odio habet. † Quid horum quæ manifesta sunt, an malicia in-suauius, an virtute suauius esse possit? Imò si innumera dixerimus, nemo neque illius miseriam, neq; huius voluptatem posset verbis comprehendere, donec ea fruetur. Tunc etenim felle maliciam amariorem inueniemus, cum virtutis dulcedinem degustauerimus. Siquidem etiam nunc iniucunda, & grauis, & molesta malicia est, quod neq; ipsi eius cultores contradicunt. Verũ cum eam abiecerimus, tũc apertius eius aspera præcepta intelligemus. Ad quam si multi concurrũt, nihil mirum. Nam & pueri sæpenumero minus suauia eligunt, negligunt autem potiora: & aduersa laborantes valetudine, pro caduca gratia perpetuam & certiorem lætitiam perdiderunt: hoc amantium infirmitatis & amentiæ est, non ipsius rerũ naturæ. Nam qui in voluptate viuit, is virtute fruitur, is sine dubio dives est, & verè liber. Quòd si quis alia quidem virtuti permitteret, libertatem scilicet, licentiam curarum vacationẽ, nullius metum, nullius suspicionem, voluptatem autẽ minimè permitteret: iam à profusiore quidem risu me cõtinere nõ possem. Quid enim aliud est voluptas, quàm curarum, formidinis, ignominiæ vacatio, & omnibus inuictum esse? & quis nam in voluptate est, dic, quæso? Num insanus, num furens, & multis agitatus cupiditatibus, & qui communi sensu caret: an qui his omnibus fluctibus liber, tanquam in portu philosophia cõquiescit? Nõnne perspicuum est hunc esse in voluptate, sed hoc virtutis proprium esse apparet. Vicium autem nomen tantum voluptatis habet, reuera autem omni caret voluptate: & antequam fruatur, insania est, non voluptas: postea vero quàm eam consecutus quis est, quã primum & ipsa extinguitur. Si igitur neq; in principio, neque post modum huiusmodi videri voluptatẽ licet,

† nec amari cedit, tanta fruit volup tate.

† Propterea vtique.

† Quid igit cũ hæc manifesta sint, aut malicia insuauius, aut virtute suauius esse posit?

vbi apparet, & quo modo? Vt autem apertius, quod dico, intelligas, exemplum sermoni nostro adducamus. Considera igitur. Amauit quispiam mulierem pulchrã atq; speciosam, hic quousq; amore suo non potitur, furentibus & insanientibus similis est. Cum potitus est, cupiditas illa extinguitur. Quòd si neq; in amoris principio lætatur, (insania enim id est) neque in fine: (coitu enim furor ille dissoluitur) vbi iam eam voluptatẽ inueniemus? Sed nostra non huiusmodi est, sed in principio omni quidem caret perturbatione, & ad finẽ vsque floret ac viget, vel potius nullus est apud nos voluptatis terminus. Neque enim bona nostra vllo fine cõcluduntur, neque vnquam ipsa voluptas dissoluitur. His igitur cognitis, si nobis voluptatis cura est, virtutẽ complectamur, vt & præsentia bona consequamur, & futura: quibus vtinam digni efficiamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, cum sancto & viuificante spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia XXIII.

Nescitis quòd qui in stadio currunt, omnes quidem currũt, sed vnus accipit brabium? Cum magnam humilitatis vtilitatem, & quasi summã perfectionẽ ostendisset apostolus, ad quã ipse magis omnibus aliis ascenderit, vel potius superuenerit, quũ nihil acciperet: rursum omniũ maximè descendit: & vtriusq; horum tempora nota nobis faciẽs, perfectionis scilicet & humilitatis, iam asperius eos tangit, ex quo significat, † quòd si ea quæ faciebant, perfecta] eis esse viderentur, stultus quidã esset labor & superfluus. Neque hoc tam manifestè dicit, vt eos nõ pudeat. Quibus autem hoc confirmet, ostẽdit. Quum enim dixisset, quòd in Christum peccant, quòd fratres perdunt, quòd nulla eis à perfecta cognitione est vtilitas, nisi charitas accesserit, iterum ad commune venit exemplum, quum inquit: Nescitis quòd qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brabium? Hoc autem dicit non tanquam vnus ex omnibus salutem sit consecuturus, sed tanqua multam adhibere debeant diligentiam. Quemadmodum enim ex his qui in stadium descendunt, non multi coronãtur, sed ad vnum defertur corona, & nõ satis est tantum in spectaculo sedere, neque vngi tantum, & certare: ita & in hoc loco, nõ satis est fidem habere, & quomodocunq; certare: sed nisi ita nos cursu exercuerimus, vt ad metam vsq; inuictos nos præbeamus, & perueniamus ad propositum præmium, nihil sanè consequi poterimus. Nam si perfectum teipsum arbitraris, inquit, secundũ quam habes cognitionem, nondum tamen omnia accepisti. Quod indicãs addidit: *Sic currite vt comprehendatis.* Nullo igitur modo comprehenderunt: & ita dicendo etiam comprehẽdendi modum edocet. *Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet.* Quid hac particula, ab omnibus, significatur? Nõ ab vno se abstinet, ad alterum autem se indifferenter habet: sed † saturitate,] gula, ebrietate, & ab omnib° simpliciter affectibus se abstinet: hoc quodam modo & in exterioribus fit certaminibus. Neque enim inebriari licet certãtibus certationis tempore, neq; scortari, ne vires deficiant, neq; circa alia vacare: sed ab omnibus simul abstinendo, solummodo suis vacãt certaminibus. Quòd si illic huiusmodi fiunt, vbi in vnum coronam conferri necesse est: multo magis hîc, vbi plurima contentio, neque vnus tantum coronatur, & ipsa præmia multo labores exuperant. Quare reprehensiuè

† q. ea quæ faciebãt, & quæ pfecta.

† scortatiõe.

Universidad de Deusto
Biblioteca

reprehensiuè id ponit, dicens: *Illi quidem vt corruptibilẽ coronam accipiant, nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro, quasi non incertum.* † Vt eos auertat ab externis, seipsum] in medium adducit, qui doctrinæ modus est optimus. Quãobrem vbiq; hunc morem exequitur. Quid autem illa particula, non incertum, significat? † Non frustra & temerè ita loquitur, quemadmodum nos.] Quid in idolorũ templa ingredi vobis affert emolumenti? Et quid nam inde perfectionis comparatur? Nihil sanè. Verum non ego talis, sed omnia quæ facio, pro proximorũ salute facio: & si perfectionem ostendam, eorum gratia: si humilitatem, eorum gratia:] & si Petrum superauero non accipiendo, eorum gratia, ne scilicet scandalizentur: & si viliorem me omnibus facio † cæsus,] abrasus, ne item decipiantur, hoc est, non incertum. Tu autem quare in idolorum sacrificiis comedis, dic quæso? Sed nullam potes excusationis causam afferre. Cibus enim te apud deum minimè collocat. Neq; si comederis, superfluum facis: neq; si nõ comederis, priuaberis. Temere igitur, & sine ratione curris: hoc etenim significat, quasi non incertum. *Sic pugno non quasi aerem verberans.* Rursum quòd hoc frustrà & temere significet, subdidit: habeo, quem percutiam diabolum. Tu autem non tantum eum non percutis, sed prorsus illius robur † habes.] Primum igitur sic eos tolerans loquitur. Nam cũ eis vehemẽtius vsus sit in superioribus, iterum à reprehensione abstinet, & in finem sermonis sui profundum vulnus reseruat: hoc igitur in loco dicit, quòd frustra & temere faciunt: posterius autẽ ostendit, quòd in multam capitis eorum perniciem, & sine vllo fratrum detrimento. Neq; ipsi insontes hæc † vident.] *Sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne fortè quum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* Hoc in loco & qui vẽtris cupiditate detinentur, ostendit: & qui eum habena continere nolunt, & perfectionis specie suam implent voracitatem. Quod superius dicere voluit, quum dixit, Esca ventri, & venter escis. Quum enim fornicationem deliciæ fecerint, & idololatriã pepererint, meritò multis in locis hunc morbum tangit: & quanta propter euangelij prædicationem passus sit, ostendit, & hoc cum illis posuit. Quemadmodum igitur, inquit, transcẽdi præcepta, & maximè cum non facile mihi esset præceptum: Etenim omnia, inquit, sustinemus: ita & in hoc loco, Multum sustineo laborem, vt sobrie viuam. Siquidem intractabilis est cupiditas, & ventris voracitas. Veruntamen eam cohibeo, & non trado meipsum affectibus, sed omnem fero laborem, vt ab illis nõ distrahar. Nolite igitur existimare me hæc sine labore corrigere: etenim cursus est, & palæstra, & naturæ violentia frequẽter se obijciens, & se vendicare annitẽs in libertatem. Sed non patior, verum affectus cõprimo, & ipsam naturam multis sudoribus subijcio: hæc aut † dico, Jvt nemo à certando desperet pro virtute. Nam laboriosum est. Quare, inquit, Castigo, & in seruitutem redigo. Nõ dixit, perdo. (non enim inimica caro est) sed, castigo & redigo in seruitutem: quod domini est non hostis, magistri non inimici, exercitatoris non aduersarij. Ne forte cũ aliis prædicauerim, ipse reprobus inueniar. Quòd si Paulus hoc timuit, cum talis esset præceptor, & post prædicationem & orbis terrarum susceptum patrimonium formidauit, quid nam nos dicem⁹? Nolite enim putare, inquit, solã fidem ad salutem vestram satis esse. Nam si prædicare, docere, innumeros ad salutẽ adducere, mihi non sufficit ad salutem, nisi me irreprehensibilem exhibeam: longe minus vobis. Inde ad alia rursum venit exempla: & quemadmodũ superius apostolorum opera, & communis consuetudinis & sacerdotum, & sua etiã posuit: ita & hoc in loco quæ in olympicis certaminibus, & quæ ipse facit adducens, iterum ad veteres procedit historias, & cum grauius loqui deberet, communem facit admonitionem, neq; de propositis tantum, sed de omnibus simpliciter Corinthiorum morbis loquitur. Et in externis certaminibus, Nescitis inquit: hoc autẽ in loco, *Nolo vos ignorare fratres.* Cap.X. Hoc verò dicebat, vt ostenderet, non multum in his eruditos esse. Et quid nã hoc est, quod vis nos nõ ignorare? *Quoniam patres nostri omnes [sub nube fuerunt, & omnes] mare transierũt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari, & omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & eundem potum spiritualem biberunt. Bibebant autem de spirituali, consequẽti eos, petra: petra autem erat Christus. Sed non in pluribus eorum beneplacitum est deo.* Et quá nam gratia hæc dicit? Vt ostendat, quòd quemadmodum illis nõ profuit tanti muneris fructus: ita neq; his baptismatis munus, [& spiritualia mysteria percipere, nisi vitam tali gratia dignã exhibuerint. Propterea & baptismatis] & mysteriorũ adducit figuras. Sed quid nam significat illa particula, In Moyse baptizati sunt? Quemadmodum nos qui Christo credimus, in eius resurrectione baptizamur: ita ipsi qui iisdem communicant † ministeriis.] Baptizantur enim, inquit, pro mortuis videlicet corporibus nostris. Ita & illi quòd Moysi confisi sunt, hoc est, viderunt eũ primum mare transeuntem, etiam ipsi mari se credere ausi sunt. Sed quum velit figuram iuxta veritatem ponere, non ita locutus est, sed veritatis nominibus vsus est etiam in figura. Sed hæc quidem, baptisma: quæ autem sequuntur, sacram mensam significant. Nam quẽadmodum tu corpus dominicum manducas, ita & illi manna manducauerunt: & sicut tu sanguinẽ bibis, ita illi aquã de petra biberunt. Quãuis in sensu quæ dabãtur perciperentur, spiritaliter tamẽ dabantur, non secundũ naturæ consequentiã, sed secundũ muneris gratiam, & cũ corpore etiam animã in fidẽ † adducentem nutriunt.] Propterea de cibo quidẽ nihil dixit. † Expulsus]enim erat, non ipso tantummodo, sed natura. Mãna enim erat. In potu autem quoniam satietatis modus solus erat admirabilis, etiam confirmatione indiguit. Quare quum dixisset, quòd potum spiritualem bibebãt: addidit, [*Bibebant enim de spirituali, consequẽte eos, petra:* & adiunxit,] *Petra autem erat Christus.* Non enim ipsius petræ natura aqua, inquit, scaturiebat. Siquidem etiam ante scaturisset: sed alia quædam spiritalis petra omnia operata est: hoc est, Christus, qui præsens vbique omnia fecit miracula: ideo dixit, consequenti. Animaduertis Pauli sapientiam, quo pacto vtrorumq; eum largitorẽ ostẽdit, & hac in parte figuram iuxta veritatem adducit. Qui enim illa illis præbuit, inquit, his etiam hanc præparauit mensam: & ipse idem & illos per mare, & te per baptisma adduxit: & illis manna & aquam, & tibi corpus & sanguinem dedit: & ipsius munera huiusmodi sunt. Videamus autem quæ sequuntur & consideremus, si his qui munere indigni viderẽtur pepercit. Sed hoc minimè dicere potes. Quamobrem addidit,

Sed non in pluribus eorum beneplacitum est deo. Atqui quũ eos tanto honore dignaretur, nihil tamẽ eis id profuit, sed plures perierunt, & profectò omnes perierunt. Sed ne in his omnino exitiũ prædicere videretur, idcirco, plures, dixit: Innumeri erant, sed nihil profuit multitudo, & omnia illa signa erant dilectionis, non tamẽ vllam assecuti sunt vtilitatem. Siquidem neque ipsi vllũ præ se

† Vbi illos reprehendevit per externa, seipsum etiam dein ceps.

† Ad scopũ quẽdã respiciẽs, inquit, non frustra & temerè, quemadmodum vos.

† circũcisus

Suprà.8.c

† auges.

† audent.

Suprà.6.c

Suprà 4.c.

† dicit.

† adducentem nutritia, nutrit.

† immacul

Universidad de Deusto
Biblioteca

præ se tulerunt dilectionis argumentum: quum enim in gehennæ sermonibus multi diffiderent, vtpote qui non adessent neque apparerent, ab his quę iam facta erant, ostendit quòd peccatores deus supplicio afficit, quamuis sit ignisimus sit. Quòd si futuris non creditis, inquit, † neque sanè præteritis credetis. Considerate autè quantis eos beneficiis affecit. Ex Aegypto & Aegyptiorum seruitute liberauit. Mare eis lustrauit, mãna é cœlo pluit, é terra & loco alieno aquarũ fõtes admirabiles scaturire iussit. Aderat eis vbique in miraculis, & vndique eos muniebat. Veruntamen quum vel pro tanto munere gratitudinis nihil ostendissent, non pepercit eis, sed perdidit omnes. & quo nam pacto, audi: *Prostrati sunt*, inquit, *in deserto*. Sic dixit, & repentinum eorum exitium, & pœnas & supplicia dira hoc verbo ostendit. Et quòd neque proposita præmia sunt consecuti: neque enim in terra promissionis hæc habuerunt, sed extra & longe à loco illo: & duplici eos affecit supplicio, & non immittendo terram videre, & maximè quam eis promiserat, & puniendo grauissimè. Et quid ad nos hæc? inquit. Ad te quidem. Quare addidit,

Hæc autem in figura facta sunt nostri. Quemadmodum enim dona figuræ sunt, ita & supplicia: & quemadmodum baptisma & mensa præscribebatur, ita ex sequentibus, quòd tali munere indigni punietur, propter nos prædixit, vt huiscemodi exemplis continentiores efficeret. Quare subdidit, *Vt non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt.* Sicut enim in beneficiis figuræ præcesserunt, & deinde secuta est veritas, ita in suppliciis eueniet. Vides quo pacto non tantum puniendos ostendit, sed etiã magis quàm illi. Nam si alia quidem figura est, alia veritas: necessarium est, vt in suppliciis multum *sicut in muneribus* excedatur. Et considera, quos primum tangit: eos scilicet, qui in idolorum templis comederunt. Quum enim dixisset, Ne simus concupiscentes malorum, quod erat vniuersale: addit etiam & secundum, speciem, ostendens singula peccata à mala prouenire cupiditate. & primum hoc ponit,

Neque idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis, quemadmodum scriptum est, Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Audisti quo modo iterum idololatras appellat, sed hoc quidem in loco ostendit. Posterius autẽ confirmat, & causam ponit propter quam ad illã mensam cucurrerunt, hoc est, gulæ. Quamobrem quum dixisset, Vt non simus concupiscentes malorum: & addidisset, Neque idololatræ efficiamini: causam huiusmodi iniquitatis adducit in medium, gulam scilicet: Sedit enim, inquit, populus manducare & bibere: deinde etiam finem addit, & surrexerunt ludere. Quemadmodum igitur illi, inquit, à deliciis in idololatriam exierunt, ita timendũ est, ne hinc illuc incidatis. Animadvertis quo modo † perfectiores ostendit hos, illos] minus perfectos: quos perterruit non tantum, quòd non perferrent, sed quia alij stulticia, alij gula peccarent: & ex illorum perditione his supplicium autumat, hos autem nõ dimittit in alium peccati sui excusationem referre, sed ex illorum detrimento & suo eos reos ostendit. *Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt.* Qua gratia hoc iterum in loco fornicationis meminit, quũ antea tot de ea verba fecerit? Mos semper Paulo est, quandocunque multa peccata reprehendit, etiam ordine ea disponere, & per singula ad ea quæ proposita sunt deuenire, & in aliorum sermonibus etiam priorũ facere mentionem. Quod & deus in veteri faciebat testamento, quum in singulis Iudæorum erratis vitulum cõmemorabat, & peccatum illud in mediũ recensebat. Idem Paulus hoc in loco facit, quum vt illud eis peccatum in memoriam reducat, tum vt doceat, hoc malũ inde principium habuisse, à deliciis videlicet & gula. Quamobrem subdidit, *Neque fornicemur sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt, vna die viginti tria milia.* Et quare non posuit idololatriæ punitionem? Vel quoniam manifestum erat, & notum, vel quoniã tunc tanta cædes facta non est, quanta tempore Balaam, quum initiati sunt Beelphegor: quum Madianitarum mulieres in acie apparuerunt, & eos in libidinem traxerunt secundum consilium Balaam. Nam quòd consilium Balaam malum fuisset, significat Moyses in sequẽtibus, quum in fine libri † Numeri] ita dicit, Balaam quoq; filium Beor interfecerunt gladio in bello Madian, cum vulneratis & spolia adduxerũt, & iratus est Moyses & dixit, cur fœminas reseruastis? Nónne ipsæ sunt quæ deceperunt filios Israël ad suggestionem Balaam, & præuaricari vos fecerunt in domino super peccato Phegor? *Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt.* Per hoc aliud item peccatum significat, & in fine ponit accusando eos, quòd de signis pugnauerunt, & tentandi gratia † exsoluti sunt, dicentes: Aliquando venerunt bona, aliquando præmia. Ideo addit horum gratia eos corrigens & perterrens:

Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Neque enim id est quod quæritur, inquit, vt pro Christo quis patiatur, sed magno animo quæcunque acciderint subeat, ac etiã omni voluptate afficiatur: hoc enim est omnis corona, vt si id non esset supplicium, ægro animo ferrent, ac etiam quærerent: ideo apostoli verberati gaudebant, & Paulus in tormentis gloriabatur. *Hæc autem omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correctionem nostram, in quos fines seculorum deuenerunt.* Iterum finem commemorando eos perterret, & maiora quàm quę facta sunt, expectari cõfirmat. Quòd enim pœnam daturi simus, ex prædictis manifestum est: inquit, & his, qui de gehenna verbis fidem non adhibent. Quòd autem etiam grauiorem, ex his, quæ plurima consecuti sumus beneficia, & his quibus illa figurę sunt. Nam si in muneribus excessus est, cõstat etiam in supplicio esse: ideo & figuras appellauit, & propter nos † scriptum est,] & finis meminit, vt consummationis seculorum nos admoneret. Nõ enim tũc talia erunt supplicia, vt finem habeant & dissoluantur, sed æternum supplicium. Quemadmodum enim huius seculi pœnæ vnà cum præsenti vita abolentur, ita illæ perpetuo manent. Quum autem dicit, Fines seculorũ, nihil aliud intelligit, quàm quòd iam horrendum iudicium instat. *Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat.* Iterum eorum contundit superbiam, qui de se magna præsumunt. Nam si ij, qui tanta consequuti sunt, eiusmodi sunt perpessi, & alij quidem ob murmurationem duntaxat tantum dederunt supplicium, & alij autẽ tentationibus, neque multitudo deum reuerita est, neque tantorum bonorum spe adducta: multo magis nobis, nisi sobrij fuerimus, id accidet. Et bene dixit, Qui se existimat stare. Non enim stare est, vt stare oportet, quando quis suiipsius viribus confidit. Siquidem quamprimum eiusmodi homo cadit. Nam & illi nisi magna saperent, & sibi confiderent, sed essent coërciti, non vtique ea paterentur. Vnde perspicuum est, superbiam maximè & desidiam, & ab ea gulam horum malorum esse fontes. Itaque si stetisti, caue ne cadas. Hoc in loco particula, stare, non firmiter stare significat, quouscq; præ-

† *non sanè præteritis credere recusabitis.* *Exod.14.g*

Num.20.g

† *perfectos scilicet ipsos ostendit illis.*

Num.25.b

Exod.23.g

Num.25.a

† *Numerorum.*

Num.31.b

Ibidẽ 11.b

† *Murmurabãt, dicẽtes, quando venient bona, quãdo prænia?*

Num.14.f

Actо.5.g

2.Corĩ.11.g & 12.b

† *scripta est, se dixit.*

lentis

Universidad de Deusto
Biblioteca

sentis vitæ fluctibus liberemur,& ad tranquillum portum appellamus. Nolito igitur si stas nimium tibi confidere,sed caue ne cadas.Nam si Paulus qui omniũ firmissimus erat,formidauit,longè magis nobis formidãdum est.Apostolus quidem dicebat,Itaq; qui existimat se stare,videat ne cadat.Nos autem nõ poterimus hoc dicere, quum (vt ita dicam) supini ac deprauati, humi iaceamus.Et cui nam hoc dico? Ei qui singulis diebus in rapinis versatur?Sed iacet magno scelere pressus.sed fornicatori?sed humi proiectus est. At ebrio?verum ipse quoque iacet,non tamen se iacere cognoscit. Itaque non huius verbi tempus est, sed illius prophetici quod
Psal. 40. b ad Iudæos dicebat,Nunquid qui cadit, nõ resurgit?Siquidem omnes iacent,neq; volunt surgere. Itaque admonemur nõ vt non cadamus,sed vt si prosternamur, resurgere possimus. Resurgamus igitur saltem serò dilectissimi,resurgamus & forti & generoso animo perseueremus:quãdiu iacemus,quãdiu inebriabimur,multa rerum secularium cupiditate grauati?Et profecto facile dictu est, ad quem in præsentia loquar, quem tester. Ita omnes ad ipsam virtutis doctrinam surdi sunt, &
† & si nudas animas videre liceret, vt in exercitu post prælij congressum, alios quidẽ mortuos vidẽ, alios quidem saucios:sic & in ecclesia videremus. plurimis hinc malis referti: † & nudas animas videre licet, quales in exercitu post prælij congressum, alios quidem mortuos,alios autem sauciositales in ecclesia.] Ideo hortor & admoneo,manum alter alteri porrigamus & excitemur : eteni ego ex sauciorũ numero sum, & eorum qui medicina indigẽt . Sed nolite propterea desperare.Nam etsi grauia sunt vulnera, nõ tamen incurabilia.Talis enim noster medicus est, modo nostra vulnera cognoscamus, vt etsi in vltimam venerimus malicià,multas tamen nobis salutis vias præparauerit: & si proximo tuo recõciliaberis,peccata tibi dimittet.
C Si enim dimiseritis,inquit,hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cœlestis delicta vestra. Et si eleemosynam dederis,parcet tibi:Iniquitates tuas, inquit,eleemosynis redime.& si diligenter oraueris,remissionem consequeris:& hoc vidua illa ostendit,quæ crudelem iudicẽ precibus flexit.& si peccata tua accusaueris,ab his curaberis. Narra enĩ tua peccata primus, vt iustificeris, inquit. Pro quibus si molestia afficieris, hoc quoque maximum tibi erit remedium.Vidi enim, inquit, quòd doluit,& quod abiit tristis,& sanaui vias eius.& si quod mali acciderit, id generosè perpetiaris, id omne auferam.Hoc ad † proximum] Abraham dicebat,quia recepit Lazarus mala in vita sua,& hîc cõsolatur.& si viduæ misericordia moueberis,abluẽtur peccata tua:Iudicate,inquit,pupillo,defendite viduam, & venite & arguite me,dicit dominus. Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur , & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt: neque enim vllam vulnerum cicatricem apparere permittit . Sed & si in tam infimam scelerum conditionẽ deiiciemur,in quam prodigus ille qui vniuersum consumpsit patrimonium, deiectus est, quum siliquas comederet,& nos pœnituerit, omnino salutem cõsequemur.Etsi decem milia talenta deberemus, & procideremus,neque succensebimus, omnia nobis dimittẽtur. Etsi aberrabimus, vt ouis quæ gregem suũ reliquit, inde nos deus reuocat : [velimus tantum charissimi, benignus est deus.] Ideo & in eo qui debebat decẽ milia talenta,vt procideret : & in eo qui patrimonium consumpserat,solo reditu: & in oue sola vt portaretur voluntate, contentus fuit . Quum igitur benignitatis eius magnitudinem intelligamus, hîc eum nobis reddam° propicium,& præoccupemus faciem eius in confessio-

† diuitem. Luc. 16. e

Esaiæ 1. c

Luc. 15. c

Matth. 18. c & 12. a

ne:ne quum hinc migrabimus, inexcusabiles vltimum subeamus supplicium. Nam si in præsenti vita studium vel paruum adhibuerimus,multa lucrabimur.Quòd si neque hîc meliores facti emigramus, quanuis illic maiorem nos in modũ pœnitebit, nihil amplius cõsequemur:etenim qui intra fossas manent, eos certare oportet non deflere post dimissum spectaculũ & incassum lachrymas effundere: quemadmodum diues ille frustra lugebat & lamentabatur, quum bene operãdi tempus contempsisset.Verum non ille solus, sed alij multi secundum illũ nunc diuites sunt, qui pecunias nolunt contemnere:sed animã pro pecuniis negligunt. Quos ego admiratione dignos arbitror, quũ videã assiduo deũ de misericordia allocutos, grauissimo tamẽ morbo affectos, & tanquam hosti animæ suæ non parcere.
B Nolimus igitur nos deludere, nolimus dilectissimi,neque decipiamus nosmetipsos,neque deum nostri misericordia moueri censeamus,si pecunias,delicias,& omnia simpliciter huic præferimus misericordiæ . Neque enim si quis cuipiam diem dixerit, & alicuius grauissimi sceleris accusauerit,quo innumeras mortes mereretur,& in sua esset potestate,vt in tali sentẽtia paucis pecuniis liberaretur,vellẽtque potius mori,quàm aliquid ex suis soluere facultatibus, vlla eum misericordia & venia dignũ duxeris.Hoc igitur tecum reputa: etenim nos hoc facimus, qui salute contempta, pecuniis parcimus. Quo modo à deo veniam cõsequi arbitraris, † cùm sibi ita parcat , & animæ pecuniam præponat?] Quare maiorem in modum horresco . Quantæ in pecuniis latent † blandiciæ,] vel potius non in pecuniis, sed decipientium animis? Sunt, etenim sunt,qui vehementer huiusmodi impostoras irrideant.† Quid enim in nobis impostoris dignum est?]Nunquid inanimata † materia est?Nunquid caduca? Nunquid infida eorum † possessio?Num formidinis plena,& periculorum?num cædis & insidiarum?num inimiciciarum & odij? num desidiæ & maliciæ plurimæ?num terra?num cinis?Quę amentia,qui morbus?Sed non tantum accusandi sunt, qui talibus morbis afficiuntur,inquit,sed hic amor dissoluendus.Et quò nam alio pacto dissoluetur,quàm ostendendo malum esse, & plurimarum miseriarum plenum?Verum hoc non facile est persuadere huius mundi amatoribus,nisi alia pulchritudo opponatur.Sed rerum corpore carentium pulchritudinem, qui affectibus detinetur,intueri non potest . Igitur corpoream ostendamus,& ad eum dicamus: Intuere prata, & flores qui in eis sunt, omni auro,& variis lapidibus suauiores & pulchriores . Intuere varios fontium fluxus , & fluuios instar olei sine strepitu è terra fluentes . Intuere
D cœlum , & considera Solis splendorem, decorem lunæ, stellarum flores. Et quid hoc, inquit, Neque enim his tanquam pecuniis vtimur.Atqui magis quàm pecuniis,& vsus eorum [magis necessarius ac] certior.Non enim timueris, ne quis tanquam pecuniis his direptis abeat, sed licet tibi perpetuo his confidere,& omni penitus cura,& solicitudine vacare. Sin autem quoniam cum aliis his frueris, idcirco doles , & nõ solus ea quẽadmodum pecunias possides:non pecunias,sed † cupiditatem] dũtaxat mihi videris desiderare. Quippe qui minimè pecunias amares, si communes omnibus proponerentur.Igitur quum dilectam inuenimus, cupiditatem dico,agè tibi ostendam,quo pacto ea te odio habet,& te relinquit,quo pacto cõtra te ensem acuit,quot barathra effodit,quot struit laqueos, quot parat præcipitia , vt hoc saltem pacto ardorem extinguas . Vnde

† cupiditatem. petitores fortunæ.

autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem hæc cognosci possunt: ex itineribus, bellis, mari, iudicijs. Siquidē & pelagus sanguine sæpenumero impleuit, & iudicum enses iniuste non nunquam cruentauit, & latrones qui noctu vias obsident, declinante die arma capiunt. Ipsa vt natura ignoraretur, persuasit. Ipsa patricidas & matricidas effecit. Ipsa omnia vitæ mala induxit. Quare radicem malorum Paulus eā appellat. Ipsa suos amatores, quàm qui metalla effodiunt, nulla meliori cōditione esse permittit. Vt enim illi perpetuo in tenebris inclusi & ligati maximis exercētur laboribus: ita & hi in auariciæ speluncis defossi, nulla necessitate & vi, sponte sua supplicium subeunt, & seipsos insolubilibus vinculis alligant. At rei illi vesperi saltem laboribus relaxantur: Hi autem die, noctuq; huiusmodi mala metalla effodiunt. Et illis quidem mensura diffinita est laboris: hi verò nullam mensuram norunt, sed quāto magis effodiunt, tanto magis miseriam illam desiderant. Quòd si illi inuiti operantur, hi sponte, difficultatem mihi morbi enarras, à quo minimè liberari possunt. Siquidem non odio habent, quod malo afficiantur, sed tanquam sus in cœno: ita hi in auariciæ sordibus inuoluti lætantur, grauiora patientes quàm rei illi. Quòd enim peiori sunt conditione, audi eorum vitā, & hoc pacto intelliges. Dicitur ergo aurea illa terra hiatus, scissuras, & cauernas in opacis speluncis habere, & malum aliquem virum illic laboribus damnatū, & propterea lucernam & bidentem accipere, ita intus ingredi, & guttum secum ferre, vt lucernæ oleū instillet, eo quòd illic tenebræ sunt, & in die obscuritas, vt diximus. Inde quum tempus ad miserum cibū vocat, quod ipsi ignorant, sed carceris illius custos è loco superiore vehementer speluncam pulsat, ob pulsum & vocē manifestum fieri miseris in cauernis laborantibus, diei finem adesse. Nōne horum auditu perterremini? Iam videamus, an his grauiora patiantur auari: ecenim hi grauiorem habent carceris sui custodem auariciam, & tāto grauiorem, quanto cum corpore animam quoq; colligat, & tenebræ hæ lōgè illis horridiores. Quippe quæ insensibiles sunt, sed intrinsecus generantur, & quocūque abeunt, secum deferunt. Cæcatus nanque est eis animæ oculus, omnium maximè eos deus † miseria afficit, J dicens: Si autem lux in te tenebræ sunt, quātæ sunt tenebræ? Et illi quidem saltem lucernam habent ardētem, hi autem eo priuantur lumine. Quamobrem singulis diebus in innumeras cauernas decidunt. Et rei illi præterea nocte aduentāte respirant, in communi infœlicium tranquillitate nauigantes, tranquillitatē noctem appello: auaris autem etiam hunc auaricia portū obstruit: tantam & tam difficilem curam in hac nocte habent, vtputa quos nihil perturbat, sed in summo ocio seipsos affligunt: & hæc quidem huiuscemodi sunt. Illa autem quæ nam narrabit oratio, fornaces intolerabiles, igni ardentia flumina, dentium stridores, vincula insolubilia, vermem venenosum, tenebras obscurissimas, & mala nullo fine præscripta? Timeamus igitur dilectissimi, timeamus tantorum malorum, & supplicium fontem. Insatiabilem cohibeamus furorem, nostræ salutis pestē. Nullo enim pacto simul stare possunt, & argenti & animæ amor. Intelligamus pecunias & terram esse & pulverem, quæ nos quum hinc migrabimus, relinquent. Immo & ante migrationem nostrā nonnunquam nos deserunt, & in futurum & præsens seculum nobis magnum afferunt detrimentum. Siquidem ante gehennam & futurum supplicium innumeris & in hac vita nos bellis circunuenit, seditionesq; & pugnas excitat. Nihil enim adeò bellorum causa est, vt auaricia. Nihil tam pauperem facit, siue in diuitiis sis, siue in paupertate. Nascitur enim & in pauperum animis grauissimus hic morbus, & longe magis eorum cōterit paupertatem: & si pauper auarus inueniatur, non in pecuniis talis est, sed in fame dat pœnam. Non enim ipsa rerum mediocritate licenter frui patitur, & fame ventrem afficit, & totū corpus nuditate & gelu excruciat, & longè captiuis squalidior, sordidiorq; vbiq; apparet, semper deflet, semper lamentatur, tanquam omnium miserrimus, etsi innumeri sint pauperiores: siue in forum hic se conferat, multis acceptis cicatribus discedit: siue in balneum, siue in theathrū, plura accipiet vulnera, non ab his qui spectant tantum, sed ab his quę sunt in scena, maximè quum multas fornicarias mulieres auro fulgentes intueatur: hic siue nauiget mare, quū mercatores & naues mercium plenas viderit, & quantum ipsi lucrentur, neque se viuere existimabit: siue terrestre iter fecerit, agros, suburbana, diuersoria, balnea, & eorum prouentus reputans, mortuam sibi vitam arbitrabitur: siue domo se incluserit, quæ in foro vulnera acceperit recolens, maiorem in modum labefactat animam, & vnum tantum nouit malorū quibus angitur, remedium, hoc est mortem, quo liberari possit. Hæc autem non pauper tantum, sed & diues, si in hunc morbū inciderit, patietur: & tanto magis quàm pauper, quanto maior illis violētia imponitur, & maior ebrietas. Idcirco omnium se pauperrimū arbitratur, vel est potius. Non mensura facultatum, sed animi affectu diues, & pauper diiudicatur: & ille maximè omnium mendicus est, qui semper maiori angitur cupiditate, neq; vnquā potest tam graui affectui modum imponere. Hæc nos omnia reputantes, auariciam fugiamus, quæ pauperem efficit, quæ animam corrumpit, quæ gehennam amat, odio habet regnum cœlorum, quæ vt vno verbo omnia complectar, omnium malorum mater est: † vt bonisq; veris fruamur & pecunias cōtemnamus, vt J repositas nobis opes comparemus: quę vtinam omnes consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria, in secula seculorum, Amen.

1. Tim. 6. b

Mat. 6. c

† miseros significat,

† pecuniāt cōtēnamus, vt pecuniis fruamur, & cum pecuniis.

Homilia XXIIII.

TEntatio vos non apprehendit, nisi humana. Fidelis autem deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tētatione etiam euentum, vt possitis sustinere. Quum Corinthios perterruisset merito veterum exemplorū narratione, etiam in solicitudinem his verbis iniecit, † ne cadant. J Sunt autē qui multas tentationes tulerunt, & qui in his sępenumero exerciti sunt: etenim in infirmitate, inquit, in timore & tremore multo fui apud vos. Ne dicerent, quid nos perterres? quid formidinem incutis? non sumus horū malorū immemores: etenim † diminuti sumus, J & persecutiones accepimus, & multa & frequentia pericula subiuimus: vt eorum iterum sedaret superbiam, inquit: Tētatio vos non apprehēdit, nisi humana: hoc est, parua, breuis, mediocris. Quod enim humanū est, id paruum dicit: quemadmodum in alio loco, Humanum dico propter infirmitatē carnis vestræ. Nolite igitur superbire, inquit, tanquam tempestatem superaueritis. Nondum enim nouistis periculum mortis, nondum tentationem mortis: quod etiam Hebræis dicebat, Nōdum enim vsque ad sanguinem restitistis, aduersus peccatū repugnantes. Inde cum eos perterruisset, vide quo pacto rursum exuscitat, † persuadēdo modestę, J inquiēs:

† Qui se existimat stare, videat ne cadat.

Supra 2. a

† agitati fuimus.

Roma. 6. c

Heb. 12. b

† posse aquā vt moderate sentirent, suaserit.

Fidelis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fidelis autem deus, qui non patietur vos tentari vltrà quàm ſuperare poteſtis. Sùnt ne ergo tentationes quas ſuperare non poſſumus? & quæ nam ſunt illæ? Omnes, vt ita dicã. Poſsibilitas enim in diuino nutu eſt, quam noſtro alliciemus cõſilio. Quare vt certo cognoſcas, non ſolum illas, quæ virtutem noſtram exuperant, nõ poſſe nos ſine diuino auxilio facilè ſuſtinere, ſed ne has quidem humanas, addidit: ſed faciet cum tentatione & † prouentum, ‖ vt poſsitis ſuſtinere. Et quid nã hoc ſignificat? Neq; enĩ † modeſtos illos, quod dixi, inquit, propria virtute extollem°, ſed in hoc etiã loco diuino indigemus auxilio, vt eos & doceamus, & antequam docuerimus, perferamus. ‖ Ipſe nanq; & patientiã dat, & celeritatem mutationis inducit, vt in hac parte tolerabilis fiat tentatio: hoc autẽ ſignificauit, cum dixit: faciet euentũ, vt poſsitis ſuſtinere. & omnia ei tribuit. *Propter quod fratres chariſſimi mihi fugite ab idolorum cultura.* Iterũ eos ‖ allicit cognationis nomine, ‖ & multa cum feſtinantia cogit eos, vt ab huiuſmodi peccato liberentur. Neq; enĩ dixit, diſcedite ſimpliciter: ſed, fugite, & rem hanc idolorũ culturã appellat. Itaq; non amplius propter proximi detrimentum diſcedere tantum iubet, ſed ſuiipſius cauſa id ſufficiens oſtendit, quod maximã affert calamitatem. *Vt ſapientibus loquor. Vos ipſi iudicate, quod dico.* Quum magnum quiddam locutus, accuſationẽ auxiſſet, culturam idolorum appellans, ne iam exaſperare eos videretur, & grauiorem ſermonem faceret, ad eos iam remittit iudiciũ, & laudando eos iudices conſtituit, quod maximè confidentis iuſticiæ ſuæ eſt, cùm eundem quem accuſat, verborum ſuorum iudicem appellat. Quæ verba maiorem in modum auditorẽ erigunt, quando non præceptoris more neq; legiſlatoris, ſed conſultoris, & iuſticiã ab eis requirẽtis loquitur. Iudæis enim vtputa ſtultioribus & pueriliter affectis, non ita deus loquebatur. Nam nunquam cauſas eis dicebat, cur præciperet, ſed præcipiebat tantum. Hoc autẽ in loco cum multam ſumus libertatem conſecuti, iam etiam conſilio fruimur, & tanquã ad amicos loquitur, dicẽs: Non mihi opus eſt aliis iudicibus: vos ipſi hanc mihi feratis ſententiam. Vos accipio iudices. *Calix benedictionis, cui benedicimus, nõne communicatio ſanguinis Chriſti eſt?* Quid dicis beate Paule, cum vis auditorem confundere, & horrendorũ myſteriorum meminiſſe, calicem benedictionis appellas, calicem illum formidoloſum & horroris plenum: Sanè quidem. Non enim paruum eſt quod dicitur. Siquidem cum benedictionem dico, Euchariſtiam dico: & dicendo Euchariſtiam, omnem benignitatis dei theſaurum aperio, & magna illa munera cõmemoro: etenim cum calice inenarrabilia dei beneficia, & quæcunq; conſecuti ſumus, addimus: ita ad eum accedimus, cũ eo cõmunicamus, gratias agentes, quòd humanũ genus errore liberauit: quòd cum ſpem nullã haberemus, & impij in hoc mũdo eſſemus, fratres & cõſortes ſuos aſcripſit: his, & cæteris huiuſmodi gratiarum actionibus, accedimus. Quo modo igitur contraria non facitis, ô Corinthij, inquit, cum deo benedicatis, quòd ab idolis vos liberauit, iterũ ad eorũ menſas curritis? *Calix benedictionis, cui benedicimus, nõne communicatio ſanguinis Chriſti eſt?* Maximè his ſibi verbis & fidem facit, & horrorem. Eorũ autẽ huiuſmodi eſt ſententia: Quod eſt in calice, id eſt, quod à latere fluxit, & illius ſumus participes. Calicẽ autẽ benedictiõis appellauit, quoniã cum præ manibus eum habemus, cum admiratione & horrore quodã inenarrabilis doni, laudamus, benedicentes quòd ſanguinẽ effudit, ne in errore permaneremus: neq; tantũ effudit, ſed nos omnes eius participes effecit. Itaq; ſi ſanguinẽ cupis, inquit, noli idolorum aram brutorũ animalium cæde, ſed meum altare meo ſanguine aſpergere. Quid hoc admirabilius dic quæſo? quid amabilius? Hoc & amantes faciunt, cum amatos intuentur, alienorũ cupiditate allectos: ſua verò contẽnentes, propriis elargitis ſuadent, vt ab illis abſtineant. Sed amantes quidẽ in pecuniis, veſtibus, poſſeſſionibus, hãc oſtendũt cupiditatẽ, in proprio ſanguine nemo vnquã. Chriſt° autẽ & in hoc curã, & vehemẽtẽ in nos dilectionẽ oſtendit. Et in veteri quidẽ teſtamẽto, cũ imperfectiores eſſent, quẽ idolis offerebant ſanguinem, cũ ipſe accipere voluit, vt ab idolis eos auerteret. Quod etiã inenarrabilis amoris ſignũ erat. Hîc autem multo admirabilius & magnificẽti° ſacrificiũ pręparauit, & cũ ſacrificiũ ipſum cõmutaret, & pro brutorum cæde ſeipſum offerendũ præciperet. *Et panem quẽ frangimus, nõne communicatio corporis Chriſti eſt?* Quare non dixit, participatio? Quia amplius quiddam ſignificare voluit, & multam inter hæc conuenientiam oſtendere. Non enim participatione tantum & acceptione, ſed vnitate communicamus. Quemadmodum enim corpus illud vnitum eſt Chriſto, ita & nos per hunc panẽ vnione coniungimur. Sed quare addit, Quem frangimus? Hoc in Euchariſtia videre licet. In cruce autẽ minimè, ſed omnino contrà: Os enim eius inquit, nõ conteretur. Sed quod in cruce paſſus non eſt, id in oblatione † patitur, & propter te frangi permittit. ‖ Inde quum dixiſſet, communicationẽ corporis: quod enim cõmunicat, alterum eſt ab illo cui communicat, etiã hãc quæ parua videtur eſſe, differentiam tollit. Nam quum cõmunicationem corporis dixiſſet, quiddam magis prorium addidit, inquiens: *Quoniam vnus panis, & vnũ corpus multi ſumus.* Quid enim appello, inquit, communicationẽ? Idem ipſum corpus ſumus. Quid nam † ſignificat ‖ panis? corpus Chriſti. Quid autẽ fiunt qui accipiũt? corpus Chriſti. Non multa ſed vnũ corpus. Nam quẽadmodũ panis ex multis granis vnitur, vt minimè grana appareant, ſed tamen grana ſunt, verum incerta diſcretione coniuncta, † inuicem Chriſto coniungimur. ‖ Non enim ex altero corpore tu, ex altero ille educatur, ſed ex eodem omnes. Ideo ſubdidit, *Omnes † qui de ſio eiuſdem vno ‖ pane participamus.* Quòd ſi ex eodem & idem omnes efficimur, quare nõ eandẽ præ nobis ferimus dilectionem, & fiamus ſecundum hoc vnum? Etenim progenitorum noſtrorum temporibus hoc erat. Multitudinis autem credentium, inquit, erat cor & anima vna. Hoc autem tempore minimè, ſed omnino contrà. Multa & varia interea vndiq; bella, & feris crudelius inuicem contra mẽbra noſtra irruimus. Et Chriſtus quidẽ tanto te ſibi inferiorem coniunxit, tu autem fratri mutua cura coniungi minimè dignaris, ſed te ſegregas, cum tantũ vitę & dilectionis à domino conſequaris. Nõ enim ſimpliciter corpus ſuum tradidit, ſed quum prior carnis natura à terra formata, à peccato mortalis facta, à vita deſerta eſſet, aliam vt ita dicã maſſam, & fermentũ induxit: hoc eſt carnem ſuam natura quidem eandẽ, verum à peccato liberam, & vitę plenam: quam omnibus tribuit: vt participes fierent: vt ea nutriti, & priore abiecta, quæ mortua erat, per hanc menſam † viuentem, & immortalem ‖ commiſceremur. *Videte Iſrael ſecundum carnem. Nõne qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris?* Iterum à veteri teſtamento ad hoc inducit. Quum enim magnitudine multò eſſent dictis humiliores, etiã à prioribus & conſuetis eis ſuadet: & bene ſecundum carnem, inquit,

† euentum † mediocres illas quod dixi, inquit, propria virtute ſuſtinebimus, ſed in his etiam diuino opus habem° auxilio vt eas ptrãſcam°: & priuſquã pertrãſierimus, ferã°

Ver° in calice ſanguis.

Exod. 24. Num. 25. & Iudic. 2. ‖ pauci pro tertio ſi ſuſtinere, vt mox, ſi ſuſtinere. tio.

† tũ.

† ſic & in. cẽ & in. † quidã de vno. Act. 4. † in vitã immortalem mortalem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

inquit, tanquam ipsi secundum spiritum sint. Quæ verba id significãt, Saltem à crasioribus erudiamini, quòd qui edunt hostias, participes sunt altaris. Animaduertis quo modo ostendat perfectam non habere cognitionem eos, qui tamen videtur esse perfecti. Siquidem nescimus communitatem quandam ab his, & amicitiam multis erga dæmones fieri sæpenumero, cum paulatim à consuetudine attrahantur. Nam si in hominibus mensæ & salis cõmunicatio, amoris causa est & signum, hoc idem in dæmonibus accidere potest. Tu autem cõsidera, quo pacto de Iudeis non dixit, quòd deo participãt, sed quòd participes sunt altaris, etenim †templum conflagrauit:]In corpore autem Christi non ita, sed aliter. Quo modo † cõmunicatio corporis Christi est, inquit, nõ altaris, sed Christi participes facti sumus. Nam cum dixisset, quòd participes sunt altaris: inde metuens, ne ita loqui videretur, tanquam idola † vim haberent lo- B quendi, & aliquid offendendi:] vide quo modo ea iterum destruxit his verbis: *Quid ergo dico quòd idolis immolatum sit aliquid, aut quod idolum sit aliquid?* Hęc autem dico, inquit, & admoneo, non quòd nocere quicquam idola, aut vim vllã habere possint, quippe quæ nihil sunt, sed volo vt ea despiciatis. Et si vis despicere, inquit, qua gratia tãto studio ab his nos abducis? Quoniam ad dominum tuum non accedent. *Quæ enim immolant gentes, inquit, dæmoniis immolant, & non deo.* Nolite igitur currere ad contraria. Neq; enim si regis filius esses, inde ad †spiritalem]mensam acceptus, ea dimissa, cum reis & captiuis in carcere habitare velles: neque permisisset pater, sed omni conatu abduxisset. Non quòd mensa nocere possit, sed tuam ignominia afficere nobilitatem, & regiam mensam fœdare: etenim hi serui sunt, qui offenderunt, qui *ignominia affecti sunt, qui rei, qui deuincti, qui ad intolerabiles pœnas iudicati, & innumeris malis obnoxij*. Quo modo igitur non erubescis, vt gulosus, vt illiberalis, cum huiusmodi noxij mensam apponant, & ad eam curris, & eorum quæ apponuntur, particeps efficeris? Propterea abduco vos. Ipsum enim sacrificantium propositum & accipientium [persona,] immunda quæ apposita sunt, reddit. *Nolo autem vos dæmonum participes fieri.* Vides diligentis patris humanitatem, vides quantam hoc verbum affectionis significãtiam habeat? Nihil volo, inquit, vt commune cum illis habeatis. Inde cum admonuisset ne quis ex stultioribus despiceret, tanquam haberet potestatem, cum dixisset, † volo,] & vos iudicate: manifestat iam, & legem his verbis affert: *Non potestis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorum, nõ potestis mensæ domini participes esse, & mensę dæmoniorum.* & nominibus tantum vt abducat contentus est. Deinde re- D prehensiue, *An æmulamur dominum? nũquid fortiores illo sumus?* Tentamus eum, an nos punire possit, & ad hostes deficiemus, & cum ipsis in aciem veniemus? Hoc autem dixit, vt veterem eis historiam in memoriam reduceret, & † spiritalem] iniquitatem. Quare eo verbo vsus est, quoad Iudæos Moses aliquando, eos idololatriæ arguens dei nomine vsus est. Ipsi enim æmulati sunt in nõ deo, prouocauerunt me in idolis suis. *Nunquid fortiores illo sumus?* Vides quàm formidolose, quàm horrende eos exterruit, & neruos eorum concutit, & eos ad †incontinentiam] adducens, vehementer tangit & deprimit superbiam. Et quare non ab ipso principio hæc posuit, quæ maxime eos abduxissent? Quoniam Paulo mos est, pluribus quæ vult, cõfirmare, & fortiora posterius ponere argumenta, & eorum copia superare. Propterea ab inferioribus incipiẽs, ad ipsum malorum caput

†cõburebatur quod positũ fuerat:

† vim habe rent, & in aliquo lede re possent:

†patrem

† rem abstrahendam

†nolo,

A ascendit. Ita enim hoc fit probabilius, cum eorum animus sit prioribus delinitus. *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant. Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius.* Animaduertis quanta vtitur prudẽtia? Cum enim credibile esset omnes dicere, Perfectus sum & meiipsius dominus, & sine vllius offensione, quæ mihi apponuntur, comedo. Certe inquit, perfectus quidem es, & tui dominus. Sed noli hoc considerare. Verum an detrimentum hęc res habeat, & excidium: etenim vtrunque dixit his verbis, Non omnia expediunt, non ædificant: alterum pro se, alterũ pro fratre ponens. Dicendo enim, Nõ expediunt, illius perditionem significat: dicendo autem, Non ædificant, fratris scãdalum. Quamobrem subdidit, nemo quod suum est, quærat: quod vbique per totam confirmat epistolã. Præterea ad Romanos scribens, Etenim Christus, in- *Rom.15.a* quit, non sibi placuit. Et iterum: Sicut ego omnibus pla- *Hic infrà.g* ceo, non quærens meam vtilitatem: & hoc iterum in loco, non tamen id exponit. Nam cũ in superioribus multis id rationibus confirmasset, & minime vtilitatem suã quærere ostendisset, sed Iudæis tanquam Iudæum loquutum esse, & his, qui sine lege sunt, tãquam sine lege, & libertate sua & potestate nõ simpliciter vsum, sed in omnium vtilitatem seruisse omnibus: paucis cõtentus verbis hoc in loco se absoluit, & ex his paucis eorum, quæ dicta sunt omnia in memoriam reducit. Hęc ergo cum *Christi cor-* intelligamus dilectissimi, velimus inuicem vnitatẽ ser- *pus quo mo* uare. Ad hoc enim nos inducit sacrificium illud formi- *do sumẽdũ.* dandum & admirabile, quod iubet nobis, vt cum concordia & charitate maxima ad se accedamus, & aquilæ in hac vita facti, ad ipsum cœlum euolemus, vel potius supra cœlum. Vbi enim cadauer, inquit, illic & aquilæ. *Matt.24.c*

C Cadauer domini corpus propter mortem: nisi enim illa cecidisset, nos non resurrexissemus. Aquilas autem appellat, vt ostendat, ad alta eum oportere contendere, qui ad hoc corpus accedit, & nihil cum terra debere ei esse commune, neque ad inferiora trahi & repere, sed ad superiora semper volare, & in Solem iustitiæ intueri, mentisque oculum acutissimum habere. Aquilarum enim non graculorum hæc mensa est. Et tunc occurrent è cœlis descendenti, qui nunc † merito] fruuntur: †digne quemadmodum qui indigne, vltima patientur. Nam si regem quis non inconsiderate acciperet: quid dico regem, immo ne regium quidem vestimentum immundis manibus tangeret, quamuis in solo loco solus esset. Atqui nihil aliud id vestimentum est, quàm vermium filum. Quòd si tincturam admiraris, etiam ipsa mortui piscis sanguis est. Verum id nemo immundis manibus tractare auderet. Quòd si hominis vestem nemo temere attingeret: quo pacto omnium domini corpus purum & immaculatum, quod diuinæ illius naturæ particeps est, propter quod & sumus & viuimus, propter quod portæ inferi fractæ sunt, & cœlorum apertæ, tanta cum ignominia accipiemus? Nolimus obsecro, nolimus impudentes nosipsos interimere, sed cum † hono- †horrore re] & mundicia omni ad † deum] accedamus: & quan- †illud do id propositum videris, dic tecum, Propter hoc corpus non amplius terra, & cinis ego sum: non amplius captiuus, sed liber. Propter hoc, cœlum & quæ in eo bona sunt, me accepturum spero: propterea immortalem vitam, angelorum sedem, Christi consuetudinem. Hoc corpus affixum, verberatum, morte victum nõ est. Hoc corpus sol crucifixum videns, radios auertit. Propter *Matt.27.f* hoc & velum tẽpli scissum est & petræ, & terra vniuersa tremuit. Hoc idem corpus cruciatum, lancea vulnera-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum, fontes ſanguinis & aquæ vniuerſo orbi ſalutares ſcaturiuit. Vis & aliunde vires eius intelligere? interroga quæ ſanguinis fluxum paſſa eſt, quæ non Ieſum, ſed eius veſtimentum, nec totum ſed eius fimbriam duntaxat tetigit. Interroga mare, quod dorſo ſuo id pertulit. Interroga ipſum diabolum, & dicito, Vnde inſanabile vulnus accepiſti? vnde vires amiſiſti? vnde captus es? à quo detineris? à quo fugis? Nihil aliud quàm à corpore reſpondebit crucifixo, per quod ſtimulum ſuum confregit, per quod caput contriuit, per quod principatus & poteſtates eius † coërcitæ ſunt.] Spolians enim, inquit, principatus & poteſtates traduxit, confidenter palàm triumphans de illis in ſemetipſo. Interroga mortem, & dicas, vnde periit ſtimulus tuus? vnde diſſoluta eſt victoria tua? vnde inciſi ſunt nerui tui? & pueris & puellis ridicula facta es, quæ & tyrannis & iuſtis omnibus antehac eras formidoloſa: & corpus hoc horum omnium A
Matt. 9. c
Luc. 8. d
† *traductæ ſunt.*
Coloſſ. 2. c
Infra 15. g
B
causam eſſe profitebitur. Quod cum crucifixum eſt, tum mortui ſuſcitati ſunt. Tum carcer ille & æreę portæ fractæ ſunt, & mortui ſurrexerunt, & omnes inferi ianitores fugati ſunt. Atqui ſi ex multitudine vnus fuiſſet, contrà euenire oportuit. Mors præualuiſſet, non tamẽ præualuit. Non enim ex aliorum erat numero. Idcirco à morte ſolutus eſt. Et quemadmodum qui cibum accipiunt, quem continere non poſſunt, etiam quem antè comederunt, propter illum euomũt: ita in Chriſti morte vſu venit. Mors cum corpus quod corrumpere non poterat, accepiſſet: etiam illa eiecit, quæ comprehenderat. Siquidem cum Chriſtum haberet, dolebat & affligebatur, quouſq; eum euomuit. Idcirco inquit Apoſtolus, Soluens dolores mortis. Neque enim aliqua mulier quæ filium parit, ita dolet, vt illa cum corpus dominicum comprehendiſſet, diſtrahebatur, lacerabatur. Et C quod in Babylonio dracone factũ eſt, quando accepto cibo crepuit medius: idem in hoc vſu venit. Non enim per os mortis Chriſtus rurſum erupit, ſed medio draconis ventre rupto, atque diſcerpto, ex adytis clariſsimus euaſit, & radios non ad hoc vſque cœlum, ſed ad ipſum ſupernum thronum dimiſit. Illuc nanque ipſum extulit, quod etiam nobis exhibuit, & vt teneremus & manducaremus, quod maximũ dilectionis ſignum eſt. Quos enim amamus, nonnunquam etiam morſu petimus. Quare Iob vt ſeruorum in ſe amorem oſtenderet, dicebat, illos ſæpenumero nimio in ſe amore dixiſſe, Quis det de carnibus eius, vt ſaturemur? Ita & Chriſtus ſuam carnem dedit nobis, vt ea ſaturaremur, quo nos in plurimum ſui amorem allexit. Ad eum igitur cũ feruore accedamus & dilectione quàm vehementiſsima, ne grauius ſubeamus ſupplicium. Quanto enim maius D beneficium accipimus, tanto magis puniemur, quando eo indigni apparebimus. Hoc corpus in præſepe reuerити ſunt Magi, & viri impij & barbari longo itinere cõfecto, cũ timore & tremore plurimo adorauerunt. Imitemur igitur ſaltem barbaros nos, qui cœlorũ ciues ſumus. Illi enim cum id præſepe & tugurium tantum, neq; eorum quicquam, quæ tu nũc intueris viderent, ſumma acceſſerunt reuerentia & horrore: Tu vero non in præſepe id, ſed in altari: non mulierem, quę in vlnis teneat, ſed ſacerdotem præſentem, & ſpiritum perabũde ſuper propoſito diffuſum ſacrificio vides. Nec ſimplex] vt illi corpus intueris, ſed & eius potẽtiam, & omnem cognoſcis adminiſtrationem, & nihil eorũm quę per ipſum facta ſunt, ignoras: & diligẽter initiatus es in omnibus. Excitemur igitur, horreſcamusq;, & maiorẽ quàm barbari illi præ nobis feramus pietatem, vt non ſimpliciter
Iob 31. d
Matt. 2. b
† *ſimpliciter*

neque frigide accedentes vehementiori igni caput obiiciamus. Hæc autem non dico, vt non accedamus, ſed ne temere accedamus. Quemadmodum enim frigida acceſsio periculoſa eſt, ita nulla myſticæ illi⁹ cœnæ participatio, † peſtis eſt & interitus. Ipſa nanq; mẽſa, animę noſtræ vis eſt, nerui mentis, fiduciæ vinculũ, fundamẽtum, ſpes, ſalus, lux, vita noſtra. Si hinc hoc ſacrificio muniti migrabimus, maxima cum fiducia ſanctũ aſcendemus veſtibulum, tanquam aureis quibuſdam † veſtibus] vndique cõtecti. Et quid futura cõmemoro? Nam dum in hac vita ſumus, vt terra nobis cœlũ ſit, facit hoc myſterium. Aſcende igitur ad cœli portas, & diligenter attende, immo non cœli, ſed cœli cœlorũ, & tunc quod dicimus, intueberis. Etenim quod ſummo honore dignum eſt, id tibi in terra oſtendam. Nam quemadmodum in regiis, non parietes, non tectum aureum, ſed regium corpus in throno ſedẽs omnium præſtãtiſsimum eſt: ita quoque in cœlis regium corpus, quod nunc in terra videndum tibi proponitur. Neque angelos, neq; archangelos, non cœlos, non cœlos cœlorum, ſed ipſum horum omnium tibi dominum oſtẽdo. Animaduertis quónam pacto, quod omnium maximum eſt atque præcipuũ in terra non conſpicaris tantum, ſed tãgis: neque ſolum tangis, ſed comedis, & eo accepto domum redis. Abſterge igitur ab omni ſorde animã tuã. Præpara mentem ad horũ myſteriorum ſuſceptionem. Etenim ſi puer regius purpura & diademate ornatus tibi ferendus traderetur, nónne omnibus humi abiectis, eum ſuſciperes? Verum nunc cum non hominis regium puerum, ſed vnigenitum dei filium accipias, dic quæſo, non horreſcis, & omnem ſecularium rerum amorem abiicis, & eo te ſolo ornatum reddis, ſed adhuc humum aſpicis, pecuniæ incũbis, terræ deditus es: & quàm nam veniam cõſequeris, quam excuſationem? Nónne vides dominum tuum omnem pompam ſeculare penitus abieciſſe. Nónne propterea in præſepe poſitus eſt, cum primum natus eſt, & vilem matrem voluit? Non propter hoc ei, qui ad diuerſorium ſuum reſpiciebat, inquit, Filius autem hominis nõ habet, vbi caput reclinet? Quid diſcipuli? Nónne eundem ſeruauerunt morem, in pauperum domos introducti, & alius quidem ad coriariũ, alius ad tentoriorum opificem, & ad eam quæ vẽdebat purpuram, diuertebant? Non enim domus magnificentiam, ſed animarum virtutem quærebãt. Huiuſmodi & nos deſideremus, & columnarum & marmorum pulchritudinem contemnamus, & ſupernas tantum manſiones perquiramus, & omnem huius mũdi ſuperbiam cum pecuniarum cupiditate conculcantes, animum altius erigamus. Nam ſi ſobrij erimus, † nullus noſter cultus, nulla porticus, nullus deãbulationis loc⁹ dignior.] Quare hortor, vt noſtram animam exornemus, hanc propriam præparemus, quam ſolam, cum hinc migrabimus, ſociam habebimus, vt ſempiterna conſequamur habitacula, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria, in ſecula ſeculorum, Amen.
Luc. 9. f
† *nullus*
] *haud ſcio*
erit digna
medii pa
cus & a
habitacula
ſalutis

Homilia XXV.

Omne quod in macello venit, manducate: nihil interrogantes propter conſcientiam. Cum dixiſſet impoſsibile calicem domini bibere, & calicẽ dæmoniorum, & omnino ab illorum menſis auditores auertiſſet, † & à Iudæorũ exẽplis & humanis rationibus, † cũ pri ab horrẽdis myſteriis, ab his quæ in idolis facta ſunt, & *dæmõ* multam eis incuſsiſſet formidinẽ, ne eius gratia in aliũ *pla, tum p* iterũ errorẽ impelleret, & cogeret, curioſius quàm opus ſit timere,
† *ſimpliciter*
ut ſi

Universidad de Deusto Biblioteca

sit timere, nequando quicquam tale siue ex foro siue aliunde ignorantibus ipsis eueniret, huiusmodi eos soluens necessitate, inquit, Omne quod in macello venit, manducate: nihil interrogantes. Nam si nescius, inquit, comederis, neque videris, non reus eris supplicij. Ignorationis enim gratia feci sti, non gulæ. Neque hac tantum solicitudine liberum dimittit, sed etiam alia, & in magna eos licentia & libertate constituit. Siquidem nō dimittit interrogare, hoc est, inquirere, & inuestigare: an idolorum sacrificium sit, nec ne: sed omnia indifferenter ex foro comedenda: neq; percontari quid sit appositum, vt nulli præbeat respondendi materiam. Itaq; qui comedit & ignorat, is liber est: huiusmodi enim nō suapte natura mala sunt, sed voluntas ipsa facit immūdum. Idcirco inquit, nihil interrogantes. Domini enim
Psal.23.a est terra & plenitudo eius, ergo non dæmoniorum. Quòd si terra dei est, & terræ fructus, & bruta dei sunt. Si igitur omnia dei sunt, nihil est immundum. Fit autem immundum à cuiusque voluntate & inobedientia. Propterea non tantum permisit, sed *Si quis infidelium vos ad cœnam vocat, & placet accedere, omne quod vobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam.* Animaduerte iterum viri modestiam. Non enim præcipit & statuit discedendum, sed neque prohibuit: & rursum qui discedunt, omni eos liberat suspicione. Quid tandem? Ne metus & formidinis alicuius tāta videretur esse curiositas. Qui enim diligētius percontatur, formidinem præ se fert. Qui autem postquam audierit, abstinet, contemptus & odij gratia abstinere arguitur. Quamobrem Paulus ad vtrunque respiciens, inquit: Omne quod vobis apponitur, manducate. *Si quis autem dixerit, hoc immolaticium est idolis: nolite manducare propter illum, qui indicauit.* Non enim tanquam vim habeant, sed tanquam ab immundis abstinendum iubet. Nolite igitur ac si nocere possint effugere. Nullam enim habēt vim. Neque cum ita sit, sine differentia his vtimini. Siquidem inimicorū est, & sceleratorum mensa. Idcirco inquit, Nolite manducare propter illum qui indicauit, *Et propter conscientiam. Domini enim est terra, & plenitudo eius.* Vidēs ne quando & quo modo comedendum, quandóve abstinendum iubet? idem in medium adducit testimonium. Nō idcirco prohibeo, inquit, tanquam aliena sint. Domini enim est terra, sed propter conscientiam dixi, hoc est, ne lędatur. Non igitur oportet diligentius perscrutari? Non, inquit. Neque enim tuam conscientiam dico, sed illius. Nam prius dixi propter illum, qui indicauit, & prosequitur: *Conscientiam autem dico, non tuam, sed alterius.* Sed fortasse diceret quispiam, quòd fratribus non immerito parcendum est, & non sinis nos eorum gratia gustare, ne eorum imbecillis conscientia ad comedendum quod immolatum est idolis adducatur. Verum si Gentilis quispiam hoc dixerit, quid tibi eius curæ est? Non tu dixisti, ‡Quid enim attinet si externi iudicant.‡ Qua igitur gratia illum iterum curas? Non illum curo, inquit, hoc in loco, sed te. Quare addidit: *Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia?* Libertatem, ‡inobseruantiam & prohibitionem‡ appellat. Hoc enim libertas est, nulli Iudaicæ seruituti obnoxia. Quod autē dicit, hoc est: liberum me fecit deus, & omni molestia superiorem. Sed non potest gentilis meam iudicare religionem, neque domini mei charitatem intueri, sed reprehēdit, & tacite secum Fabulæ sunt, inquit, Christianorum instituta. Abstinent ab idolis, fugiunt dæmones. Inde qui illis cultum exhibent, amplectuntur. Multa eorum gula. Et quid hoc? inquit. Quod nobis detri-

Ibidem.

‡quid enim mihi de his qui foris sūt iudicare?

‡non obseruatiū & nō prohibitum

mentum, si male ille iudicauerit? Sed quanto satius est, nullam ei omnino dare iudicandi materiam. Nam si abstinueris, minime id poterit suspicari: & quó nam pacto? inquit. Cum enim nihil huiusmodi interrogantem viderit, num ex macello, num ex conuiuio sit, cur nam obloquatur, & accuset tanquam indifferenter his communicem? Minime. Siquidem non tanquam immolaticio, sed puro vteris: si non perscrutaris, vt nullā ostendas appositorum formidinem. Hac igitur gratia, siue in gentilium domum ingrederis, siue in forū veneris, non permittā vt interroges, ne formidolosius appareas, neque superfluum laborem suscipias. *Si ego cum gratia participo, quid blasphemor pro eo, quòd gratias ago? ‡Cum qua gratia participas, dic quaso? Cum dei domi.‡* Nam gratia dei tanta est, vt animam mihi immaculatam reddat, & omni sorde carentem. Nā quemadmodum sol diffusis in immundissima loca radiis, non coinquinatur, sed rursum ad se mundos recipit: ita & nos, ac etiam lōge magis in mediis mundi sordibus versati, mūdi permaneremus, modo voluntas adesset: tanto maiore virtute præstamus. Qua igitur gratia abstineat? inquit. Non tanquam futurus sit immundus. Absit. Sed propter fratrem, ne socius dæmoniorum efficiar, nēve infidelis iudicium subeam. Hoc enim in loco non amplius natura, sed inobedientia, & erga dæmones obseruantia me immundum reddit, & voluntas corruptionis causa est. Quid autem illa particula significat, *Quid blasphemor pro eo, quòd gratias ago?* Ego, inquit, gratias ago deo, quòd in tam excelso me loco collocauit, & Iudaica humilitate sublimiorem me præstitit, vt nulla ex parte offendar. Gentiles autem meæ sapientiæ ignari contrà suspicātur, & dicent: Christiani nostra concupiscunt. Simulatores quidam sunt, à dæmonibus auertuntur, inde ad eorum mensas accurrunt. Quo quid fieri potest stultius? Non ergo veritatis gratia, sed ambitionis & honoris, ad huiusmodi se doctrinam contulerunt. Quantæ ergo stultitiæ foret, pro quibus ita beneficia accepi, vt gratias agam, pro his blasphemię causa fieri? Sed hæc etiam nunc obloquetur gentilis, inquit, si non interrogantem viderit. Minime. Siquidem non omnia sacrificio idolorum plena sunt, vt id suspicandum sit, neque tanquam ab idolis fuerit, reiiciendum, noli itaque superflua perscrutari, neq; rursum, si idolorum esse sacrificium dixerint communicare. Etenim Christus gratias tibi largitus est, & in excelso constituit, & omni, quod inde prouenire possit, detrimento maiorem: non vt male audias, neque vnde tanta consecutus es bona, vt gratias agas, inde alios offendas, ‡& blasphemes.‡ Sed quare non dico gētili, inquit, me manducare, & nihil offendi, & nullo in dæmones affectu eum cibum sumere? Quoniam nullo posses pacto persuadere, & si millies id dixeris. Imbecillis enim est & hostis. Quòd si fratri nondum persuasisti, multo minus inimico & gentili. Si illum in idolorum sacrificiis conscientia mouet, lōge magis infidelem. Quid autem nobis tantis opus est rebus? quid quæso? cum Christi habeamus cognitionem, eiq; gratias agimus: illi vero maledicunt, propterea ab hoc abstinemus? Absit: neque enim æquum est. Siquidem in perferendis maledictis multum lucramur: hic autē nihil amplius. Ideo his verbis præoccupauit. Neque enim si comedamus, abundamus: neque si nō comedamus, priuamur. Præterea & fugiendam rem ostendit, & aliunde his abstinere oportere, non hac tantum, sed aliis quas dixi causis. *Sine ergo manducatis, sine bibitis, sine quid facitis, omnia in dei gloriam facite.* Vidas quo pacto à proposita re vniuersalē induxit

‡ita vt blasphement.

Universidad de Deusto
Biblioteca

admonitionem, & hunc vnum optimum nobis finem A
propoſuit, vt deū in omnibus glorificemus. *Sine offenſione eſtote Iudæis, & gentibus, & eccleſiæ dei:* hoc eſt, nullam
cuiquam cauſam in ſcandalum præbeatis: etenim ſcandalizabitur frater, & Iudæus maiori te odio proſequetur, & reprehendet. Nec non & gentilis tāquam gulosum, & ſimulatorem te irridebit. Non ſolum autem fratres non ſunt ſcandalizandi, ſed quantum in nobis eſt, neque externi: etenim lux ſumus, & fermentum, & lumi
†ſal naria, & †ſol.] Illuminare itaque non tenebras oſtendere oportet, conſtringere nō diſſoluere, ad ſe allicere infideles non fugare. Quid igitur perſequeris, qui ſunt al-
† *offendun-* liciendi: etenim gentiles † perturbantur, cum nos diſcor
tur, cum nos des videant. Animum enim ignorant: non, quia omni
ad talia re- ſenſibili labe ſuperior non ſit anima: & inde etiam fra-
currere vi- trum] imbecilliores itidem affecti ſunt. Animaduertis
dēt. Animū enī igno quot cauſas affert, propter quas ab idolorum ſacrificiis B
rant, & ꝑ ſit abſtinēdum, propter inutilitatem, propter ſuperflui-
omni ſenſi- tatem, propter fratris detrimentum, propter Iudęi blaſ-
bili labe phemiam, propter gentilis accuſationem, ne videamur
ſublimior cum dęmonibus communicare, nęve idololatriam cō-
facta ſit ani mittere. Inde cū dixiſſet, Sine offenſione eſtote, & reos
ma: & Iu- feciſſet, & gentilium & Iudæorum detrimento, & gra-
dæi & fra- ue quiddam dictum videretur: conſidera, quàm id faci-
trum. le & leue eſſe dicat, cum ſe ipſum in medium his verbis adducit: Sicut ego per omnia omnibus placeo, nō quærens vtilitatem meam, ſed multorum, vt ſalui fiant.

Cap. XI. *Imitatores mei eſtote, ſicut ego Chriſti.* Hæc perfectæ Chriſtianę religionis regula eſt, hic certiſsimus termin⁹, hoc ſupremum cacumē, quærere quæ communem omnium comprehendant vtilitatem. Quod ipſe ſignificans, addidit: Sicut ego Chriſti. Nihil enim adeo poteſt nos Chriſti imitatores efficere, vt erga proximum cura. Sed C
licet ieiunando, humi dormiendo, corpus macerāueris: nullam autem proximi curam habueris, nihil egregium feceris, ſed adhuc lōge ab huiuſmodi abfueris imitatione. Atqui hoc quidem in loco ſuapte natura vtile eſt, ab
Acto. 6. a idolorum ſacrificiis abſtinere: Ego autē multa quę non
†*circuncidi* debebam, feci, inquit: videlicet, cum † circunciſus ſum,]
cum ſacrificaui. Hæc ſi quis ſuapte natura inquireret, & proſequentes perdit, & à ſalute decidendi cauſa eſt. Suſtinui tamen hęc propter eorum lucrum. Verum hoc in loco nihil eiuſmodi. Illic enim niſi accederet vtilitas, & aliorum cauſa fieret, ſequeretur detrimētum: hic autem quanuis nemo ſcandalizetur, eſt tamē prohibitis abſtinendum. Atqui nō ſolum damnoſa, verum & laborio-
2. Cor. 11. b ſa perpeſſus ſum. Alias autem eccleſias ſpoliaui, inquit, accipiens ſtipendium. Cum liceret manducare, & non operari, non tamen id quæſiui, ſed fame cōſumi malui, D
quàm alium ſcandalizare. Propterea inquit, Per omnia omnibus placeo. Siue præter legē aliquid, ſiue laborioſum, ſiue periculoſum facere oporteat, omnia in proximorum vtilitatem perpetior. Cum igitur omnium dili gentia ſupremus ſim, humilitate omnium abiectiſsimus effectus ſum. Etenim nullum valde magnum poteſt eſſe officium, quando nullum in proximos lucrum cōferatur: quod oſtendit, qui totum reddidit talentum, &
Matt. 25. c ſupplicio affectus eſt, quoniam id non auxit. Tu igitur mi frater, quanuis fame conficiaris, quanuis humi iaceas, quanuis cinerem comedas, quāuis ſuper lachrymis madeas, & nihil cuiquam proficias, nihil magnum facis:
† *ſumma cū* etenim antiquit⁹ magnis & generoſis illis viris hæc ma
diligētia il- xime cura erat, † vt ſumma cum diligentia aliorum vi-
lorū vitam tam diſquirerent:] & manifeſte cognoſces nullum eo-
exquire. rum ad ſuam vnquam reſpexiſſe vtilitatē, ſed proximi vnuſquiſque. Quamobrem maiorem in modū claruerunt. Etenim Moſes multa & magna operatus eſt miracula, ſed nullum tam magnum eum fecit, vt beata illa vox, quam ad deum habuit: cum inquit, Aut dimitte eis *Exod. 32.* hanc noxam: aut ſi non facis, dele me de libro tuo. Huiuſmodi erat & Dauid. Idcirco dicebat, Ego paſtor pec *2. Reg. 24.* caui, & ego male feci: & hi, qui ouile ſunt, quid fecerūt? *& 1. Par. 21.* fiat manus tua ſuper me, & ſuper domum patris mei. Eodem modo Abraham nō ſuam, ſed multorum quæſiuit vtilitatem. Ideo ſe periculis exponebat, & deū pro his, qui nihil ſibi conferebant, obſecrabat. Hi quidem tantopere claruerunt. Qui autem ſibi tantum cōſulunt, conſidera quantum acceperint detrimentum. Fratris igitur filius cum audiuit, Si tu dextram elegeris, ego ad *Genes. 13.* ſiniſtram pergam: optione accepta, ſuam quæſiuit vtilitatem, quam non modo non inuenit, ſed ipſa quoq; regio eſt incenſa. Quæ autem Abrahæ obtigit, incolumis ſeruata eſt. Ad hæc Ionas non aliis, ſed ſibiipſi proſpi- *Ionæ 2.* ciens, pene periclitatus eſt, & ciuitas conſeruata. Ipſe vero agitatus, iactatus & obrutus eſt fluctibus. Sed cū multitudinis ſaluti inuigilauit, ſuam inuenit. Ita & Iacob in ouibus proprium non quærens lucrum, plurimum lucratus eſt: Ioſeph autem fratrum ſtudens vtilitati, ſuam eſt conſecutus. Qui miſſus à patre non dixit, Quid? non audiſti, quòd pro viſionibus & ſomniis diſcerpere me aggrediebantur, & ſomniorum & amoris erga me tui pœnas dabam? quid non contra me molientur, cum in eorum ero poteſtatem? Nihil huiuſmodi cauſatus eſt, nec cogitauit quidem, ſed rebus omnibus fratrum ſalutem præpoſuit. Idcirco omnia poſtmodum bona adeptus eſt, quæ eum clariſsimum glorioſiſsimúmque reddiderunt. Præterea Moſes, nihil enim prohibet iterum eius meminiſſe, & contemplari quo modo res ſuas cōtempſit, & alienas proſecutus eſt. Moſes, inquam, in regia domo educatus, cum Chriſti opprobrium maiores Aegyptiis theſauris diuitias arbitraretur, omnibus ab- *Exod. 2.* iectis, cum Hebræis malorum particeps eſſe non recu- *Hebr. 11.* ſauit. Quamobrem non ſolum ipſe non ſeruiuit, ſed & illos à ſeruitute liberauit. Magna quidem hæc & angelica digna vita. Verum Paulus maxime in hoc excelluit. Alij nāque omnes ſuis omiſsis bonis proximorum malis communicare non recuſarunt. Paulus autem longe maiora aggreſſus eſt. Non enim ſimpliciter voluit aliorum calamitatibus participare, ſed maximas ipſe ſubiit, vt cæteri bene haberent. Non enim par eſt, vt qui deliciis fruitur, his abiectis, malis ſponte ſua ſe obiiciat, & ipſe tantum calamitatibus affectus, cæteros in quiete & honore cōſtituat. Hoc enim in loco, etſi magnum ſit bona malis proximi gratia permutare: tamen non parum affert conſolationis, ſi calamitatis ſocij habeantur. Quòd autem quiſpiam velit ſolus miſer eſſe, vt alij bonis fruantur, id multo præſtantioris animi eſt, & ſolius Pauli ſapientiæ. Neque hac tātum, ſed & alia etiam præſtantia maiore omnibus quos antè memorauimus, Paulus clarior apparuit. Siquidem Abraham & reliqui omnes periculis ſe in præſenti vita obiecerunt, & omnes illi ſimpliciter hanc mortem depoſcerūt. Paulus autem futuram etiam gloriam glorię proximi poſthabuit. *Rom. 9.* Habeo & tertiam quam afferre poſſum excellentiam. Quámnam? Quòd illorum quidam quanuis inſidiantium ſaluti inuigilabant, eorū tamen curam habere debebant: & idem his contigit, ac ſi quiſpiam filio prauo, & legum tranſgreſſori præfuerit, filio tamen. Paulus autem pro his maledictum eſſe voluit, quorū non erat credita gubernatio. Ad gentes enim miſſus erat. Animad- *Galat. 1.*

uertis

Universidad de Deusto
Biblioteca

uertis animi magnitudinem,& excellẽtiam, quæ ipſum cœlum tranſgreditur.Hunc imitare,quem ſi non poteris,ſaltem eos, qui in veteri claruerunt teſtamento annitere. Ita enim tibi vtilitatem comparabis, ſi proximi inuigilabis,vtilitati.Itaque ſi piger in fratris cura fueris, intelliges nulla prorſus ratione te ſalutem conſecuturũ. Igitur tua ipſius gratia proximi tui rebus adſis. Sufficiẽtia itaque ſunt,quæ iam diximus,quæ perſuadeant, nulla alia ratione vtilitatem nos inuenire poſſe. Quòd ſi hoc à confeſsis exemplis cognoſcere volueris,conſidera,ſi quando domum aliquã exuri contingat, inde nõnulli ex vicinis ſibi cauentes, minime ſe periculis obiiciant,ſed domi incluſi timeant,ne quis ingrediatur,qui aliquid ex rebus ſuis auferat, quantam iacturam faciẽt: & enim ignis eos quoque comprehendet,& omnes eorum comburet facultates. Itaque cum proximi vtilitatem non reſpexerunt,ſuam perdiderũt. Siquidem deus cum inuicem omnes colligare vellet,talem rebus vtilitatem impoſuit,vt in proximi vtilitate alterius etiã col ligata ſit,& vniuerſus mundus hoc pacto cõſtitutus eſt. Propterea ſi in mari tẽpeſtate exorta,gubernator omiſſa multorum ſalute,ſuam tantum quæreret, & ſeipſum, & cæteros quamprimum obrueret: & vniuſcuiuſque artis,ſi ſua tantum quęratur vtilitas,nunquam neque vita conſtaret, neque ars, quæ ſuiipſius quæreret vtilitatem. Propterea agricola non tantum frumentum ſeminat, quantum ſibi ſatis ſit. Nã iampridem, & ſe & alios perdidiſſet,ſed quod multis ſufficiat,terræ mandat: & miles,non vt ſuæ duntaxat cõſulat ſaluti, ſe periculis obiicit,ſed vt ciuitates in ſecuritate conſtituat: & mercator non eas tantum merces tranſportat, quæ ſibiipſi ſatis ſint,ſed multis aliis. Quòd ſi quis hoc i loco diceret, non alterius, ſed ſuam vnumquenque cõſiderare vtilitatem,& idcirco ita facere,vt pecunias ſibi & ſecuritatẽ & gloriam comparet,atque ita dum ſuam quærit proximi quoq; quęrere vtilitatem:idẽ ego dico,hoc eſt quod iam diu audire volebam,& hac gratia hũc omnem ſermonem fecimus, vt oſtenderemus tunc ſibi vnũquenque conſulere,cum proximo conſulit. Nam cum aliter proximi commodum non eſſent homines curaturi, niſi in hac cõſtituti neceſsitate,propterea ita deus ea cõiunxit,& non permittit,vt in propriam prius quiſquam veniat vtilitatem,niſi per alienam tranſeat.Hoc igitur humanum eſt, vt hoc pacto proximo vſui ſimus. Verum oportet non hinc, ſed diuina volũtate ad hoc adduci. Siquidem nemo ſalutem conſequi poteſt, niſi ita ſe habeat. Sed quamuis ſummam cõplectaris philoſophiam, proximi autem iacturam contempſeris, nullam apud deum fiduciam habere poteris. Vnde hoc cõſtat:ex beati Pauli verbis: Etſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas,& ſi tradidero corpus meum, ita vt ardeam:charitatem autẽ non habuero, nihil mihi prodeſt.Vides quantum à nobis Paulus requirit:At qui paſcit,nõ ſuam,ſed proximi quærit vtilitatem.Sed nõ ſufficit hoc,inquit.Cum charitate hoc fieri vult, & miſericordia plurima. Propterea legem hanc ſtatuit deus, vt nos in vinculum charitatis adduceret. Quando igitur ille tãtum à nobis exigit, nos autẽ neq; quod minus eſt, exhibemus,quãnam digni erimus venia:Et quo modo, inquit,ad Lot dicebat deus per angelos,Salua animam tuam:Dic quando,& quare:Quando †differebatur ſ ſupplicium,nõ quando corrigi oportuit.Iam enim dãnati erãt,& morbo incurabili laborabãt, & ſenes & iuuenes paſsim in turpiſsimos amores immerſi erãt & ignis neceſſario,& ea ipſa die imminebat.Præterea nõ de vicio

Infra 13.b

Gene.19.d

† inferebat.

A & virtute hoc dictum eſt,ſed de plaga cœlitus demiſſa. Quid enim faciendum erat,dic quæſo?Sedendúmne & expectãdum ſupplicium, & quod nihil illis profeciſſet, exuri oportuit:Sed vltimæ hoc dementiæ fuiſſet. Neque enim ego hoc dico temere †propter ſdei voluntatẽ, ſup plicium expectandum. Sed cum viciis proximus coinquinatur,tunc iubeo,vt in mediũ proſilias, & eius errata corrigas,& ſi placet propter proximi vtilitatem: Sin minus,ſaltem propter tuam.Illud enim lõge melius eſt: quòd ſi ad tantam non acceſſeris perfectionem, ſaltem tui gratia facias. Et nemo ſuum quærat commodum,vt id inueniat cõmodum:intelligamusq; neq; paupertatẽ, neque inopiam,neq; martyrium,neq; aliud noſtrũ opus auxilio nobis eſſe poſſe, niſi ſumma flagremus in proximum charitate:quam præ cęteris omnibus ſeruemus,vt & alia per eam conſequamur,præſentia videlicet & fu- B tura bona,quæ nobis promittũtur: quibus vtinam omnes ſimus participes, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri gloria, ſimul & ſpiritui ſancto nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum,Amen.

† præter.

Homilia XXVI.

Laudo vos fratres,quòd per omnia mei memores eſtis: & ſicut tradidi vobis,præcepta mea tenetis. Perfecto de eorum ſacrificiis ſermone vt decebat,& perfectiſsime omnium, eo expoſito, ad aliud viciũ tranſit,non tam magnum tamen: quod enim iam dixi, iterum in præſentia dicã:hoc eſt, quòd non omnia maxima vicia ordine proſequitur, ſed vt opportunum eſt diſtribuit,& leuiora in mediũ cõgerit, & orationis ſuæ leuiorem reddit aſperitatem, quam crebra reprehẽſione auditoribus incuſſerat. Quare quod omniũ erat ve- C hemẽtiſsimum, de reſurrectione videlicet poſterius ponit:hoc autem in loco leuius peccatum aggreditur.Laudo autem vos,quòd per omnia memores mei eſtis.Cõfeſſum nanque, & manifeſtum peccatum vehementius accuſat,& minatur. Dubitatum autem primum ponit, inde reprehendit:& confeſſum quidem maius,dubium autem confeſſum eſſe oſtendit: vt exempli gratia,Fornicatio confeſſa eſt,ideo non oportebat oſtendere peccatum eſſe,ſed peccati magnitudinem proſecutus eſt,& per comparationem ſuam amplificauit orationẽ. Item apud alios iudicare, peccatum quidem erat,verum nõ tam graue. Quamobrem id primum poſuit, inde confirmauit.Crimen autem quòd idolis ſacrificarent, dubitabat quidem,etſi maximum erat: quare oſtẽdit peccatum,inde ſua extollit oratione:& in hac admonitione, non tantum à viciis deterret,verum ad virtutes cohor- D tatur.Non enim dixit, non oportere tãtum non fornicari,ſed magnam præ ſe ferendam ſanctitatem. Idcirco ſubdidit, Glorificate deum in corpore veſtro, & in *Supra.6.d* ſpiritu veſtro.Præterea cum dixiſſet, Non oportere ſa- *Sup.3.d* pientẽ eſſe exteriori ſapientia,non adhuc contentus eſt, ſed iubet etiam ſtultum fieri. Et cum cõſuluiſſet,ne quis † *apud exte* †de rebus exterioribus ſ iudicaret, néve iniuriam face- *ros.* ret, † primum ſ id ipſum tollit, ne iudicetur:& conſulit †*procedẽs.* non ſolum non inferendam iniuriam, ſed potius accipiendam.Et cum de idolorum ſacrificiis diſputaret,nõ dixit,prohibitis tantum abſtinendum eſſe,verumetiam permiſsis,quando ſcandalum poſſet exoriri:& non tãtum non perturbandos fratres,ſed ne gentiles quidem, aut Iudæos.Sine offendiculo eſtote,inquit, & Iudæis,& *Sup.10.d* gentibus,& eccleſiæ dei.Cum igitur omnem de his ſermonem impleuerit,aliud iã crimen aggreditur:& quid nam? Mulieres velo depoſito,& nudato capite orabãt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

† & prophetabant: prophetabant etenim.

† prophetabantur enim] tunc temporis mulieres. Viri autem † & qui in philosophia versabantur, compto capite incedebant: hoc pacto & Jorabant & prophetabãt, quorum vtrunque secundum Gentilium legem fiebat. Cum igitur horum iam coram admonuisset, & fortasse alij quidem paruerant, alij autem minime: propterea per epistolam iterum, tanquam bonus medicus orationem suã abluens peccatum, corripit. Quod enim iam coram admonuisset, à principio manifestũ est. Qua enim gratia cum nihil de hoc in nulla epistolę parte superius dixisset, aliis omissis vicijs quamprimum inquit: Laudo autem vos, quòd per omnia mei memores estis, & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis. Animaduertis ne, quo pacto alij quidem paruerunt, quos laudat: alij autẽ minime, quos ex sequentibus corripit, inquiens: Si quis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus. Nam si cum alij se correxerunt, alij minime, omnes reprehendisset, illos asperiores, hos pigriores effecisset. Nunc autem illos laudando & cõplectendo, hos reprehendẽdo, & illos magis allexit, & hos confundere non immerito potuit. Sufficiens enim erat per seipsam hæc eos reprehensio perterrere. Quãdo autem aliorum qui boni sunt, & laudem merentur, fit cõparatio, maiorem stimulum incutit. Sed primum non ab accusatione, sed à laudibus orditur, & magnis sanè laudibus cum dicit: Laudo autem vos, quòd per omnia memores mei estis. Huiusmodi enim Pauli consuetudo est, vt parua etiam magnis laudibus prosequatur, nõ tamen adulandi gratia. abśit. Et quò nam pacto, qui nullam neque pecuniam, neque gloriam, neque alia huiusmodi concupiscit, sed omnia pro eorum salute annititur, adularetur? Ideo laudibus eos efferens, *Laudo*, inquit, *vos, quòd per omnia mei memores estis.* Per quæ nam omnia? Quòd comam non pascerent, quòd non velarentur, primum ei tantum sermo fuerat: sed quod dixi, profuior est in laudando, vt promptiores eos reddat. Ideo inquit: *Per omnia mei memores estis: & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis.* Ergo sine literis multa tradiderat, quod alibi sæpe meminit. Sed tunc tantum tradidit, hoc autem in loco rationem affert: hoc pacto eos fortiores faciebat, & obsequentiores: & eorum qui contrà faciebãt elationem deprimit. Præterea non dicit, quòd vos quidem obedistis, alij autem minime, sed sine suspicione ex sequentium admonitione id his verbis significat: *Volo autem vos scire, quòd omnis viri caput Christus est, caput autem mulieris, vir: caput autem Christi, deus.* Hæc igitur ratio est, quã hic adducit, qua qui imbecilliores sunt, reddidit attentiores. Qui enim fidelis est, & vt oportet firmus, ratione non indiget, neque causa eorum quæ ei præcipiuntur, sed sola admonitione contentus est. Imbecillior autem cognita rei veritate diligentius rem accipit, & quàm promptissime paret. Ideo non attulit causam, quousque præuaricatum non vidit præceptum. Quæ ergo causa? Omnis viri caput Christus est. Num & gentilis? Minime. Nam si corpus Christi sumus & membra, & eius pars, & idcirco ipse nostrum caput: eorum qui in corpore non sunt, neque membra perficiunt, non vtique erit caput. Itaque ea particula, omnis, de vnoquoque fideli intelligẽda est. Vide quo pacto vndique à superioribus auditori suadet. Etenim cum de dilectione, de humilitate, de eleemosyna disseruit, inde traxit exempla.

Caput autem mulieris vir, caput autem Christi deus. Hoc in loco prosiliunt in nos hæretici, ex his verbis minorem filium suspicantes. Verum seipsos oppugnant. Nam si caput mulieris vir est, eiusdem autem substantiæ est & caput & corpus, caput vero Christi deus est, sequitur eiusdem esse substantiæ & patrem & filium. Sed non quòd alterius sit substantię, hunc ostẽdere volumus, sed quòd subditus, inquit. Quid ad hoc dicemus? Quod maxime quidem, cum de Christo in carne quiddam humile dicitur & abiectum, non diuinitatem, sed incarnationem tantum id respicit. Verũtamen dic quæso, quó nam pacto hoc velis in præsentia confirmare? Quòd quemadmodũ vir dominatur mulieri, inquit, ita & pater Christo. Sicut igitur Christus hominis caput est, ita & pater filij. Omnis enim viri, inquit, caput Christus est. Et quis nam hæc vnquam assentiretur? Nam si quãta est filij excellentia, nostri comparatione: tanta est patris, comparatione filij: animaduerte in quãtam eum vilitatem adducas. Verum nõ omnia similiter in nobis & in deo inquirenda, quanuis eodem modo dicantur: sed tribuenda deo est quædam propria excellentia, & quanta in ipso est. Quod nisi concederetur, multa sequerẽtur absurda. Cõsidera autem, caput Christi deus est, Christus hominis, homo mulieris. Itaque si in omnibus eodem modo caput accipiamus, tanto erit filius minor patre, quãto nos filio: & mulier tanto nobis erit inferior, quanto nos à dei ratione: & quod inter patrem & filium interest, id inter nos & filium: & eodem item modo inter virum & mulierem: & quisnam hæc pateretur? Nõne aliter in viro & muliere, aliter in Christo caput accipis? Igitur & in filio & in patre aliter nobis capiendum est. Et quo modo aliter inquit? Secundum causam. Etenim si principatum & subiectionem Paulus quẽadmodum tu † intelligeres,] non vtique mulierem adduxisset in medium, sed seruum potius & dominum. Nam quanuis subdita nobis sit mulier, tamen vt mulier, vt libera, & pari in honore habẽda: & filius quanuis subditus sit patri, tamẽ vt filius dei, & vt deus. Quemadmodum enim filius magis patri obsequitur, quàm homines genitoribus, ita & liberior est. Nõ enim profecto filij animus erga patrem quàm hominũ maior est & verior, patris autem erga filium minor. Quòd si admiramur filiũ, quòd obediuit, & vsque ad mortem, & mortem crucis, & hoc maxime nobis admirationi est: admirandus est & pater, quòd talem genuerit, non vt seruum subditum, sed vt liberum, obsequentem, & consiliarium. Qui enim cõsiliarius est, non est seruus. Verum cum consiliarium audies, non tanquam patris indigeat, credas velim, sed tanquam filium, & in eodem cum patre honore. Noli igitur ad omnia viri & mulieris exemplum trahere. In humana nanque natura, nõ immerito viro mulier subdita est. Paritas nanque honoris pugnam facit, neque hac tantum causa, sed propter fraudem quę à principio contigit. Quare hoc? Cum quidem primum facta est, non fuit subdita, neque cum ad virum adducta: neque quicquam à deo tale audiuit, neque vir quicquam tale ei dixit: sed quòd os ex ossibus suis, & caro ex carne sua esset, principatus autem aut subiectionis in eam nequaquam meminit. Sed cum male vsa est data potestate, & facta ad auxilium fraudulenta inuẽta est, & omnia perdidit: tunc non immerito audiuit, † Sub viri potestate eris,] & ipse dominabitur tibi. Cum enim credibile esset, hoc peccatum genus nostrum sibi inuicẽ inimicum reddidisse, neque quicquam profuisse ad pacem, quòd facta, à viro facta esset mulier, cum hoc acciderit, sed hoc ipsum asperiorem fecisse virum, quòd proprio membro non pepercisset, ex quo facta est mulier. Cum, inquam, diaboli malicià deus cognouisset, hoc verbum mediũ posuit, vt quod ex insidijs odium futurum erat & insita cupiditate,

† tanquã in philosophia versarẽtur, comã nutriebant: & capite velato.

Hic infrà. c

† aut dicat vellet,

Philipp. 2

Genes. 3. c

† Ad virũ tuum tuæ

cupiditate,per hanc ſententiam tolleret, & ex peccato contractam indignationem, tanquam medium parietem deiiceret. Sed in deo & in illa immortali ſubſtantia nihil tale dubitandū eſt.Noli igitur in omnibus accipere exempla.Nam & alibi multa hinc grauia occurrūt peccata:etenim in principio epiſtolæ dicebat, Omnia veſtra ſunt,vos autem Chriſti, Chriſtus autem dei. *Supra.3.d* Quid ergo? Eodē ne modo noſtra ſunt omnia, & nos Chriſti,& Chriſtus dei?Minime. Nā hæc etiam ſtultiſſimis manifeſta eſt differentia,quanuis eadem dictio in deo,Chriſto,& nobis poſita ſit. Et alibi cum hominem *Epheſ.5.e* mulieris caput appellaſſet,addidit,Sicut Chriſtus caput eccleſiæ,ipſe ſaluator corporis eius:ita & vir debet mulieris ſuæ caput eſſe. Num igitur ſimiliter accipiemus,ꝙ in hoc loco & omnia quæ deinde Epheſiis in hac materia præcepta ſunt?Abſit. Nō enim poſsibile eſt:eadem nanque verba,& in deo & in hominibus dicuntur, nō autem eandem habēt in vtriſque poteſtatem: ſed aliter illa,aliter hæc intelligenda ſunt,non tamen omnia diuerſe. Nam iterum fruſtra & temere acceptum videbitur, cum nihil inde lucraremur. Vt enim non omnia *†ſimiliter.* †ſimpliciter] accipienda ſunt, ita nō omnia ſimpliciter reiicienda. Quod vt manifeſtius fiat,exemplo demonſtrare tentabimus.Dictus eſt caput eccleſiæ Chriſtus. Si nihil ab humanitate accepero,quid hoc mihi dictū eſt? Rurſum ſi omnia ſecundum humanitatē accepero,multa ſequentur abſurda? ſimul enim cum corpore pateretur caput, & iiſdem eſſet obnoxium. Quid igitur & reiiciendum & accipiendum?Reiiciēdum quidem quod dixi: accipiēda autem certa vnitas, & cauſa & primum principium:neque hæc ſimpliciter,ſed in hoc loco magis ex ſe intellige, quod deo conueniat. Etenim vnitas *τῆ ἀρχῆ τι μᾶλλον* certior, & principatus magis † proprius.] Item audiſti *i. precioſius, vel, & principium honoratius.* filium?Neque in eo omnia admittas,neque omnia reiicias,ſed quæcunque deo digna ſunt accipe, quòd ſcilicet conſubſtantialis eſt patri, quòd ex eo eſt. Abſurda autem & quæ humanæ ſunt imbecillitatis, humi iacere deſinas.Præterea dicitur deus lux. Nunquid omnia accipiemus quę huius ſunt lucis?Minime.Sine cauſa enim *Ioan.8.b* his tenebris & loco comprehēditur,& alia mouetur potentia,& obumbratur. Quorum nihil in illa ſubſtantia fas intelligere, ſed non omnia propter hoc reiiciemus, ſed aliquid vtile ab exemplo decerpem⁹, & quòd à deo illuminati ſumus, quòd tenebræ fugatæ, hinc colligemus.Et hæc ad hæreticos dicta ſint.Oportet autem totum hunc locum explicare. Forſitā enim hic aliquis dubitaret, quæreretque, quòd nam crimen ſit,ſi mulieres detecto capite,vel ſi tecto viri incedāt? Quòd nam crimen hoc ſit,hinc iam intellige. Symbola viro & mulieri tradidit, & alia quidem multa, viro quidem principatus, mulieri autem ſubiectionis. In quorum numero hoc eſt,vt hęc velato ſit capite,ille detecto.Si igitur hęc ſigna ſunt,ambo peccant:ſi ordinem confuderint,& diuinum inſtitutum & proprios terminos exceſſerint, & vir in muliebrem vilitatem prolabatur,mulier virilem imitetur figuram.Nam ſi veſtem mutare fas non eſt,neque mulier togam induat,neque vir pallam aut velum. *Deut.22.a* Non erit,inquit, amictus viri in muliere, neque induatur vir ſtola muliebri: multo minus hæc mutanda ſunt. Hæc ab hominibus inſtituta ſunt, quanuis id deus poſterius confirmauerit.Illud autem à natura, quod ſcilicet velaremus caput,& nō velaremus. Verum cum naturam dico, deum dico, quippe qui naturæ author eſt. Cum igitur hos peruertis terminos,intuere quantam facias iacturam:& noli hoc mihi dicere, quòd paruū pec

catum ſit.Siquidem permagnum eſt etiam ſuapte natura. Inobedientia nāque eſt,cuius præuaricatione etiam ſi paruum eſſet,magnum efficeretur, quoniam magnarum rerum ſignum eſt. Quòd autem magnum ſit,conſtat, eo quòd tantum ordinem humano generi præbet, cum ex ipſo cultu, & præſidentiam & ſubiectionē vtrique diſtribuat.Itaque qui tranſgreditur, omnia confundit,& diuini muneris proditor eſt,& cœlitus ſibi tributum honorem abiectum contemnit,neque vir tantum, verum & mulier, cui maximo eſt honori poſitū ſibi ordinem ſeruare, quēadmodum ignominia eſt ab eo deflectere. Idcirco vtrunque tetigit,ita inquiens: *Omnis vir orans aut prophetans, habet aliquid circa caput, deturpat caput ſuum.Omnis autem mulier orans aut prophetans,nō velato capite, deturpat caput ſuum.* Fuerunt enim,vt dixi,viri tunc temporis,qui prophetabant, & mulieres eadem gratia prædi- B tæ,quemadmodum Philippi ſorores, & nonnullæ aliæ *Act.21.b* ante & poſt illas, de quibus propheta ſuperius dicebat: Prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ viſiones vide- *Ioel.2.g* bunt. Sed virum non ſemper detecto capite eſſe cogit, ſed tantum dum orat.Omnis enim vir,inquit,orās aut prophetans,habens aliquid circa caput, deturpat caput ſuum. Mulierem autem ſemper velatam eſſe præcipit. Quamobrem cū dixiſſet,Omnis mulier orans aut prophetans, non velato capite, deturpat caput ſuum: non hic conſtitit tantum, ſed ita proſecutus eſt: *Vnum eſt enim idemq; ac ſi decaluetur.* Quòd ſi ſemper decaluatio turpis eſt,conſtat quòd ſi caput detexerit,ſemper turpe eſt. Neque hoc tantum contentus iterum addidit, *Quòd debet habere poteſtatem mulier ſuper caput ſuum propter angelos.* Oſtendit enim quòd non tantum in orationis temporibus,ſed ſemper operto capite mulieres eſſe oportet.In C viro autem nullam amplius vt ſe velet, ſed nutriendæ comæ rationem init. Velari enim tunc duntaxat prohibet,cum precatur,comam autem nutrire ſemper diſſuadet. Propterea ſicut in muliere dixit, *Nam ſi non peruelatur mulier,& tondeatur:* [ita & in viro,ſi comam nutriat, *Hic inſ.c* ignominia eſt illi.Nō dixit,ſi veletur:ſed,ſi comam nutriat,propterea initio dicebat,Omnis vir orās aut prophetans,quicquam habens in capite, non dixit, velato capite:ſed,quicquam habens in capite,oſtendens quòd ſi comam habeat,perinde ſit aque ſi eſſet velatus,quanuis nudo orauerit capite.Capilli enim,inquit,pro vela- *Ibidem.* mine dati ſunt. Si vero non velatur mulier,etiam tondeatur.] *Quod ſi turpe mulieri tōderi eſt, aut decaluari, veletur.* In principio igitur ne detecto ſit capite,poſtulat. In proceſſu autem etiam †frequenter id ſignificat,dicens:Per- *†ſemper.* inde eſt ac ſi decaluetur,& omni cum diligentia & ſtudio.Nam non,velatur,ſimpliciter dixit:ſed,peruelatur, D vt ſcilicet omni ex parte demittatur,& in rem indecoram reprehendendo adducit vehementer eos tangens his verbis,Nam ſi non peruelatur mulier,& tondeatur. Nam ſi lege dei velum inſtitutum abiicis, inquit, quod etiam à natura datum eſt,proiicias. Quòd ſi quis dixerit,& quō nam pacto,quod ad viri gloriam cedit, mulierem deturpabit? Illud ſanè reſponderem,quòd non cedit ad mulieris gloriam, cum à proprio excidat honore. Quod enim intra proprios terminos & diuina lege poſitos non permanet,ſed ſupergreditur,non incrementum,ſed diminutionem accipit. Quemadmodum enim qui aliena deſiderat,& rapit quæ ſua non ſunt,nō amplius quicquam accipit, ſed minuitur: & quod habuit,perdidit,quod etiam in paradiſo factum eſt: ita & mulier non præoccupat viri nobilitatē, ſed muliebrem amittit honeſtatem. Neque tātum turpitudinis,verum-

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam cupiditatis arguitur. Confessa igitur turpitudine A proposita, cum dicit, Si vero turpe est mulieri tonderi aut decaluari: quod decorum est iam ponit dicens, Peruelet caput suum: & non dixit, comam nutriat: sed peruelet, & hæc ambo vnum esse sancit, & vtrinque ab institutis videlicet & contrariis hoc confirmat. Velamen enim, & comam, idem esse inquit: & decaluato capite, & nudo incedere, idem similiter. Vnum enim est, inquit, ac si decaluetur. Quòd si quis quo modo sit vnum interrogaret: siquidem hæc naturæ velum habet, decaluata autem minime. Dicemus quòd spõte sua illud abiecit, & nudo est capite. Quòd si nõ sit nudum capillis, hoc naturæ est, non illius. Itaque decaluata nudo est capite, & ipsa similiter nudo. Propterea natura vt tegeretur voluit, vt inde edocta velaretur. Deinde & causam ponit, quod dixi sæpenumero, tãquam liberos alloquẽs. Quæ igitur est causa? *Vir quidem nõ debet velare caput suũ,* B *quoniam imago & gloria dei est.* Alia causa hæc. Non enim quòd caput Christum habet, non debet vir tantum velare, inquit, caput, sed etiam quòd mulieri dominatur. Principem enim qui ad regem accedit, principatus insigne habere oportet. Quẽadmodum igitur nemo principum sine zona & toga ante regem venire auderet, ita neque tu sine signo principatus, quod est, vt detecto capite ad deum accedas, neque teipsum, & qui te honorat contumelia afficias. Idẽ & in muliere dici posset: etenim illa quoque contumelia est, nisi subiectionis insigne haberet. *Mulier autem, gloria viri est.* Ergo naturalis est viri principatus. Deinde cum rationes & causas ostendisset, alias adducit, ad primam generationem sermonem

Gen.2.d referens his verbis, *Non enim est vir ex muliere, sed mulier ex viro.* Quòd si id quod ex aliquo est, gloria illius est, ex quo est: multo magis si imago sit. *Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum.* Secunda hęc C viri excellentia, vel potius tertia & quarta. Prima nanque est, quòd caput nostrum Christus est, nos autẽ mulieris. Secunda, quòd nos gloria dei, nostra autem mulier. Tertia, quòd non nos ex muliere, sed illa ex nobis. Quarta, quòd non nos propter illam, sed illa propter nos. *Ideo debet mulier velamen traductum habere super caput suum & propter angelos.* Sed quid nam hoc in loco hæc particula, ideo, significat: Ex prædictis omnibus, inquit, vel potius non horum tantum gratia, sed angelorum. Nam si virum despicis, inquit, angelos saltem reuereare. Ergo velari & subiectionis est & potestatis. Vt enim deorsum aspiciat, admonet, & reuereatur, & propriam seruet virtutem. Virtus enim subditi, †est honor & obe-

† *& honor, est obedientia.* dientia.] Vir quidem non cogitur hoc facere, domini enim sui imago est. Mulier merito cogitur. Intellige igi D tur quàm inique facias, quando in tanta cõstitutus potestate, te ignominia afficis, mulieris habitu accepto, & perinde facis, ac si diademate ornatus, id proiicias, & diadematis loco seruile velamen accipias. *Veruntamen neque vir sine muliere, neque mulier sine viro in domino.* Nam cum multam dedisset viro excellentiam, cum ex eo mulierem esse diceret, & propter ipsum, & sub ipso, vt neq; viros supra debitum extollat, neq; illas viliores faciat, vide quo pacto verba sua corrigit: Veruntamen neque vir sine muliere, neque mulier sine viro in domino. Noli, inquit, principia tantum inuestigare, neque generationem illam. Nam si futura quæreres, alter alterius causa est, vel potius non alter alterius, sed deus omnium, ideo inquit: Neque vir sine muliere, neque mulier sine viro in domino. Nam sicut mulier de viro, ita & vir per mulierem: non dixit de muliere, sed rursum de viro. Adhuc enim hoc ipsum integrum manet apud virum, sed non hominis hæc, verum dei officia. Quare addidit, *Omnia autem ex deo.* Quòd si dei omnia, ipse autem hæc præcipit, pareas & noli contradicere. *In vobismetipsis iudicate, decet mulierem non velatam orare deum?* Iterum in his rebus eorum subit iudicium, quod fecit, cum de *Supra.12* idolorũ sacrificiis locutus est: etenim illic, inquit, quòd ipsi iudicarent, & idẽ ferè in hoc loco in quo quid horribilius significatur: hoc enim pacto contumeliam in deum transire asserit, sed non est his verbis vsus. Mansuetius autem quodam modo & significantius, *Decet,* inquit, *mulierem non velatam orare deum? certe neque ipsa natura docet vos. Quòd vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi: [mulier vero si comam nutriat, gloria est illi:] quoniam capilli pro velamine ei dati sunt.* Quod semper facit, vt communes ponat rationes, idem & hoc in loco obseruat, & communi nixus consuetudine eos maiorem in modum reprehendit, qui ea à se discere negligunt, quæ communi cõsuetudine facile disci possunt. Huiusmodi nanque neq; barbaris ignota sunt. Et animaduerte quo pacto vbiq; formidolosis verbis vtitur. Omnis vir orans, habẽs aliquid circa caput, deturpat caput suum. Et iterum, Si vero turpe est mulieri tonderi aut decaluari, velet caput suum. & hoc item in loco, *Quòd si vir comam nutriat, ignominia est illi. Mulier vero si comam nutriat, gloria est illi: quoniam capilli pro velamine dati sunt ei.* Et si pro velamine dati sunt, inquit, qua gratia aliud addendum est velamen? vt nõ tantum suapte natura, sed etiam voluntate subiectam se esse confiteatur. Quòd enim te velari oporteat, naturali primum lege institutum est. Igitur quoque tua spõte velare, ne naturæ leges peruertere videaris, quod summæ temeritatis est, vt non solum nobis, sed & naturæ bellum indicamus. Ideo Iudæos deus his verbis ar- C guebat, Interfeciſti filios tuos & filias tuas, hoc super *Deut.12* omnia scelera tua. Et Romanorum luxuriam iterũ Paulus increpans, his verbis accusationem auxit, ostendendo quòd non solum prẽter diuinam legem, sed præter naturam vterentur: Mutauerunt, inquit, naturalẽ vsum, *Rom.1.c* in eum qui est contra naturam. Idcirco & hoc in loco hanc mouet rationem: & idem ostendit, & nihil alienum sancit, & quòd quæ apud gentiles innouata sunt, omnia sunt præter naturam. Idem & Christus ostẽdit, Quæcunque, inquit, vultis vt faciant vobis homines, & *Matt.7.b* vos facite eis, † videlicet quòd nihil innouarent.] *Si quis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia dei.* Ergo contentionis est, vt his cõtradicant, non autem rationis. Veruntamen etiam sic reprehẽsioni moderatus est, & verecũde quidem, quod etiam grauiorem fecit orationem: Nos enim, inquit, talem consuetudinem non habemus, vt contendamus, litigemus, certemus: neque hic constitit, sed addidit, Neque †ecclesia] dei. Ex quo ostendit, quòd vniuerso orbi †ecclesiæ terrarum se obiiciunt, & oppugnant non obtemperando. Sed tunc contendebant Corinthij, nunc vniuersus orbis legem hanc & suscepit & obseruat, tãta est crucifixi potentia. Sed vereor nequando mulieres aliquæ forma accepta & aliter tectæ, reipsa ignominia affectæ inueniantur. Propterea ad Timotheum scribens non contentus his Paulus alia addidit, dicens: In habitu or- *1.Tim.2.b* nato cum verecundia & sobrietate, [ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro.] Nam si nudum caput habere non decet, sed potestatis signum quocunque circunferre, longe magis re ostendendum est. Quamobrẽ priscæ illæ mulieres viros dominos appellabant, & honoratiore loco cedebant. Etenim illi, inquit, suas diligebant

gebant vxores. Noui hoc, neque me fugit. Sed quæ tibi A
facienda sunt admonemus, noli eorum mores conside
rare: etenim cum pueros admonemus, vt parẽtibus pa-
Deu.5.b.& reant, dicimusque, scriptum est, Honora patrem tuum
Matth.15.a & matrem tuam: dicunt nobis, Prosequimini scriptu-
Ephe.6.a ram dicentem, Vos patres nolite prouocare filios ve-
Coloss.3.d stros. & cum seruis dicimus scriptum esse, vt obediant
dominis, & non ante oculos obediant: & ipsi rursum,
quæ sequuntur nobiscum expostulant, quòd eadem do
mini admoneantur: etenim ipsis etiam Paulus præcepit
remittendas minas. Non tamen ita faciamus. Neq; quę
aliis data sunt præcepta quæramus, quando alicuius cri
minis accusamur. Neque enim si socium haberes crimi
nis, culpa vacares, sed vnum duntaxat tibi considéran-
Gene.3.c dum est, quo pacto te præstes innoxium. Nam & Adam
in mulierem culpam retulit, & ipsa rursum in serpentẽ:
sed neutrum culpa exemit huiusmodi purgatio. Noli B
igitur hanc mihi in præsentia excusationem afferre, sed
omni annitere modestia viro debitum exhibere. Nam
† nõ permitto vt legem mulieri posita ipse in mediũ adducat, sed quæ ipsi viro. cum virum tuum admoneo, vt te amet & colat, † non
omitto quin legem mulieri positam in medium addu-
cam, sed quæ ipsi quoque viro] scripta est exigo. Tu igi
tur quæ decent operare duntaxat, & exhibe te viro faci
lem. Vel potius si propter deum viro parueris, noli mi-
hi proponere, quæ ab eo fieri deceant, sed ea quibus te
legislator fecit obnoxiã, diligenter exequere: hoc enim
maximè est deo parere, † si legem præuaricari non pa-
† si aduersa etiã patiẽs, legẽ nõ præuaricetur. tieris.] Propterea qui amicum amat, nihil sibi magnũ
facere videtur. Qui verò exosum colit, hic maximè co
ronatur. Eodem & tu modo cogita, quòd si molestum
virum pertuleris, clarissimam coronã accipies: sin mo-
destum & mansuetum, quòd nam tibi præmium deus
dabit? Hæc autem dico, non vt viros in mulieres exas- C
perari admoneã, sed suadeo mulieribus, vt viros etiam
† vnusquis-que. asperiores perferant. Quando enim † vterque] suum ni
titur implere officium, etiam proximi vtilitas sequitur,
vt exempli gratia: Quando mulier asperiorem virum
perferre parata est, & vir molestiorem etiam mulierem
contumelia non afficit, tunc omnia quieta sunt, & por
tus ibi tranquillissimus patet. Ita priscis fiebat tempori-
bus, suum vnusquisq; implebat officium, nõ quod pro-
Gene.12.b ximum deceret, requirebat. Considera quæso, Accepit
fratris filium Abraham, non accusauit vxor: iussit vt lõ
gum iter faceret, non contradixit, sed mandatum secu
ta est. Item post multas illas miserias, & labores, & su-
Ibid.13.c dores, omnium dominus factus, cessit ipsi Loth Abra-
ham prælatione illa, & non solùm non ægrè tulit Sa-
ra, neque quicquam tale locuta est, quemadmodũ mul-
tæ hoc tempore mulieres assolent, cum in huiusmodi D
partibus viros suos inferiores videant, & maximè mi-
noribus comparatos, eos stultos, dementes, effœmina-
tos, proditores, stupidos exprobrando appellant. At Sa
ra non modò quicquam tale non dixit, sed ne cogita-
uit quidem: sed mariti probauit voluntatem, & quod
maius est, ex quo ille votis suis satisfecit, & minorẽ pa-
truo reliquit portionem, grauissimum periculũ subiit:
quod cùm ad patriarchæ aures peruenisset, suos om-
nes armauit, & aduersus omnem Persarum exercitum
Gene.14.c cum suis duntaxat familiaribus se præparauit. Neq; Sa-
ra dissuasit, neque dixit, quæ tunc dici poterant, mi vir
quò ruis in præceps, quò impelleris? Cur te tantis expo-
nis periculis, & pro homine qui te iniuria affecit omnẽ
sanguinem effundis? Quòd si teipsum cõtemnis, saltem
mei quæ propter te domum & patriam reliqui, & ami-
cis & cognatis carere potui, & in tam lõginquas regio-

nes tecum peregrinata sum, miserere, & noli me vidui-
tate, & viduitatis malis afficere. Nihil huiusmodi, neq;
dixit Sara, neque cogitauit, sed omnia silentio pertulit.
Præterea cùm sterilis esset, minimè † mulierum labores *† mulierum*
perpessa, neque partu distracta: ille flet] nõ ad vxorem, *more cẽque*
sed ad deum. Et animaduerte, quo pacto vterque deco *ritus: ille ve*
rum seruat. Neque ipse Saram tanquam sterilem con- *rò flet.*
tempsit, neque quicquã tale exprobrauit: & illa rursum
conata est aliquam ei sterilitatis suæ à pedissequa con-
solationem excogitare. Nondum enim hæc tunc tem- *Gene.16.a*
poris, sicut nunc prohibebantur. Nunc enim minimè
mulieribus licet, vt huiusmodi viris permittant, neque
illis scientibus aut insciis vxoribus fas est, vt his se ad-
misceãt, licèt sæpenumero sterilitatis dolor perturbet.
Nam audient & ipsi quòd vermis eorum non morie- *Esaiæ.66.g*
tur, & ignis non extinguetur. Non enim hoc tempore
permittit, quod tunc non negauit. Ideo & mulier hoc
fecit, & ille paruit, neq; sic propter voluptatem. Sed vi-
de quo modo eam rursum expulit, cùm ipsa iuberet.
Atqui hoc ego volo ostendere, alterum alteri omnia
persuasisse. Veruntamen noli his tantùm attendere: sed
cùm hæc dicis, etiam priora inquire, quòd contumelia
eam affecit, † quòd in vxorem est irritatus:] quo quid *† quòd ad-*
potest liberæ mulieri & pudicæ miserius excogitari? Ne *uersus de-*
igitur viri virtutem expectet mulier, inde suam exhi- *minam su-*
beat. Hoc enim nihil magnũ est, neque rursum vir mu- *perbiebat.*
lieris modestiam, & inde philosophetur. Neque enim
hoc eius officium est, sed vterque, vt dixi, suum præoc-
cupet officium. Nam si alienis, qui dextram nobis ma-
xillam percutiant, etiam sinistram præbere oportet, lõ-
gè magis asperior vir ferendus est. Neque verberãdam
vxorem dico: absit. Vltima namque ignominia est, nõ
eius quæ verberatur, sed qui verberat. Sed si casu aliquo
talem nacta eris maritum, noli ægrè ferre, sed repositũ
tibi ex his præmium intellige, & in præsenti vita laudẽ.
Et vos viros illud admoneo, nullum sit tam magnum
peccatum, quod ad verberandum vxorem vos compel
lat: & quid vxorem dico? Ne seruam quidem verbera-
re, & manus in eam iniicere, viro libero esset toleran-
dum. Quòd si seruam verberare viro maximę ignomi-
niæ est, multò magis contra liberam dextram extende-
re. Et hoc ab gentium legumlatoribus cognoscere pos-
sumus, qui quæ vapulauerit, nõ amplius cum marito ha
bitare cogunt, vtpote qui indignus sit, vt cum ea am-
plius consuetudinem habeat: etenim summa iniuria est
vitæ sociam, & in rebus necessariis antea tibi coniun-
ctam tanquam mancipium ignominia afficere. Ideo
huiusmodi virum, siquidem vir appellandus est po-
tius quàm fera, & patricidæ & matricidæ similem es-
se dixeris. Nam si patrem & matrem vxoris gratia relin- *Gene.2.d*
quere præcipimur, non vt iniuriam eis faciamus, sed di- *et Mat.19.a*
uinam legem impleamus, & ipsis parentibus tam gra-
tum, hoc est, vt relicti gratiam habeant, & id multo stu
dio exequantur: quò nam pacto non vltimæ dementię
est, eam contumelia afficere, propter quã parentes deus
dimittendos præcepit? Nónne hoc tantum insania? Cõ
tumeliam autem quis ferat, quæso? quam quę oratio pos
set ostendere, quando vlulatus & gemitus per angipor
tus tolluntur, & tam turpis viri domũ à vicinis & præ-
tereuntibus concurritur, tanquam ad feram quandam
omnia domi vastantem, cui sanè esset melius vt terra
dehiscceret, quàm amplius in foro cõspiceretur. Sed in-
citat, inquit, mulier. Verum considera mulierem debile
vas esse. Tu autem vir propterea princeps factus es, &
capitis loco datus, vt subditæ feras imbecillitatem. Ve-

lis igitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis igitur tuum illustrare principatum, quod facies, si A subditæ non insultaueris: & quemadmodum rex tantò clarior apparet, quantò præfectum suum clariorem ostendit, quem si inhonoraret, & cõtumelia illius dignitatis magnitudinem afficeret, non paruam gloriæ suæ partem auferret: itidem & tu, si illam quæ secundũ post te locum obtinet, contumelia afficis, non parũ tui principatus honori derogas. Hæc igitur omnia tecum repu ta, & modestus sis, & cum his illius noctis recordare, qua aduocato te ad se pater tãquam depositum quoddam filiam tibi tradidit, & omnibus relictis, matre, domo, & seipso, omnem eius curam tuæ dextræ commisit. Intellige quòd cum deo propter ipsam filios habes, & pater factus es, his tu rationibus in eam mansuetus esto. Non vides agricolas quanta diligentia quæ semel semen acceperit terram colunt, quanuis innumera habeat vicia? vt exempli gratia, quanuis arida sit, quanuis B malas herbas producat, quanuis humoris abundantia loci natura offendatur, colit tamen: hoc enim pacto prior fructum & tranquillitatem consequeris: etenim portus est mulier, & maximum securitatis remedium. Quòd si ventis & fluctibus portum liberaueris, ex foro reuersus tranquillè vives. Quòd si perturbatione & tumultu impleueris, tibiipsi longè grauius strues naufragium. Ne igitur hoc fiat, fiat quod dico. Quotiescunq; aliquid molesti domi cõtigerit, si quid vxor peccauerit, cõsolare, & noli mœrorẽ augere. Licèt enim omnia proiicias, nihil molestius continget, quàm non habere beneuolam domi vxorem: licèt quodcunque dixeris peccatum, nullum magis dolendum inueneris, quàm cum vxore seditionem habere. Itaque propterea omnium maximo in honore habenda est huiusmodi dilectio. Quòd si inuicem onera ferenda sunt, multò ma- C gis vxoris: & si pauper sit, noli exprobrare: & si stulta, noli ei insultare, sed esto modestior: etenim tuum mẽbrum est, & caro vna facti estis. Sed stulta est, ebria, iracunda. Igitur dolendum est, non irascendũ: & deo supplicandum est, & ipsa admonenda, & adiuuanda consilio, & omni conatu annitendum, vt illis liberetur affectibus. Quòd si verberaueris, exasperabis morbum: asperitas enim mansuetudine, non alia asperitate dissoluitur. Præterea quam à deo mercedẽ accepturus sis considera. Nam cùm eam verberare possis, neq; id dei metu facias, sed multa eius vicia æquo animo perferas, leges veritus, quæ prohibent vxorem eiiciendam quocũque vicio laborauerit, maximam mercedem accipies, & ante mercedem multa lucraberis: eam nanque obsequentiorem reddes, & tu ob eam fies mansuetior. Fertur quẽdam externorum philosophorum, cum malam haberet vxorem, prauam, temulentam, & interrogaretur, qua gratia eius mores toleraret, respõdisse: vt gymnasium & palæstram philosophiæ domi habeam. Ero enim, inquit, cum aliis mansuetior, cum in ea quotidie toleranda erudiar. Multùm acclamauistis. Verùm multum ego doleo, quòd gentiles nobis sint sapientiores, nobis inquam, qui angelos imitari iubemur, vel potius ipsum deum per mansuetudinem. Philosophus hac gratia malam dicitur non eiecisse vxorem. Sed & quidam propter hoc duxisse referunt. Ego autem cùm multi homines stultiores sint, admoneo vt primùm omnia faciant & conentur, vt bonam accipiant vxorem & omnis plenam virtutis. Quòd si falli contingeret, vt neq; bonam, neque tolerabilem vxorem domum duceret, tunc philosophum hunc imitari, & eam omni ex parte informare, & nihil eiusmodi proponere oportet. Nam

& mercator nisi cum socio pacta faciat, quibus pacificè inter se viuant, non prius deducit nauem, neque alias tangit merces. Itidem & nos omnia faciamus, vt vitæ sociã & huius negociationis & nauis summa cum tranquillitate domi cõtineamus. Hoc pacto cætera omnia tranquilla succedent, & securè præsentis vitæ pelagus transmittemus. Hæc nobis domo, seruis, pecuniis, agris, ciuilibus, & omnibus deniq; rebus honorbilior sit, neve ipsa nobiscũ domi in seditione & discordia viuat. Ita & alia nobis ad voluptatem cedent, & in rebus spiritualibus multam habebimus commoditatem, si vnanimes hoc iugum traxerimus, & omnia rectè transegerimus, & quæ nobis reposita sunt bona consequemur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

Homilia xxvij.

Hoc autem† præcipio non laudans,]quòd non in melius, sed in deterius conuenitis. Necessarium est præsentis criminis causam prius afferre. Ita enim facilius hunc sermonem discere poterimus. Quæ nam igitur ea est? Quemadmodum in tribus milibus, qui principiò crediderunt, omnes cõmuniter comederunt, & in commune omnia possederunt: ita & tunc cùm hęc scripsit Apostolus, factum est sed nõ tam certè, tanquam † dubitatio quædam] illius communicationis permaneret, & in posteros descẽderet, & cum contingeret alios quidem pauperes, alios diuites esse, non omnia in commune conferebant. Communes autem faciebant mensas institutis diebus, vt decebat, & collectione perfecta post mysteriorum cõmunicationem, ad commune omnes epulum conueniebant, & ei bi ferebantur per sumptuosos, pauperes & qui nihil habebant, ab illis vocabantur, & communiter omnes discumbebant. Sed procedente tempore huiusmodi abo leuit consuetudo. Ex hac diuisione contigit, vt alij his, alij illis se adiungerent, & dicerent: Ego quidem illius sum, ego autem illius, vt in principio epistolæ corrigendo dicebat: Significatum est enim mihi de vobis fratres mei ab his qui sunt Chloës, quia contentiones sunt inter vos: hoc autem dico quod vnusquisque vestrum dicit, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ. Non quòd † cum Paulo seipsos adiicerẽt, non passus est,] sed prorsus radicitúsque morem auferre volens, seipsum ascripsit, ostendens quòd quanuis † sese, nequa- seipsum qui communi corpori inscriberet, difcussus tamen est, & sic] absurdum esset & iniusticiæ [extremæ.] Quòd si in hoc iniquum, multò magis in illis inferio- D ribus. Cùm igitur hæc abolita esset optima & vtilissima consuetudo: (erat enim dilectionis argumentum, inscribens, paupertatis cõsolatio, diuitiarum moderatio, maximæ à communi philosophiæ materia, doctrina humilitatis.) cùm, inquam, tot bona abolita essent, cum terrore meritò in hunc modum loquitur: Hoc autem præcipio non laudans. In priore enim crimine, vtpote multis cauẽtibus aliter incepit. Laudo autem vos, quòd per omnia mei memores estis. Hoc autem in loco contrà: Hoc autem præcipio non laudans, ideo neque pòst increpitãs eos, qui de idolorum sacrificiis comedunt id posuit. Sed cũ asperius id esset, medio iniecto de coma sermone, ne ex vehementibus criminibus iterum grauius reprehendendo, etiam asperior videretur, rursum vehementius aggreditur, inquiens: Hoc autẽ præcipio non laudans. Quale hoc est, quod nũc dicturus sum. Quid sibi vult, † præcipio nõ laudans?] Non suscipio vos, inquit, quòd

† *Præcipiens non laudo, sic & in se quentibus.*

Actor. 4. g. † *desinens quidam.*

† *paulo seip sos addecet*

† *præcipiens non laudo*

ad consilij

ad consilij necessitatem me compulistis. Non laudo, quòd ad hoc doctrina indigetis, quòd vobis præceptū necessarium est. Animaduertis quo pacto ab ipso principio rem valde absurdam ostēdit. Cùm enim nullius præcepti debet indigere, qui peccat, vt non peccet, veniam peccatū non meretur. Et quare non laudas? Quia non in melius, sed deterius conuenitis inquit: hoc est, quòd non proficitis in virtutem, cum opus sit augere eam & magis contendere. Vos iam obtinentem consuetudinem minuistis. Itaque meo indigetis præcepto, vt ad priorem ordinem redeatis. Inde ne pauperū gratia tantum dicere videatur, non statim de mensis sermonem ingreditur, ne propterea leuior reprehēsio videretur, sed elegit verbū, quod maximè horrorem incuteret & formidinem. Quare inquit, *Primum quidem conuenientibus vobis in ecclesia, audio dissidia esse in vobis.* Et non dicit, audio vos non simul cœnare, audio vos priuatim manducare, & non cum pauperibus: sed quod maximè credibile erat, quod eorum mētes percelleret, id posuit, nomen scilicet dissidij, quod erat ipsa causa: & illius iterum meminit, quod in epistolæ principio dictum est: Significatum est mihi ab his, qui sunt Chloës, *& ex parte credo.* Ne enim dicerent, Quid igitur si calumniatores mentiuntur? Neque se credere dixit, ne impudentiores faceret: neque rursum non credere, ne videretur stultè reprehendere, sed ex parte credere. Quo verbo solicitudinem eis incutit, & vt corrigantur aduocat. *Nam oportet & hæreses in vobis esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.* Hæreses hoc in loco non doctrinæ intelligit, sed horum dissidiorum. Quòd si doctrinæ diceret, non ita ansam præbuisset: etenim Christus inquit, Necesse est vt veniant scandala. Sed non arbitrij libertatem his verbis tollit, neque necessitatem aliquam, *& violentiam vitæ imponit. Sed quod procul dubio ob prauam hominum mentem futurū erat prædixit: [quod quidem futurum erat, non quia prædixit, sed] ob eorum qui curari non poterant voluntatem.* Non enim quòd hęc prędixerit, idcirco hęc facta sunt, sed cum procul dubio futura essent, ideo prędixit. Nam si necessitatis essent scandala, & nō voluntatis eorum, qui ea mouent, superfluum esset quod dixit: Væ homini illi per quem scandalum venit. Sed hoc apertius in suo loco disputabimus. Nunc ad propositum venire necessarium est. Nam quòd de his hæresibus dixerit, quæ circa mensas fiebant, & de huiusmodi contentione & seditione, ex sequentibus palàm fecit. Nam cum dixisset, Audio dissidia esse in vobis. Non hìc cōstitit, sed ostendens quæ dissidia diceret, prosequēs inquit, *Vnusquisque suam cœnā præsumit ad manducādum.* Et iterum, *Nun quid domos non habetis ad manducandum & bibendum, aut ecclesiam dei contemnitis?* Sed quòd de his dicat, perspicuum est. Quòd si dissidia hæc appellat, noli admirari. Nam, vt dixi, hoc verbo eos impellere vult. Quòd si in doctrina esset dissidium, non tam placidè eos allocutus esset. Audi quęso, cum contra hoc dissidium loquitur, quàm vehemens sit, quàm cautus, quanta vtatur reprehensione. [Cautus quidem & securus, vt quum dicit:] Sed licèt nos aut angelus de cœlo euangelizet vobis præterquam quod euāgelizauimus vobis, anathema sit. Increpat autem quemadmodum cum dicit, Qui in lege iustificamini, à gratia excidistis: & nunc quidē canes appellat, † qui eas [corrumpunt: [dicens. videte canes] nunc autem habentes cauterio notatam conscientiam, & iterum angelos diaboli. Sed in hoc loco nihil tale locutus est, sed placidè & remissè. Quid autem significat,

Matth.18.a

Ibidem.

Galat.1.b

Galat.5.a

† eos qui.

Vt qui probati sunt, manifesti fiant in vobis? Vt maiorem in modum clari euadant. Cuius sententia huiusmodi est, quòd immutabiles & firmi non modò nihil offenduntur, sed clariores apparent. Illa enim particula, vt, non causalis est, sed etiam nonnunquam rerum euentum significat. In qua significatione à Christo posita est, cum dixit: In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant. Ita & Paulus de lege disputans, inquit, Lex autem subintrauit, vt abundaret delictum. Sed non propterea lex data est, vt augerentur peccata Iudæorum, sed id euenit. Neque Christus propterea venit, vt qui viderent, cæci fierent, sed contrà. contigit autem id. Ita & in hoc loco intelligendū est, vt qui probati sunt, manifesti fiant. Non enim propterea factæ sunt hæreses, vt probati manifestarentur: sed cum huiusmodi hæreses fierent, id cō tigit. Hæc autem dixit pauperes consolatus, vt magno animo eum contemptum tolerarēt. Ideo non dixit, vt probati fierent: sed, qui probati sunt, manifesti fiant, significans eos antea tales fuisse, sed mixtos cum multitudine, & à diuitibus adiutos nō multū apparuisse. Nunc autem seditio ipsa & contentio manifestos eos fecit, quemadmodum gubernatorem tempestas ostendit: & non dixit, vt vos probati manifestaremini: sed, vt qui probati sunt, manifesti fiant, hoc est, qui in vobis [tales sunt] Neque enim accusando eos manifestat, ne impudentiores fiant. neque †laudat,] ne languidiores, sed suspendit sermonem & hunc & illum, singulorum conscientię verba sua accommodans. Neque pauperes tantum hoc mihi in loco videtur consolari, sed qui non aboleuerunt consuetudinem: etenim adhuc esse poterant, qui eam seruarēt. Quare inquit, *Et ex parte credo.* Meritò igitur eos probatos inquit, qui non tantū cum aliis seruauerunt consuetudinem, sed sine illis qui hāc bonam legem seruarunt: facit autem hoc, vt his laudibus & alios & hos annitatur promptiores efficere: deinde eius peccati genus meminit. Quòd nam id est?

Conuenientibus vobis in vnum, inquit, *iam non est dominicam cœnam manducare.* Vides quàm reprehensiuè & narrationis modo consulit. Aliam enim conueniendi formam dicit, nam amoris est & fraternæ dilectionis, vn* enim vos omnes locus accipit, & simul congregamini, mensa autem non simili conuentu: & non dixit conuenientibus vobis, non est communiter māducare, neque inuicem: sed aliter & longè formidolosius eos his verbis tangit, Non est dominicam cœnam manducare, ad illam eos noctē relegans, in qua admiranda mysteria Christus tradidit, Propterea cœnam † optimam] vocauit: etenim illa cœna communiter omnes habuit †ipsum prē incluſos. Atqui non tanta est differētia diuitum & pauperum, quanta magistri & discipulorum. Infinitū enim illud. Et quid dico magistri & discipulorū? Cogita differentiam magistri & proditoris. Veruntamen & magister cum discipulis accumbit. Neq; proditor eiectus, sed ciborum factus est particeps, & mysteriorū socius. Inde interpretatur, quo modo non est dominicam cœnam manducare. *Vnusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum, & alius quidem esurit, alius est ebrius.* Vides quo modo eos se maiori ignominia afficere ostendit. Quod enim dominicum est, priuatum faciunt. Itaque ipsi primi sunt ignominia affecti, qui à mensa sua maximam abstulerunt dignitatem. Quò nam pacto? Quoniam dominica cœna, hoc est, domini, debet esse communis. Quæ enim domini sunt, non huius sunt serui, non alterius, sed omnibus communia. Quod enim dominicum est,

Philip.3.a

Ioan.9.g

Roma.5.d

dium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

minicum est,idem & commune.Nam si domini tui est: A quemadmodum est : non debes tanquam propria tibi assumere,sed tanquam res domini communiter omnibus proponere.Siquidem hoc est dominicum:nunc autem non sinis esse [dominicum , quum non sinas esse] commune,sed tibi comedis.Quare addidit,Vnusquisque enim suam cœnam præsumit ad mãducandum: & non dixit,abscindit: sed,præsumit, quo verbo placidè eos & gulæ & temeritatis accusat: hoc & in sequẽtibus ostendit.Nam cũ hoc dixisset,rursus addidit: *Et alius quidem esurit,alius autem ebrius est.* Quorum vtrunque immoderationis erat,& indigentia,& excessus. Ecce alterum peccatum iterum eos lædens.Primum quidẽ quod eorum cœnam ignominia afficit,alterum quòd ventri viuunt,& inebriantur, & quod grauius est, pauperibus esurientibus.Quæ enim omnibus communiter proponenda erant,ea ipsi soli comedunt , & in ingluuiem & B ebrietatem prorumpunt. Ideo non dixit,alius esurit,alius saturatur:sed,ebrius est. Horum enim singula natura sua accusatione digna sunt : etenim ebrietas etiam si non contemnantur pauperes,peccatum est [tum etiam pauperum contemptus, quanuis non inebrieris.] Cum autem vtrunque simul coniungitur , intellige quantus sit iniquitatis excessus , Inde quàm absurdum sit ostendens , multa cum indignatione iam terrorem incutit, dicens: *Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum,aut ecclesiam dei contemnitis,& confunditis eos qui non habent?* Vides quo modo à pauperum contumelia ad ecclesiam crimẽ transtulit,vt asperiorem faciat sermonem . Ecce & quarta accusatio , quando non pauperes tantum,sed ecclesia læditur.Quemadmodum enim dominicam cœnam priuatam facis,ita & locum, tãquam domo ecclesia vsus.Ecclesia enim facta est, nõ vt diuisi C simus,cum conuenire oporteat,sed vt diuisi coniungamur,& hoc conuentus ostendit:Et confunditis, qui nõ habent?Non dicit,fame absumitis qui non habent,sed longè grauius,vt ostendat,quòd non victus ei tantum curæ est , quantum iniuriæ in eos factæ . Ecce & quinta accusatio,non solùm esurientes despicere,sed confundere.Hoc autem dixit bonorum pauperũ gratia,ostendens quòd non ita ventris gratia,vt ignominiæ dolẽt. Simul autem vt in misericordiam auditorem trahat. Tantam igitur ostendens absurditatem, contumeliam in ecclesiam,quæ in pauperes fit ebrietas & cõtemptus, remittit rursum reprehensionis vehementiam repentè, dicens: *Laudabo vos? in hoc non laudo.* Quod quis in eo maximè miretur, quòd cum perterrere vehementius post tantorum peccatorum reprehensionem,& tangere debuisset,ipse contrarium faciat. Remissius enim lo D quitur,& dat vt respirent: quæ nam causa sit, dicemus. Vehementius eos tetigit accusationem augens, & cum medicus sit optimus,vicissim vulneribus sectionem inducit.Neque quæ profunda indigẽt sectione, in superficie incidit.Audisti igitur quo pacto qui apud eos fornicabantur, abscidit. Neque quæ leniori indigent medicina,in his ferro vsus est.Propterea hoc in loco mansuetiori vtitur sermone. Ad hæc maximè eos mãsuetos erga pauperes facere curauit : ideo remissius loquitur. Inde volens eos aliunde maiorem in modum arguere, à magis propriis sermonem suum his verbis intexit.

Ego enim accepi à domino,quod & tradidi vobis , quoniam dominus Iesus in qua nocte tradebatur,accepit panem & gratias agẽs, fregit & dixit,Accipite & mãducate,hoc est corpus meum, quod pro vobis † tradetur:] hoc facite in meam commemorationem. Qua gratia hoc in loco mysteria commemorat? Quoniam

†frangitur.

maximè necessarius in præsenti materia hic sermo erat. Et enim dominus tuus eadem omnes mensa dignatus est , quanuis supra omnes admiratione dignissima , & omnium superante dignitatem . Tu autem eos tua & parua & vili indignos arbitraris , & cùm in spiritalibus †te superet,] diripis terrena.Nõ enim hæc tua sunt. †parua. Sed non ita dicit,ne asperum faciat sermonẽ,sed mansuetius loquitur,Quoniam Christus,inquit, in qua nocte tradebatur, accepit panem. Et quare temporis meminit,& noctis illius & proditionis? Non temerè,neq; sine ratione,sed vt maximè eos à tempore quoque cõpungat. Quanuis enim quis lapis esset,illa nocte audita,quo modo cum discipulis tristis erat, quo modo traditus est,quo modo ligatus,quo modo abductus, iudicatus, quo modo deniq; omnia passus est, cera mollior fiet,& terram, & omnem terræ abiiciet cogitationem. Propterea in omnium illorum memoriam nos adducit, per tempus & mẽsam & proditionem nos argues, quòd dominus tuus seipsum tui gratia tradidit. Tu autem ne fratrem quidem tibi facis participem tui ipsius gratia. Quo modo autem dicit se à domino accepisse? Neque enim tunc aderat , sed Christum persecutus est: vt intelligas nil amplius illam mensam [quàm quæ] postmodum habuisse:etenim hodie ipse est, qui omnia operatur,& tradit quemadmodum tunc.Neque propter hoc solùm noctis illius meminit , sed vt aliter nos compungat . Quemadmodum enim illorum maximè meminimus verborum,quæ vltimo in loco à discedẽtibus audiuimus,& ad hęredes,si eorum auderent mandata contemnere, exhortantes dicimus, Intellexistis? hanc vltimam dimisit nobis pater, & quo tempore expirabat,hæc præcepit?Sic Paulus & hinc horrendum facere sermonem suum volẽs,Recordamini,inquit, hoc vltimum nobis mysterium præbuisse,& ipsa nocte qua erat pro nobis moriturus,hæc præcepit,& post eam traditam nobis cœnam,non amplius aliam apposuit.Deinde ea enarrat quæ facta sunt, dicens: *Quod accepit panem,& gratias agens fregit, & dixit, [accipite manducate:] hoc est corpus meum quod pro vobis † tradetur.*] Si igitur & tu cum †frange gratiarum actione accesseris , nihil his indignũ facias. Neve velis ignominia afficere fratrem , neve contemnas esurientem , neque inebriare, neque contumeliam dicas in ecclesiam . Accedas gratias agens pro his quibus frueris. Igitur & ipse vicem redde, & noli à proximo scindi:etenim Christus omnibus æqualiter dedit dicens,Accipite, mãducate. † Illud] corpus æqualiter de- †Illu dit . Tu autem quod commune est, non communicas: etenim pro omnibus pariter fractum est , & æqua portione distributum . Similiter & calicem postquam cœnauit,dicens: *Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine , hoc facite , quotiescunque biberitis in meam commemorationem.* Quid dicis,commemorationem Christi facis, & pauperes despicis,neque horrescis?Sed si filij vel fratris defuncti facis commemorationẽ,terrore concuteris conscientiæ,nisi consuetudinem impleres, & pauperes conuocares.Cùm autem domini tui meministi, ne quidem mensam communicas. Quid autem id significat , Hic calix nouum testamentum est?Erat autem veteris testamenti calix, † sacrificia,] & sanguis brutorum : etenim †Tabernac post sacrificium, in calice, & phiala sanguine accepto, ita † sacrificabant.] Cum igitur pro sanguine brutorũ †Tabernac sanguinem suum induxisset,ne quis his auditis perturbaretur,illius veteris sacrificij meminit. Deinde de cœna illa referens,præsentia his quæ tunc fuerãt, copulat: vt quemadmodum in illa ipsa vespera & mensa dispositi,ab ipso

Universidad de Deusto
Biblioteca

siti, ab ipso Christo hoc acceperunt sacrificium, ita & nunc disponerentur, & inquit: *Quotiescunque comederitis panem hunc, & sanguinem hunc bibetis, mortem domini annunciabitis donec veniat.* Quemadmodum Christus enim & in pane & in calice in meam commemorationem facite hoc dixit, causam nobis † abscondens] quare mysteriū daret, cum aliis hanc esse dicens sufficientem nobis ad pietatem. Nam cùm intelliges, quid propter te dominus passus est, sapientior efficieris. Ita & ipse iterum inquit, Quotiescunque manducaueritis, mortem eius annunciabitis: & hæc illa cœna est. Deinde ostendens, quòd vsque ad consummationem maneat, inquit, Donec veniat. *Itaque quicunque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem domini indignè, reus erit corporis & sanguinis domini.* Quid tandem? Quoniam effudit illum, etiam eædem id esse ostendit, non tantùm sacrificium, quemadmodum tunc cùm transfixerunt, non vt biberent transfixerunt, sed vt effunderent: ita qui indignè communicat, nullum inde fructuum † consequitur.] Vides quanto cum terrore loquitur, & quanta cum vehementia eos tangit, ostenditque, quòd si ita participaturi essent, indignè appositis participarent. Quâ nam igitur ratione non indignè qui pauperes cõtemnunt, & præter contemptum ignominia afficiunt? Nam si non dare pauperibus à cœlorum regno hominem eiicit, etiam si virgo sit, vel potius non larga manu dare (siquidem virgines illæ oleum habebant, sed non abundantius) intellige quantum mali sit, tanta absurda operari. Quę nam, inquit, absurda? Quid dicis? Quę absurda? Tantæ mensæ particeps fuisti, & cum omnium mansuetissimus esse, & angelis par deberes, omnium crudelissimus factus es. Sanguinem gustasti dominicum, neque sic fratrem tuum agnoscis: & quâ nam dignus es venia? Atqui si eum antea ignorabas, mẽsæ tamen gratia eum te cognoscere oportebat. Nunc autem & ipsam inhonoras mẽsam, qui cùm eius particeps esse dignus habitus sis, tuo illum cibo indignum arbitraris. Non audisti qua pœna affectus sit, qui centum denaria petiit? Quo modo latam sententiam irritam fecit? Ignoras qui sis, qui fueris? Nõ cognoscis teipsum, quòd hoc paupere pecuniis longè pauperior es beneficiis, cùm innumerorum plenus sis peccatorum? Veruntamen his omnibus te liberauit deus, & tali te mensa dignum effecit. Tu autem neque sic humaniorem te exhibuisti. Igitur nihil aliud relinquitur, quàm vt tortoribus tradaris. Hæc & nos omnes verba audiamus, quicũque huc cum pauperibus ad sacrã hanc mensam accedimus. cùm autem egredimur, ne eos quidẽ vidisse videmur, sed inebriamur: & eos negligimus, qui esuriunt, quorum Corinthij tunc accusabãtur. Et quando hoc fit, inquit? Semper quidem, sed maximè in solennitatibus, quando minimè faciendum esset: etenim tunc post communicationem statim subit ebrietas, & pauperum contemptus: & cùm sanguinem acceperis, cùm ieiunij tempus est & † sobrietatis, comessaris & inebriaris. † Et si aliquid vtile consequeris pransurus, custodis teipsum ne alio malo cibo prius corrumparis. Spiritum autem conuiuam accepisti, satanicũ subinducis cibum.] Considera cum sacras illas cœnas apostoli accipiebant, quid tum faciebãt? Nónne in preces conuertebãtur & hymnos? Nónne in sanctas vigilias? Nónne in longam illam doctrinam, & multæ plenã philosophiæ? Magna enim & admirabilia tunc eis narrabat & adnunciabat Iesus, cùm Iudas discederet vocatum, qui eum erant crucifixuri. Non audisti quo modo tria milia simul communicantes semper vehementiores erant in orationibus & doctrina, non in ebrietatibus & comessationibus? Tu autem prius quàm accipias, ieiunas, vt aliquo modo dignus communicatione videaris: cùm autẽ acceperis, & oporteret in cõtinẽtia perseuerare, omnia perdis. Quãquam æquum est ante & post communicationem ieiunare: oportet enim vtroque tempore continẽtem esse, sed maximè post acceptum † spiritum:] antè, vt dignus fias accipiendi: postmodũ, vt nõ indignus videaris, qui acceperis. Quid igitur? ieiunare oportet post eius acceptionem? Non dico hoc neque cogo, licèt bonum sit, tamen non compello, sed admoneo, ne in deliciis viuas ad saturitatem. Quòd si nunquam in deliciis viuẽdum est, & hoc Paulus manifestauit, cùm dixit, Quòd quę in deliciis est viuens, mortua est, longè magis tunc morietur. Nam si mulieri deliciæ mors est, multò magis viro: & si in alio tempore hoc perdit, multò magis post mysteriorum communicationem: tu autem cùm panẽ vitæ accipias, opus mortis exequeris, neque horrescis. An ignoras quot ex deliciis mala proueniant, risus intempestiuus, verba immodesta & plena exitij, scurrilitas, garrulitas infructuosa, & alia quæ ne dicẽda quidẽ sunt: & hoc, faciscùm ad Christi mensam discubueris, in die illa qua carnem eius lingua attingere dignatus es? Ne igitur hæc fiant, dextram tuam, linguam, labia cõsidera, quo pacto vestibulum Christo facta sunt, vt ingrediatur. Cõsidera quo tempore accedis, & cùm sensibilem mensam apponas, ad illam mensam, cœnam dominicam, ad discipulorum vigiliam in illa sancta nocte animum dirige. Nam si diligenter præsentia inquiremus, præsentia nox sunt potius: vigilemus igitur cum domino, compungamur cum discipulis. Orationum tempus est, non ebrietatis, & quidem semper, maximè autem in solennitatibus: solennitas enim propterea instituta est, non vt turpiter viuamus, neque vt peccatis abundemus, sed præsentia tollamus. Et licèt me frustra hæc dicere intelligam, non tamen cessso. Nam si non omnes mihi parebitis, non omnes eritis contumaces. Immo si nemo parebit, mihi quidem maior merces accedet, vos magis condemnabimini: † & quanuis nulla hinc sequatur vtilitas, non tamen propterea cessso,] quin dicam: fortasse enim fortasse assiduitate mea vos commouebo. Quamobrem vos rogo, ne in nostrum hæc faciamus detrimentum. Educemus Christum, demus ei bibere, induamus, hæc illa digna sunt mensa. Audisti hymnos sacros, vidisti nuptias spirituales, in regia mensa discubuisti, impletus es spiritu sancto, simul cum Cherubim in choreis fuisti, socius factus es supernis potestatibus. Noli tantam læticiam abiicere, noli thesaurum effundere, noli te ebrietati dedere, quæ anxietatis mater est, diaboli lætitia innumera pariens mala: hinc enim morti similis somnus, hinc grauedo capitis, hinc morbi & obliuio & mortis imago. Præterea ne amico quidem † vellem, vt ebrius obuiam fieret.] Cùm autem Christum intus habeas, audes quæso, tantum vini ingurgitare? Sed delicias amas. Igitur ab ebrietate cessa: etenim ego te in deliciis esse volo, sed in veris quę nunquam languescunt. Quæ igitur veræ deliciæ sunt, quæ semper florent? Voca ad prandium Christum, participem rerum tuarum facias, vel suarum potius, hoc immensam habet voluptatem & semper florentem. Verùm sensibilia non huiusmodi sunt. Sed simul & apparẽt, & abolentur, & qui in deliciis est, nihil melius se habet, quàm qui in nullis est deliciis, immo peius. Ille enim tanquam in portu sedet, hic

† *aperiens.*

† *adeptꝰ vt subintelligas, temere Christi sanguinem fudit.*

Matt. 25. a

Ibid. 18. d

† *Et si quid boni in prã dio comedes, abstines & caues ne alio malo cibo prius corrũpatur spiritum postea quam acce-*

peris, satanicas superinducis delicias?

† *spensum:*

1. Tim. 5. a

† *ne igitur magis condẽnemini, propterea nõ cessabo,*

† *velles, vt ebrius obuiam fieres.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

det,hic tanquam in fluctibus & morborum obsidionibus,tantum æstum ferre minimè potest. Ne igitur hæc fiãt,modesti simus. Ita enim corpus bene disponemus, & animam in securitate constituemus, & præsentibus & futuris malis liberabimur,& cœlorum regnum consequemur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi,cui gloria in secula,Amen.

Homilia xxviij.

PRobet autem seipsum homo,& sic de pane edat,& de calice bibat. Quid nam hæc sibi verba volunt, cũ alia sit proposita materia? Hic Paulo mos est,vt superius diximus, non solum ea prosequi, quæ sibi proposita sunt: verum etiam si alius subiectæ materiæ sermo incidat, eum diligenter exequi, & maximè cùm de valde necessariis & cogentibus mensio fiat:etenim quando ad nubẽtes locutus est, & in familiarium sermonem venit, vehementer multis eum modis confirmauit: & quando non esse iudicãdum in iudiciis dicebat,iterum in auariciæ admonitionẽ defluxit,& multa in hanc sententiam locutus est,quod & in hoc loco fecit.Cùm enim omnino mysteriorum esset memoria, necessarium arbitratus est hanc aggredi materiam. Non enim parua erat, ideo valde terribiliter de ea locutus est,bonorum indicando caput, vt pura cum conscientia accedatur.Ideo neque his quę prius dicta sunt, duntaxat contentus hæc addidit, Probet autem seipsum homo: quod & in secunda inquit, Vosmet tentate, si estis in fide, ipsi vos probate. Non quemadmodum nunc facimus, temporis gratia accedentes,magis quàm animi studio:neque vt pręparati ad vicia nostra expurganda compunctionis pleni accedimus, sed vt in solennitatibus simus, quando omnes adsunt consideramus. Sed non ita Paulus præcipit, sed vnum tempus nouit,quo accederemus, communicationis & conscientiæ puritatem.Nam si sensibili nunquam communicaremus mensa, si febre laboramus, [& malis humoribus abundamus,] ne perderemur: longè magis hanc tangere nefas est, absurdis cupiditatibus impediti, quæ febribus graviores sunt. Cùm autem absurdas dico cupiditates,etiam corporum dico, & pecuniarum,& iræ, & succensionis,& omnes simpliciter absurdas:quæ omnia accedentem exhaurire oportet, & ita purum illud attingere sacrificium,non pigrè disponi,& miserè cogi,propter solennitatem accedere,neque rursum compunctum & præparatum impediri, eo quòd non sit solennitas.Solennitas enim bonorum operũ est demonstratio,animæ puritas, vitæ certitudo: quæ si habueris, semper celebrare poteris solennitatem,& semper accedere.Propterea,inquit,Probet autem seipsum homo,& sic edat:non iubet,vt alter alteri probetur, sed ipse sibi non publicum faciens iudicium, & sine teste argumẽtum. *Qui enim comedit & bibit indignè,iudicium sibi manducat & bibit.* Quid dicis,dic quæso:tantorum bonorum causa,& quæ vitam exhibet mensa,iudicium fit? Minimè propter eius naturam, sed propter accedẽtis voluntatem. Quemadmodum enim præsentia eius, quæ magna illa & arcana nobis bona † affert, nisi accipiatur, magis dãnat:] ita & mysteria maioris punitionis præbent viatica his,qui indignè communicant.Et quo modo iudicium sibi manducat? inquies, *Non diiudicans corpus domini.* Hoc est, non inuestigans, non considerans,vt oportet,magnitudinem propositorum, nõ reputans muneris magnitudinem: si enim didiceris diligenter,qui sit propositus,& qui cui seipsum exhibet,nul lius alterius indigebis ratione, sed hoc tibi ad omnem sobrietatem sufficiet,nisi sis ignauissimus. *Ideo inter vos multi,& infirmi,& imbecilles, & dormiunt multi.* Hic iterum non amplius aliunde exempla adducit, quemadmodũ in idolorum fecit sacrificiis,vbi veteres narrauit historias,& plagas in eremo: sed ab ipsis Corinthiis, ex quo magis obstupescendũ suum fecit sermonem:cùm enim diceret,Iudicium sibi manducat & bibit, & reus est: ne videatur verba dicere,& opera ostẽdit,& testes eos aduocat: † quod magis minas tangit,cũ euenturas ostendit.] Non tamen his solis contentus, sed ab his etiam de gehenna induxit, & credibilem fecit sermonem, & vtrinque terrorem incutit, & circunlatam vndiq; soluit quæstionem.Nam cùm multi inuicem dubitent,vt de immaturæ mortes,vnde longi morbi,ex peccatis dicit multa eorum quæ non sperantur exoriri. Quid igitur? Sani,inquit,semper, & qui senescendo pinguescũt, non peccant? Et quis nam hoc diceret? Quo modo igitur,inquit, non dabunt pœnam? quoniam illic dabunt grauiorem.Nos autem si voluerimus, neque hic neque illic dabimus. *Quòd si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur.* Non dixit, si puniemus, si supplicium de nobis sumemus:sed,si diiudicaremus: hoc est, si nostra tantùm voluerimus peccata cognoscere,si condemnare nos ipsos,liberaremur vtique & ab huius & futuri seculi suppliciis: qui enim seipsum cõdemnat,dupliciter deum placat, & quòd peccata sua cognoscit, & quòd in posterum pigrior ad peccãdum efficitur. Quoniam autem neque hoc, quod leue est, vt oportet facere voluimus, neque sic cum orbe terrarum punire eos sustinet,sed adhuc parcit,in hac vita iudicium exigens,cuius caducum est suppliciũ,& multa remedia.Hoc enim à peccatis liberamur,& bona futurorum spes quæ leuat præsentia. Hæc autem dicit, simul & imbecilles consolans, simul & alios studiosiores faciens: quare inquit, *Dum iudicamur autem à domino, † corripimur.* Non inquit, punimur,non inquit, pœnas damus: sed, erudimur, ostendens admonitionis id magis esse, quàm damnationis,medicinæ quàm supplicij,correctionis quàm pœnæ. Neque propter hoc tantùm, sed maius minitando supplicium leue præsens efficit, dicens: *Vt non cum hoc mundo damnemur.* Vides quo modo & gehennam proposuit,& horrendum illud iudicium,& necessariam & omnino futuram inquisitionem,& supplicium ostẽdit. Nam si fideles & studiosi non euadent supplicium, in quibus peccabunt, & constat ex præsentibus:multò minus infideles, & qui adeò peccant, vt sanari non possint. *Itaque cùm conuenietis ad manducandum, inuicem expectate.* Adhuc enim permanente in eis formidine & tremore gehennę,vult iterum pauperum gratia admonere,propter quod hæc omnia dicta sunt,ostendẽs quòd qui hoc non faciunt, indignè communicant. Quòd si non communicando suas facultates ab illa mensa quis prohibetur,multò magis rapiendo. Et non dixit,vt cõuenientes cum indigentibus communicetis, sed honestius,inuicem expectate:hoc enim & illud confirmauit † ligauítque] & honesto dicendi modo admonuit. Deinde iterum verecundè, *Si quis autem esurit, domi manducet.* Permittendo prohibuit, & vehementius quàm si prohibuisset. Ab ecclesia enim eum expulit, & domũ relegauit. Quo verbo maiorem in modum eos tangit, & vituperat, tanquam ventris seruos, & incontinẽtes. Non enim dixit,si quis despicit pauperes:sed,si quis esurit,tanquam ad pueros ægrè ferentes loquẽs, tanquam ad bruta ventri obedientia: etenim maximè ridiculum,

1.Cor.13.b

† attulit,eos qui nõ receperunt, magis dãnauit.

si ob

Universidad de Deusto
Biblioteca

si ob esuritionem deberent domi manducare. Neque hoc contentus est, sed aliud formidolosius subdidit, dicens: *Vt non in iudicium conueniatis.* Hoc est, in supplicium, ecclesiam contumelia afficientes & fratrem: etenim propter hoc conuenitis, inquit, vt ametis vos inuicem, vt & vtilitatem faciatis, & consequamini. Quòd si contrarium fit, tolerabilius domi comedetis. Hoc autem ideo dicit, vt magis eos commoueat. His nanque verbis, quod inde futurum sit detrimẽtum ostendit, & iudicium esse dixit non paruum, & vndique perterruit à mysteriis, ab imbecillibus, à mortuis, ab aliis antè dictis. Præterea aliunde etiam perterret, dicens: *Cætera autem cùm venero, disponam.* Vel alia quædã, vel hoc idem significat. Cùm enim credibile esset ipsos aliquas causas allaturos, & non liceret per literas omnia corrigere, quæ admonui iam seruentur, inquit: quòd si quicquam aliud dicendum est, in meum aduentum reseruetur: vel de hac re loquitur, vt dixi, vel de aliis non multum vrgentibus. Dicit autem hoc, vt hinc studiosiores faciat. Cogitantes enim eum affuturum, debebant peccatum suum corrigere. Neque enim paruum erat Pauli aduentus, quod ostendens dicebat: Tanquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidã: & alibi iterum, Non in præsentia mea tantum, sed multò magis nunc in absentia mea, cum metu & tremore vestram salutẽ operamini. Propterea non simpliciter dixit se venturũ, vt non diffideret, & pigriores efficerentur: sed causam ponit profectionis necessariam, dicẽs: Cætera cùm venero, disponam: ostendẽs quòd cæterorum correctio, etsi propter aliud non festinaret, omnino eum illuc traheret. Hæc igitur audientes omnia, & pauperum maiorem in modum curam habeamus, & ventrem cohibeamus, & ebrietate liberemur, & mysteriis dignè communicare conemur, neque quæ patimur, siue in nobis, siue in aliis doleamus: vt exempli gratia, cũ immaturæ mortes accidunt, cùm longę ægritudines. Hæc enim pœnæ liberatio est, hæc correctio, hæc admonitio optima. Quis hæc dicit? Qui Christum in se loquentem habet. Veruntamen sunt multæ mulieres quæ tam stultè afficiuntur, vt infideles luctus magnitudine superent, & aliæ quidem doloris caligine hoc faciunt, aliæ autem ad ostentationem, & vt exterorum calumniam deuitent, quas omni penitus venia carere profiteor. Vt igitur ille non reprehendat, inquit, reprehẽdatur deus: vt homines brutis stultiores non † deprehendãtur:] regis omnium lex conculcetur: & quare hęc non digna sunt fulmine? Et si ad cœnam te quispiam vocet post luctũ, nemo contradicit, quoniam lex hominum est, quæ ita iubet. Cùm deus autem iubeat non flendũ, omnes reclamãt. An ignoras Iob, mulier? Nónne verborum eius recordaris in filiorum amissione, quę innumeris coronis sacrum illud caput cinxerunt, & citharis plurimis clarius prædicauerunt? Non reputas eius calamitatem, & nouum illud naufragium, & insolitam & admirabilẽ tragœdiam? Tu enim vnum fortasse amisisti, vel alterũ, vel tertium. Ille autẽ tot, & cùm multos filios habuisset, sine filiis repẽtè factus est. Et ne † paulum] quidem eius viscera concussa sunt, sed subitò omnis fructus ablatus est, non communi naturæ lege, neque senio, sed immatura & violenta morte, & omnes simul, neque presente Iob, neque iuxta sedente perierũt, vt saltem vltimis acceptis verbis, aliquam cepisset consolationẽ tam amaræ mortis. Sed prẽter omnẽ spem nihil eo sciente obruti sunt, & domus sepulchrũ eis, & laqueus factus est, neque mors immatura tantùm, sed & alia multa patrem

Suprà. 4. d Philip. 2. b

† reprehendant.

Hiere. 11. b & Luc. 23. d

† paulatim.

A torquebant: vt exempli gratia, Quòd omnes in ætatis flore erãt, omnes virtute præditi, omnes amore & corpore coniuncti, vtriusque sexus, quòd nullus supererat, non cõmuni naturæ lege. Præterea quòd post tantam calamitatem † nullius sibi sceleris conscius erat, quòd cum illis non idem passus esset.] Horum singula per se sufficientia erant quæ eũ perturbarẽt. Cùm autẽ omnia simul concurrerent, considera fluctuũ magnitudinẽ & tẽpestatis, & quod maius & luctu grauius est, ignorabat quã nã causa id accidisset. Idcirco cum nullã habuisset causam, ad quam tantam referret calamitatem, ad dei voluntatem retulit, dicens: Dominus dedit, dominus abstulit, vt domino visum est, sic factum est: sit nomen domini benedictũ in secula: & hæc dicebat. Et cùm seipsum vltimis afflictum calamitatibus intueretur, quanuis summa virtute præditum, malos autem homines & B deceptores fœlices esse, & in deliciis viuere, nihil dixit, quale quidem solẽt imbecilles. Inquiunt enim, proptereáne filios educaui, & omni exercui diligentia? Propterea aperui domum transeũtibus, vt post multos illos cursus pro indigẽtibus, pro nudis, pro orphanis habeam remunerationes? Sed horũ loco, omni sacrificio meliora illa verba protulit, Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Quòd si scidit vestimenta sua, & comam incidit, noli admirari. Pater enim erat, & pater amantissimus, & oportebat naturali moueri misericordia, & animi sententiam ostendere. Quòd nisi hoc fecisset, fortasse torporem quis putasset fuisse sapientiam. Ideo & † animum] suum, & sapientiæ diligentiam præ se tulit, & dolori non concessit. Sed cùm vlterius mala procederent, & magis oppugnaretur, aliam sibi coronam nectit ex verbis quæ ad vxorẽ C habuit. Inquit enim, Si bona suscepimus de manu domini, mala autem quare non sustineamus? Etenim vxor sola iam relicta erat omnibus amissis, & filiis, & possessionibus, & ipso corpore, & ipsa vt eum probaret & insidiaretur. Idcirco ipsam vnà cum filiis non perdidit diabolus, neque eius mortẽ expetiuit, cùm putaret multum eam sibi conferre ad sanctum hunc expugnãdum. Quamobrem tãquam maxima quædam arma sibi eam reliquit. Nam si è paradiso per eam hominem eieci, inquit, multò magis † à stercore impedire] potero: & intuere maliciam. Neque enim perditis bobus neq; asinis neque camelis, sed neque domo diruta, neque filiis ruina obtritis, hac vsus est fallacia, sed tacet adhuc, & cessat, considerata athletæ fortitudine. Sed cùm vermium fons scaturiebat, & putrida cutis decidebat, cõsumptæ carnes saniem grauiter fœtẽtem efflabant, & sartagine, D & fornacibus, & omni flãma miserius eum diaboli manus cõsumebat, fera omni crudelius vndique eius corpus deuorans, cùm diutius is hac esset calamitate cõfectus, tunc vxorem subornat. Nam si in calamitatis principio accessisset, non sanè eum inuenisset ita eneruatũ, neque ita posset exprobrare calamitatem, & tãta loqui audacia. Nunc autem cùm videret ob temporis longitudinem, & sanitatis quàm cupidissimum, & malorum finem maiorem in modum desiderãtem, tunc accedit. Cùm enim tam valde consumptus esset, nec iam amplius respirare posset, sed mortem optaret, audi quid dicat. Si enim possem meipsum vincere, vel rogare alterum, id facerem. Et considera mulieris maliciam: vnde statim exorditur à longitudine temporis, Quousque † consumeris,] inquit? Quòd si sæpenumero sine rebus sermones duntaxat mollire animum possunt, considera quid eum perpessum esse credibile est, cum hæc audiret, &

† quod nullius sibi sceleris conscius nec illis sic ueris cõscius hæc passus esset.

Iob. 1. d

† in stercore supplãtare.

Iob. 2. c

† sustinebis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

diret, & ita re ipsa torqueretur: & quod peius est, vxor hæc dicebat, quæ & cum eo versabatur, & fastidiebat, & idcirco annitebatur eum in desperationem inducere. Verùm vt manifestius machinam huic adamantino muro admotam videamus, etiam ipsa verba considerem. Quæ nam ea sunt? Quousque † consumeris?] Ecce expecto modicum tempus, & salutis spem. Ac si diceret, arguit verba tua tempus, longius quidem, sed nullam ostendit bonã valetudinem tuam. Hæc autem dicebat, non solùm vt in desperationem eum induceret, sed vt etiam exprobraret, & vituperaret. Etenim Iob cùm perturbatam vxorem semper cõsolatus refutaret, talia loquebatur: Expecta adhuc parũper, & statim his finis imponetur. Quare eum exprobrans, inquit, Nunquid nunc idem dixeris? Nultum enim iam temporis præterierat, nequeque finis vllus cernebatur. Et cõsidera maliciam: non meminit boum, non ouium, non camelorum: sciebat enim non multùm his affligi: sed ad naturam statim venit, & filios in memoriam reducit. In his enim vidit & vestem scissam, & comam detonsam: & non dixit, perdidit tuos filios, sed miserabilius, deleuit tui memoriam à terra, propter quod filij desiderantur. Nam si nunc resurrectione apparente charissimi sunt filij, eo quòd seruant migrantium memoriam, multò magis tunc: propterea execratio hinc oritur aspe rior. Neque enim † qui illic filios execratur,] dixit perdidit, sed deleuit eius memoriam à terra: quod significauit, cùm dixit, filij tui & filiæ tuæ. Nam vtriusque naturæ diligenter meminit, quasi dicat: Si tibi nulla eorũ cura est, saltem me intuere, vteri mei dolores, & labores, quos frustra perpessa sum. Cuius sententia est: Quæ maius pertuli, & plus laboraui, iniuriam abs te accipio. Nam cùm tanta perpessa sim, fructu omni priuata sum. Et considera quòd nõ meminit iacturam pecuniarum, neque tacet eam & præterit, sed vt licebat, quod calamitosius erat, enarrat. Cùm enim dixisset, & ego errãs, & cultrix locum ex loco, & domũ ex domo peragrans, & iacturam significat, & vehementem ostendit dolorem: etenim hæc verba sufficientia erant, quæ calamitatem augerent. Ad aliorum venio ostia, inquit, neque mendico tantùm, sed erro. Seruio seruitutem peregrinam & nouam quocunque peragrans, & calamitatis meæ signa circunferens, omnes mea mala edoceo, & quod omnium miserrimum est, domum è domo permuto. Neque hic lamẽtationis suæ finem imponit, sed subdidit: Expectans Solem, quando ôccidat, & quiescã à laboribus meis, & qui circunueniunt me doloribus, qui me comprehendunt. Cùm aliis suaue sit, inquit, Solis radios spectare, hoc mihi graue est, desiderabilis autem nox & tenebræ. Ipsa enim sola labores meos lenit, ipsa mihi malorum affert consolationem. Sed dic verbum ad dominum & morere. Vides hic etiã malignitatem, quo pacto [non] in ipso consilio statim exitialẽ induxit admonitionem. Sed primùm miserè calamitatem narrauit. Auget enim crudelitatem: admonitionẽ autem breui comprehendit, neq; manifestè eam ostendit, sed obumbrat: mutationem adducit, maximè desiderabilem mortem adnunciando quemadmodum cupiebat: & cõsidera in hoc loco diaboli malignitatem. Cùm enim sciret quo Iob in deum desiderio teneretur, non dimittit mulierem vt deum accuset, ne tanquã inimicam quamprimùm amoueret. Propterea minimè eius meminit, sed quæ acciderãt calamitates in ore frequenter habet. Tu autem cum his quæ dicta sunt, quòd vxor hæc consulebat, addas, quòd grauis rhetor est ad decipiendum, qui incõsultiores sunt. Multi igitur sine calamitatibus mulierũ consilio decepti sunt. Quid igitur beatus hic adamante fortior? Toruo eam vultu aspicit, & ante vocem aspectu machinas propulsauit. Illa autem lachrymarum fontes mouere expectabat, hic autem leone vehementior factus est furore plenus & indignationis, nõ propter mala quę patiebatur, sed propter illa quę diabolicè consulebat, & vultu ipso furorem præ se ferens, modestè reprehendit. Siquidem in calamitatibus modestus erat. Et quid inquit? Quasi vna de stultis mulieribus locuta es. Non ita te eruditui, inquit, non ita te educaui. Quamobrem neq; coniugem meã agnosco. Verba hæc stultæ mulieris, & insanientis cõsilium. Vides modestam incisionem & plagam quæ sanare morbum posset: deinde post terrorem consilium iterum adducit, quod ei remediũ afferre poterat, & rationis plenum. Quòd nam? Si bona suscepimus à domino, mala non sustineamus? Recordare, inquit, superiorum illorum, & considera authorem, & feres hæc æquo animo. Vides viri modestiam? Non enim fortitudine sua tolerantiam cogitat, sed rerum consequentiæ eam esse inquit, Pro quib⁹ enim meritis illa nobis deus exhibuit? quàm nam ei vicem soluisti? Nullam sanè, sed sola bonitate sua omnia accepisti. Donum nanque erat non præmium, & gratia, non remuneratio. Igitur hæc forti animo feramus, hũc nos viri & vxoris sermonem scriptum habeamus, & verba hæc animo impressa sint, vel potius quæ ante hęc dicta sunt, & harum calamitatum historiam, tanquam imaginem mẽti inscribamus, iacturam pecuniarũ, filiorum amissionẽ, plagam corporis, opprobria, irrisiones, mulieris machinas, diaboli insidias, omnes (vt vno verbo dicã) iusti hominis passiones cum diligentia recolentes portũ nobis tranquillissimum præparemus, vt omnia generosè & cum gratiarum actione perferentes, in præsenti vita omnẽ abiiciamus mœrorem, vt huius actionis gratiarum mercedem cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

† sustinebis?

† illic qui execratur, filios.

Iob.7.c

Iob.2.c

Homilia xxix.

DE spiritualibus autẽ nolo vos ignorare fratres. Scitis enim cum gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini euntes. Cap.XII. Totus hic locus valde obscurus est, obscuritatem autem & rerum ignorãtia & defectus facit, earum scilicet, quæ tunc contingebant, nunc autem abolitæ sunt. Et quà nam gratia in præsenti non fiunt? Ecce iterum quæstio obscuritatis alteram nobis quæstionem peperit. Sed quid nam tunc fiebat, quod non fiat in præsentia? Verùm hęc paulò pòst dicẽda reiiciamus. Nunc quæ tunc tẽporis contingebãt, referamus. Quid igitur? Si qui baptizabantur, linguis quamprimùm loquebantur, neque tantum linguis, sed multi prophetabant. Nonnulli aliis præditi erant potestatibus. Nam cùm ab idolis recederent, neque manifestè scirent, neque veteribus libris assueti baptizarentur, mox spiritum accipiebant. Cùm autem spiritum non cernerent, quippe qui inuisibilis est, sensibile quoddam indicium dabat operationis illius gratia, & hic quidem Persarum, ille Romanorum, ludæorum alius, alius alia quadam lingua loquebatur. Ex quo exterius etiam perspicuum erat, spiritum in ipso esse, dum loqueretur. Quare ita eum appellat, dicens: Vnicuique autem manifestatio spiritus datur ad vtilitatem: gratias manifestationẽ spiritus appellat. Nam cùm hoc primum apostoli signum acceperunt, etiã fideles hãc linguarum gratiam accipiebant,

Universidad de Deusto
Biblioteca

accipiebant,neq; hanc duntaxat,sed & alia plura:etenim A
multi mortuos suscitabant,dæmones expellebant,& alia multa huiusmodi faciebant miracula,& donis pollebant,alij quidem minoribus,maioribus alijsed maxime linguarum,quòd eis simultatis causa factum est,nõ suapte natura,sed accipientium stulticia.Qui enim maioribus erant præditi, contra eos qui minores acceperant,mitebantur.Illi rursus dolebant, & inuidia in maiores ferebantur. Quòd autem maxima omnium linguarum esset apud eos gratia, in sequentibus ostendit ipse Paulus.Cum igitur letalis hinc plaga oriretur, & inter eos charitas solueretur, hoc agit maximè vt eos corrigat:[euenerat enim hoc etiam Romę, sed remissius.Quamobrẽ in epistola ad Romanos id tangit, sed
Roma.12.a sub vmbra & breuibus verbis ita inquiens: Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autẽ membra non eandem habent operationem: ita multi vnum corpus sumus in Christo. Singuli autem inuicẽ
B membra,habẽtes autem dona secundum gratiam,quæ
†*secundum* data est nobis,diuersa, siue prophetiam, † siue] portionem fidei,siue ministerium in ministrando,siue qui do
† *arrogãtiã* cet in doctrina. Quod autem illi in † stulticiam] hinc
Roma.12.a inciderint à principio,his verbis significauit:Dico autem per gratiam, quæ data est mihi omnibus qui sunt in vobis, non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem,vnicuique vt deus distribuit mensuram fidei.Illis igitur (non multum enim dissensione
† *arrogãtia* peccabant & † stulticia]) ita loquitur,hîc autem vehementius.Nam plurimum hoc affectu detinebãtur. Neque tantum hoc eos perturbabat,sed illud, quòd multi vates illic erant,vtpote cum ea ciuitas magis gentilitati inhæreret,& cum aliis etiam hoc malo impediretur, & perturbaretur. *Ideo à principio vaticinij & prophetiæ ponit differentiam. Propterea enim discernendorum spirituum vim accipiebant,vt iudicarent & intelligerent quis nam mundo spiritu loqueretur, quis im-*
*mundo.*Cum enim illinc non possent quæ dicerentur demonstrari:propheta enim non eo quo dicitur tempore,sed in futurum veritatis præbet indicium, nec facile cognitu, quis nam prophetaret, aut quis mentiretur.Diabolus enim iniquissimus ingrediebatur prophe
tantes,& pseudoprophetas faciebat,qui etiã futura prędicebant.Deinde cum primũ eorum verba † obscura]
† reprehensioni nõ obnoxia. essent,nondum euenientibus,quæ prædicebantur,& facile † repellerentur:] falsum enim & verũ exitus arguebat:ne ante finem auditores deciperẽtur, dat eis signũ,
† imponerẽt quo ante rei euentum, & hunc & illum ostenderet, & hinc accepta occasione,& principio in donorum men
tionem descendit,& contentionem corrigit,quæ inde D
proueniebat.Primum tamen de vatibus sermonem his verbis aggreditur, *De spiritualibus autem nolo vos ignorare fratres.* Spiritualia signa appellat, quoniã maximè solũ spiritus opera sunt, nihil humano in his studio conferente ad huiusmodi miracula facienda:& quum de his disputaturus sit,primum,vt dixi,differentiam vaticinij & prophetiæ ponit,inquiens: *Scitis enim cum gentes essetis,ad simulachra muta prout ducebamini euntes.* Cuius loci sententia hæc est: In idolis si quis vnquam ab immundo spiritu deprehendebatur,& vaticinabatur, tanquã ductus trahebatur à spiritu deuinctus,nihil sciens quid diceret.Hoc enim vatis proprium est, mẽte commoueri, & necessario compelli,& trahi tanquam furiis percitũ. Propheta autẽ nõ eiusmodi est,sed sobria mẽte & modesta & firma,quæ loquitur omnia vt decet nouit. Itaque ante finẽ saltem hinc & vates cognoscitur & pro-

pheta.Et considera quo modo sine suspicione suã prosequitur orationem, quum eos testes aduocat, qui rem experti sunt.Quòd enim non fallã,inquit,neq; temere gentes carpam, neq; tanquam inimicus decipiam, ipsi vos mihi testes estis: etenim scitis quòd quum gentiles eratis, quo modo tunc ducebamini. Quòd si quis hos tanquam fideles suspectos diceret, age ab externis hoc vobis manifestum faciamus.Audi igitur Platonẽ dicẽtem,Quemadmodum sortilegi, & vates dicunt quidẽ » multa & bona, sciunt autem nihil eorum quæ dicunt. »
Audi & aliam,item poëtam eadem ostendentem.Quũ enim in ceremoniis quibusdam & magicis in homine quispiam dæmonem colligasset, & ille vaticinatus esset,deinde vaticinans deiceretur,dissipareturq;,& dęmonis impetum perferre non posset,sed ita distractus, esset periturus:his qui talia magica operabãtur, inquit, Soluite iam regẽ. Mortalis deum adhuc non capit.& »
iterum,Soluite mihi coronas & meos pedes, liquida a- »
qua aspergite, & lineas delete, & veniã. Hæc & huius- »
modi.Possunt enim & alia multa dici,sed hæc vtraque »
nobis ostendunt & necessitatẽ,qua detenti seruiũt dæmones,& violentiã quam sustinent hi, qui omnino eis seipsos exhibent,& mente defluuntur.Pythia autẽ(cogor enim & aliam eorũ turpitudinẽ in præsentia prædicare,) quæ fortasse bene prætermitti posset,quum nobis decens non sit hęc dicere,sed vt manifestius eorum dedecus intelligatur,necessarium dicere, vt saltẽ hinc cognoscatis eorum stulticiam, & nimiam irrisionem, quã vatibus vtuntur. Dicitur ergo ipsa Pythia mulier *Pythia.*
quædã sedere in Apollinis tripode deductis cruribus, inde malus spiritus deorsum redditus, & per genitales eius partes transiens,furore mulierem implere,hanc autem crines soluere,& debacchari, & spuma ora perfun
C dere,ebria & insana verba proferre. Noui vos pudere & erubescere,hæc audiendo.Verum illi superbiunt, & propter ignominiam,& propter insaniam huiusmodi. Hæc igitur & talia Paulus remouens dicebat, Scitis enim quum gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini euntes:& quũ ad non ignaros huius rei verba faceret,non omnia diligenter exequitur,quum nollet eos perturbare, sed tantum in memoriam reducit, & in omnium mentionem eos reuocat, & † quampri- *† ad ppositũ festinãs,*
mum à proposito] breuibus se absoluit.Quid autem significat, ad simulachra muta:Hi vates ad illa vt ducebantur.Quòd si muta, quo modo illis vtebantur:Qua autem gratia ad simulachra eos adducebat dęmõ:tanquam captiuos & ligatos,simul autem vt errorem persuasibilem facerent,& ne mutus lapis putaretur, curabant idolis homines adiungere,vt opera † sua] illis in- *† ipsorum*
scriberentur.Verum nostra non eiusmodi sunt,sed nõ posuit nostra,hoc est prophetarum: etenim manifesta erant,& in ipsis prophetabant,vt decebat, & prudẽter & liberẽ.Propterea & dicendorum & tacendorum erant domini.Non enim necessitate detinebantur, sed potestate in honore habebãtur.Propterea Ionas fugit, *Ionæ 1.a*
propterea Ezechiël † reiectꝰ est,]propterea Hieremias† *† differe-*
relictus:] deus autem non necessario eos impellit, sed *b.a.]*
consilio ,admonitione,minis, neque obscurauit men- *Ezech.3.d*
tem:dæmonis nanq; proprium est,perturbationem,fu- *Hiere.1.b*
rorem & multam caliginem infundere:dei autem, illu- *† excusabat*
minare,& prudenter edocere quæ opus sunt.Prima igitur hæc est differentia vatis & prophetæ. Altera, quam in sequentibus affert his verbis, *Ideo notum vobis facio, quòd nemo in spiritu dei loquens dicit, Anathema Iesu.* Deinde aliam, *Et nemo potest dicere dominũ Iesum,nisi in spiritu sancto.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quum videris,inquit,quempiam eius nomen non appellantem,vel anathematizantem,vatem eum esse tibi persuadeas:at contrà quum in nomine Iesu omnia loquentem, spiritalem esse intellige. Quid igitur,inquit, de catechumenis dicemus? Nam si nemo potest dicere dominum Iesum, nisi in spiritu sancto, quid de his dicendum est,qui nomine quidem eum appellant,spiritu autē priuati sunt? Verum de his in præsentia nō loquitur,non enim tunc erāt catechumeni, sed de fidelibus & infidelibus. Quid igitur? nullus dæmō deū nominat? Nònne dæmonium habentes dicebāt, Nouimus quòd
Marc.1.c filius dei es? Nunquid Paulo dicebant,Hi homines ser-
Actor.14.b ui dei altissimi sunt? Sed verberati,& coacti,sponte autem minimè. Dignū autē hoc in loco quæsitu est, quāobrem & dæmon hæc loqueretur, & Paulus reprehenderet. Magistrum suū imitatus, siquidē & Christus reprehēdit. Neq; enim voluit ab illis habere testimoniū. Quā nam verò gratia dæmon hoc faciebat? vt rerū ordinem confunderet, & auferret apostolorum dignitatem, & vt sibi attenderent, multitudini persuaderet. Quod si factum esset,facilè fide digni apparuissent, & dogmata sua induxissent. Quod ne fieret, nève fraus
† etiā vera dicētiū ora obstruit, vt exoriretur, † & vera dicentiū os obstrueretur,&]& nemo omnino mendaciis crederet, sed ab eorum verbis penitus auerteret auditores, ex primo [igitur] & altero signo & vates,& prophetas manifestos facit: inde non temerè in miraculorum sermonē venit, sed vt orientē tollat dissensionem,& persuadeat, vt qui minores habent gratias,nō doleant: & qui maiores, nō superbiāt. Quare in hunc modum incipit, *Diuisiones autem donorū sunt,idem autem spiritus.* Admonet primum,qui minorem habet gratiam,& propterea dolet. Quamobrē,inquit, doles? Num ꝙ nō accepisti,quantū alius? Sed intellige, quòd dona sunt,& non debitū, & lenies dolorem tuū. Ideo mox inquit,diuisiones donorū sunt, & nō signorum,neq; miraculorum,sed donorū: muneris nomine persuadens, non tantopere dolendū, sed habendā gratiam. Et cum hoc id etiā cogita,quòd si minor es mensura dati muneris,eo quòd dignus habitus es accipere, vnde is qui plus accepit, parē habes honorem. Non enim iam potes dicere, quòd illi quidem spiritus largitus est,tibi autem angelus. Nam vtriq; à spiritu proficiscitur. Ideo subdidit,Idem autē spiritus. Itaq; si in munere differentia est,non tamen in datore. Ab eodē enim fonte & tu & ille hauritis. *Et diuisiones ministrationū sunt, idem autem dominus.* Infundēs consolationem,& filium, & patrem addit:& alio item nomine hæc dona appellat,vt maiorē hinc consolationem excogitet. Ideo inquit,diuisiones ministrationum sunt, idem autem dominus. Cum enim gratiam audias,& minorē accipias, fortasse dolebis. Cum autem ministrationē audies, nō itidem dolore afficieris: laborem enim & sudorem præ se fert. Quid igitur doles, inquit, si alium magis laborare præcipit, tibi verò parcit? *Et diuisiones sunt operationum,idem verò deus,qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem.* Et quid nam operationem,quid ministrationē dicit? Nominum duntaxat differentiæ: nam res eædem sunt. Quod enim gratia est,idem & ministratio,idem & operatio. Ministra-
† *imple,* † *honorificabo* *Roma.11.b* *2.Tim.4.d* *Gala.1.b* tionem, inquit, tuam † manifesta,] & ministrationem meam † clarifica:]& ad Timotheū inquit,Propter quā causam admoneo te,vt resuscites gratiā dei, quæ est in te:& ad Galatas, qui operatus est Petro in apostolatū, operatus est mihi inter gentes. Vides quòd nullā in patris,& filij, & spiritus sancti gratiis differentiā ostēdit, non quòd personas confundat,absit: sed vt substantiæ ostendat paritatē. Quod enim spiritus largitur, idē & deum operari, idem & filium ordinare, & præbere dicit. Atqui si minus esset hoc illo, aut illud hoc, nō vtiq; ita posuisset, neq; hoc pacto consolatus esset dolētem. Præterea & alio quodā modo admonet, quòd scilicet confert ei data mensura,etiam si minor sit. Cum enim dicat,quòd idem spiritus, & idē dominus, & idē deus: [& hac ratione ipsum retinens,] aliam iterū addit consolationem,quum inquit: Vnicuiq; autem manifestatio spiritus data est ad vtilitatē. Ne quis diceret, Quid si idem domin⁹,& idem spiritus, & idem deus,sed ego minus accepi,inquit? Quoniam ita tibi vtile fuit. Manifestationem autem spiritus signa appellat merito. Mihi enim fideli manifestus est, qui spiritū habet ex baptismate. Infideli autem nulla alia ratione erit hoc manifestum quàm à signis. Ita hic quoq; non parua consolatio est. Nam si dona varia sunt, tamē ab eodem proueniunt,siue multū habeas,siue parum, similiter es manifestus. Itaque si hoc ostendi curaueris te spiritum habere, sufficientem habes demonstrationē. Cum igitur vnus sit,qui dat,& gratia data, & manifestatio etiā hic oritur. Et hoc magis tibi vtile est. Noli dolere tanquā contemptus: non enim quòd te contemneret, aut alio inferiorem ostenderet,id fecit, sed vt tibi parceret, & tuam intueretur vtilitatē. Quòd enim maius accipiat, quàm ferre quis possit, id inutile est, & damnum affert & ignominiam. *Alij quidem per spiritum datur sermo sapiētiæ,alij sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alteri fides in eo-* † *sanitatum in eodem.*
dem spiritu,alij gratia† sanitatis in vno]spiritu. Vides quo modo vbiq; eandem facit adiectionem, in eodem spiritu dicens,& secundum eundē spiritum. Nouit enim magnam hinc consolationem futuram. *Alij operatio virtutum,alij prophetia,alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij autem interpretatio sermonum.* Cum multum in hoc sibi placerent, idcirco posterius posuit, & subdidit: *Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus.* Remedium vniuersale consolationis est, quòd ex eadem radice, ex iisdē thesauris,& fontibus omnes accipiant. Quare frequenter huic verbo insistens,quæ videntur diuersa esse exæquat & consolatur,& supernè spiritū, filium, & patrem gratias largientem ostendit. Hoc autem in loco quum spiritū diceret,contentus est,vt intelligas, †huic] eandem quoq; esse dignitatē. Quid autē significat,sermo sapientiæ? quē Paulus,quem Ioannes tonitrui filius habuit. Quid sermo scientiæ? quē multi credentiū habuerunt,scientiam quidē habentes,sed qui non ita docere possent,neq; in alium facilè conferre, † quæ ignorant.] *Alij autem fides.* Fidem non eā dico quæ dogmatum est,sed signorū, de qua Christus, Si habueritis, inquit,fidem sicut granū sinapis,& dicetis monti huic, transi hinc,& transibit:& apostoli † ad eam hortabantur,] dicentes: Adde nobis fidē. Ipsa enim mater signorum est: operationes autem virtutum,& donū sanandi possidere, non est idem. Qui enim habebat donum sanandi,curabat solū: qui autem operationes virtutum, etiam puniebat. Virtus enim est non sanare tantū, sed etiam punire, quemadmodū Paulus cæcauit, & Petrus perdidit. *Alij autem prophetiæ,alij discretio spirituum.* Quid hoc significat? cognitionem quis nam spiritalis sit, quis non, quis propheta,& quis deceptor. Quod & Thessalonicensibus dicebat, Prophetias nolite negligere. Omnia autē probate,quod bonū est tenete: etenim multa tunc falsorum prophetarū differentia erat, quū diabolus cū veritate mendaciū confundere niteretur. *Alij*

† *hinc.*
Marc.3.b
† *quæ non rant.*
Matthæ.17
† *phanta cabantur.*
Luc.22.a
Actor.13.b & 5.a
1.Thess.5.d

genera

genera linguarum, alij autem interpretatio sermonum. Hic enim sciebat, quid ipse diceret, sed alteri interpretari non poterat: alius hæc vtrq; possidebat, vel horum alterum. Videbatur autem hæc magna gratia esse, quum primũ eam accepissent apostoli, & apud Corinthios plures possiderent, doctrinæ autẽ sermo non ita. Quamobrẽ illud quidẽ primum ponit, hoc autem vltimũ: etenim hoc propter illud, & alia omnia & prophetię, & operationes virtutum, & genera linguarũ, & interpretationes linguarum. Nihil enim † his] par est: ideo dicebat, Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni sũt, maximè qui laborant verbo & doctrina: & ad Timotheum scripsit, Attende lectioni, exhortationi, doctrinæ: noli negligere gratiã quæ in te est. Vides quo modo & gratiam hoc † notat?] Deinde quam superius posuit consolationem, eundem videlicet spiritum, hîc etiam ponit inquiens, *Hæc autem omnia operatur vnus & idem spiritus, diuidens [peculiariter] singulis prout vult.* Neque consolatur tantũ, sed etiam contradicentis os in hoc loco obstruit, quum dicit, diuidens [peculiariter] singulis prout vult. Oportet enim obturare, non curare tantum, quemadmodũ in epistola ad Romanos facit, quũ dicit: Tu quis es, qui contadicis deo? ita in hoc loco, diuidens [peculiariter] singulis prout vult. Oportet enim confutare, & quod patris erat, id & spiritus esse ostẽdit. Sicut enim de eo inquit: Idem deus qui operatur omnia in omnibus: ita & de spiritu, Hæc autẽ operatur vnus & idem spiritus. † Sed quid fit à deo, inquis?] At minimè hoc dicit, sed tu fingis. Cum enim dicit, qui operatur omnia in omnibus, de hominibus dicit: minimè autem cum hominibus spiritum numerat, etiam si insanissimus sis, & furiis innumeris percitus. Cum etiã dixisset per spiritum, *ne arbitrareris illã particulam, per,* diminutionis esse, † *non operationis,*] subdidit: Quod operatur spiritus, nõ autẽ patitur: & operatur vt vult, non vt ei præcipitur. Sicut enim de patre filius dicit, ꝙ suscitat mortuos, & viuificat: [similiter & de seipso, ꝙ quos vult, viuificat:] ita & de spiritu alibi quidẽ quòd cũ potestate omnia operatur inquit, & nihil prohibet. Illa autẽ particula, quò vult spirat, quãuis de vento dicatur, hoc ipsum tamen confirmat: hîc autẽ quòd omnia operatur, prout vult, & aliunde, quòd non eorum sit, † quæ facta sunt, sed eorum qui operantur, intellige. Quis enim nouit, inquit, quę hominis sunt, nisi spiritus hominis? ita & quæ dei sunt, nemo nouit, nisi spiritus dei. Quòd autẽ spiritus hominis, hoc est, anima nõ indiget operationis, vt cognoscat quæ sua sunt, omnibus perspicuum est. Igitur neq; spiritus sanctus operationis indiget, ad cognoscẽdũ quæ dei sunt. Ita enim, inquit, dei nouit arcana spiritus sanctꝰ, vt anima hominis arcana sua. Quòd si in hoc non † efficitur, multo minus, quòd dei profunda nouit, & nõ patitur, & in dãdo dona apostolis, virtute aliena non indiguit. Præterea & illud quod ante dixi, dicã & nunc. Quale hoc? Quòd si minor spiritus, & alterius esset substantiæ, nihil consolatio profuisset, neq; audire eundẽ spiritum. Qui enĩ à rege accipit, multi id facit, quod à rege accipit. Qui autẽ à seruo, tũc magis dolet, quãdo id sibi in memoriã reducitur. Itaque etiã hinc constat, quòd non seruilis, sed regiæ substantiæ spiritus sanctus est. Ideo quemadmodum eos consolatus est dicens, quòd differentię ministrationũ sunt, idem autẽ dominus, & differentiæ operationum, idem autẽ deus: ita superius dicendo, differentiæ gratiarũ sunt, idem autẽ spiritus: & inde item, hæc autẽ omnia operatur vnus & idẽ spiritus, diuidẽs

† huic. 1. Timo. 5. c
Ibidẽ 4. d
† vocat
Roma. 9. d
Hic sup. a
† Sed quem operaũ de, inquis
† μηδὲ τοῦ εἰεργάζ, id est, neque passionis sine operationẽ recipientis,
Ioan. 15. d
Gal. 4. a
Ioan. 3. a
† τῶν εἰεργασμένων. Sup. 2. c
† εἰεργῶ)
Hic sup. a

A [peculiariter] singulis prout vult. Nolimus igitur ægrè ferre, neq; dolere, dicẽtes, quamobrem hoc accepi, hoc autem non, neq; rationes à spiritu sancto expectemus. Nam si nosti, quòd propter curam quã de nobis habet, nobis largitus est: illud quoq; intelligas, quòd propter eandem curam etiã mensuram tribuit. Cõplectere eũ, & lætare in his quæ accepisti, & noli ægrè ferre, quòd non acceperis: sed gratias agas, quòd non supra vires tuas accepisti. Quòd si in spiritalibus non oportet perscrutari, multo minus in carnalibus, sed contẽtum esse & nõ multũ inuestigare, quamobrẽ ille diues sit, & ille pauper. Neq; enim [vnusquisq;] à deo diues euadit, sed multi iniustitia, rapina, auaricia. Qui enim præcipit, ne *Mat. 6. c*
B diuites simus, quo nam pacto daret, quod accipiẽdum prohibet? Vt autẽ maiorem in modũ his qui nobis contradicunt, silentiũ imponam, age altius maiorum orationem repetamus, quando scilicet à deo diuitiæ conferuntur: & videamus, quà nam gratia Abraham ditatus est, Iacob autem pane indiguit. Nõnne vterq; iustus *Exod. 3. d*
fuit? Nõnne similiter de tribus inquit, Ego deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob? Quamobrẽ igitur ille diues fuit, hic seruiuit? Vel potius quare Esaũ iniustus & fratricida locupletatus est, Iacob verò in seruitute tam diu vixit? Quamobrem Isaac in ocio omne tempus vixit, Iacob autem in laboribus & miseriis? Ideo dicebat, Pauci & mali dies mei. Quamobrem Dauid propheta *Gen. 47. b*
& rex, omnem vitam in laboribus, Salomon autẽ eius *Psal. 30. c*
filius quadraginta annos sine omni penitus timore vi- *& 89. c*
tam duxit perpetua pace fruens, præterea gloria, honore, & omni deliciarum genere? Quid tandẽ in prophetis alter magis, alter minus agitabatur? Quoniam eorũ singulis ita vtile erat. Ideo vnicuiq; addere oportet, lu-
C dicia dei abyssus multa. Nam si magnos illos & admi- *Psal. 35. b*
rabiles viros, non eodẽ modo deus exercuit, sed hunc paupertate, illum diuitiis, alium ocio, aliũ laboribus: lõgè magis nunc hæc consideranda sunt. Præterea illud animaduertendũ, quòd multa quæ accidunt, non eius fiunt volũtate, sed malicia nostra. Noli igitur dicere, † *† Quare di*
Quare dives malus est, pauper iustus?] Maximè enim & *nes, qui ma*
horũ reddi potest ratio, & dici, quòd iustus nullum ex *lus sit, & pau*
paupertate damnũ accipit, sed maius incrementum ex *per qui iu-*
probatione: & malus supplicij viaticum diuitias habet, *stus?*
nisi permutet, quæ possidet, & ante supplicium sæpe sibi ipsi multorum malorũ authores factæ sunt diuitiæ, &
D in multas deiecerunt miserias: deus autẽ dimittit, cum vt voluntatis liberũ ostẽdat arbitriũ, tum vt alios erudiat, ne circa pecunias insaniant, & in rabiem vertantur. Quid igitur, cum malus quispiam ditescit, & nihil molesti patitur, inquit? Nam quòd bonus ditescat, iustum quidẽ est: quòd verò malus, quid dicemus? Quòd propter hoc miser est? Diuitiæ enim ad maliciã additæ affectus augent. Verum bonus est, & pauper? Sed nihil læditur. At malus, & pauper. Igitur iustè & merito, vel potius ad suam vtilitatẽ. Sed ille, inquit, à progenitoribus diuitias accepit, & dissipat eas in meretrices, & parasitos, & nulla afficitur molestia. Quid dicis? Scortatur, & nulla affici dicis molestia? Inebriatur, & putas eũ in deliciis esse? In nullam suam vtilitatem consumit, & laudãdum dicis? Et quid nam peius, quàm animam corrumpere? Tu autem, si corpus distortum sit, aut cæcum, dignum censes, quod maiorem in modum lugeamus. Sed quum eius animam omnino cæcam videas, etiam beatum arbitraris? Sed nõ sentit, inquis. Et propter hoc quidem iterum miser, quemadmodum insani. Qui enim morbum suum cognoscet, proculdubio

Universidad de Deusto
Biblioteca

medicũ inquiret,& medicinas accipiet. Qui verò igno rabit, ſanari nullo pacto poterit. Hunc igitur beatũ dixeris? Sed nihil mirum, plurimi enim philoſophiæ expertes ſunt. Propterea vltimum nobis ſupplicium præparamus, quum punimur, & non liberamur ſupplicio. Ideo irę, anxietates, & tumultus perpetui, quoniam quũ nobis deus iucundiſsimam vitam oſtendat quæ virtutis eſt: ea omiſſa, alteram aggredimur diuitiarum & pecuniarum, quę innumeris malis abundat, & id facimus perinde ac ſi quiſpiã neſcius corporis iudicare pulchritudinem, ſed omnino veſtibus & ornatu attentus, mulierem naturali pulchritudine egregiam prætereat, turpem autem & informem pulchris veſtibus ornatam amet: tale quiddam nunc multi circa virtutem, & vicia patiuntur. Turpem nanque naturam probantes, propter exteriorem ornatum, pulchram & formoſam expellunt, propter nudã eius pulchritudinẽ, cuius gratia maximè eſt eligenda. Propterea erubeſco, quòd apud ſtultas gentes ſunt qui hæc philoſophantur, ſi non re ipſa, at ſententia, qui intelligunt præſentium fragilitatem. Apud nos autem quidam neq; hæc ſciunt, ſed etiam ipſum habent corruptum iudicium, & maximè cum vbique ſcriptura nobis cantet, & dicat: Annihilatur in cõſpectu eius malus, timẽtes autem dominum clarificat. Timor domini omnia excedit. Deum time, & præcepta eius cuſtodi, quoniam hoc eſt omnis homo. Noli æmulari in malignantibus, neq; timeas, cũ ditabitur homo. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius ſicut flos fœni. Hæc & huiuſmodi cum ſingulis diebus audiam°, adhuc terræ affigimur, & tanquam pueri ſtulti, qui frequenter elementa diſcunt, cum ſparſim de illorum ordine † iniquirunt, Jaltera pro alteris accipientes, multũ riſum mouent. Ita & vos, quũ enim hîc ordine ipſo ea vobis deſcribamus, quomodocunq; ſequimini. Quãdo verò extra ſparſim vos interrogamus, quę primo loco, quæ ſecundo ponenda ſunt, & quæ præcedere, qũæve ſequi debeatis, neſcij dicere, ridiculi deprehendimini. Nõnne plurimo riſu dignum, dic quęſo, vt qui immortalitatem expectant, bona quę neque oculus vidit, neq; auris audiuit, neq; in cor hominis intrauit, præterrenis & caducis huius ſeculi rebus contemnant, & deſiderabilia hæc exiſtiment? Quòd ſi adhuc opus eſt, vt hæc diſcas, quòd nihil magnum ſint diuitiæ, quòd vmbra præſentia & ſomnium, quòd more fumi diſſoluũtur & euolãt, extra adyta ſiſte, primum in veſtibulis maneas. Nondũ enim ingreſſu ad ſuperna regna dignus factus es. Nam ſi inſtabilem horum naturam & continuo fluentem diiudicare nõ noſti, quo modo ea deſpicere poteris? Quod ſi dicis ſcire, ceſſa inueſtigare & perquirere, quid tandẽ ille diues & ille pauper ſit. Idẽ enim facis dum hæc percontaris, ac ſi peragrãs interrogares, quid ille albus, [& ille niger,] aut ille aquilinus, aut ſimus ſit. Quemadmodũ enim nõ noſtrum eſt, ſiue hoc, ſiue illo modo ſe habeat: ita neque pauperem eſſe aut diuitẽ, & multò minus quàm illa, ſed omnia pro vſu fiunt: & ſi pauper fueris, poteris bono animo philoſophando viuere: & ſi diues, omniũ miſerrimus ſi virtutẽ depuleris. Nobis enim præcipua ſunt virtutis opera, quę niſi complexus fueris, aliorum nulla eſt vtilitas. Propterea frequentes hę interrogationes, quòd quę propria nõ ſunt, pertinere ſibi multi arbitrãtur, propriorum autem nullam faciunt rationem: proprium autem nobis virtus & philoſophia. Cùm igitur ab hac longè abſint, propterea cogitationum perturbatio, propterea multi fluctus & æſtus. Quando enim ſuperna gloria cadunt & cœleſtium amore, † præſentia] deſiderant, & ſerui & captiui efficiuntur. Et vnde hanc deſideramus, inquit? Si non multum illum deſiderabimus.] Hoc autem idem vnde contingit? ex deſidia. Deſidia autem vnde? ex contemptu. Contemptus autem ex ſtulticia, & præſentium ſtudio, cum nulla diligentia rerum inquiratur natura. Hoc ipſum vnde accidit? quòd ſcripturarum lectionibus non attendimus, neq; cũ ſanctis viris conuerſamur, & malorum conſuetudines ſequimur. Ne igitur hoc ſemper fiat, nève fluctus ex fluctib° ſemper ſubeant, & in pelagus malorum abducant, obruãt, perdãt omnino, dum tẽpus datur recipiamus nos, & in petra firmati, hoc eſt, in dei præceptis & ſermonibus ſalum præſentis vitæ deſpiciamus: hoc pacto & hoc effugiemus, & naufragantes alios recipiẽtes, futura bona conſequemur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria, in ſecula ſeculorum, Amen.

Pſal. 14.b
Eccli 25.d
Eccles.12. b
Pſal.36.a
Eſaiæ 40.b
† examinãtur,
Suprà 2.c.
† præſentem
† Propterea
q illum
multũ deſi-
deremus.

Hactenus vertit Franciſcus Aretinus.

HOMILIA TRICESIMA, SIMONE

Grynæo interprete, qui magna etiam in Pauli verbis vtitur libertate.

VT enim corpus vnum eſt, & membra habet multa: omnia autem membra corporis multa cum ſint, vnũ ſunt corpus: ſic & Chriſtus. Conſolatus Corinthios Paulus hunc in modum cum eſſet, nempe quòd munus ſit, quòd ab vno eodemq; ſpiritu profectum, quòd ad ſalutem collatum quicquid quiſq; habet: tum quòd æquè ſe ſpirit° in paruis tenuibusq; manifeſtè declaret: adhæc etiã os illis quum obturauiſſet, cedere maieſtati ſpiritus oportere docens: ſiquidẽ vnus omnia ſpiritus inquit, operatur, *prout vult vnicuiq; diſtribuendo, ve impiũ ſit curioſius iſta ſciſcitari. Iam deinceps illud ipſum pulchrè quadam à natura rerum ſimilitudine decerpta cohortatur: ita enim ferè ſolet.* Nam & de coma virorum, mulierũq; quum diſputaret, inter cætera hinc etiam fidẽ petens: an nõ ipſa vos natura monet, inquit, virum niſi non comam alat, dedecori ſibi futurum: mulierem ſi alat, gloriæ? Et de ſacrificatis idolo diſſerens, tangiq; vetans, peregrinis exemplis orationem fulcit, certaminum olympicorũ mentione inducta, quia in ſtadio, inquit, qui currunt, omnes quidem currunt, premium verò capit vnus. Sic à paſtoribus, ab agricolis, à militibus propoſitum colligit ſæpe. Et hîc igitur illa de corpore vulgari, ſed ad flectendos præſertim ſimpliciũ animos ſimilitudine mirificè accõmodata, quod perſuaſu difficile & inopinatum fuit, nõ eſſe quenquã deteriorem quoquã ſcilicet magno contẽptibiliũ hominum ſolatio contendit, atq; conuincit. Neq; verò conſolationis plus quicquam habet, quàm ſi in vniuerſum, non eſſe aliũ alio deteriorem oſtẽdas: quod ille quidẽ probans, ſic inquit: Quemadmodum corpus vnũ mẽbra habet multa &c. Vbi videre induſtriam viri accuratam licet, idem nanq; vnũ eſſe & multa docturus ita ſubiicit, maiori conatu propoſitum ſcilicet aggreſſus: Omnia corporis vnius membra multa cum ſint, vnum ſunt corpus: non inquit, multa cũ ſint, vnius ſunt corporis: ſed, illud ipſum corpus eſt multa: & illa ipſa multa membra, hoc vnum ſunt corpus. Si igitur & multa vnum ſunt, & vnum eſt multa: quæ deinceps differentia, quod maius, quod minus eſſe poteſt? Omnia vnum ſunt, & illud propriè quidem pẽſiculatum, nempe qua ſint corpus, vnum omnia ſunt: nam qua pars, iam differentia eſt, & omnium quidem ex æquo: pars enim ſeipſa,

Suprà n.4
Suprà 9.d

ipſa,ſoláque conſtituere corpus nulla poteſt, ſed æquè A quælibet ad efficiendũ ſe ipſa corpus eſt defecta,egetq; congreſſu conuentuq; cęterarũ:vbi verò in vnũ multa concedũt,ibi corpus euadit vnũ,quod ipſum ille ſignificare volens: *Omnia verò membra corporis vnius multa cum ſint,inquit, vnum ſunt corpus.* Non inferiora,non ſuperiora,ſed quod commune erat omnibus, multa cum ſint, inquit.Sed quî tandẽ multa vt vnũ ſint, fieri poteſt? Si partium ſingularũ diſcrimine miſſo, corpus intueare. Nam quod oculus eſt,id ipſum & pes, in eo nẽpe quòd pars,quod cum alio conſtituit corpus,hîc enim diſcrimẽ reperire nullum licet.Neq; verò dici poteſt ab hoc quidem mẽbro conſtitui corpus, ab illo minus, in hoc ſiquidem idem omnia poſſunt,cum omnia corpus ſint vnum.Atq; his ita quidẽ clarè,communiq; omniũ ſuffragio comprobatis,ſubiecit: *Sic & Chriſtus.* Cum,ſic & eccleſia,dicere oportuiſſet(iſtuc enim cõſequebatur) pro eccleſia ſubſtituit Chriſtum, altius ſcilicet orationem tollens,vehementiusq; auditorem impellens. Eſt B autẽ quod dicit huiuſmodi,ſic & Chriſti corpus, quod eſt eccleſia.Vt enim corpus, & caput, vnus eſt homo: ita vnũ eſſe eccleſiã & Chriſtum,inquit: ideoq; pro eccleſia poſuit Chriſtũ,hoc nomine huius corpus appellando.Quemadmodum igitur noſtrũ corpus, inquit, quanquã ex multis conflatum, vnum quiddam eſt: ſic in eccleſia,vnum quiddam ſumus omnes. Nam & ipſa multis ẽ membris conſtans,in vnũ corpus euadit. Hũc igitur in modum, illo, qui ſe deiectum eſſe contemptumq; putabat, plauſibili ſimilitudine reconciliato reuocatoq;,populare illud iam rurſus mittens, rationem ſuadendi magis iam ſanctã,& conſolationis veræ pleniorem ingreſſus,ſummam omniũ æqualitatem oſtendit. *In vno ſiquidem ſpiritu,vnum in corpus,* inquit, *ſiue Iudæi,Græci,ſiue liberi,ſiue ſeruiC,ſiue pariter,ſiue omnes ſumus combaptizati.* Hoc eſt, qui vnum in corpus nos velut mẽbra fingẽs regenerans,q; formauit ſpiritus,vnus eſt, neq; in illo enim hic quidẽ ſpiritu,alius in alio baptizatur: ac neq; regenerans vn° eſt modo,ſed & † in quẽ,] & in quo regeneramur, hoc eſt,cui dedimus nomen:neq; idcirco baptizati ſumus, vt alij,aliiq; fieremus,ſed vt corporis vnius exactã omnes rationem tuentes,hoc eſt,vnum planè in corpus euadentes renaſceremur.Itaq; & qui formauit vnus eſt, & in quod formamur vnum: neq; vnius corporis, ſed vnum corpus omnes vt ſimus,inquit:ſemper enim diſtionibus vim quàm maximam habentibus vti contẽdit:pulchrè autem omnes inquiens, etiam ſeipſum apponit, † neque ego tuus apoſtolus plus cæteris in hoc] habeo quicquã,inquit:Nam & tu corpus perinde es vt ego,& ego perinde vt tu, & caput idẽ habem° omnes, D & partu prognati ſumus eodem omnes,itaq; & corpus idem ſumus omnes.Quid verò Iudæos recẽſeo,inquit, poſtquam tanto interuallo diſſidentes Græcos etiã vnius in corporis abſolutionem perduxit? Omnes verò quum diceret,non ſubſtitit:ſed ſubiungit,Iudæi,Græci, liberi,ſerui. Quòd ſi, qui tantũ diſtabamus, vniti iam, vnumq; facti ſumus: quanto magis vnum factos conturbari,ſpargiq; non licet:Haud vllus enim hic eſt differentiæ locus.Nam ſi Iudæos & Græcos,liberos & ſeruos iiſdem rebus dignatus eſt: quo modo poſt cõciliationem iam rurſus diſtinguet,præſertim quos arctiore poſt munerum ſuorum largitatem concordiæ vinculo conſtrinxit? [*Et omnes in vno ſpiritu potati ſumus.Nam*]& *corpus non eſt membrum vnum,ſed multa.* Hoc eſt, non diuerſis,ſed iiſdem ſacris initiati,mẽſa eadem refecti ſumus. Cur autem non eodem corpore refectos, & ſanguine eodem refocillatos dixit? quia quum ſpiritum diceret, ſimul eſt complexus vtrunq;,corpus & ſanguinẽ, ſiquidem † per vtrinſq; ſpiritum poti ſumus.] Videtur autẽ ſpiritus inſtitutionem eam ſignificare velle, qua ſtatim à baptiſmo ante myſteriorum cõmunionẽ erudimur. Poti verò inquit,voce vehementer accõmodata vſus, velut enim de plantis hortiſq; loquens, vbi vno exfonte,eadem ex aqua rigari plantas omnes videmus: ita ſanè ſpiritum hauſimus eundẽ, inquit, gratiam eandem guſtauimus omnes.Si igitur vnus nos ſpiritº formauit, vnũ in corpus redegit, (id eſt enim vnũ in corpus baptizatos nos eſſe) & menſam eandem largitus eſt: & rigatione eadem omnes perfudit. (hoc enim eodem ſpiritu potos eſſe ſignificabat.) Deinde tanto interuallo diſſidentes coũniuit:deniq; ſi multa quę ſunt,tum corpus vnum euadunt, cum in vnum omnia coaluerunt, quid tu differentiã ſurſum deorſumq; verſas? Nã quòd tu quidem putas,multa corporis vnius eſſe membra diuerſaq;,illam ipſam corporis notam, hanc prærogatiuam eſſe ſcias,vnum vt ſint, efficere poſſe quæ diuerſa ſunt & multa. Quid verò,niſi multa corpus ſit, vnũ id eſſe,nouum miruq; foret:immo niſi multa ſit,ne corpus fuerit quidem.Sed hęc pòſt expediet,interim redit ad membra. *Si pes dicat,* inquit, *quia manus non ſum, ne de corpore quidem ſum:an idcirco de corpore non eſt?Et auris,quia oculus non ſum,ne dè corpore quidem ſum ſi dicat: an ideo corporis pars non eſt?* Equidem ſi membrorum hoc quidem ſuperius, illud vero inferius eſſe nihil quicquã à corporis ratione ſecludit,ſed totum hoc ſemel eſt ſublatũ:quid, quæſo,vociferaris,quia inferior ſum,nõ ſum corpus? Nam & pes ſitum inferiorem habens, nihilominus corporis pars eſt.Siquidem partem corporis,aut eſſe,aut nó eſſe, non ex eo quia hoc illo,iſtuc alio loco ſitum ſit(nã hęc eſt loci ratio) ſed ex eo quòd aut annexũ, aut auulſum quicquã ſit,ſpectatur:corpus enim aut eſſe,aut non eſſe ſic accidit tandem,ſi iunctũ aut non iunctum ſit quicquam, cohærẽsque.Sed prudentiam vide,quàm ſcite verba membris noſtris accommodarit. Quemadmodum enim ſuprà,Hęc in me,inquit,ipſum & in Apollo tranſtuli:ita nunc quoq; quò minus moleſtam,ſed perceptu facilem, iucũdamq; redderet orationem, mẽbra fecit ipſa loquentia,vt cum naturam matrem audiant Corinthij reſpondẽtẽ, experientia rerum & communi velut ſuffragio cõuicti,nihil deinceps obiicere poſſint. Nam vtcunque clametis, inquit, nunquam tamen vt membra corporis vnius ne ſitis, effici poteſt. Vt enim naturæ lex,ita charitatis vis vel maximè inconcuſſa & immota omnia ſeruat.Vide verò quàm diligenter moleſtam membrorũ omnium inter ſe querelã, extremis tantum binis inuicem collatis vitarit:& cum honoratiſsimus oculus eſſet,neglectiſsimus pes,non cum oculo, ſed cum ea quæ leuiter excellit, manu ſcilicet, pedẽ litigantẽ induxit: aurem cum oculo, quando nõ inter maximè,ſed inter paululum diſtãtes inuidiam cadere videmus.Itaque eandem ille comparationem ſeruauit. *Si totum corpus oculus ſit,* inquit, *vbi auditus? ſi totum ſit auditus,vbi olfactus?* Nam quia membrorum diuerſitatẽ, manus,pedes,aures,oculosq; commemorando,nobilitatis obſcuritatisq; diſcrimen quoddam cogitandum relinquere potuiſſet,eum ſcrupulum pulchrè diſcuſsit,ſic vtile neceſſariumq; fuiſſe oſtendens: multi enim quòd ſint,diuerſiq;,id eſſe quod vel maximè corpus eos vnũ reddat.Si enim vniuerſi ſingulum quiddam fuiſſent, † *ſi eſſent oĩa vnũ mẽbrũ, vbi corpus?* inquit,corpus non erant.] Sed illud poſt.Hîc verò iam amplius quiddam oſtendit, non ſolum non eſſe corpus non

† *per vtrãq; vnũ ſpiritũ hauſimus.*

Suprà.4.b

† *corpus nõ fuiſſent. Propterea dicit,Quòd*

† *in quod.*

† *neque ego qui ſum apoſtolus pluſquã tu] hoc*

Universidad de Deusto
Biblioteca

pus non concedēs,si vnus quiſpiam omnia ſit,ſed neq; cæterorum quenquam quicquā futurum:auditus enim ſi ſit omnia,vbi relinquitur olfactus?Porrò autem quū ne ſic quidē ſopita penitus indignatio videretur, facit quod ſuprà.Nam vt iſtic ad vtilitatē cum confugiſſet, ſic illos compeſcuit tandem, qui vnū eundemq; ſpiritum pro arbitrio vnicuiq; largientem, operari in omnibus omnia doceret:eodem hîc pacto † omnia rectiſſimè fieri probaturus, ad diuinæ prouidentię argumētum orationem vniuerſam conuertit: *Nunc verò pater ille rerum,membra,* inquiens, *vnumquodque in corpore ſic,quemadmodum eſt habitum,collocauit.* [Quemadmodum de ſpiritu dixit, prout vult:ita & hîc, ſicut voluit.] Ne tu igitur cur ſic fiant,non fiant,omnia diſquire.Nam ſi tu quidē rationum vias ingrediaris mille,nullam inuenies, quæ tam verè,tam appoſitè habere iſta rectè omnia demōſtret,quàm ſi rerum opifici ita placuiſſe cōfiteare.Certè enim quod optimum rectiſsimumq; factu fuit,hoc illū voluiſſe conſentaneum eſſe debet. Quòd ſi hæc in iſto vulgari corpore perſcrutari ſuperuacuū ſit, quanto magis obſecro tolerabile in eccleſia non eſt? Atq; hîc rurſus acumen vide. Nam neq; naturæ, neq; † virtutum, ſed ſitus tantum, quem † à labore] membra ſortiuntur, diſcrimina cōmemorauit: *Nunc verò deus,* inquit, *membra poſuit, vnumquodque quidem in corpore, ſic vt volebat.* Et pulchrè, vnumquodq;, inquit: † omniū ſine dubio contemptiſsima] ſignificare volens:neq; verò hoc quidem ordinatum eſſe,hoc non eſſe,dici poteſt, ſed vnūquo.Ique, quemadmodum huius æterna voluntas iuſsit,ita eſt ſitum. † Vtile igitur membris omnibus locū quem ſortita ſunt,tueri,adeò ſanè, vt ſi quicquam horū ordine, locóve proprio mutato alium quēdam occuparit,omnium etiā iudicio digniorem,totū interire, perdiq; videamus, dignitate propria cadere, nec tamē conſequi alienam.] *Quòd ſi omnia hæc vnum quiddam membrum ſint, vbi corpus? Nunc verò multa quidem membra ſunt, corpus verò vnum.* Abundè iam igitur diuinæ ordinationis argumēto conuictis,pergit rationes rurſus concinnare, quorū quidem neq; hoc,neq; illud ſemper facere cōſueuit,ſed iſtis velut vicibus pulchrè variat argumēta. Nec enim compeſcendo ſolum,auditorem turbat,nec vt omniū rationes quærat,aſſuefaciendo, in ipſam fauciat fidem: ſed nunc hoc,nunc illud facit,vt & credāt, & vt ne tumultuētur:& poſtquàm ſilentiū impoſuit,rationes colligit rurſus.Sed tu mihi contentionē, ducemq; victoriæ certum vide.Vnde enim diſpares,aliosq; aliis abiectiores eſſe ſe maximè putabant,nempe quòd ingēs inter ipſos diſcrimē eſſe videretur,ex eo ipſo æquè ille honoratos eſſe omnes oſtendit.Sed quî tandem:dicam:

Si vnum, inquit, *omnia ſint membrum, vbi corpus?* Id eſt, ſi non eſt quædam inter vos certa diuerſitas, ne corpus quidem eſtis:ſi porrò nō eſtis corpus, neq; vnum eritis: ſi non vnum,quo modo par fuerit omnium dignitas? Contrà igitur, ſi æquè quidem omnes polletis, corpus non eſtis:ſi non eſtis corpus,neq; vnum : ſi non vnum, quo modo æquè eritis honorati? Idcirco igitur quòd non eodē omnes ſpiritus ornamento polletis, ſed munus aliud alius habet, corpus eſtis : corpus verò cum ſitis,vnū eſtis etiā,nihilq; in eo quòd corpus eſtis, differtis inter vos iam quicquam.Itaq; differentia vel maximè eſt,quæ honoratos reddit omnes ex æquo, atq; hoc eſt quod ſubiunxit: *Nunc verò multa quidem membra, vnū verò corpus,&c.* Iſtuc igitur fratres nos quoq; reputemus, omnē protinus inuidiā proculcemus, † neq; iniqui gratia maiori pollentibus ſimus,] neq; tenuioribus inſulte-

A mus:ſic enī ille iuſsit,cuius voluntati nō eſt cur ſe quiſquā opponat.Si quis inſultat porrò, cogita opus quod tu facis,efficere illū ſæpe non poſſe.Itaq; quanquā inferior,tamen hoc excellis: & ille quanquā maior, † tamē hoc relinquitur tibi:] & ſic æqualitas fiet. Equidē & in corpore membra quæ parua ſunt,haud paruum prębēt vſum,ſed auulſa magnis,ea vehemēter obſcurāt.Quid enim capillis toto corpore vilius eſſe poteſt? at illos tamen ipſos quantumcunq; viles ſi vel à palpebris, vel ab oculis ipſis detondeas, omnē totius vultus gratiā deturbaſti,oculusq; iam ipſe haud æquè ſplendebit venuſtus:& quanquam incommodū leue ſit, tamen elegantiam vultus omnē:neq; elegantiam modo,ſed vſum etiam præſtantē illum, & aciē oculorum conturbat.Habet enim vnumquodq; membrorū & propriā, & com-
B munem quandam virtutem:forma ſimiliter peculiaris quædā in omnibus eſt,quædā cōmunis.Quæ quanquā diſcreta videantur,tamē ea lege natura copulata ſunt, vt altero pereunte,neceſſario pereat alterum quoq;,planeq; totā rempub.tangat, ſi quid accepit incommodi priuatus vnus.En igitur,oculi clari ſint,lucētesq;, genа ridens, [rubrum labrū, naſus rectus,] ſupercilіū procerum : horū quodcunq; quomodocunque demutes,cōmuni iā pulchritudini detraxiſti,omniaq; triſticiæ plena,turpia apparebunt omnia,quæ prius erant venuſta. Naſum ſummū præcide,mox ingentem membris omnibus induxiſti deformitatem.Fac in corpore per cętera pulcherrimo pedem vnū claudum, mancū videbitur corpus vniuerſum,vnius ſit membri hæc licet orbitas.In manibus ſimiliter, vnū vnius digiti tolle vnguiculum,id ipſum quod dixi,ſtatim videbis.Lubet in mē
C brorum viribus,officiisq; idipſum experiri: digitū vnū reſeca,cæteros ad opus ſenties cunctantiores, neq; pari iam ſtrenuitate ſuū officium perfungentes. Cōmunis igitur toto corpori turpitudo vnius membri damnum, ornamentum commune vnius mēbri ſalus cum ſit,ne proximum fratres abiiciamus,ne tam arctè nobis conuncto temerè inſultemus. Ab illo ſiquidē tam humili membro, pulchrū illud ſpecioſumq;, pulchrius ſpectabiliusq; euadit:& à ciliolis iſtis,tantam oculi gratiā ceperunt. † Neq; verò] ad eum ſolum redundat incommodum,qui accepit:ſed is etiā qui dedit, non minimā ſuſtinebit partem.Quod vt ne fiat, ita fratres nos inuicem foueamus,& illā quam natura corpori præſcripſit legem,in ſocietatem Chriſtianā transferamus, ſic omD nibus mortalibus vt corporis noſtri mēbris proſpiciētes.Sunt enim & in eccleſia mēbra multa, diuerſaq; ſublimiora quædam, quædam inferiora : ſunt virginum chori,ſunt viduarum collegia, ſunt & caſto connubio fulgentium cœtus,& multi omnino virtutis gradus: In iuuandis miſeris eandē inuenies diuerſitatem:huc quidam totos ſeſe euacuarunt : alij ſic,vt ſolum quod vitæ ſatis eſſet,ſibi relinquerent, & neceſsitatem vltra nihil ſeruarent. Quidam ex aceruo dare maluerunt, ſed iſti tamen omnes mutuo ſibi ſunt ornamento, & maior ſi minorem contēnat, maxima ſeipſum laudis ſuæ parte fraudabit.Si virgo eam quæ in connubio eſt deſpiciat, non parum de mercede ſibi ſua reſcidit. Item ſi qui dedit omnia, eum qui non dedit, calumnietur,magnam laborum partem amiſit.Et quid ego virgines, viduas, & eos qui pro Chriſti nomine nihil ſibi reliquum fecerunt,dico:mendicis quid eſſe vilius poteſt:ſed illi tamen ipſi, vſum eccleſiæ, templorum foribus admoti, pulcherrimum quendam, & ornamentum maximum præſtant,vt his ſine,plenitudo eccleſiæ perfecta eſſe nō poſsit.

† cū vt cēa ita fierēt ex pedire probaſſet. *Hinc ſup. b*

† operatiōis. *† à loco.*

† in omnib⁹ vtilitatem.

† Vtile igit & pedi q̄ ita ordinat⁹ ſit,nō capiti ſolum. & ſi ordinē mutauerit: & proprio loco relicto alterū inuaſerit etiāſi maiorē videatur adiiſſe, oīa pdit ac corrūpit. Siquidē & pprio excidit, & alterum nō cōſequitur.

† neque gratia maiori pollentibus inuideam⁹.

† tamen in hoc minus eſt:

† Itaq; admonet ſeipſum, q̄ adhortatur, q̄ admonet alios.

Universidad de Deusto
Biblioteca

posit. Quod & apostoli principio statim intelligētes, vt cætera quidē omnia: ita istuc quoq; viduæ vt essent
Actu.6.a præclarè constitutæ sunt, tantam in ea re diligentiā collocantes, vt illis ministros septem præficerēt. Quemadmodū enim episcopos, sacerdotes, diaconos, virgines, coniuges numeramus catalogum ecclesię recensentes, sic & viduas. Neq; verò vsum illæ sui aspernabilē præbent: nam tu cum lubitum est ades tantum, illæ noctu diuq; hīc psallunt, adsuntq; continuo: haud equidem mendicitatis, quemadmodū videri fortasse potest, gratia. Nam si id quidem velint, per forum ire & porticus mendicatum licebat: sed pietatis quoddam non leue momentum habent. Vide enim: quæ tanto paupertatis igne coquuntur, vocem blasphemā aut indignā (quod locupletum illarū pleræq; solent) nullam vnquā emittunt. Harum igitur incœnatas alias cubitum ire, alias sub dio, assiduo frigore rigentes, agere, in eadē tamen B omnes gratiarum actione, & prædicatione patris durare cernas. Obolū dedisti, gratias agunt, & mille præterea modis bene tibi precantur: nihil dedisti, nō ægrè ferunt, sed etiam sic dominū laudant, solito tantū, tenuiq; victu contēti. Nolint velint, inquis, ferant oportet. Quī istuc tandē obsecro te, aut quī tibi tam inhumana vox venit in mentē? an verò non artes sunt malæ quædam, vnde facere quæstum vetuli, vetulæq; possent: non licuit, si voluissent, viuendi rationē inire minus acerbam? & vel ex his vnde lautè viuerent quæritare? Non vides quàm multi eiusdē ætatis homines lenones, & prostitutores facti, voluptatibus etiam fruantur? At verò haud illæ, quæ fame perire malunt, quàm inquinare vitam, & salutem suā turpiter prodere. Assiduè igitur pharmacum tibi salutis apparantes sedent. Neq; verò medicus quisquā ferro manúve admotis sic C accuratè putrida vulnera secat, vt pauper egena manu porrecta stipem flagitando vulnerū cicatrices tollit. Et quod mirum, citra dolorem, citra suspiriū, pulcherrimam conferunt medicinam. Neq; minus ille, per silētium, soloq; conspectu, pro templi foribus mēdicus sedens, suadendo potest, quàm qui populū moderamur, & pro concione quotidie declamamus. Quid enim aliud nos vobis inculcamus quotidie docēdo? nisi vt ne altum sapias ô homo. Res est subito inclinans, & omnigenis casibus quàm maximè obnoxia hominū natura: ad senectā iuuētus festinat, dilabitur gratia in deformitatem, ad imbecillitatem robur decrescit, sanitas in languorē deficit: in contemptū gloria, diuitię in penuriam, honor in despectū abit: præcipiti flumini nec vsquam consistenti, sed ad prona cōtinuo, & per omnia ruenti, nostra similia sunt. Hæc & his plura mēdicus il- D le, nō verbis & oratione ad hoc cōcinnata, sed re ipsa, & vero vultu (quod genus hortationis potentissimum est) assiduè contestatur. Quot igitur eorū putas, qui ad postes nunc tēpli miseri sedent, floruerunt quondā, & magna gesserūt? Quot deformiū illorū credis, ipsi quoque & corporis vi quondā, & formæ præcellentia multos † sollicitarunt? nihil est quod dubites, aut hos idcirco subsannes. Id genus exēplis mille, vita scatet. Ex abiectis & contemptibilibus hominibus, si euaserūt reges sæpe, quid mirū si è magnis clarisq; viris, mendici contrà facti sunt quidā? Nam illud profecto incredibilius est, cum hoc translaticiū sit & peruulgatum. Ita nō est cur quis dubitet illorū plerosq; artibus, bello, opibus floruisse quondā: misereri vices illorū, & cum dolore etiā sorti quenq; suę metuere conuenit potius, ne idem iam olim ipsi quoq; periclitemur. Nam & nos homines for

† superauerunt?

tunæ lubricitati æquè omnes obnoxij sumus. Sed huic nostræ orationi iamdudū aabitror rudis aliquis, & calumniari omnia solitus reclamat, totosq; nos traducit. Quousq; tandem inquiens mēdicos † nos esse coges? † *in sermonib⁹ adducendi est*
calamitates nescio quas portendens, mendicitatē pro concione solam tollens, & mendicos facere nos prorsus instituens. Ego verò nequaquam mendicos facere vos ista inculcans volo, [sed cœli diuitias vobis aperire studeo.] Siquidem & ad sanū de ægrotis, ægrotantiumq; languoribus orationē qui facit, non equidē qui in morbum auditorē adducat cōtēdit, sed vt sanitatis ille curam habeat maiorē, eorum quæ ægris acciderūt metu ignauiam deinceps suam emēdet. Metuenda res paupertas esse videtur, & ipso etiā nomine horribilis. Equidem hanc quia metuimus, hoc ipso verè iam pauperes sumus, etiam mille talenta possidentes. Neq; enī qui nihil habet pauper est, sed paupertatem horrens. Quoniā & in calamitatibus ipsis, nō passos grauia, sed ferre etiam si leuia sint, non potētes lugemus, miserosq; putamus, adeò vt ferre qui nouit, laude præconioq; dignus habeatur. Et hoc quidē isto habere pacto, videre à certaminibus licet. Nā quos istic laudamus? † eos nē- † *eósne qui*
pe qui sæpius verba ingeminantes, nihil ipsi sudant, *sæpiùs verbera* turbantúrve, [sed recta sublimiq; ceruice constiterunt: † haud eos] qui ad primos statim congressus retrosilierunt. An non illos igitur tanquam fortes & generosos coronamus: hos velut imbelles, timidosq; explodimus? Istuc igitur ipsum & in vitæ negociis faciamus: tolerātissimo animo omnia perferentē, velut olympicum illum pancratiasten coronemus: timidum verò illum & trementē, & ante congressum, ictus metu exanimatum deploremus. Quemadmodum enim in certaminibus, qui aduersarium antequam brachia tollit, motam tantummodo dextram videns fugiat, neq; plagam vllam expectet, mollis, deridiculus, imbellisq;, & laborum omnium impatiens habetur: Ita plane de his qui paupertatem horrentes, ne expectationē quidē huius animo sustinere possunt, iudicamus. Haud igitur miserum, ego quidē te facio, sed tute bone vir teipsum: quī enim non ludat satan te posthac, ante plagam, ad solas minas cōtremiscentem videns? imò plaga ne eget quidem: opes tibi modo, quibus ne abripiātur metuas, relinquat, quauis te cera reddiderit molliorem. Equidē, quia natura solemus, quæ metuimus postquā experti sumus metuēda putare minus, ne id accidat, vehementissimo te satan ante congressum paupertatis distinet metu, & velut ceram liquefacit. Est enim profecto cera vir huiusmodi mollior, & vitam viuit ipso Cain miseriorē, eorum quibus abundat desiderio flagrās, his quæ nusquā sunt sese affligens, & † quę sunt [identidem se crucians, † *ob ea quę*
opes velut fugitiuum seruum intus includens, mirabi- *habet,*
libus quisbusdā, & nouis sese perturbationibus distringens. Nam & cupiditate fertur absurda, & timore multiplici, & solicitudine quoquo versus ingruente maceratur, nauigio omni ex parte ventis aduersis, obluctantibusq; iactato, & decumanos fluctus sustinenti similimus. Quem quāto obsecro melius sit tolli semel perireq;, quàm tantas animo tempestates assiduo perferre? Nam & ipsi Cain optabilius mori fuit, quàm per omnē vitam cōsternari. Id igitur quò minus accidat fratres, astum illum calumniatoris satanæ rideamus, auariciæ vincula rumpamus, frangamus sæuissimi teli cuspidē, aditum omnem hosti præcludamus: auariciam enim, animo forti contemnere si potes, plagam non est cur metuas vllam. Apprehendere satan non potest, radice

Universidad de Deusto
Biblioteca

malorum extirpata: si radix enim nulla sit, neq; fructus ille malignus pullulabit. Hæc vociferamur semper quidem nos, & vociferari nunquã desinimus. Si quid porrò clamore nostro proficiamus, dies illa mõstrabit, per
Suprà.3.c ignem quondã reuelanda, & opus vniuscuiusq; quale sit spectandum exhibitura, ardentes lampadas patefactura pariter & extinctas. Hîc oleũ habens, non habẽs, prodibit vterq;. Quod tu procul auertas ô Iesu Christe, ne quisquam consolationis tum expers inueniatur, sed largam omnes beneficiorum suorum copiam afferentes, & viuis lampadibus ardentes sponso occurrãt: absit acerba & horribilis vox, quum qui hinc omnis misericordiæ & humanitatis inanes soluerunt, istic audire
Matt.25.b cogentur, illam sponsi scilicet, Nescio vos, inquientis. Hanc facito Iesu Christe ne sentiamus, sed iucundam
Ibidem.c illam potius, & desiderabilissimam: Huc amici mei benedicti, regnũ capessite paratum ab æterno vobis. Sic enim vitam illam viuemus beatam, & bonis longè humanæ mentis cogitationẽ omnem supergredientibus perfruemur, quæ vt nobis contingãt, gratia faxit, & benignitas Christi Iesu saluatoris nostri, cui gloria & imperium nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia XXXI.

AT non potest oculus manui dicere, nil est mihi te opus: aut rursum caput pedibus, nihil est mihi vobis opus. Postquam inuidiam tenuiorum repressit, tristitiamq; qua esse, propter maiora aliorum dona, videbãtur, exemit: nunc eorũ etiam fastum deiicit, qui dona scilicet maiora ceperunt. Et quanquã fecit id quidem in his, quæ aduersus illos suprà disserebat: nam donum esse cum diceret, non quiddam virtute nostra partum, quid aliud quàm hos etiã confutauit: tamẽ vehementius iam id ipsum rursus eadem in imagine consistens facit. Corpore posthac, & quæ hinc est, vnione missa, ad membrorũ inter se collationem, quã rem præcipuè nosse quærebant, festinat. Neq; verò quòd vnum omnes, se corpus esse scirent, tam idoneum consolandis ipsis fuit, quàm si in his etiam quæ habebant, haud ita se multum differre cognouissent. Inquit igitur: *At non potest oculus manui dicere, nihil est mihi te opus: aut rursum caput pedibus, nil est mihi vobis opus.* Etsi donũ enim inferius est, necessariũ tamen: & vt illo non existente multa impingant, ita sine hoc, plenitudo ecclesiæ manca fuerit sane. Neq; nõ dicit oculus, sed dicere nõ potest, inquit. Itaque si maximè velit, si maximè dicat etiam, nunquã id accidat tamen, † nusquam quod dicit rerum consistat.] Vtraq; igitur extrema sumens, in ipsis orationem exercet, manu oculisq; primum: mox etiam circa caput & pedes, aucto paulum exẽplo. Nam quid pedibus humilius est: capite quid honoratum, necessariúmve magis: est enim homo vel maximè caput scilicet. Atqui nõ sufficit ipsum sibi tamen, omniáve expedire solum potest. Si posset enim, frustra nobis appositi pedes fuissent. Et hactenus quidem euectum esse se, satis nõ habet, sed altiorem superiectionem quærit (quod facere vbique ferè solet) non intra æqualitatem contentione consistens, sed longius etiam procurrens. Subiungit itaque:

† neque ea res naturæ consistit.

Multò verò magis, quæ membra corporis imbecilliora videtur, necessaria sunt: & quæ viliora putamus, ea studio excolimus ampliore: quæ deformiora sunt formæ plus conciliamus. Corporis similitudinem adhibet, vbiq; deiectum erigens, tumidum verò coërcens. Non solũ hoc, inquit, dico, opus maiora minoribus habere, sed multũ ad hoc etiã prębere vsum. Si quid enim imbecillũ in nobis est, si quid contẽptibile, hoc & necessarium est, & honore amplius potitur. Pulchrè verò quæ videntur, itẽ quæ putamus, inquit, haud naturæ rerum, sed sentẽtiæ vulgaris de medio q; sumptæ, calculum describens. Neq; enim in nobis esse putãdum est vile quicquam, opus est enim dei. Genitalibus nostris quid videri contemptius possit: atqui honore præcipuo fruũtur, adeò sanè, vt qui egestate pressi, nudũ circunferãt reliquum corpus, ea mẽbra nunquã sustineant exhibere nuda: quanquam non est ea rerũ quæ in precio non sunt, fors & conditio, magis enim quàm cætera despici consueuerũt. In domo videmus, qui seruus abiectior est, non solum cura non tractatur maiore, sed ne eadem ille cum cæteris quidẽ. Itaque & hoc, si deiectius fuisset, non solũ nõ vberiori honore frui, sed ne eodem cum cæteris potuisset: atqui maiore fruitur, diuina nempe sapientia hoc ita comparante: aliis enim suapte natura ne egerent, prouidẽtia indulsit, aliis verò postquam id ipsa quidẽ non dedit, dare nos iussit, coẽgitq;. Neq; idcirco contemptiora sunt tamen, quando & animalia omnia ferè, ab ipsa natura ne indigeãt, acceperunt, non veste, nõ calceis, non tecto egẽt [pleraq; ipsorum:] neq; ob hoc ignobilius corpus nostrũ euadit tamen, quòd illorum prędidio, dum se defendit, vtatur. Nam si quis rem diligentius expẽdat, natura sua nobilitata necessariaq; sunt: quod ipse quidem significando non solum à studio nostro & obseruantia, qua maiore imbecilla fouemus, sed ab ipsa etiam natura rerum humilibus istis suffragium petiuit, authoritatemq; conciliauit. Itaq; quoties imbecilla aut neglecta dicit, quę videntur, inquit: quoties necessaria, iã nõ amplius quæ videntur, inquit, sed ea esse necessaria demonstrat: & rectissimè id quidem. Siquidẽ & ad liberorum propagationem, & ad *generis nostri æternitatem, perquam opportunissima illa sunt. Legibus itaq; Romanis, quisquis* ea præcidebat, & sese euirabat, grauiter puniebatur, tanquam qui cõmuni generi offeciisset, & ipsi vim attulisset naturæ. Sed pereant intemperati homines, admirandũ dei opificium calumniantes. Vt enim vinum quidam, ebriorum moribus offensi, & sexum muliebrẽ, propter adulteras quasdam: ita hæc mẽbra quoq; quia sunt qui parum honestè vsurpent, multi velut turpia condemnant, detestanturq;. Atqui nõ conuenit: neq; enim, vnà cum rei natura, orta vicia venerunt, sed ex eius qui peccare sit ausus, delectu gignuntur. Quidam verò imbecilliora, ignobiliora: item necessaria, honoratiora, de oculis & pedibus Paulum dixisse putãt. Et imbecilliora quidẽ necessariaq; oculos esse, quia quantũ viribus relinquantur, tantũ vsu præcellant. Ignobiliora verò, pedes, quia ipsi quoq; magna prouidẽtia curantur. Deinde ne hyperbolẽ struere nouam cogeretur, *Quæ decora*, inquit, *in nobis sunt, cura nostra non egent.* Ne quis enim dicat, quid hoc rei est? Despicere preciosa, viliorib⁹ intentos esse iubes? Nos verò ista nõ despicimus, inquit, sed cura nostra, ipsa non egẽt. Atque hîc vide, quas laudes, qua breuitate perstrinxit. Adhæc quàm vtiliter, & quàm ex vsu: Ac neque contentus his est, sed causam præterea subiungit: *Contemperauit*, inquit, *opifex corpus, indigentíque honoris tribuit plus, ne scilicet esset in corpore factio.* Si contemperauit, quod abiectius erat, apparere, passus nõ est: quod enim permiscetur, vnum fit, neque iam quale fuerit antea, discerni potest, alioqui ne permixtum quidem diceremus. Et vide quàm pulchrè, si quid inest minoribus vicij, præteruehatur: non enim inhonorato, aut deformi, sed indigenti inquit: Quî indiget autem? Iuxta naturam: indigentti igitur, honoris plus dedit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dedit. Quid istuc verò? Vt ne esset in corpore factio. Vt multis enim consolationibus eos erexisset, doluissent tamen, quandiu minora capere se putassent. Ergo magis esse honoratos necessariò demonstrat. indigẽti honoris plus inquit, dedit. mox ratione subiecta: qua, vt & indigerent quædam, & eadem maiori tamen in precio haberentur ex vsu fuisse, docet. Sed quæ illa est? Ne esset, inquit, in corpore factio. Non in membris inquit, sed in corpore. † Magna enim futura erat, sine dubio, simultas, si quædam & natura, & nostra prouidentia adiuta, niterentur, quædam vtraque carerent. Scissaq; inter se membra fuissent, ferre societatem nequeuntia: mox dissidentibus his, in cætera etiam incõmodum redundasset. Vides vt indigẽti necessariò honoris plus sit tributum: hoc enim nisi fit, cõmunis omnium, pernicies quædam incũbit. nisi enim multa cum prouidentia à nobis illa foueantur, detrimentum accipiant oportet, quando naturæ præsidio ex sese sunt destituta. Detrimẽtum interitus sequatur: interitum, corporis iam dissolutio: hanc cæterorum iam, præstantiorum etiam ruina communis. Vides dum illis prospicitur, quàm pulchrè istorum etiam cura & salus procuretur. Neque enim eãdem, in sua quidque natura, & corporis societate rationem habet. Vnde fit, vt si corpus interire contingat, nihil prodesse singulorum sua sibi salus possit. Vt oculus enim, vt nasus, quod suum est tueatur, vinculo societatis rupto, commodum ex ea re tamen nullum erit. Contrà hoc seruato, vt illa maximè patiantur, foebuntur tamen, sanitatiq; restituentur citò. Sed dicat fortasse aliquis: in corpore quidem istud habere locum, vt quod ignobilius est, honoris plus adipiscatur: inter homines verò, vix id vsquam deprehendi. Immo hoc inter ipsos videas euenire maximè. Nam & qui [decima] hora venerunt, mercedem accipiunt primi: & ouis errans, pastorem vicit, vt nonaginta nouem relictis, vnã se sequeretur, inuentamq; gestaret non ageret. Et intemperatus ille filius, honore fruitur vberiori, quàm qui erat in precio. Latro etiam ante ipsos apostolos coronam præconiumq; inuenit. In talentis idem videre licet, Nam & qui quinque accepit, & qui duo, rebus iisdem ornantur, & illud ipsum duo accepisse, beneficentiæ cuiusdam loco est. Nam si ille quinque, id est supra vires suas accepisset, excidere potuit vniuerso. Nũc autem quum accipit duo, & quæ concredita sunt exauget, laudẽ tantam reportat quantam qui quinque, tantò præcellentior, quantò minori cum negocio, coronam eandem est assecutus. Et quanquam ipse quoque homo esset, perinde vt qui quinque, nihil tamen herus, cum illo rationem vel penticulatius init, vel ad eandem cum conseruo, operam cogit. Sed nec, cur non quinque confecerit ipse quoque, quum id iure potuisset, expostulat, sed & ipsum coronat. Hæc quia fratres intelligitis, non est cur minoribus maiores temerè insultetis, ne vobismetipsis citius, quàm illis incommodo scitis. His enim remotis totũ interibit corpus. Quid enim aliud corpus est, quàm membra multa: [quemadmodum ipse dicit, corpus non esse membrum vnum, sed multa.] Quæ quum ita sint, demus operam vt multa quæ sunt, multa maneant. Hoc enim nisi fit, ad letalia etiam, plaga extimis illata, descendet: hinc istud quoque, non solùm vt ne diuellamur instat, sed vt arctissimè iungamur. Ergo non satis habuit dicere, ne factio in corpore sit, sed subiungit, *Vt æquè de se [inuicem] sollicita sint membra.* secundam hanc quoque causam adiungens, qua minoribus plus honoris haberi

† Magna enim futura erat excessus.

† Vndecima Matt. 20. a

Luc. 15. a
Ibidem. g
Ibidẽ. 23. e
Matt. 25. b

Hic sup. b

declarat. Non solùm enim, vt ne abs se inuicem membra discedant, deus pater curauit, sed vt ingẽs præterea charitas, ingens inter ipsa concordia foret, iussit. Nam si in proximi salute sua cuique salus stat, haud mihi tu maius obiicies, minúsve quicquã. Tantisper enim dum corpus consistit, cerni differentia potest: vbi periit, non potest. Periit autem, si non & minutiora illa consistãt. Ergo si summa intereunt, infimis abreptis, æquè veniũt vtraque curanda, velut quæ mutua salute nitantur. Vt sexcenties igitur minus humiliúsve membrum esse dicas, nisi æquè ac teipsum curabis, nisi non negligis, in teipsum ea negligentia redundabit. Itaque non solùm vt pro se inuicem, sed vt pariter pro inuicem solicita sint, monet: hoc est, pari studio minimus maximus curetur. Ne tu igitur hunc esse nescio quem de medio dicas, sed esse membrum, eius corporis cogita, quo tota ecclesia continetur. Nec minus ille, quàm oculus, corpus facit esse corpus. Vnde enim corpus exædificatur, in eo nemo quisquam quoquã plus habet. Neque enim ex eo corpus fit, quòd membrorum hoc quidem sit minus, illud maius, sed quòd sint ea multa & diuersa. Vt enim tu qui maior es, constituis corpus, sic ille, cùm sit minor: vt huius humilitas, quoties struere corpus sit necesse, æquè vt tu veniat, æquè ad hoc symbolum sit preciosa. Idem enim tibi pollet, & perspicuum est. Esto enim non preciosius viliúsve, non maius minúsve. Sed esto oculus omnia, esto caput omnia, an non interibit corpus? Et hoc nemini dubium: idem si sit infimũ quiddam omnia, fiet. Ergo etiam hoc pacto æqua magnis minora sunt. Immo quod plus est, vt maneat corpus, idcirco minor, minor est, adeoq; propter te minor, quòd tu maior esse possis, vt dignus sit, qui pari ab omnibus cura, maxima à maximis, foueatur. Et quia dixit pari sollicitudine se tueantur, hoc pari rursum exponit, inquiens: *Siue enim ægrè membrum vnum habet, omnia consternantur: siue gaudet, omnia exultant.* Idcirco communi prouidentia, in tanta membrorum diuersitate, summam, inquit, cõiunctionem adornauit, vt quicquid incidisset, magna esset omnium conspiratio, magnus consensus. Si enim proximo prospicere, suam ipsius est salutem tueri, secunda, aduersa omnia communia esse decet. Tria igitur hic flagitauit Paulus, ne scindantur, sed penitissimè copulẽtur, ex æquo sibi prospiciant, quicquid incidat commune putent. Et suprà quidem plus honoris inferiori, propter imbecillitatem, dedit, inquit: quasi maioris [curæ] imbecillitas causa sit: Hic verò mutuæ prouidentiæ ratione adæquauit. Idcirco honore fruitur, inquit, vberiore: [quia non minore fruitur] prouidentia. Non hinc autem solùm, sed ex his quæ incidere læta tristiaq; possunt, membra colligantur. Calcaneo spina infixa est, sentit totum corpus cruciaturq;, incuruatur dorsum & venter, femora corripiuntur: manus ceu satellites, ministriq; properantes, retrahũt infixam: inflectitur caput, solliciti oculi tuentur. Ita fit vt pes, quantùm relinquitur, ascendere non valens, tantò superet, ad se caput quod summum est deducẽs: idq; non amicicia, sed debiti & officij iure. Ergo si quæ maiora sunt, nihil amplius cæteris habent, quàm quòd minoribus magis sunt obstricta, & sollicitudinem debent, & casus æqualiter omnes perferre, magna profectò societas est. Quid enim calcaneo vilius? capite quid honoratum magis? sed hoc ad illud ex officio descendit tamen, cæterorum omnium turba stipatum. Rursum si patiatur oculus, omnia dolebũt, omnia cessabunt, non pedes ibunt, non manus operabuntur, non frui iam consuetis

† honoris.

† vt nõ minore fruãt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

consuetis cibis ventri lubebit,oculorum licèt sit dolor. Quid ventrem ocule mordes? quid pedes remoraris? quid manus vincis? Quia innexa natura omnia sunt, modoq; ineffabili compatiuntur. Si nõ compatiantur enim, non vtique prospicerent mutuò sibi. Quapropter vt æquè igitur pro se solliciti sint monet,additq; vt si membrum patiatur vnum, compatiantur omnia. Si vnum in precio sit,omnia congratulentur.Sed qui cõgratulantur, inquis? Coronatur caput,splendescit homo iam vniuersus: dissérit os,statim oculi arrident,serenanturq;, linguæ licèt, non oculorum ea laus sit, & decus. Rursus cùm pulchrè nitent oculi, matrona iam vniuersa nitet. Quemadmodũ vicissim, si nasus æqualis,ceruix recta,membra cætera laudata si sint,oculi exultant, clarescuntq;, iidem multa lachrymarum vbertate, cæterorum dolorem & calamitatem prosequuntur,ipsi illæsi sint licèt.Ista fratres reputemus, membrorum cõiunctionem imitemur, proximi malis ne insultemus,bonis ne inuideamus:furiosorũ hoc est,& mente carentium.Qui oculum sponte effodit,an non ingés amentiæ documentum præbet?qui manum vorat,non conspicuum furoris exhibet argumẽtum? Si porrò hoc ita in mẽbris est, in fratribus si fit, quid obstet quò minus furoris arguamur,in ingens incommodum incurramus?Quantisper enim oculus lucet,tua quoque constabit elegantia, totumq; splendebit corpus. Nec enim sibi modo formam ille ministrat, sed conspiciendum etiam teipsum facit. Quòd si tu illum extinguas, tenebras vniuerso corpori induxisti,gratiam membris omnibus abstulisti.Quemadmodum igitur si lucentem illum oculum seruas, gratiam toto corpori seruas. Nemo enim oculum pulchrum, sed fœminam pulchram dicit,aut certè oculum post commune encomium tollit: Sic & in ecclesia contingit, vt si quidam illustres sint,vniuersa gloriæ famam illa decerpat.Nam ne inimici quidem separant laudes,sed coniungũt: vt si quis sit dicendo famigeratus, nõ ipsum laudant solùm, sed ecclesiam vniuersam. Neque enim vir mirãdus est, inquiunt, sed mirandum Christiani doctorem habent, adeoq; reddunt hanc laudem omnibus communem. Itaque gẽtes quidem virtutem iudicant communem: tu diuidis, bellumq; tuo ipsius corpori infers, seditionem domesticis membris moues, haud cogitans, qui omnia euertas. Nam regnũ,inquit, in se diuisum haud cõsistet. Equidem nihil tam dispergit dissipatq; quàm inuidia,sæuum malum,nec vlla venia dignum, & ipsa viciorum omnium radice, auaricia, tetrum magis. Auarus enim tũ certè cùm accepit ipse,inuidus tum cùm alius non accepit gaudet. Rem strenuè peractam putat,quoties proximo est acta malè: successum ab alterius infortunio,non fortuna sua metitur: cõmunis hominum naturæ, oberrans hostis, Christi membra flagellans,quo nihil furiosum magis. Inuidet satan, sed hominibus, socio iam nemini: tu verò homo cùm sis, hominibus inuides, odium aduersus genus,naturamq; communem exerces,quod ne satan quidẽ facit. Quam igitur veniam assequere? quam tandem excusationem prætendes:si fratris successum videns, intremiscas,pallescas, vbi coronari, gaudere, exultare oportuisset. Quòd si æmulari libet, nil obsto, æmulare sanè, sed vt ei qui bonus vir est,similis euadas, non qui supprimas: ad idem fastigium ascẽde, virtutem eandem exprime. Hæc honesta æmulatio est,imitari,non inimicum esse: non commodis aliorum, sed sui ipsius viciis offendi. Atqui contrà inuidia solet,mala sua nescit, successu liquitur aliorum.Nunquam egenum ita paupertatis sarcina premit,vt inuidum fœlicitas fratris: quo quid,obsecro,sit sæuum magis?Nam hoc ille, quemadmodum dixi,etiam auaro est peior. Nam hic quidẽ quoties capit ipse, ille verò cùm alius excidit, lætatur. Obsecro igitur pessima inuidiæ via relicta,ad honestam æmulationem animum adiiciamus.Vehemens res est æmulatio, igne feruentior, magna ex ea re commoda percipere licet.Sic Paulus Iudaicæ gentis homines ad fidem inducens,inquit: Si quo modo ad æmulationem gentis meæ homines prouocare possem, quò aliquot saltem lucrifacerem. Sic enim qui æmulatur, vt ille volebat,nihil successu fratris,sed quòd relinqui se videt,indolebit: inuidus quum rem succedere videt alteri, tabescit, prorsus velut fucus quispiã, alienis laboribus tabescens,capessere labores ipse nunquã cogitans: alium accinctum vidés ingemiscit, omnia facit qui illum remoretur:cui rei morbum conferemus? Perinde esse videtur,vt si somnolentus quispiam asinus, & crassa carnium pulpa grauis, ego pernici coniugetur, qui quum sequi nolit,illum mole sua inhibere etiã conetur.Nam & hic qui profundo somno aliquãdo surgat, nihil neque cogitat,nec occupatur: omnia verò mouet, qui illum in cœlum properantem subuertat, deiiciatq;, expressa quædam satanæ imago: qui ipse quoque hominem in paradiso videns,nihil eam ob rem mutabatur, sed ex hoc illũ statu deiicere parabat: & rursum in cœlo sedentem hominem,alios huc festinantes conspicatus,eodem illos liuore interuertere,& feruentiorem sibi flammam excitare perrexit. Sic enim fit semper, vt cui inuidetur, si modò vigilet, illustrior odio reddatur: ipsa sibi inuidia plus assiduè mali concinnet. Sic Ioseph ille clarus euasit,sic pontifex Aaron:Coëgerunt inuidorum insidiæ dominum, vt iterum iterumq; clarum huic testimonium exhiberet: eædem vt virga germinaret,in causa fuerunt.Sic Iob opulentia tanta,& rebus cæteris fruebatur, sic inuidi innumerabilibus suis malis tentãtur.Quæ quum ita sint,scelestum hoc æmulationis genus fugiamus. Quid enim,dic obsecro,malè te habet? num quòd frater donum spirituale cepit? Sed vnde cepit obsecro? non ab ipso deo? aduersus illum igitur inimiciciam exerce qui donũ dedit. Vides quò malum serpit? & vt colophonem viciis omnibus imponit. Vides quantum aperit supplicij barathrum? Fugiamus dilecti,ne inuideamus, pro inuidis deprecemur,omnia agamus qui isti morbo liberẽtur: ne simus fratres amẽtibus illis similes: qui quum inuidos vlcisci volunt, hoc manibus & pedibus conantur, qui flammam illis ardẽtiorem reddant: absit istud,deploremus potius, & ingemiscamus illorum vices: ipsi enim sunt ad quos illius iniuriæ sensus maximè peruenit,vermem alunt assiduè pectus eorum corrodẽtem, veneni quouis felle amarulentioris fontem habẽt.Obtestemur benignum deum,vt illis hanc mentem conuertat, & nos ne morbi vis inuadat. Inaccessum hac tabe laborantibus cœlum. Nec cœlum modò non patet, sed ne vita quidem hac ipsa commodè frui licet: Non ita vestem, non ita lignum insidens vermis, insidens tinea rodit, consumitq;, vt illa inuidiæ ardentissima febris ossa haurit,ipsamq; mentis sobrietatem depopulatur. Vt igitur & nos ipsi, & alij multis magnisq; incõmodis eripiantur, febrem sceleratam de medio profligemus, quàvis tabe grauiorẽ:vt diuina virtute recuperata, & præsentis vitæ stadiũ decurramus, & futuræ gloriæ coronam assequamur,quæ vt omnibus contingat,gratia faxit,& benignitas

Matt.11.& Luc.11.b

Rom.11.b

Num.17.

benignitas saluatoris Iesu Christi, cui cum patre & spi- A ritu sancto laus sit in secula seculorum, Amen.

Homilia XXXII.

Vos autem estis corpus Christi, & membra ex parte. Ne quis enim dicat, nihil ad nos corporis exemplum pertinere, natura serui, cùm quicquid à nobis fiat, liberum sit, & voluntatis totum, ipsum necessitudini nostræ accommodans, & tantam animorum concordiam, quanta membrorũ natura sit, esse debere docens: vos verò corpus, inquit, estis Christi. Quòd si corpus nostrum seditiosum esse non decet, quantò minus Christi? tantò profectò, quantò gratia potentior est quàm natura. *Et membra ex parte.* Neque corpus solùm, sed & membra sumus, inquit. Vtrũque superius disputarat, & multos in vnum colligendo, omnesq; vnũ esse monstrando (corporis modò ratio seruetur) & hoc vnum in multis & per multa constare, itemq; multa per hoc contineri, & vt multa sint effici. Sed quid illud sibi vult, ex parte? Quantùm vos attinet, & quantam partem extrui à vobis sit æquum. Nam quia corpus dixit, vniuersum autem corpus, non illa Corinthiorum ecclesia est solùm, sed quæ vbilibet toto extat terrarum orbe, ob eam causam, Ex parte, inquit: id est, vestra ecclesia, illius passim dissiti corporis, ex omnibus ecclesiis compacti pars est quædam: vt nõ erga vos inuicem modò, sed erga omnem omnino per totum orbem ecclesiam agitare deceat pacem, quando membra vniuersi corporis estis. *Et quosdam in ecclesia dominus collocauit? Primùm quidem apostolos, secundò prophetas, tertiò doctores, deinde potestates: item dona sanationum, subsidia, gubernationes, genera linguarum.* Facit quod iam antè dixi. Nam quia dono linguarum vehementer tumebant, C omnium hoc postremum ponit. Nam primum & secundum hic nõ sunt vulgariter dicta, sed ordine quid sublimius, quid humilius esset ostendit. Vnde apostolos prælocauit, vt qui omnia in se donorum genera haberent. Neque enim alios apostolos, alios prophetas, inquit, in ecclesia deus locauit, sed primum, secundum, tertium adiunxit, hoc ipsum quod dixi ostendens: *Secundò prophetas.* Prophetabant enim, vt filiæ Philippi, *Act. 21. b & 11. d* vt Agabus, vt illi ipsi Corinthij, de quibus inquit: Pro- *Infra 14. f* phetæ autem duo aut tres loquantur. Sed & Timotheo *1. Tim. 4. d* scribens. Ne neglexeris, inquit, quod in te est donum, quod datum est tibi per prophetiã. Adeoq; plures tum erant, quàm veteri lege. Non enim in decem iam aut viginti, quinquagintáve, aut centũ, sed in immensum, summa cum largitate donum peruasit, & vnaquæq; ec- *Matth. 11. b* clesia prophetantes habebat iam multos. Quòd autem D Christus legem & prophetas ad Ioannem vsque durasse dicit, de prophetis aduentum suum prænũciantibus est locutus. *Tertiò doctores.* Nam qui futura prædicit, omnia spiritu suggerente dicit. Doctor autem sæpe ac- *Ibidem. 5. c* cidit, cùm ex suo disserit, vnde & alibi inquit: Qui rectè præsunt seniores, duplici honore afficiãtur, præsertim qui in administratione verbi & doctrinæ laborãt. Qui autem spiritu loquitur omnia, non laborat. Post prophetam igitur doctorem locauit, quòd illud quidem totum est muneris diuini, hoc & laboris humani. Nam & ex suis multa doctor affert, congruant modo scripturæ. *Deinde potestates, dona item sanationum.* Pulchrè sanationum dona à potestate, sic vt suprà, discernit. Potestas enim sanatione maior est. Qui potestatẽ habet, & castigat & sanat: qui donum sanandi, sanat modò. Ordine autem vsus est optimo, prophetiam potestati & sanationi præponens. Suprà enim cùm per spiritum *Hic sup. b* huic quidem sapientiæ, huic scientiæ sermonem conceissum esse doceret, non ordine, sed promiscuè digesta ponebat. Hic præponit, subiicit. Cuius porrò gratia prophetiam præponit? Quòd ea res etiam lege veteri ordinem eundem tenebat. Esaias igitur quando cum Iudæis disputabat, & diuinæ potentiæ diabolicæq; vanitatis specimẽ exhibebat, velut argumentũ hoc in medium adduxit, maximumq; diuinitatis suæ documentum esse, quòd futura prædiceret, iussit. Sed & Christus post tãta abs se miracula designata, haud paruum istud diuinitatis suæ argumentũ esse docet, additq; frequenter: Hæc ego prædixi vobis, vt cùm fiant, me esse illum *Ioan. 13. a* credatis. Sed non immeritò prophetia sanationes locum posteriorem habent: à doctrina verò cur relinquuntur? Sine dubio quia aliud euangelium annunciare sit, & pietatem hominum pectoribus inserere, quàm B potestates ostentare, quando & hæ per illud fiunt. Si quis igitur simul & ore, & vita docet, is omnium sine dubio maximus est. Doctores quippe, qui nõ tam verbo quàm operibus, & illustri vitæ exemplo docent, appellat. Quæ res & apostolos esse fecit. Potestates verò *Matt. 7. d* etiam alij haud magni momẽti homines principiò tenuerunt: hi scilicet, qui dicunt, domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, vim magnam ostendimus? Quibus, haud vnquam vos noui, & hinc qui facitis malum, discedite dicetur. Docẽdi verò munus illud quod diximus, verbis rebusq; consentientibus cõstans, haud temerè obierit improbus vir quisquam. Quòd autem prophetas præponit, non est cur mirere. Non simpliciter enim prophetas inquit, sed qui prophetia instructi docent, ad publicam communemq; vtilitatem omnia dicunt, quod progressus magis perspicuum nobis facit.

Subsidia, gubernationes. Subsidia quæ sunt? imbecillos amplecti. Hoccine igitur donum dei est? Maximũ istuc quidem, diuinæ beneficentiæ signum, in rebus spiritus, œconomum & hortatorem esse. Quãquam quæ etiam nostra opera sunt, dona vocare multa solet, haud pigros nos esse volens, sed diuino vbique præsidio nos niti, & gratos & ad ea obeunda alacriores esse debere docens, earum rerum studium in nobis amplius excitare cupit. *Genera linguarum.* Vidisti quò donum hoc locauit? & quòd postremum omnium fecit? Hic postquam ex ipsa rursus enumeratione magnũ esse discrimen ostendisset, morboq; eorum qui minoribus donis præditos se querebantur succurrisset: hinc iam maiori cum vehementia ipsos inuadit, quòd non leuibus argumentis, antea vel nihil, vel certè non multò inferiores esse probarit. Cùm enim esset verisimile, hæc differenti mox illud obiecturos, Cur igitur non omnes apostoli potius sumus? suprà enim consolando magis quàm corripiendo (quanquam multis) istuc sic esse necessario factum ostẽdit. Primùm quidem corporis exemplo in argumentũ ducto. Corpus enim, inquit, non *Hic sup. a* vnum est membrum. Et rursus: Si vnum membrũ omnia, inquit, erant: vbi, quæso, erat corpus? Mox ab vtili: Vnicuique manifestatio spiritus, inquit, data est prout *Ibidem. a* commodissimum fuit: hinc item quòd nemo non hausisset ex eodem spiritu, & quòd donum sit nõ debitum. Distributiones sunt, inquit, donorũ, sed spiritus idem. Et ex eo quòd manifestatio † quidem sese spiritus om- *spiritus sit* nium declaret: ‡ Vnicuiq; manifestatio data est, inquit, *per omnes* spiritus. Et ab eo quòd hęc ita spiritui placent, sic à deo formantur. Omnia enim hæc, inquit, vnus idemq; spiritus operatur, distribuens seorsim singulis prout vult.

Et, posuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et, posuit deus membra, vnumquodq; ipsorum itaque quidem in corpore prout ſvult:ſ Item ab eo quòd necessaria minora sint: Quæ enim imbecilliora videtur, necessaria sunt, inquit. Item ab eo quòd æquè necessaria, ſitem quòdſ à minoribus æquè corpus cõstituatur. Neque vnum enim membrum est corpus, inquit, sed multa. & quòd maiora minoribus habeant opus: Non potest enim, inquit, caput pedibus dicere, Nihil mihi vobis est opus. Et quòd maiori illa in precio sint: inferioribus enim plus honoris dedit, inquit. & quòd pari communiq; prouidẽtia omnibus prospiciatur. Pariter pro se sollicita sunt, inquit, omnia. & quòd decus omnium commune sit, communis omnium dolor. Siue enim patiatur, inquit, membrũ aliquod, condolent omnia: siue honore afficiatur, congratulantur omnia. Ex his igitur superius quidem monebat: nunc autẽ arguit palàm & indignatur. Nam quod dixi, nec cõsolari, nec retundere semper oportet: idcirco ipse quoque quos multis iam adhortatus erat, acerbè deinceps inuadit.

Hic sup.e *ſvolut ſ & itaque quidẽ, ic edice Veronen. deest.* *Ibidem.* *ſin eo quod*

Nunquid omnes apostoli sunt, inquit? *prophetæ ne omnes? sanãdi munus habent omnes?* Nec primo aut secundo dono consistit, sed ad extremum euadit: aut vt omnes omnia sint impossibile esse significaturus, quemadmodum suprà, Si vnũ omnia sint, vbi corpus? aut aliud quiddam hic struit, quod ad consolandum facere deinceps videatur. Et quid istuc? vt inferiora dona superioribus æquè ardua esse ostendat, quando ne illa quidem omnibus conferantur. Quid enim doles vim sanandi non habens? Cogita quòd donum istuc quod habes tu, minus licèt, hic qui maius habet, non habet tamen, ideo inquit: *Num linguis loquuntur omnes? num interpretantur omnes?* Quemadmodum enim summa illa non omnibus est gratificatus deus, sed his quidẽ hoc, aliis aliud: ita ne minora quidem omnibus omnia indulsit, sine dubio magnã ex illa diuersitate cõcordiam, magnum concentum, magnam necessitudinis & charitatis vim molitus, vt vnusquisque proximi scilicet egẽs, ad illum perferretur. Hoc idem in artium constitutionibus, in elementis, in plantis, in corporis nostri membris, planeq; in rebus omnibus ita comparauit. Hinc plenissimam cõsolationem inducit, quæ instaurare placareq; perturbatam mentem satis sit vel vna. Quæ est igitur?

Hic sup.e

Sectemini verò dona potiora, & adhuc excellentiorem viam vobis ostendo. Innuit enim quòd minores sint per ipsos stare: posse si velint, altiora consequi. Cum enim imitemini dicit, ſsedulitatemſ ſ desiderat maiorem.ſ Nec maiora, sed meliora sectari iubet: hoc est, [vtiliora & conferentia. quod autem dicit hoc est,] dona dei ambire pergite: fontem vobis donorum ostendo. Nõ donum, ſsed ſfontem donorum ſ dixit: quò magis quod dicturus est, tollat. Nõ vnum enim, duóve, aut tria vobis dona, sed viam vnam ad ista omnia perducentem monstro: nec viam solùm, sed excellentem, nec vlli mortalium inaccessam. Neque enim quemadmodũ dona his quidem, hæc illis verò alia, nullis autem omnia sunt concessa: sic & hoc. Sed res est in vniuersos patens, vnde omnes etiam ad id vocat: sectemini, inquit, dona potiora. Et viam vobis excellentem ostendo, charitatem dicens. [qua proximus diligitur.] Qua de & eius laudibus, orationem facturus: primùm cætera huius comparatione demolitur, vt quæ hanc citra sint planè nihil. Valde quidem sapienter. Si enim de charitate statim disseruisset, & viam se ostendere dicẽs, eam charitatem esse subiunxisset, cæterarum comparatione suppressa, risu excipi potuisset, ab his qui hiantes rei vim nõdum habebant perspectam. Eam igitur nõ statim patefacit, sed auditore promissione excitato, excellentiorẽ viam ostensurum se dicit. Quin nec allecto quidem iam auditore negocium statim capessit, sed augẽdo alendoq; desideriũ de his ipsis differit prius, monstratq; hac non existente, nihil cætera futura, summam nobis dilectionis mutuæ necessitatem imponens: quando ex charitate neglecta, genus omne malorum erumpit. Vnde non immeritò magna charitas videatur: siquidẽ dona cætera ipsos non solùm inter se non coniungant, sed dissipent etiam: Charitas autem per illa dissectos, virtute sua reducat, & corpus vnum faciat. Istuc verò statim non dicit, sed quòd dona quidem hæc sint, donorum autem potiundorum omnium sublimis illa via sit charitas. Itaque si non ſamoris ſ gratia, diligere fratrem vis, saltem ob meliorem notam & largius donum amplectere charitatem. Et vide vnde orditur. Primùm quidem ab eo quod mirandum summumq; ipsis esse videbatur, noticia linguarum: donumq; hoc in mediũ producens, ſ non esse tantum, quantum videri volebant, ostendit, sed longè minus.ſ *Neque enim si linguis loquar: sed linguis hominum si loquar*, inquit. Quid sibi vult, hominum? omnium vbique gentium: neque hac superiectione fuit contentus, ponit longè maiorem, angelorum etiam addens. *Charitatem verò non habeam, factus sum æs resonans, aut cymbalum tinniens.* Vides vbi donum linguarũ tollit? vbi deiicit prosternitq;? non solum nullus sum, inquit, sed æs sonans, sensu scilicet, vitaq; carens. Aes verò cur sonans? Vocem quidem reddens, sed frustra, & inanem, nec vllam ad rem vtilem. Præterquam enim quòd prorsus efficio nihil, obturbo etiam cæteris, & molestus grauisq; pluribus sum. Vides vt charitatis expers, *inanimis* sensuq; carentibus rebus conferatur. Linguam autem angelorum dicit, non qui spiritibus corpus affingat: sed si ea loquar qua vtuntur inter se ipsi, nullus tamen fuero, inquit, sine charitate, sed grauis insuper & molestus. Sic alibi etiã: Huic omne genu flectatur, inquit, cœlestium, terrestrium, infernorum. Haud equidem genua, ossave spiritibus tribuendo, (absit enim) sed eminentem adorationẽ pro humano captu declarans: eodem hic etiam pacto, linguam nõ carneum instrumentum, sed beata spirituum inter se colloquia, more nostro loquens vocauit. Iam quò oratio facilior probabiliorq; perceptu foret, non constitit in dono linguarum, sed progreditur ad cętera quoque: ac vbi omnia, si charitatis expertia sint deiecit, ibi demum descriptionem, formamq; eius subiunxit. Et quia amplificatione sermonis diximus vsum, à minoribus orsus continuò ad maiora perfertur. Nam quod suprà, cùm dignitatẽ vniuscuiusque ex ipso ordine monstraret, postremum linguarũ donum locauit, hoc primum posuit nunc, paulatim, vt dixi, ad altiora contendens. De linguis enim postquam dixit, statim digreditur ad prophetiam: *Si habeam prophetiam.* addita rursum superiectione. Nam vt illic nõ linguas, sed omnium hominum linguas, & progressus angelorum etiam dixit, nihil istuc tamen esse charitatem citrà: Ita hic quoque non prophetiam dicit solùm, sed altissimam eam. Vnde subiunxit: *Et si omnia mysteria sciam, scientiam omnem.* Hinc iam ad cętera dona transit. Et ne vnumquodque seorsim recensendo, de industria obturbare velle videatur, matrem, fontemq; cæterorum omnium producit, & eam ipsam quoq; cum superiectione. *Si habeam*, inquit, *omnem fidem.* Nec sufficit hoc, sed quod velut maximũ Christus ipse prædicarat, id apposuit quoque.

ſ illorũ desiderat, ac studiũ circa spiritualia. *ſ viam.*

Cap. XIII. vtrũ tenuerit ponit quẽ habebat, sed multò amplius.

Philip. 2.

Adeò

Adeò vt montes transferam, charitas verò non sit, nihil sum ego.

Et vide vt rursus etiam hic linguarum æstimationem deprehsit. In prophetia magnũ quoddam ostendit momentum, mysteria, scientias omnes nosse: in fide rem non mediocrem, montes transferre: solùm linguarum donum posuit nudũ. Vide præterea, qua breuitate genus omne donorũ sit complexus, fidem, prophetiamq; commemorando. Aut in sermone enim miracula rerum sunt, aut in operibus ipsis. Sed qui Christus minimum fidei momentum, montes commouere posse dicit? Sic enim velut minimum iudicarit, locutus esse videtur, quum inquit: Si habueritis fidẽ vt granum sinapis, dicetis monti huic, demigra, & demigrabit. Paulus autem vniuersam fidem dicit? Quid igitur putas? an quia transferre montes, ardua res est, idcirco produxit, non quòd solùm hoc fides vniuersa possit, sed quum magna res crassioribus ob tantę molis magnitudinem videretur, hinc etiam propositam rem amplificare volebat. Est autem quod dicit huiusmodi: Si omnem, inquit, habuero fidem, si montes transferam: charitatem verò non habeam, nihil sum. *Et si in alimoniam omnes meas insumpsero facultates. si corpus tradam vt comburar: charitatem autem non habeam, nihil proficero.* Papæ hyperbolen. Nam & hæc ipsa noua cum amplificatione proponit. Neque enim si pauperibus alteram facultatũ mearum, duásve aut tres, inquit, dedero partes, sed si vniuersas dedero, & non dedero solùm, sed insumpsero, inquit, vt impẽsis administratio etiam summa cum diligẽtia coniungatur. *Et si tradam corpus meum vt comburar.* Non dicit, si moriar, sed etiam hæc extulit cum amplificatione, mortem omnium teterrimam commemorando, vt vinus scilicet comburare: sed & hanc, citra charitatem nil habere magnũ dicit, subiungit igitur: *Nil proficero.*

Matt.17.c

Ibidẽ.19.c

Nondum hyperbolen vniuersam produxi, recensere prius de eleemosyna & morte, testimonia Christi iptius lubet. Quæ sunt igitur? Diuiti sic inquit: Si perfectus esse vis, vende facultates, da pauperibus, & me sequere. Item de charitate erga proximum sic: Charitatem maiorem nemo habet, quàm cùm animam suam pro amicis effundit. Vnde apparet, †etiam Christi testimonio omnium hoc maximum esse.]Paulus verò etiam si pro ipso deo animã fundamus, inquit, nec fundamus solũ, sed †diffitemur:](hoc enim significat tradi vt comburaris) haud magnum erit ex ea re lucrum, si negligamus fratrem. Porrò quòd dona prodesse nihil sine charitate putat, nõ est hoc mirum, cùm sint ea, vita longè posteriora. Multi igitur qui id genus donis claruerunt, cùm essent reprobi, grauiter sunt mulctati: quemadmodum illi ipsi qui in huius nomine prophetarunt, dæmonia eiecerunt, potestates ostẽderunt, qualis proditor fuit Iudas: cùm qui vitam viuunt pij viri, puram, re præterea nulla alia habeãt opus. Quòd dona igitur charitatẽ præter, quemadmodum dixi, nihil ipsa possunt, nil mirum: sed vitam ipsam in cæteris etiam absolutam, hac sine nihil posse: hoc verò est, quòd omnem persuasionem excedere, & ingentem hæsitationem afferre videtur: præsertim postquam Christus vtrique rei magnopere videretur adstipulatus, paupertati spontaneæ dico, & martyrij tormẽtis. Diuiti enim quemadmodum dixi, sic inquit: Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes, da pauperibus, & sequere me. Et discipulis, cùm disputaret de cruce, sic inquit: Quisquis mea gratia amittit vitam, recuperat eam. Et, Quisquis me coram hominibus agnoscit, agnoscam ego illum coram patre, qui est in cœlis. Ingens enim est eius rei difficultas, ferèq; naturam ipsam excellens: norunt quicunque certamen hoc egregiè decertarunt. Nam ratione quidem ostendi res non potest, tanta animi sublimitate constat, estq; plusquam admiranda: quantacunque tamen sit, nihil prodest, inquit, charitatem citra, etiamsi paupertatem spontaneam habeat cõiunctam. Ostendam porrò qui istud fiat, si prius docuero, qui possit, qui pauperibus erogat omnia, esse charitatis expers. Nam qui vri paratus est, & qui donis pollet, contingit fortasse non diligere tamen. Qui verò non dat solùm qui habet, sed etiam præsens distribuit, fouet, nutrit egenos, qui obsecro non amet? Quid ergo dicemus? an id quod non est, perinde ac sit, exempli gratia subiecit, quod in superiectionibus ferè solet. Vt quum ad Galatas scribens, Si nos, aut angelus de cœlo nunciauerit, inquit, aliud vobis quàm ego, †anathema esto: quanquam nec ipse, nec angelus fuerit id facturus: sed vt rei magnitudinem ostendat, ponit quod futurum non erat. Sed & Romanis scribens: Non angeli, non principatus, non potestates separare nos à charitate dei possunt, inquit: quanquam nemo id cõfaturus angelus erat, perinde tamen vt sint loquitur Paulus: quale etiam hoc quod sequitur istic, Nec creatura alia, cum nulla sit alia: omnia siquidem fuerat complexus, supera, infera recensendo: etiam tum quod non erat, subiiciens velut esset, charitatis magnitudinem superiectione innuiturus. Quod quidem & hic facit: Si quis omnia det, charitatem non habens, nil proficit. Itáne igitur locum reddemus? an potius, eos vult qui dant pauperibus, iisdem etiam conglutinari: & non dare solùm, id est facultates communes facere, sed animi affectum quoque, quo nomine diuinitus iam olim eleemosyna præcepta videtur. Potuit enim deus sine hoc etiam egenos nutrire, sed vt nos charitate ligaret, mutuoq; amore accenderet, nobis illos nutriendos reliquit. Ob hoc alicubi inquit, præstat sermo frugi quàm donum. Item, Melior est sermo, quàm domus bona. Et ipse: Misericordiam volo, nõ sacrificium, inquit. Quia enim & beneficiis affectos, & eos qui beneficia sua in nos contulerunt, amare solemus, idcirco velut vinculum amiciciæ traditurus, legem istam tulit. Verùm etiam hoc quæremus, cur quum Christus vtrunque perfectionis esse dicat, † Paulus hanc solam dicit?]nunquid Christo reclamat? minimè gentium, sed conciuit planè. Neque enim omnia vendere solùm diuitem iubet, sed dare pauperibus & sequi: sectari autem Christum, minus euidenter Christi discipulum esse arguit, quàm inuicem diligere. Hinc enim omnes, inquit, animaduertent discipulos vos esse meos, si vos inuicem diligatis. Item, Qui vitam amittit mea gratia, eam recuperabit: &, qui me coram hominibus agnoscet, agnoscam coram patre. Non hæc negat charitate comparari, sed mercedem laboribus istis propositam ostendit. Nam quòd coniunctam martyrio charitatem esse velit, alibi sæpe significauit: Calicem quidem meum bibetis, & baptismate quo baptizor ego, baptizabimini: id est, pro me moriemini, mactabimini. Sedere autem à dextris aut à sinistris, (non quia istic ita sedeatur, sed prærogatiua & honor summus quidam significatur) non meum est dare, inquit, dabitur quibus est præparatum. †Et vocans]eos, qui primus inter vos esse volet, inquit, minister omnium cæterorum esto. humilitatem significans, & exigens charitatem summam. Vnde etiam subiecit, quemadmodum filius hominis, inquit, non venit, cui ministraretur, sed qui ministret ipse,

Galat.1.b

† præterquã quod accepisti.

Roma.8.g

Ioan.15.b

† quod si p deo, omniũ hoc sit maximum.

† incendamur.

Mar.10.c & Lu.18.d

Ioan.10.d

Matth.8.d & Luc. 11.a

Eccli.18.b

Osee.6.c.& Matth.9.b

† Paulꝰ hæc sine charitate imperfecta esse dicit

Matt.19.c

Ioan.13.d

Ibidẽ.12.d

Luc.12.a

Matt.20.c

Mar.10.f

† Deinde prostendẽs quibus parauit.

Matt.20.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipse, vitamq; redimendis multis effundat, Exemplo Christi sic diligendum esse docens, vt mactari pro fratribus nil dubitemus. Hic enim adeò, ipsus est verus amor, vnde & Petro: Si me amas inquit, oues mihi meas
Ioan.21.d pasce. Atque vt intelligatis, quanta res charitas sit, eam oratione, quantùm id fieri potest, subiiciamus, quando oculis cernere præsentem vix vsquam hodie licet. Reputa igitur, si in hominum animis charitas regnet, quãta nobis sit allatura bona: non legibus, non forensi strepitu, non pœnis, non suppliciis, non re vlla huiusmodi fuerit opus. Nam si mutua se charitate omnes complecterentur, quis sit iniuriæ locus? pugnæ, bella, cædes, seditiones, rapinæ, fraudes, & mala protinus omnia, nomen etiam ipsum malorum eliminaretur. Quod quidem nulla tibi vtique signa efficere possint, sed magis
† arrogantia. adeò nisi quis prospiciat diligenter, tumidos! socordesq; ! reddũt. Atq; hęc vis est charitatis mirãdæ, quòd B bona quidem cætera omnia, vicij quiddam admixtum habent: vt qui nil sibi reliquum pro Christo fecit, est vbi ob hoc turgeat tamen, Linguarũ peritus arrogantia laboret: Qui videri humilis vult, est sæpe cum ob hoc ipsum intus multò altissimum sapit. Charitas verò id genus omnibus malis caret. Aduersus dilectum se erigit nemo, pacti memineris volo: si vigeat charitas, nõ apud vnum alterúmve, sed æquè apud omnes, tum cernere virtutẽ eius possis. Et si istuc adeo lubet, vnum principiò qui miracula edat, vnum qui verè diligat ponamus. Is igitur terram sic habitabit, quasi in ipso cœlo versetur, tranquillitate vbique fruens: odio, rixa, maleuolentia, arrogantia, vanitate, cupiditate praua, omni illicito amore, omni denique morbo animũ repurgatissimum gerens: vt enim sibi ipsi volens nemo obest, sic ille, proximo memini. Talis cùm sit, nõnne inter C angelos consistit etiam in terra agens? Est igitur qui charitate flagrat huiusmodi: ille verò miracula edens, scientiam coniunctam habens, charitatem citra, mortuos sexcentos suscitet licèt, nihil efficiet tamen, omnibus formidabilis existens, nec se mortalium vlli adiungi comparariq; ferens. Itaque Christus certissimum amoris erga se signum esse, si quis proximum diligat, monet. Si me enim amas, inquit, ô Petre his plus, meas mihi oues pasce. Vides qui hinc etiam ostendat, martyrio maius quiddam esse charitatem? Si quis enim filium habeat dilectum, & pro quo mori non vereatur: & patrem quidem ipsum, aliquis vehementer amet, filium verò prorsus ne audiat quidem, quid patrẽ putas huius amorem curaturum? Auersaturum credo, & amorem sui, ob despectum filij, ne tanti quidem facturum. Hæc vis necessitatis est humanæ, qualem diuinæ D arbitremur? omnibus parentibus, filios suos deus tenerius amat. Hinc illud primum summumq; præceptum
Leuit.19.& Matth.22.d est: Diligas dominum deum tuum. Quid ergo, amplius
Ibidem. ne quiddam, huic simile? Est, inquit: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Est & hic eadem propemodũ amplificatione vsus: de deo, Ex toto corde, inquit: de proximo, Sicut teipsum: quod illo quidem nihilo est minus. Equidem si syncerè charitas obseruaretur, non seruus, non liber, non magistratus, non subditus, non dives, non pauper, non magnus, non paruus, sed ne diabolus quidem ipse cognitus vnquam fuisset. Nec ille solùm, sed si quis alius, alíi ve sexcenti tales sint, nil, charitate vigente, potuissent. Ignem facilius stupa ferat, quàm charitatis flammam satan. Est ea muro firmior, adamante solidior, & si quid aliud commemorare indomitum possis, omnia vi sua charitas vincit: Hanc contra non opes, non paupertas quicquam potest, imò ne sit paupertas quidem, aut opum excellentia, si qua charitatis scintilla extaret: bona quidẽ rerum illarum decerperemus, hinc quidam copiam, istinc verò securitatem. Nec habendi solicitudinem, nec paupertatis metum vllum perferremus. Quid autem fructus commemoro charitatis? rem ipsam, quanta sit, quæ secum gaudia ferat, quam in gratiam (quod maximè quidem expetendum est) animum constituat vide. Coniunctas molestias cæteræ virtutes habẽt, vt sobrietas, modestia, vigilãtia, inuidiam, cupiditatem, despectum: Charitas autem cum lucro voluptatem ingentẽ habet, laborem nullum, velut quædã frugi apicula bona vndique collecta in amantis animam comportans. Seruit priuatus quispiam, seruitutem liberalem reddit. Qui amat enim, magis capessere imperiũ quàm imperare gaudet, sit licèt imperare iucundum. Transfert naturas rerum charitas, & bona omnia manu sua tenens nobis adest, matre quauis benignior, regina quauis instructior, quæ laboriosa sunt, leuia facit, facilem virtutem, acerbissimam esse maliciã docens. Vide enim: dare, molesta res est alioqui: hæc iucundam facit. Accipere cõtrà, iucundum: hæc malũ esse cauendumq; docet. Obloqui cæteris, dulce ferè est omnibus: illa amarũ, honestè verò aliorum meminisse iucũdum esse facit. Certè enim amicè de amico charoq; nobis loqui, iucundissimum esse scimus. Habet dulce quiddam ira permixtum, efficit charitas vt non habeat, neruosq; huius omnes incidit. Nam vt maximè qui charus est, amãtem se perturbet, iræ vestigium nullum, lachrymæ tantùm, tantùm hortationes, preces tantùm apparebũt, tam abest vt iriteturi: si peccet autem, ibi dolentem lugentemq; cernas, quanquam etiam *luctus ipse voluptatem feret. Charitatis* enim tristicia & fletus, *quolibet risu, quolibet* solatio sunt amœniores. Neque enim quenquam *sic risus* delectat, vt pro charis lachrymæ effusæ. Dubitas? Lachrymas igitur amantum siste, velut intolerabile quiddam dolebunt. Sed voluptatem absurdam, inquit, charitas habet, †& laudes tãtùm. Rectè: Inihil enim ab ista *† απαξλεγο-μενα verba* voluptate tantùm, quàm genuina charitas abest. Nolo *quæsa.* enim popularem illam mihi & pecuniam dicas, morbum potius quàm charitatẽ, sed eam quam Paulus requirit, & quę chari vera commoda meditatur: eam paterna charitate qualibet esse senties ardentiorem. Et quemadmodum qui pecuniã amant, sumptus oderũt, esurire malũt, quàm aceruum minuere: Ita quisquis diligit verè, quid vis ferat potius, quàm vt offendi videat amantem. Cur Iosephum igitur amans Aegyptia calumniatur, inquis? nempe quia impurè amauit. Castè verò Ioseph & eo modo quo iusit Paulus. Charitas igitur quanta fuerit viri eius, ex verbis & factis ipsis consideremus. Quid ergo mulier ait? De stupro me interpellato, mœcham reddito, virum offende, domũ omnem euerte, teipsum familiaritate diuina fraudato, quòd nõ modò non alium, sed ne se ipsam quidem amãtis erat. Ille verò cùm syncerè amaret, ab his omnibus facilè sibi temperauit. Quòd amarit porrò Iosephus interpellantem se heram, ex ipsa responsione coniectare licet. Non repulit enim solùm, sed castigatione eiusmodi est vsus, quæ sola flammam extinguere debuisset. An ego *Gene.39.b* quum herus meus, inquit, summa fide præditum erga se putet, & ob hoc nihil ipse rerum suarum ne animaduertat quidem, facinus tale committam? coniugis statim admonet, sic illam repelli posse sperãs. Neque vir, inquit, tuus, sed meus herus: quod magis retinendæ fœminæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

minæ accommodatum erat, monendæq; cuius viri vxor, quem nam deperiret, hera scilicet seruum. Nam si ille herus est, tu hera, pudeat submitti seruo: cogita cuiusnam viri vxor, cuius amoribus implicari velis, quòque ore futura sis ingrata, & incogitans, & quòd ego seruus in herum, maiori sum fide. Cur autem heri erga se beneficia commendat? Diuinarum rerum monitu barbaram impellere mulierem non potuisset, ab humanis igitur impellere tentat. Fidei meæ commisit, inquit, herus omnia: hoc est, magno beneficio affecit: fraudare, sauciare dominum capitaliter non possum. Alterum ille me domus suæ dominum fecit, nec quicquam excepit quàm te. Solicitudinẽ eius auget, simulq; quò pudere faceret, honorem habitum ingentẽ ostendit: nec ita constitit tamen, sed addit vocem, quæ vel maximè inhibere petulantiam fœminę potuisset. Cùm tu, inquit, vxor illius sis, qui ego facinus tale committam? Nec audio quod dicis: Non adest vir, rem ignorat. Certè enim non ignorabit deus. Illa porrò nihil est consilio adiuta, sed arripit hũc, furorem scilicet explere volens, non amans. Quod quidem ex his quæ deinde fecit, liquidò apparet: iudicium constituit enim, accusationem infert: falsum testimonium præbet, ferum & immanem esse exponit, & qui erat innocens, in carcerem coniicit: imò verò quod ad ipsam attinebat sustulisset plane, sic iudicẽ aduersus illum armauit. Quid Ioseph igitur ille? Contrà facit omnia, neque enim cõtradixit, nec perditam fœminam accusauit. Nec enim fides habita fuisset, inquit, quanquam valde charus esset: charum porrò fuisse non è principio solùm negocij, sed & ex ipso fine satis liquet. Si non amasset enim vehementer illum herus, barbarus ille, tacentem sine dubio, & nihil obiicientem sustulisset, Aegyptius scilicet, & magistratus, & qui se tentati thori iniuria minimè toleranda affectum esse putaret, & à seruo præsertim, in quẽ tot beneficia collocarat. Vicit charitas tamen, & gratia quam deus huic infudit. Quamquam ad hunc amorem & gratiam signa etiam accesserunt, non obscura si disceptandum iure fuisset. primùm vestis. Nam si ipsa passa vim mulier fuisset, ipsius etiã vestem scindi, ipsius vultum lacerari oportebat, nõ adolescentis pallium teneri. Sed audiuit, inquit, sublata me voce clamãtem, fugitq; relicta veste. Cur igitur & exuisti? Si enim vim patiebare, hoc solùm in votis fuisset qui ab obturbante liberareris. Sed ex his etiam quæ sequuntur mõstrare Iosephi charitatem licet, qui ne tum quidem, cùm in ea necessitate constitutus esset, vt vinculorum & vitæ superioris rationẽ reddere cogeretur, fabulam patefecit. Sed quid inquit? Nihil ego commisi, furto ex Hebræorum terra abreptus sum, adulteræ ne meminit quidem. Neque ob eam rem magna de se iactat, quod quilibet sanè fecisset, si non ostentationis gratia, at certè ne suo merito in illam necessitatem coniectus videretur. Nam si rei & obnoxij homines, nunquam intermittunt, quin accusent in quibus sunt deprehensi, & sibi prætexant, in re etiam turpi: quo modo non sit admiratione dignus, qui purus & innocẽs mulieris amorem non prodit, nec magnificè pãdit? Sed ne tum quidem vbi ad fastigium rerum peruenit, & Aegypti totius rex est factus, meminit iniuriarum, pœnámve poposcit. Vides ergo vt hic amarit, illa insanierit. Non enim Iosephum amabat, sed explere voluit animi cupiditatem. Ipsa verba adeò si quis excutiat diligẽter, iram & cædem spirant. Hebræum nobis puerum induxisti, inquit: vt illuderet, opprobrans beneficentiam marito, vestesq; monstrans, quauis fera crudelior: haud ille verò sic. Et quid ego huius in hanc fidem expono, qui in parricidas fratres æquanimitate fuerit nihilo minore, & sceleris illorum nunquam ne verbo quidem meminerit acerbo? Non ab re igitur Paulus charitatem † bonorum, miraculorum, donorum omnium matrem appellat. ¶ Quemadmodum enim vestes licẽt aureæ sint, læ, & micalciamenta aurea, aliud tamen quoddam indumentum requirimus, vt regem agnoscamus: purpurã autem & diadema vbi primùm intuemur, iam regiæ maiestatis signum nullum aliud expectamus: Ita sanè cui charitatis diadema incũbit, iam nihil obstat quò minus Christi discipulus verè existimari possit, nõ nobis solùm, sed & impiis. In hoc enim, inquit, intelligẽt omnes, meos vos discipulos esse, si inuicem diligatis. Itaq; signum omnium signorum maximum est, siquidem ab hoc noscitur assecla Christi. Nam etsi sexcẽta quidem miracula edant, dum dissident inter se, ridiculi cæteris erunt, quemadmodum etiam si nullum signum edant: diligant autem sese verè, suspiciẽdi inuictiq; omnibus mortalibus permanebũt. Nam & Paulum eam ob rem miramur, magis adeò quàm ob mortuos suscitatos, leprásve mundatas. Stupenda vox est: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis offenditur, & ego non vror? sexcenta mihi narra miracula, nihil huic æquiparandum adduces: siquidem ipsius magnam sibi mercedem repositam dicit, non qui signa edat, sed qui cum imbecillis sit imbecillus. quę mihi merces erit, inquit? vt cùm euangelizem, gratuitum efficiam euangelium Christi. Et vbi se apostolis confert, nõ signorum plus editum, sed plus laboratum, & fame pro discipulorum salute plus periclitatum dicit. Præstat enim mori potius, inquit, quàm vt gloriationem hanc meam arguere meritò quisquam velut inanem possit: non quòd glorietur ille quidem, sed ne opprobrare ipsis videatur: non gloriatur enim de factis suis re non postulante, sed & ficubi postulat, insipientem se vocat. Gloriatur porrò de imbecillitate, de contumeliis, item de eo quòd condoleat oppressis. Quemadmodum & hic, inquit, quis infirmatur, & ego non infirmor? Quæ verba amplius quiddam quàm communia pericula habent. Ideo per amplificationem hisce postea vtetur. Quo igitur digni nos simus cum hoc viro collati, qui ne opibus quidem interdicere, aut superflua propter fratrẽ abiicere sustinemus: ille corpus, ille animam suam dedit, vt hostes, vt persecutores suos asseret cœlo. Sic me diligere docuit, inquit, Christus, præceptum nouum de dilectione relinquẽs, quod factis ipse expressit. Rex enim cùm esset omnium, cùm cœlestis & suprabenedictæ naturæ, homines primùm condidit, cùm antè non essent: mox affectos beneficiis innumerabilibus, vbi consputus, reiectus, contumeliosissimè ab ipsis tractatus esset, non est auersatus, illorum se consortio immiscuit propter ipsos. Factus homo diuertit apud meretrices & publicanos, restituit obsessos, cœlum annunciauit, propter hæc omnia hunc illi apprehendentes, colaphis cæciderunt, ligarunt, flagellarunt, irriserunt, denique crucifixerunt. At verò ne sic quidem est alienatus, sed in ipsa tum cruce pendens, Pater, inquit, dimitte eis: & qui ipsum prius accusauerat, latronem inducit in paradisum: Paulum persecutorem suum apostolum facit. Item familiarissimos suos certę obiicit morti, propter Iudæorum qui se crucifixerant salutem. Hęc apud nos omnia reputantes dei primùm, mox hominum hæc admiranda facta imitemur, charitatem donis omnibus præstantiorem

Gen.39.d
tbidẽ.37.f
& 45.b
† bonorum matrẽ appel
lat, & miraculis ac donis omnibus præponit.
Ioan.13.d
Ioan 13.d
2.Cor.11.g
Supra.9.e
Infra.25.b
2.Tim.2.b
Supra.9.e
Luc.23.e
Ibidem.f
Act.9.e

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtantiorem cõſectemur, vt & præſentibus & futuris bonis potiamur: quæ vt omnibus obueniãt nobis, gratia faxit & benignitas Chriſti domini noſtri, cui cum patre & ſancto bonoq; & viuifico ſpiritu gloria ſit in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia XXXIII.

CHaritas patiens eſt, benigna eſt, charitas non inuidet, charitas non eſt procax, non inflatur. Poſtquam enim monſtrauit, neque fide, neque ſcientia, neque prophetia, nec linguis, nec donis, nec ſanationibus, nec ſumma deniq; vita, nec ipſo martyrio, ſi deſit charitas, quicquã eſſe nos profecturos: neceſſariò formam iam & decus ipſius inæſtimabile depingit, partibus virtutis, velut coloribus quibuſdam huius imaginem illuſtrans, omnia inter ſe membra miro ſtudio componens. Obſecro autem lector, ne iſta præteruehare legens, ſed ſingula excutias accuratè, vt & opes charitatis immenſas, & induſtriam pictoris admirandam cernas. Vide igitur vnde primùm omnium orditur, & cui in iſtis laudibus ſummas tranſcribat. quid iſtud eſt? patientia omnium bonorũ cauſa, vniuerſæ philoſophiæ radix. Vnde non ab re ſapiens quidam, Multæ prudentiæ vir tolerans eſt, inquit, intolerans validus ſtulticia: & ciuitati cõferens munitæ, hanc illa tutiorem eſſe dicit. Eſt enim ſcutum inexpugnabile, turris firma, mala omnia repellens: & quemadmodum in abyſſum maris ſcintillula delata, huic quidem nil obeſt, ipſa extinguitur: ſic in animum tolerantem, quicquid incidere maximarum etiam rerum poteſt, facilè quidem abſumitur ipſum, ille conturbabitur prorſus nihil: quando rebus omnibus ſolidior patientia eſt, exercitus, theſauros, equos, muros, arma, & quodcunque tandem memores licèt, eque firmum patientia nihil adduces. hiſce rebus enim omnibus, vt ſtipatus quis ſit, ſæpe accidit tamen, vt ira iuueniliter victus, loco moueatur, tumultu & turba miſceat omnia. Hic verò velut in portu ſedens, ſumma ſemper fruitur tranquillitate. Iniice mulctam, nihil hanc petram mouebis. contumelia pete, nondũ turrim concuſiſti. plagas incute, nihil dum adamãtem illum perterruiſti: lõganimus enim ideirco vocatur, quia lõgum & ingentem animũ habet: nam longũ magnum etiam dici conſueuit. Sed hanc talem virtutem charitas nobis parit: quæ tam poſſidentibus quàm fruẽtibus ſe, ingentem præſtat vtilitatem. Nolo homines deſperatos dicas, qui cùm multis obſunt impunè, deteriores euadunt: fit illud enim non illorum lõganimitate, ſed improbitate eorũ qui optima re peſſimè vtuntur: hos nolo dicas, mitiores illos volo, qui multũ ea re iuuantur. Hi quum iniuriam intulerunt, & nullam ipſi: contrà ſentiunt tamen, mãſuetudinẽ ab ſe affectorum mirati, ingens virtutis ex ea re documentum ſumunt. Pergit porrò cæteras quoque charitatis partes enumerare:

Benigna eſt. Quia enim ſunt qui patientia, non quò oportebat, vtũtur, ſed ad irritantium ſe vindictam, interim ſeipſos diſrumpentes: nihil, inquit, eius vicij charitas habet: ſed benigna eſt. neque enim quò flammam ira ſuccenſi animi, patientia noſtra promoueamus, ſed vt mitigem°, vt extinguam°, ferre lenius ipſos oportet. Neque enim ferendo ſolùm generoſè, ſed & hortando, conſolando, ſanabimus iræ vulnus. *Non inuidet.*

Accidit enim patientem eundem & inuidum eſſe, & hanc virtutem illo vicio corrumpi, charitas etiam hoc cauit. *Non eſt procax:* id eſt, proterua: prudentem nanque reddit & grauem, conſtantemq;. Eſt proteruitas illicitis amoribus vicium peculiare, charitas prorſus ignorat. Nam ſi intus ira nulla ſit, procacitatẽ omnem tolli & contumeliam, erit neceſſe: velut enim diligens & peritus agricola, intus charitas ſedens, id genus ſpinarum prouenire prorſus non ſinit. *Non inflatur.*

Multos videre licet qui bellè ſibi propter illas virtutes placent, quia non ſint inuidi, non improbi, non impatientes, non proterui. hęc enim nõ opibus ſolùm, aut paupertati, ſed honeſtis etiam natura rebus interdũ cohærent. Charitas autem accuratè hæc omnia repurgat. Patiens non omnis eſt benignus, atqui niſi ſit, vicium erit patiẽtia, videturq; in iniuriarum vindictam degenerare: ergo remedium charitas commẽta, benignitatem inquam, virtutem ſynceram conſeruauit. rurſum, benigni, leues interdum ſunt, charitas autem non ſinit: procax enim non eſt, nec inflatur. Item ſæpe qui benignus, qui patiens eſt, eundem videas faſtidioſum. corrigit & hoc charitas. Vide autem quàm pulchrè nõ ab his ſolùm quæ habet, ſed ab his etiam quæ nõ habet ipſam Paulus exornet: virtutẽ inducit, vicium excindit, immo ne radices quidem iacere ſinit. Non enim inuidet quidem, inquit, ſed inuidiam ſuperat tandem, aut arrogans eſt quidem: tandem verò morbum coërcet. ſed planè non inuidet, inquit, non eſt procax, non inflatur: quod in primis eſt admirandum, citra ſudorem tanta bona ab illa parari, citra conflictum & cladem trophæum conſtitui. Neque enim ſudare habentem ſe ſinit, & ita tãdem ad victoriam venire, ſed citra laborem palmam confert. vbi enim non eſt diſſidens rationi vis vlla, quid moleſtię oboriri in animo noſtro poſſit? *Non eſt faſtidioſa.* Quid ergo non inflari dico, quæ tantum hinc abeſt, vt extrema etiam propter dilectum paſſa, ne indecorum quidẽ iſtuc ſibi putet: rurſuſq; non inquit, faſtidioſa quidem eſt, at æquo animo quod turpe ſibi ducit, perfert: ſed quòd nullus ignominiæ ſenſus ad eam pertingat. Auari homines omnia contumelioſiſſima turpis illius lucri gratia ſuſtinentes, non ſolùm ob eam rem non latent, ſed etiam gloriantur: quantò magis laudabili præditus ſtudio, pro charæ rei ſalute, nihil recuſabit, patiue turpe ſibi ducet. Sed vt ne à viciis exempla nobis petantur, excutiemus hoc ipſum in Chriſto: liquidò, quod dixit, apparebit. Dominus igitur noſter Ieſus Chriſtus, quòd conſpueretur, cæderetur à mancipiis miſerabiliter, non ſolùm non turpe, ſed etiam glorioſum ſibi duxit: quòd latronem & homicidam, in paradiſum ſecum præ cæteris duceret: quòd cum meretrice colloqueretur, quum omnes qui circunſtabant reprehẽdiſſent, rem neutiquam turpem exiſtimauit, ſed pedes ad hęc oſculandos, rigandum illius lachrymis corpus, capillis tergendum dedit, atque id quidem, in medio hoſtium inimicorumq; theatro. Non eſt charitas faſtidioſa. Maiores natu videmus, ſapientia præcellentes viros, cum liberis ſuis ſæpe balbutire: & id cùm faciant, nec reprehendit quiſquam, nec ipſos rei illius pudet: ſed digna laude adeò videtur, vt quanquam improbi ſint qui inſtituuntur, perdurẽt tamen ipſi hortando, turpia caſtigando. Horum illos nihil pudet, non eſt enim faſtidioſa charitas: ſed alis aureis omnium, quos complectitur, vicia tegit. ſic Danidem amabat Ionathas, quanquam grauiter à patre increparetur, ſalacis & intemperatæ meretricis filius licèt audiret, quæ verba plena probri erãt: hoc enim volunt: ſcorti, viros inſanientis, & quibuſlibet coëuntis, filium eſſe, ne micam quidem animi virilis habentem, ſed turpibus ſuis, & matris moribus indulgẽtem. Nunquid

Salomon. Prouc. 14. d

Ioan. 19. a

Luc. 23. f

Matth. & Luc. 7. f

1. Reg. 19. d

Proteruitas.

quid igitur indoluit ille,nunquid latuit,nũquid ob hoc
deſtituit amicum:immo contrà facit, belleque ſibi po-
tente amoris vi placet:quãquam quem negligebat, rex
erat,& regis filius ipſe: is verò cui adhærebat, fugitiuus
erro:verùm nihil illum huius amicitiæ pudebat: nõ eſt
enim faſtidioſa charitas. Atque hæc quidem vis huius
†tractatũ, eſt admiranda,quòd probris & indignè †tractata,ǀ nõ
modò non lugere morſumq; ſentire ſinit, ſed ea re gau
dentem etiam facit. Hinc ille ipſe quoque,tot,támque
grauibus cõuiciis,velut corona quadã inſignitus, abit,
ſuauiſſimeq; complectitur amicum. Probrum,dedecus
quid ſit ignorat charitas,idcirco his de rebꝰ gloriatur,
quas propter conſpectum alij hominum fugiẽdum pu-
tant. Amare neſcire,turpe eſt, haud periculum & quid-
uis pro charo ſuſtinere. Quiduis cùm dico, non eſt
quòd intelligas abſurda,incommoda, quale eſt deper-
eunti puellam iuueni,ad eam rem opitulari, aut ſi quid
aliud tale incommodo non carens,inſtituere pergat:is
enim nõ amat,quod ſuprà Aegyptiacæ mulieris exem-
plo mõſtraui. Amicus eſt, cui vna propoſita vtilitas eſt
& ſalus amici.hanc qui non curat,etiam ſi ſexcenties ſe
prædicet amicum,hoſte eſt quolibet magis infenſus. Sic
Gene.27.b Rebecca quondam è filio pendens, & furtum commi-
ſit,& non eſt verita ne deprehenderetur,neque timuit,
quanquã periculum erat non paruum: ſed & filio dum
rem diligentius penſiculatur, hæſitanti,me maledictio
hæc inuadat,inquit. Vides etiam in fœmina apoſtolicã
mentem:quemadmodum enim Paulus (vt interea ma-
Rom.9.a gnis parua conferamus) pro Iudæis fieri anathema op-
tabat: ita hæc vt benedictione filius potiretur, maledi-
ctionem ferebat ipſa:& bonis filio cedens (neque enim
ipſa benedictionem affectabat) mala ſubire ſola parat:
& feſtinat interim tamen,& gaudet,*periculo tanto im
minente,moráque negocij indignatur,verita ne bene-
dictionem præripiens Eſaũ,conſilium cogitatum ludi-
ficaret.*Itaque præcipitat verba,& celeritate obruit ado
†omiſſaq; leſcentem, †permiſſaq; ǀ excuſandi facultate,quod per-
ſuadendi vim plenam haberet,ſubiecit. non enim hæc
fruſtra fili obiicis,inquit: fruſtra inculcas, patrẽ metuis
ſenem,ſenſuum iudicio deſtitutum:ſed quidnin me ma
ledictio tua cadat,inquit, modò ne rẽ nobis tu peruer-
tas,conſilium negligas,tantum theſaurum prodas. Ille
ipſe Iacob nõne pro mercede cognato ſeruit annis bis
ſeptem, an non præter ſeruitutem rideri etiam dignus
fuit,qui ita ſibi pateretur imponi? Nunquid igitur com
motus eſt riſu,num turpe putauit, quòd homo liber, &
educatus ingenuè,ſeruilia negocia obiret,atque id qui-
dem apud cognatos? vel maximè enim mordere ſolet,
ſi quis apud notos,indigna patiatur? Minimè verò hũc D
Gene.29.d quidem. Quæ cauſa? Charitas,quę tempus quoque cùm
longum eſſet,reddit breue:erant illi,inquit, inſtar pau-
corum dierum:tantùm aberat,vt aut dolore, aut vere-
cundia ob eam ſeruitutem afficeretur. Rectè Paulus igi
tur, haud faſtidioſa eſt, inquit. *Non quærit quæ ſua ſunt,
non exaſperatur.* Docuit non eſſe faſtidioſam, nunc qui
iſtuc accidat docet. quî fit igitur? quia non quærit quæ
ſua ſunt,omnes homines amicos eſſe putat, & tamen ſe
ſuſcipit indigna,vbi indigna committentem reuocare
poteſt,vt ſi prodeſſe ignominia ſua dilecto poſſit,igno
miniam non putet. [Ille enim ipſe eſt.] Hæc enim ve-
ra eſt amicicia,non amplius amantem amatumq; duos
ac diuerſos eſſe, ſed vnum quendam hominem: quod
vtique non aliunde quàm charitatis vi fieri poteſt. Ne
quæras igitur tuũ,vt inuenias tuum:qui ſua quęrit,non
inueniet ſua. Sic Paulus quæ ſua ſunt nemo quærat, in-

A quit, quæ proximi vnuſquiſque quæramus. cõſtat enim
vtilitas priuata,vtilitate proximi,& hęc item illa. Quẽ-
admodum igitur theſaurum ſuum,domo proximi de-
foſſum,ſi quis quærere & eruere recuſet, nũquã ne in-
ſpiciat quidem:ſic qui quærere cõmodum ſuum in vti-
litate proximi non volet,coronam rebus his propoſitã
nunquam aſſequetur: † Sic dominus ipſe mortuus eſt,ǀ † *Etenim
vt nos eſſemus coniunctiores: & quemadmodum pue- deus ꝓpter-
rulum quiſpiam ſomniculoſum ſuſcitãs, vt fratrem ſe- ea ad tẽpus
quatur,ſi ſponte nolit, quidpiam quod amare & cõcu- dum illud
piſcere puer maximè ſolet, fratri in manus dat, quò vel collocauit.*
recuperãdi ſtudio,eum qui habet, cõſequatur (id quod
fieri videmus) ita in his quoque.quod vtile ſingulis eſt,
proximo dedit, vt cõcurramus, & vt ne ſcindamur. Si
lubet à nobis ipſis ſumamus exemplũ: quod mihi enim
conducit,eſt poſitũ in te.quod tibi,in me eſt ſitum.im-
B bui ſana doctrina te, cõducit tibi,atqui id mihi cõmiſ-
ſum eſt vt cõſequare, vt ad me recurrere habeas neceſ-
ſe.mihi contrà, te meliorem reddi perutile eſt, dabitur
enim merces ingẽs: atqui res ea in te eſt ſita. Impellere
itaque te cogor,quò melior euadas, & mea commoda
abs te percipere. Itaque & Paulus,quæ ſpes eſt mihi, in- *1.Theſ.2.d*
quit:an non vos? Et rurſum,Spes mea & gaudium meũ, *Ibidem.*
corona,gloria mea.Itaque Pauli gaudium diſcipuli fue
runt,huius gaudium penes illos erat.Flebat itaque quo-
ties videret perituros.illorum contrà omnis vtilitas in
Paulo erat ſita.Sic pro † ſolatio,ǀ inquit,Iſraëlis catenã † *ſpe.*
hanc fero.Et rurſus,Hęc propter electos patior,inquit, *Actor.28.c*
vt vita potiantur æterna. Videre in vitæ negociis hæc *2.Tim.2.b*
eadem licet. Poteſtatem,inquit, corporis ſui mulier nõ *Supr.à.7.d*
habet, ſed neque vir: ſed viri mulier eſt, & vir contrà,
mulieris.Idipſum deuincire aliquem nobis volẽtes,nos
C quoque faciamus. Neminem ſui ipſius dominum eſſe ſi-
namus, ſed charitatis catena iniecta hunc quidem illi,
illum verò huic deuinctum teneamus. Vis & in magi-
ſtratibus hoc videre? Iudex non ſibiipſi iudicaturus,ſed
quod ex proximi re ſit veſtigaturus,ſedet. ſubiecti verò
ſuperiorum commoda,nunc ſeruitio,nũc adminiſtra-
tione, nunc rebus cæteris omnibus viciſsim quærunt:
milites pro nobis arma ſumũt,nos pro illis laboramus,
alimentum ſufficimus. Sed ais:ſuum tamen hic quiſque
quærit. Aio & ego. interim tamen † quod cæteris quo- † *quod per
que ſuum eſt,ǀ inuenitur. Certè enim niſi pro agricola aliũ quod
decertet miles,qui victum præbeat,non erit:& ille ipſe ſuum eſt,*
qui præbet,niſi militem alat,pro ſe depugnantem non
habet.charitatem per omnia expanſam,omnia mode-
rantem vides? Ne ſit porrò moleſtum catenã illam au-
ream, toto animo conſectari: Sua, inquit, non curat:
mox quæ hinc bona fluant,exponens. Quæ ſunt igitur?
Non irritatur,non cogitat malum. Rurſus non dominan-
tem viciis modò, ſed ne conſiſtere quidem in vniuer-
ſum vicia ferentem charitatem vides:neque enim,irri-
tatur quidem,inquit,aſt ita vt vincat: ſed prorſus non
irritatur. Nec malum non cõmittit,inquit, ſed prorſus
non cogitat:nõ ſolùm enim nõ facit, ſed ne ſuſpicatur
quidem cõtra dilectum mali charitas quicquam:tantũ
abeſt vt faciat. Aut quo tandẽ pacto irritaretur,quæ ne
cogitationi quidem malignę locum eſſe ſinit? aut vnde
nam obſecro ſcaturiat ira? *De iniuſticia non gaudet:* hoc
eſt,oppreſsis non inſultat: neque hoc ſolum, ſed quod
amplius eſt, *Congratulatur veritati.* Congaudet,inquit,
ſucceſsibus aliorũ:id eſt,cum gaudentibus gaudet,cum
flentibus flet:hinc nõ inuidet, hinc nõ inflatur. alienos
enim ſucceſſus,ſuos putat. Vides q̃ parum abſit,quin an
gelos charitas ſuos alũnos reddat? Nam qui ira,qui in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uidia vacat,& omni prorsus ſequiori affectu liber eſt:ho minis deinceps naturam exceſsiſſe, & in angelicã mentis tranquillitatem tranſlatus eſſe videri poteſt. tamen his non eſt contentus, ſed habet quod accumulet præterea.adeoque validiora in extremam partem locauit:

Omnia ſuffert, inquit,duce ſcilicet patientia,duce benignitate.ſint moleſta licét,ſint grauia,ſint cõtumeliæ, ſint verbera,ſit mors,ſit quoduiſcunque.Aeſtimare hoc
2.Reg.15.a rurſus à beato Dauide licet. quid acerbius enim videre ſit,quàm filium inſurgentem, imperium affectãtem, paterni ſanguinis ſitientem: atqui iſtuc pertulit tamen beatus ille, & ne verbum effudit aduerſus parricidam.
Ibid.18.a Cæteraq; militibus ipſis omnia permittens,de vnius filij ſalute mandauit: firmũ ſcilicet charitatis fundamentum fuit.itaque facilè omnia ferebat. Et vim quidẽ charitatis ex his nobis hactenus inſinuauit. bonitatem porrò ex his,quę hinc iam ſequuntur: *Omnia ſperat,* inquit, *omnia credit, omnia ſuſtinet.* Quid ſibi vult, omnia ſperat? bona,inquit, & frugi omnia. non reiicit enim charitas dilectum:ſit malus licèt,adeſt corrigens,proſpiciẽs,ſtudium impendens. *Omnia credit.* Neque ſimpliciter enim ſperat, inquit, ſed ingenti amore ſuperata, credit omnia,etiam ſi parum ſpei conceptæ reſpondeant promiſſa bona,ſi moleſtus ille ſit: omnia enim charitas ſu-
†*charitas.* ſtinet,inquit. †*Hæc nunquam excidit.* Coronidem vides,& quod in iſta virtute ſit maximè præcellens.Quid enim eſt,Non excidit?non diſſoluitur,non frãgitur ferendo:amat enim omnia,& amans odiſſe nunquã poteſt,quicquid accidat tãdem.hoc enim illius eſt maximum bonũ.huiuſmodi fuit Paulus. hinc illa vox,ſi quo
Roma.11.b pacto prouocem,inquit,meam carnem.ſanéque in iſta
2.Tim.2.d ſpe mãſit.Et Timotheo præcipiens,Seruũ,inquit,Chriſti pugnare non decet,ſed manſuetũ eſſe in omnes,placidè aduerſarios erudientem:fortaſſe enim & illis veritatis noticiam deus dabit.igitur etiã ſi hoſtes, ſi Ethnici ſunt,inquit, haud tamen odiſſe oportet. odiſſe verò non illos,ſed dogma:non hominem,ſed opus malũ,& animi ſententiam corruptã.Homo, dei opus eſt:error, diaboli:hæc ne tu confundas,Iudęi blaſphemi,perſecutores,calumniatores,& id genus ſexcenta in Chriſtum fuerũt.nunquid igitur Paulus,quo nemo Chriſti amantior fuit,
Roma.10.a hos odit:minimè verò, ſed amauit. Et nunc
Ibidẽ.9.a quidem,Studium & deprecatio mea,inquit,pro illis eſt ad ſalutem:nunc verò, Reiici pro his,inquit, cupiam à
Ezech.11.c Chriſto.Sic & Ezechiel mactari Iudæos vidẽs,heu,in-
Exod.32.g quit:adeó ne perdis reliquos Iſraël. Et Moſes: Siquidẽ
Pſal.13.d dimittis illis peccatũ,dimitte.Quid igitur Dauid?Qui te oderunt,inquit,domine,odiui & egò, & propter inimicos tuos obtabui: [perfecto odio oderã illos.] Neutiquam verò quę in pſalmis Dauid pronunciantur,ſub huius perſona omnia dicuntur. An non ille tẽtoria ad
Pſal.136.a Cedar fixa, iuxta Babylonis flumina poſitas ſedes, lachrymas fuſas dicit? nec Babylonem tamen, nec caſtra
† *aliter etiã dici poteſt,* Cedar vnquam vidit. †Atqui] maiori nos eſſe ſapiẽtia
4.Reg.1.c præditos decet. Itaque diſcipulis,cùm ignem ſic quem-
Luc.9.g admodum Helias quondam immitti vellent, Neſcitis cuius ſpiritus eſtis,inquit. Tum enim non ſolum impietatem,ſed ipſos etiam impios odiſſe iuſsit,ne daret cõiunctio occaſionem tranſgrediendi.itaque & affinitates & cõmixtiones penitus tollit, & vndique eos ſecludit:nunc autem maiorẽ in lucem adduxit, & ſupra periculum hoc eſſe nos voluit,colloqui, hortari, & vt nil nobis hinc incõmodi ſit: commodi verò ipſis quidẽ è nobis eſt multum:inquit igitur,non odiſſe,ſed miſereri oportere. Nam quî tu errantẽ,ſi odias,facilè reuocabis?quî pro impio orabis? orandũ eſſe porrò Paulus teſtatur:adhortor,inquit,vt ante omnia fiãt deprecationes, obſecrationes, interpellationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus: φ autem nõ omnes tum eſſent fideles, ſatis eſt puto notum: † inquit enim,] pro
†*Et rurſus ibidem.* regibus, & pro omnibus in eminentia cõſtitutis.Quòd autem & hi eſſent impij æquè patet. cauſam enim exponens ſic infert:nam hoc bonum eſt & acceptum coram ſeruatore noſtro deo: qui cũctos homines vult fieri ſaluos,& ad agnitionẽ venire veritatis. Itaque Ethnicam
Ibidem.b mulierẽ Chriſtiano cohabitare deprehendens,nuptias
Supra.7.c nõ ſoluit.quid enim viro mulieri familiare magis?duo
Gen.2.g erunt,inquit,in carne vna,ingẽs hic amoris vis & deſi-
Supra.6.d derium vehemẽs.equidem ſi odiſſe impios pergas,iſtuc futurum eſt vt oderis peccatores etiam, moxq; hac via progreſſus à fratribus pleriſq;, immo verò ab omnibus abrumpêre.Non eſt enim non eſt peccatum citra,quiſquã. Nam ſi hoſtes odiſſe dei oportet,non impios ſolũ, ſed & peccatores odiſſe oportebit. Itaque feris erimus deteſtabiliores,omnes ſcilicet mortales cęteros auerſati,& † amentia,] quẽadmodum phariſæus ille tumẽtes. †*arrogãs.*
Atqui huc nõ iuſsit Paulus, quid verò? Monete,inquit, *2.Theſſ.3.c* inordinatos, cõſolamini puſillanimes, ſubleuate infirmos,patientes eſtote erga omnes. Quid iſtuc verò, inquis,quod dicit?Si quis huic noſtræ orationi non obtẽperarit,per epiſtolã hunc indicate,& cum illo ne cõmiſ- *2.Theſſ.3.d*
ceamini:de fratribus certè loquens. Ne iſtud ſimpliciter quidẽ,ſed moderatione adiecta, nec enim quæ ſequuntur reſecabis,ſed apponens ea quoque:nam dum admiſceri vetat,ſtatim hoc adiunxit, Ne putetis inimicũ, ſed caſtigate vt fratrẽ.Vides quî deteſtari opus malum iuſſit,non hominem.Diaboli commẽtum eſt, vt inuicem diuellamur.adeoq; hoc ille ſummo ſtudio agit,quî charitatem tollat,emendationis viam excindat:dum eum quem tu odiſti detinet errore,te autẽ inimicicia,viámque ad illius ſalutem tibi præcludit. Nam ſi & medicus ægrotum odit fugítque,& æger medicũ auerſatur:quãdo putas liberabitur morbo:cùm hic illum non vocet, ille ad hunc ſponte non accedat.Sed cuius,obſecro,rei gratia tu illũ vitas,& auerſaris? quia impius eſt? ob hoc ipſum accedere,opitulari,decet, quî reſtituas laborãtẽ. Quid verò ſi nihil hìc medicina proficiatur? Tamẽ facere quod tuum eſt iuberis.nam & Iudas laborabat in medicabiliter, atqui ſanare tamen Chriſtus non intermittit. Nec te igitur fatigari oportet: ſi ſtudioſé dabis operam qui medeare,licét nil profeceris, tamen medici referes mercedem,efficieſque, vt ille mãſuetudinem vel tuam miretur,atque ita domino gloria vniuerſa tributur. vt enim miracula edas, & mortuos ſuſcites, vt quiduis facias, nunquam ita te Ethnici mirabuntur,vt cùm mitem,cùm manſuetum, cùm ſuauẽ moribus cernunt.nõ eſt,mihi crede,opus hoc mediocre, multiq; ea re permoti,vicia poſuerunt:nihil enim tã attrahit, tam glutinat fortiter,quàm charitas.Ob illa facilius tibi inuidebunt,ſigna dico & miracula:ob hęc verò mirabũtur,& amabũt.vbi amarint porrò,progreſſu poſtea veritatem etiam cõprehendent. ſi verò non ſtatim aſſentitur,ne mireris,ne feſtines,ne eodem momẽto omnia diſcutere velis.fac vt quędam interim laudet, amet, eò quò vis,veniet deinde paulatim. Et vt intelligas quid iſtuc poſsit, Paulũ vide ſub Ethnico iudice cauſam dicentem:Ego me felicem,inquit,iudicaui, iudicium tuũ *Act.26.a*
ſubiturus.Et hæc dixit,non quî hominẽ adularetur,abſit enim:ſed lucrificari manſuetudine ſua volens:& lucrificatus eſt ſanè, iudicémque cepit is, cuius damnata

iam

iam causa videbatur:& captus victoriâ clara voce præsentibus omnibus confitetur,Parum,inquit, abest quin
Act.26.g persuadeas vt Christianus fiam.Paulus verò quid amplius iam pandit rete.Cupiam,inquit,ego nõ te solum, sed quotquot hic adsunt,esse quòd ego sum omnes,vinculis istis exceptis.quid Paule, vinculis exceptis inquis? & quæ tua deinde libertas sit,si vinculorum te pudet, si vincula fugis:præsertim in hominum multitudine tanta:non passim,hoc scribendo gloriaris:nõ te vinctum subinde vocas:non tu catenam, pro diademate nobis circunfers:quid accidit igitur nunc,quòd catenam deprecaris:non deprecor, inquit, ego, nec turpem duco, sed illorum seruio imbecillitati, nõdum percipere gloriam illam nostram possunt. Sic meus me docuit præceptor,ne insuam assumentum panni recentis vestimẽto veteri,eò spectat quod dixi. Nam & dogma lacessũt nostrum, & cruci sunt infensi. quòd si vincula quoque adiungam,tãtò erit inuidia maior. hæc igitur remoui, quò esset illud tolerabile magis,præsertim quando vinciri probrosissimum ipsis videtur,vt qui nõdum istam gloriam nostrã degustarint:conniuere igitur oportet, vbi philosophari discent,etiam catenæ huius, & vinculorum decus admirabuntur. Apud alios ergo disputãs,
Philip.2.d beneficium rem eãdem vocat: Quòd datum nobis sit, inquit,nõ credere solùm,sed pro ipso etiam pati. istud ergo satis tantisper fuit, ne auditores cruce offenderentur,itaque ordine procedit.Neque enim qui in regiam te inducit,priusquã vestibula cernas, foris adhuc stantem,quæ intus sunt perspicere cogit:ita enim ne digna quidem spectatu sint, nisi intus omnia perpendas: hæc eadem in Ethnicorum congressibus erunt custodienda.conniuere oportet,charitatem præferre oportet,magnus est doctor charitas, satis idoneus qui & tollat errores, & mores formet, & ad philosophiam manu ducat,& è lapidib⁹ homines reddat. Et si nosse vim huius lubet,agè virum mihi da timidum, meticulosum,vmbras tremescentem,iracundum,asperum, & feram magis quàm hominem,lasciuum,impudicum, omni denique viciorum genere affluentem:hunc igitur charitatis manibus formandum trade, & in hoc mihi gymnasiũ induce: timidum hunc, mox comperies reddi magnanimum & fortem,nec iam quicquã amplius detrectantem:& quod est mirum,hęc ita natura & ingenio cuiusque manente fiunt:in ipsa meticulosa anima suam vim charitas ostendit.Quod perinde est,ac si quis plumbeũ ensem omnia quæ ferreus solet,efficere cogat, ferreum tamen non reddẽs,sed plumbeum,& impermutatæ naturæ esse sinens.Iacob quandiu degit domi,simplex,laborum periculorumq; omnium rudis, vitam dissolutã D quandam propemodum & liberam viuens, intra parietes velut virguncula desidens,obire domestica negocia magna parte cogebatur,à foro & qui istic tumultus sunt,alienus,tranquillitatem per omnia & placidam illam vitam colebat.Hunc igitur vbi charitatis flamma corripuit semel,simplicem illum domi desidentem,vide quàm tolerantem, quàm laboriosum reddit: verba adeò patriarchæ ipsius audiamus,ita enim socerum accusans,inquit: Viginti nunc annos sum apud te. & quî
Gene.31.c viginti apud illũ annos erat? nam hoc adiecit ipse: Interdiu feruoribus æstuans, noctu, glacie rigens, aberat oculis meis somnus. Hæc simplex ille,& desidẽs domi, vitamq; viuens dissolutã. Quòd porrò meticulosus fuerit,ex eo liquet,quòd dum Esaũ fratrem præstolaretur, timore penè exanimabatur.sed vide quî rursus timidus ille charitate suscitãte, leone quouis animosior euadat:

A velut propugnaculum enim quoddã,seipsum ante cæteros omnes locans, paratus erat ferum illum & minas quemadmodum suspicabatur spirantem, excipere primus, & suo ipsius corpore parare vxoribus salutem: & quem domi timebat,quem horrebat, intueri primus in acie studet. erat terrore maior scilicet ille in vxores amor.Vides quo pacto qui timidus erat, audax euasit cõfertim,non equidem naturæ habitum mutans,sed charitatis vi coactus.Nam quòd posteà etiam fuerit meticulosus, ex eo satis constat, quòd locum ex loco subinde mutat.nec est cur quis putet,virum à nobis sanctum accusari:timidum enim esse peccatum non est.sic enim natura comparamur. sed ex timore committere quod non decet. † fit enim sæpe verecundia,vt qui natura timidus est, fortis euadat.] Quid Moses igitur, vnicum Aegyptium territus fugit:& finibus excessit:& tamen il
B le ipse fugitiuus & vnius viri minas sustinere non valẽs,melle charitatis semel rectè gustato, nemine cogente mori pro suis festinabat.Si enim dimittis,inquit,pecatum,his dimitte:sin minus,me quoq; de libro, quem scripsisti, expungas. Quòd porrò ex confidente placidum, & impudico temperãtem charitas reddat, nullis exemplis est opus,res omnibus patet.fera sit licèt immanior,simul ac amare quis cœpit, oue mãsuetior euadit. Saũle quid erat agreste furiosumve magis?& tamen cũ 1.Reg.19.c hostem filia liberasset,ne vocem ille quidem acerbiorẽ emisit: & quem propter sacerdotes ille crudeliter mactarat,filiam cum eundem suis ex ædibus dimisisset, ne verbo quidem interpellauit,tanta fraude commissa. sine dubio quòd validiore fræno,charitatis scilicet,retineretur.Quemadmodum autẽ humanos, ita continentes eadẽ illa efficere potest. Vxorem suam si quis quẽad
C modũ oportet amarit,sit incontinẽtissimus licèt, propter amorem huius nunquam intuebitur alienam: fortis enim est,inquit,velut mors charitas. & sanè non aliun Cantic.8.b de fit vt simus intemperãtes, quàm quia non amamus. Quoniam igitur magistra virtutum omnium charitas est,summo cum studio nostris hãc mẽtibus inseramus, quò multa nobis bona ferat,& fructum eius lætum florentem nunquã marcescentem possideamus.Sic enim æterna bona adipiscemur,gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi,cui cum patre,cum sancto bonóque spiritu gloria, honor & imperium sit, in secula seculorum,Amen.

† fit enim sæpe vt qui natura timidus sit, pietate fortis euadat. Exod.2.c Ibid.32.a

Homilia xxxiiii.

Siue prophetiæ abolebuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia abolebitur. Postquam charitatis vim & dignitatem monstrauit, quòd hanc præter dona cætera,& officia vitæ præclara omnia, consistere non possint, tum quòd partes eius tot, támque multiplices sint,denique quòd ea perfectæ philosophiæ materia sit & argumentum: aliunde iam, & tertio quodam è loco præcellentiam eius ostendit, atque hoc quidem ita facit: primùm eos, qui inferiores esse se putabant, monere volens, miraculorum fastigio potiri posse, nulliſque, quocunque dono pollentibus,minores futuros, si charitatem amplectantur: hinc donis præditos,& ob eam rem sublatos humiliare,doceréque, nihil dum assecutos, si illam non amplectantur. Sic enim futurum erat vt inuicem se amarent, † mox inimox odio inuidiáque] sublatis, ad concordiam redacti,vicia omnia exterminarent:non inuidet enim charitas,non inflatur. Sic illis vndique murum circundedit infractum, concordiam quaqua versus confertam, & contra morbos omnes valentem, & ab ipsis malis

† mox inimidia arrogãtiáque.

Universidad de Deusto
Biblioteca

solidiorem futuram. Itaque mille rationes tētauit, quibus discutere tristiciam istam posset. Vnus idemq; spiritus, inquit, dat: & dat, inquit, pro vniuscuiusque commoditate, & prout lubitum est distribuit. Distribuit verò gratificans, non debita soluens. Et quāquam accipis minus, æquè tamen absoluendo corpori conducis, & honore frueris vberiore: & qui plus te habet, te, qui minus habes, eget. & quòd donorum omnium summum, summa virtutū vna charitas sit. Hęc verò inculcat, bifariam eos inter se coërcens: hinc quidē, vt se nullis inferiores esse sciant, si illam sint assecuti: hinc verò humani iam amplius nil passuros, si apprehēderint semel, radicem donorum omnium charitatem, nil deinde molituros, studio contentionis sublato: captiuus enim charitate semel, contentionis securus est. Quapropter docens quæ bona hinc percipiantur, laudibus ipsis fructus subiecit, illorum interea morbos pulchrè coërcēs. Nam remediorum quæ dixit, singulum mederi morbis illorum idoneum fuit. Patiens est, inquit, contentiosos notans: benigna, factiosos, & clandestinos, non inuidet, aduersus eos, qui ægrè superiores ferunt. nō est procax, perstringit dissolutos: non inflatur, superbos. nō est fastidiosa, contra eos pertinet, qui demittere se, & inseruire proximo nolunt. non quærit quæ sua sunt, in eos qui despiciunt cæteros: non irritatur, non cogitat malum, in contumeliosos. nō gaudet de iniquitate, sed veritati congratulatur, in inuidos rursum. omnia suffert, ad solatium circunuentis & oppressis: omnia sperat, reiectis & desperatis. omnia sustinet, nūquam excidit, in eos qui leui causa seditiones fouent. Postquam igitur magnam vndique summa cum amplificatione ostendit, idem rursus, sed aliunde, summa tamen quadam ratione molitur, contentione noua dignitatem eius tollens. Siue enim prophetiæ, inquit, abolebuntur, siue linguæ cessabūt. Siquidem enim vtræque fidei gratia sunt collatæ, disseminata fide, neutris deinceps iā erit opus. Charitas verò nunquam cessabit, sed magis magísque crescet, & hìc & in futurum: & istic quidē magis quàm hìc, cùm hìc multa sint, quæ interturbāt, opes, negocia, corporis & animi morbi, istic nihil. Prophetias porrò, linguasq; iam olim aboleri, nil mirum: scientiam verò, istud est quod ambiguitatem nobis non mediocrē parit: Nam & hoc siue scientia abolebitur, inquit. Quid igitur? per ignorantiam vitam istic traducemus? absit verò. Tum maximè scientiam intendi verisimile fit: tum enim cognoscā, inquit, sic vt cognitus sum. Quapropter ne perinde vt prophetias linguásve, sic etiam aboleri scientiam putes, vbi de abolenda scientia mentionem intulisset, modum statim abolitionis adiecit:

Quadamtenus cognoscimus, inquit, *quadamtenus prophetamus. ast vbi venerit quod est perfectum, abolebitur quod est aliquo vsque.*

Non abolebitur scientia quidem, sed desinet esse non perfecta: nec enim intra hos fines scientia tum se nostra continebit, sed amplius progredietur. Atq; vt exemplo rem magis lucidam faciamus, deum vbique esse, nunc quidē scimus: quo modo sit porrò nescimus. Item quòd ex his quæ non erant, fecit quæ sunt, scimus: quî fecerit porrò, non scimus. Rursus quòd ex virgine natus sit, istuc quidem scimus: sed quî tandem, nō item. Sciemus autem tum quidem amplius quiddam, † & ad hæc magis conducens.] hinc etiam interstitium ponit, atque hoc non esse mediocre docet. *Cùm essem puer, vt puer loquebar, vt puer sentiebam, vt puer cogitabam. At vbi factus sum vir, puerilia abolui.* Iam aliunde hoc ipsum ostendit. *Cernimus enim nunc per speculum*, inquit: mox speculi, quo nomine quo modocunque visum intelligit, mentione inducta, subiungit, In ænigmate, superiectione docens multò imperfectissimam nostram cognitionē esse. *Tunc autem facie ad faciem.* Non equidem quòd facies deo quædam sit, sed quò clarius manifestiúsque dicat. Incrementis vt omnia discamus vides. *Nunc quadamtenus*, inquit, *cognosco, tunc autem cognoscam quemadmodum cognitus sum.* Vides etiam vt bifariam tumorē illorum discussit, & quòd perexigua noticia sit, & quòd nec illa quidem ex sese tamen: neque enim hunc ego cognoui, inquit, sed ipsus me. Quēadmodum igitur ipse me nouit prior nunc, prior impulit: sic ego tum etiam prior impellar, multo tum sanè magis etiam quàm modò. Nam qui in tenebris sedet, quantisper lucem orientem non videt, occurrere Solis radio nō potest, priusquam ille resplendens vltrò sese ostēdat. At postquam lucem animaduertit, ad ipsum iam Solem contendit: atque hoc est, quemadmodum cognitus sum: non quod † nos ita simus hunc cognituri,] sed quemadmodum ipse vltro se nobis ingerit nunc: ita tum quidem istic recipiemur, & multa ineffabilia tum cognoscemus, & fœlicissimo illo fruemur congressu, sapientiáque. Si enim qui *se uti*, tanta nouit Paulus, puer est, quanta putabimus illa futura? Si speculum hæc & ænigma, reputa facies ipsa quanta sit. Porrò vt paulisper tibi quanta differētia sit, ostendam, radium quendam cogitationis eius tenuem animo tuo immittam. Igitur quæ gesta quondam sub lege sunt, nunc vbi gratia illuxit, animo reuolue: an non illa quoque ante lucis ortum, magna quædam & admiranda videbantur? At verò quid Paulus de illis post ortam gratiam dicat, vide: quemadmodum ne glorificatum quidem fuit, inquit, quod glorificatum est in hac parte propter eminētem gloriam. Atq; vt clarius quod dico fiat, *in aliquo temporis illius ritu sacro, orationē imprimamus, videbis interuallum quantum*: & si lubet ipsum Pascha in medium producamus illorum, inquā, & nostrum, intelliges quid interfit. Celebrabāt sanè & Iudæi, ita vt in speculo, vt in ænigmate, sed ineffabilia illa mysteria nunquam ne cogitarunt quidē, neq; quicquam tum quæ illis rebus adumbrabantur intellexerūt: sed agnum mactatum cernebant, sanguinem pecudis, *Exod.12* & eo fores illitas: quòd filius porrò dei carnē indutus, *& seq.* mactandus esset, & orbem terrarum vniuersum liberaturus, Græcis, Barbaris sanguinem gustandum exhibiturus, cœlū omnibus aperturus, quæ istic bona sunt humano generi cōmunicaturus, carnem hanc mactatam sumens, supra cœlum, supra cœlorum cœlum, & super omnes planè angelorum, archangelorum, omniumq; potestatem exercitus sublaturus, in ipso throno regio ad dextram aliquando patris ineffabili gloria resplendentem, collocaturus esset. Hæc, inquam, nec illis, nec vlli omnino mortalium, neque præuideri, nec animo cogitari possibile vnquam fuit. Sed quid homines hic temerarij nobis dicunt? Istuc, nunc quidem cognosco ex parte, de † ordinibus cœlestibus dictum.] Noticiam enim Pauli [de deo] fuisse perfectā. Quid ergo puerū se vocat? per speculum quó nam pacto cernit? in ænigmate quî? si noticiam omnē est assecutus: cur verò perfectum hoc, tanquam vni spiritui debitum defert, nulli præterea rerum potestati? Quis enim quæ hominis sunt nouit, inquit, nisi spiritus qui in ipso est? ita sanè neque quę dei sunt nosse quisquam potest, nisi dei spiritus. & Christus hoc esse sui solius ostendit, cùm inquit, non ꝙ patrem viderit quisquam, nisi qui est à patre, hic nempe patrē vidit: visionem noticiam vocās manifestissimam

Suprà.11.b

† *de his & apertius.*

† *nos ipsum*

ita simus cognituri quemadmodum

1.Cor.14

† *nō dixit*

se uti dictum.

Supra.12

Iam.1.2

ſtiſsimam & abſolutam: qui verò ipſam ſubſtãtiam dei noſſet, diſpenſationem rerum ignoraret? cùm ſit illud difficilius multo. Quid? ergo deum ignoramus? Abſit vero, ſed quod ſit ille quidem ſcimus, quid porro reuera ſit, non ſcimus item. Atque vt intelligas, non de ordinatione dictum, ſic inquit: tum autem cognoſcam quemadmodum cognitus ſum: neq; enim à diſpoſitione rerum ſed à deo cognitus eſt. Nemo ergo ſimplicẽ hanc eſſe impoſturam aut errorem putet: quadruplus eſt, immo verò multiplicior: non hoc enim ſolum incommodum & abſurdum ſecum affert, quod noſſe gloriantur, quę ſpiritus ſolius & vnigeniti dei filij ſunt: ſed etiam, cùm Paulus ne imperfectam quidem ſcientiam citra reuelationem aſſequi potuiſſet, iſti percepta huic omnia, nudis rationibus inducti affirmãt: neque enim ſcripturæ locum vllum de ea re diſſerẽtes proferre poſſunt. Sed illorum inſania nunc miſſa, ad eam quæ propoſita eſt charitatis diſputationem redeamus. pergit igitur. *Nunc autem manet*, inquit, *fides, ſpes, charitas, tria hæc, ſed maxima in his charitas.* Fides enim & ſpes creditis ſperatiſque rebus aduentis ceſſant. quod oſtendẽs Paulus, quæ ſpes cernitur, inquit, ſpes iam non eſt, quî ſperes enim quod iam cernis? & rurſus, Eſt autem fides, inquit, ſperatarum rerum ſubſtantia, non apparentium argumentum. † Ceſſabit] igitur apparentibus illis quidem. Charitas verò tum maximè vigebit, & vehementior erit. Ecce aliud charitatis encomium: non eſt enim prioribus contentus, ſed comminiſci aliud quiddam contendit. Vide vero: donum eſſe magnum dixerat, immo aſſequendis donis omnibus viam, & nil dona efficere ſine hac poſſe, multis item imaginem huius admirandam deſcripſit. hic quia per omnia duret, prędicat: inquit enim, *Nunc vero manet fides, ſpes, charitas, tria hæc, ſed in his maior charitas: in eo ſcilicet, quia tranſeunt illæ, hæc durat.* Cùm igitur tanta vis charitatis ſit, non ab re, perſequamini charitatem, inquit: opus eſt enim perſecutu, & curſu ad eam valido: tantùm illa à nobis auolauit, tot res ſunt, quę curſum auertunt, vt ſumma celeritate ſit opus, dum illam comprehendamus: quod quidem Paulus innuens nõ ſequamini: ſed, perſequamini, inquit: ſuſcitans nos, & ad illius comprehenſionem incendẽs. Nam & author ipſe rerum deus, iam olim principiò ſexcenta commentus eſt, quî illam nobis inculcaret. Primùm caput vnum omnibus dedit, ipſum Adam: cur enim è terra non ſumus? cur non, quemadmodum ille, perfecti? nempe vt partus, vt nutricatio, vt ſucceſsio generandi, nos inuicem ligarent, hanc ob cauſam nec mulierem ex terra fecit. Poſtquam enim non valuit ſatis ad cõcordiam flectere nos, quòd ſubſtantiæ eiuſdem eſſemus, niſi eundem etiam haberemus parentem, etiam hoc ita comparauit: nam ſi nunc quidem tantum, quia locis diſsidemus alienos eſſe nos inuicem putamus, ſi generis totius duo principia extitiſſent, quid futurum fuiſſe credis? Itaque velut à capite quodam vno, totum humani generis corpus depẽdet: & quia iam à principio parentes duo fuiſſe videri poſſent, vide quî conglutinet, quî in vnum lege connubij coniungat. Propter hoc homo patrem & matrem relinquet, inquit, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt bi duo in carne vna: non dixit mulier, ſed homo, quando cupiditas in hoc maior: & maiorem quidem idcirco viro dedit, vt imperium quod in mulierem habet, cupiditatis illius tyrannide retuſum imbecilliori ſubiiceretur. Quia verò & nuptias introduci oportebat, eum ex quo facta eſt mulieri coniugem tradit: omnia nanque charitati deus poſtpõnit. Equidem ſi quãquam hoc ſint pacto geniti, primus tamen ſtatim hominum, ſemine parentum procreatorum, adeò inſaniuit, tantã rixam, tantam inuidiam diabolus ſeminauit, quid putas feciſſet, ſi non ab eadem prorſus radice pullulaſſet, genus humanum? Deinde hunc imperare, illam ſubeſſe iuſsit: eſſe enim inter æquales æmulationem nouit: itaq; noluit eſſe democratiam, ſed regnum: & quod videre in exercitu licet, id in omni bene cuſtodita domo deprehendas. Regis locum obtinet maritus, vxor primatis & ducis: imperium proximum liberi tenẽt, infimum familiarẽs: nam & hi in ſubiectos ſimiliter imperium tenent. Et vnus quiſpiam cæteris omnibus prefectus, heri vicem tenet, ſed vt ſeruus. Atque aliud eſt rurſus imperium inter ipſos, vxorum & liberorum dico: in ipſis denique liberis aliud, prout cuiuſque ætas aut natura tulit: nam ne in pueris quidem æquale imperium fœmina tenet. Aſſiduis igitur, & continentibus vndiq; vinculis, ad cõcordiam nos deus diſciplinámque coëgit. Itaque priuſquã in multitudinem genus hominũ ſpargeretur, cùm duo tantùm eſſent, hunc quidem regere, illam imperium expeſſere iuſsit: & ne contemneret velut inferiorem, aut abs ſe ſegregaret vnquam, vide quo pacto ipſam honorat, quo pacto vniuit, etiam ante ipſius cõſtitutionem. Faciamus enim, inquit, huic adiutorem: ſcilicet ex illius vſu futuram oſtendens, & ſic eam, quæ propter ſe nata erat coniunxit: ſumus enim rerũ quæ noſtri gratia productæ ſunt ſtudioſiores. Porrò autem ne illa viciſsim, quòd eſſet præſidio data, turgeret, & vinculum rumperet, ex coſta facit, partẽ corporis eſſe volens. Sed vt neque vir hinc ſibi placeret, non eſſe ſolius iam deinde ſinit, quod erat ſolius antea: ſed contrà, procreationem liberorum illi inducit, etiam hic præferens maritũ, ſed ſic vt ne omnia vnius eſſe ſinat. Vides quot charitatis vincula deus fabricauit? atq; hæc quidem per naturam rerum concordiæ nobis pignora reliquit. Primum vt quia ſubſtantiæ eiuſdem ſumus, in vnum perducamur: omne ſiquidem animal diligit ſimile ſibi. Deinde quòd ex viro ſit, mulier, & liberi item ex vtroque, hinc multi naſcuntur affectionis modi: hunc quia pater eſt, amamus: illum, quia auus: hanc quòd ſit mater, illam quòd nutrix: hunc quòd filius, illũ quod nepos, & illum item quod pronepos: hanc quia filia, illam quia neptis: hunc quia frater, illum quia ex fratre nepos: hanc quia ſoror, illam ex ſorore neptem. Et quid recenſere vniuerſam cognationis ſeriem attineret? Aliam cõiunctionis formam commentus eſt inſuper, cognatorum connubio interdicto, ad alienos nos eduxit, illos viciſsim ad nos pellexit, quos naturali neceſsitudine copulari nõ licet, hos nuptiis conglutinauit, integras ſæpe familias vnius Nymphæ gratia conciliãdo, genus generi totum permiſcet. Non duces ſororem tuam, inquit, neque ſororem † fratris,] nec aliam huiuſmodi, ea generis neceſsitate coniunctã, vt nefas ſit miſceri, ipſis nominibus cognationum formas recenſens. Satis cauſæ ſit cur illas ames, ex eodem eſſe te vtero prognatum: aliter tibi competent aliæ. Cur tu charitatis amplitudinem redigas in anguſtum? aut cur officium charitati non neceſſarium impendis, quò amicitiam, coniuge aliũde ducta, & per hanc longiſsimam affinium ſeriem, parentes, fratres, & illorum neceſſarios omnes conciliare tibi potes? Vides quot nos modis colligauit? Atqui nõ fuit hoc ſatis, etiã vt opus nobis inuicem haberemus fecit, vt hinc quoq; nos congregaret, quando teneri amicicias vtilitate vel maximè videmus: hinc nõ omnib⁹ in locis omnia naſcuntur,

Roma.8.c

Hebr.11.a

†*Ceſſabunt ha.*

Gene.2.d et Mat.19.a

Eccli.13.c

Leuit.18.a

†*patris.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

scuntur,quò congredi & permisceri haberemus necesse:& dum mutua necessitate astringit,faciles etiam cõgressus dedit:quod quidem nisi curasset,magna in difficultate, magna tristicia res humanæ constituerentur. Nam si quis vel medico,vel fabro,vel alio quopiam artifice habens opus,longuam pro acquirẽdo peregrinationem suscipere cogatur, perire interea rem sit necesse, hinc vrbes construxit, in vnum omnes collegit. Vt porrò his quoque qui procul sunt,facilius congrederemur,mare in medium expandit, ventorum dedit celeritatem,& expeditas esse peregrinationes iussit.Principio etiam in vnum omnes collegit locũ, nec antea disperst,quàm essent cõcordiæ dono abusi,qui primi isthuc acceperunt,verum vndique nos coniunxit,à natura,à cognatione,ab affinitate,à lingua,à loco:& quemadmodum non voluit excidere nos paradiso: si voluisset enim,ne principio quidem isthuc hominem quẽ fecit collocasset, sed qui neglexit, est casus author: ita neque varilingues esse voluit,siquidem principio tales fecisset.Nunc autem terra vniuersa labiũ vnum,& vox omnibus vna fuit,inquit. Igitur quando deleri terram oportebat,ne tum quidem ex alia nos materia fecit,aut iustum transtulit, sed mediis aquis velut orbis scintillã quãdam superstitem sinens, rursus hoc genus nostrum ex beato Noë suscitauit. Et principio quidẽ imperium vnum fecit, viri scilicet in mulierem. Postquã vero in alias aliasq; degenerauit enormitates genus nostrum, imperia constituit plura,herorũ scilicet in seruos, principum in subditos,omnia magno quodam amore nostri:& quia prauitas genus hominũ dissoluit, perdiditque,medicos ille mediis in vrbibus iudices locauit, qui vicia quandam charitatis velut pestem exagitantes, ad concordiam homines reuocarent. Vt verò non in vrbibus solùm,sed in vnaquaq; etiam domo magna esset concordia, principatu donauit & prærogatiua virum, mulierem desiderio quo vir erga se flagrat armauit, in medium procreandi munus posuit vtriq;,multa adhęc charitatem inducentia cõmentus.Nec viro enim vniuersa commisit, nec mulieri, sed pulchrè officia digessit,huic domum,illi forum tradẽs,& huic nutrire (agricolatur enim) illi amicire, (tela enim & colus mulieris est) & texendi sapientiam cõmisit.Pereat auaricia, qua fit vt discerni iam sua cuique munera nõ possint.Mollicies multorum ad telam viros deduxit,in manus viriles radios,stamen,subtegmen dedit,& tamen vel sic diuinæ ordinationis prouidentia relucet:nam & muliere aliis in rebus magis necessariis vehemẽter habemus opus,& opera humiliorum vtimur in his rebus quibus vita assiduè continetur, adeóque necessitatis huius tanta vis est,vt si quis omnium mortalium opes possideat vnus,carere cæterorum consortio non possit,non opus habere pauperiore se non possit. Nec solũ tenues opulentioribus egent, sed opulenti tenuibus, & hi quidem magis:quod vt dilucidius cernas,constituamus si lubet vrbes duas,hanc diuitũ solùm,illam solùm pauperum: sit porrò in illa pauper nullus, in hac diues nullus: purgemus vtranque diligenter, videamus vtra magis sufficere sibi possit: si posse pauperes deprehendemus, certum est diuites magis egere. Igitur siquidem in illa fœlicium nullus erit, nec opifex, nec domificator, nec faber,nec calcearius,nec pistor,nec ęrarius,nec funicularius,nec talium quicquam:nam quis obire diues ista volet?quando illi ipsi qui hæc tractant, simul ac rem auxerunt, ab illa laborum molestia statim recedunt. Quomodo igitur ista nobis ciuitas constabit?Si numerauerint, inquis, diuites, ęcomparare à pauperibus ista licet. Non sufficiunt igitur sibi,siquidẽ illis habent opus.Iam verò qui domos ædificabunt? Numerent sanè, tamen non protinus extabit domus,manibus opus est, necesse igitur artifices illuc voces, legẽ principio positam abroges,quæ iussit ne quis inesset pauper. En igitur ipsa necessitas nobis inuitis pauperes vocat,pauperes inducit. Vnde liquet,constare sine pauperibus ciuitatẽ non posse.Si pergat enim neminem horum ad se recipere quenquam,iam deinde ne ciuitas quidem,sed cinis erit. Nõ sufficit igitur illa quidem sibi, nisi pauperes velut tutelaria quędam ad se numina vocet. Pauperum igitur vrbem inspiciamus, †quæ ipsa quoque manca est,† diuitibus destituta.Et primò quidem diuitias omnes oratione detrahamus,monstremúsque clarè,quæ res tandem diuitiæ sint.Quid sunt igitur?aurum,argẽtum,gemmæ precioſę,vestes sericę,purpureę,auratę:& quia quid sint iam constat, republica ista vniuersas exigamus,quãdo inesse pauperes solũ oportet, & ne per somnium quidẽ vel aurũ,vel vestes huiusmodi cerni, & si ita lubet, nec argentum,nec vasa argentea.Opibus igitur solis exceptis, qua re præterea dic mihi ciuitas ista egebit? Nulla. Domos extruere oportet,non auro,non argento, non margaritis opus est,sed manibus & arte,& manibus nõ quibuslibet,sed callosis,labore induratis,robore,lignis, saxis.Texere vestes oportet,rursus nec auro, nec argento,sed manibus, sed arte negocium obitur laborãtium fœminarum. Ad agricolandum porrò, ad fodiendum dic obsecro vtrorum opera quæritur magis, diuitúmne, an pauperum? est istuc quidem nemini obscurum. Ferrum verò,& cætera id genus instrumenta nunquid efficere citra vulgi operã possunt?Quam igitur ad rem locupletibus istis fuerit opus?nullam credo, nisi si euertere Rempublicã istam velis. Nam si crassis istis inductis,auri gemmarumq; cupiditas homines rudes & philosophos (philosophos vltra necessitatẽ nihil expetentes voco) inuadat,ocióque & voluptatibus sedet, perire deinceps omnia sit necesse. Quid ergo, si nullus est rerum earum necessarius vsus,cõditæ sunt,inquies?Primùm vnde probas à deo conditas? Scriptura docet, meum est argentum,meum est aurum,inquit,dabo cui & vbi volo. Ridere,nisi me rem cõmitterem indignã, crassum lubet.Ridere,inquam,qui hęc tam scitè adducant,quòd quemadmodum pueruli parui regiæ mensæ admoti,cum cibis illis vt quòdque in manus venit, ori etiam intrudunt: Sic illi,cùm diuinis scripturis, sua vt quæque in promptu sunt,producũt. Meum argentum, meum aurum apud prophetam esse scio: dabo cùm & cui volo,non item, sed à plebeiis istis allatum: & illud quidem quò sit à propheta dictum exponã.Aggæus igitur cùm assiduè ludæis denunciasset,post illũ ex Babylone reditum eadem forma templum exhibiturũ, quale nuper fuit,& plerique quod post cineres & ruinam illam instaurari templum impossibile videretur, fidem verbis nõ haberẽt: discussurus dubitationẽ istam propheta, ex persona dei in ista verba prorupit, quasi dicat, quid timetis? quid dubitatis?Meum est argentum, meum aurum,non habeo necesse aliunde mutuatis ornare templum. Esse porrò hanc sententiam declarant, quæ sequuntur.Et erit,inquit,maiestas domus illa posterior priore maior.Ne igitur telas aranearum telæ regię attexamus.Si enim,qui vili inserto tramite vicias se purpuram deprehenduntur,extremã pœnam luunt:quãtò magis,qui sacra vitiãt?Haud enim vulgare incommodũ est:& quid ego ne quid apponaṫ, ne quid eximatur dico?

Gene.11.a

† tam ea ipsa æquè manca sit.

Aggæus

dico? punctulum lectionis vnum, absurdam sępenumero sententiam gignit. Vnde nobis igitur opes? Certè enim sic dicitur, à domino diuitię sunt & paupertas. Rogemus igitur qui ista nobis opponũt, Nunquid omnes omnino opes, omnis paupertas à domino? Quis hoc dicat? Sunt enim & ex rapina, sunt ex suppositis testamentis, sunt ex impostura, sunt ex id genus cæteris malis artibus opes sæpe magnæ conflatæ, possessæq; ab his qui luce & vita indigni fuerũt. Quid igitur? esse istas à deo dicemus? [absit.] Sed vnde sunt tandem? ex peccato. Nam & meretrix prostituens corpus, rem facit: & iuuenis formosus sępe florem ætatis vendens, aurum turpiter quærit: & qui sepulchra violat, & parietes perfodit latro, opes inquam tenet. Haud igitur omnes à deo diuitiæ sunt puto. Sed quid ad illam mihi sententiam respõdes? Disce prius ne paupertatem quidem à deo omnem esse, post sententiam aperiemus. Nam si quis iuuenis intẽperans rem prodegerit vel in scorta, vel in circulatores, vel in alias huiusmodi voluptates, & ita rem decoxerit: num non manifestum est, non deum, sed intemperantiam causam esse paupertatis? Rursus si quis per ignauiam rem perdit, per amentiam ad mendacitatẽ venit, si quis periculosis, si quis improbis negociis addictus, ad paupertatem redigatur: an non & hic patet, nulli horum paupertatis authorẽ deum fuisse? Mentitur ergo scriptura? absit. Sed insaniunt, qui non diligentius hanc explorãt. Nam si hoc consentaneum est, ab omni mẽdacio alienam scripturã esse, deinde monstratũ est non omnes opes authore deo parari, imbecillitatis eorum qui minus prouidenter ista inculcant, hæsitantia est. Atque oportuit hic vos iam dimitti, criminum obiectorum accusatione satis repulsa, vt pœnam nobis negligenter tractatæ scripturæ daretis. Sed quia parco vehementer vobis, & tumultuantes cernere turbatósque nõ amplius possum, agè & solutionem adducamus, si prius & qui, & ad quos, & quando hæc dixit, ostendamus. Neque enim eodem omnibus modo loquitur deus, vt neq; nos pueris & viris ęquè. A quò nam igitur, & quo modo, & ad quos dictum est? A Salomone, in veteri testamento, ad Iudæos, nihil aliud quàm sensibilia ista cogitantes, & ab his diuinam potentiam æstimantes, quales sunt qui dicunt, Nunquid & panem potest dare? &, Quod tu signum edis? Patres nostri comederunt manna in deserto, quorum deus venter est: qui quidem cùm ab his rebus deum æstimarent, est & hoc inquit, possibile deo, diuites facere, & pauperes. Nõ quòd omnes omnino faciat ipse, sed quòd possit, cum velit: vt cùm dicit, qui mari minatur, ipsum exiccans, & flumina destituens, tametsi nunquam hoc accidit tamen. Cur igitur hoc propheta dixit? non quòd semper quidem ita fiat, sed quod illi sit factu possibile. Quam ergo paupertatem, quas opes cõfert? In memoriam reuoca patriarcham, & eas opes quas deus largitur, agnosces. Nam Abrahã certè locupletauit ipse, & post hunc etiam Iob, quemadmodum hic quidem testatur, Si bona, inquit, accepimus de manu domini, mala non sustineamus? & quæ duplo deinde maiora dabãtur, munus domini fuerunt. Hinc illa Iacob opulentia originẽ traxit. Est ab ipso & paupertas illa laudabilis, qualem tum diuiti illi stipulabatur: Si vis, inquiẽs, perfectus esse, vende quæ habes, [& da pauperibus] & sequere me. Item & discipulis præcipiẽs, Nec aurum possideatis, inquit, nec argentum, nec binas tunicas. Non est igitur cur omnes opes esse à deo, aut omnem paupertatem putes, id quod à cæde, rapina, & multis præterea aliis ostendi. Sed eodem recidit oratio, si omnino nihil sunt vsui diuites, quapropter sunt facti? Quid igitur dicemus? Quòd illi quidem, qui seipsos locupletarunt, nulli sunt vsui: quẽadmodũ contrà, quos ille locupletauit, vtiles vehementer: & nosse isthuc ex illorũ factis licet. Abraham peregrinis & egentibus omnibus, non sibi opes cumulauit. Nam qui tribus illis venientibus hominibus, vt putabat, vitulum mactat, metra siliginis tria subigit, in limine meridiano tempore sedet, cogitare potes, quibus sumptibus, qua alacritate, sua in omnes erogarit, præter opũ, præter corporis ministerium, atq; hoc in tam prouecta ætate, portus hospitum, omniumq; in necessitate constitutorum cùm esset, nil priuatum suumq; possedit, ne filium quidẽ. Nam domino inbẽte tradit etiam illum, & seipsum denique, domumq; totam, quando fratris filium redimere festinat. Atq; hæc non opum, sed humanitatis gratia solius. Igitur cùm prædæ esset dominus ab ipsis quos liberarat cõstitutus, omnia prorsus, etiam funiculum, etiam corrigiam calceamẽti recusauit. Eiusmodi fuit etiam beatus ille Iob, Meæ fores, inquit, omnibus patuerunt, eram ego oculus cæcorũ, pes claudorum, pater imbecillium, foris nunquam pernoctauit hospes, debiles si quando eguissent, nunquam exciderunt, sinu vacuo nemo egenus ædibus nostris vnquam excesserit, & his multo præterea plura (ne omnia modo enumeremus) in indigentes collocauit, vniuersas facultates impendens. Vis eos quoque qui aliunde ditati sunt videre, qui partis facultatibus vtantur? Illũ inspice apud Lazarum, ne micas quidem communicat. Vide Achab, etiam rapit aliena. Vide Giezi, vide generis huius cæteros omnes. Nam qui sine fraude, & cum deo possident, in vsus diuinos rursus omnia impẽdunt: & qui quærendo restiterunt deo, expendendo faciẽt idem, in scorta, in parasitos sua insumunt, [aut in terram defodiunt,] mendico nihil largiũtur. Quid igitur genus hoc hominum, inquies, ditescere sinit? quia patiens est, & ad pœnitentiam reuocatos nos cupit, quia gehennã prępauit, diem constituit, qua iudicaturus est orbem. Quòd si subitò qui rem malè quęrunt, supplicio puniat affectos: nullum Zachæus pœnitendi, quod abstulit quadruplo reddendi, dimidium erogandi, nullũ Matthæus se conuertendi, & ad apostolatum veniendi spacium habuisset, ad supplicium ante tempus abrepti, nullum cæteri item multi. Sustinet itaque nos pius pater, ad pœnitentiam omnes vocans: quòd si qui nolunt, in iisdem persistunt, audi quæ Paulus dicat, nempe quod pro duricia sua, & cordis obstinatia, cumulum sibi diuinę indignationis, ad diem reuelationis, & iudicij, æterni dei coaceruabunt: quã vt effugiamus fratres, cœlestes opes congeramus, paupertatem illam præclaram sectemur: sic enim & futuris bonis potiemur, quæ vt omnibus eueniant nobis, gratia fiat & benignitate Christi Iesu domini nostri, cui gloria in secula seculorum, Amen.

Ecclī.11.b

Ioan.2.c
Ioan.6.f
Philip.3.d

Naum.1.a

Iob.2.c

Matth.19.c

Ibid.10.b

Gene.18.a

Ibid.21.a

Ibid.24.b

Ibid.31.d

Luc.16.c

4.Reg.5.f.g

Roma.2.a

Homilia xxxv.

Sectemini charitatem, æmulemini spiritualia, magis tamen vt prophetetis. Cap. XIIII.

Postquam enim charitatis vim accuratè vniuersam edisseruisset, iam deinde monet summo studio capessendã. Quapropter sectemini, inquit: Nam qui persequitur quid, nõ solùm amat quod persequitur, sed ad illud studio cõtendit, non antè desistens, quàm persequẽdo consequatur: quod quidem si per se non potest, per eum qui se præcedit, fugienti incumbit, proximum quẽque flagitando, hortando, retinere & seruare sibi comprehẽsum velit, dum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum prætuertat. Istud nos quoque faciamus, si charitatem prævertere ipsi non valemus, eos qui propè sunt, vt retineāt hortemur, dum ipsi quoque anteuertamus. Deinde vbi apprehenderimus semel, non amplius dimittamus, ne rursus elabatur: resilit enim continuò, vt puta qua vehemēter abutimur, aut certè cui omnia cætera præferimus. Vnde etiam atque etiam conari decet quò retineamus: hoc enim si fit, nullo deinceps magno labore sit opus, imò ne labore quidē vllo, virtutis viam angustam licet, læti & festum semper diem agētes pernademus. Ac ne quis suspicaretur idcirco charitatis mētionem inductam, quò dona refutaret: *Æmulemini spiritualia*, inquit, *in primis verò prophetiam. Nam qui* † *linguis*] *loquitur, hominibus non loquitur, sed deo: nullus enim audit, spiritu licèt mysteria loquatur: at qui prophetat, hominibus loquitur, ædificat, exhortatur, consolatur.* Comparat inter se dona, extenuās illud linguarum, non inutile prorsus quidem, nec vtile tamen vehementer per sese ostendēs: multùm enim ab illo sibi placebāt, egregium quiddam esse rati, vt quod primum omnium apostoli tanta cum admiratione obtinuissent.] Vnde maiori, quàm cætera, in precio fuit.] Quò igitur istud apostoli primum omnium tenuerūt? quia proficiscendum quoquo versus fuit. Et quemadmodum eo tēpore, cum turris extrueretur, vna lingua in multas secabatur: ita tum quidem multæ sæpe in vnum quendam hominem confluebant, idemque Persarum, Romanorum, Indorum, & multorum præterea linguis, spiritu insusurrante, loquebatur, atque id munus, munus tum vocabatur linguarum, multis scilicet omnino vocibus vtendi facultatem præbens. Hic igitur quo nomine tollat, quo nomine deprimat, videamus. Nam quod inquit, qui linguis loquitur, non hominibus loquitur, nemo enim audit, extenuare vult, monstrans non esse arduum vehementer. Quod porrò subiungit, spiritu verò loquitur mysteria, tollit rursum, ne vel superuacuum, vel inutile, temereq; concessum putemus. Qui prophetat autem, hominibus loquitur, ædificationem, exhortationem, consolationem. Vides egregium hoc esse munus, vnde monstrarit, nempe quia cō muniter pluribus vtile est, vides vt præferat vbique, quicquid communem respicit vtilitatem. Quid autem, an non hominibus illi loquuntur? Sed non ædificant, [exhortantur,] tantúmve consolantur. Itaque spiritu impelli, concitarique, vtrique commune est, & linguis loquenti, & prophetanti. Sed hoc differunt, quòd hic vtilis est audientibus etiam: linguis enim loquētes, qui munus idem non habent, percipere non possunt. Neminem igitur linguæ ædificant, inquis? minimè verò. Seipsum linguis loquens ædificat, inquit: quod quidem fieri nō potest, nisi quæ loquatur norit. Et hactenus quidem de iis qui quæ loquuntur intelligunt, disputat. Intelligunt ipsi, inquit, efferre in alios non possunt. Qui prophetat autem, ædificat ecclesiam. Quantùm igitur priuato publicum differt, tantum prophetia linguis. Vides prudentiam Pauli, neque enim ad nihilum donum redegit, sed non esse commodo tantùm, quantùm videri volebant, docet, vt quod habenti sufficiat solùm. Deinde, ne per inuidiam detrahere linguis videretur, nam hoc dono multi pollebant, eam suspicionem correcturus. *Linguis*, inquit, *loquamini volo omnes, magis verò vt prophetetis. Maior enim propheta est quàm linguis loquens, nisi interpretationem quæ ecclesia ædificetur, addat.* Maius porrò & minus, rerum est non contrariarum, sed excellentium: ex quo liquet, donum nō reprehendi, sed illos ad præstantiora vocari: quæ res & sedulitatem viri arguit, & animum omni inuidia carentē: non enim vnum alterumve, sed omnes loqui linguis, inquit, volo, & non hoc solùm, sed etiam prophetare, adeóque hoc magis quàm illud, maior enim qui prophetat: quod cùm monstrasset hactenus, etiam deinceps probat, non simpliciter, sed appēdice annexo, nisi interpretetur inquit, quasi, si hoc possit, prophetæ sit æqualis, vt cuius rei fructus perueniat iam ad multos: atque obseruatu quidem dignum est, isthuc à Paulo præ cæteris rebus omnibus requiri.

Nunc autem fratres, si veniam ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, nisi aut per reuelationem, aut per scientiam, aut per prophetiam, aut per doctrinam vobis loquar? Quid alios, inquit, dico? Paulus enim sit, qui linguis loquatur, ita etiam nihil erit quod amplius auditores expectent. Hæc autem dicit, monstrare volens illorum se quærere vtilitatē, non infensum † donis esse,] quæ ne in sua quidem persona † *iis qui h* veretur inutilia esse monstrare: solet enim semper quæ *na habeat* molesta sunt in seipsum transferre, quale illud statim ab initio, Quid est Paulus? quid est Apollo? quid est Ce- *Supra.a.b* phas? quod quidem & hic facit, Ne ego quidē, inquit, ipse vobis profuero quicquam, si non aut per reuelationem, aut per prophetiam, aut per scientiam, aut per doctrinam loquar. Est autem quod dicit huiusmodi, Nisi dixero, quod percipi facilè claréque à vobis possit, sed linguarum munere præditum esse me tantùm ostendā, nullum ex his, quæ non intelligitis, fructum facientes, abibitis credo. Nam quæ vtilitas esse ex voce non intellecta potest? *Quin & inanima vocem cùm mittunt, siue tibia, siue cithara sit, nisi sonos distinctos edat, intelligi cantilena non potest.* In nobis esse non vtile quid dicam? vtile verò, si percipi, si discerni queat? quando in instrumentis muticis nō viuis etiā animaduerti potest, cùm siue tibia sit, inquit, siue cithara, quæ non rythmo, non harmonia debita, sed confuse, simpliciterque sonet, & inspiretur: neminē afficiat audientem. Nam & inarticulatis illis opus est perspicuitate, vt nisi ad artis præscriptum moduleris, fistulámque inspires, nihil agas. Quò si ab inanimis istis tantam exigimus perspicuitatem, consonantiam tantam & sonorum discretionem, & vocibus illis ignotis, magnam afferre noticiam conamur: quantò magis in animatis & rationabilibus hominibus, item & spiritus ipsius donis, sectari nota claraq; decet? *Equidem si incertum sonum tuba det, quis apparabitur ad bellum?* A superuacuis orationem ad necessaria transfert, non in cithara solùm, sed in tuba etiam videre id ipsum licet, inquit, sed & huic sui quidam numeri sunt, & nunc bellicum sonum, nunc alium reddunt, nunc ad prælium, nunc è prelio vocant. Atque id quidē, nisi quis discernat, de summis extremisque rebus periclitatur: id quod pulchrè significauit detrimentum ostendens, Quis ad bellum enim apparabitur, inquit: numeros igitur distinctos nisi habeat, ne tuba quidem fuerit. Sed quid ad nos ista, dices? maximè verò ad nos, idcirco subiūgit, *Sic & vos*, inquit, *nisi significantem sermonem dederitis, verba (quod dicitur) vento, hoc est, nemini facietis* Ita nihil habere magnificum linguas, vndique ferè monstrauit. Quò ergo, si nihil habent, concessæ sunt? Primùm vt prodessent accipienti: quòd si cæteris quoque velis, interpretationem coniungas oportet. Hæc dicit cōcilians ipsos inter se, vt si munus quispiam interpretandi non habet, eum adhibens qui habet suum munus, per illius vtile multis reddat. Sic vndique non absolutum esse ostendit, quò inter se arctius conglutinentur. Qui enim munus hoc satis esse sibi putat, magis deprimit quàm tollit, vt qui respēdere longius per interpretationem nō sinat. Est enim pulchrum

† *linguis.*

† *non tamen propterea aliis præferēdum erat.*

Gene.11.a.b

chrum sanè necessariumq; donum, sed tum tandem, si qui interpretari possit, accedat. Est enim & digitus vtile quidem membrum, sed si cæteris auellas, iam æque vtile non erit. Est necessaria tuba, quòd si quoquo modo simpliciterq; sonet, erit molesta. Nam ars, nisi materia lucteta, declarari non potest: materia porrò tantisper rudis est, quãdiu forma non accedit. Vocem igitur materiam esse cogita subiectam, perspicuitatẽ vero formam, quæ nisi præstò sit, vtile iam nil subiectum habet. *Tot igitur genera vocum sunt in mundo, & nihil horum mutum:* hoc est, tot linguæ sunt, tot voces, Scytharum, Thracũ, Romanorum, Persarum, Maurorum, Indorum, Aegyptiorum, & mille præterea gentium aliarum. *Itaque si nesciero vim vocis, ero ei qui loquitur Barbarus.* Nolo enim putes, inquit, in nobis illud euenire solum, idem in omnibus fieri cernas. Haud igitur calũnior ego linguas, sed esse inutiles dico, quantisper sint ignotæ. Deinde vt ne molestior oratio sit, crimen æquat: *Barbarus*, inquit, *ille mihi, & ego illi:* non vtique ob naturam vocis, sed ob imperitiam. Vides vt paulatim ad id, quod est propriũ causæ, nos ducat. Sic enim solet, exemplis primum longius accitis vti, tandem in eo quod argumẽto propius est, desidere. De tibia, de cithara dixit, quorum vtrũque defectum & inutile est. Ergo ad tubam transit vtiliorẽ, hinc ad ipsam iam vocem. Eodem pacto suprà, cum nõ prohibitum esse Apostolum aliquid accipere doceret, primum ab agricolis, pastoribus, mox à militibus exempla ducit, postremo ad sacerdotes legis veteris, propius iam scilicet argumẽto orationem deflexit. Vide autem quàm vbique diligenter dono patrocinetur, culpam in eos transferat qui acceperunt, Non enim Barbarus, inquit, ero: sed, loquenti Barbarus. Et rursus, nõ qui loquitur Barbarus est, inquit, sed mihi Barbarus. Quid igitur fiet, inquis: *non enim reprehendere solum, sed laudare etiam & docere decet.* Istuc igitur facit. Expostulauit hactenus, succensuit, quid incommodi esset ostendit, iam deinde consilium præbet: *Sic & vos*, inquit, *quandoquidem sectatores estis spirituum, ad ædificationem ecclesiæ agite, vt excellatis.* Idem vbique viri institutum vides, multorum, ac totius ecclesiæ scilicet commoditatem: hic illi est in rebus omnibus veluti canon. Agitè autem, nõ qui possideatis solum dona, inquit, sed qui abundetis, hoc est, vt cum abundantia habeatis: tantum enim abest vt nõ habenda vobis censeam dona, vt abũdare etiam hisce vos velim, modo ad communem vtilitatem possideatis. Istud igitur quó nã, inquis, pacto fieri potest eo quo docet. *Quapropter*, inquit, *qui loquitur lingua, oret vt interpretetur. Nam si orem lingua, spiritus meus orat, at mens mea fructu vacat. Quid igitur est, orabo spiritu, sed orabo & mente: canam spiritu, sed canam & mente?* Hic ostendit penes ipsos esse, qui dono potiantur: oret enim, inquit: hoc est, quod penes se est, inducat. Si diligenter enim postulabit, potietur. Postula igitur non linguæ solum, sed interpretationis etiã donum, vt prodesse omnibus queas, & non conclusum penes te vnum geras. Nam si lingua, inquit, orem, orat quidem spiritus, at mens fructu vacat. Vides qui venerit huc paulatim, vt nõ solum cæteris inutilem fore mõstret, sed tibupti etiam: siquidem mens huius fructu, inquit, vacat. Si quis enim loquitur modo, vel Persarum, vel peregrina quacunque tandem lingua, non intelligat autem quæ loquatur, erit ille tibupti Barbarus quoque, non alteri solum, vt qui non intelligat vim vocis. Erant enim iam olim, qui precandi donum, & linguæ coniunctum haberent multi, & precabãtur quidem, & lingua sonabant, vel Persarum vel Romana vtentes, mente vero quid dixissent, non intelligebant: idcirco si lingua, inquit, orem, orat spiritus: hoc est, donum mihi concessum, linguamq; mouens, mẽs autem fructu vacat. Quid ergo factu optimum, & vtilissimum sit? quid facere, quæ postulare à deo oportet? spiritu pariter & mente precari. Orabo, inquit, spiritu, sed orabo & mente: psallam spiritu, psallam & mẽte. Idem etiam hic docet, lingua loqui & intelligere mẽtem verba simul debere. Nam hoc nisi fit, confuso quædam alia nascatur oportet, *Alioqui si bene dixeris*, inquit, *spiritu, is qui locum tenet indocti, quo modo dicturus est amen, ad tuam gratiarum actionem, quandoquidem quid dicas nescit? Nam tu quidem bene gratias agis, verum nihil interea alius ædificatur.* Eu rursus annusi (quod dicitur) saxum applicat, ecclesiæ ædificationem vbique requirens. Indoctum vero promiscuam plebem vocat, monstratq; non leue incommodum esse, ti, amẽ, dicere non possit. Est autem quod dicit huiusmodi, Si peregrina lingua gratias agas, quã nec intelligas ipse, nec cæteris item interpreteris, subiicere, amen, plebeius non potest: & illud, in secula seculorũ, qui finis precum est, audiens, amen non dicet. Deinde ne prorsus extenuasse donum videretur, cõsolationem allaturus quod suprà dixit, linguis prẽditum mysteria loqui, deo loqui, ædificare seipsum, item spiritu precari, plena sine dubio consolationis verba: idem nunc quoque dicit, tu quidẽ recte oras, inquit, spiritu scilicet concitatus sonas, sed ille nec audiens, nec intelligens quæ dicis, parum ex ea re capit vtilitatem. Atq; vbi his qui dono prẽditi erant, tanquam nihil magnificũ habentibus occurrit, ne quia priuatus hoc ipse esset, tribuere minus videretur: *Gratias*, inquit, *ago deo meo, quod magis quàm omnes vos linguis loquor.* Facit hoc alibi quoque, tollere enim Iudaicæ gentis prærogatiuam, & nihil esse amplius docere volens, primum ea se præ cæteris pollere dicit, mox damnum vocat: Si quisquam alius, inquit, fiduciam habere in carne videtur, ego magis habeo, circumcisus octauo die, Israël genere, de tribu Beniamin, Hebræus ex Hebræis, lege Pharisæus, studio ecclesiæ persecutor, iusticia quæ in lege, irreprehensibilis. His vbi se cæteris superiorem esse ostendit, sed quæ mihi lucra erant, inquit, hæc arbitratus sum propter Christum, inquit, esse damnum: Idẽ hic facit, magis omnibus linguis, inquit, loquor, ne tumeatis, velut soli donum habentes: nam & ego habeo, adeóq; plusquam quisquã vestrum. *Sed in ecclesia quinque verba mẽte mea loqui, vt & alios instituam, malo*, inquit: *id est, expendere quæ dico, sic loqui, vt explicari cæteris possit, cum iudicio loqui, & vt audientes doceri queant, malo, quàm* † *quinque* ‖ *milia verborum lingua loqui.* Quamobrem Paule? Vt instituam cæteros etiam, inquit: † hoc enim illi validissimũ est argumentum, hæc ‖ quam respicit solam, quam vbique requirit, vtilitas communis. Tametsi nouum donum linguarum erat, prophetię vero vetus & familiare, cõcessumq; multis, istud contrà recens: tamen non vehementer curat, vnde etiam ne vsus quidem est, non qui non haberet, sed qui præstantiora sectaretur, & qui ab omni prorsus ostentatione esset alienus, & hoc solum propositum haberet, qui meliores redderet auditores. Et iudicare sanè, quid tibi, quid aliis vtile esset, homo gloriæ contẽptor rectissime quiuit: vt contrà qui huic mãcipatus est, nec sua nec aliorum commoda cernere satis potest. Talis Simõ erat, qui cum vanam gloriam propositam haberet, nec quid sibi factu commodum esset animaduertit: tales Iudæi, qui per illam captiui, salutem etiam propriam diabolo tradiderũt: hinc idola sunt nata, hac insania concitati philosophi, in pernicioſa dogmata impegerunt.

Sup. 9. a. b

Philip. 3. a

Ibidem. b

† *decem*

† *hoc enim ostentationẽ solũ habet, illud vero multã vtilitatem: hæc enim est.*

Act. 8. c

Universidad de Deusto
Biblioteca

pegerunt.Et vide quàm sit malũ versipelle, per eandem alij pauperes facti sunt,alij opibus inhiarũt.Sic illius vis est,vt in contrariis dominetur, ob continentiam alius, alius ob adulteriũ sibi placet, laudemq; quærit: hic quidem ex iusticia, ille ex improbitate: ex crapula hic, ille ex sobrietate: æquitate alius, alius temeritate: alius opibus,alius paupertate: multi quod oblatum est,accipere detrectant, non alia de causa, quàm vt non accepisse prædicentur. Aliud apostolis studiũ fuit,liberos se ambitione fuisse factis declararunt. Nam cũm dij vocarentur,cum diuinis honoribus afficerentur, cũ victimæ de more coronatæ, velut numinibus destinarentur, non simpliciter recusant,sed ruptis vestibus: iidem vbi claudum restituissent, & in se omnium ora conuertissent, quid obstupescitis, inquiunt, quasi nos qui gressum dederit,simus? Et illi quidem paupertatem,in hominib⁹ †velut teterrimam rem stupescebant,] ipsam paupertatem prædicabant,†hi & pauperes esse non grauabãtur, & opes nihilominus laude suã non fraudabant:] iidem si quid accepissent,egenis dabant,non gloriæ sed benignitatis auspiciis omnia facientes.Illi contra omnia tãquam hostes & corruptores communis generis, sic in his quoque se gesserunt, alius sua omnia in mare demersit,homines amentes & insanos imitatus, alius quãtum agri possidebat,vastum reddidit ouibus depascendum præbens,ambitionis gratia omnia facientes. Haud isti vero,sed accipiebant oblata, necessariis distribuebant, tanta cum liberalitate, vt perpetua cum fame ipsi conflictarẽtur.Quod quidem si gloriam amassent, nunquã fecissent sanè,veriti ne dum accipiunt,distribuunt omnia,suspicio gloriæ aduersum se oriatur. Nã qui propter gloriam abiecit sua,multo magis aliena non sumet, ne non ferre egestatẽ videatur.Hos vero & ministrantes,& pro egentibus mendicantes videmus, adeo superioribus omnibus fuerunt hi philosophi magis. Reputemus labores etiam illorũ,moderatos,& minime ambitiosos, Habentes enim cibum,inquit,& quibus tegamur,erimus his contenti. Non quemadmodum Sinopæus ille pãnis amictus,[dolium inhabitans, cum nihil opus esset,] in sui admirationẽ (quod voluisse videtur) plurimos quidem pertraxit, sed iuuit neminẽ. At vero Paulus nihil horum fecit,[neq; enim ambitionem spectabat,]vestibus vsus,quemadmodum locus, vbiq; postulabat,decẽter,domos,humanam habitationem, nũquam vitauit,virtutes cęteras studiosè in vita expresit, quas Cynicus ille contemnendo,turpiter vixit,publice multa deformia commisit [ab ipsa gloriæ insania tractus:] certe enim si non vsitatę habitationis causam inquiras, præter ambitionem inuenies nullam. Domum Paulus mercede etiam Romæ conduxit, tametsi quanto maiora potuit hic,tanto hoc etiam facilius potuisset. Atqui gloriam non respexit, crudelem beluam dæmona horrendum, communem totius orbis terrarum pestem,viperam venenatam: vt illa enim parturiẽtis viterum rumpit,sic malum hoc dilaniat obnoxios sibi.Vnde igitur stupescendo morbo medicinam petemus? Si eorum qui cum monstro congressi,fœliciter proculcarunt,exemplum ob oculos ponentes, assidue contẽplemur, futurum est vt nostram quoque vitam recuperemus.Patriarcha igitur Abraham.Verum ne quis fortasse cauilletur, quòd eandem rem sæpius inculcemus, & vbique ferè huius inferamus mentionẽ,istud esse,quod virum planè mirandum arguat norit,& quos huius exemplum non mouet, nulla venia dignos. Nam si alios alia & alia in re præstantes ostenderemus,videri virtus executu difficilis possit, nec vlli mortalium vni posibilis vniuersa, cuius vix partẽm quandam singuli prestãtissimorum hominum absoluissent. Cũ vero vnus virtutem omnem animo suo complexus inueniatur,quam obsecro prætẽdent excusationem, qui post legem, post gratiam, cum his qui ante legem, ante gratiã fuere,respondere virtutibus non potuerunt? Quỏ nam igitur patriarcha modo beluã superauit, quo pacto domuit, quando orta inter se & fratris filium contentione,licet posteriores tulisset:primis excidisset,nihil commoneretur,nihil doleret:†Nouerat beatus ille vir] quãto in rebus huiusmodi impatientibus animis molestior damno contumelia esset,præsertim si quis dominus omniũ, quẽadmodum hic erat, cũ honorem exhibuerit prior, vicissim non honoretur: tamẽ horum nihil quicquam virum momordit, nec posteriores inique tulit, iniuriã à iuuene passus senex,auunculus à filio fratris: nihil succensuit,nihil est indignatus,sed æque amauit, æque coluit. Rursus bello victor ingenti & horribili, Barbaris per vim electis,victoria nõ effertur,nec statuit trophęũ: liberare enim voluit solum,nõ triumphare etiam. Hospites item cum recepisset,nihil ab ea re gloriatur,prior occurrit,geniculatur,beneficium non dare,sed accipere ratus,vnde & dominos vocat, licet qui aut vnde essent ignoraret,ancillę operam interea præstare coniugem iubens.Et in Aegypto antea, cũ admirandus omnibus videretur,vxore tanta cũ gloria recuperata, nusquam facinus iactat. Regionis incolæ regem appellabant,ipse sepulturæ etiam † ius in illos reiecit.] Iam seruum procatum mittens,nihil magnificum, nihil splendidum de se prædicari,tantummodo nympham adduci iubet. Vis eos etiam qui Christi temporibus fuerunt excutiamus,quos multa disciplinę huius gloria circunfulsit, nosseq; genus hoc mali protinus eliminatum, illum ipsum qui hæc dicit cogitato:omnia patri deo adscribit,peccatorum suorum assidue meminit,virtutum nusquam,nisi cum emendare discipulos oportet,& necessitas compellit,quanquam etiam tum stulticiam vocat,primis Petro cedit, laborare apud Priscillam, apud Aquilam non veretur,deiectum esse se vbiq; monstrat, turbam clientum fugit, nusquam aut in foro congregans,aut post se trahens, inter obscuros seipsum locat. Vnde,corporis,inquit,præsentia infirma:hoc est despicabilis,& fastum ignorãs:& rursus, Precor,inquit,deũ, ne quid mali faciatis, non quò nos probati videamur. Quid mirum vero si hanc despicere potuit, qui potuit despicere cœlestem, qui potuit gehennam, qui propter id quod Christo gratum erat, anathema esse à Christo propter gloriam Christi volebat? Quãquam enim pro Iudæis quoque hoc pati velle dixit,idcirco dixit tamẽ, ne quis putaret imprudẽs, promissionibus hærere se ad ipsos factis. Quòd si hæc negligere paratus fuit, quid mirum humana neglecturum?At nos omnia statim demergunt,non gloriæ cupiditas solum, sed contrarium huius contumeliæ metus & contemptus. Laudat quis, statim intumuisti:reprehendit, statim deiiceris, quemadmodum corporibus infirmis quælibet etiam res facile nocet:sic deiecti animi,nec aduersus paupertatẽ, nec aduersus opes consistunt,æque tristicia,gaudio succumbunt, adeoq; secundis magis quàm aduersis periclitantur: cogit enim paupertas moderatiorem esse vel inuitum, diuitiæ in magnũ malum sæpe abducunt. Et quẽadmodum qui febre laborant, nauseant omnia:sic perturbatæ mentes vndique percellũtur. Hæc cum videamus,cur fugimus paupertatem? quid opes miramur?cur

Act.3.b *†admirabãtur.* *† hi vero in hominibus paupertatẽ difficiliũ & diuitias laudant.* *Crates.* *1.Tim.5.b* *Diogenes.* *†Nosse a tem* *Genes.14.c* *Ibid.22.b* *Ibid.22.d* *Ibid.23.ab* *† gratiam persoluit.* *Ibid.24.a* *Gal.2.c.1.d* *Act.18.c* *2.Cor.10.c* *Rom.9.a*

non

non animum potius ferēdis omnibus præparamus? Nā qui domum ſtruit, non hæc ſpectat, vt ne pluuia [ſuper ipſam] deſcendat, ne radius incumbat, quando iſtud quidem nulla ope cauerī poteſt, ſed quî ſuſtinere dom⁹ hæc facile poſsit. Et nauem fabricans, non hoc agit vt ne fluctus obturbet, vndæ ne tollantur, quandoquidem impoſsibile eſt: ſed vt nauis compages, & latera ad omnia idonea fiant. Et corporis curam habens, non hoc agit, ne vlla malefica, aut inæqualis aëris vis oboriatur, ſed qui omnia corpus tolerare poſsit. Hoc ipſum conari intus etiam oportet, non qui ſuffugias paupertatem, quî opes aſſequare, ſed qui ad ſalutem, vtrunque ſi incidat, conuertas. Miſſa igitur iſta ſollicitudine, ferendæ paupertati, ferendis opibus, mentem idoneam reddamus. Nam vt nihil accidat humani, quod ferè impoſsibile eſt, tamen quanto præſtat is, qui nō quærit opes, ſed ferre omnia nouit, quàm qui diteſcit per omnia? Primū in ſe poſita hic omnia ſua habet, ille in aliis: vt miles viribus & arte certandi valens, melior eſt eo qui in armis fiduciam omnem habet, ſic opibus confiſo præſtat certe quē ipſa virtus muniuit. Deinde vt ſolidæ ſint opes, & paupertatis periculum nullum, tamen quietus eſſe dites non poteſt, infinitas tempeſtates, infinitos tumultus diuitię ſecum trahunt: virtus contrà, aliud quàm ſolidā voluptatem, dulcem ſecuritatem, nihil habet. Nam inſidiis omnibus inacceſsibilem, inuictam ſe oſtendit: plutus contrà, omnibus vinculis viciorum & inſidiarum omnium expoſitus eſt. Et quemadmodū inter animantia ceruus & lepus ob natiuam timiditatem †maxime ęteris obnoxia ſunt, ſus autem, & taurus, & leo, haud facile in poteſtatem inſidiatoris cadūt: tale videre quiddam in diuitum, & pauperum gente licet. Hic leoni, tauro ſimilis eſt: ille lepori, ceruo. Quem enim non metuit diues? an non latrones? an non potentes? an non inuidos? an non calumniatores? & quid calumniantes aut latrones dico? familiares ſuos ſuſpectos habet: aut quid viuens dico? quando ne mortuus quidem graſſantium improbitate liber eſt, & ne mors quidē ipſa tutari prorſus diuitis cadauer poteſt, quin ſceleſti homines expilēt, tam eſt periculoſa res opes. Non ſolū enim domus perfodiuntur: ipſa ſepulchra, ipſa pheretra rumpuntur, diripiuntur. Quid igitur hoc ſit miſerum magis, cui ne mors quidem præſtare ſecuritatē poteſt? Sed miſerum illud corpus, ne vita quidem deſtitutum, deſtitui vitæ periculis, & ſceleratorum hominum pulueri cinerique bellum inferentiū moleſtia poteſt, qui mortuo grauius tum inſtāt quàm viuenti: dum viueret in cellas irrepebant, arcas euacuabāt, corpore abſtinebant, nec vnquā auferebant tantum, vt corpus ſpoliarent: nūc vero neque hoc abſtinent execrandæ ſacrilegorum hominum manus, mouent, circunuertunt, cōtumelia, magna cum crudelitate afficiunt, præterquam enim quòd iam antè nudum, terræ traditū eſt, tumulo veſtibuſq; nudatum, ita proiici ſuſtinent. Quis igitur hoſtis tam crudelis eſt, quam opes? viuentium animas perdunt, mortuorum corpora indigne tractant, ne terra quidem condi permittentes: quod concedi damnatis etiam, & nefandorum ſcelerū reis ſolet. In illos enim ſimulac mortis pœnam exoluerunt, nihil amplius ſibi iudices permittunt: in hos vero poſt mortem etiā auaricia grauiſsime animaduertit, nudos, inſepultos, graue & miſerandum ſpectaculum proponens: grauiūsq; hi quàm illi ſententia etiam iudicis plectuntur: vnam illi primam, alterámve diem inhumati manentes, mox ſepulturæ traduntur: hi poſtquam ſunt ſepulti, rurſum eruuntur, nudātur, proiiciuntur: nam quòd ſepulchro latrones parcunt abeūtes, nō eſt cur opibus imputetur: Paupertas facit, hæc eſt quæ ſepulchrum defendit: quod ſi opibus mancipaſſemus, & pro ſaxis auro illeuiſſemus, etiam hoc abripuiſſent, tam male tuta res eſt plutus, nec tam eſt poſsidentium, quàm rapere ſe conatorū. Itaque ſuperuacua oratio eſt, quæ docere vult opes difficiles eſſe cuſtoditu, cū nec ſub ipſam mortis diem ſecuritatem cōſequi homines opulenti poſsint: tametſi quis non abhorreat cadauer, ſit fera licet, ſit dæmon, aut quídvis aliud tandem, certe aſpectus eſt, qui ferreum, qui adamantinum animum inflectere poſsit. Inde fit, vt qui mortuum vidēt, etiam ſi hoſtes, etiam ſi inimici ſint, velut chariſsimum deplorant tamen, & acerbè commouentur: iram poſt interitum extingui videmus, miſericordiā induci, nec facile in iſtis luctibus & interitu hominū, inter amicum & inimicum diſcernas, adeo omnes communem naturam, & leges per hanc inductas verentur. Solæ opes, quando huc ventum eſt, & iram poſsidentibus ſe non remittunt, & præterea mortuo eos quos ille nulla vnq̄ iniuria affecit, infeſtos reddunt. Eſt enim arbitror infeſtiſsimorum hominum, mortuum cadauer nudare. Et natura quidem etiam hoſtes tum illi placat, plutus vero eos qui obiicere nil poſſunt, ad oppugnandum ciet, & corpus ſolum iacēs infeſtat. Multa licet ſint, quæ mouere ad miſericordiam, & à concepto facinore reuocare debebant, quòd mortuum, quòd immobile, quòd ad terram vergit & cinerem, quòd ſuccurrēs nemo adeſt: ſed horum nihil ſceleſtos illos ſæua malicioſæ cupiditatis tyrannide abreptos frangit, dirus habendi amor, velut crudelis tyrānus inſtans, inhumana illa imperia imponens, & in feras trāsferens, ad ſepulchra adducit: ſeu feræ enim mortuos inuadunt, nec carnibus quidem abſtinerent, ſi quem omnino vſum membra præberent. Sic opibus fruimur, poſt mortem iniuria affecti, ſepultura fraudati, quam etiam facinoroſi cōſequuntur. Nūquid igitur rem tam tetram diligemus? Nequaquā, obſecro fratres, quin fugiamus ocyus: & ſi in manus vltro dentur, non cōtineamus, ſed pauperum manibus †mox tradamus. [Hæc illum vincula retinere melius fortiúſque poſſunt, & ex iſtis promptuariis nō facile elabetur. Qui perfidus erat antea plutus, fidelis & manſuetus eſſe diſcet, miſericordiæ manibus contrectatus. Ergo ſi ſe obtulerit, his quidem tradamus: ſi non obtulerit, non inquiramus: nec nos ob illum cruciemus, nec qui ſe cruciant, quaſi fœlices miremur. Quæ enim eſſe fœlicitas illa poteſt, niſi fortaſſe qui cum beluis congrediuntur, fœlices dicas, quòd raras illas beſtias includētes quidam, ſibi ſeruent, qui tamen quāquam ſpectaculo proponāt, accedere, aut attingere ipſi non audent, ſed horrent & contremiſcunt: tale enim quiddam diuites patiuntur, plutum velut truculentam beluam intus includentes, ſexcenta quotidie ab illo vulnera accipientes, contrario beluis modo. Hæ enim ſi producas, in obuios ruūt: ille ſi includas, ſi ſerues, poſſeſſorem inuadet perdètque. Sed nos beluam manſuefaciamus, erit autem, ſi non includatur, ſed hominum egentium manibus permittatur: ſic enim egregium fructum faciemus, hic quidem bona ſpe, bona ſecuritate viuentes: iſthic vero certa fiducia conſiſtentes: quæ vt omnibus nobis contingant, gratia faxit & benignitas domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre & ſancto bonōq; ſpiritu gloria ſit in ſecula ſeculorum, Amen.

† omniū maxime captu ſunt faciles.

† ipſas vincíamus.

Homilia

Homilia XXXVI.

FRatres ne sitis animo pueri, sed malicia: animo vero sitis adulti. Recte post longam confirmationem probationêmq; acrius iam insurgit, vehementius increpat. Exêplum vero proposito mire congruens induxit. Nam solêt pueri ad parua hiare & obstupescere, valde magna non æque mirantur. Ergo cum hi linguæ donum habentes, habere se omnia putarent, quanquam sit inter cætera postremum, Ne pueri sitis, inquit, animo: hoc est, ne stulti sitis hic vbi esse prudentes oportet, sed infantes, sed simplices, quoties res iniquitate geritur, ambitione, tumore. Infantem malicia, etiam prudentem esse oportet. Vt enim prudentia cõnexam maliciam habens, prudentia nõ est: ita simplicitas sanè stulticia coniuncta, simplicitas non est: sed in simplicitate cauenda stulticia, in prudẽtia vero malignitas est. quẽadmodum enim nec amara pharmaca, prꝛterquã oportet, nec dulcia conferunt quicquam: ita nec simplicitas per se, nec prudentia. Vnde miscere Christus vtrunque
Matt.10.b iubens: prudentes, inquit, sitis vt serpentes, simplices vt columbæ. Quid est porrò malicia esse infantem? Quid malicia sit, ne nosse quidẽ: tales enim esse volebat. Vn-
Suprà.5.a de omnino, inquit, inter vos scortatio auditur: non sustinetur, sed auditur, inquit. Omnino rem scitis, inquit? audiuistis vero alicubi? Viros enim esse & pueros volebat, sed hoc quidem malicia, istud vero prudentia: sic enim viro virum esse licet, si sit puer etiam. Nam quatenus puer malicia non est, nec vir erit maleficus ille: [nõ
Esa.28.c erit adultus,] sed stultus. *In lege scriptum est, Vtiis linguis loquar populo huic, & ne sic quidem audient me, dicit dominus.* Quanquam in lege scriptum nõ est, sed quod sæpe monui, veterem scripturã vniuersam, prophetas, historias, legem vocat. Adducit porrò ex Esaia testimonium, quo rursus doni æstimationem, ad eorum commodum vellicauit, laudibus tamen eius (quemadmodum solet) non suppresis. Nam quòd ne sic quidem inquit, magnum satis quò percellerentur miraculum fuisse: quòd vero, non audierunt, ipsorum culpa factum esse docet. Et quẽ in vsum si audituri non erant, dominus hoc fecit? Vt quod se decet, fecisse vbique comperiatur. Postquã igitur non esse vtile vehementer donũ, à prophetis ostendit. *Linguæ itaque signi vice sunt,* inquit, *non his qui credunt, sed incredulis: prophetia contrà, non incredulis, sed credentibus. Ergo*
†linguis. *si conuenerit ecclesia tota simul, & omnes † lingua] loquantur: ingrediantur autem indocti aut increduli, nónne dicẽt vos insanire? Quòd si omnes prophetetis, ingrediatur autẽ incredulus aut indoctus, coarguitur ab omnibus diiudicatur ab omnib', & sic occulta cordis eius manifesta fiunt, atq; ita procidens in faciẽ adorabit deũ, renunciãs q; deus reuera in vobis sit.* Multa in his verbis sunt quibus de dubitari cernas. Si enim signũ incredulis linguæ sunt, cur inquit, vbi linguis vos loqui increduli videbũt, insanire dicẽt? Et si prophetia nõ impiis sed piis confert, quí facere commodum ex ea increduli possunt? Nam si ingrediatur prophetantibus vobis incredulus, inquit, arguetur: hinc nascitur alia deinde quæstio. Videri nãque lingua maior, quàm prophetia potest: signũ enim si datæ incredulis linguæ sunt, credentibus autem prophetia, quod alienos attrahit conciliátq;, videri maius potest, quàm quod dirigit familiares. Quid igitur est quod dixit: nihil, nec difficile, nec obscurum, nec prioribus repugnans, † sed quod crebro fieri solet,] modo
† sed vehementer conueniens, aduertamus. Est enim prophetia vtrisq; commoda, lingua non item. Vnde signum esse linguam dicens, non credentibus, sed incredulis: adiunxit, atque his ipsis in signum inquit, hoc est, in admirationem, non ad institutionem etiã. Atqui de prophetia illud ipsum, inquies, dixit: prophetia enim non incredulis inquit, sed credẽtibus: nam fidelis quidem signo nõ habet opus, sed doctrina solum & institutione. Quî igitur vtrisq; prodesse tu prophetiam dicis? cum ipse prodesse incredulis neget, sed solis credentibus: Intelliges si recte expendas: non enim prophetiam incredulis non prodesse, sed signum inutile esse, quale linguæ sit, negat. Scilicet nec lingua quidem incredulis confert, cuius vnũ hoc opus est, vt admirationem & stuporem inducat. Signũ enim medium quiddam tenet, vt cum dicit, ostende in me signum, & adiungit, sed salutare: & rursus, factus sum sicut ostentum multis, hoc est, in signum. atque vt intelligas signum hic non in meliorem omnino partẽ vsurpatum, ex eo coniice quod subiunxit, nempe signi effectum. Quid igitur est: Dicent, inquit, vos insanire? hoc vero non est ẽ natura signi, sed amentia improborum. Incredulos autem cum audis, non est cur semper intelligas eosdem: sed nunc qui immedicabiliter laborãtes, curam nullam admittunt, nunc qui conuerti possint: eu iusmodi erant tempore apostolorum, qui stupescebant ea quæ tum vocabantur magnifica dei, quale illud de *Actu.10.b* Cornelio. Inquit igitur quòd propheta & apud incre- *& 10.a*
dulos, & apud fideles valet: linguam dum audiunt increduli & stulti, non solum non proficiunt quicquam, sed etiam irrident, quasi insaniant qui loquantur: nam vice signi est solum, hoc est, vt percellantur simpliciter: quemadmodum contrà, qui sapiunt, ex eo faciunt fructum. Ideoque signum est datum. Non solum enim qui ebrietatem dicerent tum erant, sed multi qui illos mirarentur, magnifica dei animaduertentes. Itaque qui riserunt, stulti isti erant: ideoque Paulus nõ simpliciter insanire vos dicent inquit, sed indocti & increduli subiũxit: prophetia vero non signi vice simpliciter, sed ad fidem, ad vtilitatem vtrisque seruit, & cõmodo est vehementer. Hoc quanquam non statim, tamen deinceps perspicue declarauit, arguitur ab omnibus inquit. Nam si prophetent omnes, ingrediatur vero incredulus aut indoctus, arguitur ab omnibus, ab omnibus iudicatur, & sic occulta cordis eius manifesta fiunt, atque ita procidens in faciem, adorabit deum, renũcians quòd deus reuera in vobis sit. Itaque non solum quia valeat in vtrisque prophetia præstat: sed hoc etiam quòd impudẽtiores illos leuioris turbæ homines adducit. Neq; enim idem miraculum fuit, cum Sapphirã arguit (quod pro- *Actu.5.b*
phetiæ erat) & cum linguis loquitur Petrus. Ad illud enim omnes tum concutiebantur, hoc velut insaniẽtem ridebant. Ergo vbi nihil prodesse linguas ostendit, & hoc ipsum leniendo in Iudæos culpam conuertit, progressus etiam nocumento esse docet. Est enim idcirco lingua data, vt intelligeretur: atqui interpretationẽ citra, apud incredulos contrarium fit: Si enim linguis, inquit, omnes loquantur, adsintq; increduli aut indocti, insanire vos dicent, quemadmodum & Apostoli ebrij habebantur, musto enim expletos esse dicebant: nec si- *Ibidem.b*
gnum tamen, sed ruditas accusatur increduli indocti, inquit, itaq; imperitiæ & incredulitatis ea suspicio fuit. Nam, quod dixi, locare donum linguarum, non inter reprehensa, sed inter nõ valde vtilia vult, atque hoc vt illos reprimat, vt interpretem adiungere cogat: quia enim huc ipsi non respiciebant, sed ad ostẽtationem, ad ambitionem vtebantur, ostendit ꝭstimationis eos facere iacturam, & in suspicionem amentiæ venire. Atq; id est quod assidue Paulus molitur, quoties abducere alicunde quempiam studet, vt de eo ipso quod ambit, periclitari

rielitari monſtret quod facere nos quoque decet. A vo luptate reuocemus,monſtrabimus eſſe rem acerbam:ab ambitione,docebimus contemptu plenam. Sic Paulus diuites habendi ſtudio auellens,non ſolum nocuas:ſed etiam †periculis obiectas opes eſſe docet,Qui diteſcere cupit,inquit,incidit in tentationem: quia enim opes id circo optantur, vt diſcrimine,cura, tentatione liberi ſimus,contrarium ineſſe docet, quàm ſperant ipſi. Rurſum ſtudio philoſophiæ peregrinæ quidam tenebãtur, ad hæc dogma Chriſti examinaturi, ille non ſolum nõ prodeſſe cruci quicquam, ſed obeſſe vehementer etiam docet. Volebant quidam ſi quid iudicio diſceptandum eſſet,apud peregrinos poti⁹ quàm ſuos explicaretur,velut ſapientiores iſtos. Ille turpe eſſe docet. Sacrificatis promiſcue vtebantur quidã,vt qui videri perfecta ſciẽtia præditi vellent:ille ſcientiam eſſe imperfectiorẽ docet,quæcunq; ædificare proximum neſcit. Hic quoq; cupidi gloriæ homines linguæ donũ cum miraretur,hoc eos vel maxime deſpicabiles reddi docet,& iam nõ ſolum gloria ſperata priuat,ſed inſaniæ ſuſpicioni obnoxios etiam reddit. Verum non fecit hoc ſtatim,ſed ſexcenta prius inculcãs,via bene munita,tum tandẽ quod minime expectabatur ſubinfert, quod ipſum quoq; vehementer eſt viro familiare. Qui enim labefactare cõceptam opinionem vult, & eã in contrarium transferre, non ſtatim contraria dicet: ridiculus enim diuerſæ ſententiæ addictis videretur. Nam quod abſurdum videtur principiò,ſtatim recipi non poteſt. Ergo aliunde prius inſinuatum penetrare, & in cõtrarium niti decet. Fecit hoc Paulus de matrimonio diſceptans,cum ad id multi,velut libertas magna quædam ineſſet,animũ adieciſſent, libertatem eſſe ſi vxores non ducant oſtenſurus,non ſtatim hoc fecit, neq; enim receptum ita facile fuiſſet:ſed multo pòſt, opportunitatem ſeruans,itaq; vehementer retudit auditores. Idem de virginibus loquẽs fecit,principiò multa mouens,demum parco vobis,inquit. Item ſollicitos eſſe nolo,inquit. Obſeruauit igitur hoc ipſum in linguis,non ſolum obeſſe gloriæ docens, ſed eſſe etiã dedecori apud incredulos. Prophetia contrà etiã apud incredulos ignominia vacat, æſtimationem vero & cõmodum maximum habet: nemo enim propter prophetiam inſanire quẽquam dicet, neq; prophetantes ridebit, ſed contrà obſtupeſcet mirabiturq;. Arguitur enim ab omnibus,inquit,hoc eſt,quæ quiſque condita mente ſua tenet,hæc illi reuelat,& in medium producit. †Lõge enim aliud eſt,ſeu pie quis,ſeu maligno & peruerſo propoſito ingrediatur,ſiue hoc, ſiue illud fecerit inſtituerit ve. Perſica Syriacáve lingua loquẽtem, quàm ſecreta pectoris reuelantẽ audire.]Quanto enim hoc vtilius,quanto religioſius eſt? Ergo de linguis,inſanire putabit,inquit,[ſed non à ſe id enunciat, ſed ab illorum iudicio. dicẽt enim,inquit,vos inſanire. Cęterũ] de prophetia, rerum teſtimoniũ adducit, & eorum qui vtilitatem ſenſerũt. Arguitur enim ab omnibus inquit, ab omnibus iudicatur,& occulta cordis eius fiẽt manifeſta,& procidens in faciem adorabit deum, renũcians quòd deus reuera ſit in vobis. Vides extra controuerſiã eſſe prophetiam: de lingua dubitabit quiſpiam,incredulus inſaniam nũcupabit: hic nihil tale fit,ſed mirabitur, adorabit,re dominum confeſſus primum,mox etiã verbis, Sic Nabuchodonoſor adorabat. Reuera deus veſter,inquit,ipſe eſt deus,ſecreta reuelans, quãdo patefactus eſt quòd hoc cere ſomnium potuiſti. Vides vim prophetiæ: ferum illum docuit,mutauit,& ad fidem perduxit. *Quid igitur eſt fratres? quoties conuenitis, alius canticum habet, alius doctrinam habet, alius linguam habet, alius reuelationẽ habet, alius interpretationem habet, omnia ad ædificationem fiant.* Chriſtianæ vitæ fundamentum,& regulam vides? vt enim ædificare architecti opus eſt, ſic Chriſtiani proximũ per omnia iuuare. Quia vero grauiter donum inuaſit,ne ſuperuacuũ videretur (arrogantiam nanq; retundere voluit ſolam) cęteris rurſus adnumerauit. Pſalmum,inquit,habet,doctrinam habet,linguam habet. Equidem †pſallere] quõdam ſic doni diuini fuit,quemadmodum docere: verũ omnia ad hoc vnũ,inquit,ſpectent,quî proximus emẽdetur,ſimpliciter vero nihil fiat. Si enim ædificandi fratris gratia non venis, quid neceſſe omnino veniſſe ſit? Non eſt longo donorum diſcrimine opus, vna res eſt quam volo,quam quæro,vt proxim⁹ ædificetur: in hoc qui minor donis eſt,maiorẽ antecellet,hoc habeat modo: huc dona ſimul omnia ſpectãt,qui eccleſiæ negociũ vnuſquiſq; pro ſuo modulo iuuet: quod niſi fit,in detrimentum & perniciem donum poſſeſſori verget. Quid enim neceſſe ſit, obſecro, vel mortuos excitare, vel futura dicere,ſi eius rei commoditas peruenirat nuſquã? Hic igitur donorum finis cũ ſit, & parari alio etiam modo poſſit,etiam dona præter,quid neceſſe ſit iactare ſigna: aut cum iactare non queas, miſerũ putare te? *Sue linguæ quis loquitur,ſiat per binos,aut ad ſummum ternos, idq; viciſſim, & vnus interpretetur. Quòd ſi non ſit interpres,taceat in eccleſia: ſibiipſi loquatur & deo.* Quid ais obſecro? poſtquam tam longa diſputatione,ſtultum,ſuperfluum linguis loqui ſi interpres non ſit docuiſti,iam loqui mandas? Nõ mando, inquit, ſed nec prohibeo: † vt ſi dicat,] ſi quis vos incredulus vocat,ireq; lubet,ite: nec vt eant, nec vt non eant mandat: ita [& hic,] ſibi vero loquatur & deo. Si ſibi non temperat, & ita eſt ambitioſus, vt tacere nõ poſſit: apud ſeipſum loquatur, vt ſic permittere, aliud nil prorſus ſit quàm vetare. Quod alibi quoque facit, de cohabitando diſſerens cum vxore, hoc propter veſtram intemperantiam,inquit,dico. Ergo de prophetia non eodem modo dixit: ſed mandans præcipiẽnſque, prophetæ duo aut tres loquantur, inquit: nec interpretem hic requirit,neq; ſilentium prophetæ imponit,quẽadmodum illic ſi interpres,inquit,non ſit,ſileto: neque enim præſtare hoc ſolum linguis loquẽs poteſt: qui porrò donum vtrunque tenet,loquatur: ſi non tenet,& loqui tamen vult,cum interprete loquatur. Nam propheta quidem interpres eſt,ſed dei,tu vero hominis: quod ſi interpres non ſit,ſileto: nam ſuperuacuum fieri nil debet,neq; ad oſtentationẽ. Sibiipſi vero loquatur & deo, hoc eſt animo & cogitatiõe, aut ſine ſtrepitu priuatim. †Si non vult,]neque enim legem tulit, ſed magis eſt cõcedendo dehortatus: quale illud, Si quis eſurit,domi edat. Nam qui ſic permittit,acerbius adeo reprehendit: non idcirco enim conuenitis,inquit, qui donum oſtẽtetis: ſed vt ædificetis prẽſentes: quod principio quoque dixit, ad ædificationem omnia fiant. *Prophetæ vero duo aut tres loquantur, cæteri iudicent.* Ad ſummum, vt in linguis,non adiunxit. Quid ita inquies? Si enim iudicium de prophetia cæteris permittit,ergo non eſt ipſa ſibi ſatis? Eſt illa quidem maxime: neque enim prophetam ſic compeſcit vt linguis loquentem,ſi deſit interpres: neq; quemadmodum de hoc,ſi interpres deſit,inquit,ſileto: ſic de propheta etiam, ſi deſit qui iudicet, ſileto dixit: ſed auditorem tãtum muniuit. totum enim hoc ad euidentiam auditorum diſputauit, ne quis interea ariolus admiſceretur,quod à principio curari iuſsit,vbi prophetiæ vaticiniiq; diſcrimen induxit, quod nũc quoq; diſcerni iubet,ne quis diabolicus præceptor ingrederetur.

Perrò

†ꝙ in periculã incidit. 1.Tim.6.b

†Longe enim aliud eſt ꝙ ingrediens hũc quidem Perſica, illũ vero Syriaca lingua loquentem vi deat: & ꝙ ingrediens ſuę mẽtis ar cana audiat, & tẽtãs ne ac peruerſo animo, an bono & ſano ingreſſus ſit: & ꝙ hoc & hoc fecerit ac iuſſerit

1.Cor.7.a

Ibidem.f

†pſalmos fa cere

†Si tamen voluerit, Sup.11.g

Suprà.7.a

Supra.10.f

tuerit. Quã to enim hoc illo vtilius, Danie.2.f

Universidad de Deusto
Biblioteca

Porrò si alij fuerit reuelatum assidenti, taceat prior: poteſtis enim A *singulatim omnes prophetare, vt omnes discant, consolationem accipiant omnes.* Quid ſibi vult dictum? ſi te prophetante, te loquente, inquit, ſpiritus alium excitarit, ſile deinceps. Nam quod de linguis præcepit, præcipit hic etiam, vt ſingillatim ſcilicet dicant, ſed ſi alij fuerit reuelatum. Quò enim illum dicere, hoc concitato attineret? vtroſque, inquis, oportet? ſed abſurdum & confuſionem parit. ergo priorem? atqui & hoc abſurdum, idcirco enim hoc loquente ſpiritus illum excitauit, vt aliquid afferret. Hinc quoniam illos compeſcuit, vt etiam conſolaretur. *Poteſtis*, inquit, *vnuſquiſque prophetare, vt omnes diſcãt, vt conſolationem accipiant omnes.* Vides cauſam cuius gratia omnia facit? ſi linguis enim loquentem vniuerſum loqui vetat, ſi deſit interpres, quia ſit inutile ſcilicet, †verisimile eſt] & prophetiam, quoties illud quod iuſsit non habet, ſed confuſionem parit potius & turbã, & tumul- B tum importunum† cohibiturum fuiſſe.] *Et ſpiritus prophetarum prophetis ſubiiciuntur.* Vide quàm vehementer, & quàm religioſe hortetur: ne quis enim contendat, aut ſeditionem moueat, donum ipſum ſubiectum eſſe debere docet: ſpiritũ enim, vim ipſam vocat. Si ſpiritus porrò ſubiicitur, magis te qui habes, reluctari tolerabile non eſt. Deinde ſic etiam deo placere monet: *Non enim confuſionis*, inquit, *author deus eſt ſed pacis, id quod in omnibus ſanctorum eccleſiis inculco.* En quantis illum compeſcit, hortatúrque vt concedere alteri velit? primum neminem ſi fiat prohiberi: prophetare enim ad vnũ, inquit, omnibus licet. Deinde etiam ſpiritui placere: ſpiritus enim prophetarum prophetis, inquit, ſunt ſubiecti. Ad hæc ex ſententia iſtuc ſic fieri dei: neque enim ſeditionis inquit, author deus eſt, ſed pacis. Poſtremum quia vbique terrarum iſta lex regnet, neque quicquam nouum C ipſis præcipiatur: ſic enim in omnibus, inquit, eccleſiis ago. Quid igitur magis ſit hiſce rebus obſtupeſcẽdum: profecto enim cœlum eccleſia tum fuit, ſpiritu cuncta adminiſtrante, cuncta eccleſiæ capita moderante, afflatu ſuo vnumquenque corripiente. Nunc vero veſtigia tantum rerum illarum tenemus, duo loquimur aut tres, & ſeorſim quidem, & altero ſilente incipit alter: verum hæc ſigna tantum ſunt, & monumenta rerum. Vbi igitur nos cœpimus loqui, cum ſpiritu tuo, plebs reſpondet: ita quondam ſcilicet locutos ſignificare volens, nempe non ſapiẽtia propria, ſed ſpiritu dei inſtinctos. Neque nunc quod me attinet, interea dico. Sed videtur eccleſia hodie, mulieri quæ manſuetudine veteri exciderit ſimilis, quæque ſymbola tantum fœlicitatis illius referat quædam, arcas & ſcrinia rerum precioſiſsimarum adhuc ſeruans, theſauro deſtituta, huic ſimilis eccleſia hodie videtur. Neque de donis hoc dico: neq; enim referebat admodum ſi illis ſolis careremus: ſed de vita, de virtute. Viduarum multitudo, virginum chorus, eccleſiæ totius ornamẽtum quondam, euanuit nũc, nunc nihil eſt prorſus, ſymbola extant quædam: ſunt enim & nunc viduæ, ſunt virgines, ſed ornamento iſto carẽt, quo indutos eſſe genus hoc certaminis ingreſſos oportet. Nam hoc tum præclarum virginum inſigne fuit, diuina cogitare ſola, & fœlix quædã ſedulitas omni triſticia vacans, & viduæ non tantum hoc argumẽtum fuit, ſecundis nuptiis non conglutinari, quàm cætera illa, hoſpitalitas, ſtudium in pauperes, conſtantia precum, & reliqua omnia, quæ Paulus ad Timotheum ſcribens, planè requirit. Iam quæ nuptæ ſunt hodie, magnam venuſtatem oſtẽdunt quidem, atqui non eſt hoc quod quæritur ſolum, ſtudio in miſeros diligenti eſt

†meritò.

†quieſcere iubet.

1.Tim.5.a

opus, quo præſertim matronæ veteres ſplendebant, nõ eo modo quo noſtræ. Illæ auri loco, miſericordiæ officiis velut mundo quodam veſtiebantur: noſtræ, relictis his, è viciorum catena funiculis aureis implexis, vndiq; cingũtur. Scrinium aliud paterni theſauri exinanitum hodie, dicam. Quondam pſallebãt in vnum omnes, facimus & nos: ſed tum, vna omnium mens, cor omnium vnum fuit: hodie ne vna quidem in mente cõcordiam vllam reperias, ſed bellis vndiq; omnia feruent. Pacem & nũc epiſcopus, velut paternam domũ ingreſſus omnibus optat, ſed pacis eius nomen frequens quidem extat, res prorſus nulla. Tum etiam domus eccleſiæ erant, nũc vero eccleſia domus, imò domo qualibet profana magis. nam in domo quidem ordo ſeruari ſolet. Hera thronum occupat, omni cum venuſtate, famulæ tacitæ ſedẽtes texunt, familiarium quiſq; quod imperatum eſt in manibus habet: hic vero magnus tumultus, magna confuſio, nihilq; à caupona differunt noſtra, tanta turba, tantus riſus quantus in balneis, quantus in foro, clamantibus, tumultuantibus omnibus, atq; hęc quidem in vrbe noſtra ſolum. Nam alibi ne amicum quidem, in quem poſt longum tempus incidiſti, compellare licet, ſed foris iſta fiunt, & recte quidem: neq; enim tõſtrina, aut vnguentaria taberna eccleſia eſt, aut officina forenſis: ſed locus angelorum, locus archangelorũ, regia†cœ †dei li,] cœlum ipſum. Quemadmodum igitur ſi cœlũ quiſpiam in anguſtum redactum illuc inducat, etiam ſi patrem, etiam ſi fratrem videas, tamen præ ſtupore nõ alloquare: ſic neq; hic aliud quicquam quã ſancta ſonare decet. Nam & hic cœlum dubitas? menſam iſtam vide, cuius gratia cõſtituta ſit, & quapropter: cogita quis hic ſit progreſſurus, ante progreſſum certe horrebis. Nã & thronum modo regis videns, animo cõſurgit quiſquis egreſſum regis expectat. & tu igitur, ante illud horrendum tempus animo tremiſce, animo cõmoueare, priusquàm vela reducta, & chorum angelorum progreſſum vides, in ipſum vltro cœlum aſcende. Sed iſta profanus ignorat: alia igitur producemus. Neque enim nobis deſunt, quibus excitari & ad ſubuolandũ impelli huc quiſque poſsit. Tu igitur qui hæc ignoras, vbi prophetã ita dicentem audis, Hæc dicit dominus, migrato terra, cœlum tu quoque aſcende, cogita quis ſit qui per illum tibi loquatur. Atqui hiſtrione riſum excitante, aut muliere turpiter in omnium conſpectum ſe proſtituente, theatrum totum ſummo cum ſilentio ſedet auſcultans, atque hoc quidem ſilentium nemine imperante, & nec ſtrepitus, nec clamor, nec rumor, ne minimus quidem exiſtit. Domino vero cœlitus de tam ſtupeſcẽdis rebus D nobiſcum loquente, canibus impudẽtiores ſumus, ſcortis reuerentiæ plus quàm deo exhibemus. Inhorreſcitis, cum iſta auditis, quin magis adeo, facientes horreſcite. Quod de pauperum contemptoribus Paulus ſeorſim̃q; edentibus, domos non habetis? eccleſias contemnitis, cęteros pudore afficitis, inquit. Idem mihi cum his quoque qui hic tumultuando, clamando, omnia complent, expoſtulare permittetis. Quid enim domos ad mugandum non habetis? eccleſiam dei contemnitis: ſi quis eſt qui modeſtus, qui tacitus eſſe velit, corrumpitis? Atqui iucundum colloqui cum familiari. Eſto ſanè, non veto, ſed domi, ſed foris, ſed in balneis fiat. Eccleſia enim nó diſceptandi, ſed diſcendi locus eſt. Nunc autem foro nil differt: & ſi non ſit temerarium dictu, fortaſſe nec ſcena ipſa: adeo proſtitutis ſcortis petulantius, quæ huc mulieres congregantur, ſeſe comunt, & ſine dubio non paucos etiam hic ſollicitant, homines intemperatos. Si

Supra

quis

quis corrumpere matronam conatur:locum hũc maxime idoneum putat. Timere quid aut mercari lubet,magis idonea ecclesia est quàm forum.Sæpius enim de his rebus hic quàm in ipsis officinis loquuntur. Dicere male,audire mala vis,etiam hoc frequentius hic quàm foris. Ciuilium domesticorum negociorum sermonem quæris, non est cur ad iudicium accedas, in schola sedeas medicorum:sunt enim hic,hic sunt, qui accuratius adeo etiam ista tibi exponant: omnia denique facilius hic quàm ecclesiam deprehendas. Nimis forsan acerbe vos reprehendo, at non puto. Nam si facere quæ facitis,pergetis,vnde nosse licet quî ista vos tangant? ergo necesse est eadem notare sæpe. Hæc igitur tolerari:hæc perferri possunt? Immo fecemus, vellamus quotidie, si quid vtile discendo meliores abeatis:hinc enim vt nũc quidem res sunt,nemo cum lucro, cum detrimẽto omnes abitis,vt qui in iudicium conuolatis,excusationem peccati nullam habetis. Si quid hic frugis bonæ est,magis vestris quibus omnibus vndique obturbatis explo-ditur:magna pars non audio quæ prælegantur,quæ dicuntur non satis percipio, inquit. Mirum vero tumultuaris,vociferaris,mente composita non accedis,& nõ percipio quæ dicantur,inquis.Aduertere igitur ob hoc ipsum oportebat: si enim cum quid obscurius dicitur, non excitaris:sine dubio cum plana dicuntur,præterlaberis.Idcirco enim,vt ne studium remitteres,perspicue non omnia dicuntur: nec imperspicue omnia, ne animum desponderes. Nihil horum quicquam Eunuchus *Actu.3.c* ille & barbarus prætexebat, sed tanta negociorum turba vallatus,etiam in via existẽs,librum in manibus habet tamen,legitq;,quanquam non satis quæ legeret, intelligebat:tu cui tantum præceptorum suppetit, qui tot anagnostas habes, prætextum & excusationes quæris, *precaris.* quæ dicuntur non percipis? Quin tagis igitur, vt percipias aliquando. Immo fieri ne si velis quidem potest vt omnia ignores,sua spõte multa clara sunt & perspicua. Iam vero si ignoras omnia,silere magis oportet.Primũ ne obstes aliis,deinde vt pudore & taciturnitate tua cõspecta,ignota tibi nota reddat deus.Sed silere non potes:exi igitur,ne aliis obstes. Vnam in ecclesia velut vnius corporis esse vocem oportet:semper itaq; qui prælegit, loquitur solus: & ipse qui episcopatum tenet, sedet,interim silens:& qui psallit,psallit solus,& vbi omnes succinuerunt,velut vno ex ore vox defertur: & qui verba populo facit,facit solus. Quòd si multi multa & diuersa inculcent,quid nos tumultuamur frustra? certe enim nisi me de tantis rebus temere frustráque loquentem crederetis, nunquam de inutilibus & friuolis vos, hic tantum effutiretis. Estq; non in vita modo, sed in ipsis rebus æstimandis, magna vbique vobis peruersitas:non necessariis inhiatis,veritatem abiicitis,vmbras & somnia persequimini: aut nõ vmbræ & somnia sunt, quæ sunt omnia, vmbrísque viliora, priusquam sunt, auolant, priusquam auolant ingentem turbam cient, voluptate maiorem.Inexhaustas opes defodias licet,veniente nocte nudo tibi migrandum hinc erit, & recte quidem. Nam qui somno diteſcunt, postquam euigilarunt,nihilo magis quæ habere videbantur,habent. Par diuitum ratio,immo deterior. Nam qui per somnũ diteſcit, vt opibus quibus videbatur non potitur, sic malis tamen surgens caret:diues vero vt pecunia caret, sic viciis quæ opes comitantur plenus abit.Et opulẽtus mala quæ secum opes ferunt imaginatus, ea non imaginatione quadã iam,sed reuera experitur.Rursum in somnis voluptas quædam est,hic autem voluptatem, si qua est, pœna sequitur, non in somnis, sed quam persentiscas: quin ante pœnam illam etiam hic dum conuertit opes,extremam quandam pœnam pendit,mille perturbationibus,curis,accusationibus,conuiciis,tumultibus, turbísque afflictus. Vt igitur & insomniis istis & malis veris liberemur,pro auaricia misericordiam amplectemur,pro rapina humanitatem: sic præsentibus futurisq; bonis potiemur,quæ vt omnibus nobis cõtingant, gratia faxit & benignitas Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum,Amen.

Homilia XXXVII.

Mulieres uestræ in ecclesiis sileant: nec enim permissum est illis ut loquantur,sed ut subditæ sint, quemadmodum & lex dicit. Postquam tumultum, quẽ linguæ & prophetiæ ambitio pepererat, composuit, & vt ne cõfusio fieret,lege sanciuit, singulos modo loqui: prophetantem vero suscipiente altero, silere etiam iubens.Iam deinceps ordine strepitum muliebrem pergit emendare,intempestiuam earum libertatem excindendo,& recte quidem. Nã si donis præditos & spiritu instinctos loqui quomodocunq; & quotiescunque volũt, non sinit: multo minus has temere frustráq; nugari patietur.Magna itaq; cum authoritate,nugas illarum cõpescit,legẽq; adducta munitus,sic ipsis ora consuit: non monet enim solum consulitve, sed vehementer etiã imperat,veteri lege ad hoc recitata. Nam cũ dixisset,mulieres sileant, quibus non loqui, sed subiectis esse licet, statim quemadmodũ lex iubet,inquit. Vbi igitur iubet lex? † Sub viri potestate eris, ‖ & ipse dominabitur tui. † *ad virum tuum cõuer sio tua.* Vides quo testimonio vtatur? quòd non silere modo, sed silere cum formidine iubet, & tanta quidem, quãta seruam decet.Itaq; cum loqui permissum esse negat, nõ *Gene.3.c* statim silere, sed quod multo amplius est, subiectas esse iubet:quòd si viris,quanto magis præceptoribus, patribus,ecclesiæ cœtui communi?Si porrò nihil loquentur, nihil rogabunt,inquis,quò tandem pertinet adesse? Vt audiant quæ oportet, quæ dubitent domi ex viris suis discant.Vnde subiungit: *Si quid discere uelant,domi uiros suos rogent.* Non solum enim loqui non permittitur,inquit,sed ne interrogare quidem in cœtu: quòd si interrogare non licet,multo minus loqui. Et quid tãdem sibi tam graue præceptum vult,inquis?Sine dubio imbecillius quiddam esse mulierem, instabilius & leue: itaq; viros earum constituit præceptores,vtriusq; vtilitatem secutus,quòd efficere illas quidem irreprehensibiles velit,hos autem intentiores, tanquam qui quod audiant, magna cum diligẽtia sint apud vxores suas deposituri. Deinde cum superbituras esse,si publice loquendi facultas traderetur,putarent,in contrarium orationẽ vertit, *Turpe*,inquiens, *est loqui in cœtu mulieres*: primum quidẽ hoc lege diuina confirmans,deinde ratione communi & consuetudine: quemadmodum cum de coma differeret,non ipsa natura vos,inquit,mouet? quem quidem *Supra.11.d* ipsius morem vbiq; deprehendas, non à diuinis modo, sed & à communi consuetudine,ab his item quę omnibus videntur, & vbiq; sunt impressa suadẽtem,quod & hic fecit. *Num à uobis sermo dei profectus est, aut num,* inquit, *in uos incidit solos?* Cæteras etiam ecclesias legẽ hanc seruare docẽs,simul turbam nouitatis studio datam,refellens,& calculo multorum orationem probabilem reddens. Vnde alibi, qui vobis in memoriam reducet,in- *Ibid.4.d* quit, vias meas quæ sunt in Christo, id quod per omnẽ vbiq; ecclesiam docemus.Et rursum: Non enim confu- *Hic sup.f* sionis author deus est,sed pacis,vt in omnibus congregationibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

gationibus sanctorum &c. Et hic: Nunquid à vobis sermo dei profect⁹ est, aut in vos incidit solos? hoc est, nec primi vos, nec soli fideles estis, sed orbis vniuersus:
Coloss.1.a quod & Colossensibus scribit: quemadmodum in toto mundo fructificat, inquit, augetúrq; : de euangelio loquens. Facit idem aliter etiam, nẽpe quò auditores impellat, vt cũ inquit, ipsorum prima esse & omnibus nota. ¶Et Thessalonicensibus: ¶ A vobis enim verbũ domi-
¶N.2 Thess. Salomicẽsib⁹ scribens. ni insonuit, inquit, & in omni loco fides vestra, quæ est
1. Thes.1.c in deum, dimanauit. Et Romanis itẽ, quòd fides vestra
Rom.1.a annunciatur, inquit, in toto mundo, vtraque enim res, ab aliis laudari, & sentẽtiæ suæ participes alios habere, ad permouendum, excitandumq; plurimũ valet. A vobis igitur sermo dei profectus est? inquit, aut in vos incidit solos? haud enim istuc à vobis, inquit, dici potest, cum præceptores nos simus aliorum discere ab aliis nõ decere, aut quòd fidei negocium hic constiterit solum, aliorúmq; exempla recipi non possint. Vides à quot rebus suadet? legem produxit, esse turpe monstrauit. Eccle sias cæteras obiecit, postremò quod validissimũ est, per me ista deus sic ordinauit, inquit: *Si quis propheta esse aut spiritualis videtur: agnoscat quæ vobis scribo*, inquit, *quòd domini sint præcepta. Si quis porrò ignorat, ignoret.* Quî istuc induxit? nec cogere, nec contendere se, monstrans, quod nõ sua constituere volentis, sed aliorum commoda quærentis
Sup.11.c est argumentum. Vnde alibi, si quis contẽtiosus esse videtur, nobis ea consuetudo non est. Hoc autẽ non vbique facit, sed quoties non magna peccata sunt, magis tũ scilicet hortatur quàm reprehendat, in cæteris nõ item,
Ibid.6.b sed quo modo? ne erretis, inquit, nec adulteri, nec mol-
Galat.5.a les regnum dei possidebunt. Item, ecce ego Paulus edico vobis, si circuncidimini, Christus nihil vobis prodest: hic autem cum esset de silendo sermo, rem nõ vehementer vrget, tanto magis ipsos impellens. Deinde, quod vbique solet, ad institutum vnde digressus est, rediens: *Itaque fratres*, inquit, *hoc enit.amini, vt prophetetis, & linguis loqui ne vetueritis.* Cõsuecuit enim, non quod propositum est conficere solum, sed si quid coniunctum alteri quomodocunque videtur perstringere, & istuc vnde digressus est redire, ne excidisse argumẽto videatur: vt cum de concordia disputat cœnæ, in mysteriorum cõmunicationem egressus, & hinc rursus ad argumentum
Suprà.11.d reuersus, itaque in vnum cõuenientes inuicem vos expectetis, inquit. Et hic de moderatione donorum loquens, & nec dolendum propter inferiora, nec exultãdum esse propter maiora docens, in muliebre decorum egressus ad institutum redit. Fratres, inquiẽs, emitamini vt prophetetis, & liguis loqui ne vetueritis. Vides quàm constanter ad finem vsq; discrimẽ seruet, illud prorsus necessarium esse ostendens, hoc non item. Itaq; de illo conemini, de hoc ne vetueritis, inquit. Hinc velut summa quadam omnia corrigendo, *Decenter*, inquit, *& ordine omnia fiant.* Eos qui temere & furiosorum more, ordinem omnem perturbabant taxans, quãdo nihil æquè ædificat, vt moderatio, vt pax, vt charitas, tantum sanè quantum illorum contraria dispergunt: atq; istuc videre non in spiritualibus modo, sed in rebus cæteris omnibus licet, in choro, in naui, in curru, in exercitu, si ordinem turbes præstantiora loco mouens, subst ituas deteriora, omnia perdis, sursum deorsum omnia misces: agè igitur ne ordinem turbemus, neq; deorsum caput, pedes sursum vertamus, quod tum fit fratres, cũ ratione proculcata, affectus, furorem, iram, voluptatẽ in imperium accimus, vnde ingens tempestas, ingens oboritur turbo, intolerandi fluctus, rebus omnibus dẽtissimis tenebris inuolutis: & si lubet negocij eius deformitatẽ primum, mox etiam incõmoda dispiciamus: & vt res perspicua sit, hominem his moribus præditum in medium constituamus, meretrici addictum, cupiditate absurda captiuum: spectaculum risu dignũ videbis. Quid enim turpius, quàm ad ostium meretriciæ domus hærere cãtillantem, pugnis à scorto cõtundi, flere, lugere, seipsum deturpare? Vis & pœnã videre? cogita pecuniarũ sumptus, periculum sæpe extremum, cum corriualibus bellũ, vulnera, plagas, ex hoc prælio quęsitas. Huiusmodi sunt etiam, quos auaricia obnoxios tenet. Imò turpiores: nã hi circa vnum corpus, auari circa omniũ possessiones, diuitum, pauperum, ex æquo sunt occupati, rerúmq; quę nusquam sunt, studio tenentur, quæ res absurdũ esse malum, vel maxime declarat. Neq; enim huius illiúsve possessiones habere, sed domos, montes, omnia aurum esse vellent: in alterum transeunt orbem, in immensum excurrunt, cupiditatis finem non habent. Nam quæ dicẽdi vis cogitationum illarum tempestatẽ, procellas, noctem referre potest? Vbi porrò fluctuum tantum, tãtum hyemis, quę voluptas superesse potest? nulla prorsus, nulla: sed tumultus, sed dolor, sed dẽsę nubes, pro aquis immensam secum acerbitatem ferẽtes. Hoc omnibus alienæ formæ insidiantibus, aliena concupiscentibus accidere solet. Vnde qui prorsus non amant, voluptate longe maxima fruũtur, neq; negari potest. Adde etiã illud, eum qui amat, sed continet se tamen, imperitátq; sibi, voluptatis plus percepturum, quàm qui in ipsis voluptatibus meretricius assidue volutatur. Difficile fortasse monstratu sit, tamen conandum: difficile dico, non ex ipsa rei natura, sed ob auditores ad philosophãdum parum instructos. Agè igitur, dic mihi amatori, vtrum iucundius est, despici ne, an in precio apud amatam esse? satis hoc constat. Vtrum igitur dic mihi: reuerebitur adultera magis, seruúm ne & in potestatem iam redactum, an eum qui retibus huius sublimior est, altius huius sagittis volat? Constat & hoc. Pergamus porrò: in vtrum igitur studij plus locabit? constrictúmne, an qui nondum est cõstrictus? vter gratiosior erit, inclusúsne, an nunquam dũ captus? dubitatis? vestro consensu rem mõstrabimus. Quam mulierem magis amas tu, an quæ statim dedat submittatq; se, an quæ neget, & negocium tibi exhibeat? Hanc scilicet magis. Nam desiderium sic accenditur tandem. Idipsum accidit in muliere: suspiciunt enim & honorant eũ magis qui se despicit. Quòd si hoc est verum, erit & illud. Nẽpe voluptatis plus percepturum, qui diligitur magis. Sic imperator vrbẽ quã semel cepit, negligit: reluctantem & contendere audẽtem, obsidet cum magno studio. Venator itẽ feram circum inclusam tenebris: sic quemadmodum amatorẽ meretrix seruat: fugiẽtem vero sectatur. Sed *ille* voluptate fruitur, inquis: hic non fruitur. At vero non deturpari, non seruire, velut mancipium, non duci, nõ cædi, non circunduci, non conspui, non in caput pręcipitari: paruam, dic mihi, voluptatem esse putas? Certe si reputari satis, & in vnum colligi cõtumeliæ omnes possent, crimina omnia, rixę assiduę, quæ partim ex ingenio muliebri, partim ex ipsa voluptate nascuntur, inimicicię & cætera omnia, quæ nisi qui patiuntur, satis nemo nouit: quód vis bellũ inducias plures habere comperiet, quàm miserrimam hanc vitam. Quam igitur tu voluptatem ex hac re narras? tumultuariam & breuẽ, & quam mox occupat bellum, fluctus, furor, insania. Atque hæc quidem idcirco vobis dico, vt iuuenes intemperãtes, quibus cũ agitis, interpelletis: hos inquam, qui de cœlo, de

inferis

inferis disputationem non admodum ferant, quod si A
ferant, etiam hæc in medium afferre licet: dici quanta
continentium hominum voluptas sit non posse, vt qui
coronam sibi ipsis concinnent, & præmia, consuetudi-
nem angelorum, & toto orbe terrarum præconium,
libertatem, spem certam & immortalem. Sed concubi-
tus voluptatis quiddam, inquiunt, habet. (nam hoc est
quod assiduè versant) continēs autem voluptatem ha-
bere ne potest quidem, bellum cum naturæ tyrannide
sine intermissione gerens. Imò contrà res est. Violen-
tia nanque & turba penes impuros est maior tumultus
ingens, & qualibet tempestate sæuior: sic ille habet, vt
nunquam ad cupiditatis congressum consistat, victus
assiduè cadat, quemadmodum dæmoniaci malignis
spiritibus agitati. Continens autem ille prælio victor,
hanc assiduè prosternit, nobilissima & infinities præ-
stantiore voluptate potitur, simul ipsa victoria, & con-
scientia bona, & splēdidissimis trophæis perpetuò ful-
gens. Quòd si voluptuarius ille, congressu paulisper à B
malis suis respirat, nihil istud est, momento tempestas
redit, momento fluctus. Continens verò iam à princi-
pio, turbæ locum non facit, surgere pelagus, sæuire bel-
luam non sinet. Quòd si dum impetum sustinet, patitur
tum quiddam, quid tum postea? cùm ille assiduè sau-
cietur, agitetur, œstrum ferre non potens: † ita planè, vt
si equo fero, insano, calcitroso, quem freno & arte om-
ni aduocata retinere non possit, dum molestiam eua-
dere vult cōcedat, vinctus abripitur & præceps in om-
nes partes. Hæc quòd manifestius paulo disputata no-
bis sunt, nemo criminetur: neque enim orationis gra-
uitate cōspici studemus, sed graues eos qui audiant ef-
ficere: certè nec prophetæ sibi ab hoc genere verborum
temperarūt, quoties excindere Iudaicam intemperan- C
tiam studēt, & clarius ista quàm nos tangunt. Nam &
medicus putredinem eiicere volens, qui mundas ma-
nus seruet non curat, sed qui ægrum sanet: & qui deie-
ctum releuare vult, deiicit se prius. Qui mactare insi-
diatorem suum festinat, sanguine se illius conspergit.
Immo hoc est quod victoriam pleniorē reddit. Nam
neque prælio reuersum ducem, si sanie, si cruore, si cere-
bro conspersum inquinatumq; cernamus, ob hoc odi-
mus auersamurve, sed tollimus: istuc nos quoque facia-
mus, si quem cupiditate mactata, sanguinolentum redi-
re videmus, admiremur, socios nos pugnę adiūgamus,
intemperātes rogemus, fructum nobis aliquem volup-
tatis suę mōstrent. Nam continens ille ex victoria cer-
tum reportauit, tu verò nullum. Sed illam à congressu
voluptatem profertis: atqui clarior, solidior hæc est. D
E congressu breue quiddam & momentaneum habes:
ille rerum gestarum conscientia maiorem, cōstantio-
rem, suauiorem. Quid enim mulieris congressus? num
quemadmodum philosophia mentem imperturbatam
& sublimiorem reddere potest? Hic igitur quemadmo-
dum dixi, clare nobis sic voluptatem monstrat: in te,
† cùm ob repulsam tristiciæ multùm sit,] voluptatem,
vt maximè velim, inuenio nullam. Nā quod mihi vo-
luptatis, illius tuæ constitues tempus? Illúdne ante rem?
insania est & mentis abscessus: dentes enim collidere,
stupere, non est credo voluptatis, quòd si voluptatis il-
la sunt, nunquam facere te, quæ dolētes faciunt, cogat:
pugiles & qui cæduntur, dētibus fremunt: idem mulie-
res dolentes faciunt, & laboribus diuulsæ: nō est itaque
voluptas, sed alienatio mentis, tumultus, perturbatio.
† quæ pepe- At tempus quod insequitur, dices: Nō potes. Nunquid
rit. enim † parturiens] voluptatem sentit? minimè, sed à do-

loribus liberatur: quæ vtique voluptas non est, sed im-
becillitas, & dissolutio, inter quæ quantum interfit, vi-
des. Quòdnam igitur voluptatis tuæ fuerit tēpus? nul-
lum certè: aut si est, ita breue est, vt deprehendi nō pos-
sit: quod etiamsi summo conatu retinere velis, non po-
tes. Aliud est sobriæ voluptatis tempus latum, & omni-
bus notum. Immo verò vita vniuersa bene sibi consci
viri, dum coronatur, dum fluctibus est trāquillus, dum
nullo quoquouersus impeditur tumultu, voluptate
peragitur quadam. Si igitur hic quidem in voluptate,
voluptuarius autē in tristicia & perturbationibus agit,
intemperantiam fratres fugiamus, continentiam quæ-
ramus, vt futura etiam bona consequamur, quę vt om-
nibus nobis contingant, gratia fauit & charitas domi-
ni nostri Iesu Christi, cui gloria in secula, Amen.

Homilia XXXVIII.

NOtum vobis facio fratres euangelium, quod euangelizaui Cap. XV.
*vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & sa-
lutem consequimini, quo pacto annunciarim vobis.* Ex-
plicato seorsim de spiritualibus tractatu, ad
eam quæ omnium maximè necessaria est, resurrectio-
nis disputationem sese conuertit. Nam & hic vehemē-
ter laborabant. Et quemadmodum in corporibus post-
quam ad præcipua morbus, neruos dico, venas & ele-
menta prima peruasit, immedicabilis iam est, nisi sum-
ma cura tractetur: ita hic quoque ne fieret, periculum e-
rat: ad ipsa enim † impietatis] elemēta malum hoc ver- † pietatis.
gere cœpit: magno igitur studio vsus est Paulus. Neque
enim de vita iam controuersia est, aut quòd adulter il-
le, ille auarus sit, alius caput habeat velatum, sed de ipsa
bonorum summa. Nam de resurrectione dissentiebāt.
In qua cùm vniuersa fidei nostræ spes sita sit, ad oppu-
gnandam eam magno se studio satan comparauit. Et
nunc omnino non esse, modò præteriisse, contendit:
quod quidem tam peruersum dogma Timotheo scri- 2. Tim. 2. 6
bens, gangrænam Paulus vocauit, authoresq; reos per-
agit: quorum, inquit, de numero est Hymenæus & Phi-
letus, qui circa veritatem aberrarunt, dicentes, resur-
rectionem iam esse factam, & subuertunt quorundam
fidem. Nunc igitur hoc dicebant: nunc verò, nō resur-
gere prorsum corpus, sed mentis repurgationem, re-
surrectionem esse. Hæc igitur vt inculcarentur vulgo,
malignus ille satan fecit: non resurrectionem solum,
sed quæ pro nobis Christi beneficia sunt, semel euerte-
re omnia, & fabulam esse, mōstrare volens. Nam si no-
strorum corporum resurrectionem nullam esse per-
suasissēt, mox etiam Christum subuertissēt ipsum. Pro-
gressus enim nec adfuisse Christum, nec quicquam pro
nobis fecisse contenderet. Hæc huius vafricies est: vn-
de insidias Paulus vocat, quòd nō recta causam aggre-
diatur, † ne scilicet ruat,] sed larua inducta, & persona † ne mani-
sumpta alia, aliud interim struit. Et velut hostis aut ma festarē fiat.
leficus vrbem mœniaq; inuadens, cuniculos agit fal-
lens, quò & obseruatu difficilior sit, & efficere quæ vult
facilius possit. Hinc huius laqueos sagaciter vestigans,
& malignas insidias vir ille mirandus deprehendens,
Huius, inquit, consilia non ignoramus. Nam & hic do- 2. Cor. 2.
lum totum prodit, machinas omnes patefacit, & quid
in vniuersum conetur, in medium summa cura produ-
cit. Hoc caput est reliquorum summè necessarium, cæ-
tera nosta continens omnia. Itaque hic mihi Pauli so-
lertiam vide. Nam domesticis suisq;, primùm muni-
tis, hinc iam ad alios orationem vertit, & eos qui ex-
tra sunt, compescit. Munit autem suos quidem, non ra-

† ac simile quid istis euenit, quale si furiosus quispiam equū ferum, insanū, calcitrosū fræno retineat, & arte omni adhibita cōtineat: alter vero quo laborē istū fugiat, omnia cōcedēs, ab illo abrept⁹ in omnes partes præceps feratur.

† quòd succubueris, tristiciam quidē video.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionibus,ſed geſtis iam rebus,& ab ipſis iamdudum receptis, perſuaſiſq; quod quidem ſuadendi,retinendiq; vim præcipuam habet, vt ſi repugnaturi ſint, iam non Paulo,ſed ſibi ipſis repugnēt: quod nil aliud fuit, quàm ſeipſum accuſare velle, & quæ cœpta ſemel poſitaq; erant deiicere. Hinc igitur orditur, innuens nullis aliis ſibi teſtibus eſſe opus, qui ſe verū dicere probent, quàm illis ipſis,qui ſunt decepti. Vt autem quod dico manifeſtius fiat,verba iam ipſa audiamus. *Notum*,inquit,*vobis facio fratres euangelium quod euangelizaui vobis.* Vide qua æquitate orditur,vides vt à principio nil noui,nil alieni inducturum ſe monſtret: nam qui quod cognitum iam eſt notum facit,nihil aliud,quàm quod in obliuionem venerat,in memoriā reducit:fratres verò vocans non paruum etiam hinc adiumentum cauſæ præbet. Nam fratres nō aliunde quàm à carnis Chriſti diſpenſatione fimus: ſic igitur hos vocat, concilians interim captanſq;, ſimul innumerabilium beneficiorū admonens.Pertinet eodem quod ſequitur, cùm euangelium inquit, cuius quidem hoc eſt caput, hoc ſummum, vt deum hominem factū crucifixum vitæ redditum ſciamus. Hoc Gabriel virgini, hoc orbi terrarum prophetæ & apoſtoli omnes annunciarunt. *Quod euāgelizaui vobis*,inquit,*& quod accepiſtis,in quo ſtatis,per quod ſaluati eſtis, quo pacto annunciarim vobis ſi tenetis,niſi fruſtra credidiſtis.* Vides vt ipſos teſtes aduocet dictorum? & non quod audiuiſtis, ſed quod ſuſcepiſtis, inquit, velut depoſitum quoddam repoſcens,oſtendenſq; nō verbis,ſed re, ſed ſignis, ſed miraculis receptum, & quod teneant prorſus. Deinde quia vetera commemorat, etiam præſentem rerum ſtatum adducit. *In quo ſtatis*,inquit. Ita prę-occupans, vt ſi maximè velint,negare nō poſſint. Vnde etiam principiò,nō doceo,ſed facio notum,inquit, quod clarum iam eſt.Et quo pacto fluctuantes ſtare dicit:ignorantiam pro cauſæ vtilitate fingit,quòd etiam in Galatis fecit,quanquam ratione diuerſa. Nam cùm iſtic diſſimulare nō poſſet,paulò ſecius orationem ad-
Galat.5.b ornauit. Confido, inquit, de vobis in domino, aliud nihil vos ſenſuros:nō inquit,aliud nihil ſenſiſtis,quando confeſſum notumq; crimen erat: ſed futurum,licēt ignotum eſſet quò magis eos attraheret,promittit.Hic autem ignorare ſe fingens,in quo ſtatis,inquit.mox lucrum, in quo ſaluamini, quo pacto annunciarim vobis,inquit:quaſi ad perſpicuitatem doctrinæ nunc pertineat & interpretationem: diſcere dogma neceſſe,inquit,non eſt, ſed in memoriam reuocare, ſed reſtaurare.Hæc porrò ſic dicit,cōfundere ſemel vniuerſos non volēs.Quid autem vult,quod dicit,quo pacto annunciarim vobis? quo pacto reſurrectionem fieri docuerim,inquit:Nam quòd reſurrectio quidem ipſa ſit, aio vos dubitare non poſſe, fortaſſe autem noſſe manifeſtius vultis: dicam ſanè. Nam dogma quidem habere vos ſatis ſcio.Deinde cùm,in quo ſtatis,dixiſſet: ne remiſsiores faceret,ſic rurſus terret: *Si tenetis*, inquit, *niſi fruſtra credidiſtis.* Circa iugulum vulnus, & non de re friuola certamen,ſed de ſumma fidei eſſe oſtendens:& hoc lenius nunc quidem,progreſſu verò poſtquam in-
Hic infra.c caluit,nudo deinceps capite clamās,Si Chriſtus inquit, ſuſcitatus non eſt, inane videlicet eſt præconium noſtrū,inanis veſtra fides,& in peccatis adhuc eſtis. Principiò verò placidè ſenſimq;, quod vtilius eſſe videbatur:incedit. *Tradidi enim vobis in primis,quod & acceperam.*

Ne hic quidem dixit,docui,ſed eadem voce vſus tradidi,inquit,quod & accepi:nec ſe didiciſſe,ſed accepiſſe teſtatus: duo confirmans, & quòd obtrudere ſua in A euangelij negocio fas non ſit, & quòd rerum ipſarum certitudine non verbis nudis fuerunt inſtituti, quod paulò pòſt probat, omnia Chriſto accepta ferens, nullumq; dogmatum ſuorum humanum eſſe docēs.Quid eſt autem,quod tradidi in primis,inquit? iam à principio ſcilicet,non nunc:& hoc eò pertinet, vt †etiam ſpi- *†tempus.*
ritum ſin teſtimoniū vocet,& quod extremę dementię ſit,tam longo tempore perſuaſos, nunc tandem mutari.Præterea cùm neceſſariū planè dogma ſit, inter prima præcipuaq;,& ab ipſo ſtatim principio traditum eſſe.Et quid tandem tradidiſti?Dic quęſo. Non oſtendit hoc ſtatim,ſed prius quod accepit.Quid igitur accepiſti? *Quòd Chriſtus mortuus pro peccatis noſtris ſit.* Non illico reſurrectionem corporum eſſe dicit, ſed hoc ipſum confirmat,longius ratione petita, quòd Chriſtus mortuus ſit,inquit:ingens fundamentum,baſim ſolidā prę-B ſtruens reſurrectioni. Non ſolùm enim mortuus eſt, quanquam aſtruēdæ reſurrectioni fuiſſet hoc ſatis: ſed pro peccatis,inquit,eſt noſtris mortuus.Operęprecium hic ſit eos qui Manichęo morbo laborant,veritatis hoſtes & propriæ ſalutis inſidiatores audire quid dicant. Quid dicūt igitur? Mortem hic nihil aliud ſignificare Paulo,quàm in peccatis eſſe:reſurrectionem verò,peccatis liberari.Vides vt nil ſit errore magis imbecillum, vides vt ſuis ipſius alis implicatur. Nec oppugnatione aliunde eſt opus,transfigit ipſe ſeſe.Vide igitur quî ſuis ſe telis transfixerunt. Nam ſi hoc mors eſt, & Chriſtus ſecundum vos corpus non accepit,mortuus eſt autem, in peccato igitur ſecundum vos fuit. Nam ego corpus accepiſſe dico,& mortem carnis eſſe ſimiliter dico.Ergo ſi hæc inficiaris, illud concedas oportet: quod ſi in peccato fuit, quó nam pacto dicet, Quis[ex vobis]de *Ioan.8.f*
C peccato me arguere poteſt? Item, Princeps mundi hu- *Ibidē.a*
ius venit,& in me non †inueniet ſquicquam: & rurſum, *†habet.*
Ita nos decet vniuerſam iuſticiam implere. Quî vero *Matt.3.d*
omnino pro peccatis mortuus eſt,ſi in peccato fuit? nā pro peccatoribus qui moritur, peccati immunē ipſum eſſe decet. Nam ſi peccauit ipſe, pro alieno peccato quî morietur? quod ſi pro alienis mortuus eſt,peccatis ipſe liber mortuus eſt ſanè: quod ſi peccatis liber mortuus eſt,nō eſt peccati morte(alioqui quî peccato vacet) ſed corporis:quod ſi hanc mortem oppetiit,ab eadem certè reſurrexit. Vnde non ſimpliciter mortuum, ſed pro peccatis noſtris mortuum dixit, etiā inuitos ad corpoream Chriſti mortem recipiendam cogēs, & per hoc, ante mortem etiam, peccatis liberum fuiſſe probans. Nam qui pro peccatis moritur alienis, liberum ipſum
D peccato eſſe conſequetur. Neq; hoc fuit contentus,ſed *†ſecundum*
†ſcripturas]adiungit,& dignam prorſus fide reddit o- *ſcripturas.*
rationem, oſtendens quá nam de morte locutus eſſet. Nam corporis mortem ſcripturę pronunciant paſsim: Foderunt enim manus meas, pedes meos, inquit. &, *Pſal.21.d*
Videbunt in quem †deſęuierunt:]& multa(neque enim *Ioan.19.f*
nunc omnia referre lubet) huiuſmodi partim verba, *†transfixerunt.*
partim typos carnis mactationem, & eam quidem pro *mei.*
peccatis factam,ſignificantes,reperias paſsim.A peccatis enim populi mei,inquit,venit in mortē.&,dominus *Eſaiæ.53.b*
ſeipſum tradidit peccatis, inquit, noſtris, & ſauciatus eſt propter peccata noſtra.quod ſi audire vetera grauaris,Ioannem audi vtrunque & mortem & mortis cau- *Ioan.1.d*
ſam proclamantem: Ecce enim agnus,inquit,dei, pec- *1.Cor.5.d*
catum mundi tollens.Et Paulus:Qui peccatum,inquit, *†peccatum.*
non nouit,pro nobis †peccata]fecit, vt iuſticia dei fie- *Galat.3.b*
remus in ipſo.Et rurſum: Redemit nos Chriſtus à ma- *†maledictione*
ledictione legis, inquit, factus †maledictus]pro nobis *lin.*
ipſe.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Coloss.2.c ipse. Et iterum, Spolians principatus ac potestates, ostentauit palam, triumphans de illis: & mille præterea quæ corporis mactationem factam, & quidem pro peccatis nostris ostendunt. Nam & ipse, Pro vobis, inquit, Ioan.17.c sanctifico meipsum: &, Princeps huius mundi iam iudicatus est, Ibidē.16.c ostendens peccato immunem se esse mactatum. *Et sepultus.* Confirmat hoc priora. Nam quod sepelitur, corpus prorsus est: hic autem non secundum scripturas dixit, quanquam id potuisset: seu quòd sepulchrum tunc, & modò omnibus esset notum: seu quòd ad omnia communiter pertinet, quòd secūdum scripturas dicit. Quod si sit, cur excitatum tertia die secundum scripturas, inquit, voce prius posita, & ad cætera communi non contentus? Erat enim obscurum plerisque: idcirco secundum scripturas denuò dixit: nec sine diuino instinctu, vt istuc diceret viro in mētem venit. Sed de morte quid? non idem dixit? Quòd crux etiam B ipsa nota omnibus esset, cernentibus cunctis mortalibus cruci affixus est. Causa verò rei non omnibus est æquè nota. quòd mortuus esset omnes norant, quòd pro peccatis orbis terrarum, haud ita multi sunt qui norūt. Vnde scripturæ testimonium adducit: verùm hęc satis arbitror per cætera quę sunt à nobis disputata. Sed vbi nam sepultum esse, tertia die resurrexisse scriptura docet? Per eum quem Ionas gessit typum, quem & ipse citauit. Quemadmodum Ionas in vētre ceti erat, inquit, Ionæ.2.a dies tres, tres noctes. Per rubum in deserto: nam & ille Exod.3.a flagrans non cōflagranit: sic corpus illud mortuum est quidem, sed morti subditum perpetuò nō mansit. Idem innuit apud Danielem Draco: nam vt ille cibū quem Daniel.14.c propheta dabat, simul ac gustauit, crepuit medius: Sic corpore Christi sorpto, tartarus est diffisus, corpore huius ventrem eius perrumpente remeanteq;. Quòd si audire pro typis clara testimonia vis, Esaiam auscultа: Esaiæ.53.c quoniam tollitur, inquit, de terra vita eius, & ipsum mundare à plaga dominus vult, monstrareq; lucem. & Psal.15.c ante hunc Dauidem, Non derelinques, inquit, in inferno animam meam, nec permittes vt interitum videat sanctus tuus. Hinc igitur Paulus ad scripturas nos remittit, vt sciremus quàm ista non sint temerè facta. Nam qui istuc tot vatibus prædicentibus, præcinenti- †dominicę. busq; fieri posit, præsertim cùm scriptura mortis† diuinæ memor, nusquam peccati, corporis verò mortem, sepulchrum, resurrectionem vbique testetur? *Et quòd visus sit Cephæ.* Fide præcipuè dignum testem ponit.

Deinde duodecim illis. Postea visus est plus quàm quingentis fratribus simul, ex quibus plures manent in hunc vsque diem, quidam autem obdormierūt. Deinde visus est Iacobo, mox apostolis omnibus, postremò verò omnium velut abortiuo visus est & mihi. Scriptu- D ræ testimonio de resurrectione producto, producit etiam testes, post prophetas & scripturas, ipsos apostolos & cæteros pios citans. Quòd si de peccati resurrectione loquatur, quò attineat dicere, visus huic est, visus illi est: hæc enim corporis resurrectionem probātis, non peccati liberationem significantis vox est: vnde non semel visus est, inquit, quanquam in commune posita vox sufficiebat. Atqui iterum & tertiò & in omnibus ferè qui viderunt, eandem repetiuit. Visus est, inquit, Cephæ, visus est plus quàm quingentis fratribus, visus est mihi: quanquam euangelium contrariū dicit, nempe Marię primū visum: sed inter viros, huic primum, Marc.16.b se scilicet videre maximè flagranti. Apostolos verò Actor.1.d duodecim cur facit? Nam post assumptionem Mathias tandem, non post resurrectionem statim electus est. Verisimile est post assumptionem etiam visum. Is igi-

A tur apostolus post assumptionem, & vocatus est, & dominum vidit: itaque non quo cuique tempore, sed promiscuè visum narrat: & verisimile sæpius etiam apparuisse. Vnde Ioannes tertiū hoc inquit, sese conspicien- Ioan.21.d dum dedit. Deinde visus inquit, supra quingentis fratribus est. Supra, quidam è sublimi & ex cœlis interpretantur, quòd nō in terra gradiens, sed è sublimi sit visus, vt qui non tam resurrectionē, quàm assumptionem voluerit monstrare. Quidā supra, pluribus quàm quingentis interpretātur. Ex quibus superstites sunt, inquit, in hunc vsque diem multi. Tametsi rem iandudum gestam narro, tamen testes, inquit, viuos adhuc proferre possum. Quidam verò dormierunt. Non inquit, mortui sunt, etiam hinc resurrectionem obiter cōfirmans. Deinde visus est Iacobo. Mihi fratri suo videtur, quem quidam ab ipso Hierosolymis episcopum primo constitutum volunt. Deinde apostolis omnibus. Erant enim & alij quidam apostoli, quemadmodum septuaginta illi. Postremo mihi quoque velut abortiuo. Modestior oratio est. Neque enim quia postremus erat, postremo visus est ei: nam vltimus vocatus sit licèt, tamen multis, immo omnibus cæteris clarior fuit. Sed nec quingenti illi, quia prius eis apparuisset, Iacobo meliores fuerunt. Et cur non omnibus apparuit simul? Vt semina iaceret quædā fidei: qui prius enim vidit, planeq; certus fuit, rem cæteris nunciauit. Deinde fama vulgata, eum qui audiuit in ingentem tanti miraculi constituit expectationem, & fidei ab ipso cōspectu post futuræ viam præstruxit: itaq; nec omnibus principio visus est, nec pluribus simul, sed vni modo & ei principi, & fide maximè digno. Nam certissima mēte præcipuè fuit opus, quæ prima clarificatum dominum videret. C Nam qui, cùm ab aliis visum auditumq; intelligerent, post ipsi quoque viderūt, magnum fidei suæ, testes illos solatium habuerunt, animum sibi velut præparātes: qui primus autem (quemadmodum dixi) vidit, ingenti fide habuit opus, ne inexpectato visu conturbaretur. Itaque Petro primum apparet. Nam qui Christum primus cōfessus erat, non ab re primus etiam resurgentem vidit. Præterea cùm huius se discipulū esse negasset, quò minus reiectum se putaret, præ cæteris hunc cōspectu suo dignatur: ad hæc, quòd huic primò pascendas oues commisit. Eadem causa propter sexus imbecillitatem, saluatoris gratiam primò mulier & nascentis & resurgentis sensit. Post Petrum, promiscuè singulis apparet, paucioribus nunc, nunc pluribus, præceptores sibi, testesq; mutuos, præsertim verò fide dignos, per hoc illos faciendo. Post quos omnium postremò velut abortiuo inquit, visus est mihi quoq;. Quid sibi extenuatio vult? quam respicit occasionem? Nam si fide dignū ostendere seipsum vult, & inter resurrectionis testes connumerari, diuersum oportebat, tollere sese, & maiorem cæteris docere, quod cum causa postulat, etiam aliàs sæpe facit. Ob hoc ipsum modestius hic de se dicit, quòd prædicaturus sua necessario deinceps sit, non statim sed prudentia quæ se decet. Primùm enim vbi se extenuauit, & accusationes sui ipsius multas cumulauit, ibi tandē exornat sua, quid adeò? vt cùm magnū illud & sublime, abundantius cæteris omnibus laborauí, de se dicat, probabilis tum oratio fiat, quasi ordine quodam sic postulante, non ex instituto sint dicta. Sic Timotheo scribens, cùm dicturus de se magna quædā 1.Tim.1.c esset, accusationes prius sui ipsius præmittit. Nam qui præclara de aliis loquitur, intrepidè libereq; id facit. Qui verò seipsum laudandi necessitatem sibi imponit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

præsertim si testem etiam seipsum laudū suarum se vocet,confunditur erubescitq;. Itaque diuinus ille vir deiicit se prius,mox præclarū illud dicit:facit autem, primùm vt pręcideret molestam repetitionem,deinde vt quæ sequuntur, hinc redderet fide digniora. Nam qui verè omnia quæ obiici possunt vltrò cōmemorat ipse, nihil supprimendo , quale est quod ecclesiam sit persecutus,fidem depopulatus,laudes etiam suas insuspectas reddit. Et vide ingentem humilitatem. Nam cùm postremo omnium comparuisse diceret , quia multi postremi primi euadunt,contentus non est,sed addit velut abortiuo, & ne hic quidem consistit. Nam & iudicium suum & causam etiam adiunxit: *Ego enim minimus*,inquit, *apostolorum sum, indignus apostolus vocari, quòd persequutus sim ecclesiam dei.* Nec duodecim, sed omnium, inquit, hoc simul & extenuandi sui gratia , simul quòd ita planè sentiret(quemadmodum monui)dixit, quod secuturum erat,interim præparans probabileq; reddēs. Nam si accedens,credere mihi debetis, [quod resurrexit Christus] dicat : vidi enim, & cæteris sum fide magis dignus,vt qui plus sudarim, offendat dubio procul audientes. Nunc autem in humilibus illis versatus primùm & reprehensioni subiectis, asperitatem orationis præcidit,& viam probationi præstruxit. Nec simpliciter , quod dixi, postremum se esse demonstrat,& apostolicis titulis indignum:sed causam addens, quòd ecclesiam persecutus sim,inquit : quanquam transacta erant ista omnia , sed neutiquam fuerat eorum oblitus, gratiæ magnitudinem prædicare volens.vnde subdit:

Gratia verò dei sum quod sum. Extenuationem nihilo minorem vides:quòd nihil est,imputat sibi: quòd aliquid est,non sibi, sed domino totū refert acceptum. & vt ne torqueret hæc audiens lector, *Huius in me gratia*, inquit, *inanis non fuit:* ac idipsum submisse tamen. Neque enim dignam gratia curam ostendi,inquit,sed inanis non fuit, *& copiosius quàm cæteri omnes laborani,* †mortes, pericula ferendo. Laborum] nomine rursus quod dixerat,extenuauit : post extenuationem præterlabitur statim , totumq; deo reponit. *Non ego tamen,* inquit, *sed gratia dei quæ mihi adest.* Quid isto pectore sit admirandum magis? Nam qui se per tanta deiecit, & vnum modò quiddam de se magnificentius dixit, ne istuc quidē suum esse monet, quodq; altius de se dixit,vndique præcedentibus sequentibus cooperit mollitq;,tametsi necessariò dicendum fuit. Vide autem extenuandi verbis quàm largè sit vsus: Postremò mihi visus est omnium inquit : vnde nec alium sibi composuit quenquam. Et velut abortiuo, & minimo apostolorum,& ipso nomine indigno. nec his est contentus. ne enim verbis humilis modò videretur, causas etiam rationesq; adducit:quòd abortiuus quidem sit,quia Iesum postremus vidit:quòd autem apostoli nomine indignus, quia sit ecclesiam persecutus.Nam qui simpliciter extenuat sese, hoc quidem †facit:] qui verò causas exponit etiam, cōtrito pectore sine dubio omnia profatur. Hinc alibi etiam eadem illa memorando : Gratias,inquit,habeo confirmanti me Christo, quòd præficiendum me, blasphemum antea, & persecutorem & violentum,ministerio suo iudicarit . Sed quò tandem sublimis ista vox,quòd omnibus copiosius laborasse se dicit,pertinebat?Locum qui se coëgit, respexit.Hoc enim si non dixisset , sed pari vbique de se extenuatione loqueretur : qui tandem liberè in testium se numerum ascisceret , inter testes numerari : & , siue ego siue hi sic prędicamus,dicere potuisset:fide dignum enim testem esse & illustrem oportet. Sed quid tandem plus illis laborauit?ostendit id suprà: bibendi,edendi potestatem vt cæteri non habemus? inquit.Et rursum: Factus sum *Supra.9.d* his qui sine lege sunt,inquit,tanquā sim sine lege. Nam *Ibidem.c* quoties ostendere perfectionem summam oporteret, cæteros ille omnes facilè superabat. Vbi conniuere,excelluit non minus.Quidam,quòd ad gentes missus sit, intelligunt, & orbis partem maximam oberrauit. vnde patet, gratia præditum etiam maiore fuisse. Si plus laborauit enim,gratia fuit etiam maiore, postquā maiori ad rem euāgelicam studio fuit . Vides quo modo, qui obumbrare sua omnia contendit,pręcellentior cęteris esse mōstratur. Nos quoque qui hæc audimus, vicia nostra amplificemus, virtutes fileamus : aut si tempus omnino flagitat , mediocriter prædicemus,accepta gratiæ omnia feramus. quod ipse hactenus & deinde semper facit,priore vitæ suæ parte tota confossa dānataq;,posteriorem gratiæ refert, benignitatem dei ostendit , qui talem se existentem saluarit tamen , saluatum †conseruarit.] Nemo igitur malus desperet, nemo † *talem fe-* bonus nimium sibi fidat.sed ille trepidus, hic alacris e- *cerit.* sto. Nam nec deiecti animi vir adhærere diu virtuti potest : nec qui insistere modò studiosè volet, effugere vicia non valet. Vtriusque rei exemplum fuerit beatus ille Dauid : qui cùm paululum remisisset, lapsus est ve- *2.Reg.11.c* hementer: compunctus verò,ad culmen prioris gratię statim resiliuit:vtrunque verò,ęquè pernicioſum est,& remittere animum, & prorsus desperare . Hoc ab ipso cœli fastigio , momento subuertit: illud surgere iacentem non sinit.Hinc Paulus ad illum quidem . Qui sta- *Supra.10* re videtur,videat,inquit,ne cadat : ad hunc verò, Ho- *Psal.94.b* die si vocem eius audieritis,inquit,ne obduretis corda vestra.Et rursum: Manus remissas & genua soluta sur- *Hebr.12* rigite.Adulterum cùm primum peccati pœnituisset,recipit statim , ne nimia tristicia cōsumeretur. Quid igitur in rebus cæteris ô homo teipsum perturbas? nam si in peccatis,vbi solùm turbari decet, periculosum est,si id fiat nimis,quantò magis erit in cæteris? Quid enim doles?pecunias amissas?eos cogita quibus ne panis suppetit,mox senties consolationē.Et in vnoquoque malo, non quod accidit luge,sed pro his quæ acciderant, gratias age potius. Habebas quid, amisisti , non est cur lachrymis damnum prosequare , sed pro fructu quem multum, & diu hinc percepisti, gratias agas. Dicas exemplo Iob , Si bona cepimus de manu domini , mala *Iob.2.c* non feremus?sic cogita,quòd cętera quanquam abiecisti, corpus tamen hactenus incolume seruas : & quanquam pauper es, tamen lugere tibi corporis orbitatem nondum contingit. Sed & corpus nocumenti sustinet quiddam. Esto sanè, nōdum ad fundum malorum est ventum tamen, medio adhuc in dolio hæres: multi in paupertate & graui corporis nocumento,fortiter interim satanæ cōgrediuntur , & in solitudinibus oberrāt: alij his etiam perferūt duriora.Nec vnquam fit vt tanta patiamur , quanta ferre licet . Hæc semper in animo habens,& grauiora passos ob oculos tibi ponens, nihil dolebis.Quòd si peccas,ibi gemiscas,lachrymeris,nihil repugno,quin magis hoc hortor,modò ne quid nimis: ad dominum reditum esse & reconciliationem scias. Sed delicatos alios vides , cùm tu opprimare penuria: splendidè indutos alios, & superbè , cùm tibi non suppetant panni.Hæc verò sola cōsiderare non debes,sed ea etiam quæ voluptatem mala sequuntur: nec mendicitatem solam, sed voluptatem huic coniunctam . Sic enim opes sunt , faciem gerunt bene quidem illam curatam,

† *Nō dixit, honoratus sum:sed laborani . Et quum mortes & pericula recēsere posset, laboris.]*

† *non facit:*

1.Tim.1.c

ratam,sed ingenti perturbatione plena sunt intus omnia: paupertas contrà summum malorum foris habet, quòd si cõscientiam euoluas, animum inuenies summa dulcedine,summa libertate fruentem: cùm crassi illius cor, tumultu, curis, solicitudinibus assiduè sit plenum. Quòd si te huius successus nonnihil mouet,illum vicini ditioris successu,multò te peius commoueri scias: & quemadmodum tu metuis illum, sic ille metuit alium, te grauius multò,nec illa te re præcellit.Sed doles magistratum videns, cùm tu sis priuatus, & de plebe quidam:cogita successionis diem, & ante eum tot metus, tot pericula, tot adulationes, tot vigilias, tot generis omnis miserias. Hæc cum his qui philosophari nolunt disputamus,vt hæc si noris,aliunde te grauioribus à rebus monere possim: sed ab obuiis & crassioribus istis hactenus hortari necesse fuit. Diuitem igitur cùm vides, hoc ditiorem cogita, iisdemq; malis hunc quibus teipsum,obnoxium cernes.Hinc alium te pauperiorem cogita,quot item famelici cubitum eant,patriam hęreditatem quot dilapidarint, & carcere quot teneantur, mortem quotidie inuocantes. Nec enim aut paupertas tristiciam, aut diuitiæ voluptatem gignunt: sed & hoc & illud opinio nostra parit. Dispice hæc ab infimis exorsus.Qui in stercore cubat,misera & ignominiosa cõditione se non liberum esse dolet:quem si liberes,& necessariis rebus instructum reddas, rursus dolebit, quòd non vltra necessitatẽ etiam supersit aliquid:adde plus, plura concupiscet, nec minus ideirco dolebit, etiam si duplum triplum addas. Aegrè erit enim quod iam in republica non sit: mox etiam istud si cõcedas,miserum se quòd inter primos nõ sit,putabit. Sed & hoc assecutus,dolebit quòd nõ sit princeps: & si sit,quòd non totius gentis:& si totius,quòd non multarũ:si multarum, quòd non omnium.Iam qui princeps est,dolebit quòd non & rex sit:& si sit rex,quòd non solus: si solus, quòd non & Barbarorum,quòd non orbis terrarum vniuersi:& si vniuersi,iam orbem non esse alterum dolebit:in immensum denique cupiditas progressa conturbare se nusquam intermittit. Vides arbitror è vili mendico si †tristiciam. regem facias etiam,†cupiditatem]extirpari non posse, nisi mentẽ ambitionis studio flagrantem ponas prius. Agè nunc contrarium doceamus. Nam vt maximè de summo ad imum cordatum virum deducas,tristiciam tamen incuties nunquam.Quòd si vis,iisdem gradibus descẽdemus:primatem igitur ab ista dignitate exutum cogitatione deducamus:nihil puto si reputare,quę iussimus,velit,ob eam rem dolebit. Nec enim quid ablatum,sed quid superstes sit cogitabit, gloriã scilicet magistratu partam,sufficientẽq; in consolationem opes interim relictæ.Quòd si tu,etiam his illum deturbes, statim ad mediocrium hominum sortem animũ conuertet: eiicias etiam hinc, vt vltra necessitatem nihil iam planè cõcedas,eos reputare sciet quibus ne ista quidem contigerunt, sed æterna fame cõficiantur, carceribus tenentur.In quem denique si hũc intrudas,acerbis doloribus & immedicabilibus malis obnoxios cogitabit, & conditionem suam intelliget esse multò meliorem. Et quemadmodum humicuba ille,ne rex quidẽ factus, frui lætitia mẽtis vlla potest,ita hic ne vinctus quidem dolebit vnquam. Nõ sunt igitur nec opes voluptatum causa,nec paupertas tristiciæ,sed animus & oculi mentis nostræ,non puri,nec vsquam consistentes,sed velut reuolantes. Et quemadmodum sana corpora si nudo pane victitẽt,pinguia vegeta sunt tamen,morbida verò etiam sumptuosa variaq; mensa imbecilliora red-

duntur:sic euenire in animis hominum solet:pusillanimes ne si diademate quidẽ & immensis honoribus potiantur, redire ad se possunt: Philosophi etiam in vinculis,in catena, voluptate mera fruantur. Hæc reputemus fratres,inferiores semper respiciamus.Est consolationis genus aliud præterea, sed philosophicum & ruditatem istam longè excedens.Quod illud?Opes nihil esse,nil esse paupertatem, nil despectum, honorem nihil:temporis puncto & solis inter se verbis ista differre. Esset rursus aliud etiam hoc ipso maius, solùm futura bona,mala cogitare:bona,mala reuera,horum fiducia niti.Sed cùm sint ista, quemadmodum dixi,sublimiora paulò,& vulgum vltra,in illis interim decurrere coacti sumus,dum viam vel hinc ad altiora secuturis patefaciamus.Hęc fratres cogitare decet,vt vndique pulchrè componamur, & ob inexpectata ista ne macere-mur. Neque enim cùm depictos tabella diuites videmus, dignos admiratione putamus: vt nec mendicos istic exaratos, & miseros.Sint picti isti licet, viuis illis nostris diuturniores: facilius enim in tabella pictusq; dines, quàm in ipsa rerum natura consistat: in centesimum annum sæpe tabella durat, cùm qui tam bellè sibi dines placet, vnius anni spacio, rebus omnibus exuatur. Agè igitur incõsideratæ tristiciæ alacritatem opponamus, vt & hãc vitam vera cum voluptate transigere, & futuris bonis identidem potiri queamus, gratia domini nostri Iesu Christi,cui gloria debetur & imperium,in secula seculorum,Amen.

Homilia XXXIX.

Siue ego igitur, siue illi, sic prædicamus, sic vos credidistis. Postquam apostolos extulisset, & seipsum deiecisset, mox vt æqualitatẽ colligeret(nam istud intendebat) supra illos se rursum subleuasset,& quo præcelleret, & quo præcelleretur, habere monstrasset:ne nunc quidem illos planè dimittit. Rursus se cum illis confert,quare & fidẽ sibi quærit,& concordiam qua inuicem in Christo sunt, ostendit. Non enim eò facit, quasi videri adiectus apostolis esse velit: sed ne non ordinis eiusdem haberetur, id quod huius doctrinæ vehementer conducebat. Hinc æquè vtrunque diligenter curauit, & ne despicere illos putaretur, & ne cùm tanti essent, ipse velut nullus ab insipientibus vilipẽderetur.Aequauit igitur & hic: Siue ego,inquit,siue illi sic prædicamus:vndecunque discere libet, discite,nil refert,nihil differimus nos.Nec dicit,Si mihi credere non vultis,illis credite. Sed æquè se dignum fide facit, & se & illos per sese sufficere docens. Nihil hic personarum diuersitas valet, cùm dignitas sit par. Fecit ad Galatas idem,hos sibi componens, non quòd ea re egeret, sed quòd contenderet sufficere etiam seipsum. Nam qui videbantur, inquit, aliquid, nil mihi *Galat.2.b* contulerunt, nec minus tamen concordiam cum illis affectauit.Dextras enim dederunt,inquit. Quòd si huius authoritas semper ab aliis pependisset,alienoq; semper testimonio confirmanda fuisset, mille ex ea re incommoda discipuli sensissent.Non est igitur arrogantiæ quod facit,sed euangelicæ cuiusdam sedulitatis.Idcirco etiam nunc illis se comparauit,siue ego,inquit,siue illi sic prædicamus.Aptè prædicamus,inquit,ingentem libertatem ostendẽs: non clàm enim, nec abscondito in loco, sed tuba clariorẽ mittimus vocem.† Nec prædicamus solùm, sed nunc etiam] prædicamus,inquit,& sic credidistis:hic non †credite,] sed credidistis, inquit, quia enim fluctuabant, ad præteritum tempus recurrit,

† *Nec prædicamus, dixit: sed, nũc etiã sic.*

† *credistis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

recurrit, & ipsorum deinceps testimonia producit. *Quòd si Christus prædicatur*, inquit, *resurrexisse, quo modo dicunt inter vos quidam, resurrectionem mortuorum non esse?* Vides vt resurrectionem nostram ex eo rectissimè probet, quia resurrexit Christus, prius re multifariè collecta, Prophetæ testati sunt, inquit, & ipse cõspiciendum *Acto.10.g* se præbens ostendit, & nos prædicamus, & ipsi credidistis: quadruplex testimonium concinnauit, prophetarum, euentus, apostolorum, discipulorum, imò quintuplex. Nam & ipsa causa resurrectionem probat, pro alieno videlicet peccato mori. Si hoc porrò constat, constabit sequeturq; iam alterum, cæteros etiam mortuos resurrecturos. Hinc velut iam re concessa, accusat dubitatq;, Si resurrexit, inquiens, quo modo inter vos quidam resurrectionem non esse dicunt? etiam hic aduersariorum audacia præoccupata: non enim dicitis vos, sed inter vos quidam dicunt, inquit, vt ne commune faceret crimen, & eos quorum id erat, ne prodere t, atque ita redderet impudentiores. Sed nec in vniuersum istud tacet, scilicet vt corrigãtur. Itaque à reliqua multitudine separatis, agere cum ipsis pergit, ita ad certamen (si quod deinde incumbat) debiliores formi dolosioresq; etiam cæteros reddit, & in veritate fortius retinet, & transfugere ad eos qui horum exitio imminebant, non sinit. Nam vehementi oratione voluit vti. Deinde ne dicerent esse perspicuum illud quidem, & omnibus notum, Christũ videlicet resurrexisse, nec penes quenquam controuersum, verum ex eo corporum resurrectionem non consequi tamen, cum illa sit proclamata, vulgata, & ipsis oculis cõspecta, hæc in sola hominum spe & fiducia sita: vide qui occurrat. Nam ab vtraque parte rursus hoc probat, quod magnæ cuiusdam facultatis erat. Quid enim dicunt quidam, inquit, resurrectionem mortuorum non esse? Ergo illud identidem sublatum ruet, Christum videlicet resurrexisse. Subiungit igitur: *Si verò resurrectio mortuorum non est, nec Christus ipse resurrexit.* Vim vides & contentionem Pauli inuictam, qui nõ solùm ex eo quòd clarum sit id quod controuertitur, sed ex controuerso mõstrare interim id quod clarum sit conetur, non quòd demonstratione res iam facta egeret, sed & hoc & illud æquè certum esse ostendat. Sed qui tandem cõsequitur hoc, inquis? Nam nisi Christus resurrexerit, nec cæterorum resurgere quenquam, vt rectè cohæret: sic nisi resurgãt cæteri, nec illum resurrexisse, quam rationem habeat, non constat. Hoc igitur cùm non satis nixum ratione videretur, vide vt perspicuum reddat, antea seminibus ipsius euangelij confessis quibusdam præiactis, cuiusmodi est, pro peccatis nostris mortuum Christum resurrexisse, & quòd dormiẽtum primitiæ sit. Nam si primitiæ, cuius nam primitiæ, nisi eorum qui resurgunt? Quo modo autem primitiæ fuerit, nisi quorum primitiæ sit, excitentur? Quo modo igitur non excitentur? quòd si non excitantur, cur excitatur Christus? cur venit? carnem quid assumpsit: si non fuit hanc resuscitaturus. Nam ea quidem non habuit opus ipse, sed nos, † *Professus.* quod mox progressu ostendit. † Progressus interim, si mortui, inquit, non resurgunt, nec Christus quidem resurrexit, quasi hoc illi sit cohærens. Nam carnem nisi resurrecturus fuisset, nunquam assumpsisset. Vides euãgelij œconomiam, ferè paucis illis verbis euersam, & resurrectionis ambiguitate. De incarnatione verò nũc non agit, sed de resurrectione. Nam non incarnatum esse, sed mortuum esse mortem soluit, siquidem carnem ille quum haberet, sub mortis imperio fuit. *Si* A *verò Christus non resurrexit*, inquit, *inanis videlicet est prædicatio nostra.* Tametsi sic consequebatur, si Christus non resurrexit, manifesta cum veritate, cum prophetis tantis, cum ipsa rerum fide pugnatis. Sed quod ipsis horribilius erat, ponit: *Vacuum igitur præconium nostrum, vacua verò & vestra fides.* Nam ipsorum mentem percellere vult, omnia, nisi resurrexit, amisimus: omnia perierunt, inquit. Vides resurrectionis mysterium quãtum? Nam si cùm mortuus est resurgere non potuit, nec peccatum solutum est, nec mors, nec maledictio sublata. Et non vana solùm docuimus nos, sed vana vos etiam credidistis. Neque hæc solùm pestiferi dogmatis absurda narrat, sed adhæc etiam. *Dei testes falsi*, inquit, *inuenti fuissemus, qui testificati de deo sumus, quòd Christum excitarit, quem non excitauit, si mortui videlicet non resurgunt.* Quòd B si absurdum hoc (criminatio enim & calumnia dei sit) & non resurrexit, quemadmodum nos vultis, non hoc solùm, sed alia præterea incommoda consequentur. Atque hæc rursus confirmat repetítque: *Si enim mortui non resurgunt, nec Christus est excitatus.* Quod quidem nisi facturus fuisset, nunquam ad nos venisset. Verum hoc non dicit, sed finem, resurrectionem scilicet eius, per quam cætera omnia comprehendit. *Si Christus*, inquit, *excitatus non est, vana fides vestra.* Ei quod clarum & confessum est resurrectionem proximè circumponit, validioris & certi societate firmum & certum reddere volens, quod infirmius erat, & minus certum. *Adhuc in peccatis estis.* Nam si non resurrexit, nec mortuus est quidem: si non est mortuus porrò, nec peccatum soluit: huius enim mors, peccati nostri solutio est. *Ecce enim*, inquit, *hic est agnus dei, qui tollit peccata mundi.* Sed qui tollit? morte: agnum ideo vocauit, C quòd esset mactandus. Quòd si non resurrexit, nec mactatus est: si non est mactatus, peccatum solutum non est: si solutum non est, in eo adhuc estis: si in eo estis, frustra credidistis ab eo vos liberatos. Præterea nisi resurrexit Christus, mors immortalis manet. Nam si ipse quoque morti obnoxius est, & dolores eius nondum soluit, qui cæteros liberauit, obnoxius adhuc ipse? Vnde subiunxit: *Igitur qui obdormierunt in Christo, perierunt.*

Adhuc vidibitur

Iam.1.d

Quid de vobis, inquit, dico? cùm & illi perierint omnes, qui omnia iam confecerunt, nec futurorum obscura noticia iam amplius subiiciuntur. Quòd, in Christo, dicit: vel eos qui in fide, vel qui propter ipsum Christum mortui sunt, tantum periculorum subierunt, tantum calamitatis hauserunt, arctam viam transierunt, intelligit. Vbi nunc Manichæorum ora sunt? qui D resurrectionem, peccati liberationem interpretantur. Nam densi isti syllogismi & recurrentes, eorum quæ dicunt ipsi, nihil probant, sed quæ dicimus nos: resurrectio enim eius qui cecidit est. Itaque non solùm resurrexit, inquit, sed ex mortuis etiam adiungit. Et Corinthij non de peccatorum remissione, sed de resurrectione corporum dubitabant. Quæ verò omnino necessitas est, vt nisi immunes peccato homines, nec Christum quidem fuisse dicamus? Nam istud nostrum, nisi suscitet nos consequi, vt cur venerit, cur carnem assumpserit, cur resurrexerit dicamus, probè habet: vestrum verò non item: seu peccent enim homines, seu non peccent, semper immunis peccati deus est: nec nostrum ad illud, nec illud ad hoc, quemadmodum in corporum resurrectione infertur. *Si in hac vita spem* † *quemadmodum in hac vita spem habemus, mortalium omnium miserrimi sumus.* Quid ais Paule? † supererit fiducia sola, si corpus non excitetur? an non animus superstes erit? erit, & immortalis

† *quemadmodum in hac vita spem habemus,*

talis quidem: sexcenties verò immortalis sit licèt (vt est sanè) tamen carnem citra mirabilibus illis bonis non
1.Cor.5.b fruetur, quemadmodū nec punietur. Omnia enim coram tribunali Christi manifestabūtur, inquit, vt vnusquisque ferat, quæ per corpus, seu bona, seu mala fecit. Nunc, si in hac vita spem tantùm in Christū habemus, mortalium omnium miserrimi sumus, inquit. Nam si corpus nó resurgat, anima nostra incoronata iacebit, extra cœlestem beatitudinem erit. Quod quidē si des, nulla istic iam re in vniuersum fruemur. Si nulla, ergo in hac vita summa bonorum omnium nobis erit expectanda. Quid verò [si ita res habet, nobis] miserum magis sit: Hæc dixit partim quidem ad resurrectionem corporū credendam eos confirmans: partim verò immortalitatem persuadēs, ne prorsus hic dissolui nostra omnia putarent. Nam cùm in superioribus satis quod volebat confirmasset, dixissetq; : Si mortui non resurgunt, nec resurrexit Christus: Si verò Christus non resurrexit, perimus, & adhuc in peccatis sumus. Rursus & hoc inducit, stulticiam eorum percellens. Nam quoties est necessarium dogma traditurus, obstinantiam formidine quadam exagitat prius, quod hic quoque fecit. Nā superius hæc sparsim, ipsos sollicitos reddidit, cùm omnibus excidisse doceret: & nunc aliunde item, velut maximè doluissent, hoc idem facit: Mortaliū omnium miserrimi sumus, si post tot bella, tot mortes, post tot mala, tantis bonis excideremus. Et hactenus quidem nostra sibi constant, omniaq; à resurrectione pendent. Et hinc etiam patet, non de peccatis, sed de corporum resurrectione, de vita præsenti & futura Paulo disputationem susceptam. *Nunc autem Christus resurrexit, primitiæ eorum qui obdormierunt.* Postquam quanta mala sequantur, si resurrectionem neges, ostendit: rursus disputatione reducit, *Nunc verò Christus ex mortuis resurrexit*, inquit: ex mortuis, continuò adiunxit, ora scilicet hæreticorum obstructurus. *Primitiæ eorum qui obdormierunt.* Si primitiæ, etiam ij resurgant oportet. Quòd si resurrectionem, peccati liberationem dicit,
Supra.4.a cùm liber peccato mortalis nemo sit: (nam & Paulus, nil mihi conscius sum quidem, sed ob id non iustificatus sum, inquit.) quo modo erūt iuxta vos, qui resurgāt quidam? Vides de corporibus sermonem esse, quem vt probabiliorem reddat, assiduè Christū in medium adducit, in carne resurgentem. Deinde causam etiam docet. Nam quod dixi, cùm contendat, quantisper causam non reddit, minus multis oratio probabilis est. Quæ causa igitur? *Quia enim per hominem mors, etiam per hominem resurrectio mortuorum.* Si per hominem, certè per eum qui corpus habet. Industriam porrò vide, vt aliud etiam argumentum necessarium excogitarit. Non alium quàm qui victus est instaurare bellum, non aliam quàm prostratam naturam recuperare victoriam posse, sic tandem ignominiam aboleri. Videamus ergo quam mortem dicat: *Nam quemadmodum in Adam*, inquit, *omnes moriuntur, ita in Christo viuificabūtur omnes.* Quid igitur dic mihi, num omnes in Adam peccati morte mortui sunt? Qui ergo Noë vir iustus seculo suo fuit, qui Abraham, qui Iob, qui multi denique alij? Præterea qui viuificabuntur in Christo omnes, ij præsertim qui in gehennam abducentur? Ergo de corpore si dictum accipiamus, oratio constabit: si de peccato & iustitia, minimè. Deinde ne viuificationem communem audiens, saluatum iri peccatores etiam putes, [*Vnusquisque in ordine suo*, inquit. Non est enim cur, cùm resurrectionem eandem audis, iisdem omnes fruituros esse rebus

A suspiceris. Nam si ne supplicium quidem omnium est idem, multò magis peccatorum & sanctorum discrimen ingens erit. *Primitiæ Christus, deinde ij qui sunt Christi.*

Hoc est, fideles & probati. *Mox finis.* Nam cùm consurgent illi, res omnes cæteræ finem suum consequentur. Non quemadmodum nunc postquam resurrexit Christus, altè adhuc omnia constiterunt: ideo in aduentu ipsius, inquit, vt de hoc tempore locutū scias,

Vbi tradiderit regnum deo & patri, cùm abolenerit omnem principatum, omnem potestatem ac virtutem. Hic mihi diligenter animum intendatis volo, ne quid horum vos præterlabatur: cum inimicis vobis res est. Itaque patefacere prius, in quàm absurda ab illis ducamur, oportet: quod & Paulus sæpe facit. Sic enim †tolerabiliora, J quæ dicuntur, euadunt. Quæramus igitur quid est cùm dicit, vbi tradiderit regnum deo & patri? Nam si simpliciter & non vatidico more accipiamus, regnum deinde non habebit. Nam si quod habet, tradit alteri, cessat habere deinceps ipse. Neque hoc solum incōmodum sequitur, sed nec qui accipit, priusquam acciperet, antea quod accipit, tenebat. Nec pater secundum illos rex prius erat, persequiturq; nostra, nec filius habebit pòst. Cur igitur de patre ipse quidem, Pater meus, inquit, vs- *Ioan.5.c*
que nūc operatur, & ego operor? De ipso verò Daniel: *Danie.7.d*
Regnum huius regnū perpetuum, & non interiturum, inquit? Vides quæ incommoda scripturis oboriantur, si quis humano more interpretetur. Sed & imperium quod nam abolendum esse dicit? angelorúmne? absit. Sed fideliū? Neque hoc. Quod igitur? Dæmonum, quo de loquens: Nō est, inquit, lucta vobis aduersus carnem *Ephe.6.b*
& sanguinem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mundi dominos, rectores tenebrarum
C seculi huius. Nunc enim non sunt aboliti prorsus, sed vbique operantur, tunc autem cessabunt. Nam regere hunc tantisper oportet, dum pedibus subiiciat omnes inimicos. Etiam hinc quiddam absurdi (nisi prophetico ritu interpretemur) nascetur. Dum, enim finis & circunscriptionis vox est, quæ in deum non cadit. *Nouissimus hostis aboletur mors.* Qui nouissimus? post omnes. Post diabolum, post cætera omnia. Nam & initiò postrema inuasit. Prius consilium diaboli fuit, deinde transgressio, tum denique mors. Potestate quidem etiam nunc aboletur, sed re tum tandem. *Nam omnia* *Psal.8.a*
pedibus illius subiecit. Cùm verò subiecit omnia, dicat, palàm est, excipiēdum qui omnia subiecit. Cùm autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subiicietur ei, qui illi subiecit omnia. Quanquam prius eum qui subiecit, non patrem, sed abolentem esse dixit. Vbi aboleuerit, inquit, omnem principa- *Psal.109.a*
tum, omnem potestatem. Et rursus: Regnare enim tantisper illum oportet, dum pedibus eius omnes subiiciat inimicos. Cur igitur patrem hic dicit? Immo non est hoc quod ambigitur hic solùm, sed quòd absurdo præterea metu, dum correctione vtitur, angi videatur: excipiēdum qui subiecit, inquit, quasi suspicaturi quidam fuerint, ne pater etiam filio quondam subiiciatur: quo quid absurdius cogitari posset? Sed suspicatus est tamen. Quid igitur est? Nam multæ sunt ordine quæstiones: sed sententiam mihi spectate. Nam istud primum quidem omnium oportebit, scopum Pauli considerare & consilium (quod vbique perlucens deprehendas) mox quæstionem soluere. Nam istuc ad solutionē vehementer conducit. Quæ est igitur sententia, quę consuetudo Pauli? Aliter quoties de diuinitate sola mentionem facit, loquitur, aliter cùm in dispensationis incidit sermonem. Nam quoties carnem apprehendit,

†inuentu facilia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

intrepidè de ea humillima quæque dicit, nihil sollicitus: vt quæ ista omnia capere quæ de ea dicũtur, possit. Videamus igitur de nuda solaq; diuinitate meritò hic sit, an de carnis dispensatione intelligi quę dixit, velit: imò prius, vbi id quod dico fecerit, ostẽdamus. Philippensibus igitur scribẽs: Qui cùm in forma dei esset, inquit, nõ rapinam arbitratus est quòd esset æqualis deo, sed seipsum exinaniuit, forma serui sumpta, in similitudine hominum constitutus, & figura repertus vt homo, humilem præbuit seipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Quapropter & deus illum in summam extulit sublimitatem. Vides vbi de diuinitate disserit sola, quàm magnifica loquatur? Nã esse in forma dei, esse æqualem genitori dicit, tunc denique acceptum fert totum: sed cùm incarnatum dicit, depressit rursus orationem. Hæc enim nisi diuidamus, vehementer dicta inter se discrepabunt. Nam si æqualis deo sit, qui in summam hunc excellentiam extulit deus? Si in forma dei, quo modo donauit nomẽ? Nam qui donat aliquid, nõ habenti donat: & qui tollit, quod humile prius erat, tollit. Imperfectus igitur & cui deesset aliquid, antea fuit quàm fastigium & nomen obtinuisset. Sexcenta insuper id genus absurda sequantur. Quòd si carnis dispensationẽ adiungas, tum nihil erit hic quòd erres. Eodem hæc quoque pacto, Pauli sentẽtia perpensa, accipiamus: etiam causas alias dicemus, vnde videri possit hãc scripturæ partem sic habere. Illud interea monere necessarium sit, quòd & de resurrectione sermo fuit, re, quæ impossibilis videbatur, & ad Corinthios scriptum, vbi multi philosophi erant. Qui cùm per cætera dissecti inter se vndique essent, in hoc planè velut vno ore cõspirabant, resurrectionem non esse. Disputans igitur de re tam incredibili, & tum propter præsumptionem ipsam, tum propter negocij difficultatem explosam, possibilem esse probare volẽs, primum istuc ex resurrectione Christi molitur: quam cum testimonio prophetarum, eorum qui viderãt, eorum qui crediderant probasset, mox assecutus, vnde in id quod absurdum prius videbatur, duci possent, etiam hominum iam resurrectionem struit. Nam si mortui non excitantur, inquit, nec resurrexit Christus. Deinde cùm hactenus alterum ex altero subinde probasset, aliunde aggreditur iam rursus, primitias Christũ, & qui omnem principatum, potestatem omnem, omnẽ virtutem, & postremò mortem ipsam abolituras esset, vocans. Qui porrò abolebũtur, inquis? nisi quæ habet corpora abiiciat prius. Postquã igitur magna illa de vnigenito dixit, regnum tradet, hoc est, hæc ipse absoluet, ipse victoriã reportabit, omnia pedibus suis subiiciet: mox addit quo multorum infidelitatem castigaturus erat: regnare enim ipsum tantisper oportet, dum pedibus [suis] omnes inimicos subiiciat, inquit, nec finem regno statuit cùm tantisper dicit, sed fidedignũ quod dixit, reddit, & fiduciam addit. Neque enim cùm omnem principatum, omnem potestatem, omnem virtutem, diabolum, dæmonum tot phalanges, infidelium turbam, tyrannidẽ mortis, mala denique omnia abolita iri audiuisti, conturbari, velut ipse quoque desiturus sit, debes: tantisper enim dum hæc faciat, regnare, inquit, oportet. Non hoc dicens, vbi fecerit, regnaturum non esse, sed probare volens: etiam si nũc quidem istud non sit, at omnino futurum tamen. Haud enim intercidet huius regnum: dominatur enim, & potens est, & manet dum restituat omnia. Hunc loquendi morẽ reperias etiam in lege veteri, vt cùm inquit, Verbum do-

Philip.2.a

† ἀυτῦ. *i. suis, vel ipsius, siue eius.*

Hic sup.c

Psal.118.m

A mini manet in seculum: &, tu idem ille es, & anni tui non deficient. Hæc & huiusmodi propheta dicit, tanquam de rebus ingenti tẽpore duraturis, & prorsus futuris loquatur, timiditati hominum crassiorum cõsulturus. Quòd verò tãtisper, dum, vsque, donec, & id genus voces, quoties de deo dicuntur, non finem significent videre licet. A seculo, inquit, † sum, & vsque in seculum. Et rursus: Ego sum, ego sum, tantisper dum cõsenescatis ego sum, inquit. Equidem ideirco mortem posuit postremam, vt à cæterorum victoria, etiam hæc credibilior ambigenti foret. Nam si diabolum euertet, mortis authorem, multò magis opus ipsius dissoluet. Igitur postquã filio principatuum, potestatũ abolitionem, regni restitutionem, hoc est, credentium salutem, mundi pacem, malorum profligationem (hoc enim restituere regnum & mortem dissoluere est) omnia denique accepta tulisset: neque dixisset, pater ista per hunc

B abolebit, sed abolebit ipse, ipse pedibus suis subdita reddet: imò nec patris hic meminisset: veritus ne incircunspectioribus, vel maior patre, vel aliud quoddã ingenitum principium filius videretur, tacitè hoc præcauẽdo, prædictorum verborum amplitudinẽ moderatur: omnia inquiẽs, pedibus [illius] subiecit: patri iam facta omnia accepta ferens, non quasi filio debilitato, qui enim posset? cui tanta tribuit prius, & cui ista omnia assecripsit: sed ob eam causam quam dixi, vt cõmunia omnia patri filioq;, quæ de hominũ salute geruntur, ostendat. Nam quòd iste quidẽ subiicere potestati suæ etiam per seipsum satis idoneus sit, Paulum audi: Qui † transfigurauit, inquit, corpus nostrum humile, vt cõforme reddat corpori suo glorioso, secundum efficaciam qua potest etiã subiicere sibi omnia. Hinc correctione vti-

C tur: atqui cùm dicat, inquit, quòd omnia subiecta sunt, palàm est excipiendum eum, qui illi omnia subiecit, nõ paruam gloriã etiam hinc vnigenito asscribens: nam si minor esset, multumq; relinqueretur, nihil hac suspicione fuisset opus. Iam verò nec cõtentus hoc est, aliud addit. Ne quis enim suspicetur, dicatq;: Quid enim, etiã si subiectus pater non est, nihil prohibet tamen potentiorem filium esse: impiam hanc cogitationem timens, cùm illud cõtra eam nondũ sufficere videretur, etiam hoc addit: Vbi subiecta fuerint, inquit, illi omnia, tum & filius subiicietur: summam erga patrem cõcordiam ostendens, & quòd ille principium omnium bonorum & causa prima sit, & eius cuius tãta potestas, cuius tanta facta sunt genitor. Quòd si amplius paulò quàm negocium fortè postulabat, dixit: quid mirum? præceptorem

D ea in re imitatur, qui concordiam qua erga patrem est monstrare volens, & quòd nõ præter eius voluisset voluntatem, totum se disputando demittit, nõ quantùm negocium præsens, sed quantùm auditorum imbecillitas flagitabat. Igitur & supplicat patri nullam sanè ob causam, quàm qua dixi: vt credant, inquit, quòd tu me miseris. Hunc imitatus ergo, fusius ista tractat, non vt seruitutis cuiusdam tibi necessariæ veniat in mentem, sed vt id genus absurda dogmata profligaret. Solet enim quotiescũq; radicitus euellere quid studet, magna quadam copia cõniri. Sic de muliere fideli & viro incredulo lege connubij cohabitantibus loquens, ne se mulier viri eius congressu coinquinari putet, non solùm non impuram esse, & nihil consortio viri, detrimenti accipere dicit, sed quod plus erat, incredulum etiam sanctificari per ipsam: nõ hoc volens, ethnicum ab illa sanctum reddi, sed traiectione verbi, timorem mulieri excutere studens. Eodem hic etiam pacto, im-

Ibid.aet.

& vsque in seculũ tu.

Ibid.19.a

Exod.4.d

Ioan.11.f

Philip.3.d

† transfigurabit.

cadẽ dictio

quæ, suis,

prius erit.

pium

pium dogma extirpaturus, id quod dixi, vocem superfluam interim vsurpauit. Vt enim imbecillē filium suspicari, extremæ cuiusdam impietatis est: vnde correxit, omnes, inquiens, inimicos suos, suis subiiciet pedibus: ita rursum hoc magis est impium, patrem filio subiicere minorem. Vnde & hoc magna refutauit cum amplificatione. Vide verò vt extulit: neque enim excipiendum eū qui subiecit simpliciter, inquit, sed ad hæc palam esse. Quanquam constat, inquit, tamen commonebo. Et vt hanc dictorum causam esse scias, interrogabo, nunquid ad filij humiliationem subiectionemq; accedere tum quicquam potest? Et quî istuc non sit absurdum, & indignum deo? Summa subiectio est summa obedientia, eum qui deus sit formam accepisse serui. Quî igitur, die mihi, tum amplius subiicietur? Vides vt absurda suspicio tolleretur, hoc illum ita posuisse? debito modo cum sensu: sic enim vt filium deū decet filius obtemperat, non more hominum, sed liberé potestatem plenā habens. Alioqui quo modo conregnet, quo modo vt pater, sic ipse quoque quos vult suscitet? *Ioan.5.d* Quo modo quæ patris sunt, etiam huius: & quæ huius, *Ibid.17.b* etiam patris sunt cuncta? Quæ omnia perfectam nobis cum genitore potestatem ostendēt. Sed quid est illud, cum tradiderit regnum? Regna dei scriptura duo nouit, alterum adoptionis & familiaritatis, alterum creationis. Omnium igitur Iudæorum, ethnicorū, dæmonum, & aduersariorum, opificij & creationis lege rex est. fidelium verò & vltrò se ei committentium subiectorumq;, familiaritate & cura. Hoc regnum etiā principium habere dicitur: de hoc enim psalmo secundo: Postula, inquit, à me, & dabo tibi gentes hæreditatem *Matt.28.d* tuam & discipulis ipse, Data, inquit, mihi omnis potestas à patre est: accepta genitori omnia ferens, nō quòd non sufficeret ipse, sed quòd filius & non ingenitus esset ostendēs: hoc igitur tradet, id est restituet. De spiritu verò quid inquis? nil dixit? De hoc iam nō erat sermo, nec vnum in locum omnia cōfundit. Siquidē & alibi *Suprà 8.b* cum dicit, Vnus deus pater est, vnus dominus Iesus, nō quòd minorē esse spiritum putaret, siluit tum, sed quòd dicere nihil vrgeret. Nam & patris meminisse solius solet, nec reiicimus filium tamen. Solet & filij & spiritus solius, nec idcirco patrem reprobamus. Quid est autem quod inquit, *Vt deus omnia in omnibus sit?* Vt in ipso omnia deuincta sint, ne quis duo principia sine principio, aut regnum quoddam aliud diuisum esse suspicetur, ne quid omnino ab ipso non pendens extet. Vbi hostes enim ad filij pedes prostrati sunt, & is qui prostratos pedibus tenet, cum patre nil discrepat, sed prorsus congruit, erit ille sine dubio in omnibus omnia. Sunt qui mali sublationem etiam significasse cum hæc dixit putant, nempe cedentibus omnibus, nec vllo posthac repugnante, aut in peccato persistente. Nam vbi peccatū non amplius est, patet in omnibus omnia iam deū esse. Quòd si corpora non resurgunt, quo modo habebunt ista locum? manet enim truculentissimus hostis mors, liberé per omnia grassans. Nequaquam, inquit, neque enim peccabunt amplius, inquit. Et quid hoc? neque enim de morte animæ, sed corporis hic disputatur: quî abolebitur ergo? est enim vincere, capere ablata & detenta. Quòd si hominum defossa corpora detinebuntur, mortis igitur tyrannis adhuc manet, illis quidē detentis, & alio corpore non existente, vnde vincatur. At si quod Paulus docet, fiat: (quod certé fiet) illustris victoria apparebit, cum detenta morte corpora deus resuscitabit. Nā & hostis hostē sic tandē vincit, si detrahat spolia, nec illi relinquat. Quòd si quis ne sua quidē audet [accipere] quî victus illi hostis dicetur? Hunc in *Marc.3.d* modum vicisse se Christus in euangelio dicit: Non potest quisquam, inquit, vasa fortis, domum illius ingressus diripere, nisi fortē prius ligarit: quia nisi hoc fit, clare victoria cerni nō potest. Quemadmodum enim in morte animæ, qui mortuus est, à peccato †iudicat° est, & nemo victoriam hoc esse dicit. Vincit enim nō qui *†iustificatus est,* vicijs non congressus est, sed qui hisce captiuus, explicuit se tamen: Ita hîc quoq; sistere mortem corpora nostra dilaniantem, non dixerim victoriam speciosam omnino, sed absorpta deuorata, ex huius rictu eruere. Quòd si adhuc contendant clamentq; de animi morte dicta: quinam igitur aboletur extrema? Certè enim in vnoquoq; baptizato perfectè aboletur. Quòd si de corporibus dicas, locum ista habēt, nempe quòd extrema aboleatur. Quòd si quis roget, cur de resurrectione disputans Paulus, non ea quæ tempore domini corpora resurrexerunt, adduxit? illud respondebimus nō esse hoc de resurrectione dicere: resurgentes enim proferre eos, qui mortui sunt rursum, minimè probat mortē abolitam iri postremam. Idcirco enim postremā abolitam iri dixit, ne putares resurrecturam esse rursus. Nā malicia sublata, magis adeò mors ipsa tolletur. Siccato fonte, nulla ratio est qui consistere flumen inde venīs possit, aut radice extirpata manere fructus. Quoniam igitur in extrema die hostes domini vnà cum morte, diabolo, dæmonibus abolebuntur, non est cur successibus interim illorum indignemur: in quibus licet glorioſi & sublimes videantur, assiduè tamen deficientes, euanescunt instar fumi. Ergo hostem domini vidēs opulentū, satellitibus & adulatorū turba stipatū, non est cur animo deiiciare: geme potius, lachrymare, aduoca dominum, qui illū inter amicos numeret suos. Et quāto res illi suę melius cum hostis dei sit succedunt, tanto tu illum lugeas magis. Peccatores enim lugere semper quidem oportet, præsertim verò, cum opibus & tranquillitate fruuntur, quemadmodum ægrotos cum crapulātur, inebriantur. Sed sunt qui cum audiant ista, ita miserè comparati sunt, vt ob hoc acerbè gemiscant, dicantq;, lachrymis se dignos esse potius qui habeant nihil. Rectè dicis, qui habes nihil, nō quia non habeas tu quod ille, sed quia fœlicem rem opes iudicas, innumerabilibus lachrymis es deplorandus. Nam si quis sanus, valensq; fœlicem iudicet, molli lecto ex morbo decūbentem, miserior est quàm æger ipse, qui bonorū suorū nullum habeat sensum, quod accidere in his quoq; videre licet. Vnde confusa & perturbata vita vniuersa est. Hæ voces innumerabiles mortales perdiderunt, satanæ tradiderunt, miseriores, quàm qui fame liquūtur, reddiderunt. Esse porrò quorum inexplebilis auaricia est, ipsis mendicis miseros magis, vtputa grauiore & acerbiore malo detentos, hinc iudicari potest. Siccitas quondam inuasit regionem nostram, trepidabant velut in extremis omnes: deum inuocabant, videre erat quod est in Mose scriptum, cœlum æreum redditum, & *Leuiti.26.d* nihil iam quàm mortem omnium teterrimā expectari. Verum aliter visum benigno deo, pluuia quippe prēter omnium expectationem largissima & immēsa desuper ruebat: itaq; omnes iam gaudio exultare, festum celebrare, vt qui ab ipso mortis limine reduces se putarent. In illis tantis bonis, in communi omnium lætitia, præopulentorum illorum quispiam tristis, teter, exanimis dolore circuibat: rogātib° multis causam, quid ita in communi omnium hominum lætitia & voluptate so-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tate ſolus doleret, continere grauem animi dolorem homo non poteſt, ſæuicia morbi incitatus, cauſam in medium prorupit: mille frumẽti metra domi cum poſſideam, inquit, non reperio quî faciã auctionem. Hũccine igitur prædicamus, ob verba, quæ propter, lapidibus obrui qualibet fera crudeliorem hoſtem publicum oportebat. Quid homo ais? dolet tibi nõ omnes periiſſe vt faceres quæſtum? Non audis quid Salomon dicat? *Prouer. 11. d* qui abſcondit frumẽta, execrabilis omnibus eſt: ſed circuis bonorum omnium totius orbis cõmunis hoſtis, benignitati infenſus, mammonæ amicus, imò verò ſeruus: non excindi linguam iſtam, non contundi pectus ex quo verba iſta fluunt oportebat? Vides vt aurum homines eſſe homines non ſinat, ſed in beluas & dæmonas mutet. Quid ſit, obſecro, huiuſmodi viro miſerandum magis, qui famem precibus optet vt auro potiatur? Equidem morbus illi in contrarium poſtea cedit: abundantia enim facultatum ſuarum non gaudet. Sed ob hoc ipſum dolet, quòd poſsideat immẽſa, quãquam gaudere multa poſsidentẽ oportebat. Atqui hoc ipſum ille dolet. Vides quod dixi auaris è rebus præſentibus nunquam eſſe voluptatis tantum, quantum eſt ex affectatis perturbationum. Nam qui myriades immẽſi frumenti tenet, famelico quouis mendico, magis alget, ſæpius gemit. Nam hic quidem victum neceſſarium adeptus triũphat, exultat, diis gratias agit: ille verò qui tantum poſsidet, indignatur, periiſſe ſe putat. Non eſt affluentia igitur, quæ voluptatem parit, ſed animus rectè inſtitutus, quo ſine, ſi quis omnia poſsideat etiã, velut omnibus priuatus ſit, viuet: quando ille quoq; quo de nunc diſputamus, etiamſi tanti, quæ habebat vendidiſſet, quanti optabat, rurſus doluiſſet tamen, quòd nõ pluris: & ſi pluris, rurſus amplius quiddam affectaſſet: & ſi medimnum Atticum vno aureo vendidiſſet, etiã tum cruciaſſet ſe, qui non ſemimedimnũ potuiſſet tanti. Quòd precij porro tantum principio nõ affectauit, non eſt quod mireris. Nec ebrij enim principio ſtatim incenduntur, vbi meri multum iam ingurgitarint, ibi tũ flãma illa grauis ſe tollit: Sic hi, quãto ſuppetit plus, tanto pluribus egent, vt qui plurimum faciunt lucri, iidem ſint maximè deſtituti. Neque ad hunc quæ dico pertinent ſolum, ſed ad omnes qui morbo ſimiliter laborant, precia rerum intendunt, cæterorum egeſtatem negociando procurãt. Miſericordię nulla omnino ratio eſt, excitat auariciæ ſtudium, oblata lucri occaſione, plurimos vbique: vinum, frumentum, hic citius, ille tardius vendit, neuter ſtudio benefaciendi: ſed hic quidẽ qui pluris vẽdat, ille ne minoris, ſi mora corrumpatur frumentum. Quia enim pleriq; mandatorum dei curã non magnã habent, eos qui omnia domi cõgeſta claudunt, aliunde dominus ad miſericordiam compellit, quò vel inuiti, damni maioris metu prodeſſent: fructus enim terræ durare non ſinit, vt corruptionis damnum metuentes, vel inuiti quæ defoſſa domi male ſeruant, egentibus darent. Verum ſunt quidã adeò inexplebiles tamen, vt nihilo cautiores hinc fiant. Itaq; videre licet, qui cum tota dolia euacuent, pauperi ne cyathum quidem dant, ne aſſem quidẽ egẽti: mox vappã redditum in terram effundunt, cum fructu vaſa perdentes: alij ne offulam quidẽ famelico largiuntur, promptuaria tota in flumen effundunt: & cum iubẽte deo ſuccurrere miſeris nolunt, ærugine cogente, totum exhaurire inuiti, perditum, & ad extremum corruptum coguntur, riſum interim, & capiti ſuo execrationem vnà cũ detrimẽto conſciſcunt. Et hęc quidem hîc ita fiunt: quæ iſtic fiant autem, quæ vox, quæ lingua effari poteſt? vt illi enim † quo frui homines poſſent] frumentum inutile proiiciũt in flumen: ſic qui iſta faciunt, in igneum flumen proiiciet deus. Et vt erugo, vermis, frumentum, ſic illorum animum crudelitas, inhumanitas vorauit. Cauſa eſt q̃ nimis ſint præſentibus affixi, & ad hanc vitam toti hiãtes: vnde innumerabilibus perturbationibus pleni euadunt. Quicquid quantuncunq; dulce dicas, vnus omnia mortis metus obliterare poteſt: mortuus eſt itaque vir huiuſmodi viuens adhuc. Quòd iſtuc porro infideles committunt, nil mirũ: verum quòd tantis myſteriis imbuti, cœleſtium tantã noticiã habentes, præſentibus adhuc rebus immoriũtur, qua venia digni ſunt? Quòd immoriuntur porro rebus his, vnde tandẽ fit? quia voluptatibus ſeſe dedunt, quia cutẽ curãt, quia cupiditati indulgent, quia grauem ſarcinã colligunt, dẽſas tenebras craſſum velũ mentis oculis quotidie opponũt. Sic accidit enim, vt in voluptate, præſtantiſsima quidem pars noſtri ſeruiat, imperet autem abiectiſsima: illa excæcetur vndiq;, cæca vinciatur, hæc agat, circũagat vndiq;, quam cõueniebat duci potius. Arctum vinculum animi & corporis eſt, ſic opifice de induſtria comparante, ne corpus ſuum, velut alienum † abiicerent] quidam. Nam cum deus inimicis etiam benefieri velit, tãtum diabolus poteſt, vt proprium corporis odiũ perſuaſerit quibuſdam. Qui enim diaboli eſſe dicit, quid aliud quàm hoc ſtruit? quod extremæ cuiuſdam demẽtiæ eſt. Si diaboli eſt, vnde iſta tanta conſonãtia, vt diuinæ noſtræ menti ad omnem vſum aptiſsimum velut inſtrumentum ſit corpus factum? Si aptum, inquis, cur animum excæcat? Haud corpus eſt quod tenebris iſtis animũ obducit: abſit bone vir: ſed voluptas. Voluptatis igitur ſtudium, inquis, quæ res alia parit quàm corpus? nequaquam, ſed *voluntas praua*: *fomento corpus*, non incitamento eget: vt nutriatur corpus, non vt diſtendatur, perfundatur. Eſtq; non menti ſolum, ſed *ipſi* etiam corpori inimica & infenſa voluptas: ex forti debile reddit, è ſolido eneruatum, morbidum è ſano, tenue ex compacto, ex florente & formoſo deforme, olidum ex fragranti, ex mundo & puro impurum, ex abſoluto doloribus vndique differtum, ex vtili inutile, ex recenti vetus, ex robuſto flaccidum, ex celeri tardum languens, ex recto claudum. Præterea ſi diaboli ſit, non oportuit à familiaribus infeſtari, malicia dico. Sed nec corpus, nec cibi diaboli ſunt, ſed voluptas ſola, per hãc mille mala malignus ille patrat ſatan. Sic totã peſſundedit gentem. Impinguatus enim, incraſſatus, dilatatus eſt, inquit: & recalcitrauit dilectus. Sodomis hoc principium, fulminum illorum fuit, quod ſignificans Ezechiël, peccatum hoc, inquit, Sodomorum fuit, ſuperbia, ſaturitas cibi, abundantia potus, his deliciabantur. Hinc Paulus, quę in deliciis verſatur, ea viuens mortua eſt, inquit: quòd velut ſepulchrum corpus, mille malis deuinctum circũfert. Quòd ſi corpus ita comparatum ſit, qui animam habere putes, quanto tumultu, quantis fluctibus, quibus procellis erit plena? Hinc inutilis ad omnia fit, nec dicere, nec audire, nec conſultare, nec facere neceſſariarum rerum quicquam poteſt. Velut gubernator, artem tempeſtate ſuperante, cum naui, cum nauigantibus mergitur ipſe quoque: Sic anima cũ corpore in horrendum demergitur cupiditatis abyſſum. Ventrem porro ſic deus quemadmodum † portam] quandam intra nos locauit: commenſam vim ipſi tradens, & modum ſtatuens certum, quantũ molere quotidie oportet: huc ſi quid adiiciatur, illaboratum relinquitur:

† ærugine *corroſum.*

† odio *proſequerentur*

Deute. 32. b

Ezech. 16. f

1. Tim. 5. a

† *molam.*

quitur: hinc nocimentum, hinc morbi, debilitates, deformitates: non morbidam enim solum, sed & deformem eam, quæ pulchra erat, † voluptas facit.] Si enim ingratum assiduè rectet, vinum nondum coctum exhalet, plus æquo nubescat, & formam quæ se decet, mulier amictus & ornamentum omne perdit: nam flaccida caro fit, turgentes, & velut sanguine suffecti oculi, æquo plus crassum, carnosumque corpus. Cogita quæ hinc molestia sequatur. Medicos audiui, qui quò minus ad summum † formæ pleræque mulieres peruenirent, obstare voluptatem] dicebant. Nam spiritu multitudine eorum quę ingeruntur, distracto, hisq; digestionis occupato, quod vegetando corpori cedere debebat, totum absumitur superfluorum subactione. Quid enim podagras, fluxus passim toto corpore oberrantes, morbos cæteros, qui hinc sunt, & tragœdiam vniuersam attinet commemorare? Nihil est tam turpe, quàm mulier vorax. Itaque in tenuioribus illis formæ ferè plerncas, omni superfluitate consumpta, & nõ instar cœni temere redundante. Diurna exercitatio enim & labores, & tolerantia, & moderata mensa, & victus simplex, habiliora corpora reddunt, & formam præterea plurimum iuuãt. Voluptatem verò deliciarum narres licet, tamen ea vltra summam gulam non durat: simul enim ac linguam extremam transabiit, euanescit, multum interim tibi negocij relinquens. Nolo enim discũbentes modo, voluptarios homines obserues: cum surrexerunt vide, tum sequere: beluarum corpora, non hominum iudicabis: capite nutant, tenduntur, constringuntur, lectica, lecto, magno silentio, denique velut tempestate turbẽtur, his qui se liberent, opus habẽt, optantes statum eum, in quo erant prius quàm distenderentur. Nam ceu grauidę mulieres, sic ventrem onerati circumferuntur, vix ingrediuntur, vix oculos tollunt, vix loquuntur, omnia vix. Quòd si dormiant paululum, somnia prodigiosa, & mille fantasiis plena vident. Nam quid alteram illam insaniam rei veneræ dicam, quæ ipsa quoque scaturit hinc. Itaque quemadmodum equi salaces, sic illi ebrietatis œstro concitati, omnibus insultant, petulãtius quàm equi gestiẽtes: turpia multa committunt, quæ ne dicere quidem fas est: nec quid agant enim, quidve patiantur amplius tum norunt. At verò non sobrius ille, sed in portu sedens, aliorum naufragia spectat, voluptate fruitur mera & constante, vitam quæ hominem deceat liberam viuẽs. Quæ cum videmus fratres, quid non voluptates, pernicioſa conuiuia vitamus, & simplicem potius persequimur victum: vt corpore simul & animo rectè comparati, virtutibus pleni, futuris aliquando bonis potiamur: quæ vt omnibus nobis contingant, gratia faxit & benignitas domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

† delicię faciunt.

† peruenirẽt, deliciæ potissimũ obstare.

Homilia XL.

ALioqui quid facient ij, qui pro mortuis baptizãtur, si omnino mortui non resurgunt? Cur baptizantur pro illis?

Idem alia rursus aggreditur via, nunc ex his quæ deus facit, nunc ex his quæ faciunt ipsi, dicta confirmans. Est autẽ & hoc non leue ad patrocinandum momentũ, quòd ipsos aduersarios ex ipsorũ factis testes verbis suis esse cogit. Quid igitur est, iquis? si lubet dicam prius. Marcionis morbo imbuti, qui sibi hunc Pauli locũ vsurpent: risum satis scio vehemẽtem vobis mouebo. Atqui ob hoc maximè dicã, quò magis morbum fugiatis. Nam cum quis apud ipsos initiatus obit, vnum aliquẽ sub mortui lectũ recondũt, mortuũ circunstãt, alloquuntur, rogant velitne baptizari. Deinde cum nihil respondeat, is qui subtus latet, pro illo respondet, baptizari velle: cum deinceps pro mortuo baptizant, sic quemadmodum in scena fieri solet ludẽtes: adeò sibi in ignauos homines satan permittit. Hi cum accusantur, hunc Pauli locum citant, etiam Paulũ dixisse scilicet, qui pro mortuis baptizantur. Ludierũ igitur videtis: quid ergo? Num ad illud est respondendum? non puto, nisi & furiosis ad ea quæ delirant respondendum censes. Verum ne simplex fortasse quis capiatur, dum respõdemus, æquo vos animo altercationem perferre decet. Nã si hoc Paulus ita dixit, qua gratia his qui non baptizantur, minatus est deus? Quod quidẽ si cogitetur, iam deinde non baptizari nõ licet. Cõminatio præterea hæc nõ mortuo iam fit, sed viuẽti. Quibus enim edixit, Nisi carnem meam ederitis, nisi sanguinem meũ biberitis, non habebitis vitã in vobis, mortuis ne an viuis? Item, Nisi quis ex aqua & spiritu renascatur, regnum cœlorum videre non potest? Nam si illuc quidem concedatur, ac volũtate & studio eius, qui regnum ingressurus sit, non est opus, quid obstat quò minus Ethnicus quoq; & Iudæus hoc pacto rogari, hoc pacto fidelis esse possit? aliis exequentibus hæc post illorum mortem. Sed ne diutius telulis istis aranearum perrumpẽdis frustra occupemur, agẽ loci huius vim ostendamus. Quid igitur Paulus inquit? Primũ in memoriam reducant volo, qui initiati sunt, verba quæ illa tum nocte, dicere sacerdotes iubent, mox etiã hæc Pauli ostendam, sic enim rectius intelligẽtur. Post cætera enim omnia adiungimus, id quod nunc Paulus dicit: Et cupiam sanè clarè proferre verba, si per prophanos illos liceret: nam hi difficiliorẽ nobis interpretationem reddunt: cogunt enim aut non clarè dicere nos, aut mysteria vulgare: dicam tamen, sed quantum fieri potest adumbrate. Nam post arcana ista verba & metuenda, post horribiles canones, dogmatum de cœlo transmissorum, etiam hoc ad finem, cum baptizaturi sumus adiungimus, dicereq; iubemus: Credo in mortuorum resurrectionem: & super hanc fidem baptizamur. Nam istuc vbi cum cæteris confessi sumus, ibi in fontem descẽdimus laticum sacrorum. Hoc igitur est cuius hîc monet Paulus: Nam si nil resurrectio est, inquit, pro mortuis cur baptizaris, corporibus scilicet. Ob hoc enim baptizaris, quia mortuum corpus resurrecturum credis: & mortuum non mansurum. Et verbis tu quidem resurrectionem mortuorum sonas, sacerdos verò quæ tu credis, quæ voce confiteris, tibi velut figura quadam & rebus ipsis etiam ostendit. Si sine signo credas, hic tibi & signum confert: si feceris quod est tuũ, implebit sua te gratia deus. Quo pacto, inquis? Per aquam. Nam aqua mergi, aquam subire, & hinc remeare, descensus ad inferos symbolum est, & istinc reuersionis: atque id est quod sepulchrum Paulus baptisma vocat. Consepulti, inquit, estis ipsi per baptisma in mortem. Ex hoc quod futurum est probat, corporum resurrectionem, inquam. Est enim multò, quàm corpora suscitare, peccata remittere maius: quod etiam Christus docet. Vtrum facilius dictu est, inquit, peccata tibi remittuntur dicere, an grabbatum tolle, & vade? Illud certè difficilius, inquit, quia verò mihi diffidistis velut ignoto, & quod facili° est difficilius statuitis vos, etiam hoc meæ potentiæ vobis argumentum exhibere nõ grauabor. Itaq; ait paralytico: Surge, tolle grabbatum tuum, & vade domum tuã. Et quî hoc difficile est, inquis,

Ioan.6.f

Ioan.3.a

Roma.6.a

Mat.9.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, inquis, quod reges & principes possunt, adulteros & homicidas quoties absoluunt? Ludis arbitror qui ista dicis: peccata dimittere solus deus potest. Reges porro & principes: etiamsi homicidas adulteros absoluãt, peccati supplicio liberant quidem, peccato absoluere non possunt: etiamsi in imperium euehãt ipsum, si purpuram offerant, si diadema id genus hominibus imponant, reges hoc pacto fecerint fortasse quidem, peccato liberare nõ possunt, solus deus potest. Quod in isto regenerationis lauacro facit, mentẽ gratia tangit, hinc radicale peccatũ euellit. Itaque qui crimine, regis beneficio absolutus est, inquinatum animum seruat: quẽ abluit baptisma, non item, sed Solis radiis puriorẽ mẽtem habet, & qualis erat, iam olim dũ conderetur: imò hac illustriorem, dum eum spiritum sentit qui vniuersam se inflammat, sanctificationem intendit. & vt tu ferrum, aurúmve recoquendo purum nouumq; facis: sic spiritus ille sanctus in baptismate velut in fornace recoquit ipsam, & peccatum consumẽdo quolibet auro purius splendentem reddit. Resurrectionis porrò causam etiam hinc probabilem iam deniq; facit, quia cum peccato mors introducta sit, postquam exaruit radix, nihil dubitari potest, periturum & fructum. Hinc est, quòd remissionem peccatorum cõfessus, mox corporum resurrectionem subiungis, quod ipsum quoque huc te manu ducit. Iã quia satis resurrectionis vox negocium explicare nõ potest: resurrexerunt enim & iam olim, & ipso crucis tempore quidã, mortui rursum, vt Lazarus ille: etiam hoc addis, in vitam æternã, ne mortis vlla suspicio post resurrectionem illam relinquatur. Hæc igitur nobis in memoriam Paulus reducẽs: Quid ij facient, inquit, qui pro mortuis baptizantur? Nam si resurrectio, nihil est, vmbrę verba ista sunt. Si nihil est, cur credere iubemus, quæ non conferimus: perinde vt si quis tabulas te facere, qui hoc & hoc acceperis, iubeat, quæ scripta sint autem non tradat, mox vt astipuleris, debitum abs te reposcat: quid tu, qui stipulat° es, facias? Postquam deuictum te reddidisti, nõ accepisti autem quod conuenit: id ipsum de baptizatis dicit: Quid facient, inquit, resurrectionem mortuorum stipulati, nil verò tale consequuntur, decepti? Quid omnino verò confessione ista fuit opus, nisi res sequantur? *Aut quid nos omni momento periclitamur? Indies morior per vestram gloriationem, quam habeo in Christo Iesu domino nostro.* Vides vnde probare dogma contendit? nempe suo ipsius suffragio, imò non suo solum, sed apostolorum etiam reliquorũ. Est autem nõ leue ne hoc quidem, quòd magistros scilicet tam perfectos adducit, non tam verbis quàm factis illa confirmantes. Itaque non † semper] persuasi & nos sumus, inquit: nam istuc quidem non fuerat satis, sed res ipsas in argumentum ducit: quasi dicat, verbis ista fateri, nil fortasse mirum vobis videtur: quòd si res ipsas produxero testes, quid respondebitis tandem? Audite igitur quî vitæ nostræ discriminibus quotidie ista protestemur: non dicit, ego: sed, nos, cæteros apostolos omnes assumens, quò simul & modestius pericula prædicaret, & fidei plus orationi haberetur. Quis est enim qui impositum sibi à nobis esse, & vana nos gloria excitatos dogma nouum sparsisse, obiicere verè possit? Pericula nostra reclamant. Quis enim periclitari perpetuo frustra velit? quid omni momento periclitamur, inquit? Nam si quis laudis cupiditate victus aliquoties periclitari velit: certè qui per vniuersam vitam velit, quemadmodũ nos, inuenietur nemo. Atqui in hoc vita nostra posita est, quotidie morior, per illam gloriationem vestram, quam habeo in Christo: gloriationẽ, fœlicitatem & augmentum dicit. Nam cum pericula multa esse ostendisset, ne velut deplorans illa commemorare videretur, non solum non doleo, inquit, sed glorior etiam, ista pro vobis ferens. Bifariâm verò gloriatur, & quòd propter ipsos periclitetur, & quòd videat pulchrè crescentes: hinc illud ex cõsuetudine suat quod dixerat altius paulo,] reuocat statim, domino vtrunque fert acceptum. Sed quî moritur indies? studio, voluntate, & quòd promptus ad eam rem sit. Sed quò attinet ista dicere? ad eundem resurrectionis tractatũ. Nam quis perferre tot mortes velit, si resurrectio nulla sit, vita posthac nulla? Nam si qui resurrectionem credunt, ægrè tamen nisi qui generosi cuiusdam spiritus sunt, pro ea fiducia periclitantur: quanto magis qui nõ credit, mortes & pericula præsertim tanta nõ feret? Paulisper enim vide qua amplificatione sit vsus. Periclitamur, inquit, adiungit, quolibet momento: mox, indies: deinde, morior: postremò cuiusmodi mortibus ostendit: *Si secundum hominem*, inquit, *cũ bestiis depugnaui Ephesi, quæ mihi vtilitas?* Quid est, secundum hominem? quantum feritatis in homines cadit, depugnaui cum bestiis. Quid enim quòd me periculis deus eripuit? Itaq; si quis est quem maximè de his solicitũ esse oportebat, is ego sum, tanta pericula nulla mercede ferens. Nam si nullũ est retributionis futurum tẽpus, sed intra præsentis vitę cursum nostra omnia clauduntur, grauius certè nos mulctamur. Nam vobis quidem credere hactenus impunè licet, nos quotidie mactamur. Hæc dicit omnia non qui nõ vtile fuerit ipsi quoq; pati, sed propter imbecillitatem eorum, quorum de resurrectione fidẽ confirmare studet, non qui pro mercede curreret ipse quoque: non satis habuit, facere quod deo probaretur. Itaq; & suprà cum dicit: *Si in hac vita solũ confidimus Christo, omnibus mortalibus miseriores sumus*, etiam tum ad illos respexerit, vt vel miseriæ illius metu, concuteret incredulitatem illam: ergo ad imbecillitatem illam sese demittens ista dixit: Magna merces enim satis est, per omnia Christo placuisse, & præter retributionem per sese maxima, propter Christum periclitari. *Si mortui non resurgunt, edamus, bibamus: cras enim morimur.* Morsum verba habẽt, itaq; domestica esse nolebat, sed prophetam opposuit magniloquentissimum Esaiam, qui de deploratis quibusdam desperatisq; loquens, hæc ita dicit: Vitulos mactant, inquit, sacrificant oues, quò carnes edant, vinum bibant. Edamus, inquiunt, bibamus, cras moriemur: auribus hæc cõperta diuinis sunt, nec peccatum vobis istuc dum moriemini, remittetur. Si qui hæc dixerunt, omni venia destituebantur: quanto magis qui eadem gratiæ tempore dicunt? Deinde ne asperior sit absurdis istis cõmemorandis, non amplius insistit, sed redit ad cohortationem. *Ne erretis, mores bonos colloquia corrumpunt mala.* Hæc dicit simul ceu stultos reprehendens (nam mores bonos, ciuilius pueriles illos & deceptu faciles vocauit) simul quantum licet, veniã commissorum donans, quò resipiscant: præcipuam insuper criminũ partem demoliendo ab his in alios trãstulit, quò facilius ad pœnitentiam protraherẽtur: fecit ad Galatas idem, Qui conturbat vos, inquit, quisquis est iudicium subibit. *Expergiscimini iustè, & ne peccetis.* tanquam ad ebrios & insanos. Omnia è manibus abiicere, non cernere quæ hactenus vidissent, negare quæ credidissent, furiosorum erat. Quid est autẽ, iustè? [ob bonum & vtile.] nam & iniustè expergisci quis potest, in animæ scilicet suæ detrimentum, aptè verò, ne peccetis,

Luc.5.c

Matt.27.& Luc.23.f

† simpliciter.

Hic supra

Esaiæ 65.c

Gala.5.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

cetis, inquit, hinc incredulitatis semina pullulasse do-
cens. Sæpe istuc monet, è corrupta vita dogmata cor-
1. Tim. 6. b rupta pullulare, vt cum dicit, Radix viciorum omniũ
auaricia est, quam secuti quidam excidêrũt fide: multi
enim male conscij sibi, & pœnam refugientes, eo metu
grauiter in resurrectionis fidem sanciant:ur, quemad-
modum contrà cõscij boni sibi virtutis suæ, oculis in-
† ad pudorẽ tueri diem illum concupiscunt. *Ignorant deum quidam: †*
vobis. *qui vos impellam, ista j dico.* En rursus aliò crimẽ transfert,
neq; enim ignoratis, inquit, sed ignorãt quidam. Nam
resurrectionem diffiteri, eius certè est, qui nõ magno-
pere sentiat de diuina potestate, inuicta scilicet & ad
omnia sufficiente. Siquidem enim de nihilo quæ sunt
omnia fecit, quãto facilius quæ dissoluta sunt, restitue-
re omnia potest:Iam postquã eos acerbè grauiterq; in-
cessisset, gulam, stulticiam, insaniam, irridens, mitiga-
turus eam libertatem, qui vos impellam, inquit, ista di- B
co: hoc est quî instituam, qui reuocem, quî per ignomi-
niam meliores reddam: timet enim ne profundius se-
cando, resilire cogat. Hæc non est fratres cur ad istos
referamus solos, nobis morbi genere eodem laboran-
tibus, vitam æquè corruptis dicũtur. Non solum enim
dogmatis peruersis imbuti, sed & viciis obnoxij, ebrij
sunt insaniuntq;: quibus ipsis quoq; iustè expergiscimi-
ni dicas, præsertim auaricia, gula, grauatis, per nefas ra-
Matt 11. b pientibus. Nam & laudata quædam rapina est, cœlorũ
scilicet, nihil cuiquã nocens. Opes eripi congeriq;, nisi
alterius detrimento nõ possunt: in spiritualibus secus,
imò contrà ditescit nemo solus, nisi alium vnà iuuet:
quantùsper enim neminem iuuas, ditescere non potes.
In cæteris enim rebus communicatio decrementũ, in
spiritualibus incremẽtum parit: qui nihil cõmunicat,
is ad inopiam redigitur, & extremam sibi pœnam con
Matth. 26. c scisci:indicio sit qui talentum defodit. Nam ille con-
tra sapientia præditus, dum alus impartit, facultates au
get, sapientes etiam cæteros reddit. Qui defodit autẽ,
etiam suis se facultatibus fraudat, multorum vtilitate
neglecta. In cæteris donis eodẽ pacto habet, quod quis
quis possidet, quãto pluribus dat, tanto multiplicat do
num magis: nec ipti, dum communicat cæteris, defit,
sed multos spirituali dono iuuat. Regula est in his re-
bus certa, in regno dei qui cõsortes fœlicitatis sibi asci-
scit, tanto hoc fruitur magis: qui secum ferre nullũ po-
test, bonis illis omnibus cadet. Nam si sapientia illa se-
culi huius, in innumeros etiam diffusa non cõsumitur
tamen, nec artifex artifices ex se plures gignens, artem
amittit: quanto magis qui regnum hoc cœli rapit, an-
gustius nõ reddet? Itaq; tanto nobis opes cumulatiores
euadent, quanto huc aduocauerimus plures. Ea igitur
rapiamus, quæ diripiendo non comminuũtur, sed cre-
scunt: rapiamus quæ omni reprehensione, omni planè
inuidia carent. Nam si locus sit, auri fontem perennem
scatens, & qui quanto haurias plus, tanto exundet ma-
gis, alius item thesauros defossos habens: ex vtro dite-
scere potius velis? Ex illo, credo. Sed ne verbis nudis
ista confingamus, reputare ab aëre, à Sole licet: omni-
bus hæc vsurpantur, omnia implent. Atqui siue fruamur, siue non fruamur, eadẽ semper manent, nec quic-
quam decrescunt. Illa verò quæ ego dixi, maiora sunt:
nec enim siue caremus, siue non caremus eadem spiri-
tualia manent: sed cum distribuuntur, iam magis cre-
scunt etiã. Si quis porrò ista nõ audit, sed adhuc terre-
nis rebus addictus, vitiorum stultitio tenetur, ille velim
in memoriam mãnæ cibum reducat, & pœnæ istic in-
flictę exemplum horrescat. Nam quod tum accidit, ac-
A cidere auaris videmus. Quid accidit igitur? Vermes ab *Exod. 16. c*
auaricia istic scatebant, idem in his etiã cibis fit: mẽsura
eadem omnibus est, vnum cuncti ventrem explemus:
& stercoris apud te qui voluptatem sequeris plus est. Et
quemadmodũ istic qui plus quam permissum erat col-
ligebant, non mãna, sed vermiũ tum plus & putredinis
retulerunt: sic voluptarij, sic auari, non voluptatis, sed
detrimenti plus reportant. Hoc vẽtres, hoc luxones,
tanto deteriores, quòd illi ad errorem semel commis-
sum resipuerunt, ij quotidie vermẽ multo molestiorẽ,
in suas ipsorũ domos inferentes nec sentiũt, nec satiã-
tur. Esse porrò hos illis vano conatu persimiles (nã pœ-
na est longè maior) hinc maximè liquet. Nã quid loci
ples ille paupere differt? non vnum corpus vestit? non
vnum ventrẽ nutrit? quid igitur differt? curis puto qui-
bus consumitur miser, neglectu dei, corporis inquina-
B tione, animi perditione: hæc sunt quibus pauperẽ præ-
cellit. Itaq; si vẽtres habeat plures, obiicere fortasse pos-
sit, nempe rebus etiam pluribus, pluribus sumptibus esse
opus. Istuc etiã sic possunt, inquis, multorũ ventrem im
plent, seruorum, ancillarum, familiarium. Verum nec
necessitate, nec humanitate adducti, sed fastu solo. Ita-
que hanc excusationem recipit nemo. Nam quò fami-
liares tot alis? Quemadmodum enim in vestibus, in vi-
ctu, necessitatem respicere solam oportet, sic in fami-
liaribus. Quæ ergo necessitas est? nulla sanè: herũ vnũ,
vno seruo contentum esse decebat, imò vno seruo tres
heros. Si molestum est, eos reputa qui nullum omnino
habent, & ministerio tamen interim expeditiore colũ-
tur. Sic enim comparauit deus nos, vt esse sibi quisque
minister idoneus posset, quin etiam proximo. dubitas?
Paulum igitur audi, Necessitatibus meis, & eorum qui *Act. 20. g*
C mecum sunt, inquit, hæ manus ministrarunt. Ille orbis
præceptor, & vir cœlis planè dignus, seruire mortali-
bus innumerabilibus veritus non est. Tu nisi multos
post te seruorum greges trahas, turpe putas, haud vi-
dens hoc esse quod te vehemẽter deturpat: huc manus
cõtulit deus, huc pedes, ne seruis scilicet egeremus. Nec
enim necessitatis causa genus seruorũ est introductũ,
esset alioqui primo statim exortu cum ipso Adam: sed
peccati mulcta est, inobedientiæ pœna: veniens autem
Christus etiam hoc soluit. Nam in Christo nec seruus *Gala. 3. d*
est, nec liber: itaq; seruum habere necesse non est, aut si
omnino sit, vnum fuerit satis, aut ad summũ duos. Exa-
mina seruorum quid sibi volũt? quemadmodum mer-
cator inter omnium, aut mancipiorum greges, sic diuites
illi in balneo, in foro, caterua seruorum stipati ober-
D rant: quanquam nolo scrupulosius ista disputare, esto
sanè seruus, alter etiam: certè si quid adiungis, iam non
necessitati, sed luxui seruit. Nam tu si illos ames, nemi-
nem in ministerium distringas: sed optimis artibus tua
opera institutum, & iam sibi sufficientem liberum di-
mittas: sed cũ cædas, vincias semper, quo modo sit hoc
humanitatis? Scio sanè molesta esse hæc multis. Sed
quid agã? officij nostri est, nec ista monere cessabo, siue
quid deinceps fit, siue non. Quid enim sibi tumultus il-
le in foro vult? an inter feras agis, qui ita occurrentes
depellas? aut vereris ne quis te occurrens, & propius ac-
cedens, morsu petat? Contumeliam putas si inter cæte-
ros ingrediare? Quæ igitur hæc insania est? Quid mõ-
stri est? equus si te propius assistat, contumeliosum non
putas: hominem verò nisi mille stadiis abigatur, grauẽ
censes & iniurium. Iam verò pueri quò pertinent deli-
gnatores? liberis hominibus velut mãcipiis veteris, imò
turpius ipse quouis mancipio viuis, certè quouis seruo
leuior es,

Universidad de Deusto
Biblioteca

leuior es,pompam istam tantam quisquis circunducis: veram libertatem, huic morbo obnoxij nunquam ne inspiciunt quidē. Quòd si tumultuari repellereq; adeò lubet,non obuios,sed fastum illum repelle, non per seruum, sed te ipsū, nō designatoria virgula, sed spiritali. Nunc quidem seruus ille tuus accedentes repellit, turpius verò tua te sublimem illum stulticia agitat, quàm seruus propinquantem : quàm si ab equo descendens, humilitate duce pellas,altior conspiciere, maiori iam eris in precio,nihil ad eam rem opus opera serui habebis.Nā si modestior factus,humi ingrediare: ipsa te humilitas vehiculo suo gestatum in cœlum subuehet pernicibus equis: cuius curru cadens si ad illam fastus tui lecticam,quam reptilia trahunt, redeas, nihilo plus assequere, sed calamitosior, & miserior eris : alios enī sic sui corporis & morbus & imbecillitas vectari cogit, te
Luc.14.& 18.c tua superbia.Atqui omnis,inquit Christus,Qui se exaltat,humiliabitur : vt ne igitur humiliemur, sed exaltemur,ad fastigium illud ascendamus.Sic enim requiem iuxta diuinum oraculum , animabus nostris inueniemus,vero & supremo honore potiemur : qui vt omnibus nobis contingat,gratia fiat & benignitate domini nostri Iesu Christi,quem gloria decet & imperium, nunc & semper,& in secula seculorum, Amen.

Homilia XLI.

AT dicet aliquis , quo modo resurgunt mortui? quali autem corpore venient? Stulte, tu quod seminas, non viuificatur, nisi mortuum fuerit. Cum mansuetus alioqui vehemēter, & humilis apostolus vbique sit,hîc aliquanto propter aduersariorum pertinaciā vehementius surgit:neque est hoc contentus, argumenta colligit etiā,& exempla ponit, sic contētiosum illū coërcens.Et suprà quidem,Si per hominem,inquit, mors
Hîc sup.c est,per hominem resurrectio quoq;:hîc verò quod obiici à gentibus etiam solet,discussit . Vide autem vt hîc
†uō enī sit, dicetis vos. quoq; incessendi vehementiam præcidit : † neq; dicitis vos,sed incertum aduersarium fingens. Dicet aliquis, inquit, vt remissiore oratione minus percelleret auditorem.Affert autē quæstiones duas,resurrectionis alteram,alteram corporum status.De vtroq; enim dubitabant.Quî surget,inquiūt,solutū semel? & quali qui surgunt,corpore redibunt?Quid est,quali corpore? id est, corruptóne illo & soluto,an alio quodā? Hinc non dubia,sed confessa esse quæ quærunt docens:vehementius iam occurrit.Stulte,inquit,tu quod seminas, non viuificatur nisi mortuū sit: quod quidē etiā vulgo solemus, quoties manifesta quispiā negauit. Sed inquis,cur non
Philip.3.d statim ad omnipotentiā dei recurrit?Quia cum Ethnicis res est:apud fideles rationibus vtitur rarò . Vnde cū dixisset alibi,corpus nostrum humile transfigurabit,vt cōforme reddat corpori suo glorioso, & ampli⁹ quiddam quàm resurrectionem promisisset,nullis exemplis vtitur tamen, sed diuinam potentiā solum certissimę probationis loco allegauit. Iuxta virtutem inquit, qua subiicere sibi etiā cuncta potest. Hîc autē rationes etiā mouet, quanquā scripturis ista probarat, tamen & has propter eos qui scripturæ fidunt parum,adiecit : stulte, quod seminas,id est,ex te ipso eius quod quæris rationem,ex his quæ quotidie facis,nosse licet . Vnde stultū te voco,qui quæ abs te quotidie fiunt,ignores:cū tu ipse resurrectionis , artifex quispiam sis, dubitas de deo: vnde vi quadā maiori,tu,inquit, seminas, tu inquā qui
† verbis. mortalis es,qui peris. Vide autē quàm accōmodatis ſtrationibus ſvtatur,nō viuificatur,inquit,nisi mortuū fue-

A rit.Vocibus seminum propriis(cuiusmodi sunt,germinat,crescit, soluitur, putrefit) repudiatis, eas quæ carni nostrę respondent,accōmodauit,viuificatur,moritur, quæ non seminum iam, sed corporū propria sunt: nec postquam moritur viuet, inquit, sed quod plus ob hoc viuit,quia moritur.Vides quod moneo sæpe, in cōtrarium semper orationē deflectit.Nam quod illi signum esse cur nemo resurgeret volebant,hoc ipse certū resurrectionis argumentū facit . Dicebant enim non resurgere quod mortuū esset. Quid ipse?conuertēs, imò nisi mortuum,inquit,sit,non resurget : & ob hoc resurget, quia mortuum . Quemadmodū illud ipsum Christus quoq; docet,Granū frumenti cum cecidit in terrā, nisi *Ioan.12* moriatur,solum manet:si moriatur autē, fructū copiose reddit.Hinc Paulus exemplum trahens, non inquit, non viuit, sed nō viuificatur, potentiā diuinam rursus
B coniungens,docensq; non terrę naturā,sed dominum esse qui omnia facit. Cur verò quod accommodatius erat,inquis,nostrum semen in medium non adduxit? quando nostra quoq; genitura à corruptione primordium habet,nō minus quàm grani? quia hoc minus respondebat, illud magis : quærit totum quiddam quod pereat,nostrum verò semen pars est, igitur granū malebat.Præterea ex animāte mittitur hoc, & in animalis recipitur ventrem.Illud non in carnem, sed in terram iactum,in ea soluitur,prorsus vt ipsa corpora mortuorum. Accommodatum igitur est magis: *Et hoc quod seminas,non corpus quod nascetur seminas.* Hactenus responsum est ei,qui num resurgant:hîc autē ei,qui quali corpore resurrecturi sint,quærit. Quid est autē, nō corpus quod nascetur seminas?non spicam integrā, neq; granum nouum:neq; enim de resurrectione iam disputa-
C tur, sed de ipso resurrectionis modo, quale corpus resurrecturum sit:exempli gratia, tale ne, an melius splēdidiusq;? Vtrunque autem ab eodem exemplo probat, docetq; non tale,sed præcellentius rediturum,quorum hæretici nihil intelligentes,hunc nobis in modū insultant:Aliud,inquiūt,cadit, aliud surgit, quæ resurrectio sit igitur?eius enim quod cadit,resurrectionem esse decebat. Vbi admiranda , vbi stupescenda illa vestra de morte victoria?Siquidem aliud cadit,aliud surgit, nec reddit enim mors vnquā quod abripuit captiuū . Hæc illi:quorum dictis videamus vt respondeat similitudo Pauli.Certè enim nō alia res seminatur, alia surgit,sed eadem melior.Ac ne Christus quidem hoc pacto, corpus idem recepit,aut primitiæ eorum qui resurgūt fuit, qui iuxta vos corpus, licet peccati immune, abiecit, aliud sumpsit.Vnde nam igitur hoc?nam illud ex virgi-
D ne quidem,hoc verò vnde? Vides commentū quo impingat?quò enim vestigia clauorum ostēdit? quia idē, puto,corpus crucifixū resurrexit : aut quid sibi Ionæ figura vult?non alius enim absorptus,alius in terram ex- *Ioan.2.a*
positus rursum Ionas est.† Quid?quòd eodem corpore, *† Quid autem etiā ipse dicebat, Solute. Ioan.2.d*
sed aliter cōparato resurgemus, corruptionis indiciis scilicet & illa quæ sensu comprehendi potest crassitudine,in cœlestem quendam fulgorē mutatis. Sic scripturæ dicunt,Solue,inquit,ȷ templum hoc, & triduo ipsum suscitabo:nempe quod soluebatur,idem & suscitauit. Vnde euangelista quod de sui ipsius corporis templo diceret,adiecit.Quid igitur Paulus?Non quod nascetur,inquit,corpus seminas tu, hoc est, non spicā.Nā & eadem est,& non eadem:eadem,quia substantia eadem:non eadem,quia melior iam hæc, substantia quidem eadem consistēte,ornatu verò maiore, & vt vno verbo dicam,noua eadem resurgēte: siquidem hoc nisi

sit,nihil

Universidad de Deusto
Biblioteca

fit,nihil resurrectione fuit opus, nisi præstantius quod cecidit,rediret.Quid enim demoliri domũ necesse sit, nisi extruere splendidiorẽ velis:Hoc igitur illis,qui eãdem corruptionem esse putant,respõdit. Hinc nequis aliunde corpus suspicaretur,similitudinem datam exponit, nec spacium auditori alio cogitationem hinc transferendi permittit, adeoq; nihil hîc oratione nostra est opus, ipsius sese exponit, *Non corpus quod nascetur seminas tu.* Quid sit ipsum,audiamus.Statim enim subiunxit, *Sed [nudum] granum (exempli causa) tritici, aut alicuius ex cæteris*: [Hoc est,non corpus quod nascetur,id est non ita vestitum.non granum(verbi gratia) tritici,aut alicuius ex cæteris quod calamum habeat & aristas.]

Et deus illi dat corpus vt voluit. Rectè,inquis:sed istic est naturæ opus. Cuius naturæ:dic mihi.certè & istic omnia deus facit,non natura,non terra,non pluuia, quod ipse quoq; significaturus,terra,pluuia,aura, Sole, rusticanis manibus prætermisis:Deus,inquit,illi pro volũtate sua dat.Nõ est igitur cur multis occupêre,cur solicitè quo pacto sint inquiras, diuinã maiestatẽ, diuinã voluntatem audis: *Et vnicuique seminum proprium corpus.* Vbi igitur est alienum:propriũ enim dat.Itaq; quũ dicit,nõ quod nascetur,seminas tu:nõ hoc vult, qui substantiam aliã pro alia restitui dicat,sed.prestantiorem, splendidiorẽ. *Vnicuique enim seminum proprium est*,inquit, *corpus.* Hinc iam discrimen futuræ resurrectionis ostẽdit.Neq; enim quia semina iacta in spicas omnia renascuntur,idem omnium etiam qui resurgunt status erit, quando nec semina ipsa vim eandẽ tenent, sed alia aliis sunt præstãtiora.Ergo subiungit, Vnicuiq; propriũ corpus:neq; hoc est contẽtus,discrimẽ maius,& euidẽtius quærit:vt ne enim,quia resurrecturos,quemadmodum dixi,vniuersos audis,pari vniuersos etiam dignitate resurgere putes,obices huic cogitationi supra præstruxit: in suo quisque ordine,inquit: & hîc magis etiã perspicuum reddit, *Nec caro eadem omnis est*,inquit: de seminibus quod dico, de corporibus eadem licet: subiungit igitur, *Hominum alia, alia pecorum, alia piscium, alia volucrum. Sunt cœlestia corpora, sunt & terrestria, sed alia cœlestium gloria est, alia terrenorum: alia Solis gloria, alia lunæ, alia stellarum: stella à stella gloria differt.* Et quid sibi verba volunt? cur quum de resurrectione disputatio instituta sit, in Solis mentionem delabitur & stellarum? Nõ delabitur, nec abreptus instituto est:absit:adhuc inhæret, resurrectione asserta discrimen esse resurgentum ingens probat, vna sit resurrectio licet.In duo igitur hoc vniuersum, cœlestia, terrestria secat: quòd illa porrò resurrectura sint, frumenti similitudine monstrauit, sed quòd non eadem omnia gloria,hinc iam docebit. Vt enim resurrectionis spes sublata semel,supinos:sic iisdẽ rebus credere dignatos vniuersos iri,secordes reddat. Vtrũque igitur,illud quidem suprà, hoc deinceps iam emendauit:ordines autẽ fecit duos,piorum,impiorum:eos rursus in membra quędam secat,nec pios cum impiis,nec pios planè cum piis,aut impios cũ impiis eadem conditione futuros docens. Prima igitur piorum & impiorũ sectio est:Cœlestia quædã corpora sunt, inquit, quædã terrestria:impios per hęc,per illa pios significare volẽs: iam impiorum discrimen attexit, Non omnis,inquit, caro eadem est,sed piscium alia, alia volucrum,alia pecorum:corpora sint omnia licet, sublimiora, inferiora tamẽ aliis alia sunt.In vita,in apparatu similiter habet. Hinc ad cœlestia redit: alia, inquit, Solis est,alia lunæ gloria. Vt in terrestribus enim, sic in cœlestibus quoq; diuersitas quædam est non parua, prorsus ad extrema vsq; peruadẽs.Non enim Soli luna, aut luna stellis differt modo,sed stellæ stellis,omnia sint in cœlo licet,tamẽ gloria visuntur alia alius maiore. Quid igitur hinc proficiemus:quòd in regno qui sint omnes, non eadẽ omnes regni gloria fruuntur: in igne qui sunt omnes, non eadem omnes supplicij crudelitate coquentur.

Sic igitur & mortuorum resurrectio,inquit, discrimine scilicet ingẽti.Hinc illam iam satis comprobatam disputationem mittens,ad resurrectionẽ & resurgendi modum redit, *Seminatur in corruptione*,inquit,*resurgit in incorruptibilitate.* Vide ingenium,de seminibus loquens, vocibus vtitur corpori propriis: Non viuificatur, inquit, nisi mortuum: de corporibus autem, seminũ nomina vsurpauit,Seminatur, inquit, in corruptione, surgit in incorruptibilitate:nõ,inquit, nascit, sed surgit, ne terræ opus putares.Sementẽ hîc nõ id quod in vtero maturescit vocat,sed illam in terrã mortuorum corporũ tumulationẽ,dissolutionem, cinerẽ. *Vnde in ignominia seminatur*,inquit. Quid fœdius enim cadauere iam putrido cogitari potest? *Resurget in gloria, seminatur in infirmitate.* Nam trigesimus dies nõ abit, quin computruerit totum:durare ne vnum quidem diẽ, aut cõtinere se caro potest. *Resurget in potentia.* Nihil enim tũ † supererit horum:] vnde vtriusq; generis vsus est exẽplis, ne si quis incorruptibilitatẽ,gloriã, † pœnam] audiat,nullum esse resurgentũ discrimen putet. Omnes enim in incorruptibilitate,in gloria,in potentia eius incorruptibilitatis surgent quidẽ, sed nec dignitate, nec securitate pari. *Seminatur corpus animale, resurget corpus spiritale: [est corpus animale,est & corpus spiritale.]* Quid ais:ergo nũc spiritale non est:Spiritale quidẽ,† sed animale magis.] Sæpe enim nunc quidẽ spiritus gratia,peccantibus nobis absistit:ac vt presto sit menti quidem nostrę, tamen vita in carne interim est spiritum ignorante.Istic verò non itẽ,sed constanter spiritus beatorũ carni assistit,eritq; penes hunc imperium, etiã anima tum præsente: atq; hoc per spiritale significauit: aut agibilius certè tenuiusq;,& quod aura vehi possit,futurum dicit:aut fortasse vtrunq;. Quòd si mihi parũ credis, cœlestia corpora splendida illa,hactenus durantia,æterna tranquillitate consistentia vide.Credesq; deinceps, etiã illa nostra corruptibilia, incorruptibilia vt sint efficere deum posse.Immo his quæ oculis cernuntur præstantiora. *Quemadmodum scriptum est*,inquit,*factus est primus Adã,in animam viuentem:extremus, in spiritum viuificantẽ.* Tametsi illud est scriptum quidẽ,hoc non est: transtulit tamẽ ab ipso rerum euentu, quod ferè solet, quæ etiã prophetis est consuetudo.Iusticię ciuitatẽ vocatam iri Hierusalẽ, propheta dicit,nec est vocata tamen. Quid ergo:mentitus est propheta? nequaquã. Sed rerum euentum notauit.Christum item Emmanuel,quod ne ipsum quidẽ contigit tamen,sed res ipsæ voces has mittunt.Eodem hîc pacto,Extremus Adam in spiritũ viuificãtem: hæc eò dicit, quia vtriusq; vitæ symbola pignoraq; præterierunt,præsentis quidẽ, Adam:futuræ verò, Christus: quia enim vera bona in spe nostra posita sunt, ipsum principium bonorũ præteriisse,fontẽ & radicem comparuisse docet: quòd si fons, si radix nota omnibus est, de fructu dubitari non potest:vnde,Extremus, inquit, Adam in spiritũ viuificantẽ:& alibi,Viuificabit,inquit, mortalia corpora vestra,per spiritum ipsius, vos inhabitantẽ.Ergo qui viuificat,spiritus est. Deinde ne quis quærat,cur antiquiora mala sint: & ea quæ ad animalẽ nostri partẽ attinent,præterierint tota,nõ cœperint solum:quæ ad spiritum autẽ,cœperint modo:vtriusq; rei principia

† superabit ipsum: † potentiam

† sed illud multo magis

Gene.2.b

Zach.8.A

Esa.7.c. & Mat.1.d

Rom.8.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

principia sic ordinata fuisse docet. *At non erat primum,* inquit, *quod spirituale, sed quod animale, spirituale post.* Cur autē id ita sit, non adiunxit, diuina ordinatione contentus, ipsum rerum euentū, certissimum diuinæ dispensationis testem arbitratus, tum res nostras ad meliora semper festinare docens. Nam si quæ minora sunt, exitum aliquando suum obtinuerunt, quāto maiori cū fiducia expectanda nobis sunt præstantiora bona? Quia igitur tantis iam olim bonis fruituri sumus, in eū nos ordinē, qui Solis instar lucet, alacriter inseramus, mortuos ne lugeamus, sed perditè potius ex ista vita soluentes: imitemur agricolas, qui cum dissolui granū vident, nihil turbātur: vbi superstes, solidumq; & integrum in agro iacet, metuunt, tremunt: mox vbi dissolutum iam conspicantur, gaudent: futuræ enim sationis exordium est, solutum granum: Ita nos cum corruptibilis illa nostra domus ruit, gaudeamus, cū homo seminetur. Nec mirere, quòd sepulturā semen vocet, satio est multo optima. Vulgarem enim hanc nostram sationē mors, labores, pericula, curæ consequuntur: illam, si rectè viuamus præmia, coronæ. Et hanc quidē, corruptio, mortalitas: illam, immortalitas, incorruptibilitas, & mille præterea bona comitantur. In hac cōplexus, voluptates, somnus: in illa, vox vna de cœlo descendēs, confertim omnia fœcundat: hīc qui surgit semel, in ærumnosam istā vitam non reducitur vnquā: dolor, tristicia, gemitus, mala omnia ponuntur. Sed herum qui ædibus tuis prę-
sit, quæris, & ob hoc mariti obitum deploras. Ad communem omniū præfectum, communē saluatorē, communem patrem deū, id ista auxilia nunquam vincēda, ad expedita præsidia, protectionē quolibet tempore loco prę-
sentaneam, vndiq; te vallantem cōfuge. Sed desiderabilis est & gratiosa consuetudo, noui. Quòd si reputabis rectè dolorē, deinde quis ille sit qui abstulit, a-
† & q̄ fortiter ferens. pud te cogitaris, † si quàm fortiter oppetit, voluntatē istam sacrificium exhibes deo, & euadere procellā istā facilè potes, & quod tempus solet, id efficies ratione tu & philosophia. Quòd si in lachrymas diffluas tota, cessabit nihilominus cum tēpore dolor, & prę-
miū tu nullum reportabis. Istam rationē vbi iniueris tecū, exēpla collige illa prę-
sentis vitæ, qualia passim in scriptura le-
Gen.22.b guntur. Cogita quòd Abrahā filium suum mactauit, & neq; fleuit, nec verbum acerbū vllum emisit. Rectè inquis, sed Abrahā. Atqui tibi maior est propositus labor. Iob verò, fleuit ille quidē, sed quod satis erat patrē liberorum amantem, & mortuos curantē. Quod verò nūc facimus nos, hostium est potius & inimicorum. Neq; enim si tu amico ad regnum vocato, coronatoq; lachry
meris, pectus tundas, amicum esse te coronati quisquā credat, sed inimicū, sed hostem. Ego verò iam nō illū doleo, inquis, sed meipsum. Atqui ne hoc quidē amantis est, ad istam solicitudinem reuocatum illū, aut huic miseriæ subiectum, in mari fluctuantem esse propter te velle, cui coronari, appellere, & in ipso portu sedere licet. Sed quò abierit, inquis, ignoro. Ignoras? Vel rectè vixit, vel secus: vtrinque quò profectus sit, constat. Id-
ipsum est quod perturbat, inquis, quia discesserit peccator. Sunt hæc suffugium & prætextus. Nam si tu idcirco mortuum doles, formare, componere viuentem oportebat. Verum tuas tu vices, non huius deploras. Abierit peccator sanè, gaudere decet, peccata impedita esse, & non accumulatum malum, nitíque quantum fieri potest, vt iuuetur non lachrymis, sed prece, sup-
Nota p defunctis. plicationibus, eleemosynis, oblationibus. Non est temerè hoc excogitatum, nec frustra memoriam mortuorū inter sacra mysteria celebramus, aut accedimus, pro istis agnum illum iacentem & peccata mundi tollentem deprecantes, sed vt his consolatio hinc aliqua fiet. Nec temere qui altari assistit, inter horrenda mysteria clamat, Pro omnibus in Christo dormientibus, & pro his qui memoriam celebrant illorū. Nam nunquā ista fiant, neq; hæc dicantur, [si pro illis commemorationes non fierent.] Neq; enim scena iam amplius nostra sunt, sed spiritus ordinatione fiunt. Opitulemur igitur his fratres, memoriam pro ipsis faciamus. Nam si Iobi illius liberos patris victima purgauit: quid dubites, è nobis quoq; si pro dormiētibus offeramus, solacij quiddam illis accessurum? Gratificari deus propter alios aliis solet, quod Paulus hic ostendit. Vt ex multis, inquit, personis, pro dono in nos collato, per multos gratiæ pro vobis agantur. Ne defatigemur mortuis auxilium ferendo, preces pro ipsis offerendo, cōmunis totius orbis victima preces sunt. Hinc pleni fiducia, pro toto etiā orbe supplicamus, inter martyres, inter cōfessores, inter sacerdotes mortuos recensemus. Vnū enim corpus omnes sumus, sint membra licet alia aliis illustriora, vndiq; veniā ipsis impetrare licet, precibus pro ipsis effusis, muneribus datis, consortio eorū, inter quos velut cōmune corpus referūtur. Quid ergo doles? quid lachrymaris? cum impetrandæ mortuo venię tot extēt rationes. Sed hoc doles, quæ sola sis careasq; rectore. Hoc non est cur dicas, amittere rectorē deum non potes, quantisper hūc habes, cōiuge, patre, filio, affini quouis præstabit, vt qui superstitibus etiā his faciebat omnia tamen. Hæc tu cogita, & exēplo Dauidis sic dicas, Dominus illuminatio mea, protector meus, quē time-
Psal.26.a bo? † quando ‖ tu pater orbis, iudex viduis es. Huius tibi † *dicto,* præsidiū deuince, magisq; prospicientem tibi senties, q̄ prius, quando scilicet in difficultate consistis. Sed filiū amisisti. Non amisisti, ne dicas. Somnus ea res est, non mors, transitus, nō interitus, peregrinatio ab humiliori loco ad altissimū susceptа. Caue irrites deū, sed propicium tibi redde. Si feres generosè, magnum tibi ex ea re & mortuo ipsi solacium erit. Si feceris contrà, magis diuinam iram accendes. Nam si tu hero seruum castiganti assistens indigneris, magis illum aduersus hominem prouoces, credo. Caue igitur faxis, orans potius age, qui illam tibi tristiciæ nubē dispergat. Dices quod beatus ille, Dominus dedit, dominus abstulit. Cogita *Iob.1.d* quot sint qui æquius suā sortem ferunt, qui nunquā nec liberos susceperunt, nec patres sunt appellati. Neq; ego sanè voluissem inquit. Quanto enim præstat, omnino non gustasse, quàm vbi gustaris, voluptate protinus cadere? Ne obsecro voces istas vsurpes, ne irrites etiā dominum: sed pro his, quæ habes, gratias age: pro his, quæ non perpetuo habes, dominū glorificato. Nō effutiuit hoc quod tu Iob tam imprudenter, non accipere præstitisse: sed etiā pro his gratias agit, Dominus dedit, in-
quit: pro his gratias agit, Dominus abstulit, In secula sit *Ibidem.* nomen domini benedictum. Sic vxorem litigādo coërceat, ista admiranda verba profatus. Si bona suscepi-
mus prius, inquit, de manu domini, mala nō feremus? *Iob 2.c* Et quanquam acerbior postea tentatio fuit, tamē ne sic quidem ille defecit, æquè generosè tulit, æquè dominū prædicauit. Hoc tu quoque fac. Cogita apud teipsum, primum non ab homine, sed à deo ablata, à deo facta studiosiusq; quàm abs te ipso conseruata, vt qui rectissimè, quid ex re cuiusque sit norit, non hoste, non insidiatore, sed patre. Cogita quot sint parentes, quibus liberi sui vitam acerbam & iniucundam reddiderunt.

Quid

Quid ergo generosos nō vides,inquis?Video sanè:Verum etiā his rectius filius tuus habet. Sint enim in precio licet, atqui incertus finis est. Qua de re iam nihil es anxia tu,nihil tremis,ne quid accidat,ne qua iterū mutatio fiat. Eadem hæc de vxore interea & sedulo cogitato,pro omnibus domino gratias habeto. Coniugem amisisti,dominum glorificato: fortasse maiorem ad cō tinentiam reducere,maius ad opus vocare, isto te vinculo liberare studet.Hoc pacto si philosophemur,simul & præsentem vitæ tristiciam discludemus, & futura bona congregemus. Quæ vt omnibus nobis contingant, gratia faxit & benignitas domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum,Amen.

HOMILIA QVADRAGESIMA secunda,Hieronymo Agnitio interprete.

Primus homo è terra terrenus,secundus homo ipse dominus de cœlo.

POsteaquam de animali & spirituali,vtriusque discrimine monstrato,disseruisset: terrenum iam & cœlestem hominem vocat, alia rursus differentia allata. Quarum prior quidem illa ad præsentem,futuramq; vitam: hæc vero ad eam quæ ante gratiam extitit,& post gratiam futura est,pertinet: atque hanc in optimo vitæ genere constitutam esse dicit.Ne vero(quod modo dixi)resurrectione confisi, vitæ & sedulitatis essent securi, denuo hic illos ad certamen inducit,& ad virtutem cohortans: Primus,inquit, homo è terra terrenus est, secūdus homo ipse dominus de cœlo:in vniuersum quicquid huius est,hominē quidem vocans,sed hoc tamen à præstantiore, illo à deteriore denominato. *Qualis enim terrenus ille*, inquit, *tales & hi qui terreni sunt:* id est, sic peribunt, & morientur. *Rursum qualis ille cœlestis, tales & hi qui cœlestes sunt:* hoc est,eundem in modum immortales,æternaq; gloria clari.Quid igitur?inquis,an non mortuus est hic ipse quoque?Sanè quidem,verum incommodi inde nihil accepit, quin ipsam mortem hoc potissimū modo peremit. Viden' vt per mortem eius etiam resurrectionis illud dogma confirmet? Cum igitur (quod dudum monui) principium rei adeóque caput habeas, de corpore vniuerso nihil iam amplius dubitare iubet, & saluberrimā viuendi doctrinam iam hinc sedulo inculcat.Exempla vero sublimis istius,philosophicæq; vitæ, tum eius quæ ab hac diuersa est,ponēs,vtriusq; originem,illius Christum, huius Adam adducit. Quam quidem ob causam non simpliciter è terra,inquit,est,sed terrenus:quasi dixerit,crassus,rebúsq; deditus præsentibus.de Christo cō trarium dicit,ipse vero dominus de cœlo. Quòd si hic sint qui obiiciant, Christum corpus non habuisse,eo quòd de cœlo esse dicatur, his quāquam satis superque os obstruant,quæ hactenus à nobis dicta sunt, tamē nihil obstat quo minus hoc quoque loco eos compescamus. Quid igitur?dum ait,ipse dominus de cœlo,naturámne, an optimam illam vitæ rationem intellexit? Enimuero manifestum cuique est,quòd vitæ rationem: quocirca subiicit, *Quemadmodum gestauimus imaginē terreni:* hoc est,quemadmodum patrauimus mala, *gestemus & imaginem cœlestis:* hoc est, operemur bona. Sed missis aliquantisper his, istuc abs te lubens interrogarim,num quod ex terra terrenum dixit,& ipsum dominum de cœlo,de natura dictum videatur? Sanè inquis. Quid ergo? itáne terrenus solum erat Adam? nec præterea quicquam obtinebat sublimioris illius & incorporalis naturæ,quam nunc animam, nunc spiritum scriptura vocat? Nemini equidem obscurum & hanc eū habuisse. Sic igitur neque dominus,licet ex cœlo dicatur, è supernis tantum erat, quoniam quidem carnem quoque erat indutus.Ergo quod dicit huiusmodi est,Quēadmodum gestauimus imaginem terreni, mala scilicet opera,gestemus & imaginem illius cœlestis, vitā viuamus supernis conuenientem. Quòd si de natura sit dictum,quorsum exhortatio & consilium pertinebat?Vel hinc itaque liquet, de vitæ instituto dictum istuc accipiendum. Quapropter ita quoque sermonem instituit, vt & consulat, & similitudinem appellet, vt qua declaret de operibus se,non de natura loqui. Etenim terreni eam ob causam sumus, quia mala perpetrauimus: non quia terreni ab initio creati sumus, sed quia peccauim⁹. Primò omnium peccatum extitit,ac tum demum mors est insecuta,& illud item: Terra es,in terram reuerteris, *Gene.3.d* vniuersa denique afflictionum multitudo irrupit. Neq; enim ex terra natum esse (cum eiusdem massæ & consperſionis ipse quoque dominus extiterit,) sed terrena perpetrare, est quod terrenum efficit: quemadmodum cœlo digna operari,est quod cœlestē reddit.Sed quorsum attinet in confirmandis his frustra occupari, cum pergens Apostolus ipse sensum nobis explicet, his quidem verbis, *Hoc autem co fratres dico, quòd caro & sanguis regni dei hæreditatem consequi non possunt.* Vides vt sui interpres (quod ferè solet) multis nos difficultatibus liberet? Carnem nanque hic opera illa mala appellat: quod ipsum etiam alibi sæpe facit,velut cum ait, Vos vero non *Rom.8.b* estis in carne:& iterum, Qui in carne sunt,deo placere *Ibidem.* non possunt: & hic rursus, hoc autem dico fratres, &c. Planè igitur aliud nihil vult, quàm ideo se hæc monere,qui discas operibus malis ad dei regnum non peruenire.A resurrectione enim,ad regnum sermone deflexo subdit, *Neque corruptio incorruptibilitatis hæreditatem accipit.* id est,malicia gloriam istam non attingit,& rerum incorruptibilium fruitionem:nam frequenter hoc nomine maliciam notare solet, vt cum inquit, Qui seminat *Gal.6.b* in carne,ex carne metet corruptionem,&c. Quòd si de corpore accepisset,non de operibus prauis, non vtique corruptionem dixisset: neque enim corpus corruptionem appellat,quandoquidē corruptio non est,sed corruptibile: quare cum pergit de corpore loqui,non corruptionē esse,sed corruptibile dixit,Oportet enim corruptibile hoc,inquit,induere incorruptibilitatem.Postquam igitur susceptam de vita admonitionē absoluisset,ex more materiam materiæ annectens, cœptum de corporum resurrectione sermonē rursum aggreditur, hoc pacto: *Ecce mysterium vobis dico, &c.* Stupendum quiddam & arcanum, quòdq; non omnes nossent dicturus erat,quo quidem quòd arcana promat, haud leui in precio illos apud se fuisse declarauit. Quale igitur est quod dicit? *Non omnes quidem obdormiemus, omnes immutabimur tamen.* Quod sic intelligendum: non moriemur omnes, omnes tamen immutabimur, etiam hi qui non moriuntur,mortales enim & hi.Ne igitur si mori, inquit,contingat,ob id terreare,tanquam non resurrecturus.Sunt enim quidam,sunt qui etiam hoc subterfugient: quibus ad resurrectionem illam non erit hoc satis tamen,verum illa corpora nondum mortua etiā immutari, & incorruptibilitatem cōsequi nihilominus oportebit. *In puncto temporis,in momento oculi,per extremam tubam.* Quādo enim de resurrectione pluribus disseruerat,commodum admodum & opportune, quod vehementer mirandum & incredibile videri poterat, commōstrat.Neq; enim quòd corpora hæc vbi cōtabuerint

Universidad de Deusto
Biblioteca

resurrectura sint, neque quòd multò præstantiora futura illa quæ ex putrefactis resurgent, neque quòd sortem longe meliorem expectent, neque quod suum quisq; sit accepturus, quod alterius sit nemo, admiratione solum dignum fuit, sed magis illud, quòd tot & tãta quæ omnem rationis captum, mentemq; planè superant, omnia futura sint temporis puncto, hoc est, breuissimo tempore: quod manifestius etiam declarans, in momento, inquit, oculi: quasi dicat, ad motum palpebræ. Iam vero quãdo magnum quiddam & stupore plenum dixerat, tot videlicet, tantasq; res tam celeriter euenturas, fidem verbis facturus, demonstrationem euidentem adducit, *Canet enim, & mortui resurgẽt incorruptibiles*, inquit, *nosq; immutabimur*. Illud, nos, non de seipso, verũ de omnibus tum in vita repertis intelligẽs. *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptibilitatem*. Etenim ne quisquam eo audito, quòd caro & sanguis regni dei hæreditatem consequi nequeant, non surrectura corpora putaret, adiecit: Oportet corruptibile hoc induere incorruptibilitatẽ, & mortale hoc immortalitatem. Corruptibile igitur corpus illud & mortale, corpus quidem permanet (ipsum enim id quod induitur, est) mortalitas vero atque corruptio, immortalitate & incorruptibilitate subeũtibus, euanescent: itaque in posterum nihil ambigas, quí æternum viuere corpus possit, cum audieris incorruptibile istuc futurum. *Vbi vero corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem, & mortale hoc immortalitatem: tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoriam.* Osee 13. & Hebr. 2. d Postquam magna & arcana illa deprædicasset, rursus fidem, idq; ex prophetia orationi facturus, absorpta est mors, inquit, in victoriam: id est, in finem & euersionem, vt planè nihil eius reliquum sit, neque reuertendi spes appareat vlla, mortalitate scilicet per immortalitatem deiecta. *Vbi tuus mors aculeus? vbi tua inferne victoria?* Vides animum generosum? Iam igitur velut de victoria triumphans, & afflatus futura quasi præterita quodã modo cernens, mortem irridet, atque insultat prostratæ, deiectúmque in caput triumphali voce inuehitur, strenue in hæc verba exclamans, Vbi tuus mors aculeus? vbi inferne victoria tua? Nimirum transiit, periit, euanuit penitus, adeóque frustra hic laborasti. Neq; enim armis modo illã exuit, ac deuicit, sed prorsus aboleuit, & in nihilum redegit.

Aculeus autem mortis peccatum, potentia vero peccati lex. Vides de corporali morte sermonem esse? consequens ergo & de resurrectione corporali intellexisse: etenim nisi resurrectura illa sint, qua ratione mors dicetur absorpta? præterea vero quo modo peccati potentia lex? Aculeum enim mortis esse peccatum, idq; multo grauius malum ipsa morte, vtpote in quo suas illa vires habeat omnes, iam manifestum est. Sed quî peccati potentia dicitur esse lex? Quia hanc citra imbecille peccatum ac impotens est, & quãquam aliquid quidem operetur, † condẽnari non ita tamen † condemnare ∫ potest: malum quidem perpetratur, manifeste vero nondum apparet. Quare non parum momenti attulit lex, qua & peccata innotuerunt, & pœna est † constituta. † aucta. ∫ Porrò autem quod interminando lex peccatum auget, reddit q; conspicuum, non in illa, quemadmodum nec in medico, sed in eo qui pharmaco abutitur, culpa hærebit: quando & præsentia Christi Iudæos magis etiam offendebat, neque tamen hanc nos propterea reprehendimus, sed miramur potius, & illos vehementer odimus, qui vnde iuuari cõueniebat, dãnum acceperint. Proinde ne lex peccatum confirmaret, Christus illam vniuersam impleuit, cum ipse extra peccatum esset. Atqui hic rursus considera, vt A resurrectionem probet. Si enim peccatũ causa est mortis, Christus vero peccatum aboleuit, & nos ab eo per baptisma suum liberauit, & post peccatum compescuit etiam legem, qua durante illud subsistebat: quid de resurrectione porrò dubitas? Quî enim in posterum mors dominabitur? an per legem? atqui hæc est abolita. An per peccatum? sed hoc sublatum est. *Deo autẽ gratia qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum.* Nam ipse trophæũ statuit, coronarum nos participes fecit, idq; non ex debito, sed ex gratia & misericordia. *Itaque fratres stabiles sitis, & immobiles.* Iusta & conueniens admonitio est. Nihil enim tantopere perturbare solet, quàm putare se frustra & in vanum adfligi. *Abundantes in opere domini semper:* hoc est, vita syncera: non dixit, operantes bonum: sed, abundantes, quò scilicet sponte, & ex abundanti peragamus istud, & stadium aliquando transiliamus.

B *Cum sciatis quòd labor vester non est inanis in domino.* Quid? laborem rursum narras? labor est, sed qui præmium habeat cõiunctum cœleste. Siquidem primus ille post relictum paradisum labor, pœna peccati fuit: hic vero noster, † imago ∫ est præmiorum futurorum. † Itaque labor hoc non est, diuino scilicet præsidio frui: ∫ quamobrem addidit, in domino: nam ille prior eo pertinebat vt pœnas daremus, hic vt futuris bonis fruamur. Itaque dilecti ne stertamus: non est enim, non est profecto cur desides, voluptuarios, aut molles regnum cœlorum consecuturos arbitremur. Sed iucundum esse debet, si corpore depresso & castigato innumerabilib⁹ molestiis & laboribus perferendis, bonis istis aliquando perfruamur. An non consideratis inter cœlum & terram quantum intersit? quãtum præstitutum nobis bellũ? Deinde quàm ad maliciam pronus sit homo, quàm vndique peccatũ circunstet, quot denique in medio laquei sint, non co- C gitatis? Quid igitur tot & tantas aliunde contrahimus curas, cum tot sint quas sua sponte natura nobis insciuit, quibus plurimum negocij ipsi nobis facessimus, & onus reddimus multo difficillimum? Non erat satis pro corpore, pro vestibus, pro familia esse sollicitos? non sufficiebat cura rerum necessariarum? atqui ab his dehortatus est Christus, cum inquit, Ne sitis solliciti vitæ vestrę, quid edatis: neq; corpori vestro quibus induamini. Ens supra victum necessarium, vestitumq; sollicitos esse nõ decet: adeóque nec diei quidem posteræ. Qui ergo tantum malorum onus subeuntes obruunt sese, quando putas remergere possunt? Ignoras alicubi Paulum dicere, Nemo militans cura victus distringitur? Nos vero deliciamur, ingurgitamur, inebriamur, propter nihili res sustinemus, patimúrq; multa, in cœlestibus torpemus, & pigrescimus. An nescitis nostram promissionem esse D quiddam homine maius? non est cur humi repens cœli vertices aliquando contingere speret. At nos non modo secũdum hominem data opera viuimus, verum ipsis etiam brutis sumus deteriores. Ignoratis, † quo in loco sumus constituti? ∫ Non perpenditis, verborum etiã, & cogitationum à nobis rationẽ exigi? atqui nos ne factorum quidem gerimus curã. Quicunq; aspexerit mulierem, inquit, [ad concupiscendum eam,] iam adulterium cum ea commisit: sed tamen quibus reddere vel lasciuientium oculorum rationem necesse est, non dubitant re ipsa ipso crimine conspurcari. Quicunque dixerit fratri suo, fatue, in gehennam incidet: nos autem mille opprobriis cõfundere fratrẽ, mille insidias struere nondum desistimus. Qui, inquit, amantem redamat nihil maius Ethnico præstitit. At nos etiã iis inuidemus. Quam ergo habituri sumus veniam, quãdo vetera illa

omnia

materia. *Itaq; ne labor quidem fuerit, tum hac ratione, tum q; diui no fruamur præsidio.* *ad quale tribunal stemus?* 2. Cor. 5. b Matt. 5. d Ibidem. Ibidem. Matt. 6. d 2. Tim. 2. c

omnia superare & relinquere iussi, nondum quod minimum etiam est, rectũ vitę statum sumus ingressi: Quę nos ratio excusabit? Quis pœnam dantibus abstabit laturus opẽ? Nemo scilicet. Sed necessum fuerit miserè tortos, cum ploratu & stridore dentium in tenebras exteriores illas, in dolores ineuitabiles, in nunquam extinguendos cruciatus transmitti. Quapropter oro atq; obsecro vos, adeóque ad genua supplex procumbo, dum quantumvis exigua vitæ portio supersit, acquiescite dictis, conuertamini, emendemini in melius: ne instar illius diuitis, vbi hinc migrauerimus, nihil profuturas illic lachrymas fundamus, & lugeamus frustra: siue enim
Luc.16.f patrem habeas, siue filium, siue amicum, siue quencũque alium, qui spem in domino ponat, nemo horũ de operibus propriis te accusatum, liberabit. Nam eiusmodi illic iudicium exercetur, ex suis quisque factis iudicatur, neque aliter saluatur istic quisquam. Et hæc quidem mo B neo, nõ qui afficiam tristicia, aut in desperationem adducam, sed ne vanis & inutilibus spebus lactati, hoc aut illo fidentes, propriam virtutem negligamus. Etenim si segnes tardauerimus, nec iustus, nec propheta, nec apostolus nobis vllus patrocinabitur: sin seduli fuerimus, satis magno operum nostrorum patrocinio freti, summa cum fiducia hinc discedemus, & quæ diligentibus dominum reposita sunt, bonis perfruemur, quib⁹ vt potiamur omnes, gratia & misericordia contingat domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri simul & spiritui sancto gloria sit in secula, Amen.

HOMILIA QVADRAGESIMA tertia, Ioanne Fichardo interprete.

Cap.XVI. *Caeterum de collatione in sanctos, quemadmodum ordinaui ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite.* Cum absolC uisset tãdem institutam de dogmatis orationem, esseq; iam ad eam partem quæ mores propius attingit digressurus: cætera quidem missa facit omnia, & ad ipsum bonorum summũ cõcedit: de eleemosyna videlicet instituens sermonem. Neq; vero de moribus in vniuersum agit ille, sed de vna hac eleemosyna cũ esset locutus, desinit. Et quidem nusquam hoc alibi fecisse illum reperire est, verum in aliis epistolis ita ferè solet, vt & de eleemosyna, & modestia, & mansuetudine, & fortitudine, adeóq; reliquis simul omnibus virtutibus disserat. Quæ causa fuit igitur, cur hoc loci vnam hãc partem omnium vice, quæ ad mores pertinent, tractaret? Ea nimirum, quod ex illis quæ recensuit prius, pleraque ad hoc etiam institutum facere putaret: cuius generis ea sunt: cum scortatorem castigaret, cum publice litigantes coërceret, cum bibones, & helluones perterreret: cũ D factiosos, contentiosos, ambitiosósque condemnaret, cum grauissimo isti domini iudicio eos qui sacra mysteria indigne accederent, mandaret: cum de charitate tam copiosè diceret. Ea propter igitur eius solum, quod necesse in primis erat, de iuuandis scilicet sanctis, facit mentionem. Animaduerte vero solertiam viri: cum de resurrectione iam persuasisset, adeóque alacriores reddidisset, tum illud deinceps subiungit. Tametsi superius
Sup.9.b eadem monuisset, cum diceret: Si nos vobis spiritalia seminamus, magnum est, si nos vestra carnalia messuerimus? Et quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Verum cum tantam huius officij excellentiam nosset, nihil grauatur in ipso etiam epistolę fine hoc ipsum apponere. Collationem vero collectionem vocat, ab ipso statim initio rem facilem reddens: nã cum ab omnibus in commune confertur, tolerabilior erogatio sin-

A gulis euadit. De hac autem collatione loquens, nõ protinus ait, Quilibet vestrum apud seipsum seponat thesaurizans (atqui illud consequens erat) sed præfatur,

Quemadmodum ecclesiis, inquit, *Galatiæ ordinaui.* Tũ istuc subiunxit: ad æmulationem videlicet eos, aliorum recte factis commemorandis, impellens. Hoc etenim forma narrationis proposuit, quod ipsum etiã ad Romanos scribens, fecit. Eodem nanq; modo apud illos quoque sub prætextu profectionis suæ ad Hierosolymam, de eleemosyna sermonẽ videtur induxisse. Dicit enim, Nunc autem proficiscor Hierosolymã, ministrans san- *Rom.15.f*
ctis. Visum est enim Macedoniæ & Achaiæ communicationẽ aliquã facere in pauperes sanctos. Sed hos quidem Macedonum & Corinthiorum, illos autem Galatarum exẽplo exhortatur. *Quemadmodum enim*, inquit, *Galatiæ ecclesiis ordinaui, ita & vos facite.* Etenim erubescendum illis de cætero erat, si inferiores Galatis essent futuri. Tum vero non ita, hortatus sum, vel dedi consiliũ, inquit, sed ordinaui: quasi vehementius quiddam. Præterea neque vnam, duásve, aut tres adduxit vrbes, verũ vniuersam gentem. Quod idem & doctrinam cõmendaturus facit, dicens: Quemadmodum & in omnibus ecclesiis sanctorum. Quòd si ad doctrinæ illud fidem confirmationemq; validum erat satis, multo nimirum magis ad virtutum æmulationem firmum erat futurũ. Quid fuerat igitur quod ordinasse se dixerat? *In vna sabbatarum, hoc est, die dominica, vnusquisque vestrum apud se seponat, recondens quicquid commodum fuerit.* Ecce vero quàm cõmode ab ipso præterea tempore hortatur. Etenim satis apta dies erat, quæ ad erogandam eleemosynam hortaretur. Est igitur eorum quæ dicit, hæc sententia, Memores estote † quorundam die illa.] Ineffabilia etenim †quę nã die illa sitis cõ-
bona, adeóque radix & initium vitæ nostræ in ista extitit. Non equidem quòd ad exercẽdam misericordiam *secuti.*
tempus hoc commodum sit solum, verum quòd & requiem habeat, & à negociis libera sit, & mens laboribus tum vacans, ad commiserationem facilius & commodius impellatur: magnam denique vim quandam illa tam tremendorum & cœlestium sacrorum communicatio secum ferat. *In illa igitur vnusquisque vestrum.* Non simpliciter ait, hic aut ille, sed vnusquisque siue is pauper fuerit, siue diues, siue fœmina, siue vir, siue seruus, siue liber. *Apud seipsum ponat recondens.* Non, inquit, in ecclesiam ferto, (ne si exiguum sit, erubescant) verum paulatim ex modicis collectionibus locupletes & augeas collationem, atque cum ipse aduenero mihi exhibeas: interea vero apud teipsum ista repone, & ecclesiam tibi constitue domum tuam, areulam vero gazophylacium, & sic ipse sanctarum fias diuitiarum custos, & tuo ipsius suffragio miseris œconomus designatus. Ipsa autem misericordia hoc te sacerdotio initiabit, illius symbolum certe istud est gazophylacium nunc: sed symbolum quidem manet, res autem ipsa nequaquã. Nec ignoro multos assidentium rursus hic exorituros nobis, & eum ad modum reprehensuros, qui de his rebus verba faciamus. Ne obsecro, † ne cessa grauis & molestus audi- †*ne sis gra-*
toribus esse,] committe rem arbitrio cuiusque, relinque *uis & mole-*
sententiæ & voluntati auditorum, confundis tn saltem *stus audito-*
nos, & rubore afficis. Verum ab istis tamen ego sermo- *ribus,*
nibus nihilo magis mihi temperabo. Nã nec Paulus ipse erubuit huiusmodi rebus instanter obturbare, & mé- †*Mihi des,*
dicantium verbis vti. Siquidem enim sic dixissem, † Si *in domum*
quid dederis mihi, si quid in domũ attuleris meã:] for- *meam affe-*
tasse pudere tũ deceat orationis. Imò vero ne tum qui- *ras:*
dem. Nã qui sacrario, vt ille inquit, assistunt, accipiũt cũ *Supra.3.b*

Universidad de Deusto
Biblioteca

sacrario partem. Atque cauillari quis posset istud tanquam in rem priuatam dictum: Ego vero propter pauperes dictũ puto. Imò nec propter pauperes, sed propter vos largientes. Libet igitur hic mihi libere loqui. Nã cur obsecro pudeat dicere? Domino esurienti dato, nudum illum vestito, circumeũtem hospitem foueto. Dominum sanè tuum non puduit, dum hic in terris ageret
Matt.25.c ita loqui, Esurijui, & non dedistis mihi ad edendum: illum inquam, qui nullius rei indigebat, nullo opus habebat. Et me horum pudeat vel pigeat? Absit, diabolicus pudor est, quem ego nihil hic morabor, sed libere dicã, Date pauperibus: idq; vehementiori etiam quàm pauperes ipsi voce. Quod si quispiam vere obiiceret, hæc in rem nostram nos loqui, huc istam persuasionem pertinere, sub prætextu pauperum nos lucro inhiare: Nõ reprehẽdi solum hæc oratio merebatur, sed profecto sexcentis etiam fulminibus obrui sim dignus. Indignum enim vitæ iudico, quisquis istuc ausit. Nunc vero cũ gratia domini, vobis nihil propter nosipsos simus molesti, verum euangelium gratis adeo prædicemus, licet non laborantes quemadmodum Paulus, sed alioqui re domestica sufficiẽter instructi, licebit liberrime loqui mihi, & dicere, Date pauperibus: nec ab hac voce sum destituturus. Illis autẽ qui dare detrectauerint, sanè quàm
†imperator, ac milites habeam, molestus ero accusator. Etenim si sim † miles ipse, & cõmilitones habeam, ‖ nequaquam verecundaturus essem his cibum rogare, vt qui salutis vestræ in primis auidus sim. Vt vero validior & efficacior sermo reddatur meus, suffragatorem mihi Paulum assumam, & cum illo dicam, *Vnusquisque vestrum apud seipsum deponat recondens, quod fuerit commodum.* Animaduerte hic obiter illius comitatem, cum non dicat tantum aut tantum, verum quicquid commodum fuerit, siue multum id fuerit, siue parum: præterea nõ dixit quod lucratus quisque sit, sed quicquid sors tulerit vnius cuiusque: ostendens à deo suppeditationem illam esse debere. Neque hoc solum, sed facilem preterea reddit collationem, dum non vno tempore iubet conferri: eo enim dum paulatim colligitur, fit vt nec sentientibus nobis, officium illud crescat, & collectum augeatur. Eam quoque ob causam nõ statim in medium præcipit efferri, sed longum adeo tempus præfinit, huiusque reddit rationem, dicens: *Vt ne cum veniam, tunc collationes fiant:* hoc est, ne eo tempore cũ proferendum vobis erat, necesse habeatis tum primum conferre. Et iterum hoc ipso dicto non leuiter illos exhortatur: ardentiores enim Pauli expectatio erat reditura. *Vbi autem venero, quoscunque probaueritis per epistolas, hos mittam, vt perferant munificentiam vestram Hierosolymam.* Non hunc vel illum ait, sed quos probaueritis, id est, quos legeritis vos. Vt enim administrationem illam suspicione non grauaret, hoc illis liberum fecit, quos perferre velint eligere. Nam illud profecto non dicit, collatio quidem vestra est, potestas autẽ electionis eorum qui deferant, vestra non sit. Deinde ne videretur tamen illis planè reliquisse, adiicit epistolas, dicens:

Quos probaueritis per epistolas, mittam. quasi diceret, Quoniam & ipse interero, & particeps huius ero ministerij per epistolas. Non vero dicit, hos ego mittam ad perferendam eleemosynam vestram, sed munificentiam, vt ostenderet magna facturos, vt indicaret lucrum reportaturos. Alibi autem idem benedictionẽ & communi-
2.Cor.8.a & Phil.2.a cationem † vocat. Hic vero nequaquam eleemosynam
†vocat, partim ne segniores redderet appellat, partim ne segniores redderet, partim ne extolleret. ‖ *Quòd si fuerit operæprecium vt & ipse proficiscar, mecum proficiscentur.* Hic rursus ad liberalitatẽ adhortatur eos.

A *Si tantum enim, ait, fuerit, vt & mea opus sit præsentia,* non istud recusabo. Neq; statim tamen illud denũciat, neque dicit, ipse vbi aduenero, perferam: nõ enim tantopere valiturum erat, si à principio collocasset, cũ eleganter illud, & commode posteriori loco subiungat. Eam quoque ob causam non protinus edixit, neque reticuit omnino: Sed vt mittam, inquit, mox seipsum adiungit. Et hic iterum illis liberum fecit, cum dicit: *Si operæprecium fuerit & me proficisci.* Quod quidẽ situm apud istos erat, intantum cumulare collationem, vt moueret & excitarent etiam ipsum ad profectionem. *Veniam autem ad vos, cum Macedoniam transiero.* Dixerat idem suprà quoque, sed cõcitatius tum quidem, eo quòd addebat, & non cognoscam sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutem. Hoc autem loci blandius agit, vt desiderarent etiam illius præsentiam: tum ne forte dicerent:
B Quid igitur? Ita ne Macedonas præfers nobis? Non dicit, vbi † rediero: ‖ sed, vbi transiero Macedoniam.

Macedoniam enim transiturus sum: apud vos autem forte permanebo, aut etiam hybernabo: hoc est, non enim obiter sum istic transiturus, verum & conuersaturus vobiscum & mansurus. Hoc vero ait, quòd cum hæc scriberet, in Epheso degeret hyemali tempore. Dicit igitur, *Manebo in Epheso interea vsque ad diem quinquagesimum, & deinde proficiscar in Macedoniam, transiensq; illam, æstate ad vos veniam. Magnam vero & hyemis partem apud vos agam.* Sed quamobrẽ, forte, dixit, nec certum constituit? Quoniam quidẽ non omnia Paulus præsciebat, & quædam etiam vtiliter ille ignorabat. Propterea igitur non simpliciter præfiniuit, vt si minus id fieret, excusationem tamen haberet, cum quod non distincte dixisset, tum quòd penes spiritum sit abducere quà videatur, nõ quò instituat ipse. Quod
C in altera etiam epistola cunctationẽ suam excusans, ponit: Aut num quæ cogito, inquit, secundum carnem co-
2.Cor.1.d gito? vt sit quod apud me est etiã, etiam: & quod est nõ, non. *Vt vos me deducatis quocunque proficiscar.* Magnæ benenolentiæ vox est. *Nolo enim vos in transcursu videre, sed spero tempus aliquantulum mansurum me apud vos, si dominus permiserit.* Hæc adiecit, vt suam erga illos dilectionem manifestaret, simulq; perterreret facinorosos: non palàm tamen eos, verum sub specie amiciciæ. *Commorabor autem Ephesi ad diem vsque quinquagesimum.* Adeo fideliter illis tanquam amicis sua cõsilia omnia manifestat, & recẽset Apostolus. Quin eo quoque amiciciam suam declarat, quòd causam reddit, quam propter præsens esse non possit, quam propter cunctetur, quam propter alibi versetur. *Nam ostium mihi apertum est magnum, & efficax, & aduersarij multi.* Et si magnum, quo modo aduersa-
D rij? Ob id ipsum quidem aduersarij multi, ex quo magna fides, ex quo magnus & latus ad eã introitus. Quid vero est, ostium magnum? multi ad accipiendam fidem parati sunt, multi ad amplectẽdam eam accommodati. Proinde ampla iam mihi, feruescẽtibus adhuc, ad audiendam fidei prædicationem, auditorum animis, via patet. Et ea propter vehemẽter diabolus resistebat, posteaquam plures iam à se videret deficere. Quare vtrorũque gratia istic morari necesse habebat: quòd ingens lucrum, & vehemens certamen esset. Illo porrò eos confirmat, quod vbiuis deinceps inualescere sermonem fidei, & absque difficultate germinare dicit. Quin istud etiam quòd multi adeo reluctentur, indicium est euangelicæ victoriæ. Nusquam enim nocentissimus ille aduersarius irritatur grauius, quàm cum suorũ instrumentorum multa eripi sibi videt. Verum nos vbi magnum aliquid & egregium facere statuimus, nequaquam constituturum

stituturum id labore sit cogitemus, sed vtilitatē magis respiciamus. Vides igitur eius exemplum in Paulo, qui nihil quòd multi essent aduersarij cessat, & cœptū negocium refugit: verum quòd magnū pateret ostium, instat diligenter negocio, & istic permanet. Hocq; vt suprà dixi, signum erat eius cum diabolo luctæ. Aduersus eos enim, qui humilia & leuia operātur, nihil inuehitur letalis illa bestia. Non est igitur quod mireris, vbi innumeris malis virum probum aliquē, & virtutibus sedulo incumbentem affectum conspexeris. Illud enim quod huic contrarium est, si multis diabolus acceptis plagis conquiesceret, & patienter ea ferret vulnera, demirandum erat. Verum vt nihil mirum, si stimulatus serpens aliquis, continente resultet, & molestus vexanti sit: ita nec si diabolus (qui omni serpente nocentior est) insiliat omnibus, & scorpij instar aculeum exerens, impetat, mi retur quisquam. Nec hoc nos conturbet, quādoquidem necesse est ex bello, victoria, cædèque redeuntem cruētari, sæpenumero etiam vulnera referre. Tu igitur vbi eleemosynas elargiri aliquē, & innumerabiles alias exercere virtutes videris, hisq; diaboli cōterere vires, paulò pòst vero eundem & tentationibus circūdari, & aduersitatibus, nihil te perterreat: ob id ipsum enim quòd strenue diabolo conflictatus est, tentationibus afficitur. Et quī ista deus cōmittit, inquis? Quò magis hic coronetur ille grauius vulneretur. Quod si nō bonis solum operibus studeat, sed & aduersitates æquo gratòq; semper animo perferat, iam ille est qui prosternit diabolū. Nam per magnum quidem est, in secūdo prosperòque rerum statu, & misericordiam exercere, & virtuti esse deditum: verum longe tamē maius illud, aduersitatum *afflictionibus ab opere isto pulcherrimo non deturbari, ac is est qui propter deum hæc maxime facit.* Vtrunque igitur, siue periclitemur fratres, siue quicquid patiamur, ardentiores reddamur ad virtutis studium. Neque est enim hoc retributionis nostræ tempus. Quare hic coronas nō petamus, ne si aduenerit ipsum coronationis tempus, imminuerimus nobis præmia. Nam quemadmodum artificibus accidere videmus, qui quidē si ipsi se alant & operentur, maiorem accipiunt mercedem: sin vero apud conductores ipsos victitant, non parum illis à mercede sua detrahitur: Ita & cum sanctis agitur. Si quis enim & innumera bona fuerit operatus, tum vero & innumera mala perpessus, integram habet mercedem, & plenissimam retributionem, non bonorum tātum quæ fecerit gratia, sed malorum etiam quæ tulerit. Qui autem requie hic, & fœlicitate fruitus est, tā splendidam isthic coronam non est consecuturus. Ea propter hoc in seculo retributionem nō quæramus, sed tum gaudeamus potissimum, si recte viuentes malis affligamur. Quoniam quidem non propter bona tātum opera, verum & afflictiones, mercedem nobis istic deus retribuet. Vt autem quod loquor fiat clarius, agitè consti tuamus diuites duos, misericordes illos & largiētes pauperibus. Deinde vero alter quidem in diuitiis permaneat, & omni fœlicitate fruatur: alter vero in paupertatem incidat, morbos, & calamitates, qui tamen gratias agat domino. Iam illi si isthuc peruenerint, vter, putatis, maiorem accepturus est coronam? An non manifestum, eum assecuturum qui æger, calamitosus, bene faciens, male patiens, nihil hic erat humani passus? Equidem istud planè indubitatū. Ille enim vere virilis, adamātinus, & beneuolus erat dei seruus. Quòd si nō propter spem regni cœlestis, sed vt deo placeat, viro bono est laborandum, (quod quouis etiam regno præstantius est) quāti precij erit, qui quòd minus hiè accipiat retributionem, segnior ad virtutem redditur? Non est igitur cur perturbemini, vbi virum aliquem pium, qui viduas sæpe conuocarat, & conuiuio exceperat, vel incēsarum ædium, vel aliarum huiusmodi rerum calamitatem sustinere viderimus, quandoquidem ob hoc mercedem est accepturus. Sic & Iob ille, non tam eleemosynarum gratia, quàm quòd tot aduersitates pertulisset, admirationi fuit. Quapropter amici etiam illius contemnuntur, & sanè nullius esse momenti existimātur: quoniam præsentes illi retributiones expetebāt, ob hæcq; bonum illum virum condemnabant. Cauendum igitur nobis, ne retributiones hic quæramus, aut solliciti simꝰ, ne pauperes & mendici euadamus: Siquidem cœlo nobis, & supercœlestibus illis propositis, summæ est vilitatis hæc terrena respicere. Nequaquam igitur hoc committamus, verum vbi ingruerit improuisarum rerum tēpus, perpetuo deo adhæreamus. Et pareamus interea beato Paulo, constituentes nostris in ædibus aeculam pauperibus, quæ eo in loco, vbi quisque consistere & orare solitus est, reponatur. Ita vt eleemosynam primum, quoties accesseris oraturus, imponas, & deinde orationem proferas. Vt vero ad orationem illotis manibus venire nolles, sic neque sine eleemosyna accedas. Et profecto non minus est iuxta lectum eleemosynam reponere, quàm si isthuc euangelium suspendas. Siquidem euangelium isthic suspensum [nihil agit,] nec tantillæ quidē virtutis est: in hac vero aecula aduersus diabolum armaturam habes repositam, hac orationem tuam penetrantem efficis, domum sanctam reddis, in hac conclusas habes regias dapes. Ea propter & ad lectum deponatur illa, & sic absque phantasiis tranquille noctem transiges: hoc caue tātum, ex iniquitate comparatum, isthuc ne quid inicias. Eleemosyna etenim illud esse debet: Eleemosyna vero ex malicia profecta, nō proderit vnquam. Iam & commoditates, quibus liceat admodum facile colligere, vultis vt recēseam? Fiet. Sic igitur adiectionem suā artifex aliquis, vel sutor, vel coriarius, vel faber ærarius, vel quicūque tandem is fuerit, leuem reddet, Si aliquid vendiderit ille, sui artificij primitias eius precij offerat deo, & huc pauculum quiddam coniiciat, exiguámque domino partem diuidat. Multū enim vt huc conferat, non postulo, sed tantummodo quantum vel infantes pueruli, vel miseri & egeni homines peterent, tantum nos, qui cœlum speramus, demus. Hæc vero ita loquor, vt nullam tamen vobis necessitatem imponam, nec iubeam maius adiicere, nec vetem etiam: quanquam par omnino & dignum erat non minus [ex tanto] huc inferri. Neque tamen de vendentibus tantum hæc, verum & ementibus quoque, & aliis operantibus dicta sunt. Eam regulam & agricolæ in prouentu rerum, eam semel omnes, quotquot legitimos colligunt census, obseruent. Nam illis qui vsuras exigunt, hic nihil loquor: vt neque militibus qui inuadunt alios, gaudēntque alienis calamitatibus: (Inde enim profecto nihil dignatur deus accipere:) verum ad eos hic mihi sermo habitus est, qui ex iustis laboribus sua quærunt. Sanè vero in eam consuetudinem nos ipsos si redegerimus, à conscientia, vbi primum hoc institutum reliquerimus, mox flagellabimur. Facilis autem illa nobis ex eadem consuetudine res fiet: paulatimque à paruis ad magna ascendemus, & studebimus opes contemnere, ipsam radicem malorum euellere, sicq; omnem hic secure vitam transigentes, ad futuram illam anhelabimus. Quam assequi nos omnes contingat, gratia & misericordia do-

† *si nihil agat.*

† *quàm decimā partē.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

mini nostri Iesu Christi,cui cum patre,& spiritu sancto gloria in secula seculorum,Amen.

Homilia XLIIII.

VOd si venerit Timotheus, videte vt absque metu sit apud vos. Fortasse putet aliquis Timothei constantia hortationem hanc indignam:verum non sunt hæc Timothei, sed auditorum causa dicta, ne si huic insidiarentur, sibiipsi nocumento essent: semper enim periculis ille implicitus erat. quemadmodum enim filius patri, sic ille mihi, inquit, euangelium administrando,seruiuit: vt ne igitur discipuli cõemptu,mox in ipsum etiam præceptorem exorirentur, deterioresq; fierent, subito eos coërcet, vt absque metu,inquit,apud vos sit,hoc est,vt ne quis desperatorum illorum aduersus hunc insurgat.Fortasse quòd quędam esset isthic correcturus,quibus de Paulus etiam scripsit, & ob hoc ipsum missum esse denunciauit, Misi, inquit, Timotheum, qui vias meas in Christo vobis in memoriã reducet, quẽadmodum in omnibus ecclesiis docemus. Vt ne igitur [nobilitate,] vel opibus, vel multitudinis concursu, vel sapientia illa peregrina sublati, imponerent,aut auersarentur,insidiarentúrve ei,cuius reprehẽsionibus offensos iri certum erat, vel de his in quæ præceptor seuerius animaduertisset, vlciscẽdi sui gratia pœnam ab illo reposcant,communit prius,dicitq;, Videte vt absq; metu sit apud vos. Non est cur Ethnicos & eos qui extra ecclesiã sunt dicas, vos appello, à vobis ea repeto,quibus de tota epistola composita est: quos principio etiam statim conterrebat; vnde apud vos, inquit. Mox ab officio fide dignum facit: *Opus enim*, inquit, *domini operatur.* Non est cur respicias diuésne, eruditúsne,senéxne sit.Nam si quid imperatũ est facit, opus domini operatur,hoc illi nobilitatis,opum, senectæ & sapientiæ fuerit loco.Nec erat hoc satis,sed adiungit, *Vt ego* quemadmodum suprà,qui mihi filius est,inquit,dilectus, & fidelis in domino, ipse vobis in memoriã reducet vias meas,quæ sunt in Christo. Quoniam igitur †[solus erat,soli]correctio tanti populi committebatur, vtrunque vero ad contemptum faciebat, non ab re.

Philip.2.c

Suprà.4.d

Ibidem.

† *iuuenis erat,& soli.*

Ne quis hunc,inquit, *spernat.* Neq; hoc postulat solum, sed honoris amplius etiam quiddam, *Prosequamini cum pace*,inquit: hoc est,absque metu,non pugnas, nõ contentiones excitantes,non inimicicias,non offensiones, sed per omnia subiecti, velut magistro obtemperantes. *Vt veniat ad me,nam ego illum cum fratribus expecto.* Erat & hoc perterrentis, idcirco enim expectare se illum,vt si intelligerẽt omnia quę pateretur,ad se relata iri,æquiores essent. Etiam fide dignum hoc pacto facit,cum quẽ vix dum dimiserat,expectãs statim. Simul studiũ suum erga hos declarat,qui virum tantum ipsorũ gratia mittere videatur. *De Apollo vero fratre, multa hortatus sum, vt ad vos veniret[cum fratribus.]* Eruditior ille & natu Timotheo maior fuisse videtur.Vt ne dicant igitur,cur illum nobis virum non misit, sed pro illo iuuenem? Vide vt etiam hic placârit. Fratrem vocat, multa adhortatũ se esse dicit. Deinde ne prætulisse huic Timotheum, magisq; ornasse de industria videretur, ac ob illud ipsum nõ misisse, & maiorem hoc pacto inuidiam accendat, Multa,inquit,hortatus sum vt veniret. Quid igitur?nõ cedit ille, nec annuit, sed repugnat, sed rixatur? Isthuc non dicit,absit enim:sed ita se expurgat,vt ne illum accuset interim, *Omnino*,inquit,*voluntas nunc* † *dei] non erat vt veniret:* Mox vt ne suffugium, ne prætextũ esse dicãt, *Veniet ad vos*,inquit,*vbi fuerit opportunum.* Illum interim excusans, & ipsos studio viri flagrantes, aduentus eius expectatione placans. Hinc vt ne à solis magistris, sed à seipsis quoq; ad salutem,spei præsidiiq; quiddam positum habeant,monet: *Vigilate, state in fide,* nõ in sapiẽtia illa peregrina,inquit. Nam isthic quidem consistere non potes,abripi potes,in fide autem stare licet. *Viriliter agite, estote fortes, omnia vobis cum charitate fiant.* Hortari videtur cum hæc dicit,sed ignauiam potius tãgit. Itaq; vigilate,inquit,vt qui stertant:state,quia fluctuẽt:fortes este, quòd sint effœminati: omnia vobis cum charitate fiant,quia agitent seditiones: & vigilate, state quidem, respicit seductores:fortes este,insidiatores:seditiosos autem & ad se rapere omnia conatos, vbi omnia vobis cum charitate fiant, inquit, quod vinculũ perfectionis, radix & fons est bonorum. Quid est autem, Omnia cũ charitate?Siue obiurgat quis,inquit,siue imperat,siue imperium capessit,siue docet,siue docetur, omnia cũ charitate fiant, cum ea quæ diximus omnia ex eo veniant, quia charitas negligatur.Nũquam nata si charitas cordi vobis fuisset,ista forẽt,nunquã ego Pauli, ego Apollo sum,quisquã dixisset, sub profano iudice nemo quisquam litigasset,imò prorsus ne litigasset quidem.Vxorem patris nunquam ille duxisset, nũquam tenuiores illos contempsissent,sectam nũquam introduxissent,donis nunquam sublati fuissent,si charitatis vis locum vllum tenuisset. Omnia igitur vobis cum charitate fiant, inquit. *Obsecro autem vos fratres,familiam Stephanæ notis esse primitias Achaiæ, & quòd ministros esse se sanctorum instituerunt.* Huius principiò meminit quoque. Baptizaui,inquit,& Stephanæ domum:eam hic nõ Corinthi solum,sed totius Græcię primitias vocat. Nec parua hæc laus est,ante cæteros accessisse Christo: hinc ad Romanos scribens,ex ea re commendat quosdam, quòd antè se insiti fuissent Christo. Et non,inquit,primi crediderunt,sed primitias vocat,quòd cum fide, vitam optimam velut fructibus quibusdam declararẽt, egregie qualibet in re sese darent. Primitias enim cæteris rebus, quarũ primitiæ sunt, selectiores esse oportet, quale testimoniũ hoc illis in loco Paulus dedit. Nõ solum enim quemadmodum dixi, genuina fide præditi erant, sed magnam ad hæc pietatem,florescentem virtutem, magnam in eroganda eleemosyna liberalitatẽ ostendebant.Neq; hinc solum,sed aliũde etiam pietatem illorum probat, quòd tota familia sanctimonia plena esset. Iam bonis operibus eos abundasse, ex hoc patet, quòd in ministeriũ,inquit,sanctis sese ordinarũt. Hospitalitatis encomia hęc quanta sint,vides? Non dicit ministrant,sed in ministerium sese ordinarunt. Hanc illis vitam in vniuersum propositam ostendens, in hoc illos se studio exercere.

Suprà.5.b

Suprà.5.a

Romans

Vt & vos subditi talibus sitis: hoc est, vt coadiuuemini mutuo,tum facultatum impẽsis, tum corporis administratione cõmunicetis. Erit enim hoc illis propositum suum tum leue,si vestræ suppetiæ coniungantur,beneficẽtiæq; vis perueniat ad plures. Neq; simpliciter collaborare iubet,sed sicubi iubent obtemperare. Hoc enim subditos esse,valet, obedientiam ingentem ostendens. Atq; vt ne gratificari hoc illis videretur, omni laborãti,omni cooperanti subiunxit.Communis hæc lex esto, inquit, neq; enĩ priuatim de his solis loquor, sed si quis illis non est dissimilis, iisdem fruatur. Vnde principiò commendare volens, testes ipsos statim aduocauit. *Obsecro vos*,inquit,*Stephanæ familiam notis vos ipsi, quantum laborent, nec est necesse illa ex me audire: Gaudeo vero de aduentu Stephanæ,& Fortunati,& Achaici, quoniam quod mihi deerat vestri,hi suppleuerunt.Refocillarunt enim meum spiritum & vestrum.*

Cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cum enim verisimile esset, ipsos aduersus hos exasperatos, (Hi enim sunt qui veniunt, qui discordiam Paulo manifestant, per quos etiam de virginibus scripserant, & matrimonio coniunctis) vide quo pacto mitigarit, principio quidem epistolæ, Significatū est mihi de vobis, inquit, a familiaribus Cloæ: ↑supprimēs qui nam essent, illos in medium producens quos per hæc significasse videri poterat.] Hic autem quod mihi deerat vestri, hi suppleuerunt, inquit, & refocillarunt spiritū meū & vestrum. Ostendens pro omnibus venisse, & peregrinationem suscipere pro illis tātam voluisse. Qui igitur priuatum hoc commune fiat? Si quātum relinquimini, beneuolentia in illos vestra corrigatis, si reuereamini, si recipiatis, si beneficia communicetis. Vnde subiūgit, *Agnoscite igitur huiusmodi.* Et cum hos laudaret, cōprehendit & illos, missos scilicet & mittentes. Meū, inquit, & vestrum spiritum refocillarunt. Hoc est, sciatis quòd nō alia de causa, quàm propter vos, patriam & domum reliquerunt. Ostendit enim nō sibi magis quàm Corinthiis gratificatos, vrbem vniuersam in se circunferre. Quæ res & fide dignos eos fecit, ab his diuelli ↑ nō permisit. *Salutant vos.* Vos, inquit, velut per hos Paulo assistant. *Salutant*, inquit, *ecclesiæ*] *Asiæ vniuersæ.* Semper conciliat & cōglutinat salutationibus inter se membra. *Salutant vos in domino multum Aquila & Priscilla.* Apud hos enim versabatur, cum opifex tētoriorum esset. *Cum ea quæ in domo est ipsorum ecclesia.* Est & hoc virtutis non paruæ, è domo etiam ecclesiam fecisse. *Salutant vos fratres omnes. Salutate inuicē osculo sancto.* Quòd osculum hic sanctum adiunxit, fecit hic solum. Quid adeo? Grauiter ab se discesserant, dum alius Pauli, alius Apollo, alius Cephæ, alius Christi se esse dixit: & dum alius esuriret, alius inebriaretur: Itē dum pugnas, æmulationes, iudicia inter se exercerent: Præsertim vero ingentē dona inuidiam suscitarant, ingētem fastum. Ergo postquam monendo coniunxit, recte sancto etiam osculo cōglutinari iubet. Vnit enim ea res, & in vnum redigit corpus. Sanctum est autem, quod dolo caret, ac simulatione. *Salutatio mea manu Pauli.* Compositam magno cum studio epistolam docet, ↑ergo subiungit,] *Si quis non diligit dominum Iesum, sit anathema.* Hoc vno verbo cōterret omnes, Eos qui membra sua membra faciūt meretricis, eos qui sacrificantes idolo offendunt fratrem, eos qui nomina sibi ab hominibus imponūt, eos qui resurrectionem non credunt. Non terruit autem solum, sed virtutis interim viam, maliciæ fontem ostendit. Vt enim charitas quoties inualescit, omnium viciorum genera extinguit, expellitq; : sic quoties remittit illa, locus statim viciis fit, statim pullulant mala. *Maranatha.* Hoc cur dicit? cur vero Hebraica lingua? Quia superbia malorum istorum causa fuit. Superbiā vero peregrina sapientia pepererat, atq; hoc caput mali erat, quod Corinthum maxime diuulsit: hanc coërcens, nō Græca sed Hebraica lingua voluit vti, ostendens non solum non fastidire se simplicitatem, sed vehemēter etiam amare. Quid est autem Maranatha? Dominus noster venit. Cuius vero gratia hoc dicit? Dispēsationem humanitatis Christi confirmans, ex qua resurrectionis argumēta pleraque omnia collegit. Ad hoc etiā illos cōfundit, quasi dicat, Communis omnium rerum dominus, demittere se tantum dignatus est: vos eodē semper hæretis, in peccato manetis, & charitatis præcellentiam non obstupescitis, bonorum omnium caput? Cogita vel hoc vnum, inquit, & habebis idoneum ad omnem virtutē ingressum, demoliri peccatum omne licebit. *Gratia domini nostri Iesu Christi sit vobiscum.* Est hoc præceptoris, non cōsiliis solum, sed precibus etiam iuuare. *Dilectio mea cum omnibus vobis in Christo Iesu, amen.* Ne quis enim adulando sic orationem finiuisse suspicaretur, in Christo Iesu, inquit. Nihil humani, nihil carnale habere docens, sed spiritalem, & idcirco prorsus genuinam esse. Vide autem quantum amoris vox ista spiret. Cū enim loco distaret, velut dextræ cuiusdā porrectione, sic illos manibus cōplectitur charitatis: Dilectio, inquit, mea vobiscū. Perinde ac si dixisset, Cum omnibus vobis sum ego: quare nihil, nec ira, nec indignatione scriptum esse docet, sed studio & amore, præsertim cum post tā acerbam castigationem illos nō auersetur, sed amet, complectaturq; ab se longe separatos, epistola & literis hisce velut brachiis circunfusus. Sic facere, qui emendare quenquā velit, decet. Vt enim qui iram monendo sequitur solum, nihil aliud, quàm cupiditatem suā explet: qui vero postquam correxit peccantem, etiam charitatem ostendit, amoris fuisse, quæ percellendo dixit, declarat. Ergo eodem nos pacto inuicem nos erudiamus, qui arguit, ne irascatur: nō est enim correctionis hoc, sed affectus: neque qui arguitur, ægrè ferat: medicina enim, nō inimicicia res est. Si enim medicos, cū vrunt, nemo in ius vocat, licet sæpenumero aberrent, quin vsti, sectiq;, in tantis etiam doloribus, beneficos illos in se esse putant, qui tantam perturbationē suscitarunt: quanto magis æquo animo perferre castigationem, castiganti sic velut medico intentum esse decet? Nos quoque magna cum lenitate, magna cum prudentia, ad castigandum accedamus. Vbi peccare fratrem vides, quemadmodum Christus iussit, peccatum ne vulgato, sed inter te & ipsum solum, non conuiciando, nec pedibus iacentem conculcando, sed dolendo, sed lachrymādo castiga. Talem te præbe castigādo, vt ipse quoque castigari si pecces, possis. Atque vt clarius quod dico fiat, posita imagine rem ostendamus. Vtinam etiam ne vera id genus exempla suppetant vsquā. Esto frater aliquis, virgini cohabitās, elegans, & moderatus, sed qui ne sic quidē subterfugiat suspicionem. Ergo si consuetudinem illam audias diuulgatam, nolo contemnas, nolo dicas, An non mentem ipse habet? illud, amēre frustra, odiō ne sis frustra, num ↑an nō ipse ignorat?] Quò pertinet vero odium mihi non necessario conflare? Stultæ voces sunt, & ferarum, immo vero dæmonum potius. Non est enim odium conflare frustra, si qui id facit, castiget, sed velut ex ingenti victoria coronari proclamariq;. Nā quod tu dicis, Quid enim? mentem non habet ipse quoque? audies à nobis non habere: illo, enim affectu inebriatus est.] Nā si inter profanos istos, qui iniuria affecti sunt, pro se in iudicio dicere, quòd ira ferueant, non possunt, tametsi crimen naturalis ille motus non est: quanto magis qui consuetudini prauæ obnoxij sunt? Dico igitur, sit sexcēties etiam prudens, tamen euigilantem animum non habet. Dauide quid erat cordatum magis, vt qui dixit, Ignota & abscondita sapiētiæ tuæ manifestasti mihi. Sed vbi peruersis oculis ducis sui vxorem vidit, ibi quod sæuiente mari nauigantes patiuntur, verisimile est hunc quoque passum. Hinc vniuersa sapiētia eius exhausta est, inquit. Aliis ergo qui restituerent, erat opus. Nam ne sensit quidem ipse quæ mala intus essent. Itaq; peccata lugēs sua, Sicut onus graue incubuerunt, inquit, putruerunt, corruptæ sunt cicatrices meæ ab insipientiæ meæ cōspectu. Ergo mentem, qui peccat, non habet: ebrius est enim, & tenebris obrutus. Non est igitur cur hoc dicas, vt neque illud item, Quid ad me? suam quisque sarcinā gestabit. Nam &

Sup. 1.b ↑ *Hos occultans, illos in medium producens. Verisimile enī erat illos p hos significasse.*

↑ *nō prmisit: tamq; qui p ipsos Paulo significasse. Salutāt vos eccle siæ.*

Maranatha.

↑ *ergo & hoc addidit.*

Sup. 1.c. & 3.b Ibid. 11.e

quod experia, nouit? Sine causa amēre, odio ne sis sine causa.

Psal. 50.b

Psal. 106.c

Psal. 37.a.

Nam & tibi crimẽ hinc multo maximum surgit, quod errantem videns non restituisti. Nam si iumẽtum lege Iudaica negligere hostis tui fas non est: qui non iumentum, non hostis fui, sed pereuntis amici animam despicere potest, quam veniam consequetur? Non excusat enim te, quòd mentem ille quidem habet, quando ipsi quoque multa sæpe cum præcipiamus nobis, nec sufficimus, nec vtiles nobis sumus. Idẽ de illo qui peccauit cogitandum, verisimile esse citius apud te, quàm apud se ipsum optimum cõsilium inuenire posse. Nec est cur dicas, quid ista ad me? Perterreat eius, cuius ex ore vox ista primum venit, exemplum: Num ego custos fratris mei sum? eodem nostrum istud tẽdit. Hinc mala omnia venerunt, quòd corporis nostri mẽbra, aliena à nobis esse putamus. Quid vis? nihil tu fratrem curas? Cui igitur curæ erit? infideli? de malis huius gaudẽti, opprobrãti, insultanti? Sed diabolo, impellenti, præcipitanti? Et vnde constat, inquis, si dixero, si consuluero recte, profecturũ esse me quicquam? Vnde vero constat, nihil effecturum te esse? Nam est hoc rursum extremæ demẽtiæ, cum sint rerum euentus incerti, socordia confessa, in se recipere crimen. Tametsi deus, cui sunt explorata futura, sæpe dixit, & nihil perfecit, neq; sic destitit tamẽ, præsciret licet, non esse se persuasurum. Quòd si, qui præsciuit nihilo se amplius profecturũ, emendare non desinit tamen: quid prætendet, qui futura ignorat prorsus deficiens & torpens? Nam sæpenumero qui conati sunt, id quod volebant perfecerunt, & tum cum animum maxime despõdissent, maxime in quod non putabant, inciderunt. Quòd si nihil facias amplius, feceris tamẽ id quod erat officij tui. Ne inhumanus igitur sis, aut immitis, aut negligens. Nam esse crudelia ista verba & ignaua hinc liquet. Vnde fit enim quòd membro corporis tui quocũque dolente, nihil isthuc ad me non inquis? Aut vnde liquet, si dolenti curam adhibeas, restitutum iri? Omnia tamen facis, vt etiam si proficias nihil, non sit tamẽ quo accusare merito te possis, qui quod fieri conueniebat, abs te sit prætermissum. Ergò ne corporis quidem membra hunc in modum curabimus, Christi vero negligemus? Et quî ista sint venia digna? Postquam te non commoueo membri tui rationẽ habere iubens, quò vel metu melior fias, corporis admoneo te Christi. Quî enim non sit hoc horrore dignum, carnem † tuã cum putrescentem videas, videre nolle? ‖ & cum vel familiarem, vel asinum putrescente membro habes, non committis vt negligatur: membrum autem Christi scabie plenum videns, præterire potes, & rẽ non mille fulminibus vindicandam censes? Hinc sursum deorsum omnia misceri, dira ista inhumanitate & socordia videmus. Obsecro igitur vt illam eiiciamus crudelitatem. Accede fratrem illum, quî virgini commoretur. Encomium hominis breue recense, ex rebus cæteris, in quibus sibi quiddã sumit, hoc decerpẽs, & velut lymphis calidis hominem laudibus perfundens, sic vulneris illius deprime tumorem, finge etiam te perturbatum, accusa commune hominum genus, ostende omnes in peccato nos esse. Veniam pete, dic non nescire, maiores te quàm pro virili res aggressum, charitatem tamen omnia audere. Hinc iam consilium dato, non imperiosum illud, sed fraternum. His omnibus vlcus supprimendo, & dolorem, qui à sectione futuræ castigationis oboriturus est mitigando, & crebra interim deprecatione vtere, & vt ne succensere velit, hortare. Vbi hunc astrinxeris istis, tum plagam infert, nec ligans, † nec trahens vulnus, vt ne & reliliat illinc, & posthac contemnat. ‖ Siue enim non magnam satis das, nihilo plus effecisti: siue violentã inmis, resilire coges. Itaque post hæc omnia castigaturus, afsiduas castigationi laudes admisce. Et quia ipsum per se quod ille facit, laudari non potest, neque enim laude dignum sit puellæ virgini cohabitare, à cohabitãtis voluntate laudabis: Noui, inquies, quia propter deum isthuc facis, & solitudinem instabilitatemque miseræ istius videns, manum porrexisti, etiamsi non sit hæc huius voluntas, tu esse dicas. Pòst etiam hæc adiunge, deprecatione rursus vtens: nõ impero, inquies, sed in memoriam saltem reduco. Propter deum feci sti, scio sanè & ego: sed videamus ne quid hinc mali consequatur. Si nihil sit, sernabis apud te, & pulchrum institutum persequere, prohibet enim nemo: quòd si damnum ex ea re redit ipso lucro maius, obseruemus, quæso, ne dum vnã animam contendimus saluare, mille interea offendamus. Neque statim pœnas his qui offendiculo sunt, positas adduces, sed ipsius testimonio vtare: Non est, inquies, ista tibi ex me discere necesse, nosti tu ipse, si quis vnum ex minimis istis scandalizet, quanta sit edicta pœna. Atque ita quidem dulcem orationem reddẽs, iram demulcens, pharmacum correctionis impone. Quòd si excusare rursus solitudinem illius pergat, ne tum quidẽ planè prætextum demoliere: sed dices, non est cur metuas hæc, quod te excusет, abunde est, scandalum aliorum. Neque enim propter ignauiam, sed qui illis parcere velis, instituto pulchro quidem illo desistes. Et consilium quidem breue esse oportet, neque enim lõga institutione eget: ad veniam autem quæ pertinent, longa sint & densa. Ad charitatem crebrò recurre, obumbrãdo si quid putes esse molestum. Potestatem porrò liberam ipsi permittes: Hæc ego sic consulo, inquies, vt pareas porrò, penes te est situm. Neque enim cogo aut compello ego, verum liberæ tuæ permitto voluntati. Sic igitur corrigẽdo fratrem si ita rem aggrederemur, emendari facile peccantes possent. Quæ vero facimus nunc quidem, ferarum sunt potius, & ratione carẽtium animalium, nõ hominum. Nam cum sentiunt quidam hodie peccantem, illum quidem nihil interpellant, sed ipsi more ebriarum anicularum, nescio quid inter se susurrant. Et nequaquam iam illud, frustra amẽre, frustra odio ne esto, locum ipsis habet: sed quoties maledicere lubet, illud, odio frustra ne esto, planè contemnunt, ac magis adeo castigationem ipsam. Neq; enim odiũ hinc solum, sed pœna etiam crescit. Vbi porrò emendatione sit opus, hic illud ipsum, & mille præterea proferunt excusationes. Hæc enim tum cogitare decebat, cum maledicis, cum calumniaris, odio frustra ne esto: item, nihil profecero, quid illa item ad me? Nunc vero vehemẽter & superuacuè tu occuparis, ac odiũ & mille ad hæc mala contemnis. Verum vbi de fratris salute cogitandum erat, hic aliena curare, molestus esse non vis. Quãquam per maledicentiam & hominum & deorum odium cõflatur, nec tamen hoc tu vehemẽter curas. Ab isto vero priuatim consilio, & à castigationibus istis, & cum illo ipso, & cum deo amicicia initur. Quòd si ille te quia castigas oderit & ipse, tanto constantius te deus amabit: imò neq; ille quidem odiet te, vt odibat maledicẽtem. Nam tum quidem auersabitur, vt hostẽ, vt inimicum: nunc autem patre quouis iudicabit magis obseruandũ. Et vt palàm tibi indignetur, apud se tamẽ & in animo innumerabiles tibi gratias habebit. Hæc reputantes, curam fratres mẽbrorum nostrorum habeamus, & linguã in nos ne inuicẽ acuam°, nec verba letifera loquamur, proximi æstimationẽ suffodiamus, & quemadmodum in bello

Deut. 22. a

Gene. 4. b

† ipsius cum putrescẽtem videas contemnere?

† nec dissolues vulnus,

vt ne & remissi, illinc, & hinc se contemnat.

Matt. 18. a

in bello cædentes, præbentes crura sagittis. Quò enim ieiuniũ, quò vigilia deinde conducit, si lingua ebria est, & caninis carnibus impuriorẽ depascitur mensam? Sanguinaria lingua cœnũ profundit, & os † cloacam, latrinam os} reddit, imò quahibet latrina abominabilius reddit. Nam quod illinc est, corpus inquinat, quod hinc sæpe ipsam suffocat mentẽ. Hæc non eò dico, quasi anxius de his sim, qui malè audiunt frustra: nam corona digni sunt, si fortiter ferant, sed propter eos qui dicunt malè. Beatum scriptura eum pronunciat, qui frustra malè audit, maledicẽtem verò sacris mysterijs excludit, imò mœnibus ipsis: qui obloquitur, inquit, clam proximo suo, hunc ego persequebar. Et sacrorum quidem librorum lectione indignũ esse, sic inquit: Cur iustitias meas enarras? Testamentum meum per os tuum assumis? Mox causam subiungit, sedẽs aduersus fratrem tuum loquebaris. Et hic verum ne an falsum non definiuit, sed alibi & hoc edixit, volens etiam si verum dicas, tamen ea dicere tuum non esse: Non iudicate, inquit, ne iudicemini, quãdo & is etiam qui publicanum calumniabatur, damnatus est, tametsi verè accusaret. Quid igitur si sceleratus & pertinax sit, inquis, an non est corrigendus, non est accusandus nobis? imò vtrunque, sic autem vt iam diximus antè: quod si opprobrãs facis, idem tibi quod pharisæo accidet, cuius exemplũ æmularis. Nullum est ex eo lucrum, nec tibi qui facis, nec ei qui patitur: nam cui maledicitur quidem, fit impudentior etiam. Quantisper enim latet, etiam cauere sibi nouit: & vbi deprehensus & notus est, tum frænum etiam hoc abiicit. Qui audit verò, detrimenti plus accipit. Nam rectè ab se facto inflatur, alterius reprehensione tumens: Sin sibi malè fuerit conscius, procliuior ad malũ redditur: & ei, qui item audit, is qui dicit, falsam inducit opinionem, deumq; aduersus se magis irritat. Itaque moneo omne graueolens verbum abiicientes, quicquid est ad ædificationem dicamus. Sed illum vlcisci studes? Cur ergo pro illo vlciscēris teipsum? Qui vlcisci eos, qui se perturbant, volet, sic vlciscatur, vt iussit Paulus: Si esurit inimicus tuus, ciba eum: si sitit, pota. Qui sic vlciscitur, rem suam facit: qui aliter, tantúmque vindictam spirat, seipsum gladio suo petit. Itaque etiãsi maledicat ille quidem, tu laudibus transcribendis vices redde. Sic illum vlcisci verè potes, & teipsum sinistra suspicione liberare. Nam si quis de hoc quia malè audit, dolere pergat, compulsus conscientia videbitur mala sua: qui ridet autem, ingens argumentum animi nullius prauitatis sibi conscij præbet. Quia igitur nec eum qui audit, ne ipsum quidem, nec iniuriam perpessum iuuas hac re quicquam, sed in te gladium stringis, etiam hinc prudentiorem reddi te decet. Oportebat sanè, à regno cœlorum, & à diuinis placitis teperſuaderi: quoniam autem præfractior, velut bestia remordes, hinc interim doceare necesse est, vt hisce sermonibus moderatior factus, ab his quæ sola deo probantur, emẽdari queas, & supra omnem animi perturbationem euectus, cœlestibus istis bonis potiare: quę vt omnibus nobis contingant, gratia faxit & benignitas domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto gloria, imperium, honor sit, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

† latrina sistulam.

Matth. 5. a

Psal. 100. a

Psal. 49. c

Matth. 7. a

Luc. 18. b

Rom. 12. d

HOMILIARVM IN PRIOREM epistolam ad Corinthios, partim Francisco Aretino, partim Simone Grynæo interpretibus, Finis.

SERMONES ALIQVOT DIVI IOANNIS Chrysostomi, Episcopi Constãtinopolitani, sparsim prius impressi: nũc demum συλλήβδην huc reuocati, ad communem studiosorum vtilitatem. Idque in loca prioris epistolæ ad Corinthios, variè & pro tempore dicta per eundem Chrysostomum.

DE LIBELLO REPVDII, IN DICTVM Pauli, Mulier alligata est legi, quanto tempore vixerit vir suus: si autem dormierit, libera est, cui voluerit, vt nubat, tantum in domino. Beatior est, si sic manserit.

1. Cor. 7. g

PRidem vobis beatus Paulus de coniugio, coniugiiq; iustificationibus legẽ tulit, Corinthijs sic scribens ac dicẽs: De quibus autem scripsistis mihi, Bonum esse homini, mulierem non tangere: propter fornicationem autem, suam quisque vxorem habeat, & suum quæque virum habeat. Eapropter & nos totum sermonem in hoc insumebamus. Itaque necesse est hodie de eodem argumento iterum vobiscum differere, quandoquidem de eodẽ etiam ipse Paulus differit. Audiuistis enim illũ clamantem, ac dicentem: Vxor alligata est legi, quoad vixerit vir illius: si autem obdormierit vir illius, libera est, cui voluerit nubat: beatior autem est, si sic manserit, iuxta meum consilium, opinor autem quòd & ipse spiritum dei habeam. Sequamur igitur illum & hodie, & de hac colloquamur materia. Sequẽtes enim Paulum, per hoc & Christũ ipsum sequemur, eo quòd & ille non semetipsum, sed Christum per omnia sequens scripsit. Enimuero non est vulgaris res, coniugium bene se habens: sicut etiam his qui illo, non vt oportet, vtuntur, innumerorum malorum fit materia. Nam sicut mulier adiutrix est, ita sæpe & insidiatrix fit. Et sicut portus est coniugium, ita & sæpe naufragium parit: nõ iuxta suam naturam, sed iuxta sententiam eorum, qui illo malè vtuntur. Etenim qui iuxta congruas leges illud obseruat, domum & vxorem suam, vt malorum omnium quę vel in foro, vel alicubi obueniunt, cõsolatricem ac liberatricem reperit. Qui autem temerè & vulgariter hanc rem aggreditur, etiam si multa in foro & alibi tranquillitate fruatur, ingressus in domum scopulos & petras videbit. Itaque quoniam non de rebus vulgaribus nobis est periculum, operæprecium fuerit cum diligentia dictis attendere, & vxorem ducturum, iuxta Pauli, imò Christi leges agere. Sanè scimus, quòd multis nouum & inexpectatum videbitur quod dicimus: at propterea non silebo, sed primùm legem vobis legam, & dein legem quæ contraria videtur soluere tentabo. Igitur quę nam est lex illa, quã nobis Paulus posuit? Mulier, inquit, non separetur, viuente viro, neque alium superinducat maritum, neque secundas nuptias habeat. Et vide quanta cum diligentia verborum vsus sit proprietate. Non enim dixit, cohabitet viro, quoad vixerit vir illius: atq; adeò etiamsi libellum repudij det, etiãsi domum relinquat, etiamsi ad alium abeat, legi astricta est, adulteraq; est talis.

1. Cor. 7. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

est talis. Quãdo igitur vir eiicere vult vxorem,& vxor relinquere virum, huius memor sit dicti, & Paulum putet esse præsentem, & persequi se clamãdo & dicendo: Mulier astricta est legi. Nam quemadmodum serui fugitiui etiamsi domum herilem relinquant, catenam secum trahunt attrahẽtem: Ita & mulieres etiamsi viros relinquant, legem habent pro catena, se persequentem & adulterij accusantem, accusantem etiam recipientes, ac dicentem: Adhuc supersest maritus, & adulterium facinus hoc est. Mulier enim astricta est legi, quoad vixerit maritus illius. Et omnis qui dimissam in vxorem acceperit, adulter fit. Quando igitur licebit illi secundas nuptias contrahere? Quando? tunc vbi à catena liberata fuerit, quando vir morietur solum. Hoc igitur declarans non addidit, Quòd si mortuus fuerit vir illius, libera est, cui voluerit vt nubat: sed, si autem dormierit vir illius, quasi consolãs viduam, & persuadens manere apud priorem, & non adiungere secũdum maritum. Non mortuus est, inquit, vir tuus, sed obdormiuit. Libera est, cui voluerit vt nubat. Non dixit, Nubat, vt ne videatur vim facere & cogere: neque prohibuit volentem secundas nuptias contrahere, neque volentem adhortatus est, sed legem legit, dicens: Libera est, cui voluerit vt nubat. Liberam autem illam post viri mortem esse factam dicẽs, ostendit, quòd antea adhuc viuente marito serua sit. Quæ autem serua est, ac subdita legi, etiamsi millies libellum repudij det, adulterij ligabitur lege. Nam seruis quidem licet mutare dominos viuentes, vxori autem non licebit viros commutare viuentes, alioqui adulterium perpetrabunt. Ne mihi leges ab exteris conditas legas, præcipientes dari libellum repudij, & diuelli. Neque enim iuxta illas iudicaturus est te deus in die illa qua venturus est, sed secundum suas, vt ipse statuit. Etiam externæ leges, non simpliciter, nec absolutè hoc posuerunt: nam & ipsæ puniunt factum, & hinc liquet, quòd peccatũ valde ægrè tulerint. Vnde eam quæ author fuerit repudij, nudam & spoliatam facultatibus eiiciunt, vt vnde fuerit dissolutionis occasio, etiam facultatum sit iactura. Nunc puniunt, & idcirco hoc facientes, factum illud non commendabant. Quid igitur? Et Moses, aiunt, hoc fecit: & ille propter istam causam. Tu verò audi Christum dicentem, Nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm scribarum & pharisęorum, nequaquam intrabitis in regnũ cœlorum. Audi illum dicẽtem: Qui dimiserit vxorem suam, excepta causa stupri, facit illam adulteram fieri: & qui dimissam in vxorẽ duxerit, adulter fit. Propter hoc venit vnigenitus filius dei, propter hoc serui formam assumpsit, propter hoc sanguinem effudit preciosum, mortem destruxit, peccatum extinxit, largiorem spiritus gratiam dedit, vt ad maius sapientiæ studium induceret. Aliàs etiam non ita simpliciter legem hanc tulit, sed cùm cogeretur sese attemperare eorum quibus legem dabat infirmitati. Nam quoniã ad cædes prompti erant, & domus cognato replebant sanguine, & neque suis, neque alienis parcebant, ne intus occiderent vxores, quæ ingratæ erant, præcepit foris mittẽdas, quò grauius malum, nempe homicidiorum facilitas tolleretur. Sanè quòd homicidæ quidam fuerint, audi prophetas dicentes: Aedificantes Sion in sanguinibus, & Hierusalem in iniusticiis. Et iterum: Sãguinem sanguini miscent. Et iterum: Manus vestræ sanguinis plenę. Et quòd non solùm contra alienos, sed etiam contra suos sæuierint, & ita manifestans propheta dicebat: Sacrificauerunt filios suos & filias suas dæmoniis. Qui autem

Matth.5.c
Ibidem.e
Mich.3.d
Osee.4.a
Esaiæ.59.a
Psal.105.f

A B C D

non parcebant liberis, vtiq; nec vxoribus pepercissent. Vnde ad hoc commodum illud permisit. Quapropter & Christus Iudæis rogantibus, & dicentibus: Quo modo igitur Moses permisit dare libellum repudij, ostendens, quòd non cõtrariam legem fert, sic alicubi dixit: Moses iuxta duriciam cordis vestri locutus est, ab initio autem non erat sic: sed qui fecit ab initio masculum & fœminem, fecit illos. Si hoc fuisset, inquit, nõ vnum virum & vnam mulierem fecisset, sed vno Adam condito duas fecisset mulieres, siquidem voluisset vnam quidem eiici, alteram verò induci. Nunc verò ipso formationis modo legem induxit, quam ego nũc scribo. Et quæ nam est illa? Hæc vtique, Eam sibi quisque vxorem seruet semper, quam initiò sortitus est. Hæc lex antiquiora, quàm illa de libello repudij, & intantum quãtum Adam ipso Mose. Et idcirco nũc nihil nouum sector, neque peregrina affero decreta, sed ea quæ Mose antiquiora & priora fuere. Dignum autẽ fuerit & Mosis legem illam quã de hac re posuit audire: Si quis, inquit, acceperit vxorem, & habitauerit cum illa, & erit: si non inuenerit gratiam coram illo, quia inuenit in illa turpitudinis rem, scribet illi libellum repudij, & det in manũ eius: imò non dixit, scribito & dato, sed quid? Scribet illi libellũ repudij, & dabit in manus eius. Magnum autem inter hoc & illud discrimen: nam dicere, Scribat libellum repudij, & det in manus eius, iubentis ac imperantis est. Dicere autem, Scribet libellum repudij, & dabit in manus eius, annunciantis factum, & nõ propriam legem introducentis est. Igitur si quis dicat, Eiiciat vxorem, & dimittat illam ex domo sua: & cùm abierit, si fuerit alteri viro, & odio illam habuerit etiã vir posterior, & scribet illi libellum repudij, & dabit in manus suas, & emittat illam ex domo sua: si mortuus fuerit illius vir, qui accepit sibi illam vxorem, non poterit vir prior, qui dimiserat illam redire, & accipere eam sibi in vxorem. Deinde monstrans, quòd non dixit de facto, non enim coniugium esse putat, sed propter infirmitatem illorũ condescendit, dicens: Non poterit vir prior accipere illam sibi in vxorem, addidit, Postquam polluit illam: declarans per huius verbi modum, quòd secundæ nuptiæ viuente priore viro, pollutio magis sit quàm coniugium: propter hoc non dixit, Postquam illam in vxorem duxerit. Vides quòd consona cum Christo loquitur. Deinde & causam apposuit, quòd abominatio sit coram deo. Et Moses quidem sic. Propheta autem Malachias multò manifestius, quàm Moses hoc demõstrat: Nunquid dignum respicere ad sacrificium nostrum, vel recipere acceptabile de manibus nostris? Et cùm dixisset, cuius ergo? Vxorem adolescentiæ tuæ ne derelinquas. Postea vt ostendit quale sit malum, & priuans omni venia eum qui hoc fecit, in sequentibus accusationem intentat, sic dicens: Et ista socia tua, & vxor pacti tui, & reliquiæ spiritus tui, & non alius fecit. Vides quantas apponit iustificationes, primùm ætatem, dicens: Vxor adolescentiæ tuæ. Deinde societatem vitæ, dicẽs: Et ista socia tua. Postea modum formationis, dicens: Reliquiæ spiritus tui. Non enim de terra formata est sicut Adam, sed de formati è terra latere, & hoc est quod dicit ἐγκατάλειμμα & reliquiæ spiritus tui. Ad hæc omnia, quod omnibus illis maius fuerit, accedit conditoris dignitas. Hoc enim est, quod non alius fecit. Non potes, inquit, dicere, quòd te quidem deus fecit, illam verò non deus, sed alius quidam illo deterior, sed vnus & idem vtrosque vt essent produxit: & ita quanuis nihil aliud, hoc saltem reuerituscharitatem

Matth.19.a
Deute.24.a
Malæ.2.c
Ibid.2.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

charitatem erga illum custodi. Nam si sæpe hoc seruis mutuæ dilectionis causa fiit, quia ambo vni & eidem domino seruunt: multò magis nobiscum hoc fieri cõuenit, quando eundem,& conditorem,& opificẽ vtrius habemus. Vidisti quo modo etiam in veteri initia & proœmia ferè acceperint, nouæ philosophiæ præcepta. Nam vbi multo tempore in lege versati essent,& ad consummatiora mandata transire deberent, iámque properaret ipsorũ politia, opportuno tempore ad eiusmodi sapiẽtiam illos propheta inducit. Credamus igitur bonæ legi,& nos ab omni cõfusione liberemus, neque nostras eiiciamus, neque electas recipiamus. Nam qua facie virum vxoris aspicies? quibus oculis amicos illius familiares? Nam si is qui mortui cõiugis, cuius vxorem accepit, imaginem recumbentem viderit, afficitur aliquo modo,& grauiter fert, si viuentem maritum videat eius quæ sibi cohabitat, qualem vitam aget? quo pacto ingredietur domum? quo animo? quib⁹ oculis? quo modo videbit illius vxorem suam, immo neque illius, neq; suam. Iustè quis talem alloqueretur, Adultera nullius est vxor. Fefellit pacta quæ cum illo habuit,& ad te cum honestis legibus non venit. Quantæ igitur demẽtiæ fuerit, rem tot malis plenam in domum inducere? Non sunt enim tam raræ fœminæ, vt super caput tuũ, tantam inducas perniciem. Quare cùm male sint, quas potes pura conscientia,& permittentibus legibus ducere, ad prohibitas currẽtes domus subuertimus, bella inter amicos excitamus, ac vndique inimicicias nobis cõciliamus: ad hęc innumeris accusatoribus ora aperientes, nostram vitam cõfundimus,& despectam facimus, & quod omnibus grauius est, ineuitabile iudicium in die illo nobis accumulamus. Quid enim dicemus iudicaturo nos, quando legem in medium illatam legerit, dicens: Iussi repudiatam vxorem non ducere, dicẽs quòd adulterium committatur. Quo modo igitur ausus es ad prohibitas nuptias accedere? Quid dicemus, quid respondebimus? Nunquam enim illic fas externas leges prætexere, sed necessarium tacentes & ligatos in gehennæ ignem immitti, cum adulteris & alienũ thorum iniuria afficientibus. Nam quando dimiserit absque causa stupri, quando electam viuente viro duxerit, cum electa illa punietur. Propter quod oro, obsecro & supplico, ne viri mulieres eiiciant, neque mulieres viros relinquant, sed audiant Paulum dicentem: Mulier astricta est legi quanto tempore vixerit vir eius. Si autẽ dormierit vir, libera erit cui volet vt nubat, tantùm in domino. Qualem enim habebunt veniam, qui Paulo etiam secundas permittente nuptias post mortem coniugis,& tantam concedente copiam, ante mortem audent talia facere? Quam assequentur defensionem, vel illi qui viuentibus viris vxores accipiunt, vel hi qui vulgatissima scorta accedunt? Etenim & illud est adulterij aliud genus, habere domi vxorem, & foris scortis iungi. Nam quemadmodum mulier habens virum, etiamsi famulo vel libero cuipiam vxorem non habẽti se exponat, adulterij legibus implicatur: Sic & vir licèt ad vulgare scortum, vel ad mulierem aliam, quamuis non habentem virum, ipse vxorem habens aberrarit, adulterij reus censebitur. Fugiamus igitur & hunc adulterij modum. Quid enim poterimus dicere, quid item prætexere, qui talia audemus, quam honestam excusationẽ adhibebimus? Naturæ concupiscẽtiam? sed assistit quidem vxor, quæ semel obtigit hac nos excusatione priuans. Idcirco nuptiæ inuectæ sunt, vt ne scorteris, immo non vxor sola, sed & multi alij, qui eandem quam nos habemus naturam cohibent, hac nos priuant venia. Quando enim conseruus tuus, idem habẽs corpus, eandem concupiscentiam possidens, eadem necessitate extimulatus, nullam videt mulierem, sed manet sua sola contentus, qualem habebis excusationem, concupiscentiam prætexens? Et quid dico habentes vxores? Cogita mihi eos qui semper in virginitate vixerunt,& contemptis nuptiis magnam præ se tulerunt continentiam. Cùm igitur alij absque nuptiis continentes sint, quam tu assequeris veniam cum nuptiis scortans? Hæc & viri & mulieres audiant, ac viduæ ac nuptæ: omnib⁹ enim Paulus loquitur & lex illa, dicens: Mulier astricta est legi quanto tempore vixerit vir illius: si autem dormierit, libera est, cui vult vt nubat, tantùm in domino. Et habentibus viros, & non habentibus viduis,& secũdo nubentibus marito, & omnibus simpliciter sermo ille vtilis est. Nam quæ habet virum, non volet viuente marito illo quærere alium, audiens quòd viuente illo astricta sit. Quę verò libera, siquidem voluerit secundo nubere, non simpliciter neque temerè hoc faciat, sed cum legibus quæ sunt à Paulo positæ. dicit enim: Libera est, cui vult vt nubat, tãtùm in domino: hoc est, cum continentia & honestate. Sin voluerit cum defuncto seruare fœdera, audiet repositas sibi coronas, maiorẽq; alacritatem capiet. Beatior enim est, inquit, si sic manserit. Vides quo pacto omnibus sermo ille vtilis, & se ad illarum humilitatem demittit, & istas suis laudibus non defraudat. Etenim quòd de nuptiis & virginitate fecit, hoc & de prioribus & secundis nuptiis: quemadmodum illic non exclusit nuptias, vt ne grauet infirmiores, neque necessitatẽ imposuit, vt ne volentes virgines agere propositis coronis spoliaret: Sed demonstrauit quidem, quòd bonæ sint nuptię, manifestauit autem quòd melior sit virginitas: Ita & hìc quoque eosdem gradus ponit nobis, maiorem scilicet altero alterum, nempe viduitatem: alterum verò inferiorẽ, nempe secundas nuptias. Et illas vlterius quamuis tranſilire volens, ad certamen præparans, & infirmiores cadere non permittit. dicens enim: Beatior enim est si sic manserit, vt ne putes humanam esse legem, audiens iuxta meum consilium, subdit: Opinor autẽ quòd & ego spiritum dei habeam. Non igitur humanum cõsilium est vel præceptum, sed gratiæ spiritus sententia ac diuina lex. Idcirco ne putemus quòd audiamus Paulum dum hæc dicit, sed spiritum sanctum qui hanc nobis legem condit. Quòd verò dicit, Opinor, non quasi nesciens dicit, sed modestè agens & seipsum humilians. At quia beatiorem dixerat, & nõ adiecerat quo modo beatiorem, iusta demonstratione data hanc se à spiritu afferre sententiam: quod si voles etiam rationibus exquirere, magnam demonstrationum copiam inuenies,& videbis beatiorem esse viduam: non solùm in futuro seculo, sed etiam in præsente vita. Et istuc ipsum maximè vidit Paulus, id quod de virginibus insinuauit, dicens: Admonens enim & consulens eligendam esse virginitatem, sic alibi dicebat: Opinor, quòd bonum sit homini sic esse propter instãtem necessitatem. Et iterum: Etiamsi nupserit virgo, non peccauit. Virginem hìc dicens non eam quæ renunciauit, sed eam duntaxat quæ nondum coniugium experta est,& non factam obnoxiam perpetuæ virginitatis promissione. Tribulationẽ autem in carne habebunt qui tales sunt: Ego autem vobis parco. Vno enim & breui hoc verbo reliquit cordato auditori vt omnia colligat & expendat, dolores partus, educationes puerorum, curã, infirmitates, mortes intem-

Matth.5.c

1.Cor.7.g

1.Cor.7.c

Ibidem.

Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes intempestiuas,inimicicias,contentiones,innumeris seruire præceptis,alienis malis obnoxiam fieri,innumeras tristicias in vna sua anima recipere. Ab omnibus illis malis liberatur, quæ continentiam amplexatur, & cum liberatione à tot iniucundis, etiam in futura vita magnam repositam habet mercedem. Hæc igitur omnia scientes, studeamus quidem primis nuptiis esse contenti.Si autẽ & ad secundas aspiramus, fiat hoc decentissimo modo & habitu,nẽpe iuxta diuinas leges.Propter hoc enim dixit: Libera est,cui vult vt nubat: & subdidit,Tantùm in domino: simul & licentiam dans, & licentiam excludens,& potestatem concedens, & potestati illi vndiq; leges ac terminos ponens : videlicet ne pollutos & corruptos viros in domum introducat mulier,& stuprum sectantes, sed cum honestate & modestia,ac pietate,vt omnia in gloriam dei fiãt. Quoniam enim sæpius multæ mulieres prioribus viris defunctis, adulterio prius commisso alios introducũt, aliæ etiam alias pessimas vias excogitarunt: propter hoc adiecit, Tantùm in domino, vt nihil horum secundæ nuptiæ habeant:sic enim à criminibus liberæ esse poterunt.Optimum enim foret expectare defunctum, & seruare leges cum illo initas,continentiámque eligere, & manere cum derelictis pueris maiorem dei beneuolentiam sic conciliando. Et si quæ secundo nubere marito volet, cum modestia ac honestate, & decentissimis legibus hoc faciat,quandoquidem & hoc permittit.Fornicatio autem sola & adulterium prohibentur.Hanc igitur fugiamus & coniuges & cœlibes,nec confundamus vitam nostram,vitámque agamus ridiculam,neq; polluamus corpus, neque malam conscientiam in mẽtem inducamus. Quo modo enim post cõsuetudinem cum scortis in ecclesiam venire poteris? quo modo manus quibus scortum contrectasti in cœlum extẽdere audebis? Quibus oculis intueberis amicos honestiores? Et quid dico amicos, etiamsi nullus conscius sit, tu teipsum cogeris maximè omniũ rubore ac confusione perfundere, & maximè omnium corpus proprium abominari.Nam nisi hoc esset,quare ad balneum post peccatum illud curris,nónne quia omni luto immundiorem teipsum esse censes? Quam igitur maiorem immundiciæ tuæ probationem quæris, vel quem deum expectas sententiam daturum, quando tu ipse negligens deum, talem de factis tuis sententiam tenes?Igitur quòd impuros se esse cẽsent,valde laudo & approbo.Quòd autem non rectum purificandi modũ habent amputo,& propterea reprehendo. Nam si corporalis macula esset, verisimile est, quòd balneorum purificationibus corpus ipsum ablueres, animam autem coinquinares. Talem quære purificationem, quæ illius maculam abluere poterit.Quod autem est illius maculę balneum?Calidi lachrymarum fontes, gemitus è profundo cordis ascendentes, compunctio perpetua, preces continuæ, eleemosynæ,& eleemosynæ largæ,non vltra hęc opera attentare,condemnare quod factum. Ita peccati natura abluitur, ita expurgatur animæ macula. Atque adeò si hæc non fecerimus, etiamsi in omnes fluminum fontes descenderimus, neque parum illius peccati, depellere poterimus.Immo quod melius,ne attentemus hoc abominabile peccatum.Si quis autem aliquando supplantatus fuerit,hæc subiiciat remedia,prius promittens nó vltra in hæc prolapsurum. Sed si peccantes condemnauerimus quidem ea quæ iam fecimus, iterum autem eadem attẽtamus,nulla erit purificationis vtilitas.Qui enim abluitur,& eodem luto iterum inquinatur: & qui demolitur iterum quod ædificauit, & qui ædificat iterum,vt destruat: nihil inde lucrifacit, quàm quòd frustra laborat, & ærumnosus est. Igitur & nos ne in vanum & frustra vitam insumamus, priora peccata expurgemus,& quod reliquum est vitæ in continentia & honestate cæterisque virtutibus agamus, vt & deum misericordem habẽtes regnum cœlorum assequamur, cui sit gloria in secula,Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI

Sermo,in dictum apostoli:Nolo vos ignorare fratres,quòd patres nostri omnes sub nube fuerunt,& omnes per mare transierunt. 1.Cor.10.a

NAutæ eam maris partem magis amãt,quę frequentibus insulis & portubus diuisa est. Mare enim vbi portu caret,etiamsi placidum sit,nauigantibus multum timorem incutit: vbi autem portus & littora vndequaq; obuia fuerint, ibi valde securè nauigatur,etiamsi mare tempestatibus sęuiat: facilè tamen,& breui ab vrgentibus malis liberari possunt, non longè absente refugio: & ea propter non solùm quando prope portum nauigant, sed & si multùm absint,ingentem ab aspectu consolationem accipiunt. Non enim vulgariter illorum animas reparare solent, etiam ea quæ procul videntur, vti vertices montium, exurgens fumus,& ouium greges in montibus pascentes. Verùm,vbi littus ingrediuntur,plena tunc perfruũtur lætitia,tunc & laborem remittunt,& corpora mirè exasperata, potabilibus oblectant aquis: egressique in littus,& nudis per terram ambulantes corporibus,omne nauticum tædium deponunt. Sicut autem illi hanc potissimum maris amplexantur partem ob frequentes & continuas refocillationes,sic & ego hanc anni partẽ præcipuè amo. Non quòd liberati simus hyeme, neque quòd æstate perfruimur, blandè afflante zephyro: sed quia crebri nos excipiunt spiritales portus,festi inquam sanctorum martyrum dies.Non enim portus tam idonei sunt ad refocillandos nautas, quàm recreentur fideles sanctorum solenniis.Nautas quidem littora liberant ab inundatione,multòque impetu marinorum fluctuum: sanctorum autem memoria fideles ad martyrum festa confluentes, erigit à malignis spiritibus, immundísque ac absurdis cogitationibus,magna animabus eorum reddita tranquillitate.Et si quis vel ex publicis, vel ex priuatis negociis mœrore obtrut⁹ adueniat: statim omni eo depósito, & leuior, & placidior abit. Non vnum quidem deponens,neque amplustra suspẽdens, sed dissoluens importabile & multiplex onus secularis tristiciæ,& multam in anima sua læticiam excipiens. Horum omnium testes estis, qui beati Barlaam præmiis heri oblectati, & magna alacritate huc festinantes,abluistis secularium curarum sudorem.Iterúmque domum leues auditis nostris sermonibus concessistis. Ecce & aliorum martyrum alia accedit festiuitas. Igitur vt ad illorum portũ festinemus,agè,nautas imitemur:& sicut illi nauigantes pelagus cantant, cantu laborem mulcentes: sic & nos donec ad illorum portum veniamus,spiritales quosdam inter nos cõferamus sermones. Beatum Paulum ducem eius colloquij habentes,quorsum ille iusserit,sequamur.Et quo nos sequi iubet? per eremum, & viam miraculorum quæ in eremo contigerunt.Audite enim ipsum hodie clamantem, & dicentem: *Nolo enim vos ignorare fratres, quod patres nostri omnes sub nube erant,& omnes per Mosem baptizati sunt in nube & mari,&* *Hi sermones nos ex-tant apud nos.* *Num.9.d* *Exod.13.d* *& 14.e*

mari, & omnes eandem escam spiritalem comederunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt. Biberunt enim de spiritali, quæ illos comitabatur petra: petra verò erat Christus. Sed plures illorum non approbauit deus, prostrati enim sunt in deserto: hæc autem figuræ nostri fuêre. Ne nos simus concupiscentes rerum malarum, quemadmodum & illi concupierunt. Neque simulacrorum facti cultores, sicut quidam illorum, quemadmodum scriptum est: Sedit populus vt ederet & biberet, & surrexerunt ad ludendum. Neque fornicemur, sicut quidam illorum fornicati sunt, & ceciderunt vno die viginti duo milia. Neque tentemus Christum, sicut quidam illorum tentauerunt, & à serpentibus extincti sunt. Neque murmuretis, sicut & quidam illorum murmurauerunt, & extincti sunt ab exterminatore.

Exod.32.b

Videntur quidem hæc quæ dicta sunt manifesta, diligenter tamen attendentibus dubitationem adferunt, haud vulgarẽ: etenim primùm interrogatur quare veteris historię meminit, & qua consequentia, cùm de his disputarit quæ idolis sint immolata. In hanc narrationem incidit, afferens in medium quæ in eremo contigerunt. Non simpliciter, neq; fortuito beatus ille loquitur, sed magna conuenientia & proportione, qui dicta eius obseruat, cohærere videt vndique. Quare ergo, & vnde in hanc incidit historiam? Increpabat eos qui temerè & non requisiti ad idola ingrediuntur, pollutam comedentes mensam, & tangentes idolothyta. Et cùm ostendisset quòd duplex damnum illi inde sustinerent: nam & infirmiores offendebant, & ipsi dæmoniorum participes erant. Et cùm per prædicta satis spiritus eorũ humiliasset & docuisset, ostendit fidelem spectare non solùm quæ sua sunt debere, sed & quæ multorũ. Volens ipsis timorem incutere, veterem historiam eis recensẽt, siquidem & illi magna de se sentiebant, quasi fideles & ab errore liberati, & scientiam assecuti: & ineffabilium sacramentorum participes facti, necnon & ad regnum cœlorum vocati. *Volens ergo declarare, quòd illorum nulla sit vtilitas, nisi adsit & vita tantæ gratiæ respondens, ex veteri historia ipsos erudit, insuper etiam hoc multiplicem in se quæstionem complectitur. Cur non potius per verba Christi in Euangelio posita cum ipsis disputat? Cur non meminit gehẽnæ, & externarum tenebrarum, & venenati vermis, & perpetuorum vinculorum, & ignis præparati diabolo, & stridoris dẽtium, & aliorum indicibilium suppliciorũ? terrere enim volens, hoc facere debebat, non ab iis quæ in eremo contigerunt. Nam illi licèt puniti sint, mitius tamẽ & temporaliter, & vno tantùm die: isti autem immortalibus & multò grauioribus suppliciis. Quare ergo non inde ipsos terruit, neque verbum Christi recensuit? Poterat enim dicere ad læsos: Nolim vos ignorare fratres, quales Christus posuit leges aduersus eos, qui fidẽ quidem habent, vitam autem optimam non præ se ferunt. Etenim homines qui miracula operati sunt, & futura prædixerunt, regno cœlorum eiiciebat, dicens: Multi dicent mihi in die ipsa, Domine domine, nónne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo prophetauimus, & virtutes multas fecimus? & tunc confitebor ipsis: Discedite à me, non noui vos qui operamini iniquitatem. Et virgines quidẽ non propter fidem & dogma, sed propter peruersam vitam, & immisericordiam, & crudelitatem arguit, & thalamo exclusit: & eum qui indutus erat sordido amiculo, propterea vinctum eiecit, non quia non habebat recta dogmata, sed quia vitam sordidam & impuram. Et quare iussit in ignem intrudi diabolo præparatum? Non ideo eò misit, quia fide exciderant, sed quia nullius miserti erant. Horũ omnium & talium memoriã potuit facere, & dicere? Non* A volo vos ignorare fratres, quòd illi omnes & baptismum assecuti sunt, & participes sanctorum facti: & cõmunicarunt mysteriis, & fidem multam ostenderunt, & perfectam habuerunt scientiam: sed quia vitam filij consonam non egerunt, regno eiecti, & igni traditi sunt. Quare igitur hæc non dixit? sed omissis istis omnibus, sic fermè ait: Nolo autem vos ignorare fratres, quòd patres nostri omnes sub nube fuerunt: & commemoratis Mosaicis, obticuit ea quæ sub gratia dicuntur. Non simpliciter, neque absque ratione hoc facit: magna enim præditus erat sapientia. Sed quid nam ait, & propter quid? Volebat ostendere, idem duobus illis testamentis tradi, & magnam cognationem veteris & noui testamenti. Quandoquidem multi sunt homines, qui gehennam esse non credunt, & neque esse supplicium: sed deum simpliciter minari vermem immortalem & ignem inextinguibilem, & tenebras externas incutiendæ formidinis & eruditionis causa: sed non possunt fidem præteritis abnegare. Nam quæ facta sunt, quo pacto posset quis dicere non fuisse facta? Nam his quidem quę nondum apparuerunt, neque in opus processerunt, multi fidem non habent: iis autem quæ facta sunt, etiam qui valde incorrigibilis, & reprobæ mentis, neque si vellet, poterit non credere, eo quòd valde cõfessa sint, & finem sortita, eorumq; multæ superstint reliquiæ. Vult igitur eos non vacillare in fide, iusto dei iudicio, quasi diceret: si putas non esse gehennam, neque pœnam & supplicium, sed deum ita simpliciter esse minatum, animo repete quæ præterita sunt, & futura crede. Nam si idem est deus, qui & prius & quæ nunc sunt gubernat, & tam ea quæ ad veterẽ legem, quàm ea quæ ad gratiam pertinent: cùm igitur idem sit, qua ratione C constabit, illos quidem peccantes puniri, nos verò hæc & multò grauiora illis admittentes impunes relinqui? Rogo igitur, fornicatine sunt Iudęi? & puniti sunt. Obmurmurauerunt, & puniti sunt, necessariũ omnino fuerit cõfiteri. Quo modo igitur animo aduertet in illos, te autem eadem committentem despiciet? non est rationi consonum. Sed non dedisti hìc pœnam, propterea magis crede gehẽnam esse & supplicium, quia pœnam hìc non dedisti. Nam si in futuram vitam non esset supplicium repositum, nequaquam impunitus mãsisses, qui ausus eadem es quæ priores illi. Tu ergo si reprehendis lasciuum aliquem & dissolutum, multæq; intemperantiæ, & dicit ad te quòd & sint fabulæ, & non sit supplicium neque gehenna, sed solùm deus terrere voluerit: dic ad ipsum, si non credis futura, quoniam non apparent neq; euenerũt, neque ante oculos nostros sita sunt: non tamen est possibile fidem abnegare iis quæ facta sunt, & quæ finem sortita. Cogita Sodomã & Gomorrham, regio illa propter nullum aliud peccatum tãtum luit suppliciũ, quàm quòd illius ciues illicitos induxêre *Gene.19.b* coitus, & illicitos amores, & leges naturæ radicit⁹ subuertêre. Qua igitur ratione constabit deum, qui nunc idem est, qualis tunc erat: illos quidem cùm peccarant, absque omni venia puniisse, te autem qui post illos peccasti, tantò maiori supplicio dignum, quãtò maiorem sortitus es gratiam, & emendatus illorum suppliciis nihil profecisti, impunitum relinquere. Et propterea Paulus nihil iam de gehenna dicit: quia multis futura parũ credita sunt ab iis quæ iam eõtigerunt, & de quibus sufficienti fide instructi sunt, ipsos erudire vult. Iam licèt futura sint terribiliora, imperfectis tamen hominibus præterita magis credibilia sunt, vnde & ipsa futuris magis terrere solẽt: propterea & hìc eis differit ea, quæ nec valde

Matth.7.d

Ibid.25.a

Ibid.22.b

B

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

valde impudens inficiari, vel diſcredere poſsit. Inſuper & Marcioni, & omnibus qui eodem laborant morbo, tempeſtiuam plagam infert. Nam ſi non eſt idem deus veteris & nouæ, qui & tunc legem ſtatuit, & hæc facturus eſt, ſuperfluè mihi narras hæc ô Paule, & nullum timorem auditoribus infers. Poteſt enim auditor dicere, ꝙ ſi alius eſt ille deus, & alius iſte: non omnino iſte indicat iuxta illius ſententiam, neque eaſdem ſeruabit leges. Quid enim ſi deo veteris legis viſum eſt omnes punire, & afficere ſuppliciis? quid terres? quas laruas profers? Alium habeo dominum me iudicaturum, ita vt ſi alius ſit deus veteris, alius nouę legis, Paulus omnino ſecus quàm volebat, fecit. Non enim ſolùm non terruit audientem, ſed omni timore & anguſtia liberauit: quod certè nullus hominum fecit, quanuis ille inſipiẽs. Minus ergo Paulus tanta repletus ſapientia ita docet. Vnde manifeſtum quòd vnus & idem deus ſit, qui & Iudæos in errore proſtrauit, & peccatores punitur⁹ eſt, alioqui non idem & ſibi conſtans eſſet. Iterum enim idem dicam per ea quæ olim ab eo facta ſunt, & nos de futuris terret, quãdoquidem idem eſt. Expectationẽ ſupplicij tam certam, cui contradici nõ poteſt, induxit, monſtrans quod reuerẽtia & timore opus ſit. Nam qui patres puniuit peccãtes, nobis non parcet eadem committentibus. Dignum porrò eſt, vt redeamus ad principium narrationis, & reliqua perſcrutemur omni adhibita diligentia. Nolo autem vos ignorare fratres. Diſcipulos fratres vocauit, non à dignitate, ſed charitate hoc eos appellans nomine: ſciebat enim, & planè ſciebat nihil charitati conferendum, & ſummum dignitatis genus charitatem. Hoc nunc nos quoque primũ imitemur, etiam ſi valde nobis inferiores ſint aliqui, ipſos miniſterij nominibus appellamus: non ſolùm liberos, ſed & ſeruos: non ſolùm diuites, ſed & pauperes. Nam & Paulus non ſolum Corinthiorum diuites liberos, illuſtres, & nobiles, ſed etiam priuatos & famulos, & omnes indiſcriminatim hac appellatione honorauit. In Chriſto enim Ieſu neque ſeruus, neque liber, neque Barbarus, neque Scytha, neque ſapiens, neque inſipiens, ſed omnis ſecularis dignitatis inæqualitas ſublata eſt. Et quid mirum ſi Paulus conſeruos ſic vocauit, cùm & dominus ipſe ſic vocarit noſtram naturã, dicens: Annunciabo nomen tuũ fratribus meis, in medio eccleſiæ laudabo te? Non ſolùm autẽ vocauit nos fratres, ſed & ipſe fieri frater voluit, & factus eſt humana carne induta, naturæ particeps: quæ vtique & ipſe Paulus admirans, dicebat: Non angelos apprehẽdit deus, ſed ſemẽ Abrahæ apprehendit, vnde per omnia debuit fratribus adſimilari, & iterum: Quia pueros participes fecit carnis & ſanguinis, & veriſimile eſt & ipſum horum fuiſſe participem. Hæc omnia cum audimus, omnem arrogantiã, & faſtum, & ſtulticiam ex anima noſtra expellamus, ſtudióque multo id rectè faciamus, familiaribus nominibus & honorem habentibus fratres vocantes: quòd, licèt tenue opus videatur, attamẽ magnorum bonorum cauſa eſt: ſicut & multas ſæpenumero lites & contentiones fecit, omiſſum. Neque hoc ſolũ, ſed & cætera verba diligenter exquirenda ſunt: non enim ſolùm poſita ſunt. Nam cùm dixit, Nolui vos ignorare fratres: adiecit, Patres noſtri omnes: non dixit Iudæi, neque hi qui Aegyptum exierunt, ſed quid? patres noſtri omnes, quò modeſtiam ſuam indicans, ſuam cum illis cognationẽ non erubeſcat, tametſi ſuperior illis eſſet. Et ſermone hoc compeſcit iterum impudentem linguã, calumniantium veterem legem: nam ſi illi aduerſaretur, neq; celeberrimorum nominũ fuiſſet memor, quæ tunc in vniuerſum coargui potuiſſent. Omnes. Non ſimpliciter dixit, omnes, neque obiter, ſed valde ſapiẽter. Nam non ſemel dixit, ſed ſecundò & tertiò, & ſæpius, vt diſcas haud temerè adiectum. Dixit enim: Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes per mare tranſierunt, & omnes in Moſem baptizati ſunt, & omnes eundem potum ſpiritalem biberũt. Audiſti quòd ſæpius, omnes, poſuit: quod nequaquam feciſſet, niſi magnum quiddam, & admirabile ſacramentum ſignificare voluiſſet. Nam ſi poſuiſſet ſimplicicer, ſufficiebat id ſemel dici, & poſtea obticeri: ac ſi diceret, Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & mare tranſierũt, & in Moſem baptizati ſunt, & eundem ſpiritalem cibum comederunt, & eundẽ potum ſpiritalem biberunt. Verùm nõ ſic dixit, ſed in ſingulis adiecit, omnes: ſic nobis aperiendo ſuæ ſententiæ ianuam, quò ſua conſpiceretur prudentia. Nam cuius gratia continuò eius verbi meminit, niſi vt oſtẽdat magnam eſſe veteris ad nouã legem cognationẽ: & quòd illa iſtorum figura fuerunt, & vmbra futurorum: & primò quòd hoc æqualitatem indicet? Volens enim declarare, quòd ſicut in eccleſia non eſt diſcrimen ſeruí & liberi, neque ciuis & aduenæ, neque ſenis & adoleſcentis, neque inſipientis & ſapiẽtis, neque priuati & principis, neque mulieris & viri: ſed omnis ætas, omnis dignitas, & vnaquæque natura æqualiter in baptiſterium deſcẽdit, etiam rex & pauper eadem purificatione vtuntur: id quod maximum noſtræ præſertim nobilitatis eſt argumentum. Nam ſimiliter & mendicus & purpurã geſtans ad myſteria admittuntur, neque in ſacramentis maior iſtius, quàm illius eſt reſpectus: Sic & in veteri conuenienter, Omnes, poſuit. Neque enim dicere potes, quòd Moſes per aridam, Iudæi per mare tranſierũt: neq; quòd abundantes per vnã, & indigi per ahã viam: neque mulieres ſub ſereno, viri ſub nube fuerint: ſed & ſub mari omnes, & ſub nube omnes, & in Moſem omnes. Nam tranſitus ille futuri baptiſmi typus erat: oportebat igitur primum figurã illam bene omnia figurare, quòd omnes ipſam tenerent, ſicut & hic omnes ex æquo participes ſunt: & quo modo ipſe ait illud figurã præſentium? Si didiceris primũ quid ſit figura, & quid veritas, tunc & huius tibi rationes reddemus. Quid igitur eſt vmbra, & quid veritas? Agè, ſimilitudinẽ ab imaginibus ſumamus, quas pictores pingunt. Vidiſti ſæpe imaginem regiam Veneto colore coloratam, deinde pictorem circunducere candidas lineas, & facere regẽ & ſeruum regium, & equos circunſtãtes, & lancearios, & vinctos hoſtes, & ſubditos: & cũ hęc vides delineata & adumbrata, neque ſcis totum, neque ignoras totum, ſed quòd homo pingitur, & equus, obſcurè cognoſcis: qualis autem ſit rex, & qualis hoſtis, non valdè perſpicuè cognoſcis, donec colorum veritas adueniens, certiorem reddat viſum. Sicut igitur in hac imagine non exigis totum ante veritatem colorem: ſed etſi obſcuram quandam accipias cognitionem eorum quę fiunt, ſatis tamen picturam abſolutam putas. Sic & de veteri & nouo ſenti, vt non omnem veritatis diligentiam in typo exquiras. Et poterimus te docere, quo modo vetus ad nouum teſtamentum habeat cognationem: & ille tranſitus ad noſtrum baptiſma. Nam ibi aqua, & hìc aqua: lauacrum hìc, & ibi pelagus. Omnes hìc in aquam ingrediuntur, & ibi omnes. Iuxta hoc ſimilitudo eſt. Poſtea vis cognoſcere colorum veritatem, ibi quidem liberati ſunt ex Aegypto per mare, hic autem ab idololatria. Et ibi quidem Pharao ſubmerſus eſt, hic autem diabolus:

Galat.3.d

Pſal.21.e & Heb.2.c

Hebr.2.d

Ibidem.

diabolus:ibi Aegyptij ſubmerſi, hic autem vetus homo peccatis defoditur.Et vide cognationem figuræ ad veritatem,& veritatis excellẽtiam. Neque enim omnino alienum oportet eſſe typum à veritate, alioqui nõ eſſet typus. Neq; omnino adæquari veritati,quia alioqui & veritas ipſa foret: ſed oportet manere in ſuo modo, & neque comprehẽdere omnem veritatem, neque omni veritate deſtitui. Nam ſi totum contingat, iterum ipſa eſt veritas:ſi autem à toto deſtituatur,& nulla ſit ſimilitudo,conſequẽter non poterit eſſe figura. Sed oportet vt partem quidem teneat,partem autem veritatis reſeruet.Igitur ne in veteri totum à me requiras,etiam ſi parua quędam & obſcura accipis ænigmata,boni hoc cõſulas.Vbi igitur eſt affinitas figurę ad veritatem:omnes ibi,& hic omnes: per aquam ſunt ibi,& hic per aquam: à ſeruitute liberati ſunt illi,& nos à ſeruitute liberati ſumus:ſed non ab eadem omnes. Nam illi quidem à ſeruitute Aegyptiorum,nos vero à ſeruitute dæmonum:illi quidem à ſeruitute Barbarorum, nos verò à ſeruitute peccati.Ad libertatem venerunt illi,& nos:ſed non ad eãdem.Nam nos ad multò clariorem.Quòd ſi maiora ſunt noſtra,& illis excellentiora , ne mouearis:hoc enĩ à veritate eſt,quòd ſit aliqua excellentia, ſed nõ pugna vel diuerſitas cum figura.Quid autẽ eſt,Omnes in Moſem baptizati ſunt: & fortè manifeſtum eſt quod dicit. Tentabimus tamen id notius reddere.Mare ante oculos tunc effuſum erat , & præceptum illis, vt tranſirent per aridam & admirabilem quandam viam,quam nullus hominũ vnquam trãſiuerat.Cùm credidiſſent Moſi,ipſum habentes ducem itineris,fidẽter aquas tranſierunt:hoc & in Chriſto effectum eſt.Nam vbi nos eduxit ab errore,& liberauit ab idololatria, ad regnum inducens,*ipſe primus hanc viam ire cœpit,quoniam primus in cœlos aſcendit.Sicut igitur illi Moſi credidere,* & iter audacter ſuſcepere:*ſic & nos in Chriſto confidimus,& audacter hanc peregrinationem perficimus.*Et hoc quòd in Moſe baptizati ſunt, manifeſtum ex hiſtoria eſt.Nõ enim in nomine Moſis baptizati ſunt. Cùm autem nos nõ ſolum ſortiti ſumus ducem Ieſum, ſed in nomine eius baptizati ſumus , & illi in nomine Moſis non ſunt baptizati,ne etiã hìc turberis:dixi enim quod oportet veritatem habere excellentiam quãdam ſupra figurã.Vidiſti de baptiſmate quæ figura,& quę veritas? Agẽ, oſtendam tibi & menſas, & ſacramtẽorum communionem ibi delineari,ſi non iterum petis à me totũ: ſed ſic requiris quæ facta ſunt , ſicut par eſt in adumbratione & figuris videre. Igitur quia dixit de mari, & de nube,& de Moſe: adiecit præterea,Et omnes eundẽ ſpiritalem cibum comederũt.Sicut tu,inquit,à lauacro aquarum aſcendens,ad menſam curris:ſic & illi à mari aſcendentes , ad menſam venêre nouam & admirabilem:de manna loquor.Et iterum, ſicut tu admirabilem habes potum,ſalutarem ſanguinem:ſic & illi admirabilem habuerunt poculi naturam.Non enim inuenerunt fontes, & amnes manantes, ſed à dura & inaquoſa petra multam fluminum largitatem acceperunt: propter hoc & ſpiritualem vocauit . Non quòd natura talis eſſet,ſed quòd hoc modo ſuppeditabãtur. Non enim ſecundum naturæ conuenięntiam ipſis dabatur, ſed ſecundum operationem dei ipſos ducẽtis.Vnde & cùm hoc corrigeret,ita dicebat . Igitur quia dixit : Omnes eundem potum ſpiritalem biberunt : aqua autem erat quæ bibebatur.Volens oſtendere quòd propter hoc ſpiritale dixit,non ob naturam aquæ,ſed ob modum quo ſuppeditabatur illis,adiecit:Bibebant enim de ſpiritali eos conſequente petra,petra autem erat Chriſtus. Non,inquit , natura lapidis , ſed efficax virtus dei fontes illos ſcaturire faciebat. Et hic Pauli Samoſateni hæreſim radicitus euellit.Si enim Chriſtus illa omnia operabatur, quo modo ipſum tunc primum cœpiſſe dicunt , quando ex Maria natus eſt?Cùm enim ea quæ in eremo contigerunt , multo tempore ante Mariam facta ſunt . Et Chriſtus,iuxta Pauli vocem,hęc omnia fecit,neceſſe & ante hunc partum & parturitionem ipſum eſſe . Non enim qui nullibi erat , has fuiſſet operatus tam admirabiles atque raras res.Sicut autem dixit,quòd omnes per mare tranſierunt:ſic nobilitatem eccleſiæ præfigurauit, cùm dixit:Eundem ſpiritalem cibum comederũt. Hoc idem rurſus inſinuauit : ſic enim in eccleſia non aliud quidem corpus diues, aliud verò pauper : neque alium quidem ſanguinem ille, alium autem iſte . Sic & tunc non aliud quidem accipiebat diues manna,aliud verò pauper:neque alterius fontis iſte particeps erat,alterius verò indigentioris ille.Sed ſicut nunc eadem menſa & idem poculum,eadem & educatio omnib⁹ qui huc ingrediuntur proponitur : ſicut & tunc idem manna & idem fons omnibus proferebatur. Et hoc vtique mirabile & rarum . Tentauerunt tunc aliqui per tempus illud pluſquam opus fuerat colligere,& nullum auariciæ ſuæ fructum accipiebant:& quandiu ęqualitatem colebant,manſit manna quod manna erat: poſtquam autẽ auari plus habere deſiderauerũt,auaricia mutauit manna in vermem , quanuis hoc nõ cum detrimento aliorum faciebant. Non enim rapiebant ex alimento proximi , cùm plus colligerent : attamen cùm plus deſiderarent,cõdemnati ſunt . Nam tametſi neminem alium iniuria affecerunt, tamen ſibiipſis maximè nocuêre, *hoc colligendi modo auariciæ ſtudentes . Atque ſic ſimul erat cibus,& diuinæ agnitionis inſtructio,ſimul &* paſcebat corpora,& erudiebat animam. Neque paſcebat ſolùm,ſed à laboribus liberabat.Non enim opus erat iungere boues,neque trahere aratrum,neque ſulcos ſecare, neque ad annũm expectare: ſed menſam habebant ſubitò appoſitam, ſemper recentẽ & quotidie nouam , rebúſque ipſis diſcebant euangelicum illud præceptum,Non debere eſſe ſolicitum in craſtinum.Nulla *Matth.6.d* enim vtilitas ipſis ab hac ſolicitudine proueniebat. Nã qui plus colligebat,corrumpebatur & peribat,& auariciæ argumentum ſolùm dabat. Inſuper ne putarent illum imbrem iuxta naturæ conſuetudinem eſſe,nihil taliũ in die ſabbati fiebat,deo duo illa ipſos docẽte,quòd prioribus diebus ipſe mirabilẽ & priorem pluuiam operabatur:& quòd per diem illum abſtinebat, vt inuiti etiam diſcerent illo die feriari . Non in cibis autem ſolùm,ſed & in indumẽtis & calceamẽtis, & aliis omnibus rebus ipſis videre licebat mandata apoſtolis ipſis præcepta.Nam neque propriam habebant mẽſam, neque veſtem ſecundam,neque calceos,deo ſic diſpenſante.Vide quanta veteris ad nouam affinitas? Sicut enim poſtea Chriſtus apoſtolos inſtruxit, quantum ad neceſſaria,ſic & illis quidẽ vitæ modus adaptatus eſt,& omnis creatura ad miniſterium illorum prępparata erat.Et cuius gratia hæc facta ſunt?dicit.Concluſurus illos erat in vnum orbis locum , & iuſſurus vt ſibi illic perpetuò miniſtrarent , & neque templum , neque altare alicubi aliud fundarẽt:ſed oblationes & ſacrificia ſua illuc ferrent,& ferias celebrarent, & legerent legem, & omnes alios ſanctificationis illius ritus perficerẽt.Ne igitur ſeparato miniſterij ritu,prouidentiam ſuam illuc concluſi putarent,quaſi vnius regionis deus eſſet , prius ſuam

virtutem

Universidad de Deusto
Biblioteca

virtutem in aliena regione declarauit: in Aegypto, in eremo, vbi nullus miniſtrabat, vbi nullus adorabat: & creatura planè diuerſis rebus ſeruiebat, quib° probabat ſuam potentiam quàm primùm condidit orbem, & ita incredulos arguebat. Nam mare alios ſubmergebat, alios ſaluabat: & aër nunc pluebat grandinem, & perdebat Barbaros, nunc deferebat manna, & Iudæos paſcebat. At terra nunc culices ad puniẽdum hoſtes, nunc coturnices in ſalutem eorum proferebat: & illis in die tenebræ, illis in nocte lux erat. Et Aegyptij Nilum habentes propè fluentem, ſiti & ſiccitate peribãt: hi autem in terra arida & ſicca exercitum ducentes, multa aquarum copia fruebãtur. Et aduerſus illos ranæ pugnabãt, hos autem neque gigantes comprehendere potuerunt. Sed cuius gratia horum memoriam affert beatus Paulus? Ob cauſam quam principiò vobis dixi, vt diſcas quòd neque baptiſma, neque peccatorum remiſsio, neque ſcientia, neque ſacramentorum communio, neque ſacra menſa, neque fruitio corporis, neque participatio ſanguinis, neque aliquid horum prodeſſe nobis poterit, niſi vitam rectam, & admirabilem, & omni peccato liberam habeamus. Propter hæc enim meminit recenſens figuram baptiſmatis in mari & nube. Et figuram ſacramentorum in manna & petra præfigurauit in veteri. Et cùm dixit, quòd omnes eundem cibum ſpiritualem comederũt, & eundem potum ſpiritualem
1.Cor.10.a biberunt, adiecit dicens: Sed plures illorum non approbauit deus. Poſt hęc & talia miracula ait: Non dilexit ipſos deus. Sed cur proſtrati ſunt in deſerto? Cuius gratia hæc nobis dicis ô Paule? Hæ figuræ noſtri cauſa factæ ſunt, vt neque nos fiamus concupiſcentes rerũ malarum, ſicut & illi concupierunt: neque idololatræ fia-
Exod.32.b mus, ſicut aliqui horum, vt ſcriptum eſt: Sedit populus vt ederet & biberet, ſurrexerũntque ad ludendum. Vide Pauli prudentiã. Dixit peccatum, dixit cauſam peccati, dixit pœnam peccato debitam: per ea nos erudiẽs, vt illorum fugiamus mores, non imitando. Cauſa peccati, gula. Sedit enim, ait, populus, vt ederet & biberet. Peccatum ipſum, ludus: deinde pœna, proſtratio in deſerto. Iterum ait, Ne ſcortemur, quemadmodum illorũ quidã ſcortati ſunt. Ibi ſcortationis cauſam nõ poſuit, ſed pœnam. Qualem autem? Ceciderunt in die vna viginti tria milia. Quare autem non poſuit occaſionem vnde orta ſcortatio? Studioſis hoc reliquit, vt hiſtoriã inquirerent, & inde eius radicem diſcerent. Ille optimus medicandi modus, dicere vnde naſcantur morbi,
1.Cor.10.b & vulneribus remedia adhibere. Ob hoc ait: Hæc autem omnia figuratiuè contigerunt illis, ſcripta autem ſunt ad noſtram admonitionem, atque adeò qui illa fecit, & reprobos tunc puniuit, idem & nunc nos admonet. Non enim verbis ſolùm, ſed etiam operibus ipſis, qui ſcilicet maximus admonitionis eſt modus. Vide quo modo eum qui in veteri hæc fecit, magiſtrum his quæ in gratia inſtituit: demonſtrans quòd vnus eſt & idẽ qui & illa fecit, & qui hæc per ipſum loquitur. Nam ſi alius eſſet, non vocaſſet illa iſtorum figuras, neque dixiſſet ipſa in noſtri admonitionem ſcripta, neque magiſtrum nobis inſtituiſſet, quem nõ putaſſet eſſe deum: neque nos per ea quę ab illo tunc facta ſunt nos terruiſſet, quaſi in illius manus olim caſuros. Nunc autem quia monſtrauit, quòd in illius manus iterum ſumus caſuri: & quòd vterque populus & ille, & hic illius legibus regantur, meminit omnium illorũ & dixit, quòd ad noſtri admonitionẽ ſcripta ſunt. Igitur cùm hæc ſciamus, tam futuris quàm præteritis credamus. Si autem ſunt quidam futuris non credẽtes, illos ad virtutis ſtudium à præteritis inducamus, narremus quæ Sodomitis euenerunt, dicamus de diluuio, cõmemoremus de Aegyptiis, vt aliorum reſipiſcentes pœnis, & vitam agant optimam, & fideliter de gehenna & reſurrectione credãt. Quia & nunc quotquot iudicium non credunt, hoc à vita peruerſa, & conſcientia mala patiuntur: quòd ſi expurgemus ipſorum peccata, & timore futurorũ erudiamus, & vt de futuris fideliter ſentiant, perſuadeamus. Nam ſicut mala dogmata impuram inducere conſueuerunt vitam, ita & vita peruerſa, dogmatum peruerſitatem ſæpe parit. Quod ſcilicet ne fiat, ideo verba hæc & nobis omnibus, & aliis cantauimus, vt in recta fide perſeuerantes, & vitã optimam agamus. Atq; hoc vbiq; ſermonib° docui, quia ſine ea nulla rectorum dogmatum vtilitas. Fiãt hæc precibus ſanctorum & patronorum omnium, vt ſeruemus dogmatum rectitudinem, quẽ ſupernè & à progenitoribus accepimus: & adiiciamus illis cõgruam vitã, & promiſſa bona cõſequamur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri ſimul & ſpiritui ſancto ſit gloria, imperium, honor, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI homilia in dictum Apoſtoli ad Corinthios: 1.Cor.11.c *Oportet & hæreſes eſſe.*

COncionem veſtram ſermone dudum ſatis incendi, cùm inducerem Hieruſalem ſuarum calamitatũ vobis & nunciam, & lamẽtatricem. Et quia tunc vidi oculos veſtros turgidos, lachrymarum flumina producere, menteſq; omnium affectionibus cõfundi ac turbari: ideo ſtatim, vt id animaduerti, tragœdia paucis abſoluta, ſermonẽ è medio abrupi. *Eò enim progredi videbatur luctus, vt omnium corda plãctibus diſſectum iri putarẽ. Iam anima luctu impedita, nihil ſani vel dicere vel audire poteſt.* At q; hæc nunc repeto, quid ad rem? Multum. Nam id quod hodie diximus, admodum ſimile & cognatum eſt ei, quod hodie adhuc dicere decreuimus. Vt enim quæ dicta ſunt hodie, ad reprimendam vitæ deſidiam, corrigendamq; in operibus noſtris negligentiã conducũt: ita quæ nunc dicenda, circa diligentem articulorum fidei obſeruationem ſecuriores nos reddere poterant, vt ſic vndequaq; in menſuram Chriſti peruenientes, iuxta diuinum Apoſtolum, in virum integrũ euadamus: & ſi- *Coloſſ.1.d* cut hodie ea, quæ ad corpus pertinebãt, curabamus: ita nunc quæ ad caput ſpectant tractabimus, & hodie quidem verba Hieremiæ, nunc autem verba Pauli. Ex verbis verò Pauli, de quibus nunc agendũ, hæc nobis proponuntur: Oportet autẽ & hæreſes eſſe, vt probati manifeſti fiant inter vos. Haud contemnendũ, quod quæritur: Nam ſi Paulus conſulẽdo diceret, Oportet & hæreſes eſſe, inculpati forent hęreſiarchæ. Atqui nõ ita ſentit, neq; hoc conſulentis, ſed futura prædicẽtis verbum eſt. Quo modo & medicus videns ægrum gulæ & ebrietati, interdictiſq; aliis deditũ, dicit: profectò neceſſe eſt vt incontinentia hęc febrim pariat: quibus verbis non legem ſtatuit, neq; conſulit, ſed è præſentibus futura cõiectat. Similiter & agricola & nauta, cùm videt cõglobari nubes, & audit tonitrua, dicit: Fieri nõ poteſt, quin nubes illæ pluuiam & validos imbres pariãt. Neque hi laudant, ſed prædicunt quod apparet. Paulus quoq; eadem ratione poſuit verbum: Oportet. Et nos ſæpenumero, cũ videmus homines inter ſe diſceptare, grauiq; dicacitate mutuũ inuadere, dicimus: Oportet q; ex huiuſmodi pugna magnũ quoddã malũ oriatur. Quibus tamen verbis,

men verbis,neq; nos consulimus,neq; quempiam incitamus:sed quid futurum sit, ex præsentibus diuinamus. Ita sanè nec Paulus aliquid consulit,dum dicit: Oportet etiam hæreses in vobis esse, sed prædicit ac prophetat rem euenturam,cæterum hæreses consulit minimè.
Gala.1.b Ille enim est,qui dicit: Si angelus vobis aliud euangelizat, præter id quod accepistis, anathema sit. Ipse est, qui circumcisionem prohibuit,cum præter tempus obseruaretur, & puritatem prædicationis euangelicæ in-
Ibidē. 5. a. & 6.d terturbaret. Eiiciebat enim illam & dicebat: Si circuncidimini,Christus nihil vobis proderit. At inquies, cur igitur ad hæc causam adiunxit,dicens: Vt probati manifesti fiant inter vos? Vt, in scripturis plerunque non causam significat, sed magis euentum rerum. Exempli
Matt.20.d & Marc. 10.g gratia:Venit Christus, & cæcum videre fecit, à quo adoratus est: Iudæi autem illo curato faciebant omnia, si qua miraculum obfuscare possent, atq; ita Christum
Ioan.9.g repellebant,tunc igitur ait:In iudiciū ego in hūc mundum veni,vt qui non vident,videant,& qui vidēt,cæci fiant.Ergòne ea de causa venit, vt illi excæcarentur? Nō ideo venit,tametsi ita euenit. Vnde sub figura redditæ causæ narratur euentus.Item, Lex data est, vt im-
Rom.7.d. & 1.Timo.1.b petum peccandi prohibeat, moderatioresq; faciat eos, qui illam acciperent. Sed ob illorum ignauiam diuerso modo accidit,auxit enim peccata,& dicit Paul⁹:Lex
Roma.5.d autem subingressa est, vt peccata augeret: cum tamen ob hoc potius ingressa fuerit, vt peccata minueret. Etiamsi secus acciderit, ob illorum insipiētiam qui eam accepêre.Sic vtiq;,vt nec hic causam reddit, sed euentū indicat.Quandoquidē alia quędā causa est,& origo hæreticorū.Neq; inde sunt hæreses,vt probati manifesti fiant, sed aliunde occasiones acceperunt: de qua re
Matt.13.d audi Christum, qui id nobis declarat: *Simile factū est regnum cœlorum homini seminanti semen bonum in agro suo,cumq; dormirēt homines, venit inimicus homo,& superseminauit zizania.* Vides hæresium causam hanc esse,quòd homines dormierunt,quòd negligentes fuêre,quòd non diligenter his,quæ dicta sunt,intēdêre.Quapropter ,vt ne quis dicat,quare hoc permiserit Christus,dicit Paulus. Nil te nocebit ea promissio, si probatus fueris. Inde enim multo clarior & manifestior euades. Non enim idem fuerit, nullo vel aliquo subuertente, & à nullis vel multis fluctibus pulsatum, manere immotum & non circumactum. Nā vt arbores bene & diligenter radicatæ, ventorū vi cum aguntur hinc & inde, solidiores fiunt: sic & bene solidatas in fundamento veræ fidei animas, quæcūq; irruūt hæreses, reddunt fortiores, tantum abest ne subuertant. Quid autem de infirmis dicit, qui leui momento circūaguntur, & supplantantur, neq; illi ob hæreseos impetum,sed ob suam imbecillitatem hoc patiuntur. Imbecillitatem,inquam, non natiuam, sed voluntariam, quæ digna reprehensione,quę supplicij rea est,quam & nos officiosè corrigimus:cūq; emendamus, laudamur: si inemendatam relinquimus,punimur. Iam vt discas, quia sobrios atque prudentes nocere nō possunt: quid est,dic sodes,diabolo peius, quid etiā inquinatius? Veruntamen ille tam malus,tamq; importunus, tantáque potestate præditus, licet omnes machinas in Iob conerterat, omnemq; pharetram in corpore iusti expleret, ipsum tamen non solum non subuertit, sed & clariorem fecit:& ille quidem nihil incommodi à diabo-
Matt.26.c & 27.a.& Isai.13.a.c lo accepit.Iudæ autem quia negligens erat ac desesse, neque Christi consuetudo profuit.Nam post tot consilia, postq; plurimas illas admonitiones,mansit,qualis erat, proditor.Causa autem est,quia deus non adigit vi,neque cogit,si qua non vult. Itaq; nec nos, sicut neq; Iob, modo prudentes simus, nocere poterit diabolus. At si sobrij prudentesq; non fuerimus, sed ignaui, etiam illa quæ prodesse possent,non proderunt,summamq; interim faciemus iacturam. Tantum malum est ignauia. Quocirca Iudæis præsentia Christi non solū non profuit,sed & nocuit,non ob Christum, sed ob suam ipsorum maliciam & stuporem:& de hoc audi Christū dicentem:Nisi venissem,ait,& locutus fuissem eis,peccatum non haberent: nunc autem excusationem peccati sui non habent.Vides quo modo illos præsentia Christi etiā venia facit indignos,& omne excusationis effugium tollit:tantum mali est,nō attendere sibiipsi, neq; quæ sua sunt sicut par est, regere: id quod & in corporibus videre licet. Nam qui oculis laborat, etiā à Sole offendi consueuit: qui autē sanus est, nec à tenebris incommodatur. Hæreo autem diutius in hoc sermone: sunt enim nonnulli,quibus tametsi displiceat ignauia sua,quique se à torpore vindicent, obambulant tamen quærentes frigidas excusatiunculas,& dicūt: Nisi esset diabolus,non periremus: nisi lex esset, nō peccaremus: nisi hæreses essent,nō supplantaremur.Amice, hæ quas prætexis causæ,neminē lęserūt vnquā:sicut nihil quoq; prodest ei,qui salutem suam ignauus aut oscitabundus negligit.Proinde & tale quiddā Paulus insinuās dicit, Vt probati manifesti fiāt in vobis,quasi diceret,ne turbemini, ne mœreatis: nihil enim vos nocere poterunt hæreses.Iam tametsi de hæresibus sermo sit, non tamen hoc ipsum agitur,quod sermo sonat:id quod vel ex his manifestum.Est enim prophetia,non consilium:prædictio,non adhortatio:euentus,non causa. Neq; hoc loco de articulis fidei loquitur,sed de pauperibus & diuitibus,de manducando,& non manducādo, de luxu ac intemperantia diuitū,deq; pauperibus contemptis.Ferte igitur aliquantulum, vt repetamus rem paulo altius, alioqui res vix manifesta erit. Quamprimum apostoli verbum pietatis seminare cœperunt, annumerati sunt
Act.4.f eis statim tria milia, & iterum quinq; milia, eratq; ipsorum omnium cor,& anima vna. Et quis tantæ concordiæ author? Quod illud charitatis vinculū? Quódnam animarū illud philtrum? Opum contemptus. Nullus enim ipsorū dicebat suū aliquid esse, ex his quæ possidebat,sed erant ipsis cōmunia omnia.Omnia etenim bona statim proueniunt, vbi malorum radix, auariciā dico,sublata fuerit. Igitur cohærebant inter se, nihilq; erat,quod diuellere poterat.Iam enim friuola illa verba,Meum & Tuū,quæ tot bella mundo inuexerunt, ex sancta illa ecclesia erāt exterminata. Inhabitaturq; nō aliter terra, quàm ab angelis cœlum. Non inuidebant diuitibus pauperes, neq; enim erant diuites: non contemnebantur à diuitibus pauperes,nō enim erant pauperes.Verum communia erant omnia, & nemo quod habebat,dicebat proprium. Insuper nō sicut nunc mos habet,ita & tunc eueniebat. Nam qui nunc dant indigentibus, habent propria: tunc autē dominio etiā rerum suarū renunciantes, oblatisq; omnibus nihil reliquiarū seruabant hi,qui antea fuerant diuites. Et si qua ex opum contēptu inflatio esse potuit, tollebatur & ipsa confestim.Siquidē modis omnibus par omniū erat honor.Erat item videre quandam pietatis speciem,nō ex sola abiectione opum omnium in vnum conflatarum,sed etiam ex abiciēdi modo. Nam quotquot vel
Act.4.g domos,vel agros possidebant, ea vendebant, eorumq; precium allatum ante pedes ponebant apostolorū.Nō

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicit,quòd in manus ipsorũ ponebãt,sed ad pedes,declarando simul fidẽ,pietatẽ, atq; reuerẽtiam, quam habebãt apostolis. Et quod maioris ducebãt, quòd ab eis reciperentur,quàm quòd darẽtur dona.Hoc enim potissimum est contemnere opes,hoc est pascere esurientem Christum, si absque arrogantia & fastu hoc facias, sicq; das,quasi tibiipsi plura,quàm danti beneficia dare videaris: quòd si secus affectus es, neq; sic dederis vt te putes magis accipere, quàm dare, nõ dedisti hoc aliis.

2.Corin. 8.c Idem testatur Paulus,dicẽs: Certiores autem vos facio fratres de gratia dei,quæ data fuit in ecclesiis Macedoniç,quòd profunda paupertas illorum exundauit in diuitias simplicitatis ipsorum:nam pro viribus, testor, etiam supra vires prompti fuerunt, multa cum obtestatione rogantes nos,vt beneficium & societatem ministerij susciperemus in sanctos. Vides quo modo illos magis in hoc admiratur, quod licet nacti essent gratiam,orabant tamen,& obsecrabant,tantam præ se ferentes liberalitatem. Eadem de causa & Abraham ad-

Gene.18.a mirabilis est,nõ solum quòd vitulum immolauit, neq; quòd farinam commiscuit,sed quòd multa cum humilitate & voluptate hospites susceptt. Accurrebat enim, ministrabat,dominos appellabat, thesaurum innumerorum bonorum se inuenisse putabat,si quando hospitem videret prætereuntem. Sic enim duplex erit eleemosyna, & cum damus, & cum alacriter exhibemus.

2.Cor.9.b Hilarem datorem diligit deus. Esto innumera expenderis talenta, nisi alienus ab arrogãtia, fastu atq; inani gloria fueris,omnia simul perdes.Quemadmodũ pha-

Lucæ.18.b risæus ille rerum suarum decimator, quia de se sublimia sentiebat, & inflabatur,domum perditis omnibus à templo redibat. Verum alia ratio erat eorũ, qui apostolorum temporibus viuebant.Gaudebãt enim & exultabant cum opes offerrent, maxima lucrari sese putantes,maximæq; charitatis esse arbitrabantur,si eas ab ipsis recipere dignarentur apostoli. Et quasi hi qui ad magnos quosdam principatus accersiti, regias inhabitaturi ciuitates omnem substantiam suam in pecuniã commutant,& sic illo migrant:ita planè & tunc faciebant homines illi ad cœlum vocati,& ad supernã metropolim, & regnum quod illic est. Nã persuasum habentes illic esse patriam, omni substantia sua in pecuniam commutata pecuniam per apostolorum manus illo præmiserunt. Est autẽ extremæ stulticiæ relinquere aliquid rerum nostrarum in hoc loco, nobis paulo post etiam hinc emigraturis.Quicquid enim relinquitur, in damnum cedit. Quapropter illo præmittantur omnia, vbi & nos semper posthac sumus conuersaturi.Hæc quoq; quia & ipsi secum reputarunt,omnem simul deposuerunt substantiam, fiebatq; illis duplex pietatis opus: subleuabant enim indigorum inopiam, & thesauris suis in cœlo repositis, plures & securiores suas facultates faciebant. Ab hac lege & consuetudine inoleuit in ecclesiis consuetudo quędam admirabilis:fideles enim omnes in conuentibus suis postquam audissent doctrinas,post preces, post sacramentorum communionem,soluta concione non mox domum concedebant, sed diuites & abundantiores alimenta & edulia à domibus suis auferentes pauperes vocabant,communesq; faciebant mensas,communia prandia,cõmunia conuiuia in ipsa ecclesia. Atque ita à communione mensç & pietate loci vndequaq; ad charitatem accendebantur,non absque summa voluptate vtilitateq; maxima:pauperes enim tum fruebãtur consolatione qualis obtingebat: diuites verò fructum beneuolentiæ, & ab his quos pascebant, & à deo propter quem illos pascebant,assequebantur: sicq; tandem domum redibãt. Igitur multa quidem hinc eis proueniebãt bona: summum tamen omnium erat, feruens in tota congregatione amicicia, tanta ipsis inter sese prudentia atq; beneuolentia congregatis,non solum cum acciperẽt,sed & cum darent beneficia.Hunc morem Corinthij processu temporis corrumpebant, & abundantiores inuitatis sui similibus contemnebant pauperes, & tardius veniẽtes vtpote more pauperum secularibus negociis detentos non expectabãt.Vnde cõtingebat,quòd pauperes aduenientes,mensa sublata, aliis præuenientibus, aliis tardius subsequentibus verecundè discederẽt. Videns igitur Paulus mala,quę tum ex eo negocio fiebãt, & postea futura,quandoquidem contemnebãtur pauperes mirum in modum à diuitibus, quorum insolens erat superbia: ediuerso verò pauperes mœsti aduersabantur diuitibus: & qualia ex huiusce modi rebus mala oriri solẽt,tunc quoq; vsu eueniebat. Proinde prauam hanc consuetudinem emendat, & vide quanta prouidentia correptionem aggreditur.Incipiẽs enim sic dicit:Illud autem præcipiens non laudo,quòd nõ in me- *1.Cor.11.d*
lius, sed in deterius conuenitis. Quid est,nõ in melius? Progenitores,ait, vestri & patres substantias suas vendebant,& possessiones,& opes, & cõmunia omnia habebant,& magnam in primis inter se charitatem, quos cum imitari vos debetis, non solum nihil talium fecistis,sed etiam id ipsum, quod solum vobis reliquum erat, perdidistis. De conuiuiis autem loquitur, quæ in synaxi fiebãt:& ob hoc dicit, non in melius, sed in deterius conuenistis: quòd patres vestri pauperibus omnes possessiones concedebant,vos pauperes mensa etiã illis concessa priuastis. Nam primum quidem cum cõ*uenitis in ecclesia,audio dissidia in vobis esse,& aliqua ex parte credo. Vides quo modo iterũ prudenter correctionem adhibet: non dixit,non credo:neque dixit, credo,sed medio verbo vsus est,Aliqua ex parte etiam credo,non omnino credo, neq; omnino discredo vel hoc,vel illud omnibus modis contigisse. Vos domini, siquidem emendati fueritis,non credo: sin ita perseueraueritis, credo. Igitur non accusauit, & accusauit tamen.Non accusauit perfectè, vt legitimam ipsis pœnitentiæ correctionisq; spem daret. Non reliquit absque reprehensione,vt ne manerent in ignauia sua. Nondũ omnino credidi dicit: hoc enim est quod dicit, ex aliqua parte credo.Hoc autem dicebat, admonẽs vt imitarentur & corrigerentur,vtq; reuocaretur,ne tale quid aduersus eos crederet,etiam si ex parte crederet.Oportet enim & hæreses in vobis esse, quò qui probati sunt, manifesti fiant inter vos. Dic igitur quæ illæ hæreses? Hîc attendite, quòd non de articulis fidei dictum est, oportet inter vos hæreses esse: sed de discordia, & sectis circa mensam. Nam cum dixit, oportet etiam hæreses esse, subdit modum hæresẽn. Igitur cum conuenitis in eundem locum, non licet dominicam cœnam mãducare.Quid est,dominicam cœnam manducare? Non est comedere herilem cœnam. Illam autem cœnam dicit, quã suprema nocte tradidit Christus, cum *Ioan.13.a*
discipuli omnes essent cũ eo. In illa enim cœna & dominus,& serui omnes simul sedebant: vos autem cum sitis conserui, inter vos tamen dissidetis & diuidimini,& Christ° quidem neq; proditorem abegit: nam & Iudas tum cum ipsis erat, tu autem fratrẽ depellis. Ob hoc dicit,non est dominicam cœnam manducare, vocans dominicam cœnam,quæ omnibus simul conuocatis

catis concorditer & communiter sumitur. Vnusquisq; enim, dicit, propriam cœnā occupat in edendo, & hic quidē esurit, ille verò ebrius est. Et ibi ebrietatis quoq; nomine magis eos corripit, quamuis vtrobique immodica dicit, famem videlicet & ebrietatem nominādo. Etenim tu distenderis voracitate, ille autem fame putrescit, tu pluribus quàm opus sit participas, ille neque necessariis fruitur. Itaque duplex hoc corruptæ æqualitatis malum hæreses vocat. Siquidem contentiosè inter se recumbebant & tumultuabantur: & ille quidem esuriebat, hic verò inebriabatur. Ideo rectè dicebat, cōuenientibus vobis in vnum. Cuius enim gratia conuenistis, ait? Quid vult sibi conuentus ille? Cuius gratia facta est collecta? Siquidem mensa non fit communis.

Dominicæ sunt opes quas accepimus, etiam conseruis
1.Cor.11.c nostris conuiuia proposita sint. Num sanè domos non habetis ad edendum & bibendum? An ecclesiā dei contemnitis, & pudefacitis eos, qui non habent? Tu quidē putas quasi fratrem solum iniuria afficias, redūdat autem etiam iniuria in locum illum. Ecclesiam enim to-
Ecclesia. tam contemnis. Propterea enim ecclesia dicitur, quia cōmuniter omnes accipit. Cur ergo in ecclesia dapsilitatem domus tuæ introducis? Iam si fratrem contemnis, reuerere saltem locum. Nam & ecclesiæ iniuria fit. Signanter autē non dicit, priuatis eos qui non habent: vel, non estis misericordes eis qui nō habent: sed quid ait, pudefacitis eos, qui non habent. Quo curiosissimū quoq; ipsorum luxum reprehendit: non enim tam curæ pauperibus est, quo modo alantur, quàm dedecori cum iniuria afficiuntur. Vides quo pacto honestè de his respondit, illosq; grauius increpat? Quid vobis dicam, laudabo vos? in hoc nō laudo. Quid hoc? Postquā *indignitatem rei declarauit, subiungitur accusatio, optimoq; iure vt ne fiant impudētiores. Nam prius quàm indignitatem facti demonstraret, perfectā negationē* protulit dicendo: Hæc præcipiens non laudo. Vbi autem satis diligenter demonstrauit dignos eos esse multis reprehensionibus, subiunxit accusationem, quæ superioribus verbis, declarationi congrueret. Relicta autem in medio & suspensa accusationis vehementia, ad mysticam mensam consequenter sermonē vertit, plus
1.Corin.11.a ipsos volens terrere. Ego enim, ait, accepi à domino, quod & tradidi vobis. Qualis hæc est consequentia, de communi disputas prandio, & sacramēta commemoras? Etiam, air. Nam si etiam spiritualia illa, tremendaq; mensa ex æquo omnibus diuiti & pauperi proponitur: neque ea fruitur vberius diues, & parcius pauper, sed omnium vnus honor est, & idem accessus. Donec omnes communicent & participes fiant spiritualis illius cibi, quæ proposita sunt non retrahuntur, sed stantes sacerdotes omnes expectant, etiam pauperrimum omnium: quanto igitur magis in mensa illa corporali ita fieri conuenit? & ea propter meminit huius dominicæ cœnæ. Ego enim accepi à domino, quod & tradidi vobis, quod dominus Iesus in ea nocte qua tradebatur, ac-
Matth.26.c cepit panem, & actis gratiis fregit ac dixit: Hoc meum est corpus, quod pro vobis frangitur, hoc facite in mei commemorationem. Similiter & poculū peracta cœna, dicens: Hoc poculum nouum testamentum est in meo sanguine. Deinde vbi multum disputauit de his, qui indignè communicant mysteriis, eosq; reprehendisset grauiter, & demōstrasset quòd idem supplicium passuri essent, quòd hi qui Christum occiderant, si sanguinem eius & corpus absq; probatione & temerè acciant: rursum ad propositam materiam sermonem cō-

uertit, dicens: Itaque fratres cum conuenitis ad comedendum, alius alium expectate: quòd si quis esurit, domi edat, vt ne ad iudicium conueniatis. Vide quo modo latenter etiam gulam ipsorum taxat, & non dixit, Si autem esuritis: sed, quòd si quis esurit, vt vnusquisq; sibi reus esse videatur reprehensionum, præueniens seipsum corrigat. Vnde & à maiori metu supplicij sermonem claudit, dicens: vt ne in iudicium cōueniatis, hoc est, in condemnationem: quasi diceret: non est cibus, neque mensa, quæ cum despectu fratris & ecclesiæ, cumq; tanta gula & intemperantia exhibetur. Nō sunt hæc contemnenda, sed sunt verius vindicta & supplicium. Magnā enim inde meremini & contrahitis pœnam vobis infligendam, si fratres iniuriis afficitis, si ecclesiam contemnitis, si priuatam domum ex sancto loco facitis, quia seorsum comeditis. Dilecti, vbi & vos hæc audiueritis, obdurate ora eorum, qui ita ruditer & temerè apostolico sermone vtuntur, corrigite eos, qui in suum aliorumq; damnum scripturis abutuntur. Habetis enim nunc, vt reor, quid & de quo dicat, cū dicit: Oportet autē & hæreses esse, nempe de discordia, quæ fit circa mensas, cum vnus esurit, alius autem ebrius est. Reliquum cum fide rectè instituti fuerimus, vitā quoq; ad tāta dogmata digne subsequentē declaremus, multa nobis sit erga pauperes benignitas, multa circa indignos prouidētia satagamus, spiritualem quandam negociationem exercentes, neq; plus inquiramus, quàm nostra exigat necessitas, & vsus. Hæ veræ sunt diuitiæ, hæc vera abundantia, hic verus thesaurus est, qui non deficiet, si omnia nostra in cœlos transferamus: & confidimus præterea hæc nobis reposita, & egregiè custodita. Hinc nobis geminum ab eleemosyna lucrum accresceet. Primum, quòd de opibus quas expendimus nō timemus, ne forte à latronibus & furibus, & familiariū *infidelitate diripiantur. Secundum, quòd repositæ, & non vulgariter defossę sunt, quasi infructuosę: sed sicut* radix in pingui plantata solo, quæ nobis singulis annis tempestiuos si affert fructus: sic & pecunia in manibus pauperum plantata, non solum in singulos annos, sed & in singulos dies spirituales nobis fructus affert, fidētiam scilicet in deum, peccatorum abscessum, conscientiam bonam, lætitiam spiritualem, spem iucundam, aliaq; bona, quæ præparauit deus diligentibus se. Quæ precor, vt & vos omnes assequamini gratia domini, cui gloria in secula seculorum, Amen.

Diui Ioannis Chrysostomi, ex Apostolo de fide, spe, & charitate, Sermo.

APostolus Paulus loquitur, dicens, Manēt, inquit, tria ista, fides, spes, charitas: maior autē his est charitas. Hæc ergo tria decurrenda sunt nobis, & singillatim pro viribus demōstranda. Dumq; quantum valeāmus, inuestigamus: singula nobis quemadmodum exercenda sint, nouerimus. Primum igitur nobis definieda est fides. Est enim fides *Fides, quid* origo iusticiæ, sanctitatis caput, deuotionis principiū, religionis fundamentum. Nullus vnquam sine hac dominum promeruit: nullus sine illa fastigium sublimitatis ascendit. Est enim fides innocēs ac pura credulitas: qua ad deum accedimus, qua præceptis insistimus, qua expiata mēte dominum veneramur. Hæc excludit dubia, tenet certa, promissa consignat. Hāc, qui tenet, fœlix est: qui deseruerit, miser. Hæc in ecclesia signa ostendit, virtutes exercet, charismata complet. Hæc amplexanda nobis est semper, hæc mentis virtute tenenda.

1.Cor.13.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Per illam enim, venimus ad Christum: per illam, pergimus ad deum: per illam, properamus ad cœlum. Hac gubernatrice, Noë diluuium nauigauit: per hanc Abraham & benedictionem meruit, & filium in senectute suscepit. Per hanc ex Sodomitarum interitu, Loth sanctissimus liberatus, Moyses electus, Dauid protectus, tres pueri de incendio erepti, Daniël à leonibus liberatus. Est, inquam, fides pactum cum deo, cum Christo placitum, consignatio promissorum. Denique quoties ad istam fidem acceditur, & pactum inter hominem & deũ firmatur: tunc homo deo se credere profitetur, & à deo homini pignus quoddã spiritus sancti tribuitur. Teneris igitur christiane, & tenes: aliud à deo accipis, aliud deo promittis. Non debes placitum destruere, cuius te pignus conspicis retinere. Nam si inter homines semper pacta seruantur, & quicquid inter socios aliquando placuerit, incõcussa fidei firmitate tenetur, ne sit violatæ fidei reus, qui aut placitum soluerit, aut pactum ruperit, aut socialem conuentum perfida calliditate mutauerit: quanto tenacius firmiusq; seruandum est, quod cum deo contrahitur, quod cum Christo initur, quod in spem promissorum cœlestium copulatur? Homines enim inter se nonnunquam aut falluntur, aut fallunt: deus autem ab homine falli non poterit. Quicquid promiseris, exigit: quicquid voueris, inquirit: adeò vt cum iudicij venerit dies, & singulorum pacta vel sponsa recitari iubẽte domino cœperint: aut seruatæ fidei præmium, aut violatæ supplicium tribuetur. Vt enim ipse fidelis est reddendo, ita fidelem exigit de promisso. Talem hominem quærit erga se semel deus existere, qualẽ seipsum homini desiderat exhibere. Ego, inquit dominus, promissa nõ muto: ego quod destinaui, attribuo. Ego tibi præmia, quæ spopõdi, dispenso: si tamen, quod credis, exhibeas: si fidem, quã polliceris, adimpleas: si actibus sanctis, quod voueris, ostendas. Cæterũ si aliud gesseris, quàm voueris: & fidei nomen perfida voluntate dissolueris: nõ modo præmiorum compos esse non poteris, sed & destinato supplicio necesse est subiũgaris. Aliud est enim esse, quod diceris: aliud dici, quod non sis. Non potest ad præmium tendere, qui professionem noluerit adimplere: nec accipere poterit, quod promittitur, nisi antè impleuerit, quod iubetur. Dictum est igitur, licet pauca, de fide.

Gen.7.d
Ibidẽ.21.a
Ibid.19.a
Eccli.45.a
1.Reg.16. & seq.
Danie.3.c
Ibidẽ 14.f

Spes, quid.

De spe quoque aliqua prosequamur. Spes est futuræ pollicitationis religiosus assensus, promissæ gloriæ deuota intentio, sanctorum destinata sublimitas, bonorum expectatio futurorum. Spes est, inquam, cognitio fidei, credulitatis propinquitas, destinatum præmiorũ tempus, futura expectatio meritorũ. Quæ duo, id est, fides & spes, ita certa sibi mutua vice coniuncta sunt: vt altera sine altera stare non possit. Quicquid enim fides credendo acquirit: hoc spes sustinendo pręsumit, dicẽte propheta: Et si tardauerit, sustine eum: quoniam veniẽs aderit, & non tardabit. Noli à spe proposita Christiane desistere, noli sustinendi gloriam perdere, noli rebellanti animo claudicare. Salomon enim concionatur, & dicit: Væ his: qui perdiderunt sustinentiam, & diuerterunt in vias prauas. Et quid facient, cum inspicere cœperit deus? Noli, inquam, à spe proposita christiane desistere, noli à cœpto itinere declinare: festina, quò tendis: quò properas, perueni. Currẽtis gressus nõ retrahat inimicus: festinantis animum spes ipsa perducat ad deum. Veloces sequere, tardiores attrahe, pigros defere, fortiores fortiter imitare. Tu alios prouoca, te prouocent alij. Cito enim quò desiderat, peruenit, qui velociores sequitur, & veretur: ne à tardioribus transeatur. Perpende, si potes, labores & merita, sudores & præmia, cursus & regna. Nec tamen laborat, qui deo iuuante festinat: aut onerosum aliquid sentit, cui particeps Christus existit. Exiguum sentis, sed immensum est quod mereris. Modicum pateris: sed æternum est, quod regnabis: quanuis voluptas sit magna deo iuuante currere, & Christo comite pergere, fauente domino festinare. In stadio terrestri vnus qui prior venerit, coronatur: in cœlesti verò stadio quisquis puenerit, promeretur coronam. Nescitis, inquit apostolus, quia qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, vnus tamen accipit brabium? Vos autem sic currite, vt omnes accipiatis. Et illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. In stadio quidem terreno velocitas quæritur, in cœlesti verò affectus optatur. Illic festinans, hic perueniens: illic properans, hic perficiens coronatur. Nonnunquã enim festinatio fatigata deficit: fœliciter verò peruenit quem lætum iter ad destinata perducit. Fides gloriam inchoat, spes sustinendo consummat. Illa fundamentum ponit, hęc ipsum hominem construit. Illa dat principiũ, hæc Christianum perducit ad summum. Illa initia credulitatis aggreditur, hæc ad consummationem virtutis meditatur. Illa quod promittitur, credit: hæc quod sperat, iã cernit. Videmus nunc, inquit apostolus, per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc autem cognosco ex parte: tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum. Nec enim quisquam poterit fidei fructum percipere, nisi qui spei gloriam voluerit consummare. Vt enim sine fide spes non habet firmitatẽ: ita sine spe fides non potest habere mercedem. Sanè si fides est religionis fundamentum, & spes consummat, & perficit ędificium: quo modo apostolus dicit charitatẽ esse maiorem, quæ sine fide & spe non potest habere firmitatem? Deniq;, tolle fidem, & spes vbi cõstruitur? Adime spem, & vbi charitas sublimatur? Illa enim poterũt esse maiora, sine quibus esse alia non possunt. Igitur si res ita est: cur charitati & non magis fidei Apostolus tribuit principatũ? Sed vt quæstio iam dirimatur, & quod obscurũ est, pareat: est fides, quæ futura credimus: spes, qua ventura præsumimus: charitas, qua & deum diligimus, & proximos honoramus. Siue enim, inquit Apostolus, prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia euacuabitur: ex parte enim scimus, & ex parte prophetamus, cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Cessat enim fides, vbi quod creditum est, venerit: cessat & spes, vbi quod speratur, affuerit. Tunc enim iam quod credatur, non est: quia quod credebatur, adest. Tunc quod sperabatur, cessat: quia quod speratum est, præsens est. Sola charitas æterna est: quia cum deo in sanctis est: & ideo maior est. Deniq; nullum charisma sine charitate perfectum est, nullum donum sine dilectione aptũ. Quicquid enim charismatis aut doni quisque meruerit: desertum charitate non stabit. Omnia enim quæ spiritus sanctus deuotis aut impartit, aut donat: aut charitate perficiuntur, aut sine charitate effectum nullum sortiũtur. Denique ipsum martyrium sine charitate impleri non poterit: licet charitas sine martyrio sola perfecta sit. Sicut Apostolus loquitur, dicens: Si linguis hominum loquar, & angelorum: charitatem autem non habeam, factus sum vt æramentum tinniens, aut cymbalum concrepans. Et si habuero prophetiam, & sciero omnia mysteria, & omnem scientiã: & si habuero rantam fidem

1.Cor.9.d

1.Cor.13.d

Ibidem.a

Ibidem.a

Abac.2.a

Eccli.2.c

tam fidem, ita vt montes transferam: charitatem non habeã, nihil sum. Et si distribuero omnia mea, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam: charitatem autẽ non habeam, nihil sum. Si nec corpus ignibus traditũ, & substãtia donata pauperibus, nec communis sermo cum angelis, nec montes translati per fidem sine charitate effectus habere non possunt: quid charitate sublimius esse poterit, cum ipsa charitas deus sit? Sicut Ioannes apostolus loquitur: Deus charitas est, vt & iam si quid comparaueris, parum sit: si quid sociauerit, minus, dum charitas deus est: cui comparabile nihil est. Inchoatur in mundo, perficitur in cœlo: quæritur in seculo, inuenitur in regno. Hic enim nec fides cœpta perficitur, nec spes proposita consummatur. Esse enim fidelem charitatis est bonum: sperare quod promissum est, amare est Christum. Charitas est enim, quæ & fidẽ adiuuat, & spem sibi sociat, & vtramq; secum deo muneranti assignat. Sola est, inquam, quę & fidem excitat, & spem longanimem reddit, & vtrique semet sociam exhibet, & magistram. Cum ipsis ad Christum peruenit: ipsis tunc perfectione cessantibus, sola in sanctis regna cœlestia possidebit. Agẽ nunc quisquis es Christiane, cum istis viue, cum istis in ecclesia flore, cum istis sancta officia exerce, cum istis in hoc mundo contra diabolum præliare. Ipsæ te perducant ad deum, ipsæ te leuent ad cœlum, ipsæ tecũ perueniant simul ad Christũ.

1. Ioan. 4. c

A

B

C

D

† Dictum Pauli 1. ad Corinthios 15. d. Cum subiecta fuerint illi omnia: tunc & filius ipse subiicietur ei &c. pulchrè habes explicatum in vltimo tomo post sermonem de Trinitate.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI SERMO DE ELEEMOSYNA & COLLATIONE IN SANCTOS, EXPRIMENS PAULI AD CORINTHIOS EPISTOLA.

EXurrexi hodie functurus apud vos legatione quadam iusta, vtili, ac honesta, nõ alterius cuiuspiam quàm pauperum nomine: qui vestram hanc inhabitant ciuitatem. Hi mihi hãc prouinciam iniunxerunt, non sermonibus, nec cõmunis consilij suffragiis & sententia, sed miserabilibus acerbissimisq; suis spectaculis. Nam cum ad vestrum hunc conuentum festinans, per forum & angiportus transirem, videremq; in mediis humis iacêre multos, quorum aliis abscissæ manus, alij exoculati, alij vlceribus pleni, & incurabiles, ac protendentes eas partes, quas vtpote tabidas potissimum necessarium erat contegerẽt: extremæ inhumanitatis esse duxi, si apud charitatem vestrã de his non dissererem, maximè, quòd alioquin ex his quæ dicta sunt, opportunitate quadam ad hoc compellor. Et semper quidem conuenit de eleemosyna concionari, quandoquidem & nobis apud dominum multa semper opus est misericordia. Nũc verò per hoc tempus multò magis necessarium, cum tantum sit frigus. Enimuero æstate, temporis commoditas multum solatur pauperes. Extra enim periculum sunt, si nudi ambulent, cum Solis radij pro amictu sint, securũq; in nudo pauimento dormire, noctesq; sub dio agere, neque adeò calceamentis indigent, vel potu vini, vel alimẽtis largioribus: contenti enim sunt aquarum fontibus: tumultuariamq; illis mensam vilioribus oluisculis ac paucis leguminibus ipsa anni pars instruit. Ad quæ accedit & alia non minor commoditas. Nã qui domos extruunt, quiq; terram fodiunt, & qui mare nauigant, illorum ministerio plurimum egẽt. Quemadmodum enim locupletes prouentus habẽt ex domibus, agris & possessionibus: ita pauperes ex manibus & corpore, & non aliunde: ac propterea per æstatem est, quòd eos soletur, hyeme verò vndequaq; variis modis affliguntur & vexantur. Duo autem in primis eis molesta sunt. Intra, viscera deuastat fames: extra, carnem conficit frigus. Præterea ampliore indigent alimento, & densiore vestitu, insuper & tecto, & strato, & calceamentis, atq; multis aliis. Et quod omnibus est grauius, operandi cõmoditatem tempus negat. Ea propter quia pluribus habent opus, & non est laborandi facultas, nemine miseris vel mercedem præstante, vel opus iniungente, nos saltem manus porrigamus, non iam mercedem, sed eleemosynam daturas. Assistat autem nobis fidelis in hac legatione collega Paulus: pauperum & in egestate viuentium præfectus & procurator, miræ singularisq; vigilantiæ ac curæ. Vnde diuisis apud Petrum discipulis, pauperum curam non diuisit: sed vt dicit, Dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis, vt nos in gentes, ipsi in circuncisionem apostolatu fungeremur. Iniunxerunt solum, vt pauperum essemus memores: id quod facere curaui. De qua re subinde sermonem in epistolis suis inculeat, & nec vnam inuenies, quæ de ea non admoneat. Sciebat enim, sciebat quanti momenti res sit, & propterea tanquam ædificio admirabile fastigiũ superimponens, hanc doctrinam contiliis & admonitionibus suis adiicit, atq; idipsum hoc quoq; loco facit. Nam posteaquã de resurrectione disputauit, deq; aliis omnibus disposuit, in hunc tandem de misericordia sermonem desinit, sic dicens: De collatione autem in sanctos, sicut ordinaui ecclesiis Galatiæ, sic & vos facite. In vna sabbatorum vnusquisque vestrum. Animaduerte sensum & ingenium Apostoli, quàm tempestiue ad hanc admonitionem accedit. Cum enim meminit futuri iudicij, terribilisq; illius sedis, & gloriæ qua vestiendi sumus, modo rectè viuamus, & immortalis vitæ, tum de hoc reliquum sermonem infert, vt auditor spe bona refocillatus, facilior sit ac benignior, atque ita maiori ipsum alacritate suscipiat, vtpote adhuc iudicij terrore contremiscens, & repositorum animæ bonorum expectatione gestiens. Etenim quisquis de resurrectione philosophatur, & ad futuram vitam seriotum confert, nihili æstimabit præsentia, vel diuitias, vel abundantiam, vel aurum, vel argentum, vel sumptuosas vestes, vel delicias, vel mensæ luxum, vel aliquid tale. Et qui hæc nihili faciunt, haud difficile pauperum susciplent curam. Et hac de causa admonitionem hãc apte sermoni de resurrectione subiunxit. Primum autem non dicit, de collatione in pauperes, neq; in mendicos, sed in sanctos: vt erudiret auditores, etiam pauperes si piè viuãt admiratione dignos, & diuites si virtutem despiciant esse contemptibiles. Ecce rex prophanus vocatur & iniquus, quia inimicus erat deo: & pauperes sancti, quia mansueti erant, ac moderati. Neronem mysterium iniquitatis vocat, dicens: Mysterium enim nunc agit iniquitatis. Pauperes verò quibus nec alimenta erant, & qui emendicato alebãtur victu, sanctos appellat. Interim & occultè docet, ne efferantur animo, neq; ob hoc mandatum extollantur, quasi aliis vt vilioribus, despectioribusq; præstent & antecellant: sed sciant, sibiq; ipsis certo persuadeant, summum esse honorem, quòd datum sit eis illorũ afflictionibus communicare. Iam dignum est, vt & illud perscrutemur, quinam illi sunt sancti. Neq; enim hîc duntaxat mentionem

1. Cor. 16. a

2. Thess. 2. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Roma.15.f tionem ipsorum facit,sed & alibi sic dicens: Nunc au- A
Act.11.d tem proficiscor Hierusalem ministrans sanctis. Et Lu-
cas in Actis apostolorum,memor istorum sanctorum
ait:Cæterum discipulorum vnusquisque vt abūdabat,
ita & decreuit,vt mittat ad pauperes sanctorū in Hie-
Gala.2.b rusalem.Et iterum,quod & antea dicebam, ait, Tantū
vt pauperum memores essemus: in quo & diligens fui
vt hoc ipsum facerem,quasi diceret:Postquam separa-
ti sumus,ego in Gentes,ille in Iudæos: in hoc commu-
ni sententia conuenimus,ne quantum ad pauperes at-
tinet,seiungeremur.Nam quando prędicabant,Petrus
quidem Iudæis,Paulus verò Gētibus prædicabat: quā-
do autem pauperum agebant curam,tunc non sic age-
bant,vt Petro tantum cura esset Iudęorum pauperum,
& Paulo tantum Gentiliū: sed procurabat Paulus etiā
rem pauperum Iudæorū.Et propter hoc dicebat:Tan-
tum vt pauperum memores essemus,in quo & diligens B
fui,vt hoc ipsum facerem. Qui igitur sunt illi, de qui-
Roma.15.f bus hic disputatur,& in epistola ad Romanos, insuper
& Gala.2. & in epistola ad Galatas,pro quibus & apud Macedo-
b.& 2.Cor. nes intercedit?Iudæi pauperes erant, qui & Hierosoly-
9.a mis degebant.Sed qua de causa tantam illorum habet
curam? An non in singulis ciuitatibus erant inopes &
mendici?Cur ad illos potissimum mittit,& pro eis om
nes orat?Sanè non hoc egit temere,neque vt acceptor
personarum,sed ob magnam vtilitatem.Proinde ope-
ræprecium fuerit, sermonem illum aliquanto superius
repetere.Enimuero vt Iudæorū res corruerunt,& con-
firmata est vox eorum,quam dum crucifigerent Iesum
Ioan.19.c clamabant,Non habemus regem nisi Cæsarē: ipsi Ro-
manorum principatui subiecti,neq; suis vt antea viue-
bant legibus,neque per omnia serui erant,vt nunc:sed
in ordine commilitonum & sociorum habebantur, sic C
tamen, vt ipsi tributa penderent regibus suis,& magi-
stratus ab eis acciperent. In plerisq; tamen & proprias
seruabant leges, & iuxta patrū præscripta animaduer-
tebant in eos qui secum peccarant. Nam tributum eos
Romanis dedisse hinc liquet,quia tentantes Iesum ro-
gabant, si liceret dare censum Cæsari: at ipse sibi iussit
ostendi numisma.Quod vbi monstrarūt, & lecta erat
Matt.22.b inscriptio:Reddite,ait,quæ Cæsaris sunt Cęsari,& quę
Luc.20.d dei deo.Lucas quoq; testis est, templum habuisse mili-
tes & duces qui mille præerant. Quòd Romanis sub-
diti fuerint Iudæi, non pauca sunt argumenta. Simili-
Act.7.g ter manifestum,quòd propriis vsi sunt legibus.Stepha-
Ibid.12.d num enim lapidarunt nondum ad tribunal ductū,Ia-
cobum fratrem domini occiderunt, Christum ipsum
crucifixerunt,quanuis permittente præside qui illorum
accusationem refutabat.Nam ea de causa & manus la- D
Matt.27.c uit,dicens: Innocēs sum à sanguine iusti huius.Et quia
valde vrgentes videbat, ipse quidem sententiam non
tulit, sed tradendo eum permisit illos sua vti tyranni-
de,qui & omnia postea fecerūt,& Paulo item sæpe fue-
runt molesti. Igitur, quia suis vtebantur iudiciis, vsu
eueniebat longè grauiora pati eos qui ex illis credide-
rāt.Etenim in aliis ciuitatibus quia & iudicia, & leges,
& principes erant, non licebat Gentilibus eos qui à se
deficiebant, occīdere,vel lapidare,vel aliter opprime-
re propria tyrannide vel sententia.At si quis deprehen
debatur tale quiddam præter iudicum sententiam pa-
trasse, is puniebatur. Quod tamen Iudæis erat adhuc
permissum,idq; magna licentia.Vnde grauissimè affli-
gebantur,qui inter eos credebant. Nam erant sicut re-
licti in mediis lupis, & non habentes aliquem qui eri-
peret.Sic Paulum quoq; sæpe flagellarunt,quod & ipse

docet:Quinquies quadraginta minus vna accepi à Iu- 2.Cor.11.g
dæis.Ter virgis cæsus sum,semel lapidatus sum. Deni-
que quòd hoc nō leui coniectura à me dictum sit,quid
ad illos ipsos Paulus scribat,audi:dicit enim, Redeant Hebr.10.f
vobis in memoriam superiores dies, in quibus illumi-
nati,ingens certamen sustinuistis afflictionum:partim
quidem,dum & probris & pressuris affecti, spectaculo
fuistis omnibus: partim dum consortes ita conuersan-
tium facti estis:siquidem & afflictionum quę ex vincu-
lis meis contigerunt, participes fuistis, & direptionem
facultatum vestrarum cum gaudio accepistis,scientēs-
que vos habere in vobis potiorem substantiam in cœ-
lis ac manētem. Quin & cum Thessalonicēses adhor-
taretur,illos in medium adducit:Vos enim imitatores 1.Thess.2
facti estis fratres ecclesiarum dei, quæ sunt in Iudæa in
Christo Iesu, quòd eadē passi sitis & vos à propriis cō-
tribulibus,quemadmodum & ipsi nos à Iudæis.Hac de
causa, quia grauissima ferebant præ omnibus, & citra
omnem misericordiam cuncta quæ habebant eis aufe-
rebantur,ducebātur, trahebantur, fugabantur vndiq;:
iure Apostolus in illorum subsidium alios excitat, ite-
rum pro iisdem Corinthios exhortans, ac dicens: De
collatione autem in sanctos, sicut ordinaui in ecclesiis
Galatiæ,sic & vos facite. Itaque satis demonstratum
est, qui sunt sancti illi, & quare pro ipsis maiorem ha-
buerit curam:reliquum est,vt inquiramus etiā cur Ga-
latarum meminerit.Cur enim non dixit: De collatio-
ne autē in sanctos,hoc facite, in vna sabbatorū vnus-
quisque vestrum apud sese ponat thesaurizans &c. sed
cum dixit,De collatione hac in sanctos: adiunxit, Sic
vt ordinaui ecclesiis Galatię,sic & vos facite? Cuius gra
tia hoc facit,& non vnius,neque duarum,neq; triū me-
minit ciuitatum,sed totius gentis? Certè vt promptio-
res eos redderet, essentq; eis materia & occasio æmu-
landi aliorum laudes. Et post hæc nouum quendā mo
rem instituit.Et quis ille?In vna sabbatorum,ait, vnus-
quisq; vestrum apud sese ponat thesaurizans, quicquid
commodum fuerit: ne cum venero, tunc collationes
fiant.Vnam sabbatorum dominicam vocat.Et quam-
obrem hunc diem oblationi deputat?cur non dixit se-
cunda sabbatorum,vel tertia sabbatorum,vel aliis sab-
batis?Profectò ne hoc temerè, nec absq; causa dictum.
Nam & à tēporis opportunitate ansam capit, quò ala-
criores reddat offerentes.Et quid commodi habet eius
diei tempus,quo facilius detur eleemosyna? Ecce, quo-
niam tum à labore omni cessatur, relaxationeq; & fe-
riis alacrior fit animus.Et quod multo maius est,innu-
meris eo die bonis potiti sumus. Nā eo die destructus
est infernus,extinctum maledictum, disparuit pecca-
tum,confractæ inferorū portæ, captiuus factus est dia-
bolus,diuturnum bellum diremptum, cōciliati deo ho
mines,nostrumq; genus ad pristinam, imò ad maiorē
rediit dignitatem, viditq; sol inopinatum & admira-
bile illud spectaculum, quòd homo factus est immor-
talis. Hæc omnia volens ipse nobis in memoriam re-
ferre,diem illum in medium attulit, ipsum in aduoca-
tum assumens,qui vnicuiq; diceret, Cogita homo quā-
ta & qualia bona accepisti hoc die,quantis malis es li-
beratus. Qualis eras antea, qualis postea factus es.Iam
si nos natalicia celebramus, & multi libertinorum etiā
eos dies, in quibus libertate donati sunt in magno ha-
bent honore,ita vt alij,venerando tempus, cōuiuia fa-
ciant,alij multa munera largiantur: quanto magis no-
bis dies ille obseruandus, quem si quis natalicium to-
tius humanæ naturæ appellet, haud aberrarit? Perditi

enim

enim eramus, & inuenti sumus: mortui eramus, & re- A uixímus: inimici eramus, & reconciliati sumus. Spiritali autem honore inquam hunc diem venerari oportet, non conuiuando, non vinum profundendo, nõ ebrietati choreisq; vacando, sed indigentes fratres liberalitate facili iuuando. Quę dico, non vt laudetis tantum, sed vt & vos quoq; imitemini. Neque enim putare debetis hæc solis Corithiis esse scripta, sed & vnicuiq; nostrum, ac omnibus qui post nos futuri sunt. Faciamus itaque sicut nobis Paulus præscripsit, & die dominico vnusquisque nostrum domi opes dominicas reponat, fiatq; ex hoc lex & consuetudo immutabilis, nec dubito posthac non fore opus adhortatione vel consilio. Nequaquam enim tam efficax est adhortatio & sermo, vt consuetudo tempore firmata. Statuamus igitur hoc, vt dominico die aliquid in subsidium pauperum reponamus, neque legem postea transgrediamur, etiã quan- B tacunque vrgeat necessitas. Iam cum dixit, In vna sabbatorum: subdit, Vnusquisque nostrum: non diuitibus, ait, dico solum, sed & pauperibus: nõ liberis solum, sed & seruis: non viris solum, sed & mulieribus. Nullus ab hoc ministerio exemptus, lucríve sit expers, sed vnus-
Mat. 12. d quisque aliquid offerat. Neq; collationi huic obstat in-
3. Reg. 17. c opia: quantũcunq; enim pauper sis, nõ es pauperior vidua illa, quæ omnem substantiam expendit: quantumcunq; mendicus sis, non eris pauperior Sidonia muliere, quæ pugillum farinæ tantum habens, solicita erat, quo modo prophetã dignè exciperet, tametsi videret circunstantes pueros, & famem vrgentem, neq; aliud quicquam haberet repositum. At qua de causa dixit, vt aliquid apud seipsum reponat thesaurizans? Ne fortè quis erubescat & vereatur ostendere tam parum à se offerri: *& ideo ait, Tu serua & custodi: & cum paulatim* C *paruæ oblationes iustam aliquam quantitatem habẽt, tum profer in medium.* Item non dixit, colligens: sed, thesaurizans: vt discas quòd sumptus ille thesaurus sit, & expensæ illæ quæstus. Thesaurus, inquam, est omni thesauro melior. Nam sensibilis thesaurus, & insidiis pétitur, & imminuitur, sæpeq; inuẽtores pessundat: cœlestis autẽ ille, tot° alius est: insidias ignorat, auferri nequit, salus possidẽtibus & accipiẽtibus, nõ consumitur tẽpore, nõ perit inuidia, sed prorsus eiusmodi iniuriis superior, multa colligentibus affert bona. Obediamus igitur, & faciamus etiam nos ita: vt cum priuatis sint & sacræ opes in domibus nostris repositæ, futurúmque vt per eas etiam priuatæ conseruentur. Quemadmodum si opes subditorum in regiis promptuariis conseruentur, per illas etiam regiæ securiores sunt: ita certè & in domo tua si pauperum opes reposueris, & domi- D nico die collegeris, etiam tuæ securiores erunt. Eriscq; dispensator opum illarum à Paulo ordinatus. Et hinc collecta hæc, occasio erit vt plura colligas, modo primum tibiipsi bonam hãc consuetudinem feceris: nam teipsum instigabis nullo alio consiliario habens opus. Hoc itaque modo vniuscuiusq; domus ecclesia fiat, sacratas opes intra se conseruãs. Enimuero gazophylacia quæ in templis sunt, illarum symbolum gerunt. Locus in quo pauperum opes sitæ, inaccessus est dæmonibus. Et opes, quæ in eleemosynas deputatæ, domos plus muniũt, quàm scutum & lancea, ac arma, & seruorum & militum manus. Porrò postquam Apostolus dixit, quando, & à quibus, & quo modo reponẽdæ sint hę opes, quantas illas esse oporteat: offerentium arbitrio relinquit. Non enim dicit, Tantum & tantum offer, vt ne præcepto grauet, multis alioqui paupertatem præ-

texentibus: atq; adeo ne dicant pauperes: Quid si tantũ præstare non possumus? propterea quantitatẽ oblationis virtute offerẽtium determinauit. Vnusquisq; enim vestrum, ait, apud sese reponat, thesaurizans quod cõmodum fuerit. Quo verbo εὐοδώσει Paulus demõstrat, quòd superne fauor, & fœlix euentus eis assistet. Non enim hoc solum considerabat quo modo, sed & vt magna cum promptitudine pauperibus necessaria suppeditarentur. Enimuero, & deus eleemosynam non ob hoc solum instituit, vt pascantur indigi, sed etiam vt dantibus accrescerent beneficia, atq; adeò magis propter dantes, quàm accipientes. Nam si pauperum duntaxat habuisset rationem, nihil aliud præcepisset, quàm vt necessaria eis darentur, nec dantiũ promptitudinẽ requisisset: at nunc videre licet Apostolum hoc potissimum agere, & ordinare, vt gaudentes & hilares sint largitores. Et alicubi dicit, Ne ex tristicia, vel ex neces- *2. Cor. 9. b* sitate: hilarem datorem diligit deus. Ecce nõ simpliciter dicit datorem, sed eum qui libenter & volupe be- *& Eccles. 35. b* nefacit. Et iterum alio in loco, Qui impertit in simpli- *Roma. 12. b* citate, qui præest in diligẽtia, qui largitur in hilaritate. Et propterea vera eleemosyna est, sic dare, vt gaudeas te dare, putesq; te accipere magis quàm dare. Atq; hoc modis omnibus conatur, vt leue faciat præceptũ, fiatq; cum alacritate oblatio. Et considera, quot nominibus attentauit, præcepti pondus & grauitatem auferre. Primum iubet offerre non vnũ, duos vel tres, sed vniuersam ciuitatẽ λόγια. Collatio enim nihil aliud est quàm *Collatio.* collectio, & symbolũ quod omnes dant. Secundò accipientium dignitatem significat: non enim dicit, pauperes: sed, sanctos. Tertio exemplũ affert aliorũ, qui simile quiddam fecerãt, cum dicit: Sicut ordinaui ecclesiis Galatiæ. Quarto diei opportunitatem adiicit, dicens: In vna sabbatorum, vnusquisque apud seipsum ponat. Quinto, nõ iubet omnia simul profũdi in eleemosynã, sed paulatim. Indignũ enim totũ iubere, totũ vno die offerre, & tãto tẽpore inopia premi: hoc enĩcitra rationem sumptuum omnino esset. Ad hæc, non decernit mensuram, sed offerentiũ arbitrio permittit, & à deo datum declarat. Vtrunq; hoc insinuat, cum dicit, quod commodum fuerit. Adiicit & septimum alium modum, cum dicit, Vt ne cum venero, tunc collationes fiant. Quo dicto & suburget expectantes suum aduentum, & solatur certum diem aduẽtus sui scribens. Neq; his contentus, alium etiam octauum adducit. Et qualis nam ille? *Vbi venero autẽ, quoscunq; probaueritis per epistolas, hos mittam, vt perferant gratiam vestram Hierosolymã. Quòd si fuerit operæprecium vt & ego ipse proficiscar, mecum proficiscẽtur.* Vide quàm aliena à fastu & mansueta sit generosa illa ac beata anima: vide quàm sollicita & affectuum plena? Noluit enim enim ex sua sententia eligi ministraturos pauperibus necessaria, sed eorũ electionẽ ipsis permisit. Neq; iniurię loco habuit, quòd Corinthiorũ suffragio, sententiaq;, & non Pauli constituebãtur: imò absurdũ censuisset, si secus esset actum. Et hac de causa permisit eis, vt quorum erat oblatio, eorum esset & ministrorũ electio: interim & mansuetudinem suã demonstrans, & omnem ansam ac vmbrã suspicionis auferẽs. Nam licet ab omni suspicione mala alienus, & Sole purior erat: ex abundantia tamen hoc curabat, quò infirmioribus parceret, & suspiciones effugeret: vnde dicit, Vbi venero autem, quoscunq; probaueritis, eos mittam, vt deferãt gratiam vestram. Quid dicis Paule? Tu autem non nauigabis, neq; subsidia accipies, sed aliis rem demandabis? Ne cogitantes tale quiddam tristiores red-

Universidad de Deusto
Biblioteca

deret,vide quo modo & hoc bene tractat. Non enim A simpliciter dixit, quoscunq; probaueritis, mittam, sed quid?Per epistolas. Tametsi non corpore adero,sed literis meis affuturus, adiuuabo illorum ministeriũ. Nũ Pauli vmbra vel calceamentis eius digni sumus? Et ille tanta apud omnes dignitate conspicuus, reiicit honores vndequaque:nos verò stomachamur, & ægrè ferimus,si quando nõ sententia nostra, neq; suffragio & iudicio ordinantur, qui subsidia illa ministrent: & iniuriam putamus,si non nobiscum, & nostra sententia hoc faciunt qui sua impendunt. Vide autem qualiter eleemosynæ vbiq; meminit.Hoc loco eam non vocat mãdatum, neq; eleemosynam,sed gratiam: demonstrans quòd sicut mortuos excitare, & dæmones effugare, & leprosos mundare, gratiæ opus est: sic etiam pauperes iuuare, & indigis manum porrigere, imò multo magis hoc quàm illud.Iam licet gratia sit, nostra tamen opus B habet opera & studio,vt eligamus,& velimus,& gratia dei dignos nos exhibeamus,& præparemus.Hoc quidẽ dicto egregiè ipsos consolatus est, quia literas suas cũ eis missurus esset:iterum tamẽ alio maiori quàm antea, consolatur,dum pollicetur se ipsum itineris sui socium futurum.Si enim fuerit operæprecium, vt & ipse proficiscar, mecum proficiscentur. Et vide etiam hîc ipsius industriam. Neque enim negauit se simul iturum, neq; omnino iturus est, sed iterũ arbitrio dantium rem submittit,eosq; dominos facit suæ peregrinationis,demõstrans quanta sit hæc dignitas. Nam tanta est, quæ etiã ipsum itineri se vt accingat,excitet.Nam cum dicit, operæprecium,coniectantis est. Quòd si per omnia hãc professionem abnuisset,tristiores vtique eos reddidisset ac segniores:sin dubie promisisset, negligẽtiores fecisset,& ideo non omnino negat,neque pollicetur,sed C sententiæ Corinthiorũ submittit.Audientes enim Paulum delaturum oblationes suas, maiori studio & alacritate ferebantur, quòd per sanctas illas manus oblationes suæ deferendæ essent,& huic sacrificio preces illius accederent.Porrò si tanta alacritate hoc faciebant Corinthij obsecũdaturi Paulo, tu verò dabis domino Pauli.Nam propter pauperes deus suscipit.Qualem excusationem habiturus es,si negaueris vel distuleris? Et profectò nisi res magna, curaq; multa digna esset, ille cui totus orbis creditus, & cui curæ erant omnes quæ sub Sole ecclesiæ,vix id muneris obiisset. Igitur hæc & nos cogitemus, quoties vel dandum vel dantibus aliis ministrandum,ne simus difficiles, tristésve perinde ac possessiones imminuerentur. Quo modo enim nõ absurdum?Agricola sementem facit,& quæ habet expendit, & non tristatur, nec dolet, nec sumptum se facere putat, sed lucrum potius, tametsi incerta eius spes. Tu autem non in tam vilibus, sed in multo maioribus, seminans & daturus pecuniam in manus Christi recusas, torpes, & inopiam prætexis? An non potuit deus præcipere telluri, vt proferat aurum elaboratum? Et- *Gene.1.b.*
enim qui dixit: Germinet terra herbam fœni, & ipsa mox protulit viridantem faciem, non potuit præcipere, vt fontes & flouij auri vbique manent? At noluit, sed permisit multos inopes, tam ob illorum quàm tuã vtilitatem.Quandoquidem ad virtutem cõducibilior paupertas,quàm diuitiæ, & his qui in peccatis sunt, nõ parua consolatio est, quòd indigentib⁹ subsidium ferunt.Præterea huius rei tanta cura fuit deo,vt cum nobiscum hîc ageret, carneque indutus cum hominibus versaretur,nõ detrectaret,neque erubescceret, quòd ipsemet ea quæ pauperum erant dispensare voluit,quanuis tot panes fecisset,faceretq; mandato suo quæq; vellet,possetq; infinitos thesauros simul monstrare. Atqui hoc non fecit,sed præcepit discipulis, vt haberent marsupium & dispensarent indigis. Nam quum ad ludam per ænigma loqueretur de traditione, non intelligentes discipuli quid dixisset, putauerunt dictum, vt pauperibus aliquid daretur.Et dicit, Marsupium ipse por- *Ioan.13.d*
tabat, & quæ ei dabantur.Frequens enim deo est misericordia, non solum eius quæ erga nos, sed eius etiam quæ ab hominibus in conseruos fieri debet. De quo in veteri ac noua leges innumeræ. Per omnia humanos esse iubet,in cogitationibus, verbis,& operibus. Moses de his sursum ac deorsum sermones disseminat: Prophetæ ex persona dei clamãt,Misericordiã volo,& nõ *Osee.6.a.&* sacrificium.Apostoli quoq; illis consona, & faciunt & *Matth.9.b*
dicunt.Proinde in hac re negligẽtes ne simus.Non enĩ tam pauperibus quàm nobis prosumus,plura accipiẽtes quàm dantes.Hæc non temerè,& absq; causa dico. Sũt enim perquam multi, qui nonnunquã curiosius rogãt & inquirunt patriam & vitã,mores & artem,& corporis bonam valetudinem,& inde crimina intentant, & ob sanitatẽ de eis pœnas exposcũt. Hinc fit,quòd multi etiam cęcitatem corporis simulant,vt eius calamitatis actu,crudelitatẽ humanitatemq; nostram inflectãt. Quæ quidem si æstate contingant, grauia sunt, nõ tamen vsq; grauia.Hyeme vero & frigore, tam inhumanum & crudelem iustificatorem se exhibere, veniamq; nullam ociosis cõcedere, summè crudele fuerit. Quid igitur Paulus ad Thessalonicenses dicit:Si quis labora- *2.Thess.3.c*
re non vult,etiam non comedat? Vt & tu hæc audias, & non ad illum solum,sed & ad te quoq; hęc verba attinent.Pauli enim leges non solis pauperibus,sed & no bis positę sunt.*Dico quid oneroſũ & moleſtũ, ſcio vos ſuccenſere,attamen dicam:nõ enim vt grauem, ſed vt emendem dico.*Illis quidẽ ocium obiicimus, etiã in re cui debetur venia:nos autem eadẽ sæpe facimus omni ocio grauiora.At ego,dicis,paternam hæreditatem habeo.An ergo quia pauper, & ex pauperibus est, & non contigerunt ei progenitores diuites,dignus est qui pereat?Profecto hac de causa commiseratione & misericordia diuitum maximè dignus est. Tu quidem sæpe diem teris in theatris,& in conciliis,& in conuentibus, è quibus nulla vtilitas,& multis obloqueris, & nihil te committere,nec te ocioſum putas: hunc autem miserũ & ærumnosum, in lachrymis, in precibus, in extrema miseria totum diem expendentem,iudicas, & ad tribunal trahis,& de eo pœnas exposcis? Hæccine humana D est sententia?Igitur quãdo dicis,Quid dicemus Paulo? Tu ea tibi ipsi,non pauperibus dic.Et nõ solum minas, sed & veniã ibi lege.Nam vt dixit: Si quis nõ laborat, *Ibidem.*
neque comedat:adiecit, Vos autem fratres, ne afflixeritis bonum facientes. At qua ratione, dicis, excusabis eos? Fugitiui sunt, & peregrini,& nebulones, relictaq; patria sua in nostram confluunt. Et tu hácne de causa stomacharis,ciuitatisq; huius coronam præcipuã vellicas, quoniam communem patriam & portũ omnes eam putant,& alienam propriæ præferunt?Ne tantum præconium adulteres, ne principalem hanc patriæ laudem decurtes.Olim cum fames totum orbem inuasura esset, habitatores huius ciuitatis, his qui Hierosolymis erant, atq; adeò illisipsis,de quibus vobis totus hic sermo locutus est, per manum Barnabæ & Sauli subsidia miserunt nõ parua.Qua ergo venia digni erimus? quo modo excusabimur, cum patres nostri suis opibus pauerunt eos qui à longè habitabant, & ad ipsos currebant:

rebant: nos verò etiam, aliunde ad nos confugientes, A fugamus,& vt de eis pœnæ sumantur petimus, præsertim cùm non ignoremus, nos plurimorum malorum reos? Quòd si deus ita diligẽter nos scrutaretur,vti nos causam pauperum, nullam vnquã misericordiam, vel veniam assequeremur. In quo enim iudicio iudicatis, *Matt.7.a* dicit,& vos iudicabimini.Esto igitur misericors & benignus conserno,dimittenturq; tibi peccata multa,miserere,& eandem sententiã inuenies. Quid tibi ipsi negocia plectis? Quid curiosius es? Si deus ita ordinasset, vt percontaremur vitas & exposceremus pœnas,& curiosè aliorum mores discuteremus: an non multi grauatim ferrent, & ad seipsos dicerẽt, Quidnam hoc est? difficilem rem nobis deus præscripsit. Non enim possumus aliorum vitam inquirere, siquidem ignoramus quid admiserint.An non multi ita dicerent? Nunc verò cum omni hac curiositate nos liberauit, & daturum B se mensurã perfectam pollicitus est, siue boni, siue mali qui accipiant, nobisipsis negocium facimus. Et vnde hoc liquet,quòd siue bonis,siue malis dederimus, mer- *Luc.6.d* cedem accepturi simus? Hinc videlicet,quòd ipse iussit nos,vt oraremus pro insectantibus & calumniantibus nos, vt simus similes patri nostro, qui in cœlis est, qui *Matth.5.g* Solem suum oriri permittit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Proinde quemadmodum dominus tuus,cùm multi blasphemẽt, multi fornicentur,multi furentur, latrocinentur, sepulchris insidientur,& multa mala faciant,ipse non desinit à sua in omnes beneficẽtia: sed communes radios,communes imbres & fructus terræ profert, suam monstrans misericordiam:Sic & tu fac,& cùm adhuc tempus misericordiæ,iuua pauperes, pasce famelicos, libera afflictos, ne *sis præterea curiosè solicitus. Nam si vitas hominum* C *discutiuri sumus, nullius vnquam miserebimur, & in*tempestiua curiositate hac præpediti, absque fructu, & destituti omni adiumento permanebimus, magnum interim laborem frustra & incassum subeũtes. Eapropter obsecro,vt intempestiua curiositate hac omissa,indigentibus omnibus detur, fiatq; hoc magna alacritate, vt etiam ipsi misericordiam & benignitatem apud deum assequamur. Oro,vt hoc vobis omnibus eueniat per gratiam & misericordiã domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, simul & spiritui sancto sit gloria, imperium, & honor nunc & semper, & in secula seculorum,Amen.

DIVI IOANNIS D CHRYSOSTOMI ARCHIepiscopi Constantinopolitani, commentarium in secundam ad Corinthios epistolam,D. Erasmo Roterod. interprete.

Paulus apostolus Iesu Christi per voluntatem dei, & Timotheus frater, ecclesiæ dei quæ est Corinthi cum sanctis omnibus, qui sunt in tota Achaia,gratia vobis & pax à deo patre & domino Iesu Christo.

Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi,qui est pater miserationum ac deus omnis consolationis,qui consolatur nos in omni afflictione,vt possimus consolari eos, qui sunt in quacunque afflictione,per consolationem qua consolatur nos deus.

OPeræprecium est quærere, primùm quam ob causam priori epistolæ secundã adiecerit, deinde cur sic exorsus sit à miserationibus dei, & à consolatione. Cur itaque secundam adiecit? Cùm in priori dixisset, Veniam *1.Cor.4.d* ad vos, & cognoscam non sermonem eorum qui sunt inflati,sed vim: rursum sub epistolæ finem, hoc ipsum seuerius etiam pollicens, Ve- *Ibidẽ.16.a* niam enim, inquit, ad vos, quum Macedoniam peragraro,*per Macedoniã enim proficiscar: apud vos au- **transiero.* tem fortasse permansurus sum, aut etiam hyematurus: quum multum interea temporis intercessisset, non solùm non venit Corinthum, verùm etiam quum dies præscriptus præteriisset, tamen etiamnum contabatur, spiritu nimirũ eum detinente, in aliis multò magis necessariis.Ob id opus habebat altera epistola, nequaquã habiturus,si ad breue tempus distulisset promissum aduentum. Cæterum non ob hanc tantùm causam scripsit iterum,verum etiam eò quòd prior illa epistola reddiderat illos meliores. Siquidem & illum qui stuprum *1.Cor.5.a* cum vxore patris commiserat, cui prius applaudebant super eo gloriantes, eiecerunt, ac prorsus abscciderunt, id quod declarat quum ait, Quòd si quis contristauit, *Infra.2.b* non me contristauit, sed ex parte, nẽ grauem vos omnes.Sufficit illi hæc increpatio,quæ facta est à pluribus. Rursumq; progressus hoc idem indicat, dicens: Ecce *Infra.7.c* enim quòd secundum deum cõtristati fuistis,quantam genuit in vobis solicitudinem,imò purgationem, imò indignationem, imò timorem, imò desiderium, imò zelum,imò vindictam:in omnibus ita gessistis vos, vt perspicuum esset vos esse puros in eo negocio. Quin & pecuniarum collectionem, quam fieri iusserat apostolus,multo studio collegerãt,vnde & dixit, Noui siqui- *Infra.9.a* dem animi vestri promptitudinem,quam de vobis iacto apud Macedones,quòd Achaia iam ab anno superiori parata esset. Insuper & Timotheum, quem ad ipsos legarat Paulus, plurima cum benuolentia exceperant,id quod declarans rursum ait, Viscera† mea abũ- *† illius.* dantius affecta sunt erga vos,dum† recordor vestram *† recordãr vestrum.* omnium obedientiam, quoniam cum timore ac tre- *Infra.7.d* more excepistis eũ. His omnibus rebus cõmotus scripserat alteram epistolam.Par enim erat, vt quemadmodum peccantes increparat, ita correctos complecteretur & collaudaret. Hinc est quòd nec per totam hanc epistolam admodum inuehitur in eos, sed in paucis illius partibus,nimirum circa finem. Nam erant & apud illos nonnulli ex Iudæorum gẽte, qui quemadmodum sese fastu ferebãt,ita Paulum traducebant,vt impostorem, nulliusq; precij virum: quod & ipse declarat, dicens:Epistolæ quidem graues, cæterùm præsentia cor- *Ibid.10.c* poris imbecillis, ac sermo despicabilis. Quibus verbis hoc se sentire indicabant, Quoties adest, videtur esse nullius momenti:id enim est quod dicebant,præsentia corporis infirma. Verùm enimuero quum abest,scriptis epistolis magnificè sese iactat:nam hoc indicant illa,epistolæ graues. Atque vt suam authoritatem cõfirmarent,simulabant se non recipere literas illius.Quod ipsum quoq; subindicat quum ait, vt in eo de quo gloriantur, reperiantur, quemadmodum & nos. Ad hæc *Ibid.11.d* quum pollerent virtute sermonis, illic vehementer efferebãtur. Hinc est quòd seipsum appellat imperitum, declarans sese nequaquam hoc nomine erubescere,neque rem admodum præclarã esse possidere scientiam, tametsi

Universidad de Deusto
Biblioteca

tametsi diuersum sentit. Itaque quum probabile esset, ab his nonnullos in prauam sententiam esse deflexos, posteaquam illos laudasset super his quæ correctè gesserant, deinde eorũ superbiam deiecisset, qui Iudaicas cæremonias iam intempestiuas obseruandas esse contendebant, tum demum congruenter inducit hisce de rebus increpationem. Atque argumẽtum quidem epistolæ, quantùm in summa & in transcursu licuit attingere, sic habere mihi videtur: Supereſt vt epistolæ proœmium attingamus, mox pòst Apostolo solitam salutationem exponere, quam ob causam sic exorsus sit à miserationibus dei, interim post tale exordium operæprecium fuerit quærere differeréq;, quî factũ sit, vt hic sibi Timotheum copulet. Ait enim, *Paulus apostolus Iesu Christi per voluntatem dei, & Timotheus frater.* Siquidem in prioribus literis pollicitus est se illum missurum, mandatq; dicens, Quòd si venerit Timotheus, videte vt sine timore sit apud vos. Quo pacto igitur illum in proœmio sibi copulat, cùm is iam eò peruenisset iuxta præceptoris promissum? Misi enim, inquit, vobis Timotheum, qui vos commonefaciat de viis meis quæ sunt in Christo, & omnibus correctis reuersus est. Nã quum mitteret illum dicebat, Deducite illum in pace vt veniat ad me, expecto enim illũ cum fratribus. Quoniam igitur receperat discipulum, cunctaq; simul cum illo correxisset in Asia, ait enim, Mansurus sum Ephesi, vsq; ad Pẽtecosten, rursus peruenerat in Macedoniam, meritò illum tanquam præsentem sibi copulat. Siquidem vt tum ex Asia, ita nunc ex Macedonia scribit. Cõiunxit enim illum sibi, partim illi hac re dignitatem & authoritatem concilians, partim suam declarans modestiam. Erat ille quidẽ Paulo inferior, sed charitas omnia conglutinat: vnde non hic tantũ, sed vbique illum æquat sibi: aliâs ita loquens, Vt cum patre filius, ita mecum seruiuit: aliâs sic, Opus enim dei operatur, quemadmodũ & ego: hic verò etiam fratrem appellat, modis omnibus agens, vt Corinthiis sit reuerendus & obseruandus, quòd (vt dictum est) ad eos accesserat, suæq; virtutis specimen apud illos dederat. *Ecclesiæ dei quæ est Corinthi.* Rursus eos ecclesiam appellat, videlicet concilians illos, & in vnum cõglutinans. Nec enim fuerit vna ecclesia, diuulsis iis qui in ea versantur, ac seditione inter se disidentibus. *Cum sanctis omnibus qui sunt in tota Achaia.* Simul & Corinthios honore afficit, dum epistola ad ipsos scripta cõpellat vniuersos Achaicos, & gentem totam inter se conciliat. Sanctos autem eos appellat, videlicet indicans, si quis sit inter illos impurus, eum ab hac appellatione seclusum esse. Sed quam ob causam quum scribit metropoli, per hanc scribit vniuersis, præsertim quum id aliâs non temerè faciat? Etenim quum scribit Thessalonicensibus, non eadem opera scribit vniuersæ Macedoniæ: quumq; scribit Ephesiis, non itidem complexus est totam Asiam: quemadmodũ & epistola quæ scripta est ad Romanos, non pertinet ad omnes qui totam incolunt Italiam. Verùm id hic tantùm facit, & in epistola ad Galatas. Neque enim illic scribit vni ciuitati, nec duabus, nec tribus, sed omnibus scribit quaqua versum dispersis, ita loquens, Paulus apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum ac deum patrem, qui excitauit eum à mortuis, & qui mecum sunt omnes fratres, ecclesiis Galatię, gratia vobis & pax. Sic & Hebręis vniuersis vnica scripsit epistola, nec eos per ciuitates distinxit. Quid igitur hic fuit in causa? Mihi videtur apud hos morbus fuisse publicus & omniũ communis, eoq; voluit epistolam omnibus esse communem, quòd communi opus habebant correctione. Siquidem Galatas omnes simul habebat morbus, quemadmodum & Hebræos, opinor autem quòd & Corinthios. Proinde gentem totam simul congregatam alloquitur, quemadmodum illi mos erat apud vniuersos verba facere.

Gratia, inquit, *vobis, & pax, à deo patre nostro, & domino Iesu Christo.* Audi quàm sermonis exordium conuenit præsenti argumento. *Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui est pater misericordiarum, & deus omnis consolationis.*

Et qua in re dicet aliquis, hoc præsenti respondet argumento? Sanè quàm maximè, si consideraris. Vehementer contristauerat illos, & animos illorum perturbarat, quòd ad ipsos non accessisset Apostolus, præsertim quum venturum se fuisset pollicitus, sed totum interea tempus in Macedonia cõsumpsisset, qua re videbatur alios pluris feciſſe quàm hos. Ad eum itaque tumultum compescendum, exponit causam quamobrem ad illos non accesserit, tametsi nõ protinus illam aperit. Nec ita loquitur, Scio quidem quòd pollicitus sum me venturum ad vos, cæterùm quoniam per afflictiones hactenus nõ licuit, date veniam, neque hoc superbiæ aut negligẽtiæ meæ tribuatis. Sed alia quadam ratione magnificẽtius maioréq; cum fide hoc idem agit, rem attollens consolatione, vt ne in posterum quidem percontarentur causam dilati aduentus: ac perinde facit, ac si quis pollicitus se venturum ad aliquem id desiderantem, vbi post innumera discrimina tandem eò peruenirет, dicat: Gloria tibi deus, quòd mihi desideratam faciem ostenderis: Benedictus deus, qui periculis me liberasti. Siquidem ad hunc modum gloriam tribuens deo, excusationem parat ei, qui fuerat incusaturus, *nec relinquit locum querimoniæ de contatione. Pudet enim eũ qui tot malis liberatus gratias agit deo, in ius trahere, ac pœnas tarditatis flagitare. Hanc ob causam ita exorsus est:* *Benedictus deus misericordiarum:* his verbis subindicãs, sese à magnis periculis fuisse subductum ac liberatum. Alioqui Dauid deum non vbique eodem nominat nomine, neque ab iisdem rebus addit cognomina, sed vbi de bello victoriaq; loquitur: Diligam, inquit, te domine virtus mea, dominus protector meus. Rursum vbi gratias agit, ab afflictione & caligine qua vallatus erat, liberatus: Dominus, inquit, illuminatio mea, & seruator meus. Denique nunc quidem ab humanitate, nunc rursus à iusticia, nũc autem ab integro incorruptoq; iudicio cognomentum addit, vrcunque postulat præsentis argumenti ratio. Consimilem ad modũ Paulus in ipso statim exordio, ab humanitate benignitateq; deum appellat, quum ait, Deus misericordiarum: hoc est, deus qui tantum misericordiæ erga nos præstitit, vt ab ipsis portis mortis nos reduxerit. Siquidem hoc deo maxime proprium est, & illi eximium, eiusq; naturæ cognatum, taliter misereri, eoq; deum appellat misericordiarum. Cæterum tu mihi fac hinc contẽplator etiam Pauli modestiam. Quum ob euãgelij prædicationem periclitaretur, non ait se seruatum eò quòd dignus esset, sed propter miserationes domini: quanquam hoc postea dicit manifestius, nunc autem adiungit, dicens: *Qui consolatur nos in omni afflictione.* Non dixit, qui non sinit nos affligi, sed qui dum affligimur cõsolatur, quòd hæc vt dei potentiam declarat, ita eorum qui affliguntur auget patientiam. Afflictio, inquit, patientiam operatur. Idem hoc propheta dixit, In afflictione dilatasti me. Non dixit, non passus es me incidere in afflictionem, aut effecisti vt cele-

1.Cor.16.b *Ibidẽ.4.d* *Ibid.16.b* *Ibidem.* *Philip.2.c* *1.Cor.16.b* *Galat.1.a* *Psal.17.a* *Ibid.26.a* *Rom.5.a* *Psal.4.a*

vt celeriter transiret afflictio, sed ea manente dilatasti me, hoc est, multam cordis latitudinem, ac relaxationem dolorum indulsisti. Quod idem accidit in tribus illis pueris. Nec enim obstitit quò minus iniicerentur in fornacem, neque quum essent iniecti, flammam extinxit, sed ardente camino spacium latum præbuit. Quod tum factum est, idem deus semper facere consuevit. Id tacitè Paulus quoque significans, ait: Qui cõsolatur nos in omni afflictione. Quin & aliud quiddam per hęc indicat. Quidnam hoc est? Quòd non semel, neque bis, sed continenter id facit. Neque enim aliàs cõsolatur, aliàs destituit, sed semper idem agit omniq; tempore: ideoq; dixit, qui consolatur, non, qui cõsolatus est: & addidit, in omni afflictione, non in hac tantùm aut illa, sed in omni. *Vt possimus consolari eos qui sunt in quauis afflictione, per consolationem qua deus nos consolatus est.* Vides vt prius attingit excusationem, magnæ cuiusdam afflictionis suspicionem præbens auditori, simulq; in his ipsis modestiã obseruans, dum ait, id quod accidit esse misericordiam, non quòd ipsi digni essent, sed ob eos qui per illos erant adiuuandi. In hoc enim, inquit, consolatus est nos deus, vt nos inuicem consolemur. Quin & apostolicam dignitatem declarat, ostendens quòd solatio refectus, ac respiratione refocillatus, non se supinat ocioq; dat, quemadmodum nos, sed huc potius intendit studium, vt alios vngat, corroboret atque erigat. Tametsi sunt qui locum hunc sic intelligendum existiment, quasi dicat Apostolus: Nostri consolatio, & aliorum est consolatio. Cæterum mihi videtur, hoc proœmio etiam apostolos qui illic erant, iactantes sese, domiq; sedentes ac deliciis indulgentes, petere: quanquam id quidem obscurè, ac velut obiter. Præcipuum tamen erat, vt se de contatione purgaret. *Etenim si ideo consolationem nobis impertit deus, vt & alios consolemur, ne mihi vicio detis, quòd nõ aduenerim. In hoc enim omne mihi tempus cõsumptum est, in declinandis insidiis, in alliciendis infirmis, in discutiendis imminentibus malis. Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, sic per Christum abundat & consolatio nostra.* Ne deiiceret animos discipulorum, supra modum exaggerans calamitates, ex aduerso demonstrat etiam consolationis abũdantiam, atque ita mentem illorum erigit, non modò mentione consolationis, verumetiam per hoc quòd Christi meminit, dicẽs huius esse afflictiones, & ante consolationem, ab ipsis afflictionibus adfert consolationem. Quid, inquit, dulcius quàm me Christi afflictionum fieri participem, atque hæc illius gratia perpeti? Quid, huic solatio par esse potest? Verùm non hinc tantùm, sed aliunde erigit animos afflictorum. Vnde aliunde? Illinc, quòd dixit, abundant. Non enim dixit, quemadmodum accidunt nobis afflictiones Christi: sed, quemadmodum abundant, indicans illos non tantùm ea pati quæ passus est Christus, sed plus etiam afflictionum sustinere. Non enim ea tantùm, inquit, ferimus quæ ille pertulit, verùm his plura. Id ita esse cõsidera. Vexatus est, persecutionẽ passus est Christus, flagellatus est, mortuus est: sed nos, inquit, plura perpetimur, quod vel solum sufficere debebat ad cõsolationem. Nec est quod quisquam hunc sermonem condemnet temeritatis & audaciæ. Nam & alibi dicit, Nunc gaudeo in afflictionibus meis, & adimpleo quę desunt afflictionibus Christi, in carne mea. Ita nec illud audaciam habet vllam aut arrogantiam. Sicut enim plura miracula ediderunt, quàm edidit Christus, Qui credit, inquit, in me, his maiora faciet,

Dan.3.c

Coloss.1.d

Ioan.14.b

totum autem hoc cedit in gloriam eius qui in ipsis operatur: sic & plura quàm ille perpessi sunt. At rursus totum hoc illi debet acceptum ferri, qui cõsolatur eos, & instruit aduersus irruentes calamitates. Vnde sanè Paulus animaduertens quantam rem eloquutus esset, vide quo pacto hoc ipsum temperat, dicens: Sic per Christum abundat & consolatio nostra, simul & ad illum totius negocij laudem referens, & hinc diuinam benignitatem prædicans. Non enim, inquit, quanta est afflictio, tanta datur & consolatio, sed multò amplior: quia non dixit, afflictionum magnitudinẽ æquat modus consolationis, sed excellit consolatio, vt certaminum tempus, rursus aliarum coronarum excipiat occasio. Agè dic mihi, quid habẽt simile, propter Christum flagellari, & cum deo colloqui, rebusq; omnibus esse superiorem, vincere persequentium sæuiciam, ita munitum esse vt mundus tibi manum non possit iniicere, denique hinc eiusmodi expectare præmia, qualia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt? Quid simile, ob pietatem affligi, & innumeris solatiis à deo refocillari, à tantis peccatis liberari, dignum haberi dono spiritus, sanctificatione, & iustitia, neque quenquam metuere, nullius formidine tangi: postremò in mediis periculis, omnibus excelsiorem videri? Proinde ne cõsternemur animo in tentationibus. Nullus enim communicat Christo delicatam agens vitam, nullus inquam istorũ qui molliter ac dissolutè viuunt, verùm qui versatur in afflictione & tentationibus, qui per angustã ingreditur viam, is demum illi vicinus astat, quandoquidẽ & ipse per hanc ingressus est, vt & ait, Filius hominis non habet, vbi caput suũ reclinet. Itaque ne doleas, cùm affligeris, cogitans primùm qui cùm habeas societatem, deinde quo modo per tentationes repurgeris, denique quantum lucri facias. *Nihil enim aliud molestum est, quàm deum habere offensum.* Id si absit, non afflictio, non insidiæ, non alia res vlla molestiam adferre potest animo rectè sapienti, sed quemadmodum exiguam scintillam, si in profundam aquam immergas, protinus extinxeris: itidem quamuis magna animi deiectio, si in bonam incidat conscientiam, perit, facileq; euanescit. Eoq; nimirũ & Paulus semper gaudebat, quoties in dei præsidiis sumebat fiduciam, adeò vt ne sensum quidem tantorum malorum caperet: ac dolebat quidem vt homo, sed non deiiciebatur animo. Similiter & insignis ille patriarcha, cùm multa molesta pateretur, tamen gaudio fruebatur. Quantum autem pertulerit consídera, Exulabat patria, profectiones longas ac periculosas sustinuit, cùm adiens alienas regiones, ne vestigium quidem pedis illic haberet suum: hinc rursus fames illum excepit, coëgitq; solum vertere: ac fami rursum succedit rapta cõiunx, ac mortis metus, tum orbitas, bellum, pericula, insidiæ, postremò accessit difficultatem colophon, germani & vnici filij mactatio, illa, inquam, mactatio dolorem afferens immedicabilem. Caue igitur putes illum, quoniam facilè paruit deo, omnia illa sine doloris sensu pertulisse. Etiamsi decies milies iustus fuisset, sicut reuera erat, homo tamẽ erat, obnoxius naturæ affectionibus: quanquam nihil horum illum deiecit, sed vt decuit generosum ac fortem athletam, constitit, & in horum vnoquoque certaminum victor & corona dignus pronunciatus est. Consimiliter & beatus Paulus quum videret quasi niuis cumulos, tentationes quotidie ingruentes, non aliter quàm si in medio paradiso vixisset, ita gaudebat gestiebatq;. Proinde vt

Luc.9.g

Gene.12.a & seq.

Gene.22.b

qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui hoc gaudet gaudio,non potest animi perturbatio- A
ne vinci:ita qui hoc non tenetur gaudio, à quibuslibet
facilè capi vinciq; potest, ac prorsus huic idem euenit,
quasi si quis arma gerens imbecillia,quamlibet leui pla-
ga vulneraretur. At nō item, qui vndique probè com-
munitus est graui armatura, quin potius quodcunque
telum impactum fuerit,discutiet. Nullum enim arma-
turæ genus validius, quàm gaudere secundum deum:
neq; quicquam est, quod hominē eiusmodi, deiectum
aut tristem reddere queat, sed omnia erecto fortiq; a-
nimo perpetitur. Quid enim igni peius? Quid assiduis
tormentis cruciabilius? Nam etiamsi quis immensam
possessionum vim amittat,si liberos,si aliud quodcun-
que,hoc si ad doloris rationem voces,cęteris omnibus
Iob.1.b est magis tyrannicum ac violentum. Pellem enim, in-
quit ille, pro pelle, & omnia quæcunque possidet ho-
mo, dabit pro anima sua. Neque quicquam accidere B
possit corporis cruciatu molestius, attamen etiam illa
quæ ne audire quidem sustinemus, nō solùm tolerabi-
lia, verùm etiam desiderabilia redduntur per spiritua-
le gaudium. Quòd si martyrem adhuc sæmiuiuum, le-
uiterq; spirantem à ligno seu sartagine deponas, repe-
ries in illo tantùm adhuc gaudij, quantū oratione cō-
sequi nemo possit.Et quid faciam, inquiet aliquis,quo-
niam non adest martyrij tempus?Quid ais? Non adest
martyrij tempus?Istud quidem nunquam abest,verùm
semper ob oculos nostros versatur,si modò vigilemus.
Neque enim in eculeo pēdere reddit martyrem. Nam
si ita esset, beatus Iob hoc coronæ genere careret. Ne-
que ad tribunal astitit, neque iudicis vocē audiuit, ne-
que carnificem vidit, neq; suspenso in eculeo sublimiq;
latera radebantur: acerbiora tamen perpessus est quàm
multi martyres, atque ille nunciorū sibi succedentium C
voces, quauis plaga atrocius vulnerabāt ipsum, & vn-
diquaque pungebant, & quòd ore vermium illorum
arrodebatur, id erat innumerabilium carnificum tor-
mentis acerbius.Quis est itaque martyr cui hic nō pos-
sit æquari? Immo martyres innumeros hic vnus æquat.
Nullum enim rerum genus est,per quod ille non & lu-
ctatus est & coronatus,per possessiones,per liberos,per
corpus, per vxorem, per amicos, per inimicos, per fa-
mulos. Nam & hi in faciem illius inspuebant, per fa-
mem,per insomnia,per cruciatus,per fœtores, & ob id
sanè dicebam hunc,non vni,non duobus, non tribus,
sed innumeris martyribus vnum ęquiparandum.Nam
præter hæc quæ memorauimus,ipsa etiam temporis ra-
tio multùm addit illius coronis, veluti quòd ante le-
gem Mosaicam, quòd ante datam gratiam ista passus
est,quòd complures menses, quòd omnia modum ex- D
cedentia, quòd omnia simul ingruerint acerba,quan-
quam horum vnumquodq; per se fuit intolerabile: ad
hæc,quod tolerabilius esse videtur,iactura facultatum.
Sunt tamen non pauci, qui verbera ferunt, iacturam
rerum non ferunt: quin magis earum gratia cædi ma-
luerunt, innumerasq; perpeti molestias, quàm ex illis
quicquam amittere: potiusq; duxerunt hanc corporis
molestiam sustinere,quàm pecuniarum iacturam acci-
pere,vt hic rursus alia sit martyrij species,harum iactu-
ram fortiter ferre.Et quo pacto,dixerit aliquis, fortiter
feremus? Vbi cognoris quòd plura lucraris, quàm per-
dideras,idq; vnico verbo,quo deo gratias agis.Nam si
post nunciatam facultatum iacturam nō turbemur a-
nimo, sed dixerimus, benedictus deus: longè maiores
opes inuenimus quàm amiseramus. Neq; perinde ma-
gnum fructum tuleris, si diuitias erogaris in egenos,

obambulans & vndique pauperes inquirens, tuasq; fa-
cultates esurientibus dissipes,atque per hoc verbum lu-
craberis. Quando ne Iob quidem perinde miror do-
mum suā egenis aperientem,vt suspicio celebroq;, quòd
ereptas facultates gratias agēs acceperit.Hoc ipsum ve-
rò & in liberorū amissione videas licet accidere. Neq; Genes.22
enim hic minorem mercedē capies eo,qui filium suum
subduxit in montem,mactauitq;, si tuum morientē vi-
dens gratias agas bono ac benigno deo. Talis enim
qua tandem in re inferior est Abraham? Nam ille non
vidit quidem iacentem mortuum, sed tantùm hoc ex-
pectabat futurum:& si in hoc præstat, quòd apparabat
immolare,manuq; extēta,gladium arripuit, in hoc in-
ferior est quòd hic filius iacet exanimis. Quanquam &
alioqui egregij facinoris spes illi nōnihil adferebat so-
latij,tum quòd pulcherrimū illud factum propriæ vir-
tutis opus esset,tum & vox è supernis audita, reddebat
illius animum promptiorem. Hic autem nihil est eius-
modi, vt iam adamātino pectore sit opus ei qui filium
vnicū in diuitiis educatum, egregiasq; spes de se præ-
bentem,conspicatur in fossa iacentem, porrectis ac ri-
gentibus membris,vt eum casum placidè ferat.Is si po-
terit sedatis naturæ fluctibus, siccis oculis dicere illud
beati Iob,Dominus dedit,dominus abstulit: ex eo solo Iob.1.d
verbo, cum ipso Abraham collocabitur, cum ipso Iob
prædicabitur. Quòd si etiam cohibitis mulierculorum
singultibus,dissectoq; lugentiū choro, cunctos ad glo-
rificandum deum excitarit,immensa tum supernè tum
infernè feret præmia, nimirum hominibus illū admi-
rantibus, angelis applaudentibus, deo coronante. At
dixerit quispiam, quî fieri potest, vt homo cùm sim nō
lugeam?Si reputaris quo modo patriarcha, quo modo
Iob,cùm vtrique homines essent,nihil istiusmodi acci-
derit, idq; ante datam legem, ante effusam gratiam,
cumq; ambo ante tantam legis philosophiam vixe-
rint.Item si consideres, quòd is qui mortuus est,in me-
lius contuberniū demigrarit, & ad meliorem requiem
transilierit: nec enim amiseris filium, sed in locum tu-
tum ac securiorem reposueris. Ne dixeris igitur post-
hac,non audio,pater.Cur enim iam non diceris pater,
cùm filius tuus supersit? Num amisisti filium,num per-
didisti filium? Immo parasti potius,ac tutius possides,
eoq; non hic modò vocaris pater,verùm etiam in cœ-
lo. Non itaque perdidisti patris vocabulum,sed acces-
sit,vt iam fœlicius dicare pater. Nec enim mortalis fi-
lij posthac diceris pater, sed immortalis strenui mili-
tis, assiduè tamen domi manentis. Neque enim quia
non adest, putare debes illum periisse. Etenim si fortè
abesset peregrè filius, non protinus tibi decederet vnà
cum corporis præsentia,cognationis vocabulum.Pro-
inde ne sis attentus ad iacentis spectaculum, nam isto
modo resuscitaris ægrimoniam: quin potius abduc a-
nimum à cadauere iacente ad cœlum. Non iste est fi-
lius quem iacentem vides,sed ille qui auolauit,qui cur-
su se sustulit in immensam altitudinem.Itaque cùm vi-
deris oculos occlusos, os contractum, totumq; corpus
immobile, ne sic tecum cogites, illud os posthac nun-
quam loquetur, illi oculi posthac non videbunt, illi
pedes non amplius ambulabunt, sed in corruptionem
ac tabem abibūt omnia. Ne sic loquaris,inquā, sed his
potius contraria: hoc os melius loquetur, hi oculi me-
liora videbunt, hi pedes tollentur vltra nubes, hoc
corpus quod nunc corrumpitur, induet immortalita-
tem, ac filium splendidiorem quàm habui recepturus
sum. Quòd si tibi dolorem conciliant ea quæ viden-

tur,

tur, tum ita tecum loquitur: vestimentum hoc est, id exuit, vt idem recipiat precios̃ius. Domicilium hoc est, ille sublatus est, vt hoc fiat illustrius. Vt enim nos vbi volumus purgare domum, non sinimus illic manere qui inhabitant, quò videlicet absint à puluere ac tumultu, sed illis iussis paulisper secedere, simulatq; domicilium sic adornauerimus, vt iam tutò possit incoli, tum illos citra p̃riculum vllum introducimus: ita & deus facit, demolitur illius putre tabernaculum, atque ipsum interim in patriam domum atque ad sese recipit, vt cùm tabernaculũ repurgatum atque extructum fuerit, tum illi reddat idem splendidius ac præclarius. Itaque ne dixeris, periit, nec amplius erit. Sunt enim ista verba deo diffidẽtium: sed ita potius loquere, dormit, ac resurget: peregrè profectus est, rediturus cum
1.Thes.4.c imperatore. Quis hæc dicit? Is qui Christum in se loquentem habebat. Nam si credimus, inquit, quòd Iesus mortuus est, & resurrexit, ac viuit: sic & deus eos qui obdormierunt per Iesum, adducet cum ipso. Proinde si quæris filium, illic quærito vbi imperator est, vbi angelorum exercitus, non in sepulchro, neque in terra, ne cùm ille in tantam sublimitatem sit euectus, tu maneas humi reptans. Ad hunc igitur modum si philosophemur, vniuersum huiusmodi mœrorem facilè discutiemus. Deus autem omnis consolationis, cõsoletur corda cùm omnium nostrum, tum & eorum qui tali luctu occupãtur, & eorum qui alia quapiam molestia tenentur, donetq; vt omni molestia liberentur, vt illis gaudij spiritalis fructum impartiat: denique vt futuri seculi bona adipiscantur, per gratiam ac benignitatem domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia secunda.

Siue autem affligimur, pro vestra consolatione & salute, quæ operatur in tolerantia eorundem malorum, quæ & nos patimur, & spes nostra firma pro vobis. Posteaquam exposuit vnam eamq; præcipuam consolationis ac refocillationis causam, quæ erat cũ Christo habere communionem, ponit & alterã quam nunc dicit. Hæc autem est, quòd hinc discipulorum salus parabatur. Itaq; ne despõdeatis animum, inquit, eò quòd affligimur, neque turbemini, neq; formidetis, quin potius hoc deberet vobis addere fiduciã & alacritatem. Ni enim nos fuissemus afflicti, vos omnes hæc erant in exitium datura. Quî sic, & quo pacto? Nam si nos ob molliciem ac metum cessissemus malis, nec prædicassemus vobis sermonem euangelicum, per quem assecuti estis cognitionẽ veritatis, extremis in malis fuissent res vestræ. Vides rursus Pauli violentam ac instantem argumentationem, ob quas res illi turbabantur, ab his ipsis eos consolatur. Quò maior est, inquit, acerbitas mearum persecutionum, hoc meliorem spem animis vestris debebat addere, quòd eò magis augescat salus vestra & cõsolatio. Quid igitur tantum momenti poterat hãbere ad consolandi rationem, quantum quòd per apostoli prędicationem tantum bonorum assecuti sint? Deinde ne videatur totam hãc laudẽ ad se vnum rapere, vide quemadmodum has laudes cum illis communicet. Cùm dixisset, Si verò affligimur, pro vestra consolatione & salute, subiunxit, quæ operatur in tolerantia eorundẽ malorum, quæ & nos patimur. Quanquam hoc ipsum pòst apertius expressit, cùm ait hunc in modum, Vt quemadmodũ socij estis afflictionum, ita & consolationis. Hic verò tantùm subindicat hoc, cùm ait, earũdem afflictionum, cõmunicata cum illis ratione. Porrò sensus hic est, Nõ nostri tantùm operis est vestra salus, verùm est & vestri. Siquidẽ & nos dum prædicamus, affligimur: & vos dum recipitis sermonem euangelicum, eadem patimini quæ nos. Nos quidem, vt vobis impartiamus quæ accepimus: vos autem, vt quod docui excipiatis, nõ autẽ reiiciatis. Quid igitur huic modestiæ possit æquari, cum illos tantò inferiores, in eandem tolerãtiæ dignitatem asciscat, quæ operatur, inquit, in tolerantia eorũdem malorum? Neque enim per fidem modò paratur nostra salus, verum etiã per hoc quòd talia ferimus ac perpetimur. Quemadmodum enim pancratiastes admirandus est & illustris, bonaq; corporis habitudine, etiam cùm artem intra se habet: cæterùm cùm artem ac vires suas exerit, cùm ictus tolerat, cùm ferit aduersariũ, tum verò maximè clarus est & illustris, eo quòd tũ maximè profertur bona corporis habitudo, maximèque declaratur, quantum arte præstet: Sic nimirum & vestra salus tum magis exeritur, hoc est, ostẽditur, augescit atque intenditur, cùm tolerat, cùm patitur, cùm omnia fortiter sustinet. Nimirũ declaratio salutis non in hoc sita est, vt quis alij faciat malè, sed vt ab aliis afficiatur malis. Neque dixit actiuè, quę operatur, hoc est se exerit in vobis sed, quæ exeritur: illud significãs, quòd ad illorũ prõptitudinem accedens gratia, multum momẽti attulerit, operans in illis. *Et spes nostra firma est pro vobis.* Hoc est, etiamsi innumerabiles molestias patimini, tamen confidimus futurum, vt ne in vestris quidem persecutionibus deiiciamini: tantum abest vt metuamus, ne his quæ nos patimur perturbemini, quandò tum quoque bona de vobis fiducia simus, cùm ipsi periculis iactamini. Vides quantum illis accesserit profectus ex epistola priore. Siquidem longè magnificẽtius testimonium tribuit illis quàm Macedonibus, quos effert ac prædicat tota illa epistola. Illis enim metuebat, cùm ait: Misimus vobis Timotheum ad confirmandũ vos, & ad consolan- 1.Thes.3.d
dum super fide, ne quid cõmoueamini, in his afflictionibus: nam ipsi scitis quòd in hoc positi sumus. Ac rur- Ibidem.b
sum: Propterea non amplius mihi tẽperans, misi: vt cognoscerem fidem vestram, ne quo pacto tentasset vos ille tentator, & inanis esset labor noster. De his verò nihil simile dicit, sed diuersum potius loquitur: *Spes nostra firma est pro vobis, siue consolationem accipimus pro vestri consolatione ac salute, scientes quòd quemadmodũ participes estis afflictionum, sic estis & cõsolationis.* Etenim quòd ob illos quidem affligebantur apostoli, monstrauit, dicens: Siue affligimur, pro vestri consolatione & salute. Cæterùm ostendere vult, quòd iidem propter illos solatiũ acciperent. Dixit hoc idem superius, licèt in genere, Benedictus deus, qui cõsolatur nos in omni afflictione, vt possimꝰ consolari eos, qui sunt in quacũque afflictione. Hoc ipsum autem hic iterũ dicit, tum manifestius, tum ad medendum illorum dolori accõmodatius. *Siue enim,* inquit, *solatio refocillamur, pro vestra consolatione.* Quod autem dicit, hũc habet sensum: Nostri cõsolatio, vestri est refrigeratio, etiã si vos verbo nõ cõsoler. Si nos vel paululum modò respirauerimus, sufficit hoc vobis ad solatium. Et si ipsi solatiũ nacti fuerimus, id vobis cedit in solatium, adeò nostrum solatium, vestrum esse ducitis. Neq; enim profectò fiet, vt cùm in molestiis fueritis socij, in lętioribus nõ sitis consortes. Itaque si in omnibus cõsortes estis, tum in afflictione, tum in solatio, nequaquam inculabitis me, cunctationis huius ac tarditatis nomine,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nomine,quandoquidem & affligimur pro vobis,& solatium accipimus propter vos. Nam ne quis illud grauius dictũ existimaret,propter vos hæc patimur,addit, & propter vos solatiũ accipimus: neque nos soli periclitamur, cùm & vos cõsortes sitis earundem afflictionum: vt per hoc quòd illos recipit in periculorũ societatẽ,suæq; consolationis causam ad illos refert,sermonẽ mitiget molliatq;.Ergo siue affligimur, bono estote animo,quandoquidem hęc ideo perpetimur,vt vestra fides corroboretur,siue solatio refrigeramur:vos & inde gloriamini,quòd vestra causa hoc nobis contingit, vt hinc quoque vobis nõnulla accedat cõsolatio, dum nobis gaudij participes estis. Porrò vt perspicias quòd nunc hũc solatij modum sentiat,quem capiebant,non eò tãtùm, quòd ab ipsis solatiũ acciperet, verùm etiam quòd intelligeret illos in respiratione esse,audi quę sequuntur, quibus hoc idem explanatius reddit, dicens: *Scientes quòd sicut estis consortes afflictionum, sic estis & consolationis.* Quemadmodum enim dum nos persecutionem patimur, perinde doletis ac si ipsi pateremini, ita nouimus quòd dũ solatio reficimur,existimetis vos eodem frui.Quid hac anima modestius? Qui in periculis quidem tolerandis tantò superior erat, socios appellat eos, qui ne minimam quidem partẽ eorum sustinebãt. In solatio verò,causam totam illis acceptam fert, non propriis laboribus. Deinde quoniã in genere de afflictionibus locutus est, iam locum exprimit,in quo hæc perpessus sit. *Non enim volumus vos ignorare fratres, de afflictione nostra quæ accidit nobis in Asia.* Hæc autem dicimus, inquit,ne ignoretis quæ nobis acciderunt.Volumus enim vos scire rerum nostrarum statum,idq; vehementer facere studuimus, quod sanè maximum amoris est argumentum,quod idem & in priore epistola subindicatum licet animaduertere, cùm ait: Ostiũ mihi apertum est magnum & efficax,& aduersarij multi in ciuitate Epheso. Horum igitur memoriam refricans atque enarrans,quàm multa passus sit,ait:Nolo vos ignorare de afflictione quæ nobis accidit in Asia.Hoc autẽ dixit scribens etiam Ephesiis. Cùm autem Tychicum ad illos misisset, dixit hanc sibi esse causam absentiæ, vnde ait:Vt autem & vos sciatis quo in statu sint res meæ, & quid agã, omnia vobis nota faciet Tychicus dilectus frater,ac fidelis minister in domino, quẽ in hoc ipsum misi ad vos,vt sciatis rerum mearum statum, consoleturq; corda vestra.Quin & in aliis epistolis hoc idẽ facit,nec id est accessorium, sed vehementer etiam necessarium:partim ob charitatem,quam summam habebat erga discipulos,partim ob assiduas tentationes,in quibus maximũ erat solatium, vltrò citroq; certiores fieri de rerum statu:quò simul & in rebus tristibus præpararent sese,& ad certamen accingerẽt, essentq; circũspectiores, & in lætis pariter gauderent. Quanquam hic quidem & incursum tentationum,& quo modo ab his liberatus sit indicat,dicens: *Quoniam supra modum grauati sumus vltra vires.* Non aliter quàm nauigium quod ingenti onere mergitur.Ac videtur quidem bis idẽ dixisse,cùm ait,supra modum: &, vltra vires.Atqui nõ sunt hæc idem,sed duo.Etenim ne quis diceret,quid tum? si supra modum fuit periculum, vobis nõ erat magnum: subiecit, Et magnum erat, & vires nostras superabat, adeoq; superabat, *Vt de vita quoque desperauerimus*: hoc est, vt ne expectaremus quidem nos amplius victuros: id quod Dauid appellat portas inferorum ac dolores, & vmbram mortis. Hoc videlicet & Paulus hic dicit, periculũ sustinuimus, quod omnino mortem gignat.

1.Cor.16.b

Coloss.4.b

Psal.87.b

Quin & ipsi in nobis ipsis responsum mortis accepimus, vt ne fidentes essemus in nobis ipsis, sed in deo qui excitat mortuos. Quid est,accepimus responsum mortis? decretũ, iudicium,& expectationem. Talem enim ipsæ res vocem edebant, tale responsum dabant ea quæ tum accidebant, quòd omnino moreremur. Verùm id nõ processit vsque ad experimentum,sed intra suspicionem nostram constitit. Siquidem ipsa quidem rerum natura mortem denunciabat. Cæterùm dei potentia non permisit, quod illa confirmabat, ad euentum progredi: sed non vltra concessit hoc accidere quàm in nostra cogitatione & expectatione. Quapropter ait:In nobis ipsis mortis responsum accepimus,non in experimento.Et quamobrem passus est nos in tantum venire periculum, vt desperaremus, animumq; desponderemus? *Ne fidentes,* inquit, *essemus in nobis ipsis, sed in deo.* Hæc autem dixit Paulus, non quòd ad eum modum affectus esset, absit hoc, sed ita de se loquens alios componit,simul autem & ad modestiam vocare studuit,quandoquidẽ in progressu dicit:Datus est mihi stimulus in carne,videlicet de tentationibus sentiens, ne extollar. Tametsi deus non ob id tantùm, inquit, passus est eas incidere, sed aliam ob causam. Quam tandem istam? vt ipsius virtus magis eluceret. Sufficit enim, inquit, tibi gratia mea,propterea quòd virtus mea in infirmitate perficitur.Sed quemadmodũ dicebam,non obliuiscitur Paulus suæ consuetudinis ac morum, seipsum inter ipsos longè inferiores annumerans, quiq; multa opus habebant tum eruditione, tum correptione. Etenim si vna atque altera irruens tentatio, sufficit ad quibuslibet cõciliandam modestiam, quî fieri potuit vt ille qui mortalium omnium maximè per omnẽ vitam modestiam erat meditatus,quiq; tam magna multaq; perpessus fuerat,quanta non alius hominũ,post tot annos,post philosophiam cœlis dignam, tãta opus habere correptione? Vnde perspicuum est, quòd hic vt sibi magnificè placentes ad modestiam reuocaret, tumidosq; compesceret,ita loquitur: *Ne fidentes simus in nobis ipsis, sed in deo.* Ac vide quemadmodum & hic illis medeatur. Tentationes quidem,inquit, permissu dei,vestra causa in nos inciderunt. Tantum honoris vobis habet deus. Siue enim affligimur, inquit, pro vestra consolatione ac salute. Cæterùm afflictionum immodica magnitudo, propter nos accidit, ne animo efferamur. *Supra modum enim grauati fuimus,& vltra vires, ne fidentes simus in nobis ipsis, sed in deo qui excitat mortuos.* Rursum tacitè meminit sermonis de resurrectione,de qua tam multa dixerat in priore epistola, à rebus etiam præsentibus illam confirmans, vnde & adiunxit: *Qui ex tantis mortibus eripuit nos.* Non dixit, ex tantis periculis, simul & intolerabile tentationum pondus indicans,simul & illi de quo dixi sermoni fidem astruens.Quoniam enim futuri temporis res erat resurrectio, ostendit hanc in singulos etiam dies fieri. Nam quoties deus hominem deploratum & ad ipsas inferorum portas perductum euocat, nihil aliud exhibet, quàm resurrectionem ab ipsis mortis faucibus retrahens eum qui iam inciderat. Vnde vulgus hominũ de his qui post desperationem conualuerunt à morbo periculoso, aut ex tentationibus intolerabilibus restituti sunt, ita solet loqui. Vidimus resurrectionem mortuorũ in hoc homine. *Speramus autem, quòd & eripiet, simul & adiuuantibus vobis precando pro nobis, vt in multa facie pro dono in nos collato per multos gratiæ agantur pro nobis.* Quoniam quod dixerat,Ne simus fidentes in nobis, commune crimen & accusatio quæ-

Infra.c.4.b

Ibidem.

Hic sepb

dam

dam esse videbatur, non nullos illorum tacita significatione denotãs, rursum lenit ac mitigat quod dictum est, illorum preces magni præsidij loco implorans, simul & illud indicans, quòd semper oportet vitam nostram in certamine versari. Nam quod dicit, Speramus autem quòd etiam eripiet, multarũ tentationum vim & agmen denunciat, non quòd in periculis essent deserendi, nequaquam, sed opem, auxiliumq; rursum promittit. Ne audientes, continenter in periculis versandum esse, cõciderent animo, prius docet quantum vtilitatis adferant pericula, velut illud: Ne simus fidentes in nobis ipsis: hoc est, vt in perpetua nos cõtineat modestia, & vt eorum salus sese exereret, aliaq; permulta, velut illud Christo consortem esse: Abundant enim, inquit, afflictiones Christi in nobis. Item pati pro fidelibus: Sive enim, inquit, affligimur, pro vestra consolatione & salute. Præterea illud, Quòd hæc ipsa magis effulget, quæ vim, inquit, suam exerit, in tolerantia earundem affectionum: quodq; fortes ac patientes reddantur: super hæc omnia, quòd resurrectionem etiam videre datur sub oculis refulgentem. Ex tantis enim mortibus eripuit nos. Insuper, quòd ad certamen erant accincti, ac iugiter ad illum respicerent. Speramus autem, inquit, quòd etiam eripiet: ad hæc, quòd iugiter essent in precationibus. Sic enim ait: Adiuuantibus vobis precando pro nobis. Proinde posteaquam ostendit quantum lucri adferant afflictiones, atque hinc illos ad certamen armauit: rursus delinit illorum animos, redditq; ad virtutẽ alacriores, magnum testimonium reddens illorum precibus, siquidem per has nobis Paulum dederunt. Adiuuantibus & vobis orando, inquit, pro nobis. Sed quid est illud: vt in multa facie, pro eo quod in vos collatum est, dono, per multos gratiæ agãtur. *Eripuit nos ex illis mortibus, vobis etiã adiuuantibus orando pro nobis: hoc est, dum omnes vos vota funditis pro nobis. Donum enim in nos collatum* [hoc est, salutem nostram] voluit omnibus largiri, vt multæ personæ ipsi gratias agerent, eo quòd multę donum illud accepissent. Cæterùm hæc loquitur simul, vt illos extimulet ad orandum pro aliis, simul consuefaciens eos, vt pro his quoque quæ aliis euenerunt, gratias agãt deo, significãs hoc ipsum maxime deo quoque gratum esse. Etenim qui studuerint pro aliis orare, multò magis vtrunque facturi sunt pro seipsis. Ad hæc autem & modestiam illos docet, & ad flagrãtiorem charitatem prouocat. Nam si ipse, qui tantò erat illis sublimior, eorum tamẽ precibus seruatus fuit, vt ait, atque si donum erat quòd deus ipsum donauerat illorum precibus: cogita quo animo oporteat illos esse, quantaq; vti modestia. Tu quoque iam & illud mihi cõsidera, quòd etiam si quid deus præstat ex misericordia, tamẽ multum hic momenti adferat deprecatio. Initio siquidem misericordiis dei, salutem suam acceptam ferebat. Deus, inquit, misericordiarum ipse nos eripiet: hic verò illorum etiam precibus acceptam refert. Nam & illum qui tam multa talenta debebat, vbi procubuisset ad genua, miseratus est. Sic enim scriptum est: Misericordia motus, dimisit illum. Quin & Chananææ post multam instantiam, & improbos clamores, tandem largitus est filiæ salutem, & tamen illam ex misericordia seruauit. Hinc itaque discimus quòd quãquam misericordiam simus experturi, tamen vt nos ipsos prius misericordia dignos præbeamus oportet. Est quidem misericordia, tamen ea dignos requirit, nec temerè obtingit quibuslibet, nec offertur iis, qui brutis sunt affectibus,

Hic sup. a

Ibidem. b

Matth. 18. c

Ibidẽ. 15. c

A nec se sentiunt egere misericordia. Miserebor, inquit, cuiuscunque misertus fuero, & miserebor quemcunque commiseratus fuero. Vide igitur quid hic dicat, Adiuuantibus & vobis deprecando. Nec totum illis tribuit, ne eos extollat in superbiam: neque prorsus submouet eos à consortio beneficij, vt illos exhortetur reddatq; promptiores, denique vt illos inuicem conciliet. Eoq; dicit: Vobis eam incolumitatem donauit deus. Siquidem deus frequenter reueretur multitudinem, vnanimem & consentientem in precando, vt veluti pudore victus non ausit illis negare. Vnde & prophetæ dixit: Ego verò non parcam huic ciuitati, in qua habitant † plusquàm quinquaginta milia virorum.] Deinde ne putes deo opus esse multitudine, ait: Si fuerit numerus Israël vt arena maris, reliquiæ saluæ erunt. Quo modo igitur seruauit Niniuitas? quoniã non solùm erat multitudo, sed multitudo cum virtute: per pœnitentiam enim resipuit vnusquisque à via sua peruersa. Porrò seruans eos dicebat, quòd non nossent dextram suam aut sinistram. Vnde liquet, quòd & prius ex simplicitate lapsi sint magis quàm ex malicia: liquet, inquam, ex eo quòd paucis admoniti verbis immutati sunt. Quòd si † quinquaginta] milia potuissent sufficere ad seruandos illos, quid vetabat, quò minus & antè seruati fuerint? Et quam ob causam non ita loquutus est prophetæ: Ego verò non parcam ciuitati sic immutatæ, sed ex superfluo inducit † quinquaginta milium mentionem?] Nam quod erat futurum id perspicuum erat prophetę, videlicet illorum immutatio. Numerus autem ac simplicitas erat incognita. Itaque vult illos vndiquaque permollire. Valet enim & multitudo quoties adest Virtus. Idem & alibi declarat scriptura, dicens: Deprecatio autem erat assidua, quæ ab ecclesia pro illo fiebat ad deum. Eaq; tantùm valuit, vt & clausis etiam ostiis, & catenis vrgentibus, & vtrinque iuxta dormientibus custodibus eduxerit apostolum, & ab omnibus illum liberarit. Verùm vt plurimùm valet, cùm adest virtus: ita si adsit malicia, nihil prodest multitudo. Siquidem Israëlitæ, de quibus dictum est, quòd numerus illorum esset velut arena maris, omnes perierunt. Quin & hi qui vixerunt temporibus Noë, adeò multi erant vt essent infiniti, nec ea res quicquam illis profuit. Per se enim nihil valet multitudo, sed si in partem accesserit.

Hieron. in Ionã. vlt. d

Esa. 10. & Rom. 9. f

Ionæ. vlt. d

† cẽtum viginti milia virorum.

† cẽtum viginti.

† μυριάδων

Act. 12. a

Studeamus igitur iungi in precibus, ac pro nobis inuicem oremus, quemadmodum illi pro apostolis. Ita & præceptum implemus, & ad dilectionem exercemur, (cum autem dico dilectionem, omnia bona complector) discimusq; studiosius gratias agere. Si enim pro alienis commodis gratias agimus, multò magis id faciemus pro nostris. Hoc & Dauid faciebat, dicens: Magnificate dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum. Hoc & Apostolus vbique requirit, hoc idem & nos faciamus, ac dei in quoscunque beneficentiam celebremus, vt gratiarum actionis cõsortes nanciscamur'. Etenim si beneficio quopiam ab hominibus affecti, dum illud prædicamus, prõptiores illos ad benefaciendum reddimus: quantò magis si dei beneficia commemoremus, ad maiorem illum benevolentiam excitabimus? Et si cùm ab hominibus beneficium accepimus, alios quoque prouocamus ad communem gratiarum actionem, multò magis ad deum inuitandi sunt, qui pro nobis gratias agãt. Nam si Paulus hoc facit, cui tanta erat fiducia, multò magis vt nos idem faciamus necesse est. Obsecremus itaque sanctos, vt pro nobis gratias agant, & ipsi pro nobis hoc agamus mutuò.

Morale.

Psal. 33. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuo. Hoc quidem est præcipuè sacerdotum munus, vt omnium optimum. Accedentes enim, prius pro terrarum orbe, proq; publicis bonis gratias agimus. Quanquam enim beneficia dei communia sunt, tu tamen in hac communitate seruatus es. Itaque pro priuata etiam vtilitate in cõmune gratias oportet agere, & pro publica priuatam par est rependere gratiarum actionem. Nam Solem deus accendit nõ tibi vni, sed & in commune omnibus. At interim totum habes. Tantus enim factus est, vt in commune sufficeret omnibus, tuq; solus tantum, quantum intuẽtur omnes homines. Itaque æquum est vt pro communibus commodis gratias agas, & pro aliorũ virtute, eò quòd per alios nobis multa obtingunt bona. Nam si decem iusti reperti fuissent in Sodomis, haud quaquã passi fuissent quæ passi sunt. *Gene.18.d* Ergo pro aliena quoque fiducia gratias agamus, eaq; cõsuetudo iam olim in ecclesia plantata est. Sic & Paulus gratias agit pro Romanis, proq; Corinthiis, proq; vniuerso terrarum orbe. Neque verò mihi dixeris, non est hoc meum benefactum. Etenim vt tuum non sit, tamen debes agere gratias, quod tale est tuum membrum. Quanquam & alioqui quod alienum est tuum facis, per gratiarum actionem, efficerisq; coronæ particeps, & ob eam rem capies & ipse donum. Eoq; precationes ad hunc fieri modum iubet ecclesiæ consuetudo, non solùm eas quæ funduntur pro fidelibus, verum etiam eas quæ suscipiuntur pro catechumenis. Siquidem consuetudo fideles excitat ad supplicandum pro nondum initiatis. Cùm enim diaconus dicit, Pro catechumenis instanter oremus, nihil aliud quàm vniuersum fidelium populum hortatur vt pro illis oret, licèt tum adhuc alieni sint catechumeni: nondum enim pertinent ad corpus Christi, nondum mysteriorum participes facti sunt, sed adhuc à spiritali grege diuisi sunt. Quod si pro his obsecrandum est, *longè magis* id faciendum est pro membris nostris. *Ob hoc autem* ait, instanter oremus, ne velut alienos auerseris, ne velut peregrinos pro ignotis habeas. Non enim habent precationem legitimam, atque à Christo inductam, nondum orandi fiduciam sortiti sunt, sed egent interuẽtu aliorum qui sacris initiati sunt. Adhuc stant extra atria regalia, procul à sacris cancellis, & ideo tremendas illas precationes, quæ fieri solent, impertimur illis: ideo diaconus hortatur te, vt ores pro illis, vt tua fiant membra, vt non amplius sint hospites & alienati. Nam quòd dicitur, oremus, non tantùm sacerdotibus dicitur, verùm & his qui populum constituunt. Item cùm dicit, Stemus honestè, oremus, vniuersos hortatur ad orandum. Mox precationem exordiens, dicit: Vt misericordissimus ac miserationum deus ipse exaudiat preces illorum. Etenim ne dicas, Quid oremus? alieni sunt: nondum coagmentati corpori, quo modo possim efficere vt deus reuereatur preces meas? quo pacto possum ab illo impetrare vt impertiat eis misericordiam ac veniam? ne hæc inquam quærens hæreas, vide quo modo tuam soluat hæsitationem, dicens: vt misericordissimus deus. Ne posthac hæsites. Qui totus est misericors, miseretur omnium tum peccatorũ, tum amicorum. Ne dixeris igitur, Qua fronte accedam intercessurus pro illis, ipse exaudiet preces illorum. Verum catechumenorum deprecatio quæ nam potest esse, nisi ne maneant catechumeni? Post hæc præit deprecationis modum. Quis autem est ille? vt deus aperiat aures cordium illorum: adhuc enim obturatæ sunt & occlusæ. *1.Cor.2.c* Cæterum aures non has dicit externas, sed animi, vt audire possint, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Nondum audierunt mysteria, quæ fas non est efferre, sed vtcunq; procul & eminus stant. Iam verò vt audiant, non percipiunt tamen quæ dicuntur, quòd ea multam desiderant intelligentiã, nec satis est vt audiantur. At isti nõdum intus habent aures, eoq; precamur illis donũ prophetiæ. Sic enim propheta loquitur: Deus dat mihi linguam eruditã, vt sciam quando oporteat proferre sermonem, quoniã ipse mihi aperit os, dedit mihi manè, addidit mihi aurem audientem. *Esai.50.b* Quemadmodũ enim prophetæ secus audiunt quàm vulgus, sic & fideles aliter audiũt quàm catechumeni. Hic discit etiam ipse catechumenus, se hæc non discere ab hominibus, neque audire. Ne vocetis igitur, inquit, vobis magistrũ super terram, sed à supernis & è cœlis eum expectate. *Matt.23.a* Nam erũt omnes à deo dociles, eoq; dicit: & erudiet illos verba veritatis, ita vt interne infundatur eis, eo quòd nõdum sciunt, quo modo oporteat ipsos scire verbũ veritatis. Vt seminet semen timoris sui in illis. Verùm id nõ est satis. Nam aliud cecidit iuxta viam, aliud petra exceptũ est. *Marc.4.a* Cæterùm nos non isto modo postulamus, sed quemadmodum in pingui solo sulcos aperit aratrum, ita rogamus vt hic itidem fiat, vt in profundo mẽtis innouati recipiant iniectum semen, & quicquid audierint, diligenter contineant. Vnde & addit dicẽs: Et confirmẽt fidem dei in animis illorum: hoc est, non inhæreant in superficie, sed in profundo radicẽ agant. Vt patefiat illis euangelium iusticiæ. Ostendit duplex operimentum, alterum in hoc quòd oculi mentis illorum occlusi sunt, alterum in hoc quòd illis celatum est euangelium: eoq; suprà dixerat, vt aperiat aures cordium illorum, hic verò, vt patefiat illis euangelium iusticiæ: hoc est vt illos sapiẽtes reddat & idoneos ad excipiendum quod traditur, vtq; doceat illos, & semen iniiciat. Nam & si iam essent idonei, nihil profuerit nisi deus referarit. Quod si ille quidẽ referaret, hi verò non acciperent, rursus eodem iactura reuolueretur. Vnde postulamus vtrũque, vt & aperiat corda, & patefaciat euangelium. Nam si regales opes iacerent superiecto velo tectæ, nihil prodessent oculis intuentium, quemadmodum nec apertæ prodessent oculis non vigilantium. Horum autem vtrunque fit, si illi prius voluerint. Quid autem est euangeliũ iusticiæ? quod reddit iustos. His verbis pellicit illos ad cupiditatẽ baptismi, demonstrans quòd euangelium non solùm remittit peccata, sed & iusticiam parit. Vt det illis mentẽ deo afflatam, sobriam cogitationem, & vitam cum virtute coniunctam. Audiãt fideles, qui negociis mũdanis affixi sunt. Nam si nondum initiatis iubemur ista petere: cogita quibus in rebus versari deceat eos, qui hæc aliis postulant. Oportet enim habere vitã euangelio respondentem, eoq; precandi cõsuetudo, à dogmatibus ad vitam transit. Cùm enim dixisset, vt patefiat illis euangelium, subiunxit, vt det illis mentem deo afflatam. Quid est autem mens ἔνθεος? vt deus eam inhabitet. Habitabo, *Infra.6.d* inquit, in illis, & inambulabo. Nam cùm mens reddita fuerit iusta, cum exuerit peccata, fit domicilium dei. Cum autẽ deus illã inhabitat, nihil humani residuum est. Atque ita fit mens ἔνθεος, omnia loquens diuinitus, vtpote domicilium inhabitantis dei. Qui turpiloquus est, profectò non habet mentem ἔνθεον, neq; qui facetiis & ridiculis delectatur, sobriam habet cogitationẽ. Et quid tandẽ est, cogitationẽ habere sobriam? nimirũ animi sanitatem habere. Itaq; qui malarum rerum cupiditate

piditate detinetur, ſtupens ad ea quæ ſunt huius ſeculi, neq; aquam eſſe poteſt ſobrius, hoc eſt integræ mentis: & quemadmodum qui morbo laborat, appetit ea quæ non oportet, ſimiliter & hic. Et vitam cum virtute coniunctam. Siquidem dogmata, vitę acceſsionem deſiderant. Audite hæc qui ſub finem vitæ ad baptiſmum venitis. Nos oramus, vt poſt baptiſmum, etiam vitam honeſtam habeatis: tu contrà ſtudes, nihilq; non facis, vt hinc migres abſque bona vita. Quid autem refert ſi iuſtus fias, ſed ſola fide? At nos optamus, vt etiã ex benefactis habeas fiduciã, vt iugiter quæ dei ſunt cogites, quæ dei ſunt ſentias, quę dei ſunt mediteris: qui ſobriam cogitationem vitámque honeſtam, non ad vnum duntaxat diem, neque ad duos, neque ad treis, ſed per vniuerſam ætatem totamq; vitam poſtulamus, denique fundamentum bonorum omnium, quę dei ſunt ſapere. Nam
Philip.2.c plerique quę ſua ſunt quærunt, nõ quę Ieſu Chriſti. Quó nam igitur pacto hoc fieri poterit? Oportet enim precibus & noſtram adiungere induſtriã, ſi in lege eius meditetur die ac nocte. Vnde & hoc adiungit in precatione, dicens: Et in lege eius verſentur. Quemadmodum autem ſuperius dixit, per omne tempus, ita hic dicit, die ac nocte. Itaque pudet me iſtorum qui vix ſemel quotannis apparent in eccleſia. Quam enim habere poſſunt excuſationem, qui cùm iubeantur noctes ac dies: non tantùm colloqui cũ lege domini, ſed in ea verſari, hoc eſt in ea deliciari, ne minimam quidem vitæ portionẽ huic ſtudio dant, vt eorum quę lex docet, meminerint, eiuſque iuſticias ſeruent. Vides catenã optimam, & quo modo horum ſingula ſibi cohærẽt, multò tum firmius, tum decẽtius poſita quàm vlla catena aurea. Siquidem precatus mentem afflatam deo, docet qua ratione hæc parare valeat. Qua porrò ratione id fiet? *Si iugiter in lege meditetur. Atque hoc rurſum quo pacto contingit? Si iugiter mentem habeat legi intentam. Sed quo modo id perſuaderi poſsit hominibus? Si* præcepta eius obſeruent. Quin potius attẽtio legis gignit præceptorum obſeruationem: quemadmodum ex eo quòd quæ ſunt dei ſapis, quodq; mentem habes deo afflatam, naſcitur legis meditatio. Nam horum ſingula velut anſæ & opitulantur proximis, & à proximis adiuuantur, vt & contineant, & cõtineantur. Iterum pro eis inſtantius obſecremus. Semper enim in prolixo ſermone ſomnus obrepere ſolet animo. Rurſus illum excitat, eò quòd ingẽtia quędam poſtulare cupit ac ſublimia. Vnde dicit: Inſtantius pro illis obſecremus. Quid eſt hoc? Vt eximat eos, ab omni malo & abſurdo negocio: hic & illud, ne veniant in tentationem precamur, vt illos ab inſidiis omnibus liberet tum corporalibus, tum ſpiritualibus. Eóque ſubiicit, ab omni peccato diabolico, & ab omni circunuentione aduerſarij, de tẽtationibus ac peccatis ſentiens. Peccatum enim maximè circunuallat vndiq; vrgens & obſidens, & à fronte, & à tergo, atque ita nos proſternens. Iam quoniam expoſuit quæ fieri à nobis decet, videlicet vt in lege verſemur, vt illius præcepta meminerimus, iuſticias eius ſeruemus: perſuadet deinceps quòd nec iſta quidem ſufficiũt, niſi ipſe adſit deus
Pſal.126.a & opituletur. Niſi enim dominus ædificauerit domũ, inuanum laborauerunt qui ædificant eam, præſertim in his qui adhuc expoſiti ſunt diabolo, illiúſque ſubſunt imperio. Atque hæc quidem ſcitis, qui eſtis initiati myſteriis. Supereſt vt memineritis illorum verborũ, quibus ſatanæ tyrannidi renunciaſtis, cum flexis genibus & ad Imperatorem ſumpta fiducia, tremenda illa verba pronunciaretis, per quæ docemur nuſquam omnino tyrantii iuſsis patendum eſſe. Cęterum aduerſarium illum ac diabolum appellãdum, quòd & deum incuſat apud homines, & nos apud deum, & rurſus nos inuicem inter nos. Olim quidem Iob incuſauit apud deum, cùm diceret. Num gratis Iob colit deum? Et eon *Iob.1.b*
trà, deum apud Iob, Ignis deſcendit è cœlis. Similiter *Ibidem.c*
deum inſimulauit apud Adam, cùm diceret futurum vt aperirentur illorum oculi, quemadmodum & apud pleroſque horum temporum homines, dicens: Vilibilium rerum nullam habet deus prouidentiam, ſed res hominum permiſit dæmonibus. Quin & apud Iudæorum vulgus Chriſtum inſimulabat, impoſtorem ac deceptorem illum appellans. Sed forſitan erit, qui cupiet audire quo pacto vim ſuam exerat: cum mentem repperit, non afflatam deo: cùm nõ inuenit ſobriam cogitationem, tum in deſertum irrumpit animum: cùm non meminit præceptorum dei, nec obſeruat iuſticias eius, tum captiuum abducit. Itaque ſi Adam meminiſſet præcepti, dicẽtis, Ex omni ligno edes: aut ſeruaſſet iuſticiam quæ *Gene.2.c*
dicit, Quocunque die ederitis, morte moriemini: nõ ea *Ibidem.*
paſſus eſſet, quæ paſſus eſt. Et vt dignetur illos in tempore opportuno lauacro regenerationis, remiſsione peccatorum. Quædam enim præſentia poſtulamus, quædã autem futura, ac philoſophamur de lauacro, & in ipſa precatione docemus eos noſſe vim lauacri. Poſt hæc enim iam ſermo conſuefacit illos, vt intelligant quòd id quod illic agitur eſt regeneratio, quodq; iterum naſcimur ab aquis, velut à vulua, ne iuxta Nicodemum dicant, Quî poteſt aliquis naſci cùm ſit ſenex, num poteſt *Ioan.3.d*
in vẽtrem matris intrare, & naſci denuo? Cæterũ quoniam dixit remiſsionem peccatorum, hanc in ſequentibus docet, dicens: Et veſtimento incorruptibilitatis. Etenim qui filium induit, incorruptibilis redditur. Sed quid eſt, *in tẽpore opportuno*? Vbi bene fuerit animo *compoſitus, vbi cum alacritate fideque acceſſerit. Nam hoc tempus eſt opportunũ fidelibus.* Vt benedicat ingreſſus & egreſſus illorum per omnem ipſorum vitã. Hic verò etiam corporale quiddam petere iubẽtur, vtpote adhuc imbecilles. Domos illorum ac familiã, hoc eſt ſiue famulos habeant, ſiue cognatos, ſiue quos alio modo propinquos. Siquidem hæc erant vetuſtæ legis præmia. Neque tum quicquam, æquè videbatur acerbum, atq; viduitas & orbitas, vt luctus intempeſtiui, vt in fame viuere, vt rerum improſperi ſucceſſus. Atque hãc ſanè ob cauſam permittit in his quoque magis ad corpus quàm ad animum pertinentibus immorari preces illorũ, quos mox tamen erigit. Hoc enim facit Chriſtus, hoc idem & Paulus, dum veterum meminit benedictionum. Chriſtus enim ait: Beati mites, quoniam ip *Matth.5.a*
ſi poſsidebunt terram. Paulus autem: Honora patrem *Ephe.6.a*
tuum ac matrem, & eris longæuus ſuper terram. Vt liberos illorum augeas, vt auctos benedicas, & ad menſuram ætatis perductos reddas ſapientes. Rurſum hic iungit corporale cum ſpiritali, quippe adhuc infirmioribus, & infantili affectu. Quod ſequitur totum eſt ſpiritale. Vt dirigas illis omnia quæ optant ad vtilitatem. Non ſimpliciter dixit, quæ optant, ſed addit, ad vtilitatem. Frequenter optatur peregrinatio, ſed non conducit: aut aliud ſimile, ſed nõ expedit. Ex his docentur in omnibus deo gratias agere, velut accidant, ad ipſorum vtilitatem. Poſt hæc iubet illos ſurgere. Nam prius illos humi proſtrauerat. Poſteaquam poſtularunt quæcunque deſiderabant, ac iam fiducia pleni ſunt, erigit illos ſermo, iubetque illos aſsiduos eſſe in precibus ad deum. Nam quædam ipſi loquimur, quędam illis mandamus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

damus, iam precandi fores eis aperientes: sicut pueros initiò docemus ipsi, deinde iubem⁹ eos per se loqui, ita dicentes: Angelum pacis postulate catechumeni. Nam est angelus qui vindictam adfert, veluti cùm dicit: legationem per angelos malos: est angelus perniciē adferens, eapropter iubemus illos petere angelum pacis, docentes illos, vt quod est omnium bonorum vinculum quærant, videlicet pacem, vt liberētur ab omni pugna, omníque bello, ab omni seditione. Pacifica vobis omnia sint quæ obtingunt. Nam etiam si cui quid acciderit graue, modò pax adsit, leue est. Eóque Christus di
Ioan.14.d xit: Pacem meam do vobis. Nulla sunt enim arma tam valida diabolo, quàm pugna, quàm inimicicia, quàm bellum. Pacificum hunc præsentem diem, & omnes vitæ dies vobis petite. Vides rursus, vt omnem vitam in virtute transigi iubet. Christiana vestra vectigalia. Quod est caput bonorum, quod honestum est, idem & vtile est. Quod honestum non est, id ne vtile quidē est. Alia est apud nos vtilium natura, præter vulgi opinionem, videlicet vt ipsi nosmetipsos viuenti deo & Christo commendemus. Nondum de cæteris præcipimus illis, sed tamen charitatis est, & pro illis orare, vt possint. Vides absolutam precationem, tum quòd ad dogmata, tum quòd ad vitam attinet. Etenim cum dicimus euangelium, cùm indumentū incorruptibilitatis, cùm lauacrum renascētiæ, omnia dogmata complectimur. Cùm mentem afflatam deo, cùm sobriam cogitationem, cùm reliqua quæ cōmemorauimus, mores vitámque denotamus. Post hæc iubemus illos inclinare capita, hoc pacto significantes exauditas esse preces, ac deū illis benedicere. Nō enim iam homo est qui benedicit, sed per illius manum ac linguam offerimus imperatori capita præsentiū, & vniuersus populus acclamat. Amē. Sed cuius rei gratia dicta mihi sunt hęc omnia? Videlicet vt doceam oportere nos quærere, non quæ nostra sunt, sed quæ aliorum, ne fideles existimēt nihil cum illis agi cùm hæc dicuntur. Nec enim diaconus parietibus dicit, Oremus pro catechumenis. Sed quidam adeò sunt incogitantes, stulti, ac dissoluti, vt non solùm eo tempore quo hæc aguntur cum catechumenis, verum etiam in his quę agūtur, cum fidelibus stent & fabulentur. Hinc subuersa sunt omnia, hinc perierunt omnia, & quidem eo tempore, quo maximè deus erat placandus, illo magis irritato discedimus. Nam pro fidelibus, pro episcopis, pro presbyteris, pro regibus, pro magistratibus, pro terra & mari, pro aëre, pro toto terrarum orbe iubemus adire benignū deum. Itaque cùm debeamus tantam habere fiduciam, vt & pro alienis debeamus orare, ac ne pro nobis quidem ipsis vigilanter precemur: quæ nobis erit excusatio, quæ venia? Quapropter exhortor, vt his omnibus perpensis, noueritis tempus deprecationis, ac tum ita sublimes efficiamini, vt relicta terra, cœlorum ipsorum conuexa attingatis, vt deum nobis propicium reddere possimus, vtq; promissa bona consequamur: id quod nobis omnibus contingat, gratia & bonitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium, in secula seculorum, Amen.

Homilia III.

Nam hæc est gloria nostra, testimonium conscientiæ nostræ, quòd in simplicitate & syncritate, non sapientia carnali, sed in gratia dei, conuersati sumus in hoc mundo.

Hic rursus & aliud solatij argumentum nobis aperit, haud quaquam leue, sed prorsus ingens ac satis efficax, vt mētem nostram dum periculis mergitur, erigat. Quoniam enim dixerat, Deus nos eripuit & suis misericordiis & vestris precibus, quod erat totius rei summa imposuit. Ne hic auditorem supinum & oscitantem redderet, si tantum dei misericordiis, & aliorum precibus confideret, ostendit quòd & ipsi ex sese non mediocre momentum attulerint. Id quod & in superioribus declarauit, dicens: Quemadmodum abundant afflictiones Christi, abūdat & solatium nostrum. *Hic supr.* *Ibidem.a*
Hic & aliud quoddam propriæ industriæ demonstrat officium. Quod tandem illud? *In pura*, inquit, *conscientia, syncera que mente vbique terrarum conuersamur.* Hoc autem non leue momentum habet ad consolandum ac refocillandum nos. Imò non solùm ad consolandum, sed etiam ad aliud quiddam, quod multò maius est cōsolatione, nimirum etiam gloriationem adducēs. Hæc autem loquitur partim illos erudiens, ne despondeant animum in afflictionibus, sed corroborentur potius, cùm puram habeant conscientiam: partim tacitè taxās pseudoapostolos. Et quemadmodum in priore epistola dixerat: Misit me dominus, vt prædicem euāgelium, *1.Cor.1.c* non in sapientia sermonis, ne euacuetur crux Christi, & ne fides vestra sit in sapientia hominum, sed in virtute dei. Sic & hic, non, inquit, in sapientia, sed in gratia Christi. Porrò & aliud quiddam subindicauit, cum ait, Non in sapientia: hoc est, non in dolositate, & hic feriens externam eruditionem. *Nam nostra*, inquit, *gloriatio hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.* Hoc est: conscientia nostra, quoniam non potest condemnare nos quasi factis improbis à recto discesserimus, etiam si innumera patiamur acerba, etiam si vndique feriamur ac periclitemur, sufficit nobis ad solatium, imò non tantùm ad solatium sufficit nobis pura conscientia, verum etiam *in hoc vt coronemur: dum præbet nobis testimonium, quòd nihil commiserimus mali, sed iuxta dei placitum hæc perpetimur ob virtutem, ob philosophiam, ob multorum salutem.* Itaque *prima illa consolatio* veniebat à deo: hæc autem ab ipsis, & à vitæ rectitudine simul inducta est, eóque vocat illam gloriationem, quòd ipsorum propria virtute parta esset. Quæ est igitur ista gloriatio, & cuius rei testis est nobis cōscientia? *Quòd in syncritate.* Hoc est, quòd nihil dolosum, nihil per hypocrisim, nihil per ironiam, nihil per adulationem, nihil per insidias fraudésve gessimus, nec per aliud quicquam eiusmodi: sed in omni libertate, in simplicitate, in veritate, in pura & innocente mente, in animo doli nescio, nihil habentes adumbratum neque suppuratum. *Non in sapientia carnali.* Hoc est, non in astutia, neque versutia, neq; in admirabili sermonis artificio, neque in perplexis sophismatibus. Nam hanc vocat carnalem sapientiam, vnde illi vehementer tumebāt. Hoc igitur abnegat Apostolus ac discutit, ex eo quod est longè præstantius? ostendēs hoc nequaquam esse dignum de quo quis glorietur, seque non tantum nihil tale desiderare, verum etiam aspernari, ac probri loco ducere. *Sed in gratia dei conuersati sumus in hoc mundo.* Quid est gratia dei? Sapiētiam ab illo nobis donatam, vires ab illo datas, declarantes, idque per ipsa miracula, per hoc quòd sapientes vicerimus, quòd rhetores, quòd philosophos, reges, populos, cùm simus idiotæ, nihilq; mundanæ sapientiæ ad hoc negocium attulerimus. Neque verò vulgaris est hæc tum consolatio, tum gloriatio, sibi conscios esse, quòd humanis viribus vsi non sint, sed diuina gratia rectè gesserint omnia. Ita nō Corinthi tantùm, sed vbique terrarum. *Abundantius autem apud vos.* In gratia dei cōuersati sumus. Quandoquidem &

quidem & signa & miracula apud vos edidimus, tum & accuratiorem diligentiam, & vitam irreprehensibilem exhibuimus: Nam & hoc appellat dei gratiam, sua quoq; benefacta, illi ferés accepta. Illic enim vltra septa progressus fuerat, gratuito docens euangelium, vt illorum pareceret imbecillitati. *Non enim alia scribimus vobis quàm quæ legitis & quæ agnoscitis.* Quoniam autem visus est de se magnificè prædicasse, atque ipse sibi testis esse, quod inuidiosum esse solet, rursus illos citat testes eorum quæ dicuntur. Ne quis, inquit, existimet quę narrauimus esse verborum fumos, quandoquidem ea vobis significamus, quæ nostis ipsi, & de quib⁹ nos nequaquam mentiri, non alij magis testes esse possint quàm vos. Cùm enim legitis, agnoscitis, quòd quorum nobis in factis ipsis estis conscij, eadem in epistolis loquimur, nec vsquā vestrum testimonium meis epistolis aduersatur, sed lectioni consentit cognitio, quam prius conceptam habebatis de nobis. *Quemadmodum & agnouistis nos ex parte.* Neque enim ex aliorum narratione cognouistis quæ gessimus, sed ipsa experientia. Quòd autem addit, ex parte, modestiæ causa adiecit. Nam hic Paulo mos est, si quando coactus necessitate, neque enim aliàs hoc facit, dixit aliquid de se magnificentius, protinus sermonis fastum studet corripere. *Spero autem quòd & vsque ad finē cognoscetis.* Vides rursus vt à præteritis fidem conciliat futuris, non autem à præteritis solùm, verum etiam à dei potentia. Neque enim simpliciter pronunciauit, sed totum in illum reiecit, & quę in illum est spem. *Quoniam gloria vestra sumus, quemadmodum & vos nostra in die domini nostri Iesu Christi.* Hic superioribus dictis adimit inuidiam, dum illos in partem recipit, facitque gloriæ consortes, quæ ipsius præclarè gestis debebatur. *Non enim intra nos constitit hæc gloria, verum & in vos dimanat, ac rursus à vobis in nos.* Posteaquam autem extulit seipsum, ac præteritorum ostentationem exhibuit, & de futuris spopondit, ne qui audiebant, illum insimularent arrogantiæ: néve prouocarētur ad inuidiam, communicat cum illis gloriationem, dicens harum laudum coronā & ad illos pertinere. Nam si nos, inquit, tales appareamus: vestra laus, est vestra gloria, quemadmodum & nos, quoties vos laudem assequimini, exultamus, gestimus, coronamur: rursus & hoc sermone singularem suam modestiā declarans. Non enim vt præceptor discipulis, sed quasi discipulis, æqualis loquatur, ita sermonem temperat. Vide verò vt illos in altum erigit, ac philosophiæ plenos reddit, relegans ad illum diem. Ne, inquit, loquamini præsentia, hoc est probra, conuicia, dicteria qualia loquitur hominum vulgus. Neque enim quæ hic sunt quicquam habent magni, neque quæ videtur suauia, neque tristia, non cauilli, non laudes ab hominibus venientes: sed memineritis, inquit, mihi illius diei metuendi tremendique in quo retegētur omnia. Tum enim [nos in vobis] & vos in nobis decorabimini, cum liquebit vos habere tales magistros, qui nihil humanū docent, neque vitam habent vlli vicio obnoxiam, nec vllam mali ansam dederunt: & nos qui tales habemus discipulos, puros ab humanis cupiditatibus, neque vacillantes, sed qui alacriter omnia sustinent, nec vlla ex parte verbis circunueniuntur. Quandoquidē hęc nunc quoque perspicua sunt cordatis, tunc perspicua futura omnibus. Itaque etiamsi nunc affligimur, habemus & hoc haud leue solatium, nunc quidem à conscientia, tum verò ab ipsa rei luce. Nam nunc quidem conscientia nostra nouit, quòd per gratiam dei faeimus omnia, quemadmodum vos quoque scitis & scietis: tum verò etiam vniuersi homines cognoscent tum nostra, tum vestra, conspicientq; nos alteros alterorum gloria clarescere. Ne enim videatur ipse solus illustris, & illis tribuit gloriandi causam, & à præsentibus molestiis auocat: quodq; in consolatione fecerat, cum diceret, Propter vos consolationem accipimus: idem & hic facit, dicens: Propter vos gloriamur, sicut & vos propter nos: vbique consortes illos faciens omnium, consolationis, afflictionum, suæ salutis, quandoquidem hanc incolumitatem suam illorum precibus fert acceptam. Adiuuantibus, inquit, vobis precando, eripuit nos deus. Similiter & gloriationem facit communem. Quemadmodum illic dixit: Scientes quòd quemadmodum cōsortes estis afflictionum, ita estis & consolationis. Itidē hic, gloria vestra sumus, sicut & vos nostra. *Atque hac re fretus, volebā prius venire ad vos.* Qua re fretus? Quia magnopere confido de vobis, quia ꝙ glorior de vobis, vestra est gloria, quòd vehemēter vos amo, quòd nullius mali mihi conscius sum, quòd mihi persuasum habeo cuncta nostra spiritalia esse, denique quòd vos harum rerum testes habeo. *Volebam venire ad vos, ac per vos transire in Macedoniam.* Atqui diuersum pollicitus est in epistola priore, ita loquens: Veniam ad vos cùm Macedoniam pertransiero, per Macedoniam enim iter facam. Qui factum est igitur, vt hic loquatur sibi pugnantia? Absit vt Apostolus sibi pugnātia loquatur: nam hęc contraria sunt his quæ scripserat, non his quæ volebat. Eóque non hic dicit, Scripsi me transiturum per vos in Macedoniam: sed, volebam. Nam & si hoc non scripsissem, attamen illud conabar ac volebam, & prinsquā venirem ad vos: tātùm aberat vt promissis vellem deesse, vt & has literas præuenire voluerim. *Vt secundam gratiam habeatis.* Quid est, secundam? vt duplā gratiam habeatis, alteram per epistolam, alterā ob præsentiam. Porrò gratiam hic appellat gaudium. *Et per vos proficisci in Macedoniam, & rursus à Macedonia venire ad vos, atque à vobis deduci in Iudæam. Hoc igitur cum vellem, nunquid leuitate sum vsus?* Hic iam protinus deprecatur culpam contationis & absentiæ. Quod enim dicit, tale est: Volebā venire ad vos, quam igitur ob causam non veniebam? An quòd leuis essem, lubricaq; fide? Nam hoc est quod ait, num leuitate sum vsus? Nequaquam. Sed quam ob causam? *Quoniam quæ cogito, non secundum carnem cogito.* Quid est non secundum carnem? non carnaliter cogito. *Vt sit apud me quod est, est, quod non, non.* Verùm & hoc adhuc obscurè dicitur. Quid est igitur quod dicit? Carnalis homo, hoc est, qui rebus præsentibus addictus est, atque in his perpetuò versatur, quique secluſus est ab operatione spiritus, quoquò versum abire potest, & oberrare quò voluerit. Cæterum qui minister est spiritus, quoniam ab illo agitur & circumagitur, non potest vbique suæ sententiæ compos esse, quam habet à spiritus authoritate pendentem: sed hominem eiusmodi patientem esse oportet, vtpote seruum probum, qui vbique iussis herilibus obsecundat, quique sui potestatem non habet, vt vel paulisper respiret, aut aliquid vel pusillum conseruis polliceatur. Id si fecerit, & mox secus domino visum fuerit, non præstabit quæ pollicitus est. Hoc igitur ait: Non cogito secundum carnem, neq; sum alienus à gubernatione spiritus, neq; mihi potestas est eundi quò velim, propterea quòd paracleti dominio subditus sum, huiusq; iussis ac decretis agor ac circunagor, hanc ob causam non potui venire, quia secus visum sit spiritui. Quod idem in his, quæ gerimus, frequenter *Actu.16.b*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quenter accidit. Vt quum aliò statuissem proficisci, spiritus aliò me iusserit ire. Proinde non est hæc leuitas, quòd nō venerim, sed parêre spiritui cui subiectus sum. Vides rursum Apostolo consuetam considerationem. Vnde suspicabantur illi quod carnaliter cogitaret, videlicet quia nō præstabat quod erat pollicitus, hinc maximè declarat se spiritaliter cogitasse, videlicet quia non præstiterat quod erat pollicitus: atque è contrario colligendum esse, nimirum quòd carnaliter cogitasset. Quid igitur, dixerit aliquis, an ex spiritu promiserat? Minimè. Iam enim dixi Paulo non omnia fuisse cognita, quę vel euentura forēt, vel profutura. Hinc est quod
1.Cor.16.a in priore epistola dicit, Vt vos me deducatis quocunquè proficiscar: hoc ipsum metuens ne si dixisset, in Iudæam, aliò quopiam ire cogeretur. Hic verò quoniam frustratus erat, hoc ait, Et à vobis deducar in Iudæam. Quod enim erat charitatis ponit: quod autem ad illos non pertinebat, videlicet ire in Iudæam, non iam hoc addit expresse. Cæterùm quoniam id iam præterierat, hîc apertè dicit, quòd in Iudæam ire statuisset. Idq; vtiliter accidit, ne quis de apostolis sentiret supra illorum
Actor.14.b dignitatem. Etenim si cùm sic res haberent, voluerunt illis immolare tauros: quo modo effugissent impietatem, nisi multa humanæ imbecillitatis argumenta præ se tulissent? Et quid miraris, si non omnia futura nouit Paulus, cùm in deprecationibus frequenter ignorauerit,
Roma.8.e rit, quid expediret? Velut illud, Quid oremus quemadmodum oportet, nescimus: non tantùm eò dicit vt videatur esse modestus, sed declarat quòd vbi sit vtilitas in orando, ignoraret. Vbi igitur ignorauit? cùm po-
Infra.12.b stulat vt à tentationibus liberetur, dicens: Datus est mihi stimulus carnis, angelus satanæ, qui me colaphis cædat. Super hoc ter dominum rogaui, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea, nam potentia mea in imbecillitate perficitur. Vides vt non nouerit petere quæ conducebant, vnde nec accepit, quanquam sæpenumero postulasset. *Fidelis autem deus quòd sermo noster, qui fuit erga vos, non fuit etiam & non.* Pulchrè soluit obiectionem emergentem. Si, inquiunt, cum esses pollicitus aduentū, prorogasses, ne tum quidem esset tuum etiam, etiam, & non, non. Nunc quæ dicis postea subuertis, quemadmodum de accessu tuo feceras. Væ nobis si vnquam idem accidit in euangelij prædicatione. Itaque ne hæc cogitarent, neve perturbarentur, ait: Fidelis deus, quoniam sermo noster, qui fuit erga vos, non fuit etiam & non. Neque enim hoc factum est, inquit, in prędicatione, sed duntaxat in itineribus & peregrinationibus. In euangelij prædicatione firma manent & immota quęcunque diximus. Quandoquidem prædicationem hic
D appellat sermonem. Deinde huius rei irrefutabile profert argumentum, totum ad deum referens. Quod autem sentit, tale est: Meum erat, quod pollicitus sum me istuc venturum: nam ex me istud promiseram. Cæterum euangelij prædicatio non est mea, nec prorsus humana, sed dei: quod autem dei est, mentiri non potest. Et ideo dicit: Sed fidelis deus, hoc est verax. Proinde ne suspecta sint vobis quæ illius sunt, quoniam nihil est in illis humanum. Cæterùm quoniam dixit, sermo, subiicit protinus, qualis sit ille sermo. *Nam dei filius qui est in vobis per nos prædicatus, per me & Syluanum ac Timotheum non fuit etiam & non.* Hanc enim ob causam & illorum qui docuerunt, chorum adducit in medium, hinc quoque fidem concilians testimonio non tantùm per eos qui audierant, sed etiam per eos qui docuerant: quanquam & hi Pauli erāt discipuli, sed modestiæ gratia nu
A merat illos in ordine doctorum. Quid est, non fuit etiā & non? Eadem, inquit, scripsi, quæ prius in prædicatione dixeram, neque vobis hoc nunc dictum est, nunc illud. Hoc enim non est fidei, sed animi est aberrantis. *Sed in illo fuit etiam.* Hoc est quod dixi, immobilis ac firmus sermo manet. *Quæcunque enim sunt promissa dei, in illo sunt etiam, & in illo amen, deo ad gloriam per nos.* Quid autem est, Quæcunque sunt promissa dei? Multa pollicebatur euangelium, ipsiq; hæc eadem multa promittebant ac prædicabant. Nam & de resurrectione disserunerant, dèque assumptione, deque immortalitate, deq; ingentibus illis prēmiis, dèque bonis illis ineffabilibus. Has igitur promissiones, ait, immobiles consistere, nec in illis fuisse etiam & non: hoc est, non fuerunt aliàs vera, aliàs falsa quæ diximus, quemadmodum fuit meus aduentus, sed semper vera. Ac primùm quidem pro fi-
B dei dogmatibus, próque Christi sermone decertat, dicens: Sermo meus & prædicatio mea non fuit etiam & non. Deinde pro promissis, Quæcūque enim sunt promissa dei, in illo sunt etiam. Quòd si quæ promittit, firma sunt, & omnino prēstaturus est promissa: multò magis ipse, & qui de illo sermo est firmus est, neque possis dicere, nunc est, nunc non est, sed semper est, & semper idem est. Quid autem est, in illo etiam & amen? Declarat omnino futurum quod dictum est, propterea quòd per ipsum non per hominem habent, vt sint atque impleantur promissa. Ne quid igitur metuas, nō enim homo est, vt tibi suspectus esse possit, sed deus est qui & dicit, & præstat. *Deo ad gloriam per nos.* Quid est, ad gloriam per nos? Implet sua promissa per nos, id est per nostram in vos beneficentiam, ad suam ipsius gloriam. Nam hoc est quod dicit, deo ad gloriam. Quod si ad
C *dei gloriam spectat, omnino futurū est. Non enim negle*cturus est suam gloriam, etiamsi nostram negligeret salutem, partim quòd supra modum amans est hominum, partim quòd nostra salus annexa est illius gloriæ, duntaxat in hoc negocio. Ergo si promissa ad illius gloriam pertinent, dubium non est quin & nostra salus sit consequutura. Quod idem Ephesiis scribens assiduè celebrat, dicens, In acquisitionem gloriæ eius: idq; *Ephe.1.a* vbique inculcat, significans necessariò euēturum quod dicitur. Quod idem hic dicit, quoniam illius promissa non mentiuntur, eò quòd non modò seruant nos, verū etiam ipsum glorificant. Proinde caue cogitaris, quod illa per nos sint promissa, atq; ita hæsites: non enim per nos implentur, sed per ipsum: quin & promissa sunt per ipsum. Neque enim quæ nostra sunt, sed quæ illius sunt, apud vos retulimus. *Qui autem confirmat nos vobiscum in*
D *Christum, quique vnxit nos deus, ac signauit, deditque arrabonem spiritus in cordibus nostris.* Rursus à præteritis confirmantur futura. Nam si ille est qui confirmat nos in Christū, hoc est, qui non sinit nos dimoueri à fide quam habemus de Christo, & idem est qui iam vnxit nos, deditq; spiritum in cordibus nostris: quî consentaneum est, vt non det quæ restant in posterum? Si initia & fundamētum dedit, si radicem ac fontem, veluti veram de ipso cognitionem, spiritus communionem: quî cōuenit, vt quæ ex his nascuntur, daturus non sit? Nam si illa propter hæc data sunt, multò magis q hæc dedit, & illa prēstaturus est. Et si hęc dedit, quum essemus inimici, multò magis illa reconciliatis, & in amiciciam receptis largietur: eóque non simpliciter dixit spiritum, sed pignus appellauit, vt ex hoc de cæteris omnibus fiduciam concipias. Non enim nisi totum daturus erat, voluisset arrabonem exhibere ac perdere, idque frustra ac sine causa. Vide

sa. Vide autem Pauli beneuolentiam. Quid, inquit, oportet dicere, quòd in nobis non est promissorum veritas: Hoc ipsum quòd vos statis immobiles, quòd fixi, non in nobis est, sed dei munus est. *Qui nos*, inquit, *confirmat deus*: Non igitur nos sumus qui stabilimus vos, quandoquidem & ipsi opus habemus à quo confirmemur. Proinde ne quis existimet euangelij prædicationem in nobis periclitari, ipse totum in se recepit, ipse totum curæ habet. Sed quid est, qui vnxit & signauit? Nimirum dato spiritu, per quem vtrunque peregit, per quem simul prophetas & sacerdotes & reges facere solitus est. Nam hoc hominum genus olim vngebatur. Nos verò non vnam, sed tres nunc habemus dignitates. Nam & regno potituri sumus, & sacerdotes efficimur, dum corpora nostra hostiam offerimus. Exhibete, inquit, corpora vestra hostiam viuentem, acceptam deo. Ad hæc & prophetæ reddimur, propterea ꝙ quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, hæc reserata sunt nobis. Quanquam & alia ratione reges efficimur, si voluerimus absurdis imperare cupiditatib⁹: nam is demum regnat & quidem verius, quàm qui diademate cinctus est. Id vobis iam faciam perspicuum. Rex multos habet exercitus. At nos longè plures habemus cogitationes. Neque enim numero comprehendi potest, im mēsa cogitationum, quæ in nobis sunt, multitudo: Imò non solum multitudinem videre est, verum etiam multos in hac cogitationum turba duces & imperatores, & hastatos & sagittarios, & fundibularios. Quę res alia facit regem? Vestes? At hic melioribus indutus est, potiorèmque gestat stolam, quam neque tinea exedit, neque tempus absumit. Dein variam gestat coronā, tum eam quæ est glorię, tum eam quę est miserationum dei. Ait enim, Benedic anima mea domino, qui te coronat in misericordia & miserationibus. De gloriæ corona dicit, Gloria & honore coronasti eum. Et, Velut armis beneuolentiæ coronasti nos. Adde coronam gratiarū, Coronam etiam gratiarum accipies in vertice tuo. Vides variè cōtextum ac venustius hocce diadema. Quin potius ab initio rursum diligentius expēdamus has regum dignitates. Ille dominatur satellitibus, omnibus imperat, & obediunt omnes, eique inseruiunt. Verùm ego tibi hic ostendo principatum excellētiorem. Nam multitudo par est huic, aut etiā maior aut numerosior. Superest vt obedientiam expendamus. Ne verò mihi hic in medium adducas qui regno fuerunt excusi, qui ab ipsis corporum custodibus trucidati sunt: ne istos, inquam, in medium adducamus, sed eos tantùm quæramus qui in vtroque genere regnum suum bene administrarunt. At tu quidem quos voles ponito, ego verò patriarcham Abraham omnibus oppono, qui quum iuberetur interficere filium, cogita quàm multæ cogitationes tunc insurrexerint in illum, & tamen subegit omnes, omnes illum metuebant, magis quàm regē metuunt satellites, omnésque solo oculorum intuitu compescuit, nec vlla illarum ausa est erumpere, sed submittebant vultus, ac velut imperatori cedebant vniuersæ, quamuis erant acerrimæ omnes, vehementerq; præfractæ. Neque enim hastarum cuspides æquè metuendę sunt à multis subrectæ, atque naturæ cognati affectus. Vnde & magis poterāt illius animum penetrare, quàm vlla cuspis acuta. Neque enim vlla lancea posset vnquā esse tam acuta, quàm illarum cogitationū stimuli deorsum ab ipsis visceribus acuebantur & surgebant, ac iusti illius mētem tentabant. Nam hic & tempore opus est, & consilio, & ictu, & dolore, ac deinde mors consequitur. Illic verò nullo horum fuit opus, tātò perniciosiora simul & acriora erant vulnera. Attamen tum tot cogitationibus in illum armatis, multa erat tranquillitas, stabant compositæ omnes, ornantes illum verius quàm metuentes. * Itaque specta iam illum extendentē gladium, & quotquot volueris reges in medium producito, Augustos, Cæsares: nihil tamen simile dixeris, neque poteris talem exhibere speciem, adeò magnificā ac cœlis dignam. Nam aduersus tyrannidem potentissimam trophæum statuit tum iustus ille. Nihil enim natura violentius. Etiamsi decem milia tyrannicidarum produxeris, nullum tamen nobis similē exhibebis. Tum enim angeli trophæum erat, non hominis. Contemplator autem rem ipsam. Natura prostrata erat humi, cum armis suis, cum vniuerso exercitu, atque ille stabat porrecta manu, non coronā tenente, sed ensem quauis corona splendidiorem, & angelorū populus applaudebat, & è cœlis deus victorem pronunciabat. Quoniam enim in cœlis fuerat illius cōuersatio, inde recepit præconium. Quid hoc splendidius? Imò potius quid huic trophæo conferri potest? Etenim si posteaquam vicit athleta, non præco ex humili loco, sed imperator ipse surgēs è sublimi, Olympiaci certaminis victorem pronunciaret, an nō hoc victori videatur coronis magnificentius, totúmque theatrum ad se conuerterit? Proinde cum imperator, non homo, sed ipse deus, nō in hoc theatro, sed in theatro totius orbis, in angelorum & archangelorum populo, clara voce victorem eum pronunciet, clamans è cœlis: Agè dic mihi, vbi ponemus virum hunc sanctum? Quòd si videtur audiamus etiam ipsam vocem. Quæ nam est igitur vox? Abrahā Abraham, ne inferas manum tuam super Isaac, neque quicquam illi feceris: nunc enim cognoui, ꝙ timeas deum, nec pepercris filio tuo charissimo propter me. Quid hoc? Qui cuncta priusquam fiant, nouit, dicit, Nunc cognoui? Atqui vel homini liquere potuit viri pietas, tot documentis præbuerat specimen suæ erga deum beneuolētiæ, quum illi diceret, Exi de terra tua, & de cognatione tua, quum propter deū & illius honoris gratia ius primogenituræ cesserit patrueli suo, quum eundē è tantis exemit periculis, quum illum deus iussit in Aegyptum proficisci, atq; ibi spoliatus vxore, nō acerbè tulit, cumq; his alia permulta. Ab his, quemadmodum modò dicebam, vel homo discere poterat viri pietatem, non solū deus, qui non expectat vt ab ipsis rebus cognoscat finē. Tum quo pacto illum iustificauit, quē ignorabat? Credidit, inquit, Abrahā, & imputatum est illi ad iustitiā. Quid est igitur quod dicit, Nunc cognoui? Quoniā Syrus ita loquitur, cognouisti, pro eo quod erat, notificasti, nimirum hominibus: nam ipse nouerā, etiam antequam illa omnia præciperem. Sed quur nūc patefacere voluit hominibus? An illa non satis erant ad declarandam Abrahæ erga deum beneuolentiā? Erant quidem, sed hoc facinus tantò præstātius erat cæteris omnibus, vt illa cum hoc collata, nihil esse viderentur. Vt igitur hoc insigne facinus attolleret, demonstraretq; cunctis esse sublimius, ita loquutus est. Siquidem & hominum vulgus de factis eximiis ac superiora vincentibus, hunc ad modum loqui consueuit. Exempli causa, vbi quis ab aliquo munus aliquod accepit maius quàm prius acceperat, frequenter ait, nunc cognoui quòd ille me diligit, haud quaquam hoc sentiens quod ignorarit antea, sed illud declarare volens, præsens beneficium superare superiora. Itidem deus humano more loquens, dicit, Nūc cognoui, nihil aliud quàm certaminis eminētiam volens

*terrentes.

Rom.12.a
1.Cor.3.c
Morale.
Gen.22.a
Psal.102.a
Ibid.8.b
Ibidem.5.c
Ibid.20.a
Gene.22.b
Ibid.12.a
Ibidem.d
Ibid.15.b
& Rom.4.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

volens hominibus commendare,nō autem quòd tunc didicerit vel metum,vel metus magnitudinem.Neque
Gene.18.c enim quum ait:Venite descendentes videamus: ita loquitur quasi descensu fuerit opus ipsi,qui implet vniuersa,qui nouit euidenter vniuersa, sed nos erudiens illud non simpliciter nec vulgari more,sed insigniter ostendi.Item quum dicit:Dominus prospexit è cœlo: verbis
Psal.13.a hominum ad res diuinas transflatis, declarat exactam cognitionem:Sic & hoc loco dicit, nunc cognoui,videlicet, significans hoc factum esse superioribus omnibus præstantius.Eius rei probationē exhibet, quum adiungit,dicens:Quoniam non pepercisti filio tuo charissimo propter me. Propterea non solùm dixit, filio: sed,filio charissimo. Non enim erat filius naturæ tantùm,sed & charitatis, quem affectum quum esset ingēs, tum ob proprios mores, tum ob virtutem pueri in seipso sustinebat. Quòd si filios improbos non facilè solēt contemnere parentes,sed hos quoque luctu prosequuntur,hic quum & filius esset germanus,esset vnicus, esset charissimus,deniq; esset Isaac,& ab ipso patre mactandus esset:Quis eximiam illius animi fortitudinem verbis possit assequi? Hoc certamen innumerabilibus diadematibus & infinitis coronis erat splēdidius. Etenim qui illa redimitus est corona, eum frequenter & mors irruens inuadit, & ante mortem innumerabiles molestæq; insidiæ.Huic contrà ne post mortem quidem diadema capiti circumpositum quisquam detrahere poterit,nec cognatus,nec alienus. Iam mihi specta preciosissimum huius diadematis lapidē. Velut enim lapis preciosus sic cingit illum vsque ad finem.Sed quid est hoc quod ait, propter me? Neque hoc mirandum est, quòd non pepercit filio,sed quòd propter deum. O dextram beatam,quali machæra digna est habita.O machæram admirabilem quali dextra digna est habita. O machæram admirabilem, in quem vsum parata est, & quale peregit ministerium, & cui typo subseruiit, quo modo cruentata est, & quo modo non cruentata est? Nescio enim quid dicam, adeò venerandum tremendúmque mysterium erat. Non attigit filij collum,neque perscidit sancti illius iugulum, neque rubuit iusti sanguine: quin potius attigit ac penetrauit & rubuit, & immersa est, & non immersa est. Fortasis videor vobis insanire,qui tam pugnantia loquar. Certè mente excidi mecum reputans iusti illius miraculum: Quanquam non loquor pugnantia.Nam manus quidem iusti, gladium infixit in iugulum filij,sed dei manus non passa est,etiā impactam pollui sanguine pueri. Neque enim Abrahā tantùm tenebat ensem, sed & deus. Atque ille quidem impellebat ex animi sui sententia: hic verò voce cohi-
†armauit et cohibuit. buit.Eadem enim vox dextram illam †armauerat,] eòque velut imperatori deo subdita, ad illius nutum omnia peragebat, omniáque ad illius vocem exequebatur. Hæc ita considera, dixit, occîde, protinus armata est:dixit,ne occîdas,protinus exarmata est. Erant enim perfecta omnia. Post hæc deus ostēdit militem ac ducem suum orbi, illum coronatum angelorum theatro:illum sacerdotem ac regem, ense magis quàm diademate coronatum,illum trophæa gestantē, illum optimatem,illum sine conflictu victorem.Etenim nō aliter quàm si quis imperator egregium habens militem, ipso armorum gestatu,ipso statu,ipso impetu, obstupefaciat aduersariū: ita deus solo animo iusti, sola specie, solo statu cōmunem omniū nostrum hostem diabolū reddidit attonitum,& in fugam vertit. Arbitror enim illum tūc tremefactum cessisse. Iam si quis dicat, quam ob causam non passus est deus dextram tingi sanguine, ac mox eum qui mactatus fuerat, innocuum restituit? Quoniam fas non erat,deum talem recipere sanguinē, sed hæc noxiorum dæmonū mensa est.Hic verò vtrumque demonstratum est, & domini bonitas, & serui beneuolentia. Ac primum quidem Abraham egressus est Gene.12.a
è terra,tum verò ab ipsa cessit natura, vnde & sortem recepit cum vsura,idq; valde congruenter.Præoptauit enim non appellari pater, vt seruus beneuolus apparēret,vnde nō solùm pater, verùm etiam sacerdos factus est. Et quoniam reliquit sua propter deum, ideo deus cum illis largitus est,& ea quæ sunt ipsius. Itaque quum hostes insidiantur, etiam vsque ad tentationem progreditur, prodigia facturus, velut in fornace & leonibus.Cęterùm quoties imperat ipse,intra animi promptitudinem consistit iussio. Cedò, quid supererat huic insigni fortitudini? Neq; enim præscius erat Abraham quid esset futurum: neque enim cauponabatur dei bonitatem. Nam licèt esset propheta, non tamen omnia nouit propheta, vt iā superuacua fuerit mactatio, deòque indigna.Quòd si discendū erat,quòd deus ex mortuis excitare potest hominem,à vulua multò mirabilius hoc didicisset, imò potius ante hanc declarationem. erat enim fidelis.Tu verò ne tantùm admirare iustum, verùm etiam æmulare. Cúmque vides illum in tanto tumultu ac iactatione fluctuum,velut in tranquillo nauigantem, similiter & tu arripe obedientiæ ac fortitudinis clauum. Nec mihi sic loquaris, tantùm aram extruit ac rogum, sed recordare quas voces emiserit filius:tecúmque reputa, quantæ exercituum cateruæ ruerint in eum, animum illius expauefacientes, quum audiret filij vocem, patri dicentem, vbi victima? Cogita Gene.22.b
quàm multæ cogitationes mouerentur in animo eius, *non ferreis,sed flammeis lanceis armatæ, vndique pungentes illum ac penetrantes.* Quòd si nūc quoque non se continent multi,quanquam patres non sunt: quòd si etiam lachrymati fuissent complures, nisi nossent exitum,quanquam quosdam & ex his qui norunt exitum, multos conspicio lachrymantes: quid coniectandū est illi accidisse,qui illum generarat,qui enutrierat,qui illum in senectute susceperat,qui habebat vnicum,qui videbat,qui audiebat, qui mox eum erat occisurus? Quis intellectus verborum, † quæ responsionis humanitas?] † quæ fides moderatio. Iob.2.c
Quis erat qui tum intus operabatur? Diabolus,vt naturam inflammaret? Absit,imò deus vt exploraret animū iusti. Quū enim vxor Iob loquitur, diabolus operatur, talis enim erat consultrix:hic verò nihil sonat blasphemum,sed admodum piè ac circunspectè, multaq; gratia florebat in verbis, multum mel sermonum distillabat,à tranquillo placidoq; fluens animo.Hęc verba poterant, vel saxeam mollire mentem: non tamen adamantem illum subuerterunt,imò ne concusserunt quidem. Neque dixit, patrem appellas, qui paulò pòst pater tuus futurus non est, qui iam hoc honoris perdidit. Sed quā ob causam puer interrogat? Non hæc erat vulgaris curiositas, nec aliena cognoscendi studium, sed anxius erat super his quæ instabant. Reputabat enim, si noluisset pater ipsum esse consortem eorum quæ gerebantur, haud quaquam seruis deorsum manere iussis ipsum solum sibi adiunxisset.Atque ob id sanè quum soli essent, tum demum illum percōtatur, quum nemo loquentium voces exaudiret. Hæc erat filij prudentia. An non igitur incalescitis viri simul & mulieres? An nō vnusquisque vestrum animo cōplectitur,& exosculatur hunc puerum? admiratur prudentiam? veneratur

pietatem?

pietatem:cuius præsidio, etiam tum quum colligaretur ac busto imponeretur,non expauit,non resiliit,non patrem velut insanientem contempsit,sed vinciebatur,tollebatur,& imponebatur,cuncta silentio perferens,non aliter quàm agnus quispiam: Quin potius tanquam cõmunis omnium dominus,quandoquidem & illius imitabatur mansuetudinem ac figuram seruabat,qui velut
Esaiæ.53.c ouis ad occisionem ductus est, & velut agnus corã tondente obmutescens. Attamen loquutus est hic: nam & dominus illius loquutus est. Quo modo igitur mutus? hoc est nihil dixit audax,nihil asperum,sed placida mã suetáque omnia,ipsáque verba mansuetudinem potius declarabant,quàm silentium:quemadmodum & Chri
Ioan.18.c stus dixit, Siquidem malè loquutus sum, testimonium perhibe de malo: sin bene,cur me cædis? magísque declarauit suam mãsuetudinem quàm si tacuisset. Et quẽadmodum hic patri ab ara,ita ille patri de cruce loqui-
Luc.23.c tur: Pater, condona illis, nesciunt enim quid faciunt.
Gene.22.b Quid igitur patriarcha? Deus prouidebit sibi ouem filiin holocarposin.Ambo naturæ nominibus vtuntur:ille patrem appellat,hic filium:& vtrinque graue bellum excitatur. ac magna quidem erat tempestas, at naufragium nequaquam, eo quòd philosophia vincit omnia. Deinde simul atq; audiuit deum, nihil postea loquutus est,nec amplius erat curiosus:adeò sapiens erat puer,& in ipso ætatis flore. Vides quot hic rex vicit exercitus? quot hostes vrgentes?Neque enim perinde formidabiles erant barbari, quum Hierosolymorum ciuitatẽ frequenter adorirentur,vt harum rerum cogitationes ipsum vndiquaque obsidentes: Verùm hic superauit omnia.Sed vis etiam sacerdotem videre?Nõ procul abest exemplum. Etenim quum vides illum ignem tenẽtem & gladium,arãq; astantem, quid iam dubitas de sacerdotio:Quòd si libet etiam victimam cernere, vide geminam:obtulit filium,obtulit pecudem, imò super omnia suum ipsius animum : ac pecudis quidem sanguine dextram,filij verò cæde sanctificauit animam.Hoc pacto sacerdos electus est,sanguine vnigeniti & immolatione agni.Nam & sacerdotes purificabantur sanguine
Ioan.8.g victimarum quæ deo offerebantur. Vis iam & prophetam videre:Abraham pater vester exultauit,vt videret diem meum:vidit,inquit,& gauisus est.Sic & tu in baptismo rex efficeris,& sacerdos,& propheta. Rex quidẽ omnibus prauis actionibus humi prostratis,& interfectis peccatis, Sacerdos autem dum seipsum offert deo,
2.Tim.2.b dumq; immolat corpus suum, mactatq; seipsum. Nam si,inquit,mortui fuerimus illi, viuemus etiam cum illo. Propheta verò dum futura discit,& deo affiatus redditur,atque obsignatur. Quemadmodum enim militibus signum,ita fidelibus inditur spiritus, vt si deseras ordinem, conspicuus sis omnibus. Iudæi quidem habebant pro signaculo circũcisionem,nos verò pignus spiritus. Hæc igitur intelligentes,perpensa dignitate nostra,dignam dono dei vitam exhibeamus, vt vẽturi seculi regnum consequamur:quod omnibus nobis cõtingat assequi gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, qui cum & per quem patri gloria, simul cum sancto spiritu nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

Homilia IIII.

EGo verò testem deum invoco in animam meam, quòd vobis parcens non amplius venerim Corinthum. Quid ais beate Paule, vt parceres illis, non venisti Corinthum?Num igitur nobis hic inducis sermonem secum pugnantem? Dixeras enim paulò antè te ideo non venisse, quòd non secũdum carnem cogitares,neque teipsum in tua haberes potestate, sed quòd vbiq; spiritus arbitrio circunagereris.Tum & afflictiones in medium adducebas.Hic contrà,ais tuæ potestatis esse quòd non veneris,non iam arbitrij spiritus. Sic enim loqueris, parcens vobis non veni Corinthum. Quid igitur dicendum est? an quòd hoc etiam ipsum spiritus fuerit,atque ipse quidem venire voluerit, cæterùm spiritus illum ne veniret retraxerit, suggerens illi vt illis parceret? an de alio quopiam aduentu loquitur, illud significans quod priusquam priorem scriberet epistolam venire voluerit, sed sese propter charitatem cohibuerit,ne offenderet nondum corrigibiles? Probabile est autem, etiam post illam epistolam, spiritu iam non amplius vetante,hanc ob causam suapte voluntate mansisse:quod magis est opinãdum, videlicet quòd initiò quidem spiritus obstiterit : mox quum & ipse secum expẽdisset hoc esse melius, quòd remansserit.At tu interim considera, vt denuò sui memor est, illud assiduè dicens, non desinã ab his quæ mihi contraria sunt commendari. Quoniam enim consentaneum erat,& illud eos suspicari ac dicere:Ideo noluisti venire,quòd oderis nos: ostendit diuersum quiddam fuisse in causa,nimirum ob id noluisse venire,quòd diligeret illos, Sed quid est quod ait, parcens vobis? Additum est mihi,inquit, quosdã apud vos stupro inquinatos esse, eóque venire nolui ne vos contristarem.Siquidem necesse fuisset,si adfuissem examinare negocium,persequi & punire,atque à multis pœnam exigere.Itaque satius duxi abesse, dareque pœnitentiæ locum , quàm si præsens persequutus fuissem, ac magis exacerbassem malum. Nam sub illius epistolę finem obiter hoc apertè declarat,dicens: Timeo, ne quo pacto si venirem, humiliet *Infra.12.g* me deus apud vos, lugeámque multos qui prius peccauerunt, nec egerunt pœnitentiam super intemperantia & immundicia quam patrarunt. Hoc igitur & hic indicat, atque id quidem ita indicat, quasi semet excuset: cæterum re vera vehementer obstringit illos ac terrorem incutit. Significauit enim illos,licèt eis parcat, pœna dignos esse, atque etiam aliquid mali passuros, nisi properè corrigerentur. Quod ipsum item sub epistolæ finem indicans, Si denuò, inquit, venero, non parcam: nisi quòd illic hoc dicit apertius, hic quoniam erat proœmium, idem sed aliter dicit videlicet circũspectius.Ac ne id quidem satis est,verùm hoc ipsum quod dixit rursum mitigat, correctione vsus. Quoniã enim sermo erat veluti magnam ostentantis potestatẽ: nam parcit quis illis in quos habet & puniẽdi ius:hoc ipsum leniens, quódque videbatur asperius adumbrans, ait: *Infra.13.a*

Non quod dominemur vestræ fidei: Hoc est,non eo hoc dixi,me vobis parcentem non venisse,quòd dominer vobis:nec dixit,vobis,sed,fidei, quod simul & mitius erat & verius. Nam qui nolit credere, quis habet cogendi ius? *Sed adiutores sumus gaudij vestri.* Quoniam,inquit, gaudium vestrum idem nostrum est,ideo non veni,ne vos coniicerem in mœrorem,animique mei angorem augerem, sed remansi vt minis meis correcti gauderetis:quando nihil non facimus gaudij vestri gratia,& in hoc studio incumbimus, eo quòd illius fimus participes. *Nam fide statis.* Vide rursus vt moderatè loquitur. Veretur rursus illos attingere, quòd in priore epistola taxasset illos acriter. Quoniam autem nõnullam mutationis speciem de se præbuissent, ea res erat illorum animos deiectura,si quã essent mutati,rursus eandem obiurgationem sustinuissent.Hãc ob causam hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.II. epistola longè mitior est superiore. *Statui autẽ hoc apud me, non iterum in mœrore venire ad vos.* Quòd ait, iterum, indicat illum iam ab illis fuisse contristatum. Cæterùm quum videatur excusare sese, clàm illos taxat. Quòd si iam contristarant, & rursus erant contristaturi, cogita quanta fuerit illorum improbitas. Verùm hoc non dicit, contristastis me, sed alia ratione rem aggreditur, tacitè innuens, quum ait, ob hoc non veni, ne contristarem vos. Quod dixit eandem cum illo vim habet, sed acceptabilius est. *Quòd si ego contristo vos, quis est qui me lætificet, nisi is qui contristatur ex me?* Qualis est hæc cõsequentia? Maxima sanè. Rem ita considera. Noluj, inquit, ad vos venire, ne vos amplius contristarem, increpãs, indignans, auersans: deinde quoniam & hoc ipsum erat vehementius, & illorum cõtinebat accusationem, si sic res habebant, vt Paulus si venisset, contristandus esset, correctione vsus ait: Nam si ego contristo vos, & quis est qui lætificet me, nisi is qui contristatur ex me? quod autem sentit, sic habet: Quod si etiam in mœrore futurus essem, coactus obiurgare vos, ac videre mœrentes: tamen hoc ipsum lætificaret me, quod summæ dilectionis argumentum sit, tanti me à vobis fieri, vt mordere valeam animos vestros auersando. Vide autem apostoli prudentiam. Quum enim iustum esset vt discipuli quum increpantur, doleant, sentiántque reprehẽsionis molestiam: sic illos inducit, quasi in hoc gratificentur. Nullus, inquit, me perinde lætificat, atque ille qui meis verbis dum contristatur, ad meliora conuertitur, dum me videt ſratum. Quanquam consequens erat vt diceret, Nam si ego contristo vos, & quis est qui vos possit lætificare: non tamen hoc dicit, sed inuertit interim illos deliniens, ac dicens, etiãsi contristo vos, tamen gratiam in hoc mihi præstatis maximam, quòd mea verba mordeant animos vestros. *Et scripsi vobis hoc ipsum.* Quid nam: me ob hoc ipsum non venisse, quòd vobis parcerem. Quando scripsit: In epistola priore quum diceret, Nolo vos nunc in transitu videre: Equidem non arbitror, sed in eadem epistola quum ait, Ne si venero, rursus deus humiliet me apud vos. Hoc ipsum, inquit, scripsi circa finem epistolæ, Ne si venero humiliet me deus meus, & lugeam multos eorum qui antè peccauerunt. Sed quare scripsisti? *Vt ne quum venero, tristitiam habeam ab his, à quibus oportebat me gaudiũ consequi: confisus de omnibus vobis quòd meum gaudium, gaudium sit omnium vestrum.* Quoniam dixerat, gaudeo vobis dolentibus, idque vi debatur etiam durius atque asperius esse: rursum illud in diuersum retorsit, mollitq; his quæ subiecit. Propterea inquit, scripsi vobis, vt cum gaudio reperiã vos correctos: eóque dixeram, vt non contrister, non meum spectans cõmodum, sed vestrum. Noui siquidem quòd si videritis gaudentem, gaudetis: & si videritis dolentem, doletis. Itaque vide iam rursum ab initio eorum quæ dicta sunt congruentiam. Nam hoc pacto sermo vobis fuerit intellectu facilior. Non veni, inquit, ne cõtristarem vos, si veniens inuenissem vos incorrigibiles. Id autem feci, non mea ipsius causa, sed vestræ vtilitatis respectu, Nam ego dum vos contristamini, gaudium habeo non mediocre, quando conspicor vobis tantam esse mei curam, vt me indignante & mœreatis & doleatis. *Quis est qui lætificat me, nisi qui cõtristatur ex me?* Attamen quanquam hoc essem animo, quoniam vestrum specto commodum, scripsi vobis hoc ipsum, ne contristarer: atque hìc rursus, non ad me spectans, sed ad vestram vtilitatem. Noueram enim futurum, vt vos quoq; contristaremini, si me tristem conspiceretis, quéadmodum & gaudetis, quum gaudentem cernitis. Vide igitur prudentiam. Dixerat, ne vos contristem non veni, & tamen gaudeo, inquit. Deinde ne videretur illis dolẽtibus gaudere, hactenus, inquit, gaudeo vos obiurgatione perstringens. Nam ob alterum contristor, quum sic amantes cogor mœrore afficere, non solùm ob id quòd vos increparem, sed quòd ipse simul essem in mœrore, & hac de causa vos rursum contristaremini. Considera verò, quo modo huic quoque dicto laudem admiscuit, dicens, à quibus oportebat me gaudio affici. Nam hic est sermo testimonium perhibẽtis illorũ synceritati, & singulari charitatis affectui: quasi quis loquatur de filiis in quos multum beneficiorum contulisset, & circa quos plurimum laborasset. Itaque si propterea hæc scribo, nec venio: magnæ cuiusdam dispensationis gratia non venio, non odio habens neq; auersans, sed magnopere diligẽs. Ad hæc quoniam dixerat se dolentem gaudere, ne dicerent, hoc ipsum curas vt gaudeas, declaresq; cunctis quantùm valeas, subiunxit: *Ex multa enim afflictione & cordis anxietate scripsi vobis per multas lachrymas, non vt contristaremini, sed vt cognosceretis charitatem quam habeo abundantius erga vos.* Quid hoc animo amicius? Quandoquidem declarat se nihilominus doluisse, quàm eos qui peccauerant, imò amplius. Non enim solùm dixit, ex afflictione, sed addidit, ex multa. neque dixit, per lachrymas: sed, per multas lachrymas, atque ex anxietate cordis: hoc est, præfocabar, strangulabar præ doloris magnitudine, nec amplius ferebam doloris immensum cumulum. Scripsi vobis non vt cõtristaremini, sed vt cognosceretis charitatem, inquit, quam habeo abundantius erga vos. Atqui sermonis tenor postulabat vt diceret, non vt contristaremini, sed vt corrigeremini: quandoquidẽ & ob hoc ipsum scripsit. Verùm non hoc dicit, sed potius edulcans sermonẽ & ad vehementiorem charitatis flagrantiam illos alliciens, hoc illius loco ponit, declarans se cũcta dilectionis gratia facere: nec simpliciter dixit, charitatem, sed addidit, quam habeo abundantius erga vos. Cupit etiã illos & hac ratione pellicere, dum declarat quòd præ cæteris omnibus eos diligat, quodq; erga ipsos affectus sit, vt erga discipulos eximios: eóque dicit, Etsi aliis nõ sum apostolus, at sanè vobis sum. Etsi multos habeatis pædagogos, non multos tamen patres. Ac rursum, In multa gratia conuersati sumus in mũdo, abundantius autem erga vos. Ac progressus dicit: & abundãtius vos diligens, minus diligor. Hìc item, quam habeo abũdantius erga vos, vt etiamsi verba plena fuissent iracũdiæ, tamen ea ira ex vehementia amoris ac doloris proficisceretur. Etiam quum scriberem epistolam, cruciabar dolebámque, non tantùm ob id, quòd peccatum esset admissum, verùm quòd compellebar vos afficere dolore: sed hoc ipsum ex amore nascebatur, Non aliter quàm si quis filium habeat legitimum, & vnicè charũ, cui sit vomica, dum cogitur illũ secare & vrere, vtriusque nomine cruciatur, & quòd ægrotat filius, & quòd compellatur illum secare. Itaque quod vobis videtur odij signum, argumentum est flagrantissimę charitatis. Quòd si contristare quempiam ab amore venit, multò magis lætificare tristem, charitatis est. Excusat igitur seipsum, idq; facit frequẽter, nec erubescit. Etenim si deus id facit, dicens: Populе meus quid feci tibi: multò magis id decet facere Paulum. Ergo postquam excusauit seipsum, iamq; aggressurus esset excusationem illius qui stupro fuerat contaminatus, ne distorquerentur quasi cõtrariis iussis vrgerẽtur, & aduersus ipsum cõtenderent,

1.Cor.16.b

Infra.12.g

1.Cor.9.a

Ibid.4.d

Supra.1.c

Infra.12.c

Mich.6.a

propterea

Universidad de Deusto
Biblioteca

propterea quòd idem esset, qui tum illi indignabatur, & nunc iubet absolui. Vide quo pacto ad causam hanc tractandam præparauit rationem, partim ab his quę dicta sunt, partim ab iis quæ dicentur. Quid enim ait?

Si quis contristauit, non me cõtristauit. Primum hoc laudis ponit eo. Illis tribuit, quòd iisdẽ gaudeant ac doleant, tum demum iniicit hac de re sermonem: cum prius di-

Hic sup. a xisset, Meum gaudium, omnium vestrum est gaudium. Quod si vero gaudium omnium vestrum est gaudium, oportet vos & nũc mecum delectationem capere, quẽadmodum & tunc mecum doluistis: per eadẽ enim lætificati estis per quæ fueratis contristati: & per quæ gaudetis, nũc exhilarati idem facite. Nec dixit meus dolor est omnium vestrum, sed hoc alibi molitur: nunc quod præcipue oportet posuit, videlicet gaudium, cum ait, meum gaudium omnium vestrum est. Deinde & superiorum meminit, dicens: *Quòd si quis contristauit, non me* B *contristauit sed ex parte, ne grauẽ vos omnes.* Scio, inquit, quòd mecum irati fuistis, mecumq; indignati ei qui stuprum admiserat, quòdq; acciderat, ex parte vos omnes cõtristauerat: atque ideo dixi, ex parte, non quòd vos minus indignati fueritis, quàm ego, sed ne degrauẽ illum qui stuprum patrauit: itaque non me tantum contristauit, sed pariter & vos. Licet parcens ei dixerim, ex parte. Vides vt protinus illorum laxauit animos, declarans illos fuisse consortes indignationis? *Sufficit eiusmodi homini hæc obiurgatio quæ facta est à pluribus.* Non dixit, ei qui stuprum admisit, sed iterum dicit eiusmodi, quemadmo-

1.Cor.5.a dum in priore epistola, licet non eãdem ob causam, sed illic quidem erubescens, hic vero parcens: eóq; nequaquam amplius meminit peccati, quòd iam esset excusandi tempus, *vt contrà potius condonetis & cõsoleminime quæ sit,* C *vt abundantiore tristicia absorbeatur huiusmodi.* Non enim solum iubet remitti increpationem, verumetiam ad priorem statum reuocat. Nam si quis flagellis cęsum dimittat tantum, nec deliniat, nihil agit. At vide vt rursus & illum premit, ne indulgentia fiat deterior. Quanquam enim confessus erat facti pœnitens, tamen ostendit, ꝙ non perinde ex pœnitentia atque ex condonatione cõsequatur remissionem: eoq; dicit, vt condonetis & consolemini. Idem vero declarat & id quod sequitur. Non enim quòd dignus sit, neque quòd sufficiẽtem exhibuerit pœnitentiam, sed quòd infirmus sit, ideo, inquit, dignor illum venia: vnde & adiecit, Ne abundãtiore tristicia absorbeatur eiusmodi. Cæterum hic sermo declarat illius vehementem pœnitentiam, quem Paulus non passus sit in desperationem venire. Sed quid est illud, ne absorbeatur? Ne hoc faciat quod fecit Iudas: aut si viuat, fiat seipso deterior: aut si resilierit, inquit, non ferẽs D amplius ex prolixa obiurgatione molestiam, etiam desperans, quòd sæpe fit, aut ad laqueum, aut ad maiorem iam perueniat maliciam. Occupandus est igitur, ne vulnus fiat acerbius, neque quod recte fecimus, insolentia perdamus. Hæc autem dixit, illum, quemadmodum dicere cœperam, simul cohibẽs ad modestiam, simul eruditens ne post absolutionem fieret incogitantior: non enim iam vt perfectũ qui se lauerit, sed metuẽs ne quid graui° admitteret, ita, inquit, illũ recepi. Qua ex re docemur, quòd non solum ad peccatorum naturã, verum etiam ad mentem habitumque peccãtium oportet moderari pœnitentiam, quod ipsum tum faciebat Apostolus. Metuebat enim illius infirmitati, eoq; dixit ne deuoretur, ac veluti sub noxia bestia, velut in tempestate, velut in procella. *Quapropter obsecro vos.* Non tam imperat dum obsecrat, non tanquam præceptor, sed velut æqualis, & illis in sede iudiciaria collocatis, seipsum ponit in loco patroni. Quoniam enim ex animi sententia confecerat quæ volebat, supplicatione præ gaudio insatiabiliter est vsus. Sed agẽ, quid est quod obsecrat?

Vt vincat in illum charitas: Hoc est, vt confirmetur, neque id simpliciter, aut vtcunque inciderit, sed efficaciter. Atque hoc dictum rursus declarat illorum summã virtutem, si qui tantopere dilexerant eum, & applauserant, vt super illo etiam inflarentur, eundem adeo fuerunt auersati, vt tanto studio Paulo laborãdum fuerit, vt in illum valere sinerẽt charitatem: quorum alterum erat virtus discipulorum, alterum virtus præceptoris: quòd illi tam tractabiles fuerint, quódque hic illos ita composuerit. Quod si nunc quoque fieret, haudquaquam peccatores absque sensu sui peccarent. Nec enim simpliciter oportet amare, neque sine vlla ratione quenquam auersari. *In hoc siquidem scripsi vobis, vt cognoscerem probationem vestram, an ad omnia sitis obedientes. Non tantum in resecando, verum & in conciliando.* Vides vt rursus illis ingerit periculum. Quemadmodum enim illic eum peccasset ille sollicitos reddebat, nisi resecarent pecca- *1.Cor.5.&* torem, dicens: Exiguum fermentum totam conspersio- *Gal.at.5.b* nem fermentat, aliáque complura: ita hic rursus illis inobedientiæ metum iniicit, tantum non dicens: Quemadmodum tunc non pro illo, sed & pro vobis: ita nunc non pro illo magis quàm pro vobis ipsis est vobis cõsultandum, ne videamini contentiosi & inhumani, nec in omnibus obedientes: eoq; dicit, In hoc enim etiam scripsi vobis vt cognoscerem probationẽ vestram, nũ ad omnia sitis obedientes. Siquidem illud videri poterat inuidiæ ac malignitatis: sed hoc maxime declarat puram vestram obedientiam, si ad humanitatem estis alacres promptiq;. Quandoquidem hoc est proborũ discipulorum, non solum reiectionem imperanti, sed etiã contraria iubenti obtemperare, vnde dixit, Ad omnia: significans ni obedierint, futurum vt non tam illum q̃ seipsos dedecorarent, conflata sibi pertinaciæ suspicione, videlicet hoc agens, vt hinc quoque stimulet eos ad obedientiam. Atque ideo dicit: In hoc enim scripsi vobis. Quanquam nõ in hoc scripserat, sed ideo sic loquitur, vt illos alliceret. Nam præcipua erat causa, vt illum qui peccauerat seruaret, sed hinc sic illis gratificatur, vt nemini noceat. Cæterũ quòd ait, ad omnia, rursus collaudat illos, renouans memoriã prioris illorũ obediẽtiæ, eámq; reuocans in medium. *Cui autem aliquid condonatis, & ego.* Vides vt rursus sibi sumit posteriores, illos quidem negocij duces, se vero comitem ostendens, quorum alterum lenit animum exasperatum, alterũ remollit pertinaciter obsistentem. Mox ne redderet illos elatos, quasi huius negocij authoritas penes ipsos esset, itaque fieret vt non absoluerẽt hominem, rursus adigit illos ad hoc, dicens se quoque illi condonasse. *Nã & ego si quid donaui, propter vos,* inquit, *feci.* Et quemadmodũ cum iuberet hominem resecari, non passus est penes il- *1.Cor.5.b* los esse authoritatem condonandi dicens, Decreui tradere eiusmodi satanæ: ac rursus assumpsit illos in eius *Ibidem.* sententiæ consortium dicens, Congregatis vobis tradere illum: duas res maximas accurans, vt & proferretur sententia, & ne id fieret absque illis, ne videretur hic illos hoc facto lædere. Ac neque solus eam pronunciat, ne videretur Apostolus esse præfractus, ipsosq; contemnere: neque illis totum permittit, ne permissa illis potestate dimitterent eum qui peccarat, intempestiue illi condonantes: itidem & hic facit, dicens: Ego iam cõdonaui, qui in priore epistola condemnaram: mox ne offenderentur

Universidad de Deusto
Biblioteca

derentur quasi cõtempti,addit,propter vos. Quid igitur?num propter homines ignouit?Nequaquam:ideóq; adiecit, *In facie Christi.* Quid est,in facie Christi? Aut secundum deum intelligit, aut in gloriam Christi.

Ne circũueniamur à Satana. Neque enim illius cogitationes ignoramus. Vides vt simul illis & permittit authoritatem, & rursus eam adimit,vt altero quidem illos deliniat, altero illorum impudentiam excutiat. Cæterum non hoc solum hic agit,verumetiam illud,vt demonstret, commune omnium incommodum esse,si minus obedirent.

1.Cor.5.b & Gal.5.b Quod idem fecit in initio.Nam tum dicebat,Exiguum fermentum totam conspersionem fermentat: hic rursum, Ne circũueniamur à Satana: breuiter vbique suam pariter & illorum facit condonationem. Sed rem ab

Hic sup.b initio considera: Si quis,inquit,contristauit,non me cõtristauit,sed ex parte,ne grauem omnes vos.Mox iterũ: Sufficit eiusmodi increpatio hæc,quæ fit à plurib⁹. Hoc est illius suffragium & sententia. At non perstitit vsque ad decretum & pronunciationem,sed rursus illos facit socios,dicens: Vt contrà potius vos donetis & consolemini,propterea obsecro vos, vt vincat in illũ charitas. Rursus postquam in illos contulit totius negocij authoritatem,ad suam transit authoritatem,dicens:In hoc e-

Ibidem.c nim & scripsi vobis,vt cognoscerem probationem vestram,an ad omnia essetis obedientes.Deinde rursus illorum facit gratiam, dicens, Cui autem aliquid donatis:mox facit suam,cum ait, & ego si quid donaui propter vos.Rursus & suam & illorum, Nam & ego,inquit, si quid donaui propter vos, donaui in facie Christi,aut in gloriam Christi, aut tanquam & hoc iubente Christo:quæ res illis potissimum persuadebat, vt condonarent, propterea quòd iam metuissent non condonare causam quæ cederet in Christi gloriam, quæq; illi probaretur. Rursus commune malum si minus obediant, exprimit dicens,Ne circunueniamur à Satana. Recte dixit πλεονεξίαν, hoc est,vsurpationem vltra iustum.Non enim iam sumit sua, sed nostra rapit. Ne vero mihi ita loquaris:solus hic fit præda bestiæ: sed & illud considera,quòd gregis numerus imminuitur,nunc maxime,dũ potest quod amiserit recuperare. *Neque enim cogitationes illius ignoramus:* Videlicet quòd sub pietatis specie perdit. Non enim solum illiciendo ad stuprum,verum & diuersa ratione potest exitium adferre,puta,immodico pœnitentiæ dolore.Proinde cũ simul cum suis & nostros vsurpet,dum & ad peccandum incitans perdit,& nobis ad pœnitentiam prouocantibus, rapit, an nõ res est vltra ius alieni vsurpatio? Nec enim illi satis est per peccatum deiicere, sed idem facit per pœnitentiam, ni aduigilemus: vnde & merito vocat pleonexiã,quoties vincit etiam per nostra. Nam per peccatum vsurpare, proprium illius est:non item per pœnitentiã, quòd hæc nostra sunt arma,non illius. Cum igitur & hinc possit arripere,cõsidera quàm turpiter vincemur, quo modo vt imbecilles ac miseros deridebit, atque incursabit, si nostris nos armis aggressurus est. Nam vehementer ridiculum est, atque extremi dedecoris, illum per nostra remedia,procurare vulnera.Eóq; dixit: Nõ enim illius cogitationes ignoramus,vafriciem eius,dolositatẽ,molitiones,maliciam, sub pietatis imagine factos incursus

Morale. declarans. Hæc igitur nos reputantes, neminem despiciamus vnquam,nunquam peccãtes desperemus,aut contrà simus incogitantes, sed affligamus animum vbi deliquimus,nec simpliciter effundamus verba. Nã ipse noui permultos, qui dicunt quidem se lugere peccata, cum interim nihil præclari faciant:Sed ieiunant quidẽ, A asperis vestibus induuntur:cæterum appetentiores sunt pecuniarum quàm caupones & negociationes exercẽtes,magis vincuntur iracundia quàm feræ,magisq; gaudent aliorum accusationibus, quàm alij suis laudibus: Non est hæc pœnitentia. Imago tantũ est & vmbra pœnitentiæ, non pœnitentia. De his itaque recte dicetur, Prospicite ne vsurpemur à Satana:neque enim illius cogitationes ignoramus.Alios enim per peccata,alios per pœnitentiam perdit, rursus alios perdit dum non sinit illos vllum ex pœnitentia fructum capere.Etenim dum nõ inuenit, quo pacto recta via perdat, alia ingreditur via,labores quidem intendens,fructibus autem spoliãs, eósq; persuadẽs,quasi totum recte peregerint, vt iam reliqua negligãt. Proinde ne nosipsos temere laceremus, paucis aduersus huiusmodi fœminas disseramus.Siquidem hic morbus præcipue fœminarum est.Bonum quiB dem est & hoc quod nunc fit ieiunium,humi cubitus ac cinis: verum ni cætera accesserint, nulla fuerit vtilitas. Demonstrauit deus quo modo remittat peccata.Quid igitur illa relicta via,alteram vobis eligitis? Peccauerãt olim Niniuitæ, eademq; fecerunt quæ vos nunc facitis, sed inspiciamus quæ res illis fuerit vsui. Quemadmodũ enim ægrotantibus multa adhibent medici,verum qui sapit non eò spectat, hoc an illud fecerit qui morbo laborat,sed quid profuerit illi:Sic & hic spectandum est, quid iuuerit illos barbaros. Adhibuerunt ieiunium vulneribus, & acre ieiuniũ adhibuerunt, humi dormiebãt, sacco vestiebantur,cinerem & fletus adhibebant, vitęq; mutationem. Inspiciamus igitur quid horum reddiderit illos sanos.Et quo modo,inquies,sciemus?Si ad medicum accedamus, si ipsum interrogemus. Non enim celabit nos,quin poti⁹ omnino dicet: Imò ne quis per-
C contari *opus habeat,perscripsit etiam quid illos à morbo erexerit. Quid igitur est illud? Vidit, inquit, deus q* *Ionæ.3.d* *illorum vnusquisq; sese auertisset à via sua mala,ac pœnitentiam egit super malis quę dixerat se facturum illis.* Non dixit,vidit ieiunium,saccum & cinerem. Nõ hæc loquor vt tollam ieiuniũ, absit hoc, sed hortor vt vnà cum ieiunio,quod melius est faciatis,hoc est, vt ab omni malicia abstineamus. Peccauit & Dauid. Videamus *2.Regn.d* igitur,quo modo & hic egerit pœnitentiam. Triduum desedit in cinere. Quanquam hoc non fecit pro peccato,sed pro puero,adhuc affectu in illum ebrius. Sed peccatum alia ratione absterfit,videlicet submissione,cordis contritione,animi compunctione, denique cauendo ne in eadem relaberetur,præterea quòd iugiter memor esset sui peccati, quòd grato animo ferebat quicquid incurrebat afflictionis, quòd parceret his à quibus
D molestia afficiebatur, quòd non solum nõ vlcisceretur insidiantes, verumetiam hoc facere volentes vetuerit. Cũ illum Semei innumeris probris aspergeret, ac dux *2.Regn.d* qui præsens aderat indignaretur, Sine,inquit,illum deuouere me,quoniam dominus præcepit illi.Habebat enim cor contritum & humiliatum, quod maxime absterfit illius peccata.Nam hæc est cõfessio, hæc est pœnitentia. At si ieiunantes elati simus,nõ solum nihil capimus vtilitatis,verumetiam damno afficimur. Submitte igitur & tu cor tuum vt deum tibi concilies. Propè est *Psal.33d* enim dominus his qui contrito sunt corde. Nõnne vides vt qui in splendidis domibus ab honore submoti sunt, nec inferioris notæ famulis conuiciantibus respõdent,sed tolerant,ob ignominiam, qua sepsit illos peccatum?Itidem fac tu quoque. Vbi quis te cõuiciis incessit,ne exacerberis,sed ingemisce, non ob iniuriam, sed ob peccatum quod te coniecit in ignominiam.Ingemisce cum

sce cum peccas, non quòd es castigandus: nam id quidem nihil est, sed quòd offenderis dominum tuum vsq; adeo mansuetum, qui sic te amat, sic inhiat saluti tuæ, vt & filium tradiderit pro te: propter hæc suspira, idq; facito iugiter. Hæc enim est confessio: non nunc quidem hilaris, postero die tristis, deinde rursus hilaris, sed iugiter in luctu perseverato, & in affligendo temetipsum.

Matt.5.a Beati enim, inquit, qui lugent, hoc est, qui iugiter hoc faciunt. Persiste igitur in hoc luctu, & tibi instans & conterens animam tuam, non aliter quàm si quis lugeat legitimum ac minime degenerem filium amissum. Scin-

Ioel.2.c dite, inquit, corda vestra, & nō vestimēta vestra. Quod autem confractum est, nequaquam sarcietur: quod cōtritum, nequaquam resurget. Ea propter, alter ait, Scin-

Psal.50.d dite: alter dicit, Cor contritum & humiliatum deus nō despiciet. Et si fueris sapiens, & si diues, & si potens: dilacera cor, ne sinas illud sublimes tollere spiritus, neq; inflari. Quod enim discerptum est, non inflatur: & si quid esset quod extolleret, conuulsio non sustinet inflationē. Ita tu quoque sis animo demisso, cogitans quòd publi-

Luc.18.c canus ille vnico verbo iustificatus est, quanquam non erat illa animi modestia, sed vera cōfessio. Quòd si hæc tantum valet, quanto magis animi submissio? Ignosce peccata iis qui in te peccauerūt. Nam & hæc res remittit peccata. De priore quidem ait: Videbam quòd incede-

3.Reg.21.g ret tristis, & sanaui vias eius. Hoc autē, in Achaab placauit iram dei: inde altero vero legitur, Remittite, &

Luc.6.f remittetur vobis. Est alia via remedium hoc adferens nobis, videlicet detestatio peccatorum: Dic tu peccata tua

Esa.43.d prior, vt iustificeris. Iam & hoc diluit peccata, si in rebus aduersis agas gratias, sed omnium præcipua est eleemosyna. Numera nunc remedia quæ medentur tuis vulneribus, omniaq; semper appone, humilitatem, confessionem, *oblitionem acceptarum iniuriarum*, in aduersis gratiarum actionē, egentibus & pecunia, & officio subueniendi studium, assiduam precationem. Hoc modo

Luc.18.a vidua crudelem & immitem iudicem propicium reddidit. Quòd si illa sibi conciliauit iniquum, multo magis tu conciliabis mansuetum. Est & alia præter has via,

Esa.1.c vt adsis his qui iniuria afficiūtur. Iudicate, inquit, orphano, & iustificate causam viduæ, & venite huc, & disputemus. Et si fuerint peccata vestra, vt phœniceum, vt niuem dealbabo. Quid igitur erit nobis excusationis, si cum tot habeamus vias in cœlum ducentes, tótq; pharmaca quæ nostris medentur vulneribus, etiam post lauacrum in hisdem perseueremus? Ergo ne persistamus, sed qui nondum lapsi sunt, in sua permaneant pulchritudine, aut potius magis ac magis excolant illam. Nam etsi nulla reperias delicta, tamen hæc benefacta, augent animi pulchritudinem. Nos vero qui in multis deliquimus, his quæ commemorauimus, vtamur ad correctionem, vt ad tribunal Christi multa cū fiducia sistamur, quam nobis omnibus contingat assequi, per gratiam & bonitatem domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto gloria, imperium, honor, nūc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia quinta.

CVm autem venissem Troadem in euangelium Christi, & ostium mihi apertum esset in domino, non habui requiem spiritu meo, eo quòd non reperissem Titum fratrem meum. Hic sermo videtur quidem Paulo indignus, siquidem ob fratris absentiam tātam deseruit salutem, quin & tenor orationis videtur inabsolutus. Quid igitur vultis? vt ostēdamus quòd nihil se dixerit indignū, an vt doceamus quadrare sermonis tenorem? Mihi placet vt posterius hoc prius demonstremus. Nam hoc pacto fiet vt & illud alterū nobis facilius reddatur ac manifestius. Quo modo igitur hæc cohærent cum superioribus? Recordemur illorum quæ præcesserunt, & quo modo quadrent, intelligemus. Quæ nam igitur erant quæ dixerat initiò? Nolo, inquit, vos ignorare de affli- *Sup.1.b* ctione quæ nobis accidit in Asia, quoniam supra modū grauati sumus vltra vires. Cūmq; declarasset quō modo fuisset liberatus, & quæ in medio sunt interiecisset, necessario redit ad hoc, vt doceat quo modo & aliter afflictus fuisset. Quo modo igitur & quo pacto? ob id q̄ nō repererit Titum. Graue siquidem per se est ac dignū ob quod quis vitam abiiciat, vel tentationes sustineat. Cæterum si absit consolator, qui possit onus vnà ferre, grauior fit tempestas. Porrò Titus hic ipse erat, quem in progressu epistolæ dicit à Corinthiis ad se missum, & *Infra 7.* de quo multas magnásq; laudes deprędicat, quem eun- *6.8.* dem ait se ab se ad illos dimisisse. Proinde volens ostēdere, quòd hac quoque in parte propter ipsos fuisset afflictus, hæc locutus est. Ex his igitur liquet hunc sermonem cum superioribus cohærere. Iā quòd nihil hic Paulo sit indignum, conabor demonstrare. Non enim dicit, quòd Titi absentia obstiterit saluti eorū qui fuerant ad euangelicam accessuri fidem, neque quòd hanc ob causam neglexerit eos qui crediderant, sed quòd non habuerit requiem, hoc est quòd afflictus sit, discruciatus sit, ob fratris absentiam: declarans quanti momenti sit abesse fratrem, eáq; gratia decesserit illinc. Sed quid est quod ait: *Cum venissem Troadem ad euangelium?* Nō simpliciter dicit, aduenì, sed, vt prædicarem euangelium.

Attamen etiam cum ob id venissem, ac reperissem ingens negociū, quòd ostium mihi magnum apertum esset in domino, non habui, inquit, *requiem.* Haud tamen ea res interrupit quod agebatur. Quo modo igitur dicit, dicto illis vale discessi, hoc est, non ibi moratus sum diutius, angustia loci laborans, ac mœrore discruciatus. Fortasis autem & interruptum est opus illo absente. Verum hæc quoque res non mediocriter consolatur illos. Etenim si illic cum esset apertum ostium, & in hoc venisset, illico discesit, quòd fratrem non reperisset, multo magis, inquit, oportet vos ignoscere negociorū necessitatibus, quibus vbique agimur ac circumagimur, neque sinimur, ita vt volumus, neque discedere, neque commorari diutius cum quibus vellemus. Ea propter subiicit iterum, quemadmodum superius spiritui, ita hic deo ascribens absentiam suam: *Gratia autem,* inquit, *deo, qui semper triumphat nos in Christo, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco.* Ne videretur hæc veluti lamentans deplorare, gratias agit deo. Quod autem dicit sic habet, Vbique afflictio, vbique angustia. Veni in Asiam, grauatus sum, grauatus sum vltra vires. Veni Troadē, non inueni fratrem, nō veni ad vos. Et hoc quoque non exiguum dolorem attulit animo meo, sed admodum grauem. Tum illud q̄ cum apud vos multi peccassent, nō viderim vos. Nam parcens, inquit, vobis, nō iterum veni Corinthum. Ita- *Supra 1.d* que ne videretur hæc dicēs comploratione vti, subdit, Non solum non dolemus in his afflictionibus, verumetiam gaudemus, quódque maius est, nō tantum spe futurorum præmiorum, verumetiam horum gratia quæ nunc contingunt, propterea quòd hic quoque per has afflictiones clari reddimur & illustres. Itaque tātum abest vt lugeamus, ac lamētemur, vt quod agitur appellemus triumphum, & ornemur his quæ nobis accidunt, vnde & dicit: *Deo gratia, qui semper nos triumphat:* hoc est, qui nos

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui nos omnibus facit cõſpicuos & claros. Nam quod aliis videtur eſſe ignominiæ, nimirũ vndique eiici, hoc nobis videtur ſummi honoris. Eóq; non dixit, Qui nos facit notos, ſed, qui triumphat: ſignificans quòd eiuſmodi perſecutiones vbique terrarum aſsidua trophæa erigerent aduerſus diabolum. Mox dum cõmemorato eo qui triumphat, addit etiam triumphi cauſam & argumentum, hinc quoque excitat auditoris animum. Non enim ſolum, inquit, triumphamur à deo, ſed triumphamur in Chriſto: hoc eſt, propter Chriſtum, & ob euãgelij prædicationem. Poſteaquam enim agendus eſt triũphus, omnino neceſſe eſt, & nos quoque qui trophæum geſtamus, eſſe cõſpicuos: quoniam ipſum Chriſtum baiulamus, ob id nobiles ſumus & illuſtres. *Et odorem notitiæ ſuæ manifeſtauit per nos in omni loco.* Superius dixit, qui ſemper triumphat: hic dicit, in omni loco, demonſtrãs & locum & tempus omne plenum eſſe certaminibus apoſtolicis. Rurſus & aliam adhibuit metaphoram, ab odoris fragrantia ſumptam. Sicut enim qui portãt vnguenta, ſic omnibus, inquit, ſumus manifeſti, dei noticiam appellans vnguentum preciоſum. Nec dixit noticiam, ſed, odorem noticiæ. Talis ſiquidem eſt preſens dei noticia, non admodũ euidens nec exerta. Vnde & in priore dicebat epiſtola, Videmus nunc per ſpeculum 1.Cor.13.d
in ænigmate: hic idem dicit, odorem. Qui vero perſenſit odorem, ſcit quidem vnguẽtum alicubi poſitum eſſe: cæterum cuiuſmodi naturæ ſit, non item nouit, niſi prius ipſum videre contingat. Sic & nos, deum quidem eſſe ſcimus, at quid ſit ſecundum ſubſtantiam nondum ſcimus. Proinde ſumus tanquã regale ſuffumigatorium ſiue thuribulum, quocunq; acceſſerimus cœleſti fragrãtes vnguento, ac ſpirituali ſuaueolentia. Hæc autem dixit, ſimul prædicationis vim oſtendens, quòd à quibus per inſidias appetuntur Apoſtoli, per hos relucent magis, dum perſequẽtes efficiunt, vt totus etiam terrarum orbis ipſos nouerit, ac illorum trophæa boniq; odoris fragrantiam, ſimul conſolans illos ſuper afflictionibus ac tentationibus vt omnia forti perferant animo, ſiquidem & ante tẽpus reponendæ mercedis, ineffabilis gloriæ fructum capiunt. *Quoniã Chriſti bonus odor ſumus deo, in his qui ſalui fiunt, & in his qui pereunt.* Etenim ſiue quis ſaluus fiat, inquit, ſiue pereat, ipſum euãgelium manet propriam obtinens virtutem, non aliter quàm lumen, etiã ſi caliginem offundat infirmis oculis, lumen eſt etiam tum cum obtenebrat. Et mel quanuis amarum ſit ægrotantibus, natura tamen dulce eſt: Sic & euangelium boni odoris eſt, etiamſi qui pereunt increduli. Nec enim euangelium facit, vt illi pereant, ſed illorum amentia. Quin hac potius ratione patefit illius fragrantia, ſi corrupti & improbi pereunt, vt non tãtum è ſalute bonorum, verumetiam ex malorũ interitu declaretur illius virtus: quandoquidem & Sol cum vehementer lucidus eſt, hoc ipſo maxime ferit infirmorum oculos. Atq; ipſe ſeruator in ruinam, & reſurrectionem multorum poſitus eſt: attamẽ manet id quod eſt, ſeruator, etiamſi corruant innumerabiles: & illius aduentus grauiorem dãnationem attulit incredulis, nihilo ſecius tamen perſeuerat eſſe ſalutaris. Hanc ob cauſam & Apoſtolus dicit, Luc.2.c
Deo bonus odor ſumus: Hoc eſt, etiamſi pereant aliqui, nos tamen perſeueramus hoc eſſe quod ſumus. Neque ſimpliciter dixit, bonus odor: ſed addit, deo. Quod ſi deo ſumus bonus odor, isq; hæc ſuo ſuffragio comprobat, quis deinde cõtradicturus eſt: Ac bonus odor Chriſti mihi duplicem videtur recipere interpretationẽ, aut enim hoc dicit quòd Apoſtoli ſeipſos immolarent morientes, aut quòd Chriſti † immolatio bonus ſit odor: quaſi dicat aliquis, huius victimę bon⁹ eſt odor, hic ſuffitus. Aut hoc igitur ſignificat boni odoris vocabulum, aut quod prius dixi, quoniã quotidie immolãtur propter Chriſtum. Vides quò euexerit tentationes, dum eas triumphum appellat, [bonumq; odorem] ac victimam, quæ deo offertur. Deinde quoniam dixit, Bonus odor ſumus etiam in his qui pereunt, ne putares & illos deo acceptabiles eſſe, ſubiunxit: *His quidem odor mortis in mortem, illis vero odor vitæ in vitam.* Quòd hunc bonũ odorem alteri quidem admittunt vt ſalui fiant, alteri ſic vt pereant. Itaque ſiue quis pereat, ipſe ſibi cauſa eſt, quandoquidem & ſues dicuntur vnguento præfocari, & lumen quemadmodum antè dixi, infirmis caliginem offundere. Talis eſt & bonorum natura, nõ ſolùm ſua corrigit, verumetiam contraria perdit, atque hic potiſsimum oſtenditur illorum vis. Nam & ignis non modo cum illuminat tantum, neque cum aurum repurgat, verumetiam cum carbones abſumit, maxime ſuã vim exerit, atque hac parte perſpicuum fit, quòd ſit ignis. Similiter autem & Chriſtus hoc quoque argumento declarabit maieſtatem ſuam, cum abſumpſerit Antichriſtum ſpiritu oris ſui, & aboleuerit ſplendore aduentus ſui. *Et ad hæc quis idoneus?* Quoniam magnifica quædã fuerat elocutus, victima ſumus Chriſti, & bonus odor, & triumphamur vbique: rurſus temperat ea, cuncta ad deum authorem referens, ita loquẽs: & ad hæc quis idoneus? Totum, inquit, Chriſti eſt, non noſtrum. Vides vt huius ſermo contrarius eſt ſermoni pſeudapoſtolorum? Siquidem illi gloriãtur, quaſi ex ſeſe aliquid attulerint ad euangeliũ: hic vero hoc nomine ait ſe gloriari, quòd exiſtimet illic nihil eſſe ipſius. Nam gloria, inquit, noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ, quod non in ſapientia carnali, ſed in gratia dei conuerſati ſumus in mũdo, & vbi illi lucrum exiſtimabant eſſe gloriari de ſapiẽtia, externam loquor, hic exiſtimauit exitium. Eóq; & hic dicit, Et ad hæc quis idoneus? Quòd ſi nõ ſumus idonei, gratiæ eſt quod geritur. *Non enim ſumus ſicut cæteri cauponantes verbum dei.* Nam etiãſi magnifica loquamur, nullum tamen noſtrum diximus eſſe benefactum, ſed omnia Chriſti. Neq; enim imitabimur eos, qui ſe falſo vocant apoſtolos, dicentes pleraque ipſorum eſſe. Nã hoc eſt cauponari, vbi quis adulterat vinum, vbi quis pecunia vendit, quod gratis donari oportuit, quandoquidẽ hic mihi videtur illos taxare de queſtu, & quod dicebã, rurſus ſubindicare, quòd ſua miſcerent diuinis. Quod reprehendens & Eſaias dicebat, Caupones tui miſcent Eſa.1.f
vinum aqua. Quanquam enim hoc de vino dictum eſt, haud tamen aberrarit, ſi quis ad doctrinam transferat. At nos, inquit, non eodem modo rem gerimus, ſed quę nobis credita ſunt, ea exhibemus, merum & indilutum propinantes verbum. Ideoque ſubiunxit: *Sed tanquam ex ſyncerit ate, tanquam ex deo, in conſpectu dei, in Chriſto loquimur.* Non ſeducentes vos ita prædicamus, veluti gratificantes vobis, aut velut ex nobis ipſis aliquid inferentes aut admiſcentes, ſed tanquam ex deo: hoc eſt, non loquimur quòd aliquid domi noſtræ natum vobis largimur, ſed quòd deus omnia donauit. Hoc enim eſt ex deo, de nullo gloriari, quaſi proprium habeamus, ſed omnia illi tranſcribere: in Chriſto loquimur, nihil noſtræ ſapiẽtiæ, ſed ab illo proficiſcenti robori intentes. At non idem faciunt iſti, qui ſe iactant, ſed perinde rem gerũt, quaſi ex ſe quippiam intulerint. Vnde & alibi taxat eos dicens: Quid enim habes quod non acceperis? Quod ſi 1.Cor.4.b
etiam accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? Hæc

† immolatio nis bonus odor ſumus.

Hic mira eadem ve rat.

Sapiẽ

ſumma

Universidad de Deusto Biblioteca

summa virtus est, omnia deo accepta referre, nihil nostrum ducere, nihil ad humanam gloriã facere, sed ad dei placita: propterea quòd is est, qui rationem exacturus est. Nũc vero ordo inuersus est, eum qui pro tribunali sedet, & causas excutit, non admodum metuimus: eos vero qui nobiscũ stant simulq; iudicãtur, timemus.

Morale. Vnde igitur hic morbus, vnde in nostras animas inuasit? Ex eo quòd non assidue versamus animo quæ illic sunt, sed rebus præsentibus affixi sumus. Hinc venit quòd in prauas actiones facile prolabimur, & si quid boni facimus, ad ostentationem facimus. Hinc itaque nobis venit detrimentum. Proinde videt quis impudicis oculis aliquam frequenter, sic vt nec illa quæ aspicitur sentiat, nec hi qui cum ipso ambulant, at non etiam fefellit oculum illum qui somnum nescit. Siquidem ille etiam priusquam peccatum committitur, iã vidit animam impudicam, atq; internam insaniam, vidit cogitationes velut in tempestate vltrò citrõq; fluctuantes. Neque enim opus habet testibus & argumentis qui nouit omnia. Itaque ne respicias ad conseruos. Nam etiãsi laudet homo, nulla hinc vtilitas, si deus non approbet. Rursum quamuis damnet homo, nullum detrimẽtum, si non condemnet deus. Ergo ne isto modo prouoces iudicem, conseruorum quidem multam habens rationem, ipso vero indignante nec metuens nec tremens. Negligamus igitur laudem ab hominibus venientem. Quousque viles & humilium rerum admiratores, quousque deo nos ad cœlũ erigente ipsi studemus humi repere? *Gene.37.d* Fratres Iosephi si dei timorem præ oculis habuissent, vt habere par erat, haudquaquã fratrem in solitudine nacti occidissent. Rursus Cain si iudiciũ illud metuisset, quemadmodum metuisse oportuit, nequaquã dixisset, *Ibidẽ.4.b* Veni, egrediamur in campum. Quid enim ô miser & infœlix separas illũ ab eo, qui ipsum genuit, & in solitudinem abducis? An deus in deserto non intuetur facinus: An ex his quæ patri tuo acciderũt, nondũ edoctus es, quòd deus omnia nouit: omnibus adest quæ patrantur: Et quãobrem non hoc ad illũ dixit deus inficiãtem, me celas, qui vbiq; sum præsens, qui occulta noui? Quoniam nõdum ille hæc sublimioris philosophiæ recte capere poterat. *Ibidem.* Sed quid dixit: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me: non quòd sanguis habeat vocem, sed quemadmodum nos de reb⁹ manifestis ac dilucidis loqui solemus, res ipsa clamat. Quapropter sanè, oportet dei iudicium præ oculis habere, mox mala extincta fuerint omnia. Sic & in precationibus possumus esse vigilantes, si cõsideremus cui loquamur, si reputemus nos sacrificium offerre, ac machæram tenere manibus, necnõ ignem & ligna, si cogitatione cœli portas aperiamus, si illò transferamur, & arrepto gladio spiritus infigamus illum in iugulum hostiæ, & mactemus illam sobrietate, atque infundamus illi lachrymas: hic enim & huius sacrificij sanguis, huiusmodi illa ara rubescit mactatione. Ne committas igitur, vt hoc tempore quicquam humanarum cogitationum occupet animum tuum: consi- *Gene.22.a* derato quòd & Abraham cum hostiam adferret, nõ vxorem, non seruum, non alium quenquam patrius est adesse: itaque nec tu sinas seruilium ac illiberalium affectuũ quicquam adesse tibi, sed solus ascende in mõtem, quò ascendit ille, quò fas non est quenquam alium ascendere. Quòd si quæ talium cogitationum conentur tecum ascendere, imperato illis cum authoritate ac dicito, Sedete hic, ego vero & puer adorato domino, reuertemur: & asina & pueris deorsum relictis, aut si quid aliud brutum est, ac mentis indigum, si quid est rationale assumito atque ascẽdito, quemadmodum ille assumpsit Isaac, arámque quemadmodum ille ædifica, tanquã nihil habens humanum, sed velut à natura factus alienus. Siquidem ille nisi vltra naturam exisset, nequaquam filium immolasset. Ne qua res tum tibi obstrepat, sed fias cœlis excelsior, suspira amarè, immola confessionem. Dic tu, inquit, peccata tua prior, vt iustificeris: offer cõ- *Esa.43.d* tritionem cordis: hæ victimæ non in cinerem abeunt, neque in fumum dissoluuntur, neque lignis egent aut igne, sed sola mẽte compuncta: hæc ligna, hic ignis incendens illa & non exurens. Etenim qui cũ feruore deprecatur, inflammatur & non exuritur, sed velut aurum igni probatum fit splendidior. Cũ his vero & illud obserua, ne quid inter precãdum loquaris quod exasperet dominum tuum, neq; illum aduersus hostes interpelles. Nã si probro datur habere hostes, orare aduersus illos cogita quantum sit malum. Etenim cum oporteat te ratione reddere quamobrem hostes habeas, tu illos etiã accusas? Et quam assequeris veniam, non solum hostes habens, verumetiam male de illis loquens, idq; eo tempore cum tibi opus est multa misericordia? quãdoquidem accessisti, pro tuis peccatis deprecaturus. Proinde ne memineris alienorum, ne tuorum memoriam refrices. Nam si dixeris, percute inimicum, obturasti tibi os, nec amplius linguæ dedisti loquẽdi fiduciam. Primum quidem quòd ipso statim deprecationis exordio ad irã prouocasti iudicem, deinde quòd ea petis quę pugnant cum orandi formula. Nam si deum adis pro peccatorũ remissione, qua fronte de vindicta loqueris? Cõtrà igitur oportuit facere. orandum erat pro illis, vt deum & pro nobis ipsis imploremus. Nunc iudicis sententiam anteuertisti tua, dum postulas vt peccantes puniat, quæ res tibi omnem adimit veniam. Quòd si pro illis oraueris, ac pro te nihil dixeris, perfectionem omnem præstiteris. Considera quot sint in lege sacrificia. Est sacrificiũ remissionis, sacrificium confessionis, sacrificium salutaris, sacrificium purificationis, aliáq; innumera, cum nullum sit aduersus inimicos, sed vnumquodque pro peccatis propriis, aut etiam pro fœliciter gestis. An aliũ adis *Matt.5.g* deum? Illũ adis, qui iussit nos pro inimicis nostris ora- *& Luc.6.b* re. Quo modo igitur occlamas illi, quo modo imploras deum, vt propriam soluat legem? Non est istud supplicis personam agere. Nemo supplicat vt alius perdatur, sed vt ipse seruetur. Cur igitur supplicis personam induis, cum verba habeas accusatoris? Cum pro nobis quidem oramus, scabimus caput, oscitamus, inq; mille cogitationes delabimur, at cũ aduersus hostes oramus, vigilantes id facimus. Quoniam itaque nouit diabolus, quòd contra nosipsos gladium vibramus, nõ retrahit, non auocat huc & illuc, quò grauius nos perdat. Sed dixerit aliquis, iniuria sum affectus & affligor. Quin igitur aduersus diabolum interpellas deum, qui omnium maxime nos lædit: quòd etiã iuberis dicere, Libera nos *Matt.6.b* ab illo malo. Ille est hostis irreconciliabilis. Cæterũ homo quicquid facit, amicus est & frater. Illi igitur irascamur omnes, aduersus illum imploremus deum dicẽtes, Contere satanam sub pedibus nostris. nam hic etiã inimicos nobis parit. Quòd si precaris aduersus inimicos, precationem quam ille optat, precaris. Ergo si cõtra hostes oramus, aduersus hunc oremus. Cur igitur omisso eo qui vere est inimicus, mordes tua mẽbra, hac in parte feris immanior? Sed contumelia, inquis, me affecit, & rebus meis me spoliauit. Sed vter est lugendus, is ne qui affectus est iniuria, an qui fecit iniuriam? Nam qui pecunias lucrifecit, à dei beneuolentia semet excusit, plusq; perdidit

Universidad de Deusto
Biblioteca

perdidit quàm accepit. Proinde ille est qui lęsus est. An A
non igitur orandum est, vt deus illis fiat propicius? Cō-
Daniel.1. & seq. sidera quàm multa passi sint illi tres pueri, qui nihil ad-
miserant sceleris, exulabant à patria libertate, adducti
sunt captiui, facti sunt serui, & in alienam ac barbaram
auecti regionem, etiam occidendi erant ob somnium,
idq; temere, & sine causa. Quid igitur cū essent ingressi
cum Daniele, quid precati sunt, quid dixerunt? Prosterne
Nabuchodonosor, dilacera illius diadema, deiice illum
à throno? Nihil huiusmodi. Sed postulabant misericordias à deo, similiter & cum essent in camino. At
non item vos, sed cum multa leuiora patiamini quàm
illi, frequenter etiam iuste meritóque, non definitis innumera imprecari mala: hic dicit, deiice inimicum,
quemadmodum demersisti currum Pharaonis: alius dicit, percute carnem illius. Rursus alius dicit, vindictam
transfer in liberos. An non agnoscitis hæc verba? vnde B
igitur nobis hic risus? Vides quàm sint deridicula, cum
ab his dicantur qui commoti non sunt. Quin & omne
peccatum tunc demum apparet quàm sit fœdum, cum
illi detraxeris affectionem eius qui facinus commisit. Et
si irato reuoces in memoriam verba quę dixit commotus, abdet se ac deridebit seipsum, cupiètque vel innumera mala fuisse passum potius quàm ea verba esse ipsius. Et si impudicum post coitum reduxeris ad mulierem quam stuprauit, etiā hic illam auersabitur vt abominandam: Sic & vos qui vacatis talibus affectibus, ridetis nunc: ridicula sunt enim hæc & anicularum verba, ebriorum ac muliebris pusillanimitatis. Quin & Ioseph vēditus, & in seruitutem deductus, cum etiam carcerem incoluisset, ne sic quidem emisit verbum amarū
aduersus eos qui fuerant dolorum authores, sed quid
Genes.40.c dicit? Furtim sublatus sum è terra Hebræorum: nec ad- C
dit à quo fuerat sublat⁹, propterea quòd puderet ipsum
fraternorum malorum, magis quàm ipsos qui fecerant
ea. Ad hunc modum decet & vos affectos esse, vt magis
doleatis pro his qui vos insectantur, quàm ipsi dolent
pro se. Noxa siquidem ad illos peruenit. Proinde quē-
admodum qui calcitrant aduersus clauos, & interim
elato sunt animo, ob insaniam misericordia digni sunt
ac lamentis: sic qui lædunt eos à quibus nihil passi sunt
mali, non imprecationibus, sed multis complorationibus ac lamentis digni sunt, vt qui suas ipsorum vulnerant animas. Nihil enim detestabilius animo alium deuouente, neque quicquam impurius lingua talia exhalante. Homo es, ne virus aspidum euomas. Homo es, ne
vertaris in feram. Ideo tibi datum est os, non vt mordeas, sed vt medearis aliorum vulneribus. Memineris
quid tibi præceperim, inquit deus, videlicet vt condones atque ignoscas. At tu me imploras vti tibi consortem me præbeam ad subuertēda præcepta mea. Comedis fratrem, ac furentium ritu cruentas linguam ac dētes membrorum tuorum sanguine. Vt putas diabolum
ridere, cum talia audit vota? quo modo putas deum irritari & auerti, cum talia postulas? Qua re nihil fieri potest sceleratius. Nam si fas non est adire mysteria eum
qui habet inimicum, an non à cancellis arcēdus est, qui
non solum habet, verumetiā aduersus illum fundit preces? Hæc itaque cogitantes, & huius sacrificij materiam
esse sciētes, quòd pro inimicis immolatus est dominus,
neque nos quenquam habeamus inimicum, & si quē habuerimus, pro illo oremus, vt & nos peccatorū nostrorum veniam consequamur, & cum fiducia stemus ad tribunal Christi, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Homilia sexta.

Incipimus iterum nosipsos commendare? aut num egemus Cap.III.
vt quidam commendaticiis epistolis ad vos, aut ex vobis commendaticiis? Quod ab aliis futurum erat vt
obiiceretur, videlicet quòd seipsum efferret, id occupās
ipse commemorat, licet & superius tāta correctione sit
vsus, cum diceret, Ad hæc quis idoneus? & ex syncerita- *Supra 2.d*
te loquimur: haud tamen illis contentus est. Siquidem
hic Pauli mos est, vt semper sibi videatur magni quippiam de se loqui, eóq; procul ab hoc vicio sese submouet, ex abundanti summa cautione id vitans. At tu mihi
hinc cōsidera eximiam Apostoli sapiētiam. Rem enim
quæ videtur esse tristis, afflictionē dico, vsqueadeo extulit, adeóque demōstrauit esse splēdidam & illustrem,
vt ex his quæ dixit, hæc illi extiterit obiectio. Facit autē
idem sub finem epistolæ. Postquam enim recēsuisset innumerabilia discrimina, contumelias, angustias, neces-
sitates, & quęcunque sunt huius generis, subiunxit dicēs:
Non nosipsos commendamus, sed vobis occasionem *Infra 5.b*
dantes gloriandi. Ac rursus idē illic ponit acriter, cúmque maiore delinitione. Nam hic quidē charitatis verba sunt: Aut num egemus vt quidam commendaticiis
epistolis: illic vero verba etiam spiritu quodam plena
sunt. Necessario simul & vtiliter tum spiritu tum iracūdia plena sunt. Non enim, inquit, nosipsos iterum commendamus, sed occasionem dantes vobis gloriādi. Ac
rursus, Putatis quòd nos vobis excusamus: quod in cō- *Infra 12*
spectu dei, in Christo loquimur. Metuo nanque ne cum
venero, non quales volo reperiam vos, & ego reperiar
vobis qualem non vultis. Etenim ne videretur in assentationis venire suspicionem, quasi venās ab illis honorem, hæc dicit, Metuo ne cum venero, non quales volo
reperiam vos, & reperiar vobis qualem non vultis. Sed
hæc quidē post multas incusationes, in initio vero non
ita, sed mitius loquitur. Sed agè, inquies, quid est quod
dixit? De tentationibus ac periculis locutus est, quódq;
vbique velut in pompa circunfertur à deo in Christo,
quódq; totus terrarum orbis nouit hos triūphos. Quoniam igitur magnifica de se locutus est, obiicit sibiipsi
dicens, Incipimus iterum nosipsos cōmendare? Sermonis huius sensus hic est: Fortassis quispiam nobis cōtradicturus est, Quid istuc Paule? hæc de teipso dicis, ac teipsum laudibus vehis? Hanc itaq; suspicionem diluens,
ait, Non hoc volumus, nimirum vt nosmetipsos ostentemus, ac nosipsos efferamus: sed adeo non egemus cōmendaticiis epistolis ad vos, vt vos epistolæ loco habeamus. *Nam epistola nostra*, inquit, *vos estis*. Si sit opus
nos apud alios commendari, vos vtique produceremus
in medium epistolæ vice. Quod idem dixerat in priore D
epistola, Signaculum enim epistolæ meæ, vos estis. Ve- *1.Cor.9.d*
rum non eūdem ad modum hic loquitur, sed cum ironia quadam, quò sermo feriat acrius. Aut num opus habemus commendaticiis epistolis? Tectè notans pseudapostolos, adiecit, vt quidam apud vos. Aut ex vobis epistolis cōmendaticiis ad alios? Mox quoniam hoc dictū erat grauius, lenit his quæ sequuntur, dicens: *Epistola nostra vos estis, inscripta in cordibus nostris, quæ cognoscitur ab omnibus, dum manifestatis quòd estis epistola Christi.* Hic non solum illis testimonium perhibet, quòd charitatem habeant, verumetiam quòd multa recte gesserint, siquidē idonei sunt qui per suam virtutem cunctis hominibus demonstrent magistri dignitatem. Nam hoc est quod ait, Epistola nostra vos estis. Quicquid illud est quod fecissent epistolæ nos commendantes, nobisq; reuerentiā conciliantes: hoc vos facitis, dum & vident vos, & de

vobis

Universidad de Deusto Biblioteca

vobis audiunt omnes,propterea quòd discipulorũ virtus præceptorem ornare solet,& commendare,plusquã vlla possit epistola. Inscripta in cordibus nostris, hoc est,quam omnes norunt, adeo vos vbiq; circũferimus, & in animo habemus:quasi dixisset, commendatio nostri apud alios vos estis. gestam* enim vos in corde assidue,& apud omnes vestra benefacta celebramus.Proinde tantum abest, vt quò simus apud alios commẽdati,egeamus cõmendaticiis epistolis vestris,vt ne in hoc quidem apud vos egeamus commendatione, quòd magnopere vos diligam. Quid enim opus est literis apud eos,qui te probe norunt?Vos autem in hoc pectore nostro estis.Nec simpliciter dixit,estis,sed addit,inscripti: hoc est,ne excidere quidem potestis. Siquidem vt ex literis qui eas legunt, ita ex corde nostro, qui hoc nouerunt, sciũt omnes charitatem nostram quam habemus erga vos. Itaq; si in hoc adhibentur literæ:vt ex his cõ- B stet hunc aut illum mihi esse amicum,vtq; cõmendatus curæ sit,sufficit nostra charitas ad totũ hoc efficiẽdum. siue enim venerimus ad vos, nõ opus habemus aliis per quos cõmendemur, cum amicicia nostra iam hoc officij anticiparit:siue ad alios eamus,nõ egemus iterum literis, cum harum vice nobis eadẽ rursum sufficiat charitas,quando circunferimus epistolam in cordibus nostris.Post hæc amplius illos attollens,etiam Christi vocat epistolam,dicens: *Dum* manifestamini quòd estis epistola Christi.* Hæc locutus iam argumentum & initium inde sumit,submouendi legis ritus.Quanquam & alioqui suam hic dicit esse epistolam. Superius enim nominat eos,tanquam ab illis commẽdatus esset, eóq; suam illos vocat epistolam: hic eosdem appellat epistolã Christi, tanquam qui legem dei habeant descriptã in cordibus, propterea quòd quæ deus voluit esse nota, cũ omnibus C tum vobis,ea descripta sunt *in cordib** vestris.* Nos porrò præparauimus vos ad excipiendas literas. Quemadmodum Moses lapides ac tabulas celte adornauit, Sic nos apparauimus animos vestros:eóq; dicit, *Ministrata à nobis.* quanquam in hoc pares erant. Siquidem illæ à deo descriptæ sunt,& hæ literæ à spiritu dei. Vbi igitur differentia? *Inscripta non atramento, sed gratia à spiritu dei viuentis, non in tabulis lapideis,sed in tabulis cordis carnalibus.* Quantum autem interest inter spiritum & atramẽtum, item inter lapideam tabulam & carneam: tantũ est discriminis inter hæc & illa:igitur & qui hæc administrarunt,differunt ab eo qui illa ministrauit.Quoniam igitur hoc magnifice dixit,mox corripit seipsum dicens,

Fiduciam autem hanc habemus per Christum apud deũ. Rursum totum deo adscribit:nam horum,inquit,nobis author est Christus: *Non quòd idonei simus à nobismetipsis aliquid* D *cogitare quasi ex nobismetipsis.* Vide rursus & alterã correctionem, siquidem hac virtute insigni præditus fuit Paulus, videlicet modestia. Ideoq; si quid magnifice dixerit de sese,omne studium ac celeritatem adhibet ad omnibus modis mitigãdum quod dixit. Quod hic quoque facit dicens, *Non quòd idonei simus à nobismetipsis quicquam cogitare, quasi ex nobismetipsis.* Hoc est,non ita dicebam,fiduciã habemus,vt id partim sit nostrum, partim sit dei, sed totũ illi attribuo, acceptúmq; fero. *Nam sufficientia nostra ex deo est,qui etiam nos idoneos fecit ministros noui testamenti.* Quid est *ἱκανωσεν*? fecit vt hoc præstare possimus,eiq; muneri gerẽdo efficeremur accommodi. Neque vero hoc exiguum est, eiusmodi tabulas & epistolas per orbẽ terrarum deferre,prioribus illis multo maiores,eoq; subinxit, *Non literæ sed spiritus.* Ecce rursus alia differentia. Quid igitur,an lex illa non fuit spiritualis? Quo modo ergo dicit, Scimus quòd lex spiritualis est? Spiritualis *Rom.7.c* quidem,ac non præbebat spiritum.Non enim spiritum attulit Moses,sed literas. Nobis autem credita est potestas dandi spiritum. Vnde & prosequitur idem dicens:

Litera occîdit, spiritus autem viuificat. Porrò hæc non temere dicit,sed illos tacite taxans,qui sibi placerẽt ob ritus Iudaicos. Cæterum literam hic vocat legem,quæ punit delinquẽtes:spiritum vero,gratiam,quæ per baptismum viuificat à peccatis mortificatos. Cũ enim dixisset differentiam quæ venit ex natura tabularum,nõ immoratur illi,sed illam prætercurrẽs, gratiam effert, qua potissimum capere poterat auditorem, vtilitatis ac facilitatis illecebra. Neq; enim laborẽ habet,inquit,& amplius confert donum. Nam si de Christo differens illa potissimum commemorat, quæ magis declarant illius charitatem erga genus humanum, quam dignitatem, quæq; nos amore mutuo copulant, multo magis idem necessario facit de testamento loquẽs. Quid igitur sibi vult,quod dicit, litera occîdit? Dixerat in tabulis lapideis,& in cordibus carneis. Nondum magnum discrimẽ visus est dicere,adiecit quòd illa,litera sine atramẽto,hæc spiritu descripta sit. Ne id quidem prorsus illos excitarat:iam dicit, quòd sufficiat illis expergefaciẽdis: altera,inquit,occîdit, altera viuificat. Quid autem hoc est?In lege qui peccatum habet,punitur: hic autẽ qui habet peccata,accedens baptizatur,& fit iustus.Iustus autẽ factus,viuit liberatus à morte peccati. Lex si prehẽderit homicidam,tollit è viuis:gratia si acceperit homicidã, illuminat ac viuificat:Et quid dico homicidam? Qui li- *Num.15.d* gna sabbato collegerat,lex lapidauit etiam.hoc est, litera occîdit. Innumerabiles homicidas ac latrones recipit gratia,ac baptizans eos,liberat à malis priorib*:hoc est,spiritus viuificat, lex è viuo reddit mortuum quẽ capit,hæc è mortuo facit viuum.Venite ad me qui labora *Matt.11.d* tis & onerati estis,& ego reficiam vos.Non dixit,puniã vos:sed,reficiam vos. Nã in baptismate sepeliũtur peccata,delentur priora,viuificatur homo:velut in tabula, ita in corde illius describitur omnis gratia. Proinde cogita quanta sit spiritus dignitas, cum illius tabulæ sint meliores prioribus,cum ipsa etiam resurrectione maius quiddam exhibeatur. Nam hæc mortificatio vnde liberat,priore grauior est,tantóq; grauior,quãto melior est anima corpore. Tum hęc mors per illã inducta est, vita per gratiam quam spiritus dat. Quòd si hãc vitam donare potest spiritus,multo magis illam hac inferiorem. Nam illam prophetæ contulerunt, hanc vero nõ item. Nullus enim potest remittere peccata, nisi solus deus. *Luc.5.e* Tametsi ne illam quidem absq; spiritus præsidio contulerunt prophetæ.Sed non hoc tantũ est mirabile,quòd viuificat, verũetiam quòd aliis quoq; præstat id faciendi potestatem:Accipite,inquit,spiritum sanctum. Quã- *Ioan.20.f* obrem? Nam sine spiritu non poterant, sed ostendens deus quòd hoc facere sit supremæ potestatis, ac regalis illius naturæ, quódq; spiritus eandem habeat vim, hoc dicit. Vnde adiungit, quorumcũque remiseritis peccata,remittuntur eis: & quorum retinueritis,retenta sunt. *Ibidem.*

Posteaquã igitur viuificauit nos,maneamus viuẽtes, Morale. nec rursus ad priorẽ mortem reuertamur. Nã Christus nõ amplius moritur. Quòd enim mortuus est peccato, *Rom.6.b* mortuus est semel:neq; vult nos semper seruare per gratiam,alioqui nos vacui futuri sumus omniũ. Quapropter vult & à nobis quiddã inferri. Offeramus igitur aliquid,& animam viuam conseruemus. Quid est autem, vita animæ?A corpore disce. Tum enim dicimus viuere corpus, cum recto integróq; vadit incessu: cæterum

vbi

* φανερὸυ-σθαι. dũ manifestatis,vel manifestamini, est enim vtrũq; medium.

Exod.36.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vbi dissolutum decumbit, & incõposite mouetur, etiãsi videatur viuere aut ingredi, quauis morte miserior est ea vita. Item si nihil loquatur sani, sed attonitorum verba profert, si alia pro aliis videt, talis rursus miserabilior est vita defunctis. Itidem anima si nihil habet sani, etiã si videatur viua, mortua est: cum aurum nõ intuetur vt aurum, sed vt magnum quiddam ac pretiosum: cũ de futuris non cogitat, cum humi serpit, cum alia pro aliis agit. Vnde enim liquet nos animam habere? nónne ab actionibus? Quoties igitur non peragit sua munia, nõne mortua est? Quemadmodum quando nõ exercet sese ad virtutem, sed rapit legẽsq; violat, quî possim dicere quòd animam habeas? An quòd ingrederis? Atqui isthuc etiam brutorũ est. An quod edis ac bibis? Atqui idem faciunt & feræ. An vero quòd erectus duobus insistis pedibus? At isthuc mihi declarat potius te ferã esse humana specie. Etenim cum cætera quidẽ habeas cum bestia communia, corporis rectitudinem non item, magis me terres ac pauorem iniicis, dum portẽtum esse puto quod apparet. Nam si bestiam viderem humana voce loquẽtem, haudquaquam eò dixerim hominem esse, sed potius ob hoc ipsum dicerem esse bestiã, quauis bestia prodigiosiorem. Vnde igitur potero cognoscere, q̃ animam habes hominis cum calcitres asinorum more: cum lacessitus, effereris vt cameli, cum mordeas vt vrsi, cum rapias vt lupi, cum fureris vt vulpes, cum sis dolosus vt serpentes, cũ impudens sis, vt canes: vnde possum cognoscere, quòd animam habes hominis? Vultis ostẽdam vobis animam viuam & mortuã? Reuocemus denuo sermonem ad illos priscos viros, ac si videtur diuitem illum, qui Lazari tempore fuit, in medium proferamus: ita sciemus, quæ sit animæ mors. Nã ille mortuam habebat animam, id quod ex iis quæ faciebat, erat perspicuum. Nihil enim agebat eorum, quæ sunt animę munia. Sed tantũ edebat, bibebat, ac deliciabatur. Eiusmodi sunt & hodie immisericordes & immites, quãdoquidem & hi mortuam habent animam, quemadmodum & ille, quoniam totus calor dilectionis erga proximum consumptus est, atq; est quouis exanimi corpore magis mortua. At pauper nõ est huiusmodi, sed in ipso philosophiæ fastigio stans refulget, cúmq; fame luctãs decertat, necessariis etiam alimentis destitutus. At ne sic quidem quicquam cõtumelioſum prolocutus est in deum, sed omnia fortiter ferebat. Hoc autem non est mediocre opus animæ, sed vigoris ac sanitatis indicium maximum. Cum vero hæc non adfuerint, nimirum mortificatus homo periit. Agedum, num illam animam dicemus mortuã, cui insidet diabolus, verberans, stimulans, mordens, calcitrans, nec illa quicquam horum sentit? Sed iacet exanimata, nec dolet suis facultatibus spoliata? Ille quidem insultat, hæc vero manet immobilis, nec sentiens quidem, nõ aliter quàm corpus à quo discesit anima. Quoties enim non adest vehemens timor dei, talis sit anima necesse est, ac mortuis infœlicior. Neque enim in tabem, cinerem ac puluerem resoluitur anima, quemadmodum corpus: sed in his fœtidiora, in ebrietatem, in iracundiam, in auariciam, in absurdos amores, in importunas cupiditates. Quòd si cupis plenius scire, quàm grauiter oleat, da mihi puram animam, ac tum perspicue videbis, quàm male oleat turpis hęc & impura. Nunc enim non poteris perspicere, propterea quòd quandiu sumus assueti graueolẽtiæ, non sentimus eam. At vbi versati fuerimus in verbis spiritualibus, tũ sciemus, quantum sit illud malum, licet hoc plerisq; videatur indifferens. Nondum loquor de gehẽna, sed si vultis, quæ præsentis vitæ sunt, expendamus. Non de eo loquor, qui turpia facit, sed qui turpia loquitur. Quàm is est ridiculus, quo modo seipsum primum afficit, contumelia, perinde ac si quis cœnũ aliquod emittat ex ore, ita seipsum polluit, Quòd si hic fluxus impurus est, cogita qualis sit huius cœni fons. Ex abũdantia enim cordis os loquitur. At ego nõ id solum deploro, verumetiam illud, quòd hoc nonnullis ne videatur quidem indecorum. Hinc omnia increscunt mala, cum & peccamus, nec videmur nobis delinquere. Vis igitur scire, quantũ sit malum, turpia loqui? Considera audiẽtes, quo modo rubore suffunduntur, dum tu loqueris indecora. Quid enim vilius est homine turpiloquo? quid contemptius? Nam tales se coniiciunt in mimorum ordinem, in sodalitatem mulierum corpore quæstum faciẽtium. Quin potius illæ magis erubescunt quàm vos. Quo pacto poteris vxorem docere pudiciciam, cũ istis exemplis doceas illam ad lasciua verba prorumpere? Satius est purulentiam ab ore demittere, quàm verbum obscœnum. Nunc si fœteat os, ne cibum quidẽ vnà capere sustines: at cum tantus fœtor sit in animo, dic mihi, audes cõmunicare mysteriis? At si quis vas impurum alicũde capiat, deponãtq; in mensa tua, fustibus illũ exacturus sis? Porrò deum in ipsius mẽsa, (nam mensa illius est os nostrũ, Eucharistia plenum) cum verba adferas, quouis impuro vase sordidiora, obsecro te, nõ putas ad iram prouocari? Et quo modo id fieri possit? Nihil enĩ perinde offendit sanctum ac purũ, vt huiusmodi verba. Nec alia res æquè improbos & inuerecundos facit, vt talia vel dicere vel audire. Nihil ita dissoluit neruos pudicicię, vt per hæc emicãs flamma. Vnguentũ in ore tuo posuit deus, tu vero cadauere fœtidiora ibi reposuisti verba, ipsámque interius animam torpidam & immobilem reddis. *Siquidem cum profers contumeliam, non est ea vox animæ, sed iræ: cum obscœna loqueris, non illa locuta est, sed intemperantia: cum maledicis, inuidia: cum insidiaris, auaricia.* Nam hæc non sunt animæ, sed cupiditatum ac morborum illius. Quemadmodum corrumpi non simpliciter est corporis, sed mortis & concupiscentiæ, quæ est in corpore: ita hæc sunt non animæ, sed cupiditatũ quæ illi agnatæ sunt. Quòd si vis audire vocem animæ viuentis, audi Paulum dicentem: Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti erimus. Item, *Ibidem.* est ingens prouentus pietas: & mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Audi Petrum dicentem, Argentum & aurum nõ suppetit mihi, quod autem habeo, tibi do. Audi Iob, etiam gratias agentem ac dicentem: Dominus dedit, dominus abstulit. Hęc viuentis animæ verba sunt, hæc sunt animæ propriam exerentis vim. Similiter & Iacob loquebatur, Si dominus dederit mihi panẽ ad edendum, & vestem ad amictum. Sic Ioseph, Quo modo faciam verbum hoc malum, & peccatum in cõspectu dei? At non itidem illa barbara, sed perinde quasi temulenta ac delirans ita loquitur, dicẽs, Dormi mecum. Hæc scientes, suspiciamus animam viuentem, fugiamus mortuam, vt ęternã consequamur vitam: quod nobis contingat per gratiam ac benignitatem domini nostri Iesu Christi, per quem & qui cum patri vnà cum sancto spiritu gloria, imperium, honor nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Luc.16.c *Luc.6.g* *1.Tim.6.b* *Galat.6.d* *Act.3.a* *Iob.1.d* *Gen.28.d* *Gen.39.b* *Ibidem.*

Homilia septima.

Quòd si administratio mortis in literis, deformata in lapidibus fuit in gloria, adeo vt non possent intendere filij Israel in faciem Mosi, propter gloriã vultus illius, quæ euacuabatur: quo modo non magis administratio spiritus erit in gloria?

in gloria? Dixerat quòd tabulæ Mosi lapideæ fuerant, quodq; literas habebant, præterea quòd hæ tabulæ carneæ, videlicet apostolorum corda, spiritu fuerint descriptæ: dixerat quòd litera occidit, spiritus verò vivificat: restat vt huic cõparationi & aliud quiddã adiungeret, ideo non exigui momẽti, nimirum gloriã Mosi, quam hic nemo vidit in nouo testamento, corporeis duntaxat oculis. Atq; ob hoc ipsum magna videbatur. Nam sensibilis erat gloria, quãdo corporalibus oculis cernebatur, licèt esset inaccessa. Contrà, noui testamẽti gloria res est intellectus. Neque enim perspicuè tanta sublimitas infirmis percipi potest. Sed illa magis attollebat Iudæos, atque in se conuertit. Ergo quoniã in hãc incidit comparationem, conaturq; demonstrare noui testamenti præminẽtiam, quod erat perdifficile ob auditorũ crassitudinem: vide quo modo se gerat, & quibus rationibus rem tractet: principiò functionũ differentias indicans, easq; inter se committens ex his quæ superius dicta sunt. Nam si illa ministratio fuit mortis, hæc vitæ, nihil est dubitandum, quin & hæc gloria maior sit illa. Quoniam igitur eam non potuit oculis corporeis ostẽdere, collectione exhibet illius eminentiam, dicẽs: Quòd si administratio mortis fuit in gloria, quo modo non magis administratio spiritus erit in gloria? Administrationem autem mortis, ipsam dicit legem. Vide interim quo modo in ipsa etiam comparatione diligenter cauet, ne quã ansam præbeat hæreticis. Non enim dixit, Lex facit mortẽ, sed, est administratio mortis. Ministrat enim in mortẽ, non item ipsam mortem. Nam quòd gignit mortem, peccatum erat: hæc autem pœnam induxit, & peccatum ostendit, non genuit. Retexit enim euidẽtius malum, ac puniit. Non autem impulit ad malum, fuitq; ministra *non vt fieret peccatum aut mors, sed vt qui peccatum admiserat, daret pœnas.* Vnde fit *vt peccatum hac ratione etiam sustulerit.* Siquidem lex dum ostẽdit peccatum vsque adeò formidabile, palàm est eam efficere vt vitãdum putetur manifestum, ac proinde fugiendum. Quemadmodum igitur qui gladio arrepto nocendi caput amputat, minister est iudici ferenti sententiam, nec ipse est qui interficit hominẽ, licèt amputet illi caput: vt ne is quidem, qui pronunciauit mortis sententiam, quiq; reum condemnauit, occîdit illum, sed ipsius qui punitur, iniquitas: itidem & hic non ipsa lex interficit, sed peccatum, hoc & occidebat & condemnabat. Hæc verò dum punit, incidit vim peccati, metu supplicij cohibens illud. At non sat habuit hoc solùm protulisse ad eminentiæ probationem, verùm & aliud quiddam adiicit dicens, *In literis deformata in lapidibus.* Vide vt rursus premit spiritus Iudaicos. Nihil enim aliud erat lex, quàm litera. Nihil opis prosiliebat ac spirabat à literis, ad subleuandos eos qui periclitabantur, quemadmodũ à baptismo: sed erant columnæ ac syngraphæ mortem adferentes his qui literas transgrediebantur. Vides vt castigans Iudaicam ambitionẽ, per ipsa quoque rerum vocabula tollit legis authoritatẽ, lapideam illã appellans, & literas, & ministrationẽ mortis: & illud insuper addens, quòd fuerit deformata. His enim nihil aliud declarat, nisi quòd vno in loco lex cõstituta sit, nõ quemadmodũ spiritus vbique aderat, plurimũ roboris inspirans omnibus. Aut illud indicat, quòd multum terroris ac minarum inspirant literæ, ac talium minarũ vt nec aboleri valeant, sed perpetuò maneãt, veluti lapidibus inferruminatæ. Mox dum videtur laudare vetera, rursus admiscet accusationem Iudæorum. Etenim quum dixisset, in literis, deformata in lapidibus fuit in gloria: subiunxit, *Vt non possent intendere filij Israel in faciem Mosi.*

Quæ res arguebat magnam illorum tum imbecillitatem tum humilitatem. Ac rursum non dicit, propter gloriã tabularum: sed, propter gloriam vultus quę euacuatur. Nã indicat eum, qui portabat tabulas, fuisse glorificatum, non ipsas. Nec enim dixit, vt possent intendere in tabulas, sed in faciem Mosi: & iterum, nõ propter gloriã tabularum, sed, propter gloriã vultus Mosi. Dein quorum extulerat hanc gloriam, vide vt rursus deiiciat dicens, quæ euacuabatur. Quanquam hæc non sunt accusantis, sed deprimentis. Non enim dixit, quæ corrupta est, aut mala est: sed, quæ antiquatur, & finem accipit. *Quo modo non magis administratio spiritus erit in gloria?* Iam enim sumpta fiducia, attollit noui testamenti dignitatem, velut indubitabilẽ. Ac vide quid agat: lapidem, cordi, & literã, opposuit spiritui. Deinde quum indicasset quæ ex vtrisque nascerentur, non postea cõmemorat quæ ex vtrisque proficiscuntur, sed quum cõmemorasset è litera nasci mortẽ & condemnationem, non addit quid proueniat à spiritu, videlicet vitam & iusticiam, sed ipsum ponit spiritum: qui maiorem sermonis partem occupat, propterea quòd nouum testamentum, non modò vitam dabat, verùm & spiritum subministrabat vitæ largitorẽ, qui longè potior ac maior est ipsa vita. Quapropter dixit, administratio spiritus. Mox denuo hoc idẽ circumuersat, dicens, *Quòd si ministratio dãnationis est gloria:* ac dilucidius enarrat quid sit, litera occidit, ad hũc loquens modũ: quod prius diximus, legem ostendere peccatum, non gignere: *multò magis administratio iusticiæ abundat in gloria.* Siquidem illæ tabulę peccatores arguebant ac puniebant, hoc autem nouum testamentum peccatores non solùm non puniit, verùm etiã iustos reddidit. Nam hoc largiebatur baptismus. *Nec enim glorificatum est, quod erat glorificatum in hac parte, propter supereminentem gloriam.* In superioribus igitur ostendit, quòd & hoc fieret in gloria, nõ simpliciter in gloria, sed excelleret etiam. Neque enim dixit, quo modo nõ magis administratio spiritus erit in gloria, sed, abundat in gloria, demonstrata ex supradictis rationibus eminentia. Hic etiam quanta sit excellentia demonstrat, dicens. Si hanc illi compararo, ne gloria quidẽ veteris testamenti gloria sit, sic temperans sermonem, vt non simpliciter neget esse gloriam, sed duntaxat in ratione cõparationis: eoq; subiecerit, in hac parte, hoc est iuxta rationem collationis. Haud tamen reprehendit vetus testamentum, sed vehementer etiam cõmendat. Siquidem comparationes in rebus cognatis fieri solẽt. Posthac mouet & aliam rationem, etiam aliunde declarantem noui testamenti præminentiam. Quæ nam hæc est? Eam à tempore sumit, dicens: *Quòd si id quod antiquatur, in gloria est: multò magis quod manet, erit in gloria.* Illud enim cessauit, hoc manet iugiter. *Habentes igitur eiusmodi spem, multa fiducia vtimur.* Posteaquam enim auditor, tot tantaq; audisset de nouo testamento, iamq; gloriam oculis euidenter ostendi postularet, quò liceret illam intueri: vide quo pacto illum subitò reuocat ad futurum seculum, spem in medium proferens ac dicens, Habẽtes igitur eiusmodi spem. Talẽ, quantam? Quoniam maioribus nos dignatus est deus, quàm Mosem. Nõ solùm nos apostoli, sed & omnes fideles multa fiducia vtimur. Cedò erga quem? Erga deum, an erga discipulos? Erga vos, inquit, quos instituimus: hoc est, vbique liberè loquimur, nihil celantes, nihil subtrahentes, nihil dissimulantes, sed manifestò loquentes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nihilq; metuentes,ne præstringamus vobis oculos,quē-
admodum Moses Iudæorum oculos prestrinxit.Quòd
autem hoc innuit Apostolus,audi quæ sequuntur.Quin
potius historia prius erit narranda, quam ipse Paulus
assiduè celebrat.Quæ est igitur historia? Quum Moses
denuò sumptis tabulis descenderet, gloria quædam
adeò refulsit è vultu eius,vt inde neque possent intueri
ipsum neque colloqui,donec velamine tegeret faciem.
Exod.34.d Atque ita scriptum est in Exodo: Quum descenderet
Moses de monte,duæ tabulæ erant in manibus eius. Et
non nouerat Moses, quòd est glorificatus aspectus fa-
ciei ipsius, metueruntq; appropinquare illi. Et vocauit
illos Moses,loquutusq; est ad illos.Et quum iam cessas-
set Moses loqui ad illos, imposuit velamen super fa-
ciem suam.Quum verò introiret vt loqueretur coram
domino, tollebat velamen donec egrederetur. Hanc
igitur historiam referens dicit: *Et non quemadmodum*
Moses ponebat velamen super faciem suam, quòd non possent intendere filij Israel in finem eius quod euacuatur. Quod autem di-
cit, hunc habet sensum: Nihil est necesse velare nos
quemadmodum velatus est Moses. Possumus enim in-
tendere oculos in hanc gloriam qua circundamur, li-
1.Cor.3.a cèt multò maior ac vehementior sit illa. Vides profe-
ctum.Etenim qui in superiore epistola dixerat,Lac vo-
bis bibendum dedi,non cibum:hic dicit,multa fiducia
vtimur:ac Mosem in medium adducit,sermonem cō-
paratione prosequens,atque hac ratione subuehens au-
ditorem. Et hactenus nos Iudæis anteponit, dicens,
Non egemus velamine sicut illi, in his qui incipiunt.
Quæ verò sequuntur etiam ad ipsam legislatoris au-
thoritatem refert,aut etiam multò magis.Nunc autem
quæ sequuntur audiamus, *Sed excæcati sunt sensus eorum.*
Vsque ad hodiernū enim diem, idem velamen in lectione veteris te-
stamenti manet non reuelatum, quod in Christo antiquatur. Vi-
de quid per hæc aggrediatur. Quod enim tum in Mo-
se semel factum est, hoc fit in lectione legis perpetuò.
Haud tamē quod dictum est,legis est accusatio,quem-
admodum nec Mosi tum velati, sed Iudæorum legem
prævaricantium.Nam illa suam habet gloriam, sed isti
illam intueri non poterant. Quid igitur, inquit,admi-
ramini, si in hanc gratiæ gloriam non possint intueri,
posteaquam quæ minor erat Mosi videre nō sustinue-
runt, nec in illius faciem potuerunt oculos intendere?
Quid autem turbamini, si non credunt Iudæi Christo,
quando ne legi quidem credunt. ob hoc ipsum enim
gratiam ignorant, quoniam nec vetus testamentum
inspexerunt, nec quæ in illo est gloriam viderunt. Si-
quidem legis gloria est ad Christum conuerti. Vides
vt hic quoque deiicit Iudæorum fastum. Vnde vide-
bantur cæteris potiores quòd Mosi facies refulsisset,
hinc demonstrat illorum hebetudinem,& animos hu-
mi repentes. Ne igitur ea re se venditent. Quid enim
hoc ad Iudæos, qui frui non potuerant? Vnde Paulus
hoc subinde repetit:interdum dicens,quòd idem vela-
men in lectione veteris testamenti manet non reuela-
tum,quod in Christo antiquatur. Interim verò, quod
ad hodiernum vsque diem,quum legitur Moses, idem
velamen super cor illorum positum est, significans il-
lud tum in lectione, tum in corde impositum esse. Su-
perius verò dixerat: vt non intenderent filij Israël in
faciem Mosi,propter gloriam vultus eius,quæ antiqua-
tur: quo quid esse possit vilius aut contemptius, quan-
do ne euanescentem quidem gloriam, imò quum eius
quæ comparatione nulla erat, spectare potuerunt: sed
† *finem.* absconditur ab illis, ne possent intendere in †faciem J

A eius quod euacuatur,hoc est in finem legis,quoniam fi-
nem habet, sed excæcati sunt sensus illorum. Et quid
hoc, inquiet aliquis, ad velamen illud? Quoniam ea
velatio futuram nobis antè depinxit. Non enim tum
temporis solùm non viderunt, sed ne nunc quidem
vident legem.Causa ab ipsis venit, propterea quòd ex-
cæcati sunt animi stupidi & intractabiles,quemadmo-
dum contrà sumus qui legem nouimus. Illis verò non
solùm gratia, verùm etiam ipsa lex obumbrata est.
Vsque ad hodiernum enim diem, inquit, *idem velamen in le-*
ctione veteris testamenti manet non reuelatum, quod in Christo anti-
quatur. Cæterùm quod dicit, tale est: Hoc ipsum non
possunt intelligere quòd cessauit lex,eò quòd non cre-
dunt Christo.Nam si per Christum cessauit, sicut reue-
ra cessauit, & ipsa lex hoc occupans prædixit: quî fieri
potest,vt qui Christum nō recipiunt, per quem lex an-
B tiquata,eam videant legem esse antiquatam? Hoc au-
tem quum videre non sustineant,perspicuum est eos e-
tiā ipsius legis hæc dicentis vim & vniuersam gloriam
ignorare.Et vbi,inquiet aliquis, dixit hoc lex, quod in
Christo antiquatur?Non dixit solùm,sed & fact is ostē-
dit:Ac primùm quidem per hoc,quòd sacrificia & om-
nem sanctificationem in vno loco concluſit,videlicet
in templo, & hoc ipsum templum postea sustulit. Nisi
enim voluisset hostias & vniuersam de his legem ces-
sare,alterum è duobus fecisset, aut nequaquam sustuli-
set templum, aut eo sublato non prohibuisset alibi sa-
crificia fieri. Nunc verò quum nusquam in vniuerso
terrarum orbe, ac ne Hierosolymis quidem eiusmodi
ritibus locum dederit,sed solum templum illis reliquerit, & ad sacrificandum designarit, mox & illud sustu-
lerit, ipsis rebus perfectè declarauit legē per Christum
C abrogatam esse, quando templum Christus sustulit.
Quòd si libet,& verbis audire demonstrari,quo modo
per Christum antiquata sit lex, auscultа ipsum legisla-
torem hoc pacto loquentem, Prophetam vobis susci- *Deut.18.d*
tabit dominus ex fratribus vestris, tanquam me, ipsum
audietis in omnibus quæ præceperit vobis: & erit om-
nis anima,quæ non auscultarit illi prophetæ,disperde-
tur.Vides quo modo demonstrarit lex, quòd in Chri-
sto cessaret.Nam hic propheta,nimirum Christus iuxta
carnē,cui auscultari iussit Moses, & sabbatis, & circun-
cisioni, & cæteris omnibus finem imposuit. Quin &
Dauid hoc ipsum declarās dixit de Christo, Tu sacer- *Psal.109.b*
dos secundum ordinem Melchisedech, nō secundum
ordinem Aaron: eoq; Paulus hoc euidenter interpre-
tans dicit,quòd translato sacerdotio, necessariò fiat &
legis translatio. Ac rursum alibi dicit, Sacrificium & *Hebr.7.b*
D oblationē noluisti,holocaustomata & pro peccato nō *Psal.39.b*
probasti:tunc dixi,ecce venio. Quin & alia plura testi-
monia é scriptura veteri producere liceat, quibus de-
claratur,quo modo per Christum antiquatur lex. Ita-
que quum receſseris à lege, tunc rectè videbis legem.
Cæterùm quandiu illam retines,neque credis Christo,
nec ipsam nosti legem. Vnde & subnectit hoc ipsum
probans euidentius, *Sed vsque in hodiernum diem, quum le-*
gitur Moses,velamen cordi illorum impositum est. Quoniam e-
nim dixerat, in lectione veteris testamenti manet ve-
lamen: ne quis existimaret hoc dicto notari legis ob-
scuritatem, quemadmodum per alia superius hoc de-
monstrarat: Nam quum diceret, obscurati sunt sen-
sus illorum, significat ipsorum esse culpam: ita hoc ip-
so loco rursus ostendit. Non enim dixit, in literis ma-
net velamen,sed,in lectione. At lectio actus est legen-
tium:Ac rursum,quum legitur Moses.Quin hoc ipsum
euiden-

euidentius etiam expresit sermone sequente, quum ait, Absque velamine velamen impositum est cordi illorum. Nam nec in facie Mosi propter Mosem positum erat, sed propter illorum crassitudinem, mētemq; carnalem. Ergo posteaquam illos satis redarguit, ostendit & correctionis modum. Quis autem hic est? *Vbi conuersus fuerit ad dominum*: quod sanè est à lege desciscere: *tum auferetur velamen.* Vides hoc velamen non fuisse vultus Mosaici, sed Iudaici aspectus? Neque enim id factum est quò celaretur gloria Mosi, sed ne illi eam cōspicerent. Non enim erant capaces. Itaque hic illorum defectus erat. Nec enim ea res effecit, vt quicquā ignoraret Moses, sed illos submouit à cognitione. Nec dixit, vbi legem reliqueris, sed hoc innuit: Quum enim conuersus fueris ad dominum, tolletur velamen. vsque ad finem perstitit in historia. Quum enim Iudæos alloqueretur Moses, velabat faciem suam: quum autem se cōuerteret ad deum, amotum erat velamen. Hæc porrò erat figura futuri, videlicet quòd posteaquam conuersi fuerimus ad dominum, tunc visuri sumus gloriam legis, nudamq; legislatoris faciem. Quin potius nō hoc tantùm continget, sed tum futuri sumus etiam in ordine Mosi. Vides vt accusat Iudæum de fide, declarans eum qui ad gratiam venerit, non solùm posse videre Mosem, verùm etiam in eodem cum legislatore ordine collocari. Non enim tantùm, inquit, videbis gloriam quam tum non videbas, sed ipse in eadem futurus es gloria: atque adeò in longè etiam maiore, & vsque adeò magna, vt illa ne gloria quidem videatur huic comparata. Quî sic, & quo pacto? Quoniam qui conuersus fuerit ad dominum, cœperitq; esse in gratia, ea fruetur gloria, ad quam comparata Mosi gloria intantum sit inferior, vt ne gloria quidem sit. *Et tamen quanquam exigua est, multoq; internallo abest ab hac Christi gloria: si Iudæus sis, ne hac quidem dignus habeberis.* Nunquam igitur Iudæi illam viderunt, ne nūc quidem. Cæterùm vbi fidelis factus fueris, dignus habeberis, qui spectes illa multò maiorem. Quum fidelibus loqueretur, aiebat ne glorificatum quidē fuit quod erat glorificatum: hic verò non eodem modo loquitur. Sed quo modo? Vbi cōuersus fuerit ad dominum, auferetur velamen: paulatim illum subuehens, ac primum in ordine Mosi collocans, ac mox illum participem reddens rerum maiorum. Quum enim videris Mosem in gloria, tunc iam conuerteris ad dominum, ac maiore hac gloria perfrueris. Vide igitur rursus ab initio quàm multa posuerit discrimina, quæ declarant noui testamenti ad veteris prēminentiam: præminentiam, inquam, non pugnam, aut contrarietatem. Illud, inquit, litera est & lapis, ac mortis administratio, & antiquatur: & tamen ne hac quidem gloria digni habiti sunt Iudæi. Hæc tabula carnea, & spiritus, & iustitia, & manet, & omnes dignatione dei ad illā admittimur, non vnus tantùm quemadmodum tunc Moses ad illam inferiorem gloriam admissus est. *Nos enim, inquit, omnes reuelata facie gloriam domini speculamur, non Mosi.*

Hic supra.

Cæterùm quoniam id quod dictum est, vbi conuersus fuerit ad dominum, quidam de filio dictum esse prædicant, vehementer repugnantes confessis & euidentibus: hoc ipsum exactius expendamus, primum eo posito, vnde illi videntur argumentum sumere. Quid autem hoc est? Quemadmodum, inquiunt aliqui, spiritus deus: ita hic spiritus dominus. At non dixit, spiritus dominus, sed dominus spiritus est. Multum autem interest inter hanc & illam sermonis structuram. Et enim quoties voluerit ita loqui, quemadmodum tu putas, non addit articulum appositō. Quin potius videamus omnia denuò quæ dicta sunt, quis sit ille de quo dixit: velut illud, Litera occidit, spiritus autem viuificat. Ac rursus, inscripta non atramento, sed spiritu dei viuentis: vtrum de filio dixerit, an de spiritu? Perspicuum est quòd de spiritu dictum sit, quandoquidem ad hunc illos auocabat à litera. Etenim ne quis audito spiritus nomine, mox ita colligens, si Moses ad dominum conuersus est, ipse autem dominus ad spiritum, existimaret illum minus habere: corrigit hanc suspicionem dicens, Dominus autem spiritus est. Et hic, inquit, dominus est. Atque vt intelligas de spiritu fieri verba, subiunxit: *Vbi autem spiritus domini, ibi libertas.*

Hic sup.b *Ibidem.a* *Ioan.4.a*

Neque enim profectò illud dicere possis apostolum dicere, Dominus autem est domini. Porrò libertatem dixit, respiciens ad priorem seruitutem. Deinde ne putares illum de futuro tempore loqui, ait: *Nos autem omnes reuelata facie gloriam domini speculantes, non illam quæ cessat, sed manentem, secundum eandem imaginem, transformamur à gloria in gloriam tanquam à domini spiritu.* Vides vt rursus spiritum ponit eodem ordine quo deum. Atque ipsos subuehit in ordinem apostolorum. Nam prius dixerat, epistola Christi estis: hic verò, nos autem omnes reuelata facie. Quanquam ipsi venerunt portantes legem iuxta Mosem. Nos verò, inquit, quemadmodum non egemus velamine, ita nec vos, qui recepistis euangelium. Et tamen multò maior est hæc gloria. Non enim hic est nostri vultus, sed spiritus. Nihilominus æquè atque nos potestis in hanc intendere oculos. Illi nec per medium potuerunt, vos autem citra interuentum potestis & maiorem intueri gloriam. Illi in Mosi gloriam intueri nō poterant, vos potestis etiam in spiritus gloriam. Quòd si spiritus esset inferior, haudquaquam hæc commemorasset, vt illorū rebus maiora. Sed quid est, gloriam domini speculantes, secundum eandem imaginem transformamur? Euidentius quidem hoc declarabatur, quum signorum dona in apostolis operabantur. Quanquam haud erat difficile hoc ipsum perspicere, fideles habenti oculos. Simul enim vt baptizamur, etiam vltra Solem refulget anima spiritu perpurgata: ac non solùm intuemur in gloriam dei, verùm etiam inde recipimus splēdorem quendam: non aliter quàm si argentum mūdum ad Solis radios expositum, emittat & ipsum radios, licèt non ex suapte natura solùm, verùm etiam ex Solis fulgore: Similiter & anima repurgata, & argento facta lucidior, accipit radium à gloria spiritus, & hunc vicissim ex se remittit. Eoq; dicit, speculantes secūdum eandem imaginem transformamur à gloria spiritus in gloriā nostram, quæ in nobis gignitur: & quidem talis, qualem conuenit gigni à domino spiritu. Vides vt & hic spiritum appellat dominū? Quin & alibi videre licet spiritus authoritatem. Ministrantibus, inquit, illis domino, ac ieiunātibus dixit spiritus: Separate mihi Paulum & Barnabam: vt ostenderet spiritum honore æqualem domino. Ac rursum Christus ait, Seruus non nouit, quid faciat dominus ipsius: spiritus autem qui est in homine, nouit quæ sunt eius: ita nouit quæ sunt dei, non quod docetur. Nam imago non manet. Porrò illud, Operatur autem prout vult, indicat illius potentiam & authoritatem. Hic transformat, huc non sinit nos conformari huic seculo, hic est opifex talis creaturæ. Quemadmodum enim dicit, cōditi in Christo Iesu: ita ait, cor mundum crea in me deus, & spiritum rectum innoua in visceri-

Hic sup.a *Actor.13.a* *Ioan.15.b* *1.Cor.12.b* *& Philip. 2.b* *Coloss.1.c* *Psal.50.c*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Morale. bus meis. Vis hoc tibi demonſtrem euidentius ab a-
Act.19.b poſtolis? Cogita Paulũ, nónne veſtes illius vim exere-
Ibidẽ.5.c bant? Cogita Petrum, nónne & vmbra illius habebat vim? Neque enim ſi regis imaginẽ geſsiſſent, & ſplendor illorum ſubmouiſſet ab acceſſu, tantum miraculorum veſtes & vmbræ illorũ ediditſent. Nam regis veſtes etiam latronibus ſunt formidabiles. Vis ne videre gloriam hanc etiam per corpus relucentem? Intuentes,
Ibidem.6.d inquit, in faciem Stephani, viderunt tanquam vultum angeli. Verùm nihil hoc ad intus fulgurantẽ gloriam.
Exod.34.g Sicut enim Moſes in facie velamen habebat, ita hi in
& 2. Cor.3. animo velamen circunferebant, imò multò amplius.
c.d Quod enim in Moſe, ſenſibus erat expoſitum, hoc autem incorporale. Quemadmodum igneſcunt à corporibus ſplendidis corpora, lucem ſuam in vicina tranſfundentia, atque de propria luce communicant: ſic accidit & in fidelibus. Hane ob cauſam videlicet ſubducuntur à terris, quibus hoc contigit, nec quicquam niſi cœleſtia cogitãt. Hei mihi. Nam hic par eſt etiam amaros edere gemitus, quòd quum tãta fruamur nobilitate, nec ea quidẽ ſcimus quæ dicuntur, eò quòd res celeriter nobis pereant, & ad ſenſibilia obſtupeſcamus. Siquidem hæc ineffabilis ac tremenda gloria, ad vnũ vſque alterúmve diem in nobis manet. Iam verò etiã illam extinguimus, inducentes negociorum ſecularium hyemẽ, nubiumq; denſitate depellentes radios. Hyems enim eſt, cura rerum temporalium, atque hyeme triſtior. Neque enim hic rigor aut pluuia naſcitur, aut lutum gignitur & profundus limus, ſed quod eſt his omnibus grauius, gehennam gignit hæc hyems ac gehennæ mala. Et quemadmodum in vehemẽti rigore congelaſcunt membra, ſuntq; mortua: itidem & peccatorum hyeme horreſcẽs anima, nihil ſuorum officiorum peragit, concreta, velut à rigore cõſcientiæ. Quod corpori frigus eſt, hoc eſt animæ mala conſcientia. Vnde & timiditas naſcitur. Nihil enim formido loſius homine rebus temporariis affixo, propterea quòd talis vi-
Gene.4.b uit vitam Cain, quotidie tremens. Quid autẽ commemorem, mortes, damna, offenſiones, adulationes & obſequia, quandoquidẽ & præter iſta innumerabiles metuit immutationes? Ac penu quidem auro refertum eſt, non tamen liber eſt à metu paupertatis. Idq; meritiſsimè, vt qui ancoram fixerit in rebus putribus ac volubilibus, etiam ſi ipſe nullam patiatur mutationem, tamen in aliis eam conſpiciens accidere, diſperiit. Atq; quemadmodum adeſt multa timiditas, ſic abeſt multa fortitudo. Non ſolùm enim aduerſus pericula talis caret audacia, verùm etiam ad cętera omnia. Quòd ſi pecuniarum cupiditas irruerit, non tanquam vir ingenuus ac liber repellit incurſionem, ſed velut ære emptum mancipium cuncta facit, quippe domino moroſo ſeruiens auariciæ. Sin formoſam aliquam puellam conſpexerit, protinus capitur attonitus, nec aliter quàm canis rabiens ſequitur, quum oportuerit illum ſecus facere. Quum enim videris mulierem formoſam, ne huc intenderis animum quo modo potiaris cupiditate, ſed quo modo libereris à concupiſcentia. At quî poterit iſtuc fieri? dixerit aliquis. Neque enim meum eſt amare. Sed agè dic mihi, cuius igitur? Diabolici inſultus. Omnino dæmonem eſſe putas qui tibi inſidiatur. Luctare igitur ac pugna cum morbo. At non poſſum, inquis. Agè hoc igitur primum te docebimus, tuæ eſſe ſocordiæ quod pateris, teq; initiò dæmoni patefeciſſe aditum, atque etiam nunc ſi velis illum perfacilè repelles. Dic enim mihi, qui mœchantur, vtrum amantes mœchantur, an ſimpliciter periculum appetentes? Non dubium quin amantes. Num igitur veniam conſequuntur? Nequaquam. Quur ita tandem? Quoniam ipſorum eſt peccatũ. Sed quid, inquis, mihi nectis ſyllogiſmos, ego mihi cõſcius quòd cupiam excutere morbum, nec licet, ſed inſtat ac premit, grauiterq; cruciat. Vis quidem excutere homo, at non facis, quæ ſunt excutientium: ſed perinde accidit tibi, quaſi febri laborãs, ac frigidis potionibus ſeſe ingurgitans dicat: Quàm multa excogito, cupiens extinguere febrim, at non poſſum, ſed magis augent incendium. Videamus igitur, ne fortè tu quoque, quum facias quæ inflammant, putes te excogitare quæ extinguunt. Non facio, inquis. Dic igitur, quid tandem aggreſſus es facere ad extinguẽdum morbum? Quid autem eſt omnino quod morbum auget? Nam niſi omnes hiſce criminibus ſumus obnoxij, plures reperiemus, qui pecuniarum quàm corporum amore capiuntur. Sed commune remedium proponetur, tum his tum illis, quandoquidem & hic amor & ille pariter abſurdus eſt, quanquã hic illo vehementior. Vbi igitur maiorẽ ſuperauerimus, nõ dubium eſt, quin minorem facilè ſimus ſuperaturi. Et quî fit, inquis, vt ſi hic vehementior eſt, non omnes eo malo capiantur, ſed plures inſaniant circa pecuniarum ſtudium? Primùm quòd hæc cupiditas videtur carere periculo: deinde quòd etſi acrior eſt corporum amor, tamen citius quàm ille extinguitur. Quòd ſi perſeueret, quemadmodum pecuniæ cupiditas, etiam funditus perdet quem ceperit. Agè igitur de corporis amore vobis diſſeramus ac videamus, vnde augeſcat malũ. Sic enim ſciemus, vtrum noſtrum ſit crimen, an nõ ſit. Et ſi noſtrum eſt, omnia faciamus vt ſuperemus. Sin noſtrum nõ eſt, quid fruſtra *vexamus nos ipſos? Quur verò non ignoſcimus, ſed reprehendimus eo malo captos? Vnde igitur naſcitur hic amor? Ex pulchritudine, inquis, vultus,* quoties formoſa ac ſpecioſa fuerit quæ vulnerat. Iſta fruſtra dicis, præterq; cauſam. Nam ſi forma pelliceret amatores, omnes haberet amatores ea puella. Quòd ſi non habet omnes, haudquaquã hoc eſt naturæ, neque formæ, ſed ab intemperantibus oculis proficiſcitur. Nam ſimul atque curioſè contemplatus mulierem admiratus es, & amas, recepiſti iaculum. Et quis, inquis, aſpiciens mulierẽ formoſam poſſet non laudare quam videt? Proinde ſi nõ eſt noſtri arbitrij talia mirari, non in nobis videlicet eſt amor. Cohibe te homo. Quur omnia ſimul commiſces, vndique circuncurſans, nec volens inſpicere mali radicem? Nam multos video qui mirentur ac laudent, nõ amant tamen. At qui fieri poteſt, vt qui mirantur nõ ament? Ne obturba, hoc enim aggredior dicere. Sed præſtat audire Moſem, admirãtem filiũ Iacob, quum ait: Et erat Ioſeph formoſus ſpe- *Gene.39.b*
cie, ac decorus aſpectu valde. Num amabat qui hæc dicebat? Nequaquam: neque enim viderat, inquit, eum quem laudat. Verùm erga formas auditas ſimili modo afficimur, non ſolùm erga conſpectas. Verùm ne nobiſcum decertes in his. Nónne Dauid erat formoſus *1. Reg.16.c*
valde, ac ſubrubidus cum decore oculorum? quæ ſanè pars eſt pulchritudinis maximè violenta, oculorũ decor. Num igitur quiſquam amauit Dauidem? Nequaquam. Non igitur amor naſcitur ſimul cum admiratione. Nam complures & matres habuerunt magnopere florentes ſpecie corporis. Quid igitur? Num eas amarunt filij? Abſit. Sed admirantur quidem quod cernunt, non autem incidunt in amorem obſcœnum. Eſt enim rurſus naturæ correctio. Cuius, quæſo, *naturæ?*

Quo-

" Quoniã inquiunt, matres ſunt. Ad hæc, Nomades nul- A
" lo cogente, ſuis matribus miſcentur, idq; non vnus aut
" alter, ſed tota natio. Super hęc, etiam illinc perſpicuum
eſt, hunc morbum non eſſe formæ corporis, neque ſim-
pliciter pulchritudinis, ſed animi ſocordis atq; ſeducti.
Complores itaque præteritis innumeris mulieribus for-
ma præclaris, deformibus ſemet dediderunt. Vnde ni-
mirum liquet, quòd amor nõ naſcatur ex forma. Nam
ſi ita eſſet, illæ ante alios obuios cepiſſent. Quid igitur
in cauſa? Etenim ſi forma non eſt cauſa amoris: vnde,
inquis, amor habet originem ac radicem? à malo dæ-
mone? Habet quidẽ & illinc. Sed nõ hoc eſt quod quæ-
ritur, verũ illud quæritur, an & nos ſimus in cauſa. Ne-
que enim ab illis tantùm ſunt inſidiæ, ſed cũ illis, & qui-
dem à nobis primùm. Nec enim aliũde perinde naſci-
tur hic malus morbus, vt à conſuetudine, à verbis adu-
lantibus, ab ocio & inertia, ex eo quòd nihil habemus
quo occupemur. Magna ſiquidem, magna inquam eſt
conſuetudinis tyrannis, adeoq; magna vt perinde co- B
gat atque natura. Quòd ſi conſuetudinis eſt amorem
pârere, perſpicuum eſt, quòd eiuſdẽ ſit extinguere. Mul-
ti amantes hac ratione deſierunt amare, quòd non vi-
derẽt quas amabant. Verùm id ad breue tempus vide-
tur acerbũ, vehementerq; moleſtum: at progreſſu tem-
poris fit iucũdum, neque deinceps etiam ſi cupiant poſ-
ſint reuocare morbum. Quid igitur? quum præter con-
ſuetudinẽ primo ſtatim aſpectu capior? Et hic corporis
ſegnicies alit amorem, quodq; non curas ea quę decẽt,
nec in neceſſariis negociis occuparis. Talis velut erro
quiſpiam obambulans in quodvis incidit malum, &
tanquam puerum ſolutum quicũque voluerit in ſerui-
tutem abducit talem animam. Quoniã enim illi mos
eſt aliquid agere, vbi ceſſaris in bonis occupatus eſſe, C
quando nõ poteſt eſſe ociosa, cogitur alia quædam gi-
gnere, non aliter quàm terra ſi non occupata ſemente
aut conſitione, quamlibet herbam producit: Sic & ani-
ma, quoties nõ habet quod agat rerum neceſſariarum,
quum omnino cupiat aliquid agere, prauis actionibus
ſemet tradit. Et quemadmodũ oculus quando non de-
ſinit cernere, atque ob hoc cernit mala, ſi quando bona
non ſint obiecta: ſic & cogitatio quoties ſe abducit à
neceſſariis, circa inutilia iam verſatur. Nã vndiquaque
perſpicuũ eſt, quòd occupatio ac ſolicitudo valet pri-
mum incurſum repellere. Itaque quum videris mulie-
† & libera-tus futris. rem formoſam, & erga illam afficeris, deſine intueri, †
& abduce te.] Et quo pacto, inquis, potero abſtinere ab
intuitu, à cõcupiſcentia pertractus? Aliis rebus teipſum
trade, quæ animã reducant, libris, curis neceſſariis, ad-
miniſtrationibus, opitulationibus eorum qui afficiun- D
tur iniuria, deprecationibus, philoſophię defuturis. His
deuincias animum. Hoc pacto non ſolùm corriges
nouum vulnus, verùm etiam infixum altius, & inuete-
ratum facilè excuties. Nam ſi iuxta prouerbium, Cõtu-
melia perſuadet amãti, vt amorem diſſoluat: quo mo-
do non magis hęc ſpiritualia incantamenta ſuperabũt
malum, tantùm vt velimus deſiſtere? Quòd ſi ſemper
adhæreamus, & conuiuamus his qui talia iacula in nos
iaculantur, ſimul & audientes & loquentes de illis, ali-
mus morbum. Quo modo igitur vis extinguere incen-
dium, quum quotidie flammam accendas? Et hæc qui-
dem de cõſuetudine aduerſus adoleſcẽtes dicta ſunto,
quando viris quidem philoſophandi peritis, omnium
maximum remedium eſt, dei timor, gehennæ memo-
ria, & regni cœlorum deſiderium. Hæc enim ſufficiunt
extinguendo incendio. Cum his verò & illud cogita,

id quod cernitur nihil aliud eſſe quàm phlegma, & ſan
guinem, & alimẽti putrefacti humorem. Exhilarat, in-
quis, floris aſpectus. At nihilo magis quàm flores è ter-
ra naſcentes: quanquã & hi putreſcunt, marceſcuntq;.
Proinde nec hic attende flori, ſed animo interius pe-
netra & cogitatione, detracta formoſa illa pellicula
curioſius inſpice quæ ſub ea latent. Nam & aqua inter-
cute laborantium corpus relucet ac ſplẽdet, nec ſuper-
ficies quicquam habet mali: ſed dum cogitamus tumo-
rem intus repoſitum, perculſi non poſſumus amare ta-
les. Sed liquidus eſt oculus & acer, pulchrè porrecta ſu-
percilia, nigræ pupillæ, placida ceruix, purus & ſerenus
aſpectus. At vide rurſum hoc nihil aliud eſſe, quàm
neruos ac venas, hymenes & arterias. Tu verò mihi co-
gita formoſum iſtum oculum ægrotantem, ſeneſcen-
tem, ac præ dolore marcidum, præ ira tumẽtem, quàm
deformis ſit, quàm celeriter pereat, citiuſq; quàm ſcrip-
tura deleatur. Ab iſtis abducito mentem ad veram for-
mam. At non video, inquis, animi pulchritudinem. At
ſi vis, videbis. Et quemadmodum qui formoſos nõ vi-
dit oculis, tamen animo poteſt illos admirari: ita licet
& animæ pulchritudinem abſque oculis cernere. Nõn-
ne ſæpenumero pinxiſti formam elegantem, & nonni-
hil affectus fuiſti erga figmentum? Effinge & nunc ani-
mæ formam, & in ea pulchritudine temet oblecta. Sed
non video, inquis, incorporea. Verùm hæc animo ma-
gis cernimus quàm † corpore.] Propterea admiramur *† corpora.*
angelos & archangelos, licẽt illos non videamus, ſicut
& morum probitatem & animæ virtutẽ. Si videris ho-
minem æquum ac modeſtum, magis hũc admiraberis
quàm illam formoſam faciẽ. Quòd ſi quem videris cõ-
tumelia affici, qui ferat iniuriæ authorem, ſeſeq; illi præ-
ber, non ſolùm admirare, verùm etiã ama tales, etiamſi
ſenio cõfecti ſint. Nam talis animi pulchritudo, etiam
in ſenectute multos habet amatores, nec vnquam mar-
ceſcit, ſed floret iugiter. Vt igitur eam formã nobis pa-
remus, eos qui hac præditi ſunt ſectemur, atque horum
efficiamur amatores. Hoc enim pacto poterimus, &
nos accepta pulchritudine, ſempiterna conſequi bona,
quorum nos omnes cõtingat fieri participes, gratia &
benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, per quẽ & qui
cum patri gloria, vnà cum ſancto ſpiritu, nunc & ſem-
per, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Hactenus vertit D. Eraſmus Roterodamus.
Homilia octaua.

Cap. IIII.

PROPTEREA quum miniſterium hoc habeamus, ſicut miſeri-
cordiam aſſequuti ſumus, non cedimus malis. Quo-
niam magnifica loquutus erat, & Moſi præ-
tulerat ſeſe, & fideles omnes: animaduertens dicto-
rum ſublimitatem ac magnitudinem, vide quo modo
iterum modeſtiam præ ſe fert. Nam oportebat propter
falſos apoſtolos, etiam auditores extollere, & iterum
mitigare, ſed non inficiari tantam excellentiam: alio-
qui hoc fuiſſet deſipientis. Ea propter iſtud aliter bre-
uibus conficit, demonſtrando quòd totum hoc non ex
ſuis bonis operibus factum ſit, ſed ex diuina miſericor-
dia. Vnde etiam dicit, Habentes igitur miniſteriũ hoc.
Nihil enim amplius nos attulimus, quam quòd mini-
ſtri duntaxat facti ſumus, & miniſtrauimus in his quæ
à deo data ſunt. Idcirco non dixit, præbitionem, vel
ſuppeditationem, ſed miniſterium. Et neque hoc con-
tentus fuit, ſed addidit, Sicut miſericordiam aſſequuti
ſumus. Etenim iſthuc ipſum, inquit, quòd hæc per nos
adminiſtrãtur, à miſericordia & benignitate eſt: quan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis misericordiæ sit à malis liberare, minimè autẽ tanta etiam dona conferre Verùm diuina misericordia etiam hoc habet. *Non deficimus.* Etiam hoc illius misericordiæ imputandum. Nam quod dicit, Sicut misericordiam assequuti sumus, & de ministerio & de non deficiendo dictum esse putare debes. Et cõsidera quàm extenuet ea quæ de se dicta. Dicere enim vult, non est res magna si is qui talia & tanta assequutus est, atque ea à sola diuina misericordia, & benignitate, tales subeat labores, pericliteturq; ac tentationes sustineat. Propter hoc non solùm non deficimus, sed etiam gaudemus, & fidenter loquimur. Vnde quum dixisset, Non cedimus malis, addidit: *Sed abnegauimus occultamenta dedecoris, non versantes in astutia, neque dolo tractantes verbum dei.* Et quid est, occultamenta dedecoris? Non pollicemur, inquit, & promittimus magna, alia autem operibus declaramus, quemadmodum illi. Vnde etiam dicebat, Ea quæ secundum faciem videtis: sed tales sumus, quales videmur, & à duplicitate alieni, & nec dicentes, nec facientes talia, quæ occultare oporteat, & adumbrare confusos ac erubescentes. Quod interpretans adiecit, non versantes in astutia. Quod enim illi putabant laudem esse, hoc fœdum, & ridiculum esse pronunciat. Quid est autem, versantes in astutia? Gloriam habebant illi non accipientium, sed accipiebãt & occultabant: gloriam habebant sanctorum, & apostolorum probatorum, erant autem innumeris pleni malis. Sed nos, inquit, hæc abnegauimus: hæc enim & velamenta dedecoris appellat: tales sanè sumus quales & apparemus, nihilq; habemus adumbratũ, neque in vita solùm ista, sed etiam in ipsa prædicatione. Hoc enim est, neque dolo tractantes verbum dei, *Sed manifestatione veritatis:* non persona & ostentatione, sed ipsa operum declaratione. *Commendantes nosmetipsos apud omnem conscientiam hominum in conspectu dei.* Non enim fidelibus solis, sed etiam ipsis infidelibus manifestè propositi sumus, vt si voluerint, examinare res nostras possint, & hinc commendamus nos ipsos, non simulando & claram personam circunferendo. Dicimus sanè quòd nihil accipimus, & vos in testes vocamus: dicimus quòd nobis nullius mali conscij simus, & huius quoque rei testimonium à vobis recipimus, non quemadmodum illi, qui res suas adumbrãtes multos decipiunt: nos verò & vitam nostram ante omnium oculos in medium ponimus, & prædicationem nudam facimus, vt omnes illam cognoscant. Vltra, quoniam increduli illius virtutem ignorant, subdidit quòd hoc nõ nostra fiat culpa, sed illorum stupore, idcirco & dicit: *Quòd si adhuc velatum est euangelium nostrum, in his qui pereunt velatum est, in quibus deus huius seculi excæcauit sensus incredulorum.* Id quod & antea dixerat, aliis quidẽ odor mortis in mortem, aliis verò odor vitæ in vitam: hoc etiam hic dicit. Quid autem est, deus seculi huius? Marcionitæ dicunt de opifice iusto solùm, & non bono, hæc dicta esse: narrant enim esse deum quendam iustum, & non bonum. Manichæi verò aiunt diabolum hic dici, volentes valde absurdè hinc creaturis alium opificem introducere præter eum qui est. Solet enim scriptura sæpe vocare deum non à dignitate eius qui sic appellatur, sed ab infirmitate subditorum, vt quando mãmona dominum dicit & ventrem deum: at non ob hoc simpliciter vel venter deus, vel mammon dominus, sed illorum qui sese illis submittunt. Cæterùm nos dicimus, quòd neque de diabolo hoc dictum sit, sed de vniuersorũ deo, & sic legendum, quòd incredulorum seculi huius excæcauit deus sensus. Futurũ enim seculum non habet incredulos, sed præsens duntaxat. Quòd si & aliter quis legerit, vt puta, deus seculi huius, neque hoc reprehensionem habet: non enim hoc ostẽdit, ipsum huius duntaxat seculi solùm esse deum. Nam & deus cœli dicitur, & non est solius cœli deus: & deum præsentis diei dicimus, & non in hunc solum diem eius principatum includimus. Dicitur item & deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob, & non est solùm illorum deus, & multa talia huius & alterius sententiæ inuenerit quis testimonia. Quo modo igitur excæcauit? nunquid efficacia sua ad hoc impellens? absit, sed permittens & concedens. Est enim mos scripturæ sic loqui, vt quando dicit, Tradidit illos deus in sensum reprobũ. Nam quoniam illi non crediderunt primi, & sese indignos fecerunt ad videndum mysteria, & ipse deinde permisit. Et quid oportebat facere? num vi cogere & reuelare videre nolentibus? imò despexissent, & non vidissent. Vnde & subdidit, *Ne illucesceret illis illustratio †Solis] †euangelij gloriæ Christi.* Non vt increduli essent deo, sed ne videat incredulitas quæ sint illa quæ intus. Quod & nobis imperauit, præcipiens non proiiciendas margaritas ante porcos. Nam si & infidelibus detegerentur, magis illorum morbus increduescret. Nam debiles oculos habentem cogens quis Solis radios videre, auget magis illius infirmitatem, ea propter illum medici in tenebris includunt, ne morbus exasperetur. Sic igitur & hoc loco cogitãdum est, quòd hi quidem †facti fuerunt increduli, &] non iam videbant arcana euangelij, deo vltra radios ab illis excludẽte, id quod & discipulis dicebat: Propterea in parabolis loquor illis, quia audientes non audiunt. Cæterùm vt exemplo quod dicimus, euidentius fiat, pone Gentilem quendam esse qui res nostras fabulam esse arbitretur. hic igitur quo modo vtilitatem assequetur ingressus & visis mysteriis, maiorem quàm foris manens? propter hoc, inquit, ne illucesceret illis illustratio. Perdurat adhuc in historia Mosis. Nam quod cum Iudæis in illo factum est, hoc iam omnibus incredulis fit in euangelio. Et quid est, adumbratum, & id quod illis non illuxit? Audi ipsum loquentem, *Vt ne illucesceret illis lumen euangelij gloriæ Christi, qui est imago dei:* nempe quòd crux, orbis salus & illius gloria: quòd ille ipse qui crucifixus est, cum magna gloria venturus sit: & alia omnia præsentia, futura, quæ videntur, quę nõ videntur, ineffabilis eorum quæ expectantur gloria. Idcirco & illucesceret dixit, vt ne totum hic queras: nam quod datum est, splendor quidam solùm est spiritus. Hunc igitur & suprà manifestans, odorem dixit, & iterum arrabonem, ostendens quòd amplius illic expectet, attamen hæc omnia occultantur ab illis: occultantur autem, quia priores non crediderunt. Deinde ostendens, quòd non Christi gloriam ignorent solùm, sed etiam eam quæ est patris non viderunt, qui hanc ignorant, subdidit: *Qui est imago dei.* Nam ne in Christo solo subsistas, etenim quemadmodum per hunc, patrem vides: sic ignorata huius gloria, neque eam quæ illius est, scies. *Non enim nos ipsos prædicamus, sed Christum Iesum dominum, nos autem ipsos seruos vestros propter Iesum.* Et quæ est ista consequentia, quid cum dictis habet commune? Vel illos perstringit, quòd seipsos extollant, & persuadeant discipulis vt à se nominari velint, id quod in priore dicebat, Ego sum Pauli, ego autẽ Apollo, vel aliud quiddam multò grauissimum. Quale autem hoc? quoniam illos valde impugnabant, & vbique insidiabantur eis.

Supra.2.d — Matt.6.d & Luc.16.b Philip.3.d — Exod.3.d — Rom.1.d — †euangelij. — Matt.7.a — †perfidi facti sunt incredulis. — Eli autẽ incredulis, non iam &c. — Matt.13.b — Supra.2.d — 2.Cor.2.b

Non

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non enim nos impugnatis, sed oppugnatis eum qui per nos prædicatur. Non enim nos ipsos prædicamus. Ego seruus sum, ego minister sum, & vnus ex his qui prædicationis munere funguntur, alteri omnia concilians, & pro illius gloria, omne quicquid est faciens: & ita nec impugnantes, etiam ea quæ illius sunt, destruitis. Nam intantum abstineo, ne in me aliquid eorum quæ euangelij sunt transferam, quòd & vester seruus esse non detrectem, propter Christum. Quoniam illi visum est sic vos honorare, eò quòd sic vos dilexit, & omnia pro vobis fecit. Ideo & dicit, nos ipsos autem seruos vestros propter Christum. Vidisti animâ à gloriatione puram? Non enim aliquid ex his quæ domini sunt, inquit, nobis proprium facimus, sed & vobis nos ipsos propter illum subiicimus. *Quia deus est qui dixit, è tenebris lucem illucescere, illuxit in cordibus vestris.* Vidisti quo modo iterum quærentibus vt videant gloriam illam excellentem, Mosis inquam, ostendit eum additamento fulgurantem? quemadmodum in facie Mosis, ita in vestris cordibus illuxit, inquit. Et prius meminit eorum quę in principio creationis facta sunt, nempe sensibilis Solis, & sensibilium tenebrarum, mõstrans quòd istud maius est opificiũ. Et vbi dixit, ex tenebris lux luceat? In principio & in exordio creationis, Tenebræ enim erant, inquit, super abyssum. Et dixit deus, fiat lux, & facta est lux. Sed & tunc quidem dixit, fiat, & factum est: nunc autem non dixit, sed ipse nobis factus est lux. Non enim dixit, Et nunc dixit, sed ipse illuxit: propter hoc neque sensibiles res videmus lucis huius fulgentis, sed ipsum deum per Christum. Vides trinitatem in se incommutabilem? Nam de spiritu quidem, inquit, Nos autem omnes reuelata facie gloriam domini inspeculantes, *ad eandem imaginem transformamur à gloria in gloriam, tanquam à domini spiritu: de filio autem,* Ne illucescat illis illustratio euangelij gloriæ Christi qui est imago dei: de patre verò, Qui dixit, vt ex tenebris lux luceat, illuxit in cordibus vestris, ad illuminationem cognitionis glorie dei in facie Christi. Quemadmodum enim vt dixit, euangelij gloriæ Christi, adiecit, qui est imago dei, monstrans quòd & illius gloria priuati sint: sic vt dixit, cognitionis dei adiecit, in facie Christi, monstrans quòd per illum patrem cognoscimus, vnde ipsi quemadmodum per spiritum adducimur. *Habemus autem thesaurum hunc in testaceis vasis, vt excellentia virtutis sit dei, & non ex nobis.* Nam quoniam multa & magna dixit de ineffabili gloria, vt ne quis dicat, Et quo modo tanta gloria fruentes manemus in mortali corpore? inquit, quòd istuc ipsum quidem est mirabile, & indicium maximum potentiæ dei, quòd vas testaceum tantum fulgorem sustinere potuit, & talem seruare thesaurũ. Vnde id quod admiror dicebat, vt excellentia virtutis sit dei, & non ex nobis, iterum illos perstringens qui gloriabantur in semetipsis, quandoquidem & datorum magnitudo & suscipientium infirmitas testatur virtutem, non quòd magna solùm dederit, sed & quòd his qui parui sunt: nam testaceum dicebat, naturæ mortalis fragilitatem insinuãs, & carnis nostræ infirmitatem significans: non enim melior est testaceis illa, adeò facilè illam inuadunt & mors, & morbi, & aëris intemperies, aliisque innumeris facilè dissoluitur. Hæc autem dicebat, etiam illorum comprimens fastum, omnibusque monstrans, quòd nihil humanum firmum sit, eò quòd & tunc maximè manifestatur dei potentia, quando per viles operatur magna. Idcirco & alibi dicebat: Virtus enim mea in infirmita-

A te perficitur. Et in veteri quoque testamento per culices ac mures, integros barbarorum exercitus fugabat. *1.Reg.4.b*
Vnde & magnam suam virtutem erucam vocabat. *Amos.4.c*
ab initio linguas confundens solùm, magnam illam turrim Babylonicam destruebat: & in bellis quoque, *Genes.11.b*
nunc quidem per trecentos, innumeros exercitus fugabat, nũc autem per buccinas ciuitates destruebat: postea verò per pusillum adolescentem & cõtemptum Da- *Iosue.6.a*
uidem, omnem barbarorum aciem in fugam conuer- *& Heb.11.f*
tebat. Sic sanè & hic, duodecim solum missis, orbem *1.Reg.17.f*
vicit. Obstupescamus igitur virtutem dei, admire- Morale.
mur, adoremus, rogemus Iudæos, rogemus Gentiles,
quis persuasit vniuerso orbi à patriis moribus desistere,
& ad aliam transire conuersationem? Piscator, vel ta-
bernaculorũ factor, publicanus vel illiteratus & idio-
ta? Et quo modo hæc essent rationi cõsona, nisi diuina
B virtus esset, quæ per illos operata est? Quid autem di-
centes, persuaserunt? Baptizemini in nomine crucifixi.
Cuius? quem nesciebant, non viderant. Attamen hæc *Actu.2.f*
dicentes & prædicantes persuaserunt, quòd ij quidem
qui vaticinabãtur, & à patribus ipsis traditi erant, non
sint dij. Crucifixus autem hic Christus omnes attraxit,
tametsi quòd crucifixus quidem esset & sepultus, om-
nibus manifestum erat: quòd autem resurrexisset, nulli
præter paucos viderant: nihilominus & hoc persuase-
runt his qui non viderant, & non solùm quòd resurre-
xit, sed etiam quòd ascendit in cœlos, & veniet iudica-
re viuos & mortuos. Vnde igitur sermones illi verisi-
miles & probabiles, dic oro? non aliunde quàm à dei
virtute. Etenim nouitas hæc primò omnibus ingrata
erat. Quando autem & talia noua quis affert, res diffi-
cilior fit, quando amouet inueteratæ consuetudinis
C fundamenta, quando à fundamentis euellit leges. Ad
hæc neque præcones fide digni videbantur, sed & a-
pud omnes gentes exosi, indocti, ac meticulosi. Vnde
igitur vicerunt orbem? quo modo nos & progenito-
res nostros, qui philosophi ac sapientes putabantur,
cum diis suis eiecerunt? Nõne manifestũ ex eo, quòd
deum habebant secum? non sunt enim hæc opera hu-
manæ facultatis, sed diuinæ cuiusdam & ineffabilis.
Non, dicet quis, sed magicæ. Oportuisset igitur dæmo-
niorum principatus crescere, & propagari idolorum
cultum. Quo modo ergo destructus est & euanuit ille,
& præualuere nostra quæ illis cõtraria? Proinde quòd
dei arbitrio hæc euenerint, non à sola prædicatione,
sed etiam à conuersatione ipsa manifestum est. Quan-
do enim virginitas tanta vbique terrarum pullulauit,
quando diuitiarum contemptus, & vitæ, & omnium
D aliorum? Improbi enim & impostores nihil tale perfi-
cient, sed contraria omnia. Illi autem angelorum no-
bis conuersationem inuexerunt, non inuexerũt autem
solum, sed etiam egerunt in hac nostra regione, in ter-
ra barbarorũ, in ipsis terræ finibus. Vnde perspicuum,
quòd omnia Christi vbique virtus perfecit, vbique lu-
cens, & ipso fulgure velocius mentes hominum illu-
strans. Hæc igitur omnia cogitantes, & ex his quę facta
sunt, accipite promissionis futurorum manifestum in-
dicium, adoratèque nobiscum inuictam crucifixi vir-
tutem, vt & intolerabiles effugiatis pœnas, & regnum
æternum assequamini. Quod vt omnes assequamur,
concedatur nobis gratia & misericordia domini no-
stri Iesu Christi, cui sit gloria in secula seculorũ, Amen.

Ibid.4.b *Ibidem.* *Genes.1.a* *Ibidem.* *Supra.3.d* *Ibid.4.b* *Ibidem.* *Infra.11.c*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vm in omnibus affligimur, at non anxij reddimur: laboramus, at non deſtituimur: perſequutionem patimur, at non in ea deſerimur. Perſeuerat adhuc,& monſtrat,quòd totum ſit opus dei, reprimēs ſic illorum qui in ſeipſis gloriabantur ſuperbiam. Neque enim hoc ſolùm eſt mirabile,quod in teſtaceis vaſis cuſtodimus theſaurū hunc, ſed quòd etiam innumera ſuſtinentes mala,& vndecunque pulſati ſeruamus illum, & non perdimus: tametſi vel adamantinum vas eſſet, theſaurum tantum portare non poſſet,neque ad ferendas tales inſidias ſufficeret. Nunc autem & fert,& nihil graue patitur per dei gratiam. Dum enim,inquit,in omnibus tribulamur,at non anxij reddimur. Quid eſt,in omnibus? in inimicis, in amicis, in neceſſariis, in aliis vſibus, ab hoſtibus,à domeſticis, ſed non anguſtia premimur. Et vide quo modo res contrarias dicit,vt & hinc dei virtutem oſtendat. Dum enim anguſtiis premimur, anxij non reddimur,inquit:laboramus, at non deſtituimur: hoc eſt, non excidimus in fine. Perplexi animo efficimur vbique,& conſilio deſtituimur,ſed neque ſic vt ab his quæ propoſita ſunt excidamus: nam hæc à deo nobis vt exerceamur,non vt ſuccumbamus permiſſa ſunt.

Perſequutionem patimur, ſed non in ea deſerimur: deiicimur, ſed non perimus. Nam tentationes quidem contingunt,ſed non ea quæ illas comitantur. Cæterùm etiam hoc per dei virtutem ac gratiam. Alibi autem, inquit, etiam propter ſuam humilitatem & propter aliorum ſecuritatem permiſſa hæc eſſe, Vt enim non extollar, datus eſt mihi ſtimulus,inquit. Et iterum, Ne quis de me ſentiat ſuper id quod videt, ac audit quid ex me. Et alibi iterum,Ne confidentes ſimus in nobis ipſis:verùm hoc loco, vt appareat dei virtus. Vides quantum ex tentationibus lucrum? Etenim dei virtutem monſtrabat, & gratiam detegebat vberius. Sufficit enim tibi gratia mea, inquit, & ad humilitatem inſtruxit, & alios humiliari fecit,ipſoſq; fortiores reddidit. Patientia enim, inquit, probationem operatur, probatio verò ſpem. Nam qui inciderunt in pericula plurima, etiam à ſpe qua omnia in deum retulerant, erudiebantur,vt illam retinerent amplius per omnia. *Semper mortificationem domini Ieſu in corpore circunferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corpore noſtro.* Et quæ eſt mortificatio domini Ieſu,quam circunferebāt? mortes quotidianæ,per quas & reſurrectio monſtrabatur. Si enim quis non credit, inquit, quòd mortuus eſt Ieſus & reſurrexit,nos videns quotidie morientes & reſurgētes, credat poſtea reſurrectionem. Vidiſti quo modo & aliam cauſam inuenit tentationum? Qualē oro cauſam? Vt & vita illius manifeſtetur in corpore noſtro,inquit:quòd eripit nos à periculis, ita vt hoc quod videtur infirmitatis eſſe & derelictionis, iſthuc ipſum illius prædicat reſurrectionem. Non enim ſic appareret,ſi nihil inſuaue pateremur,virtus illius,vt nunc oſtēditur,dum patimur quidem,non autem vincimur. *Etenim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Ieſum, vt & vita Ieſu manifeſtetur in mortali carne noſtra.* Semper enim quando aliquid obſcurum loquitur, ſeipſum iterum interpretatur, id quod profectò & hoc loco fecit, hoc vt dicebam interpretans manifeſtè. Propter hoc enim,inquit,tradimur,hoc eſt,mortificationem circunferimus, vt virtus vitæ illius appareat,non permittentis carnem mortalem tanta à multitudine malorum patientem vinci. Porrò & aliter iſtud accipiendum. Quo modo? ſicut alibi,inquit, ſi ſimul mortui ſumus, & ſimul viuemus. Nā quemadmodum mortem illius ſuſtinemus nūc, & eligimus viuentes mori propter illum:ſic & ipſe eliget,ſi morimur,viuificare tunc: nam ſi à vita in mortem venerimus, & ipſe à morte in vitam nos manu ducet. *Et ita mors operatur in nobis, vita autem in vobis.* non iam de communi morte †filij]dicens,ſed de tribulationibus & relaxatione. Nos enim in periculis quidem & in tentationibus, inquit: vos verò in relaxatione propter vitam, quam in huiuſmodi tribulationibus lucrifacitis: & nos quidem periculoſa ſuſtinemus, vos autem bonis illis fruimini,non enim tantas ſuffertis tentationes. *Habentes autem eundem ſpiritum fidei, ſicut ſcriptum eſt, Credidi propter quod loquutus ſum, & nos credimus, idcirco & loquimur, quòd is qui excitauit dominum Ieſum, idem & nos per Ieſum excitabit.* Memores nos facit pſalmi, multam in ſe habentis ſapientiam, & ſufficientis in periculis maximè exercere. Dictum enim hoc eſt, in magnis periculis, ſicut iuſtus ille loquutus eſt, & propterea quæ non poterat aliter ferre, quàm per diuinum † auditorium:] nam quoniam cognata maximè conſolari ſolent, propter hoc, inquit,eundem ſpiritum habentes:hoc eſt, eodem præſidio quo ille ſeruatus eſt, & nos ſeruamur: ſpiritu quo loquutus eſt,& nos loquimur. Vnde oſtendit magnam eſſe nouæ legis cum veteri concordiam, & quòd idem ſpiritus in vtriſque operatus ſit, & quòd non nos ſolum in periculis, ſed etiam veteres omnes, opus habebant fide ac ſpe erigi, & non ſtatim petebant ſolui quæ imminebant. Nam poſtquam oſtendit per rationes reſurrectionem & vitam, & quòd non ab infirmitate vel dereliction̄e ſint pericula, vltra & fidem introducit, illíque totum permittit: veruntamen & illius demonſtrationem exhibet Chriſti reſurrectionem, dicens, Et nos credimus, ac idcirco loquimur. Et quid loqueris *dic oro? Quid? Qui excitauit Ieſum, & nos excitabit, & conſtituet vobiſcum, nam omnia propter vos, vt gratuitum beneficium quod exundauit pluribus gratiam agentibus exuberet in gloriam dei.* Iterum euacuat illorum ſuperbiam, ne hominibus gratiam dent,pſeudoapoſtolis inquam: totū enim dei eſt, qui vult multis gratificari, vt maior appareat gratia, vnde propter nos reſurrectio, & alia omnia. Non enim per vnum, propter vnum hæc fecit, ſed propter omnes. Ideo ne cedamus malis. *Sed licèt externus noſter homo corrumpatur, attamen internus renouatur de die in diem.*

Quo modo corrumpitur? dum flagellatur,abigitur, innumera fert mala. Sed interim renouatur de die in diem. Quo modo renouatur? fide, ſpe, alacritate, vt audeat ſe opponere malis. Nam quò plura tulerit corpus, hoc maiorem ſpem habet anima,& fulgidior euadit, velut aurum, quod multo igni examinatur. Et vide quo modo præſentis vitæ moleſtias demolitur.

Nam momentaneum leuitas afflictionis noſtræ, inquit, *excellenter ſecundum excellentiam † æternam] pondus gloriæ operatur, non † æternum. ſpectantibus nobis ea quæ videntur, ſed quæ non videntur.* Concluſo in ſpem negocio, id quod & ad Romanos dicebat, Quòd ſpe ſaluati ſumus. Spes autem quæ videtur non eſt ſpes. Hoc etiam in loco iſto adornans, ponit, collatis inter ſe præſentibus ac futuris, momentaneo & æterno,leui ac graui,afflictione & gloria. Et neque his contentus eſt, ſed ponit aliam dictionem, geminans illam ac dicens, ſecundum excellentiam excellenter. Deinde & modum oſtendit,quo modo leues ſint tantæ afflictiones. Quo modo igitur leues ſunt? Non conſiderantibus nobis quę videntur,ſed quę non videtur: ſic & hoc leue quod præſens, & hoc magnum quod futurū, ſi nos à viſibilibus abduxerimus. Ea enim

quæ

Infra.12.b *Ibidem.* *Supra.1.b* *Infra.12.b* *Rom.5.a* *Roma.6.a* *Roma.4.c* *Ibidem.*

Universidad de Deusto Biblioteca

quæ videntur, temporaria sunt.[Igitur & afflictiones tales. *Quæ autem non videntur, æterna.*] Igitur & coronæ tales. & non dixit, afflictiones tales: sed, quæ videntur omnia, sive pœna sit, sive quies: & sic neque propter illa dissolutè agendum, neque propter hanc vis facienda. Idcirco neque de futuris loquens, dixit regnum æternum: [sed, quæ non videntur, æterna:] sive regnum sive pœna sit, iterū vt & propter hanc terreamur, & propter illud incitemur. *Quoniam enim quæ videtur temporaria sunt, quæ autem non videntur æterna, ad hæc quidem spectemus.* Morale.

Qualem enim haberemus excusationē temporaria pro æternis eligentes? licet enim præsens suave sit, sed non perpetuum, etiam venia carebit. Qualem enim habituri essent excusationem, qui assequuti spiritum, & tanto fruentes dono, humilia sapientes facti, & procumbētes super terram? Etenim multos audio dicentes ridicula hæc verba, Da mihi hodiernum, & accipe crastinum. Nam siquidem talia sunt, inquit, qualia dicitis, illic vnum pro vno fuit: si autē nihil omnino fuerit, duo pro nullo. Quid his verbis iniquius, quid etiam magis delirum? Nos de cœlo disserimus & ineffabilibus illis bonis, & tu illa hippodromica nobis in medium affers, & non erubescis? & talia quæ desipientes solent, loquens non te abscondis? non erubescis, quòd præsentibus addictus es? non desinis desipere, & insanire, & iuveniliter nugari? Et non est mirum, si Gentiles sic loquantur: quòd autem fideles homines sic nugantur, qualē habet veniā? Omnino enim suspicaris immortales spes illas, omnino putas ambigua hæc esse? Et quo modo hæc merentur veniam? Et quis venit, inquit, & annūciauit, quæ illic geruntur? Hominum quidem nullus, deus autem, qui omnibus fide dignior hæc annunciauit. At nō *vides quę illic? neq; enim deum vides. Igitur non putabis esse deum, quoniam non vides deum?* Et valde puto, *inquit, Itaq; si te rogarit quis incredulorum, Et quis* † *cæle,* venit de † *inferno,*] & hæc annunciauit? Quid dices? Vnde scis quòd est deus? Ex his quę videntur, inquit, ex optimo ordine qui est in omnib⁹ creaturis, ex eo quòd hoc omnibus est notum. Igitur etiam de iudicio sic accipito sermonem. Quo modo, inquit? Interrogabo te, tu verò respondē. Iustus est hic deus, & iuxta meritum retribuit vnicuique, vel non secundum meritum? & iniustos quidem vult fœliciter agere ac deliciari, bonos autē in aduersis esse? Minimè, inquit. Neq; enim homo hoc pateretur. Vbi igitur, qui bene hic operati fuerint, bonis fruentur, vbi autem mali contrariis, nisi futura sit vita quędam post hanc & retributio? Vides quòd vnum pro vno, & non duo pro vno erunt iustis: peccatoribus autē & hîc delicatè agentibus, omnino diuersum eueniet: nam siquidem hîc delicatè egerint, neque vnum pro vno acceperūt: qui autem in virtutibus versati fuerint, duo pro nullo. Qui enim relaxationem habebunt, num ij, qui præsenti abutentes vita, vel virtutibus præditi? Tu fortasse illos quidem dices, ego autem hos ostendo, testes illos ipsos vocans qui præsentibus aliquādo fruebātur, & non erubescēt ad ea quæ dicturus sum: etenim pronubis maledixerunt sæpius, etiam diei quo thalami strati sunt, & beatos dixerunt eos qui vxores nō duxerunt: multi etiam iuvenes à nuptiis abstinuerunt, non ob aliam causam, quam quòd molesta res sit: idq; dico non accusans nuptias, honorabiles enim sunt, sed eos qui illis abutuntur. Si autē qui in conjugio vixerunt, vitam inucundam sæpe putauerunt: quid diceremus de his qui in meretricia barathra deducti sunt, & quouis seruo seruilius & miserius affecti, de his qui in deliciis absorbentur, & multos corporibus morbos afferunt? Porrò suave est viuere in gloria. Imò hac seruitute nihil amarius. Etenim omnibus seruis seruilius est vanæ gloriæ mancipium, & omnibus obuiis placere volēs. At qui illam conculcarit, omnium summus est, non curans quid de ipso alij sentiant. Sed ait, pecunias habere amabile est. At sępius ostēdimus, quòd qui ab illis liberati sunt & nihil habēt, ditiores fiunt, ac suauius agūt. Verum dulce ait, est inebriari. Et quis hoc dixerit? Igitur si non ditari suavius est quàm ditari, & cœlibem agere quàm vxorem habere, & vanæ gloriæ non esse avidum quàm illam sectari, & non deliciari quàm deliciari, etiam hoc loco plus habent, qui præsentibus nō sunt addicti. Et nondum dico, quòd ille quidem licet innumeris tormentis distendatur, habeat bonam spem, quæ ipsum deducat. Hic autem licet plurimis deliciis fruatur, habet metum futuri seculi, turbantem ac confundētem suam voluptatem. Etenim, & hic non paruus pœnę modus, vt puta contrarius deliciis ac tranquillitati. Est ad hæc modus tertius. Qualis autem hic? quia illæ seculares deliciæ, neque quando sunt apparent, & arguuntur cum à natura tum à tempore: hæ verò non solum sunt, sed etiam immobiles manēt. Vides quòd non duo pro nullo solum, sed etiam tria & quinq; & decem & viginti, & innumera pro nihilo ponere poterimus? Vt autem isthuc ipsum in exemplo discas, propono diuitem ac Lazarum: nam *ille quidem* *Luc. 16.* præsentibus fruebatur, hic autem futuris. Nun *quid igitur tibi vnum & vnum esse videtur omni tempore puniri,* & breui tempore esurire? ægrotare in mortali corpore, & in immortali grauiter cruciari? coronari & in æternum deliciari post breuem illam valetudinem, & torqueri sine fine post paruam eorum quæ sunt voluptatem? *Et quis hæc diceret?* Vtrum enim de quantitate, *vel qualitate, [vel de ordinatione]* dei, vel de sententia vtrique data deliberabo? Vsque quo scarabæorum loquimini verba, qui in luto perpetuo voluuntur? Non enim hęc sunt rationalium hominum, animā tam pretiosam pro re adeò nihili perdere. Opus paruo labore ad recipiendum cœlum. Vis te & aliunde doceā, quòd sit tribunal terribile, aperi tuæ conscientiæ fores, & vide in mēte tua sedentem iudicem. Si autem tu teipsum condemnas, quamuis teipsum amans non ferres iniquū iudicium ferri: an non multo magis deus iusti magnā curam faciet, & incorruptam de omnibus feret sententiam? Num simpliciter & temerè omnia fieri sinet? Et quis hæc diceret? nullus est. Sed & Græci ac Barbari, Poëtæq; ac philosophi, & omne hominum genus consonat in illis nobiscum, licet non similiter. Et dicunt esse quædam tribunalia in inferno, ita manifesta & cōfessa res est. Et quare non hic punit, dicit? vt longanimitatem suam declaret, & salutem quæ ex pœnitentia concedat: & nō faciat genus nostrum vt eripi nequeat, necnon eos qui ex mutatione optima poterāt seruari, prius † *ad salutem liberet.*] Etenim si statim puniisset peccantem Paulum, quo modo saluatus esset? quo modo etiam Petrus, præcipui doctores orbis? quo modo Dauid salutem per pœnitētiam lucrifeciisset? Quo modo Galatæ, quo modo alij plures? Sanè propter hoc nō exigit hîc pœnam ab omnibus, sed à quibusdā ex omnibus, neque illic ab omnibus, sed ab alio quidem hîc, ab alio verò alibi, vt etiā valde insensatos extimulet † *ab iis per quæ punit.*] An non vides multos hic puniri, vtpote eos qui à turre suppresi, & eos quorum sanguinem sacrificiis miscuit Pilatus, & qui intępestiua morte apud

† *salute prius.*

† *p eos quos punit: ac fortasse expectat fore fiat p eos quos non punit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

te apud Corinthios extincti sunt, eo quòd indignè sa- A
crementis communicarant, & eos qui sub Pharaone,
& sub Iudæis ac Barbaris occisi sunt, & alios multos,
qui & tunc & nunc & semper. Porrò alij quidem vbi
multum peccarunt defuncti sunt, quum pœnã hîc non
luissent, sicut diues apud Lazarum, vt multi alij. Hęc au
tem faciendo & discredentes futuris excitat, [& credẽ-
Psal.102. b tes] & ignauos diligẽtiores reddit. Nam deus iudex iu-
stus, & fortis, & longanimis, & non inducens iram per
singulos dies. Quòd si longanimitate abutemur, erit
tempus quo non diu longanimis erit vltra, sed postea
intentat pœnã. Ne igitur segnes simus, vt vno momen
to deliciemur: hoc enim est præsens vita, & infinitorũ
seculorum accersamus nobis supplicium: sed momen-
to laboremus, vti perpetuo coronemur. Videtis, quòd
etiã in secularibus, sic plerique homines faciunt, & par-
uum laborem pro longa quiete eligunt, tametsi diuer- B
sum eis eueniat: nam hic quidem est æqualitas laboris
ac lucri, sæpe autem diuerso modo labor quidem im-
mensus, fructus autem paruus, & sæpius ne paruus qui-
dem. In regno verò fit modo contrario. Nã quod mo-
lestum, paruum quidem: quod autem dulce, etiam im-
mensum. Considera autem agricolam per totum labo-
rantem annum, & sub ipsum finem sæpius excidit spe
fructus multorum laborum. Item gubernator ac miles
vsque ad vltimam ætatem in bellis ac laboribus agit,
& sæpius vterque moritur, & ille quidem sarcinas di-
uitiarum, hic verò cum victoria etiam vitam amittit.
Quam igitur habebimus excusationem, in rebus secu-
laribus laborios a perferentes, vt parum refocillemur,
vel ne parum quidẽ, spes enim incerta est: in spiritua-
libus autem contrario modo facientes, & propter par- C
uam ignauiam ineffabilem pœnam nobis accersentes?
Ideo oro vos omnes, vel sero ex hoc stupore euigile-
tis. Nullus enim vos liberabit in illo tempore, non fra-
ter, nec pater, nec puer, nec amicus, nec vicinus, nec vl-
lus alius: sed si operibus destituti fuerimus, omnia trans
ibunt, omninoq; peribimus. Quantum diues ille luxit,
& patriarcham orauit, & mitti Lazarũ petiuit? Sed au-
Luc. 16. g di quid ad illum dixerit Abraham, Magnum chaos in-
ter nos & vos, ita vt neque hinc volentes egredi perue-
niant ad vos. Quantum orarunt virgines illæ pro mo
Matth. 25. a dico oleo? Verum audi quid & illæ dicunt, Ne fortè nõ
sufficiat nobis & vobis: & nullus illas potuit in thala-
mum introducere. Sanè hæc cogitantes etiam nos, cu-
remus diligenter vitam nostrã. Quotquot enim dixe-
ris labores, & quotquot attuleris pœnas, nihil hæc om-
nia erunt ad futura bona. Pone si placet ignem & fer-
rum & bestias, & si quid est his crudelius, attamen hæc D
neque vmbra sunt ad illa tormenta: nam hæc quando
vehementissimè intentantur, tũc maximè leuia fiunt,
celeriterq; liberant, corpore non sufficiente ad tantam
vehementiam ac prolixitatem pœnæ. Illic autem non
sic, sed vtraque conueniunt, & intensio & excellentia,
Psal. 94. a cum in bonis, tum in acerbis. Dum igitur est tempus,
† vt mitẽ illum tũc videamus & tranquillũ. præoccupemus faciem eius in confessione, † vt hodie
illum videamus & tũc tranquillum,] & minacissimas
illas potestates effugiamus. Non vides hic milites prin
cipibus ministrãtes, quo modo rapiunt, quo modo fla-
gellant, quo modo latera perfodiunt, quo modo faces
in tormentis adhibent, quo modo secant? sed omnia
hæc ludus ac risus ad illas pœnas. Etenim temporariæ
Marc. 9. g hæ pœnæ. Illic autem neque vermis moritur, neq; ignis
extinguitur. Etenim corpus incorruptibile est omniũ,
quod resurgit tunc. Sed absit ne fortè hæc experiendo
discamus, sed sint solum terribilia, quantum ad verba A
attinet, ne autem tradamur illis tortoribus, sed hinc e-
rudiamur. Quantum nos ipsos tunc accusabimus, quã-
tum plorabimus, quantum vlulabimus? at nulla tum v-
tilitas. Quoniam neque nautæ naui soluta & submersa
proficere possunt, neque medici mortuo ægroto. At sę-
pe dicent, quòd oportebat etiam hoc facere, omnia au-
tem incassum & frustra. Nam quandiu spes correctio-
nis salua est, dicenda ac facienda sunt omnia: postquã
nullius vltra domini erimus, toto destructo, frustra di-
cuntur, & fiunt omnia. Etenim & Iudæi dicent tunc,
Benedictus qui venit in nomine domini: sed hæc vox
nihil illis proderit ad pœnam effugiendam: quando e-
nim oportebat dicere non dicebant. Ne igitur & nos
in vita hoc patiamur, hinc iam vitam mutemus, vt tri-
bunali Christi cum omni fiducia assistamus. Quæ no- B
bis omnibus contingant gratia & misericordia domi-
ni nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri, glo-
ria, cum sancto spiritu, nunc & semper & in secula se-
culorum, Amen.

Homilia X.

Scimus enim, quòd si terrenum vostrum domicilium huius tabernaculi destructum fuerit, ædificationem ex deo habemus non manufactam, æternam in cœlis. Etenim in hoc gemimus, domicilio nostro quod è cœlis est superindui cupientes. Cap. V. Iterum quia multæ ingruebant tentationes, alacritatem illorũ extimulat. Verisimile enim est propter absentiam illius imbecilliores & tardiores factos. Quid igitur, inquit? Non oportet mirari, quòd grauia patimur, neque commoueri, plurima enim commoda inde lucrifacimus: & antea quidem dixit, Mortificatio-
nem Iesu circunferimus: & potẽtiæ illius specimen ma- C
ximum exhibemus. † Nam vt dixit, vita Iesu manifesta
est] in mortali carne nostra. Posteaq; cum his dixit, *Supra 4. c.*
quòd & intern⁹ homo noster melior euadat, sic, Quip- *† Dixit tũ, vt vita Iesu manifesta.*
pe tametsi externus noster homo corrumpatur, sed in-
ternus noster renouatur de die in diem: monstrans i-
terum, quòd tantam vtilitatem flagellationes, & vexa-
tiones illæ afferant, dicendo, quòd quando illæ maxi-
mæ sunt, tunc innumera bona his qui pertulerint, ger-
minatura sint. Etenim vt ne doleas, audiẽdo quòd ex-
ternus homo tuus corrumpitur, dicit, quòd quãdo hoc
omnino fit, tunc maximum gaudium habiturus, & ad
meliorem peruenturus sis finem: atque adeò nõ solum
dolere non oportet, si ex parte ille nunc corrumpatur,
sed inquirenda ac optanda corruptionis huius pleni-
tudo. Ista enim ad incorruptionem potissimum addu-
cit. Et idcirco adiecit, Scimus enim, quòd si terrenum D
nostrum domicilium huius tabernaculi dissolutũ fue-
rit, ædificationem ex deo habemus, domum non ma-
nufactam, æternam in cœlis. Quoniam enim de resur-
rectione adornat sermonem, iterum in hoc quo maxi-
mè laborabant, assumit etiam audientium iudicium,
& sic illum conficit, non tamen vt antea, sed quasi ex †
vtroque] argumento, tanquam illo iam obtento: ete- *† duro.*
nim iam correcti erant, & dicit: *Scimus, quòd si terrenum nostrum domicilium huius tabernaculi destructum fuerit, ædificationem ex deo habemus, domum non manufactam, æternam in cœlis.* Sunt nonnulli qui terrenum hoc domicilium, mundũ hunc dicunt, ego autẽ asseuerarim de hoc corpore po-
tius dici. Tu autem considera, quæso, quo modo ipsis
nominibus, quantum futura præsentibus antecellant,
ostendit. Vt enim dixit, terrenum, opposuit † salutem:] *† cœlestem:*
& vt dixit, domicilium tabernaculi, ostenditq; fragile
illud

Universidad de Deusto
Biblioteca

illud & temporarium, oppoſuit, æternum. Etenim tabernaculi nomen ſæpe oſtendit temporarium quiddã. *Ioan.14.d* Ideo dicit, In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Si autem alicubi tabernacula vocet etiam ſanctorum quietem, non ſimpliciter dicit tabernacula, ſed cũ addit Apoſtolus. Non enim dixit, vt accipiant in tabernacula *Luc.16.c* ſua, ſed, in tabernacula æterna. Porrò dicens non manufactum, inſinuauit aliud eſſe manufactum. Quid igitur, nunquid corpus manufactum eſt? Minimé, ſed vel domicilium hic inſinuat manu fabricatum, vel ſi non hoc, ſed domicilium tabernaculi hoc corpus vocauit, non manufactum, nõ ad oppoſitionem ac diſtinctionem illius poſuit, ſed augens encomia, & adiectis laudibus, *Etenim in hoc gemimus, domicilio noſtro quod eſt ex cœlo, ſuperindui deſiderantes.* Quale domicilium dic obſecro? corpus quod incorruptibile. Et quare ingemiſcimus B nunc? quoniam multo melius illud, quod ex cœlo, inquit, eò quòd incorruptibile. Sanè non ſupernè corpus nobis deſcendit, ſed illinc donum mitti declarat nomine hoc. Adeò igitur non eſt dolendum in particularibus tentationibus, vt & vniuerſalis illa requirenda ſit, quaſi dicat: Ingemiſcis quòd perſequutionem pateris, quòd corrumpitur ille tuus homo? Ingemiſce, quòd non excellenter hoc fiat, neque omnino corrumpatur. Vidiſti quo modo in contrarium diuertit ſermonem? oſtendens quòd pro illis oporteat ingemiſcere, quòd nondum plenè fiant, pro quibus particulariter factis †*hoc.* ingemiſcebant. Propter †hos] poſtea non vocat tabernaculum, ſed domicilium, idq; valde merito. Tabernaculum enim hoc facilè deſtruitur, illud autẽ manet perpetuo. *Siquidem & induti, non nudi inueniemur.* Hoc eſt, licet depoſuerimus corpus, non abſque corpore illic aſſiſtemus, ſed cum illo facto incorruptibili. Quidã C autem dicunt, quod & maximè probandum, ſiquidem & induti, non nudi inueniemur. Nam vt ne de reſurrectione omnes confidant, inquit, ſiquidem & induti incorruptione, & corpore incorruptibili recepto, non nudi inueniamur gloria & ſecuritate, quod & in altera *1.Cor.15.g* ad Corinthios dicebat, Omnes quidem reſurgemus, vnuſquiſque autem in ſuo ordine. Et ſunt corpora cœleſtia & corpora terreſtria. Nam reſurrectio quidem omnibus communis eſt, at nõ item gloria communis: ſed alij quidem in gloria, alij autem in ignominia: & alij quidem ad regnum, alij autem ad ſupplicium reſurgẽt. Itaque & hoc loco iſtud manifeſtauit dicens, Siquidem induti, non nudi inueniemur. *Etenim qui ſumus in hoc tabernaculo, gemimus, eo quòd nolumus exui, ſed ſuperindui.* Hic iterum perfectè & manifeſtè hæreticorum ora obſtruD xit, monſtrans quòd non de corpore ſimpliciter differit, quaſi aliud & aliud ſit, ſed de corruptione & incorruptione. Nõ enim propter hoc ingemiſcimus, inquit, vt à corpore liberemur: nolumus enim hoc exui, ſed cupimus vt à corruptione quæ in illo liberemur. Ideo, inquit, nolumus exui corpus, ſed volumꝰ ſuperindui illud incorruptione. Deinde & interpretatur iſtud, *Vt abſorbeatur corruptio à vita.* Nam quoniã multis oneroſum eſſe videbatur deponere corpus, & omnium ſententiis †*nolentes.* contrarium erat dicens: Ingemiſcimus †volentes] illo †*quo modo dicis tu q̃ ingemiſcam, quoniã non ſeparemur ab ipſo?* liberari. Nam ſi talia patitur & plorat anima, quæ ab illo corpore ſeparatur: †quo modo non dicis, quòd ingemiſcimus, non concedi, non ſeparari ab illo?]Itaque vt ne hæc ſibi obiiciantur, inquit, neque ego hæc dico quòd propter hoc ingemiſcimus, vt illud deponamus: nullus enim ſine mœrore iſtud deponit. Alicubi ſcilicet & Petro dicit Chriſtus, Ducent te quò non vis. Sed

A vt ſuperinduamur iſtud incorruptione. Etenim hoc eſt, *Ioan.21.f* quo, in corpore grauamur, non quòd corpus, ſed quòd corruptibile & paſsibile corpus circunferimus: hoc ſcilicet eſt, quod nobis dolorem affert. Verum vita futura corruptionem abſumit & aufert, corruptionem inquã, non corpus. Et quo modo fit iſtud, inquit? Ne quæras, deus facit, ne ſis curioſus: ideo & ſubdidit, *Ait qui paravit nos in hoc ipſum, deus eſt.* Hîc oſtendit hæc ſuperius præfigurata: non enim nunc hoc primum monſtrauit, ſed quando ab initio de terra nos finxit, & Adam formauit. Non in hoc formauit vt moriatur, ſed vt etiam immortalem faceret. Porrõ, vt fide dignũ hoc eſſe indicet, & demonſtrationem certam adhibeat, ſubdidit: *Qui etiam dedit arrhan ſpiritus.* Etenim etiam tunc ad hoc formauit, & nunc in hoc præparauit per baptiſmum, & illius nobis pignus dedit ſpiritum ſanctũ. Frequenter autem arrabonem vocat, debitorem ſe oſtendere volens omnium, & inde quoque credibiliorẽ ſermonem conſtituere quærit. *Confidentes autem omnino & ſcientes.* Confidentes dictum eſt, propter perſecutiones, inſidias, mortesq; continuas: quaſi diciſſet, Exagitat te quiſpiam, & perſequitur, & occidit, ne cõcidas animo: propter te hoc totum fit, ne timeas, ſed confide. Ideo enim gemis & doles, quia corruptioni ſeruis. Hanc tollit poſtea è medio, & quantocyus ab hac liberat ſeruitute: proinde & dicit, Confidentes itaque omnino, nõ in †laudibus,]ſed, & in tribulationibus. *Et ſcientes quod* †*relaxatio-* *verſantes in corpore, peregrinamur à domino. Nã per fidem ambulamus, non per ſpeciem. Confidimus autem, & probamus magis, peregrinari à corpore, & verſari apud dominum.* Quod omnibus maius eſt, poſteriori loco poſuit. †Nam incorruptionem †*Nam cum* accipere, & cum Chriſto eſſe, melius eſt.]Quod autem *Chriſto eſſe* dicit hoc eſt, hoſtis & occidens nõ extinguit noſtram *melius eſt,* vitam, ne timeas, confide dum aduerſa pateris: non ſo- *q̃ incorrup-* lum enim te liberat corruptione & moleſtia, ſed etiam *tionem acci-* ſtatim te ad dominum tranſmittit: propterea non di- *pere.* xit, Cũ ſumus in corpore, ſed quaſi in aliena domo hoſpitaremur, Scientes itaque quòd verſantes in corpore peregrinamur à domino: confidimus autem & probamus magis, peregrinari à corpore & verſari apud dominum. Vidiſti quo modo occultatis triſtibus mortis & cõſummationis nominibus, valde deſiderabilia pro illis poſuit, vocans conuerſationem apud deum, & quę videntur eſſe dulcia in hac vita relinquẽs, à triſtibus illa nominauit, nempe vocans vitã hanc, peregrinationem à domino. Cæterum hoc fecit, ne vllus præſentiũ amore detineatur, ſed illis potius grauetur, neque moriturus indoleſcat, ſed gaudeat quaſi ad maiora profecturus bona. Porro ne quis audiẽs, peregrinamur à domino, dicat, cur hæc dicis? Alieni enĩ ab illo ſumus dũ hic agimus, prius hæc corrigit dicens, *Per fidem enim ambulamus, non per ſpeciem.* Et hic quidem †iſta] ſcimus, †*ipſum:* ſed non ſic manifeſtè: quod & alibi dicit, in ſpeculo & *1.Corĩ.13.d* ænigmate. *Confidimus autem & magis probamus.* Papæ quorſum ſermonem dirigit? Ad ſummum deſiderium mortis, oſtendẽs moleſtum quod dulce, & dulce quod moleſtũ. Nam dũ dicit, magis probamus, dicere vult, deſideramus. Quid deſideramus? *Peregrinari à corpore, & verſari apud dominum.* Hoc autẽ perpetuo facit. Nam & antea ſermonem contradicentium ſibi in contrarium vertit. *Ea propter & contendimus, ſiue ſimul verſantes, ſiue peregrinantes, bene illi placere.* Nam quod quæritur, hoc eſt, inquit, ſiue illic ſimus, ſiue hic, iuxta illius ſententiam viuere. Hoc enim eſt, quod præcedit, atque adeò vt hinc iam habeas regnum, ſi valde ames. Etenim ne

iterum

Universidad de Deusto
Biblioteca

† *delcant.* iterum venientes in tantum desiderium, † alienentur] ad tardationem aduentus, inde iam tribuit illis caput bonorum. Quod autem hoc est? bene placere illi. Non enim simpliciter bonum est, abire, sed libenter abire. Vnde etiam hoc fit bonum, neque simpliciter graue est hic esse, sed impingere. Ne igitur putes satis esse à corpore proficisci, vbique enim opus est virtute. Nam quemadmodum cum dixisset resurrectionem, nō permisit de illa sola confidere dicens, siquidem & induti, non nudi inueniemur: ita & peregrinatione monstrata, vt ne putes illam solam vtilem, etiam iudicauit ad salutem opus esse, illi bene placere. Igitur quoniā prius admonuit de multis iucundis, ita & terret per grauiora: etenim vtilitas in possessione bonorum & in fuga malorum constituitur, hæc autem sunt gehenna & regnum, & quoniam hoc maiorem vim habet, † quàm fugere supplicium.] Nam hîc quidem damnum quod non suscipiunt bona, facilè multi ferunt: si autē & mala perferenda essent, non idem facerent. Nam oportebat quidem illud damnū intolerabile nominare, sed propter infirmitatem multorum qui sic humi repunt, hoc eis videtur grauius. [Quandoquidem] igitur non sic excitat auditorem vulgarem bonorū datio, vt suppliciorum intentatio, necessario huc diuertit dicens:

† *vt fugiamus supplicium.*

Nam omnes nos manifestari oportet coram tribunali Christi.

Deinde cum terruisset, & concussisset auditorem memoria tribunalis illius, neque hic absque iucundis tristia posuit, sed voluptatem quandam commiscuit dicens: *Vt vnusquisque reportet quę per corpus fecit, siue bonum siue malum.* Cęterum dum hæc dicit, eos qui bene egerūt, & affliguntur, in bonam spem excitat, & collapsos timore alacriores reddit, sermonémque de resurrectione corporum confirmat. Nō enim quod ministrat ad hoc & illud, absque retributionibus stabit, inquit: sed cum anima hæc quidem puniuntur, illa verò coronātur. Cæterum hereticorum quidam dicunt, quòd aliud excitatur corp°. Vnde dic, oro, aliud peccauit, & aliud punitur: aliud benefecit, & aliud coronatur? Quid autem dicetis loquenti Paulo, non volumus exui sed superindui, quo modo autem corruptio à vita absorbetur? Non enim dixit, vt absorbeatur mortale corpus & corruptibile ab incorruptibili corpore, sed vt corruptio à vita: tunc enim hoc fit, quando illud resurgit corpus: si autem illo relicto, aliud præparat, non iam absorbetur, sed manet corruptio quæ inualuerat: propterea [non] fit hoc. Cæterum oportet corruptibile hoc, hoc est, corpus, indui incorruptione. Nam corpus medium est, & nunc quidem † in illo, hoc est, corruptione: postea autem in isto, hoc est, incorruptione, futurū: & propter hoc in primo isto, | quoniam incorruptio destrui non potest. Non enim cōrruptio incorruptionem hæreditat, inquit, alioqui quo modo esset incorruptio? sed contrà absorbetur corruptio à vita: hæc enim illā vincit, non autem hanc illa. Quemadmodum cera soluitur quidem ab igne, ipsa autem non item soluit ignem: ita & corruptio ab incorruptione aboletur & euanescit, illa verò hanc vincere nunquam potest. Igitur audiamus vocem Pauli dicentis, quòd oporteat nos assistere tribunali Christi. Et cogitemus illud tribunal, & putemus ipsum nunc adesse, & pœnas exigere: ego enim illud amplius dicam. Nam Paulus quoniam sermonem de † tribulatione] habebat, & non volebat illos [rursum] affligere, non diutius hæsit in sermone illo, sed paucis vt dixit, vnusquisq; reportabit quæ fecit, statim prætercurrit. Nunc igitur censeamus illud adesse, & vnusquisq; suam conscientiam diiudicet, & iam cogitet adesse iudicem, omniaq; reuelari & in mediū adduci: non enim solum nos assistere oportet, sed & reuelari. Nunquid erubuistis? nunquid obstupuistis? Si autem nunc, cum nondū res agitur, sed solum proponitur, & in cogitatione effigiatur, à conscięntia perim°: quid faciemus quando aderit? quando vniuersus orbis terrarum assistet, [quando angeli & archangeli,] quādo ordines hinc inde constituti, & cursus omnium, & raptus in nubes, & acies cursu plena, quādo tubæ hinc inde & continuæ illæ voces? Nam si non esset gehēna, in tanta claritate repelli: & ignominiosum recedere, quantum supplicium? Etenim si nunc rege cum suis ingrediente, ob paupertatem non accedere audentes, nō tantam à spectaculo voluptatem accipimus, quantum mœrorem ex eo quòd non sumus participes eorū quæ apud regem sunt, & ignominiā putamus, non esse prope illum, quid tunc erit? Num paruam putas esse pœnā, in choro non constitui, ineffabilem gloriam non assequi? ab illo cœtu & ineffabilibus bonis procul abiici? quando autem & tenebræ erunt, & stridor dentium, & vincula insolubilia, & vermis immortalis, & ignis inextinguibilis, & tribulatio & angustia, & linguæ quæ cruciantur, sicut illa diuitis: & ploramus, & nullus audit: & ingemiscimus, & rigamur à doloribus, & nullus attendit: & in omnia loca respicimus, & nusquā adest qui consoletur: quo loco ordinabimus qui sic habent? quid animabus illis miserius? quid item miserabilius? Nam siquidem ingressi in carcerem, & videntes alios pallidos, alios verò vinctos & esurientes, alios verò in tenebris conclusos, concutimur, horrescimus, & omnia ne illuc incidamus facimus: quando adducti trahemur *in gehennæ carceres, quales futuri erimus? non enim vincula illa ex ferro, sed ex igne sunt nunquam extinguibili: neque qui præsunt nobis, eiusdem dignitatis sunt, quos vnquam demulcere poterimus, sed angeli, in quos neque respicere licet, valde iracundi, propterea quòd dominū tanta contumelia affecimus.* Non est, sicut hîc, videre ingredientes alios qui afferant vel pecuniā, vel cibos, vel sermones consolatione plenos, vt consolationem assequamur: sed omnia illic veniam negant, etiā si Noë, siue Iob, siue Daniël affuerit, & suos viderit puniri, non audet patrocinari. futurum enim tunc est, vt & naturalis cōpassio tollatur, (quoniā contingit malorum filiorū patres, & patrum filios esse iustos.) ita vt pura sit voluptas, & fruentes bonis, cōpassionis necessitate, gaudio nulla in parte destituātur: dico & hanc compassionē extingui, & illos cōtra sua viscera, cum domino suo indignari. Etenim cum cōmuniter homines vbi viderint filios suos improbos exhæreditant, & à cognatione eiiciūt: multo magis iusti tūc idem faciēt. Proinde nullus speret accepturū se aliquid boni, si nulla bona fecerit, etiā si sexcentos habeat progenitores iustos. *Nam vnusquisque portabit ea, quæ in corpore suo fecit.* Hîc mihi videtur perstringere etiam scortatores, & timorem hinc illis immittere, & non illis solum, sed & omnibus quicunque negligentes fuerint. Audiamus igitur & nos: etiam si ignem concupscentiæ habueris, oppone alium ignem, & hic statim extinctus euanescit: & si volueris quid absurdum loqui, cogita stridorem dentium, & frænum erit tibi timor: & si rapere volueris, audi iudicem præcipientem ac dicentem, Ligate illius manus & pedes, & eiicite illum in tenebras exteriores: & sic etiam hanc concupiscētiam eiicies. Et si ebrietati ac crapulæ vacas, audi diuitem dicentem,

Matt. 22. b

† *in isto, hoc est, corruptione: postea autem in illo, hoc est, incorruptione futurum: & propter hoc in isto primo.*

Morale.

† *resurrectione.*

Mitte

Luc.16.f Mitte Lazarum, vt summo digito linguam, quæ cruciatur, refrigeret, & liberaberis non vulgari passione. Si autem amaueris voluptatem, cogita quanta illic tribulatio & angustia, & hanc non cogitabis: si autē crudelis & immisericors es, memor esto virginum, quæ excluſæ sunt lampadibus sic à thalamo
Matt.25.a Ibidem.c tum eris misericors. Sed segnis es ac dissolutus, cogita eum, qui occultauit talentum, & eris igne efficacior: sed arrodit te desiderium facultatum diuitis, cogita
Esa.66.& Marc.9.g vermem immortalem, & facilè etiam hunc morbum depones, omniaq; alia rectè facies, nil enim molestum neque graue imperatum est. Vnde igitur nobis præcepta tam molesta? à nostra ignauia. Nam quemadmodum si studiosi erimus, etiam quæ intolerabilia videntur, leuia erunt ac facilia: Sic si ignaui fuerimus, etiam tolerabilia ardua nobis ac difficilia apparebunt. Itaque hæc omnia cogitantes, ne admiremur eos, qui in deliciis agunt, sed cogitemus quis illorum finis. Nam hîc quidem stercus & corpulentia, illic autem vermis & ignis: ne admiremur raptores, sed cogitemus quis illorum finis. Hîc curæ & metus ac certamina, illic verò insolubilia vincula. Ne cogites gloriæ studiosos, sed quid ex illa nascatur: hîc seruitus & sannæ, illic verò damnum intolerabile, & perpetuum incendium. Nam si sic nobiscū meditemur, & hæc atque talia malis nostris concupiscentiis crebro occinuerimus, statim & eiciemus præsentium amorem, & futurorum
†accēdem⁹. desiderium † attingemus. Attingamus] igitur illud, &
Accēdam⁹ exardescamus: nam si cogitatio illorum quamuis obscura sit, tantam suppeditat voluptatem, cogita quantam lætitiam nobis allatura sit manifesta ipsa comprehensio. Beati & ter beati, ac sæpius, qui illis bonis fruūtur, sicut & miserabiles & miserrimi, qui hisce contraria sustinent. *Vt igitur non horum, sed illorum socij fiamus, eligamus virtutem, nam sic & ventura bona* assequemur: quæ nobis omnibus contingant, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quē & cū quo patri, simul ac spiritui sancto, gloria, honor, imperium, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia XI.

Scientes igitur terrorē dñmini hominibus suademus, deo autem manifesti sumus; &c. Hæc igitur scientes, inquit, nempe tribunal illud terribile, omnia facimus ita, vt nō demus vobis occasionem, vel offendiculum, vel sinistram quampiam suspicionē praui erga vos operis. Vidisti conuersationis diligentiam, & animæ curam gerentis studium: non enim solum, si malum fecerimus, inquit, arguimur, sed etsi non malum fecerimus, si suspicionem repellere possumus, & neglexerimus, pœnam luimus. *Non iterum nos ipsos commendamus, sed occasionem vobis dantes gloriationis de nobis.* Vide quo modo continuo tollit suspicionem, ne videatur suas ipsius laudes proferre: nil enim sic † iniuria afficientes tuetur,] vt de se magna quędam & admirabilia dicere. Proinde quia coactus inciderat in horū sermonum materiā, correctione vsus dicit: hoc propter vos facimus, non propter nos, vt vos habeatis quo gloriemini, non vt nos. Et neq; hoc simpliciter, sed propter pseudapostolos. Vnde subdidit. *Contra gloriantes in facie, & non corde.* Vidisti quo modo hos ab illis segregauit, & [ad se traxit] commonstratione facta, quòd & ipsi Corinthij desiderent occasionem accipere, qua possint pro se dicere, & rationem reddere crimina obicientibus: non enim, inquit, vt nos gloriemur, hoc dicimus, sed vt vos habeatis, quo pro nobis liberè loquaminiid quod erat testificantis eximiam erga illos charitatem: & non vt simpliciter gloriemini, sed & ne decipiamini. Porrò hoc non dicit manifestè: † alibi autē etiam sermonem mansuetius] tractat, & illis non perstrictis dicit, *Vt possitis gloriari contra eos, qui in facie gloriantur.* quin neque hos simpliciter præcipit facere, si non fuerit causa, sed quando illi seipsos extollunt: vbique enim temporis rationem habet. Non igitur, vt seipsum clarum demonstret, sed vt illi quiescant absurdè & in damnum aliorū, in hoc operè pergere hoc facit. Quid autem est, in facie in his quæ videntur, & quę ad ostentationem: tales enim erant illi propter ambitionē omnia facientes: & intus quidem planè vani, & pietatis gerentes faciem, & honesti apparentes, bonorum autem operum expertes. *Nam sive insanimus deo, sive sani sumus vobis.* Et si quid, inquit, sublime loquimur (ecstasim enim siue insaniam hoc vocat, quemadmodum & alio loco insipientiam) propter deū hoc facimus, vt ne vos, existimantes nos quòd viles simus, contemnatis & pereatis. Siue modestū & humile loquimur propter vos, vt discatis humiliter sapere: vel etiam illud iterum dicit, Si quidem insanire quis nos arbitratur, nos à deo mercedem repetimus, propter quē hæc suspicio in nos venit: si autē sapere existimat, ipse nostra sapientia fruatur. Et iterum aliter, Insanire quis nos, inquit, propter deum taliter insanimus: propterea & subdit, *Charitas enim dei constringit nos iudicantes illud.* Nam non futurorū solum metus, inquit, sed & ea, quæ iam facta sunt, non sinunt nos segnes esse, neq; dormire, sed extimulant & protrudūt in labores illos pro vobis. Et quæ nam sunt illa, quæ iam facta? *Nempe si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui fuerunt.* Igitur quasi omnes pereant, inquit, nō enim pro omnibus mortuus fuisset, si nō omnes mortui essent. Nam † hæc] sunt salutis occasiones, illic † *hic.* autem non itē: propter hoc, inquit, constringit nos charitas dei, & non sinit nos quiescere. Extremæ enim miseriæ esset, & ipsa gehenna grauius, si tanta re ostēsa, inueniātur quidam, post tantā illius prouidentiā nullum fructum afferre: summa enim charitatis excellentia est, mori pro tali mundo, & mori pro sic affecto, *Vt viuē tes non iam sibi viuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & surrexit.* Si igitur nō oportet nos nobisipsis viuere, ne turbemini, inquit, neq; cōmoueamini, si pericula insurrexerint & mortes: & rationē quoq; ponit indubitatam, propter quam debitum hoc opus ostendit. Nam si propter illum viuimus, quia ipse mortuus est, ipsi viuere debemus, propter quem viuimus. Et videtur quidem vnum esse dictum: si autem quis diligenter inquisiuerit, duo hæc sunt: vnum quidem quod propter ipsum viuimus, alterum autem, quod ipse propter nos mortuus est: & vtrunq; per se sufficit, vt obnoxios nos illi faciat, quando autem vtraque conueniunt, cogita quantum sit debitum. Imò etiam hæc tria sunt, nam & primitias propter te excitauit, & in cœlum subuexit, ideo apposuit, ei qui propter nos mortuus est, & resurrexit. *Itaque nos posthac neminem nouimus secundum carnem.* Si enim omnes mortui fuerunt, & omnes resurrexerūt, & mortui quidem fuerunt, eo quod tyrannis peccati condemnauit, resurrexerunt autem per lauacrum regenerationis & renouationem spiritus sancti: meritò, inquit, neminem fidelium nouimus secundum carnem: quid enim quāuis in carne sint, sed vita illa carnalis periit, & denuo nati sumus spiritu, & aliam scimus rempublicam, & conuersationem ac vitam, & constitutionem in cœlis: & iterum

† offendit auditores,

& iterum illum ipsum ducem, qui est Christus, ostẽdit. Ideo & subdit: *Porrò si etiam cognouimus secundum carnẽ Christum, & nunc iam non nouimus.* Quid igitur, dic mihi, carnem deposuit, & nunc non est cum corpore? absit. Et- *Actor.1.b* enim & nunc in carne est. Nam hic Iesus, qui assumptus à vobis in cœlum, sic veniet. Sic, quo modo? cũ corpore. Quo modo igitur, inquit, si autem etiã nouimus secundum carnem Christum, sed nunc nõ item? Nam nostrum esse secundum carnem, est esse in peccatis: nõ autem esse secundum carnem, est non esse in peccatis. Christum verò esse secundum carnem, est esse in pas- *Esaiæ 53.c* sionibus naturæ, vtpote quòd sitiit, quòd esuriit, quod *Ioan.8.f* laborauit, quòd dormiuit: peccatum enim non fecit, *Ibidẽ 14. d* neque dolus inuentus est in ore illius: proinde & dixit, Quis ex vobis arguit me de peccato? & iterum, Venit princeps huius mundi, & in me inuenit nihil. Non esse autem secundum carnem, est esse liberatum ab illis, nõ B quòd extra carnem sit: etenim cum hac venit iudicaturus orbem, impassibilem illam habens & incorruptibilem, ad quam incorruptionem & nos trãsimus, cor- *Philip.3.d* pore nostro facto conformi corporis claritatis illius, adeóque si quæ in Christo, noua creatura. Nam quoniam à charitate ad virtutem nos adhortatus est, iam & ex rebus ipsis ad hoc inducit, propterea & subdit,

Si quæ in Christo noua creatura. Si quis credidit illi, inquit, ad aliud venit opificium: etenim iterum natus est per spiritum, adeóque etiam propter hoc debemus illi viuere, non solum quòd nostri iuris nõ sumus, & quòd mortuus est pro nobis solum, & quòd resuscitauit nostras primitias, sed etiã quòd in aliam venimus vitam. Vide quot iustas causas bene viuẽdi nobis ponat. Nam propter hoc & crassiore nomine vocat correctionem, vt multam nobis mutationem, & variationẽ ostẽdat. C Deinde vlterius tractans, quod dictum, & ostendens, quo modo noua creatura. *Vetera*, inquit, *transierunt, ecce noua facta sunt omnia*: Quæ vetera? certè, peccata, inquit, & impietates, vel Iudaica omnia: immo & hæc & illa dicit, Ecce facta sunt noua omnia. *Omnia autem ex deo*: nihil ex nobis. Nam & remissio peccatorum, & adoptio, & gloria ineffabilis ex illo nobis data est. Etenim non iam à futuris solum, sed & à præsentibus ipsos adhortatur. Cõsidera autem, inquit, quòd resurrecturi sumus, & ad incorruptionem peruenturi, & domicilium æternũ habituri. Cæterũ quoniã præsentia admonendi maiorẽ vim habẽt, [quàm futura apud incredulos:] admonet eos qui non credunt, † sicut oportebat] credere, & ostendit quæ & iam acceperunt, & qui nam sint. *† quo modo oporteat. 2.Cor.5.c* Qui nam igitur erant, qui acceperunt? Mortui omnes: omnes enim, inquit, mortui erãt, & pro omnibus mor- D tuus est. Sic omnes similiter diligebat. Inueterati & se- *† anima noua, purificata est enim:* nio confecti in malis, omnes erãt, sed ecce † omnia noua: purificatũ enim,] & corpus nouum, & cultus nouus, & promissiones nouæ, & testamentum, & vita, & mensa, & stola, & in summa omnia noua. Etenim pro Hierusalem quæ infrà, accepimus supernam Metropolim: & pro templo visibili, templum vidimus spirituale: pro lapideis tabulis, carneas: pro circunciſione, baptisma: pro Manna, corpus dominicũ: pro aqua petræ, sanguinem à latere: pro virga Mosi vel Aaron, crucem: pro terra promissionis, regnum cœlorum: pro innumeris sacerdotibus, vnum pontificem: pro agno irrationali, agnum spiritualem. Hæc & talia cogitans dicebat, noua omnia: hæc autẽ ex deo per Christũ, & dono illius. Ideo & subdidit: *Qui reconciliauit nos sibiipsi per Christum, † ministeriũ & dedit nobis † mysterium] reconciliationis.* Ab illo enim omnia bona. Nam qui nos fecit amicos, idem & aliorũ author, quæ amicis dedit deus: non enim reliquit nos manere inimicos, & sic redemit, sed fecit sibiipsi amicos. Quando autẽ dico, quòd Christus author est cõciliationis, etiã patrẽ dico: quando dico patrẽ dedisse, etiã *Ioan.1.d* filium dico: omnia enim per illũ facta sunt, & huius autem ipse author. Nõ enim nos illi occurrebam⁹, sed ipse nos vocauit. quo modo vocauit? per Christi immolationẽ, & dedit nobis ministeriũ reconciliationis. Iterum hîc ostendit apostolorũ dignitatẽ, monstrãs quãtum opus concreditũ eis sit, & diuinæ charitatis excellentiam. Etenim non quia legatũ qui venerat neglexerunt, & exasperatus est, & reliquit illos: sed perseuerat obsecrãs, & per seipsum, & per alios: quis dignè & satis hanc prouidentiã admiraretur & obstupesceret? Occisus est filius cũ veniret ad cõciliandũ, ille germanus & vnigenitus, & neq; sic pater occidẽtes auersatus est: neque dixit, Misi filiũ meum legatum. Illi autem nõ solũ noluerunt audire, sed & occiderunt & crucifixerunt. Dignum est, vt illos posthac relinquam, sed omnia secus agit. Nam quoniã ille abiit, nobis negocium commendauit. *Nam qui dedit nobis*, inquit, *ministerium conciliationis: quando quidem deus erat in Christo, mundum concilians sibiipsi, non imputans illis peccata illorum.* Vidisti dilectionem, quæ omnem rationem & omnẽ mentẽ trãsgreditur? † Quis ille qui iniuria affectus? quis ille primus qui ad cõciliandũ venit? Sanè, inquit, filiũ misit:] non ipse venit. Filium quidẽ misit: non ille autem exhortabatur solus, sed & cum illo & per illũ pater. Idcirco dicebat, Quia deus erat qui cõciliabat sibiipsi mundũ in Christo, hoc est per Christum. Nam postquã dixit, qui dedit nobis ministeriũ conciliationis, correctione vsus, inquit, Ne putetis quòd nos simus huius rei authores, ministri sumus, qui autẽ totum operatur deus est, qui per vnigenitum totũ orbem conciliauit. & quo modo conciliauit? sibiipsi: hoc est enim admirabile, non quòd amicus factus est solũ, sed quòd sic amicus factus est. Quo modo sic? quia dimisit illis peccata. Aliter enim non fuisset factus amicus. Vnde & subdidit, *Non imputans illis peccata eorum.* Etenim si voluisset exigere rationem delictorum, omnes periissemus: omnes enim mortui erant. attamen cũ tanta sint nostra peccata, non solũ nõ exposcit pœnã, sed & conciliatus est: non solum dimisit, sed neque imputauit: sic & nos dimittere oportet inimicis, vt & nos eandem remissionem assequamur. *Et posuit in nobis sermonem conciliationis.* Neq; enim nos nunc accessimus ad aliquid, quod oneroſum, sed vt faciamus omnes amicos deo. Quasi dicat, quandoquidem à me nõ sunt persuasi, perseuerate vos exhortantes, donec persuadeatis. Proinde & subdit: *Pro Christo igitur legatione fungimur tanquam deo vos exhortante per nos, rogantes pro Christo, reconciliemini deo.* Vidisti quo modo officium suũ affert, inducens Christum qui legationem hãc iniunxit, imò nõ Christum solum, sed & patrem? Quod enim dicit, hunc sensum habet, Misit filium pater, exhortari & legatione fungi apud humanum genus pro se: quoniam autem ille occisus abiit, nos legationem susceepimus, & pro illo & patre exhortamur vos. Intantũ honorat humanum genus, quòd & filium impendit, quamuis sciret occidendum, & apostolos nos propter vos fecit: & *Sup.3.d* ita merito dicebat, omnia propter vos. Igitur pro Christo legatione fungimur, hoc est, illius loco. Nam nos quę illius officij sunt, susceepimus. Si autem magnum tibi hoc esse videtur, audi & sequentia per quæ mõstrat, quòd non pro illo solum, sed & pro patre hoc faciant.

† Quis iniuria affectus? ipse. Quis primus ad conciliandum venit? ipse. Atqui filiũ, dicit, misit.

Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam propter hoc & subdidit, Tanquã deo obsecrante per nos. Non enim per filium suũ exhortatur solũ, sed & per nos, qui filij opus suscepimus. Ne igitur putetis, inquit, quòd à nobis rogemini: ipse Christ⁹ vos exhortatur & obsecrat. Ipse etiã Christi pater per nos. Quid huic excellentiæ par fuerit, qui innumera beneficia cõtulit, contumelia affectus est: & contumelia affectus nõ solum non exegit pœnam, sed & dedit filium suum, vt conciliemur. & postquam qui acceperant non conciliati sunt, sed & occiderunt, iterum misit alios legatos obsecrantes, & illis missis ipse est qui obsecrat. Quid autem obsecrat? conciliemini deo. & non dixit, conciliate vobis ipsis deũ. Non enim ipse est, qui inimicicias gerit, sed vos: deus enim nunquã inimicicias gerit. Et rationem reddens quemadmodũ legatus sit missus, inquit: *Eum enim*, inquit, *qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit*. Non dico priora, quòd iniuria affecistis eũ, qui in nullo offenderat, qui multa beneficia cõtulerat, qui pœnã non exegerat, qui prior iniuria affectus, prior obsecrat: nihil illorum nunc ponatur: † nõnne propter hoc solum non essetis iusti, si non conciliemini, propter hoc scilicet, quòd nunc vobis fecit? Et quid fecit? eũ qui nesciuit peccatum, propter vos peccatum fecit. Si enim nihil aliud perfecisset, hoc autem solum operatus esset, cogita quale sit, dare filium pro his, qui iniuria affecerant: nũc autem & multa bona fecit. Et [eum his] illum qui nihil iniustè egit, permisit puniri pro his, qui iniustè egerunt. Sed non hoc dixit, sed ponit quod illo multò maius est, nempe hoc, Eum qui nesciuit peccatum, inquit, & existentem ipsammet iusticiam, peccatum fecit: hoc est, quasi peccatorem condemnari permisit, & quasi maledictum mori. Maledictus enim qui pendet in ligno. Sic enim mori multò maius est quàm mori, id quod & alibi insinuans dicit: Obediens factus vsque ad mortem, mortem autẽ crucis. Non enim hoc solam pœnam habebat, sed & confusionem. Cogita igitur, quanta tibi concesit. Nam magnũ est etiam peccatorem existentem, pro quopiam mori. quãdo autem iustus hoc patitur, & pro peccatoribus moritur, & non moritur solum, sed & quasi maledictus moritur: & nõ maledictus solum, sed & multa nobis bona largitur, quæ nunquam expectauissemus: *Vt enim fiamus dei iustitia, in illo*, inquit. Qualis sermo, quæ mens ista commẽdare poterit? iustum enim, inquit, fecit peccatorem, vt peccatores faceret iustos. Immo neque sic dixit, sed quod multò maius erat: † non enim qualitatem posuit, sed substantiam: [non dixit peccatorem, sed peccatum: non eum qui non peccauit solum, sed & eum qui nescisset peccatum: vt nos fiamus, non dixit iusti, sed iusticia, & iusticia dei: dei enim est ista, quando non ex operibus, quãdo necessarium est etiam maculam nullam inueniri, sed à gratia iustificatio fit. Hinc omne peccatum euanescit. Interim autem illos nõ permittit extolli, vtpote deo totum præstante, & docet † dantis [magnitudinem. Illa enim prior, legis & operum iusticia, ista autem dei iusticia est. Hæc igitur cogitãtes, timeamus verba hæc magis, quàm gehẽnam: obseruemus hęc magis quàm regnum ipsum, & ne putemus graue esse puniri, sed peccare. Etenim si ipse non puniuisset nos, oportebat nos exigere pœnam à nobis, sic ingratis erga benefactorem. Nunc autem quando quis amicam habet, sæpe amore frustratus seipsum occîdit: & [contra amore fretus se] indignum vita existimat, quòd in illã deliquit: at cum contumelia afficimus, tam misericordem & mansuetum, non nosipsos mittimus in ignem gehennæ? Dicamus admirabile & rarum, & multis fortasis incredibile. Maior erit consolatio ei qui punitur, postquam exacerbauit tam misericordem, siquidẽ mentem habeat, & amet dominum sicut amare oportet, quàm ei qui nõ punitur. Nam etiam hoc communiter euenire videre possumus: nam qui contumelia affecit amicissimum, tunc maximè refocillatur, quando seipsum in pœnam obtulerit & grauiter patiatur, quemadmodũ & Dauid dicebat: Ego pastor peccaui, & ego pastor male egi, & grex ille quid fecit: fiat manus tua si per me, & in domum patris mei. Et quando Absalon periit, à seipso grauissimam pœnam exegit, quamuis ipse non fecisset iniusticiam, sed iniuria affectus esset: nihilominus quoniam valde diligebat mortuum, afflixit seipsum doloribus, hac ratione consolationem accipiens: & nos quoque quando peccamus, vbi non oportebat peccare, pœnas nobisipsis infligamus. Nónne videtis eos qui germanos filios abiecerunt, quòd propter hoc lugent, & capillos extrahunt, eo quod punire sese pro dilectis consolationem habet. † Si autem quando nihil fecerimus nos magnam nobis consolationem affert, amicos valde pati, propter ea quæ illi fecerũt: quãdo ipsi exacerbamus, & contumelia afficimus, nónne multò magis consolabitur, pœnam illum dare, & nos non puniri? Vnicuique manifestum est si quis dilexerit Christũ, vt diligere decet (scio quod dico) quo modo, illo non concedente, non sustinebit non puniri: [magnitudinem enim pœnã fers exacerbãs illum. Et scio quidẽ, quòd multis incredibilia dico, veruntamẽ sic est vt diximus: siquidẽ dilexerimus Christum, vt diligere oportet, peccates nosipsos puniemus: nam diligentibus quicũque sunt, non malum quiddã pati, propter ea per quæ exacerbauerunt dilectũ, est insuaue, sed ipsum ante omnia exasperare amicum: etiamsi iratus iste nõ punierit, magis torserit amatorẽ: si autẽ pœnam exquisierit, magis consolatus fuerit. Ne igitur gehennam timeamus, sed quòd offendimus deũ: hoc enim illo grauius, quando irascens auersatur, hoc omniũ deterius, hoc omniũ molestissimum: & vt discas quale sit, cogita hoc quod dico. Si quis viso homine latrone & malefactore qui punitur, ipse rex existens dilectũ filiũ vnigenitũ, & germanum dederit, ita vt occidatur, & cum morte etiam causã ab illo trãstulerit in filiũ, qui nõ est talis, vt saluet condemnatũ, & à mala suspicione liberet, & post hæc vltra in magnum principatum prouehat: post salutem & gloriam illam ineffabilem, contra eum, † qui tanta passus est, [cõtumelias profert: nónne millies eligeret ille magis mori, si sapiens fuerit, quàm videri tantæ ingratitudinis obnoxius? Hoc sanè & nũc cogitemus, & ingemiscamus amarè, eò quòd benefactorem exacerbauimus: neq; vnquã propterea confidamus, quia ille longanimiter fert cõtumelia affectus, sed propter istuc ipsum nos affligamus. Nam & inter homines, quãdo quis percussus in maxillam dexteram, dederit & sinistram, magis vlciscitur, quàm si innumeras plagas dederit: at quando conuiciis affectus, non solum conuicia nõ retulerit, sed & benedixerit, grauius perstrinxerit, quàm si innumeris opprobriis † abluerit. [Si autem erga homines, quando iniuria afficientes, longanimitate non vlciscentiũ confundimur: multò magis apud deũ timere oportet peccantes, etiamsi nihil graue patiãtur. Etenim ineffabilis pœna in caput illorũ thesaurizatur. Hæc igitur intelligentes, ante omnia peccatum timeamus: hoc enim suppliciũ est, hoc gehẽna, hoc & innumera mala: sed & fugiamus, & studeamus deo semper placere, hoc enim

† nõne propter hoc solũ iustum esset vos reconciliari,

Deute. 21. d & Gal. 3. b

Philip. 2. b

1. Time. 1. d

† nõ enĩ habitũ posuit, sed ipsam qualitatem:

† Dari sunt, doni.

Morale.

† Si verò quũ in amicissimos ipsi exacerbamus, & contumelia afficimus, nónne hil mali ad miserimus, cõsolationẽ adfert q̃ ob mala quę il lis passi sũt, nos affligamus, quãdo illos nos ipsi exacerbauerimus, & contumelia affecerimus: nõne multò magis nos recreabit si pœnas dedimus, quàm si nõ puniamus: omnibus constat. Si quis Christũ dilexerit, vt diligere decet, scit quod dico, quo modo nõne illo cõcedẽte quidẽ, sistinebit vt nõ puniatur: † à quo tam multis est affectus bene ficiis, † asperserit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim regnũ est,hoc vita,hoc innumera bona: sic enim inde & regnum & futura bona assequemur: quæ nobis omnibus contingant, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi,per quem & cũ quo patri & sancto spiritui, sit gloria in secula seculorum, Amen.

Homilia XII.

Cap.V I. Esa.49.c

Cooperantes autem obsecramus, ne inuacuum gratiam dei recipiatis. ait enim: Tẽpore accepto exaudiui te, & in die salutis [adiuui te.] Iam quoniam dixerat,quòd deus obsecrat, & nos legatione fungimur, &

Suprà 5.d

precamur cõciliemini deo: vt ne relabantur, hinc illos iterum terret,& extimulat dicẽs: Obsecramus ne inuacuum gratiã dei vos recipiatis: non enim,quoniam obsecrat,inquit,& misit legatos, propterea negligentes simus: sed propter istuc ipsum etiã studeamus, vt placeamus deo,& spiritualem mercẽ congregemus. Ita quod B

Suprà.5.c

& superius dixit, Charitas dei constringit nos, hoc est, angit,impellit,vrget, vt ne post tantam prouidentiam relapsi,nullamq; generositatem ostendentes,tantis bonis excidatis. Ne igitur quoniam misit obsecrantes,putetis hoc semper fore,vsq; ad aduentum illius secundũ hoc erit: tam diu obsecrat,quãdiu hîc fuerimus: postea autem iudicium & supplicium. Propterea vrgemur,inquit: non enim magnitudine bonorum illius,& humanitatis solum,sed & breuitate tẽporis semper vrget. Id-

Roma.13. d Philip.4.a

eo & alicubi, inquit, Nunc enim propior est nostra salus. & iterum: dominus prope est. Porrò hoc loco etiã amplius quiddam fecit: Non enim solum inducit reliquum tempus breue,& paruũ esse, sed etiam solum esse tempus idoneũ ad salutem. *Ecce enim nunc*, inquit, *tẽpus acceptum, ecce dies salutis.* Ne igitur prętercurramus opportunitatem,sed studiũ gratia dignum declaremus: propter hoc enim & nos vrgemur, scientes temporis & breuitatem & vtilitatem, propter hoc etiam dicit, cooperantes & obsecrantes. Cooperantes vobis. Vobis enim magis cooperamur quàm deo, pro quo legatione fungimur: nullo enim ille opus habet, sed tota salus ad vos peruenit. Si autem etiã deo diceret cooperari, neq; hoc

1.Co.3.b.& 1.Ioan.3.b 1.Timo.2.a

refutaretur. Nam & alicubi dicit, Nam dei sumus coadiutores. Hac enim ratione dicit homines saluari. Iterum & obsecramus. Nã ille obsecrans non simpliciter obsecrat, sed alia quoque, quæ iuste admonent proponit, nempe quòd filium dedit iustum, qui neq; peccatũ

Suprà.5.d

sciuit,& peccatum illum fecit pro nobis peccatoribus, vt nos fiamus iusti. Porrò deum sic præstantem, nõ obsecrare oportebat, præsertim homines & peccatores & offendentes, sed cotidie [obsecrari, attamen] obsecrat. Nos autem obsecramus, neq; vllum bonum opus habẽ- D tes, quod prætexere possumus, neq; beneficium. Vnum autem solũ quod oramus pro deo, qui talia fecit. Oramus autem vt beneficium accipiatis, & non repellatis donum: persuadeamini igitur à nobis, & in vanũ gratiam ne acceperitis. Nam vt ne putent, hoc solum esse

† *vocanti,*

conciliationem, credere † loquenti,] vrget petens vitæ diligens studium. Nam si is qui à peccatis liberatus est, & amicus factus iterum inuoluit se prioribus: quid aliud agit, quàm quòd ad inimicicias redit,& inuanum gratiam accipit, iuxta rationem vitæ: nihil enim impurè viuentes, ab illo priore beneficio vtilitatis accipiunt ad salutem, sed inde magis incommodãtur & grauantur in peccatis, qui post tantam agnitionem & tantum donum ad priora regrediuntur mala: sed hoc nõdum ponit, ne asperiorem sermonem faciat: quòd autẽ nullam vtilitatem accipimus, dicit solum. Deinde & † prophetarum] meminit, vrgens illos & extimulans, † *prophetiæ* vt surgant ad recipiendam suam salutem, dicit enim:

Tempore accepto, inquit, *audiui te, & in die salutis adiuui te: ecce nunc tempus acceptum, ecce nunc dies salutis.* Tẽpus acceptum quale illud: tempus doni, tempus gratiæ, quando non exiguntur peccatorum pœnæ, sed cum conciliatione frui licet innumeris bonis, iusticia, sanctificatione, aliisq; omnibus. Quantũ oportebat laborare, vt tẽpus illud assequeremur: sed ecce, nihil laborantibus aduenit remissionem afferens peccatorum priorum. Ideo & acceptum vocat, quoniam & accepit eos, qui multũ deliquerant: non simpliciter accepit, sed in summũ honorem adduxit: quemadmodũ quando venit rex, non iudicij tempus, sed gratiæ & salutis est. Ideo & bene, acceptum, illud vocat, quandiu adhuc sumus in stadio, quandiu operamur in vinea, donec reliqua est vndecima, accedamus & vitã ostendamus. Etenim facile est: nam qui in tali tempore decertat, in quo tantum donũ effusum est, in quo tanta gratia, facilè assequitur brabia. Etenim in terrenis illis regibus, in tempore quidem feriarum suarum, quando imperatorio vestitu apparent etiam qui parum attulerit, magnum donum accepit. In diebus autem, in quibus iudicant, accurata diligentia opus est. Et nos igitur in tempore doni illius certemus, dies diuinæ gratiæ est. Ideo & facilè assequimur coronas. Nam si talibus malis grauatos, & accessit, & ab omnibus liberauit, liberatos & à seipsis tanta afferentes, nõ multo magis accipiet: deinde id quod semper facit, seipsum in medium proponens, & hinc præcipiens exemplum accipere: hoc & hîc facit. Ideo addit: *Neque vllã in aliquo dantes offensionem, ne vituperetur ministerium nostrum.*

Non à tempore solum, sed ab ipsis quæ bene egerũt il- C lis persuadet, & vide quo modo absq; fastu: non enim dixit, *attendite nos quia tales sumus*: sed *quia sua iam narrat, ne sit accusationi locus*: & *duas ponit excellentias immaculatæ vitæ, neq; vllã in aliquo dicens*: & nõ dixit, accusationem, sed quod multo minus est, offensionem, hoc est reprehensionem, condemnationẽ nulli exhibentes contra nos: vt ne vituperetur ministeriũ nostrum, vt ne quis illud perstringat. Et iterum nõ dixit, vt ne accusetur: sed, vt ne vllã occasionẽ habeat vllus, in qua carpere possit. *Sed in omnibus cõmendantes nosipsos, vt dei ministri.* Hoc multo maius: nõ enim est æquale, liberũ esse accusatione, & talẽ se gerere, vt omnibus modis videantur esse ministri dei: non enim æquale, liberari accusatione, & laudibus abundare. & non dixit, apparentes, sed, commendantes: hoc est, re ipsa ostendentes: & vnde tales facti fuerint, deinde subdit. Vnde igitur tales facti sunt? *In patientia multa*, inquit. Fundamentum bonorum ponens: quapropter non simpliciter patientiã ponit, sed multam: & ostendit illius etiã † *ferre,* magnitudinem. Etenim vnum quiddã & alterum † afferre,] nihil magni est: cæterũ addit etiã cumulos tentationum. *In afflictionibus, in necessitatibus.* Hæc enim sunt incrementũ tribulationis: quando mala euadi nõ possunt, & quasi necessitas quædã iniungitur malorũ, quæ transiri nequit. *In angustiis.* Hoc est, vel fame & aliis necessariis, vel etiã simpliciter omnibus tentationibus. *In plagis, in carceribus, in seditionibus.* Quãuis vnũquodq; illorũ itolerabile sit, etiã flagellari solũ, etiã vinciri solũ, & exactũ nusquã posse subsistere. Hoc est enim ἐν ἀκαταστασίαις. quasi dicas, crebris expulsionib⁹. Quãdo autẽ & omnia & simul omnia accidũt, cogita quãto animo opus. Deide cũ externis illis etiã ea quæ à seipso patiebat, ponit: *In laboribus, in vigiliis, in ieiunijs [in puritate.]*

Per hæc

Universidad de Deusto

Per hæc labores insinuat,quos exantlabat,obambulans & laborãs per noctes in quibus docebat: vel quòd etiã in illis operabatur, & cum illis omnibus neque ieiuniũ negligebat, quantũs hæc ipsa pro innumeris sufficiebãt ieiunijs. Puritatem vero hoc loco,vel continẽtiam iterum,vel in omnibus puritatem,vel donorum reiectionem,vel etiã gratis Euangeliũ prædicare. *In scientia.* Quid est, in scientia:in sapientia quæ à deo datur,vera scientia: non quemadmodum illi,qui videntur esse sapientes, & externa eruditione gloriãtur,illa autem destituuntur. *In longanimitate, in benignitate.* Sanè & hæc generosum animum requirunt, lõganimiter ferre omnia, multum & vbique exacerbari & incitari. Deinde ostendens vnde talis factus sit,adiecit, *In spiritu sancto.* In illo enim omnia hæc recte agimus,inquit. Sed vide quando spiritus sancti auxilium posuit,tũc cum ea quæ à se erant,ostenderat. Mihi autem videtur & aliud per hoc velle dicere.qualẽ nam hoc?quod spiritu multo impleamur,& ostendimus etiam hinc, apostolatum à spiritualibus bonis nos sortitos esse. licet enim gratia hæc sit,est tamen & ille author,qui per bona opera & sudores,gratiam conciliauit.Si autem quis dixerit,cum prędictis illum ostendere,quòd in gratia spirituali nullum dederit offendiculum,à sensu nõ aberrarit. Etenim qui linguas acceperunt, & ab illis superbierunt, vituperati fuerunt:contingit enim & spiritualem gratiam accipere,& illa non vt oportet vti: sed nõ nos,inquit, verum etiam in spiritu, hoc est, in donis irreprehensibiles fuimus. *In charitate non simulata.* Hæc omnium bonorum causa est,hęc talem illum effecit,hæc & spiritum manere faciebat apud illum,per quẽ omnia illa recte agebat.

In sermone veritatis. Quod vbique dicit, quòd nõ doloſe vtentes sermone dei, neque adulterantes,conuersati sumus. *In virtute dei.* Id quod semper facit, nihil sibiipsi, sed deo totum adscribens, & illi sua benefacta imputans:hoc & hic fecit.Nam quoniam magna locutus erat,& dixerat,exhibitam esse vitam omnib° modis irreprehẽsibilem & maxime philosophicam, spiritui & deo hæc tribuit. Non enim quæ dicta sunt, vulgaria erant.nam cum difficile sit etiam eum, qui quietus viuit, egregia facinora facere,& irreprehensibilem esse: cogita quantæ animæ opus sit,tantis tentationibus non turbari,& in omnibus conspicuum fieri:quamuis neq; hæc sola passus sit,sed etiã multo his plura,quæ scilicet postea ponit.Et quod certe admirabile,non quòd irreprehẽsibilis fuit,in talibus procellis nauigans,neq; quòd omnia strenue sustinuit, sed quòd etiam cũ voluptate omnia, quæ scilicet nobis deinceps manifesta facit,dicens sic: *Per arma iustitiæ à dextris & sinistris.* Vidisti animæ ordinationem & prudentiam constantem: nam monstrat,quòd arma sint tribulationes,non solum non deiicientia,sed & munientia & fortiores reddentia, dextrorum & sinistrorum. Sinistra autem vocat quæ vidẽtur iniucunda. Nam talia sunt propter quæ merces datur. Cuius igitur gratia illa sic vocat? Vel quòd plerique hanc opinionem habent, vel quoniam deus iussit precari, ne ingrediamur in tentationem. *Per gloriam & ignominiam,per infamiam & bonam famam.* Quid dicis? gloria frueris,magnum hoc esse ponẽs: † diceret quispiam, Cur nam aliquando ignominiã quidem ferre magnũ, gloriam autem accipere non est iuuenilis animi:imò iuuenilis & valde strenui animi est, vt illa fruens,nõ pereat:non etiam in hoc sapit sicut in illa, imò in vtrisque similiter fulsit.Quo modo autẽ arma fiũt iusticiæ?Quia inducit multos ad pietatem,si doctores in honore sint,

Supra 4.a & 5.c

Luc.22.d

† certe inquit cur tãdem?

& hoc bonorum operum indicium est: etiam hoc deũ glorificat:quin & hoc diuinæ industriæ est,per contraria prædicationem instituere. Porrò considera: ligatus erat Paulus,& hoc erat pro euãgelio.Dicit enim,ea quæ circa me acciderunt,ad profectum euangelij venerunt, ita vt plures fratres confisi vinculis meis abundantius ausi sint sine timore sermonem loqui.Gloriam item habebat,quòd etiam ipsum,illos iterum alacriores reddebat.Per infamiam & bonam famam. Non enim solum generose ferebat,quæ corpori accidebant, vtpote afflictiones,& quæ enumerat, sed & ea quæ animam angebant.Non enim hæc parum turbare solẽt. Vnde Hieremias multis tẽtationibus perlatis ab his abhorrebat, & quoniam confundebatur dicebat. Non prophetizabo, neq; nominabo nomen domini.& Dauid sæpius expro brationem deplorat: & Esaias post multa hæc deprecatur,dicẽs:Opprobrium hominum ne timueritis, & improbitati illorum ne succubueritis. Insuper & Christus discipulis dicit,Quãdo dixerint omne malum verbum contra vos,mẽtientes,gaudete & exultate: quia merces vestra multa est in cœlis.Alicubi autẽ dicit σκιρτήσατε, hoc est cum lætitiæ gestibus quibusdam exultate. Non autem tantam posuisset mercedem, nisi magnum esset certamen. Nam in tormẽtis quidem,corpus diuidit cũ anima dolores: est enim corporis & animæ labor, ille autem solius animę. Vnde multi propter has solas ceciderunt, & animas suas perdiderunt.Etenim beato Iob, amicorum opprobria,vermibus & vlceribus molestiora visa sunt:nihil enim est dolentibus,intolerabilius sermone qui animam lacerare potest: propterea cum periculis & sudoribus etiam hæc ponit dicens, per gloriam & ignominiam. Etenim & plerique Iudæorum propter multorum gloriam non voluerunt credere: non enim timebant puniri,sed ne è synagoga eiicerentur.Ideo dicit, quo modo potestis credere, gloriam inuicem accipientes?& multos nouimus, qui omnia grauia cõtempserunt,& à gloria victi sunt. *Quasi seductores, & veraces:* hoc est, per infamiam & bonam famam. *Quasi ignoti, & noti:* hoc est,per gloriam & ignominiam. Nam aliis quidem erãt noti & familiares, qui illos etiam obseruabant: alij autem videre illos non dignabantur, *Quasi morientes,& ecce viuimus.* Quasi morti adiudicati & condemnati,id quod & ipsum ignominiæ erat.Hoc autem dicebat,monstrans & dei potentiã ineffabilem, & illorum patientiam. Nam quantum ad insidiantes attinet, mortui sumus,& hoc omnes putãt:per deum autem pericula effugimus. Deinde manifestans etiam quare hæc deus permittat, subdidit: *Quasi qui † corrumpuntur,] & † corripiũt, non occiduntur.* Magnum in tentationibus monstrans etiam ante mercedem lucrũ illis accedere, & inimicos inuitos illis prodesse. *Quasi dolentes, semper autem gaudentes.* Nã ab his qui foris sunt, existimamur, quasi in dolore simus.Nos autẽ illos non attendimus,sed voluptatem habemus ingentem. & non solum dixit,gaudẽtes, sed apposuit etiam perpetuo,semper enim gaudẽtes,inquit. Quid igitur huic vitæ par fuerit,in qua cum tanta inuadant aspera,gaudium maius fit? *Quasi pauperes,multos autem ditantes.* Nam quidã dicunt diuitias hic appellari,spirituales:ego vero dixerim etiã carnales.Etenim & illi locupletes erant nouo quodam modo,habentes † *iffis*] omniũ domus sibi apertas:& hoc manifestauit, per hoc quod postea dixit, *Quasi nihil habentes,& omnia possidẽtes.* Et quo modo hoc est? imò quo modo contrarium est? Nam qui multa possidet,nihil habet: qui autẽ nihil habet,bona omnium possidet.& non hoc loco solum,sed

Philip.1.b

Hier.20.a

Esa.51.a

Mat.5.b

Iob.19.a

Ioan.5.g

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam in aliis à contrariis contraria facta sunt. Si autem miraris quo modo est, quòd nihil habēs, omnia habet: illum ipsum in mediū adducamus, qui orbi imperabat, & non solum diuitiarum illorum, sed etiam oculorum
Galat.4.b illorū dominus erat: Si possibile, inquit, oculos vestros erutos dedissetis mihi. Hæc autem dicit, erudiēs, ne turbemur quid multi de nobis sentiant, etiamsi nos seductores dicant, etiamsi nos agnoscant, etiamsi condemnatos putent, etiamsi morti obnoxios, etiamsi tristicia affectos, etiamsi in paupertate sumus, etiāsi nihil habeamus, etiamsi in lætitia mœreamus: quia neq; cęcis sol cō spicuus, neq; continentium voluptas, delinquētibus manifesta est. Nam soli fideles operum recti iudices sunt,
† & non ob eadem gaudent, & dolent ob quæ alij. † & non in illis gaudent, & dolent aliis.] Etenim si quis certaminum ignarus viderit pugilē vulnera habētem, & coronam gestantem: putauerit illum dolere propter vulnera, nescius voluptatis, quæ ex corona. & sic quoniam quæ patimur sciunt, propter quæ autem patimur, ignorant: merito hæc sola suspiciunt, videntes certamina quidem & pericula, præmia vero & coronas, & certaminum materiā non item. Quid igitur erant omnia,
† Paulus quæ scilicet † pauper] possidebat dicens, quasi nihil habēs, & omnia possidentes? corporalia scilicet & spiritua
† ciuitates lia. Quem enim vt angelum † ciuitatis] suscipiebant, pro quo oculos erutos dedissent, pro quo suam ceruicē subiecissent: quo modo hic non omnia quæ illorum erant, possidebat? si autē vis & spiritualia videre, videbis etiā in illis ditissimum. Nam regi omnium sic charus erat ille, vt & arcanorum particeps esset apud dominum angelorum. Quo modo non omnium abundantissimus
Act.20.b erat, & omnia habebat, cui sic subiecti erant dæmones,
Morale. quē sic fugiebant morbi & infirmitates? Igitur & nos quando aliquid patimur propter Christum, nō solum generose feramus, sed & gaudeamus. Et si ieiunamus, quasi in deliciis exultemus: & si iniuria afficimur, quasi laudibus honestati tripudiemus: & si sumptus facimus, quasi lucrifaciētes affecti simus: & si pauperibus damus, accipere existimemus. Nam qui nō sic dat, neque dabit facile. Quando igitur vis dispergere, ne hoc videas solum, quòd sumptum facis, sed quod & plura lucrifacis, etiam hoc ante illud cogita: & non solum in eleemosyna, sed etiam in omni virtute, & non laborum amaritudinem, sed etiam præmiorum dulcedinē reputa: & ante omnia, causam certaminum dominum nostrum Iesum, & facile ingredieris certamina, & omni tēpore iucundus viues. Nihil enim est, quod ita voluptatē afferre solet, atq; pura cōscientia: propterea Paulus quidem quāuis quotidie tribularetur, gaudebat & exultabat: qui autem nūc neque somnium quoddam horum sustinēt, dolent, & lamentantur, nō aliunde, quàm ex hoc quòd mentem habent à philosophia alienam. Alioqui quare dic, obsecro, lamentaris? num quòd pauper es & necessariis indiges? Igitur propter hoc te magis lamētari oportebat, non quòd ploras, non quòd pauper es, sed quòd pusillanimis es: non quòd opes nō habes, sed quòd in-
1.Cor.15.d tantum illas honoras. Quotidie moriebatur Paulus, &
Infrà 11.f non plorabat, sed & gaudebat. Fame cōtinua oppugnabatur, & nō dolebat, sed & gloriabatur. Tu autem quia non omnia habes, quæ annus profert, doles & vexas teipsum. Profecto, dicit quispiam, Ille pro se solo solicitus erat, ego autem & pro famulis & pueris & vxore. Imò ille nō solum quæ sua, curabat cum solicitudine, sed & quæ totius mundi: & tu quidem pro vna domo, ille au-
Rom.15.f tem pro his, qui in Hierosolymis erant pauperibus, qui tot & tanti erant: pro his qui in Macedonia, pro his qui A vbiq; pauperes erant, pro his qui dabant illis nō minus, quàm qui accipiebant. Nā duplex illi cura erat, pro orbe terrarum, & quo modo necessaria non deficerent, & quo modo spiritualia abundarent: & nullum sic contristant esurientes pueri, vt illum omnia fidelium negocia. Quid dico, fidelium? neque enim à cura infidelium liber erat, à qua sic cruciabatur, vt oraret etiā anathema fieri pro illis. & tu licet supra modum inualescat fames, non vis pro quopiam mori. & tu quidē pro vxore vna solicitus es, ille autem pro ecclesiis, quæ per totum orbē: dicit enim, Sollicitudo omnium ecclesiarū. Vsque quo *Rom.9.a*
Infrà. igitur ludes ô homo Paulo te conferens, & non desinis ab hac immodica pusillanimitate: non enim quando pauperes sumus, sed quando peccamus, lachrymādum est. Hoc enim multis lamentis dignum, atque adeo, vt alia etiam ridicula sint. Sed dicet quis, hoc non contri-
B stat me solum, verum quia alius est potens, ego autem ignobilis, † & ille absque solicitudine] esse videbatur *† & aliis?* multis. At ille erat Paulus, dicit. Igitur, non negocio- *Et quid*
rum natura, sed mentis infirmitas mœrorem affert: ne *hoc? Sup-*
igitur lamenteris † tristiciam,] sed teipsum, qui sic affi- *dē & hoc*
ceris: immo neque teipsum lamenteris, sed corrige, ne- *ille Paulo*
que diuitias quære, sed philosophiam & virtutem, quæ *sine hom*
cūctis opibus clariores efficit, sectare. Vbi enim illa est, *& absit.*
ibi nullum ex paupertate damnum: vbi non est, ibi nul- *† paupta.]*
la ex opibus vtilitas. Quæ enim vtilitas est, dic oro, diuitum, & pauperes animas habentium? Non tu teipsum ita miserum censes, vt diues ille seipsum, quia non ea quæ omnium habet: quòd autem non plorat sicut tu, reuela illius conscientiam, & videbis lamenta & eiulatus. Vis tibi ostendam diuitias tuas, vt cesses beatos dicere *diuitiis abundantes? vides cœlum hoc? quo modo*
C *tam pulchrum? quo modo tam magnum? quo modo tam sublime? illius pulchritudine non magis quidem* fruitur *ille,* † neque poteris adiuuare *illum,*] & facere, *† neq; po-*
vt omnia sint eius. Nam quemadmodum propter *illum* *rit te iuu-*
facta sunt, ita & propter te. Quid autem? Nónne Sol lu- *lere*
cidum hoc astrum & radians, & oculos nostros lætificans, & iste proponitur, & fruuntur ex æquo illo omnes, cum pauperes, tum diuites? Præterea stellarum corona, & lunæ circulus, non similiter omnibus oriuntur? Immo si oportet admirabile quiddam dicere, nos pauperes magis fruimur quàm illi, ebrietate mersi, & in cōuiuiis versantes, & somno graui sub tectis & vmbris delicate agentes: illa ne sentiunt quidem: at pauperes sunt potissimum, ij qui in his elementis delicias inueniunt. & si aērem autem inquisieris liberum & effluentem, videbis pauperem puriore & libero fruētem. Nam
D qui agros colunt, & in itinere ambulant, iis qui in ciuitatibus agunt, maiores delicias habent: & inter illos, qui in ciuitatibus agunt, horum magis participes sunt opifices, quàm qui tota die inebriantur. Quid autem *Item?*
† censes?] nónne communiter omnibus cōceditur? Sed dicit quis, quo modo hoc dices, narra obsecro. Nam qui abūdat etiam in ciuitate plura accipit iugera, & magnos circuitus constituit, & in agris plures partes sibi segregat. Quid igitur? nónne quia congregat, ipse illis vtitur solus? minime, etiamsi plurimum cōtendat. Nam & fructus in omnes cogitur distribuere, & fruges, & vinum, & oleum tibi colit, & vndequaque tibi ministrat: licet magni sint circuitus, & magna domicilia, post ineffabiles sumptus, & labores & ærumnas vsum tibi apparat, pro suo ministerio parua pecunia accepta. etiam in balneis & vbiq; istud euenire viderit quis, & diuites quidem & opes & curas & labores impendere, pauperes vero

† cum secu-ritate

res vero paucis abolis † absque indigentia ꝭ omnium v-sum fructum accipere: fructu etiã nullo amplius de terra fruetur. Non enim ille decem ventres, tu autẽ vnum imples. Sed ille sumptuosius particeps est frugum. Maxime quidẽ. Nonne magna id sit auaricia? Nonne & hoc loco plus te habere inueniemus? Videtur enim tibi esse sumptuositas ista admirabilis, eo quòd maiorem habeat

† verũ hæc apud pauperem maior, nec solũ voluptas, sed & sanitas: † fontes

voluptatem: † verum apud pauperem non voluptas, sed sanitas maior est: ꝭ & in hoc plus possidet solum diues, vt corpus infirmius efficiat, & plures infirmitatum † plagas ꝭ contrahat. Nam pauper se totum secundum naturam regit: ille autem quia immoderatus est, ad corruptionem & malam valetudinẽ vergit. Iam si placet istuc ipsum & in exemplo cõtueamur. Nam si opus fuerit caminum accendere, deinde ille quidem sericas vestes, & multa & sine fine linteamina subiicit, & sic illum accendit: at pauper ligna de quercu vel pinu: quid amplius habuit hic, quàm ille? nihil, sed & minus. Ad hæc, nihil prohibet etiam aliter exemplo admonere. Nam siquidem hic ligna iaciat, ille vero corpora adurat: cui camino suauiter assisteres, ei qui à lignis, vel ei qui à corporibus accenditur? Manifestum quòd ei qui à lignis. Nam ille quidem secundum naturam flagrat, & dulce spectaculum videntibus est: iste autem nidore, & pedore, & fumo, & ossium maleolentia omnes abiget. Horruisti & abominatus es audito camino illo, at tales sunt diuitũ ventres. Nam plus putredinis in illis, quàm in camino illo inueneris, & ventos maleolentes, & fluxus immundos, † quod omnibus modis etiam in quouis vnguento, ꝭ multa propter satietatem sit incoctio: non etenim sufficit naturalis calor omnia perficere, sed aliis suppressis, alia superiacent fumigantia, & magnam insuauitatem faciunt. Cui igitur quis conferret illorum ventres? Ne ægre feratis sermonem hunc, sed si vera non dixero, reprehẽdite: cui igitur quis illos compararit? non enim sufficiunt prædicta illorum miseriam monstrare. Inueni & aliam imaginem. Quàm nam? quemadmodũ enim in fontibus, vbi multæ herbæ, fœnum, stramina, stercus, lapides, lutum, continuæ obturationes fiunt, & deinde supereffluit sursum luti voramen: ita & in illorum ventribus contingit. Nam dum ille infra obstruitur, supra scaturiunt, plura quàm hæc mala fluenta: sed non ita est cum pauperibus, sed quemadmodum pura flumina profluunt fontes, & hortos irrigant: ita & ventres ab illis superfluitatibus puri sunt. Sed non tales diuitum, immo delicatorum non tales sunt vẽtres, & succis, phlegmatis, felle, corrupto sanguine, putrefacto humore, & aliis talibus pleni sunt: ea propter nullus, etiam si ad paruum sufficerit tempus, semper in deliciis viuere sufficiet, sed in perpetuis viuet morbis. Quàm libenter vellem rogare illos, quã ob causam cibi dati sint. Num vt corrumpamur, vel vt pascamur? num vt ægrotemus, vel vt valeamus? nũ vt sani simus, vel vt infirmi simus? Manifestum est propter alimoniam, & sanitatem, & robur. Quam igitur ob causam in contrarium illis abutimini, morbum & infirmitatem corpori per illos facientes? At non pauper, qui sanitatem & bonam valetudinẽ per tenuem victum lucrifacit. Ne igitur plora propter paupertatem, sanitatis matrem, sed & exulta: & si vis ditari, contemne diuitias. Non enim habere diuitias, sed non indigere vt habeas, hæc maxima abũdantia est. Si hoc facere studuerimus, & hic erimus omnibus locupletibus abundantiores, & illic futura assequemur bona: quæ nobis omnibus eueniãt, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri, ac

A sancto spiritui gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia xiij.

OS nostrum apertum est ad vos ô Corinthij, cor nostrum dilatatum est, non estis angusti in nobis, angusti autem estis in visceribus vestris. Cum narrasset de suis afflictionibus, & tentationibus, dicit enim, In patiẽtia, in afflictionibus, in angustiis, in necessitatibus, in plagis, in carceribus, in crebris expulsionibus, in laboribus, in vigiliis: & monstrasset, quòd magnum bonum hoc sit, dicens: Quasi mœrentes, semper autem gaudentes, quasi pauperes, multos autem locupletãtes, quasi nihil habentes, & omnia possidentes: & dixisset etiam arma ipsa, dicit enim, Quasi correpti, & non occisi: declarasset item per hæc, magnam dei virtutem & prouidentiam, inquit enim, Vt excellentia virtutis dei sit, & non ex nobis: & cum connumerasset † præmia ꝭ sua, Semper enim mortificationem illius circunferimus: & manifestasset certam resurrectionem, Nam vt & vita Iesu, inquit, manifestetur in mortali carne nostra: & quorum particeps factus sit, & qualia concredita sunt ei, Nam legatione fungimur pro Christo, quasi deo per nos obsecrante: & quorum sit minister, nempe non literę sed spiritus: & quòd non ob hoc solum sit venerabilis, sed etiã afflictionib⁹, Deo enim, inquit, gratia, qui semper in nobis triumphat: increpiturus postea etiam illos, quòd nõ multum de ipso solliciti sint, hoc facturus non statim illuc accedit: sed prius dicit quidem de charitate, quã erga illos declarauit, & tunc ingreditur sermonem illum. Nam quanuis increpãs ob suas virtutes venerabilis sit, attamen quando & amiciciam habere se cum his qui redarguuntur, ostendit, † vehementiorẽ ꝭ reddit sermonem. Propterea & ipse à tẽtationibus & sudoribus suis, ac certaminibus egressus, transiit in sermonem de charitate, & sic ipsos perstringit. Quæ igitur sunt, hæc charitatis indicia? *Os nostrum apertum est ad vos ô Corinthij.* Et quale hoc signũ charitatis, & quid est omnino quod dictum est? Non possumus, inquit, silere apud vos, sed semper volumus & desideramus loqui & cõfabulari vobis, qui scilicet diligentium mos est. Nam id quod sunt in corpore manuum complexiones, hoc in animo cõmercium sermonis. Cum hoc autem & aliud insinuat, & quale hoc? quia omnia cum fiducia vobis loquimur, dilectis etiam nihil subtrahentes, vel abscondentes. Nam quoniam increpiturus erat, veniam petit, ostendens, quòd cum tanta fiducia increpare, signum magnæ amiciciæ sit, ꝭ & præmittere magnæ dilectionis nomen, ꝭ multi feruoris & amiciciæ signum est. Consueuimus enim nuda amicorum nomina frequenter appellare. *Et cor nostrum dilatatum est.* Nam quemadmodum quod calefacit, dilatare facit: ita & charitatis opus, est dilatare. virtus enim calida est & feruẽs. ipsa etiam Pauli os expandit, & cor dilatauit: neq; enim solo ore amicus sum, sed habeo etiam consonum cor: propter hoc cum fiducia loquor toto ore, totáque mẽte: nihil enim latius corde Pauli. Nonne omnes fideles quasi amator quispiam, sic ardenter amabat: nec diuidebatur amor illius, nec infirmior fiebat, sed integer apud vnumquẽque manebat. Et quid mirum, si erga fideles tale cor habuit Paulus, cum etiam totum orbem ac infideles complexum fuerit? propter hoc non dixit, amo vos, sed quod significantius, os nostrum apertum est, & cor nostrum dilatatum est. Omnes vos intus habemus, neque hoc simpliciter, sed cum magna quadã latitudine.

Hic sup. b

Sup. 3. b

Suprà. 4. a

Sup. 4. c

Suprà. 5. d

Ibid. 3. b

Sup. 2. d

† magis acceptabilem, siue minus odiosum.

† atq; nominis additio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam qui diligitur,in corde diligentis cum magna fecu A mini cum infidelibus,sed magis ipsos perstringens,vt-
ritate ambulat : propterea dicit, *Non angusti estis in no-* pote iustum affligentes. Ne,inquit, abducatis vosipsos.
bis,angusti autem estis in visceribus vestris. Etiam increpatio- *Quæ enim societas iustitiæ & iniquit.etc?* Hic postea com-
nem vide,vt parce facta sit,quod valde diligẽtium est: parationem facit, non suæ dilectionis & illorum qui il
non dixit,non diligitis nos,sed non cum ista mensura. los corrumpebãt, sed istorum generositatis, & illorum
non enim vult illos valde perstringere. Vbique autem ignominiæ.Sic enĩ & honestior sermo,& ipso dignior
viderit quis,quo modo fideles accẽdat,si singularũ epi- fit,magisq; illos conciliat, quasi quis filio parẽtes despi-
stolarum verba expenderit. Nam Romanis quidem di cienti,& flagitiosis se associanti dicat: Quid facis ô fili,
Rom.1.b cit,Desidero videre vos, & sæpius statui venire ad vos. patrem quidem despicis, & præfers facinorosos viros,
Ibidem. &, si quo pacto prosperum iter mihi sit ad vos. Galatis & iniquitatibus plenos,nescis quanto hisce melior sis &
Gal.4.c dicit,Filioli mei,quos iterũ parturio.Ephesiis vero,Hu- dignior : sic enim magis ab illorum consuetudine ab-
Ephe.3.c ius gratia flecto genua mea pro vobis. At Philippẽsib⁹, ducit,quàm si patrem admiretur . Nam si dicat, Nescis
Philip.4.a Quæ enim spes mea , vel gaudium , vel corona gloria- quantum pater tuus illis melior sit , non tantum effice-
Ibidẽ.1.a tionis ? an non & vos etiam in corde & in vinculis il- ret:patre autem relicto, † si illos præferat,] dicens: Ne- † *si ipsum à*
Coloss.2.a los circunferre dicebat.Iam Colossensibus inquit, Vel- scis quis tu quidem sis, & quid illi . Non cogitas tuam *lis præfera*
lem autem vos scire, quale certamẽ pro vobis habeam, quidem generositatem ac liberalitatem,& illorũ igno-
& qui non viderunt me in carne , vt consolationem B miniam . Quæ enim societas tibi & illis furibus,adulte-
accipiant corda vestra . Ad Thessalonicenses dicit, ris,veneficis?statim istis laudib⁹ alatum facit,vt ab istis
1.Thes.2.b Quasi nutrix fouet filios suos,sic bene affecti vobis, eli- se abrumpat. Nam priorem quidem sermonem nõ sta-
gimus vobis communicare non solum euãgelium, sed tim accipiet,quia accusatio illius est, quòd pater præ il-
& nostras ipsorum animas . Porrò ad Timotheum in- lo honoratur , quando non solum ostẽditur offendere
2.Tim.1.a quit , Memor lachrymarum tuarũ , vt gaudio implear. patrem,sed & talem patrem.Hic autẽ iam nihil tale pa-
ad Tit.1.a Tito autem scribit , Dilecto filio, & Philemoni simili- tietur:nullus enim volet non laudari, & per illum sanè
ad Phile.a ter,& Hebræis quoque multa alia id genus, & non ces- cum laudibus audientis redargutio fit acceptior.Audi-
Hebr.10.g sat obsecrare & dicere:Qui venit,veniet, & non tarda- tor enim trahitur,& præclare sentire de se incipit, illo-
bit:sicut filios ægre habentes mater.Et istis,Non angu- rum autem consuetudinem aspernatur. Nõ hoc autem
sti estis in nobis . Non dicit autem solum quòd amet, solum , quòd hanc comparationem produxit, illius est
sed etiam quod ab ipsis ametur, & hac ratione illos ite- miraculum, sed quòd & aliud maius quiddam excogi-
Infra 7.b rum conciliat . Et hæc testificans quidem,inquit,Venit tauit , & ad perstringendum efficacius . Nam sermone
Titus annuncians nobis vestrũ desiderium,vestrum lu quidem per interrogationem præmisso,id quod est ma
Gal.4.b ctum,vestrũ zelũ.& Galatis, Si possibile fuisset,vestros nifestarium & ex confesso:deinde etiam amplificat fre-
oculos erutos dedissetis mihi . & Thessalonicensibus, quentia & multitudine nominum.Non enim vnum &
1.Thes.1.d Qualem ingressum habuerimus apud vos . & Timo- C duo,& tria,sed plura ponit.Ad hæc,pro personis nomi
2.Tim.1. a theo , Memor lachrymarum tuarũ vt gaudio implear. na rerum ponit, & hinc summam virtutem, & illinc
& vbique in epistolis,inueniet quis ipsum discipulis te- summum scelus scribit: differrẽque ostendit in immen-
stimonium dare , & quòd dilexerit , & quòd diligatur. sum , & ita vt non opus habeat multa apparatione.

†Nõ *tamen* ⌈Certe⌋ similiter & hoc loco inquit:quanuis impensius *Quæ enim,*inquit,*participatio iustitiæ & iniustitiæ, aut quæ so-*
Infrà.12.c vos diligens, minus diligar, sed hoc quidem ad finem. *cietas luci cum tenebris,aut quæ concordia Christo cũ Belial, vel quæ*
Iam autem violentius:non angusti estis in nobis,angu- *pars fideli cum infideli , aut quæ compositio templo dei cum idolis?*
sti autem estis in visceribus vestris . Vos vnius capaces Vides quo modo nuda nomina ponit,& sufficientia il-
estis, ego autem totius ciuitatis, & tanti populi. & non li ad auersionem. Non enim dixit, Præuaricatio,quod
dixit,non capaces estis nostri,sed,angusti estis:istud ip- maius erat : neq; dixit,lucidis & tenebrosis,sed ipsamet
sum insinuans, & non tam vehementer perstringens. contraria ponit , quæ contrariorum non sunt capacia,
Eandem autem remunerationem, quasi filiis dico: quanuis nõ lucem & tenebras.Non autem dixit,Christianis & dia-
est æquale prius diligi.Nam quanuis æqualem quis mẽ bolicis,sed quod multo maius, separat Christum & Be-
suram afferat , vincitur tamen qui posterior ad aman- lial, sic appellans defectorem Hebraica voce. *Vel quæ*
dum accedit . Attamen non, inquit, sermone diligen- *portio fideli cum infideli?* Hic sanè ne videatur simpliciter
tius persequar,etiamsi à me sumpto initio, eandẽ men- vicium & laudem virtutis tractare,meminit etiam per-
† *acquiesco* suram declaraturi sitis, † diligo & amo.] Deinde vt o- D sonæ indefinitæ.& nõ dixit,societatem, sed portionem
& boni cõ- stendat,quòd etiam debitum sit,& quòd absque adula- dicens , posuit præmia. *Quæ compositio templo dei cum ido-*
sule tione hæc dicta sint, *Quasi filiis loquor* , inquit. Quid *lis?Nam vos templum estis dei viuentis.* Quod autẽ dicit hoc
est,quasi filiis?nihil magnum peto,cum pater sim, volo est, neque rex vester commune habet quiddam cum il-
diligi à vobis . Et vide intellectum & modestiam:non lo:quæ enim concordia Christo & Belial:neq; res ipsę,
ponit hic pericula, quæ pro illis suscepit , & labores, & quæ enim societas luci cum tenebris : igitur neque vos
mortes,quanuis multa potuisset dicere:adeo est alienus oportet . Et primo ponit regem , & deinde illos multo
à fastu : sed amorem narrat, & propter hunc amari cu- maxime separans:deinde dicens templo dei cum simu-
pit: quia pater vester factus sum,inquit, quia valde vo- lacris,& affirmans: Vos enim estis templum dei viuen-
bis afficior . Quod plurimum eum qui diligitur vrget, tis : necessario & testimonium subdit, ostendens quòd
quando quis illi beneficia proponit . Videtur enim ex- non per adulationem hoc agit: qui enim laudauerit,&
probrare:propterea non facit hoc Paulus,sed quasi filij probationem nõ attulerit,videtur etiam adulari. quod
patrem dilexistis,inquit:quod naturæ magis est, & cui- igitur testimonium? *Inhabitabo enim,*inquit,*in illis,& in-* *Leuit.26.b*
uis patri debetur . Deinde ne videatur propter seipsum *ambulabo.* Habitabo in templis & inambulabo,maiorẽ
hæc loqui , ostendit quòd propter illorum vtilitatem erga illos familiaritatem manifestans. *Et erunt mihi in*
etiam amorem ab illis requirat.Ideo subdit: *Ne sitis iu- populum , & ego ero illis in deum.* Quid, inquit? deum nihil
gum ducentes cum infidelibus. Et nõ dixit, Ne commisce- commune cum illis habentem fers in teipso , & ad il-
los curris?

Universidad de Deusto
Biblioteca

los curris? Et quo modo hæc venia digna erunt? cogita quis inhabitet, quis inambulet in te. *Ideo exite è medio illorum, & separamini, & immundum ne tetigeritis, & ego suscipiam vos dicit dominus.* Et non dixit, Ne facito immunda, sed maiorem diligentiam requirēs dicit: Ne tetigeritis, neque appropinquaueritis. Quid autem est, coinquinatio carnis? Adulteriū, fornicatio, nequicia omnis. Quid autem est, inquinatio animæ? Immundæ cogitationes, vt videre intemperatis oculis, vindictam meditari, dolose agere, & quæcunque talia. Igitur vtrinq; vult esse mūdos. Vidisti quātum præmium sit à malis liberari, nempe vnionem cum deo. audi & cætera: *Et ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias dicit dominus.* Vidisti generositatem quæ superne aduenit prophetam prædicere? Nempe regenerationem per gratiam. *Has igitur habentes promissiones dilecti.* Quales? esse templa dei, filios & filias, habere illum inhabitatorem & inambulantem, fieri illius populum, possidere ipsum deum & patrem.

Esa.52.c

Hiere.31.a

Cap.VII.

Mundemus nosipsos ab omni inquinamento carnis & spiritus.

† *hoc enim carnis est inquinamētum, quo q; ea quæ animā inquināt, hoc enim est spiritus.*

neque immunda tāgamus. † Hæc enim carnis purificatio est, vt neque animæ inquinentur, sic enim spiritus erit.] Et non sufficit hoc solum, sed etiam subdit: *Perficientes sanctimoniam in timore dei.* Non enim non tangere immundū, facit mundū, sed etiā alio quodā nobis opus est, vt fianus sancti, studio, attentione, deuotione. & bene dixit, in timore dei. Contingit enim nonnunquam moderate agere, & non in timore dei, sed per vanā gloriam, cum hoc & aliud insinuatur, dicēs. In timore dei: ostendit modum quo sanctimonia perficiatur. Nam licet magna sit concupiscentiæ tyrannis, obiecto tamen timore dei illius furorem destruxeris. Porrò sanctimoniam *hoc loco non continentiam solum dicit, sed omnis peccati liberationem. Sanctus enim est mundus, mundus autem quis fuerit, nunquid si à scortatione sola liberetur? quin etiam fugere oportet auariciam & inuidiam, & stupiditatem, vanam gloriam, & maxime vanam gloriam:* & illam vbiq; quidem, multo autem magis in eleemosyna: alioqui non esset eleemosyna, si adesset ille morbus, sed ostentatio & crudelitas: quando enim non miserando, sed cum pompa quadam agendo feceris non est eleemosyna, sed etiam contumelia, nam traduxisti fratrem. Eleemosyna igitur est nō dare opes, sed *cum misericordia illas dare.* Alioqui hi qui in theatris expendūt, pueris scortatoribus, & aliis qui in scena, sed hoc non fuerit misericordia. Etiam ipsi qui contumelia afficiunt corpus scortorum, dant: at non hoc est humanitatis, sed potius insaniæ. Talis etiam vane glorioſus esse videtur. Nam quemadmodum ille contumelia afficiens corpus scorti, præmium cōtumeliæ illi dat: sic & tu præmium petis ab eo qui accipit contumeliam, & mala gloria, & teipsum & illum afficere, & cum hisce est ineffabile damnum. Nam sicut bestiam etiam rabidus canis inuadit, ita nostra bona malus iste morbus [& inhumanitas] rapit. Etenim inhumanitas est & crudelitas, imò etiam illa grauior. Nam qui crudelis est nō dat petenti, tu autem plus facis quàm ille, volētes dare prohibes. Quando enim dando tanta pompa vteris, & gloriam eius qui accipit arripis, etiam daturum cohibes, si segnis fuerit. Non enim postea dabit, quasi ei qui iam acceperit, & nunc non sic egeat: sed & sæpius reprobabit, si accedens petierit postquam acceperit, & impudētem censebit. Qualis igitur hæc misericordia, quando & teipsum confundis, & eum qui accipit, & cum qui imperauit dupliciter, nempe quòd illum habens spectatorem eleemosynæ, requiris post illum conseruorum ocu

Morale.

Matt.6.a

los, & quòd legem ab illo constitutam, quæ hoc prohibet, transgrederis? Vellem & alia tractare de ieiunio & oratione, & ostendere quòd & illa à vana gloria damnum sentiunt, sed recordor quòd sermonem quendam in priori homilia non perfeci. Dicebam quòd pauperes abundantiores sint quàm diuites, etiam in his quæ huius vitæ, quando de sanitate & voluptate differebam, † *aperte* & † *subobscure*] hoc mōstratum est. Age igitur hodie illud ostendamus, quòd non in his solum quæ ad hanc vitam, sed etiam in his quæ superiora, quod plus est. Quid enim in regnum inducit? diuitiæ vel paupertas? audiamus illum cœlorum dominum dicentem, de illis quidem, quòd facilius sit camelum intrare per foramen acus, quàm diuitem in regnum cœlorum. De pauperibus vero contrà: Si enim vis perfectus esse, vende facultates tuas, & da pauperibus, & veni sequere me, & habebis thesaurum in cœlis. Si autem volueritis, vtrunq; videamus quod dictum est: Angusta & stricta via est, quæ ducit in vitam: quis igitur vadit angustam? Ille ne qui in deliciis, vel qui in paupertate, qui solus, vel qui innumera onera gestat, qui solutus & liber à curis, vel curas & solicitudines multas habens? Sed quid opus rationibus? inducantur ad hoc exempla. Pauper erat Lazarus, & valde pauper, diues vero qui præteribat illum in vestibulo iacentem: vter igitur intrauit in regnum, & delicate egit in sinibus Abrahæ? Vter autem cruciatur, & nec stillam accipit? Sed dicis, etiam pauperes pereunt, & multi etiam diuites illis ineffabilibus bonis fruentur. Cæterum contrarium licet videre, nam pauci quidem diuites, multo autem plures pauperes saluantur. Considera autē diligenter, & expendas quæ sint impedimenta diuitiarum, & quæ inopiæ imminutiones, imò neq; diuitiarum, neque inopiæ, sed vtraque sunt possidentium. Cæterum quæ arma expeditiora sunt, videamus. Quem igitur defectum habet inopia? videtur habere mendacium. Quem vero diuitiæ? superbiam, matrē malorum, quæ & diabolum fecit esse diabolum, cum antea non esset talis. Iterum, radix omnium malorum est auaricia. Quis igitur est propior apud hanc radicem, diues vel pauper? Nónne manifestum quòd diues? Nam quāto quis plus diuitiarum possidet, tanto † plus amat.] Ad hæc, vana gloria innumera bona opera pessundat, sed & huic vicinior est diues. Præteris autem, inquit, tribulationem & angustiam pauperis. Verum hæc etiam diuiti communis est, & magis illi accidit, quàm pauperi. Atque ita, quæ videntur esse propria inopiæ mala, communia vtrorumque sunt: quæ vero diuitiarum, sola illarum. Cur autem, inquit, propter acquirenda necessaria, multa mala pauper operatur? Sed nullus pauper tanta operabitur mala propter indigentiam, quanta ditari volentes, vt plura habeant, & quæ habent ne perdāt. Non enim pauper necessaria sic desiderat, vt diues superflua: neque etiam tantum robur habet ad perficiendam maliciam, quantum ille. Igitur si & vult, magis etiā potest, manifestum quòd plura & operabitur: nō enim ita formidat famem pauper, sicut rerum suarum iacturam diues tremit ac formidat, & quod nondum quicquid alij habent, accipit. Cum igitur proxime stet apud vanam gloriam & superbiam, & auariciam radicē malorum omnium, quam habiturus est salutis spem, nisi † optimam viam] declarauerit? Quo modo autem gradietur per angustam viam? Ne igitur multorum opiniones habeamus, sed res ipsas inquiramus. Quo modo autem non absurdum propter pecunias aliis nō credere, sed ipsas numerare & supputare, pro rebus autem

1.Tim.6.b

† *plura habeat.*

† *multā philosophiam*

Universidad de Deusto
Biblioteca

amplioribus aliorum ſententiam ſequi ſimpliciter,præ- A lamitatibus fueritis, non timemus infœlicitatis veſtræ
ſertim cum habeamus omnium exactiſsimam trutinã eſſe ſocij: ſin bene habueritis, non inuidemus. Deinde
& gnomonem, ac regulã, diuinarum, inquam,legũ aſ- quoniam ſæpe hæc verſans dicit: Non anguſti eſtis in
ſertionem.Ideo obſecro & oro omnes vos, vt relinqua nobis,anguſti eſtis in viſceribus veſtris,& capaces eſto-
tis quidnam huic vel illi videatur: déque his à ſcriptu- te noſtri,& dilatemini etiam vos, & nullum læſimus,&
ris hæc omnia inquirite: & veras diuitias diſcentes,eas videbantur omnia hæc illos cõdemnare: vide quo mo
ſectemur,vt & æterna bona aſſequamur:quę nobis om- do & alia ratione hanc grauitatem conſolatur,dicens:
nibus cõtingant gratia & miſericordia domini noſtri *Multa mihi fiducia erga vos.* Propter hoc talia audeo,
Ieſu Chriſti, per quem & cum quo patri ſimul ac ſancto inquit: non ad condemnationem dicens, ſed propter
ſpiritui,gloria,imperium, honor, nunc & ſemper, & in multam fiduciam, quod & conſequenter manifeſtans
ſecula ſeculorum,Amen. dicebat: *Multa mihi gloriatio de vobis.* Ne enim putetis,
inquit, quoniam hæc dico quaſi vos totos condemna-
Homilia xiiij. rim: multum enim de vobis glorior & honeſtari volo,
quin & ſolicitus ſum, multo amplius vos ad virtutem
CApaces eſtote noſtri,neminem læſimus, neminem corrupi- promouere, quod & Hebræis poſt multam increpatio-
mus, neminem fraudauimus,&c. Iterum de charita- nem dicebat: Confidimus autem de vobis meliora, & *Hebr.6.b*
te mouet ſermonem, aſperitatẽ increpatio- B quæ adhærent ſaluti,quãuis ſic loquamur: deſideramus
nis reſecans.Nam quoniam redarguerat & perſtrinxe- autem vnumquenq; ex vobis, vt idem præſtet ſtudium
rat quòd amarentur quidem,non autem ſimiliter ama- ad plenam ſpei certitudinem vſque ad finẽ. Sic ſanè &
rent,ſed à charitate illius ſe auellerẽt, & aliis corrupto- hic,magna mihi gloriatio eſt pro vobis. De vobis,in-
ribus admiſcerent:iterum increpationis ſeueritatem mi quit,apud alios gloriamur.Vidiſti quo modo germanè
tigat,dicens: Capaces eſtote noſtri,id eſt, diligite nos: conſolatus ſit, & non ſimpliciter glorior, inquit, ſed &
petitq; accipere donum minime moleſtum,& ſuppedi- multum. Vnde ſubdidit,dicẽs: *Impletus ſum conſolatione.*
tantibus antea quàm accipientibus vtile: & non dixit, Qua conſolatione:ea quæ ex vobis, quia correpti ope-
diligite, ſed quod maiorem miſericordiam mouet, ca- ribus conſolati eſtis me. Hoc diligentis eſt, & arguere
paces eſtote. Quis vos,inquit,abegit, quis à veſtra mẽte quòd non diligatur, & timere ne ſupra modum arguẽs
eiecit, vnde anguſtiati ſumus in vobis? Nam quoniam contriſtet:propter hoc,inquit, impletus ſum cõſolatio-
Suprà.6.b ſuprà dixerat,anguſti eſtis in viſceribus veſtris:iſtuc ip- ne. *Vehementer abundo gaudio.* At dicet quis,hęc viden-
ſum manifeſtius declarãs,inquit:Capaces eſtote noſtri, tur eſſe prioribus contraria,ſed nõ ſunt.† Etenim & ſæ- †*Imò etiam*
& hac ratione illos iterũ concilians:nihil enim ſic ami- pe contingunt: ‖hæc enim illa faciunt acceptiora. Laus *valde cõue-*
ciciam facit,vt dum is qui diligitur diſcit,quòd amans enim talis efficit vtilitatem, quę ex reprehẽſionibus iſtis *nientia:*
valde amorem ſuum deſiderat. *Neminem læſimus.* Vi- eſt,probatiorem,dum quæ triſtia ſunt,tollit. Propterea
de quo modo iterum non ponit beneficia,ſed ſermonẽ C admodum ingenue *his verbis vtitur,& ambitioſe.*Non
modeſtiorem,& alia ratione violentiorem facit: inte- enim dixit,impletus ſum gaudio:ſed,*abundo*:imò neq;
rim autem ſuggillat pſeudapoſtolos, nullũ læſimus, di- abundo,ſed,vehementer abundo. Et hic iterum oſten-
cens,nullum corrupimus, nullum fraudauimus. Quid dit deſiderium:quia quanuis ſic diligatur,vt gaudeat &
eſt,corrupimus?hoc eſt,nullum decepimus,ſicut & alibi exultet,nondum tamẽ cenſet ſe diligi,quemadmodum
Infrà 11.a dicit: Ne forte ſicut ſerpẽs Heuam decepit,ita corrum- diligere oportet, † & quòd totum acceperit. ‖Sic inſa- †*neq; totum*
pantur mentes veſtrę.Nullum fraudauimus,non rapui- tiabilis erat,multum illos diligendo. Nam quòd ab his *accepiſſe:*
mus,non inſidiati ſumus.Et nõ iam dicit,hanc & illam qui videbantur quomodocũque diligere,multum acci-
vtilitatem attulimus, ſed ſermonem faciens magis ad- piat gaudij,eo quòd vehementer illos diligat,hoc aliud
hortantem,Non læſimus,inquit:quaſi dicat,quãuis nul ſuæ dilectionis indicium erat. Et de conſolatione qui-
li benefeciſſemus, neque ſic auerſari oportebat: nihil e- dẽ,inquit,impletus ſum, accepi id quod debebatur mi-
nim vel paruum, vel magnum poteritis nobis oppro- hi.De gaudio vero vehemẽter abundo: hoc eſt, mœſto
brare. Deinde quoniam ſenſit,grauitatem iterum cor- animo eram erga vos, ſed ſufficiẽtem rationem reddi-
rigit:& neque ſiluit omnino,non enim excitauit:neque diſtis,& conſolati eſtis. Non enim ſolũ abſtuliſtis mihi
incorrectam reliquit ſermonis aſperitatem, tametſi ma materiam triſticiæ, ſed etiam gaudium feciſtis amplius.
gis incitet. Et quid dicit? *Non ad condemnationem dico.* Deinde manifeſtans illius magnitudinem, non ſolum
Vnde manifeſtum? *Prædixi enim*, inquit, *vobis, quòd in* D hoc monſtrat,iſtud dicendo,vehementer abundo gau-
cordibus noſtris eſtis ad commoriendum & cõuiuendum. Magna dio,ſed & ſubdit, *In omni afflictione noſtra.* Tantũ enim
amicicia iſta eſt, quando & qui deſpicitur, etiam mori erat propter vos nobis voluptatis datum, vt etiã prop-
& viuere cum illis eligit. Non enim ſimpliciter eſtis in ter talem afflictio minor appareat,ſed abundantia ma-
cordibus noſtris,ſed ſic,inquit,vt dixi. Fit enim vt quis gnitudinis illius cum grauiſsimis negociis implicare-
amet & pericula fugiat,at nos non ſic. Et vide etiã hoc mur,non permiſit vt illa ſentiremus. *Etenim cũ veniſſe-*
loco ineffabilem ſapientiam:non enim dixit,quæ facta *mus in Macedoniam,nullam habuit relaxationẽ caro noſtra.* Nam
ſũt pro illis,vt ne videatur opprobrare, ſed futura pro- quoniam dixerat, in afflictione, dicit etiam quanta af-
mittit.Nam ſi contingat,inquit,omnigena pericula in- flictione, & extollit illam ſermone,vt oſtendat magnã
gruere,paratus ſum pro vobis pati, & neque mors,neq; eſſe quam ex illis habebat conſolationem, & gaudium
vita mihi aliquid per ſe eſſe apparet. Sed vbi vos fueri- quod tantum dolorem repellebat. *Sed in omnibus afflige-*
tis, hoc mihi eligibilius, & mors vita gratior, & vita *bamur.* Quo modo,in omnibus? *Foris pugnæ*, ab infi-
morte. Cæterum mori quidem indicium eſt amiciciæ. delibus: *Intus timores*, propter infirmos fideles,ne de-
Viuere autem quis non vellet etiam non amicis aliis? cipiantur.Non enim hæc ſolum apud Corinthios con-
Quare igitur tanquam magnum iſtud poſuit? quia etiã tingebant,ſed etiã alibi. *Verum qui conſolatur humiles,con-*
valde magnum eſt. Nam multi certe male habentibus *ſolatus eſt nos in aduentu Titi.* Nã quoniã illis magna teſti-
amicis condolent, at bene habentibus non itẽ congra- ficabatur,vt ne videretur adulari,teſtẽ adhibet Titum,
tulantur,ſed inuident. Verum nos nõ ita,ſed ſiue in ca- fratrem

fratrem illum qui ab ipsis profectus ad Paulũ, post priorem epistolã narrans quo modo illi se emendarint. Tu autem, oro, considera quo modo vbiq; magnifacit aduentum Titi. Nam & antea dixit: Cum autem venissem Troadem, non habuit relaxationem spiritus meus, eo quòd non inuenirem Titum fratrem meum. & hic iterum dicit, in aduentu Titi consolationem accepimus. Volebat enim illis virum hunc facere valde amicum & fide dignum, & vide quo modo ambo illa parat. Nam cum dicit, Non habui relaxationem in spiritu meo, magnitudinem virtutis illius ostendit. Quòd autem dicit, In afflictione nostra, aduẽtus illius sufficit ad consolãdum: non solum per aduentum illius, sed etiam per cõsolationem quam acceperat, commẽdat Corinthiis virum. Nihil enim sic amicicias cõciliat, vt dum de quopiam fœlicia & sana dicuntur: quod & Tito tribuit dicens, quòd aduenies refocillarit nos mira voluptate, talia de vobis annuncians: propter hoc aduentus illius lætificauit nos. Non enim solum in aduẽtu illius lætati sumus, sed etiam in consolatione, qua consolationẽ † accepimus] super vobis. Et quo modo consolatus est: per virtutes vestras, pèrq; bona opera, propterea & addit:

Supra 2.c

† *accepit*

Cum annũciaret nobis vestrum desiderium, vestrum fletũ, vestrum pro me zelum. Hæc illum, inquit, lætificauerunt, & consolationem ei attulerunt. Vidisti quo modo etiã se ostendit amatorem illorum eximium, quandoquidem arbitratur suam consolationem, illos de se bene sentire: & quòd veniens gloriatur apud Paulum, quasi de propriis bonis. Vide item quo modo hæc tam feruenter annunciat: Vestrum desiderium, vestrum luctum, vestrum zelum. Verisimile est enim illos doluisse, & mœstos fuisse, quòd beatus Paulus illis sic succẽderet, & tanto tempore abesset. *Ideo autem non simpliciter dixit lachrymas, sed fletum: neq; concupiscentiam, sed desiderium: neq; iram, sed zelum, & zelum inquam pro illo, quem habebant contra eum qui fornicatus erat, & cõtra accusatores.* Accensi estis, inquit, & igniti acceptis literis meis: propterea magis gaudio abundat, & maiori cõsolatione impletus est, quia illos perstrinxit. Mihi autem videtur hæc nõ solum ad mitigationem priorum dicta, sed etiam vt exhortetur eos, qui bene fecerant. Etenim quãuis censeat quosdã esse obnoxios prioribus criminibus, & tantis laudibus indignos: attamen illos non separat, sed communia ponit etiam encomia, & crimina: conscientiæ auditorũ concedit vt sua singuli supputent. Sic & illa nõ molesta facta sunt, & hæc in maiorem zelum adducunt. Ita & nunc oportet eos qui arguũtur affectos esse, lugere & flere, ac præceptores desiderare, & plꝰ quàm patres ipsos solicitos esse: per hos enĩ vita datur, per illos autem bona vita. Sic oportet ferre increpationes patrum, sic & super peccantes dolendum cũ prepositis: non enim totum in illis situm est, sed etiam in vobis. Nam licet is qui peccauit, videat quidẽ se à patre increpari, adulentur autẽ ei fratres, ignauior fit: sed quanpo pater increpat simul irascere & tu, siue vt fratris curã gerens, siue vt cum patre condolens: solum declara studium multum, & deplora non quòd increpatus est, sed quòd peccauit. Nam si ego extruxero quidem, tu autem destruxeris, quid aliud reportabimꝰ quàm labores: imò non solum damnum inde tibi, sed & magnam pœnam reportabis. Etenim qui prohibet curari vulnus, nõ minus puniri meretur, quàm qui vulnerauit, imò multo magis: non enim par est plagam inferre, & impedire plagã curari. Nam hoc quidem omnino mortem affert, illud autem non omnino. Hæc autem à me vobis dicta sunt,

Morale.

A vt cum principibus irascamini, illis quibus iuste succeri sent, quando videritis aliquem increpari: omnes magis auersemini quàm præceptor, magis vos terreat] quàm principes qui peccauit. Nam si præceptorem quidem solum timuerit, facile peccabit. Si autem illos vestros tot oculos, tot ora obseruarit, in maiori erit securitate. Nã quemadmodum si hæc non fecerimus, extremam dabimus pœnam: ita si hæc operamur, socij erimus lucri in emendatione. Igitur sic faciamus: & si quis dicat Christianis congruere, vt misericordiam cum fratre habeat: is discat quòd irascens misericors est, non ille qui antè tempus hunc vocat, antequam peccatum sentiat. Quis enim, dic mihi, febrientem & phreneſi laborãtem miseratur: ille ne qui reclinat hunc in lectum, & ligat & prohibet à cibo & potu non conducibili: vel qui permittit ei meraco impleri, ac iubet esse liberum, & omnia facere B quæ scilicet incolumes solent? Nónne is qui videtur misericors esse, etiam morbum auget, alius vero emendat? Ita sanè & hoc loco sententiam feramus. Etenim misericordia est non semper gratificari ægrotis, neq; adulari illicitis illorum concupiscentiis. Nullus sic diligebat scortatorem apud Corinthios, sicut Paulus iubẽs illum satanæ tradi. Nullus sic odio illum habebat sicut socij illius & ministri, quod & finis monstrauit. Nam illi quidem eum magis inflatum & ardentem fecerant. Hic autem humiliabat, nec cessauit donec ad puram sanitatem induceret: & illi quidem reuera, maliciæ augmentũ dederant, hic autem quod factum ab initio refellit. Illas & nos discamus misericordiæ leges. Etenim si equũ videris præcipitem ferri, frænum immittis, & violeter reprimis, & multũ flagellas, quanuis sanè hæc punitio mater salutis sit. Ita fac & in peccãtibus: liga eum qui deliquit, C donec placet deum: ne relinquas solutũ, ne magis diuina ira implicetur. Nam si ego ligauero, deus iam non ligat: si autem ego non ligauero, infracta manẽt eius vincula. Nã si nosipsos iudicauerimus, non iudicamur. Neque putaueris hoc esse crudelitatis, vel inhumanitatis, sed summæ mansuetudinis & optimæ curationis. At dicis, sat longo tempore pœnam luerunt. Quanto dic mihi? Anno vno duobus & tribus. Sed non quæro hanc tẽporis prolixitatem, sed animæ correctionem. Hanc igitur ostende si compuncti sint, si mutati fuerint, † & omne quod factum est quasi non esset factum, sit:] nulla est temporis vtilitas. non enim quærimus, an multo tẽpore obligatũ sit vulnus, sed num profuerit obligatio. Nã si quidem profuerit etiam in paruo tempore, non vltrà alligetur: si autem nihil profuerit, etiã post decẽ annos adhuc ligetur, & terminus solutionis ligato sit illi vtilitas: Sic & nostri ipsorum & aliorum curã geramus, nec ad hominum gloriam & cõfusionem videamus, sed ad pœnam quæ illic est: & cogitantes opprobrium, & ante omnia exasperationem dei, pharmaca pœnitentiæ strenue apponamus, & statim ad purã adducemus sanitatem, & futuris potiemur bonis. Quæ nobis omnibus cõtingãt gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quem, & cũ quo patri gloria simul & spiritui sancto, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

timeat

1.Cor.5.b

1.Cor.11.g

† *& totũ sanum est.* *Nam si hoc non sit.*

D

Homilia.xv.

ATque adeo licet contristarim vos in epistola, non me pœnitet, tametsi pœnituerat. Excusat nunc se de epistola. Nam cum peccatum emendatum esset, absque periculo illos curabat, & ostendit rei vtilitatem. Nam & istud ipsum etiam antea fecerat, dicens: Ex multa enim afflictione & angusto corde scripsi vobis,

Sup.2.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

vobis, non vt contriſtemini, ſed vt ſciatis charitatem quam habeo erga vos. Facit autem etiam nunc iſtuc ipſum pluribus inſtruens: & non dixit, prius quidē me pœnituerat, nunc autem non pœnitet, ſed quo modo? Nō pœnitet nunc, quanuis pœnituerat: licet, dicere vult, talia ſint quæ ſcripſi, quòd mēſuram trāſgreſſus ſum correptionis, & pœnitentia ducar: attamen tātum lucrum quod ex illis eſt, pœnitudinem mihi adimit. Hoc autem dicebat, non quòd immodice corripuerat, ſed laudes illorum aucturus. Tantam enim, inquit, declaraſtis emēdationem, quòd licet etiam vehemētius perſtrinxiſſem vos, ſic vt meipſum condemnem, & laudem nunc meipſum, quia bonū exitum res ſortita eſt: ſicut pueris quādo moleſtam curationem recipiūt, vtpote ex ſectione, vel vſtione, vel amaro pharmaco, deinde ſuauiter illis blandimur, ita & Paulus facit: *Video enim quòd epiſtola tametſi ad tempus contriſtauit vos, nunc gaudeo, non quòd contriſtati fueritis, ſed quòd contriſtati ſitis ad pœnitentiam.* Poſtquā dixit, non me pœnitet, dicit etiam cauſam, vtilitatem quæ ex literis, ponens, & ſapienter excuſans ac dicens: quanuis ad tempus quidem breue ſit quod contriſtauit, perpetuum tamen eſt quod vtile. & conſequēter dicere poterat, quanuis ad tempus contriſtarit vos, ſed ſemper lætificauit vos & vtile fuit: ſed non ſic dicit, verum priuſquam lucrum dicat, denuo ad laudes illorū & ſuæ prouidentiæ ac curæ oſtenſionem tranſit, dicens: Nūc gaudeo, non quòd contriſtati fueritis: quid enim mihi vtilitatis ex veſtra triſticia: ſed quòd cōtriſtati ſitis ad pœnitētiam, quia & lucrum quoddam habuit triſticia. Nā & pater quando videt filium ſecari, nō gaudet quia dolet, ſed quia ſanatur: ſic & iſte. Vide autem quo modo à rebus in illos transfert totum opus bonum: cōtriſtationem epiſtolæ imputat, quia ad breue tempus contriſtauit vos, dicens: vtilitatem vero quæ ex illa, dicit eſſe illorum bonum opus. Non enim dixit, Emendauit vos epiſtola, quanuis & ſic poſſet, ſed quòd cōtriſtati ſitis ad pœnitentiam. *Nam contriſtati eſtis ſecundum deum, ſic vt in nulla re detrimento ſitis affecti per nos.* Vidiſti ineffabilem ſapientiam? dicere enim vult, niſi hoc feciſſemus, vtiq; magno damno vos affeciſſemus. & bonum quidem opus illorum eſſe dicit, damnum autem ſuum ſiquidē tacuiſſet. Nam ſi ex reprehenſione emēdaturi ſe erant, niſi reprehendiſſemus, vtique damno vos affeciſſemus: & nō ad vos ſolum, ſed etiam ad nos dānum, pertigiſſet. Nā quemadmodum qui nō dat negociatori ea quæ ad nauigationem pertinent, is eſt qui dānum facit: ſic & nos ſi non exhibuiſſemus vobis occaſiones pœnitētiæ, vtiq; damno vos affeciſſemus. Vides quòd nō increpare peccantes, damnum eſt & magiſtri & diſcipuli. *Nam qui ſecundum deum eſt dolor, is pœnitentiam ad ſalutem haud pœnitendam operatur.* Propterea dicit, Quanuis me pœnituerit priuſquam fructum, & tantum lucrum viderem, nunc non pœnitet. Etenim triſticia ſecundum deum talis eſt. Vnde de illa nunc diſſerit, oſtēdens quòd non ſemper triſticia grauis res ſit, ſed quando ſecundum mundum fit. Quid autem eſt, ſecundum mundum? quando cōtriſtaris propter diuitias, propter gloriam, propter mortuum: omnia hęc ſecundum mundum, ideo & mortem facit. Nam qui propter gloriam contriſtatur, inuidet, & ſæpe perire cogitur: qualis erat triſticia Cain & Eſaū: hanc triſticiam vocat ſecundum mundū, quæ triſtibus pernicioſa. Etenim triſticia illa ſolum ad peccata vtilis eſt, quod hinc manifeſtatur: qui pro amiſsis diuitiis contriſtatur, damnum non ſoluit: qui pro mortuo cōtriſtatur, iacentem nō excitat: qui propter morbum cōtriſtatur, non ſolum non curatur, ſed etiam auget morbū. Qui vero in peccatis contriſtatur, hic ſolum vtilitatis aliquid amplius à triſticia accepit: abſumit enim & euaneſcere facit peccata. Nā quoniam ad hoc remedium confectum eſt, hoc loco ſolum valet, & vtilitatē declarat: in aliis autem & nocet. † Vnde & Cain, inquit, cōtriſtabatur, non quòd non placeret deo:] non propter hoc, ſed quia fratrem videbat clarū. Alioqui ſi propter hoc doluiſſet, imitari debebat, & illi congratulari, ſed declarat ſe dolendo ſecundum mundū contriſtari. Verum non ſic Dauid, neq; Petrus, neque aliquis iuſtorum: ideo vel pro ſuorum, vel pro aliorū peccatis dolere voluerunt. Quanuis quid triſticia moleſtius? ſed quādo ſecundum deum fit, mundi gaudio melior eſt. Illud enim in nihilum deſinit, hæc autem pœnitētiam haud pœnitendam in ſalutem operatur. Etenim quod admirabile in iſta, hoc eſt, quòd nullū pœnitet ſic doluiſſe, id quod mundanę triſticiæ propriū eſt. Quid enim [germanius] germano filio? Et quid morte illius maiorem dolorem infert? attamen parentes ſeipſos præ dolore plangentes in impetu luctus, quāuis nullam ferant inde vtilitatem, ij tamen poſt tempus pœnitentiam agunt quòd immodice doluerunt, cum nihil vtilitatis inde conſecuti ſint, imò & ſe magis afflixerint: ſed non talis eſt triſticia ſecūdum deum, ſed habet gemina cōmoda, & quòd quis ſe non incuſat ob dolorem, & quòd triſticia in ſalutem deſinit: ambobus illis cōmodis iſta priuata eſt. Etenim ſuo damno dolent, & poſtquam multum doluerint, ſeipſos incuſant: maximum ſignum hoc eſſe oſtendētes, quòd dolor ſibi nocuerit. Porrò triſticia ſecūdum deū diuerſo modo ſe habet, ideo & dicebat, pœnitētiam in ſalutem haud pœnitendam operatur. Nullus enim ſeipſum incuſat, *ſi de peccato cōtriſtetur, ſi lugeat & ſeipſū* affligat. *Id quod & beatus Paulus dicens, nō opus habebat aliunde exempla afferre, neq; adducere in medium, eos qui in antiquis hiſtoriis triſtes fuerunt:* ſed ipſos Corinthios producit, & ab illorum factis ſuum argumentum confirmat, vt & cū laudibus illos erudiat, imò magis illos conciliet. *Ecce enim,* inquit, *hoc ipſum quòd ſecundum deum contriſtati fuiſtis, quantam in vobis operatum eſt ſolicitudinem.* Quaſi diceret, triſticia non ſolum nō fecit vt incuſaretis vosipſos, quaſi temere hoc & fruſtra feciſſetis, ſed & magis ſolicitos reddidit. Deinde dicit ſolicitudinis coniecturas: *Imò ſatisfactionem,* pro me. *Imò indignationem,* contra illum qui peccauit. *Imò timorem.* Solicitudo enim talis & accelerata correctio valde timētiū erat. & ne videatur ſeipſum extollere, vide quo modo ſtatim iſtud mitigat, dicens: *Imò deſiderium,* quod habuiſtis erga me: *Imo zelum,* quē habuiſtis erga deū. *Imò vindictam.* Etenim vlti eſtis eos, qui in diuinas leges peccarant. *In omnibus conſtituiſtis vosipſos, vt ſitis puri in ea re.* Non quòd non auſi fuerint ſolum, hoc manifeſtū erat, ſed & quòd non congaudebant. Nam quoniam in priori epiſtola dicebat: Et vos inflati eſtis. Hoc loco dicit, etiam hac ſuſpicione vos liberaſtis. † Non quòd non laudet ſolum, ſed & quòd increpet & ſuccēſeat.] *Proinde tametſi ſcripſerim vobis, non id feci eius cauſa qui læſerat, nec eius qui læſus fuerat.* Ne igitur dicant, quid igitur nos increpas ſi puri ſumus in hac re? ad hoc etiā prius [ſciens,] & prærordinās illud quod dicturus erat, dicebat, vtpote nō me pœnitet tametſi pœnituerit. Nam intantū abeſt, vt me nunc pœniteat eorū quæ ſcripſi tunc, inquit: quia tunc magis me pœnituiſſet quàm nunc, quādo vosipſos puros exhibuiſtis. Vidiſti iterū illius impetum & cōtentionem, quo modo in cōtrarium ſermonem vertit? Nā ea per

† *Atqui ipſe Cain, dicens aliquis propterea & deo non placeret, certe contriſtabatur.*

† *amabilis.*

1. Cor. 4. d

† *Nō q̄ non laudetis ſed īcrepetis & ſuccenſeatis.*

† *abſistens.*

ea per quæ putabant illum mutatum esse, quasi temerè increpasset propter illorum profectum, per ipsos ostendit, quòd iustè libertate sermonis vsus fuerit. Nō enim deprecatur iam vt condonent libenter, cùm liceat hoc facere. Nam quamuis dicat superius, Qui adhæret scorto, vnum corpus est: & tradite illum qui talis est satanę in interitum [carnis.] &, omne peccatum quod fecerit homo, extra corpus est: & quæcunque talia, quo modo hoc loco dicit, non propter eum qui læsit, neque propter eum qui læsus fuerat? Non est sibiipsi contrarius, & quo modo illa concinnè sibi respondent? quia plurimum curę illi erat, ostendere amorem quem erga illos gerebat. Non igitur tollit è medio quòd curam illius gerit, sed & dilectionem quam erga illos gerebat declarat, sicut dixi, & quòd maior illum concussit timor nomine totius ecclesiæ: timebat enim ne illam malum supra modum depasceret, & pergeret totam lædere ecclesiam. Ideo dicebat: Modicum fermentum totam massam fermentat, sed hoc quidem tunc: nunc verò quoniam bene egerant, non vltra istud sic ponit, sed aliter: & istud quidem insinuat, dulciorem autem sermonem in manus suscipit, dicens: *Vt manifestetur solicitudo nostra erga vos apud vos.* Hoc est, vt sciatis quo modo vos amem. Hoc autem idem est cum priore. Aliter autē interpretari videtur, aliam significationem afferre. Sanè quòd idem sit, reuolue eius mentem, & nihil interesse videbis. Nam quoniam valde amo vos, inquit, vereor ne quid patiamini aliunde quod contristet, ne ipsi accipiatis tristiciam. Igitur quemadmodum quando dicit: Num deo cura boum: non hoc dicit, quòd non sint curæ deo: nihil enim omnino est, quod à prouidētia dei destitutum, sed quòd non præcipuè propter boues legē posuerit: *sic & hoc loco, primùm quidem propter vos scripsi, deinde autem † & illud:*] *Et habui quidem dilectionem in memetipso, etiam absque epistola, inquit.* Volebam autem hanc & vobis & omnibus per literas illas ostendere: propterea consolationem accepimus, quandoquidem & solicitudinem ostēdimus erga vos, & omnia rectè egimus, quemadmodū & alio loco dicebat: Nunc viuimus si vos stabitis in domino. Et iterum: Quæ enim nostra spes, vel gaudium, vel corona gloriationis, nónne & vos? Hæc enim vita, hæc consolatio, hæc refrigeratio doctorum, si discipulos proficere vident. Nihil enim ita clarum facit gerentem magistratum, atque dilectionis studium erga subditos. Etenim patrem nō solùm facit quòd genuit, sed & quòd diligit postquam genuit. Si autē hic natura tanta opus habet dilectione, multò magis gratia. Sic veteres omnes, quotquot apud Hebræos insignes fuere, claruerūt. Sic Samuēl magnus monstratus est dicēs. Absit autem vt peccem deo cessans orare pro vobis: sic Dauid, sic Abraham, sic Helias, sic omnes iusti in noua & in veteri lege. Etenim Moses propter subditos tantas diuitias & ineffabiles thesauros dereliquit, eligens magis affligi cum populo dei, & ante electionem operibus valde clarus erat apud plebem. Propterea insipientissimè dicebat ad illum Hebræus quidam: Quis te constituit principem [& iudicem] super nos? Quid dicis? Opera vides, & de nomine controuertis? quemadmodum si quis viso medico qui optimè secet, & infirmum corpus adiuuet, dicat: Quis te constituit medicum, & secare iussit? Nónne vir optime, ars & morbus ille tuus iussit, & hūc scientia talem fecit? Etenim imperare ars est, & non solùm dignitas, immo ars est artium omnium summa. Nam si imperium in his qui extra homines sunt, ars & sciētia omnium melior est, multò magis istud. Etenim iste principatus tantò maior illo est, quātò ille aliis, immo multò amplior: & si placuerit sermonem hunc diligentius inquiremus. Est ars agriculturę, est texturę, ars ædificatoria, quæ & necessariæ valde sunt, & vitā hanc nostram multum conseruant. Nam aliæ ministræ illarum sunt, vt pastoralis, fabrilis, tectonica. Sed inter istas artes magis necessaria est prę aliis agricultura, quam & deus facto homine primā induxit. Nam possibile quidem hominem viuere sine calceis & vestibus, absque agricultura autem impossibile: quales apud Scythas esse dicunt Amaxobios, & apud Indos, gymnosophistas. Nam illi & ædificatoriam, & textoriam, & sutoriam artem non curant, sola autem agricultura opus habent. Erubescite qui superfluis opus habetis artib⁹, & coquorum, & placentulariorum, & variè condientium cibos, & innumeris talibus aliis vt viuatis. Erubescite qui inutiles artes in vitam inducitis: non erubescitis Barbaros illos non egere arte? Etenim deus naturā nostram paucis contentam fecit. Veruntamen non cogo neque legem pono sic viuendi, sed sicut Iacob petiuit. Quid autem petiuit ille? Si dederit mihi dominus panē ad manducandum, & vestem ad amiciendū. Ita & Paulus præcepit, dicens: Habētes autem victum & tegumenta, his contenti simus. Igitur prima quidem agricultura est, secunda autem textoria, tertia post illam ædificatoria, postrema autem omnium sutoria: vnde apud nos multi sunt & serui & agricolæ absque calceis viuentes: igitur vtiles & necessariæ illæ. Agè igitur conferamus illas cū imperatoria: † per has] enim adduxi eas quæ omnium magis propriæ, vt cùm apparuerit hanc meliorem esse illis, absque dubio etiam cæteras vincat. Vnde igitur ostēdemus illam magis omnibus esse necessariam? quia sine illa aliæ nihil vtiles. Et si placet, relictis aliis, summam & magis necessariam agriculturā in medium adducamus. Quid enim habent agricolæ, quando se mutuùm inuadunt & deprædantur, à qua re principis metus illos cohibet, nec sinit vt illa faciant. Quòd si hanc artem sustuleris, superuacaneus ille labor: quòd si quis diligēter quæsierit, inueniet etiam alium principatum, matrem illius & coniunctam. Quæ autem illa? hæc nimirum secūdum quam vnusquisque seipsum regere & & moderare debet, puniens illiberales affectiones, & cum omni diligentia omnia virtutis germina plantās & fouens. Sunt enim principatus genera multa: nam in vno genere populis & ciuitatibus imperant homines, ciuilem hanc vitam moderantes, id quod Paulus manifestans dicebat: Omnis anima potestatibus excellentibus subiiciatur, non est enim potestas nisi à deo. Deinde monstrans illius vtilitatem subdidit, dicens: Imperans dei minister est in bonū. Et iterum: Dei minister est, vleiscēs in ira eum qui malè fecit. In alio autem genere vnusquisque mentem habēs sibiipsi imperat, quod & illic manifestauit, dicens: Si autem nō vis timere potestatem, bonum fac: insinuando sibi ipsi imperantem. Hic autem est etiam alius principatus, ciuili sublimior. Quis igitur est ille? Is qui in ecclesia, cuius & Paulus meminit, dicens: Obedite præpositis vestris & subiacete, quia ipsi vigilant pro animabus vestris tanquā rationē reddituri. Iste enim principatus ciuili tantò melior est, quantò terra cœlum, imò & multò magis. Nam primū nō pręcipuè quęrit quo modo puniat peccata quæ fiūt, sed quo modo fieri nō incipiant: quemadmodum quæ facta sunt nō vt perdant infirmantem, sed vt aboleantur: & non multa cura illi est de seculari vita, omnia autem

1.Cor.6.d Ibid.5.b Ibid.6.d — 1.Cor.5.b — Ibid.9.d — † & propter illum. — 1.Tim.3.c Ibidem.2.d — Morale. — 2.Reg.12.d — Exod.2.c — Gene.18.d — 1.Tim.5.b — † propterea. — Roma.13.a — Ibidem.b — Ibidem. — Hebr.13.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem de cœlestibus rebus pronũciat: noster enim mu-
nicipatus in cœlis est, & vita nostra illic: abscondita e-
Coloss.3.a nim est cum Christo in deo. & præmia illic, & cursus
pro coronis illic: neque enim post mortem destruitur
ista vita, sed tunc magis relucebit. Sanè propter hoc nõ
† principi-bus. solùm † subditis,] sed & coronatis illis maiores sunt,
quibus ille principatus concreditus est, vtpote quòd in
maioribus & ad maiora homines instituant. Sed neque
ciuilem, neque spiritualem magistratum gerens poterit
illum bene administrare, nisi sibiipsi imperauerit sicut
oportet, & vtriusque leges ciuitatis cum omni diligen-
tia custodierit. Nam quemadmodum multis imperare
duplici ratione fit, ita & vnusquisque sibiipsi imperat:
& iterum hoc loco spiritualis ciuili, sicut sermo demõ-
strauit, melior est. Viderit autem quis quasdã artes imi-
tari principatum præsertim agriculturã. Est enim prin-
ceps quidem plantarum cultor, alia quidem amputans B
& prohibens, alia verò fouens, & crescere faciens: sicut
& optimi principes malos quidem & multis damno-
sos plectunt & puniunt, bonos verò & frugi ad maio-
ra prouehunt: propter hoc & scriptura principes vini-
toribus comparat. Quid enim si plantæ vocem non e-
mittant, sicut in ciuitatibus qui affliguntur, attamen as-
pectu ipso monstrant se obscurari & comprimi à malis
herbis. Quemadmodum legibus punitur malicia, ita &
in hac arte etiam terræ vicium, & plantæ degeneratio,
& feritas emendatur. Nam quæcũque in humanis mo-
ribus sunt, etiam illic inuenietis, asperitatem, mollici-
am, teneritatem, temeritatem, bonam compositionẽ.
Et aliæ quidem ex illis intempestiuis diuitiis florent &
in malum proximarum: aliæ autem egent & læduntur:
vt quando sepes fruticibus abundant in malum proxi-
marum plantarum tolluntur, quando aliæ arbores ste-
riles & syluestres in sublime surgentes, incrementum
subditarum prohibent. Et sicut principes ac reges ha-
bent, qui damnum suo principatui inferant, & hostes
sunt: ita & agricola bestiarum insidias, aëris intempe-
riem, & erucas, grãdinum imbres, siccitates, & quæcun-
que talia. Hæc autem fiunt vt semper ad fiduciam dei
respicias. Nam aliæ quidem artes & ab hominum soli-
citudine constituuntur, hæc autem magis à diuina gra
tia pendet, & ferè tota inde perficitur: & opus quidem
est, cœlestibus pluuiis, opus etiam temporum temperie,
1.Cor.3.b & ante omnia illius cura. Neque enim qui plantat, ne-
que qui rigat aliquid est, sed qui incremẽtum dat deus.
Et mors illic & vita, & parturigines & partus sicut in
hominibus: possunt enim absecari, & fructum afferre,
& emori, & quod mortuum est iterum renasci. Vnde
& varius nobis ac manifestus de resurrectione sermo:
quando enim radix affert fructum, quando semẽ pro-
dit, nónne resurrectio est? Et multã quis viderit in hac
arte dei prouidentiam insitam ac sapientiam, si singula
tractet: sed id quod volebam dicere, quòd ista quidem
est circa terram & plantas, nostra autem circa anima-
rum curam: & quantùm distat inter plãtas & animam,
tantùm hæc ars ista melior est. Et principes huius præ-
sentis vitæ, iterum hac intantum inferiores sunt, quan-
tò melius est imperare voluntario, quàm inuoluntario:
istud enim est imperare natura. Nam illic quidem om
nia metu & necessitate fiunt: hic autẽ opus bonum per
electionem & voluntatem fit: & non solùm iste noster
principatus illo ideo melior est, sed etiam quia non so-
lùm est principatus, sed & paternitas, vt ita dicatur. Nã
& patris habet mansuetudinem, etiam maiora persua-
sione imperans. Nam externus quidem princeps dicit,

si mœchatus fueris, mortuus es. Hic autem si intempe- *Matth.5.d*
A rantibus videris oculis, maxima minatur. Etenim ho-
norabile hoc tribunal etiam animam non corpus so-
lùm corrigit: quantùm igitur distat inter animam &
corpus, tãtùm iste principatus ab illo distat. Et ille qui-
dem sedet iudex manifestorum, imò neque horum om
nium, sed eorum quæ arguuntur. Sæpius autem & in il-
lis iniquè agit. Hoc autem tribunal erudit eos qui ac-
cesserunt, quia qui apud nos iudicat, omnia nuda & re-
uelata in medium adducet, in communi totius orbis
theatro, & impossibile est vt aliquid lateat: atque adeò
Christianismus nostrã vitam, multò magis quàm ex-
ternæ leges conseruat. Nam si tremere de occultis ma-
gis securum facit hominem quàm timere de solis ma-
nifestis, & pœnas dare etiam de minoribus, multò ma-
gis ad virtutem excitat quàm de solis maioribus puni-
ri: manifestũ quòd iste noster principatus maxime om
nium vitam componit. Si autem vis & ordinationes
principum videamus, etiam hoc loco magnum diferi-
men videbis: non est enim principatus iste eius, qui plu
res pecunias dederit, sed qui maximas virtutes declara-
uerit: neque quasi ad humanã gloriam, & ad suam quie
tem, sed quasi ad labores & sudores, & ad multorũ vti-
litatem, ita ad principatum hunc ascendit ordinatus.
Vnde & multo adiutorio spiritus fruitur. Et illic quidẽ
principatus solùm consistit in forẽsibus causis quandiu
tractantur. Hic autem etiam à precibus & à gratia ap-
ponit subsidium. Et illic quidem de philosophia nullus
sermo, neq; sedet quis docens, quid anima & quid nam
mundus, & quid futuri simus post hæc, & ex auditu ver
bi quibus fruemur, & quo modo virtutẽ adipiscamur:
sed de contractibus quidem & pactis, & diuitiis creber
C sermo, *de his autem nulla cura. Porrò in ecclesia om-
nes sermones de his fieri videre licet: ideo & iustè quis*
illam dixerit, & tribunal, & domum medicinæ, & phi-
losophiæ scholam, & animę eruditionis locum, & gym
nasium cursuum qui in cœlos ferunt. Vnde etiam mani
festum est, quòd hic noster principatus, licèt maiorem
diligẽtiam exigat, omnium † summus] sit. Nam ille ex- *† mansuetior sumus.*
ternus princeps quidem si arripuerit adulterum, statim
punit: quanuis quid inde lucri, hoc enim non est tolle-
re affectionem, sed animam habentem vulnus: qui au-
tem hìc princeps, si quem inuenerit, satagit non vt pu-
niat, sed vt affectionem auferat. Nam tu quidem idem
facis, quemadmodum si dolens morbo capitis, nõ mor
bum quiescere facias, sed caput descindas. Ego autem
non sic, sed morbum deseco, & ab ipsis mysteriis arceo
& sacris ambitibus. Vbi autem illum reparauero, libe-
D ratum à peccato, & pœnitentia meliorem factum, ite-
rum recipio. Et quo modo, inquit, licet adulterium exi
mere? Bene fieri potest: † est enim à legibus illis factum *† si legibus sit subdita.*
balneũ, quòd est in] ecclesia spirituale, non sordes cor- *balneum e-nim quod-dã est ipsa.*
poris, sed animæ maculam abluens, multis pœnitentiæ
modis. Nam tu quidem siue reliqueris impunitum, de-
teriorem feciſti: siue punieris, incurabilẽ reliquisti: ego
verò neque relinquo impunitum, neque punio sicut tu:
sed & pœnam exigo, quam me decet exigere, & corri-
go quod factum est. Vis & aliter discere quo modo tu
gladium vibrans & flammam ostendens, peccantibus
non magnam medicinam præbes, ego autem absque il
lis ad puram sanitatem manuduxi? non opus est autem
mihi sermonibus, neque verbis, sed terram & mare in
medium adduco, & ipsam hominum naturam. & in- *† priusquã iudicium hoc cõstituatur.*
quire † priusquam tribunal hoc conscẽderis,] quo mo
do humanæ res habeant, quo modo nihil quod nunc
bene fit,

bene fit, aliquando neque nominari auditum sit. Quis enim mortem cõtemptit, quis diuitias spreuit, quis gloriam despexit, quis fugiens tumultus seculi, montes & solitudinem matrem philosophiæ salutauit? Vbi virginitatis nomen erat? Nam hæc omnia, & his multò plura, huius tribunalis facinora sunt, & huius principatus opera. Hæc igitur scientes & discentes quòd hinc omnis vitæ vtilitas & mundi correctio, frequenter ite ad diuinorum eloquiorum auditorium & hos conuentus & preces. Nam si vos ipsos composueritis, poteritis cœlis dignum municipatum ostendere, & promissa bona assequi: quæ nobis omnibus proueniant gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo & per quem patri gloria, simul sancto spiritui, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia XVI.

IN *consolatione autem nostra*] *multò abundantius gauisi sumus in gaudio Titi, quòd refocillatus sit spiritus illius ab omnibus vobis.* Vide quo modo iterum illorum laudes extollat, & charitatẽ monstret, dicens: Gauisus sui, quòd tantum epistola perfecit, & quòd tantùm lucri feceritis. Gaudeo enim, inquit, non quòd contristati fueritis, sed quòd cõtristati sitis ad pœnitentiam. Et cùm monstrasset suam charitatem, dixit: Quanuis scripserim vobis, nõ id feci eius causa qui læserat, neque eius qui læsus fuerat, sed vt palàm fieret studium nostrum, quod pro vobis erga vos. Dicit iterum aliud indicium illorum beneuolentiæ, quod multam illis laudem affert, & charitatem illorum mõstrat. Nam in consolatione nostri multò abundãtius gauisi sumus ob gaudium Titi, inquit: quanuis scilicet hoc nõ sit valde diligẽtis, quòd magis gaudeat de illo quàm de illis: etiam inquit, Non enim ita propter illum vt propter vos gauisus sum. Idcirco & causam addit dicẽs: *Quòd viscera illius refocillata sunt ab omnibus vobis.* Non dixit, ille: sed, viscera illius: hoc est, dilectio illius quam erga vos gerit. Et quo modo refocillata sunt ab omnib⁹? Etenim & hæc maxima laus est, *Quòd si quid de illo gloriatus sum.* De vobis magna laus, quando doctor gloriatur. Dicit enim: *Non fui pudefactus:* Propter hoc lætatus sum, quia meliores apparuistis, & operibus cõprobastis verba mea: atq; ita duplex mihi laus accedit, & quòd vos sic egeritis, & quòd ego nõ apparui à veritate excidisse: *Sed vt semper cum veritate locuti sumus vobis, ita & gloriatio nostra quæ de Tito, veritas facta est.* Hoc loco & aliud quiddam insinuat: quia quemadmodum apud vos omnia cum veritate loquebamur: (verisimile enim est illum apud illos Titum multum commendasse:) ita & quæ † à vobis Tito dicta sunt, nobis] vera apparuerũt. *Et viscera illius abundãtius affecta sunt erga vos.* Hoc vltra illum commendat. Nam valde accendit & conciliat illos, nec dixit, dilectio illius, ne videatur adulari, vbique ponit dilectionis causas, vt id quod dixi etiam adulationem fugiat, & illos magis commendet, laudem † erga illos decurtans,] & ostendens initium ac occasionem tantæ dilectionis huic illos dedisse: dicens enim quòd viscera illius abundãtius sunt affecta erga vos, adiecit: *Dum recolit omnium vestrùm obedientiam.* Hoc autem & Titum gratum erga benefactores ostendit: quandoquidem illos omnes habens in animo rediit, & continuò eorum memor eos in ore habet & in mente: & Corinthios iterum ornat magis, quòd illum sic beneuolè tractarunt. Deinde & obedientiam illorum dicit, magnificans etiã ipsorum studium: vnde & addit hęc, *Cum admodum cum timore & tremore excepistis ipsum:* Non solum cum charitate, sed cũ magno honore. Vidisti quo modo duplicem illorum virtutem testatur, & quòd quasi patrem diligebant, & quasi principem reueriti sunt: neque propter timorem obscurantes dilectionem, neque propter dilectionem soluentes † amorem.] Hoc & superius dicebat, quòd secundum deum contristari vos quantam fecit in vobis solicitudinem, imò timorem, imò desiderium. *Gaudeo igitur quòd in omnibus confidam in vobis.* Vides quòd propter illos magis gaudet, quòd nusquam doctorem confudistis, inquit, neque indigni apparuistis meo testimonio: & ita neque sic propter Titum gauisus est tanto honore fruentem, vt propter illos tantam declarantes gratitudinem. Nam vt ne putes propter illũ magis gaudere, vide quo modo & hoc loco causam ponit. Nam sicut supra dixit, si quid apud illum gloriatus sum de vobis, non confusus sum: ita & hoc loco, quòd in omnibus confidam de vobis. Etiam si corrigere oporteat, nõ vereor, ne desciscatis: & si gloriari, non timeo quòd reprehendar: & si vt obedientes laudare, & si vt charitatem ac zelum habẽtes, confido in vobis. Dixi abscindendum, & abscidistis: dixi accipiendum, & accepistis: dixi quòd magni & admirabiles quidem estis apud Titum, & doctores reuereri soleatis, operibus ipsis vera hæc esse declarastis: & non hæc ita didicit à me vt à vobis: rediit enim vehemens vestri amator factus, cùm mea vos verba beneficiis viceritis.

Certiores autem vos facio fratres de gratia dei, quæ data fuit in ecclesiis Macedoniæ. Cùm illos laudibus euexisset, admonitionem iterum assumit. Nam propter hoc correptioni admiscuit laudes, vt ne à correptione ad admonitionem descendens sermonem minus acceptum faceret, sed mitigatis auribus illorum ita admonitioni viã parat. Vult enim de eleemosyna differere, ideo prius dixit: Gaudeo quòd in omnibus confidam in vobis, ex iis quæ iam rectè gesta sunt, & ad hoc alacriores faciens. non mox dixit, date igitur eleemosynam: sed vide sapiẽtiam, quo modo à longè & procul sermonem præparat, dicit enim: Certiores vos facio de gratia dei quę data est in ecclesiis Macedoniæ. Vt enim non extollãtur, opus gratiam vocat: & aliorum laudes narrãs, illos alacriores efficit, & duas coniungit laudes Macedonũ, imò tres: & quòd tentationes strenuè ferunt, & quòd misereri sciant, & quòd cùm sint pauperes, in eleemosyna liberalitatem declarant. Etenim direptæ erant illorum facultates, & hoc manifestans dicebat in epistola ad illos: Vos enim imitatores facti estis, inquit, ecclesiarum quæ sunt in Iudæa: quia & eadẽ passi estis & vos à vestris contribulibus, quemadmodum & illi à Iudęis. Audi quid postea Hebræis scribat, dicens: Etenim rapinam facultatum vestrarũ cum gaudio suscepistis. Gratiam autem opus vocat, non solùm humiliãs illos, sed & prouocans, & ab inuidia alienum sermonem faciẽs. Propterea & nomen fratrum apposuit, vt ita omnem inuidiam repellat. Erat enim supra modum illos laudaturus, dicẽs enim: Certiores facio vos de gratia dei. Non dixit, quæ data est in hac vel illa ciuitate, sed totam gentem extollit dicẽs, in ecclesiis Macedoniæ: deinde & ipsam narrat gratiam. *Quòd in multa probatione afflictionis abundantia gaudij illorum.* Vidisti sapientiam? primum enim non quod vult dicit, sed ante hoc aliud, ne videatur dedita opera hoc facere, & venit ad hoc ab alia serie. In multa probatione afflictionis, quod & ipsis Macedonibus scribens dicebat: Imitatores facti estis domini accepto sermone [cum afflictione multa] cum

† *Idcirco cõsolationem accepimus ex consolatione vestri, quia.*]
Hic supr. b
Ibidem. c
† *de vobis Tito à nobis dicta sunt.*
† *illis adscribens.*
Cap. VIII.
1. Tess. 2. c
Hebr. 10. g
1. Thes. 1. c

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibidem. cum gaudio ſpiritus ſancti. & iterũ: A vobis enim perſonuit ſermo domini, non ſolùm in Macedonia & in Achaia, verùm etiam in omni loco fides veſtra quæ eſt erga deum, dimanauit. Quid autem eſt, in multa probatione afflictionis, abundantia gaudij illorum? Vtraque cum excellentia habebant: dicere vult, & afflictionem & gaudiũ. Ideo & valde mirabile erat, quòd tam abundãs voluptas ex afflictione illis germinauerit: nõ ſolùm enim afflictio non peperit illis triſticiam, ſed & occaſio læticiæ fuit illis afflictio quæ tanta erat. Hoc autem dicebat exercens illos, vt in tentationibus ſtrenui eſſent, & non ſubuerterentur. Neque enim ſimpliciter afflicti erant, ſed ſic vt probati fierent per patientiam: immo non dicit, per patientiam: ſed, gaudium, quod maius erat quàm patientia: neque gaudium ſimpliciter dicit, ſed abundantiam gaudij. † Etenim multa & ineffabilis germinauit virtus.] *Et profunda paupertas illorum abundauit in diuitias ſimplicitatis illorum.* Iterum duo illa excellentiam habent. Nam ſicut magna afflictio magnum gaudium peperit, & abundantiã gaudij: Ita multa paupertas multas diuitias peperit eleemoſynæ: hoc enim ſignificauit, dicens: Exundauit in diuitias ſimplicitatis illorum. Non enim menſura dantium, ſed volũtate exhibentium liberalitas æſtimatur. Propterea nuſquam dicit, diuitias datorum, ſed, diuitias ſimplicitatis illorum: quod autem dicit, hunc ſenſum habet: Non ſolùm nõ obfuit eis ad liberalitatem paupertas, ſed & occaſio fuit exundãdi, quemadmodum afflictio lætandi: quò enim pauperiores erant, hoc magis liberaliores & alacriores exhibebant. Idcirco & valde illos miratur, quòd ex tanta inopia tãtam declararint liberalitatem: profunda enim paupertas illorum, hoc eſt, multa & ineffabilis oſtendit illorum ſimplicitatem, ſed non dixit, oſtendit, ſed, exundauit: & non dixit, ſimplicitatem, ſed, diuitias ſimplicitatis: hoc eſt, æquales magnitudini paupertatis, imò & multò maius pondus liberalitatis oſtenderunt. Deinde iſtud & manifeſtius interpretatur, dicens: *Nam pro viribus teſtor.* Dignus fide teſtis.

Etiam ſupra vires. Hoc eſt, exundauit in diuitias ſimplicitatis illorum: imò nõ per hoc ſolùm, ſed & per ſequentia omnia iſtud declarat. † *Voluntarius*] *enim*, inquit. Ecce & alia excellentia. *Cum magna obſecratione.* Ecce & tertia. Et quarta. *Rogantes nos.* Ecce & quinta, *Et in afflictione exiſtentes, & paupertate.* Iſta ſexta, & ſeptima eſt, *Et abundanter dederunt.* Deinde quoniam hoc apud Corinthios maximè efficere vult, vt libẽter dent ac voluntariè, in hoc potiſsimum verſatur dicens, multa cum obſecratione & rogantes nos. Non nos illos rogamus, ſed illi nos. Quid rogarunt nos? *Vt gratiam, hoc eſt beneficium & ſocietatem miniſterij, quæ eſt in ſanctos ſuſciperemus.* Vidiſti quo modo iterum honeſtis nominibus opus eorum extollit, gratiam vocans: & quoniam ſpiritus tuum erant æmulatores, ſic appellat vt accurrãt: & iterum vocat ſocietatem, vt diſcant quòd accipiant, non dent ſolùm. *Itaque hoc nos rogabant*, inquit, *ita vt nos reciperemus tale miniſterium, & non ſicut ſperaueramus.* Hoc etiam de quantitate & tribulationibus dicit. Non enim ſperaueramus, inquit, quòd in tanta tribulatione & paupertate exiſtentes, etiam nos coëgiſſent, & ſic obteſtati eſſent. Quin & reliquæ vitæ eorum diligentiam manifeſtauit dicens: *Quinetiam ſemetipſos dediderunt primum domino, & nobis per voluntatem dei.* In omnibus enim magis obedientes fuerunt, quàm expectaueramus: neque quoniam miſericordes erant, alias virtutes negligebant, ſed primum ſeipſos dediderunt domino. Quid eſt, ſeipſos dediderunt domino? obtulerunt: probati enim apparuerunt in fide, & magnam fortitudinem in tentationibus declararunt, honeſtatem, iuſticiam, charitatem, alacritatémque, & ſtudiũ in omnibus aliis bonis. Quid eſt, & nobis? obedientes facti ſunt nobis, dilexerunt, obedientes fuerunt, & dei legem implẽtes etiam nobis per charitatem iuncti fuerunt. Conſidera autem quo modo & hoc loco augmẽtum oſtendit iterum dicens, dediderunt ſeipſos domino, nõ partim deo, partim mundo obedierunt, ſed totos ſe dediderunt deo: neque enim quoniam miſericordes erant: arrogantes facti ſunt, ſed multam declarantes humilitatem, multã obedientiam, honorémque ac ſapientiæ ſtudium, eleemoſynam operati ſunt. Quid autem eſt, iuxta voluntatem dei? Quoniam, inquit, dediderũt ſeipſos nobis, neque nobis humano modo, ſed etiam hoc iuxta voluntatem dei faciebant. *In hoc vt adhortaremur Titum, vt quẽadmodum antè cepiſſet, ita & conſummaret quoque hanc erga vos beneficentiam.* Et quo modo hæc cohærent? Valde & bene ſuperioribus iunguntur: nam quoniam videbamus illos feruentes & ſtrenuos in omnibus, in tẽtationibus, in miſericordia, in dilectione noſtri, in triſticia, in puritate vitæ, vt & vos illis æquales efficiamini miſimus Titum. Verùm hoc quidem nõ dixit ſic, ſed manifeſtauit. Conſidera ingentem amorem: nam ab illis rogati ſumus, vt dignaremur veſtra curare, ne illis inferiores ſitis. Idcirco etiam Titum miſimus, vnde & hinc excitati & hoc recordãtes, imitemini Macedonas. Etenim Titus illic erat quando epiſtola iſta ſcribebatur. Cæterùm oſtendit illum, etiam ante Pauli adhortationem incepiſſe: Vt ſicut antè cepiſſet, inquit: & propterea magnas illius laudes recẽſet. Nam *in principio dicit, quòd non inuento Tito fratre, non habuerit relaxationem ſpiritus ſuus. Hoc autem loco ea quę diximus omnia, &* iſtud quidem ipſum ad laudem pertinet: nõ enim parua laus eſt, iam antea cepiſſe, ſed animæ feruentis & calidæ, ideo & miſit illum, etiam hac ratione per aduentum Titi vt darent, illos admonens: propterea & extollit laudibus illum, volens Corinthiis hominem familiarius commendatum. Sanè etiam hoc ad perſuadendum multum valet, quòd cõſulens, ſic amicè affeitur, pulchréque ſemel ac iterum ac tertiò commemorans eleemoſynam gratiam vocat. Nunc quidẽ dicens: Certiores autem vos reddo fratres, de gratia dei quæ data eſt in eccleſiis Macedoniæ. Mox autem, volũtariè cum magna obſecratione rogantes nos, vt gratiam & ſocietatem ſuſciperemus: & iterum, ſicut antè cepiſſet, ita & conſummaret hanc quoque erga vos gratiam. Etenim magnum bonum & dei donum hoc eſt, Et ipſi deo pro viribus nos aſsimilat ſi bene geratur. Hoc enim potiſſimum eſt homo. Vnde dicens, quis definitionem hanc hominis poſuit? Magnum enim, inquit, homo, & precioſum quid, vir miſericors: Iſta maior eſt gratia quàm mortuos excitare. Nam eò quòd in nomine Ieſu mortuos † excitant,] hoc multò maius eſt, quòd paupe-rem † paſcunt deo.] Nam hìc quidem tu Chriſto benefacis, illic autem ipſe tibi: iam eſt merces in benefaciendo, non in bene patiendo. Nam hìc quidem, de ſignis loquor, ipſe debitor efficeris dei. In eleemoſyna deum debitorem cõſtituis: eleemoſyna autem eſt, quando cum alacritate fit, quando cum liberalitate, quãdo non putas dare ſed accipere, quando quaſi beneficio afficiaris, quando quaſi lucrum faciens & non perdens, alioqui neque gratia eſt. Nam cum qui miſeretur alteri, gaudere & non ſuccenſere oportet: quo modo enim non

†Volũtarij. *Hic ſupra* *Morale.* *† excitet,* *† paſcat Chriſtum.*

non absurdum si alterius soluens tristiciam ipse contristeris? non enim illam iam eleemosynam esse sinis. Si enim tristis es, quia alium tristicia liberasti, extremę crudelitatis & inhumanitatis indicium affers: satius enim fuerit non liberare, quàm sic liberare. Quid autem tristis es homo? Ne minus tibi sit auri? Omnino si hãc voluntatem habes, ne des: si non confidis quòd multiplicetur tibi in cœlis, ne præstes. Sed hìc quæris retributionem? propter quid? sine eleemosynam eleemosynam esse, & non fac negociationem. Sanè multi & hìc acceperunt, sed non sic acceperunt quasi hac ratione his qui hìc non acceperunt, plus habituri essent. Cæterũ & horum quidam quasi infirmiores, quoniam non valde ab his quæ illic adiiciuntur, & quemadmodum gulosi, & inertes, ventrisq; mancipia, ad regiam vocati mensam, & non expectantes congruum tempus, sicut parui pueri, suam lætitiam lædunt, prius accipientes & satiantes se vilioribus cibis: ita certè & hi qui hìc inquirũt & accipiunt mercedem, alibi minuunt. Porro in vsuram dans, post multum quidem tempus speras accipere sortem, fortè autem non accipere, vt dilatione maius fœnus faciat: hìc autem statim repetis, idque quum nõ hìc, sed illic perpetuò futurus sis: non hìc iudicandus es, sed illic. Et siquidem tibi quis construxisset domũ hìc, non mansuro, damnum putasses: nunc autem hìc vis ditari, vnde & ante vesperam sæpius emigrare cõtingit. Non vides quòd in aliena terra versamur, quasi hospites & peregrini? non vides quòd aduenas cõtingit eiici, quando nec cogitant nec sperant? id quod & nobis contingit. Sanè propter hoc quæcunque effecerimus, hìc relinquimus: nõ enim permittit dominus, vt hinc abeuntes accipiamus illa, siue domos extruxerimus, siue agros emerimus, siue seruos, siue supellectilia, *siue aliud quiddam, non solùm autem hinc abeuntes nõ permittit aliquid auferre, sed neq; imputat tibi in mercedem.* Nam prędixit tibi ne ædifices, ne insumas aliena, sed tua. Cur igitur relictis tuis, operaris & sumptum facis in aliena, vt perdas & laborem, & mercedem, & extremum supplicium feras? Ne sic agas, sed quoniam natura sumus aduenæ, simus & voluntate, vt ne illic fiamus peregrini & ignobiles & neglecti. Nam si hìc voluerimus fieri ci
†illic. ues, neque hìc, neque † alibi] erimus: sin peregrini manserimus, & sic cõuersabimur, vt peregrinos decet, spem societatis habebimus eorum qui hìc, & qui illic sunt ciuium: iustus enim licèt nihil habens, etiam hìc & in omnium quasi in suis rebus versabitur, & in cœlũ migrãs, videbit æterna sua habitacula, & neq; hìc graue quiddam feret: neque enim quis illum poterit facere hospitem, qui totum mũdum habet ciuitatem, & accepta sua patria, acquiret veras diuitias. Vt igitur vtraque lucrifaciamus, & quæ hìc & quę alibi, vtamur rebus nostris vt oportet. Sic enim erimus cœlorũ ciues, & magna fruemur fiducia, quam nos omnes assequi concedatur gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quẽ & cum quo patri & spiritui sancto gloria, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia XVII.

†vbique. *Sed quemadmodum †vtique] abundatis fide & sermone & scientia,* &c. Vide iterum cum laudibus fieri adhortationem ad maiores laudes: & non dixit, vt detis: sed, vt abundetis fide, quę est donum, & sermone qui est sapientiæ, & scientia quę in dogmatis consistit. *Et in omni diligentia aliarum virtutum & dilectione vestra.* Hac de qua dixi, cuius & indiciũ feci: *Vt & in hac gratia abundetis.* Vidisti quòd propterea inde cœpit à laudibus illis, vt via ista pergens in idem studium illos inducat. *Non secundum imperium loquor.* Vide quo modo continuò illis condonat, quo modo non fit molestus, neque violentus, neque compellens, imò sermo vtrũque habet, sed sine molestia ac necessitate. Nam quoniam continuò laudauit, & Macedones commendauit, vt ne videatur esse necessitas quædam, inquit, non secundum imperium loquor, *Sed per aliorum diligentiam etiam vestram sinceram charitatem probo:* Non quasi dubitans, (non enim hoc nunc manifestat) sed probatum istud faciens, & demonstrans, magisq; confirmans. Nam idcirco hæc loquor, vt vos acuam ad maiorem alacritatem: & memor sum illorũ diligentiæ, illustrans, honestans, prouocans vestram affectionem. Deinde ab hoc ad maius aliud transit: nullum enim consilij modum præterit, sed omnia mouet, & apprehendit sermonem, etiam ab alienis laudibus extimulat, dicẽs: Nostis enim gratiam dei quæ data est in ecclesiis Macedoniæ: & à propriis, sed quemadmodum abundatis in omni fide, sermone & scientia. Magis enim hoc potest † videri,] quando quis seipso deterior fit, quàm quando aliis. Deinde ad caput & summã consilij venit: *Scitote enim gratiam domini nostri Iesu Christi, quòd propter nos pauper factus sit cùm diues esset, vt nos illius paupertate diteſceremus.* Considerate, inquit, animo expendite & cogitate, gratiam dei, & ne obiter prætercurratis illam, sed bene coniectetis illius magnitudinem quanta sit & qualis, & nullis rebus vestris parcetis. Ille gloriã euacuauit, non vt vos diuitiis illius, sed paupertate ditescretis: si non credis quòd paupertas diuitias facit, cogita dominum tuum, & non vltra dubitabis: nisi enim ille factus esset pauper, tu non factus esses diues. Nam hoc mirabile est, quòd paupertas opulentas fecit diuitias. *Diuitias autem hoc loco dicit, scientiam pietatis, peccatorum purificationem, iusticiam, sanctimoniam, & innumera bona quæ nobis exhibuit & exhibiturus est, maximè cùm omnia per paupertatem factus sit nobis. Qua paupertate? quia assumpsit carnem, & factus est homo, & passus est ea quæ passus: quanuis ille hæc non debebat, tu autem ipsi debebas.* *Et consilium vobis in hoc do, ad hoc vt conducat.* Vide quo modo iterum studet ne molestus sit, & duobus illis sermonẽ mitigat, & dicendo consilium do, & ad hoc vt vobis conducat: neque enim compello & cogo, inquit, & ab inuitis exigo: neque considerãs tam quid accipientibus, quàm quid vobis prosit hæc loquor: deinde & exemplum ab ipsis sumit, & ab aliis: *Qui quidem nõ solùm facere, sed & velle iam cœpistis anno superiore.* Vides quo modo ostendit & illos voluntarios, & absque adhortatione ad hoc accessisse. Nam quoniam hoc testificatus erat de Thessalonicensibus, quòd voluntariè cum multa obsecratione, eleemosynam fecerint: vult etiam istorum bonum opus ostendere: ideo dicit, non solùm facere, sed etiam velle: & non solùm incipere, sed etiam incepisse ab anno superiore: ad hæc vos igitur adhortor, ad quæ antea vos paratis cum alacritate animi. *Nunc autem & perficite.* Non dixit, facite, sed, imponite finem. *Vt quemadmodum alacritas ex voluntate, ita & facere † ex habitu:*] Vt hoc opus non solùm sit ex alacritate, sed etiam ab operibus accipiat mercedẽ. *Nam si prius affuerit animi promptitudo, ea iuxta quicquid illud est quod possidet aliquis, accepta est, non iuxta illud quod non possidet.* Vide ineffabilem sapientiam, quum ostendisset facientes supra suas vires (de Thessalonicensibus loquor) & laudasset illos propter hoc & dixisset,

Hic sup. a

† modere.

† ex eo quod habetis,

dixisset,testificor illis quòd super vires prompti fuerūt: quoniam iuxta vires hortatur solùm,relinquens exemplum, vt quod suum erat, facerent: sciebat enim quòd non tam laus, quàm zelus excitat ad imitandum similes:ideo dicit, si enim animi promptitudo prius affuerit, ea iuxta quicquid illud est, quod possidet aliquis, non iuxta illud quod non possidet,accepta est.Ne terrearis,inquit,quod ita dixi.Nam hæc laus est illorum liberalitatis, deus autem exigit iuxta nostras vires & secundum quod habet quis, non secundū quod non habet.Nam acceptū esse,hoc loco significat exigi.Et crassius agit illo fidens exemplo, vt dandi facultatem magis alliciat. Ideo & subdidit: *Non enim vt alij relaxatio sit, vobis autem tribulatio.* Quanuis Christus contrarium † fecerit,] de vidua loquendo quòd totum victum eua cuauit,& quicquid reliqui erat,dedit.Sed quoniam Corinthiis loquebatur † hic, dicit, magnā famem.] Nam melius mihi mori, quàm vt euacuetur gloriatio mea. Propterea congrua vtitur admonitione, Laudo quidē illos qui vltra vires dant:non cogo autem hos sic facere:non quia non voluit,sed quia infirmi erant: alioqui quare illos laudasset, quòd in multa probatione tribulationis, abundantia gaudij illorum, & profunda paupertas illorum exundauit in diuitias simplicitatis ipsorum: & quod supra vires dederunt: nónne satis manifestum, quia & hos ad hæc inducens? ita vt quanuis videatur minora concedere, hoc faciat vt per hæc illos ad eadem inducat. Cōsidera itaque etiam postea,quoniam clàm istud efficiat, dicens: *Succurrat vestra abundantia illorum inopiæ.* Non enim prædictis solis,sed etiā istis,leue præceptum facit:& non hinc solùm,sed etiam à retributione iterum leuiorem illam constituit, & maiora illorum loquitur dignitate,dicens: *Vt fiat æqualitas in præsenti tempore,& illorū abundantia vestræ inopiæ.* Quid autem est quod dicit?Floretis vos opibus, florent illi vita & fiducia in deum:detis igitur illis de opibus quibus abundatis, illi autem non habent: vt accipiatis à fiducia, secundum quam illi diuites sunt, vos autem penuriam patimini. Vide quo modo clàm inducit quòd super vires & de paupertate dederint. Nam si vis,inquit, de abundantia accipere,de abundantia da: si autem totum præstiteris, ex † abundantia] suppeditabis & supra vires. Sed hoc quidem nō dicit: relinquit autem auditorum cogitationi, ipseque propositam & congruam admonitionem efficit,vt videbatur vtilis adducens ac dicens: Vt fiat æqualitas in præsenti tempore.Quo modo æqualitas:abundantia retribuentibus nobis & illis, & implentibus inopiam. Et qualis ista æqualitas, spiritualia reddere pro carnalibus? multa enim hoc loco excellentia est.Quo modo igitur æqualitatem vocat?Vel secundum quod abundare est penuriam pati, vel iuxta præsentem vitam hoc tantùm fieri dicit. Nam propter hoc cùm dixisset,æqualitas:addidit, in præsenti tempore.Hæc autem dicebat etiam diuitum superbiam deprimens: ostendens, quòd post hanc vitam in maiori dignitate spirituales futuri sint. Nam hic quidem magna honoris æqualitate omnes fruimur:tunc autem magna diuidicatio, & iusti fulgebunt multò magis quàm Sol. Deinde quoniam ostendit illos,non solùm dare,sed & maiora recipere, etiam aliunde vult hanc illorum alacritatem confirmare,ostendens quòd etiam si non cōmunicarint aliis, nihilo plus habituri sint, omnia intus cogentes:& affert veterē historiam,sic dicens: *Quemadmodum scriptum est,qui multum habebat,huic nihil superfuit: & qui parum,non minus habuit.* Hoc autem de manna factū fuit.Nam qui plus & qui minus collegerant,inuēti sunt habere eandem mensuram,deo sic insatiabilitatem puniente. Hæc autem dicebat & terrens illos per ea quæ tunc facta, & suadens, ne plus quàm par sit desiderent, neque doleant si minus habeant:porrò etiam nunc videre licet in secularibus hoc fieri, non in solo manna. Nam cùm omnes vnum ventrem impleamus, & vno tempore viuamus,& vnum corpus tegamus:nihil magis habet diues ex abundantia,neque ex paupertate minus pauper. Quid igitur times paupertatem, quid sectaris diuitias? Timeo, inquit, ne cogar transire ad aliorum fores, & mendicare à proximo. Audio autem multos etiam hoc continuò orantes ac dicentes,ne me sinas peruenire vt hominum auxilio egeam,& valde rideo,hæc audiens: puerilis enim timor est. Nam quotidie & in omnibus,vt ita dicam,aliorum opera opus habemus,atque adeò verba hæc sunt animæ incircunspectæ & inflatæ, neque rerum naturam manifestè scientis. Non vides quòd omnes mutua opera indigemus? Miles opificis, opifex negociatoris, negociator agricolæ, seruus liberi,dominus serui,pauper diuitis,diues pauperis,qui nihil operatur eius qui dat eleemosynā, qui expēdit eius qui accipit. Et enim qui accipit eleemosynā, maximè omnium vsui est. Nam si pauperes non fuissent,id quo abundamus,saluti nostrę non cederet,non habētibus nobis quò pecunias conijceremus: atque hic pauper qui omnium videtur maxime inutilis,idem omnium est vtilis maximè. Si autem turpe est egere alterius opera,reliquum est vt moriamur. qui enim hoc timere voluerit,viuere non poterit.Porrò,inquit,nō possum ferre supercilium surrectum.Quid alterius accusas fastum:teipsum accusatione ista confundis. Etenim superbi est,non ferre animæ superbæ inflationem. Quid autem times *hæc quæ nullius momenti sunt*? *Hæccine tremis & propterea paupertatem horrescis*? Nam licèt diues esses, plurimorum eorúmque vilium opera indigeres:nam quantò magis ditescis,tantò & huic maledictioni teipsum obnoxium facis. Sic ignoras quid nam ores,pecunias ideo petens,ne aliquo indigeas:quemadmodum si quis in mare ingressus,precetur vt neq; nautarum, neque nauis, neque supellectilis variæ vsu habeat opus.Nam si vis paucissimis reb⁹ opus habere, ora pro paupertate:& si rogaueris pro re aliqua,pro solo pane rogabis vel veste. Quòd autem etiam pro agris & domibus,& pro operib⁹ elaboratis,& pro mercedibus, & pro dignitate,& pro securitate, & pro gloria, & pro principibus,rogare opus habiturus es, & pro his qui illis subiecti sunt,tam in rure quàm ciuitate, & pro negociatoribus & mercatoribus. Vides quòd extremæ insipientiæ verba sint:omnino enim si horrendum tibi videtur alterius indigere opera, non est possibile vt ab hac libereris necessitate.Si autem vis turbam fugere,licet ad portum paupertatis, qui fluctibus caret, cōfugere: amputa multam negociorum turbam, & non putabis hoc esse turpe quòd egeas alio.Ineffabilis enim sapientiæ dei opus hoc est.Nam cùm mutua opera indigeamus, & necessitas illa non cōciliaret amicicias nostras si omnia sufficerent, nónne essemus indomitæ bestiæ? Ita deus subiecit nos nobis inuicem ob hanc necessitatem, vt quotidie alter alterum requirat: & si hoc frænū abstulisset,quis facilè proximi amasset amiciciam: certè neque hoc putemus esse fœdum, neque deprecemur & dicamus,ne des vt nos opera cuiusdam vtamur, sed oremus dicentes, ne sinas nos qui aliorum opera indigemus,respuere eos qui nos iuuare possunt: neque hoc

oneroſum

† *laudauerit. Marc.12.d & Luc.21.a*

† *vbi esurire malebat. 1.Cor.9.c*

† *inopia.*

Exod.16.d

onerosum sit quòd alterius opera indigemus, sed si quę aliorum sunt rapimus. Atqui pro illis quidem nũquam oramus, neq; dicimus, ne des vt aliena concupiscamus, sed quòd egemus, videtur deprecabile: quanuis Paulus sæpe opus habens aliorũ opera, non erubuit, sed & gloriatus est, & laudabat ministraturos dicens, quòd & semel & secundò in vsus meos misistis: & iterum, alias ecclesias depręda tus sum, sumptu accepto in vestrum ministerium. Non igitur ingenuitatis est, de his confundi, sed mollis ac sordidæ ac stultæ animæ. Etenim deo visum est, vt mutua opera habeamus opus. Ne igitur vltra mensuram rigidus sis. Sed non possum, inquit, ferre hominem †sæpe rogantem, & non cedentem. Et quo modo te feret deus rogantem? qui & te orat, & tu non obedis, & nihilominus oras:]dicit enim, legatione fungimur pro Christo, quasi deo orante per nos, conciliemini deo. Cæterũ seruus illius, inquit, sum. Et quid hoc? Nam quando tu quidem ebrius es seruus, dominus autem esurit, & neque necessario cibo fruitur: quid te †offendit]seruitutis nomen? Sanè hoc quidem etiam magis te grauabit. Nam quando tu quidem manes in triclinijs, ille autem neque tecti particeps est: quando tu in delicatis stratis, ille autem neque ceruical habet. Sed dicit, dedi. Verùm non oportebat talia facientem cessare: tunc enim solùm rectè ita respondebis, quando non habes, quando nihil possides: quandiu autem habueris, licèt innumera dederis, & sint multi esurientes, nulla tibi prodest defensio: quando autem & recludis frumentum, & precium auges, & nouas alterius negociationis vias excogitas: qualem tunc salutis spem habiturus es? Gratis iustus es dare esurienti: tu autem neque iusto precio vẽdis. Ille propter te tantam gloriã exuit, tu autem illum neque pane dignum censes: sed canis quidem impletus est, Christus autem fame perit: & minister quidem præ satietate rumpitur, tuus autem & illius dominus necessario alimento caret. Et vbi sunt ista amicorum opera, reconciliemini deo: hæc enim hostiũ sunt & expugnãtium. Erubescamus igitur tanta illa beneficia quæ accepimus, & quæ accepturi sumus: & si accesserit pauper orans, magna benevolentia illum accipiamus, obsecrantes & sermone erigentes, vt & eadem nobis à deo & hominibus contingant. Nam quæcunque volueritis vt faciant vobis homines, & vos facite illis: nihil onerosum, nihil molestum habet hæc lex. Quę volueris pati, hæc fac, inquit: par retributio: & non dixit, quæ non volueritis pati, neq; faciatis: sed quod maius. Nam illud quidem est abstinentia malorum, hoc autem est operatio bonorum: & illud in isto comprehensum est: & nõ dixit, hęc & vos velitis, sed, facite illis. [Et quid lucri?] hæc est lex & prophetæ. Misericordiã vis assequi, igitur miserere: veniam cupis impetrare, igitur communica: vis non malè audire, igitur neque dic: desideras laudari, igitur lauda: vis non fraudem pati, igitur ne defraudes. Vidisti quo modo ostendit naturæ legem esse, & non egere nos externis legibus & doctoribus: quę enim volumus pati vel non pati à proximis, ea ipsa imperemus nobis, & sic legem nobis ponamus: & ita si volueris quidem non pati, feceris autem illud, [aut contra velles quidem tibi fieri, nec tamẽ aliis feceris,] reus factus es, & nulla iã excusatione frueris quasi ignorans, & quæ facienda sint nesciens. Ideo oro vt excitata hac lege in nobis ipsis & per nos ipsos legamus hæc tam breuia & manifesta scripta, talesq; simus erga proximum, quales & illos erga nos esse volumus, vt & præsenti copia fruamur, & futura bona assequamur. Quæ nobis omnibus contingant, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & viuifico spiritu sit gloria, honor & imperium nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Philip. 4. c
Hic infr. b
†sæpe rogatum, & non cedentem.
Et quo modo te feret deus, à quo rogatus non obedis, & rogatus super his quæ tibi conferunt?
Supra. 5. d
†defraudet.
Matth. 7. b

Homilia xviij.

Gratia autem deo, qui dedit eandem solicitudinẽ pro vobis in corde Titi. Iterum illum laudat postquã de eleemosyna disseruit: nunc differit etiam de his qui ab illis pecuniam accepturi erant, & portaturi eas. Hoc enim conferebat ad hanc collectionem, vt maiorem faceret illorum alacritatẽ. Nam qui ministris bene confidit, & de recipientibus nihil suspicatur, maiori liberalitate impendit: quod sanè vt & tunc fieret, audi quo modo commendat cum pecunia profecturos, quorum primus erat Titus, vnde & dicit: *Gratia autem deo, qui dedit eandem solicitudinem pro vobis in corde Titi.* Quid est, eandem? eam scilicet quam & pro Thessalonicensibus habuit, vel eandem quam ego: & vide sapientiam, dei monstrans opus hoc esse: & gratias agit ei qui dedit, atque adeo sic adhortatur. Nam si deus illum excitauit & misit ad vos, ipse petit per illum: ne igitur putetis humanum esse quod factum est. Et vnde manifestũ, quòd deus illum adhortatus est? *Quia adhortationem accepit, & cùm esset diligentior, sua sponte ad vos venit.* Vide quo modo & illum ostendit quę sua sunt facere, non aliter rogatum: & cùm dixisset dei gratiam, non permittit dei totum esse. Iterum vt & sic ad maiorem illos charitatem prouocet, dicens quòd & à se excitatus sit: diligentior enim cùm esset, sua spõte, ad vos venit: arripuit negocium, apprehendit thesaurum, vestrum ministerium suã putauit esse vtilitatem, & quod valde vos diligit, neq; exoratus mea rogatione: nam licèt quidẽ & à me rogatus sit, non tamen hinc excitatus est, sed à seipso & gratia dei. *Misimus autem & cum illo fratrem, cuius laus in euangelio per omnes ecclesias.* Et quis est ille frater? Quidam sanè Lucam putant, & dicunt, propter historiam quam scilicet scripsit: quidã autem Barnabam, etenim etiam non scriptam prædicationẽ, euangelium vocat. Et quare non ponit illorũ nomina, sed Titum quidẽ etiam nominatim indicat, & à cooperatione in euãgelio laudat? Quandoquidem adeò erat vtilis, vt propter absentiam illius, alicubi neque Paulus †rogaretur]magnũ quiddam & præclarum facere (dicit enim, non inuento Tito fratre suo, non habuisse relaxationem in spiritu suo,) & à charitate quam haberet erga illos. Nam viscera illius, quę erga vos sunt, inquit, abundãtius. Et à solicitudine in opere laudat: sua enim sponte ad vos venit, inquit. Hos autem neque similiter commendat, neque nominatim ponit. Quid igitur est dicendum? Fortè illos ignorabant, & propterea nõ immoratur in illorum laudibus: & quoniam nondum periculum de illis fecerant, tantùm dicit quantùm ad cõmendationem illis sufficiebat, & vt malam suspicionẽ pelleret. Cæterùm videamus vnde & illum commendet. Et vnde nam commendat? primum à prædicatione laudat, non quòd prædicabat solùm, sed quia & vt oportebat, & cum conuenienti solicitudine: non enim dixit, quòd prædicat & euangelizat, sed cuius laus est in euangelio: ne videretur illi adulari, non vnum vel duos vel tres homines, sed totas ecclesias illi adducit testes dicens, per omnes ecclesias: deinde & à iudicio illorum qui delegerant, eum venerabilem fecit: non †quum diparuum autem etiam hoc est, propterea †hoc facit,] *xisset.* cuius laus in euangelio per omnes ecclesias: †& addit,] †*addidit,*

Philip. 4. c
Hic infr. b
†sæpe rogatum, & non cedentem.
Et quo modo te feret deus, à quo rogatus non obedis, & rogatus super his quæ tibi conferunt?
Supra. 5. d
†defraudet.
Matth. 7. b
†posset.
Supra. 2. c
Ibid. 7. d

Non

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non solum autem. Quid est, non solùm autem? Non solùm ex hoc, inquit, est venerabilis, quòd prædicatio eius celebratur & cõmendatur ab omnibus, *Sed etiam quòd delectus est ab ecclesiis quæ nobiscum.* Vnde mihi videtur Barnabam insinuare, & magnam illius dignitatem significare: ostendit enim & propter quid delectus sit. *Comes enim*, inquit, *peregrinationis nostræ, cum hac gratia quæ administratur à nobis.* Vidisti quãtę illius laudes in euangelio clarus erat, & ecclesias habebat testes, & delectus est à nobis, & ad eadem ad quæ Paulus, & vbique socius illius fuit, & in tẽtationibus & periculis: hoc enim nomen, peregrinationis, insinuat. Quid autem est, cum gratia ista quæ administratur à nobis? vel dicit quòd sermonẽ annunciet & euangelium prædicet, vel quòd pecunias administret: mihi autem videtur de vtroq; dicere. Postea subdit, *Ad eiusdem domini gloriam & promptitudinem vestram.* Quod autem dicit, hunc sensum habet: Dignati sumus hunc deligere nobiscum, & ordinare ad hoc opus, ita vt sacrarum pecuniarum dispensator sit ac minister: non enim hoc paruum erat: dicit enim, Consideráte viros ex vobis, qui testimonium habent septem, & delectus est ab ecclesiis, etiam totius populi suffragiis. Quid est, ad eiusdem domini gloriam & promptitudinem vestram? Vt & deus glorificetur, & vt vos alacriores efficiamini, cùm hi qui pecunias suscipiunt tam probati sint, & ab omni suspicione alieni: propter hoc tales inquisiuimus, & vni soli non totum permisimus, vt & hanc suspicionem effugiamus, sed & Titum misimus, & cum illo alium. Deinde exponens hoc ad gloriam domini & promptitudinem vestram, subdidit, *Cauentes hoc ne quis nos carpat, in hac abundantia quæ administratur à nobis.* Quid nam est quod dicitur, non dignum virtute Pauli, & multam illius declarans prouidẽtiam & curam? Nam ne quis suspicetur, inquit, vel parum quiddam contra nos, quod reprehensione dignum, quòd de cõcreditis pecuniis aliquid nobis vsurpemus: propterea tales misimus, & non vnum solùm, sed & duos & tres. Vidisti quo modo liberat illos ab omni suspicione, commendans non ab euangelio, neque ab electione solùm, sed etiam quòd probati sint, & propterea electi, ita vt nihil suspicentur? & non dixit, ne vos vituperetis, sed ne quis alius: quanuis certè propter illos hoc fecerit, & insinuauit dicens: In eiusdem domini gloriam & promptitudinem vestram. Attamen non vult illos perstringere, sed aliter dicit, Cauẽtes ne hoc faciamus: & neque hoc contentus est, & hoc quod adiicit, iterum curat dicens, In abundantia ista quæ administratur à nobis, & cum laude pondus ponẽs. Nam ne doleant, neque dicant, Nos sanè habemus quod suspicemur, & sic eramus miseri, quòd suspicabamur aliquando talia, illos corrigens, dicit: Multæ sunt pecuniæ quas vos mittitis, & hęc est abundantia: id est, pecuniarum multitudo sufficiebat malis dare suspicionem, nisi securitatem exhibuissemus. *Prouidemus enim bona non solùm coram domino, sed etiam coram hominibus.* Quid Paulo par fuerit? Nam non dixit, pereat & malè habeat, qui voluerit tale quiddam suspicari, quandiu me non condemnarit conscientia, nulla mihi ratio erit suspicionsorum: sed quantò infirmiores erant, tantò magis se illis accommodat: infirmum enim iuuare, non indignatione deprimere oportet. At nos à quo peccato sumus tam procul, quàm ille ab hac suspicione? Nam neque si quis dæmon esset, suspicaretur beatum illum sic infidelem: attamen etiam à mala suspicione intãtum alienus omnia facit & operatur, vt neque vmbram quãdam relinquat iis qui suspicari aliquid voluerint, & non solùm accusationes declinet, sed etiam quanuis parua vituperia minimámque suspicionem. *Misimus autem cum illis fratrem nostrum.* Ecce & tertium adiungit, & hunc quoque non sine laudibus, suóque & multorum testium suffragiis. *Quem probauerámus*, inquit, *in multis sæpenumero diligentem: nunc autem multò diligentiorem.* Et laudato illo à suis operibus, etiã extollit à charitate erga illos: & quod de Tito dicebat, cùm diligens esset, sua sponte ad eos ierit: hoc & de illo dicens, Nunc multò diligentiorem. Prius deponens apud illos semina charitatis erga Corinthios, & deinde vbi ostendit illorum virtutem, hortatur & ipsos pro illis, dicens: *Siue Titi nomine qui socius meus est, & erga vos adiutor.* Quid est, siue Titi nomine? Si dicendum est, inquit, hęc possum dicere, quòd socius meus est, etiam erga vos adiutor: vel enim hoc inquit, vel quòd Titi nomine aliquid facietis, quia non vulgari homini facturi estis, nam socius meus est: cúmque videtur hunc laudare, illos extollit, monstrans sic affectos erga se, quòd sufficiat vt agnoscant aliquem eius esse socium, ita vt honorem illi impendant: veruntamen non est hoc contentus, sed adiicit etiam aliud dicens, *Adiutor erga vos.* Non simpliciter adiutor, sed in his quæ ad vos spectant in vestra profectione, in incremẽto, in amicicia, in studio erga vos: id quod illum ipsis maximè cõmendare valebat. *Siue aliorum qui fratres nostri sunt.* Siue, inquit, aliorum nomine audire aliquid vultis. Et hi tam bene meriti sunt, vt iustissimè propter se vobis cõmendẽtur. *Etenim & ipsi*, inquit, *fratres nostri sunt, & apostoli ecclesiarũ:* Hoc est, ab ecclesiis missi. Deinde quod maius his omnibus, *Gloria Christi.* In illum enim referuntur, quæcunque his facta fuerint: siue igitur vt fratres illos volueritis excipere, siue vt apostolos ecclesiarum, siue vt aliquid in gloriam Christi facientes, multas habetis occasiones beneuolentiæ erga illos. Nam pro Tito possum aliquid dicere, quòd & meus socius sit, & vester amicus: pro his autem, quòd fratres, quòd apostoli ecclesiarũ, quòd gloria Christi. Vides quòd & hinc manifestum, quod ipsi fuerint ex ignotis, alioqui eos iisdem ornasset laudibus, quibus & Titum. Dico sanè de dilectione erga illos, sed quoniã nondum noti erant, quasi fratres accipite vt apostolos ecclesiarum, & facientes in gloriam dei. Ideo subdit:

Proinde documentum charitatis vestræ & nostræ de vobis gloriationis, in eos demonstretis etiam in conspectu ecclesiarum. Nunc † accipite,] inquit, quo modo nos quidem diligitis: quo modo autem nos non simpliciter, neque temerè de vobis gloriemur declarate, hoc facietis si dilectionem in illos declaraueritis. Et deinde facit sermonem horribiliorem dicens, in conspectu ecclesiarum: in gloriam, inquit, ecclesiarum, in honorem. Nam si illos honoraueritis, ecclesias quæ miserũt honoraueritis. Non enim illorum duntaxat honor erit, sed etiam eorum qui miserunt & elegerunt, & ante omnia in gloriã dei: quando enim honorauerimus eos qui ipsi ministrant, in ipsum gloria pertingit. In commune ecclesiarum. Non paruum autem & hoc fuerit, etenim magna est potentia synodi, id est, ecclesiarum. Oratio earum Petrum à vinculis soluit, Pauli os aperuit. Earum suffragium etiam eos qui ad spirituales principatus venturi sunt, nõ parum ornat: propter hoc & ordinaturus etiam tunc illorum vocat preces, & ipsi sententias ferunt & acclamant, id quod initiati sciunt. Non enim fas est non initiatis omnia detegere. Est autem vbi nihil differt sacerdos à subdito, vt quando fruendum est horrendis mysteriis:

Act. 6. a

† officulit.

Morale. Actor. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

steriis: similiter enim omnes vt illa percipiamus, digni
Iohn.10.c & 13.a.b habemur. Non sicut in veteri lege, partem quidē sacerdos comedebat, partem autem populus, & non licebat populo participē esse eorum quorum particeps erat sacerdos, sed nunc nō sic, verùm omnibus vnum corpus proponitur & poculum vnum. Quin & in precibus, viderit quis populum multū simul offerre, cùm pro energumenis, tum pro pœnitentibus: communes enim preces à sacerdote & ab illis fiunt, & omnes vnam dicunt
Matth.6.b orationem, orationē misericordia plenam. Iterum vbi excluserimus à sacerdotalibus ambitibus eos, qui non possunt esse participes sanctæ mensæ, alia facienda est oratio, & omnes similiter super terram iacemus, & omnes similiter surgimus. Quando iterum pax communicanda, omnes similiter salutamus. In iisdē iterum horrendissimis mysteriis bene precatur sacerdos populo, & bene precatur populus sacerdoti. Nam, cum spiritu tuo, nihil aliud est quàm hoc, † ea quæ sunt Eucharistiæ, id est, gratiarum actionis] communia sunt omnia. neque enim ille solus gratias agit, sed etiam omnis populus. prius enim accepta illorum voce, deinde congratis illis vt dignè & iustè hoc fiat, incipit † Eucharistiam.]Et quid miraris, si cum sacerdote populus loquitur? Vbi sanè & cum illis Cherubin & supernis potestatibus, cōmuniter sanctos illos hymnos personant. Hæc sanè à nobis dicta sunt, vt omnes etiā qui reguntur sobrij sint, vt discamus quòd vnū corpus omnes sumus, tantum inter nos habentes discrimen, quantum membra à membris, & ne totum in sacerdotes iaciamus, sed
1.Cor.12.b & ipsi tanquam pro communi corpore, sic ecclesię vniuersæ curam geramus. Hoc enim & nobis & vobis maiorem præstat securitatem, magisq; ad virtutes præparat. Vnde audi & de apostolis, quo modo sæpe subditos
Act.6.a sententiæ socios acceperunt. Etenim quando septē elegerunt, prius populo consilium cōmunicarunt. Et quan
Ibid.1.d do Matthiam, Petrus id egit præsentibus omnibus tunc & viris & mulieribus. Non enim est hic fastus principū & seruilitas subditorum, sed principatus spiritualis, hoc magis excellens, quò plus laborum & curarum pro vobis suscipitur, non quòd plures honores inquirātur. Et-
Ephe.4.a enim ecclesiam sicut domum vnam oportet inhabitare, & sicut corpus vnum affici. Vnde quemadmodū & baptisma vnum est, & mensa vna est, & fons vnus, & creatura vna, & pater vnus: quid igitur dissecti sumus, tantis nos in vnū cogentibus: cur discerpti sumus? Cogimur enim eadem deplorare, quæ sæpius deplorauimus. Res præsentes luctu dignæ sunt, adeò multū inter nos sumus diuisi. Oportebat vnius corporis imitari conglutinationem, sic enim & à minore maior lucrum habere
Exod.18.c poterit. Nam cùm Moyses à socero vtile quiddam didicerit, id quod ipse non cognouerat: multò magis in ecclesia hoc fiat. Et quid nam est quod cognoscit infidelis, quod nesciebat spiritualis? vt discant omnes qui tunc, quòd homo esset, licèt mare diuisisset, & petrā rupisset, ac dei gratia indigeat: & quòd illa non sunt humanæ naturæ, sed diuinæ potentiæ. Et nunc si quis non
Ibid.14.e & 17.b dixerit quod oportet, surgat alius & dicat, licèt minor
†confirma. sit: dicat autem aliquid vtile, † confirmet] sententiam: licèt minimus sit, ne despexeris: nullus enim horum tātùm distat à proximo, quantùm socer à Moyse: nec tamen detrectauit audire, sed & recepit sententiā, & obediuit, & scriptis commendauit, & non est confusus, illa historiis concredere, vt multorum fastum destruat. Vnde etiam quasi in statua vitæ hæc scripsit: sciebat enim multis futuram vtilē historiam, ne despiciamus eos qui

A vtilia consulunt, licèt subditi sunt & viles: neque illa quæ nos introduxerimus, vim habere ac robur omnia putemus, sed ea quæ apparent conducibilia hęc ab omnibus confirmentur: sæpe enim fit, vt hallucinantes plerąq; videant, quę non cernant acutè videntes, eo quòd diligentiores sint & circunspectiores. Ne autem dicas, quid me vocas in concilium, si non audis quod dico? Non sunt hæ obiectiones consiliarij, sed tyranni. Consiliarius enim solùm dominus est vt loquatur sua: si autem & alio vtiliora ostendente, vult fieri ea quæ ipse dicit, non iam consiliarius est, sed tyrannus, vt dixi. Proinde ne sic faciamus, sed liberemus animā ab omni fastu & arrogantia. Consideremus non solùm vt nostra subsistant, sed vt vtilis sententia robur habeat, etiamsi à nobis non afferatur: neque enim paruum lucrum facimus, etiamsi non quæ oportet inueniamus ipsi, sed acci
B piamus ea quæ ab aliis dicta sunt. Nam & sic à deo mercedem accipiemus, gloriáque maxima fruemur. Nam quemadmodum ille qui vtilia dixerit, sapiēs est: ita nos ea recipientes, laudem consequamur intelligentiæ & obsequelæ: Ita & domus, & ciuitates, & ecclesiæ si sic regantur, magnum accipient incrementum, & nos quoque optimè administrata vita hac, futura bona adipiscemur: quæ nobis omnibus contingant, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri, ac sancto spiritui gloria, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia xix.

Cap.IX. NAm de subministratione in sanctos, superuacuum est mihi vobis scribere. Cùm tanta de ministerio illo dixisset, hìc dicit, superuacuum mihi est vobis scribere. Et nō solū hoc declarat illius prudentiam, quòd post tot dicta dicit, superuacuū mihi est vobis scribere, sed quòd iterum de illo disserit. Nam hæc quidem quę paulò antea dixit de his qui susceperunt pecunias dicit ita vt magno honore illos ornaret: quæ autem ante illa de Macedonibus retulit, quòd profunda *Supra.8.a* paupertas illorum exundarit, in diuitias simplicitatis illorum, aliáque omnia de misericordia & eleemosyna, quanuis antea tanta dixerit: iterum tamen dicturus, superfluum mihi est vobis scribere, inquit: facit autē hoc vt magis illos conciliet. cōfunditur enim homo existimationem talem habens, quasi non opus habeat consilio, si nō esset talis, & inferior inueniatur, & ea existimatione priuetur: ita & in accusatione sæpe facit, si per oc- *†is qui quæ*
cupationē aliquid dicitur. etenim magnam habet vim. *dicere po-*
Iudex enim videns magnanimitatem accusatoris, nihil *test: non di-*
iam suspicatur. cogitat enim † quòd quāuis nihil dicat, *cit tamen,*
possit tamen multa dicere, quoniā etiam quę non sunt, *quo modo*
fecerit & dederit: & plus suspicatur quàm dicitur, & a- *ea quæ non*
pud seipsum bonorum morum opinionem concipit. *sunt effinge*
Hæc ex animi consilio & cum laudibus] hic facit: di- *re poterit?*
cens enim, *Superuacuum est mihi scribere.* Vide quo mo *Et plura q̄*
do consulit: *Noui enim promptitudinem vestram quam de vo-* *dicat suspi-*
bis iacto apud Macedones. Sanè magnum quidem est il- *candi occa-*
lum scire, multò autem magis quòd aliis annunciat. ma *sionem præ-*
iorem enim vim habet. noluissent sanè in tanta re con *bet, ac sibi-*
fundi. Vidisti sapientiam consilij, ab aliis Macedonibus *ipsi viri p-*
scilicet, Notam vobis facio, inquit, gratiam dei, quę da- *bi opinionē*
ta est in ecclesiis Macedoniæ: adhortabatur per illos. di *cōcilia: hoc*
cit enim q̄ quidem non solùm facere, sed etiam velle, *& in cūsilio*
Iam antea cœperitis anno superiore. Hortabatur item & à *& in lau-*
domino: Scitis enim, inquit, gratiam domini, q̄ propter nos pauper factus est. Iterum confugit ad hoc caput *Supra.8.b*
validum talia ratione.] Nam humanum genus emula- *†quod ab*

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliis ducitur.

tionis ſtudioſum eſt,& oportebat quidem exemplo domini illos magis allici, & poſt illud retributionis argumentum produci:ſed quoniam infirmiores erant, poſteriori illo magis alliciebantur.Nihil enim tantùm operatur, quantùm zelus. Conſidera autem quo modo iſtud nouo quodam modo introducit. Nõ enim dixit, illos imitemini,ſed quid? *Zelus veſter prouocauit quamplu-*

Suprà.8.a *res.* Quid dicis?Paulò antè dicebas,quòd ipſi promiſerint,cum multa obſecratione rogantes nos:quo modo igitur zelus veſter incitauit? Etiam, inquit, non conſulebamus,non obſecrabamus,ſed ſolũ laudabamus vos, & de vobis gloriabamur:idque illis ad adhortationem ſufficiebat. Vidiſti quo modo illos, dum viciſsim laudat,extimulat,& hos per illos,& illos per hos.Porrò ze-

†*illos extol-* lo etiam maximam laudem admiſcuit.Vnde ne †vide-

leret, mode- retur adulanter illos extollere,breuiter dicit:] Zelus ve-

ratè exequi ſter prouocauit multos. Cogita igitur quãtum ſit,alios

tur dicens: factos authores tantæ liberalitatis,ipſoſque poſteriores in oblatione iſta fieri: propter hoc non dixit, imitemini illos:nõ enim tantum habebant zelum,ſed quo modo? illi vos imitabantur : ne videamini minores diſcipulis qui eſtis doctores. Et vide quo modo extimulet illos,& magis accẽdat:ſimulat enim cum illis ſtare, quaſi in contentione quadam & lucta partem illorum recenſens : quemadmodum enim ſuperius dicebat , ſua ſponte cum multa obſecratione acceſſerunt nos,vt ro-

Suprà.8.a garemus nos Titum, vt ſicut antea † cœpiſtis, ita perfi-

† cœpit , ita ciatis] hanc gratiam:Sic & hic dicit, *Propter hoc miſi fra-*

perficiat. *tres,vt non inanis ſit gloria noſtra.* Vidiſti illum certantem ac trementem , vt ne videatur adhortationis gratia ſolùm dixiſſe hæc quæ dixit: ſed,inquit, vt ſic res habeat, miſi fratres : tantam pro vobis habens ſolicitudinem, vt ne inanis fiat gloria noſtra. Et videtur ſe facere partem Corinthiorum per omnia , quanuis parem omniũ curam haberet.Quod autem dicit,hunc habet ſenſum: Valde honeſtor in vobis, apud omnes de vobis glorior, & me iacto : ita, vt ſi minores fueritis, communis futura ſit confuſio. Hoc autem modeſtè dixit: appoſuit enim in hac parte, nõ vbique. *Quemadmodum dicebam, parati ſitis.* Non enim dixit , quòd in futurum parent, ſed quòd parata ſint,& quòd nihil illis deſit.Hoc igitur volo factis monſtrare,inquit.Deinde ſuam anguſtiam augens dicit, *Ne quo pacto ſi venerint mecum Macedones, confundamur nos: vt ne dicam, vos, in hoc argumento gloriationis.* Maior confuſio , quando plures ſtatuit ſpectatores , & eos qui audierant.Et nõ dixit,affero enim mecum Macedones,ſed venient Macedones mecum, ne videatur hoc dedita opera facere, ſed quo modo? Ne quo pacto ſi venerint mecum Macedones: cõtingit enim,inquit, vt hoc fiat, & ita ſermonem magis alienum à ſuſpicione facit:ſi autem ille affirmaſſet, contentioſiorem feciſſet. Vide quo modo nõ à ſpiritualibus ſolùm, ſed & ab humanis rebus illos induxerit.Nam ſi & me non habeatis pro magno,inquit, & cõfiditis quòd ignoſcam, ſed cogitate Macedones ſi quo pacto veniant & inueniãt vos: & non dixit,non volentes:ſed,imparatos, & non omnia implentes.Si autem hoc confuſionẽ affert,quod non ſtatim, neque totum affertur : cogita quantum ſit, [nihil prorſus aut] minus quàm oportet afferre.Deinde manſuetè quod ſibi euenturum ſit,& ſeueriter ponit ſic dicens,Confundamur nos,vt ne dicam,vos: & iterum punit, dicens: In hoc argumento gloriationis. non ſegniores faciens , ſed oſtendens eos qui in aliis probati ſunt,etiam in hoc magnam habere debere alacritatem.

Proinde neceſſarium arbitratus ſum adhortari fratres , vt prius

præpararent hanc benedictionem veſtram , vt in promptu ſit ſicut benedictio , & non ſicut auaricia. Iterum iſtud aliter aſſumpſit , & ne videatur ſimpliciter hæc dicere , cauſam viæ non aliam eſſe dicit: ſed ita,vt ne ipſi confunderentur. Vides quòd dicendo, ſuperuacuum eſt mihi vobis ſcribere,initium conſilij ſit. Vides etiam quanta de hoc miniſterio differat : cum hoc autem & aliud dicere liceat, quòd ne videatur ſibi contradicere, dicens ſuperuacuum,& nihilominus de illis differens:ad hoc vt de celeritate & largitate ac promptitudine tractet,quibus & illud efficit. Nam tria hæc exigit:& mouit quidem hæc capita,etiam in principio . Nam quando dicit,in multa probatione afflictionis , abundantia gaudij illorũ & profunda paupertas exuberauit, in diuitias ſimplicitatis illorum : nihil aliud dicit, quàm quòd & multùm obtulerint, & cum gaudio ac celeritate : & non ſolùm multùm dare,illos nõ offendit,ſed neque quòd in tentationibus erant,id quod datione grauius eſt . & quòd ſeipſos nobis dederunt, oſtendit ſanè & hoc, alacritatem illorum & quòd multùm credant . Iterum autem & hoc loco eadem in manus aſſumit . Nam quoniam hæc cõtraria ſunt, † cupiditas] & alacritas: & alius quidem multum dans,ſæpius dolet:alius verò † dolet,quia minus dat:] vide quo modo vtriuſque curam gerat, cum ſapientia ſe digna . non enim dixit, parum melius dare & cum voluntate, quàm cum coactione multum: quoniam & multum & voluntariè volebat illos offerre.ſed quo modo? *Vt prius perficiant benedictionem veſtram, vt ſit parata ſicut benedictio, & non ſicut auaricia.* Prius incipit à leuiore & ſuauiore,quàm à neceſsitate.Benedictio enim,inquit, eſt. Vide quo modo in admonitionis loco fructus ſtatim oſtendit germinantes,& benedictione plenos ſuppeditantes , vocabulóque benedictionis illos allexit.nullus enim benedictionem dat cum triſticia:& neque illo cõtentus eſt,ſed addidit:Non vt auaricia: ne putetis,inquit, quòd illam quaſi auari recipiamus. Sed vt vobis ſimus authores benedictionis. Auaricia enim inuolũtariorum eſt: & ita qui eleemoſynam dat inuitus , auarè dat . Deinde ab hoc iterum ad illud tranſit,vt libẽter dent. *Illud autem dico:* Hoc eſt, cum hoc & illud dixerim.Quid? *Qui ſeminat in benedictionibus,de benedictionibus & metet.* Et non dixit,tenuiter, ſed celebrius, parci nomine poſito : & rem ſemen vocauit, vt ſtatim ad retributionem ſpectes,meſsíſque recorderis,& diſcas quòd plura accipis,quàm das. ideo non dixit,qui dat,ſed,qui ſeminat:& non dixit,vos ſi ſeminaueritis,ſed generalem ſermonem facit: neque dixit,largiter: ſed, in benedictionibus , quod illo multò maius eſt.Et iterum ad prius regreditur, quod gratum eſt,dicens: *Vnuſquiſque ſecundum quod proponit in corde,* Imò non ex triſticia vel ex neceſsitate faciat . Vnde & hoc diligenter tractat : nam cum dixiſſet, ſecundum quod propoſitum eſt in corde,addidit, *Nec ex triſticia,neque ex neceſsitate.* Et neque hoc contentus eſt,ſed etiam à ſcriptura teſtimonium addit, dicens: *Hilarem enim datorem diligit deus.* Vidiſti quo modo continuò hoc ponit,nõ iuxta imperium dico , & conſilium in hoc do , & ſicut benedictionem,& non ſicut auaritiam:& iterum, non ex triſticia, neq; ex neceſsitate : hilarem enim datorem diligit deus.Hoc loco opinor [hilarem] largũ dici,veruntamen ipſe accepit hoc nomẽ,vt cum promptitudine detur. Nam quoniã exemplum Macedonum & alia omnia ſufficiebãt ad inſtituendã † ordinationem,] nõ multa de illo loquitur, ſed de eo, ne inuiti dent . Nam quũ opus ſit virtutis: omne autẽ quod ex neceſsitate fit, minuit

Hic ſupra

Suprà.8.a

† magnifi. centia.

† minuit dã. ne detur

Eſaiæ.9.b

1.Cor.9.b

† πολυπ-

λόγως ἐϛὶ *magnificẽ-*

tiam fuæ sumptuosi-tatem.

minuit mercedem: meritò hoc agit, & non consulit solùm, sed & precatur id quod semper facit, dicens: *Potens autem est deus, vt impleat omnem gratiam erga vos.* Per preces rationem quæ hanc liberalitatem nonnihil impugnat, tollit, eam inquam quæ etiam nunc multis obstaculo est. Etenim plerique timent eleemosynam dare dicentes, Ne fortè pauper fiam, ne fortè aliis indigeam: hunc autem soluens metum, opponit orationem dicēs, omnem gratiam abundare faciat erga vos, non simpliciter impleri, sed abundare faciat, inquit. Quid autem est, gratiam abundare? Impleri, inquit, vos tantis, vt possitis abundantes esse in hac liberalitate. *Vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes abundetis,* inquit, *in omne opus bonum.* Vide etiam in oratione illius magnam philosophiam, non diuitias precatur, neque abundantiam, sed omnem sufficientiam. Et non solùm hoc est in illo mirabile, sed quòd superfluum non precatur. Ita neque affligit illos, neque cogit de penuria dare, attemperans se illorum infirmitati, sed sufficientiam petit, & ostendit simul quo modo donis à deo datis vti oporteat. Vt abundetis, inquit, in omne opus bonum: propter hoc, inquit, & peto, vt & aliis suppeditetis. & [non dixit, suppeditetis, sed] abundetis. Nam in carnalibus sufficientiam illis petit, in spiritualibus autem & abundantiam, non in eleemosyna solū, sed & in aliis omnibus, in omne opus bonum. Deinde prophetam illis adducit, consultum testimonium, quòd ad liberalitatē illos prouocare possit, inquirēs dicit, sicut scriptum est, *Dispersit, dedit pauperibus, iustitia illius manet in seculum.* Hoc est, abūdetis. Nam quòd dicit, dispersit, nihil aliud manifestat, quàm quòd cùm liberalitate dedit. Nam quanuis hæc non maneant, manent tamen quæ ex illis nascūtur. Etenim mirabile est, quòd quæ custodiuntur pereunt, quę autem dispergunt manent, & manent semper: iusticiam autem hoc loco misericordiam vocauit. Etenim iustos facit eleemosyna, peccata quasi ignis consumens, quādo cum liberalitate effuderitis. Ne igitur multo scrutinio vtamur, sed nō cunctabunda manu seminemus. Non vides quanta alij dant mimis, & mulieribus scortis, & si dimidium Christo dederis, quæ illi saltantibus dant, & liberaliter his, qui in fornicibus, tanta tu vel esurienti da. Nam illi quidem corpus scortorum auro multo vestiunt, tu autem neque tenui veste Christi carnem, eámque nudam vidēs: quali hoc venia dignū, quantum hoc nō meretur supplicium? quando ille quidem perdenti & confundenti se tanta suppeditat: tu autem neque minimum saluanti te & facienti clariorem, sed in ventrem quidem & ebrietatem, ac intemperantiam insumens, nullius paupertatis memor es. Vbi autem paupertatem iuuare oportet, omnib⁹ es pauperior. Et parasitos quidem pascens, & adulatores quasi ex largis fontibus fouens gaudes: si autem pauperem alicubi videas, tunc tibi paupertatis metus incidit. Sanè propter hoc & per nos ipsos, & per alios tunc condemnabimur, tam hos qui probè egerunt, quàm qui peccarunt. Dicet enim tibi, quare nō fuisti ita magnanimus, in his quæ congruunt, sicut ille qui scorto dat: nihil tale cogitauit, quod tu daturus domino, qui dixit, ne solicitus sis, tu verò metu plenus es ac tremore. Et qua venia dignus eris? si enim homo qui receperit non despicit, sed habet gratiam, multò magis Christus: qui enim dat cùm nihil acceperit, quo modo cùm acceperit nō dabit? Itaque inquit, quid? cùm plerique quādo multa erogarint, aliis egent? De his qui omnia insumpserunt, dicis ipse qui neque obolum das. Pollicere omnia te euacuaturū,

Psal.111.b

Morale.

Matth.6.d & Luc.11.c

A & tūc etiam de illis roga. Si autem parcus fueris & pauca de his quæ sunt suppeditas, quid mihi prætexis has causas? neque enim te ad summam inopiam adigimus, sed oramus, vt iam quæ superflua sunt, imminuas, & sufficientiam solam ames. Sufficiētia autem horum vsum petit, sine quibus non licet viuere: neque te ab his abstrahit, neque prohibet quotidianum cibum, cibum non delicias dico, † vel vestes vel ornatus: ʃ si autem quis diligenter exquisierit, hæ maiores sunt deliciæ. Attende autem: quare maiores dixerimus delicias, herbis pasci & bene valere, nihilque molestum pati, quàm Sybariticam habere mensam, & innumeris morbis esse obnoxium? manifestum quòd illud plures habet delicias. Ne igitur amplius quæramus: nam si deliciari voluerimus, & honestè viuere, sufficientiam nobis determinemus, & alius quidem qui leguminibus potest esse contentus B & bene valere, nihil amplius inquirat: infirmior autem & olerum cura opus habens, ne prohibeatur: si autem & illo quis infirmior sit, & congruo carnium adimento egeat, neque illum abarceamus: neque enim vt occidamus & corrumpamus homines, hæc consulimus, sed vt superflua amputemus. Superfluum autē est, quod plus est, quàm vsus requirit. Nam quando etiam absque illis possumus agere sanè & honestè, superfluum omnino illud est appositum. Sic & de vestibus arbitramur, & de mensa, & de domo, & aliis omnibus, & vtilitatem vbique spectamus: quod enim superfluum, etiam inutile. Quando † frugalitatem meditaberis, ʃ tunc te volentem fieri viduę imitatorem, ad maiora quàm hæc sunt, inducemus. Nondum enim peruenisti ad mulieris virtutem, † nisi frugalitatis ʃ curam habeas: illa enim & hac virtute superior fuit. Nam quæ ad ipsam sustentandam pertinebant, illa omnia dimisit. Igitur adhuc C anxius es de necessariis, & non confunderis à muliere vinci, & illam non solùm non imitaris, sed etiam longè post illam relinqueris? Illa enim non dixit hæc quæ *à nobis dicuntur*, Quid si omnia expendens cogar rogare alium: sed liberè ea quæ habebat, exuit. Quid, quis dixerit, de prisca illa quæ sub propheta Helia fuit, quæ iam non de paupertate, sed de morte periclitabatur, nō solùm sua, sed & filiorum: neque ab aliis expectabat se recepturam, sed statim morituram. Verùm prophetam vidit, dicet quis, & inde liberalis facta est. An non & vos videtis innumeros sanctos? Et quid dico sanctos? prophetarum dominum videtis mendicantem, & neque sic efficimini misericordes, & habentes promptuaria eructantia ex hoc in illud, neque ex hac abundantia cōmunicatis. Quid dicis? Propheta erat præsens, qui D & hoc illi persuasit, vt tam magnanimiter ageret. Sanè istud ipsum miraculo dignum, quòd persuasa est esse illum magnum & mirabilem. Quo modo enim, quemadmodum verisimile est de barbara & alienigena muliere cogitare, non dixit: Si propheta fuerit, non me rogauerit: si dei amicus, non illum despexerit? Esto Iudæi propter peccata hanc pœnam luant, hic autem quare? Sed nihil horum cogitauit, imò aperuit illi domum, & ante domum, mentem: & omnia quæ habebat, in medium posuit: & relicta natura, filiisq; contemptis, hospitem præ omnibus honorauit. Cogita igitur quantū supplicium paratū sit, quando minus habemus & infirmiores sumus muliere ista vidua, paupere, alienigena, barbara, filiorum matre, & nihil eorum quæ nos scimus scientes. Nam non viriles quidem erimus, licèt validum habeamus corpus. Etenim ille solus habet hanc fortitudinis virtutem, licèt in lecto decumbat, quid id roboris

† *vestes non ornatus:*

† *sufficientiam meditatus fueris;* ʃ *quandiu sufficientiæ*

Marc.12.d & Luc.21.a

3.Reg.17.c

Psal.143.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

secum habet. Sicut sine robore illo, etiam si quis mõtem A sui corporis robore discerpat, nulla illum puella & anicula misera dixerim robustiorem. Nam ille quidẽ certat etiam cum incorporeis malis, hic autem neque aspicere audet. Et vt scias quòd hæc sit fortitudinis definitio, collige ab illo exemplo. Quid enim illa fortius fuit muliere? Nónne contra naturæ tyrannidem, & contra famis violentiam, & contra mortis minas generosè stetit, & omniũ fuit fortissima? Sed audi quo modo Chri-
Lucæ.4.d stus illam prædicat, Multæ enim, inquit, erant viduę in diebus Heliæ, & ad nullam missus est propheta quàm ad illam. Dicam aliquid magnum & admirabile. Ista
Gene.18.a patre nostro Abraham plus in hospitalitatem impendit: non enim ad armentum cucurrit sicut ille, sed pugillo illo farinæ præcurrit omnes in hospitalitate celebres. Nam ille quidem vincebat, quòd ad hoc seipsum exhibebat: ista verò neque pueris pepercit propter hos- B pitem, etiam nondum futura expectans. Nos verò cùm sit regnum, cùm minæ gehennæ proponantur, & quod omnium maximum est, cum deus tanta fecerit pro nobis, illisq; gaudeat ac lætetur, supini sumus? Ne sic agamus oro, sed dispergamus, demus pauperibus, sicut dari visum est deo: multũ enim & parum deus non ad mensuram dantiũ definit, sed ad potẽtiam facultatum dantis. Vnde sępe tu qui expendis centum aureos, minus eo qui vnicum obolum erogat, dedisti: nam ex abundantia expendisti. Veruntamẽ etiam sic fac eleemosynam, & venies breui etiam ad maiorem liberalitatem: dispergе pecuniam, vt congreges iusticiam: neque enim illa cum pecuniis adesse vult, sed & per illas quidem non cum illis, nobis adest: nõ enim simul habitant pecuniarum cupiditas & iusticia, sed tabernacula separata ha-
bent. Ne igitur contendas, quæ commisceri nequeunt, C coniungere, sed expelle tyrannum auariciam, si vis reginam recipere iusticiã: ista enim est regina, & liberos
† cui cõtrarium illa. ex seruis facit, † & non ediuersò illa.] Vnde cum magna diligentia auariciam caueamus, iusticiam amplexemur, vt & hìc libertatem consequamur, & regno cœlorum fruãmur: quod nobis omnibus concedatur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quẽ & cum quo patri & sancto spiritui gloria, imperium, honor, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia xx.

† augeat pnũctus iusticiæ vestræ.

Porrò qui suppeditat semen seminanti, is & panem in cibum suppeditet, & multiplicet sementem vestram, & † augeatur.] Maximè quis hinc sapientiam Pauli admiretur, quòd cùm à spiritualibus & à carnalibus adhortatus esset, iterum nunc istud in retribu- D tione facit, geminas retributiones ponens. Nam quod
Psal.111.b dicit, Dispersit, dedit pauperib⁹, iusticia illius manet in seculum, spiritualis est retributionis: quòd verò dicit, multiplicet semẽ vestrum, carnalis retributionis est: & tamen non hìc subsistit, sed iterum ad spiritualia continuò transit, permutatim illa ponens. Nam quod dicit, augeat prouentus iusticiæ vestræ, iterum spirituale est. Hoc autem hac ratione facit, vt extirpet radicitus illorum parum virilem & flaccescentem animum, pauperta-tisque metum vndique eneruet, idque exemplo hoc. Nam si terram seminantibus dat deus, & si his qui corpus pascunt, liberaliter suppeditat: multò magis his qui cœlum colunt, animarum rationem habẽtibus. Etenim hæc maiori cura dignatur. Cęterum istud quidem non syllogismo quodam ponit, nec quemadmodum nunc dixi, sed in orationem vertit: simul etiam manifestam ratiocinationem manifestãs, & magis illos in spem inducens, non solùm ab iis quę fiunt, sed etiam à precibus suis. Suppeditabit enim, dicere vult, & multiplicabit sementem vestram, & augebit prouentus iusticiæ vestræ. Iterum & hoc loco liberalitatem absque suspicione insinuat. Nam quod dicit, multiplicet & augeat, hoc declarat interim quoque non permittit nobis plusquam necessaria quærere, panem dicens in cibum. Etenim & hoc in illo est admirabile, id quod & antea faciebat, q̃ in necessariis quidẽ nihil vltra vsum inquirere permittit, in spiritualibus autem magnam abundantiam fieri consulit. Vnde & superius dicebat, vt sufficientiam ha- *Hic sepe.b*
bentes abundetis in omne opus bonum: & hìc, qui suppeditat panem in cibum, multiplicet sementem vestrã, hoc est, spiritualem. Non enim simpliciter eleemosynã petit, sed eam quæ cum largitate: ideo & semen, istam cõtinuò vocat. Quemadmodum enim triticum quod seminatur, prægnantes aristas ostendit: ita & eleemosyna multos manipulos iusticiæ efficit, & ineffabiles prouentus profert. Precando autem illis tantam fœlicitatem iterum ostendit, vbi illam expendere oporteat, dicens: *Vt in omnibus locupletemini, in omnem simplicitatem, quæ scilicet efficit per nos gratiarum actionem deo.* Non vt expendatis in ea in quę non oportet, sed in illa quæ magnam deo afferunt gratiarum actionem: magnis enim rebus deus nos præfecit, minoribus sibiipsi seruatis. Nam ipse quidem sentibilis alimẽti dominus est, & spirituale nobis permisit. Etenim nos domini sumus laborando, vt ostendantur aristæ: neque hic opus est pluuiis & temperie, sed voluntate nostra & cursu ad cœlum ipsum. Porrò simplicitatem hìc vocat largitatem, quæ efficit per nos gratiarum actionem deo: neque enim quod fit solùm est eleemosyna, sed etiam magnę gratiarũ actionis argumentum, imò non gratiarum actionis solùm, sed & multorum aliorum: & in processu illo ponit, vt cùm multa, quæ rectè aguntur, esse declararit, inde alacriores reddat. Quæ igitur sunt illa? Audi illum dicentem:

Nam administratio huius ministerij, non solùm supplet ea quæ desunt sanctis, verùm etiam exuberat in hoc, quòd per multos gratiæ agantur deo, qui per probationem ministerij huius glorificant deum, super obedientia consensus vestri in euangelium, & de simplicitate communicationis in ipsos, & in omnes, & in illorum oratione pro vobis, qui desiderant vos propter eminentem gratiam dei in vobis.

Quod autem dicit, hũc sensum habet: Primùm, ea quæ sanctis desunt non solùm impletis, sed & abundare facitis: hoc est, plusquam vsus postulat, suppeditatis. deinde, per illos laudem offertis deo: glorificant enim ipsum in obedientia cõsensus vestri. Nam ne † videatur] *† significet.*
illos propter hoc solũ gratias agere, quòd acceperint: vide quo modo magnos illos facit, id quod ipse Philippensibus dicit, Non inquiro dona, & idipsum illis testi- *Philip.4.d*
monium do. Nam gaudetis quidem quòd ea quæ illis desunt impletis, & paupertatem illorum releuatis: multò autem magis, quòd ita subditi estis euangelio, cuius hoc indiciũ est, tam largiter offerre. Nam hoc euangelium præcipit simplicitatem cõmunicationis in ipsos & in omnes, & propterea glorificant, inquit, deũ quòd sic estis liberales, nõ in illos solũ, sed & in omnes: quòd etiam ipsum præconium illorum est, quòd gratias agũt pro his quæ aliis dantur. Nam non solùm ea quæ ad se pertinent ita ornant, sed etiam quæ ad alios quamuis in extrema sint paupertate: id quod magnæ illorum virtutis signum est. Nihil enim ita zelotypum est, vt pauperum genus. Verùm illi ab hac affectione mũdi erant: tantumq; aberant, ne dolerent super his quę aliis communicabantur,

municabantur, quòd etiã gaudebant non minus quàm A de his quę ipsi accipiebant. *Et in illorum oratione pro vobis.* Nam pro his quidem gratias agunt deo, pro vestra autem charitate & fœlicitate obsecrãt illum. *Vt mereantur vos videre.* Nam hoc desiderant, non propter pecunias, sed vt fiant spectatores gratiæ vobis datæ. Vidisti Pauli sapientiam, quo modo laudatis illis totum acceptum tulerit deo? opus enim gratiã vocauit. Nam postquam magna de illis locutus est, ministróque illos vocasset, & extulisset in sublime, quandoquidem illi quidem ministrabant, ipse autem minister erat: & cùm nominasset probatos, ostendit quòd horum omnium author sit deus, & ipse cum illis iterum gratias agit dicẽs, *Gratia autem deo super inenarrabili illius munere.* Munus sanè hoc loco dicit, etiam tãta bona quæ per eleemosynam fiebant & accipientibus & dantibus, vel ineffabilia bona, quæ per aduentum suum vniuerso orbi ma- B gna liberalitate donauit, quod potissimum sentiẽdum est. Nam vt & humiliet, & liberaliores faciat, memores eos reddit eorum quæ à deo assecuti erant. Etenim hoc plurimum ad omnem virtutem inhortatur. Idcirco & hoc loco sermonẽ finiuit. iam si inenarrabile donum, quanta insania eorum qui substantiam illius curiosius cognoscere attentant? non autem donum illius solùm inenarrabile, sed & pax excellit omnem mentem, per quam superiora inferioribus conciliauit. Studeamus igitur tanta gratia ⁅frui,& virtutem vita dignam declarare, multámque eleemosynæ habere rationem. Faciemus autem, si fugerimus † vindictæ auiditatem, ⁆ si ebrietatem, si crapulam. Etenim esculenta & poculenta dedit deus, non in luxum, sed in alimentum: neque enim vinum facit ebrietatem: alioquin si ita esset, omnes oportebat inebriari. Sed cur non ita conditum est, C inquit, quispiam, ne multùm noceat? Ebriorũ hæc sunt verba. Nam si quod multùm nocet, & non ab auiditate abstrahit, si sic fœdum & damnosum hoc, neque sic desinis à mala concupiscentia, si liceret etiam multùm citra offensam bibere: quando nam ab auiditate abstineres? nónne desiderares etiam fluuios factos esse vinum? nónne omnia perdidisses, & corrupisses? Iam quũ mensura sit alimenti, & damnum patimur hac neglecta, & neque sic fræno retraheris, sed rupto illo, omnia sumis, vt ministres pessimæ tyrannidi crapulæ: quid non feciſſes, si hęc naturę mensura sublata esset? Nónne omne tẽpus in hoc insumpsisses? Oportebat igitur absurdam illam concupiscentiam non tam fortem fieri, sed damnum quod ex intemperantia prohiberi. Et quæ damna non fuissent inde prognata? Sed ô stultos qui in ebrietate quasi luto voluuntur, & dolent intemperantiam D quando parum sobrij fiunt, nihil aliud faciunt sedẽtes quàm vt hæc loquantur, Quare hæc in hunc vsum insumuntur? oportebat se cõdemnare à suis delictis. Nam dum dicis, quare terminos posuit, quare nõ omnia absque ordine feruntur? Dic quare non cessamus inebriari, quare non accipimus † satietatem, ⁆ quare brutis insipientiores sumus? Hæc enim inter nos quærere oportebat, & audire apostolicam vocem, & scire quanta bona ex eleemosyna hisce futura testetur, & arripere hũc thesaurum. Etenim hoc probatos facit, quemadmodum ille dixit, quòd diuitiarum contemptus facit glorificari deum, & feruidam reddit charitatem, magnanimosq; efficit, & sacerdotes constituit, & sacerdotiũ quod magnam mercedem affert: qui enim miseretur, non indutus est pondere, neque tintinnabula in circuitu habet, neque corona redimitus est, sed indutus quidẽ est stola

Morale. †*frementes.* †*inimiã auiditatem.* †*mensuram*

misericordiæ, quæ sancta veste sanctior est. Vnctus verò oleo, quòd non non ex sensibili materia compositũ, sed à spiritu sancto cultum, & habet coronam ex miserationibus, sicut dicit: Qui coronat te in misericordia *Psal.102.a* & miserationibus: & pro petali gestamine qui habet nomen dei, ipse par fit deo. Quo modo? Eritis enim, in- *Matth.5.g* quit, similes patri vestro qui est in cœlis. Vis & altare illius videre? Non Beseleel istud extruxit, neq; alius quispiam, sed ipse deus, nõ lapidibus, sed materia cœlo clariore, animabus rationalibus. Sed dicis, sacerdos ingreditur in sancta sanctorum. Licebit & tibi sacrifi- *Ibid.6.a* canti hoc sacrificium, ad tremenda ingredi, vbi nullus adest, sed pater tuus qui videt in occulto, vbi nullus alius videt. Et quo modo dicis non videri, cum in propatulo sit altare? Nam hoc mirabile est, quòd tum quidem geminæ fores, & vela secessum faciebant: nunc autem licet publicè sacrificare, quasi in sanctis sanctorũ, & facere hoc multò venerabilius: quando enim nõ ad ostentationem hominum feceris, licèt totus orbis viderit, nemo tamen viderit, quandoquidem tu sic fecisti: non enim dixit simpliciter, non facite coram hominibus: sed adiunxit, vt videamini ab illis. Hoc altare *Ibidem.* ex ipsis Christi membris compositum est, & corpus domini altare tibi fit: reuerere isthuc ipsum, in carne sacrificas domini sacrificium. Hoc altare, etiam hoc quod nunc magis horribile est, non illo quod olim solùm: sed ne turbemini. Nam hoc quidẽ admirabile est propter sacrificium, quod super illud ponitur. Illud verò hominis misericordis, non propter hoc solùm, sed quòd ex illo sacrificio, quod hoc facit, compositum est. Nam hoc mirabile, lapis enim quidem est natura, † sanctus ⁆ *†sanctum* autem fit, quoniam corpus accipit Christi: illud autem altare sanctius, quoniam ipsum corpus est Christi, ita vt hoc illo lapideo sit horribilius, cui tu qui laicus assistis. Igitur tibi, neque Aaron aliquid videatur, si ad hæc conferatur, neque corona, neque tintinnabula, neque sancta sanctorum. Quid enim vltra cum illo altario conferri potest? Vbi scilicet & ad hoc quod confertur, tam clarum apparuit. Tu autem hoc quidem altare honoras, quod accipit corpus Christi: eum autẽ qui est ipsum corpus Christi, cõtumelia afficis, & despicis pereuntem. Hoc altare vbique poteris videre situm, & in angiportis, & in foris: & per singulas horas poteris in illo sacrificare. Nam & hic sacrificiũ celebratur, & quẽadmodum sacerdos stat spiritum inuocans, ita & tu spiritum vocas, non voce, sed factis. Nihil sic continet, & accendit ignem spiritus, vt hoc oleum largum quod effunditur. Si autẽ vis videre etiam ea quæ huc mittuntur, quid fit? Veni, & hæc tibi monstrabo. Quis igitur fumus, quæ fragrantia altaris? gloria & gratiarum actio. Et quousque procedit? nunquid vsque ad cœlum? Minimè, sed cœlum ipsum transcendit, & cœlum cœlorum, & se regio throno assistit. Dicit enim, preces tuæ & elee- *Actu.10.a* mosynæ tuæ ascenderunt coram deo. Et sensibilis quidem illa fragrantia non multum aëris penetrat, ista verò ipsas cœlorum abscides aperit: & tu quidem taces, opus verò clamat, & fit sacrificium laudis, nondum occiditur vacca, neque pellis exuritur, sed anima spiritualis, sua offerens. Omni enim misericordia hoc sacrificium clarius est. igitur quando videris pauperem fidelem, aram te videre putes: quando autem videris talem pauperem, non solùm non affeceris iniuria, sed etiam reuerere: & si alium videris contumelia afficientem, prohibe adiuuans: sic enim poteris & ipse deum misericordem habere, & promissa assequi bona. Quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

nobis omnibus contingant, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri & spiritui sancto sit gloria, & honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia xxi.

Cap. X.

Ceterùm ego ipse Paulus, obsecrans vos per mansuetudinem & æquitatem Christi, qui iuxta faciem quidem humilis sum inter vos, [absens autem confido in vobis.]

Absoluto vt oportebat, de eleemosyna sermone, postquam mõstrauit se plus illos diligere quàm diligi, narrauitque de patientia sua & tentationibus, opportunè postea sermones increpatorios attingit, perstringẽs pseudapostolos, & molestioria sermoni admiscens, seq; ipsum commẽdans: hoc enim per totam epistolam agit, vnde sibi conscius non rarò corrigit istud, dicens: Incipimus iterum nos ipsos cõmendare? & pergens, inquit, Non iterum commẽdamus nos ipsos, sed occasionem dantes vobis gloriationis. Et post hæc, Insipiens factus sum glorians, vos me coëgistis, & multis talibus vtitur correctionibus. Nec peccarit quis epistolam encomiũ Pauli agnominans, sic & dona, & patientiam suam copiosè ponit. Quoniam enim erant quidã apud illos, sublime de se sentientes, & se præferebant apostolo, quem vt arrogantem infamabant, & vt hominem nihili, inutiliaq; docentem, id quod peruersitatis illorum maximum indicium erat: vide quo pacto incipit ab increpatione illorum, Cæterùm ego ipse Paulus. Vidisti quanta grauitas? quanta dignitas? Vult enim sic dicere, Oro vos ne me cogatis, ne me sinatis vti mea potestate aduersus eos, qui nos extenuant, arbitranturq; nos carnales viros esse. Grauius hoc est, quàm quod in priore epistola interminando illis dicebat, In virga veniam ad vos, vel charitate, spiritúque mansuetudinis? nunc autem, quasi non sim venturus ad vos, inflati sunt quidam. Veniam autem & cognoscam, nõ sermonem inflatorum, sed virtutem. Nam hìc ambo ostẽdit, & potentiam & moderationẽ animi, & maliciæ patientiam: siquidem sic orat, & cum tanto studio vt ne cogatur ad ostentationem venire suę potentiæ, qua poterat & percutere illos ac punire, extremúmque exigere suppliciũ. Hoc insinuauit, dicens: Oro autem ne præsens audeam ea fiducia, qua existimer audax fuisse in quosdam, qui nos putant veluti in carne ambulare. Iam autem ad initium sermonum redeamus. Cæterùm ipse ego Paulus. Magna emphasis, magna grauitas, sicut alicubi dicit: Ecce ego Paulus dico vobis. Et iterum, sicut Paulus senior. Et alibi iterum, Quæ sanè multis affuit, & mihi ipsi. Sic & hoc loco, Cæterùm ipse ego Paulus. Magnum quidem & hoc, illum orare: aliud autem maius quod apposuit dicens, Per mansuetudinem & æquitatẽ Christi. Valde enim illos adhortari volens, præmittit humanitatem & æquitatem, precationem sic intendens: quasi diceret, ipsam Christi reuereamini æquitatẽ, per quam vos oro. Hæc autem dicebat interim ostendens, quòd licet grauem necessitatem inducant, ipse ad aliud magis propensus sit, eò quòd mansuetus sit, & non ex infirmitate aggrediatur, sicut & Christus faciebat. *Quoniam iuxta faciem humilis quidem inter vos, absens autem audax sum erga vos.* Quid nam hoc est? vel per ironiam de illis loquitur. Illi enim hoc dicebant, Quando adest, nullius est momenti, sed vilis ac contemptus: quando autem abest, inflatur & superbit, contráque nos insurgit ac minatur. Vnde hoc postea insinuans dicit, Epistolæ quidem graues, aduentus autem corporis infirmus, & sermo contemptus. Vel igitur per ironiam inquit, magnam declarans grauitatem ac dicẽs: Ego humilis, ego vilis quando assum sicut ipsi dicunt, & absens sublimis: vel quòd licèt magna loquatur, non ex arrogantia tamen, sed ex eo quòd confidit illis. *Oro autem ne præsens audeam ea fiducia, qua existimer audax fuisse in quosdam, qui putant nos quasi secũdum carnem ambulare.* Vidisti quãta indignatio, & quàm manifesta dictorum reprehensio? Oro enim vos, inquit, ne me cogatis ostẽdere, quòd & præsens fortis sim & virtutem habeam: quia enim absens valde audax contra eos sit & extollatur, ipsorum vsus est verbis. Oro igitur ne me cogant vti mea virtute. Hoc enim est quod dicit, ea fiducia, & non dixit, qua paratus sum, sed existimer: hoc enim nondum decreui, illi autem mihi hoc imputant, & neque sic volo: quanuis non hoc faciebat, vt se, sed vt euangelium vindicaret. Iam si † hìc] prædicationi assistit, austerus non est, † vbi sed cessat & moratur, & orat ne sibi fiat tãta necessitas: multò magis pro se ipso nunquã tale quid fecisset. Hoc enim mihi condonate, inquit, ita vt non cogar ostẽdere, quod & † absens] possum, vbi res postularit, audacia † præsens vti: hoc est, punire & castigare illos. Vide vt non sit ambitiosus, neque ad ostentationem quid faciat, † vbi scilicet vtilitas est, sed si] audaciam rem vocat: oro enim, † quãdoquidem etiam vbi necessitas postulet, inquit, ne audax sim fiducia qua existimer audax fuisse erga quosdam. Hoc enim potissimum est præceptoris, non statim vlcisci, sed corrigere, cessareque, ac moram nectere in pœnis. † Et quos? Illos, inquit, quibus mi- † Quosnam tãdem illos natur,] qui existimant nos quasi in carne ambulare. Illi dicit, quibus minatur enim ipsum vituperabant vt hypocritam, vt malignũ, vt arrogantem. *In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus.* Hìc iam terret sermonis stropha. Carne quidem amicti sumus, inquit, fateor: non viuimus autem in carne. Imò neque hoc dicendum, sed iam istud in recondito habet, vitæ enim laus est. Porrò de prędicatione differit, ostendẽs, quòd non sit humanum, neque huius vitæ præsidio egeat, eo quòd non dixit, non iuxta carnẽ viuimus: sed, non iuxta carnem militamus, hoc est, bellum & pugnam suscepimus: sed neque carnalibus pręliamur armis, neque per humanum subsidium.

Nam arma nostra non sunt carnalia. Et qualia arma carnalia? Diuitiæ, gloria, potentia, facundia, authoritas, famulicia, adulationes, simulationes, & alia id genus, sed nostra non talia sunt. Sed qualia? *Potentia deo.* Et non dixit, Nos non carnales, sed, arma nostra. Nam vt nunc dixi: de prædicatione differit, & potẽtiam omnẽ deo tribuit. Et non dicit spiritualia, quanuis hoc ad distinctionem carnalium poterat: sed, potẽtia: per hoc & illud insinuans ac monstrans, quòd arma illorũ imbecillia & impotẽtia. Et considera illius humilitatẽ. Non enim dixit, nos potentes, sed, arma nostra potẽtia deo: non nos illa talia effecimus, sed deus ipse. Quoniã enim flagellabantur, expellebantur, & innumera patiebantur dura, quę infirmitatem testabantur, ostendẽs dei robur inquit, sed deo potentia sunt. Hoc enim maximè ostendit illius virtutem, quòd per hæc vincat. Et ita licèt nos his vestiamur & vtamur, sed ipse est qui per illa militat & operatur. Deinde in longum laudes illorum recensẽt dicẽs, *Ad destructionem munitionum.* Et ne auditis munitionibus sensibile quid putes, dicit: *Cogitationes destruentia.* Verborũ variatione euidentiam ac emphasim ostendens, & per additionem, spirituale prælium declarans. Hę enim munitiones animos obsident nõ corpora, adeoq; aliis fortiores sunt, vnde & maioribus armis egent. Munitiones autẽ dicit factum Græcorum, sophismatumq;

Galat.5.a
2.Tim.4.b
Roma.16.a
Suprà.3.a
Ibid.5.b
Infra.12.c
1.Cor.4.d
Hìc insrà.c

phismatúmque & syllogismorum robur: Omnia enim redarguerunt arma illa, quę contra ipsa steterunt: cogitationes enim destruentia fide. *Et omnem celsitudinem, quæ se extollit contra scientiam dei.* Mansit in hac similitudine, vt maior fiat emphasis. Munitiones enim licèt sint excelsis turribus instructæ, & quicquid aliud, cedunt & succumbunt armis istis. *Et captiuam ducentia omnem cogitationem, in obedientiam Christi.* Licèt abludere videatur captiuitatis appellatio, est enim propriè captiuitas libertatis ablatio. Quare igitur hoc nomine vtitur in alio significato? Nam captiuitatis nomen duo signat, nempe excidere à libertate & validè capi, ita vt resurgere nequeas. Iuxta hanc secũdam acceptionem igitur vsus est. Sicut quando dicit, Alias ecclesias deprædatus sum: non dicit se clàm accepisse, sed, spoliasse & omnia accepisse: ita & hoc loco dicens, ducentia in captiuitatem. Non enim ex æquo pugna est, sed magno cum robore vni & duobus. Non dixit, vincimus, & superamus solùm, sed & in seruitutem ducimus. Itaque sicut suprà nõ dixit, adducimus machinas munitionibus, sed destruimus illas. Nam magna est armorũ potentia. Non enim verbis pugnamus, sed operibus contra verba, non in sapientia carnali, sed in spiritu mansuetudinis & potentiæ. † Quo modo igitur honorabilis futurus erat? Magnificus scilicet in sermonibus & minax in epistolis.] Quemadmodum illi accusabant dicẽtes, Epistolæ graues, vbi scilicet non in his erat nostra virtus. Dicens autem, captiuam ducentia omnem cogitationem in obedientiam Christi: (quoniam enim captiuitatis nomen graue) statim tropum illum dimittit dicẽs, in obedientiam Christi, à seruitute in libertatẽ, à morte, in vitam, ab interitu in salutem. Non enim vt simpliciter iaculemur, venimus, sed vt transferamus ad veritatem aduersarios. *Et in promptu habentes vindictam aduersus omnem inobedientiam, cùm impleta fuerit obedientia vestra.* Hic & hos terruit, non illos solùm. Vos enim, inquit, expectamus, vt quando laudemus & minis correxerimus vos, & repurgauerimus, & ab illorum societate abduxerimus, tunc solis illis relictis qui incurabiliter ægrotant, inferamus pœnam, quando synceriter viderimus vos deficere. Nam obeditis quidem & † tunc,] sed non perfectè. Et si quis diceret, Si iam fecisses, maius foret opus ac lucrum? Minimè. Si enim nunc fecissem, & vos supplicio immiscuissem, oportebat autem illos punire, & vobis parci. At si pepercissem, in gratiam putassent hoc factum: nunc autem non hoc volo, sed primùm corrigam vos, & tunc veniam ad illos. Quid hisce viscerib⁹ mansuetius? Nam vt vidit suos alienigenis cõmixtos, vult quidam plagam intentare: parcit autem & cohibet indignationem, donec illi recedant, vt hos solos percutiat, imò vt neque hos. Nam propter † hos etiam] dicit solos velle illos assumere, vt & illi correpti metu redeant, & in nullum iram emittat. Etenim sicut medicus optimus, & pater communis & curator & tutor, omnia agit, omnia curat, impedimenta remouet, offendentes reprimit, vbique circuncursat: Neque enim sicut is qui in prælio rem perficit, sed sicut is qui ad paratam ac promptam venit victoriam, trophæa statuit, suffodiẽs, destruens, deiiciens, diaboli munitiones, & ministrorum machinationes, & vniuersum tandem orbem ad Christi exercitum ducit, & neque parum respirat ab his ad illos, ab illis ad alios transiliens, quasi militum dux quidam optimus, quotidie afferens trophæa, imò singulis horis, sola tunica indutus, irrumpens in aciem, aduersariorumque ciuitates, & tela & lanceas, & iacula,

Infra.11.b

† Qui igitur inquit futurum erat, vt superbirem, magnificęq; in sermonibus de me sentirẽ, atq; in epistolis minax esſem?

† nunc]

† hoc minatur istis, &

& omnia in suum ius cogens. Talis erat lingua Pauli: etenim loquebatur solùm, & velocissimè in bellis cadebant sectæ: dæmones quidem abigebat, homines verò qui ab illis detinebantur, ad se abducebat. Vnde quum aliquando dæmonem malum expelleret, multæ magorum turbæ conuenientes, libros magicos exurebant, & ad veritatem transibant. Et quemadmodum in bello collapsa turre, vel tyranno sublato, omnes qui cum illo, proiectis armis, ad ducem exercitus currunt: sic certè & tunc factum est. Ejecto enim dæmone, obsessi omnes, abiectis libris imò perditis, ad Pauli pedes currebant. Toti etiam orbi tanquam vni aciei se opponens, nusquam stabat, sed quasi † cæteris inferior,] omnia faciebat: & nunc quidem claudum rectè faciebat ambulare, & mortuum excitabat: nunc autem alium excæcabat, de mago loquor: & neque quum in carcere claderetur tacebat, sed & illic custodem carceris ad se trahebat, honestam illam seruitutem imponens. Hunc sanè & nos imitemur pro viribus. Et quid dico, pro virili? Licet enim volentibus, ad illum propiare, & excellentes fieri, & illius imitari fortitudinem. Adhuc enim hoc facit, cogitationes destruens ac omnem celsitudinem contra scientiam dei se extollentem. Quanuis autem multi hæretici conati sunt illum dilacerare, attamen vel lacer multam præ se fert potentiam. Nam vsi quidem illo sunt Marcion & Manichæus, sed dilacerantes: attamen & sic redarguuntur, vel ex particulis. Etenim & sola manus optimatis huius apud illos quũ sit, fortiter illos fugat. Et † quo modo solus] apud alios persequitur & deiicit? vt scias potentiam magnam, & quòd carne mutilatus omnes ad se trahere valeat aduersarios. Et profectò sunt qui dicent, hoc esse peruersitatis, quòd omnes qui inter se pugnant, illo vsi sunt. At hæc peruersitas nõ Pauli est, absit, sed eorum qui abutuntur. Non enim varius quispiam fuit, sed simplex ac manifestus: illi autem ad suos sensus verba torserunt. Et quare sic scripsit, aiunt, vt det † damnum? Verùm volentibus] non ipse dedit, sed illorum insania, eo quòd non, vt decebat, se vsi sunt: quoniam & mundus hic totus quanuis & admirabilis, & diuinæ sapientiæ sit argumentum, & cœli enarrant gloriam dei, & dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam: attamen in ipso multi collapsi sunt, cõtrarij inter se. Et alij quidem sic supra dignitatem admirati sunt cœlum, vt ipsum putarint essent deum: alij verò sic illius pulchritudinem ignorarunt, vt indignã esse dei diceret opificio, sed potius cuidam malæ materiæ tribuerint, quanuis ab vtroque errore munierit deus, & bonum faciendo & magnum, ne alienum à diuina sapiẽtia censeatur, & nihilominus indigum sibique ipsi non sufficientem, ne quis deum esse suspicetur: veruntamen illi excæcati à suis cogitationibus, in diuersas inciderunt sententias, se inuicem redarguentes, & mutuùm accusantes, & pro sapiẽtia diuina se excusantes, etiam pro suis cogitationibus à quibus seducti sunt. Et quid dico Solẽ ac cœlum? Ante oculos Iudæi miracula fieri viderunt maxima, & vitulum mox adorarunt. Iterum videbant Christum abigentem dæmones, & dæmoniacum illum vocabãt. Atqui crimen hoc non erat expellentis dæmonium, sed obcæcatarum mentium accusatio. Noli igitur Paulum condemnare propter sententiam eorũ qui illo abutuntur. Quin potius thesaurũ illius melius cognosce, & diuitias resera, & cõtra omnes stabis fortiter, illius munitus armis: & sic Græcos ac Iudęos obturare poteris. † Et quo pacto non credunt illi, dicit?] propter ea quæ ille fecit, *pacte, inquit,* & propter

† alij prædi tus esset, Act.14.b & 20.b & 13.b Ibid.16.f

Morale.

† pes solus.

† occasiones volentibus?

Psal.18.a

Exod.32.a

Ioan.8.f & 7.c & 10.d

† Et quonã

Universidad de Deusto
Biblioteca

eos qui illi non credūt?

& propter correctionem mūdi? Non enim erat humanæ potentiæ tanta posse, sed crucifixi virtus quæ in illo spirabat: talem illum fecit, & rhetoribus ac philosophis tyrannisq; & regibus potentiorem declarauit. Hic non solùm sufficit ad armandum & prosternendum aduersarios, sed etiam alios facere tales. Vt igitur & nobis & aliis fiamus vtiles, continuè in illo versemur, & delicias nostro quasi in horto ac prato quęramus in eo: sic enim poterimus & à malicia liberari, & virtutem amplexari, promissisq; potiri bonis. Quæ nobis omnia cōtingant gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri & sancto spiritui simul &c.

Homilia XXII.

Quæ in conspectu sunt videtis, si quis de se confidit quòd sit Christi: illud rursum cogitet apud seipsum, quòd sicut ipse Christi est, ita & nos. Hoc est quòd cum aliis quis in Paulo maximè admiretur, quòd cogente necessitate summa seipsum extollēdi, vtraque facit, & isthuc ipsum: & ne videatur multis molestus esse de seipso loquens, quod etiam in epistola ad Galatas videris. Nam quum & illic in hoc argumentum incideret, etiam vtriusque curam habebat, id quod difficillimum erat, multæq; sapientiæ opus. Nam & moderatè se gerit, déque seipso magnum quid dici. Considera autem, quo modo & hic rem istam magnam facit. *Ea quæ in conspectu sunt videtis.* Vide etiam hoc loco sapientiam. Nam increpatis his qui decipiebant illos, nō contentus illorum increpatione, sermonem finiuit, sed ab illis etiam ad hos transilit. Continuò autem hoc sic facit. Non enim iam solos decipientes, sed & deceptos perstringit: etenim si illos sine correctione reliquisset, non tam facilè ex dictis correcti essent, sed valde elati facti fuissent. Et non solùm hoc illis est admirabile, sed vicissim vtroq; increpat. Audi igitur, quid illis dicat, Ea quæ in conspectu sunt videtis. Non paruum crimē, sed quod ferè semper hominibus imponit. Quod autē dicit, hunc sensum habet: Ab his quæ videntur, † probatum est satis,] à carnalibus, à corporalibus. Quid est, ab his quæ videntur? Si quis dives est, si quis inflatus est, si quis multis adulatoribus septus est, si quis magna de se sentit, si quis vana gloria fruitur, si quis simulat non habēs virtutē: hoc enim est, Ea quæ in cōspectu videtis. Si quis cōfidit de seipso quòd Christi est: illud rursum cogitet ex seipso, quòd sicut ipse Christi, ita & nos. Nō enim, vult ab initio vehemens esse, sed & paulatim crescit & exurgit. Expende sanè hoc loco miram asperitatem, & magnam obscuritatē. Nam, ex seipso, prægnantioris sententiæ est: dicit enim, Ne expectet vt à nobis discat, hoc est, per increpationem, quæ aduersus ipsum: sed ex seipso hoc cogitet, quòd sicut ipse Christi, ita & nos. Non quoniam sic erat Christi, vt ille: sed ꝙ quemadmodum ille Christi, ita & ego Christi, secundum quod societas est. Non enim ille quidem Christi, ego autem alterius cuiusdam. Et posito quòd hoc sit æquale, addit excellentius quiddam: *Si enim amplius gloriarer de potestate quam dedit mihi dominus ad ædificationem, & non ad destructionem, non confunderer.* Et magnum quid dicturus, vide quo modo isthuc præmitigat. Nihil enim ita offendit auditores plerosque, vt ꝙ sese quis commendat. Ea propter † augēs grauitatem] hanc, dicit, si enim amplius quid glorier: & non dicit, quòd [si quis] confidat esse Christi, cogitet, quod multum à nobis absit. Ego enim habeo ab illo magnam illam quos volo puniendi & resecandi potestatem. Sed quid? nam licèt amplius quid etiam & ineffabile habuisset, attamen sermonem deprimit: & non dicit, quod glorior: sed, si glorier, [si voluero. simul & moderatè agens, & excellētiam ostendens. Si igitur glorier,] inquit, de potestate quam dedit mihi dominus. Iterum totum illi adscribit, & commune facit donum: *Ad ædificationem, & nō ad destructionem.* Vidisti quo modo iterum mitigat inuidiam quę ex laudibus, & auditorem allicit, vsum propter quem potestatem accepit exponens. Et quo modo dicit, destruentes cogitationes? quia isthuc maximum ædificationis genus est, auferre ea quæ impediunt, & quæ putria amouere, & vera ad ædificationem componere. Sanè ad hoc accepimus, vt ædificemus. Si autem quis certet, ac resistat, & incurabilis sit, etiam altera vtemur efficacia, destruentes illum & deficientes. Ideirco etiam dicit, non confundar, hoc est, non monstrer mendax, neque arrogans. *Vt autem ne videar quasi terrēs vos, quòd epistolæ quidem, inquit, graues sunt ac robustæ, at præsentia corporis infirma, & sermo contemptus. Hoc cogitet qui talis est, quòd quales sumus per epistolas absentes, tales sumus & opere præsentes.* Quod dicit, hūc sensum habet: Possem gloriari, sed ne hæc eadem dicant, quòd gloriæ studiosus scribam, & contemptibilis sim præsens, nihil magnum † dicens:] sanè & postea loquutus est, sed non de potestate hac, propter quam erat terribilis, sed de reuelationibus, & quod amplius, de afflictionibus. Vt igitur ne videar terrere vos, hoc cogitet qui talis est, quòd quales sumus per epistolam absentes, tales & præsentes facto. Nam quoniam dicebant, quòd magna de se scribat, præsens verò nullius reputationis sit, propter hoc hæc dicit, & ipsa iterum humiliter. Nō enim dixit, quòd magnifica scribimus, magnifica etiam operamur coram, sed submissius. Quando enim cum illis loquitur, cum vehemētia istud posuit dicens, Rogo autem ne præsens ea fiducia audeam, qua existimer audax fuisse in quosdam. Quando autē cum his, se submittit. Vnde etiam dicit, Quales sumus præsentes & absentes, hoc est, humiles, submissi, minimè elati. Et manifestum est ex sequentibus: *Non enim audemus inserere aut conferre nos ipsos cum quibusdam, qui seipsos commendant.* Hic & arrogantes ostendit esse illos, & magnifica de se loquentes, & incessit illos quasi seipsos cōmendātes. At nos nihil tale, sed si quid etiam magnum operemur, totū deo adscribimus, & nos ipsos inter nos ipsos conferimus, idcirco & subdidit: ** Sed isti non intelligunt, quòd ipsi inter sese seipsos metiuntur, & comparant semet sibiipsis.* Quod autem dicit, hunc sensum habet: nō cum illis nos ipsos conferimus, sed inter nos ipsos. Hinc est, quòd dicit postea, Nulla re inferior fui summis apostolis. Et in priori epistola, plus omnibus laboraui. Et iterum, Signa quidem apostoli facta sunt inter nos in omni patientia, & ita nos conferimus inter nos ipsos, & non cum illis nihil valentibus. Talis enim arrogantia, dementia est. Vel igitur de seipso hoc, vel de illis, non audemus conferre nos ipsos illis qui inter se certant & magnifica loquuntur, nihilque intelligunt: hoc est, non sentientibus quam sint ridiculi sic arrogantes, & inter sese seipsos efferentes. *Nos autem non in immensum gloriabimur sicut illi.* Etenim verisimile erat illos arrogantes dicere, quòd orbem terrarum conuertimus, ad fines terræ peruenimus, & multa talia magnificè cōcionari: sed, nos non sic, dicit: *Sed secundum mensuram quam partitus est nobis deus, mensura pertingendi etiam vsque ad vos.* Et ita vtrinque modestia illius manifesta, & quòd nihil amplius fecerit dixit, & quòd hoc deo tribuat. Secundum enim mensuram, inquit, regulę quam partitus est nobis

† *existimationem sumitis.*

† *succidens molestiam.*

Hic supra

* *Varia est huius loci lectio & interpretatio. vide Eras. in annot. Infra. a. b. 1. Cor. 15. b Infra. a. d*

est nobis deus, mensura pertingendi etiã vsque ad vos: quemadmodum agricolis vineam distribuens, ita nobis segregauit. Eatenus igitur gloriamur, quatenus pertingere datum est. *Non enim non quasi pertigerimus ad vos extulimus nos, nã & vsq; ad vos peruenimus in euangelio Christi.* Non simpliciter affluimus, sed annunciauimus, prædicauimus, persuasimus, emendauimus. Verisimile enim & illos † simpliciter affluisse, ac apostolorum discipulis ipsis totum imputasse ex modica] peregrinatione, at non sic nos. Neque poterit quis dicere, quòd non potuerimus vsq; ad vos peruenire, & sermone solo extendamus gloriationem vsque ad vos: *Etenim & vobis sermonem prædicauimus. Non in immensum gloriantes in alienis laboribus, spem autem habentes fidei quæ suborescit in vobis, quòd magnificemur iuxta regulam nostram in exuberantiam, vt iis quoque regionibus quæ vltra vos sunt euangelizem, non per alienam regulam, vt de his quæ parata sunt, gloriemur.* Multam hinc illorum vituperationẽ ostendit, quòd & in immensum glorientur, & quòd in alieno, & quòd omnis labor apostolorum fuerit: illi vero honestabãtur aliorum laboribus. Nos autem, inquit, factis hæc declarauimus. Non igitur illos imitabimur, sed hic nobis opera testimonium perhibent. Hæc dicimus. Et quid dico, inquit, ego? Spem enim habeo fidei vestræ quæ suboresci t. Nõ enim affirmat simpliciter suo more, sed spero, inquit, vobis accedentibus, quòd & vlterius regula vestra extendetur, vt euãgelizem vltra vestras regiones: profecimus enim & vltrà, ita vt prædicemus & laboremus, & non solis sermonibus, vbi alij laborarunt, gloriemur. Bene autem regulam vocat & mẽsuram, quasi ad possessionem orbis terrarũ & ad optimam hæreditatem accesserit: & ostendens totum hoc opus esse dei. Proinde habetes talia opera & maiora expectantes, nõ glorioſi sumus, vt illi quibus nihil est, neque nobis ipsis quid imputamus, sed deo totum. Idcirco & addit, *Qui gloriatur, in domino glorietur. Et hoc*, inquit, *ex deo nobis aduenit. Nõ enim qui seipsum commendat, probatus est, sed quem dominus commendat.* Non dixit, nos sumus: sed, quem dominus commendat. Vidisti quo modo humiliter loquitur? Si autem procedens sublimiora ponit, ne mireris: id enim Paulinæ sapientiæ est. Si enim vbiq; humilia dicturus fuisset, non illos sic perstrinxisset, neq; discipulos ab errore liberasset. Fieri enim potest, quòd & humilia loquens intempestiue, damnum faciat, & dicẽs de se ipso mirabile quiddam tempestiue, prosit, quemadmodum scilicet & ille fecit. Non enim paruum periculum erat discipulis, malum quiddã de Paulo persuaderi, non quòd Paulus gloriam ab hominib⁹ quæreret: nam si hanc quæsiuisset, non magna illa & mirabilia, quæ ante tempus quatuordecim annorũ viderat, silui-sset, & vrgente necessitate nõ sic cessasset, & tardus fuisset ad loquendum: manifestum autem, quòd neque tũc dixisset, nisi multum coactus fuisset. Igitur non humanam gloriam sectans hæc dicebat, sed discipulorum curam habebat. Quoniam enim vituperabãt ipsum vt arrogantem, & sermonibus superbum, factisque nihil declarare valentem, cogitur vltrò ad ipsas venire reuelationes. Quamuis valeret tunc cum hęc diceret illis, operibus persuadere: attamen vti maluit minis suæ potentiæ. Nam à vana gloria alienus erat ac purus, id quod omnis etiam superior, ac sequẽs eius vita ostendit. Hãc enim ob causam repente conuersus est, & conuersus cõfudit Iudæos, & omnem illum honorem quem ab illis expectare poterat, abiecit, quamuis inter illos esset caput & præcipuus: sed inuenta veritate ne cogitabat quidem de ea re, quin pro contumeliis & iniurijs bona repẽde-

1.Cor.4.c

bat, & ad multorum salutem respiciebat, in quo totum collocabat. Qui enim neque gehennam, neque regnum putauit aliquid esse, neque innumeros mundos, si cum desiderio Christi conferantur: quo modo gloriã à multis venat⁹ esset: Minime, sed & valde humilis erat: quãdo licebat, etiam superiorem vitam suam infamabat, se scilicet blasphemum, & persecutorem, & contumeliarũ authorem vocans: discipulus quoque illius Lucas multa de illo dicit, certum quòd ab illo edoctus vitam suã priorem, non minus quàm sequentem diuulgante. *Philip.3.b* *1.Tim.1.c*

Hæc autem dico, non vt audiamus solum, sed vt & discamus. Nam si ille delictorum quæ ante lauacrũ meminit, quamuis omnia euanuissent: quam igitur veniam habituri sumus, si nos post lauacrum non fuerimus memores? Quid dicis homo? offendisti deum & obluisce ris: en noua offensa, secundæq; inimiciciæ. Itaque quorum peccatorum solutionem petis, eorúmne quæ ipse nescis? Vtique. non enim solicitus es, nec curas, vt rationem reddas: qui autem non est memor, is magis illudit: erit autem tempus, quando nihil proficiet nostra correptio. Etenim necesse est, vt moriamur: (nã quia adeo insensati sumus plerique, & de manifestarijs rebus sermonem facere oportet) & resurgamus omnino, & iudicemur ac puniamur, imò [hoc] non omnino, si voluerimus: † mortis enim nostræ, resurrectionis, atque iudicij, nos non sumus domini, sed dominus noster. Ad dandam autem pœnam, an non nos sumus domini? hoc enim est ex possibilib⁹, & si voluerimus, impossibile istud faciemus. Quemadmodum igitur Paulus, ita & Petrus & sancti omnes. † Etenim & ille quod impossibile erat, vi trahens possibile fecit.] Quòd si & nos voluerimus, etiam nos similiter impossibile † quiddam à nobis fieri experiemur.] Nam licet innumera deliquerimus, possibile tamen est, vt reparemur, quãdo adhuc hic sumus. Reparemus igitur nos ipsos. † Et quæ diligit] recogitet, quòd parno post tempore hinc emigraturus sit, quãdo satis per ætatem suam deliciis vacarit. Quamuis quales habẽdæ sunt deliciæ, in malicia versari? Verum iam ad illius gloriã hoc loquor. Recogitet cum illis, quòd possit in breui hoc tempore hoc totum abluere. Itẽ adolescens expendat etiam ipse, quàm incerta mors, & quòd sępe adolescentes ante senes mortui sint. Nã vt ne mortem nostram difficiliorem faciamus, incerta relicta est: vnde & sapiens quis admonet dicens: Ne moreris conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem, nescis quid paritura sit superuentura dies: periculum enim & metus est in differendo, salus vero certa ac secura, si nulla sit dilatio. Virtutem igitur cole. Sic enim licet iuuenis moriare, [secure discesseris. quod si ad senectutem peruueneris,] cum multa abundantia salutem habiturus es, duplicémq; festiuitatem, nempe abstinens à vitæ malicia, & virtutem colens. Ne dicas, erit aliquando tempus, quando conuerti licebit. Verba enim hæc deũ valde exasperant. Cur nã, cum ipse tibi infinita secula promisit, tu in præsenti vita laborare non vis, quæ parua & momentanea est: sed sic marcidus ac dissolutus agis, quasi hac breuiorem aliam quandam inquiras? Nonne illæ quotidianæ comessationes, nónne illæ mensæ, nõne scorta illa, nónne theatra illa, nónne diuitiæ illæ id testantur? Quandiu quasi sint, illa amas? quandiu habes inexplebilem maliciæ concupiscentiam? Cogita bene, quòd quoties scortatus es, toties condemnasti teipsum. Peccatum enim ita se habet, vt mox atq; patratum fuerit, sententiam ferat iudex. Inebriatus es? ventri indulsisti? rapuisti? Siste iam gradum, verte te in diuersum, cõfitere

† tũ simpliciter affuisse apostolorũ discipulis, sibi ipsis totum imputasse ex longa

† Etenim vt illi puniantur, est impossibile.

† erit quicquam pati.

† Et senex quidem

Eccli.5.b

Morale.

fitere deo gratiam,quòd non in mediis peccatis te abſtulit:ne quærẽ aliud priuilegium,vt male opereris.Multi cum iam aliis damnum fraudulenter facerent,ſubitò perierunt, & ad manifeſtum iudicium abierunt. Time ne & tu hoc patiare inexcuſabilis. Sed multis, inquit, dedit deus priuilegium,vt in vltima ſenecta confiterẽtur. Quid igitur?nunquid & tibi dabit? Fortaſſe dabit, inquit.Cur dicis,fortaſſe?Contingit aliquoties? Cogita quòd de anima deliberas, proinde etiam de contrario cogita,& dic:Quid autem,ſi nõ det? Quid autem ſi det, inquit? Det quidem ipſe. Verũtamen hoc illo certius & vtilius. Nam ſi iam cœperis,totum lucrifeceris,ſiue priuilegium aſſequare,ſiue non aſſequare. Si autem ſemper ceſſas,ob hoc ſæpe non accipies. Tu autem in bellum egreſſus,non dicis,Non eſt opus †vt me præparem,] fortaſſis redibo. neque de nuptiis deliberãs dices, Accipiã vxorem pauperem:multi enim & ſic præter ſpem ditati ſunt.neque domum extruens, ſubiiciam fundamẽta putria:multæ enim & ſic cõſtitêre domus.de anima autem agens apprehendis magis putria dicens, fortaſsis & ſæpius euenit,& contingit aliquando,teq; incertis tradis. Incertum quidem eſt,inquit,ſed fido dei miſericordiæ: miſericors enim eſt deus. Scio & ego,ſed miſericors ille deus,& illos de quib° dixi hinc abſtulit.Quid autem, ſi etiam multum temporis acceperis, & ſimiliter idem manſeris? Qui enim talis, etiam in ſenecta ſegnis erit. Non,inquit. Nam quæ eſt illa ratiocinatio, etiam poſt octoginta annos nonaginta inquirere, & poſt nonaginta centum?& poſt centum,negligentior eris,ſicq; vita omnis fruſtra conſumetur, & euenient etiam tibi ea quæ de ludæis dicta ſunt, quòd defecerint in vanitate dies eorum:& vtinam in vanitate ſolum,& non in malicia.Nam quando hinc migrabimus graue põdus peccatorum geſtantes,accedit id mali quòd fomitem afferemus igni,menſamq; largam vermi.Ideo oro & obſecro,vt ſiſtamus aliquãdo ſtrenue greſſum, & recedam° à malis,vt & pmiſſa bona aſſequamur. Quæ nobis omnia concedantur gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem & cũ quo patri ac ſancto ſpiritui ſit gloria nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum,Amen.

†*vt de reb° meis diſponam,*

Homilia xxiij.

Cap.XI. *Vtinam ſuſtinuiſſetis me pauliſper in inſipientia, imò & ſuſtinetis me. Zelotypus enim ſum erga vos zelo dei.*

Laudes ſuas ingreſſurus,multa præcaſtigatione vſus eſt, non cõtentus hoc ſemel & iterum feciſſe.†Et quoniam magna illi erat neceſsitas pro ſe dicere,ac defendere etiam ea quæ ſæpe dixerat: Nam memor erat peccatorum, quorum deus nõ erat memor, & idcirco dicens,]Indignus ſum,vt Apoſtolus vocer:etiã inſenſatis manifeſtum, quòd quæ nunc dicturus eſt, ea non propter vanam gloriã dicat. Oportebat enim mirabile quiddã dicere,& de ſeipſo magna loqui:id quod gloriam maxime offendit,& accidit hoc multis.At nec hoc omittit, ſed ad ſolam reſpexit auditorum ſalutem: ita autem,vt per hoc inſipientiores non læderentur, dũ magna de ſe loquitur. Multum enim vſus eſt illis præcaſtigationibus,dicitq;: *Vtinam ſuſtinuiſſetis me pauliſper [inceptientem,]imò & ſuſtinetis.* Vidiſti ſapientiam?dicendo enim,vtinam,illos facit dominos:& quod affirmat, fiduciam illius erga ipſos declarat,oſtenditq; quòd amet ac ametur,imò nõ à parua dilectione ſimpliciter,ſed à feruido quodam amore & inſaniente dicit debere ipſos ſuſtinere etiam ineptientem. Vnde & ſubdit, *Zelotypus enim ſum erga vos dei zelo.* Non dixit,diligo enim vos, ſed quod his multo vehementius erat ponit: zelotypæ enim ſunt animæ,quæ immodico dilectorum amore flagrant,& non aliunde naſcitur zelotypia,quàm ex vehementi dilectione.Ad hæc ne putent,quòd vel dominationis,vel honoris,vel diuitiarum,vel aliquorum iſtorũ gratia amicitiã illorum cupiat,adiecit dicens, zelo dei. Etenim deus dicitur zelare, non vt affectionem quandam in ipſo ſuſpicetur quiſpiam.Deus enim paſsionib° non eſt obnoxius, ſed vt diſcant omnes, quòd propter nihil aliud quàm propter eos quos tam efflictim amat, omnia faciat: non vt ipſe aliquid lucrifaciat, ſed vt illi ſeruentur. Etenim in hominibus non eſt zelus talis,ſed ob propriam quietem:non vt decedat amicorum contumeliis, ſed ne ipſi qui diligũt contriſtentur, & minus clari ſint, minúſque inueniant apud eos qui diliguntur. Hic non ſic.Non enim hoc mihi curæ eſt,inquit,ne minus apud vos habeam, ſed ne vos peſſundare videam. Talis enim eſt dei zelus, talis & meus eſt, magnus ſcilicet & purus. Deinde additur & neceſſaria cauſa: *Deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam.* Itaq; non mihi ipſi, ſed illi cui vos deſpondi zelotypus ſum. Præſens enim tempus deſponſationis eſt. Thalamorum vero aliud, nempe quando dicent,Surrexit ſpõſus. O nouas res.In mundo virgines manent ante nuptias, poſt nuptias nõ item.Hic autem non ſic.Nam licet nõ ſint virgines ante nuptias illas, poſt nuptias tamen virgines fiunt. Sic omnis eccleſia virgo eſt.Hæc enim omnibus loquẽs dicit & coniugatis,& non coniugatis. Cæterũ videamus, quid ferens,nos deſponſarit, quales dotes, non aurum, non argentum,ſed regnum cœlorum. Idcirco & dicebat, Pro Chriſto legatiõe fungimur,& exhortatur quãdo ſponſam ſumpturi ſint. Huius typus erant ea quæ de Abraham leguntur:etenim ille quoque ſeruum fidelem miſit deſponſaturum filiam Gentilem. Et hoc loco miſit deus miniſtros ſuos deſponſaturos filio eccleſiam, & olim prophetas hæc dicentes:Audi filia & vide,& obliuiſcere populi tui,& domus patris tui, & cõcupiſcet rex decorem tuum. Vidiſti etiam prophetam, qui deſpõſabat?Audiſti Apoſtolum quoque magna fiducia hoc verbum loquentem ac dicentem, Deſponſaui vos vni viro,virginem caſtam vt exhiberetis Chriſto? Vidiſti iterum ſapiẽtiam?nam poſtquam dixit, Vtinam ſuſtinuiſſetis me,nõ dixit,Doctor enim veſter ſum, & nõ propter meipſum dico,ſed dignitatem quam illis potiſsimũ afferebat,ponit,ſtatuẽs ſe in loco pronubi,illos vero in ordine ſponſæ,ſubdénſq; dicit: *Metuo autem,ne quo pacto ſerpens Heuam decepit per verſutiam ſuam, ita corrumpantur ſenſus veſtri à ſimplicitate,quæ eſt in Chriſtum.* Nam quanuis veſter ſit interitus,triſticia tamen communis eſt. Conſidera ſapientiam quoque.Non enim iſthuc apparet,quanuis fuerint corrupti.Et hoc manifeſtans dicebat,Quando impleatur veſtra obediẽtia,lugeámq; multos ex his qui antea peccauerunt:attamen non permittit illos abſque pudore: idcirco & inquit,ne forte. Nam neque condemnat,neq; ſilet:neutrum enim ſecurum,ſiue manifeſte dicas,ſiue perpetuo celes: propterea medium ponit dicẽs, ne forte. Sic enim dicere, non eſt omnino condemnare,neque omnino abſoluere, ſed intra medium horum duorum conſiſtere:vnde ſic quidem mitigabat: mẽtione vero hiſtoriæ,metum indicibilẽ illis immiſit,& omni illos venia deſtitit: nã cum & malignus ſerpens ſis; †*& illa inſipiens, attaſ*

Matt.25.a

Supra.5.d

Gene.24.a

Pſal.44.c

Gene.3.c

Infrà.12.f

†*Atqui ad ipſius defenſionem ſatis erat, argumẽti neceſſitas, & ea quæ ab ipſo fuerant dicta.Nã qui peccatorum mentionẽ faciebat,quorum nullã fecerat de°: & idcirco dicebat,*

aliunde

aliunde coniectare licet, nempe ex his quæ post hæc dicit: *Nam si is qui venit, alium Iesum prædicat, quem non prædicauimus, vel spiritum alium accipitis [quem non accepistis] vel aliud euangelium quod non accepistis, recte sustinuissetis.* Et non dixit, Ne forte sicut Adam deceptus est: sed ostendit mulieres esse eos qui hæc patiuntur: mulierum enim est decipi. Nec dixit, sic & vos decipiamini: sed permanes in metaphora, inquit, Corrumpantur sensus vestri à simplici-
†simplicitatem, tate ea quæ est in Christum: † ob securitatem, ȷ non ob
†simplicitatem, attamē neq; hinc venia digni sunt qui decipiuntur: maliciam dico, neque ob malignum, neq; quia vos nō creditis, sed ob †securitatem, propter quam qui decipiūtur, venia digni non sunt: ȷ id quod declarauit Heua. Quòd si hoc venia indignū, multo magis si quis propter vanam gloriam hæc patiatur. Nam siquidem is qui venit alium Iesum prædicat, quem nos non prædicauimus, ostendens hinc non Corinthios esse, sed aliunde eos qui decipiūt prius corruptos, ideo dicit: Qui venit. B Si spiritum alium accipitis, si Euangelium aliud quod non accepistis, recte sustinuissetis. Quid dicis? Qui dixisti Galatis, Si quis euāgelizauerit vobis præter id quod
Galat.1.b accepistis, anathema sit: nunc dicis, Recte sustinuissetis? Quin & propter hoc non oportebat sustinere, sed resilire. Nam si eadem diceret, oportebat sustinere: quo modo igitur dicis, si eadem dicunt, non sustinendos? Num si alia dicerent sustinendi essent? Non. Attendamus ergo, magnum enim periculum & profundum præcipi-
† quod hic dicitur, tium, si obiter hoc præterierimus: †quòd si dicatur, Jomnibus hæresibus aditum patefaciet. †Quid igitur est? No
† Quis igit̄ est sensus istorum verborum? Sic men verborum illorum ȷ sic iactabant illi, quasi imperfecte Apostoli docuerint, & illi aliquid amplius afferentes dixerint. Verisimile enim est illos multum nugātes, intolerabilem stulticiam suis dogmatis admiscuisse. Ea propter & serpētis ac Heuæ meminit expectatione ma- C ximarum rerum deceptæ. *Hoc enim in priore epistola*
1.Cor.4.b *insinuans dicebat, Iam diuites facti estis, absque nobis*
Ibidem.c *regnastis. Iterum, Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo.* Quoniam igitur verisimile est illos multum nugatos, externa sapiētia vsos: hoc inquit, quòd siquidem amplius quid dicerēt illi, & alium prædicarent Christum, quem non oportebat prædicari, nos autē omisissemus, recte sustinuissetis: propter hoc addidit, quem non prædicauimus. Si autem hæc capita fidei sunt, quid amplius poterant? quicquid enim dixerint, non amplius dicent his quæ à nobis dicta sunt. Et vide quo modo istud ponit diligenter: nō dixit, Siquidem is qui venit, maius quid dicit. Dicebant enim maius quid, cum maiore potestate concionantes, amplioréque verborum ornatu: propterea hoc non dixit, sed quid? Qui venit, alium Iesum prædicat, id quod non o- D pus habebat multa verborum supellectile. Vel spiritum alium accipitis, neq; hic opus verbis, id est, ditiores vos
† secundum facit, †si ȷ domini gratiam, vel euangelium aliud accipitis, quod non accepistis. Etiam hoc non egebat verbis, recte sustinuissetis. Tu autem obserua, quo modo vbiq; discretione vsus sit, quæ declaret, quòd nihil amplius, neque maius ab illis introductum sit. Nā cum dixisset, Nam siquidem is qui venit, alium Iesum prædicat, adiecit, quem non prædicauimus: & spiritum alium accipitis, addidit, quem non accepistis: vel euangelium aliud, [adiecit, ȷ quod non suscepistis: per omnia demonstrās, quòd non statim attendere oporteat, si amplius quid dixerint: sed semper, quid amplius dixerint, quod dici oportebat, & à nobis prætermissum est: quod si non opus erat, & propterea neq; à nobis dictū est, & eadē dicunt, quid ergo illos sic obstupescitis? Et si dicatur, Si eadem dicunt, quare illos prohibes? quia hypocrisi vtentes alia introducunt dogmata: verum hoc quidem iam non ponit, postea autem quādo, inquit, persona assumpta apostolorum Christi, iam vero per minus molesta ab authoritate illorum discipulos abducit, & non illis inuidens, sed hos muniens. Quia & aliàs Apollo non prohibet, tametsi vir eloquens esset, & in scripturis potēs, sed & obsecrat & promittit missurum illum: quia cum eruditione ille etiam dogmatum retinebat rectitudinem, hi vero contrario modo se habebant. Idcirco illos impugnat, & discipulis ab illis pendentibus improperat dicens: quòd siquidē nos omisissemus aliquid quod oportebat annunciari, implessent autem illi, non prohiberemus attendere: si autem omnia à nobis absoluta sunt, & omissum est nihil, quo modo vos rapuerunt illi: proinde & addit dicens: *Arbitror enim me nihil inferiorem fuisse eximiis apostolis.* Non iam cum illis, sed cum Petro & cęteris se comparat, † & ita magnum quid inter me & il- *† Itaq; si me* los distat. ȷ Et vide quo modo etiam hoc loco modeste *scientia supe* loquitur. Non enim dixit, nihil me amplius locuti sunt *rāt, superāt* apostoli. Sed quo modo? Arbitror, sic puto, quòd nihil *& illos.* minor sum eximiis apostolis. Quoniam enim & hoc videbatur illum humiliorē facere, quia illi priores maius nomen habebant, & magis de illis sciebatur, erantq; hi seipsos commendaturi, & idcirco cum illis se cōfert, habitu sibi congruente. Ideo & cum laudibus illorum meminit apostolorum non simpliciter dicens, sed eximiis illis Petro, Iacobo, & Ioanne scilicet: *Caterum licet imperitus sim sermone, non tamen scientia.* Nam quoniā illo multum gloriabantur hi qui Corinthios corrumpebant, q̄ non essent imperiti, etiam hoc ponit, monstrans quòd non inde confundatur, sed magis honestetur. Et nō dixit, si autem & imperitus sermone, sunt etiam illi tales. Hoc enī visum fuisset esse & illos accusantis, & hos exaltantis: verum istam impugnat externam sapientiam. Et in priore quidem epistola multum certat de hoc, dicens quòd non solum nihil conducat ad hanc prædicationem, sed etiam adumbret gloriam crucis. Veni e- *1.Cor.1.c* nim, inquit, non secundum excellentiam sermonis, vel *& 2.a* sapiētiæ ad vos, vt ne vacuetur crux Christi, & alia multa id genus, eo quòd scientia imperiti essent, †& in sum- *† quæ quidē* ma laborarent imperitia. ȷ Igitur in magnis quidem re- *summa est* bus se magnis apostolis confert: quando autem ostendendum imperfectius quiddam, non idem facit, sed re ipsa colligit: ac ostendit abundantiam esse hoc quod factum: & quādo nulla necessitas vrget, etiam minimum *1.Cor.15.b* se esse apostolorum, †& nulla prædicatione ȷ dignum di- *† neq; se a-* cit. Hic vero iterum, quando tempus postulabat, dicit se *postoli ap-* non minorē eximiis apostolis. Ita enim decebat, vt ma- *pellatione* xime prodesset discipulis. Vnde etiam subdit, dicens:

Verum vbique manifesti sumus in omnibus erga vos. Enimuero hoc loco iterum accusat pseudapostolos, quasi maligne obambulantes. Hæc autem & antea de seipso dicebat, quòd non iuxta personam viueret, neque fraudulentus, & adulterans sermonem prædicaret. Illi autem
† alij quidē † alij quidam erant, alij etiam apparebant: ȷ sed non ipse. *erāt, alij ve* Idcirco & vbique superbit in eo, quod nihil ad homi- *ro apparebant:* num gloriam faciat, neque occultet res suas: id quod & *Sup.4.a* antea dicebat, manifestatione veritatis commendantes nosipsos ad omnium conscientiam hominum. Nūc autem dicit, In omnib⁹ manifestati sumus erga vos. Quid autem hoc est? Imperiti sumus, & nō celamus: accipimus à quibusdam, & non silemus. De vobis itaq; accipimus, & non simulamus non accipere, sicut illi accipiētes, sed omnia facimus manifesta vobis. Sunt verba bene confidentis

fidentis illis,& cum veritate omnia annũciantis. Idcir- A
co & teſtes illos vocat.& nunc vbi dixit,In omnibus er
Ibid.a.c ga vos:& antea, Non enim alia ſcribimus vobis,quàm
quæ legitis. Deinde vbi pro ſe rationem reddidit,gra-
uiter quod reliquum erat, apponit dicens: *Num pecca-
tum feci meipſum humilians,vt vos exaltemini?* Et interpretãs
iſtud dicit: *Alias eccleſias deprædatus ſum,accepto ab illis ſti-
pendio ad veſtrum miniſterium.* Quod autem dicit,hunc ſen
ſum habet:In anguſtia verſabar,hoc enim eſt, humiliãs
meipſum. Hoc igitur eſt,quod poteſtis mihi impropera-
re, & propter hoc mihi oneroſi eſtis, quia humiliaui
meipſum mendicans anguſtiis obrutus,eſuriens,vt vos
exaltemini. & quo modo exaltãtur hi, hoc in tanta an-
guſtia exiſtente? immo ædificabantur, & non offende-
bantur,quo & maxime accuſabãtur,& infirmitatis red-
arguebantur:neque enim illi aliter induci poterant,niſi
ipſo prius humiliato. Improperãtur,inquit,mihi,quòd B
humilis fuerim, ſed propterea vos exaltati eſtis. Quo-
Suprà.10.c niam enim & ſuperius dicebat,quòd accuſabant illum,
quòd præſens quidem humilis eſt, abſens vero audax:
excuſans perſtringit illos,iterum hic dicens: quòd hoc
propter vos feci,alias eccleſias deprædatus ſum.Hoc lo
†nõ permit- co iterum,cum confuſione,ſed priora † non permittit]
tunt iſta duriora apparere.dixerat enim,Vtinam ſuſtineretis me
Hic ſup.a pauliſper in inſipientia. Et ante † illa]ſua bene geſta,in
† alia hoc primo gloriatur.Hoc enim maxime quærunt ſecu-
lares,& in hoc etiam illi aduerſarij ſuperbiebãt:eapro-
pter non prius ſermonem de periculis aggreditur,vel de
ſignis,ſed de opum cõtemptu, quoniam per hoc ſuper-
biebant:inſinuat ſimul & illos eſſe diuites.Hoc autẽ ad-
mirabile eſt in illo, quod poterat dicere, quòd ex labo-
ribus manuum paſcatur,& nõ dixit, ſed quòd maxime
illos admonebat,& neque illius laus erat. Dicit,ab aliis C
accepi:& non dixit,accepi,ſed,deprædatus ſum,hoc eſt
illos nudaui & pauperes feci.Et quod maius,nõ ad abũ-
dantiam,ſed in vſum neceſſarium: quando enim dicit,
accepto ab illis ſtipendio,intelligit neceſſarium alimẽ-
tum:& quod grauius eſt,in veſtrum miniſterium:vobis
prædicamus, & à vobis debebam ali, ab aliis autẽ acce-
pi. Duplex crimẽ,imò triplex, quia & apud illos erat,&
illis miniſtrabat, & neceſſarium quærebat alimentum,
† Et multa alios habebat ſuppeditantes. †Nõ ſolum enim aliorum
iſtorũ ad il- multorum erat excellentia,quorum illi ſegnicie,alij ſtu
los erat ex- dio præcellebant:nam illi quidem abſenti mittebant,hi
cellẽtia.Nã vero præſentem] non alebant. Porrò quoniam acriter
illi in ſegni illos reprehenderat, ſenſim iterum vehemẽtiam repre-
cie,hi in ſtu henſionis retrahit, dicens: *Et cum præſens eſſem apud vos
dio: & hi atque egerem,nullum grauabam.* Non enim dixit, Non de-
quidẽ abſẽ diſtis mihi: ſed, ego non accepi. Parcit enim iam illis, D
ti mittebãt, attamen in cõtextu ſermonis clàm iterum perſtringit.
illi vero p̃- Præſentem eſſe & egere,emphaticum eſt, & prægnantẽ
ſentem habet ſignificationem.Vt enim non dicant, quid ſi ha-
buiſſes?ſubdidit,& egens non grauaui vos. Hic iterum
†quod tanq̃ modeſte illos pungit, † quòd eo periculo obnoxij fue-
grauati cũ- rint,vt ſic grauarentur.]Præterea cauſa accuſatione re-
ctãter talia ferta eſt ac zelotypia.Ideo & poſuit illã ſimpliciter, ſed
conferrent. docens vnde & à quibus educatus ſit. Et iterũ ipſos ſine
ſuſpicione extimulat ad eleemoſynæ opus. *Nam quod
mihi deerat, ſuppleuerunt fratres qui venerant à Macedonia.* Vi-
diſti quo modo exacerbat iterum poſitis in medium fra
tribus qui miniſtrarent.Primum enim deſiderare eos fa
cit,vt cognoſcant quinam illi ſint, [de quibus loquere-
tur cum diceret:]Alias eccleſias deprædatus ſum:& de-
inde nominibus eos exprimit,quo ſanè & ad eleemoſy-
nam illos prouocat. Nam iis qui negligebãt alere apo-

ſtolum,perſuadet,ne in pauperum ſubſidio minores vi-
deantur. Hoc autem & ipſis Macedonibus ſcribens di-
cit,In vſus meos miſiſtis mihi ſemel ac iterũ: & in prin- *Philip.4.c*
cipio euangelij: quod ſanè maximum illorum præco-
nium erat,quod ſtatim ab initio euangelij ſic floruerũt.
Cæterum vide vbiq; poſuiſſe, quòd vſui ſibi fuerint, &
nuſquam in abundantiam.Etenim dicendo, Preſens &
egens: oſtẽdit quòd apud Corinthios indigebat paſci:
dicendo vero,ea quæ mihi deerant,ſuppleuerunt,oſtẽ-
dit quòd non petiuerit, neque cauſam poſuerit,quæ nõ
eſſet.Quænam hæc?quòd ab aliis acceperit:nã quę mihi
deerant,inquit,ſuppleuerunt qui venerũt.Propter hoc,
inquit,non grauati ſunt,non quòd non auſim. Etenim
propter hoc iſtud ponit,& oſtendit per ſequẽtia,ſed nõ
dicit ipſum manifeſte,verum adumbrat, cõſcientiæ au-
ditorum relinquens, & occulte per ſequentia oſtendit
dicens: *Et in omnibus,ne cui grauis eſſem me ſeruaui, & ſerua-
bo.* Ne enim,inquit,putetis me dicere vt accipiã: nam
quòd dicit ſeruabo, grauius dicit. Et niſi quã de illis fi-
duciam haberet, ſed ſemel abnegat ſe quippiam acce-
pturum.Oſtendit autẽ quòd & hoc graue putarit eſſe fu-
turum,vnde dicebat, ſeruaui me & ſeruabo me, ne cui
ſim grauis. Hoc & in priore epiſtola dicit,nõ ſcripſi,vt
ſic fiat in me.Bonum enim mihi eſt mori, quàm vt quis *1.Cor.9.c*
gloriationem meam euacuet.Et hoc loco iterum,ne vo
bis ſim grauis,me ſeruaui & ſeruabo.Et deíde ne videa-
tur hæc dicere,vt magis illos conciliet,inquit: *Eſt ve-
ritas Chriſti in me.* Ne putetis quòd ideirco dixi, vt acci-
piam,vt magis attraham. *Eſt enim,* inquit, *veritas in me,
quòd gloriatio iſta non interrumpetur in regionibus Achaiæ.* Vt
enim ne quis illum putet ſuper hac re iterum dolere,vel
iratum hæc dicere, factum ipſum gloriationem vocat.
Et in priore quoque epiſtola ſimiliter iſtud facit, atque
adeo neq; illic perſtringi illos dicit. Quæ igitur,inquit, *Ibidem.*
mihi eſt merces? vt euangelizãs ſine ſumptu ponam eu-
angelium Chriſti. Et quemadmodum illic mercedem,
ita hic gloriationem vocat, vt ne valde confundantur
dictis,quaſi petenti non exhibentes. Quid enim?& vos
datis,inquit,ſed ego non accipio.& nõ interrumpetur,
à metaphora fluminum vel fontis quaſi vbique fluẽtis,
quia non accipit,nõ obturabitis dono libertatem meã.
Non tamen dixit,non obturabitis,id quod auſterius e-
rat:ſed,non interrumpetur in regionibus Achaiæ.Hoc
iterum erat dictum dans plagam,ſufficiebatq; ad humi-
liandum illos ac contriſtãdum:ſiquidem ſolos illos de-
precatus eſſet.Si enim gloriatus eſſet, vbique oportebat
gloriari:ſi autem in vno ſolo, propter infirmitatem for
taſſe noſtram:vt igitur ne hæc cogitantes contriſtẽtur,
vide quo modo iſtuc corrigat. *Quare? num quia non di-
ligo vos? Deus nouit.* Statim & mox corrigit,ſed neque ſic
alienauit illos à criminibus. Neque enim dixit,non eſtis
infirmi,neque non eſtis fortes,ſed diligo vos:quod ma
xime illorum crimẽ auxit. Quòd enim imenſe diligat
illos,declarabat non accipiendo ab illis, quoniam val-
de perſtringebãtur: & ita diuerſa ab amore faciebat, &
accipiebat,& non accipiebat. Diuerſitas autem hæc erat
iuxta dantium habitum: & non dixit quidem,Propter
hoc nõ accipio, quia valde vos diligo: alioqui infirmi-
tatem illorum accuſaſſet,& perplexos feciſſet: ſed ver-
tit in aliam cauſam ſermonem. Qualẽm ne? *Vt ampu-
tem occaſionem eorum,qui volunt occaſionem,vt in quo gloriantur,in-
ueniantur ſicut & nos.* Quoniam hoc curabant vt anſam
quandam apprehenderent, & hanc tollere oportebat: *† & hoc cu-*
hoc enim eſt,in quo ſolo gloriantur, igitur vt nihil am- *rigere opor-*
plius habeant,†quod corrigere oporteat.] In aliis enim *tebat.*

inferiores

inferiores fuerunt. Nihil enim sic ædificat seculares, vt non accipere. Vnde malignus ille diabolus, hanc potissimum etiam parat, volens illos aliò tractos lędere. Videtur autem mihi, etiã hoc ad hypocrisin pertinere, eo quòd neque dixit, in quo bene egerunt: sed quid: in quo gloriantur, quod certe taxantis est arrogantiã. Gloriãtur etiam esse quod non sunt, cũ virum spectabilẽ virtute, non solum non de his quę non habet, sed neq; de his quæ habet gloriari oporteat: sicut beatus ille Apostolus
Gene.18.d faciebat, & sicut Abrahã patriarcha dicens: Ego autem sum terra ac cinis. Quoniã enim non habebat peccata, quæ diceret, sed vndiq; bonis operibus fulgebat, circũcursans, & nihil contra se inueniẽs, ad naturã ipsam cõfugit. Et quoniam terræ videtur quodã modo honestũ etiã nomẽ, cineris addidit. Proinde ali⁹ quispiã dicebat,
Eccli.10.b Quid superbit terra & cinis? Ne igitur dicas mihi, flo
Morale. rem oculorum, neque erectam ceruicem, neque chlamydem & equũ, & ministros: sed vbi moritur, hæc omnia cogita & attende. Si autem ea quæ videntur dixeris, dicam & ego ea quæ in scripturis inuenio: multo his clariora: nam quemadmodum, propter aspectum non admiramur substantiam illorum, videntes quòd totum limus sit: ita certe neque hæc, quæ etiam ipsa limus: immo etiam priusquam dissoluatur, & fiat puluis, ostende mihi erectum illum febre laborantem animamq; agẽtem, tuncq; tibi dicã & loquar: Quid factus magnus ille cultus? Quò peruenit frequens illa adulatio, & pompa ministrorum, abundantia pecuniarum & opum? Quis ventus ingressus diffluit omnia? Quin & in feretro iacens fert diuitiarum & superbiæ symbola, vestitu splendido adiacente, pauperibus & diuitibus præcedentibus, vulgo celebrante. Maxime quidem & hæc ridicula, & facile reprehenduntur, sicut flos vbi diffluit: nam quando *viam transeo portarum ciuitatis, & vbi illi corpus tradiderunt vermibus, iterum dicam tibi: Quò vadit mul*
titudo illa? quid facta est vociferatio & commotio? vbi faces? vbi chori mulierum? Nõne hæc omnia somnium sunt? Quid autem factum ex acclamationibus? vbi mul-
† *nulla mors* ta illa ora quæ clamabant & iubebant fidere, quia † nullus immortalis? ¶ Non hæc nunc oportebat dicere non audienti, sed quando rapiebat, quãdo defraudabat: tũc parum mutatis verbis dicere oportebat, Non est fidendum in illis, nullus immortalis, cohibe insaniam, extin-
† *Caterũq; qui illi, qui iã stadium egressus sit, sine vtilitate hæc dicã tur: diuites morbo detẽti, & ad sepulchrũ sequentes, audiant.* gue concupiscentiam. † Ei vero qui lædit, dicatur, Fidendum est: illi vero qui talia nunc curat, parcendum erat, nec illudendum: non enim propter hoc illum iam oportet fiduciam habere, sed timere potius ac tremere: quanuis & illi qui iam stadium egressus sine vtilitate dicatur, etsi diuites hoc morbo detenti, & laborantes audiant: ¶ nam quoniam antea præ ebrietate diuitiarũ nihil tale cogitant, sed in tempore illo, quãdo ab aspectu morientis, quod dicitur, credibile fit, prudentiores fiãt, erudiantur intelligentes, quòd paulo pòst & ipsi ad terribilia illa iudicia ducentur, & dare cogẽtur rationem eorum quæ rapuerunt, & fraudibus conquisierunt. Et quid hæc ad pauperes dicis pertinent? Maxime: multis
† *non paruã debiti partẽ succidim⁹, fortes viriliter quę ac liter ladimur,* enim & hoc gratum & iucundum, videre eum qui læsit puniri: sed vobis non est iucundum, sed si nihil mali patiatur: laudo enim vos & approbo alienis calamitatib⁹ non gaudentes, sed propriam vtilitatem sectantes. Agẽ igitur & hãc vobis promittamus: nam si ab hominibus male patiamur, † & non paruo debito destituimur, ferẽtes viriliter quæ fiunt, nunquid lędimur? ¶ Deus enim iniquitatem imputat, non quòd iuste nobis debeat, sed † etiãsi pr⁹ quòd misericors est, † & pius ¶ non iuuit eum qui affligebatur. Vnde hoc manifestum? inquit. Male vexabantur olim à Babyloniis Iudæi, nec prohibebat dominus, & abducebantur pueri ac mulieres, & secuta est captiuitas ista. Iuxta rationem peccatorum facta est illis consolatio. Idcirco Esaiæ dicit: Consolamini, consolamini po- *Esa.40.a*
pulum meum sacerdotes, loquamini ad cor Hierusalẽ, quia accepit de manu domini duplicia peccata sua. Et iterum: Da nobis pacem. Omnia enim persoluisti no- *Ibid.26.c*
bis. Et Dauid inquit, Vide inimicos meos, quia multipli- *Psal.42.d*
cati sunt, & dimitte omnia peccata mea. Et quando Semei maledicentem ferebat, dicit: Dimitte illum, vt vi- *2.Reg.16.b*
deat dominus humilitatem meã, & retribuat mihi pro die illo. Quando enim non vlciscitur qui læditur, tunc potissimum vtilitatem accipimus: nam si cũ gratiarum actione tulerimus, pro satisfactione peccatorum imputatur: & ita cum videris diuitem, qui pauperem rapina opprimit, relicto eo qui opprimitur, deplora opprimẽtem: nam ille quidem sordes deponit, hic vero se coinquinat. Sic & Elissæi discipulus patiebatur in Naaman: *4.Reg.5.f*
nam licet non rapuerit, est tamen & fraude conquirere iniusticia. Quid igitur factum est? Accepit eum iniusticia & lepram: & ille quidem iniuste læsus, vtilitatem habuit: qui vero iniusticia affecit, maximum dãnum tulit. Hoc & nunc in anima fit. Tantumq; hoc est, vt ipsum solum, sæpenumero deum misericordem reddiderit, licet adiutorio indignus esset, qui patiebatur, quãdo grauissima luebat, deũ, vt sibi misereretur, cõcilians, & hinc solum excitans, vt adiuuet. Propterea deus etiam olim Barbaris dicebat: Ego quidem tradidi illos parum, ipsi autem conspirarunt in mala, incurabilia patientur. Nihil enim omnino est, quod deum sic exacerbet, atque rapere, & violentia opprimere, & fraudare. Cur nam? quia valde facile ab hoc malo quis liberari posset: *non est enim naturalis concupiscentia infestans, sed à negligen*
tia euenit. Quo modo igitur Paulus radicem malorum *1.Tim.6.b*
vocat auariciam? Etiam ego sic dico. Sed apud nos radix illa præter naturam rei: & si vultis, comparationem faciamus, vtra concupiscentia diuitiarum ne vel corporum violentior sit, † hoc est grauior. ¶ Videamus igitur, † *quod enĩ magnos yiros deiecisse inuenitur, hoc sanè est granius.* quem magnum vicit concupiscentia pecuniarum? nullum, sed miserabiles valde ac abiectos. Gieze, Achaab, Iudam, sacerdotes Iudæos: concupiscentia vero corporum, magnum prophetam vicit Dauidem. Et hæc dico, non veniam dans his qui hac concupiscentia illaqueãtur, sed magis hoc ago, vt resipiscant. Quando enim o- *2.Reg.11.a*
stendero magnum malũ, tunc maxime illos venia omni priuatos ostendo: nam ignorans bestiam, posses ad illam confugere, nunc autem sciens & incidens in illã, non habes excusationem. Post hũc illius filium, grauius abripuit, quanuis illo sapientior fuerit nemo, omnèsque alias exercuerit virtutes, attamẽ ab hoc malo sic captus est, vt & letalem acceperit plagam. Et pater quidẽ surrexit, & iterum pręliatus est ac coronatus: hic autem nihil tale declarauit. Propter hoc & Paulus dicebat: Me- *1.Cor.7.b*
lius est nubere quàm vri. Et Christus, Qui potest capere *Matt.19.b*
capiat. De diuitiis autem nõ sic: sed, qui reliquerit facul- *Ibidem.d*
tates suas, centupla recipiet. Quo modo igitur dices, de *Ibidẽ.c. & Mar.10.b*
diuitibus dicit, quòd difficile assequentur regnum? Iterũ illorum insulsam stupiditatem insinuans, non diuitiarum violẽtiam, sed illorum miseram seruitutem. Quod & ex his quæ Paulus consuluit manifestũ. Abducit enim ab illa concupiscentia dicens: Qui autem volunt diui- *1.Tim.6.b*
tes fieri, in tentationem incidunt: in hac non item, sed ad tempus solum dissoluit, & iterum cõcorditer ad idipsum redire consulit. Timuit enim fluctus concupiscẽtiæ, ne

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiæ, ne forte naufragium graue fiat. Hæc affectio & ira pertinacior est. Nō enim iræ locus est, vbi nemo est qui exasperat: concupiscentia autem oritur, etiamsi non sit aspect⁹, qui ad hoc moueat. Ideo hāc quidē, nō execuit, totā sed adiecit, qui irascitur sine causa: neque illam cō- *Matt.5.c*
cupiscentiam sustulit, sed iniustam. nam propter cōcupiscentias, inquit, vnusquisq; suam vxorem habeat: thesaurizare autem neque temere, neque sine causa concessit. Nam hæ passiones, sunt nobis vtilitatis gratia implātatæ: nam concupiscentia, propter procreandam prolem, ira vero, vt læsos adiuuemus, opum vero amor minime. Vnde non est naturalis affectio, vnde quando abilla caperis, tanto fœdiora pateris. Propter hoc sanè & secundas nuptias permittit Paulus. In diuitiis vero magnam requirit diligentiam dicens: Quare non potius *Ibid.6.b*
damnum accipitis, cur non potius iniuriam fertis? Et de virginitate differēs dicit, Præceptum non habeo, & ad *Ibid.7.c*
vtilitatem vestram dico, non vt laqueū vobis iniiciam. Quando vero de diuitiis loquitur, Habētes, inquit, tegmenta & cibos, his contenti simus. Quo modo igitur, dices, hoc malo tam multi irretiuntur? Quia non sic se in aciem contra illud parant, sicut contra libidinem ac scortationem: quod si quidem similiter videretur esse malum, non facile capti essent: sic & miseræ illæ virgi- *Matt.25.a*
nes à thalamo eiectæ sunt, quoniam maiore obluctatore prostrato, ab infirmiore & nihili deiectæ sunt. Ad hæc etiam dici potest, quōd si concupiscentiam refrænans à diuitiis vincitur, neque concupiscentiis sæpe imperat, sed à natura sortitus est, quòd inde non valde impugnatur. non enim omnes similiter propensi sunt. Hęc igitur scientes, & virginum exemplum nobiscum continuo versantes, fugiamus malam hanc bestiā. Si enim virginitas nihil profuit, sed perierunt post infinitos labores ac sudores illæ propter auariciā, quis nos liberabit, si in illā inciderimus passionē? Idcirco oro vt omnia faciam⁹, ne aut capiamur, aut capti detineamur, sed rumpamus grauia illa vincula. Ita enim poterim⁹ apud cœlestē iudicē stare, & infinita bona assequi, quæ nobis cōcedantur, gratia & misericordia domini nostri, &c.

Homilia xxiiij.

QVi autem tales, pseudapostoli, operarij dolosi, assumpta persona apostolorum Christi. Quid dicis? Christum prædicantes, pecunias non accipiētes, vel euangelium aliud non introducētes, pseudapostoli nunc sunt? Etiam, has ob causas potissimum, quia hæc omnia simulant, vt decipiant. Operarij dolosi: nam operantur quidem, sed reuellunt ea quæ sunt plantata: nam quoniam sciunt, se aliter non posse esse acceptos, persona veritatis sumpta, erroris actum simulantes peragunt. Sed, aiunt, pecunias non accipiunt? vt maiora accipiant, vt animas perdant: imò & hoc mendacium est, & accipiebant, sed clàm. Et hoc ostendit in proximis. nam iam etiam insinuarat istuc dicēs: In eo de quo gloriantur, †inuenti sunt ſicut & nos. Sed postea ipsum manifestius insinuauit dicēs: Si quis vos deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, illum sustinuistis. Nunc autem aliunde illos accusat dicens: Persona assumpta, persona illis sola adiacet ouilla pellis. *Nec mirum: nam si ipse satanas transfiguratur in angelum lucis, quid magnum igitur est, si & ministri illius personam in se transferunt, quasi sint ministri iustitiæ.* Atque adeo si oportet mirari, hoc oportet mirari, illud autem non item: nam quando magister illorum audet omnia, haud mirum est, si & discipuli sequantur. Quid autem est, angelus lucis? dicit eum qui habet fiduciā loquendi, & deo assistit. Sunt enim angeli tenebrarū, diaboli tenebrosi, ac feroces. Et multos diabolus sic decepit, persona in se accepta, & non factus angelus lucis: sic & illi personam Apostolorum circūferunt, non ipsam potētiam, neque fortes sunt. Nihil autem sic diabolicū, vt ad ostentationem quippiam facere. Quid autem est, ministerium iustitiæ? id scilicet quod nos sumus, euangelion prædicantes vobis, quod iustitiam habet: nā vel hoc dicit, vel quòd iustorum virorum sibi opinionem assumunt. Quo modo igitur illos agnoscemus? ab ope- *Matt.7.c*
ribus ipsis, sicut & Christus dixit: eāq; propter cogitur sua præclara opera, & illorum maliciam inter se componere, vt ex comparatione appareant nothi. Et ingressus iterum ad encomia, illa primum vituperat, vt ostendat hoc argumentum sibi necessariū, vt ne quis dicat, quòd seipsum laudet. Et dicit, *Iterum dico.* Etenim iam multa præmitigatione vsus erat, attamen non contentus dictis, sed & iterum dico: *Ne quis me putet insipientem esse.* Hoc enim solebant illi, absque causa gloriantes. Tu autem considera repellētem, quoties ad suas laudes ingreditur: & hanc rem, nempe gloriationem, opus insipientiæ esse dicit: ego autem non tanquam desipiēs istud facio, sed compulsus: si autem nō creditis, sed, licet necessitatem esse videatis, condemnatis, neque sic deprecor. Vidisti, quo modo ostendit multam dicendi necessitatem. Nam quē neque tāta suspicio remorata est à dicēdo, cogita quantam vim sustinuerit dicendo, & quantū doluerit ac coactus sit eloquendo, attamen & sic in hac re modestia vsus est. Non enim dixit vt glorier parum gloriaturus. Iterum alia vsus est deprecatione dicens:

Quod loquor, non loquor secundum dominum: sed tanquā in insipientia, in hoc argumento gloriationis. Vides quo modo gloriatio, iam non sit secundū dominum: dicit enim, Quādo omnia feceritis, dicite, quòd serui inutiles sumus. Iā *Luc.17.c*
istuc quidem per seipsum non est secūdum dominum, fit tamen à mente bona: propter hoc dicit, Quod loquor, non causam arguens, sed verba: alioqui mens eius ita erat mirabilis, vt & verba honestaret. Sicut enim homicida, quanuis occīdere prohibeatur, bona tamen mē te sæpius id facere eligit, & occidere non secūdum dominum, sed ex bona mēte fit, sic & gloriari. Et cur nam non est vsus tanta sermonis accurati diligentia? quia ad aliud properat, & ex abundantia, etiam volentibus carpere condonat, solū vt dicat, quæ prosunt. Etenim quæ dicta erant, sufficiebant tollere omnem suspicionem. Sed quasi in insipientia. prius dixerat, Vtinam sustinuis- *Hic sup.c*
setis me pauliſper in insipientia mea. Nunc autem, quasi in insipientia: quò enim magis progreditur, hoc magis sermonem expurgat. Deinde, vt ne putes semper illum desipere, apposuit, in hoc argumento gloriationis: secūdum hāc partem, inquit, quemadmodum & alibi dicebat, Ne confundamur: & apponebat, in hoc argumen- *Supr.4.c*
to gloriationis. Et alibi iterum dicens: Num quæ consu- *Ibid.d*
lo, secūdum carnem consulo, vt sit apud me etiam etiā, non non. Et ostendens, quòd non possit semper ea quæ promittit, implere: quoniam non secundum carnem cō sulit, vt ne suspicionem hanc, etiam ad dogma quidam trahant, inquit, Fidelis autem deus, quia sermo noster, *Ibidem.*
qui ad vos factus est, non fuit etiā & non. Et vide quanta prius dixerat, & iterum alias defensiones apponit, sic dicens: *Quoniam multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor.* Quid est, secundum carnem? ab externis, à nobilitate, à diuitiis, à sapientia, à circuncisione & progenitoribus Hebræis, à magna existimatione. Et vide sapiētiam: illa ponit, quæ tamen non enumerat. Et tūc etiam

Hic sup.c
†inueniant
Hic infrà.c

insipientiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

insipientiam censet. Nam si in veris bonis gloriari insipientia est, multo magis in vanis: & hoc est quod scilicet, non secundum dominum, vocat. Nulla enim vtilitas est, Hebræum esse, & similia. Ne igitur putetis, quòd ipsis virtutem hæc ponam, sed quoniam illi gloriãtur, cogor & ego hinc comparationem facere, quod scilicet & alibi facit, dicens: *Philip.3.a* Si quis videtur confidere in carne, ego magis: & illic propter eos qui confidunt in hoc. Quemadmodum enim si quis clari generis, philosophicam vitam eligens viderit sublime sentiẽtes alios de generositate sua, volens etiam illorum fastum tollere, nõne cogitur propriam claritudinem dicere, non †gloriosos, sed humiles alios reddẽs? Hoc sanè & Paulus facit. Deinde † relicto illo, apud Corinthios totam causam extenuat dicens: *Libenter enim sustinetis insipientes.* Et ita, vos authores horum, & magis quàm illi. Nisi enim vos illos sustinuissetis, & damnum passi essetis, nihil certe propter illos fuissem locutus, sed vestræ salutis curã gerens, & vobis seruiens. Et vide quo modo increpationẽ etiam cum laudibus ponit. vt dixit enim, *Libenter sustinetis insipientes.* addidit, *cum prudentes sitis.* Insipientiæ enim est gloriari, maxime in talibus: quanuis oportebat increpare & dicere, Ne sustinete insipientes, sed abundantius faciebat. Nam ille quidem visus fuisset increpare, quasi priuatus illis: nunc autem cũ ostenderet se quoque in his præcellere, eaq; nihili facere, magis illos corrigit. Iam autem prius quàm laudes ingreditur, & comparationem: magnam Corinthiorum seruilitatem illis opprobrat, quòd intantum illis se inflexerint. Et obserua, quo modo incesit. *Sustinetis enim,* inquit. *si quis devorat.* Quo modo igitur dicebas, vt in quo gloriãtur, inueniantur sicut & nos? Vides quòd ostendit illos accipientes, & non simpliciter accipientes, sed plurimum: Hoc enim significat, devorare. *Si quis vos in seruitutem redigit.* Et diuitias vestras, inquit, & corpora & libertatem exposuistis. Hoc enim plus est quàm accipere, non solum pecuniarum, sed & vestri ipsorũ dominos esse: *1.Cor.5.b* quod & antea manifestans dicit: Si alij substãtiæ vestræ participes sunt, non multo magis nos? Deinde id quod molestius apponit, dicens: *Si quis extollitur.* Neque vestræ seruitutis ratio habetur congrua, neque mansueti sunt domini, sed asperi & molesti. *Si quis in faciem cædit.* Vidisti iterum incrementum tyrannidis. Hæc autem dicebat, non quòd in faciem cædebant, sed quòd respuebant illos & contemnebant, ideo adiecit: *Iuxta contumeliam loquor.* Non minus enim patiebamini, quàm si in faciem cæsi essetis. Quid autem hoc dominio acerbius, quando & opes vestras, & libertatem, & honorem auferẽtes, neque sic sint mansueti? neque in seruorum ordine vos manere sinunt, sed quouis venalitio mancipio contemptius vobis abutuntur. *Perinde quasi nos infirmi facrimus.* Obscurè hoc dictum est. Quoniam enim molestum erat, propterea istud sic posuit, vt molestiam obscuritate tollat. Vult autem sic dicere, Nunquid nõ possumus & nos hæc facere? Sed non facimus. Cuius gratia istos sustinetis, quasi nos non possimus hæc facere? Itaque crimen est, & stultè agẽtes ferre: quòd autem & sic contemnentes vos, & vestra rapientes, & se extollentes, & percutientes sustinetis, neque defensionem habet, neque vllam rationẽ. Noua enim hæc deceptionis species est. Nam decipientes quidem dant, & adulantur: hi autem & decipiunt & accipiunt, & contumeliã faciunt: vnde neque vmbram habetis veniæ, quòd eos qui se sic humiliant propter vos, vt vos exaltemini, respuitis: & eos qui se exaltant, vt vos humiliemini, admiramini.

A Nónne & nos hæc facere possemus? sed nolumus, considerãtes potius quid vobis prosit: nam illi quidem quæ vestra sunt destruentes, quæ sua sunt quærunt. Vides q̃ vbique per ea illos terret, per quæ & fidenter illos alloquitur. Si enim propterea illos honoratis, inquit, quia percutiunt, contumelia afficiũt: possemus & nos eadem facere, in seruitutem redigere, percutere, extolli contra vos. Vidisti quo modo totam causam in illos vertit, vt quæ sua videatur insipientia, illorum sit stulticia. Non enim vt meipsum clarum ostentem, sed vt vos ab amara hac seruitute liberem, cogor parum gloriari. Oportet autem non simpliciter quæ dicuntur exquirere, sed causam apponere. Quoniam & Samuël pro se magnam proposuit laudem, quãdo Saül vnxit dicens: Cuius ve- *1.Reg.12.a* strum asinum accepi, vel vitulum, vel calciamentum? nunquid oppressi aliquem vestrum? Attamen nullus illum arguit. Causa est, quia non dicebat, vt seipsum laudaret: sed quoniã regem constituturus erat, pro defensione sua posuit, volens illum erudire, vt humilis sit ac mansuetus. Et considera sapientiam prophetæ, imò dei misericordiam. Nam quia illos auertere volebat multa difficilia congerens, dicebat de futuris regibus, quòd vxores illorum facturi essent molendinarias, viros pastores mulorum magistros: & alia regum ministeria diligenter persequitur, quoniam videbat illos nulla persuasione auocari, sed incurabili morbo laborare, & sic illis parcit, instituitq; regem, vt mansuetus fiat. Et idcirco se testem producit: neque enim quis illum tunc iure conuenerat, neque quis arguerat, vt defensione haberet opus: sed vt illum faceret meliorem, hæc dicebat. Ideo & subdidit, deprimens illius supercilium: *Si audieritis* *Ibidem.c* vos & rex vester, hæc & hæc erunt vobis bona: *si vero non audieritis,* contraria omnia. Et Amos quoq; dicebat, Nõ eram prophetа, neq; filius prophetæ, sed caprarum pastor eram sycomoros conterens, & suscepit me *Amos 7.d* deus. Non extollens seipsum dicebat, sed obturans ora suspicantium ipsum non esse prophetam: & vt ostẽdat, quòd non decipiat, neque à seipso dicat, ea quæ dicit. Alius quoq; isthuc ipsum declarans dicit, Veruntamen *Mich.3.c* ego impletus sum fortitudine domini in spiritu ac potentia. Et Dauid cum de vrso & leone narraret, nõ glo- *1.Reg.17.d* riosus, sed magnum & mirabile quiddam moliẽs dicebat: quoniam enim non credebatur, quòd nudus & arma gestare non valẽs, victurus esset Barbarum: coactus est suæ strenuitatis referre argumẽta. Et fimbriam Saü- *Ibid.24.a* lis quando auferebat, non ostentando loquebatur quæ loquebatur, sed malam repellẽs suspicionem, quam finxerant dicentes, quòd vellet illum occidere. Igitur vbi- D que inquirenda est causa. Nam qui ad vtilitatem auditorum spectarit, etiam si commendet seipsum, non solũ non meretur reprehendi, sed & coronari, & propter silentium taxandus. Quoniam & Dauid tunc, si siluisset, contra Goliath non esset permissus egredi in prælium, neq; præclarum illud retulisset trophæum. Sanè propter hoc dicere coactus est, & non fi atribus: quãuis & apud illos non inueniebat fidem, sicut etiam apud regem, sed inuidia aures illorum obstruebat: ea propter ipsis relictis, nondum inuidẽti narrabat. Graue enim malum, Morale. inuidia, & propriam salutem contemnere facit. Ita & Cain seipsum perdidit, & ante illum quoq; qui patrem ipsius interfecerat diabolus: sic Saül malum dæmonem contra suam animam accersiuit, & vocato medico iterum inuidit. Talem enim faciebat inuidia, quòd seruatus etiam perire maluit, quàm seruatorẽ glorioſum videre. Quid hac affectione molestius fieret? Non errabit,

qui illam

qui illam germen diaboli dixerit:& in illo quidem vanæ gloriæ ſtudij fructus,imò & radix.Vtraq; enim hæc malaipſa ſimul efficere ſolita eſt:j ſic ſanè & tunc inuidebat Saül,quia dicebãt, Percuſsit Dauid decem milia. Quo quid fieret abſurdius? Cur enim dic mihi inuides, quòd laudatur quiſpiam, vbi certe gaudere oportebat? Aliter enim neſcires,veram eſſe laudẽ. An propter hoc luges,quòd non exiſtens admirabilis,laudatus ſit? quin miſereri oportet.* nam ſi nõ bonus fuerit, nulla inuidia laudato.Sed laudant illum,ais,clari?Die autem oro,qui talis es,quid cruciaris?cur in teipſum figis gladiũ?Quòd admirabilis eſt hominibus. Sed hominibus qui hodie ſunt, & cras non ſunt. Sed gloria,ais, fruitur? quãnam dic oro?de qua propheta dicit,quod flos eſt fœni?Quare inuides,quod non grauiter fert?tu autem fœni circũfers onera talia. Si autem ille tibi zelo dignus eſſe videtur propter hoc,cur non & arborum ſectores, qui quotidie grauia onera portant,& in ciuitatem ingreſsi?Nihil enim hoc melius eſt iſtud onus,imò deterius:nã hoc quidem corpus ſolum premit, iſtud autem & animam ſæpius incommodauit, & maiorem laborẽ habet quàm voluptatem: licet enim dicam celebrem,maiorẽ tamen habet timorem quàm gloriam,& hãc quidem breuem, illum vero continuum. Sed apud principes,inquit,clarus eſt? Et illic iterum periculum ac inuidia: nam vt tu afficeris erga illum,ita & alij plures. Sed laudatur continuo,ais?hoc illi duram ſeruitutem facit.non enim audebit aliquid eorum facere libere quæ cupit, ne ſcilicet laudatores ſuos offendat: claritas enim ei graue vinculum eſt:& ita quò pluribus familiaris eſt, hoc plures habet dominos: augetur enim ſeruitus eius,dominis vbique apparentibus. Et ſeruus quidem quando à conſpectu domini liberatur,reſpirat, & cum omni libertate agit:hic autem vbique occupatur, omnium enim ſeruus eſt,qui in foro apparent:etiamſi aliquid neceſſarium vrgeat, non audet ſe foro committere miniſtris non ſequentibus,& equis,& alio ornatu coniuncto,ne domini condemnent:etſi amicum videt germanum, non audet æquali honore cum illo loqui,timet enim dominũ, ne deponat illum à gloria:& ita quò clarior, hoc & ſeruilior. & ſi quid inſuaue ei contingat, contumelia grauior, quò & plures [habet] teſtes, & præter dignitatem res eſſe videtur:non ſolum autem contumelia,ſed & calamitas grauior eſt,etenim multos habet,quib° gratum eſt:quemadmodum,licet bono quodam fruatur, plures patitur inuidos & æmulos, qui illum deponere ſtudeãt. Eſt ne hoc bonum dic oro? Eſt ne gloria? minime,ſed ignominia & ſeruitus,& vincula, & quicquid dicere licet oneroſum.Licet autem & ſic amabile quiddam gloria eſt apud homines, & turbat, quòd multi illi applaudunt:quando videris fruentem plauſibus, ad futurũ ſeculum trãſi cogitatione,& gloriam quæ illic eſt.& ſicut qñando beſtia inuadit,ſtudes euadere, in domiciliũ ingreſſus claudis fores: ita & nunc ad futuram vitam cõfugito,ac ad ineffabilem gloriam illam:ita enim & hãc conculcabis,& illam apprehendes facile,veraq; libertate frueris,ac æternis bonis: quæ nobis omnibus contingant gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem & cum quo patri gloria, ſimul ſpiritui ſancto nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum,Amen.

† *ſe ipſa ſimul confirmare ſolent.* 1.*Reg.*18.*b*

**Budæ° pro* ἐὰν μὴ *legit* ἐὰν μή. *Nã ſi bon° fuerit, null° inuidet laudato,ſed ſimul laudat. ſi vero talis nõ ſit, quid cruciaris? &c.* *Eſa.*40.*b* & 2.*Pe.*1.*d*

Homilia xxv.

IN *quo autem quis audet, in inſipientia loquor, audeo & ego.* Vide iterum recuſantem,& deprecatione vtentem ac præcaſtigatione, tametſi iam multa id genus dixiſſet. Vtinam ſuſtineretis me pauliſper in inſipientia.Et iterum,ne quis me putet inſipientem eſſe. Quòd ſi minus,vel vt inſipiẽtem accipite,quòd loquor non ſecundum dominum,ſed quaſi in inſipientia:quoniam multi gloriantur ſecundum carnem, & ego gloriabor. Et hic iterum, In quo autem quis audet,in inſipientia loquor,audeo & ego. Dicit etiam inſipientiam, audere de ſeipſo magna loqui, etiam vbi neceſsitas poſtulat, multum nos vt hoc fugiamus erudiens. Nam ſi poſtquam omnia fecerimus, debemus nos pro inutilib° habere: vbi autem nulla cauſa impulerit, qua venia dignus erit,qui ſeipſum extollit & gloriatur? Propter hoc & Phariſæo acciderunt ea quæ euenerunt, nempe quòd in portu naufragium fecit,eo quòd impegit in hũc ſcopulum. Et idcirco Paulus magna in neceſsitate recuſabat,& ſubinde inculcabat memoriis, inſipientiam eſſe, ſic agere, tandèmq; neceſsitatis defenſione præmiſſa,audet ac dicit: *Hebræi ſunt,& ego.* Non enim omnes Hebræi Iſraëlitæ ſunt,quia & Ammonitæ & Moabitæ Hebræi ſunt.Ideo ſubdit,exponens nobilitatem, ac dicit: *Semen Abrahæ ſunt,& ego.* De Iſaac loquitur, *Miniſtri Chriſti ſunt: inſipiens loquor,plus ego:* Non contentus priori deprecatione,ſed etiã hic iterũ eadẽ vtitur dicens,[inſipiens loquor,]plus ego: id eſt,ſuperior illis ſum ac melior:licet autem manifeſta haberet eminentiæ ſuæ argumenta,attamen inſipientiam etiam ſic,rem vocat, quãtuis cum pſeudapoſtoli eſſent, non opus erat hac excellentiæ comparatione: poterat enim ſimpliciter negare, illos eſſe miniſtros. Negarat ſanè iſtuc ipſum dicens, Pſeudapoſtoli,operarij doloſi,perſona aſſumpta apoſtolorum Chriſti: nunc autem iſtud non ſic facit. Tranſit enim ſermo, vt inquirat. Nullus autem vbi inquiſitio nõdum facta eſt,ſimpliciter ſentẽtiam fert, ſed primum comparatione poſita, negationem ſolidam eſſe re ipſa declarat.Aliter etiam dicere licet, quòd mentem illorũ ponat, & non ſuam ſententiam, Miniſtri Chriſti ſunt: & dicens,plus ego,proponit comparationem,& oſtendit, quo modo non aſſerens loquatur, ſed re ipſa argumentum proferens, characterem ac notam apoſtolatus conſeruat,reliquiſq;[ſignis omnibus]à tentationibus incipit ſic dicens: *In laboribus abundantius,in plagis excellentius:* quod illo maius eſt: plus enim eſt verberari ac flagellari. *In carceribus abundantius:* & hoc loco iterum augmentum. *In mortibus frequenter:* quotidie enim, inquit,morior:hoc autem loco etiam facto. Sæpius enim in pericula morti vicinus venit: *A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi.* Quare vna minus? lex erat vetus,ignominioſum fieri eum qui ſupra quadraginta accepiſſet: ne igitur percutientis impetus,ſupra numerum plagas inferens,ignominia notaret,decreuerũt vna minus inferri,vt licet verberans multiplicet,ne ſupra quadraginta excidat,ſed intra conſtitutum numerum maneat, verberatusq; ignominia non notetur. *Ter virgis cæſus ſum,ſemel lapidatus ſum,ter naufragium feci.* Et quid hoc ad euangelium? Quia longa itinera & tranſmarina perfecit. *Noctem ac diem in profundo egi:* Dicunt alij,in medio mari: alij quod verius dictũ videtur, ſupernataſſe: nam illud neque vt miraculum magnum, neq; vt naufragio maius poſuiſſet, ſi ſolũ in medio mari fuiſſet natigans. *In periculis fluminum.* Cogebatur enim & flumina traiicere. *Periculis latronum, periculis in ciuitate, periculis in ſolitudine.* Vbiq; mihi certamina propoſita erãt,in regionibus,in prouinciis, in ciuitatibus, in ſolitudinibus. *Periculis ex gentibus,periculis ex falſis fratribus.* Vide quale belli genus:nõ enim ſoli hoſtes,ſed & qui[fraternitatẽ] ſimulant,

Hic ſup.a *Ibidem.d* *Luc.17.b* *Hic ſup.c* 2.*Cor.*11.*d* *Deut.*25.*a*

Universidad de Deusto
Biblioteca

simulant,impetebant,multâque opus habebat constantia,ac prudẽtia. *In labore & molestia.* Pericula labores, labores pericula excipiebant vicissim ac subinde, & ne parum quidem respirare sinebant. *In itinetibus sæpius,in fame ac siti & nuditate, præter ea quæ extrinsecus sunt.* Plura tamen omissa sunt,quàm enumerata : imò neq; quæ enumerata,quàta sint,ostensa sunt: neque enim per species enumerauit,sed potius,prout numerus breuior,faciliúsque teneri poterat,recensuit, ter & ter dicens,& semel: de aliis non similiter,eo quòd sæpe sustinuit. Et non dicit, quæ ex illis secuta sunt, vtpote quantos cõuerterit, sed sola ea quæ passus est, pro prædicatione: simulq; & modestia vtitur,& ostendit, quòd licet nihil præter laborem habuerit,mercedes sint perfectę. *Incumbens mihi quotidiana cura:* tumultus,turbationes, obsidiones populorum, vrbium insidiæ. Ipsum enim maxime impugnabant Iudæi, quoniam maxime omnium illos cõfundebat, & maximum insaniæ argumentum videbatur, quòd tam repentè se auerterat: vnde graui bello cũ vrgebant,sui,alieni, & hypocritæ, & vbiq; fluctus ac præcipitia, in orbe habitabili & non habitabili : in terra & mari,intus & foris: & neque necessario cibo abũdabat, neq; tenui amictu tegebatur,sed luctator ille orbis, nudus luctabatur,& esuriens pugillabat,tantum aberat,ne opibus cumulandis inhiaret.neq; hoc ægrè ferebat,sed gratias pro his habebat agonothetæ. *Solicitudo omnium ecclesiarum.* Hoc autem caput omnium, quòd & anima discerpebatur, & mens dissecabatur. Si enim nihil extrinsecus accidisset,satis bellorum intus erat,fluctus reciproci,cumuli curarum, prælia cogitationum. Nam si qui vni soli domui præst ac ministros habet,& dispensatores ac curatores,sæpe prę curis neq; respirat,tametsi intra domum nemo obturbet : qui autem non vnius *domus,sed ciuitatum ac populorum & gentium, & totius orbis curam gerit,& pro tantis negociis, & tot inuadentibus,solus existens,ac tanta ferens,& tam solicitus vt pater pro filiis,cogita quid sustinuerit?* Nã ne dicas, Quid quòd solicitus fuit:sed solicitus fuit simpliciter:addit etiam magnitudinem curæ dicens, *Quis infirmatur,& non infirmus fiam?* Non dixit,non communico mœsticiæ, sed quasi in ipsa passione essem & in ipsa infirmitate, sic cõturbor & commoueor. *Quis offenditur, & ego non vror?* Vide quanta excellentia doloris? Quo modo apparet vstionem nominans:accẽdor,vror, inquit:quod certe omnium maximum est. Nam illa quidem licet sint violenta, recedunt tamen statim, & voluptatem habẽt immarcescibilem. Hoc autẽ erat quod tribulabat ipsum,& angebat ac sauciabat eius mentem, quòd in singulis infirmis hæc pateretur quicunq; illi essent. Nõ enim de maioribus quidem dicebat, minores autem despiciebat, sed etiã abiectum inter necessarios ponebat. Ideo dicebat, Quis infirmatur, quisquis fuerit: & quasi ipse esset ecclesia, quæ in toto orbe, sic in singulis dolebat membris. *Si gloriari oportet de his quæ infirmitatis meæ sunt,gloriabor.* Vides quòd nusquam à signis,sed vbiq; à persecutionibus & tẽtationibus gloriatur. Hoc enim,inquit, infirmitatis, & varium & multiplex bellũ indicat. Etenim Iudæi & gentes cõtra ipsum stabant,& falsi fratres ipsum impugnabãt, & fratres infirmi illum contristabant,& qui scandalizabantur. Vndequaq; illi turbationes atq; cõmotiones,à suis,ab alienis. Hic apostolicus est character,per hæc contexitur euangelium.

Deus & pater domini nostri Iesu Christi scit, quòd non mentior.

Act.9.a *Præfectus Aretæ regis obseruabat Damascenorum ciuitatem, vt apprehenderet me.* Quid nam hic affirmatur & asseritur, cũ

nihil tale antea fecerit? forte quòd hoc antiquius erat, ac minus notum:illa autem & aliis nota, solicitudo ecclesiarum,& alia omnia. Vide igitur quantum bellum, siquidem propter illum ciuitatem obseruabat. Quando autem bellum dico,zelũ dico Pauli:nam nisi vehementiam spirasset,non in tantam insaniam præfectum succendisset. Hæc sunt apostolicæ animę,tanta pati,& minime succumbere, sed generosè ferre omnia quæ accidunt,simulq; cedere periculis,& temerè se non ingerere. Vide ergo hic quo modo voluerit obsidionem effugere, *per fenestram demissus in sporta.* Nã licet desiderabat hinc emigrare, attamẽ & hominum amabat salutẽ. Idcirco sæpe etiam talia struebat, seruans seipsum prædicationi,& non detrectabat etiam humanis vti inuentis, quando exigebat tempus, ita erat prudens ac vigil: nam † hic quidẽ ineffugibilia mala erãt,gratia sola ha- † *vbi* bebat opus:alibi par illius humeris tentatio,multa & à † *vbi vero.* se excogitat,& hoc loco iterum deo totum imputãs: & quasi flamma inextinguibilis ignis,si in mare lapsa, multis opprimentibus fluctibus mergitur,& iterum fulgida ascendit:sic sanè & beatus Paulus, nũc quidem periclitans obscurabatur, nunc pericula transiens clarior redibat patiẽdo victor. Ista est enim verè fulgida victo- Morale. ria,hoc ecclesiæ trophæum: sic diabolus conũgitur nobis male afflictis. nobis enim afflictis capitur,& patitur ipse, quod nos pati voluit, id quod & Paulo contigit. nam quo magis satan pericula multiplicabat, hoc magis vincebatur:non enim vnum genus tẽtationum adornabat,sed multa & varia: nam alia laborẽ,alia timorem, alia tristiciam, alia dolorem, alia curam,alia confusionem, alia omnia simul habebant: attamen in omnibus vincebat. & quasi miles vnus habens totum orbẽ militantem cõtra se in mediis hostium versetur agminibus,nihilque graue patiatur:ita & Paulus. Solus inter Barbaros, inter Gentes, vbique terrarum, vbique marium apparebat, & inuictus manebat. Et quasi flamma in calamos & fœnum incidens in suam naturam, quæ vruntur transfert:sic & iste omnes inuadens, omnia ad veritatem transferebat, sicut torrens qui omnia corripit, & impedimenta reuellit. & sicut athleta quidam, ipse luctans, currens, & pugilem agens, vel miles muros oppugnans,in campo prælians, & in nauibus belligerans: ita omne genus pugnæ tractabat, & ignem inspirabat, & omnibus inaccessus erat, vno corpore orbem comprehendens,vna lingua omnes euertens. Nõ sic multæ tubæ in Hierichuntinorum ciuitatis lapides *Iosue.10.e* irruebant & destruebant illos, vt illius vox resonans diabolica in humum trahebat subsidia, & aduersarios ad se transferebat:& quando collegit captiuorum multitudinem,ipse illos iterum armauit,& suum exercitum *Ibidem.d* facere cœpit, pêrque illos mirè vincebat. Dauid Go- *1.Reg.17.f* liath vno solo lapide deiiciebat: at si Pauli præclara opera scrutatus fueris,pueri fuerit opus illud,& quantum inter militem ac pastorem distat, tantum videbis discrimen. Hic enim non lapidẽ mittens deiecit Goliath, sed solum loquẽs, omnem diaboli destruxit flammam: sicut leo rugiens, & flammam de lingua emittens, ita omnibus intolerabilis: & vbique assiliebat continuo, currebat ad hos,veniebat ad illos,assistebat illis,irrumpebat ad alios, insiliens vento velocior, & quasi vnam domum vel nauem vnam,totum orbem gubernãs,eos qui mergebãtur sursum trahens, & qui turbabantur ac cadebant confirmans, nautis imperans, in puppi sedẽs, proram obseruans,rudentes extendens, remum apprehendens, velum trahens, in cœlum suspiciens, omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipse existens,& nauta,& gubernator,& prorę director, & velum,& nauem,& omnia ferens, vt omnium mala soluat. Considera autem,sustinuit naufragium, vt naufragium totius orbis auferret: noctem ac diem in profundo fecit,vt à profundo erroris extraheret: in molestiis fuit,vt laborantes refocillaret:verbera sustinuit,vt à diabolo percussos sanaret: in carceribus conuersatus est,vt in carcere & tenebris sedentes, in lucem produceret:in mortibus sæpe, vt à grauibus mortibus liberaret.Quinquies quadraginta minus vna accepit, vt illos hæc facientes à diaboli flagello liberaret. Virgis cæsus est,vt sub virgam & baculum Christi mitteret.Lapidatus est,vt ab insensibilibus lapidibus liberaret. In solitudine fuit,vt à solitudine liberaret.In itineribus,vt sisteret errantes,& viam in cœlum ferentem aperiret. In ciuitatibus periclitatus est, vt supernam ciuitatem ostenderet. In fame & siti, vt auferret graniorem famem. In nuditate, vt turpiter agentes stola Christi indueret. In cõmotione turbæ,vt à circunstantia dæmonum abduceret.Arsit, vt extingueret ignea tela diaboli.Per fenestram de muro demissus est,vt eos qui humi erant,inde sursum transmitteret. Adhuc igitur loquemur, neque sciẽtes ea quæ scilicet Paulus passus est, adhuc pecuniarum recordabimur?adhuc vxoris,& ciuitatis,libertatisque, illum hanc vitam millies contemnere videntes? Martyr semel moritur: at beatus ille vno corpore & vna anima tot pericula sustinuit, quæ poterant etiam adamantinam animam conturbare.& quæ scilicet omnes tot corporibus sancti passi sunt:hæc ille in vno omnia tulit,in orbem quasi in stadium ingressus, & omnibus vestibus exutus,adeo fortis stat.Cognoscebat enim pugnantes secũ dæmones. Ideo & clarus statim ab initio apparuit, ab ipsa repaguli porta, & vsque ad finem perseuerauit, imò & proximè brabium maior fuit persecutio. Et hoc sanè mirabile, quòd talia patiens ac faciens,valde modestè agere sciebat. Etenim in necessitatem narrationis suorum præclarorum operũ perductus, statim omnia pertrãsit, tametsi libros innumeros impleret:siquidẽ singula voluisset latius narrare, & ecclesias dixisset,pro quibus anxius erat,si carceres,& quæ in illis ab se bene gesta, si alias quotidianas solicitudines & insidias, sed noluit. Hæc igitur & nos scientes, † *in diuitiis* discamus modestè agere,& nunquam † diutius]gloriari, neque in aliis huius vitæ rebus, sed in contumeliis propter Christum,& in his quãdo necesse fuerit: quòd si nihil est quod vrget, neq; horum memores simus, ne extollamur,sed solorum peccatorum: sic enim & ab illis facilè liberabimur, & deum propicium habebimus, futurámq; assequemur vitam: quæ nobis omnibus eueniat, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quem & cũ quo patri ac spiritui sancto gloria nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

Homilia xxvi.

Cap.XII. *Gloriari sanè non expedit mihi, veniam enim ad visiones & reuelationes domini.* Quid sibi hoc vult,quòd tot ac tantis dictis,gloriari sanè,inquit,nõ expedit mihi,quasi nihil dixisset?Non quasi nihil dixisset, sed quoniam aliud gloriationis genus ingressur⁹ erat, quod mercedem quidem tantam non habet,clarius autem plerisque videtur ostendi, non his qui diligenter inquirunt:dicit,Gloriari sanè nõ expedit mihi. Magnæ enim gloriationes illæ, quas scilicet enumerauit, ab afflictionibus erant. Habet & alias quas dicat,nempe reuelationes, & arcana sacramenta. Et cuius gratia inquit, non expedit? Vt ne in superbiam efferatur, dicit. Quid loqueris?nisi dixisses illas, nescuisses eas? At non similiter extollimur ipsi scientes eas, & in alios efferentes. Neque bonorum operum natura facit extolli, sed multorum testimonium & scientia. Vnde propter hoc dicit:Gloriari non expedit mihi, ne maiorem de me opinionem audientibus ingeram:nam illi quidem pseudapostoli, etiam ea quæ non erant de seipsis dicebant: hic etiam obticet ea,quæ fecerat, tametsi tanta vrgeret necessitas,dicitq;. Non expedit mihi. Doceo omnes abundantibus argumentis,hoc fugiẽdum.Nullum enim lucrum,sed potius damnum res hæc affert, nisi necessaria quædam sit occasio & vtilis,quæ in hoc inducat. Vt igitur dixit pericula, afflictiones, insidias, tristicias, & naufragia, ad aliud gloriationis genus transit dicens:

Noui hominem ante annos quatuordecim, an in corpore nescio,an extra corpus nescio, deus nouit, raptum fuisse [huiusmodi vsque ad tertium cœlum.Et noui raptum fuisse in paradisum, sive in corpore nescio,sive extra corpus nescio,]& audisse arcana verba,quæ fas non sit hominibus loqui:pro huiusmodi gloriabor,de meipso vero non gloriabor. *Actu.9.a*

Magna quidem hæc reuelatio:non sola autem facta fuit,sed etiam aliæ multæ:ipse vero vnam ex multis ponit. Quòd enim multæ fuerunt, audi quid dicat, Excellẽtia reuelationum,vt ne extollar. Iam dixerit quispiam, Si occultare voluit, omnino ænigma afferẽdum non erat,neque tale quiddam dicendum:sin dicere voluit,manifestè dicendum. Quare igitur neque manifestè dixit,neque siluit?vt & hoc loco ostendat, quòd inuitus ad hoc perueniat: propter hoc etiam tempus posuit,quatuordecim annorum. Neque enim obiter illius meminit,sed ostendens,quòd qui tanto tẽpore se à dicendo cõtinuit,non iam effaretur, nisi magna esset necessitas: siluisset tamen, nisi fratres pereuntes vidisset. Quòd si ab initio talis erat Paulus, vt tantam assequeretur reuelationem:quando nondum tanta bona opera habuit,cogita qualis in quatuordecim annis fact⁹ sit. Vide item quanta etiam in hac modestia sit vsus: nam alia quidem dicit, alia autem se ignorare fatetur: nam raptum quidem se esse dicit,siue in corpore,siue non in corpore,id se ignorare dicit: quanuis sufficiebat dicere de raptu,& hoc silere, sed per modestiã, etiam hoc addit.Quid igitur?mens ne rapta est ac anima,corpus vero mortuum mansit? num corpus raptum est? Sed non est dicendum. Nam cum Paulus,qui tot ac talia arcana consecutus ignorarit, multo magis nos. Etenim quòd in paradiso quidem fuerit,sciebat:& quòd in tertio cœlo fuerit, non ignorabat: modum autem haud sciebat manifestè.Cõsidera & aliunde quàm sit à fastu alienus. *Hic infrà.b*

De Damascenorum enim ciuitate confirmabat sermonem,hic autem non item: neque enim istud agere volebat, sed dicere & insinuare solum. Ideo & addit dicens:Pro huiusmodi gloriabor. Neque hoc manifestabat,quòd alius quispiam fuerit raptus, sed sicut permittebat, ac possibile erat, & loqui & reticere manifestũ de seipso sermonem, sic illum figurabat. Qualis enim esset consequẽtia, de seipso differentem, alium proferre in medium? quamobrem hoc posuisset? Non enim † erat dicere, raptum esse,] & scio raptum: & gloriabor † *idem erat dicere, raptus sum,* pro me ipso,& pro tali gloriabor.Si autem dixerit quispiam,Et quo modo potuit absque corpore rapi?dicam, quo modo potuit cum corpore rapi? etenim si rationem relicta fide consulueris,hoc quàm illud difficilius. Quare autem raptus est? vt mihi videtur, ne haberetur aliis Apostolis minor, quoniam illi simul fuerant cum Christo,propter hoc in gloriã rapt⁹ est,hoc est in paradisum. *Supràad*

Universidad de Deusto

disum. Nam loci illius nomen vbique noscitur. Idcirco
Luc.23.c & Christus dicebat: Hodie mecū eris in paradiso. Pro
hoc tali gloriabor. Cuius gratia? nā si raptus alius, quid
tu gloriaris? Vnde manifestum, quòd de seipso hæc di-
cebat. Quòd autem adiecit, Pro meipso autem non glo
riabor: nihil aliud dicit, quàm quòd nisi sit necessitas,
nihil tale dicerem simpliciter ac temerè: vel adumbrās
iterum dixerat, quantum licebat. nam quòd pro illoip-
so omnis sermo fuerit, etiam sequentia declarant. adie-
cit enim dicens: *Si autem voluero gloriari, non ero insipiens,*
veritatem enim dicam. Quo modo igitur antea dicebas,
Sup.11.a Vtinam sustineretis me paulisper in insipiētia. &, Quod
Ibid.d loquor, non secundum dominum loquor, quasi in insi-
pientia: hic autem, Si autē & gloriari voluero, non ero
insipiens: non secundum hoc quòd glorior, sed secun-
dum hoc quòd mentior. [Si enim gloriari insipiētia sit,
† Itaque se- quanto magis mentiri?] †Itaque secundum dicit,] Non
cundū hoc dicit, ero insipiens, eapropter etiam addidit: *Veritatem enim*
dico. Sed parco, ne quis de me cogitet, supra id quod videt, vel audit
quid de me. Ista est manifesta causa. Etenim & deos illos
putauerunt propter signorum magnitudinem. Nam si-
cut in elementis deus fecit duplicia, & infirma & præ-
clara, hæc quidem vt prædicent suam potentiā, illa ve-
ro vt prohibeant hominum errorem: sic vtique & hoc
loco. Admirabiles erant & infirmi, sicq; operibus ipsis
erudiebant infideles: nam si admirabiles solum mansis-
sent, & nullum infirmitatis indiciū præ se tulissent, ser-
mone multos adduxissent, vt de se maiora, quàm veri-
tas ferebat, suspicati essent: & non solum nihil perfeci-
sent, sed & contraria facta essent, eo quòd deprecatio-
nes, quæ per sermones fiunt, maiorem declarassent hu-
militatem, magisque illos reddidissent admirabiles, &
idcirco re ipsa manifestabatur illorum infirmitas. Vi-
derit hoc quis & in hominibus veteris legis. Erat enim
3.Reg.19.a & Helias admirabilis, sed aliquando ob formidinem
a.b reprehēsus est. Et Moses magnus erat, sed & hic ob eā-
Exod.2.c dem animi affectionem fugam iniit. Hæc autem patie-
bantur deo derelinquente, & redargui sinente humana-
nam naturam. Nam cum postquam eduxit illos, dice-
Exod.2.d bant: Vbi est Moses? si & induxisset, quid non dixissent?
Idcirco & hic noster dicit, Parco ne quis cogitet: nō di
xit, dicat: sed, vt neq; cogitet aliquid vltra meā digni-
tatem: & ita etiam hinc manifestū, quòd de seipso om-
Hic sup.a nem sermonem habet. Vnde & incipiens dicebat, Glo-
Hic in exē- riari autem non expedit mihi. Non dixisset hæc, si de a-
plari Basilii lio sermonem habuisset. [Quare enim non expedit de
si multa de- alio gloriari? Sed is ipse est qui his dignus fuerat habi-
erāt, quæ ex tus. Ideoque adiecit: *Et ne excellentia revelationum superan-*
Veronensi *dum efferrer, datus est mihi stimulus per carnem, nuncius satanæ, vt*
addita sunt *me colaphis cædat.* Quid ais? qui regnum & gehēnam pro
desiderio Christi nihili faceret, honorem qui à multitu
dine defertur, magni æstimabat, ita vt efferretur, & as-
siduo fræno opus haberet? non enim dixit, qui colaphis
cęciderit: sed, qui colaphis cædat. Et quis hoc dixerit?
quid igitur dicit? Posteaquam aperuerimus quisnam sit
stimulus, & quis item satanæ nuncius: tunc hoc quoque
dicemus. Quidam capitis dolorē à diabolo immissum
hic Paulum significare dixerūt. Sed absit. minime enim
Pauli corpus diaboli manibus deditum fuit: quādoqui-
2.Cor.5.a dem & diabolus ipse Pauli simplici mandato obtempe
rauit, ac leges ipsi limitésque præfixit, cum ei fornicariū
in carnis perniciem tradidit, quos ille prætergredi nō
est ausus. Quid ergo sibi vult? Satan Hebræorum lingua
3.Reg.5.a aduersarius dicitur: & Regnorū tertio aduersarios ita
vocauit scriptura: & de Salomone loquens, ait, Nō erat

A satan in diebus ipsius: hoc est, aduersarius qui oppugna-
ret, aut molestus esset. Itaque quod dicit, hūc habet sen-
sum: Deus prædicationem liberius progredi non est
passus, fastum nostrum comprimēs: sed aduersariis no-
stri inuadendi potestatem fecit. Siquidē hoc vt fastum
deprimeret, idoneum erat. Ille autem capitis dolor nō
item. Nuncium igitur satanæ dicit Alexādrum, fabrum 2.Timo.4.c
illum ærarium, Himenæum & Philetū, omnes qui ver- Ibid.2.c
bo aduersarentur, omnes qui cum ipso contenderent
bellúmque gererent, qui in carcerem coniicèrent, qui
verberarent, qui abducerent, quoniam satanæ opera fa
ciebant. Igitur quēadmodum diaboli filios Iudæos ap-
pellat, qui illius opera imitabantur: sic & nuncium sata
næ vocat, quēuis aduersarium. Proinde hoc dicit: Da-
tus est mihi stimulus, vt me colaphis cædat, non tan-
quam deo istiusmodi homines armante, absit, non pu-
B niente neque cruciante, sed ad tempus sinente ac per-
mittente. *Super hoc ter dominum rogaui:* hoc est, sæpenu-
mero. Et magnæ erat humilitatis non occultare quòd
ferendis insidiis non esset par, quòd laboraret, atque vt
liberaretur, precibus opus esset. *Et dixit mihi, sufficit tibi*
gratia mea. nam virtus mea in infirmitate perficitur: hoc est, suf-
ficit tibi quòd mortuos excitas, quòd cęcos curas, quòd
leprosos mundas, quòd alia miracula facis. Ne quæras
securitatem à periculis liberā, & vt sine molestiis prā-
dices. Sed ægro deiectôq; es animo? cauc hoc meæ im-
becillitatis esse putes, quòd multos habeas insidiantes,
cædentes, vexantes & flagellātes: hoc enim ipsum meā
declarat virtutem. Nam virtus mea, inquit, in infirmi-
tate perficitur, quando persecutionem patientes supe-
ratis persequētes, quando vexati vincitis vexantes, quā-
do vincti, iis qui vos cædunt superiores euaditis. Ne
C quęras igitur superuacua. vidésne, quo modo aliam cau
sam ipse proferat, aliam deus? Siquidem ipse dicit, ne
efferar, datus est mihi stimulus per carnem: deum vero
dixisse ait, vt suam declaret potestatem hoc se permit-
tere. Non igitur tantum rem superuacuam petis, sed e-
tiam quæ meæ potentiæ gloriam obscuret. Nam illud,
Sufficit tibi: alterius accessione nil op° esse significat,
sed omnia esse suis numeris absoluta & perfecta. Quare
vel hinc perspicuum est, quòd non de capitis dolore lo
quatur. Siquidem morbo laborantes haud prædicabāt:
non enim prædicare poterant ægroti: sed quando ve-
xati ac persecutionem passi, omnes superarent. Itaque
posteaquam ista audiui, inquit: *Libentissimè igitur gloria-*
bor in infirmitatibus meis. Ne enim animo cōcidant, cum
pseudapostoli ob res diuersas atque istis contrarias glo-
riarentur, hi vero in persecutionibus versarentur: osten
dit se ob id clariorem euadere, sicq; virtutem dei magis
D relucere, atque hæc digna esse ob quæ merito quis glo-
riari possit. Propterea dicit: *Libentissimè igitur gloriabor.*
Non cum animi dolore hæc dixi, quæ recensui, aut hoc
quod nunc dixi, quòd datus sit mihi stimulus, sed glo-
rians ac maiorem virtutem mihi concilians. Idcirco e-
tiam adiungit: *Vt inhabitet in me virtus Christi.* Hic & a-
liud quiddam innuit: nimirum quanto plus ingruat tē-
tationum, tanto magis augeri gratiam, essèque diutur-
niorem. *Quamobrem mihi placeo in infirmitatibus multis.*
Qualibus quæso? *In contumeliis, in persecutionibus, in necessi-*
tatibus, in angustiatibus. Vides qui nunc clarissimè hoc a-
peruerit? Enarrans enim infirmitatis genus, nō dixit fe-
bres aut periodum aliquam huiusmodi, aut aliam infir-
mitatem corporalem: sed, contumelias, persecutiones,
angustias. Vides animū æquum & beneuolū? expetebat
vt à molestiis liberaretur. Cæterū vbi diuino responso

Universidad de Deusto
Biblioteca

doctus est hoc fieri non conuenire,non solum non de-
spondit animum voto nõ potitus,sed etiam lętatus est.
Propterea dicebat,mihi placeo,gaudeo,cupio cõtume-
liam & persecutionem pati, ac pro Christo angustiis
premi.Hæc autem dicebat,tum illos deprimens,tũ ho-
rum spiritus attollens, ne ob Pauli afflictiones pudefie-
rent. materiam enim & causam huiusmodi res præbet,
quò aliis omnibus clariores euadamus. Deinde aliam
quoque causam ponit: *Cum enim infirmor, tunc robustus
sum.* Quid admiraris, si dei virtus eo rerum statu decla
ratur,ego etiam tũc robustus sum:eo enim potissimum
tempore gratia accedit.Nã quemadmodum abundant
afflictiones ipsius,sic abundat & consolatio nostra.Vbi
afflictio, ibi & consolatio: vbi consolatio, ibi & gratia.
Quando igitur in carcerem coniectus est, tunc admi-
randa illa gesit. Quando naufragium passus est,atque
in barbaram regionem eiectus:tunc maxime inclaruit.
Quando ad tribunal vinctus accesit, tunc & iudicem
Morale. vicit. Sic & in veteri testamento contingebat: in tẽ-
tationibus iusti florebãt. Sic tres illi pueri,sic Daniel &
Moses & Ioseph. Omnes hinc clari,& magnis coronis
digni iudicati sunt.Tunc enim & anima purgatur,cum
propter deum affligitur: tunc maiori fruitur auxilio,cũ
ampliore eget subsidio, gratiamq; meretur copiosiorẽ.
Quin & ante præmia à deo proposita,magna bona cõ-
sequitur, dum interim sapiens redditur. Siquidem fa-
stum detrahit, ac socordiam omnem extirpat afflictio,
& ad tolerantiam exercet: quàm sint viles res humanæ
detegit,ac multam adfert sapientiã. Huic enim cedunt
omnes animi motus concitati,inuidia, æmulatio, con-
cupiscentia,pecuniarum potentatus,corporũ amor, ar-
rogantia,fastus, ira,omne denique huiusmodi morbo-
rum agmen. Quod si in rebus ipsis cernere lubet, & vi-
rum seorsim & integrum populum tibi ostendere pote
ro,qui partim in afflictione versatus sit,partim solutum
quoddam & liberius vitæ genus sit nactus,atque doce-
re quantum hinc lucri exoriatur, quãta socordia illinc.
Exod.1.c Etenim Hebræorum populus cum malis affligebatur,
exagitabatúrq; : suspirabat, ac deum precabatur,& ma-
gnum sibi fauorem cœlitus conciliabat : cum vero in-
Ionæ.1.& sequent. crassatus est,resiliit,Rursum Niniuitæ quando securita-
te fruebantur,ita deum exacerbarunt,vt minaretur to-
tam se funditus ciuitatem euersurũ : cum vero ad præ-
dicationem illam humiliati sunt, plenam demonstra-
runt philosophiam. Porrò si virum aliquem separatim
intueri velis, Salomonem mihi considerato. Is enim
3.Reg.3.& 9.a cum curis angeretur, ac perturbaretur : de gentis illius
perturbatione consilium iniens, visione illa dignus est
Ibid.11.b habitus.Cæterum quando deliciis indulsit in ipsum vi-
ciorum omnium barathrum delapsus est. Quid autẽ hu
ius pater?quandónam suspiciendus erat & admirabilis?
2.Reg.13.d nónne quando tentationibus exercebatur?Absalon ve
ro, nónne quandiu patrem fugeret, moderatè se gere-
bat?vbi autem reuersus est,tyranni animum induit, ac
Ibid.15.a parricida factus est. Porrò quid Iob? Nam hic quidem
clarus etiam extra afflictionem fuit, clarior tamen post
afflictionem extitit.Et quid attinet prisca & vetera cõ-
memorare?Si quispiam enim quæ nobis hisce tempori-
bus acciderunt expendat : conspiciet quantum sit affli-
ctionis lucrum.Nunc enim pace fruentes, supini & de-
sides facti sumus, diffluximus, innumeris ecclesiam ma-
lis impleuimus. Quando vero agitabamur,temperan-
tiores, mansuetiores, meliores, & in hisce cœtibus era-
mus ad auscultandum promptiores & alacriores.Quip-
pe quod auro ignis,hoc animabus afflictio: sordes pur-

gans,puros reddens,splendidos efficiens & hilares:hęc
enim in regnum introducit,illa in gehẽnam. Propter-
ea lata quidem est altera,angusta vero altera. Vnde &
ipse dicebat, In mundo tribulationem habebitis : tan- *Ioan.16.g*
quam magnum aliquod bonum,quod nos comprehen
deret. Proinde si discipulus es, angustã & afflictam in-
gredere:ne molestè feras,neque fastidias. Siquidem e-
tiam si hac ratione non affligaris : alia tamen ex causa,
eáque inutili, affligi omnino est necesse. Nam & inui-
dus,& pecuniarum auidus,ac meretricis amore flagrãs,
& inanis gloriæ cupidus, tum denique quiuis alius qui
praua sectatur:multas sustinet molestias & afflictiones,
ac iis qui lugent,nihilominus affligitur.Quòd si non la
chrymatur neque luget,præ pudore fit & stupore.Nam
si ipsius animum perspexeris,infinitis fluctibus exundã-
tem conspicies.Cum igitur siue hãc siue illam sectemur
vitæ rationem, afflictiones perpeti sit necesse : quare
hanc non eligimus,quę cum afflictione innumeras ad-
fert coronas?Etenim sanctos omnes sic ad regnum ad-
duxit deus per afflictiones & angustias:simul & illos iu-
uans,& aliis interim consulens, ne maiorem quàm par
esset, de ipsis opinionem conciperent. Sic enim initiò
idololatriæ inualuerunt, cum homines supra dignita-
tem admirationi essent. Hac ratione Alexandrum de-
cimumtertium Romanorum senatus vt deus esset, sanxit. hic enim ea præditus erat authoritate, vt suffragiis
deos crearet, approbarétque. Cum igitur facta Christi
omnia renunciata essent, per nuncios rogauit pronin-
ciæ præses num illis videretur ipsum quoque suis suffra
giis creare deum.Illi vero non annuerunt,irascentes &
indignantes quòd ante ipsorum calculum & sentẽtiam
crucifixi virtus inclarescẽs vniuersum terrarum orbem
ad sui cultum attraxisset.hoc autem diuino consilio ad-
ministrabatur,ipsis etiam inuitis: ne ex humano suffra-
gio Christi diuinitas prædicaretur : néve vnus esse ex
multis ipse existimaretur,qui ab illis creati essent.Siqui-
dem & pugiles suis legibus in deorum numerum refe-
rebant : immo & Adriani amores ac delicias. Vnde &
vrbi Antinoi nomen inditum est. Nam cum mors na- *Quòd Anti-*
turam mortalem esse testetur,aliam diabolus viam ad- *noũ Adria*
inuenit, animæ immortalitatem : cui ingenti admixta *ni amasius*
adulatione plurimos in impietatem abduxit. Et mali- *in deum fit*
ciam quęso considera.Quando nos de ipsa rectè com- *cõsecratus,*
modéque sentimus,nostrum euertit sermonem : ipsam *ex coq; &c.*
vero quando vt noceat vult adstruere,magno eam stu *gyptis cui-*
dio confirmat.Nam si dicat quispiam, Quî fieri potest *tas nomẽ &*
vt deus sit Alexander, nónne mortuus est, idq; miserè? *ceperit:vide*
Sed immortalis,inquit, est anima. nunc scilicet de im- *Suid. & di*
mortalitate verba facis ac philosopharis, vt à summo *uũ Hieron.*
deo abducas? Verum vbi nos maximũ hoc dei donum *in locũ Esa.*
prædicamus,humilibus & abiectis hominibus, brutisq; *c.xxj. Et pue*
animantibus nihilomelius affectis quòd decepti sint, *ris alienis*
persuadere conaris.Et si dicamus crucifixum viuere,ri- *adhæsrũt.*
sus protinus : quanuis clamet vniuersus terrarum orbis
& olim & nunc,tunc quidem per signa, nunc vero per
eos qui mundum ad Christum conuerterunt. non e-
nim hominis mortui sunt ista adeo præclarè gesta.Cę-
terum si quis viuere Alexãdrum dixerit,credis:cum ta-
men nullum huius rei proferre possis argumẽtum. Im-
mo, ais, multa enim & magna dum viueret, præclarè
fecit.Siquidem nationes & vrbes subegit,in bellis mul-
tis ac pugnis superior euasit, ac trophæa erexit. Si igi-
tur ego, quod ille viuus ne cogitarit quidem, nec alius
quisquam ex omni hominum memoria, ostendero : a-
liámne quæres resurrectionis demonstrationem?Nam

quòd

quòd viuus quispiam qui rex sit,& exercitus habeat,bella prosperè fœlicitérq; conficiat & vincat: nihil mirum supraq; vulgi opinionem,neq; nouum. At post crucem & sepulturam tanta passim terra mariq; gesisse, id demum maxime stupendum,ac diuinam & arcanã declarat potentiam. Alexander post mortem suam dissipatũ regnum ac funditus euersum non reduxit: quî enim potuisset mortuus? Christus vero tunc potissimum cũ mortuus esset. Et quid de ipso Christo loquor,cum suis quoque discipulis vt post mortẽ celebres essent & clari, largitus sit? Vbi est,dic quæso, Alexandri sepulchrum? mihi ostẽdito,ac diem quo mortuus est dicito. Seruorum autem Christi splendida sunt sepulchra,quæ vrbem maxime regiam occupauerunt:& dies perspicui sunt,diem festum terrarum orbi facientes. Ad hæc,Sepulchrum illius vel familiares ac domestici ignorant: huius autem etiam barbari sciunt. Quin sepulchra seruorum crucifixi regiis aulis sunt splendidiora, non ædificiorum amplitudine ac splendore (hac etenim parte excellunt) sed quod multo amplius est, conuenientium studio. Nam & ipse ille purpura indutus, peregrè proficiscitur sepulchra illa complexurus, & fastu posito consistit sanctos rogans,vt sibi apud deum patrocinentur,& tabernaculorum artificem ac piscatorem patronos etiã mortuos precatur ipse diadema gestans. Audebisne igitur, dic quæso,horum dominum dicere mortuum,cuius famuli etiam mortui huius mundi regum sunt patroni? atque id cernat quis non Romæ tantum fieri,sed etiam Constantinopoli. Nam & hic Constantinum illum magnũ magno se honore affecturum existimauit filius, si in vestibulis collocaret piscatoris. Et quod in regiis ianitores sunt regibus, id in sepulchro † reges sunt piscatoribus. Et illi quidem veluti ipsius loci domini intus habitant: hi vero tanquam *accollę ac vicini pręclarè* secum agi putant,si ianua ipsis assignetur vestibularis: per hæc infidelibus planum facientes, maiorem in resurrectione futuram piscatorum excellẽtiam. Si enim hic ad eum modum excellãt in sepulchris, multo magis in resurrectione: atq; immutata est status ac dignitatis ratio. Reges quidem seruorum ac domesticorum subeunt officium,subditi autem regum induunt dignitatem,immo vero etiam clariorem. Et quòd istud citra adulationem dicatur,ipsa declarat veritas. Nam ab illis etiam isti clariores euaserũt. multo enim quàm alia illa regum sepulchra, ista sunt veneranda magis. Siquidem illic multa solitudo,hic celebritas multa. Quod si velis cum regiis aulis hæc sepulchra comparare,rursum & hic ipsa excellunt. Illic enim qui alios magno cum fastu submoueant multi: hic multi qui vocant & attrahunt,diuites,pauperes: viros, mulieres: seruos, liberos. Illic metus multus: hic ineffabilis voluptas. Sed suaue spectaculum regẽ aureis amictum vestibus coronâque ornatum conspicere, tum adstantes imperatores, duces, centuriones, tribunos,præfectos. Sed hæc sunt adeo veneranda magis ac stupẽda, vt illa cum his collata fabulam ac res ludicras existimes. nam simulatque limina conscenderis, protinus locus ipse mentem in cœlum transmittit, ad supernum regem,ad angelorum exercitum, ad thronum excelsum,ad gloriam illam inacceſſam: atque hic in terrestri dominio principis potestati subiacet, vt subditorũ quosdam soluat,alios autem vinciat. At sanctorum ossa non hanc habẽt potestatem miserabilem & abiectam, sed illam multo maiorẽ. Dæmones enim sistunt,ac torquent, & à vinculis illis acerbissimis vinctos liberant. Quid hoc tribunali terribilius? cũ nullus videatur,nullus immineat dæmonis lateribus: clamores,dilacerationes,flagella,tormenta, dæmone non ferente admirandam illam virtutem. Et qui corpora gestarunt,incorporeas superant potestates. Puluis,ossa,denique cineres inuisibiles illas affligunt naturas. Propterea sanè vt regias aulas conspiciat, nemo vnquam peregrè proficisci sustineat. Atqui huius spectaculi gratia, reges multi sæpius peregrinati sunt. futuri enî iudicij vestigia & signa nobis exhibent sanctorum martyria: cum dæmones flagellentur, homines affligantur & liberẽtur. Vidisti sanctorum virtutem etiam mortuorum? Vidisti peccatorũ imbecillitatem etiam viuentium? Quare vt huiusmodi obtineas, vicia fugito, & omni studio virtutem sectare. Si enim talia sunt præsentia, cogita qualia erunt futura: atque huic amori assiduè deditus, amplectere vitam æternam: quam nos omnes assequi contingat gratia & benignitate domini nostri,&c.

Inuocatio sanctorum.

† *Græcus codex habebat* σῶσον ἐν τῷ σῷ μαρτυρίῳ ἀπίστοις πλῆθος ποιοῦντας τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως. *sed legẽdũ arbitror*, τῷ ἐν τῷ σῷ μαρτυρίῳ οἱ βασιλεῖς τῆς ἀληθείας.

Homilia xxvij.

DIcitur sum insipiens gloriando, vos me coegistis. ego enim debueram à vobis commendari. Absoluto de propriis laudibus sermone: eo non contentus, rursum excusat,& veniã dictis deprecatur, necessitatis esse dicens quod facit,non consilij. Attamen licet etiam vrgeat necessitas, insipientem se vocat. Initio quidem dicebat, tanquam insipientem suscipite me. &, tãquam in insipientia. Nũc vero hac dictione, tanquam, ablata, insipientem se vocat. Postquã enim confirmauit per prædicta quę voluit, magna cum fiducia deinceps ac liberè huiusmodi reprehendit delictum: omnes docẽs, ne quis vnquam, ne proposita quidem necessitate, seipsum laudet, cum causa etiam oblata insipientem seipsum vocet Paulus. Deinde dictorum culpam non in pseudapostolos, sed in discipulos omnem conuertit. Vos enim, inquit, me coëgistis. *Si enim gloriarẽtur illi,* neque id vos *in errorem adduceret, aut perniciem:* nequaquã sic adductus fuissem, vt in hosce sermones delaberer. Sed cũ totam corrumperent ecclesiam, vestram spectans vtilitatem, insipiẽs fieri coactus sum. Nec dixit, metui enim ne principatum apud vos adepti sua dogmata disseminarent, sed istud quidem superius posuit dicens, Timeo ne sicut serpens Heuam decepit, ita corrumpantur sensus vestri. Ad eum modum hic non loquitur, sed liberius, ac maiori cum authoritate, sumpta ex antè dictis fiducia. Ego enim debui à vobis commendari. Deinde & causam ponit. nõ dicit rursus ipsas reuelationes, neque signa solum, sed etiam tentationes. *Nulla enim in re inferior fui summis apostolis.* Vide quo pacto rursum hoc quoque in loco maiori cum authoritate loquatur. Prius enim dixerat, Existimo me nihilo inferiorem fuisse: hic vero pronunciatiuè: sic, quod dixi, post probationes magna cum fiducia deinceps loquitur. Neque sic tamen à † modo, aut à suo more discedit. veluti enim magni quippiam locutus, atque sui rationẽ transcendens, quòd cum Apostolis se numerarit: ita rursum mitigat, & addit, dicens: *Etsi nihil sum, signa apostoli peracta sunt inter vos.* Ne hoc spectes, inquit, num vilis sim & pusillus, sed an non ea sis consecutus quæ ab apostolo consequi oportuit. Nec dixit, vilis, sed quod minus est, nihil. Nam quæ inde prouenit vtilitas, quòd magnus sis, si nulli prosis? Sicuti videlicet periti medici nullus est vsus, si laborãtium neminem sanet. Ne igitur, inquit, istud expẽdas φ nihil sum, sed illud cõsideres quòd commodorum, quę vos accipere oportuit, nullum omiserim: sed ego apostolatus mei experimentum dederim. Proinde nil ver-

Supr. n. a

Ibidem.

Supr. n. a

Ibidem. b

† *modestia.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

bis meis fuit opus. Porrò hæc dicebat non commendari cupiens(quo pacto enim id faceret, qui præ desiderio Christi cœlum paruipenderet?)sed illorum salutis appetẽs. Deinde ne dicãt,quid ad nos,si nulla in re inferior fueris eximiis apostolis:Propterea adiecit: *Perfecta sunt inter vos apostoli signa in omni patientia, & signis, & prodigiis.* Papæ quantum præclarè factorum pelagus paucis verbis prætercurrit?Ac vide quòdnam primum ponat, ipsam patientiam. Istud enim est apostoli indicium, ferre omnia generosè.hoc paucis vnica dictiõe exposuit. Signa vero quæ ipsius industria non erant facta,pluribus expressit. Cogita enim quot carceres,quot plagas,quot pericula, quot insidias, quot tentationum fluctus,quot bella intestina externa,quot dolores,quot denique impetus hic patientiæ nomine significauerit? Rursum per signa quot excitatos mortuos,quot cæcos curatos,quot leprosos mundatos, quot dæmones expulsos? Hæc audientes,facta nostra concisè narrare discamus,si quando ad ea narranda adigamur:quod & ipse fecit. Deinde ne aliqui dicant, etiamsi magnus ac multa sis operatus, non tanta tamen quanta in aliis ecclesiis fecerint apostoli,subiunxit: *Nam quid est in quo fuistis inferiores cæteris ecclesiis?* Non minorem,inquit,quàm alij gratiam cõsecuti estis.Sed fortasse dicet quispiam,Quid ita tãdem omissa in pseudapostolos pugna ad Apostolos sermonem conuertit? Ex abundanti ipsorum sensus excitare volens, & ostendere se non illis modo præstantiorem, verum ne magnis quidem Apostolis inferiorem esse. Idcirco cum de illis verba facit,ait,magis ego. Cum vero apostolis se comparat, satis esse dicit, quòd inferior non fuit,etiamsi plus quàm ipsi laborauerit. Hinc porrò ostendit quòd & Apostolos iniuria afficiant, cum eum qui illis par sit,pseudapostolis posthabeant. *Nisi quòd ipse ego non fuerim vobis oneros⁹.* Multa cum acerbitate rursum obiurgationem posuit.& quod sequitur acerbius est: *Condonate mihi iniuriam hanc.* Attamen acerbitas ista dilectionis verba, & laudem illorum continet. siquidem iniuriam suam existimarent,quòd ab ipsis aliquid sumere atque hinc ali non sustineret. Si hoc, inquit,accusatis: non dixit,male accusatis: sed multa cum lenitate,veniam peto, condonate mihi hoc peccatum. Ac vide prudentiam: quoniam quidem istud subinde agitatum,dedecus ac probrum ipsis adferebat,continẽter illud mitigat:] nam superius quidem dicens,Est veritas Christi in me,quia gloriatio mea ista non rumpetur. Deinde iterum, Non diligo vos?deus nouit,sed vt auferam occasionem eorum,qui volũt occasionem. &, vt in quo gloriantur,inueniãtur sicut & nos. Et in priore, Quæ igitur mea est merces? vt euãgelizãs sine sumptu ponam euangelium. Et hic, condonate mihi offensionem hãc. Vbique enim †fugit gloriam, quia] propter infirmitatem illorum non accipit, & hoc loco non est asper. Vnde hic sic dicit, Si hoc delictum esse putatis, veniam peto.Hæc autem dicebat percutiens & curans. Enimuero ne hoc dixeris, Si percutere vis, quid excusas?si sanare,quid percutis?Hoc enim sapientię est,& secare & obligare vuln⁹. Deinde ne videatur †gloriosus, & licet prius dixerit, continuo idem tractat, eo quòd non acceperit.Nam]curat quidem istud,& in priore dicens: Non scripsi autem vobis, vt sic fiat in me: melius enim mihi mori,quàm vt gloriationẽ meam quis euacuet.Dulcius autem[hoc loco] & blãdius. Quo modo?

Ecce tertia vice nunc promptus sum venire ad vos,& non grauabo vos:non enim quæro ea quæ vestra sunt,sed vos. Non enim debent filij parentibus thesauros reponere, sed parentes filiis. Quod autẽ dicit,hunc sensum habet: Non quia non accipio,propterea non adero, sed & secundo inuisi, & paratus sum tertio venire,& non grauabo vos.Et causa iusta. Nõ enim dixit,quia contemptibiles estis, quia verberamini, quia infirmi estis:sed quid?Non enim quæro vestra,sed vos:maiora inquiro, animas pro opibus,salutẽ pro auro. Præterea quia suspicabantur adhuc, quasi ægre ergà se afficeretur,ideo & causam ponit.Quoniam enim verisimile erat dicere illos, Non enim licet & nos habere & nostra?addit cum multa gratia defensionem illorum dicens:Nõ enim oportet filios parentibus thesauros reponere,sed parentes filiis.Pro præceptoribus & discipulis parentes ac filios ponens, & ostẽdens quòd rem debitam faciat,id quod non erat ex debito: non enim sic præcepit Christus,sed parcens illis hæc dicit.Propterea & amplius quiddam in medio interponit. Nõ enim dixit solum, quòd non debent filij thesauros ponere, sed quòd & debent parẽtes hoc facere.Igitur †indulgẽdum erit illis. *Ego vero libentissime] impendam & expendar pro animabus vestris.* Nam parentes quidem filiis thesaurizare lex naturæ præcipit. Ego autem nõ solum hoc facio, sed & meipsum addo.Et ista excellentia est,non solum non accipere,sed & addere,non simpliciter, sed cũ magna liberalitate,idq; ex magna penuria. Nam quòd dicit †expendere,] insinuantis est.Si & ipsam carnem insumere oporteat, nõ parcam propter vestram salutem: vnde additur cum improperatione & charitate. *Licet amplius vos diligam,minus diligar.* Et hæc facio,inquit,pro his qui diliguntur,&[non]diligunt similiter. Considera igitur quot gradus commemorat. Licebat accipere, ipse autem non accipiebat.Ecce primum opus bonum. & quanuis inopia premeretur: ecce secundum. & illis prædicans:en tertium.& impendit,ecce quartum.& nõ simpliciter adiicit, sed & cum incremento: ecce quintum.& non solum pecuniam,sed & seipsum:en sextum. & his qui non valde diligebãt ipsum: ecce septimum.& his qui valde diligebantur: ecce octauum. Hũc sanè & nos imitemur:nam magnum quidem crimen est etiã non diligere:maius autem crimen fit,quando quis diligitur,& non diligit: nam qui diligit diligentem, nihil amplius habet telonariis, at si neque hoc habes, bestiis inferior fueris. Quid dicis homo?Non diligis diligentem, & cuius gratia viues? vbi autem posthac proderis, & ad quæ negocia idoneus? Num ad ciuilia? Num ad priuata? Minime: nihil enim inutilius viro, qui amore caret.Nam id vicij solent odisse,& latrones,& homicidæ,& parietum perfractores, & communicato solo sale,mensæq; participes facti, mores mutauerunt. Tu vero,non salis duntaxat,sed & verborum & rerum particeps,& ingrederis simul ac egrederis, non amas? Et illi quidem fœdè amantes totas substãtias in mulieres impudicas profundunt: tu autem ita frigidus es ac fœdus, infirmúsque ac imbellis, vt vel sine sumptu amorem nõ suscipias,qui honestissimus esset. Et quis,inquit, erit sic miser? Et quis sic efferus,vt auertetur,& odio habeat amantem? Tu quidem bene facis quòd non credis tam absurdam rem, ego vero si monstrauero multos esse tales, quo modo posthac confusionem non portabimus? Quando enim dilectum traducis,quando alium maledicentem audis,& non excusas, quando clarescenti inuides:qualis est ista amicicia?Quanuis nec hoc amicicià monstrare sufficiat, si non inuideas: sicut neque si non aperto bello impugnes ac hostis sis: sed amico assistere ac suppetias afferre decet.Quãdo autẽ cuncta facis & dicis,quibus proximus humilietur, quid ista anima miserius?

Hactenus ex Veronẽsi exemplari Græco,quæ in Basilienſi deerãt, addita sunt.
Supra.xi.c
Ibidem.
Ibidem.
1.Cor.9.c
Ibidem.

† *quãdaquidẽ dare oporteat, ego libẽtissimè.*

† *expendar.*

Morale.

rius? Heri & pridie amicus, & loquebaris cum illo, fortasis etiam comedebas: repente quoniam vidisti membrum tuum magis honestatum, abiecta amiciciæ persona, hostilem induisti, imò insaniam. Insania enim manifesta est, alienis bonis cruciari. Hoc enim rabidorum canum, & insanientium hominum est. Nam sicut illi, in omnium insiliunt facies inuidia exacerbati. Melius esset habere serpentem in visceribus sese volutantem, quàm liuorem intus depascentem: nam illum sæpe pharmacorum vsu euomi contingit, & alimento mitigari. Liuor autē non voluitur in visceribus, sed in animæ sinu versatur, affectiōq; est difficile curabilis. Et serpens quidem cum intus sit, apposito alimento humana corpora non contingit. Liuor autem, licet plurima illi edulia proponas, illam deuorat animam, vndequaque mordens, disrumpens, distrahēs, neque inuenire potes vllā medicinam, per quam à suo furore liberetur. Nūquid vna infœlicitate eius qui bene agebat melius habet, imò neq; sic: nam licet ille æger sit, alium tamen videns bene habentem illis doloribus obnoxius est, & vbique vulnera, vbique plagæ. Neque vllus est qui super terram habitat, & non videt clarescere quosdam. Adeoq; excellens est morbus, vt licet quis se domi includat, priscis tamē viris olim mortuis inuideat. Et seculares quidē viros hæc pati, graue quidem est, veruntamen non ita graue: quāto magis censendum, quòd hi qui à turbis semoti huic malo sunt obnoxij: hoc omnibus grauius est. Et voluissem quidem tacere, sed siquidem silentium, rem ipsam minus pudendam faceret, vtile foret tacere: at licet ego sileam, res tamē lingua mea fortius clamabit. Damnum enim nullum à verbis meis erit, quasi euulgēt vobis mala, lucrum autem fortasis & vtilitas quædam. Hic enim morbus & ecclesiam inuasit, & hoc est quod omnia sursum ac deorsum conuertit, corporisq; compagem discidit, & stamus alter contra alterū, inuidia nos armante. Idcirco valde distorta est rerum facies. Si enim omnibus ædificantibus vix stabunt qui docentur, quando omnes destruemus, quis tādem erit finis? Quid facis homo, non censes ferendū quod ea quæ proximi sunt destruantur? Nonne tua prius quàm quæ illius sunt, infirma facis? Non vides extructores domuum, agricolas, quo modo omnes † quidem jcurrūt, & ille quidem effodit, alius vero plantauit, alius autem radicem purgauit, alius item rigauit quod plantatum, alius sepsit ac munit, alius iumenta abegit, & omnes ad vnum respiciunt, plantæ scilicet conseruationem. Hic autem non sic, sed planto quidē ego, turbat vero alius ac disipat. Sine saltem bene firmari, vt robustior fiat, & insidias ferre valeat: non meum opus perdis, sed tuum destruis: ego plātaui, te autem oportebat rigare. Si igitur turbaris, & radicē euulseris: non habebis quod tu riges. Sed vides clarescere plantātem, ne timeas. Neque ego quid sum, neq; tu, neque enim plantans, neque rigans est aliquid. Vnius est opus dei, atq; ita cum illo pugnat, qui plantata reuellit. Excitemur igitur aliquādo, vigilemus: nō timeo externum bellum, quantum pugnam domesticam. Quoniam & radix, quādo bene compacta fuerit in terra, nihil à ventis patietur, licet concutiatur: si autem illam intus vermes deuorēt, etiam nullo turbāte cadet. Vsquequo sicut teredines ecclesiæ radicē vorabimus? etenim à terra tales nascuntur cogitationes, immo non à terra, sed à stercore, cuius mater putredo est: & nō desistimus à contemptibili cura mulierum? Simus aliquando viri fortes, simus athletæ virtutum, repellamus magnam malorum horum corruptionem. Nā sicut corpus mortuum, ecclesiæ video multitudinem nunc abiectam. Et quemadmodum in corpore recens mortuo, est videre oculos, manus, pedes, ceruicem & caput, sed nullum mē brum facit quod debet: ita & hic, omnes fideles præsentes, sed nō est efficax fides. Feruorem enim extinximus, & corpus Christi mortuum fecimus. Si autem horribile quod dictum est, multo horribilius quando opera ipsa videntur. Nomina enim fratrum habemus, opera autem hostium: & membra omnes dicimur, & sicut bestiæ disidemus. Hæc nostra non dico vt euulgem, sed vt admoneam & cessetur. Ingressus est quis in domum, honorem obtinuit, decet vt gratias agas deo, quod mēbrum tuum honoratur, & deus glorificatur: tu autem cō trarium facis, male loqueris honestato, & ita vtrosque subtrahis: nam & te quoque confundis. Quare miser & ærumnose? Audisti laudari fratrem à viris vel à mulieribus, [& dolore affectus es:] adde laudibus, & sic teipsum laudabis. Sin laudem corruperis, prius † teipsum malum dixisti, ‖ suspectus factus, illum magis extollis: quando audis laudari, esto eorum quæ dicuntur particeps, etsi non vita ac virtute, saltem congratulando illius bonis. Laudauit aliquem, admirare etiam tu: sic & te laudabit ille vt bonum & æquum. Ne timeas, quòd tuas laudes destruas alterum laudās. Id enim acculando fieret: contentiosum enim est hominum genus, & quando viderit te maledicentem, auget encomia. Hac ratione accusatores torquere volens, teipsum etiam apud alios accusa. Vidisti quantæ fœditatis authores (nobisipsis) facti sumus? quo modo perdimus gregē ac discerpimus? Fiamus aliquādo membra, fiamus vnum corpus, & qui laudatur, is quidem repellat laudes, & eas in fratrem cō uertat: qui autem de alio audit, collætetur, sic nosipsos congregemus, & caput nobis conciliemus. Si autem separati fuerimus, etiam illius subsidio destituemur, quo absente, corpus magnum accipiet damnum, quod supernè non constringitur. Ne igitur hoc fiat, inuidia & liuore pulso, multorum opinionem non curantes, charitatem & concordiam amplexemur, & futura bona cō sequemur: quæ nobis omnibus eueniant, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri ac spiritui sancto gloria, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

† ad idem

† de te ipso male locutus es.

Homilia xxviij.

Sed esto, ego non grauaui vos, sed cum essem astutus, dolo vos cepi. Num per quenquam eorum quos misi ad vos, circumueni vos? [Rogaui Titum, & misi cum illo fratrem. Nunquid Titus vos circumuenit? nōne eodem spiritu ambulauimus? Nonne iisdem vestigijs?] Verba hæc admodum obscurè dicta sunt à Paulo, sed nō frustra, neq; temere. Nam quoniā de pecuniis sermo, & propter illos est defensio, merito adūbrata sūt dictā. Quid igitur est quod ait, dicendo: Non accepi, sed paratus sum & addere & insumere? & multa de hoc etiam in priore & in ista epistola dicta sunt: nunc aliud quid dicit, quasi ex oppositione sermonē inducens, & præueniēdo soluens. Quod autem dicit, hunc sensum habet: Ego quidē vos non circūueni. Posset autem quis dicere, Fortasis ipse quidem nō accepit, cum esset verstus: sed subornarim missos à me, vt meo nomine aliquid à vobis acciperent, & per illos ipse acceperim, & videar accepisse, per alios accipiēs, nō per me ipsum. Sed neq; hoc poterit quis dicere, etiā vobis testibus. Idcirco per interrogationem præmittit sermonem dicēs: *Obsecraui Titum, & cum illo misi fratrem. Nunquid vos fraudauit Titus? An non ipse sicut ego ambulauit?*

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc est,neq; ipse accepit. Vidisti quantum diligẽtiæ incrementum:non solũ seipsum ab accipiẽdo purum seruare,sed etiam eos qui à se mittebãtur,sic instituit,vt ne paruam quidem carpere volẽtibus ansam det.Hoc multo maius erat eo quod fecerat patriarcha : nam ille quidem à victoria rediens, rege dante spolia non accipiebat,præter ea quæ illi comederãt.Hic autem necessario alimento,neq; ipse vsus est,neque socios vti permisit,vt impudentium ora magis obturaret . Idcirco neq; affirmat,neq; dicit, quòd neq; illi acceperint , sed quòd hoc multo maius erat, ipse Corinthios testes adducit, quòd ipsi nihil acceperint , vt ne ipse sibi videretur testis esse, sed illorum sententiam citat . Id quod solemus in valde manifestis,& in his pro quibus audemus aliquid.Dicite,inquit,nũquid aliquis eorum qui à nobis missi sunt fraudauit vos:non dixit, num quis accepit aliquid à vobis,sed rem vocat fraudem, carpens illos & ostendens, quòd ab inuoluntariis accipere fraus est . Et non dixit, Num Titus:sed dixit,Num aliquis:neq; enim hoc poteritis dicere,inquit, quòd alius quidem nõ accepit , alius vero accepit:nullus enim accepit. Rogaui Titũ: & hoc seuere dicit . Non enim dixit, Misi Titum,sed rogaui, ostendens q; etiãsi accepisset,iuste accepisset,& sic quoq; purus manuisset.Vnde iterum interrogat dicens : Nunquid vos fraudauit Titus?Nõne eodem spiritu ambulabamus?Quid est,eodem spiritu?Gratiæ totum tribuit, & ostendit quòd tota hæc laus non à nostris laboribus, sed à spiritus dono bonum opus sit & à gratia . Etenim maxima erat gratia, inopia pressos & esuriẽtes nihil accipere propter docẽdorum ædificationem. Nõne iisdẽ vestigiis,hoc est, ne parum quidem ab hac diligẽtia recesserunt , sed eandem seruarũt regulam? *Rursum arbitramini quòd nos vobis excusemus?* Vidisti quo modo vbiq; metuit,ne adulationis suspicionem admittat? Vidisti sapientiam apostolicam,quo modo cõtinue istud ponit? Etenim antea dixerat, Non iterum nosipsos cõmendamus , sed dantes vobis occasionem gloriationis : & in proœmio epistolæ, Num opus habemus cõmendaticiis epistolis? *Omnia autẽ ad vestram ædificationem.* Iterũ illos curat,& non manifeste dicit, quòd propter infirmitatẽ vestram nõ accipimus,sed vt ædificemus vos . Manifestius quidem quàm prius dicens, & contegens id quod dolebat non seuerè.Non enim dixit,propter infirmitatem vestram,sed, vt ædificemini. *Metuo enim ne forte veniens, non quales volo inueniam vos , & ego inueniar vobis qualem [non] velitis.* Dicturus magnum & molestum quiddam, ea propter & defensionem ponit dicendo,quòd omnia pro vestra ædificatione:& apponẽdo,metuo,quod aspe rius dicendum præmitigat.Hoc enim iam nõ erat peruicaciæ,neque authoritatis doctoris, sed curæ paternæ: quando eos qui peccarũt correcturus,metuit ac tremit. Sed neq; sic desinit,neq; pronunciat,sed †cedẽs,]inquit, ne forte veniens non quales volo inueniam:non dixit, virtute præditos:sed,non quales volo, per omnia amiciciæ nomina declarãs.Et quid dicit,inueniam? significat præter expectationem.Sicut igitur inueniar à vobis. Nõ enim voluntas est,sed necessitas, quæ ex vobis originem habet.Vnde dicit,Inueniar qualem nolitis . Hic non dixit qualem nolim:sed quod vehementius,qualẽ nolitis.Cæterum volũtas illius erat,non [praua] quidẽ, voluntas tamen erat.Poterat enim †verum]dicere,qualem nolim,& sic monstrare charitatem: sed nõ vult auditorem perturbare , imò etiã asperior sermo sic factus est,nunc etiam magis verberauit, & mansuetiorem sese exhibuit.Hoc enim sapientiæ illius proprium est,vt mã

Gene.14.d

Suprà 5.b

Ibid.3.a

†*dubitans,*

†*præcipua*

†*rursum*

A

B

C

D

suetius percutiat & profundius secet.Porrò quoniã obscurius dixerat,detegit istud dicens: *Ne forte sint contentiones,æmulationes,iræ,obtrectationes,susurri,tumores.* Et quod primum positurus erat,hoc postea ponit: nam cõtra ipsum efferebantur . Vt igitur non videatur primum sua quærere, cõmune ponit primum . Hæc enim omnia ab inuidia prodierũt,calumniæ,accusationes,disidia. Nã inuidia quasi radix quædam mala,iram, vituperationẽ, insolentiam,aliáq; omnia mala peperit,& ex illis maiora incremẽta sumit. *Ne iterum venientem me humiliet deus meus apud vos.* Iterum & hisce perstringit . Sufficiebant enim priora,inquit,quod & incipiens dicebat, parcens vobis,non iam veni Corinthum . Vidisti quo modo & indignationem mõstrat,& amoris indulgẽtiam?Quid est autẽ,humiliet?etenim gloria est,punire, improperare,pœnas exigere,locũ iudicis occupare: sed hoc humilitatem vocat, adeo abfuit ab humilitate illa quòd aduentus corporis infirmus,& sermo contẽptus,quia perpetuo voluisset sic placidus esse,& contrarium deprecabatur:& dicit in processu illud manifesti?, humilitatẽq; potissimum putat, in tantam incidere puniẽdi necessitatem. Et cuius gratia nõ dicit,ne veniẽs humilier: sed, ne venientem me humiliet deus?Quia nisi per illum nõ aduertissem,nõn curassem.Neque enim quasi potestatẽ habens & ferox pœnã exigo, sed propter illius præceptum.Sanè superius quidem istud ponit dicens:Inueniar qualem non vultis . Hic autem & mansuetius ac mitius loquitur, dicens: *Lugeam multos eorum qui peccauerunt , non simpliciter qui peccauerunt, sed qui nõ egerunt pœnitentiam.* Et nõ dixit,omnes: sed,multos, quos nec ipsos manifestos facit,dans etiam hinc ad pœnitẽtiam reditum,declarárisque pœnitentiam posse neglecta emendare:non pœnitentes luget,sed quòd incurabiliter infirmi sint, & vulneribus saucij maneant. *Cogita igitur Apostoli virtutem,cum sibiipsi nihil mali cõscius sit,pro alienis malis luget , & pro his quæ ab aliis neglecta sunt humiliatur.Hoc enim potissimum doctoris est, sic cõdolere discipulorum calamitatib?, & lugere ac deplorare subditorum vulnera.Deinde dicit & speciẽ peccati, In libidine & immundicia quam patrarunt.* Etiã hoc loco scortationem obscurius insinuat. At si quis diligẽter inquisierit,inueniat hoc nomine etiam omne genus peccati vocari: nam licet per excellentiam scortator & adulter vocetur immundus, attamen etiam alia peccata immũditiam faciũt in anima. Propter hoc certe & Christus Iudæos immundos vocat,non solã scortationem illis improperãs,sed & alia flagitia.Vnde dicit,fecisse illos †immunda]ea quæ foris sunt, & quòd nõ ea quæ ingrediũtur,coinquinant hominem,sed ea quæ egrediuntur . Et † alibi, dictus est immundus,omnis immundus corde.] Nihil enim virtute purius,nihil malicia impurius.Nam illa quidem Sole fulgidior,hæc vero luto fœtidior.Idq; testantur etiam hi qui in luto volutãtur, & qui in tenebris versantur,quando scilicet quis illos vel parũ respicere fecerit. Etenim quãdiu suo more egerint,affectionibus ebrij,quasi in tenebris versantes,magna cũ turpitudine fœde iacent, & nec sentiunt quidẽ satis vbi sint. Vbi vero viderint aliquem virtute præditum se redarguentem,vel etiam cõparantem solum,tũc manifestius suam miseriam dignoscũt,quasi fulgore immisso: sic & suam fœditatem emendant & cõscios erubescunt, licet ille quidẽ seruus sit, & ipse liber, & ipse quidem rex,ille autem subditus . Sic Helia viso,Achab confundebatur, & quanuis ille nihil adhuc dixisset , solo tamen aspectu illius confusus,& silente accusatore, condemnantem se tulit

Morale.

Matt.5.b

Mar.7.c.

†*munda*

alibi de-

mũdi apud

dominum

omnis qui

elatus est cu-

di,

tulit ſententiam, loquens ſicut hi qui capti ſunt ac di-
3.Reg.21.f cens: Inueniſti me inimice meus. Sic multa libertate eũ
tyranno illo Helias tunc loquebatur. Sic Herodes ęgrè
ferens confuſionem ex reprehẽſionibus manifeſtius in-
dicauit, voce linguæ propheticę magis & clarius fulgẽ-
te. Coniecit in carcerem Ioannem, quaſi nudus, & lu-
men extinguere attentãs, vt iterum in tenebris ſit, imò
† ſub modium. ipſe quidem non eſt auſus extinguere, ſed quaſi † ſcabel
lum] in domo poſuit. Miſera autem & infœlix illa hoc
facere compulit. Atqui neque ſic obuelare potuerũt re-
prehenſionem, ſed magis accenderunt. Interrogantes
enim, quare Ioannes in carcerem coniectus eſt, cauſam
didicerunt, & omnes qui poſt ea ſecula, in terra mariq;
habitant, & qui tunc fuerunt, & qui nunc ſunt, & qui e-
runt rurſus, manifeſtè ſcient malam iſtam tragœdiam,
tam libidinis quàm cædis illorum, neq; vllum tempus
memoriam horum delere poterit. Tanta res eſt virtus,
ſic immortalem habet memoriam, ſic etiam ſolis ver-
bis ſibi aduerſantes perſtringit. Quare coniecit illum
in carcerem? quare non cõtempſit? Nunquid ad tribu-
nal illum tracturus erat? num adulterij pœnam exegit?
Nonne reprehenſio in ſolis verbis erat? Quid igitur ti-
met ac tremit? Nonne verba erant ac reprehenſio nu-
da? imò [magis quàm] res mordebat. Non duxit ad tri-
bunal, ſed traxit ad aliud, nempe conſcientiæ tribunal,
& omnes conſtituit illi iudices, qui in mente illius ſen-
tentiam ferre poterant. Hanc ob cauſam tremebat ty-
rannus, virtutis facem non ferẽs. Vidiſti magnam vir-
tutem? vinctum tyranno clariorem fecit, & hunc ille
metuit ac tremit. Sed ipſe quidem ligauit ſolùm. Pollu-
† in hũc cri ta autem illa etiam ad cædem impulit, tametſi † in hoc
meu magis maius illi crimen erat.] Neque enim tunc ad illam vt
vergeb.at. corriperet, iuerat, & occurrendo dixerat, Quare coha-
bitas tyranno? non quoniã reprehenſione carebat. Ne-
quaquam, ſed hinc totũ corrigere volebat. Idcirco re-
prehendit illum, neque illum auſterius. Non enim di-
xit, ſceleſte, pollute, & pręuaricator ac prophane, cõcul-
† dei legem, caſti † Chriſti legem,] cõtempſiſti quæ ſtatuta ſunt, po-
tentiam tuam legem feciſti: nihil horũ, ſed etiam in re-
prehenſione apparuit multa manſuetudo viri ac miti-
Matth.14.a & Mar.6.c tas. Dixit enim, Non licet tibi habere vxorem Philippi
fratris tui: erat enim magis verbum docentis, quàm re-
prehendentis: erudientis, quàm punientis: inſtituentis,
quàm traducentis: corrigentis, quàm inſultantis. Sed
hoc eſt quod dixi, Furi lux inimica eſt: moleſtus eſt iu-
ſtus peccantibus etiam ſolùm apparens: grauis etiam, ſi
vel ſpectetur. Non enim ferunt illius radios, ſicut nec
Solis iubar, qui oculorum morbo tenentur. Quin gra-
uis eſt multis malis, etiamſi audiatur ſolùm. Idcirco &
polluta ac ſceleſta illa doctrix filiæ, imò filiæ trucida-
trix, quãuis neque vidiſſet illum, neque audiuiſſet illius
vocem, ad cædem incitat: ac facit, vt quam ad molli-
ciem educarat, ea ad homicidium properaret. Ita illum
valde timebat. Et quid dicit? Da mihi in patina hìc ca-
put Ioannis Baptiſtæ. Quò te fers præceps miſera & ca-
lamitoſa? Nunquid adeſt accuſator? Nunquid obturba-
re videtur? Alij dicebant, Grauis nobis eſt ad videndũ:
illa etiam ait, vt audiatur. Ideo dicit, Da mihi caput Io-
annis. Quin & in carcere eſt propter te, & catena circũ-
ligatur, & licet tibi ſic inſolenter agere in amore ac di
cere, Sic deuinxi regem, quòd neque publicè reprehen-
† auulſit, ſus dimiſit ac receſsit ab amore, neq; adulterium † amiſit,] ſed reprehendẽtem vinxit. Quid inſanis & rabida
es, habẽs & reprehenſa adulterũ? Quare menſam furia-
rum inquiris, & crudeliũ dęmonum inſtruis cõuiuium?

A Vidiſti, quàm cõtemptibilis, quàm meticuloſa, q̃ mini-
mè virilis res ſit † inuidia?] Quo modo quãdo maximè † malicia?
inualeſcit, tunc infirmior fit. Etenim iſta nõ ſic turbaba
tur antequam Ioannem in carcerem coniecciſſet, ſicut
detento illo turbatur. Et addit, Da mihi hìc in patina
caput Ioannis. Et quare hìc? Ne obumbretur, inquit, in-
uidia, ne eripiant illum quidam à periculo. Et quare nõ
totum mortuum requiris, ſed caput? Caput quod con-
triſtauit, linguamque hanc ſilẽtem videre deſidero. At
ſecus euenit: nam ô miſera & ærumnoſa, vt abſecta eſt,
clarius poſtea clamauit. Nam tunc quidem in Iudæa ſo
lùm clamabat, nunc autem ad fines terræ venit, & vbi-
cunque in eccleſiam ingrederis, ſiue Maurorũ, ſiue Per-
ſarum, ſiue etiam Britannicarum inſularum, audis cla-
mantem Ioannem, Non licet tibi habere vxorem Phi-
lippi fratris tui. Verùm iſta nihil ſciens ſapienter agere,
B vrget & impellit ſtultum tyrannum ad homicidium, ti
mens, ne fortè pœniteat. Tu autem diſce iterum etiam
hinc virtutis robur, neque incluſum, neque ligatum
† etiam, ſilẽtem ferre] iuſtum. Vidiſti quàm infirma ma- † & ſilentẽ
licia, quàm immunda? nam pro cibis humanis caput in ferr.
patina affert. Quid pollutius? quid ſceleſtius? quid impu
dentius puella illa? Quam emiſit vocem in theatro dia
boli, & in conuiuio dæmonum? Vidiſti linguam & lin-
guam, illam afferre remedium, hanc venenum & inſtru
entem menſam conuiuij diabolici. Cuius gratia nõ iuſ-
ſit in conuiuio intus occidi, & maior illi fuiſſet volup-
tas? Timebat ne præſens viſus, omnes ſuo aſpectu mu-
taret, ob ſermonis fiduciam. Propter hoc caput requi-
rit, clarum [fornicationis] triumphum ſtatuere volens,
deditq; matri ſuæ. Vidiſti ſaltatriculæ præmia? Vidiſti
ſpolia diabolicarum inſidiarum? Non caput Ioannis di
C co, ſed ipſum cohabitantem. Nam ſi quis diligenter in-
quirat, contra regem erit triumphus: & quæ vicerat, vi-
cta eſt: & cui caput deſectum, coronatus, ac laudabatur
etiam poſt mortem, vehementius cõcutiens eorum qui
peccarant conſcientiam ac mentem. Et quòd non rhe-
toricando hæc dicam, ipſum audi Herodem, qui vbi
Chriſti miracula audiuit dicebat, Hic eſt Ioannes, ipſe Matt.14.a
excitatus eſt ex mortuis, & propter hoc operantur in il Marc.6.b
lo virtutes: adeò vireſcentem habebat metum, & perpe & Luc.9.a
tuum certamen, & neque conſcientiæ poterat abiicere
formidinem, ſed manſit iudex ille incorruptus, cõſtrin
gens illum & quotidie pœnã cædis exigens. Hæc ſcien-
tes ne timeamus, ꝙ mala patimur, ſed quòd malè faci-
mus. Nam illud quidem vincere eſt, hoc autem vinci.
Vnde & Paulus dicebat, Quare nõ magis iniuriam pa- 1.Cor.6.b
timini? imò vos iniuriã facitis & damno afficitis, idque
D fratres. Nam dum mala patimur, expectamus coronas,
brabia, celebritatem: quod etiam in omnibus ſanctis vi
dere licet, quoniam omnes ſic coronati ſunt, ſic cele-
brati ſunt: ſic & nos hanc incedamus viam, & oremus
quidem, ne intremus tentationem: ſi autem aduenerit,
magna feramus conſtantia, congruam alacritatem de-
clarantes, vt futurorum bonorum cõpotes fiamus, gra-
tia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, per quẽ
& cum quo patri ac ſancto ſpiritui gloria, nunc & ſem
per, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia xxix.

TErtia vice nunc veniam ad vos: in ore duorum teſtium Cap.XIII.
& trium ſtabit omne verbum. Ex multis quidem
etiam aliis locis, ſed & ex hoc potiſsimum vi-
dere licet inſignem Pauli & ſapientiam, & di
lectionem. Quàm potens enim & frequens in promiſ-
ſionibus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sionibus, quàm tardus & cunctabundus est in punitionibus. Non enim statim peccantes puniuit, sed denuncians semel ac iterum, & neque sic pręuaricantes punit, sed iterum denunciat dicens: Tertia vice nunc venio ad vos. Et antequam adero, iterum scribo. Deinde ne mora ignauiam operetur, vide quo modo etiam hoc corrigat, subinde interminãs, intentánsque plagam ac dicens: Si iterum venero, non parcam: &, ne fortè veniẽs lugeam multos. Hæc autem facit & dicit, dominũ omnium etiam sic imitans. Quoniam & deus quidem frequenter minatur & sæpe denunciat, non autem crebrò punit & cruciat: idipsum etiã ipse facit. Eapropter etiam antea dicebat, parcens vobis nõ iam veni in Corinthum. Quid est, parcens vobis? Ne inueniam peccãtes, & emendationem respuentes, inferam supplicium & pœnam. & hìc: tertia vice nunc veniam ad vos, in ore duum testium & trium stabit omne verbum. Non scriptum scripto coniungit, quod & alibi fecit dicens: Qui adhæret scorto, vnum corpus est. Erunt enim, inquit, in carnem vnam, tametsi hoc de legitimo coniugio dictum esset: sed abusus est dicto hoc, in hoc vtiliter, ita vt magis terreat: quod certè & hoc loco facit, †pœnarum loco suum aduentum] ponẽs & denunciationes. Quod autem dicit, hoc sibi vult: Semel dixi ac iterum, quando aderam, dico & nunc per literas, & siquidem audietis, ex mea sententia facietis. Sin eritis inobedientes, necessarium deinde, vt statuantur ea quæ dicta sint, & inferatur pœna. Ideo dicit, *Prædixi & prædico vt præsens secundò, & absens nunc scribo, his qui antea peccarunt, & reliquis omnibus, quòd si venero iterũ, non parcã.* Si enim in ore duum testium & trium stabit omne verbum: affui secundò & dixi: dico autem & nunc per epistolam: necesse est deinde liberè loqui verum. Ne enim putes minus habere literas quàm præsentiam: nam quemadmodum præsens dicebam, ita & absens nunc scribo. Vidisti paternam curam? vidisti doctrinam prouidentia dignam? [neque siluit, neque puniuit.] quin & prædicit sæpius & perpetuò minatur, & remoratur, [suppliciũ] etsi manserint incorrigibiles, minatur tunc illos experturos pœnam. Quid autem prędixisti prędens, & absens scribis? *Si denuo venero, non parcam.* Quoniã prius monstrarit quòd nõ possit †cogi vt hoc faciat,] & rem hanc vocarit luctum & humiliationem. Ne fortasis enim, inquit, quum venero ego, deus me humiliet apud vos, & lugeam multos, ex his qui prius peccarunt, & pœnitentiam non egerunt: rationemq; reddiderit illis, quòd & semel ac iterum & tertiò prædixerit, & quòd omnia fecerit, ac conatus fuerit, impedire pœnam, ac metu verborum meliores reddere: tunc tandem graue & valde horrendum hoc verbum posuit dicens, Si venero denuo, non parcam: nõ dixit, puniam & exigam pœnam, sed verbis admodum paternis, etiam ipsam pœnam posuit, monstrans sua viscera, & condolentem illis mentem, propter quod semper parcens differebat. Deinde vt ne etiam nunc putent, quòd iterum differat, & simpliciter minetur verbis, propter hoc & antea dixit, In ore duum vel trium testium stabit omne verbum. &, Si venero denuo, non parcam. Quod autẽ dicit, hunc sensum habet: Non vltra differam si incorrigibiles inuenero, quod absit, sed planè intentabo pœnas, & persequar id quod dixi. Deinde cum multa ira feruentique indignatione ad subsannãtes se tanquã infirmum, & aduẽtum suum irridentes ac dicentes, aduentus ille inefficax est, & sermo friuolus, quasi his respondẽs dicit: *Quandequidem experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christi.*

Nam hoc & illud perstringens ac carpens dixit. Quod autem dixit, hoc est: Quoniam vultis probare, num in me Christus habitet, & correctiones exigitis, & propterea me irridetis quasi vilem & contemptibilem, quasi hac virtute destitutum: scitote quòd non sumus destituti si exhibueritis occasionẽ: quod absit. Quid igitur, dic obsecro, Num propter hoc punis quòd experimentum quærunt? Non dicit: nam si hoc quæsiuisset, principiò statim peccantes puniisset, & non distulisset. Quòd autem hoc non quærat, pergens manifestius ostẽdit, ac dicit: *Precor autem vt ne quid mali faciatis, non quò nos probati appareamus, sed vos probati sitis: nos verò [veluti] reprobi simus.* Non igitur tanquam causam reddens hoc ponit, sed magis succensens, imò perstringens se contemnentes. Nam ego quidem, inquit, nolim vobis id experimenti dare: si autẽ vos dederitis causam & volueritis me prouocare, scietis reipsa. Et vide vt onerosum facit sermonem: non enim dicit, quandoquidem experimentum mei quæritis: sed, eius qui in me loquitur Christi, monstrans quòd in illum peccarunt: & non simpliciter dixit, eius qui inhabitat, sed, qui loquitur, ostendens spiritualia esse verba: † quæ si illius virtutem non indicẽt, neque puniat, (deinde enim à seipso sermonem illuc transtulit, terribiliores minas faciens,) non propter infirmitatem, potens enim erat, sed propter longanimitatem. Ne igitur patientiam illius infirmitatem quis putet. Quid enim miraris, si non aggreditur nunc vt puniat peccantes, neque exigat pœnam, sed patiens est ac longanimis, quum & ipse se crucifigi scilicet sustinuerit, tantáque passus non puniuerit? Ideirco & subdidit: *Quis ergo vos non est infirmus, sed potens est in vobis: nam quamuis crucifixus fuit ex infirmitate, viuit tamen ex potentia dei.* Multam obscuritatem habent verba hæc, & infirmiores turbant, eapropter operæprecium fuerit ea manifestius explanare, & dictionis illius circa quam est obscuritas exponere significata, ita vt ne minimus quidẽ offendatur. Quid igitur hoc quod dictũ, & quid indicat? Infirmitatis nomen, & in quo significato dictum est, discere necessarium. Vna enim dictio, sed multa eius significata sunt: nam & corporis aduersa valetudo infirmitas dicitur. Vnde & in euãgelio dictum, Ecce quem diligis, infirmus est, de sancto Lazaro: & ipse dicebat, Infirmitas ista non est ad mortem. Et de Epaphra Paulus, Etenim infirmus fuit ferè vsq; ad mortem, sed deus misertus est illius. Et de Timotheo, Vino modico vtere propter stomachum tuum, & frequentes infirmitates tuas. Hęc enim omnia corporalem infirmitatem significant. Dicitur item infirmitas, non esse solidatum in fide simpliciter, neque perfectum esse. Et hoc significans Paulus dicebat, Infirmum autem in fide suscipite. Et iterum, Ille quidem credit, vt manducet omnia: alius autem infirmus olera comedit, infirmum in fide significãs. Ecce duo significata infirmitatis. Est & aliud tertiũ significatum infirmitatis. Quale hoc? persequutiones, insidiæ, insultus, tentationes, adductiones ad tribunal. Et hoc manifestans Paulus, pro hoc ter dominum rogaui, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: virtus enim mea in infirmitate perficitur. Quid est, in infirmitate? in persequutionibus, in periculis, in tẽtationibus, in insidiis, in mortibus. Et hoc manifestãs dicebat, propterea glorior in infirmitate. Deinde ostendens quam dicat infirmitatem: non febrem dicit, non ambiguam fidem. Sed quid? in contumeliis, in persequutionibus, in necessitatib⁹, in angustiis, in plagis, in carceribus, vt inhabitet in me virtus Christi. Quando enim infirmus sum,

Suprà.12.g

Ibid.13.d

1.Cor.6.d

† testimoniorum loco suos aduentus.

† hoc facere nisi cogatur

Suprà.12.g

† Si verò ip nõ iudicet,

Ioan.11.a

Philip.2.d

1.Tim.5.d

Roma.14.a

Ibidem.

Suprà.11.c

Ibid.11.g & 12.c

Ibid.11.c

Ibidem.

sum,tunc potens sum:hoc est,quando persequutionem patior, quando expellor, insidiis impetor, tunc potens sum,tum magis valeo,& superior sum insidiãtibus, gratia vberius in me inhabitante. Sanè secundum hoc tertium,Paulus infirmitatem hoc loco posuit. & quod dicit,hunc sensum habet:vt iterum refutet,quod & antea dicebam,quia contemptibilis esse videbatur : nõ enim volebat gloriari,neque id quod erat, esse videri,neque ostentare potentiã qua præditus erat,vt puniat & vindicet,vnde & contemptior esse putabatur. Igitur quoniam hoc putantes in magna ignauia & stupore erant, nec à peccatis resipiscebant, accepta occasione opportuna,etiam de his magna austeritate disserit,ostendens quòd non per infirmitatem hoc faciat, sed ob longanimitatem. Deinde, id quod dixi , ab ipso transferens in Christum sermo intẽdit timorem,& auget minas: vult autem dicere,Non enim,licèt puniam & castigem peccãtes,ego sum qui punio & castigo.Est qui in me habitat ipse Christus : si autem non creditis hoc , sed vultis experimentum accipere , re ipsa eius qui in me habitat, scietis statim.Neque enim infirmus est erga vos,sed potens est,quanuis vbique potẽs sit:nam siue infideles voluerit punire,siue dæmones,siue quiduis, potens est . Et propter quid apposuit,erga vos? Quid igitur vult additio? Verbum est, quo multũ inhortatur illos ex his quæ olim experti erant. Vel hoc significat: iam in vobis potentiam declarat,quòd debeatis corrigi : quod & alibi
1.Cor.5.d dicebat,Quid autè ad me,etiam exteros iudicare?Nam ab exteris,inquit, pœnam sumet in die iudicij : à vobis autẽ nunc,vt ab illo supplicio liberet.Attamẽ vide quo modo hoc cum magna cura & dilectione factũ,eo feruore dicit,vt & metum ponat, inquiens: *Qui non infirmus est erga vos,sed potens est in vobis. Etenim licèt crucifixus sit ex infirmitate,vivit tamen ex potentia dei.* Quid est,licèt crucifixus sit ex infirmitate? Etenim licèt voluerit,inquit,hoc sustinere quod infirmitatis esse videtur , sed propterea suam potẽtiam imminere noluit . Manet enim eadem, & inexpugnabilis,& nihil lęditur à facto hoc quod infirmitatis esse putatur : sed istucipsum maximè illius ostendit potentiam, quòd & talia sustinuit, & suam virtutem non mutilauit.Ne igitur te offendat infirmitatis
1.Cor.1.c verbum. Quoniã & alio loco dicit, Quod stultum dei, sapientius hominibus est:& quod infirmum dei, potentius est hominibus: quanuis deus nihil stultum vel infirmum habeat, sed crucem sic vocauit, iuxta infideliũ
Ibidem. suspicionem de ea loquens . Audi igitur illum seipsum interpretantem: Verbum enim crucis, his quidem qui pereũt,stultitia est: nobis verò qui seruamur,virtus dei
Ibidem.d est.Et iterum:Nos autem prædicamus Christum crucifixum,Iudæis quidem offendiculum, gentibus autẽ stultitiam,illis autem qui vocati sunt cum Iudæis tum gentibus Christum dei virtutem ac dei sapientiam . Et ite-
Ibidem.2.d rum:Animalis autem homo non percipit ea,quæ spiritus sunt.Stultitia enim illi est. Vide quo modo vbique infidelium errorem interpretatur stultitiam, etiam crucem infirmitatem existimãtium.Ita etiam hoc loco infirmitatem dicit , non quæ erat, sed quæ ab infidelibus esse putabatur.Non hoc igitur dicit,qui quum infirmus esset , crucifixus est.absit . nam quòd omnino potuisset non crucifigi,ostendens,alibi prosternit hos,qui capere conabantur,ita vt supini caderẽt:alibi radios è cor-
Iesa.18.b
Matth.17.a pore emittit transfiguratus, alibi ficulneam arefacit, &
Ibid.21.b oculos eorum qui ad se veniebant excæcat, & innumera alia facit. Quid igitur est,quòd dicit, ex infirmitate? licèt crucifixus sit periculum & insidias ferẽs (nam admisi iam infirmitatem pericula & insidias vocari) attamen nullum damnum sensit.Hæc autem dicebat in seipsum exemplũ transferens. Nam quoniam videbãt se in persequutione esse,vexari,contemni, & non vlciscebantur se,nec euadebant,docẽs illos,quòd neq; ipsi per infirmitatem hæc patiebantur, ob hoc, quòd non possunt euadere, transfert sermonem ad dominum: Quia & ipse,inquit,crucifixus est,ligatus est,innumera passus est,& non euasit,sed mansit sustinens ea quæ infirmitatis esse putabantur, & hac ratione potentiam suam declarans,quòd etiam nec euadens nec se vlciscens,nihil omnino damni acceperit. Vitam igitur non remorata est crux,nec resurrectionem impediuit , sed & resurrexit & viuit . Quando autem crucem audis & vitam, de dispensatione accipe sermonẽ. De illa enim omnis sermo ille.Quòd autem inquit,ex potentia dei,dicit non quòd ipse infirmus sit ad viuificandam carnẽ,sed quòd eadem sit illi cum patre.Dicens enim, Ex potentia dei, non quòd infirmus sit:sed,ex potentia sua dixit. Quòd & ipse illam resuscitarit & conseruet, audi ipsum dicẽtem,Soluite templum hoc, & ego in tribus diebus susci- *Ioan.2.d*
tabo illud. Quòd si autem patris esse dicit, quod suum est,ne turberis. Omnia enim quæ patris mei, mea sunt, inquit.Et iterum:Omnia mea tua sunt, & tua mea. Igi- *Ibid.16.c*
tur quemadmodũ ille crucifixus nihil dãni passus est, *Ibid.17.b* inquit:sic neq; nos qui in persecutione sumus,& infestamur . Ideirco & addit, *Etenim & nos infirmi sumus in illo, sed viuemus in illo ex potentia dei.* Quid est , infirmi sumus in illo?Persecutionem patimur,vexamur,extrema patimur. Sed quid est, in illo? Propter prædicationem, inquit,& fidem quæ in illum. Quòd si dura & grauia sustinemus propter illum,manifestum quòd & præclarè habituri sumus . Ideo & subdit, *Sed seruamur cum illo ex potentia dei.Vos ipsos tentate,num fitis in fide,vos ipsos probate..An nõ cognoscitis vos ipsos quòd Christus in vobis est? nisi aliquatenus reprobi fitis: spero autem vos cognituros,quòd nos non simus reprobi.*
Nam quoniam per prædicta ostendit , quòd quanuis non *euadat,* non quasi nõ habens in se Christum,sed *†inuad.at.*
imitans lõganimitatem illius,qui crucifixus, & nõ se vltus est. Iterũ aliter istucipsum operatur, & maiore abũdantia à discipulis sermonem conficit.Quid enim dicam de me doctore,inquit, cui tanta cura est,& cui cõ creditus totus orbis,& qui tanta feci signa: vos enim ipsos si volueritis discutere qui in discipulorum ordine estis , videbitis quòd & in vobis Christus. Si autem in vobis,multò magis in magistro.Nam si fidem habetis, & in vobis est Christus:nam qui tunc credebant,miracula operabantur . Proinde & subdidit: Vos ipsos tentate,num fitis in fide,vos ipsos probate. An nõ cognoscitis vos ipsos , quòd Christus in vobis ? nisi aliquatenus reprobi sitis.Si autem in vobis, multò magis in magistro . Cæterùm mihi videtur hic fidem dicere illam, quæ miraculorum est.Nam si habetis fidem illam,Christus in vobis est, nisi aliquatenus reprobi facti sitis . Vidisti quo modo iterum terret , & abundanter ostendit apud se esse Christum . Hoc enim loco videtur mihi etiam ad vitam illos incitare. Nam quoniam non sufficit fides ad conciliandam sibi spiritualem efficaciam, dixit autem,Si estis in fide, Christum * habete in vobis *ἔχετε id ipsis . Contingit autem multos esse ab hac efficacia va- *est, habete cuos,licet fidem habeant,soluẽs dubium,inquit,nisi ali- *vel habe-* qua ex parte reprobi sitis , & habetis vitam corruptam. *tis potius.* Spes vero mihi est vos cognituros, quòd nos nõ simus reprobi. Cõsequenter erat dicendum,Si autem vos reprobi facti estis,sed non nos.At non sic dicit, vt ne plagam

Universidad de Deusto
Biblioteca

gam inferat, obliquè istud insinuat, neque affirmans & dicens: Reprobi estis: neque per interrogationem pronuncians & dicens: Si autem vos reprobi? sed illo ipso per interrogationem omisso, & obscurè in se ostendit addens, Spero autem vos cognituros quòd nos non simus reprobi. [Rursum hic minę multę, terror magnus. Quandoquidem, inquit, hinc per nostram in vos animaduersionem experimentum sumere vultis, id perfacilè vobis planum faciemus. Cæterùm ad eum modum non loquitur, sed maiori cum grauitate ac minis grauioribus. Spero autem vos cognituros, quòd nō simus reprobi.] Nām oportebat quidem etiam absque hoc scire, vos, inquit, scitis, & quòd Christum habemus in nobis loquentem & operantem. Quoniam autem & reipsa vultis accipere experimentum, scitote quòd non sumus reprobi. Deinde quoniam minas intentauit, & pœnas iam ad fores adduxit, & in timore constituit illos, & expectare fecit pœnam: vide quo modo iterum dulciorem reddit sermonem, & mitigat timorem, & ostēdit se ab ambitione alienum, discipulorúmque curam gerentem, animo erectum, & consilio prudentem, vanámque gloriam aspernantem. Hæc enim omnia ostēdit in his quæ subdit dicēs: *Precor autem deum, vt ne quid mali faciatis, [non quò nos approbati appareamus,] sed vos quod bonum est faciatis, nos autem quasi reprobi simus. Non enim possumus aliquid contra veritatem, sed pro veritate. Gaudemus enim nos, quū nos infirmi fuerimus, vos autem potentes sitis: hoc autem insuper precamur vestram integritatem.* Quid huic animę comparabitur? contemnebatur, respuebatur, illudebatur, subsannabatur, quasi vilis, quasi contemptibilis, quasi arrogans, quasi glorioſus in verbis quidem, re autem ipsa neque paruam virtutis suæ vim ostentans, non solùm differt, neq; solùm cessat, sed & precatur, ne detur sibi talis occasio. Precor enim, inquit, ne faciatis male quippiam, nō vt nos probati videamur, sed vt vos quod bonum est faciatis, nos autē quasi reprobi simus. Quid est quod dicit? Obsecro deum, inquit, & oro, vt nullum inueniā incorrectum, nullum inueniam non pœnitentem, imò neque hoc solùm, sed neq; inueniam initiū peccati: dicit enim, Ne quid mali faciatis: si autē peccaueritis, pœniteatis & præoccupetis vos emendando, omnémque repellite iram: neque enim hoc studeo vt sic † reprobi simus, sed planè cōtrarium, vt ne vos reprobi appareatis.] Nam si manseritis, inquit, sine pœnitentia peccantes, necessarium erit, vt puniamus & castigemus, & † exerceamus corpora nostra:] quòd & in Sapphira ac Mago factum est, & demus experimentum virtutis: non autem precamur hoc, sed contrariū, vt neque nos sic probati appareamus, hoc est, ne sic experimentum declaremus potentiæ nostræ in puniendis vobis & castigādis peccatoribus, incurabilitérque laborantibus. Sed quid? vt vos quod bonum est faciatis, hoc precamur, vt semper virtutem operemini, semper corrigamini, nos verò quasi reprobi simus, non declarantes nostram punitiuā vim: & non dixit, reprobi: non enim futurus erat reprobus, licèt non punisset, sed propter istud ipsum magis probatus. Quasi dicat, quanuis nōnulli suspicentur nos, quia non ostentamus nostram potentiam, esse cōtemptibiles, & ea destitutos, nihil hoc nobis curæ est. Satius enim vt tales ab illis habeamur, quàm si plagis potentiam, quam dedit nobis deus, † consilio minus recto] declararemus. Non enim possumus contra veritatem, sed pro veritate: vt enim non videatur illis condonare, hoc enim est animi à vana gloria alieni, sed quòd faciat id quod rei postulabat natura, hoc subdidit dicēs:

† probati simus, sed planè cōtrariū vt ne nos probati appareamus.

† mutilemus corpora vestra: Acto. 5. a & 8. b

† in obstinatos.

A Non enim possumus cōtrá veritatem. Nam si inueniemus, inquit, vos probè agentes & repellentes peccata per pœnitentiam, ac fiduciam erga deum habentes, neque poterimus etiamsi vellemus in posterum punire: sed etiamsi attētaremus, nō cooperaturus esset deus. In hoc enim nobis dedit potentiam, vt sentētiam veram feramus & iustam, non à veritate vel paululum diuersam. Vidisti quo modo vbique sermonem facit minimè molestum, & minarum asperitatem mitigat, sicut hoc satagebat, ita & mentem suam illis vult esse addictam: propterea etiam subdidit dicens: *Gaudemus quū nos infirmi fuerimus, vos autem validi sitis. Hoc autem insuper precamur vestram integritatem.* Minimè enim, inquit, poterimus aliquid cōtra veritatem, hoc est, punire vos bene agentes: & quia non possumus, propter hoc nolumus, sed cō trarium concupiscimus: quin & propter istucipsum ma
B ximè gaudemus, quòd non inuenimus vos tales, qui occasionem nobis exhibeatis, vt nostram quæ in puniendo est porentiam ostendamus, licèt talia facientes nos claros & probatos & potentes declararemus, sed contrarium volumus, nempe vt vos probati & irreprehensibiles sitis, & nos nunquam inde gloriam lucrifaciamus. Ideo dicit, Gaudemus enim quando nos infirmi sumus. Quid est, infirmi sumus? quādo existimamur infirmi, non quòd simus infirmi. Sic enim putabant inimici, quum iam facultatem puniendi nō manifestaret: attamen gaudemus quando sic conuersamini, quòd nō datis occasionem nobis castigādi vos, quod nobis dul ce est ac gratum, quando sic existimamur infirmi, modò vt vos irreprehensibiles sitis: vnde addit, vos autem validi sitis, hoc est, probati, & virtutibus conspicui, &
C non solùm volumus hęc, sed etiam precamur vt vos sitis ita irreprehensibiles, absoluti, nullámque nobis dantes occasionem. Hæc paterna viscera, discipulorum Morale.
salutem, suæ gloriæ præferebant. *Hoc animæ fuerit vanæ gloriæ expertis. Tunc certè virtus maximè à corporis liberat vinculis, & à terra in cœlum sublimē esse facit, si pura sit à vana gloria, quemadmodum hęc admissa in plurima inducit peccata.* Fieri enim non potest, vt qui non est purus à vana gloria, sublimis, magnus & strenuus fiat, sed necesse est vt humi repat, & † magis corrūpit sibi seruientē tam polluta domina quouis barbaro crudelior.] Quid enim illa ferocius fuerit, quàm si ei maximè seruitur: tunc enim maximè ferocit, quanuis hoc neque bestiæ efferæ solent, quæ multo ministerio mansuescunt: contrà vanæ gloriæ cupiditas, quādo contemnitur, mansuescit: quando autem colitur, effertur, & se armat contra se colentē. Hanc quum colerent
D Iudæi, graui supplicio affecti sunt: hanc quum despicerent discipuli, coronati sunt. Et quid dico supplicia & coronas? Nam si illam respuere, maximè facit apparere claros, & videbis etiam hic eos qui illam colunt, damnum: eos verò qui contemnunt, vtilitatem accipere. Nam discipuli qui illam contempsere, (nihil enim prohibet iterum eodem vti exemplo) & quę dei erant prętulere, clariores Sole fulserūt, immortalem adepti memoriam etiam post mortem. Iudæi verò qui ab illa victi, sine ciuitate, sine domo, sine honore, exules & instabiles facti sunt, vilesque ac contemptissimi. Et tu quoque si vis gloria fulgere, gloriam cōtemne: sin gloriam sectaberis, gloria excides. Si autem placet, hunc sermonem & in secularibus rebus approbabimus. Quos enim maximè scōmatis incessimus? Nónne eos qui illius cupidi sunt? † Quid: nónne qui hac destituti sunt, inquis, plurimos habent vituperatores, & ab omnibus cōtemnuntur?]

† multa corrumpat qui tam pollutæ & quouis barbaro crudeliori dominæ seruiat.

† Igitur ea maximè spernuntur?

deſiderãtur, qui pluri-mos habent vituperato-res, & ab omnibus ri-temnuntur.

nuntur?] Quos autem admiramur, dic oro? Nónne eos qui illam maxime contemnunt? Igitur hi ſunt, qui glorificantur. Quêadmodum enim diues eſt, non qui multis, ſed qui nullo eget: ita glorioſus eſt, non is qui gloriæ amans eſt, ſed illius contemptor. Vmbra enim gloriæ eſt iſta gloria: nullus enim panem videns pictum, etiã ſi multum à fame vexetur, picturam attinget. Igitur neque tu vmbras ſectare. Vmbra enim glorię hęc eſt, non gloria. Et vt diſcas, quòd hæc ſic ſe habeant: illud cogita, quando res ab hominibus vituperatur, quando omnibus fugienda eſſe videtur, etiam illis qui ipſam deſiderant, quãdo confunditur qui vocatur illud habens, vel habere deſiderans. Vnde igitur deſiderium iſtud, dicis, & quo modo naſcitur hæc affectio? A puſillanimitate. Non enim oportet ſolũ vituperari, ſed & emendari à mẽte imperfecta, à ſenſu puerili. Deſinamus igitur eſſe pueri, & fiamus viri, & vbiq; veritatem, nõ vmbras ſectemur, & in diuitiis, & in voluptatibus, & in deliciis, & in gloria, & in potentia, & ceſſabit morbus hic, multàque alia: vmbram enim ſequi inſanientis eſt.

1.Cor.15.e

Vnde & Paulus dicebat, Reſipiſcite iuſtè, & non peccate. Eſt enim & alia inſania grauior ea quæ à dæmonibus eſt, vel ex curis. Illa enim veniam accipit, hæc autem excuſatione caret, quãdo ipſa anima corrupta fuerit, & non rectum iudicium illius perit. Et inſtrumentum alterius inſaniæ eſt corporalis paſsio, iſtam autem inſaniam operatur animus. Quemadmodum enim febres illæ graviores & incurabiles, quæ ſolida corpora inuadunt, latẽtque in neruis, & abſconditæ ſunt in venis: ita certè & iſta inſania, quoniam intus in mẽte deliteſcit, corrumpens & lædens illam. Quo modo enim non eſt manifeſta & clara inſania, & omni inſania grauior paſsio, inſanientes quidẽ ſemper contemnere, ingerere autẽ ſe ſummo cum ſtudio ſemper his qui pereunt. Dic enim obſecro, ſi quis ventum ſectaretur, vel cohibere attentaret: nónne diceremus illum inſanire? Quid autem eſt tenere vmbrã neglecta veritate: ſi quis mulierem ſuam odio habeat, vmbram autem eius amplectatur: vel filium auerſetur, & vmbram iterum illius diligat: quæreres ne aliud inſaniæ certius indicium? huiuſmodi ſunt & hi qui ad præſentia ſtupent. Etenim omnia vmbra, etiamſi gloriam dicas, etiamſi potentiã, etiamſi bonam exiſtimationem, etiamſi diuitias, etiamſi delicias, vel quicquid in hac vita eſt. Eapropter &

Pſal.38.b

propheta dicebat, In imagine pertranſit homo, verũtamen fruſtra conturbatur.

Ibid.101.b

Et iterum, Dies noſtri quaſi

Ibid.102.c

vmbra declinauerunt. Et alibi fumum & florem gramis vocat res humanas: non autem †diuitias ſolum vocat vmbram, ſed & triſtia, etiãſi mortem dicas vel infirmitatem, vel paupertatem, vel quicquid aliud. Qualia igitur manentia, & iucunda, & aſpera? Regnum æternum, & gehenna perpetua, neque enim vermis morietur, neque ignis extinguentur, & reſurgunt hi in vitam æternam, & illi in ſupplicium ſempiternum. Vt igitur hoc effugiamus, & illa fruamur: relicta vmbra, apprehẽdamus veras res omni ſtudio. Ita enim aſſequemur regum cœlorum: quod nobis omnibus concedatur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, per quẽ & cum quo patri gloria timul cum ſancto ſpiritu, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

†*ſuauia.*

Iſai.66. & Mar.9.g

Homilia xxx.

Propterhoc hæc abſens ſcribo, vt præſens non auſteritate vtar, iuxta poteſtatem quam dedit mihi dominus in ædificationem, & non in deſtructionem. Perſtringit illos vehementius diſſerens, & maximè ad finem epiſtolæ. Etenim antea dicebat, Ipſe autem ego Paulus obſecro vos, per manſuetudinem & lenitatem Chriſti, qui iuxta faciem quidem humilis inter vos, abſens confido de vobis: oro autem ne præſens audeam, ea fiducia qua exiſtimor audax fuiſſe in quoſdam, qui putant nos velut ſecundum carnem ambulãtes, & in promptu habentes vindicare omnium inobedientiam, quando completa fuerit veſtra obedientia. Et metuo ne forte veniens non tales inueniam quales velim, & ego ne inueniar à vobis, qualem me nõ vultis. Et iterum, Ne fortè cùm venero, me humiliet deus meus ergo vos: & lugeam multos ex his qui antea peccarunt, & pœnitentiam non egerunt ſuper libidine & immundicia quam patrarunt. Et poſt hæc, Prædixi & prædico ſicut præſens ſecundò, & abſens nunc ſcribo: quòd ſi venero denuò, non parcam, quandoquidem experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſti. Igitur quoniam hæc & multo alia dixit terrens, inhortans, † approbans,] perſtringẽs, excuſans, de omnibus inquit: propter hoc hæc abſens ſcribo, ne præſens auſteritate vtar. Vellem enim literis inſitam eſſe auſteritatem, & non ipſis operibus. Vellem vehementes eſſe epiſtolas, vt maneãt minæ, & in opus non exeant. Iterum, & in hac defenſione terribiliorem facit ſermonem, & oſtendens quòd non ipſe ſit, qui puniturus, ſed deus. Adiecit enim, Secundum poteſtatem quam dedit mihi dominus. Et iterum oſtendit, quòd non cupit poteſtate in illis puniendis abuti adiiciens, Non in deſtructionem, ſed ædificationem. Et inſinuauit quidem hoc nunc quod dixi, & reliquit illis expendendum, ſi incorrigibiles manſerint quid futurum. Et hoc iterum ædificatio eſt, eos qui ſic affecti fuerint punire. Etenim ſic habet, & ipſe hoc ſciuit, & operibus monſtrauit. *Quod ſupereſt fratres, gaudete, integri eſtote, conſolationem habete, idem ſapite, in pace agite, & deus charitatis ac pacis erit vobiſcum.* Quid eſt, quod ſupereſt fratres gaudete? Contriſtaſti, terruiſti, in anguſtia conſtituiſti, * tremere feciſti & timere, & quo modo iubes gaudere? Dicere vult, Si res veſtræ ſucceſſerint, vt à me impletæ ſunt, nihil eſt, quod gaudium prohibeat. Ego enim feci omnia quæ mea ſunt, longanimis fui, diſtuli, non execui, obſecraui, conſului, terrui, minatus ſum, vt omnibus modis cogerem vos ad pœnitentiæ fructum: reliquum eſt, vt & vos quod veſtrum eſt agatis, & ſic immarceſsibile ſit gaudium veſtrum. *Integri eſtote.* Quid eſt, integri eſtote? Perfecti ſitis, implete quæ deſunt.

Suprà.10.a

Ibid.12.g

Ibidem.

Hic ſupr.a

texprobrãs

Conſolationem accipite. Quoniam & multæ fuerunt tentationes & magna pericula, inquit, conſolationem accipite, & à vobis mutuum, & à nobis, & à mutatione in melius. Si enim à conſcientia ſit gaudium, & perfecti eſtote, nihil enim deficit ad gaudium & cõſolationem: nihil enim ſic facit conſolationem vt pura conſcientia, etiamſi innumeræ afflictiones ac tentationes.

Idem ſapite, in pace agite. Quod & in priore epiſtola ex proœmus auditum eſt. Contingit enim idem ſapere, & non agere pacifice, quando in dogmatis conueniũt quidam, diſsident autem aliàs inter ſe. Verum vtraque Paulus exigit, *Et deus charitatis ac pacis erit vobiſcum.* Nõ enim ſolùm admonet & conſulit, ſed etiam bene precatur: nam vel hoc precatur, vel futurum prędicit, imò vtraque. Si enim hæc feceritis, inquit. Quid? ſi idem ſapueritis, & pacificè vixeritis, erit etiam deus vobiſcum: dilectionis enim deus eſt & pacis, illiſque gaudet ac lætatur. Hinc vobis & pax à dilectione illius, hinc malorum omnium ſublatio: iſta orbem ſeruauit, iſta diuturnum bel-

1.Cor.1.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

num bellum soluit,ista cœlo terram coniunxit,ista homines angelos fecit,istam igitur & nos imitemur.Innumerabilium enim bonorũ mater est dilectio,per istam saluati sumus,per istam ineffabilia bona omnia assequimur. Deinde reducens illos ad hanc, inquit: *Salutate vos inuicem in osculo sancto.* Quid est, sancto? non subdolo,non ficto, sicut Iudas Christum osculatus est: propter hoc enim osculum datum,vt charitatis fiat symbolum,vt accendat affectionem,vt sic mutuũ diligamus, tanquã fratres fratres,tanquã filij patres,tanquã patres filios,imò & multò magis.Nam illa quidem est naturæ affectio, hæc autem spiritualis gratiæ. Sic animæ inter se colligãtur.Propter hoc & ex peregrinatione redeũtes, osculis excipimus mutuis, conuenientibus animabus. Hoc enim membrum est, quod animã nobis prædicat.De osculo autem illo sancto licet alium quoque sermonem dicere. Qualem nam? [Templum Christi sumus.] Igitur vestibula tẽpli & ingressum osculamur, mutuum osculando. Nonne videtis,quot etiam vestibula templi huius osculantur,illi quidem flectentes,alij autem manu continentes, & ori manum admouentes: per has etiam ianuas ac portas, & ingressus est,& ingreditur ad nos Christus,quando communicamus.Scitis, qui mysteriorum estis participes quid dicatur: etenim non vulgarem honorem cõsequutum est os nostrum, accipiẽs corpus dominicum, propter hoc maximè hìc osculamur. Audiant qui fœda loquuntur, qui conuicia proferunt, & horrescant, ꝙ tale os polluunt: [audiant qui fœdè osculantur.] Audi qualia doceat te per os tuũ deus, & custodi immaculatum, differe de futura vita, de resurrectione,de immortalitate,quòd mors non sit mors, & alia innumera arcana. Nam quemadmodum ad adytum è quo oracula dantur, venit ad os sacerdotis initiandus.Audiamus quę scilicet sunt horroris plena. Etenim perdiderat suam vitam ex progenitoribus, & venit illam reparaturus, & rogaturus quo modo illam inueniat ac reparet:deinde respõdet illi deus, quo modo inueniat:& fit os illud propiciatorio terribilius. Nam illud quidem propiciatorium nullo modo talem emittebat vocem,sed de multò minoribus loquebatur rebus,de bello ac pace quæ subtus est. Hoc autem omnia de cœlo & futura vita, & rebus nouis, mentẽmque trãscendentibus.Dicens autem, Salutate vos mutuum in osculo sancto, adiecit: *Salutant vos sancti omnes.* Et hinc dans illis bonam spem, † hoc adhortatus est,] pro osculo per salutationem illos copulãs: nam ab illo ore cuius osculum, procedunt & verba. Vides quo modo omnes cogit, & eos qui procul distant corpore, & qui propè? illos quidem per osculum, hos verò per literas.

Gratia domini nostri Iesu Christi,& dilectio dei,& communicatio sancti spiritus cum omnibus vobis. Quoniam coniunxit illos inter se per salutationes & oscula:iterum ad preces deflectit sermonem, magna diligentia illos etiam deo coniungens. Vbi nunc sunt qui dicunt, quia spiritus sanctus in epistolarum proœmiis nõ est simul ordinatus, ideo non est eiusdem essentiæ? Ecce enim nunc cum patre ac filio illum connumerat. Cæterùm præter hoc liceret etiam illud dicere,quòd Colossensibus per epistolam scribit & dicit,Gratia vobis & pax à deo patre nostro:filium silens, & non addens sicut in aliis epistolis:& domino nostro Iesu Christo. Igitur neque filius erit eiusdem essentiæ,eadem ratione,sed hoc extremæ dementię est.Nam istud maximè ostendit esse eiusdem essentiæ,quòd diuersè Paulus hoc vtitur: & id nõ per solam cõiecturam esse dictũ,audi quo modofilij &

Marc.14.c

Supra.6.d

† *hoc adscripsit.*

Coloss.1.a

Roma.1. & 1.Cor.1.a &c.

A spiritus meminit,& patrẽ obticet.Corinthiis enim scribens,dicit: Sed abluti estis,sed sanctificati estis, sed iustificati estis, in nomine domini Iesu, & in spiritu dei nostri. Quid igitur dicoro? Non baptizati fuerunt in patrem illi? Quare igitur non dixit, abluti estis in nomine patris? Quia sine discrimine,nunc huius nunc illius meminit hypostasis,& inuenies hunc morẽ in epistolis sæpius.Etenim Romanis scribens, inquit, Obsecro igitur vos per miserationes dei,quãuis filij sint miserationes: obsecro autem vos per charitatem spiritus, quanuis patris sit charitas. Quare non meminit in miserationibus,filij,& in charitate,patris? quia quasi manifesta & confessa siluit.Inuenietur autem & dona illa iterum mutato ordine narrare.Nam quum dixisset, Gratia Christi,& charitas dei,& cõmunicatio spiritus sancti, alibi dicit communionem filij & charitatem spiritus.Obsecro enim vos,inquit, per † cõmunicationem] B spiritus.Et Corinthiis dicit,Fidelis deus, per quem vocati estis in communionem filij illius.Sic ea quæ trinitatis,indiuisa sunt:& cuius spiritus est cõmunio,† is inuentus est] esse filij,& filij est gratia, & patris & spiritus sancti:Gratia enim vobis à deo patre. Et alibi quũ multa illius genera percensuisset, subdidit: Omnia autem hæc operatur vnus & idem spiritus, diuidens seorsim cuique vt vult. Et hæc dico,non confundens hypostases,absit,sed sciens etiam,quid his proprium sit,quidve hæc discernat,& essentiæ vnitatem. Perseueranter igitur & horum dogmatum euidentiam habeamus,& dei dilectionem nobis conciliemus. Prius enim nos, qui odio habebamus,dilexit:& qui inimici eramus,conciliauit.Vltra autem diligentes diligere vult. Perseueranter igitur diligamus illum,ita vt & ab illo diliga- C mur:nam quum *à potẽtibus hominibus diligimur, terrori sumus omnibus:multò magis si à deo, etiãsi* oporteat diuitias,vel corpora,vel animam ipsam *pro hac di*lectione dare, ne parcamus. Non enim sufficit verbis dicere,quòd diligimus:sed oportet etiam operibus declarare.Neque enim ille verbis solis,sed & reipsa ostẽdit dilectionem.Ostende igitur & tu operibus, & facito quæ illi probantur: sic enim & ipse iterum lucrum habebis:nam ille nullarum nostrarũ rerum eget, quod & maximè synceræ dilectionis est, quòd vt diligatur à nobis,quanuis nullis egeat, neque in suum vsum sua cõuertat,faciat omnia.Ideo & Moses dicebat,Quid enim quęrit dominus deus à vobis,quàm vt diligatis ipsum, & vt paratus sis ambulare post illum? & ita quando ille iubet se diligi, tunc maximè ostendit quòd te diligit. Nihil enim ita nostram salutem conseruat,atque illum D diligere. Sanè vide, quo modo præcepta illius ad nostram quietem,& salutem,& gloriam cõponit.Etenim quando dicit, Beati mundi corde, beati misericordes, beati mites, beati pauperes spiritu, beati pacifici, ipse quidem nihil inde lucri percipit: nos autem honestos faciens ac componens hæc præcipit. Et quando dicit, Esuriui, non egens nostro ministerio, sed te exercens ad misericordiam sic pręcipit.Poterat enim etiam absque te pauperem pascere,sed thesaurũ tibi donans maximum,hæc imperauit.Nam si sol qui creatura est,non eget nostris oculis,& licèt nemo ipsum videat, manet tamen in sua claritate, nos autem qui radiis illius fruimur,vtilitatem percipimus:multò magis de deo sic loqui conuenit.Vt autem & aliunde scias quantùm inter deum & nos distet,num quantùm inter culices & nos? multò magis manifestum,modóque immenso. Si igitur nos vanę glorię studiosi & superbi nõ egemus culi-

1.Cor.6.c

Roma.1.d

Deute.10.c

Matth.5.a

Ibid.5.c

Morale.

† *charitatẽ.*

† *ea inuentus est esse.*

1.Cor.12.b

cum

cum ministerio, vel gloria: quantò magis deus qui est à passione & indigentia alienus, tantùm nobis fruitur, quantùm beneficijs fruimur, quantùm nostræ saluti & delicijs conducit. Eapropter & sæpius relictis iis quæ sua sunt, tua quærit. Si quis enim, inquit, vxorem habet *1.Cor.7.c* infidelem, & illi probatur habitare cum ea, ne relinquat illam: qui autem dimittit vxorem nisi propter fornica- *Matth.5.c* tionem, facit illam adulteram fieri. Vidisti indicibilem † dilectionem? Si sit scortum, inquit, mulier, non *†bonitatē?* compello, vt cohabites. Si autem infidelis, non prohibeo. Iterum si contristauerit te aliquis, præcipio illi, vt relicta oblatione mea, ad te quem contristauit, currat. *Matth.5.c* Si enim obtuleris donum tuum, inquit, & illic recorda tus fueris, quòd frater tuus habet aliquid contra te, relinque donum tuum ante altare, & vade, primúmque reconciliare fratri tuo, & tunc veniens offer donum tuum. Quid autem parabola eius qui omnia decoxerat, *Matth.18.c* nónne hoc ostendit? Quãdo enim amisit multa talenta, misertus est eius & dimisit: quãdo autem ille centum denarios à conseruo repetiit, & malum vocauit, & supplicio tradidit. Sic multa de tua quiete illi cura est. In *Ibidem.d* vxorem iusti Barbarus peccaturus erat, & dicit, † peper *† custodini te ne peccares in me.* ci tibi quod in me peccasti. Apostolos persequebatur Paulus, & dicit ad illum, Quid me persequeris? Alij esu riunt, & dicit se esuriisse, & nudum obambulasse, & hospitem fuisse, volens te admonere & excitare hac ratione ad eleemosynæ curam. Cogitantes igitur quantam per omnia declarauit & declarat charitatem, certiores nos per seipsum reddere dignatus, quòd nam scilicet sit maximum bonorum caput, & mentis lumen, virtutisque doctrina, & ad optimam vitam instituendam, & quòd omnia faciat propter nos, & filium dederit, & regnum cœlorũ promiserit, & ad ineffabilia bona nos *vocarit, vitámque beatissimam nobis præparauit, omnia faciamus, & dicamus, ita vt & digni appareamus dilectione illius, & assequamur futura bona.* Quibus frui nobis omnibus concedatur gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri ac spiritui sancto gloria, nunc & semper, & in secula seculorũ, Amen.

Gene.20.
Acto.9.a

FINIS.

DIVI IOANNIS CHRYSOTSOMI IN HOC APOSTOLI DICTVM, VTINAM TOLERASSETIS PAULULUM QUIDDAM INSIPIENTIÆ MEÆ, HOMILIA: VIRO QUODAM DOCTO INTERPRETE.

2.Cor.11.a

OMneis equidem amo sanctos, maximè verò sanctũ Paulum, vas electionis, tubã cœlestem, sponsæ Christi ducem, ac pronubum. Id quod propterea dixi, & amorem in medium produxi, vt vos illectamẽti amoris participes facerem. Quãdoquidem externo amore succũbentes, fateri palàm propriè dispudet, tanquam deterritos tum sui pudore, tum audientium periculo. Atque hunc nostrum amantes nunquã tacent, quia sibi atque auditoribus iuxta prosunt tam honesta professione. Nam amor ille vicio datur, hic laudi. Ille morb⁹ animi probris obiectus, hic animæ lætitia est & exultatio, mundúsque indicibilis: ille bellum in amantiũ cogitationẽ inuehit, hic bello, si quod fuerit, ejecto, pacẽ copiosam substituit. Ex amore quidem vulgari, non modò nihil accrescit emolumenti, sed ingentem quoque rei familiaris iacturam facit, inanem sumptum, vitæq; internecionem, adeóque ædium è fundo subuersionem. Ex honesto autem, qui spectat animorum decorem, multę opes bonorum operum, magnáque virtutum suppellex existit. Præterea bonam corporis formam adamantes, inhiantésque ad splendorem faciei, turpes sunt & inelegantis formæ, neque ad mutandam deformitatem quicquam ex concupiscentia lucrantur, quin semper in peiorem, abiectioremque oris habitum abeunt. Cæterùm in hoc amore penitus est contrarium: quicũque amat animam sanctam, formosam, claram, pulchrámque, etiam si ipse est turpis, ingratique aspectus: immo si omnium fœdissim⁹, modò perduret in amore sanctorum, continuò talis erit, qualis est quem amat. Etenim diuinæ id benignitatis argumentum est, quòd corpus deforme & mutilum nequeat emendari: anima verò turpis & manca, in pristinam lucem & decorem facilè reformatur. Nam ex bonitate vultus nihil emolumenti, ex pulchritudine autem animæ tanta licet bona lucrari, quanta congruè possidet, qui deum habet amatorem. Audi enim, inquit, filia & vide, & inclina aurem *Psal.44.c* tuam, & obliuiscere populi tui & domus patris tui, & concupiscet rex pulchritudinem tuam. Pulchritudinẽ hìc eam dicit, quę est secundũ animam: cuiusmodi virtute & pietate contingit. Qua de causa, cùm tantùm sit lucrum sanctorum amatoribus, operęprecium facimus, si communi amore amplectamur sanctum tam eximiũ, ídque cupidissimè. Nam si animam nostram amor ille vel semel subiens, in ea lucidam excitauerit flammam: quicquid senticosum, quicquid saxosum & asperum & insensatum offendit, in cogitatione nostra totum exponit, aut certè promitigat, & animam nostram in decliuem fundum, lętúmque aruum purgat, aptamq; reddit diuino semini suscipiendo. Et nemo dicat, quòd nunc, neque adsit Paulus, neque oculis nostris videatur: & quonã modo contingere queat, vt id quod nunquam vidimus, amemus. Nihil enim hoc est impedimenti, quando & absentem amplectimur, & inuisum diligimus, potissimum cuius virtutis agnoscimus argumenta, tam magna, támque egregia, in omnibus vbique terrarum ecclesiis. Nempe impietatem dissipatam, malam vitam in meliorem versam, errantes in viam reductos: intemperantium sacra, vt Bacchanalia & id genus explosa: abdicata templa, obmutescentes dæmones. Vniuersa hæc tam admiranda linguæ Paulinæ potentia, inspirata gratia dei confecit, clarámque flammã pietatis vbique gentium accendit. Cum quibus dotib⁹ & sanctas huius epistolas habemus, quæ nobis caracterem beatæ animæ diligenter insculpunt. Quemadmodum ergo cùm Paulo in presentia constituto differere animus esset: sic cum alacritate nos obsequentes eius literis præbeamus, quæ intus dicta sunt, explicemus. Discamus quid nam sit, quod exclamauit hodie, dicens: Vtinam toleraretis parum quiddam insipientiæ meæ, *2.Cor.11.a* quin me sustinuistis: æmulor enim vos dei æmulatione. Quid ais Paule? qui discipulis legem præscribens, In sapiẽtia, inquis, ambulate erga extraneos: qui dicis, Ser- *Coloss.4.a* mo vester semper in gratia sit sale conditus, vt sciatis *Ibidem.* quo modo oporteat vos vnicuique respondere: qui precaris omnibus vt sapientia spiritali adimpleantur: ipse exclamas, Vtinam toleraretis paululum quiddam insipientiæ meæ. Num satis tibi dixisse fuit, aliquod insipientiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

sipientiæ meæ verbum? Ad discipulos etiam illud exponis,neque ad discipulos tantùm exponis,immo omnibus hominibus, quotquot cum illis fuerunt, per epistolam notum facis. Animaduerte quàm nõ oporteat, quæ dicuntur simpliciter percurrere, sed vnum quodlibet accuratè disquirere. Illud enim quum legitur simpliciter, offendit auditores: peruestigatum verò eximiam aperit Pauli sapientiam, admirandem prudentiam,curam indicibilem.At quid tandem id est, quod dicitur? Pseudapostoli frequẽtes apud Corinthios agebant, qui præconio Christi depravato, etiam accusati Pauli opinionem eruere, quam de ipso discipuli conceperant,ceu per cuniculos tentarunt,cumque per ironiã falsò dictis arrodentes, superbiæ detulerunt: aduersus illos bona pars,vt videtur,epistolæ pertinet.Quemadmodum quum dicit,Non sumus sicut reliqui,venditãtes verbum dei:& rursum dicens,Sic me seruaui,ne cui esſem onerosus: & addit, consilium semper fuisse, vt hanc legem immotam seruet. Nam est veritas, inquit, in me Christi, quòd hæc mea gloriatio non interrumpetur in me,in regionibus Achaiæ. Quãdo reddit causam, sceleratos istos tacitè notat, sic dicens: Quapropter,an quòd non diligã vos?Deus nouit.Verùm quod facio,idem & faciam, vt amputem occasionem iis, qui cupiunt occasionem. Et antea discipulos cohortatur, ne committant, vt eis necessario potentiam suam declaret,dicens:Rogo autem vos, ne præsens audeam ea fiducia,qua existimor audax fuisse in quosdam, qui putant nos veluti secundum carnem ambulare. Nam sic illi maledici, de quibus hæc dicit, omnia rememorabant per ironiam eum acerbius vellicãtes: quòd videlicet epistolæ Pauli magnum prę se ferant tumorem & verborum arrogantiã:ipse verò,nihil sit,exiguus,abiectus. Postea quàm igitur hoc loco traducitur, quasi in nullo sit numero, quasiq; indignus sit, de quo ratio habeatur, sicut iterum explicans pseudapostolis, Num illud,inquit,peccaui,quòd meipsum humiliarim, vt vos exaltarem:Et istud obiectum crimen diluens: Quales, inquit,sumus sermone per epistolas cùm absumus,tales sumus & cùm adsumus facto.Quando itaque multi fuerant apud illos pseudapostoli, quos & operarios dolosos nominat,sic dicens: Siquidem istiusmodi pseudapostoli,operarij dolosi sunt, sumpta persona apostolorum Christi. Atque haud mirum, quandoquidem ipse satanas transformatur in angelum lucis:non magnum est igitur,si & ministri illius,personam in se transferũt, quasi sint ministri iusticiæ.Qua de causa,quum isti contumelias infinitas in hunc dicunt, damnóque afficiunt discipulos: quo perperam persuasi, minus idoneam de eo existimationem habere queant, deinceps necesse habet in magnificam, tamen veram laudum suarum recordationem descendere. Neque enim cõsultum fuit in reliquũ tempus tacuisse. Cæterùm quia pugnas suas nobis erat memoraturus,& reuelationes quas vidit, & labores quos pertulit, ostensurus omnibus, quàm inuitus,quámve coactus id faciat: quanquam necessitatem vidit ineuitabilem,tamen insipientię quiddam vocat, sic dicens,Vtinam toleraſſetis quiddã insipientiæ meę. Facturus, inquit, sum rem absurdam & stultam, me ipse celebrabo & extollam.Verùm ego prędicationis huiusmodi propriæ causa non sum, sed illi potius, qui eò me detruserunt:propterea vos adhortor,perferatis me illis causam reddentem. Num perspicuè vides prudentiam Pauli?Etenim dicens: Vtinam toleraſſetis paululum quiddam insipiẽtiæ meæ,quinimmo sustinete me: nam zelotypus sum erga vos dei zelo: non continuò perrexit ad narrationem laudum, sed interim iterum interserit verba quædam,& in hunc prope modum dicit:Iterum dico, ne quis me putet insipientem, alioqui & vt insipientem accipite me. At ne sic quidem attigit narrationem, sed iterum dicit: Quod dico, non dico secundum dominum,sed velut in insipientia,in hoc argumento gloriationis. Sed ne tum quidem audet ingredi,tot verbis ceu in præsidium præmissis.Quin iterum repositus præludit & dicit:Quandoquidem multi gloriantur secundũ carnem,& ego gloriabor: libenter enim suffertis insipientes, cùm sitis sapientes. Mox iterum recusat & contatur, pauciſque interpositis addit: Sed in quocunque audet aliquis, in insipientia loquor,audeo & ego. Cùm demum latissima excusatione,præmitigationeque præaudita,tentauit aggredi laudum suarum enarrationem. Et quemadmodum equus præcipitium aliquod, præruptúmque cliuum transiturus se colligit,quasi hunc vno saltu exuperaturus foret: verùm profundum despiciens hiatum subiacere, obstupescit metu, contrahitúrque deinde quum sentit equitem vehementius vrgere,rursum aggreditur,idémque quod antea perfert,necessitatem & vim indicans, subsistit aliquandiu,hinnitum mussitãs super oram foueæ, resumpto tandem animo se vltrò fidenter adigit: Sic & beatus Paulus veluti se daturus in præceps, in laudũ suarum recitationem, semel atque iterum, ac tertiò, & subinde sæpius rotrocedit,sic dicens:Vtinam taleraſſetis paululum quiddam insipientiæ meæ. Et rursum: Ne quis me putet insipiẽtem esse, alioqui & vt insipientem accipite me.&,Quod dico,non dico secundum dominum,sed velut in insipientia, in hoc argumẽto gloriationis.Et rursum:Quandoquidem multi gloriantur secundum carnem,& ego gloriabor: libenter enim suffertis insipientes,cum sitis sapientes.Et rursum:In quocunq; audet aliquis, in insipiẽtia loquor, audeo & ego. Et quum se millies insipientem nominasset & stultum, vix tandem audet in proprias laudes descendere. Hebræi sunt, & ego: Israëlitæ sunt,& ego: semen Abrahæ sunt,& ego: ministri Christi sunt, & ego. At nondum sibi excidit, sed iterum præmolit hoc pacto: Delirans, inquit,loquor plus ego. Neque hic desinit,nam absoluto laudum suarum catalogo, factus sum,inquit,insipiẽs gloriando, vos me cogitis.Ecquid non dixit, pseudapostoli me coëgerunt:sed,vos me cogitis:Quoniam illorum, inquit, rationem non habui. Vestra fermè fuerunt sana & sobria,nisi fuissetis auersi,nisi retulissetis pedem.Quòd si nos semper maledictis impetissent, illorum virulentia nihil nobis accremisset detrimenti. Verùm quia cognoui dissipatum esse ouile, discipulósque deficere,experiundæ rei & arduæ & per quàm molestæ animum insumpsi,adeóque coactus sum desipere, mea recẽsendo encomia,propter vos,vestrámque salutem. Ea sanctis consuetudo,quod perperam fecerunt,repandunt quotidie, deplorant, omnibúsque ob oculos ponunt: quod autem ingenuum & eximium, abscondũt, & obliuione transmittunt. Talis est hic sanctus noster, peccata sua vel nemine impellẽte perpetuò versat, excantátque. Siquidem aliquando dicit: Christus Iesus venit in hunc mũdum,vt seruaret peccatores, quorum primus ego sum.Aliquãdo verò:Gratiam habeo in eo, qui me confortat Christo,quòd fidelem me arbitratus est,ponendo in ministerium. Item prius fui contumelioſus,persecutor, & iniurius, sed cõmiserationem sum consecutus,quia ignorans feci in infidelitate. Et rursum:Postremò

2.Cor.11.d
Ibid.11.b
Ibidem.c
Ibidem.
2.Cor.10.a
Ibid.11.b
2.Cor.10.c
Ibid.11.c
Ibidem.
2.Cor.11.c
Ibidem.
Ibidem.c
1.Tim.1.d
Philip.1.c
1.Tim.1.c

1.Cor.15.b sum: Postremò omnium tanquam putamẽto apparuit. A
Ibidem. & Ego enim sum minimus apostolorum, qui non sum
idoneus nominari apostolus, quandoquidem sum ec-
Ephes.3.b clesiam persecutus. Et rursum: Mihi minimo omnium
sanctorum data est hæc gratia. Non apostolorum tan-
tum, sed generatim omnium fidelium, postremũ se as-
serit, ita dicens: Mihi minimo omnium sanctorum da-
ta est gratia hæc. Neque se dignum dicit gratia, qua est
seruatus: Christus, inquit, Iesus in mundũ venit, vt pec-
catores saluos faceret, quorũ primus sum ego. Animad-
uerte quam causam salutis acceptæ reddit. Nam dicit,
ideo misericordiã sum adeptus, vt in me primo osten-
deret Iesus Christus omnem longanimitatem, ad ex-
primendum exemplar iis qui crediturí essent in se, in
vitam æternam. Nullo pacto suam asserit dignitatem
& meritum. ne vllus peccator in malicia, quantumlibet
cõfirmatus, deinceps animum abiiciat, etiamsi bellum B
Christo fecit: quando Paulum videt postremum om-
nium, quo posterior non erat alius quisquam, qui in
Actio.g.c acie deo restitit, liberé seruatum. Quãdoquidem Chri-
stus dicit: Quoniam vas electionis mihi est iste, vt por
tet nomen meum coram gentibus & regibus. Ille verò
ne tantulum quidem ex tantis præconiis intumuit, se
miserum pertinaciter contendit. Post tantam gratiam,
post tam eximia virtutis opera, post præclaram dicen-
di libertatem, primũ se peccatorem nominat. Et prop-
terea se affirmat misericordiam consecutum, ne quis-
quam, neque in extremam maliciam delapsus despera-
re queat, modò rem spectet, & in hunc exhibitam cle-
mentiam. Itaque præter necessitatem excãtat quotidie
in omnibus epistolis, se notatione atra describens: pa-
lamq; faciens, non solùm eius ætatis hominibus, sed &
omnibus posteris. *Præconia vel vrgẽte necessitate gra-* C
*uatur, vel potius refugit, enarrare. Nã sæpenumero eam
rem insipientiam nominat, atque admirandam, diui-
námque illam reuelationem multo tempore subticuit:*
quam non paulò antè neque anno altero, aut tertio, aut
decimo, sed aliquãto superioribus vidit. Quamobrem
2.Cor.12.a nunc tempus nominatim apponit, sic dicẽs: Scio homi
nem ante annos quatuordecim raptum vsq; in tertium
cœlum, vt tu discas, quòd ne tum quidem dixisset, nisi
multam vidisset necessitatem imminere. Nam si ani-
mo sedisset proprias aliquando prędicare laudes, factã
visionem tam obstupendam continuò prodidisset, aut
primo, aut secundo, aut tertio anno, modò ad annum
quartumdecimum tacitò suppresit. Neque cuiquam a-
peruit, præterquam vnis Corinthiis: & tum potissimũ,
quando falsos, mendaceſq; apostolos suboriri vidit, ni
mirum vt ostenderet, ne tum quidem fuisse animũ di- D
cendi, si non obseruassetluem illam pessimam in disci-
pulos grassari. At nos nõ item. Contraria ratione pror
sus nitimur. ne vnius quidem diei, qua peccauimus, te-
nemus memoriam: imò referentibus indignamur, gra
uiterque succensemus, & perquam molestè suscipimus,
conuicij loco ducimus, mille contumeliis retaliamur.
Cæterùm si quid bene fecimus, quantulumcunque fue-
rit, latissimè prosequimur: recẽsentibus illud habemus
gratiam, eos putamus amicos nobis. Sed & Christus di-
uersum pręcepit, benefactorum obliuionem, memoriã
peccatorum. Quod nobis clarum effecit in hoc quòd
Luc.17.c discipulos adhortatur, dicens: Quãdo omnia feceritis,
Ibid.18.c dicite inutiles serui sumus. Et in parabola phariſæi, cui
publicanũ præposuit, Quemadmodũ enim illũ deli-
ctorũ memoria iustificauit, ita hũc memoria suorũ ope
rum destruxit. Quarum rerum deus Iudæos admonet,

sic dicens: Ego sum is, qui extinguit iniquitates tuas & Esaiæ.43.d
non meminero, tu verò memineris. Talis erat apostolis cõsuetudo, talis prophetis, atque iustis omnib⁹: qua-
propter Dauid peccati sui perpetuò meminit, virtutis
nunquam, nisi compulsus necessitate. Quãdo Barbari-
cum bellum Iudæam vexabat, omniaq; periculis plena
videbantur, cùm esset adhuc iuuenis, & rei bellicæ im-
peritus, omissis ouibus in exercitum profectus, omnes
animo deiectos cõspexit, obstupefactosq; metu ac tre-
mentes. nihil quod est humanæ fragilitatis persensit,
neque formidolosum reddidit suæ humilitatis cogni-
tio: quum fide omnibus quę videntur exuperatis, ad re-
gem cœlorum suspiciens, multam animo alacritatem
concepit, non solùm milites, sed & fratres accessit, seq;
eos ex præsente periculo promisit in securitatem vindi
caturum. Cumq; fratres quod dictum erat, risissent, vt 1.Reg.17.d
qui deum à quo inunctus fuit, ac generosum animum
ignorabant, adeò redundantem cœlesti philosophia, il
lis omissis ad alios diuertit. Tandem ad regem perdu-
ctus, quem præ timore propè mortuum inuenit: princi-
piò illum solatus, consilium atque animum reddit, sic
dicens: Ne cõcidat cor domini mei intra se, quia seruus Ibidem.
tuus abibit expugnaturus istum. Rex verò, cum non fi-
dem haberet tantis pollicitis: abire, inquit, non poteris,
admodum puer es, & ille vir bellicosus, & per omnem
vitam exercitus. Dauid in anceps iti constitutus, necesse
habuit recensere sua præconia. Quam autem inuitus id
fecerit, ex priorib⁹ apparet. Nam de præclarè à se gestis
ne tantillum quidem narrauit, neque fratribus, neq; mi
litibus, neque regi ipsi, quoad eum non adhibentem fi-
dem promissis ipsius vidit, tum angustia præssum, tum
negantem facultatem cum illo congrediendi. Quid e-
nim præterea faciundũ fuit: tacendæne virtutes? At ne-
quaquam ei concredita fuisset belli summa, neq; defen
sio periculi iam tum imminentis obtigisset. Qua de cau
sa quatenus oportuit, obtexit silentium: inuitãte autem,
ac efflagitãte temporis ratione ad dicendum, cõsilium
diuersum iniit, dixitq; ad regẽ: Pastor eram seruus tuus Ibidem.
in ouili patris, & quando venit leo aut vrsus, & rapuit
ouem ex grege, à tergo aggressum perterrefeci, corri-
pui prædam ex ore, & compræhendi guttur, & interfe-
ci eum: & leonem & vrsum percussit seruus tuus, & erit
alienigena iste & incircũcisus sicut vnum ex illis. Num
vides quo pacto declarauit, quá nã gratia laudes pro-
prias percensuerit? Tum sanè rex in reliquũ tempus as-
sumpta fiducia, iussit vt abiret: atque abiuit, & in acie vi
ctor euasit. Quòd si laudes suas refugisset proferre, neu-
tiquam eum rex ad singulare certamen idoneum putas
set, & parum idoneum existimatum in aciem descẽde-
re quî dimisisset: Cæterùm eo non dimisso, præclarum
facinus fuisset impeditum: quo impedito, neque dei glo
ria tum illustrata fuisset, neque ciuitas euitasset incum-
bens periculum. Ergo ne tot absurda committantur,
néve tanta ministerij magnitudo secludatur, necesse
fuit ipsi Dauid suas referre laudes. Quemadmodum e-
nim tacere nouit, quando nulla vrgebat necessitas: ita
& dicere nouit, quum instare multam vim perpendit.
At non in hoc tantùm, sed in altero etiam, nempe Sa-
muële videre licet modestiæ rationem. Etenim ille tot
annos præfectus populo Iudaico, iuxta id quod deus
tum disposuerat, nihil tamen vnquam de se eximium
prædicauit, tametsi vberrimam si amasset, gloriæ ma-
teriam habuit: vtpote laudabilẽ à puero educationem,
sanctam in templo conuersationem, & amplissimam
ab incunabulis prophetiam. Ad hæc tot bella, victo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

riam totius nactam, non tam armis quàm beneuolentia & fauore dei. Nihil horum superioribus annis, vt de se confiteretur, imperauit vsus. Cæterùm vbi abdicatam rempublicam alteri curandam cedere parabat, tum inuitauit occasio ad laudes suas latè recitandas. Itaque coacta populi totius concione, præsente Saul in hunc
1.Reg.12.1 fermè modum locutus est: Ecce vocem vestram audiui & constitui regem super vos, & senui: & ecce ego conuersatus sum coram vobis ex adolescentia mea, vsque in hunc diem iudicati estis à me coram domino, & coram Christo eius. Cuius vitulum accepi? aut cuius asinum accepi? quem vestrum imperio depressi? cui vestrum vim feci? aut ex cuius manibus corripui hostiam aut calceum, & abscondi oculos meos ab ipso? Dicite aduersum me, & reddam vobis. Aduerte quanta necessitas huiusmodi dicendi. Magna nimirum & vehemẽs. Quandoquidem daturus erat illis principem Saul, in suam ipsius excusationem docere hunc intendens, quónam pacto imperium sit gerendum, & quàm vigilanter curioseque pro subditis excubandum, eos qui nuper admodum ipsum iudicem recusarunt, philosophiæ suę testes facit. Neque tamen eo tempore, quo præfuit magistratui, quóve ipsius dicto audierunt, ne cui videantur ceu timidi, metúque perterriti, quæ non fuerunt, affirmasse testimonio. Verùm præfectura iam tum præterita, mutatáque in successorem prouincia gubernandi, vbi in reliquum tempus nihil periculi manebat accusatorem, tum demum apud eos iusticiam suam contestatur. Alius fortè iniuriæ memor, quam à Iudæis accepisset, neutiquam exoptaret post se principem mansuetum exoriri ac moderatum. Idq; non omnino propter memoriam iniuriæ, sed vt ipse queat amplius commendari. Siquidem grauis iste morbus magistratibus infestus est, vt post se administrationem rerum susceptu-ros, peruersos esse ac sceleratos precentur. Nam qui sunt generosi, magnique animi, in clariorem splendorem se existimant euasuros, quum eiusmodi non fuerunt, qui in principatu sequuntur. Qui tantum vmbræ sunt, corruptique moris, arbitrantur maliciam successoris ipsis in prætextum flagitiorum fore. Atqui non sic beatus ille Samuël orauit, expetiuitque votis summam rerum in eximium quendam traducere. Vsqueadeo affectu charitatis tenebatur, vsqueadeo mundus mundus fuit & alienus ab inuidia, longéque semotus à vanitate & opinione sui. Quia salutem hominum dun taxat spectauit, illis gubernatorem ad sui expressit imitationem, in ea oratione, qua de gestis suis rationẽ dedit. Nam cùm ignarum sciret, odiosúmque regem adhortari, qui omnia coram erat auditurus, atque illi ceu formam præscribere reipublicæ: quàm scilicet mansuetus esse debeat, quàm moderatus, quàm procul à munerum corruptione, vt nemini vim inferat, vt nemini sit iniustus, neque diuitiis congerendis studeat: rursum tacendo cunctus populus in prædam traditus fuisset: prætextu excusationis, vtrunque periculum declinauit. Illum docuit cuiusmodi gubernatorem esse cõueniat, simúlque vitauit odium doctrinæ. Siquidem videtur circa res suas occupatus, instruit tamen & præscribit, quanto studio, quáve via, subditorum commodis aduigilare par sit. Tu interim expende, quàm accuratè seipse purum declarat ab omni delicto. Non enim dicit, neque agrum alicui ex vobis neque argentum abstuli: sed quod omnium vilissimum est dicit, nempe ne calceum quidem. Mox alteram ipsius, eximiámque nobis virtutem aperit: plerique enim principes, dum A furto plebem expoliant, mansueti sunt & moderati & suaues, non ex animo, sed propter necessitatem conscientiæ, adempta eis per futurum dicendi libertate. Si muneribus accipiendis abstinent, onerosi grauesque sunt, quanquam non ex animo abstinent. Eo nanque ingenio existimationem captant, quasi ex proposito sint puri. Adeóque in vnum pariter vtrunque sæpenumero confluit & quàm facillimè, vt idem sit ex æquo sæuus atque furax. Sanctus ille contendit se ambobus his malis eminere, non minus ab industria compilandæ plebis, quàm ab ira remotissimus, cùm dicit: Cuius vitulum sumpsi, nec desinit quin mox subiungit, aut quem ex vobis potentia suppressi, aut in vincula perpe tua conieci, hoc est afflictionibus extinxi? Quod autem dicit, huiusmodi quiddam est: nemo illud aduersum me dicere poterit, cùm nihil penitus accepi. Quando B verò nihil accepi, consequens esset, me fuisse intolerabilem, difficilem, atrocem, ac inhumanum: eóque subnectit, Aut quem ex vobis imperio depressi? At quid illi responderunt? Non oppressisti nos, neque vinculis intrusisti, neque vnquam ex manibus nostris quicquam accepisti: & quò discas, quòd regem illorum instructurus, illa sit præfatus, subiecit: testis dominus, & testis vnctus eius, quinimmo vobis idem est manifestum. Atque ostendit, quàm iniucunda testificatio: illum enim testem nominauit, qui arcana cogitationum perspexit, quod est mundæ conscientiæ probamentum, quia nemo prorsus nemo qui sanus, quíque mente non excidit, testem deum euocat, nisi omnibus modis sibi confidat. Testificantibus itaque illis, de his quæ modò narrauerat, aliam virtutem ingerit, veterum memoriam refricat, & eorum quæ gesta sunt apud Ægyptum, præ-
C fecturæ *dei, ac bellorum quæ secuta sunt*. Rememorat *pugnam sub se pugnatam, insperatámque victoriam. Deducit quo modo sæpenumero propter peccata traditi sunt hostibus, inuocatóque deo, ab eis rursum liberati*. Veteribus noua committens, Misit, inquit, dominus Hieroboam & Barach Iephthaë, ipsúmque Samuëlem, & eripuit vos circunundique ex manu inimicorum vestrorum, magnáque fiducia domos vestras incoluistis. Num vides quemadmodum est consuetudo sanctis, propria benefacta pertinaciter contegere, nisi dum ad explanandum necessitas imperiosior impellit? Ideóque Paulus huc spectans, vt qui accuratè didicerat, quàm molestum, odiosúmque sit, audire de se magnificentius loquentem dixit, Vtinam tolerassetis meæ insipientiæ paululum quiddam. Neque ait, vtinam tolerassetis insipientiam meam: sed, paululũ quid-
D dam. Quandoquidem necessitas non fuit, vt se largius profunderet in encomiorum suorum narrationẽ, breuibus ea peruolitauit, idque propter illos & ipsorum salutem. Quemadmodum enim suas recitare virtutes, extremæ videtur dementiæ, si nulla supereſt necessitas: ita necessitate violenter incumbente propellentéque, proditio est ea tacere, quæ quis studiosè perfecit. At Paulus præsentem considerans necessitatem, adhuc subcontatur, insipientiæ negocium nominat: quò tu discas eius prudentiam, sapientiam & securissimam cautionẽ. Nam cùm dicit, quod loquor, non loquor secundum dominũ, adnectit, argumẽto gloriationis. Ne putes, inquit, ista me generatim differere. Itaque in hoc eum laudo maximè & admiror, pronuncioq; sapientissimũ, quod rẽ stultã existimauit sese prędicare & extollere. Quòd si ille, quũ necessitatẽ adesse videt, appellauit hoc insipientiã: qua venia, qua excusatione digni sunt,

qui de se

qui de se præter necessitatem eximia iactãt, aut aliis vt ipsos apud auditores efferant iniungunt: Ergo cùm illa cognoscimus, quæ dicta sunt, non tantũ verbis commendemus, sed imitemur, & assequi cõtendamus, oblivisci virtutum, tenacem viciorum memoriam foueamus, quò mediocribus cõsentire possimus, in futurum protendere, brabion apprehendere supremæ vocationis. Quod omnibus nobis obueniat ex charitate & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui simul atque patri & sancto spiritui sit gloria, potentia, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

FINIS.

R. D. D. IOANNI CARD. *Lotharingiæ Erasmus Roterod.* S. D.

BEne habet, quòd non omnia licẽt isti malo seu fato seu genio, qui nunc res hominum vndiq; miscet exitialibus dissidiis. Datur etiamnũ piis animorum beneuolentia iungi: datur scriptis vltro citróque commeantibus confabulari. Itaque qua licet venio literis tuis amantissimis inuitatus: quoque veniam gratior, comitem in primis gratiosum ac facundum adduco Ioannem Chrysostomum, qui tibi Pauli ad Galatas epistolam, Latinè loquens & paucis & luculenter enarrabit, vt vel hoc modo Galatæ quoque postliminio remigrent in suam Galliam. Vt tale quid auderem, crebrò mecum egit Claudius Cãtiuncula, minimumque abfuit, quin perpulerit. Quid enim est omnino, quod ille non facilè cuiuis persuadeat, vir tali præditus ingenio, tam non vulgari tum philosophiæ cognitione, tum vtriusque iuris prudentia, tum bonarum etiam literarum peritia præditus: adde his omnibus, præter eam dicẽdi facultatem, quam rhetorum præceptiones conferunt. naturalem quandam facundiam, vt optimo iure, si non vnicum (nam id fortasse dictu videatur inuidiosum) certè rarissimum vestræ Lothoringæ exemplum & ornamentum dici possit, nec sine causa tibi talium dotium perspicacissimo iudici, præcipuè charus habeatur. Nutantem igitur iam pridem, ac propensum etiam animum facilè tãdem impulit, reddens à R. T. D. literas, perbreues quidẽ illas, sed humanitatis plenas. Audieram te maiorũ imaginibus maximum, dignitate maiorẽ, ad hæc ætate florenti, inter aularũ vel negocia vel delicias, euangelicas ac Paulinas literas circunferre manibus, his frequenter oculos & animum pascere, quæ res mihi piæ mentis nõ obscurum argumẽtum dedit. Nec enim vel admodum vel diu potest inquinari viciis huius seculi, cui sacræ literæ cordi sunt. Inuitabat igitur ista tua pietas, vt aliquid è sacrorum voluminum thesauro tibi proprie dicarẽ: sed deterrebat nõnihil dignitatis tuæ maiestas, quẽ scrupulum simul atque tua excusit epistola, adornauit munusculum, quod vt paucis tibi cõmendem: Primum, opus hoc antehac à nemine versum fuit, vt si nihil aliud, vel nouitatis titulo possit esse non ingratum. Deinde vix alia est epistola, in qua magis apparet ardor ac solicitudo Paulinæ charitatis erga discipulos, quos Christo genuerat, vt hinc admoneri queant episcopi, quem affectum erga gregem ipsis concreditũ gerere debeant. Accessit interpres Apostoli simillimus, vbiq; materna viscera spirans erga populum suum, tum in docendo tam dilucidus ac sedulus, tãquam si nutrix foueat filium suum. Paulus indicaut discrimen inter pædagogum & patrem. Et si decẽ milia, inquit, pædagogorum habeatis in Christo, at nõ multos pãtres. Nam in Christo Iesu per euãgelium ego vos genui. Idem hìc matrẽ exhibet, iterum parturiens Galatas, donec in illis formetur Christus. Porrò Thessalonicensibus nutricẽ exhibuit, neq; quamlibet tamen, sed filii sui nutricem. Has tres personas spectare licet in hoc episcopo, patrem authoritate sacerdotali, matrem pariendi tuendique studio, nutricem dum cibum salutiferæ doctrinæ veluti præmansum ingerit animis suorum. De sacerdote Mosaico scriptum est Exodi xxviii. vt audiatur sonitus, quando ingreditur & egreditur sanctuarium in conspectu domini, vt non moriatur. Atqui ille quidem aurea tintinnabula gerebat in veste. Huic pro aureo tintinnabulo, lingua erat aurea, nusquam nõ obtinniens populo diuinæ scripturæ vocibus, docens, arguens, exhortans, consolans. Semper enim sacerdos versatur in sanctuario iuxta doctrinam euangelicam, ingrediens & egrediens, vt pascua inueniat ouibus suis. Et mortis periculum denunciatur, nisi tinniat. Hoc enim tinnitu saginantur oues Christi. Hic igitur geminum boni pastoris exemplum proditum est. Postremò incidunt in hac epistola loca quædam, vnde multi vehementer suspicati sunt, parum conuenisse inter Paulum & reliquos apostolorũ proceres, præcipuè Petrum. Ex eodem fonte nata est illa nobilis inter augustinum & Hieronymum digladiatio de mendacio, quæ quum efferbuerit vsque ad conuicia, nec aliter finita sit contentio, nisi cedente

1. Cor. 4. c

Ibidem. d

1. Thess. 2. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

si cedente Augustino, tamen si quis rem expendat attentius, neuter alterũ satis intellexit, quum Hieronymus loquatur de dissimulatione facti, Augustinus tractet quæstionem de mendacio sermonis. Illud autem demiror in Augustino, quòd Petrum apostolorum principem primúmque fidei præconem sic tractarit, vt alicubi impingat illi superstitiosam simulationem, alicubi peruersum studium inponendi legis onus in humeros gentium, alicubi prauam simulationem, alicubi peruersitatem, adeóque peccatum hoc non eleuet, vt conferat etiam cum peccato ter abnegati Christi. Hæc quũ diuersis locis inculcet vir ille, tamen in Retractationibus nusquam mitigat ea dicta, quum ibi nonnulla penè friuola leniat. Augustinum sequuti Parisiensium theologorum articuli, tribuunt illi errorem in fide. Iam ex hac admiratione subit altera admiratio. Quum æquis animis hæc feramus dicta in eum, cui Christus tradidit claues regni cœlorum quémque voluit esse principem totius ecclesiæ suæ, nec offendantur aures nostræ, quum audimus à tantis viris summo fidei doctori, etiã post acceptum spiritum cœlestem, post edita miracula, tribui errorem in fide, animúmque peruersum, tamen hodie quidam schismata, scandala blasphemias & hæreses vociferantur, si quis dicat Hieronymum virum doctum quidẽ ac pium, sed tamen hominem fuisse: si quis dicat Hieronymum tanto studio mirari virginitatem, vt non multum absit à contumelia matrimonii, quum nemini sit obscurum, quæ verba per calorem ille de matrimonio locis aliquot effuderit. Sed hanc materiam hìc Chrysostomus tanta dexteritate tractat, vt declaret non solùm nihil inter Petrum & Paulum rancoris intercessisse, verùm etiam summam fuisse concordiam ac beneuolentiam, nec vllam fuisse de fide dissensionem, tum omnem illam de mendacio rixam esse superuacaneã, quum hìc nihil interuenerit, præter charitatem ad tempus obsecundantem inuincibili Iudæorum imbecillitati, prætérque piam simulationem, iuuandi studio susceptam. Hæc interpretatio, mea quidem sententia, dignior est summis illis euangelii principibus, ac piorum hominum auribus acceptior. Verùm hisce de rebus tu melius iudicabis, vbi totum volumen perlegeris, quod facilè citra tædium feceris. Vt enim longum non est, ita dilucidum est ac facundum, nisi si quid hìc detriui malus interpres. Precor autem, vt dominus magis ac magis in te excitet syncerum amorem euangelii sui, cui nunc non minus esse video periculi, ab his qui Christo debitam victoriam ad se conantur arripere, quàm ab iis, qui sub hostium vexillis scindunt ecclesiæ concordiam. Luctuosa victoria est, quæ sic ciuitatem liberat ab vno tyranno, vt eam tradat multis illo grauioribus. Si quid hìc aliud spectetur quàm Christus, nõ poterit esse læta victoria. Sed optima spes habet animum meum fore, vt Christus hos tumultus vertat in lætum exitum, si modo nos promereamur. Bene vale. Basileæ. iii. Cal. Iulias. Anno. M. D. XXVII.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, ENARRATIO IN EPISTOLAM AD GALATAS: ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE, LOCIS ALIQUOT PER IPSUM RESTITUTIS EX EDITIONE VERONENSI.

PAulus apostolus, non ab hominibus, neque per homines, sed per Iesum Christũ & deum patrem, qui suscitauit eum à mortuis, & omnes qui mecum sunt fratres, ecclesiis Galatiæ, Gratia vobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Proœmium multa vehementia, magnoq; spiritu plenum est: nec proœmium modò, verùm etiã tota, vt ita dicam, epistola. Etenim tum placide lenitérque loqui discipulis, quum opus est acrimonia, nõ doctoris, sed corruptoris potius fuerit & hostis. Hanc ob causam & dominus, quum multa placidè mansuetéq; locutus sit discipulis, nonnunquam tamen & austériorem adhibuit orationem, nunc quidem illos beatos prædicans & collaudans, nunc rursus increpans & obiurgans. Itaque quum Petro dixisset: Beatus es Simon Bar Iona, promisissetq; futurũ, vt ecclesiæ fundamenta super illius professionẽ iaceret, haud multò pòst dicit eidem: Vade post me satana, scandalum es mihi. Et alibi rursus: Adhuc & vos sine intellectu estis? Tantúmque terroris illis iniecit, vt Ioannes dicat, quòd videntes eum cum muliere Samaritana colloquentem, de cibo quidem commonuerint: cæterùm nemo fuerit ausus dicere: quid quæris, aut quid loqueris cum ista? Hæc edoctus Paulus, ac præceptoris sui vestigiis ingrediens, variè sermonem ad discipulorum vtilitatem attemperat, nunc quidẽ vrens ac secans, nunc rursum mitiora admouens remedia. Et Corinthiis quidẽ dicebat: Quid vultis? vt in virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu lenitatis? Porrò Galatis ita loquitur: O stulti Galatæ. Neque verò semel dũtaxat, sed bis vsus est hac obiurgatione. Quin & sub finẽ epistolæ, taxans illos dixit: Ne quis mihi faceſſat negocium. Cæterùm hìc acerbitatem denuo mitigat, quum ait: Filioli mei, quos iterum parturio: aliísq; multis consimilibus verbis. Cęterũ hanc epistolã esse plenam vehemẽtiæ, cuiuis perspicuũ est, vel ex

Vehemẽtior Paulus aduersus Galatas.

Seueritatem mansuetudine temperanda.

Matth. 16.

Ibidem d

Ibid. 15. b

Ioan. 4. d

1. Cor. 4. d

Infra 4. a

Ibid. 5. b. d

Ibidem 4. c

Quid quæ-rendum Galatis.

est, vel ex ipso statim lectionis ingressu. Sed aperiendum est, quid apostolum prouocarit in discipulos. Neque enim id pusillum fuit, neque parui momenti: alioqui nec ipse tam acerbè fuisset in eos inuectus. Siquidē quibuslibet de causis irritari, hominis est pusillanimis, morosi, miserique: quemadmodum ex aduerso, in grauibus causis supinum ac negligentem esse, viri est inertis ac somniculosi. At huiusmodi nequaquam erat Paulus. Quod igitur erat peccatum, quo sic cōmotus erat? Profectò magnum erat, & supra modum graue, quódque illos omnes abalienabat à Christo, quemadmodū ipse in progressu sermonis declarat, dicens: Ecce ego Paulus dico vobis, quòd si circuncidamini, Christus nihil vobis profuturus est. Ac rursum: Quicunque in lege iustificamini, à gratia excidistis. Quid igitur tandem hoc erat? Nam apertius explanādum est. Qui ex Iudæis crediderant, partim occupati persuasione Iudaismi, partim inanis gloriæ siti tumultēti, dum sibi doctorum cupiunt parare dignitatem, authoritatémque, profecti ad Galatas docuerunt illis opus esse circuncisione, seruanda sabbata, & nouilunia, nec tolerandum esse Paulum, qui harum rerum tolleret obseruationes. Nam Petrus, Iacobus, ac Ioannes hæc, vt aiebant, non prohibebant, quum essent inter apostolos primæ dignitatis, quúmque cum Christo fuissent versati. Ac re vera non prohibebant. Cæterùm id faciebant, nō quòd ita faciendum esse decernerent, sed vt eorum qui ex Iudæis crediderant, imbecillitati morem gererent. At Paulus qui gentibus prędicandi munus susceperat, nihil opus habebat hac obsecundatione. Nam quum versaretur in Iudæa, ad eundem modum & ipse morem gessit Iudæis. Verū impostores quidam non explicātes causas, ob quas tum hic tum illi Iudæis morem gererent, arte fallebant simpliciores huiusmodi sermonibus: Non est ferēdus Paulus. Nam hic heri ac nudiustertius exortus est: at Petrus & qui cum illo sunt, primi sunt apostolorum. Tum hic quidem discipulus fuit apostolorū, illi verò Iesu Christi. Præterea hic solus est, illi multi & ecclesię columnę. Denique & simulatiōis calumniam Paulo intendebāt dicentes: Hic ipse qui tollit circuncisionem, alibi visus est iis vti quæ dānat, aliter vobis, aliter aliis prædicans. Proinde quum cerneret totam Galatarum gentem inflammatam, ac periculosum incendium aduersus illorum ecclesiam excitatum esse, iámque domum labefactam, perielitari: ne corrueret, partim ira iusta commotus, partim immenso animi dolore correptus (nam & hoc declarauit dicens: Cupiebam nunc esse apud vos, & mutare vocē meam) scribit epistolam ad vniuersos, ad ista respondens, & ad hoc ab ipsis protinus exordiis tēdit, videlicet quòd ij qui suffossis cuniculis ipsius existimationem apud Galatas subuertere conabantur, dicebant, alios esse discipulos ipsius Christi, hunc apostolorum duntaxat fuisse discipulum. Et hanc ob causam sic orsus est: *Paulus apostolus non ab hominibus, neque per homines.* Prædicabant enim, quemadmodum iam cœperam dicere, impostores illi, ϕ Paulus apostolorum omnium postremus esset, quódque ab illis edoctus esset: Petrum enim, Iacobum & Ioannem, vt primi fuerant vocati, ita inter discipulos tenere primas, qui sua dogmata ab ipso Christo acceperant. Proinde magis credendum illis quàm huic. At illos non vetare circuncisionem, neque legis obseruationem. Hæc & his similia dictitantes, hinc Pauli deprimētes authoritatem, illinc aliorum apostolorum gloriam attollentes, nō vt illos laudibus ornarent, sed vt Galatas seducerent, persuase-

Infra.5.a
Ibidem.
Argumentū epistolæ.
Infra.4.e

A rant vt legi adhærerēt, quum iam legis tempus præteriisset. Proinde congruenter ad hunc exorsus est modū. Quoniam enim ipsius doctrinam eleuabant, dicentes illam ab hominibus profectam, quum Petri esset à Iesu Christo, in ipso statim ingressu refellit hoc, dicens se apostolum esse non ab hominibus, neque per homines. Nam baptizarat quidem illum Ananias, at nō ille liberauit eum ab errore, nec ad fidem adduxit, sed ipse cœlitus Christus, emissa ad eum admiranda illa voce, per quam hunc quoque piscatus est. Nam Petrum quidem ac fratrem eius & Ioannem cum fratre suo, ambulans iuxta mare vocarat: Paulum verò vocauit quum iam ascendisset in cœlum. Et quemadmodum illi nō habebant opus iterata vocatione, sed protinus relictis retibus, cæterisq; omnibus sequuti sunt eum: ita & hic à prima statim vocatione, ad summum ascendit fastigium, simul ac baptizatus est, bello cum Iudæis irrecōciliabili

B susceptō. Atque hoc nomine potissimum cæteris apostolis antecellebat: Abūdantius enim, inquit, illis laborauī. Verùm nondum hoc aggreditur sed sat habet cęteris æquiparari. Neq; enim hoc illi studio fuit, vt ostenderet se cæteris eminentiorem, sed vt erroris ac deceptionis argumentum materiamque dissolueret. Itaque quod dicit, non ab hominibus, omniū erat commune, siquidem euangelij prędicatio originem ac radicē ducebat è cœlis. Cæterùm quod addit, neq; per homines, ipsi proprium erat. Imò verius, non ipsius tantū, sed cæterorū etiam apostolorū: neque enī per homines vocarat eos, sed per se ipsum. Sed quamobrem nō meminit vocationis dicens: Paulus vocatus, non ab hominibus, sed apostolici muneris facit mentionem? Quoniam in hoc totius sermonis cardo vertebatur. Dicebant enim

C hunc apostolum ab hominibus susceptisse illam docēdi prouinciam, eóque par esse, vt illos sequeretur. Verùm quòd nō ab hominibus eam susceptisset, declarat Lucas qui dicit: Ministrantibus autem illis ac ieiunantibus domino, dixit spiritus sanctus, segregate mihi Paulum & Barnabam. Vnde liquet eandem esse potestatem filij & spiritus. Quum enim à spiritu missus esset, à Christo se missum ait. Idē & alibi declarat, ea quæ dei sunt, adscribens spiritui. Siquidē senioribus Milesiis verba faciens: Attendite, inquit, vobis ipsis, & vniuerso gregi, in quo posuit vos spiritus sanctus pastores & episcopos: & tamen in alia quadam epistola dicit, quos quidem posuit deus in ecclesia, primum apostolos, secundo loco prophetas, deinde pastores ac doctores. Adeò promiscuè citráque discrimen loquitur, quæ spiritus sunt, deo tribuens, rursum quæ dei, spiritui. Quin & obiter hæreticorum obturat ora, quū ait: Per Iesum Christum & deū

D patrem. Etenim quoniam aiunt hanc vocem, velut inferioris dignitatis adiectam filio, vide quid facit: Eam patris vocabulo præponit, nos interim docens, ne naturæ ineffabili leges statuamus, neque deitatis modum præfiniamus inter filiū & patrem. Nam vbi dixisset, per Iesum Christum: adiecit, & deum patrem. Etenim si sola patris mentione facta dixisset, per quem: fortassis cōmento reperto dixissent hanc particulam, per quem, cōgruere patri, eò quòd filij opera ad illum referantur. At nunc simul & filij & patris facta mentione, cōmunitérque de vtroque loquutus, isti commento non passus est locum esse reliquum. Neque enim id facit, quòd ea quę filij sunt propria, referat ad patrē: sed vt declaret, quòd hæc * oratio nullum naturæ discrimen inducat. Quid porrò hic habituri sint quod dicāt isti, qui in baptismo cōmenti sunt, vnde putent aliam personam alia minorem,

Spiritus sanctus probatur esse deus.
Actor.20.f
1.Cor.12.d
Hæc vox, per, etiā præponitur patri deo.
* λέξις. i. dictio nā, de præpos-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiõe,per,quę non solũ filio sed patri etiã adiicitur, hic loqui videtur.

rem, eò quòd baptizemur in nomine patris & filij & spiritus sancti. Nam si ideo inferior est filius, quòd post patrem ponitur, quum hic apostolus à Christo orsus ad patrem veniat, quid dicturi sunt? Verùm nihil adhuc blasphemum dicemus. Non enim committendum est, vt cum illis decertãtes à veritate excidamus. Quin potius etiam si decies milies insaniant illi, nos tamen intra veritatis limites contineamur oportet. Quemadmodum igitur nos haudquaquam dixerimus filium patre matorem, eò quòd Paulus hunc priore loco cõmemorauit (nam id quidem summæ dementiæ, totiúsque impietatis extrema linea fuerit) ita nec illic quia patri postponitur filius, arbitrari debemus filium patre minorem. *Qui excitauit eum à mortuis.* Quid agis Paule? Quum cupias Iudaizantes ad fidem perducere, nihil ex illis magnis ac præclaris adducis in medium? Quale est

Ordo ĩ personis inæqualitatem nõ denotat.

Philip.2.a

illud quod ad Philippenses scripsisti dicens: Quum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo. Item quod Hebræis scribens clara voce protulisti, splendor est gloriæ, & figura substantiæ illius. Rursum quod in euangelij sui initiò ille tonitrui filius

Hebr.1.a

Ioan.1.a

exsonuit: In principio erat verbum, & verbũ erat apud deum, & deus erat verbum. Præterea quod ad Iudæos crebrò pronunciauit dominus dicens: Quę facit pater,

Ibid.5.d

eadem & filium facere. Declarat enim, quòd eandẽ potentiam habeat cum patre, eandẽmque operandi facultatem. Horum nihil dicis, verùm his omnibus omissis, de carnis dispensatione facis mentionem, crucem ac mortificationem in medium adferẽs. Hoc esse verum fassus aliquis, sic pro Paulo respondebit: Si illi sermo fuisset apud homines qui nihil magni de Christo concepissent animis, æquum erat illa magnifica proferre. Verùm quoniam illi nohis mouent seditionem, qui sibi videbantur pœnas daturi, si desciuissent à lege, ideo mentionem facit eius rei, per quam excludit totam legis necessitatem, nimirum commemorans dei munificentiam ex cruce & resurrectione collatam vniuersis. Etenim si dixisset: In principio erat verbum, & quum in forma dei esset, & si fecisset eum æqualem patri, aliáque his consimilia si dixisset, declarasset quidem verbi diuinitatem: verùm nihil ad id quod hic agebatur, illa cõtulisset. Porrò quòd ait, qui excitauit eum à mortuis, commonefacit eos summi beneficij, quod in nos contulit Christus, quæ res haud mediocriter ipsi conducebat ad id quod agebatur, eò quòd homines plerique non perinde solent attentis auribus audire eos sermones, qui dei maiestatem commendãt, atque hos qui eiusdem in homines beneficentiam declarant. Hanc ob causam omissa illorum mentione, de collata in nos munificentia verba facit. Verùm hìc insultant hæretici dicentes: Ecce pater suscitauit filium. Nam posteaquam semel eos corripuit insaniæ morbus, ad sublimes illas sententias sponte surdi sunt: cæterùm si qua humiliora vel ob carnem assumptam ita dicta sunt, vel ob patri debitum honorem, vel ob aliam quampiam dispensationem, hæc seligunt, & hæc sola expendentes, cirra aliorum locorum collationẽ, ipsi sibi noxam accersunt, nolim enim dicere scripturæ. Quos equidẽ lubens perconter, quas ob res ista dicãt? Num ideo, quòd studeãt filium ostendere imbecillem, nec satis idoneum ad vnius corporis suscitationem? Atqui fides erga illum effecit, vt & vmbræ eorum qui in ipsum credebãt, excitarent mortuos. Itáne qui credebãt in eum, homines adhuc mortales, ex vmbra sola luteorum corporum quæ gerebãt, éque vestibus horum corporibus admotis, excitabant mortuos, & ipse seipsum excitare non potuit? An non hæc euidens est insania, vehemensque deliratio? Non audis illum dicentem: Soluite templum hoc, & in triduo excitabo illud? Ac rursum: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam? Quam igitur ob causam pater illum excitasse dicitur? Sic illum excitare dicitur, quemadmodum & alia facere dicitur, quæ facit filius. Siquidẽ hoc partim honoris gratia, qui patri debetur, dictum est: partim ob auditorum imbecillitatem. *Et qui mecum sunt fratres.* Quam tandem ob causam nequaquam hoc addit in cæteris epistolis? In illis enim aut suum nomen solùm ponit, aut duorum duntaxat triúmve addit nomina: hìc autem totam multitudinem posuit. Ideo posuit vniuersos, quòd neminem commemorat nominatim. Verùm hoc ipsum quur facit? Traduxerãt Paulum hoc nomine, quòd solus hęc prædicaret, nouamq; dogmatum rationem inueheret. Hanc igitur illorum suspicionem cupiens eximere, simulq; declarare, quòd multos haberet eiusdem sententiæ, adiungit sibi fratres, significans se ex illorum sententia scribere quæ scribit.

Ioan.5.d

Ibid.10.d

Quęstio.

Ecclesiis Galatiæ. Neque enim vnam ciuitatem, neque duas, neque tres, sed totam Galatarum gentem huius erroris incendium peruaserat. Contemplare verò mihi & hìc vehemẽtem indignationem apostoli. Non enim dixit, dilectis, neque sanctificatis, sed ecclesiis Galatiæ. Nam hoc erat ægrè affecti animo, suúmque dolorem aperientis, quòd eos non à charitate, neque propriis nominibus appellauit, sed à sola congregatione: quódque non addidit, ecclesiis dei, sed simpliciter dixit, ecclesiis Galatiæ. Quanquam & alioqui ipsa statim præfatione festinat illorum dissidium redigere in concordiam, eáque gratia ecclesiæ, id est, congregationis vocabulum posuit, *pudorem illis incutiens, & cogens in vnum. Etenim qui dilecti sunt in varias partes, ne*quaquam possunt hoc appellari cognomine. Siquidẽ ecclesiæ nomen, consensus concordiæq; nomen est.

Ecclesia.

Gratia vobis & pax à deo patre & domino Iesu Christo. Quũ vbique necessario ponit hanc particulam, tum maximè nunc Galatis scribens. Quum enim periclitarentur, ne à gratia exciderent, optat illis huius instaurationem ac sarturam. Et quoniam seipsos hostes reddiderant deo, obsecrat deum, vt eos ad eandem pacem reducat.

Deo patre. Et hoc ex loco rursum conficiuntur hæretici. Nam qui Ioannem in initio sui euãgelij, quum ait: & deus erat verbum, dicunt ideo θεὸς, id est, deum, absque articulo posuisse, vt filij deitatem induceret paterna minorem. Itémque Paulum, quum ait filium in forma θεοῦ, id est, dei fuisse, non de patre fuisse loquutum, eo quod ibi quoque dei nomen careat articulo: quid hìc dicturi sunt, quum ipse Paulus sic loquatur, non ἀπὸ τοῦ θεοῦ, id est, à deo, præfixo articulo: sed, ἀπὸ θεοῦ πατρὸς, id est, à deo patre, sine articulo? Patrem verò hìc deum appellat, non quidem illis assentans ac blandiens, sed acriter taxans, eiúsque memoriam refricans causæ, per quam facti fuerant filij. Non enim per legem, sed per lauacrum regerationis hoc honoris adepti sunt, eoq; passim in ipsis etiam epistolarum exordiis spargit ac disseminat beneficentiæ diuinæ vestigia, tantũ non dicens: Quum serui sitis, quum sitis hostes & alienati, qua fronte vocatis patrẽ deum? Num lex vobis largita est istam cognationem? Quur igitur deserto eo, qui vos in hanc propinquitatem induxit, rursum transcurritis ad pædagogum? Neque verò patris nomen tantùm, verùm & filij cognomina sufficiebant ad declarãdam illis dei

Ioan.1. Articulus.

erga

Universidad de Deusto
Biblioteca

erga ipsos munificentiam. Etenim domini Iesu Christi nomen si diligenter expendatur, totam illius erga
Matth.1.d nos beneficentiam declarat. Iesus enim, inquit, ob hoc vocabitur, quoniam ipse saluum faciet populum suum à peccatis ipsorum. Christi verò cognomẽ spiritus vnctionem reuocat in memoriam. *Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris.* Vides quod haudquaquam seruile & adactum sustinuerit ministerium, nec à quoquam sit traditus, sed ipse seipsum tradiderit. Itaque quum audis
Ioan.3.b Ioannem dicentem, quod pater filium suum vnigenitum dedit pro nobis, ne ob id diminuas vnigeniti dignitatem, néve quid humanum de illo suspiceris. Quanquam enim pater dicitur tradidisse, non hoc dicitur, vt imagineris, quod filius patri seruili more inseruiat, sed vt intelligas hoc patri quoq; fuisse placitum. Quod & hic Paulus declarat, dicens: *Iuxta voluntatem dei & patris nostri.* Vide, non dixit, iuxta præscriptionem: sed, secundum voluntatem. Etenim quum eadem sit voluntas patris ac filij, quæcunque voluit filius, eadem voluit
Ibid.6.d & pater. Quid est, pro peccatis nostris? Innumeris, inquit, malis nosipsos inuolueramus, eramúsque rei extremi supplicij. Ac lex quidem adeò non liberabat, vt cõdemnarit etiam: sic prodito peccato & in apertũ prolato, vt nec liberos reddere, nec iram dei sedare valeret. Sed dei filius & hoc quod erat impossibile, reddidit possibile, dum & peccata dissoluit, & inimicos constituit in amicorum ordinem, & alia denique innumera bona largitus est. Post hæc ait: *Vt eriperet nos ex præsenti seculo malo.* Rursus hoc dictum alij arripiunt hæretici, damnantes hanc præsentẽ vitam, & in hoc Pau-
Vita quo modo dicitur mala. li testimonium allegantes: Ecce, inquiunt, præsens seculum appellat malum. Sed agè dic mihi, quid est seculũ? Tempus diebus & horis discretum. Quid igitur? An spacium dierum malum est? An malus est Solis cursus? At nemo quisquam istud vnquam dicturus est, etiam si ad extremam venerit amentiam. Verùm, inquiet, nó tempus dixit malum, sed præsentem vitam appellauit malam. Atqui non istuc sonant verba Pauli, verùm non intelligis verba, ex quibus nectis huius vitæ accusationem, sed ipse tibi aperis interpretandi viam. Proinde nobis quoque concedas, vt quæ dicta sunt interpretemur, idque eò magis, quòd quæ nos adferimus, & pia sunt, & rationi consentanea. Quid igitur dicturi sumus? An quòd nullum malum esse queat vnquam causa boni? Sed hæc vita præsens innumerabiles coronas, tantáque præmia parit. Vnde & ipse Paulus supra mo-
Philip.1.e dum laudat eam, loquens hunc in modum: Quòd si viuere in carne hìc mihi fructus est operis, & quid eligã ignoro. Hìc verò quum sibi proponat optionem, vtrũ hìc mallet viuere, an dissolui, & esse cum Christo, potius ducit hìc commorari. Quòd si mala esset vita, nequaquam hoc ille de seipso dixisset, nec alius quisquam potuisset ea ad virtutem abuti, quantumuis adhibuisset studij. Nullus enim vnquam malicia possit in bonum vti, non scortatione ad pudiciciam, non inuidia
Roma.8.b ad beneuolentiã. Nam quum Paulus de prudentia carnis loquens scribit, eam nõ esse subiectam legi dei: neque enim posse, hoc sentit, maliciam donec manet malicia, non posse esse virtutem. Proinde quum audis malum seculum, intellige prauas actiones, propositum animi corruptum. Neq; enim ob id venit Christus, vt nos excuteret exigerétque ex hac vita, sed vt nos in mundo relictos, dignos efficeret, qui in cœlis versemur. Eó-
Ioan.17.b que patri loquens, sic ait: Et hi in mundo sunt, & ego ad
Ibidem.c te venio. Ac rursum: Non rogo, vt tollas eos de mun-

do, sed vt serues eos à malo, hoc est, à malicia. Quòd si non pateris hanc interpretationem, sed adhuc prædicas hanc vitam esse malam, ne crimineris eos, qui sibi ipsis conscisciũt necem. Vt enim qui se subducit malis, non criminationem meretur, sed coronam promeretur: ita qui violenta morte, seu laqueo, seu alius modis vitam abrumpit, hunc haudquaquam æquum fuerit in crimen vocari iuxta vestram sententiam. Nunc verò deus illos acrius punit quàm homicidas, & nos omnes eos detestamur. Atque id iure, meritóque. Nam si alios occidere fas non est, multò magis nefas est seipsum occidere. Quòd si hæc vita res est mala, coronandi forẽt homicidæ, qui nos à malicia liberarent. Ad hæc autem qui hæc dicunt, suis ipsorũ verbis inuoluuntur. Etenim quum Solem prædicent esse deum, post hunc & lunam deam, hósque adorent, veluti multorum bonorum authores, secum pugnantia loquuntur. Nam horum vt & reliquorum astrorum, non alius est vsus, nisi quòd presentem vitam nobis absoluunt, hanc inquam, vt isti loquuntur, malam, dum & alunt corpora, & splendore prælucent, & terræ fructus vegetant: quî fit igitur, vt ad huius malæ vitæ constitutionem, adeo subseruiant isti vestro iudicio dij? Sed neque astra dij sunt: Absit, sed opera sunt dei, in nostram vtilitatem condita: neque mundus malus est. Quòd si mihi memores homicidas, adulteros, & monumentorum suffossores, ista demonstro tibi nihil ad præsentem vitam attinere. Neq; enim hæc peccata sunt vitæ quam agimus in carne, sed corruptæ voluntatis. Etenim si ista sic essent vitę presentis, vt sorte fatóve quodam illi essent affixa: nullus ab his malis liber esset, neque purus. Proinde considera, nemi nem effugere posse, quæ propria sunt huius vitæ. Quæ porrò sunt hæc? Edere, bibere, dormire, crescere, esurire, sitire, nasci, mori, cunctáque his similia. Hæc nullus vnquam vicerit, non peccator, non iustus, non rex, nõ plebeius, sed omnes subiacemus naturæ necessitati. Itidem & scelera perpetrare, si pertineret ad sortem conditionémque naturæ, nullus hęc effugere posset, quemadmodum nec illa. Nec enim mihi dixeris, raros esse, qui rectè vitam gerũt. Nam nullum omnino reperies: qui naturalibus necessitatibus vnquam fuerit superior. Itaque donec vel vnus inuenietur, qui virtutem præstiterit, constabit vndique illęsa nostra ratio. Quid ais miser & infœlix? Num hæc vita mala, in qua deum agnouimus, in qua de futuris philosophamur, in qua ex hominibus facti sumus angeli, cúmque cœlestibus virtutibus simul choros ducimus? Et quod tandem aliud quęremus malæ peruersæq; vestræ mentis argumentum? Quur igitur, inquis, Paulus seculum præsens dixit malum? Nimirum communi hominum more sic loquutus est, quandoquidem & nos ad eum modum loqui solemus, malum habuit diem: nõ ipsum tempus, sed circunstantiam & actionem incusantes. Eadem ratione Paulus damnans prauas hominum voluntates, hac loquendi consuetudine est vsus, ostendens quòd Christus nos non modò liberauerit à prioribus peccatis, verùm etiã in posterum aduersus hæc tutos reddiderit. Prius enim illud declarat: quũ ait: qui dedit semetipsum pro peccatis nostris. Quum autem addit, Vt eriperet nos ex præsenti seculo malo, tutamen & custodiam in posterum aperit. Nam lex quidem etiã ad vnum horũ erat infirma & inefficax, gratia vero ad vtrunque valuit. Eòque subiunxit: *Iuxta voluntatem dei & patris nostri.* Quum enim illi putarent se dei iussa negligere, vtpote qui legẽ seruandam dederat, metuerentq; ne perirent, si deserta

Universidad de Deusto
Biblioteca

vetere lege in noua progrederentur, & hanc illorum opinionem corrigit dicens, hæc patri quoq; placita esse. Nec simpliciter dixit patri, sed, patri nostro: idq; perpetuo repetit, pudorem illis incutiens, eo quòd ostendit, quod suum patrem Christus nostrum patrem effecit. *Cui gloria in secula, amen.* Et hoc nouum est & inusitatum. Nam hanc vocem, amen, nusquam alibi reperimus in epistolarum initio positam, sed multis præcedentibus solet addi. At hic ostendès ea quæ dicta sunt, satis euidètem habere Galatarum accusationem, & sermonem esse perfectum & absolutum, hoc vsus est exordio: quandoquidem manifesta crimina nō egent multo probationis apparatu. Posteaquam enim illis in memoriam redegisset crucem & resurrectionem, redemptionem è peccatis, in posterum datam tutelam, paternam voluntatem, filij consilium, gratiam, pacem, denique totum illius donum gratuitum, glorificādo deum sermonem clausit. Verùm non hac de causa solùm hoc fecit, verum etiam quòd supra modum doni magnitudinem admiraretur ac stuperet, gratiæq; immensitatē, simulq; secum reputaret, quum tales essemus, quales nos reddidisset deus, idq; subitò, in pūcto momentoq; temporis, tanquam qui hæc oratione consequi non posset, glorificatione finit sermonem, non eam quæ deo digna sit, sed quam ipse poterat laudem pro toto terrarū orbe depromens. Atque ob id deinceps concitatiore vsus est oratione, velut inflammatus vehementer ex cō sideratis dei erga nos beneficiis. Quum enim dixisset, cui gloria in secula, amen: ab acriori obiurgatione orditur, dicens: *Miror quòd tam citò transferimini ab eo, qui vocauit vos in gratia Christi in aliud euangelium.* Quoniam per legis obseruationem arbitrabantur sese placere patri, quemadmodum existimabant Iudęi Christum persequentes, hoc primum demonstrat, illos dum hæc faciunt, non modò Christum, sed & patrem offendere. Non enim inquit, à Christo, sed à patre deficitis ista faciendo. Nam vt vetus testamentum nō patris tantùm est, verùm & filij: ita gratia non filij solùm est, sed & patris. Denique communia omnia. Omnia, inquit, quæ patris mei sunt, mea sunt. Ergo quum dicit eos á patre desciuisse, duplicem impingit culpam, alteram quòd defecerint, alteram quòd celerrime defecerint. Atqui contrarium potius erat reprehensione dignum, videlicet si post multum temporis desciuissent, verùm hìc agitur de circunuentione. Est quidem & ille dignus reprehensione, qui post longum temporis spacium deficit. Cæterùm qui ad primam irruptionem & in ipso fugittarum è longinquo volantium iactu concidit, extremæ imbecillitatis de se specimen præbuit: hoc nomine & hos incusat, dicens: Quid hoc rei est, quòd ij qui vos decipiunt, nec spacio temporis ad id opus habent, sed prima statim inuitatio sufficit eis ad subuertēdum vos & capiendum? Quam tandem impetrare possitis veniam? Etenim si hoc crimen in amicos commissum esset, is qui priores vtiles ac necessarios amicos reliquisset, dignus esset condemnatione: qui deo vocante resilit, cogita quanto supplicio sit obnoxius. Cæterùm quum ait, admiror, non solùm verecundiam illis ingerit hoc dicto, quòd post tātam munificētiam, post tantam peccatorum condemnationem, post immensam exhibitam humanitatem, vltrò currant ad iugum seruitutis: verùm simul & illud ostēdit, qualem habeat de illis opinionem, nimirum ingentem quandam & egregiam. Neque enim si iudicasset eos de numero vulgarium, & eorum quibus facilè imponitur: nequaquam admiraretur quod accidérat. Verùm quoniam vos, inquit, estis de numero syncerorum, & qui multum laboris sustinuerunt: ideo miror. Id igitur satis erat ad eos restituendos, & ad priora reuocandos, quod ipsum in huius epistolæ medio declarat, dicens: Tam multa passi estis frustra si tamen frustra. *Transferimini.* Non dixit, translati estis, sed, transferimini, hoc est, nondum credo, nondum arbitror perpetratam circunuentionem. Quod ipsum rursus est reuocare studentis. Hoc igitur in sequentibus dicit apertius: Ego confido de vobis, quòd nihil aliud sapietis. *Ab eo qui vocauit vos in gratia Christi.* Ipsa quidem vocatio patris est, vocationis autem causa filius est. Nam ipse est qui nos reconciliauit, qui donum dedit. Neque enim ex operibus iustitiæ salui facti sumus: quin potius & hæc illius sunt, & illa huius. Nam mea, inquit, tua sunt, & tua mea. Nec dixit, ab euangelio transferimini: sed, à deo, qui vos vocauit: quod erat dictu horribilius, & accommodatius ad terrorem illis incutiendum, id posuit. Siquidem qui studebāt illos seducere, non id semel ac repentè faciebant, sed paulatim eos ab ipsis rebus transferentes, à nominibus non transferebant. Nam huiusmodi diaboli fraus est, haudquaquam nudos proponere laqueos, quibus venatur homines. Etenim si dixissent, desciscite à Christo, Galatæ vitassent eos, velut impostores & corruptores. Nunc verò sinentes eos adhuc in fide manere, & interim fraudi prætexentes euangelij nomen, impunè summáque audacia perfodiebant domum, videlicet iis quæ dixi, velut obtēntis velamentis per hęc nomina cælantibus parietum perfossores. Quoniam igitur illi suam impostúram appellabant euangelium, ipse etiam aduersus nomen repugnat, liberèque agit, dicēs: *In aliud euangelium, quod non est aliud.* Pulchrè: neque enim est aliud. Attamen quod accidit ægrotātibus, dum salubribus cibis offenduntur, hoc idem vsu venit hìc Marcionistis. Arripuerunt enim quæ dicta sunt hìc, ac dicebant: Ecce Paulus etiam ipse dixit non esse aliud euangelium. Neque enim hi recipiunt omnes euangelistas, sed vnum duntaxat, quod ipsum tamen suo arbitratu mutilarunt, commiscuerúntque, Quid igitur sibi vult, quum ait, iuxta euangelium meum & prædicationem Iesu Christi? Sunt quidem vehementer ridicula, quæ isti adferunt: veruntamen quanquā sunt deridenda, operæprecium tamē est ea refellere propter eos qui facilè decipiūtur. Quid igitur dicemus, an quòd etiam si decies mille sint euangelistæ qui scribunt euangelia, modò scribant eadem, multa illa vnicum esse euangelium, neque quicquam obstare scribentium multitudinem, quò minus vnum sit euangelium? quemadmodum ex aduerso, si quis vnus scribens cōmemoret contraria, non esset vnum euangelium quæ scribuntur. Vt enim vnum sit euangelium aut nō vnum: non æstimatur numero scribentium, sed hinc, eadem ne sint, an diuersa quæ scribuntur. Vnde dilucidū est, quatuor euangelia vnum esse euangelium. Quum enim quatuor eadem loquantur, non est aliud atque aliud ob personarum differentiam, sed vnum ob eorum qui loquuntur consonantiam. Neque enim Paulus nunc de numero loquitur, sed de pugnantia eorum quæ dicuntur. Proinde si iuxta vim eorum, quæ in illis scripta sunt, iuxtáque dogmatum excussam rationem, aliud est euangelium Matthæi, aliud Lucæ: rectè Pauli sermonem hunc arripiūt. Sin vnū & idem est, desinant ineptire, simulātes hæc ignorare sese, quæ vel admodum pueris nota perspicuáque sunt. *Nisi quòd quidam sunt, qui conturbant vos, &*

Iuan.17.b

Infra.5.a

Infra.5.b

Ioan.17.b

Marcionis error.

Euāgelium vnum & multa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uos, & uolunt subuertere euangelium Christi. Hoc est, donec
Non agnoscatis fueritis sanę mentis, ne agnoscatis aliud euangelium, donec recto minimèque distorto fueritis obtutu: nec imaginemini uos uidere quæ nusquam sunt. Quemadmodum oculus turbatus aliud pro alio cernit: ita mens perturbatorum cogitationum confusione perturbata, idem pati consueuit. Itidem & qui laborant insania alias pro aliis rerum species se uidere credunt. Verum hæc insania quàm illa periculosior est, quæ noxam adfert, nō in rebus sensibilibus, sed in rebus intelligibilibus: nō in pupilla corporalium oculorū, sed in oculis animi distorsionem gignens. *Et uolunt subuertere euangelium Christi.* Atqui unum aut alterum dūtaxat præscriptum induxerant, circuncisionem, & dierum obseruationem innotantes. Verum ut ostenderet quòd pusillum quiddam perperam admixtum, totum corrumpit, dixit subuerti euangelium. Quemadmodum enim in moneta regia, qui paulum aliquid amputarit de impressa imagine, totum numisma reddidit adulterinum: ita quisquis sanæ fidei uel minimam particulam subuerterit, in totū corrumpitur, ab hoc initio semper ad deteriora procedēs. Ubi sunt igitur qui nos ut contentiosos damnant, eo quòd cum hęreticis habemus dissidium, dictitántq; nullum esse discrimen inter nos & illos, sed ex principatus ambitu proficisci discordiam? Audiant quid dicit Paulus, nimirum illos subuertisse euāgelium, qui paululum quiddam rerum nouarum inuexerant: Isti uero nō simpliciter pusillum quiddam innouāt. nam quī pusillum, qui filium dei prædicant esse creaturam? sed quod est omnium maximum, immutant. An non audisti, quòd
Numer.15.d is qui in ueteri quoque testamento, sabbato ligna colle
gerat, unicum mandatum, nec id maximum transgressus, extremo affectus est supplicio? Quòdq; Oza, quoniā
2.Reg 6.b arcam alioqui subuertendam fulcit, è uestigio mortuus est, eo quòd ministerium ipsi non cōgruens usurpauit?
Pusilla deli Ergòne sabbatum uiolatum, & solus arcæ ruituræ con-
cta non ne tactus, ad tantam indignationē prouocauit, ut qui hæc
glegenda. ausi fuerant ne minimum quidem uenię sint consecuti: hic uero qui adoranda & ineffabilia dogmata corrumpit, excusationem habiturus est: & ueniam cōsequetur? Non potest hoc fieri, non potest inquā. Hoc ipsum igitur est omnium malorum causa, quòd ob pusilla nō indignamur. Ob id enim maiora scelera subierunt, quòd minoribus debita correctio non adhibetur. Et quemadmodum in corporibus, qui uulnera neglexerunt, febres gignunt, & putrefactiones, ac mortē denique: itidem & in animis, qui pusilla dissimulant, maiora inui-
Ieiunū Iudæorum. tant. Ille, inquiunt, labitur in ieiunio, neque quicquā est magni. Alter uero ualet quidem recta fide, cæterum tē poris gratia simulans, profitendi libertatem prodidit. Ne id quidē est aliquid magni mali. Alius irritatus, minatus est se defecturum à recta fide. Ne id quidem supplicio dignum, eo quòd ira animiq; commotione peccauit. Quin & innumera reperiet aliquis huius generis quotidie peccata inuehi ecclesiis. Hanc ob causam
Contemptus ecclesiæ. deridiculi facti sumus, & gentibus, & Iudæis, dum ecclesia in mille partes discinditur. Etenim si iis qui à diuinis præscriptis reūlire conabantur, & paulum quiddam secus quàm oportet tentabant, mox ab initio fuisset adhibita cōueniens increpatio: nequaquam nata fuisset hæc pestis, haudquaquam tāta tempestas ecclesias occupasset. Vide igitur quo modo Paulus circūcisionem appellat euangelij subuersionem. Nunc autē multi sunt apud nos, qui eodem die ieiunāt quo Iudæi, qui similiter obseruant sabbata, & animosè ferimus, imò potius calamitosè. Et quid loquor de rebus Iudæorum? Multi gētium mores apud nostros aliquot seruantur, sortilegia, auguria, omina, ac dierum obseruationes, superstitiosa super Genesim cura, & omnis impietatis plenæ literæ, quas puerorum protinus ut nati sunt, magno malo capitibus imponunt, ab ipso protinus exordio docētes illos uirtutis adipiscendæ studium abiicere, & ad fallacem fati tyrannidem, quod quidem in ipsis est, illos adducētes. Quòd si iis qui circuncidiuntur Christus nihil prodest, istis qui tanta inuehunt mala, cur adeo deinceps profutura est fides ad salutem? Quāquam à deo erat data circuncisio, uerum quoniam non in tempore seruata, corruptelam inferebat euangelio, nihil nō fecit Paulus, ut eam amputaret. Et post hæc cum Paulus ad exeludēdas consuetudines Iudaicas tantum adhibuerit studium, eo quòd intempestiuè seruarentur: nos ne paganam quidē consuetudinem amputabimus? Et quam obsecro sumus habituri excusationem? Has ob causas in tumultu ac turbatione sunt res nostrę, adeo ut qui discipuli esse debuerant, multa repleti mentis elatione, subuerterint ordinem: & quæ erant superiora, facta sint inferiora. Quòd si quis illos uel leuiter accuset, cōspuunt eos, quorū imperio subsunt. Id eō faciunt, quòd nos eos perperam à pueris instituimus. Verum enimuero etiam si qui præ- *Etiā malis*
sunt, improbi forent, innumerisq; scaterēt malis, ne sic *præpositis*
quidem fas esset discipulo dictis non audiētem esse. Et- *obediendū.*
enim si de Iudæorum doctoribus dictum est, quoniam
super cathedram Mosis sedebant, eos esse dignos qui à *Matt.23.a*
discipulis audirentur, quanquam operibus erant tam malis, ut dominus præceperit, ne illa imitarentur: qua uenia digni erunt, qui ecclesiæ prędes per gratiam dei modestè uiuentes, conspuunt & conculcant? Quòd si nefas est, ut alius alium iudicet, quanto magis fas non est iudicare doctores? *Sed etiam si ego aut angelus de cælo euangelizauerit uobis præter id quod accepistis, anathema sit.* Uide prudentiam apostolicam. Ne quis diceret, illum sua ipsius ostentare dogmata, etiam seipsum deuouit. Cæterum quoniam ad authoritatem confugiebant, & ubique celebrabant Iacobum, & Ioannem, hac de causa & angelorum meminit. Ne mihi, inquit, Iacobū narres, & Ioannem, etiam si quis angelorum è cœlis descēderit, corrumpens euangelij prędicationem, anathema sit. Nō temerè dixit, de cœlo. Sed quoniam sacerdotes
quoque dicti sunt angeli: Labia enim sacerdotis custo- *Malac.2.b*
dient scientiam, & legem exquirent ex ore eius, quoniā angelus domini omnipotentis est: ne quis existimaret de his angelis nunc uerba fieri, addita particula, de cœlis, supernas uirtutes indicauit. Neque dixit, si contraria annunciauerint, aut totum euangelium subuerterint, uerum si uel paulum euangelizauerint præter euangelium quod accepistis, etiā si quiduis labefactarint, anathema sint. *Sicut antè dixi, & rursum nunc dico.* Ne putares ea uerba ab ira profecta esse, aut iuxta hyperbolen magnificentius quàm pro re dicta, aut impetu cursuq; sermonis raptim excidisse, repetit eadem. Etenim qui animi commotione occupatus dixit aliquid, hunc mox dicti pœnitere solet. Cæterum qui denuo repetit eadē, declarat sese iudicio locutum, ac prius animi consilio fuisse decretum & comprobatum, atque ita demum uoce proditum. Abraham igitur cum rogaretur, ut mitteret Lazarum, respondit, Habent Mosem & prophetas: *Luc.16.g*
si illis non crediderint, neque mortuos resuscitatos audituri sunt. Hæc autem Christus ipse inducit in parabola loquentem Abraham, declarans se uelle plus fidei habendum esse scripturis, quàm si mortui reuiuiscāt. Paulus uero

Universidad de Deusto
Biblioteca

lus vero,porrò cum Paulum dico, rursum ipsum Christum dico:hic enim erat,qui mentem illius agebat:etiã angelis è cœlo descendentibus præponit scripturas,idque valde congruenter.Siquidem angeli quãlibet magni,tamẽ serui sunt,ac ministri.Cæterum omnes scripturæ non à seruis,sed ab vniuersorum domino deo venerunt ad nos. Hanc ob causam dicit, Si quis vobis euangelizauerit, præter id quod euangelizauimus vobis. Non dixit,si ille aut ille, idq; prudenter admodum citra odium & inuidiam. Quorsum enim opus erat iã edere nomina,posteaquam tam vehementi sublimique fuerat vsus sermone, vt vniuersos & qui in cœlis sunt, & qui in terris complecteretur?Per hoc enim quòd euangelistas & angelos pronũciat anathema,omnem dignitatem comprehendit: per hoc vero quòd seipsum quoque pronunciat anathema, omnem familiaritatem ac germanitatem cõplexus est. Ne mihi dixeris,inquit, collegæ tui & socij Apostoli hæc dicunt: nec mihi ipsi parco,si diuersa prædicem.Neque vero Paulus hæc dicit,quòd damnaret apostolos tãquam euangelicæ prędicationis præuaricatores,absit: ait enim, Siue nos,siue illi,sic prædicamus:sed vt ostenderet personarũ dignitatem non recipi, quoties expenditur veritas. *Nunc enim hominibus suadeo,an deo,aut quæro hominibus placere?Si enim adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.* Quanuis enim,inquit, vos fallerem hæc dicens: num & deo valeam imponere, qui perspicit arcana mentis, & cui vt placerem semper omne mihi studium fuit?Vides spiritum apostolicum,vides sublimitatem euangelicã. Hæc eadem autem in epistola ad Corinthios dixit:Non vobis excusamus nos, sed occasionem damus vobis gloriandi.Atque iterũ: Mihi vero pro minimo est,vt à vobis iudicer,aut ab humano die. Cum enim doctor cogeretur se discipulis excusare,sustinet quidem illud,sed tamen indignè fert,haud quidem ob insolentiam:absit hoc,sed partim ob id quòd ij qui seducebãtur,tam mobili forent animo,támq; instabili sententia:partim quòd ipsius verbis apud illos parum certa fides haberetur.hac de causa dixit hæc quoque,propemodum his vtens verbis:An mihi apud vos est habenda oratio?An homines mihi ius dicturi sunt?apud deum nobis est causę dictio. Atque vt apud illud tribunal bonã habeamus causam, omnia facimus,ac nequaquam eò deuenimus infœlicitatis,vt cum rationem reddituri simus omnium domino super his quæ prædicamus,corrumpamus euangelij dogmata.Itaque partim sese excusans,partim illos extimulans, hæc verba posuit. Non enim conueniebat discipulis,ius dicere præceptoribus,sed credere & obtemperare. Verum quoniam,inquit,inuersus est rerum ordo, & iudices nunc sedistis: scitote mihi non esse magnopere curæ,quo modo me purgẽ apud vos,sed omnia facimus propter deum, vtq; illi de hisce dogmatibus reddamus rationem.Etenim qui studet hominibus suadere,multa facit insyncera prauáq;,& fraudibus vtitur & mendacio,quo persuadeat, mentémq; capiat auditorum: contrà,qui deo suadet,illique placere studet, huic simplici puráq; mente est opus:Deus enim falli nõ potest. Vnde perspicuum est,inquit,nos quoq;,nec principatum ambientes, nec discipulos colligendi studio, neque gloriam ac laudem à vobis captãtes hæc scriberemneque enim nobis studio est placere hominibus, sed deo. Nam si voluissem hominibus placere,adhuc à Iudæis starem,adhuc persequerer ecclesiam dei.Cęterum qui totam Iudæorum gentem,qui familiares,amicos & cognatos,qui tantam contempli gloriam, próq; his cõmutaui persecutiones,inimicicias,bella ac mortes quotidianas, satis declaraui me hæc quoque quæ nunc loquor,nõ humanæ laudis studio loqui.Hoc autem ideo præfatus est,quoniam cõmemoraturus erat prioris vitę suæ historiam,& quo modo repente fuerit immutatus, & argumentis euidentibus demonstraturus,se pro veritate stare.] Rursus autem ne putarent illum hæc eò facere,quò ipsis redderet rationem, atque hinc efferrentur,in superioribus illa dixit, Nunc hominibus suadeo. Nouerat enim prout postulabat opportunitas,etiã sublime quippiam ac magnificum loqui, ad eorũ quos instituebat correctionem, Atqui poterat aliũde probare, se cum veritate ac synceritate prædicare euãgelium,nimirum è prodigiis,è miraculis,è periculis,è carceribus, & quotidianis mortibus,è fame,siti & nuditate, ex aliis horum similibus: verum quoniã illi nũc dirigitur oratio nõ ad pseudapostolos,sed ad apostolos, qui horum periculorũ erãt cõsortes,alia via aggreditur causæ tractationẽ. Alioqui cũ ad pseudapostolos sermonẽ intẽderet,hunc in modũ induxit cõparationem,tolerantiã in periculis adducens in medium, dicénsque: Ministri Christi sunt,desipiens loquor, plus ego, in laboribus abundantius,in plagis supra modum,in carceribus abũdantius,in mortibus frequenter. Nunc sanè superioris vitæ conuersationem memorat, dicens: *Notum vobis facio fratres euangelium,quod prædicatum est à me,non esse secũdum hominem:neque ego enim ab homine accepi illud,neque edoctus sum, sed per reuelationem Iesu Christi.* Vide,vt vndiquaque confirmat se fuisse Christi discipulũ, nullo hominis interuentu,sed ipso Christo per seipsum omnem ipsi cognitionem dignato patefacere.Et quo modo,inquiũt,probari possit incredulis, quòd deus per se,nullo hominis interuentu,tibi patefecerit illa arcana mysteria? Probat hoc, *inquit, illa superior mea conuersatio. Nisi enim* deus fuisset,qui effulserat, haudquaquam adeò repente fuissem immutatus. Nam qui docentur ab hominibus, etiam si sint acri celeriq; ingenio, tamen vt ad diuersa transferantur,tempore est opus multóq; studio.Cæterũ qui cum vehementissimè laboraret insania, totus ac pure rediit ad sanam mẽtem, declarat sibi diuinam visionem ac doctrinam adfuisse, pérq; hãc subito ad puram rediisse sanitatem:eóq; cogitur de priore sua vita commemorare, atque ipsos testes citat eorũ quæ gesta sunt. Vos quidem,inquit,nescitis,quòd vnigenitus dei filius me è cœlis per se vocare dignatus est.Nam qui possitis id scire,cum non adfueritis? Verum illud omnino nostis,quòd fuerim persecutor, quandoquidem vsque ad vos quoque mea sæuicia penetrauit, cum ingens sit interuallum inter Palæstinam & Galatiam, vt non fuerit rumor in tam longinquũ dimanaturus,nisi quæ fiebant à nobis modũ excessissent,fuissentq; intolerabilia. Vnde & dicit: *Audistis meam cõuersationem, quòd supra modum persequebar ecclesiam dei, & expugnabam illam.* Vides vt singula cum exaggeratione commemorat, nec pudet sua mala confiteri.Non enim tantũ est persecutus,sed omni cum vehementia, nec persecutus est modo, verum etiam expugnauit:hoc est, conatus est ecclesiam extinguere,subuertere, demoliri, abolere. Nam id est expugnatoris opus. *Et proficiebam in Iudaismo vltra multos æquales † meos, ferum essem abundantius æmulator patriarum mearum traditionum.* Ne putares iræ fuisse quod gerebat, ostendit se quicquid fecit,zelo quodã feciisse, tametsi non secundum scientiam,nequaquam autem inanis gloriæ siti, aut vindicandi quos oderat cupidine, sed quòd studio teneretur traditionum,quas à maiorib⁹ acceperat. Huius autem

2.Cor.5.b

1.Cor.4.a

tre vera im mutatũ esse.

2.Cor.11

† in genere mo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem sermonis hic est sensus: Si quæ feci aduersus ecclesiam, non humano feci affectu, sed zelo diuino, errãte quidem, sed zelo tamen: qui consentaneum est me nunc, dũ pro ecclesia curro, agnita veritate, inanis gloriæ causa hæc facere? Etenim si in errore talis affectus mihi non est dominatus, sed dei zelus eò me perpulit, multo magis posteaquam agnoui veritatẽ oportet me ab omni istiusmodi suspicione liberum esse. Nam simul atq; conuersus sum ad ecclesiastica dogmata, protinus quicquid Iudaicarũ opinionũ occuparat animũ meũ, totum exui, multóq; maiorem zelum hic præstiti, quàm illic præstiteram. Quæ res arguit me verè fuisse trãsmutatum, diuinóque zelo teneri. Quod ni sic haberet, agẽ dic mihi, quid aliud erat in causa vt tantam sustinerem immutationem, ac pro honore contumeliam, pro requie pericula, pro securitate afflictiones susciperẽ? Nulla causa erat alia, nisi tantum veritatis amor. *Cum autem placuisset deo, qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret filium suum in me, vt prædicem illum in gentibus, protinus non communicaui cum carne & sanguine.*

Vide quemadmodum hic studet ostendere, quòd per id etiam tẽporis quo relictus est in errore, propter occultam aliquam diuinæ prouidentiæ rationem relictus sit. Etenim si ab vtero matris segregatus erat vt fieret apostolus, & ad hoc ministerium vocaretur, vocatus est autem tunc, & simul vt vocatus est, obsecutus est: perspicuum est deum ob causam aliquam arcanam eò vsque distulisse. Quæ igitur est hæc dispensatio? Fortassis inhiantes auetis hoc ab initio audire, cur tandem non eũ cum duodecim apostolis vocauerit. Verum ne ego digressus ab eo quod est in manibus, proxiliorem faciam sermonem, oro charitatem vestram, ne omnia ex me velitis discere, sed ex vobis etiam ipsis inquiratis, deum obsecrantes vt vobis patefaciat. *Quanquam & nos super hac re aliàs fuimus locuti, cum de mutato Pauli nomine apud vos differeremus, causamq; redderemus, ob quam deus prius dictum Saulum, Paulũ appellarit. Quę si vobis exciderunt, ex eo libro hæc omnia cognoscetis.* Nunc à tenore sermonis non recedamus, considere músq; quo modo rursus ostendit nihil in ipso casu aut hominum more factum esse, sed deum omnia suo arbitratu multa prouidentia dispẽsasse: ostendit autem his verbis: *Et vocasset per gratiã suam.* †Hinc declarat quòd deus ipsum ob virtutem vocauerit. Ait enim ad Ananiam: Vas electionis est mihi, vt portet nomen meũ coram gentibus & regibus: hoc est, Idoneus est ministerio præclaróq; facinori sustinendo. Atque hanc vocationis causam †hic ponit, idem tamen vbique totum gratię & ineffabili numinis humanitati tribuit, loquens hunc in modum: Sed misericordiam consecutus sum, nõ quòd sufficiens essem, neque quòd idoneus, sed vt in me declaret omnem lenitatem, in exemplum eorum qui crediturí erant *illi in vitam æternam. Vides excellẽtiam modestiæ, vides eximiè submissum animum. Ideo, inquit, ego misericordiam consecutus sum, ne quis de ipso desperet, sed quisque bonam spem habeat, posteaq; omnium mortalium pessimus, dei benignitatem asseruit ipso: vel ob ipsum: nẽ straret omnem lenitatem, in exemplum eorum qui crederent Paulum, dituri essent in illo. *Vt reuelaret filium suum in me.* Alibi vero dicit ipse Christus: Nemo nouit filium nisi pater, nec vllus nouit patrem, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Vides quòd & pater filium, & filius patrẽ reuelat. Idem fit in gloria, Filius glorificat patrem, & pater filium. Glorifica filium tuum, vt & filius tuus glorificet te. Et rursum, Quemadmodum ego te glorificaui. Sed quam ob causam nõ dixit, vt reuelaret filium suum mihi, sed in me? Ob id ita locutus est, vt ostenderet, quòd non modo verbis edoctus esset de fide, verumetiã copioso spiritus dono repletus. Reuelatione siquidem illustrante illius animum, simul & Christum habebat in ipso loquentem. *Vt euangelizem illum in gentibus.* A deo nanque factum est, nõ solum vt crederet, verumetiam vt ad apostolicũ munus deligeretur. Sic enim, inquit, mihi seipsum reuelauit, non tantum vt ipsum cognoscerem, verumetiam vt eius noticiam ad alios proferrem. Nec tamen simpliciter dixit, apud alios, sed vt euangelizem eum in gentibus: Iam hinc incipiens attingere non minimum suæ defensionis caput, ex ipsa discipulorum persona. Nec enim erat illi par necessitas prędicandi Iudæis & gentibus. *Protinus non contuli cum carne & sanguine.* Apostolos hic tectè significat, naturæ cognomento eos designans. Quòd si hoc sentit de cũctis hominibus, nos non contradicemus. *Neque ascendi Hierosolymam ad antecessores meos apostolos.* Hæc verba si quis per se expendat, videntur spirare non vulgarẽ magniloquentiam & arrogantiam, plurimúmq; abesse ab apostolico spiritu. Etenim quòd ipse sibi suffragiũ fert, neque cum quoquam sententiam communicat, videtur esse fastus. Videbam, inquit, hominem, qui sibi videbatur esse sapiens, sed maiorem illo spem habet insipiens. &, Væ his qui prudẽtes sunt apud semetipsos, & in oculis suis intelligentes. Ac idem rursus: Ne sitis prudentes apud vosmetipsos. Itaque qui tã multa huiusmodi præcepta ab aliis audierat, quíq; eadem aliis præceperat, ipse in hæc incidit, non dicam Paulus, sed vel homo quiuis? Verum hic sermo si per se nudus expendatur, offendere mouerèq; potest auditorem. Cæterũ si causam adiecerimus, ob quam hæc dicebat Apostolus, & applaudent & admirabuntur omnes ita locutum. Hoc igitur faciamus. Non enim oportet verba nuda expendere, alioqui multæ consequentur absurditates. Neque conuenit sermonem per se nudum examinare, sed obseruare mentem scribentis. In humanis enim sermonibus nisi hac ratione fuerimus vsi, expendentes quid senserit is qui loquitur, multas inducemus simultates, omnia subuertentur. Et quid attinet loqui de verbis, quãdo & in factis, nisi regulã hanc seruauerimus, omnia sursum deorsum miscebuntur? Nam & medici secant carnẽ, nonnunquam & ossa frangunt: quæ frequenter eadem faciunt & latrones. An non igitur fuerit extremæ infœlicitatis, si nequeamus latronẽ à medico discernere? Rursum homicidæ pariter vt martyres torquentur, at non quia patiuntur eadem tormenta vtrique eodem habentur loco, sed plurimũ interest inter hos & illos. Quòd ni regulam hãc seruauerimus, nulla de re recte iudicare poterimus: sed ipsum etiam Heliam homicidã censebimus, cúmq; hoc Samuẽlem, & Phinees. Quin & Abraham filij interfectorem dicemus, si res nudas expendimus, non addentes quam ob rem, quo animo id fecerit. Exquiramus igitur & Pauli mentem, qua hæc scripsit, considerabimus quò spectarit, quem scopum sibi proposuerit, & quis in totum fuerit erga apostolos. Tum enim intelligemus, quo animo hæc scribat. Neq; enim quòd vel eorum authoritatem eleuaret, vel seipsum prędicaret, locutus est vel hæc vel illa superiora. Quî enim id faciat, qui seipsum pronũciarit anathema? sed vt vbique seruaret euangelij synceritatem. Cum enim ij qui oppugnabant ecclesiam, dicerent, iis apostolis adhærẽdum esse, qui ista minime prohibiberent, non Paulo qui prohibebat,

†*Deus quidem ait p Acto. 9.c*

†*ponit, ipse] vt intelligas, deũ quidẽ Pauli virtutẽ prædicare, Paulũ verò, totũ gratię tribuere. 1. Timo. 1.e*

ἐπ' ἀὐτῷ, in ipso: vel ob ipsum: nẽ pe Paulum, qui peccator talia veniã sitẽ fecit. Mat. 11.d Ioan. 17.a

Ibidem.

Prou. 26. b

Esa. 5.e Roma. 11. d

Rom. 9.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

prohibebat, atq; hinc sensim irrepsisset Iudaicus error ac deceptio, cogitur hic fortiter & aperte resistere, non quidem cupiens de apostolis male dicere, sed hoc agēs ac moliens, vt eorum insolentiam, qui seipsos nō recte laudabant, comprimeret, eóq; dicit: *Nō contuli cum carne & sanguine.* Fuisset enim extremæ absurditatis, eum qui à deo fuerat edoctus, postea cum hominibus communicare. Nam qui discit ab hominibus, is cōgruenter denuo recipit homines in communicationem: verum quem deus sua beata voce dignatus est, quíq; ab eo doctus est, qui habet sapientiæ thesaurum: qua gratia pòst cum hominibus conferret? Par enim fuerit, vt talis doceat potius homines, quàm vt discat ab hominibus. Nō igitur arrogantiæ causa hæc dicebat Apostolus, sed vt suæ prædicationis authoritatē declararet. *Neque ascendi,* inquit, *ad eos qui ante me fuerunt apostoli.* Quoniam illi nusquam non inculcabant cæteros apostolos esse Paulo priores, & ante hunc fuisse vocatos, ideo hoc dicit. Quòd si fuisset cum illis communicandum de euangelio, is qui per reuelationē iniunxerat ei prædicandi munus, vtique & hoc præcepisset. Quid igitur? non ascendit illuc? *Sanè ascendit: nec tantum ascendit, sed vt disceret aliquid ab illis. Quando? Cum in ciuitate Antiochia, quæ ab initio singulare studiū erga Ecclesiam declararat, quæstio nata est de hac ipsa re, quæ nunc est in manibus. Quærebant autem, vtrum essent circunciden di, qui ex gentibus credidissent, an non compellēdi potius, vt tale quippiam paterentur. Id temporis ascendit, tum hic ipse Paulus tum Silas. Quo modo igitur dicit, non ascendi, neque cōtuli? Primum quidem quoniam ipse sponte non ascenderat, sed missus erat ab aliis. Deinde quoniam non accessit eò, vt aliquid disceret, sed potius vt aliis persuaderet. Nā ipse statim ab initio fuerat eius sententiæ, quam apostoli postea comprobarūt, videlicet non esse circuncidendos. Cæterum quoniam ad eum vsque diem nō visus est illis sat idoneus cui fides haberetur, sed magis auscultabant iis, qui versabantur Hierosolymis: ascendit non ipse percepturus quod antè nescierat, sed vt contradicētibus persuaderet, eos qui Hierosolymis erant, huic sententiæ subscribere. Itaque ab initio quid esset agendum perspexerat, nec opus habebat vllo doctore, sed quæ post multam discussionem erant Apostoli decreturi, hæc ipsa citra discussionem cœlitus habebat apud se certa & indubitata. Idq; Lucas declarans dicit, Paulum prolixam & copiosam orationem habuisse super hisce rebus apud illos, etiam priusquam iret Hierosolymam. Verum quoniam ita visum erat fratribus, † vt ab illis quoque discerēt, ascendit, nō sua ipsius causa, sed illorum. Cæterum ad explicandum id quod dictum est, non ascendi: licet & illud adferre, quod nec in initio prædicationis ascēderit, nec tum cum ascendit, ascenderit discēdi gratia. Quandoquidem horum vtrunq; significat, dicens: Protinus non contuli eum carne & sanguine. Non simpliciter dixit, non contuli, sed protinus non cōtuli: Simul & illud subindicans, quòd huic rei nihil anteposuerit. Quòd si post hæc videtur ascendisse, non tamen ascendit, vt quicquam ab eis acciperet, quod non habuisset.*

Sed abij, inquit, *in Arabiam.* Contemplare feruentem animum. Studebat occupare regiones antehac à nemine cultas, sed quæ etiamnum vastæ incultæq; iacebant. Etenim si mansisset apud apostolos, cū nihil esset quod ab illis posset discere, prædicationis officium fuisset impeditū. Oportebat enim illos quaqua versum dissemināre verbum. Has ob res hic beatus spiritu † doctrinæ feruens, protinus aggressus est homines barbaros & agrestes, vitæ genus suscipiens multis laboribus ac periculis obnoxium. Iam mihi considera illius modestiam. Cum dixisset, *Abij in Arabiam:* subiunxit, *Et iterum reuersus sum Damascum.* Non commemorat sua præclara facta, neque quos edocuerit, neque quàm multos. Atq; adeo mox vt baptizatus est, declarauit huiusmodi zelū, vt non solum confunderet Iudæos, sed ad tantam iracundiam prouocaret, tum Iudæos tum gentes, vt ipsi struxerint insidias, conatíq; sint è medio tollere. Quod haudquaquam accidisset, nisi credentibus magnam adiunxisset accessionem. Cum enim doctrina superarentur, restabat vt ad cędem sese verterent. Quod quidem euidens erat argumentū Paulinæ victoriæ. At non passus est Christus illum interimi, seruans eum prædicando euangelio. Cum posset igitur multa commemorare de rebus ab ipso præclarè gestis, nihil tamen eorū narrat. Sic & omnia quæ dicit, non ambitionis gratia dicit, neque quò cæteris Apostolis præstantior habeatur, neque quòd ægrè ferret ipsius dignitatem eleuari: sed quòd metueret, ne quid hinc detrimēti accideret prædicationi. Nam & abortiuum seipsum appellat, & omnium peccatorum primum, ac postremum apostolum, & huius honore nominis indignum. Atque hæc dicebat, cum plus omnibus laborasset. Quod quidem præcipuum est modestię documentum. Etenim eum qui sibi nullius bonæ rei conscius est, submissè de seipso loquitur, prudēs est, non modestus. At qui post tot emeritas coronas talia loquitur, ille nouit quid sit modestia.

Et iterum reuersus sum, inquit, *Damascum.* Iam quàm multa verisimile est eum illic egisse. De hac ciuitate refert quòd eam præfectus cui rex Areta gentis eius curā delegarat, custodierit, cupiens ipsum comprehendere. *Quod quidem maximum argumētum erat, illum acriter magnáq; vi vexare Iudæos. Verum horum nihil hic commemorat. Ac ne illic quidem ea cōmemoraturus erat, sed reticuisset, nisi dum perspexisset tempus illud eam historiam postulare.* Sic igitur & hic dicens se isse ac rediisse, præterea nihil addit eorum quæ illic gesta fuerant. *Deinde post tres annos ascendi Hierosolymam, vt viderem Petrum.* Quid hoc animo possit esse modestius? Post tanta taliáq; benefacta, cum nihil opus haberet Petro, *Cæt.* nec illius egeret voce, sed honore par esset illi, nihil enim hic dicam amplius: tamen ascendit velut ad maiorem ac seniorem, solúsq; Petri conspectus commouit illum, vt eo proficisceretur. Vides quēadmodum illis tribuit congruentem honorem, neque solum non ducit seipsum illis meliorem, verum ne parem quidē esse putat: id quod ex ipsa profectione liquet. Sicut enim nunc multi fratrum nostrorum ad viros sanctos proficiscuntur, eodem affectu tūc Paulus ad Petrum profectus est. Quin potius erat hoc multo submissius, quod fecit Paulus. Nā isti nunc vtilitatis suæ gratia suscipiunt peregrinationem, at tum beatus ille non vt disceret aliquid ab illo, neque vt correctionem aliquam acciperet, profectus est: sed tantum vt videret eum, suáq; præsentia honoraret. *Vt viderem,* inquit, *Petrum ascendi.* Non dixit ἰδεῖν, id est, vt cernerem Petrum: sed, ἱστορῆσαι, id est, vt viderem: quo modo loqui solent, qui magnas ac splendidas vrbes inuisunt cognoscendi gratia. Adeo iudicabat operæpræcium multóq; studio dignum tantummodo videre virum. Idem autem ex ipsis factis perspicuum est: proficiscens enim Hierosolymam, cum multas iam nationes conuertisset ad euangelium, tantásque res gessisset, quantas cæterorum nemo gesserat, Pamphyliam,

* ἢ μᾶλλον. *Atqui, atta mē, vt sit obiicientis. Actor. 11. d*

† vt etiā de illis cognoscerent.] ὡς πρὸς ἐκείνων μαθεῖν

† seruēs, docere

1. Cor. 15. b

Gal. 1. a

1. Cor. 11. g

Ibid. 20. b

phyliam, Lycaoniam, Cilicum gẽtem, omnes qui illam orbis partem habitant, ad rectam vitã instituisset, Christóque lucrifecisset, primum quidem ingreditur ad Iacobum, plurima cum modestia velut ad maiorẽ & honoratiorem. Deinde consulentem sustinet, & consulẽtem contraria iis, quæ nunc tractat. Vides ne, inquit, fra- *Act.9.21.d*
ter quot milia sunt Iudæorum qui crediderunt: Itaq; rade caput & purifica teipsum. Rasit caput, omnêsq; ritus Iudaicos peregit, eo quòd hic non lædebatur euangelium, omnibus erat submissior. Cæterum vbi conspexit nonnullos ex hac modestia lædi, non amplius vsus est hac immodica modestia. Iam enim hoc fuisset nõ præstare modestiam, sed inficere corrumperêq; discipulos ipsi subditos. *Et mansi apud illum diebus quindecim.* Itaq; quòd ad illum profectus est, declarat multum honorẽ erga Apostolos. Porrò quòd ibi tot dies commoratus est, amicitiam ac vehementissimam arguit charitatem.

Alium vero apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem domini. Vide vt maiorem beneuolentiam habuit erga Petrum. Huius enim causa peregrinationem susceperat, & apud eundem commoratus est. Hæc & dico frequẽter, & vos memoria tenere volo, vt si qua audieritis, quæ aduersus Petrum dicta videbuntur, ne quis suspectum habeat Paulum apostolum. Siquidem hanc ob causam & ipse hęc loquitur, præueniẽs, vt talẽ corrigat suspicio- *Infrà 2.b*
nem. veluti cum dicit, Restiti Petro, ne quis hæc verba putet esse simultatis aut contentionis. Nam & honorat virum, & diligit plus omnibus. Nec enim ob vllũ aliorum aplostolorum narrat se ascẽdisse Hierosolymam, sed propter hunc solum. Cæterorum autẽ, inquit, apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum. Vidi, inquit, nõ doctus sum. Sed vide quanto cum honore & hunc nominauit. Non enim simpliciter dixit Iacobum, sed magnificum illud elogium addidit, fratrem domini. Vsq; adeo liber erat ab omni liuore. Etenim si tantum indicare voluisset de quo loqueretur, poterat alia nota declarare, si dixisset, Iacobum Cleopæ, quod cognomen posuit euangelista. Verum non ita locutus est, sed quoniam existimabat honoris titulos apostolorũ esse proprios, veluti seipsum honestans, ita & illum veneratur. Non enim appellauit eum Iacobum Cleopæ, vt dicebam, sed quo modo? fratrem domini. Atqui nec frater erat domini iuxta carnem, sed esse putabatur. Attamen ne id quidem anertit Paulum, quò minus adderet viro dignitatis titulum. Quin & aliunde multifariam ostendit Paulus se tam syncerè erga apostolos affectum fuisse, quàm illo dignum erat. *Quæ autem scribo vobis, ecce coram deo quòd non mentior.* Vides in omnibus similiter elucentem huius sancti animi modestiam. Nec enim aliter quàm si apud tribunal periclitaretur, essetq; perpessurus sententiam ac pœnam, ita studuit excusare sese. *Deinde veni in regiones Syriæ & Ciliciæ,* posteaquam Petrum vidissem. Rursus incipit narrare de certamine, quod propositum est, Iudæam quidem non attingens, tum quòd ad gẽtes missus esset, tum quòd noluerit super alienum fundamentum ædificare. Cuius rei gratia ne simplici quidem congressu viderat cæteros apostolos. Idq; perspicuum est ex his quæ sequuntur. *Eram enim,* inquit, *de facie ignotus ecclesiis Iudææ: tantum audierant, is qui aliquando persequebatur nos, nunc annunciat fidem, quam pridem expugnabat.* Quid hoc animo possit esse modestius? Nã cum exponeret ea, quæ faciebant ad ipsius accusationem, veluti quòd persecutus esset ecclesiam dei, quòdq; expugnaret eam, hæc multa cum exaggeratione protulit, traducens suam ipsius vitam prius actam. Cæterum quæ demonstratura fuerant ipsius splẽdorem, ea prætercurrit, cum posset, si voluisset, omnia sua præclara gesta commemorare: nihil horum refert, sed vnico verbo pelagus immensum præteruectus, dicit: Veni in regiones Syriæ & Ciliciæ, & audierant, is qui persequebatur nos aliquando, nunc prædicat fidem, quam pridẽ expugnabat, nec præterea quicquam addidit. Quid autem sibi vult, cum ait, Ignotus eram ecclesiis Iudææ? vt scires, adeo Paulũ non prædicasse Iudæis circuncisionem, vt ipse ne de facie quidem fuerit illis notus. *Et glorificabant in me deum.* Contemplator & hic regulam Paulinæ modestiæ, quãtóque studio eã obseruet. Non enim dixit, admirabantur me, laudabant me, stupebant: sed declarauit totum hoc esse gratiæ, dicens: Deum glorificabant in me.

Deinde post annos quatuordecim ascẽdi Hierosolymam vnà cum Barnaba, assumpto simul & Tito. Ascendi autem iuxta reuelationem. Cap.II.
Prioris ascensionis causam Petrum ait fuisse, vtq; illum videret: vt autem iterum ascenderet, in causa fuisse reuelationem spiritus. *Et contuli cum eis euãgelium, quod prædico in gentibus. Seorsum autem iis, qui videbantur esse aliquid: ne forte in vanum currerem, aut cucurrissem.* Quid ais Paule? Qui initiò nolebas conferre, neque † per annos tres, peractis quatuordecim annis tum demum cõfers, ne forte in vanum curreres? At quanto præstiterat illud protinꝰ in initio feciſſe, quàm post tot annos? Cur autẽ currebas, si non persuasum habebas, te non in vanum currere? Et quis tam excors est, vt tot annos prædicet, ignarus an recte prædicet? Iam illud hoc etiam multo perplexius est, quòd ait se iuxta reuelationem ascendisse. Hoc est perplexius, vt dicebam, priore: sed tamẽ idoneum vt nobis & illius porrigat solutionem. Nam si sua sponte ascendisset, ne id quidem vllo pacto consentaneum esset rationi. Non enim erat illius beatæ animæ in tantam delabi amentiam. Siquidem ipse est qui dicit: *Sic curro, vt non in incertum: sic pugilem ago, non vt aërem verberans.* Quòd si curris non in incertum, quo modo dicis, ne forte in vanum currerẽ, aut cucurrissem? Vnde perspicuum est, quòd etiam si ascendisset absque reuelatione, accidisset illi quod imprudentibus solet accidere: attamen casus non fuisset perinde absurdus. Cæterum posteaquam illum spiritus ducit gratia, quis deinceps ausit aliquid tale suspicari? Nam hanc ob causam & ipse addidit illud, iuxta reuelationẽ, ne quis ante quæstionis solutionem, condemnaret illum insciitiæ, nimirum sciens non esse humanum quod geritur, sed diuinæ dispensationis multa prouidẽtis, & de præsentibus, & de futuris. Quæ tandem igitur huius peregrinationis causa? Quemadmodum cum prius ascenderet ex Antiochia Hierosolymam, nõ sua sponte ascẽdit, (nam ipse planissimè nouerat, simpliciter ac merè Christi decretis hærendum esse) sed cupiẽs eos qui dissidebant, redigere in concordiam: Similiter & nunc non ipsi fuit opus discere, an in vanum cucurrisset: sed vt iis qui ipsum accusabant, ad plenum persuaderetur. Quoniam enim magnificẽtiorem de Petro & Ioanne opinionem haberent, putarèntq; Apostolos inter sese dissidere, propterea quòd hic prædicaret euangelium absque circuncisione, illi contrà permitterent eam, atque hinc existimabant Paulum aduersum legem agere, & in vanum currere: *Ideo ascendi,* inquit, *& contuli cum illis euangelium:* non vt ipse quicquam discerem: quod ipsum post apertius dicit, sed vt docerem eos, qui hæc suspicantur, me nõ incassum currere. Spiritus enim qui præuiderat hanc contentionem orituram, procurarat vt Paulus illuc ascenderet & conferret. Ideo dixit, secundum

Iacobus Cleopæ.

† post

1.Cor.9.d

Alludit ad prouerbiũ, Stultꝰ facilẽ cognouit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cundum reuelationem ascendi, eadèmq; de causa Barnabam ac Titum sibi adiũxit, testes futuros eorum, quæ Paulus prædicasset. *Et contuli*, inquit, *cum illis euangelium, quod prædico in gentibus.* hoc est, sine circũcisione. *Seorsum autem qui videbantur alicuius existimationis.* Quid significare voluit, dicendo, seorsum? At qui communia dogmata studet corrigere, nõ seorsum, sed in publicum ea proponit. Paulus autem non ita. Nõ enim cupiebat aliquid discere, corrigerève suorum dogmatum, sed occasionem adimere cupientibus alios decipere. Cum enim Hierosolymis offenderentur omnes, si quis transgrederetur legem, si quis prohiberet circunciſionẽ, vn-
Actu.21.d de & Iacobus dicebat: Vides frater quot milia sunt Iudæorum qui crediderunt: & hi omnes audierunt de te, quòd defectionem doces à lege. Cum igitur offendetentur, palàm quidem accedere suámq; prædicationem aperire non sustinebat, sed deorsum contulit cum his, qui erãt alicuius opinionis, præsentibus Barnaba ac Tito, vt hi apud eos, qui ipsum criminabantur, forẽt idonei testes, ne apostolis quidem visum, Pauli prędicationem in gentibus peractam, pugnare cum apostolorum sententia. Porrò quòd ait, qui videbãtur alicuius existimationis, non ideo dicit, vt detrahat eis suam magnitudinem: quandoquidem de seipso quoque loquitur,
1.Cor.7.g Videor autem & ipse mihi spiritum dei habere: quod vtique est modestè loquentis, non abnegantis se habere. Hoc pacto & hic dixit, qui videbantur, suum iudicium cum publico omnium iudicio coniungens. *Sed ne Titus quidem, qui mecum erat, cum Græcus esset, coactus est circuncidi.* Quid est, cum Græcus esset? È Græcorum, inquit, hoc est, è gentium erat genere, præpucium gerens. Nõ enim ego solum ita prædicaui, verumetiam Titus ita fecit: quem cum esset Græcus, apostoli non compulerunt circuncidi. Quod quidem certissimum erat argumentum, illos non damnare, quæ à Paulo dicebantur ac gerebantur. Et quòd hoc quoque multo maius est, cum vrgerent aduersarij, eáque scirent, ne sic quidem apostoli per eos huc adacti sunt, vt iuberent eum circuncidi. Id quod ipse declarat dicens: *Sed propter subintroductos falsos fratres.* Qui sunt isti falsi fratres? siquidem hinc non mediocris existit quæstio. Nam si apostoli permittebãt circunciſionem, quare nunc falsos fratres appellat eos, qui & ipsi secundum apostolorum sententiam iubebãt hoc fieri? Primum quia non est idem iubere vt fiat, & quod fit permittere. Etenim qui præcipit, is studiosè seriòq; ceu rem necessariam ac præcipuam agit. Verum qui cum ipse non præcipiat, tamen non prohibet volẽtem, is non concedit, vt rem factu necessariam, sed dispensationem quandam implet: Quale quiddam & in
Ibidem.a epistola ad Corinthios Paulus scripsit dicens: Ne fraudetis vos inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ac rursum conuenite in vnum. Loquitur autem viris & vxoribus. Deinde ne putares eũ hoc illis pro lege scri-
1.Cor.7.b bere, subiunxit, Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium: eo quòd hoc non esset principale iudicium authoritatis ipsius, sed indulgẽtia erga illorum incontinentiam. Eóq; dicit, propter incõtinentiam vestram. Nam si Pauli sentẽtiam cupis cog-
Ibidem. noscere, audi quid dicat: Volo omnes homines esse, vt ipse sum. Itidem & hic accidit, apostoli nõ vt legis defensores hoc concedebant, sed obsecundantes infirmitati Iudaicæ. Alioqui si legem tueri voluissent, haudquaquam alio modo prædicassent Iudęis, alio gentibus. Etenim si res eiusmodi fuisset, vt ab infidelibus necessario fuerit obseruanda: perspicuum est etiam ab omnibus fidelibus obseruãdam fuisse. Contrà, si decretum illis est, ne quis gentibus harum rerum gratia molestus esset, satis declararunt se hoc Iudæis morem gerendo permisisse: at falsi fratres non eodem modo, sed hoc agebant vt eos excluderent à gratia, ac denuo in seruitutis iugũ pertraherent. Hoc igitur est primum discrimen inter Apostolos & falsos fratres, longo interuallo alteros ab alteris dirimens. Alterum erat, quòd apostoli id faciebant in Iudæa, vbi lex vigebat. Cæterũ falsi fratres nusquam hoc non faciebant. Nam & Galatas omnes attigerant. Vnde dilucidum est, hoc nõ factum ædificationis gratia, sed ad subuertendum totum euangelij negocium. Aliter ab apostolis cõcedebatur legis obseruatio, aliter à falsis fratribus studiosè curabatur. *Qui subintroierunt, vt explorarent libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu.* Vides vt exploratorũ appellatione expresit bellum corũ: Exploratores enim ob nihil aliud ingrediuntur, nisi vt cognitis rebus aduersariorum, ipsi sibi facillimum aditum parent ad expugnandum capiẽdúmque, quemadmodum & illi tum faciebant, studentes eos in veterem retrahere seruitutẽ. Vnde vel hinc liquet, non idem fuisse propositum apostolis & istis, imò magnopere diuersum. Illi siquidem concedebant, vt eos paulatim eximerent è seruitute: isti contrà hoc moliebantur, vt eos in grauiorem pertraherent seruitutem. Eóq; clàm obseruabant, attentè circunspicientes, & curiosè disquirentes qui nam haberent præpuciũ, quod & Paulus declarans ait: Subintroierunt, vt explorarent libertatem nostram. Non tantum exploratorum vocabulo, verumetiam ex eo quòd clàm ingressi sunt, seq; furtim intro submiserunt, demõstrauit eorum insidias. *Quibus nec ad horam cessimus subiectione.* Vide sermonis artificium ac significantiam. Non dixit, *cessimus* verbo, sed *subiectione.* Non enim *id faciebant, vt aliquid* frugiferum docerent, sed vt eos subigerent, & in seruitutem pertraherent. Idcirco apostolis quidẽ cessimus, istis vero nõ amplius cessimus: *Vt euangelij veritas maneret apud vos.* Vt, inquit, quod prius verbis prædicaueramus, factis confirmaremus, nimirum quòd vetera transierunt, *2.Cor.5.d* & noua facta sunt omnia: & quòd si quis est in Christo, *Infra 6.d* noua est creatura: & quòd his qui circunciduntur, Chri *Ibid.5.a* stus nihil proderit. Hanc veritatem confirmantes, nec ad horam cessimus. At mox quoniam protinus obstabant illa quæ faciebant apostoli, erátq; verisimile futuros aliquos qui dicerent, Quí fit igitur, vt hęc illi præcipiant? Vide quàm sapienter soluit obiectionem. Non enim explicat veram causam, videlicet quòd id faceret *Dissimulatio Pauli.* apostoli, quò morem gererent Iudæis: nec hoc fuisse iudicij illorum, sed dispensationis. Hanc enim si protulisset, offensi fuissent audientes. Oportet enim dispẽsationis ignorare causam ad quos sit aliquis ex ea fructus rediturus. Nam si pateat causa eorũ quæ fiunt, tota perierit vtilitas. Quapropter ipsum quidem, qui dispensationem adhibet, scire causam oportet eorum quæ geruntur: cæterum eos quibus est profutura dispensatio, hanc eportet ignorare. Atque vt magis fiat dilucidum quod dico, ex hoc ipso argumento sumemus exemplum. Hic ipse beatus Paulus, qui tollit circunciſionem, cum Timotheum esset missurus ad docendum Iudæos, prius il- *Actu.16.a* lum circuncidit, atque ita misit. Id autem faciebat, quò doctor esset acceptior apud auditores, & ingressus est cum circunciſione, vt abrogaret circũciſionem. Atque huius facti causam ipse quidem cum Timotheo nouerat, discipulis autem nequaquam aperuit. Etenim si nouissent quòd illum hoc animo circuncidisset vt circun-

ciſionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

cisionem abrogaret, nec audissent omnino Timotheũ concionantem, totumq; lucrũ & vtilitas perisset. Nunc vero hæc ignorantia maximam illis attulit vtilitatem. Dũ enim arbitrantur illum seruandæ legis studio hoc facere, beneuolis animis placidéq;, tum ipsum doctorẽ, tum eius doctrinam excipiũt. Qua recepta, ac paulatim eruditi, recesserunt à prioribus. Quod haudquaquam euenisset, si initio causam nouissent. Etenim si nouissent, auersati fuissent illum, auersantes autem nequaquã auscultassent: Si nõ auscultassent, perseuerassent in errore pristino. Id vero ne fieret, nõ aperuit causam. Proinde nec hic aperit dispensationis causam, sed alia via rẽ aggreditur, ita loquẽs: *Ab iis vero qui videbãtur esse aliquid, quales aliquando fuerint, nihil mea refert, personam hominis deus nõ accipit.* Hic non solum non excusat apostolos, verum etiam vehemẽter grauat sanctos, vt prosit infirmis. Tale autem est quod dicit: Et si illi permittunt circuncisionem, ipsi deo reddituri sunt rationem. Non enim quia magni sunt, ac dignitate præeminentes, deus personam illorum accipiet. Neque tamẽ sic apertè locutus est, sed moderatius. Nam non dixit, Quòd si illi turbant prædicationem, præter ea quæ mandata sunt prædicantes, luẽt extrema supplicia. Nihil inquam horum dixit, sed reuerentius videtur illos attingere loquẽs hunc in modum: Ab his autem qui videbantur esse aliquid, quales aliquando fuerint. Nõ dixit, †quales iam olim sunt, sed quales fuerint: innuens declarans, quòd & illi iam desinissent hoc modo prædicare, vtpote iam vbique coruscante euangelio. Cæterum quod ait, Quales aliquãdo fuerint, hoc declarat: Si sic, inquit, prædicauerunt, ipsi reddent rationem. Non enim hominibus, sed deo sunt rationem reddituri. Hæc autem dicebat, nõ velut ambigens aut ignorans, quid quo animo facerẽt illi, sed vt dicere cœperam, quòd expedire iudicaret, vt hac via rẽ aggrederetur. Deinde ne veluti diuersæ factionis videretur illos accusare, & hinc oriretur contentionis ac diuidij suspicio, mox correctionem adiunxit, dicens:

Mihi enim qui habebantur in precio, nihil contulerunt. Quid autem hoc est? Quę vos dicitis, inquit, nescio: illud certò scio, quòd mihi non modo non sunt aduersati, verũ etiam conspirarunt mecum, concordiáq; sociati sunt. Id enim declarat, cũ ait, Dextras dederunt. Verum nõdum hoc dicit, sed illud tantum dicit, quòd nõ docuissent, non correxissent, neque quicquam addidissent iis quæ prius sciuerat. *Mihi enim*, inquit, *qui erant in precio, nihil præterea contulerunt:* Hoc est, posteaquam cognouerãt quæ prædicarem, nihil adiecerunt, nihil inde correxerunt: idq; cum scirent, me ea gratia venisse Hierosolymam, vt cum ipsis communicarem. Nam iuxta reuelationem spiritus accesseram, vt cum illis cõmunicarem, ac Titum incircuncisum habebam mecum. Itaque nec illi mihi quicquam dixerunt vltra ea, quæ prius sciuerã, nec illum circuncidi. *Sed contrà.* Quid est contrà? Quidam hoc sentire Paulum dicunt, quòd non solum ipsum nihil docuerint, verumetiam ab ipso docti sint. Ego vero nequaquam hoc dixerim. Quid enim ab illo præterea erant docendi? quandoquidem vnusquisque illorum perfectus erat. Non igitur hoc sentit, cum ait, Contrà: sed illud potius vult dicere, quòd non solum nihil reprehenderunt, verum in tantum abfuerunt ab incusando, vt comprobarint etiam. Nam comprobatio contraria est incusationi. Mox quoniam cõiectandum erat, dicturos aliquos: Si comprobarunt, quare non sustulerunt circuncisionem? Nam si comprobarunt, tollenda erat. Hic si dixisset, sustulerunt, iudicabat nimis inue-

†qualescũq; tãdem sint, sed fuerint:

Hic sup. a

recundum fore, atque hinc orituram pugnam manifestam aduersus ea quæ confessus fuerat. Rursus si confiteretur concedendam esse circũcisionem, videbat necessario fore, vt in aliam incideret obiectionẽ. Si enim, inquient, comprobarunt tuam prædicationem, cum cõtrà permiserint circuncisionem, ipsi secũ pugnant. Quo pacto igitur hic soluitur nodus? Dicere poterat, quòd ista fecissent, morem gerentes infirmitati Iudaicæ. Verum hoc dicendo totum dispensationis fundamẽtum conuulsisset, eóq; non dicit hoc, sed reliquit in dubio, atque in ancipiti dicens: Ab iis autem qui videbantur esse aliquid, nihil mea refert: perinde quasi diceret, Nõ accuso, neque fugillo sanctos illos. Sciunt ipsi quid fecerint. Deo siquidem reddituri sunt rationem. Quod autem hic demonstrare studeo, hoc est, quod à me gesta non resciderunt neque correxerunt, neque quippiam addiderunt, quasi quicquam illis deesset, verumetiam comprobarunt & assensi sunt. Atq; huiusce rei testes habeo Titum ac Barnabam, vnde subiicit dicens: *Cum vidissent mihi commissum euangelium præpucij, quemadmodum Petro circuncisionis, dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis.* Circuncisionem & præpucium dicens: nõ res ipsas, sed gentes hac nota distinctas, Subiungit igitur, *Qui enim operatus est in Petro, in apostolatum circũcisionis, operatus est & in me inter gentes.* Quemadmodũ igitur præpucij nomine designat gentes, ita & circũcisionis nomine Iudæos. Iámque se cæteris honore parem ostendit, nec se reliquis illis, sed ipsi summo comparat, declarans, quòd horum vnusquisque parem sortitus sit dignitatẽ. Posteaquam enim argumentis declarauit Apostolorum inter ipsos concordiam, quod supererat sumpta fiducia liberè prosequitur: neq; iam solum peruenit vsque ad apostolos, sed ad Christum ipsum deducit sermonem, adq; gratiam ipsi ab illo donatam, quarum rerum testes citat Apostolos dicens: *Vbi cognouissent gratiam dei quæ data est mihi, Iacobus, Cephas, & Ioannes.* Non dixit postquam audissent, sed cognouissent: hoc est, ex ipsis didicissent factis, dextras dederũt mihi & Barnabæ societatis. Videt vt paulatim demõstrarit, hoc & Christo visum & apostolis. Neque enim data fuisset, neque in illo fuisset operata gratia, ni prędicationem eam comprobasset. Ac Petri quidem solius meminit, vbi se cogitur cum illis cõferre. Cæterum vbi citandum est testimonium, triũ pariter facit mentionem, idq; non sine laudis elogio: Cephas, inquit, Iacobus & Ioannes, qui videbantur esse columnæ. Nec rursus dicit, videbantur, quod tolleret rei veritatem, sed aliorum quoque assumit sententiam dicens: Qui magni sunt & eximij, quòsq; omnes vbiq; celebrant, huiusmodi testes sunt eorũ quæ dico, quòd eadem placent & Christo, quòdq; hæc ex ipsis rebus cognouerunt, ipsaq; rerum experientia cõmoti sunt vt crederent.. *Ideoque & dextras mihi dedere, non mihi tantum, sed & Barnabæ, vt nos quidem ad gentes, ipsi vero in circuncisionem.* O prudentiam eximiam, ô concordię demonstrationẽ irrefutabilem: ostẽdit & illorum doctrinam ipsius esse, & ipsius doctrinam illorum esse. Eadem enim vtrisque placebant: videlicet vt & illi sic prædicarent Iudæis, & hic gentibus. Eóq; subiecit, ita loquens: Vt nos quidem in gentes, ipsi vero in circuncisionem. Vides quòd hic quoque circuncisionem appellat, nõ rem ipsam, sed Iudæos. Quoties enim rem ipsam sentit, addito contrario discernit, ipsumq; nominat præpucium, veluti cum ait: Circuncisio quidem prodest, si legẽ obserues. Quòd si transgressor legis fueris, circuncisio tua præpucium facta est. Ac rursum: Neque circuncisio quicquam valet, neq;

Paul⁹ bonores pær Petro.

Roma. 2. d

1. Cor. 7. d

Universidad de Deusto
Biblioteca

let,neque præpucium. Cæterũ vbi sic appellat Iudæos, nec rem intelligi vult,sed populum:non opponit præpucium,sed gentes.Etenim velut è regione discernuntur,Iudæi quidem à gentibus,à circuncisione vero præpucium. Quemadmodum cũ superius diceret qui operatus est in Petro ad apostolici muneris functionem in circuncisione,operatus est & in me inter gentes. & hic rursus,Nos inter gentes,ipsi vero in circuncisionẽ,non rem ipsam,sed Iudæorum populum sic appellãs,distinguens eum à gentibus. *Tantum vt pauperum memores essemus, quod ipsum etiam studui facere.* Quid tandem est hoc quod dicit? In prædicãdi,inquit,munere,partiti sumus inter nos orbem terrarum. Atq; ego quidem eos qui ex gentibus sunt,illi vero Iudæos sortiti sunt,iuxta dei placitum. Cæterum curam pauperũ qui sunt apud Iudæos ego ex meipso iunxeram cum illorum volũtate. Quòd si bellum fuisset inter eos & contentio,nequaquam hoc illi recepissent.Qui sunt autem isti pauperes?Plerique Iudæi qui crediderant in Palæstina,facultatibus omnibus erant exuti, ac per omnes regiones dissecti exulabant. Quod quidem & in epistola ad Hebræos scripsit dicẽs: *Hebr.10.g* Nam bonorum vestrorum rapinam, cũ gaudio suscepistis.Declarat idem & Thessalonicensibus scribens,ac *1.Thes.2.c* fortitudinem illorum prędicans:Vos enim,inquit,imitatores facti estis ecclesiarum dei, quæ sunt in Iudæa: quoniam & vos eadem passi estis à propriis contribulibus, quemadmodum & illi à Iudæis: omnibusq; modis ostendit, quòd ij qui ex gentibus crediderant, non perinde oppugnabantur à Græcis, quemadmodum ij qui ex Iudæis crediderant, à suæ gentis hominibus vexabantur, sed hæc gens cæteris omnibus erat atrocior: cõq; summa solicitudine,modis omnibus curam illorũ gerunt,atque ob hoc ipsum & Romanis prędicipit & Co *1.Cor.16.a* rinthiis,neque solum colligit pecunias, verũetiam ipse *Rom.15.f* eas perfert, dicens, Nunc autem proficiscor Hierosolymam,ministraturus sanctis.Nam & ad victum necessariis egebant. Quod igitur hic significat illud est: Hac in re mihi visum est illis opitulari, quod vt recepi, ita non cessaui in suscepto negocio. Ac postquam ostẽdit suam cum apostolis concordiam consensumq;,cogitur deinceps & disceptationis cum Petro Antiochię habitæ mentionem facere, dicens: *Cum autem venisset Petrus Antiochiam,in faciẽ illi restiti, quoniam reprehẽsus erat.Priusquam enim venissent quidam à Iacobo,simul cum gentibus edebat.At postquam venissent, subduxit ac separauit seipsum,metuens eos qui erant ex circuncisione.* Multi qui parum attentè legunt hunc epistolæ locum, existimant Petrum à Paulo insimulari de simulatione. Verum hoc non ita se habet,non ita se habet inquam.Absit vt ita sit.Multam enim hic comperimus tum Petri tum Pauli prudentiam in hoc adhibitam,vt clàm tectèque prodessent audiẽtibus.Sed prius dicendum est de Petri fiducia, & quo modo hic vnus ante cęteros discipulos solitus sit profiteri,quandoquidem etiam cognomen sortitus est,ob immutabilem & immobilem fidem. Cum enim omnes essent interro- *Matt.16.c* gati,hic ante cæteros prosiliens, Tu es,inquit, Christus *Matt.17.& Mar.9.a* filius dei viui : quo tempore illi & claues regni cœlorũ concreditæ sunt. Præterea in monte solus extitit qui loqueretur.Ad hæc cum de cruce fieret sermo,cæteris tacentibus ipse dixit, Propicius esto tibi. Quanquam autem hæc verba non erant circunspectæ mentis, erant tamen feruidæ charitatis. Quin & in cæteris omnibus, videmus illum aliis feruidiorem, & ad pericula præsilientem. Ita cum dominus visus esset in littore, cæteris *Ibid.14.d* nauim trahentibus ipse nõ sustinuit nauigio accedere.

Iam & post resurrectionem Iudæis vociferantibus insanientibúsque, ac discipulos discerpere quærentibus, primus accedens ausus est in vocem erumpere ac dicere,quòd ille crucifixus assumptus esset, iámque in cœlis *Act.2.c* ageret. Aliud est autem, ostium clausum recludere, ac negocio dare principium:aliud post deinceps confidẽter agere.Itaque qui suam ipsius animam tam numeroso populo exposuerat, quo modo simulasset vnquam? qui flagellatus,qui vinctus,nihil de sua fiducia voluerit remittere, idq; tum in ipso statim prædicationis initio, tum in media metropoli, vbi tantum erat discriminis: quo modo post tantum temporis Antiochiæ,vbi nullũ erat periculum, cum iam ipsis factis cõprobatus ac spectatus esset,eos qui ex Iudæis crediderant, formidasset? Qui Iudæos ipsos non metuerat,& in principio,& in ciuitate primaria : quî consentaneum est, vt post tantum temporis, cũ esset in aliena ciuitate, eos qui ab illis defecerant,metuerit? Non igitur hæc dicens Paulus, aduersus Petrum loquitur, sed quo consilio dixerat illud, Ab his autem qui videbãtur esse aliquid, quales aliquã- *Hic sup.b* do fuerint,nihil mea refert,eodem & hęc loquitur.Verum ne diutius his de rebus dubitemus, eorum quæ dicta sunt,causam oportet explicare.Apostoli quemadmodum dicere cœperam,Hierosolymis quidem permittebant circuncisionem: non enim poterant subito à lege reuelli. Vbi vero venissent Antiochiam,iam nihil istarum rerum obseruabant, sed cum his qui ex gẽtibus crediderant, indifferenter viuebant: quòd sanè & Petrus tũ faciebat. Vbi vero venissent ex vrbe Hierosolymarum, qui viderant eum ibi sic prædicantem, non vlterius tentabat idem facere,metuens ne illos offenderet: sed secessit,hic duo per dispensationem agens,alterum ne offenderet eos qui erant ex Iudæis, alterum vt Paulo iustam præberet occasionem increpandi. Etenim si ipse qui Hierosolymis prædicarat cum circuncisionis permissu,Antiochiæ secessisset: visus fuisset iis qui ex Iudęis crediderant,Pauli metu id facere,ac Petri nimiam facilitatem reprehendissent discipuli: quæ res non mediocre peperisset offendiculum, quãquam Paulo quem nihil latebat,suo discessu nullam huiusmodi præbuisset suspicionem:nouerat enim quo animo hæc fierẽt. Vnde & Paulus obiurgat,& Petrus sustinet, vt dum magister obiurgatus obtiecescit, facillime discipuli mutarent sententiam.Nam si Paulus,cum tale nihil accidisset,admonuisset:nihil magni feciisset. Nunc vero quoniã nactus occasionem acrius increpauit, maiorẽ Petri discipulis timorem iniecit. Quòd si Petrus hæc audiens cõtradixisset,merito quis eũ culpare potuisset, quòd dispẽsationem subuertisset. Nunc vero dum alter obiurgat, alter obticet,multis timor incutitur iis,qui ex Iudęis crediderant:eòq; vehemẽtius tractat Petrum. Vide autem quanta circunspectione sermonem temperat, prudẽtibus subindicans, ea quæ loquitur non esse diffidij, sed dispensationis. *Cum enim,*inquit,*Petrus venisset Antiochiã, in faciem illi restiti,quoniam reprehensus erat.* Nõ dixit, reprehensus à me,sed simpliciter,reprehensus:haud dubium, quin ab aliis.Nam id aliunde subaudiendum est.Quòd si ipse reprehendisset illum, haudquaquam veritus fuisset hoc dicere.Quòd autẽ dixit, κατὰ πρόσωπον, id est, iuxta faciem: perinde est quasi dixisset, in speciem. Etenim si verè fuisset inter ipsos contentio, nequaquam præsentibus discipulis se inuicem increpassent.Grauenim illis fuissent offendiculo. Nunc autem vtilis erat palàm in speciem adhibita dissensio. Et quẽadmodum Paulus Hierosolymæ cessit illis, ita iidem Paulo cesse- *Supra.d*

runt An-

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt Antiochiæ. Quæ nam igitur erat reprehensio?

Priusquam enim venissent quidam à Iacobo (Recte. Nã ipse fuerat doctor Hierosolymis) simul cum gentibus edebat. postquam autem venissent, subtraxit ac subduxit sese, metuens eos qui erant ex circumcisione. Non hoc metuens, ne veniret in discrimẽ. Nam qui in initio non metuerat, multo minus tũ metuisset. Verum illud metuebat, ne deficerent. Quãdoquidem *Infra 4.b* & ipse Paulus loquitur Galatis, Timeo de vobis, ne frus- *2.Cor.11.a* stra laborauerim. Ac rursum: Timeo ne quemadmodũ serpens decepit Heuam, corrumpantur sensus vestri. Apud illos igitur mortis metus nihil erat, verum metus ne perderent suos discipulos, vehementer concutiebat illorum animos. *Ac simularunt cum illo & reliqui Iudæi, vt & Barnabas simul abductus fuerit in illorum simulationẽ.* Ne mireris, si factum hoc appellat hypocrisim, hoc est, simulationem. Non enim vult, vt prius dixi, patefacere consilium, vt illi corrigerentur. Quoniam enim vehe- B menter hærebant legi, ideo Petri factum appellat simulationem, & seuerius increpat, vt persuasionem illis radicitus infixam euelleret. Et hæc audiens Petrus, iungit cum Paulo simulationem, quasi deliquisset, vt per ipsũ obiurgationem corrigerentur. Etenim si Paulus obiurgasset eos, qui erant ex Iudæis, indigne tulissent ac respuissent illius obiurgationem. Nec enim admodũ magnificè de illo sentiebant. Nunc autẽ cum conspiciunt doctorem suum obiurgatum obticere, neque contemnere: neque contradicere Pauli verbis poterant. *Sed cum viderem, quòd non rectè incederent ad veritatem euangelij.* Ne hæc quidem dictio vos conturbet. Non enim hæc dicit reprehẽdens Petrum, sed ita figuratam facit orationem, vt audita prodessent iis, qui ob Petrum obiurgatum erant futuri meliores. *Dixi Petro coram omnibus.* Vides quo modo hinc corrigit alios? Nam ideo dixit, C coram: vt qui audirent, timerent. Agè dic quid dixeris: *Si tu Iudæus cum sis, gentiliter vivis & non Iudaicè: cur cogis gẽtes Iudaizare?* Atqui gentes non simul cum illo fuerant in simulationem illam abductæ, sed Iudæi. Cur igitur incusas quod factum non est? Quin potius vertis sermonem ad eos qui simulabant, qui quidem erant ex Iudæis, & non ad gentes? Cur autem Petrum solum incusas? Cæteri quoque cum illo simulauerant. Videamus porrò & quid sit, in quo accusat. *Si tu Iudæus cum sis gentiliter vivis, ac non Iudaicè: cur gentes cogis Iudaizare?* Atqui solus hic se subduxerat. Quid igitur est, quod vult efficere? Vt obiurgatio careat suspicione. Nam si dixisset, Male facis, qui legem obseruas: increpassent illum Iudæi tanquam confidentius agentem aduersus præceptorem ipsorum. Nunc vero dum illum obiurgat pro suis discipulis, nimirum pro his qui erant ex gentibus, mol- D liorem reddidit hunc sermonem: quanquam non hoc modo tantum, verũetiam hoc, quòd abstinens ab omnium reprehensione, totam increpationem confert in doctorem. Si enim tu, inquit, Iudæus cum sis, gentiliter viuis non Iudaicè: propemodum apertè clamans, Imitamini doctorem, ecce & ipse Iudæus cum sit, gentium more viuit. Verum id non dicit. Nõ enim accepissent admonitionem, sed prætextu reprehensionis pro gentibus patefacit Petri sententiam. Rursum si dixisset, cur † *Quidam Graci codices habent Iudaizare.* eos qui sunt ex Iudæis, cogis † gentium more viuere? acerbior fuisset oratio. Nũc vero sic moderans sermonem, non quasi defendat discipulos Iudæos, sed eos qui erant ex gentibus, hoc pacto corrigit illos. Increpationes enim si non fuerint vehementer acerbæ, facillimè possunt recipi. Nullus enim eorum qui erant ex gentibus incusare Paulũ poterat, si de Iudæis fecisset verba.

A Hoc totum suo silẽtio correxit Petrus, recepta in se simulationis opinione, quò vera simulatione Iudæos liberaret. Primum igitur in Petri personã torsit sermonem, si tu Iudæus cum sis. Cæterum in progressu cõmuniter ad omnes vertit orationem, seipsum etiam complectens cum cæteris, atque ita dicens: *Nos natura Iudæi, ac non ex gentibus peccatores.* Ac sermo quidem admonitionẽ habet, nisi quòd addita est species obiurgationis, propter eos qui erant ex Iudæis. Facit autem idem alibi quoque, vt aliud videatur dicere, aliud agẽs. Veluti cum Romanis scribens, ait: Nunc autem eo Hiero- *Roma.15.f* solymam ministrãs sanctis. Non enim volebat dicere, nec hoc eos simpliciter docere, cuius rei gratia proficisceretur Hierosolymam: sed illud agebat, vt eos promo caret ad æmulationem beneficentiæ. Nã si causam modo voluisset explicare, satis erat dicere, eo ministrãs sanctis. Nunc vero considera, quàm multa connectat. Cõ- *Ibidem.* placuit enim Macedoniæ & Achaiæ communicationẽ aliquam facere in sanctos pauperes, qui sunt Hierosolymis. Complacitum est enim, & debitores illorum sunt. Ac rursum, Etenim si in spiritualibus gentes fuerunt il- *Ibidem.* lorum consortes, debẽt illis & in carnalibus subministrare. Vide igitur quo modo Iudæorum spiritus premit, aliud per aliud agens, vtq; cũ authoritate loquitur,

Nos, inquiens, *natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores.* Quid est, natura Iudæi? Nimirum non proselyti, sed à teneris annis educati in lege. Nos itaque relicto vitæ genere, in quo fueramus nutriti, confugimus ad fidem quæ est in Christum. *Scientes quòd non iustificabitur homo ex operibus legis, sed tantum per fidem Iesu Christi. & nos in Christum credimus, vt iustificemur ex fide Christi, & nõ ex operibus legis, eo quòd non iustificabitur ex operibus legis omnis caro.* Vide & C hic, vt omnia circunspectè loquitur. Non enim ait, reliquimus eam vt malam, sed vt infirmã. Proinde si lex non confert iusticiam, ociosa est circuncisio. Sed nunc quidem ad hunc modum loquitur. Cæterum in progressu declarat, non solum ociosam esse, verũetiam periculosam: quod quidem vel maxime obseruandum, quòd cum initiò dixerit, nõ iustificatur homo ex operibus legis: progressus vehementius loquitur. *Quòd si quærentes in Christo iustificari, reperti sumus & ipsi peccatores, nimirum Christus peccati minister est.* Nam si non potest, inquit, fides in eum iustificare, sed opus est rursum amplecti legem: & si posteaquam legem relinquimus ob Christũ, non iustificamur ex legis omissione, sed condẽnamur: comperiemus illum esse causam cõdemnationis, cuius gratia cum legem reliquerimus, ad legem vltrò recurrimus. Vides in quantam absurditatis necessitatem eogit orationem, quâmq; validè pugnet. Nam si, inquit, D non oportuit legem relinquere, nos autem reliquimus propter Christum: quo modo sumus iudicandi? Quid igitur Petro dicis, quid admones eũ, qui hæc omnia plenissimè nouit? An non deus illi ostendit, non esse iudicandum hominẽ, qui præpucium habet, in circũcisione? Nõnne cũ Iudæis hisce de rebus disserẽs, liberè illis ex hac visione restitit? Nõne decreta publica super his denuo misit ex Hierosolymis? Hæc igitur non vt Petrũ corrigat loquitur, sed sermo in illum erat intẽdendus, cum discipulos redargueret. Nec ista propriè pertinẽt ad Galatas, sed in omnes quadrãt, qui eodem cum illis errore tenebantur. Quanquam enim nunc non multi circunciduntur, sed ieiunant, seruantq; sabbata, eadem *Ieiunia Iudaica.* cum illis faciunt, excutientes semetipsos à gratia. Nam si iis qui tãtum circuncidebãtur, Christus nihil prodest: vbi ieiunium ac sabbatum accesserit, pro vno præcepto

Universidad de Deusto
Biblioteca

duo seruantur. Vide quantũ sit periculum, quod ab ipso etiam tempore fit formidabilius. Siquidẽ illi in initio hæc faciebant, cum adhuc extaret ciuitas, cum templum, cum cætera omnia. Hi vero cum & conspiciant, quas pœnas Iudæi dederint, & vrbem funditus deletam videant, nihilo secius plura etiam obseruant: quam habere poterunt excusationem, eo tempore seruantes legem, quo ipsi Iudæi, quanuis vehementer cupientes, nõ possunt hæc conseruare? Induisti Christum, membrũ factus es domini, in supernam ciuitatem adscriptus es, & adhuc circa legem serpis? Et quo modo potes regnum illud consequi? Audi Paulum dicentem, euangelio subuerti per legis obseruationẽ. Quòd si vis etiam, rei modum discito, simul horrescito, fugitóq; barathrum. Cur enim obseruas sabbatum, ac ieiunas cum illis? Videlicet veritus legem ac ritus illos omittere? At nequaquam timeres legem, nisi fidem contemneres, vt quæ sit imbecillis, nec per se valeat cõferre salutem. Quòd si metuis non seruare sabbatum, cõspicuum est te adhuc metuere legem, velut etiamnum authoritate pollentẽ. Quòd si quis rursum vsus est legis, profecto non est opus parte, aut vnico præcepto, sed tota lege est opus. Si vero tota est opus, excussa est paulatim, quæ per fidem datur iustitia. Nam si obseruas sabbata, cur non & circuncideris? Quòd si circũcideris, quin & pecudes immolas? Etenim si seruanda lex est, tota seruanda est. Quòd si non est necesse seruare totam, ne partem quidẽ seruare necesse est. Quòd si pro parte formidas ne condemneris, multo magis pro tota metuas oportet. Quòd si tota violata non punit, palã est, nec partem id facere. Quòd si portio legis violata punit, multo magis id faciet tota. Si tota seruanda est, nõ oportet auscultare Christo: aut si Christo auscultamus, legis transgressores efficiamur oportet. Etenim si oportet eam seruare, qui non seruãt, transgressores sunt: huius autem transgressionis Christus nobis author esse deprehẽdetur. nam ipse legẽ soluit, eam quæ talia præcipit, & aliis vt soluerẽt præcepit. Vides quid moliantur isti Iudaizantes: Christũ qui nobis est author salutis, hunc etiam peccati faciũt authorem, quẽadmodum & Paulus ait, nimirũ Christus minister est peccati. Post hæc cum sermonem eò deduxisset, vt videretur absurdus, nõ iam opus erat probationum apparatu ad confutationem, sed satis erat negasse ac dicere, *Absit*. Siquidem aduersus vehemẽter absurda & inuerecunda nihil opus est oratoriis rationibus, sed sufficit abnegare solum. *Nã si quæ destruxi, hæc iterum ædifico, transgressorem meipsum cõstituo.* Vide Pauli prudentiam. Illi studebant ostendere, qui non seruaret legem, eum transgressorem esse: hic in diuersum torquet sermonem, ostendens eum esse transgressorem qui seruat legem, trãsgressorem inquã, non modo fidei, sed & ipsius legis. Quæ enim destruxi, hæc rursus ædifico, nimirum legẽ. Quod vero dicit, tale est: Ceisat lex, & hoc profesi sumus, & ob id ea relicta cõfugimus ad salutẽ quæ est ex fide. Itaq; si contendamus eam statuere, hoc ipso reddimur transgressores, qui contendamus seruare, quæ deus antiquauit. Deinceps quo modo soluta sit, ostendit: *Ego enim per legem legi mortuus sum.* Duplicem habet hic sermo considerationẽ. Aut enim de lege gratiæ loquitur: solet enim Paulus & hanc appellare legẽ, veluti cum ait: Lex autem spiritus vitæ liberauit me: aut hic de lege veteri loquitur, significans se per legem ipsam legi mortuũ esse: hoc est, ipsa lex me huc perduxit, ne posthac ipsi auscultarem. Itaq; si nunc illi sum auscultaturus, ipsam etiam legẽ trãsgredior. Qui nam? & quo

Roma.8.a

A modo? Moses ait: Prophetam suscitabit vobis dominus deus ex fratribus vestris, tanquam me, eum audietis: nimirum de Christo loquens. Itaq; qui huic non obtẽperant, legem transgrediuntur. Rursus & alio modo nobis intelligẽdum est quod ait, Per legem legi mortuus sum. Lex enĩ iubet omnia fieri, quæ in ipsa scripta sunt, ac non facientẽ punit. Omnes igitur illi mortui sumus, eo quòd nullus eam implerit. Ac vide quàm hic quoq; moderatè pugnet aduersus legem. Non enim dixit, lex mihi mortua est, sed, ego legi mortuꝰ sum. Huius dicti sensus est, Quemadmodum exanimis ac mortuus non potest auscultare præceptis legis, ita nec ego, qui ex illius maledictione mortuus sum: siquidẽ iis quæ loquitur illa, mortuus sum. Ne igitur præcipiat mortuo, quẽ ipsa etiam occîdit, idq; nõ solum morte corporali, verumetiam animæ, per quam mortem corporis inuexit.

B Hoc enim sentire se declarat in his quæ sequũtur, dum subnectit: *Vt deo viuam, simul cum Christo crucifixus sum.* Nam quoniam dixerat, mortuus sum, ne quis diceret, quo modo igitur viuis, subiecit & vitæ causam: declarans quòd lex quidem viuentem occidit, Christus autem mortuum assumptum per mortem viuificauit. Declaratq; duplex miraculũ, alterum quòd mortuũ reuocauit ad vitam, alterum quòd per mortem largitus est vitam. Siquidem hoc loco mortis nomine vitam designat. Hoc enim est quod ait, vt deo viuam, simul cum Christo crucifixus sum. Quo modo, dixerit quispiã, viuens ac spirãs simul crucifixus est? Nam Christum quidem fuisse crucifixum, clarum est. Tu vero quo modo crucifixus es ac viuis? Vide quemadmodum & hoc interpretatur, dicens: *Viuo autem non iam ego, viuit vero in me Christus.* Nam dicendo, simul cum Christo crucifixus

C sum, baptismum tectè significat: cũ vero dicit, viuo autem iam non ego, *significat sequentem vitæ rationem, per quam mortificãtur membra. Quid autem est, viuit vero in me Christus? Nihil, inquit, geritur à me, quod nolit Christus.* Sicut enim mortem appellat non istam cõmunem, sed mortem à peccatis: sic & vitam appellat liberationẽ à peccatis. Deo siquidẽ nemo potest aliter viuere, nisi mortuus fuerit peccato. Quẽadmodum igitur Christus corporalẽ sustinuit mortẽ, ita & ego mortem à peccatis sustinui. Mortificate, inquit, membra ve *Coloss.3.a*
stra, quæ sunt super terrã, quæ sunt scortatio, adulteriũ, immundicia. Ac rursum, Vetus noster homo crucifixus *Roma.6.a*
est, id quod in lauacro factũ est. Quòd si manseris mortuus peccato, viuis deo: sin denuo peccatum suscitaris, corrupisti talem vitã. At non talis erat Paulus, qui perseuerauit perpetuo mortuꝰ. Proinde si viuo, inquit, deo

D alia vita, quàm in lege vixeram, ac legi factus sum mortuus: nullam legis partẽ seruare possum. Vide exactam vitæ rationẽ, ac beatam illam animã admirare. Non dixit, viuo ego: sed, viuit in me Christus. Quis ausit hanc vocem erũpere? Quoniã enim seipsum Christo domino ac cruci præbuerat, cũctáq; reiecerat temporalia, & ad illius voluntatẽ faciebat omnia, nõ dixit, viuo Christo, sed quod longe maius erat dixit, Viuit in me Christus. Quẽadmodum enim peccatũ, si vicerit, ipsum est quod viuit in homine, animũ ad quæ vult pertrahens: ita si illo mortuo, quę Christo sũt placita fiãt, nec humana deiceps est eiusmodi vita, videlicet ipso Christo viuẽte in nobis, hoc est, agẽte ac dominãte. Porrò quoniã dixit, simul crucifixus sum, nec iã viuo, sed mortuꝰ sum, videbatúrq; multis absurda dicere, subiũxit: *Quod autẽ nũc viuo in carne, in fide viuo filij dei.* Quæ hactenꝰ, inquit, dixi, de vita intellectuali dicta sunt. Quòd si quis expẽdat &

dat & hanc vitam sensibilem, & ea mihi per fidem in Christum contigit. Quantum enim ad veteris vitæ rationem ac legem attinet, dignus eram extremo supplicio, ac iampridem perierã: Omnes enim, inquit, peccauerunt, & egent gloria dei. Nos enim cum essemus obnoxij sententiæ damnationis, Christus liberauit: omnes enim eramus mortui, si minus experiẽtia, certe iudicio, iamiamq; plagam expectantes liberauit. Cum igitur & lex accusasset, & deus condemnasset: Christus interueniẽs, ac semet exponẽs morti, nos omnes eripuit à morte. Itaq; quòd nunc viuo in carne, in fide viuo: hoc est, per fidem, quam habeo in ipso, viuo. Nam ni id fuisset, nihil obstabat, quò minus interirent vniuersi, quod & accidit in diluuio. sed Christi aduentus inhibens iram dei, fecit vt per fidem viueremus. Vt autem scias hoc illum sentire, audi quæ sequantur: cũ enim dixisset: quòd autem nunc viuo in carne, in fide viuo, subiecit: *Filij dei qui dilexit me, dediq; seipsum pro me.* Quid facis ô Paule, dum communia propriè tibi vindicas, quæq; pro toto terrarum orbe facta sunt, tibi facis peculiaria? Nõ enim dixisti, qui dilexit nos, sed, qui dilexit me. Atqui Euangelista dicit: Sic dilexit deus mundum. Quin & tu ipse dicis, Qui proprio filio non pepercit, sed tradidit eum pro nobis. Non igitur pro te, sed pro omnibus. Ac rursum, Vt acquireret sibi populum peculiarem. Quid est igitur quod hic dicit? Cum consideraret apostolus infirmitatem humanæ naturæ, & ineffabilem dei solicitudinem, tum quibus ipsum malis liberasset, quæ bona largitus esset, inflammatus illius desiderio, hunc in modum loquitur: Quandoquidem & prophetæ non raro deum communem, sibi proprium faciũt, hoc modo loquentes: Deus deus meus ad te de luce vigilo. Præterea verò declarat hoc quoq; par esse, vt quisq; nostrum nõ minus agat gratias Christo, quàm si ob ipsum solũ aduenisset. Neq; enim recusaturus erat vel ob vnum tantam exhibere dispẽsationem, adeo singulum quenq; hominem pari charitatis modo diligit, quo diligit orbẽ vniuersum. Itaq; victima quidẽ pro tota oblata est natura, ac sufficiebat omnibus seruandis. Cæterum soli illi qui crediderunt, sunt quibus vsui fuit beneficium. Attamẽ non absterruit eum ab eiusmodi dispẽsatione, quòd non omnes accederent: sed quemadmodum in euãgelio conuiuium omnibus quidem paratum erat, verum quoniã qui vocati fuerant venire noluerunt, non pariter sustulit quæ fuerãt parata, sed alios vocauit: Itidem & hic fecit. Nam & ouis quæ fuerat à nonagintanouẽ distracta, vnica erat, nec hanc tamen contempsit. Hoc idem & de Iudæis disserens Paulus, in hunc fermè modum significauit dicẽs: Quid enim si quidam non crediderunt? Num incredulitas eorum fidẽ dei faciet irritam? Absit: Sit autẽ deus verax, omnis verò homo mendax. Ergo cum ille sic te dilexerit, vt semetipsum etiam tradiderit, omniq; salutis spe destitutum ad tantam talẽmq; vitã adduxerit: tu post tot accepta bona, denuo recurris ad vetera? Posteaquam igitur diligẽter interiecit, quę rationibus erant tractãda, quod supereſt acriter asseuerando pronunciat, dicens: *Non reijcio gratiam dei.* Audiant hoc isti, qui hisce quoq; tẽporibus Iudaizant, legiq; attendunt, ad eos siquidem hæc dicuntur.

Etenim si per legem est iustitia, nimirũ frustrà Christus mortuus est.

Quid hoc peccato grauius? quid his verbis ad incutiẽdum pudorem efficacius? Etenim si mortuus est Christus, clarum est legem nõ posse iustificare nos. Quòd si lex iustificat, superuacanea est Christi mors. Et qui possit hoc videri rationi congruens, rem tantam, tam adorandam ac reuerẽdam, omnẽmq; superantem hominũ cogitationem, tam ineffabile mysterium, quod patriarchæ quidem parturiebant, prophetæ vero prædixerũt, angeli videntes obstupuerunt, tum quod caput est diuinæ erga nos solicitudinis, apud omnes creditum ac receptum, hoc frustra & incassum factum dicere? Ergo cum consideraret insignem absurditatem, si tantam talẽmq; rem dicerent superflue fuisse factã: hoc enim colligebatur ex his quæ faciebant, etiam cõuiciis obiurgat illos, dicẽs: *O stulti Galatæ, quis vos fascinauit? quibus ante oculos Iesus Christus prescriptus est, in vobis crucifixus.* Cap.III. Hîc iã ad aliud transit caput. In superiori ibª quidẽ ostendit se nõ esse apostolum hominũ, neq; per homines, nec eguisse apostolorum doctrina: hic vero posteaquam se iã doctorem dignum cui fides haberetur declarauit, maiore cum authoritate disserit, fidei legisq; faciens cõparationem. Sic igitur illic ingrediens dicit: Admiror quòd tã citò trãsferiminj: hîc verò, O stulti Galatæ. Tum enim parturiebat indignationem, quam vbi iam pro se respõdit, in medium erumpens protulit, re cõprobata. Quòd si stultos vocat, ne mireris. Nõ enim trãsgrediens Christi legem, quæ vetat, ne quis fratrem suum appellet fatuum, hoc facit, sed admodum illam obseruans. Non enim simpliciter dictum est, Qui vocarit fratrẽ suum fatuum, sed qui temerè vocarit. Horum vero nõnulli digni erant hac appellatione, qui post tanta taliáq; perinde quasi nihil esset actum, prioribus hęrebant circũuenti. Quòd si hanc ob causam Paulum appellas contumeliosum, simul & propter Sapphiram & Ananiam Petrũ dices homicidã. Quòd si dementiæ sit illud dicere, multo magis dementiæ fuerit hæc dicere. At tu mihi contẽplator, vt non statim in initio vsus est hac vehementia, sed post tot redargutiones, tótq; probationes, cum iam non ab illo, sed ab ipsis argumentis accipiebant obiurgationem. Cum enim demõstrasset, quòd fidem repellerent, quòd Christi mortem superuacaneã redderent, tum adiungit obiurgationem, ac ne id quidem vt merebantur: digni quippe qui seuerioribus etiã verbis acciperentur. Cæterum & illud mihi considera, quo modo protinus etiam vulnere inflicto temperat dolorẽ. Nõ enim dixit, Quis vos seduxit? quis vobis abusus est? quis vos circũuenit? sed, quis vos fascinauit? Sic moderans increpationem, vt nõ careat laude. Hæc enim verba sunt indicantis, quòd prius inuidia digna fecerint, quódq; id quod accidit, dęmonis insultu factum sit, qui secundis illorum successibus vehementer reclamauerit. Porrò cum audis inuidiam, quemadmodum hic & item in euangelio, audis oculum malum, idem declarãtem: ne sic existimes, quòd oculorum coniectus intuẽtes lædere soleat. Oculus siquidem, hoc est, ipsum membrum nequaquam possit esse malum: verum hic eo modo Christus notat inuidiam. Nã oculorum est, simpliciter videre tantum: cæterum videre perperam, animi est intus deprauati. Quoniam enim per hũc sensum in animum nostrum influit eorum quæ videntur cõsideratio, & plerunq; diuitiis innascitur inuidia, porrò diuitię cernuntur oculis, quemadmodum & principatus & satellitia: propterea vocauit malum oculũ, qui nõ simpliciter cerneret, sed qui cum liuore animiq; malicia. Cum vero dicit, quis vos fascinauit? declarat eos, quòd non veluti curam habentes, nec vt id quod deerat supplentes, verũetiam id quod erat mutilãtes, ac decimãtes id facerent. Siquidẽ liuoris est, nõ addere quod deest, sed de pleno etiã aliquid detrahere, totúmq; corrũpere. Hæc autẽ dicit, non quasi liuor per se nocere possit, sed

Rom.3.c — Gene.7. — Ioan.3.b — Rom.8.f — Psal.62.d — Luc.14.c — Matt.18.b — Rom.3.d

Βασκαίνω, fascino, invideo, — Matt.6.c & 20.b — Supra 1.a — Matt.5.c — Act.5.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

set,sed vt ostendat eos qui ista docebāt, per inuidiam ad hoc venisse. *Quibus Christus ante oculos prius depictus erat,in vobis crucifixus.* Atqui non apud Galatas,sed Hierosolymis crucifixus fuit.Quo modo igitur dicit,in vobis:Vt fidei vim ostenderet,quæ posit & procul disita cernere. Nec dixit,crucifixus est:sed,præscriptus est crucifixus:indicans quòd oculis fidei quidem exactius perspicerent, quàm nonnulli qui præsentes adfuerant, eáque quæ gerebantur,cōspexerant. Illorum enim qui spectarant complures nullum inde fructum retulerūt: hi vero quę oculis ipsis non viderant,tamen per fidem euidentius viderant. Hæc autem loquitur, simul & taxans eos,& laudans: laudans quidem,quòd tanta cum fiducia recepissent id quod acciderat:taxās vero,quòd quem viderāt pro ipsis nudari,colaphis cædi,affigi clauis,conspui,probris incesi, aceto potari, accusari à latronibus,lancea vulnerari, (nam hæc omnia significauit dicendo,præscriptus est,in vobis crucifixus:) eo deserto ad legem currebant,nihil reueriti cruciatus illos. Tu vero & illud considera,quemadmodum vbiq; prętermisso cœlo, terra, mari, cæterisque rebus omnibus, Christi potentiam prædicarit,crucem vbiq; celebrans. Hoc enim erat præcipuum caput diuinæ pro nobis solicitudinis. *Hoc solum volo discere à vobis, ex operibus legis spiritum accepistis,an ex auditu fidei?* Quoniam,inquit,non præbetis perpetuam attentionem prolixis sermonibus, nec vultis magnitudinem huius dispensationis intueri, compendioso sermone breuissimàque demonstratione volo persuadere vobis, [vósque extremæ ingratitudinis ac dementiæ coarguere.] Ac prius quidem in his quæ superius dicta sunt,ex his quæ locut° est Petro, persuaserat: sed hic iam ipsos aggreditur,nō ex his quæ alibi contigerunt, sed ex his quæ inter eos gesta sunt, omnia demonstrans:neq; tātum ex his donis quæ cum cæteris acceperant communia, verumetiam ex his quę ipsis peculiariter donata fuerāt, fidē facit, simul & probationem instruit,eóq; dicit: *Hoc solum volo discere à vobis,ex operibus legis spiritum accepistis,an ex auditu fidei?* Accepistis,inquit,spiritum sanctum, edidistis multa miracula,perfecistis prodigia mortuos excitādo,leprosos mūdando, prophetando, linguis loquendo. Hanc igitur tam insignem potestatem num vobis dedit lex? Atqui prius nihil tale faciebatis, sed posteaquam credidistis, talia facere cœpistis. An non igitur extremæ dementiæ est, cum tantum beneficiorum in vos contulerit fides, hanc relinquere, & ad legem quæ tale nihil vobis præstitit, vltrò recurrere? *Adeo stulti estis,qui in spiritu cœpistis, nunc carne consummamini?* Rursum opportunè cōuicium addidit, Cum,inquit, oportuerit vos tēporis progressu,prioribus bonis accessionem adiungere,non solum non profeciſtis,verum denuo ad relicta estis retroacti. Etenim qui ab exiguis initium faciunt,procedentes ad maiora conscendunt. Vos contrà à magnis orsi, ad diuersa retrocessistis.Si à carnalib° cœpissetis, oportebat ad spiritualia proficere: nunc vero cum à spiritualibus cœperitis,ad carnalia diuertistis. Nam edere miracula, spirituale est:circuncidi vero,carnale. Vos autem post signa deueniſtis ad circuncisionem, post apprehensam veritatem ad typos recidistis, post conspectum Solem lucernam quæritis, post solidum cibum ad lac recurritis.Et non dixit,carne*cōsummamini: sed,deinde carne consummamini:illud indicās, quòd pseudoapostoli pecudum ritu correptos eos concideret, dum semet illis præbent ad ferendum quicquid illis collibuisset, perinde ac si quis è ducibus ac fortibus viris,post innumera trophæa victoriasq; seipsum in desertorum infamiam tradat, corpus suum exhibeat volentibus impriмere notas. *Tam multa passi estis frustra, si tamen & frustra.* Hoc multo acrius vulnerat quàm illud prius.Nō enim signorum refricta memoria æquè poterat illorum animos mordere, vt ostensa certaminum malorúmq; tolerantia, quæ propter Christum fuerant perpessi. Omnium,inquit,illorum quæ sustinuistis,isti iacturam vos facere volunt,& coronam vobis studeant interuertere. Mox ne concuteret illorum animos,neruósque dissolueret, non expectauit inficiationem, sed continenter subtexuit,si tamen frustra:significās videlicet, si volueritis expergisci, ac reuocare vosipsos, non frustra passi fueritis. Vbi nunc sunt qui tollunt pœnitētiam? Ecce hi spiritum acceperant,signa fecerant,confessores fuerāt, innumerabilia pericula, varias persequutiones Christi causa perpessi fuerant,& post tā multa recte facta,à gratia exciderant:& tamen dicit,si volueritis, potestis vos ipsos reuocare. *Qui igitur subministrat vobis spiritum, quid, in vobis operatur miracula, ex operibus legis, an ex auditu fidei?* Cum tantum,inquit,donum adepti sitis, vt & miracula ederetis:vtrum quia legem seruastis, ideo ista facien di potestate dignatus est vos deus, an propter fidem? Non dubium est quin propter fidem. Quoniam enim sursum deorsum hoc vertebant illi, & vndique iactabant dicentes,fidem nō valere nisi adiuncta lege, Paulus contrà demonstrat,additis præceptis,fidem iam nihil profuturam.Tū enim valet fides,cum nihil accesserit ex lege.Quicunq; enim,inquit,in lege iustificamini, à gratia excidistis. Verum id quidem in progressu declarat,cum etiam liberius loquitur,ex his quæ iam probata sunt sumens occasionem,hactenus vero ex præteritis parat occasionem. *Cum,inquit,non attendebatis legi sed fidei,tunc spiritum accepistis, tūc signa prodidistis.* Deinceps quoniam de lege dicendum erat, & alium mouet locum,qui plurimum habet contentionis: Abraham in medium adducit, idq; valde opportunè, multàq; copia,loquens hunc in modū: *Sicut Abraham credidit deo,& imputatum est illi ad iusticiam.* Declarant quidem,inquit,fidei vim,& à vobis edita miracula.Quòd si vultis, etiā ex vetustis historiis conabor vobis facere fidem. Itaq; quoniam celebris magnæq; existimationis apud illos erat patriarcha Abraham,& hunc profert in medium, declarans hūc quoque sic fuisse iustificatum. Quòd si is ante gratiam ex fide iustificatus est,idq; cum & operib° bonis floreret,multo magis vos.Quid igitur illi detrimenti attulit, quòd non esset sub lege? Nihil. Sed sufficiebat ei fides ad iusticiam.Dixerit aliquis,Nō erat tum lex.Pulchrè.Neq; nunc est lex, sicuti nec tum: ob id enim sublaturus legis necessitatem, eum qui tum ante legē iustificatus fuit inducit, ne hoc posit obiici. Nam quemadmodum tunc data nondum erat,ita nūc quæ data fuit,antiquata est.Ad hæc quoniam efferebātur animis quòd ab Abraham duceret genus, metuentes ne si legē relinquerent, ab illius cognatione fierent alieni: id quoq; rursus in contrarium vertit, metúmq; soluit,declarans quòd fides potissimum conciliat cum illo propinquitatē: quod quidē manifestius in epistola ad Romanos probauit, nō minus tamen idem hic agit dicens hoc pacto: *Scitote ergo, quòd qui ex fide sunt, hi filij sunt Abrahæ.* Deinde hoc ipsum veteris scripturæ testimonio probat. *Prouidēs enim scriptura,quòd ex fide iustificat gentes deus,prænunciauit Abrahæ,dicēs, In te benedicētur omnes gē tes.* Itaq; si qui nullā cum illo naturalē habēt cognationem, sed fidē illius imitati sunt, filij sunt: perspicuū est quòd in

* πλεῖσθε ἐστιπλεῖσθε. *Theophil. vero le* γὲ πλεῖστε,

ἀλλὰ συμπλ νὴ τελείους, *i. perfectus, sed perfectionis sine summa animi.*

Pœnitentia admittēda.

Iam.2.d

Rom.4.a

Genes.12.d

quòd in hanc inferuntur gentes qui crediderunt. Id enim significat cum ait, In te benedicentur omnes gentes. Per hæc autem & aliud quiddam magnum declaratur. Nam quoniam illud eos turbauerat, videlicet legem antiquiorem esse, fidem autem post legem: & hāc illis eximit suspicionem, ostendens fidem esse lege antiquiorem, idq; liquere ex Abraham. Priusquam enim existeret lex, ille iustificatus est. Porrò vt ostendat ea quoque quæ nunc fiunt, iuxta vaticinia prophetarum euenisse: *Præuidens*, inquit, *scriptura, quòd ex fide iustificat deus gentes, non ex lege, prænunciauit Abrahæ.* Quid tandem hoc est? Qui, inquit, legem dedit, idem & priusquam legem daret hoc definierat, vt gentes per fidem iustificarentur. Non dixit, reuelauit: sed, εὐαγγελίσατο, id est, lætum nuncium attulit, vt intelligas & patriarcham tali iustificationis modo gauisum fuisse, ac vehementer vt hoc contingeret desiderasse. Cæterum quoniam illos & alter quidam habebat metus, Scriptum erat enim,
Deut.27.d maledictioni obnoxius est omnis qui non manserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis huius, vt faciat ea: Et hunc eximit metum, sapienter ac prudenter rursus hoc vertens in diuersum, & ostendens quòd non solum non sint execrationi obnoxij, qui legem relinquerent, sed & benedictionis participes: contrà qui legem obtinerent adeo non benedicti, vt etiam execrabiles. Siquidem illi dicebant, Qui non seruauerit legem, execrationi est obnoxius. Hic vero declarat, eum qui seruat, execrabilem esse: è diuerso qui non seruat, benedictionis consortem. Rursum illi dicebant, qui sola fide nititur execrabilis est: hic contrà demonstrat, qui sola fide nititur, eum benedictum esse. Agè igitur hæc omnia demonstremus vobis iam euenisse. Sed his quæ iam dicentur, attendite diligenter: *non enim rem vulgarem pollicemur. Ostenderat quidem hoc antea,* cum narraret scripturam dixisse patriarchę, In te benedicentur omnes gentes. Tum vero lex non erat, sed fides, eòque ratiocinans subiunxit: *Itaque qui sunt ex fide, benedicuntur cum fideli Abraham.* Porrò ne hinc ansam arriperent contradicendi, dicerēntq;, Meritò ex fide iustificatus est, nondum enim erat lex: At tu mihi demōstra post traditam legem, fidem iustificare. Ad id venit, ac plus demonstrat, quàm illi quærunt, nimirum non modo iustificare fidem, verumetiam legem ipsa vtentes obnoxios execrationi reddere. Hæc quò magis intelligas, audi ipsius apostoli verba. Quæ tandem sunt illa? *Quotquot enim ex operibus legis sunt, sub maledictione sunt.* Verum hæc est sententia, nondum habens probationem. Vnde igitur probatio? Ex ipsa lege. *Maledictus enim*, inquit, *qui non manserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis huius, vt faciat ea. In lege autem neminem iustificari, cuiusmodi perspicuum est.* Omnes enim peccauerunt, & execrationi sunt obnoxij. Verum hoc modo non loquitur, ne videatur ipse ex se pronunciare, sed iterum idem probat testimonio breuiter vtrunque complectente, alterum quòd nullus legem implesset, vnde & execrationi erāt obnoxij, alterum quod fides iustificat. Vnde igitur testimonium? Ex propheta Abacuk ita loquente: *Habac.2.d* *Iustus autem ex fide viuet.* Hoc enim non solum ostendit ex fide iustificationem esse, verumetiam fieri non posse, vt per legem contingat salus. Posteaquam, inquit, legem nemo seruauit, sed omnes ob transgressionem erant obnoxij maledicto, excogitata est facilior quædam via per fidem: quod ipsum maximum est argumentum, ex lege neminem posse iusticiam adipisci. Non enim dixit propheta, iustus ex lege viuet: sed, ex fide. *Lex autem*

non est ex fide. Quid autem & hoc sibi vult, *Qui fecerit hæc, viuet in eis?* Hoc est, non tantum fidem requirit lex, sed opera quoque. Gratia vero ex fide seruat ac iustificat. Vides quo modo demonstrauerit eos qui legi hærent, eo quòd impleri non possit, execrationi fuisse obnoxios. Sed quo modo fides habet hanc vim, vt iustificet? Audi. Nam hęc antè promisit, eáque magna vi comprobauit. Quum enim lex esset infirmior, quàm vt posset hominem ad iusticiam perducere, repertum est nō leue remedium, nempe fides, quæ quod legi erat impossibile, per se redderet possibile. Ergo si & scriptura dicit iustum ex fide victurum, reiiciens iusticiam quæ est per legem: & si Abraham ex fide iustificatus est, manifestum est, magnam esse vim fidei. Quin & eum qui non perseuerauerit in lege, execrabilem esse: & eum qui fidei innititur, iustum esse manifestum est. Sed vnde, inquiet aliquis, poteris nobis probare, quòd illa execratio non amplius subsistit? Nam Abraham quidem ante legem fuit, nos autem qui semel sub iugo fuimus seruitutis, nos ipsos reddidimus obnoxios execrationi. Quis igitur est, qui soluit illam execrationem? Vide quàm celeriter huic etiam obiectioni occurrit: quanquam & ea quæ dicta sunt, sufficerant. Etenim qui semel iustificatus est, mortuúsque legi, ac vitam nouam amplexus est, quî possit esse obnoxius execrationi? At his contentus non est, verum & aliis modis rem aggreditur, scribens: *Christus nos redemit ab execratione legis, factus pro nobis execratio. Scriptum est enim, Execratus quisquis pendet in ligno.* Verum alij populus execrationi fuit obnoxius, *Deut.21.d*
quæ dicit: Maledictus omnis, qui non permanserit in *Ibid.27.d*
his quæ scripta sunt in libro legis huius. Et quid hoc? Nam populus quidem obnoxius erat. Non enim permanserat in lege, neque quisquam erat, qui legem totam impleuerat. At Christus hanc execrationem alteram permutauit, quæ dicit: Maledictus † qui pendet in li- †*quisquis*
gno. Quoniam igitur & qui pendet, execrabilis est: & qui legem transgreditur, execrabilis est: non oportuit illum, qui execrationem illam erat sublaturus, obnoxium eidem fieri execrationi: verum pro illa erat alia suscipienda execratio, quam & suscepit, ac per eam illam sustulit, perinde faciēs, ac si morti adiudicato quopiam, alius insons, illius damnati vice sponte mori volens, eripiat illum, [sic & Christus fecit.] Quum enim Christus non esset obnoxius execrationi transgressionis, hanc in se recepit pro omnibus, vt omnes ab illa liberaret. Peccatum, enim, inquit, non fecit, nec inuen- *Esa.53.c*
tus est in ore illius dolus. Itaque sicut mortuus eos quibus erat moriendum, exemit à morte, ita & [execratione in se recepta] ab execratione liberauit. *Vt in gentes veniret benedictio Abrahæ in Christo Iesu.* Quo modo in gentes? In semine, inquit, tuo benedicentur om- *Gene.22.d*
nes gentes: hoc est, in Christo. Quòd si hoc de Iudæis dictum esset, nequaquam ita locutus fuisset. Neque enim rationi consentaneum erat, vt qui ob transgressionem execrationi erant obnoxij, hi cæteris essent authores benedictionis. Nullus enim execratus alij dat benedictionem, cuius ipse est expers. Vnde liquet totum hoc de Christo dictum esse. Ipse enim erat semen Abrahæ, & per hoc gentes benedicuntur, atque ita denunciat spiritus promissio, quod ipsum significans dicebat: *Vt promissionem spiritus accipiamus per fidem.* Etenim quum non posset gratia spiritus in eum qui ingratus erat & offenderat venire, primum benedicuntur sublata maledictione: deinde per fidem iustificati, accipiunt spiritus gratiā. Proinde crux sustulit execra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionem, fides inuexit iusticiam, iusticia vero gratiam spiritus allexit. *Fratres, secundum hominem loquor, hominis licet confirmatum testamentum nullus irritum facit, aut aliquid adordinat.* Quid est, secundum hominem loquor? Humanis vtor exemplis. Posteaquam enim & ex scripturis, & ex miraculis apud illos editis, & ex his quæ Christus passus est, denique ab ipso patriarcha sermonem confirmauit, iam ad communem digreditur consuetudinem. Solet enim Paulus hoc semper facere, quò conduleet etiam sermonem, quò & facilius recipiatur, & crassioribus fiat intelligibilior. Sic & Corinthiis disse-
1.Cor.9.a rens ait, Quis pascit gregem, & ex lacte eius non vescitur? [Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit?]
Hebr.9.e Ac rursus Hebræis, Testamentum enim in mortuis ratum est, quoniam nondum valet, dum viuit, qui testatus est. Quin & aliis compluribus locis aliquis comperiet illum talibus libenter immorantem rationibus, quandoquidem & deus in veteri testamẽto idem hoc assiduè facit, hunc in modum loquens: Num mulier
Esa.49.d obliuiscetur filij sui? Ac rursum, Num dicet figmentum
Ibid.29.e figulo, quid facis? Item in Osee maritum imitatur ab
Osee.1.a vxore despectum. Insuper & in figuris multum humanorum exemplorum cernere quispiam poterit: Veluti quum cingulum accipit propheta, & in domunculam
Hiere.18.a figuli subit. Quid igitur sibi vult exemplum? Nimirum illud, quòd fides fuit antiquior, lex vero tum recentior, tum temporaria, & in hoc data, vt præcedens viam a-
Supra.3.a periret fidei. Et ideo dicit, Fratres secũdum hominem loquor. Quum superius illos appellarit stultos, hic fratres vocat, simul & perstringens eos & consolans. Hominis licet confirmatum testamẽtum. Si homo, inquit, condit testamentum, num quis audet superueniens inuertere, aut adiicere quidpiam? Nam hoc est quod ait, aut superordinat. Magis igitur hoc non est faciendum in deo. Et ad quem, inquiet aliquis, deus condidit testamentum? At nullum quidem aliorum hominum,
Gene.22.d præterquam Abraham. *Nam illi dictum est, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Non dicit, in seminibus, tanquam in multis: sed tanquam in vno, & semine tuo, quod est Christus. Hoc autem dico, testamentum prius confirmatum à deo in Christum, lex quæ post quadringentos ac triginta annos facta est, non irritum facit, vt inanem reddat promissionem. Nam si ex lege hæreditas, non iam ex promissione; Abrahæ vero per repromissionem donauit deus.* En igitur & deus fecit testamentum Abrahæ dicens, per semen eius venturas benedictiones in gẽtes. Quo modo igitur lex eas potest subuertere? At tu charissime quum hæc audis, caue ne quid noxæ tibi adferat exemplum, vt minus bene sentias de maiestate dei. Nã quoniam exemplum totum non potuit conquadrare ad materiam propositam, ideo præmisit, Secundum hominem loquor. Verum agè rursus ab initio consideremus exemplum. Promiserat Abrahæ deus fore, vt per semen ipsius benedicerentur gentes. Semen autem eius secundum carnem fuit Christus. Venit post quadringentos & triginta annos lex. Itaque si lex confert benedictiones, vitam, & iusticiam, repromissio illã irrita est. Itáne fit igitur, vt quum hominis testamentum nullus irritum faciat, dei testamentum post quadringentos triginta annos irritum sit? Etenim si quod illud testamentum promisit non præstat ipsum, sed lex pro illo præstat, nimirum illud reiectum est. Et quo modo possent hæc congruere rationi? Cuius igitur gratia, dixerit aliquis, dedit legem? Audi ipsum dicentem, subnectit enim: *Quid igitur lex? præuaricationum causa addita fuit.* Itaque nec hæc est superflua. Vides vt omnia perspicit, vt innumeris vtitur oculis. Quoniam extulerat fidem, declarans eam fuisse antiquiorem lege, ne quis existimaret legem esse superuacaneam, hanc quoq; partem corrigit, demonstrans eam non frustra, sed admodum vtiliter fuisse datam. Ob transgressiones, inquit, addita fuit: hoc est, ne liceret Iudæis securè viuere, atque in extremam prolabi maliciam, sed lex illis fræni vice foret imposita, erudiens, componens, prohibénsque transgredi, si minus omnia, certe aliquot præcepta. Itaque non mediocris erat ex lege fructus, ac significans apostolus, quousque esset addita lex, subtexuit:

Donec veniret semen, † cui repromissio facta fuerat. De Christo loquitur. Proinde si vsque ad Christi aduẽtum data est, quid eam longius & vltra tempus prorogas? † Codex Vticen. habet ὡς ἂν ἔλθῃ, non ὅ, τι.

Dispósita per manus angelorum in manu mediatoris. Aut sacerdotes vocat angelos, aut sentit ipsos etiam angelos subministrasse ferendæ legi. Mediatorem autem hic appellat Christum, declarans, quòd is ante legem fuerit, ipseque legem dederit. *Mediator autem vnus non est, sed deus vnus est.* Quid hic dicturi sunt hæretici? Etenim si quòd solus pater dicitur verus deus, obstat quò minus filius sit verus deus, profectò nec deus erit, eo quòd de solo patre dicitur, deus vnus est. Quòd si dum vnus Deu.6.a.&
deus dicitur pater, deus est & filius: perspicuum est, 1.Cor.8.b
quòd dum solus pater dicitur verus deus, verus deus sit & filius. Mediator autem, inquit, nõ vnius, sed duorum quorumpiam mediator est. Cuius igitur mediator fuit Christus? Clarum est quòd inter deum & homines intercesserit. Vide quo modo declarat, quòd ipse etiam legem dedit. Quòd si ille legem dedit, nimirum idem habet authoritatem abrogandi. *Lex igitur aduersus promissa dei?* Nam si in semine Abrahę † repro- † benedi-
missiones datæ sunt, lex autem inducit maledictionẽ, ctiones
est vtique aduersus promissa dei. Quo modo igitur solui obiectionem? Primum quidé negat dicens, *Absit.* Deinde etiã probat, ita loquẽs: *Nam si fuisset data lex, vt posset vimificare, verè ex lege fuisset iusticia.* Quod autem dicit, hoc est: Si in lege, inquit, vitæ spiritum habuissemus, & hæc potestatem habuisset nostræ salutis, fortassis ista recte diceres. Contrà, si per fidem seruaris, etiam si lex reddat execrabiles, nihil detrimenti capiebas, posteaquam venit fides, omnia dissoluens. Nam si per legem fuisset repromissio, iure metueres, ne excluſus à lege, simul & à iusticia excludereris. At si ideo data est lex, vt omnes concluderet, hoc est, coargueret, ostenderétque eis ipsorum peccata, non solum non obstat quò minus consequaris repromissiones, verumetiam confert ad eas adipiscendas. Hoc itaque significans dicebat, *Sed conclusit scriptura omnia sub peccatum, vt promissio per fidem Iesu Christi dæretur credentibus.* Nam quoniam Iudæi ne sentiebant quidem sua peccata, non sentientes autem nec desiderabãt remissionem, dedit legem quæ proderet vulnera, quò medicum requirerent. Quod enim dixit, conclusit, perinde valet ac si dixisset, coarguit, & coargutos continuit in metu. Vides quòd non solum aduersus dei promissa data non fuit, verum etiam pro promissis. Etenim si lex sibi negocium hoc vindicasset, & authoritatem habuisset, recte ista dicerentur. Sin alteri currit, ac propter illum omnia facit, quo modo est aduersus promissa dei? Nam si lex data non fuisset, omnes in maliciam fuissent deuoluti, neque quisquam Iudæorum fuisset auditurus Christum. Nunc vero data hæc duo præstitit commoda: alterum quòd virtutem mediocrem docuit eos qui ipsi parebant: alterum quòd per hanc agnouerunt sua peccata, quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta, quæ res illos maxime reddidit promptos ad quæ-
rendum dei filium. Itaque qui non crediderit legi, eo
quòd non agnoscerent condemnarentque sua pecca-
Rom.10.c ta, non crediderunt Christo. Idq; significans ait: Igno-
rãtes enim dei iusticiam, & propriam iusticiam statue-
re, quærentes iusticiæ dei non fuerunt subiecti. *Priusquam autem veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi in fidem, quæ erat revelanda in nos.* Vides vt dilucidè quę diximus, cõfirmat. Nam quod dixit, custodiebamur, & conclusi, nihil aliud significat, quàm tutelam ex legis præceptis adhibitam. Lex enim timore veluti muro quodam cõtinens illos, ac secundum ipsam viuendi necessitate cõstringens, reseruabat illos fidei. *Itaque lex pædagogus noster fuit ad Christum, vt ex fide iustificaremur.* Ergo non est aduersa. Pędagogus enim non aduersatur prędceptori, sed adiuuat, arcens adolescentem ab omni vicio, reddens illum idoneum omni studio percipiendis quæ tradit præceptor. Verum vbi iam habitum collegerit, discedit pædagogus, eóque dicit: *At vbi venit fides, quæ in virum perfectum educit, non amplius sub pędagogo sumus. Omnes enim filij dei estis per fidem, quæ est in Christo Iesu.* Itaque si lex est pædagogus, & sub hoc custodiebamur conclusi, non aduersatur gratiæ, sed adiuuat. Quòd si postquam aduenit gratia, perseuerat constringere, tum est aduersaria. Etenim si quos oportebat exire ad illam, apud sese concluderet, tum nostram corrumperet salutem. Quẽadmodum si lucerna quæ noctu præluxit, iã orto die, vetet nos obtueri Solem, non solum non præstaret officium, verũetiam læderet: Itidem & lex, si obstaret ad meliora pergentibus. Qui nunc eam seruant, ij maxime traducunt illam: siquidem & pædagogus tunc ridiculum reddit adolescentem, cum tempore postulante, vt ab eo discedat, apud se detinet. Et ideo Paulus sic ait: *Posteaquam venit fides, non amplius sub pædagogo sumus. Omnes enim, inquit, filij dei estis.* Papæ, quanta fidei vis, & quo modo eam progressu sermonis aperit. Prius enim
Hic sup.b ostendit, quòd fides redderet filios patriarchæ: Scitote, inquiens, qui ex fide sunt, hos esse filios Abrahæ. Nunc vero demonstrat eosdem esse filios dei. Omnes enim, inquit, estis filij dei, per fidem quæ est in Christo Iesu. Per fidem, non per legem. Post hæc quoniam rem magnam dixit & admirabilem, explicat & modũ, quo
Roma.6.a fiunt filij dei. *Quicunque enim in Christum baptizati estis, Christum induistis.* Et quam ob causam non dixit, Quicunque in Christum baptizati estis, ex deo nati estis? Hoc enim congruebat ad demonstrandum quòd essent filij. Sed hic sermo plus habebat maiestatis ac religionis, eóque sic loqui maluit. Etenim si Christus est filius dei, tu vero illum induisti, cum habes filium in te, & in illum per similitudinem transformatus es in eandem cognationem, vnámque speciem perductus es.

Non est Iudæus neque Græcus, non est seruus neque liber, non est mas aut fœmina: omnes enim vos vnus estis in Christo Iesu. Vides animam insatiabilem. Cum enim dixisset, Omnes facti sumus filij dei per fidem, non hactenus constitit, sed quærit etiam amplius aliquid inuenire, quod euidentius approbare queat propiorem erga Christum societatem. Cúmque dixisset, Christum induistis, ne hoc quidem dicto contentus est, sed explanans illud, vltra talem coniunctionem progreditur, & ait: Omnes vnus estis in Christo, hoc est, eandem formam, eandem figuram habetis omnes, videlicet Christi. Quid his verbis esse possit magis stupendum aut reuerendum? Qui prius erat ethnicus, aut Iudæus, aut seruus, nunc obambulat formam gestans non angeli, neque archangeli,

A sed vniuersorum domini, atque in sese Christum repræsentat. *Quòd si vos estis Christi, nimirum Abrahæ semen estis, ac iuxta repromissionem hæredes.* Vides vt quod antea dixerat, nunc demonstrat, videlicet de semine; quòd Abrahæ & semini eius benedictiones sunt datæ.

Dico autem quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à Cap.IIII:
seruo, quum sit dominus omnium, sed sub tutoribus & procuratoribus est, vsque ad tempus præfinitum à patre: Sic & nos quum essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruientes. Paruulum hic non ætate dicit, sed animo, significans quòd deus initiò voluerit ista largiri: verum vbi vidit nos adhuc pueri
B rili esse affectu, passus est nos sub elementis mundi agere, hoc est, sub neomeniis & sabbatis. Nam hi dies nobis à Lunæ Solisque cursu redeunt. Proinde si nunc quoque vos sub legem redigunt, nihilo secius faciũt, quàm si vos tempore ætatis adultæ rursus ad relictum puericię tempus retraherent. Vides quanta res sit obseruatio dierum. Eum qui dominus est ac paterfamiliãs & omnem potestatem habet, in famuli locum redigit.

Postea quam autem venit plenitudo temporis, emisit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Duas hic causas refert, ac beneficia assumptæ carnis, videlicet liberationem à malis, & bonorum subministrationem, quæ quidem nullus præstare poterat, nisi ipse solus. At quæ tandem erant illa? Liberari ab execratione legis, & adoptari in ius filiorum. Ait enim, vt eos qui sub lege erant redimeret, & vt adoptionem filiorum reciperemus. Pulchrè dixit, reciperemus, indicans esse debitum. *Debitum ex*
Cœlitus enim repromisit Abrahæ, quemadmodum & *promisso.*
ipse multis verbis declarauit his de rebus factas repromissiones. Et vnde constat, inquiet aliquis, nos factos
C esse filios dei? Dixit modum vnum, quia Christum induimus, qui est filius. Dicit & alterum, quia spiritum adoptionis accepimus. *Quoniam autem estis filij, emisit deus spiritum filij sui in corda vestra, clamantem, abba pater. Itaque iam non es seruus, sed filius. Quòd si filius, ergo & hæres: hæres quidem dei, cohæres autem Christi.* Ac si diceret, haudquaquam potuissemus illum appellare patrẽ, nisi prius facti fuissemus filij. Igitur pro seruis, liberos: pro paruulis, adultos: pro alienis, hæredes ac filios fecit gratia. An non igitur absurdum, extremæq; sit ingratitudinis, hac omissa, reuolui in ea quæ relicta sunt à tergo? *Sed tunc quidem ignorantes deum, seruiebatis iis qui natura non sunt dij. Nunc autem quum cognouerit is deum, immo potius cogniti sitis à deo, quo modo denuo conuertimini ad infirma & egena elementa, quibus rursus ab integro vultis seruire?* Hic ad eos qui ex gentibus crediderant, orationem dirigens ait, quòd tale
D quiddam est simulachrorum cultus, qualis est dierum obseruandorum custodia, quódque nunc his grauius debetur supplicium. Eóque elementa vocauit, non natura deos, hæc ipsa persuadere cupiens, eósque in maiorem impellere perturbationem. Quod autem dicit, illud est: Tum quidem obtenebrati, & in errore versantes, humi trahebamini: nunc vero posteaquam nouistis deum, vel cogniti potius estis ab illo, quî fieri potest, vt non vobis maius & acerbius supplicium accersatis, post tantam vobis impensam curam, in eandem relapsi insaniam? Neque enim vos labore vestro deum inuenistis, sed vos quidem in errore versabamini, ille vero vos ad se traxit. Porrò elementa infirma vocat & egena, quòd nullam vim habeant ad bona proposita perducendi. *Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos.* Ex his clarum est, quòd non solum circũcisionem eis prædicauerant illi, verumetiam dies festos, & neo-

menias. *Timeo de vobis, ne forte frustra laborauerim erga vos.* A
Vides viscera & affectus apostolicos? Illi iactantur fluctibus, & hic tremit ac metuit, eóque vehementer illis incutiens pudorem, ait hoc, laboraui erga vos: perinde quasi dixisset, ne tantos meos sudores reddatis inanes. Cum autē dicit, metuo, & addit, ne forte: simul & * de-
*ἀγωνία, *i. curam aut* sperationem illis iniecit, & in bonam spem erexit. Non
solicitudinē enim dixit, frustra laboraui, sed, ne forte. Nondum, inquit, accidit naufragium, sed adhuc tempestatem hoc parturientem cerno, propterea metuo, non despero. Vobis enim in manu est totum hoc corrigere, & ad pristinam redire tranquillitatem. Deinde ea tempestate iactatis manum porrigens, seipsum in medium profert dicens: *Estote sicut ego, quoniam ego sicut vos.* Hæc ad eos qui crediderant ex Iudæis, eóq; semet in medium adfert, hinc illis persuadere cupiens, vt vetera relinquāt. Nam etiam si nullum alium haberetis pro exēplo, suffi- B
ciebat me tantum intueri, vt similem faciatis mutationem, facilēque sumatis fiduciam. Ergo me intuemini. Nam & ego simili modo quondam fueram affectus, & quidem vehementer, & ardebam studio legis: attamen postea nō veritus sum legem relinquere, nec ab illo vitæ instituto desciscere. Et hęc vos probè nostis, quo modo supra modum certarim pro retinēdo Iudaismo, & quo modo postea maiore studio eū reliquerim. Ac recte quidem illud posteriore posuit loco. Siquidem vulgus hominum, etiam si innumeras inueniant rationes, cásq; iustas, tamen ab eo quod est cognatum, magis attrahuntur, cúmque viderint alium hæc agentem, facilius hærent iisdem. *Fratres, rogo vos, nihil me læsistis.* Vide vt rursus honorifico nomine compellat illos, quanquā hoc ipsum submonet gratiæ. Posteaquam enim illos acriter taxauerat, vndique facta comparans, ostenderátque eos legem transgredi, denique omni ex parte in eos iacula torserat, rursus medicatur ac mitigat, vtens dictis mollioribus. Quemadmodum qui perpetuo mitigat in medicando, remissum hominem facit: ita semper asperis vti sermonibus, magis exacerbat hominem, eóque bonum est vbiq; moderatis vti. Vide igitur quo modo se purgat super his quæ dixit, declarans, quòd non vulgi more infensus illis, sed curam illorum gerēs dicat quæ dicit. Etenim posteaquam altiorem fecerat fectionem, deinceps hanc consolationem velut oleum infundit, ac delarans non ab odio nec à simultate profecta esse quæ dicta sunt, commonefacit illos charitatis, quam illis exhibuerat, miscétque laudem excusationi. Ideo dicit. *Rogo vos, nihil me læsistis: sed scitis quod* †*ob infirmitatem carnis meæ euangelizauerim vobis prius, ac meam tentationem quæ erat in carne mea, non spreuistis.* Verum illud nihil D
adhuc magni est, in nullo læsisse. Neque vulgaris sanè quispiam homo eum qui nō fecit iniuriam lædere vellet, frustráque & sine causa molestus esse. Vos autē non solum non læsistis, verumetiam multam & inenarrabilem exhibuistis beneuolētiam: ac fieri nequaquam pos-
† per
* ὅτι ἀσθένειαν, *ob sit, vt quibus tantæ curæ fuisset, hæc ex maleuolentia lo*
infirmitatē, queretur. Non igitur ob inimiciciā hæc loquor. Quòd
me propter: si non ex maleuolentia, reliquum est, vt ex affectu ac so
aut p. quod licitudine. *Rogo vos, nihil me læsistis. Nostis autem, quòd* * *ob*
hic apti⁹ vi infirmitatem carnis meæ euangelizauerim vobis. Nihil illa beatur: vt p
fit per assi- ta anima mansuetius, nihil dulcius, nihil amātius. Pro-
ctiones & i que commotione fuerant profecta, sed ex abundantia
mediis per- ac synceram solicitudinem erga me exhibuistis. Nostis
secutionib⁹. enim, inquit, quòd ob infirmitatem carnis euangelizauerim vobis, & tentationē quæ erat in carne mea, non spreuistis. Quid tādem est quod dicit? Eiiciebar, inquit, flagellabar, innumeras mortes sustinebam prædicans vobis, ac ne sic quidem spreuistis me. Nam hoc innuit dicens: *Tentationem quæ erat in carne mea, non spreuistis, neque respuistis.* Vides prudentiam spiritualem? In ipsa etiam purgatione, pudorem illis ingerit, ostēdens quàm multa pro illis passus fuerit: Attamen horum, inquit, nihil vobis fuit offendiculo, nec ob afflictiones & persecutiones meas auersati me fuistis, hoc enim vocat infirmitatem ac tentationem: *Sed velut angelum dei excepistis me.* An non igitur absurdum sit, persecutionibus agitatum, exilio propulsum, velut angelum dei excipere, admonentem & hortantem ad vtilia non recipere?

Quæ est igitur beatitudo vestra? Nam præbeo vobis testimonium, quòd si fieri potuisset, oculos vestros eruissetis, mihiq; dedissetis. Itaque inimicus factus sum vobis vera loquendo vobis? Hic dubitat ac vehementer admiratur, cupítque ab ipsis mutationis causam discere. Quis enim, inquit, vos seduxit, ac persuāsit, vt aliter sitis erga nos affecti? Nōne vos estis, qui mihi inseruiebatis, qui mei curā gerebatis, qui me oculis chariorem habebatis? Quid igitur accidit? vnde inimicicia? vnde suspicio? An quia vera locutus sum vobis? Atqui hac de causa par erat, vt me magis in honore haberetis, maioréque studio prosequeremini. Nunc autem inimicus factus sum, vera loquens vobis. Ego, inquit, aliam causam non noui, quàm quòd vera dixerim vobis. Et vide quāta submissione sese excusat. Neque enim ex officiis quæ ipse in eos contulerat, sed ex iis quæ illi in ipsum præstiterant, ratiocinatur fieri non posse, vt hæc ex maleuolentia dicantur. Non enim ad hunc modum verba fecit. Et quî cōuenit, vt qui vestra C
causa flagellabatur, eiiciebatur, innumera patiebatur mala, nunc de vobis male cogitet: sed de quibus gloriari poterant illi, ab iis argumenta colligit, dicēs: Quî consentaneum est, vt qui à vobis sic honoratus est, qui vt angelus exceptus est, is diuersa rependat? *Aemulantur vos non bene, sed excludere vos volunt, vt ipsos æmulemini.* Est enim bona æmulatio, cum quis sic æmulatur, vt virtutem imitetur. Est & mala æmulatio, cum quis ea facit, vt recte agentem depellat à virtute. Quod sanè & isti nunc conantur, studentes vos à perfecta legitima q;
† cognitione
† virtute detrudere, & ad mutilatam ac notham deducere: non aliam ob causam, nisi vt ipsi quidem in loco magistrorum sedeant, vos autē qui nunc estis illis sublimiores, in classe discipulorum collocent. Hoc enim declarauit dicēs, vt ipsos æmulemini. Ego vero, inquit, contrarium opto, vt vos illos antecedatis, & perfectioribus exemplum efficiamini. Quod sanè factū est, cum apud vos essem: ob id subiunxit, *Bonum est æmulari in bono semper, & non solum cum adsum apud vos.* Hic subnotat ipsius absentiam huius mali fuisse causam, idq; beatū esse, si discipuli non solum præsente magistro mentem quam oportet, obtineant, verumetiam absente. Cæterū quoniam illi nondū ad hoc perfectionis peruenerant, omnia facit, vt in hoc illos instruat. *Filioli mei quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis.* Vide commotum, vide turbatum. Fratres mei rogo vos, filioli mei quos iterum parturio. Matrē refert de liberis trepidantem: donec formetur Christus in vobis. Vides paterna viscera, vides anxietatem apostolo dignam: vides qualem emittit eiulatum, multo tristiorem, quàm solet esse parturientium. Corrupistis, inquit, imaginem, perdidistis generositatem, formam immutastis, opus est vt renascamini, vtque refingamini. Et tamen filios voco

fœtus

Universidad de Deusto
Biblioteca

fœtus imperfectos & abortiuos. Verũ hunc in modum non loquitur, sed aliter: parcit enim illis, nec vult ferire, nec vulnera vulneribus addere: quemadmodum eruditi medici eos qui in longum incidunt morbum, non protinus ac semel, sed ex interuallo curant, ne deficientes animum, pereant: Sic & hic beatus. Nam & lii parturientis dolores hoc sunt acriores, quò maior erat affectus charitatis, & peccatum erat haudquaquã vulgare. Hoc enim semper dixi, nec dicere desinam, quòd pusilla quæpiam transgressio ingens detrimentum părere solet. Quod quidem & tunc accidit. Siquidem ab exiguis ortum initiis malum, totam ecclesiam peruaserat, totámque faciem ac formam viciauerat.

Vellem esse præsens apud vos nunc, & mutare vocem meam.

Considera mihi sibi non temperantem, considera feruentem, considera non potentem talia ferre. Talis nimirum res est charitas. Vt non cõtentus est verbis, sed B insuper quærit præsentiam. *Vt*, inquit, *immutem vocem meam:* Hoc est, vt vertam eam in ploratum, vt moueã lachrymas, quò simul omnes ad lamenta pertraham. Per epistolam enim non licebat ostendere lachrymas, neque complorationem. Et hinc ardet præsentiam desiderãs. *Quoniam confundor in vobis.* Non enim, inquit, habeo quod dicam, non habeo quid cogitem. Vnde hoc, vt qui prius ad ipsum cœlorum culmen ascenderatis, partim ob pericula fidei causa tolerata, partim ob signa quæ per fidẽ edidistis, nunc adeò repentè ad tantam vilitatẽ deducti sitis, vt ad circuncisionẽ & sabbata pertrahamini, & Iudaizãtibus adhęreatis? Ob id etiã
Supra 3.a initio dixerat, Miror quòd tam citò transferimini. Et hic dixit, Confundor in vobis, perinde quasi dixisset: Quid dicã? quid loquar? quid cogitabo? perplexus sum, vnde & plorem necesse est: *quod quidem in rebus perplexis faciunt etiam prophetę. Est autem & hęc non leuis curandi ratio, si non solùm consulas, verùm etiam*
Act. 20.f *lamenteris.* Nam hoc & Milesiis loquẽs dicebat, Trienium cum lachrymis admonere vos nõ cessaui. Idem hic dicit, vt immutem vocem meam. Siquidem quoties rebus perplexis ac desperatis derepẽtè obortis vincimur, deinceps ad lachrymas vertimur. Posteaquàm igitur obiurgarat acriter, pudorem incusserat, ac rursus hæc mitigauerat, deinde complorationem addit. Hæc autem complorato non solùm habet castigationem, verùm etiam blandiloquium. Neque enim exasperat, sicut castigatio: neque remissum facit, quemadmodum mitigatio, sed remedium est vtrinq; mixtum, multámque vim habet ad exhortandum. Posteaquam igitur deplorauit, & eorum mentem emolliit, ac vehementius sibi conciliauit, denuò redit ad cõtentionem, D maius proponens caput, & ostendens, quòd ipsa lex nolit se seruari. Tum quidem ab Abrahã sumptum exemplum adduxerat, nunc verò legem ipsam inducit, admonentem ne seruetur, sed vt ipsa iam secedat, quod erat vehementius. Itaque si legi parêre vultis, inquit, discedite ab illa, nam hoc vult ipsa. Verùm hoc pacto non loquitur, sed alia ratione idem agit, admiscens etiam historiam. *Dicite mihi, qui sub lege vultis esse, legem non auditis?* Rectè dixit, qui vultis. Neque enim hoc quod gerebatur, rerum cõgruentia persuasit, sed illorum intempestiua contentio. Legem autem hic vocat, librum conditi mundi, quod alias crebrò facit, vetus omne testamentum sic appellans. *Scriptum est enim, quòd Abra-*
Genes.16.d *ham duos filios habuit, vnũ ex ancilla, & alterum ex libera.* Rursus ad Abraham reuertitur, non eadẽ iterans, sed quoniam apud Iudæos patriarchæ nomen admodum erat

A celebre, declarátque, quòd illinc figuræ cœperint initium, quódque ea quæ nunc fiunt, prius in illo fuerint depicta. Quúmque prius demonstrasset Galatas esse filios Abrahæ, quoniam non eiusdem dignitatis erant patriarchæ filij, quorum alter ex ancilla, alter ex libera susceptus erat, iam deinceps declarat, eos non solùm esse filios, sed eo modo filios, quo fuit ille liber, ac generosus. Tanta est fidei vis. *Sed is quidẽ qui ex ancilla, iuxta* *Ibid.22.a*
carnem natus est: qui verò ex libera, iuxta repromissionem. Quid est, iuxta carnem? Quoniã dixerat quòd fides nos iungit Abrahæ, idque videbatur audientibus esse incredibile, si qui ex illo nati non fuissent, eos vocaret filios illius, ostendit hoc quod videbatur incredibile, diuinitus esse factum. Nam Isaac non iuxta naturæ ordinem, neque iuxta cũiugiorum legem, neque iuxta carnis vires natus, & filius & germanus filius fuit, ex aridis corB poribus satus, & à vulua illa emortua progressus. Neque enim caro conceptum, neque semen partum dedit. Siquidem bis erat emortua, & propter ætatem, & propter sterilitatem, sed dei sermo † hæc præstitit. In † *hunc fir-*
seruo verò non itidem factum est, sed ille naturę legi- *mauit.*
bus, & iuxta coniugiorum morem natus est. Attamen qui non erat secundum carnem natus, prælatus est ei qui secundum carnem fuerat natus. Itaque ne vos conturbet, quòd iuxta carnem nati non estis. Nam ob hoc ipsum maximè estis illius cognati vos, quòd secũdum carnem nati non estis. Quandoquidẽ secundum carnem esse natum, non solùm non reddit honoratiores, verùm etiam efficit minus honorabiles. Mirabilior autem magísque spiritualis est partus, qui nõ est iuxta carnem, nimirum ex his, qui cœlitus nati sunt. Natus est enim iuxta carnem Ismael, sed seruus erat, nec id solũ,
C verùm etiã exactus est è patriis ędibus: Isaac verò iuxta repromissionem natus, tanquam verus, vt erat, filius & ingenuus, omnium dominus fuit. *Quæ sunt per allegoriam dicta.* Abusiuè figuram dixit allegoriam. Cęterùm quod dicit illud est, Hæc historia non hoc solùm declarat quod apparet, verùm & alia quædã altiora prædicat, vnde & allegoria dicta est. Quid autem prædicauit? Nihil aliud quàm hæc omnia, quæ nunc fiunt.

* *Hæc enim sunt duo testamenta, vnum quidem à monte Sina, in* * *ἅτινά ἐστι id*
seruitutem generans, qui est Agar. † Hæc sunt. Quæ hæc? Ma- *est hęc, vel*
tres puerorum illorum Sara & Agar. Duo verò testa- *hæ: vt refer-*
menta] duæ leges. Quoniã nomina fœminarum erant *ri posśit ad*
in historia, perseuerauit Apostolus in appellatione ge- *mulieres &*
neris, & ex ipsis nominibus multã ostendit congruen- *ad testa-*
tiam. Quo modo ex ipsis nominibus? *Agar enim mons* *menta.*
Sina est in Arabia. Agar dicta est ancilla. Mons autem † *hæ, quæ-*
D Sina, ita sonat illius gentis lingua, vt omnes qui ex ve- *nam? puere-*
teri testamento nati sunt, oporteat seruos esse. Nam *rum illorũ*
mons ille vbi vetus testamentum datum est, commu- *matres, Sa-*
ne nomen habet cum ancilla. Complectitur autem hic *ra et Agar:*
mons etiam Hierosolymam. Nam hoc est quod ait. *quid sunt?*
Qui coniunctus est ei quæ nunc est Hierusalem: Hoc est, vi- *duo testa-*
cinus est, contiguus est. *Seruit autem cum filiis suis.* Quid *menta.*
igitur ex hoc docet? Quòd non solùm illa fuit ancilla, ac seruos genuit, verùm etiam hæc, videlicet testamentum, cuius figura fuit ancilla. Siquidem Hierosolyma finitima est monti cognomini ancillæ. In hoc autem monte etiam testamentum est datum. Vbi ergo est figura Saræ? Audi: *Quæ autẽ sursum est Hierosolyma, libera est,*
quæ est mater omniũ nostrum. Non igitur qui ex ea nascuntur, serui sunt. Inferioris igitur Hierosolymæ figura erat * Sara, nec dubium quin ex monte eius nominis: * *Pro Sara*
supernæ verò typus est ecclesia. Attamen non est con- *Agar pos-*
tentus

legendum videtur.

tentus figuris, verùm & Esaiam adhibet testem his quæ dicta sunt. Quum enim dixisset, supernam illam Hierusalem esse matrem nostram, & hanc vocasset ecclesiam, citat prophetam, ipsi suo calculo suffragantem.

Esaiæ.54.a & Luc.23.d

Scriptum est enim, Exulta sterilis, quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis, quia multi filij desertæ, magis quàm eius quæ habet virum. Quæ igitur sterilis, & quę deserta? An non perspicuum est, hãc esse ecclesiam ex gẽtibus, quæ antehac dei cognitione fuit priuata? Quæ verò est illa quæ habet virum? Nónne liquet hanc esse synagogam? Attamen hanc multitudine liberorum superauit † vidua, siquidem hæc vnam duntaxat habebat gentem. Cæterùm ecclesiæ filij, Græciam, Barbariam, terram, mare, denique orbem vniuersum implẽt. Vides vt factis quidem Sara, verbis autem propheta nobis futura subnotarint? Sed & illud cõsidera. Sterilem appellauit Esaias, & hanc ostendit factam complurium liberorum matrem. Idem sub figura accidit in Sara. Nam & hæc quũ esset sterilis, numerosæ sobolis mater est facta. Cæterũ ne hæc quidem Paulo sufficiebant, verùm etiam quo modo sterilis mater sit facta disquirit, vt hinc etiam ad veritatem, accommodet figuram, eóque subdit dicẽs:

† sterilis.

Nos autem fratres, secundum Isaac repromissionis filij sumus.

Non enim sterilis tantùm erat ecclesia, quemadmodũ Sara, neq; solùm multorum liberorùm mater facta est vt illa, sed & ita genuit, quemadmodum illa. Vt enim illam non natura, sed dei repromissio fecit matrem (nam qui dixit, secundum tempus hoc veniam, & erit Saræ filius, idem ingressus in vterum infantem formauit) sic & nostra renascentia, natura quidem nulla est, cæterùm verba dei, quæ norunt fideles, hæc in aquæ lauacro per sacerdotem pronunciata, tanquam in vtero quodam formant ac regenerant eum qui baptizatur. Proinde si sterilis filij sumus, sum⁹ & liberi. Et quę nam est ista libertas, dixerit aliquis, quum Iudæi quidem cõstringerent ac flagellarent eos qui crediderant: illi verò qui putabantur esse liberi, persequutionibus affligerentur? Hæc enim accidebant, quum arderet fidelium persequutio. Verũ ne hoc vos perturbet, inquit, quandoquidem hoc quoq; præcessit in figura. Nam & Isaac quum esset liber, à seruo persequutionem sustinuit, eóque subiungit dicens: *Sed quemadmodum tunc qui secundum carnem natus erat, persequebatur eum qui natus erat secundum spiritum: ita & nunc. Sed quid dicit scriptura? Eiice filium ancillæ. Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ.* Quid igitur? Hæccine consolatio, demonstrasse liberos à seruis persequutionem perpeti? Nequaquam inquit. Neq; enim hìc subsisto, sed audi quæ sequuntur, & hanc accipies consolationem, quæ sufficiat leniẽdis pusillanimorum persequutionibus. Quæ nam igitur sunt quæ sequũtur?

Gene.18.b

Gene.21.a

Eiice filium ancillæ. Non enim erit hæres cum filio liberæ. Vis nosse quod sit autoramentum temporarię tyrannidis, & intempestiuę insolentiæ? Eiectus est è paternis facultatibus puer, fitq; exul & erro simul cum matre. Iam mihi considera quàm sapienter ista dicta sint. Non enim dixit, persequebatur, & ideo eiectus est, sed ne fieret hæres. Neque enim ob temporariam persequutionẽ hanc de illo pœnam sumpsit. Nam id quidem leue erat, ac nihil ad eam rem, sed non permisit illum consortem fieri bonorum filio paratorum, significans quòd etiam sublata persequutione, hoc illi ab initio prius signatum esset, quæ res non ceperit initium à persequutione, sed à voluntate dei. Nec dixit, non erit hæres filius Abrahæ: sed, filius ancillæ, à viliore genere illi cognomen addens. At Sara, inquies, sterilis erat: Ergo & ecclesia ex Gentibus congregata talis erat. Vides in omnibus seruari figurã. Sicut enim illa quum per omnes ætatis annos non peperisset, in extrema senectute fit mater: ita & hęc, vbi venit plenitudo temporis, parit. Hoc autem & propheta prædixerat, ita loquens: *Lætare sterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis: quoniam multi filij desertæ, magis quàm eius quæ habet virum:* Hoc modo designans ecclesiam. Non enim nouerat deum, tamen vbi cognouit, vicit numerosę sobolis synagogam. *Itaque fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ.* Hæc omnia mouet versatque, ostendere studens, id quod factum est, non esse nuperum, neque recens, sed iam inde ab initio, & ante multa secula præfiguratum. An non igitur absurdum, ante tantum seculorum selectos, ac libertatis cõsortes, vltrò semetipsos in seruitutis iugũ tradere? Post hæc aliam addit causam quæ persuadeat eis, vt in decretis perseuerẽnt. *Libertate igitur qua Christus vos liberauit, state.* Num vos ipsos liberastis, quandoquidem rursum ad priorẽ recurritis dominatum? Ipse est qui vos liberauit. Alius est qui precium dedit pro vobis. Vides quot modis illos abducat ab errore Iudaico. Primum ostendens extremæ dementiæ esse, eos qui pro seruis facti fuerant liberi, pro liberis velle fieri seruos. Deinde quòd erga benemeritum immemores & ingratos sese declaraturi sint, contemnentes eum qui liberauit, & amantes eum qui in seruitutem pertraxit. Tertio loco, quòd hoc esset impossibile. Lex enim iam nõ habebat dominiũ, quum alter eos omnes semel ab illius dominatu redemisset. Quum verò dicit, state, fluctuationem subindicat. *Ac ne rursum iugo seruitutis implicemini.* Nomine iugi, negocij molestiam illis significat. At quum ait, rursum, ingentem illorum indicat stupiditatem. Nam si non fuissetis hanc experti molestiam, non eratis perinde grauiter incusandi. Verùm si cum experimento cognitum habeatis, quàm graue sit huius iugi pondus, post hæc denuò vos ipsos eidem submittitis, quam veniam mereri poteritis? *Ecce ego Paulus dico vobis, quòd si circumcidamini, Christus nihil vobis proderit.* Vide quàm atroces minæ. Meritò, quandoquidem & angelos anathemati deuouit. At † ciuiliter dixit quòd Christus eis nihil esset profuturus.] Nam ipse hoc non prouidebat, sed pronunciauit, quòd deinceps personæ authoritas satis esset pro quauis probatione. Et ideo occupauit dicere, ecce ego Paulus dico vobis, quę vox erat cõfidentis iis quibus loquebatur. Nos pro nostra virili ex nobis ipsis hoc addemus, demõstrabimúsque quo modo circuncisis nihil profuturus sit Christus. Qui circũciditur, tanquam legem metuens circunciditur. Eam qui metuit, diffidit viribus gratiæ. Porrò qui diffidit, nihil fructus capit ab ea cui diffidit. Rursus alio modo: Qui circunciditur, legem facit dominam, & authoritate pollentem. Qui verò putat illam esse dominam, eámque ex maiore parte transgreditur, ex minore seruans, semetipsum subiicit execrationi. Qui verò seipsum submittit execrationi, libertatem quæ est in fide repellens, quo modo potest esse saluus? Nam si dicere fas est quiddam incredibile, hic neque Christo, neque legi fidit, sed in medio consistit, & hinc & illinc volẽs lucrum facere, eóque nec hinc nec illinc lucrum accipiet. Deinde posteaquam dixisset, quòd nihil esset illis profuturus Christus, tectè ac paucis probationem adfert, ita loquẽs: *Testificor autẽ omni homini, qui circunciditur, quòd debitor est totius legis implendæ.* Etenim ne putares hęc inimicè dici: Non vobis, inquit, solùm dico, sed cuiuis homini, quisquis circunciditur, quòd debitor est totius legis

Supràc.1.b

† quo modo ipsis Christus nihil esset profuturus?

tius legis implendæ. Legis enim præcepta inter se cohærent. Et qui ex libero descriptus est in seruitutẽ, non amplius facit quæ vult, sed omnibus seruitutis legibus obstrictus est. Idem accidit in lege, vbi pusillam aliquam legis partem receperis, téque ipsum iugo submiseris, eorum illius dominatum tibi accersisti. Idem fit in hæreditate mundana: Qui nihil attigit, ab omnibus liberatus est negociis, quæ sequuntur defuncti hæreditatem. Quòd si paulum aliquid attigerit, etiam si non acceperit omnia, omnibus tamen sese obstrinxit, qui partem attigit. Idem accidit in lege, non ob hunc tantùm quem dixi modum, verùm etiam ob alium quendam: Legis enim partes inuicem cohærent. Circuncisio, vt exempli causa dicam aliquid, immolationem pecudum habet annexam, ac dierum obseruationem: immolatio rursus tum diei tum loci obseruationem habet annexam. Locus innumerabiles purgationum ritus, purificationes examen quoddam obseruationum secum adferunt variarum. Non enim fas est impurum sacrificare, non sacra ingredi adyta, denique nõ aliud quicquã eiusmodi rerum agere. Quapropter per vnicum præceptum multa lex attrahit. Itaque si circuncidaris, nisi circuncidaris octauo die: aut quum octauo quidem, sed non offertur sacrificium: aut quum sacrificium quidem offertur, sed non in loco præfinito: aut si in loco præfinito, non iuxta legis præscripta: aut si iuxta legis præscripta, sed non purus: aut si purus, non conueniente ritu purificatus, cuncta illa pereunt. Proinde dicit: *Debitor est totius legis implendæ.* Quòd si lex habet authoritatem, noli partem implere, sed totam. Si non habet authoritatem, ne partem quidem seruare velis.

Euacuati estis à Christo, quicunque in lege iustificamini, à gratia excidistis. Posteaquam argumẽtis rem probauit, deinceps pronunciat, eósque suspendit in extremo discrimine. Quum enim is qui decurrit ad legem, nec hinc possit salutem consequi, & à gratia exciderit, nihil supereſt, nisi supplicium indeprecabile, dum illa caret vigore, hæc non admittit hominem. Posteaquam igitur illis hoc pacto metum exaggerauit, ac mẽtem illorum perturbauit, posteaquam ostendit totum naufragium quod perpessuri sunt, è propinquo patefacit illis gratiæ portum: id quod vbique facit, facillimam simul & tutissimam demonstrans illinc esse salutem. Eóque subdit dicens: *Nos autem per fidem in spiritu iustitiæ spem accepimus.* Nihil, inquit, opus habemus illis legalib⁹. Sufficit enim fides ad hoc, vt donet nobis spiritum, & per hunc iustitiã, multaq; insuper & magna bona. *In Christo enim Iesu neque circuncisio quicquam valet, neque præputium, sed fides, quæ per dilectionẽ operatur.* Vides vt eos iam maiore cum libertate aggrediatur? Qui Christum induit, ne post, inquit, talium sit curiosus. Atqui dixerat, noxiam esse circuncisionem, quo modo igitur eam facit indifferentẽ? In his hoc facit, qui iam ante fidem eam habuerant, nõ in his qui post fidem circuncidebãtur. Vide verò, quõ illam deiecerit, collocans eam cum præpucio. Quod enim eorum facit discrimen, fides est. Quemadmodũ igitur si qui athletas deligit, siue naso adunco, siue simo, siue nigros, siue candidos eligat, nihil refert ad probationem, sed illud vnum spectandum est, vt validi doctique sint: ita qui adscribendus est in nouum testamentum, huic nihil nocent hæc omnia corporalia, si absint, quemadmodum neque iuuant, si adsint. Quid autem est, *Quæ per dilectionem operatur?* Hic illis ingentem inflixit plagam, significans hanc subreptionem inde natam, quòd charitas erga Christum in eis nõ egerit radices. Non enim credere solùm est quod quæritur, verùm etiam in charitate perseuerandum est, ac si dixisset: Si dilexissetis Christum, sicut oportuit, nequaquam cõfugissetis ad seruitutem: nequaquam eum qui vos redemit, deseruissetis: nequaquam contumelia affecissetis eum, qui vos in libertatem asseruit. Tectè verò notat & illos, qui Galatis insidiabantur, significans quòd si illi quoque charitatem habuissent erga Galatas, nequaquam ista facere sustinuissent. Vult autẽ hoc verbo vitam illorum corrigere: *Currebatis bene, quis vos impediuit?* Non hoc interrogantis est, sed deplorantis & anxij. Quo modo tantus cursus interruptus est? Quis est qui tantum potuit? Qui omnibus quidem superiores, & in magistrorum eratis ordine, ne in discipulorum quidẽ classe mansistis. Quid accidit? quis tantum valuit? Hæc potius sunt exclamantis ac lamentantis, sicut & antea dicebat, Quis vos fascinauit? *Persuasio non est ex eo qui vocauit vos.* Non in hoc vos vocauit, qui vocauit vt ad istum vacillaretis modum. Non hãc legẽ vobis præscripsit, vt iudaizaretis. Deinde ne quis diceret, Quid rem verbis attollis, & oratione reddis atrocem? vnicum tantùm legis præceptum seruauimus, & tantos cies tumultus? Vide quo modo terrorem illis incutit, nõ ex præsentibus, sed ex futuris, loquens hunc in modum: *Exiguum fermentum totam massam corrumpit.* Sic & vos, inquit, hoc exiguum malum si non corrigatur, poterit in perfectum Iudaismum pertrahere, sicut fermentum conspersionem. *Ego confido de vobis in Christo, quòd nihil aliud sentietis.* Non dixit, non sentitis: sed, non sentietis, hoc est, corrigemini. Vnde hoc nosti? Non dixit, scio: sed, confido. Confido, inquit, deo, & illius opem inuoco † ad vestri correctionem. Confido. Nec simpliciter dixit, confido de vobis, sed adiecit, in Christo. Vbique enim laudẽ miscet accusationi. Quasi dixisset, Noui meos discipulos, noui quàm sitis correctu faciles. Confido partim ob Christum, qui non patitur quidlibet etiam perire, partim propter vos, qui facilè potestis reuocare vos ipsos. Simul autem & adhortatur, vt ipsi etiam studium adhibeãt, tanquam non possint à deo consequi, nisi pariter quod in ipsis situm erat, adhiberent. *Qui autem conturbat vos, portabit iudicium suum quisquis fuerit.* Vtrinque delinit illos, tum ex eo, quòd illis addidit fiduciam: tum ex eo, quòd pseudoapostolos execratur, aut potius prædicit illis euenturũ supplicium. Tu verò iam illud mihi contemplator, vt nequaquam nomen edidit insidientium, ne fierent impudentiores. Quod autem dicit, illud est: Non quia vos nihil aliud sentietis, eò seductionis authores liberati sunt à supplicio, sed dabunt pœnas. Non enim par est, vt aliorum probitas aliorum malicià subleuet. Hoc autem facit, ne & alios rursus inuadant. Nec simpliciter dixit, qui conturbat, sed exaggerauit sermonem dicens: quisquis fuerit. *Ego autem fratres, si circuncisionem adhuc prædico, quid etiamnum persequutionem patior?* Quoniam traducebatur apostolus hoc nomine, quòd vbique Iudaizaret, fictèque prædicaret. vide quàm purè semet explicet à suspicione, ipsos appellans testes. Nam vos quoq; scitis, inquit, istam fuisse persequutionum mearum causam, quòd à lege iubeo desciscere. Itaque si circuncisionem prædico, quur persequutionem patiore? Neque enim aliud crimen mihi possunt intẽdere, qui ex Iudæis sunt, præterquam hoc solum. Nam si concessissem, vt seruatis maiorum ritibus crederent, haudquaquam mihi fuissent insidiati, nec ij qui crediderũt, nec ij qui non crediderunt: quum nihil ex ipsorum institutis labe-

† *de vestri correctione bene sperans.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis labefactaretur. Quid igitur? An non prædicauit eir-
Actor.16.a cuncisionem? An non circuncidit Timotheum? Circuncidit quidem, at non prædicauit. Quid igitur est quod hic dicit? Disce eius exactam in dicendo circunspectionem. Non dixit, non facio circuncisionem, sed non predico: hoc est, non ita iubeo credere. Etenim ne hinc caperes dogmatum eo nfirmationem, circuncidi quidem, sed non prædicaui circuncisionem. *Ergo euacuatum est scandalum crucis*: Hoc est, obstaculum impedimentumq; sublatum est, si verum est quod dicitis. Neque enim perinde crux erat offendiculo Iudæis, vt ꝙ non pareremus patriis legibus. Etenim quum Stephanum perduxissent in concilium, non dixerunt, hic est
Ibid.6.d qui crucifixum adorat, sed loquitur, inquiunt, contra legem & locum sanctum. Idem crimen Christo impe-
Ioan.5.c gerant, quòd legem solueret. Propterea Paulus ait: Si concessa est circuncisio, soluta est quam habent aduersum nos contentio: nulla iam inimicicia manet aduersus crucem & prædicationem. Quòd si quotidie cædē exercent contra nos, quo modo hoc intendunt nobis crimen? Me quidem propter hoc adorti sunt, quòd incircuncisum induxissem in templum. An igitur adeò stultus sum, inquit, vt quum permiserim circuncisionem, frustra & incassum tantum in me receperim mali, vt tantum offendiculum ponerem cruci? Videtis enim, quòd nullam ob causam æquè nobis sunt hostes, atque ob circuncisionē. Num igitur adeò vecors eram, vt pro re nihili, & ipse affligerer, & aliis essem offendiculo? Porrò crucis offendiculum vocauit, eò ꝙ etiam sermo crucis hoc imperabat, idque potissimum erat, quod offendebat Iudæos, & vetabat ne crucem reciperent, videlicet quòd iuberentur à maiorum institutis discedere. *Vtinam & concidantur, qui vos conturbant.* Vide quàm hic est amarulentus in eos, qui Galatas seduxerant. In initio torquebat accusationem in seductos,
Supra.3.a semel atque iterum eos appellans stultos: verùm vbi illos rectè castigauit correxitque, deinceps in seductores fertur. Oportet autem nos & hanc apostoli sapientiam perspicere, quo modo hos tanquam proprios filios, & tanquam correctionis capaces admonet, & ad mentem reuocat: eos verò qui seduxerant, velut alienos & insanabili morbo laborantes resecat, partim quū ita dicit, Portabit iudicium suum quisquis fuerit: partim quum imprecans: ait, Vtinam & abscindantur, qui vos conturbant. Ac rectè dixit ἀναθεματίσεις, hoc est, statu mouent. Compulerant enim eos, vt propria patria, vt libertate, vt cœlesti cognatione relicta, alienam ac peregrinam persequerentur, vt iam ab illa superna liberáque Hierosolyma exules, cogantur veluti captiui, solúmque vertere iussi, incertis vagari sedibus. Quapropter illis imprecatur. Quod autē dicit, hoc est: Nul-
Tit.3.c la est mihi cura de illis. Hæreticum enim, inquit, hominem post vnam & alteram admonitionem deuita. Si volunt, non solùm circuncidantur, verùm etiam execentur. Vbi nunc sunt, qui seipsos audēt euirare, simul & apostolicam imprecationem sibi accersentes, & dei opificium accusantes, & à Manichæis stantes? Nam illi quidem aiunt, corpus insidiosum esse, malæq; materiæ, hi verò factis suis, crudelibus illis opinionibus præbent ansam, dum membrū amputant velut insidians & inimicum. Itaque multò magis oportebat execare oculos: per oculos enim in animam descendit concupiscētia. Verùm nec oculus, nec vllum aliud membrum est in culpa, sed sola praua animi inductio. Quòd si non sustines, quur non & linguam ob blasphemias, quur non & manus ob rapinas, quur non & pedes ad maliciam currentes, denique quur non totum resecas corpus? Nam & aures delinitæ tibia, frequenter effœminarunt animam: & nares, accepto suaui odore, imposuerunt menti, & ad voluptatem lympharunt. Itaque circuncidamus omnia, & aures, & manus, & nares. Verùm hæc extremæ sunt impietatis, ac satanici consilij. Tantùm oportet corrigere inconditum mentis impetum. Isti verò sua resecant membra. Ita malus dæmon perinde quasi errauerit opifex, persuasit vt instrumenta perderent, semper gaudens cædibus. Quî fit igitur, dicet aliquis, vt saginato corpore efferueseat concupiscentia? Quoniam hoc ipsum rursus est animi delictum. Nam saginare carnem, non est carnis, sed animi. Nam si vellet extenuare, habet idem omnē potestatem. At tu perinde facis, quasi si quis videns aliquem accēdentem ignem, ac lignis impositis domum incendere, omisso eo qui fecit incendium, flammā accuset, quæ correptis multis lignis in altum se sustulerit. Atqui culpa non est ignis, sed eius qui ignem accendit. Hic enim ad parandos cibos, ad præbendam lucem, ádque alia id genus ministeria datus est, non ad conflagrationem ædium. Quemadmodum & cōcupiscentia ad liberorum procreationem vitæq; conseruationem data est, nō ad adulterium, scortationes ac lasciuias: vt pater fieres, non vt adulter: vt legitimè verseris cum vxore, non vt contra fas eam corrumpas: vt relinquas tuum semen, non vt alienum vicies. Siquidem adulterium non est naturalis appetitus, sed contumeliæ præter naturam. Siquidem appetitus ille tantùm desiderat mixturam, non talem mixturam. Hæc autē mihi non temerè dicta nunc sunt, sed prǫludimus ad disputationes quasdam ac ceu velitamur in eos, qui dicūt dei opificium esse malum: omissa animæ socordia aduersus corpus insanientes, carnémque nostram calumniantes, de quibus & Paulus deinceps differit, non carnem incusans, sed diabolicas cogitationes. *Vos autem fratres in libertate vocati estis, tantùm ne libertatem in occasionem carni.* Hic iam videtur expaciari in sermonem moralē. Accidit autem illi quiddam nouum, quodq; in nulla cæterarum epistolarum accidit. Quum enim omnes in duas partes solitus sit partiri, sic vt primum de dogmatibus, in fine de moribus differat: hic posteaquam incidit in sermonem de moribus, rursum admiscet disputationem de dogmatibus. Nam hic sermo vicissim hæret illi, illi inquam qui pugnat aduersus Manichæos. Sed quid est, Tantū ne libertatem in occasionem carni? Liberauit, inquit, nos Christus à iugo seruitutis, liberum nobis esse voluit facere quicquid volumus, non vt hac potestate ad maliciam abutamur, sed vt maioris præmij sumamus occasionem, ad altiorem philosophiā progressi. Post-
Supra.5.b eaquam enim passim legem appellat iugum seruitutis, & de gratia quæ liberat ab execratione meminit, ne quis suspicaretur ipsum ideo reuocare homines à lege, quòd liceret exlegem agere vitam, corrigit eam suspicionem dicens, Non vt illegitima fiat vitæ ratio, sed vt legem transcēdat philosophia. Soluta sunt enim legis vincula, atque idem ego dico, non vt deiiciamur, sed vt erigamur ad altiora. Etenim tam is qui scortatur, quàm is qui in virginitate perseuerat, legis terminos excessit: verum non eodem modo, sed hic quidem in deteriora prolapsus, ille verò ad meliora proiect⁹, sic vt alter prætergressus sit legem, alter supergressus. Hoc itaque dicit Paulus, Christus iugum vobis relaxauit, non vt exiliatis, aut calcitretis, sed vt absque iugo

compositè

compositè incedatis. Post hæc ostendit modum, quo hæc facilè queant corrigi. Quis igitur modus? *Per charitatem*, inquit, *inuicem vobis seruite*. Rursus hic subindicat ambitionem, seditionem, dominandi studium, & insolentiam huius erroris illis fuisse causam, quippe hæresis mater est principatus cupiditas. Etenim quum dicit, Seruite vobis inuicem, ostendit hoc mali ex arrogantia fastuque cepisse exordium. Eóque malo respondens admouet remedium: Quoniam, inquit, dum alius alij vultis dominari, dissecti fuistis, seruite vobis inuicem: sic enim denuò in vnum redigemini. At peccatũ quidem non explicat apertè, sed apertè refert emendationis modum, vt hinc etiam illud cognoscerent, perinde ac si quis lasciuienti non dicat quidem quòd lasciuiat, tamen frequẽter hortetur ad pudicitiam. Nam qui proximum sicut oportet diligit, non grauatur illi seruire submissius quàm quisquam seruus. Quemadmodum enim ignis admotus ceræ facilè mollit eam, sic & amoris calor omnem fastum & arrogantiam vehementius quàm ignis soluit. Eóque non simpliciter dixit, Diligite inuicem, sed seruite, intensam ac vehementem declarans amicitiam. Etenim quum legis iugum detraxisset, ne subsilirent, aliud illis imponit iugum, nimirum, charitatis, illo quidẽ validius, sed multò leuius ac iucundius. Deinde quid boni præstet charitas, ostendit dicens: *Tota enim lex in vno verbo impletur, videlicet in hoc, Diliges proximum tuum vt teipsum.* Quoniam legem susq; déque versauit, si vis, inquit, illam implere, ne circuncidaris: nõ enim circunciſione, sed dilectione impletur. Vide vt doloris sui non obliuiscitur, sed id quod dolet, identidem attingit, etiam ingressus moralem tractationem. *Quòd si inuicẽ mordetis & comeditis, videte ne à vobis inuicem consumamini.* Non pronunciat, ne grauet illos, nouerat tamen id fieri: verùm hoc ambiguè profert. Non enim dixit, quoniam vos inuicẽ mordetis, & quod sequitur consimili modo, nec enim illic rursum pronunciat, sed obumbrat ac dicit, Ne à vobis inuicem consumamini, qui sermo est metuentis & cõsulentis, vt caueant, non condemnantis: Ac dictionibus significantibus est vsus. Non enim tantùm dixit, mordetis, quòd sanè est commoti: sed addidit, & * comeditis, quod est in malicia perseuerantis. Nam qui mordet quod appetebat, iram expleuit: cæterùm qui deuorat, extremæ feritatis & immanitatis specimen dedit. Morsus autem ac * deuorationes non corporales dicit, sed eas quæ sunt his multò crudeliores. Non enim qui carnem gustauit humanam tantum mali dedit, quãtum is qui morsum fixit in animum. Siquidem quantò corpore præstantior est anima, tantò grauius est hanc læsisse. *Videte*, inquit, *ne à vobis inuicem consumamini.* Quoniam qui lædunt & insidiantur velut alios consumpturi, hoc animo veniunt: ideo dicit, Videte ne res in vos reuoluatur. Nam seditio & cõtentio corruptionem & consumptionem adfert, tum iis qui recipiunt ea, tum iis qui inuehunt, ac magis intus corrumpit omnia quàm tinea. *Dico autem, spiritu ambulate, & cõcupiscentiam carnis non perficietis.* Ecce alterã indicat viam, quæ virtutem reddit facilem, ac præstat ea quæ dicta sunt, viam quæ gignit charitatem, quæq; stricta redditur à charitate. Nihil enim, nihil inquam sic charitatẽ inserit nobis, vt si simus spirituales, nec alia res æquè persuadet spiritui, vt apud nos maneat, atque vis charitatis, eóque dicit: *Spiritu ambulate, & carnis concupiscentiam non perficietis.* Quoniam expresserat, quę res gigneret morbum, & remedium aperit quod adfert sanitatem. Quod autẽ est illud? Non aliud, quàm viuere spiritu. Vbi verò dixerat, spiritu ambulate, & carnis concupiscentiam non perficietis: subiecit, *Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem: hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcunque volueritis, ea faciatis.* Hic quidam adoriuntur nos dicentes, quòd apostolus hominem in duo dissecuerit, inducens eum, velut ex contrariis naturis compositum, dum ostẽdit pugnam esse corpori aduersus animam. Verùm hæc non ita se habent, non ita se habent inquam. Neque enim hic carnẽ appellat corpus. Alioqui si hoc sentiret, quo modo consentaneum sit quod mox dicitur, Concupiscit enim, inquiens, aduersus spiritum? Atqui corpus nõ est de eorum numero, quæ mouent, sed quæ mouentur: non de eorum numero quæ agunt, sed de eorum quæ aguntur. Quo modo igitur concupiscit, quandoquidem concupiscentia non carnis est, sed animi? Siquidem alibi dicit, Concupiscit anima mea. Et, Quid desiderat anima tua? & faciam tibi. Et, ne ambules iuxta desiderium animæ tuæ. Ac rursus, Sic desiderat anima mea. Quo modo igitur Paulus dicit, Caro concupiscit aduersus spiritum? Solet appellare carnem, non corporis naturam, sed prauam voluntatem: veluti quum dicit, Vos nõ estis in carne, sed in spiritu. Et rursum, Qui verò in carne sunt, deo placere non possunt. Quid igitur? Tollenda est caro? Ipse verò qui hęc dicebat, an nõ carne circundatus erat? Non carnis sunt ista, sed diaboli dogmata. Ille enim homicida erat ab initio. Quid igitur dicit? Carnem hic appellat cogitationem terrestrem, socordem & incogitantem. Hęc enim non corporis est accusatio, sed animæ negligẽtis crimen: siquidem huius instrumentum est caro: Instrumentum autem nullus auersatur oditve, sed eum potius, qui organum malè tractat. Néq; enim ferrum, sed homicidam & odimꝰ & punimus. Atqui, dixerit aliquis, hoc ipsum est accusare corpus, animi peccata carnis appellare vocabulo. Ego verò fateor quidem carnem anima inferiorem esse, sed hãc quoque pulchram esse. Non enim quod pulchro inferius est, statim malum est, sed ipsum quoque bonum. Malum autem non est minus bono, sed contrarium. At tu si demonstrare potes maliciam è corpore proficisci, accusa carnem. Quòd si ex appellatione conaris struere calumniam, tempus tibi est, vt simul accuses & animam: quandoquidem & animalis homo dicitur, qui veritate priuatus est. Et spiritus maliciæ dicuntur dæmonũ multitudo. Rursus carnis vocabulo scriptura solet appellare mysteria, totámque ecclesiam, dicẽs eam Christi esse corpus. Quòd si vis etiã officia cernere, quæ per carnem præstantur, hinc considera. Imaginare sensus extinctos esse, & videbis animã omni cognitione destitutam, neque quicquam eorum quæ nunc nouit, nosse. Etenim si potentia dei dum ex opificio mundi per res cõditas intelligitur, cõspicitur, quo modo videre poterimus absq; oculis? Quòd si & fides ex auditu est, quo modo sine aurib⁹ audiemus? Prędicare verò, & circuncursare, linguæ pedumq; constat adminiculo. Quo modo enim, inquit, prædicabunt, ni si mittantur? Et scribendi munus peragitur manibus. Vides vt innumerabilium causa bonorũ est carnis ministerium? Cæterum quum dicit, Caro concupiscit aduersus spiritum, de duplici loquitur cogitatione, quarum altera alteri aduersatur, videlicet virtutis & maliciæ, non anima & corpus. Nam si hæc sibi inuicem aduersarentur, seipsa tollerent, non aliter quàm ignem aqua, tenebræ lucem. Sin corporis curam agit anima, multáque

Leuit.19.& Matth.22.d

Psal.83.a & 118.c

Ibid.41.a

Roma.8.b

Ibidem.

Ioan.8.f

Coloss.1.c

Roma.10.d

Ibidem.c

* κατεσθιετε, *id est, comeditis deuoratis, eroditis, decipiscimini.*

* *Edaces comestiones deuorationes, tineas.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

multáque ſolicitudine illi proſpicit, innumeráque patitur, ne deſerat illud, quum vi abrumpitur, obſiſtit, ac viciſsim corpus animæ ſubſeruit, [multarumq; rerum ipſi cognitionem adfert] & ad illius operationem cõpoſitum eſt: quî poſſunt hæc eſſe contraria, & inter ſeſe pugnantia? Nam ego non ſolùm nõ contraria, verùm etiam magnopere concordia, ſeque viciſsim tuentia conſpicor ex ipſis factis. Non igitur de his loquitur, quòd ſibi inuicem aduerſantur, ſed malarum ac bonarum cogitationum pugnam proponit. Velle enim & non velle animæ eſt. Ideo dicit, Hæc autem aduerſantur, ne ſineres animam pergere in ſuis prauis affectib⁹. Siquidem hæc loquutus eſt apoſtolus, ceu pædagogus quiſpiam ac præceptor terrorem incutiens. *Quòd ſi ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege.* Quæ nam eſt hæc conſequentia? Maxima quidem & euidens. Etenim qui ſpiritum, vt oportet, habet: per hunc extinguit omnem prauam concupiſcentiam. Porrò qui liberatus eſt ab his, non eget legis auxilio, ſed multò factus eſt præceptis illis ſublimior. Nam qui non iraſcitur, quid opus habet vt audiat, non occides? Qui non intuetur intemperantibus oculis, quid opus habet eo qui doceat non eſſe mœchandum? Quis enim illi verba facit de fructu maliciæ, qui radicem maliciæ iam euulſit? Radix enim homicidij, ira: & adulterij radix, curioſus oculorum obtutus. Ea propter dicit: Si ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege. Hîc autem mihi videtur magnas etiam & admirandas legis laudes retuliſſe. Quas illas? Quanquam, inquit, lex erat loco ſpiritus, iuxta ſuas vires, priuſquam ſpiritus adueniret, non tamen ob id oportet manere in pædagogo. Tum quidem merito ſub lege eramus, vt metu caſtigaremus concupiſcentias, nondum prodito ſpiritu. Nunc verò poſteaquam venit gratia, quæ non ſolùm iubet ab illis abſtinere, verùm & ad altiora prouehit, & ad perfectiorem vitæ rationem adducit, quid opus eſt lege? Etenim qui ex ſeſe ſuo fungitur officio, huic quid opus pædagogo? Neque enim qui philoſophus eſt, opus habet Grãmatico. Quur igitur vos ipſos redditis viliores? Quũ prius vos exhibueritis ſpiritui, nunc aſsidetis legi. *Manifeſta autẽ ſunt opera carnis, quæ ſunt, ſcortatio, adulterium, immundicies, laſciuia, veneficium, ſimulachrorum cultus, inimicitiæ, cõtentio, æmulationes, iræ, concertationes, ſeditiones, hæreſes, inuidiæ, cædes, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quæ prædico vobis, quemadmodum & prædixi, quòd qui talia faciunt, non erunt hæredes regni dei.* Hîc iam mihi dicito tu qui carnis accuſator es, & arbitraris hæc ob ſimultatem & diſcordiam eſſe dicta: Sit adulterium, & ſcortatio carnis, iuxta veſtram opinionem: inimicitiæ, contentio, æmulationes, concertationes, hæreſes, & veneficia, cuius erunt? Nam hæc tantummodo ſunt corruptæ voluntatis, nimirum vt cætera: quo modo igitur erunt carnis? Vides igitur, quòd hîc nõ loquitur de carne, ſed de terreſtri cogitatione quæ humi ſerpit, eóque terrorem ingerit dicens, Qui talia faciunt, regni dei non erunt hæredes. Quòd ſi hæc eſſent naturæ malæ, non voluntatis prauę, ſuperfluè dixiſſet, faciunt: ſed, patiuntur. Huius autem rei gratia etiam exulant à regno cœlorum. Neque enim ad ea quæ ſunt naturæ, ſed ad ea quæ ſunt voluntatis pertinent vel coronæ vel ſupplicia. Quapropter etiam hæc minatur Paulus: *Fructus autem ſpiritus, charitas, gaudium, pax.* Non dixit, opus ſpiritus: ſed, fructus. Num igitur anima ſuperuacanea eſt? Nam ſi de carne & ſpiritu verba fiunt, vbi anima? Num de inanimis loquitur? Siquidem vbi quæ mala ſunt, carnis ſunt: quæ bona, ſpiritus: ſuperuacanea eſt anima. Nequaquam. Nam huius eſt temperatura affectuum, & ad hanc pertinent. Ipſa in medio ſita inter virtutem & vicium, ſi ad id quod oportet vtitur corpore, reddit illud ſpirituale: ſin recedit à ſpiritu, ſi ſeipſam præbet malis cupiditatibus, reddit † illud magis terrenũ.] Vides eum non loqui de ſubſtãtia carnis, ſed de mala & bona voluntate. Quur autem vocat fructũ ſpiritus? Quoniam mala opera ex nobis ſolis oriuntur, vnde & opera vocat. Bona verò nõ tantùm egent noſtra cura, verùm etiam opus habent diuina benignitate. Igitur hæc diſſerturus prius radicem bonorum proponit, ita dicens: *Charitas, gaudium, pax, lenitas, benignitas, bonitas, fides, manſuetudo, temperantia, aduerſus huiuſmodi non eſt lex.* Quid enim aliquis præcipiat illi qui omnia in ſe habeat, etiam perfectam philoſophiæ magiſtram charitatem? Quemadmodum enim equi fræno morigeri, omniáque ex ſeſe facientes, non opus habẽt ſcutica: ſic & anima quæ impulſu ſpiritus recta facit, non eget admonitrice lege. Cæterùm hîc quoque legem valde mirabiliter deiecit, non vt malam, ſed vt inferiorem philoſophia, quam dat ſpiritus. *Qui verò ſunt Chriſti, carnem crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis.* Etenim ne diceret, & quis eſt iſtiuſmodi? ex factis oſtendit, qui ſint qui talia præſtant, rurſus hîc carnẽ appellans malefacta. Non enim ſanè carnem ſuſtulerant, alioqui quo modo viuerent? Nam quod crucifixum eſt, mortuum eſt & inefficax. Sed perfectam indicat philoſophiam. Siquidem concupiſcentiæ quanuis obturbant, incaſſum rabiunt. Quoniam igitur tanta vis eſt ſpiritus, illi viuamus, illo contenti ſimus. Et hoc declarans ſubdit: *Si ſpiritu viuimus, ſpiritu & ambulemus.* Hoc eſt, contenti ſimus ſpiritus vi, neque requiramus legis acceſsionem. Mox oſtendens eos qui circunciſionem inducebant, id ambitionis gratia facere, ait: *Ne efficiamur inanis gloriæ cupidi, quæ eſt cauſa omnium malorum, nos inuicem prouocantes.* Hoc in contentiones & concertationes dictum eſt. *Inuicem inuidentes.* Siquidem ex inanis gloriæ ſtudio naſcitur inuidia, rurſus ex inuidia, hęc innumera mala. *Fratres etiam ſi præuentus fuerit homo.* Quoniã increpationis prætextu vlciſcebantur ſuas cupiditates, videbantúrque id facere propter delicta corrigenda, quum reuera ſtuderent ſuam dominãdi cupiditatem ſtabilire, ait: Fratres ſi etiam prætuẽtus fuerit. Non dicit, ſi fecerit: ſed, ſi prætuentus fuerit, hoc eſt, ſi abreptus. *Vos qui ſpirituales eſtis, inſtaurate talem.* Non dixit, punite, aut cõdemnate: ſed, inſtaurate, hoc eſt, corrigite. Ne hîc quidem conſtitit, verùm vt oſtenderet eos vehementer mites eſſe oportere, erga eos qui ſupplantãtur, ita ſubiecit: *In ſpiritu manſuetudinis.* Non dixit, in manſuetudine: ſed, in ſpiritu manſuetudinis, declarans hęc etiam ſpiritui placere, quippe quum hoc ipſum poſſe cum humanitate corrigere peccantes doni ſit ſpiritualis. Deinde ne qui corrigit alterum, efferatur animo, & ipſum eidẽ timori ſubiecit, ita loquens: *Conſiderans teipſum, ne & tu tenteris.* Quemadmodũ enim diuites ſportulas mittunt egentibus, quò ſi quando & ipſi in egeſtatem inciderint, eadem ab aliis conſequantur: ſic & nobis eſt faciendum. Quapropter & cauſam neceſſariam memorat, ita loquens: *Conſiderans teipſum, ne & tu tenteris.* Simul excuſat eum qui peccauit: primùm ita dicens: Quanuis prætuentus fuerit. Deinde vox illa multam declarat infirmitatem, dum vſurpat pronomen, tu, ita loquens, ne & tu tẽteris. Quod igitur dicit, tale eſt: Corrige fratrem, ſi prætuentus fuerit, ſed cum manſuetudine, dæmonis incurſionem accuſans magis, quàm animi negligentiam.

tipſam mater. gis terrenũ.

Nota cõtra Pelagianos

Cap. VI.

tiam. *Alij onerum onera inuicem portate.* Quoniam fieri non potest, vt homo viuat absque defectu, admonet ne rigidi sint expetores alienorum delictorum, sed tolerent etiam proximorum defectus, vt & ipsorum delicta tolerentur ab aliis. Sicut enim in structura domus non omnes lapides eundem habēt locum, sed hic quidem in angulum est accōmodus, ad fundamenta non item: ille contrà, ad fundamenta commodus est, non item ad angulum: Itidem sanè est in corpore, quod est ecclesia. Quin & in nostra carne licet idem cernere, attamen aliud membrum ab alio toleratur, nec ab omnibus omnia requirimus. Nam ex communi facta collectio, & corpus & ædificiū constituit. *Et sic ad implete legem Christi.* Non dixit πλήρωσατε, id est, implete: sed, ἀναπληρώσατε, hoc est, simul omnes implete, vos inuicem ferendo. Velut ille est iracundus, tu somnolentus. Tolera igitur illius acrem impetū, vt vicissim ille tuā B ferat segniciē: Ita fiet, vt nec ille peccet, dum abs te toleratur: neque tu, dum in his in quibus molestus es, sustineris à fratre tuo. Ad hunc autem modum vobis inuicem, vbi lapsus imminet periculum, manum porrigentes, mutuis officiis implete legem, sic vt vnusquisque quod proximo deest, sua tolerantia suppleat. Porrò nisi sic egeritis, sed quisque proximi vitam tēdat excutere, nunquam inter vos fiet quicquam eorum quæ fieri decet. Vt enim in corpore si quis ab omnibus mēbris eundem postulet vsum, nunquam constiterit corpus: sic & inter fratres graue bellum erit, si ab omnibus omnia requirimus. *Etenim si quis videtur aliquid esse, cùm nihil sit, seipsum decipit.* Hìc rursus arrogantiam specta. Qui sibi videtur esse aliquid, nihil est, primum suæ vtilitatis argumentum edens, talem morum leuitatem.

Sed suum opus probet vnusquisque. Hìc ostendit quòd C oportet nos vitę nostrę expensores esse, nec leuiter, sed exacta cura probare quæ nobis gesta sunt: videlicet, fecisti boni quidpiam, cōsidera ne fortè propter inanem gloriam, ne propter necessitatem, ne in odium, ne per simulationem, ne ob aliam aliquā causam humanam. Sicut enim aurum videtur quidem esse splendidum priusquam mittatur in fornacem: verùm vbi traditum fuerit igni, tum verò certò dignoscitur, eò quòd adulterinum est, ab eo quod est syncerum, separato: Sic & nostra opera, vbi diligenter examinaueris, tum euidente retegentur, videbimúsque nos ipsos multis criminibus obnoxios esse. *Et tunc in seipso tantùm gloriam habebit, & non in altero.* Hæc dicit non veluti legem prescribēs vt fiat, sed illis obsecundans, perinde ac si dixisset, Absurdum quidem est gloriari: quòd si porrò gloriari vis, ne glorieris aduersus proximū, vt ille Pharisæus. Nam D
Luc.18.b qui hoc didicerit, is & ab illo facilè abstinebit. Quapropter etiam illud concesit, vt paulatim totum eximeret. Nam qui cōsuērit in seipso tantùm habere gloriam, & non aduersus alios, statim & hunc defectum corriget. Nam qui non existimat se cæteris meliorem, quandoquidem hoc est quod dicit, nō in alterum, sed semetipsum apud sese examinat, etiamsi glorietur, desinet tamen id facere in posterum. Atque vt intelligas eum hoc velle docere, vide vt illum metu cohibet, superius dicendo: probet suum opus: hìc addendo,

Vnusquisque enim suum onus portabit. Videtur quidem proponere rationem quæ vetat gloriari aduersus aliū, sed corrigit gloriantem ne sibi placeat, reuocans illum ad propriorum delictorū consideration em, dum onus nominat, & sarcinæ gestationis meminit, premēs illius conscientiam. *Communicet autem is qui instituitur sermone, ei qui instituit in omnibus bonis.* Hìc iam de doctoribus loquitur. Vult enim illos diligēter curari ab his quos instituunt. Et quamobrem Christus hoc ita præscripsit, (nam in nouo testamēto lex hæc posita est, & qui euangelium prædicant, ex euangelio viuant) & in veteri si- 1.Cor.9.b
militer multi prouentus erāt Leuitis è subditis. Cuius Num.31.e
igitur gratia sic hęc constituit? †Sed prius substrato mo & 35.a
destiæ & charitatis fundamento? Quoniam etiam doctoralis authoritas frequenter inflat ea proditos, cohibens doctoris spiritum, constituit illum in hac necessitate, vt opus habeat discipulis: & his rursus præbet occasionem, vt faciliores reddantur ad beneuolentiam, exercens eos per beneuolentiā erga doctores, vt & erga cæteros sint mansuetiores, quæ res non mediocrem charitatem excitauit in vtraque parte. Alioqui nisi hoc esset quod dixi, quam ob causam deus, qui ingratos ludæos manna aluit, apostolos in mendicorum deiecisset necessitatem? An non perspicuū est, quòd hinc ma- Deut.8.a.d
gna pararet bona, modestiam & charitatem? Et ne pu- Psal.77.e
deret discipulos, †subditos esse probro obnoxiis. Probrum enim esse videtur, petere. At iam nō videbatur, quum idem palàm omnique cum libertate facerēt doctores. Itaque non mediocrem fructum & hinc tulere discipuli, dum per hęc docentur gloriam omnem despicere. Ideireo dicit: *Communicet autem qui instituitur in sermone, ei qui instituit in omnibus bonis:* Hoc est, omnem in illum exhibeat liberalitatem. Hoc enim innuens dicebat, in omnibus bonis. Nihil, inquit, discipuli propriū est, sed omnia communia, quippe qui maiora quam dat accipit, atque hoc maiora, quò præstabiliora sunt cœlestia terrenis. Quod & alibi significans, ait: Si nos vo- 1.Cor.9.b
bis spiritualia seminauimus, magnum est, si nos vestra carnalia metamus? Eóque negocium hoc appellat communicationem, indicans fieri repensationem. Ex hoc verò charitas quoque redditur feruentior, multòque firmior. Itaque si doctor quærit, quod naturæ satis est, nihilo minus accipiens manet in sua dignitate: quandoquidem & hoc laudi dandum est, doctorem sic assiduum esse ministerio sermonis, vt cæteris egeat, altissimáque laboret inopia, contemnens omnia quæ ad victus necessitatem pertinent. Quòd si modū transgressus fuerit, corrupit suam dignitatem, non eò quòd acceperit, sed quòd præter modum. Post hæc ne doctoris improba vita, segniorem ad hæc redderet discipulum, cúmque pauperem frequēter prętercurreret ob mores malos, pergit ac dicit: *Bonum autem facientes non defatigemur.* Hìc ostendit discrimen ambitionis huiusmodi, & eius qui incumbit rebus temporariis, ita dicens:

Ne erretis, deus non irridetur: quicquid enim seminauerit homo, hoc & metet. Nam qui seminat in carne sua, ex carne sua metet corruptionem. Qui verò seminat in spiritu, è spiritu metet vitā æternam. Quemadmodum enim in semente, qui seminat, nō potest ex hordeo metere triticū, eò quòd oporteat & sementem & messem eiusdem esse generis: sic & in operibus. Qui in carne deposuerit, delicias, temulentiam, concupiscētiam absurdam, quæ hinc proueniunt, metet. Quæ autem sunt ista? supplicium, vltio, probrum, risus, corruptio. Siquidem mensarum sumptuosarum & condimētorum nullus alius prouentus est quàm corruptio. Nam simul & ipsa corrumpuntur & corrūpunt corpus. Quæ verò sunt spiritus, haud sunt eiusmodi, sed his omnibus omnino diuersa. Considera verò, seminasti eleemosynam, manēt te thesauri cœlestes, gloriaq; sempiterna. Seminasti pudicitiam, excipiet te honor & brabium, & ab angelis gratulationes, & ab agonotheta

notheta coronæ. *Bonum autem facientes ne defatigemur: tempore enim suo metemus non deficientes: ergo dum tempus habemus, operemur quod bonum est in omnes, maximè verò erga domesticos fidei.* Ne quis arbitraretur, doctorum quidem habendam esse curam, cósque alendos, cæteros verò negligendos, ad generalitatem profert orationem, omnibúsque patefacit ostium huius honoris ambiendi: tantáque vehementia id facit, vt in Iudæos etiam ac gentes, licèt non eodem gradu, tamen eleemosynam conferre iubeat. Quis autem est ordo? Vt circa fideles maior habeatur solicitudo: & quod in cæteris epistolis facere solet, hoc & hìc facit, non modò loquens de danda eleemosyna, verùm etiam de studiosè perpetuóque danda. Siquidé hæ voces, seminare & non oportet defatigari, hoc innuunt. Ergo quoniam rem magnam exigebat, præmiũ quoque collocat in foribus, messis faciendo mentionem nouæ cuiusdam & admirabilis. Nam in agricolatione, non solùm qui seminat, verumetiam qui metit multum sustinet laboris, cum squalore, cum puluere, cúmque multa colluctans miseria. Tunc verò nihil, inquit, tale erit. Quod etiam explanans, dicit: *Tempore enim suo metemus non deficientes.* Et hinc quidem illos hortatur & allicit, ex altera verò parte vrget etiam, & cõpellit dicens: *Ergo dum tempus habemus, operemur bonum.* Quemadmodum nõ semper est in nostra potestate facere sementem, ita nec dare eleemosynã. Quum enim hinc fuerimus abducti, etiam si milies velimus, nihil efMatt.25.a fecerimus. Testes huius rei nobis sunt & virgines illæ, quæ quamlibet promptam haberent voluntatẽ, tamen quoniam abierant non ferẽtes secum largam eleemosynam, exclusæ sunt à thalamo sponsi. Testis est & diLuc.16.f ues ille, qui Lazarum despexerat, qui quoniam hoc destitutus erat auxilio, & plorans & supplicans vehementer, nec à patriarcha, nec ab alio quopiã misericordiam impetrauit, sed citra veniam omnem mansit in perpetuo flammæ cruciatu. Propterea dicit, dum tempus habemus, operemur bonum erga omnes, & hac ratione maximè subducit eos ab humilitate Iudaica. Nam illis omnia humanitatis officia erant erga contribules: at gratiæ philosophia, terram pariter & mare, ad beneficentiæ mensam inuitat, quãquam erga domesticos copiosiorem exhibet solicitudinem. *Videtis qualibus literis scripsi vobis manu mea. Quicunque volunt in carne placere, ij cogunt vos circuncidi.* Considera quantus dolor tenuerit illam beatam animam. Quemadmodum enim qui in luctum aliquem inciderunt, aut aliquem ex synceris amicis amiserunt, aut alioqui malum aliquod subitò obortum ferunt, neque noctu quietem agunt, neque interdiu, luctu pectus illorum obsidente: sic & beatus Paulus pauca loquens de moribus, denuò reuertitur ad superiora, quæ maximè discruciabant ipsius animum, ita loquens: Videte qualibus literis scripsi vobis manu mea. Hìc nihil aliud innuit, nisi quòd ipse totam scripserit epistolã: quod affectus mirè synceri erat argumentum. In cæteris enim epistolis subscribebat quidem ipse, cæterùm alius scribebat, idq; liquet ex ea quæ est adRom.vlt.d Romanos epistola. Ibi siquidem sub calcem ait, Saluto vos ego tertius, qui scripsi epistolam. Hìc verò totam ipse scripserat. Fecit autem hoc non temerè, sed admodum necessariò, non ob charitatem modò, verùm etiã ad tollendam malam suspicionem. Quoniã enim traducebatur de iis factis, quibus affinis non erat, dicebatúrque circunciſionem profiteri, dissimulans tamen quasi non profiteretur, ideo cõpulsus est epistolam sua manu scriptam mittere, depositò apud illos scripto testimonio. Quod autẽ dixit, qualibus mihi videtur non magnitudinem, sed deformitatem literarum significãs hoc dicere. Nam propemodum illud dicit, quòd quũ non nosset optimè scribere, tamen cõpulsus sit per seipsum scribere, vt calumniatoribus os obturaret. *Qui cunque volunt placere in carne, hi cogunt vos circuncidi, tantùm ne per crucem Christi persequutionem patiantur. Neque enim qui circuncidantur, ipsi legem seruant, sed volunt vos circuncidi, vt in vestra carne glorientur.* Hìc ostendit illos non sponte id facere, sed coactos pati, præbens illis occasionem redeundi, ac propemodum illos excusans, hortánsque, vt citò resiliãt. Quid autem est, placere in carne? Probari apud homines. Quoniam enim apud Iudæos probro dabatur, qp à patriis consuetudinibus desciscerent: ne hoc, inquit, possit ipsis exprobrari, volũt vos corrumpi, per vestram carnem illis satisfacturi. Hoc autem dicit, vt ostendat illos nequaquam propter deum quæ faciebãt facere. Perinde quasi dixisset: Quod fit, non innititur pietati: propter humanam ambitionẽ hęc omnia fiunt, vt placeant infidelibus, quòd fideles truncentur: & inducunt animum, vt deum offendant, modò placeant hominibus. Hoc enim est in carne placere. Post hæc vt ostendat & à diuerso eos esse procul à venia, rursus illos redarguit, non solùm ob id, quòd aliis placere studerent, verùm etiam quòd suæ gloriæ causa, hæc aliis præciperent. Eóque subiecit, *Vt in carne vestra glorientur, tanquam qui discipulos habeant, sintq; doctores.* Et vnde hæc probantur? *Non enim*, inquit, *ipsi legem seruant.* Maximè igitur etiam si seruassent, erant accusandi. Nunc & scopus illorum insyncerus est. *Mihi verò absit, vt glorier, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi.* Attamen res videtur esse probrosa: verùm in mundo & apud infideles. Cæterũ in cœlis & apud fideles gloria est, & quidem maxima. Nam & paupertas probrosa est, sed nobis glorioſa. Itẽ sperni apud vulgus ridiculũ est, at nos eo gloriamur. Ita crux nobis est gloriandi materia. Nec verò dixit, ego non glorior, aut ego non volo gloriari, sed absit vt ego glorier, perinde quasi de re portẽtosa loquens abominatus est, & ad hoc præstandum diuinã opem implorauit. Et quid est quòd de cruce gloriatur? Quòd Christus mea causa formam serui accepit, & mea causa quæ passus est, pertulit: propter me inquam, qui seruus eram, qui inimicus, qui ingratus, sed sic me dilexit, vt seipsum exponeret. Quid huic possit æquiparari? Etenim si serui dum tantum laudantur ab heris, hisq; eiusdem naturæ, vehementer sibi placent: an non gloriandum est, quum ille dominus, qui verus est deus, nõ erubescit pro nobis crucem subire? Proinde ne nos quidẽ illius ineffabilis erga nos solicitudinis pudeat. Illũ non puduit tua causa crucifigi, & te pudet eius inenarrabilẽ profiteri dispensatioem? Et interim perinde facis, ac si quis vinculis constrictus antè non erubescens de rege, postquam is astãs ipsi in carcere, vincula suis manibus detraxisset, ob hoc illius pudesceret. Verùm hęc extremæ fuerint dementiæ: ob hoc ipsum enim maximè gloriandum est. *Per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Mundum hìc appellat non cœlum, neque terram, sed res temporarias, laudem ex hominibus, famulitium, gloriam opes. Hæc igitur omnia quæ vulgò videntur esse magnifica, mihi facta sunt mortua. Talem oportet esse Christianum, & hanc vocem semper habere in ore. Cõsidera & hinc huius beati erga deum charitatem. Non contentus est priore mortificationis modo, sed & alterum intulit dicens: *Et ego mundo:* Duplicem innuens mortificationem, ac dicens, *& illa mihi mortua*

Universidad de Deusto
Biblioteca

hi mortua sunt,& egoviciſsim illis.Nec illa me capere A
poſſunt,neque manibus iniectis captiuũ ducere, quippe ſemel mihi mortua,neque ego illorum cupidine teneri,quippe mortuus illis.Nihil hac mortificatione fœlicius.Hoc eſt beatæ vitæ fundamentum. *Neque igitur circumcisio quicquam valet, neque prepucium, ſed noua creatura. Et quicunque hac regula incedunt,pax ſuper eos & miſericordia,& ſuper Iſrael dei.* Vides crucis potentiam,in quantam celſitudinem apoſtolum ſubuexerit. Non enim ſolùm iam omnes mundi res illi mortuas reddidit, verum etiam longè ſupra veterum inſtitutum ſuſtulit.Quid huic potentiæ par? Siquidem qui prius pro hac circunciſione occidebatur,& alios occidebat, huic perſuaſit crux, vt illa eodem loco relicta quo erat prepucium,noua quędam & admiranda,ac cœlos tranſcendentia perquireret negocia.Hanc enim appellat nouam creaturam noſtrum viuendi inſtitutũ, tum ob ea quæ nata ſunt,tum B
† anima ob ea quæ futura ſunt.Ob nata quidẽ,quòd noſtra † natura,] quæ inueterauerat ſenio peccati,repentè baptiſmi lauacro renouata eſt non aliter,quàm ſi denuò eſſet condita.Quapropter etiã noua ac cœleſtis à nobis exigitur vitæ forma.Ob futura vero,quòd & cœlũ & terra,& omnis denique creatura, in incorruptibilitatem transferetur vnà cum noſtris corporibus. Proinde ne mihi poſthac loquaris,inquit,de circũciſione,quę nullam habet vim.Quo modo enim hęc extabit,quũ omnia tantopere ſint immutata? Quin potius res nouas quærite, nimirum gratiam.Hæc enim qui ſectantur,hi & pace & dei erga nos bonitate fruentur.Qui propriè nomine Iſraëlis appellari poſſunt, quòd hi qui diuerſa ſentiunt,etiam ſi ex illo prognati forent,eiuſq; cognomen circunferrent:ex his tamen omnibus exciderunt, & à cognatione,& ab ipſo cognationis honore.Quippe qui regulam hanc ſeruant,hi ſunt qui verè Iſraëlitæ poſſunt eſſe,qui à veteribus diſcedunt,& gratiã ſectantur. *De cætero nemo mihi moleſtus ſit.* Hic non quaſi laſſus,aut defatigatus hæc loquitur. Etenim qui omnia tũ facere tum pati cauſa diſcipulorum induxerat animũ,
2.Tim.4.a quo modo nunc fractus eſſet concidiſſetque? Qui di-
1.Tim.2.d cit:Inſta opportunè,importunè: Qui dicit,Si fortè det illis deus agnitionem veritatis, & reſipiſcant à diaboli laqueis.Quam igitur ob cauſam hæc dicit? Vt illorum ſocordem animum premat, & in maiorem coniiciat terrorem,& leges ab ipſo latas confirmet, nec ſinat illos ſemper vacillare. *Ego enim ſtigmata domini noſtri Ieſu Chriſti in corpore meo porto.* Non dixit,habeo:ſed, porto, tanquam aliquis de trophæis gloriãs, ſignísque regalibus. Quanquam hoc ipſum rurſus probroſum eſſe videtur. Verùm hic ſua vulnera iactat, neque ſecus quàm ſolẽt D
milites vexilliferi,hìc exultat,vulnera circunferẽs.Sed quam ob cauſam hoc dicit? Quouis ſermone, quauis inquit,voce clarius per hæc me purgo.Hæc nanq; vocem tuba ſublimiorem emittũt aduerſus eos qui mihi cõtradicunt, prædicántque me ſimulare dogma,& ad placandũ homines aliquid dicere. Etenim ſi quis militem videret ex acie cruentatũ prodiiſſe, innumeris vulneribus ſaucium: num poſſet illum ignauiæ proditionisq; damnare, argumenta fortitudinis in ipſo corpore geſtantem:De me quoque igitur,inquit,ſimiliter iudicate.Et ſi quis nolit meam excuſationem audire,animumq; meum cognoſcere,ſpectet vulnera, quæ certiorem exhibent probationem, quàm hæc verba, quàm epiſtola.Exordiens enim epiſtolam, ex ſubita ſui mutatione,ſyncerũ animũ ſuum,fuciq; expertem euidenter oſtendit:finiens verò declarat idem,ex periculis huius

mutationis cauſa toleratis. Nam ne quis diceret,recto quidem animo mutatus eſt, verũ non perſtitit in eodẽ propoſito,teſtes allegat,ſe etiam perſtitiſſe, nimirũ tentationes,pericula,plagas. Deinde poſteaquam ſe diluci dè purgauit de omnibus, declarauitq;, quòd nihil eorum quæ dicta ſunt, dixerit animo commoto,aut odij cauſa,ſed immobilem erga illos charitatis affectũ, rurſus hoc ipſum confirmat, claudens orationem precatione,plena bonis innumeris,hunc in modum loquẽs:

Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cũ ſpiritu veſtro fratres, Amen.

Hoc extremo verbo, cunctis quæ prius dicta ſunt, ſignaculum addidit.Non enim ſimpliciter dixit,vobiſcum, quemadmodum de cæteris, ſed ait,cum ſpiritu veſtro: auocans illos à carnalibus, & vbique demonſtrans dei beneficentiam, gratiarq; commonefaciens quam acceperant,per quam poterat illos ab omni errore Iudaico reuocare. Nam & ſpiritum accepiſſe non erat legalis inopiæ, ſed iuſticiæ, quæ eſt ſecundum fidem: nec acceptum tenere, erat ex circunciſione, ſed ex gratia. Ea propter admonitionem clauſit deprecatione, ſpiritus ſimul & gratiæ mentionem refricans,& fratres alloquens, & deum inuocans, vt his perpetuo fruantur,† & duplici muro quæ prius dicta ſunt,com- † *& duplici modo homines illos communiẽs.* muniens. Siquidem hæc ipſa precatio cõſummata doctrina eſt eorum quæ dicta ſunt, duplicis muri vicẽ illis exhibens.] Nam & doctrina commonefaciens illos quantum bonorum accepiſſent, magis continet illos in eccleſiæ dogmatibus,& precatio gratiam inuocans, & in iiſdem perſeuerare ſuadens,non ſinit ſpiritum ab illis diſcedere:quo quidem in illis manente,non aliter ac puluis, diſpellebatur omnis eiuſmodi dogmatum fallacia. *Quãdo quidem iſtud, nẽpe precatio & confirmata doctrina duplicis muri vicem exhibet.*

FINIS.

DIVI IOANNIS CHRYSOTSOMI, IN EPISTOLAM D. PAVLI AD Epheſios, Argumentum à Vuolfgango Muſculo latine conuerſum.

EPHESVS Aſiæ Metropolis eſt. *Act.19.d.a* Conſecrata fuerat autem Dianæ, quam illic potiſsimũ veluti deam colebant, tantáque erga illam ſuperſtitione tenebantur, vt vel nomen eius,qui templum illius incẽderat, inuulgatũ iri non ſuſtinuerint:exuſtum enim eſt.Beatus vero Ioannes Euangeliſta plurimum illic cõuerſatus eſt. Illic ſiquidem & exilio damnatus eſt, & vitam finiuit: illic & Timotheum reliquit Paulus,iuxtà quod ad illũ ſcribens dicit:Quẽ- *1.Tim.1.d* admodum rogauit te, vt maneres Epheſi. Multi quoque philoſophorum,maxime qui in confiniis Aſiæ floruerunt, in hac vrbe fuerunt. Dicitur & Pythagoras *Epheſus fit quens philoſophos.* hinc prodiiſſe.Illud vtcunque ſit, interea tamẽ iſthinc eſt omnis illa Ionica ſchola. Quin & qui eũ Parmenide,Zenone,Democritóque fuerunt: imò & adhuc hodie multos illic philoſophos inuenire licet. Iſta vero mihi non prẽter rationem dicuntur,ſed vt oſtendam, quàm ad illos ſcribenti Paulo multum diligentiæ fuerit opus.Dicitur & illis,tanquam iam imbutis,profundiora ſpiritualium ſenſuum concrediſſe. Eſt autem hæc epiſtola ſublimibus referta ſenſibus ac dogmatibus.Scribit vero illam ex Roma vinctus, quemadmo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Capite vltimo. dum & ipse dicit: Orate pro me, vt detur mihi sermo in apertione oris mei, vt cum libertate notum faciam mysterium Euangelij, pro quo legatione fungor in cathena. Abundat autem, vt dixi, vehemẽter sublimibus & excellentibus sensibus. Nam quæ ferè nusquam loquutus est hic loquitur, vtpote cum dicit: Vt nota fiat principatibus ac potestatibus in cœlestibus per ecclesiã † *confusi tauit.* multiformis sapientia dei. Et iterũ: † Excitauit, & simul cum eo sedere fecit inter cœlestes. Et: Quod aliis generationibus non est manifestum, sicut nunc reuelatũ est *Cap.3.* sanctis ipsius Apostolis ac prophetis in spiritu, nimirũ quòd gentes cohæredes sunt & eiusdem corporis, consortèsque hæreditatis ipsius in Christo.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, ENARRATIO IN EPISTOLAM AD EPHESIOS, VUOLFGANGO MUSCULO INTERPRETE. HOMILIA PRIMA.

Cap.I. PAVLVS *apostolus Iesu Christi, per voluntatem dei, sanctis qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu. Gratia vobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo.* Vide illud (per) deo patri tribuit. Quid igitur? Minorem illum dicemus? Nequaquam. Sanctis, inquit, qui sunt Ephesi, & fidelib⁹ in Chri- *Notat Arrianos.*

sto Iesu. Ecce sanctos vocat viros, & liberos habentes, & vxores & famulos. atque istud ex fine liquet epistolæ, vt quãdo dicit: Mulieres propriis viris subdite estote. *Infra.5.e & 6.a* Et rursus filij obedite parẽtibus vestris. Et: Serui obedite dominis. Consideremus autem quanta nunc obtineat socordia, quo modo quæ virtutis sunt rarescãt, quantáque tum temporis copia fuerit eorum qui virtuti studebant, ita vt & mundani homines sancti ac fideles vocarentur. Gratia vobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Gratiam vbi dixit, mox deum patrem vocauit. Nam istud gratię huius signum *Gala.4.b* est. Quo modo? Audi ipsum alibi dicentem: Quoniam filij estis, misit deus spiritum filij sui clamantem, Abba pater. Et domino Iesu Christo. Nostri quippe gratia Christus factus est & in carnem venit. *Benedictus deus,* inquit, *& pater domini nostri Iesu Christi.* Ecce deus incarnati, si vero nolis, at verbi dei pater. *Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in cœlestibus, in Christo.* Iudaicam benedictionem hic notat. Nam & illa benedictio quidem erat, sed non spiritualis. Quale est quod legi- *Nume.6.* mus: Beneditat te deus, benedicet filios vteri tui, bene- *Deute.7.* dicet introitum tuum, & exitum tuum. Hic vero non ita. Sed quid? In omni benedictione spirituali. Quid enim adhuc desideras? Immortalis factus es, factus es liber, factus es filius, iustus es factus, factus es frater, factus es cohæres, simul regnas, simul glorificatus es, omnia tibi gratuito data sunt. Quo modo, inquit, non & omnia nobis cum ipso largietur? Primiciæ tuæ adorantur ab angelis, à Cherubim, à Seraphim, Quid quæris *Rom.8.f* amplius? In omni benedictione spirituali. Nihil hic carnale. Propterea omnia illa exemit Christus, cum diceret: *Iean.6.* Tribulationem habebitis in mundo, vt ad ista nos subduceret. Quemadmodum enim qui carnalia complectuntur spiritualia ne audire quidem possunt, † ita spiritualia possidentes, frui nequeunt illis,] nisi carnalibus prius abstineant. Quid est spiritualis benedictio in cœlestibus? Non in terris, inquit, quemadmodum apud Iudæos legimus, nempe, Bona terrę comedetis, terram ingrediemini fluentem melle & lacte, benedicet deus terrã tuam. Hic vero nihil tale, sed quid? Qui dili *Iean.14.d* git me, præcepta mea seruabit, & ego & pater ad eũ ve- *Nume.13.c* niemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui audit *Deuter.11.a* sermones meos hosce, illósque facit, comparabitur vi- *Iean.14.c* ro prudẽti, qui domum suam supra petram ædificauit, *Matth.7.d* & flauerunt venti, & venerunt flumina, & irruperũt in domum illam, & non cecidit. Fundata enim erat supra petram. Petra vero illa quę est, nisi res spirituales, omnĩ mutatione superiores? Quisquis enim, inquit, confitebi- *Matt.10.d* tur me coram hominibus, confitebor & ego ipsum co- *Luca.12.b* ram patre meo in cœlis. Et quisquis negauerit me, ne- *Matt.5.a* gabo ipsum & ego. Et iterum: Beati mũdo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Et rursus: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnũ cœlorum. Item: Beati estis persequutionem ferentes iusticiæ gratia, quoniam merces vestra multa est in cœlis. Vides vbique cœlos, nusquã terram, neq; quę sunt in terra? Et iterũ: Nostra *Philip.3.d* conuersatio in cœlis est, vnde & saluatorẽ expectamus dominum Iesum. Item: Non quæ super terram sed quę in cœlis sunt sapientes. In Christo Iesu. Hoc est: Quæ sunt per Christum Iesum. Non erat per Mosem ista benedictio. Itaque nõ solum benedictionis qualitate, sed & ipso mediatore nos excellimus. Quemadmodum & *Hebr.3.a* in ea quæ ad Hebræos est dicit, Et Moses quidem fidelis erat in omni domo ipsius, veluti minister, in testimonium dicendorum: Christus vero tanquã filius supra domum suam, cuius domus sumus nos. *Quemadmodum & elegit nos in ipso, antequam fundaretur mundus, vt essemus sancti & irreprehensibiles coram illo.* Quòd autem dicit, huiusmodi est: per quem benedixit nos, per hunc & elegit. Ipse igitur illic omnia illa nobis dabit. Ipse iudex est, qui dicet: Venite benedicti patris mei, possidete hæ- *Matt.25.d* reditario regnum à fundato mundo vobis præparatum. Et iterum, Vbi ego sum, volo vt illic & ipti sint. Et *Iean.17.d* in omnibus ferè epistolis diligenter istud ostendit. nimirum non esse recentiora quæ nobis obueniunt, sed ab initio diuinitus præfigurata, neque esse ex pœnitentia, sed ita dispensata ac præfinita, idque multa prouidentia. Quid est autem, elegit nos in ipso? Per fidẽ quæ in ipsum esset, istud Christus, antequã nascceremur, dispossuit, imò priusquam orbis fundamenta iacerentur. Et bene est quòd dicit, antequam fundaretur mundus, veluti ab altitudine quapiam magna iacto fundamento fundatum esse ostendens. Magna quippe & ineffabilis est altitudo dei, nõ loci ratione, sed recessu naturæ: multumq; discriminis est inter opificem & opificium. Erubescant hæretici ista audiẽtes. Ad quid autẽ elegit? Vt essemus sancti atq; irreprehensibiles corã ipso. Itaque ne putes, quoniam elegit, solam sufficere fidem, & vitam adiicit: Propterea elegit, inquit, & ad hoc, vt sancti simus atque irreprehensibiles. Elegerat aliquãdo & Iudæos. † Qualis est hic populus inquit, quem elegit ex † *Ecquam* Gentibus?] Quòd si homines, si quando eligunt, opti- *dem ã assi-* ma sibi deligunt, multo magis deus. Eligi vero & diui- *mi electã gẽ* næ benignitatis indicium est, & virtutis eorum qui eli *tem? Elegit* guntur. Omnino siquidẽ probatos elegit. Sanctos nos *sanè ex gen* ipse fecit: verum oportet vt sancti maneamus. Sanctus *tib⁹*] *God.* autem est, qui fidei cõsors est, *immaculatus vero, qui *ἄμωμος,* vitam habet irreprehẽsibilem. Rursus sanctimoniam, *id est, imma*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sanctus, inculpatus, irreprehensibilis.

& vitæ perfectionem non ſimpliciter quærit, ſed vt coram ipſo tales appareamus. Nam ſancti quidam ſunt & irreprehenſibiles, ſed ab omnibus ita æſtimati, nimirũ ſimiles dealbatis ſepulchris, & ouium pelles habentes. *Matth.23.c* At tales non quærit, ſed quales propheta dicit: Et ſecundum puritatem manuum mearum. Quam? In conſpectu, inquit, oculorum eius. Sãctimoniam quærit quam videat oculus dei: ſiquidem & talium acta recte facta ſunt. Rurſus ad gratiam ipſius redit. Neque enim ex laboribus, ſed ex dilectione eſt: imò neque ex dilectione ſolum, ſed & ex noſtra quoque virtute. Nam ſi ex ſola eſſet dilectione, oporteret omnes ſaluari. Rurſus ſi ex ſola noſtra virtute eſſet, ſuperfluus fuiſſet & Chriſti aduentus, & quæcunque per illum diſpenſata ſunt. Itaque neq; ex ſola dilectione, neq; ex ſola noſtra virtute eſt, ſed ex vtriſq;. Elegit enim nos, inquit, eligens vero, nouit quid eligat. (in dilectione, inquit, prædeſtinãs nos) Sed neminem vtiq; ſua virtus ſaluauit, dilectione dei non exiſtente. Dicas enim velim, quid Paulus profeciſſet, quidq; deſignaſſet egregij, niſi illum Chriſtus quoque è ſupernis vocaſſet, diligendoq; ad ſeipſum traxiſſet? Alioqui & hoc dilectionis eſt, non noſtræ virtutis, quòd tantis nos rebus dignatus eſt. Virtuti quippe deditos nos fieri, ac credere, accedereque, & hoc ipſum quidem vocantis erat. Veruntamen ſimul & noſtrum. Quòd vero tantis honoribus accedẽtes afficit, vt mox ex inimicicia in adoptionem filiorũ dei transferat, excellentis reuera dilectionis eſt. *In dilectione*, inquit, *prædeſtinans nos, vt adoptaret in filios per Ieſum Chriſtum in ipſum.* Vides quo modo nihil geratur ſine Chriſto? Quo modo nihil ſine patre? Ille prædeſtinauit, iſte adduxit. Et hæc ideo ponit, vt quæ facta ſunt extollat, quemadmodum & alibi dicit: *Rom.5.b* Non ſolum autem, ſed & gloriamur per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Nam magna quidem ſunt quæ data ſunt, multo vero maiora ex eo fiunt quòd per Chriſtum traduntur, quòd non ſeruorum quempiam ad ſeruos, ſed ipſum vnigenitum miſit. *Iuxta beneplacitũ*, inquit, *voluntatis ſuæ.* Hoc eſt, propterea quòd vehementer hoc vult, concupiſcentia eius, vt ita dicam, iſta eſt. Vbiq; ſiquidem beneplacitũ, præcipua voluntas eſt. Nam & alia quædam voluntas eſt, exempli gratia, prima eſt voluntas illa, qua eos perire non vult, qui peccauerant. Secunda vero, qua perduntur qui mali facti ſunt. Nam non neceſsitas quędam illos punit, ſed voluntas, Tale quid & in ipſo Paulo videre eſt, vt quando dicit, volo omnes homines eſſe ſicut ego ſum. Rurſus, volo iuniores nubere, filios gignere. Beneplacitũ igitur primariam volũtatem dicit, vehementem ſcilicet, & quæ cũ deſiderio & concupiſcentia ſit, quam habet erga nos. Neq; enim vel * impuriorem dictionem, perſpicuitatis gratia, vſurpare recuſabo. Quod nos dicimus ad ſimpliciorum perſuaſionẽ & cõfirmationem & ad noſtram quoque perſuaſionẽ, hoc eſt, vehemẽter concupiſcit, vehemẽter deſiderat noſtram ſalutẽ. Quamobrem ita diligit? Solius ſcilicet bonitatis ſuæ gratia. Gratia ſiquidẽ, bonitas eſt. Propterea dicit: In adoptionẽ filiorũ nos prædeſtinauit volens, idq; vehemẽter volẽs, ad hoc vt cõſpicua reddatur gratiæ ſuæ gloria. *Iuxta beneplacitũ*, inquit, *voluntatis ſuæ, vt laudet gloria gratiæ ſuæ qua charos reddidit nos in dilecto.* Vt probet inquit, gloria gratiæ, in qua charos nos reddidit in dilecto. Itaq; ad hoc gratiã ſuam impendit, ad laudem videlicet gloriæ gratiæ ſuæ: & vt oſtendat gratiam ſuam, manẽs in illa: vt laudetur, inquit, gloria gratiæ ſuæ, vt ſint qui laudent, qui glorificent, nos, angeli, archangeli, imò omnis creatura. Et quid tum? Nihil: numen enim nullius eget. Cuius ergo gratia vult à nobis prædicari & glorificari? Ad hoc ſcilicet, vt feruentior nobis in ipſum dilectio innaſcatur. Nihil enim deſiderat eorum quæ apud nos ſunt, niſi ſolam noſtram ſalutem, non miniſterium, non gloriam, aut aliud quippiã. & huius gratia nihil non facit. Is enim qui gratiã ſibi factam laudat ac ſtupet, & attentior erit & diligentior. Qua gratioſos nos reddidit, inquit: Non dixit, quã largitus eſt, ſed qua gratioſos nos reddidit. Hoc eſt: Non ſolum peccatis liberauit, ſed & dilectos amicos effecit. Quemadmodum enim ſi quis ſcabioſum quendam, peſte, morbo, ſenio, paupertate pariter ac fame corruptũ nactus formoſum mox adoleſcẽtem reddat, qui quoſuis venuſtate ſuperet, vehementem ſplendorem ex genis emittat, ipſaq; fulgura oculorum repercuſsionibus obſcuret, quem deinde & in ipſum ætatis florem cõſtituat, atque inſuper & purpura, & omnigeno mũdo veſtiat atq; diademate exornet: nõ aliter animam noſtrã deus & elaboratam & pulchram, & deſiderabilẽ ac dilectam reddidit. Nam & angeli & archãgeli, & omnes ſancti, ad huiuſmodi animam introſpicere deſiderant. Ita videlicet nos & gratioſiſsimos fecit & ſibiipſi deſiderabiles. Concupiſcet enim, inquit, rex ſpeciem tuam. *Pſal.44.c* Vide quippe quàm ante iſtam gratiã nocitua, & q̃ nunc gratioſa loquamur. Iam non amplius diuitias, non amplius quæ in hoc ſeculo, ſed cœleſtia & quæ in cœlis ſunt admiramur. Nunquid gratioſum hunc dicimus puerulum, qui cum corpuſculi elegantia, multam etiã in verbis gratiã habet? Tales ſcilicet ſunt fideles. Vide qualia loquantur initiati. Quid huiuſmodi ore poterit eſſe gratioſius, q̃ & admiranda loquitur, & mũdo corde, mundiſq; labiis myſticæ huius menſæ communionẽ, multa animi claritate ſimul & fiducia ſumit? Quid gratioſius his verbis, quibus diabolo renũciamus, quibus Chriſto nomen damus? Quid iucundius illa cõfeſſione quæ & ante & poſt lauacrum fit? Conſideremus quot noſtrũ ſint, qui baptiſmũ corruperimus, ingemiſcamuſq;, quatenus ipſum denuo recipere liceat. *Per dilectum*, inquit, *in quo habemus redemptionẽ per ſanguinẽ ipſius.* Quo modo? Non ſolum quòd filium dedit admirandum eſt, ſed & quòd ita dedit, vt occiderit ipſum dilectum. Multa hic excellẽtia. Dilectum pro exoſis dedit. Vide quãto honore nos adfecerit. Si cum ipſum odio proſequebamur, inimicique eramus dilectum dedit, quid deinceps non faciet, poſteaquam illi per gratiam reconciliati ſumus? *Remiſſionem*, inquit, *peccatorum.* † Ad inferiora deſcendit adoptionem primum, & ſanctimoniam, & quòd irreprehenſibiles nos eſſe oportet, ponens, & tum demum paſsionem: ‖ non minuens neq; à ſcẽdit: cùm magnis ad modica ſermonem deducẽs, ſed à modicis ad magna conſcendens. Nihil enim ita magnum eſt atque ſanguinem dei prõ nobis effundi. Adoptione etiam aliiſque donis omnibus maius eſt, quòd neq; filio pepercit. Magnum eſt quòd peccata remiſſa ſunt, ſed maius eſt, q̃ per ſanguinem dominicum remiſſa ſunt. Quòd enim iſtud reliquis omnibus multo ſit maius, vt de quo modo & hic ſuccinuerit, dicens: *Iuxta diuitias grat. ſuæ, de qua vbertim nobis impartiuit.* Nam diuitiæ quidem ſunt & illæ, multo vero magis iſtæ. De qua vbertim, inquit, nobis impartiuit. Et diuitiæ, & effuſæ. Hoc ſcilicet eſt vbertim impartiuit. Nequit ſermone cõprehẽdi, quib⁹ beneficiis affecti & honorati ſimus. Diuitiç ſiquidem hic etiam exuberãtes ſunt. Ad hæc & ad exuberantiam illas dedit. Diuitiæ exuberantes, non homi-

Voluntas dei duplex eſt, primaria ſcilicet & ſecũdaria. Sine vt alij loquuntur, antecedens & cõſequens.

** κοινοτέρᾳ, communiorẽ, vulgarem promiſcuam vulgo magis cognitam.*

† *A ſuperiorib⁹ ad inferiora deſcendens, tum demum paſsionem primum ſedit: prius dixiſſet filiorum adoptionẽ, ſanctificationem, irreprehenſibiles, tum demum paſsionem ponit.*

ἐυδοκία quid ſit.

num, sed dei, ita vt omnino immensæ dici debeant.

In omni sapientia & prudentia patefacto nobis arcano voluntatis suæ. Hoc est, sapientes ac prudentes efficiens, veram dedit & sapientiam & prudentiam. Papæ, quanta dilectio. Nam mysteria sua nobis ostendit. *Voluntatis suæ*, inquit. Quasi dicas: Secreta cordis sui nobis manifestauit. Nam hoc est mysterium quod & omni sapientia refertum est & prudentia. Quid enim hac sapietia maius quæres? Qui nullius planè momenti erāt, istos reperit quo modo ad diuitias cueheret. Quidnā poterit egregiæ huic solertiæ conferri? inimicus & exosus confestim sublimis redditur. Et istud nō solum, sed & in hoc tempore, quod & ipsum sapietiæ erat. Longo enim sermone hic opus esset, quo modo & illud quod per crucem res ista facta est, sapientię fuerit, & quo modo rursus sapientes nos reddiderit. *Iuxta beneplacitum suum, quod proposuerat in ipso.* Hoc est: † hoc concupiuit, hoc parturiit. Vtinam esset, qui mysterium istud nobis edicere posset.] Quale vero istud est? Quod hominem in sublimi sedere vult. Istud autem vult. *Ad dispensationem plenitudinis temporū, vt summatim instauraret omnia in Christo tam quæ in cœlis sunt, quàm quæ in terra, in ipso.* Auulsa, inquit, à terrenis erant cœlestia. Non habebant vnum caput. Nam iuxta creationis quidē rationem, deus vnus erat, iuxta vero domesticam obedientiam, non erat, errore gentili nusquam non diffuso, sed abalienati erant ab ipsius obedientia. Ad dispensationem, inquit, plenitudinis temporum. Idem vocat plenitudinē temporum. Vide quàm diligenter loquatur. Principium quidem, propositum, consilium, primum motum ab ipso patre esse: † plenitudinem vero, quę operum est, per Christum fieri demōstrat, nusquam ipsum ministrum nominans. Elegit nos, inquit, in ipso, prædestinans nos in adoptionē filiorum per Christum Iesum in ipsum, & in laudē gloriæ gratiæ suæ, in quo habemus redemptionem, per sanguinem ipsius, quam proposuerat in ipso, ad dispēsationem plenitudinis temporum, vt summatim instauraret omnia in Christo: atq; ita nullo modo ministrum ipsum esse dixit. Si vero, in, & per, * ministri sunt, vide vbi rem istam inuertat. Mox enim atque epistolam esset exorsus, per voluntatem, inquit, patris. Pater voluit, inquit, filius * inoperatus est. Sed neque filius extra operationem atq; efficaciam ob id est, quòd pater voluit, neque pater voluntate sua priuatus est, quòd filio rem ipsam perfecit: sed omnia pariter & patri & filio communia sunt. Nam omnia mea, inquit, tua, & quæ tua, mea sunt. Plenitudo vero temporū aduentus erat ipsius. Quoniā igitur nihil non tentauerat, cum per angelos tum per prophetas ac legē, nihilo vero res melius habuerat, sed eo periculi venerat, vt frustra factus esset homo, frustra productus: imò ad malū etiā, omnibus in vniuersum perditis, idq; magis quàm in diluuio: dispensationem hāt, quę per charitatem esset, inuenit, ne frustra & inaniter factus esset homo. Plenitudinē etiam hanc temporum, sapientiam dei dicit, qua genus humanum tum saluauit, quando potissimū periturū erat. Vt summatim instauraret, inquit. Quid est ἀνακεφαλαιώσασθαι Coaptari. Sed demus operam vt veritatem ipsam propius accedamus. Nam apud nos quidem, & cōmuni vsu, ἀνακεφαλαίωσις dicitur, quando quæ longo sermonis tractu fuse dicta sunt, in compendium ac breuem summam contrahuntur, atq; omnia quę copiose dicta sunt, breuiter dicuntur. Atque id etiam hic est. Nam quæ longo tempore dispēsata sunt, in ipso summatim resumpsit, hoc est, abbreuiauit (ser-

† hoc concupiscebat, quasi quis dicat, hoc parturiebat vt nobis euulgaret mysterium istud.

† implētionē

*dictio, per diminutionem nō denotat, cùm etiam patri apponatur.

* ἐνέργησεν. i. effecit, executus est.

Ioan. 17. b

ἀνακεφαλαίωσις. quid sit.

Roma. 9. f

monem enim, inquit, consummans & abbreuiās in iusticia) & illa complexus est, & alia adiecit: hoc est scilicet summaria abbreuiatio. Quin & aliud quippiam hic manifestatur. Vnū omnibus posuit caput, nempe Christum secundum carnem, omnibus, inquam, & angelis & hominibus. Hoc est, alium dederat angelis principatum, & alium hominibus. † Illis quidem quod secundū carnem est, istis] vero verbum deum. Quemadmodū si quis de domo quapiā partim quidē marcide partim vero robuste habente, diceret: Domū hanc iste restauarit, hoc est, firmiorē fecit, firmius fundamentum supposuit: ita & hic deus sub vnum caput reduxit omnes. Nam ad hunc modum vtique fit vnio, ad hunc modū fit fortis coaptatio, quando sub vnum caput omnia coacta insolubili quodam & inuicto nodo è supernis cōtinentur. Tanto itaque dono, tanto honore, tantáque benignitate cum dignatus nos sit deus, ne dedecoremus benefactorem, ne tātam gratiam inanem reddamus, vitam angelicam, angelicam planè oro ac supplico virtutem & conuersationem ostēdamus, quatenus non ad iudicium neque ad condemnationem omnia ista nobis fiant, sed ad fruitionem bonorum: quæ contingat nos omnes consequi gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi &c.

† bis quidē quod secundum carnē est, illis vero] γρ. est τοῖς μέν, τοῖς δέ.

Homilia ij.

IN quo & in sortem asciti sumus, prædestinati secundum propositum ipsius cuius virtute fiunt vniuersa, iuxta consilium voluntatis ipsius, vt simus nos in laudem gloriæ & ipsius, qui priores speranimus in Christo, in quo & vos, audito verbo veritatis Euangelio salutis vestræ, in quo etiam postea quam credidistis, obsignati estis spiritu promissionis sancto, qui est arrabo hæreditatis nostræ in redemptionem acquisitæ possessionis, in laudem gloriæ ipsius. Vbique Paulus ineffabilem erga nos dei bonitatem quantum potuit, conspicuam facere sategit. Quod enim exacte hoc fieri prorsus impossibile sit, audi quid ipse dicat: O altitudo diuitiarum sapientiæ ac scientiæ dei: quàm inscrutabilia sunt iudicia ipsius, & imperuestigales viæ ipsius: veruntamen quoad licet, ostendit. Quid itaq; dicit? In quo & in sortem asciti sumus. Supra dixerat, elegit nos, hic dicit in sortem asciti sumus. At quoniā sors res est casus & euentus, nō propositi liberi neq; virtutis: ignorantiā quippe & * euentum habet, atq; sępenumero relinquens qui virtuti student, eos in mediū producit, qui nullius sunt momenti, vide quo modo istud corrigit. Prædestinati, inquit, secūdum propositum ipsius, cuius virtute fiunt vniuersa, hoc est non temere in sortem asciti sumus, quemadmodum neque temere electi sumus. Deus enim est qui elegit, ita neque temere in sortem asciti sumus (deus enim asciuit) sed secundum propositum. Istud & in epistola ad Romanos scribens dicit: Qui iuxta propositū vocati sunt, quos vocauit, hos & iustificauit, quos iustificauit, hos & glorificauit. Quoniam primum dixerat qui iuxta propositum vocati sunt, volens simul prærogatiuam illam & præcellentiam, qua erant ab aliis discreti manifestare, & sortem quoque adiicit: & ne liberam hic potestatem auferat, id quod magis beatitudinis est, ponit. Sors enim non virtutis, sed, vt dicitur, euentus est: tanquam si diceret, missa sorte nos elegit: omnino vero iuxta delectum liberúmque propositum prædestinatos: hoc est, † prędestinauit quos sibi ipsi delegerat,] iuxta quod nos vidit antequā in sortem asciscēremur. Admiranda siquidem est dei præscięntia, omnia priusquā nascantur cognoscens. Tu vero mihi cō tēplare quo modo nusquam non diligenter in hoc sit, vt ostendat

Quidā habent in quo ipsius.

Roman.

* ἐσφαλται, tum, præpter. ritatem, felicitatem.

† sibi ipsi elegit. Ibidem.

vt ostendat res illas non ex pœnitẽtia priorum, sed ab initio diuinitus ad eum modum præfiguratas esse, vt hac in re nequaquam simus Iudæis inferiores. Atq; huius gratia, proq; re ista, omnia facit. Quo modo igitur, *Matth.15.c* dices, Christus ipse non est missus, nisi ad perditas oues domus Israel: Et rursus, discipulis dixit: in viam gentiũ ne abieritis: & in ciuitatem Samaritarum ne ingrediamini. *Actor.13.g* Et ipse Paulus quoque dixit: Vobis oportebat primum loqui sermonem dei, sed quoniam illum reiicitis, vosque ipsos vita æterna iudicatis indignos, ecce cõuertimur ad Gentes. Ista propterea dicuntur, ne quis hoc putet velut obiter factum esse. Iuxta propositum, inquit, ipsius: cuius virtute fiunt vniuersa: secundũ consiliũ volũtatis ipsius: hoc est, nihil post ista operatus est, omnibus mox ab initio dispositis. Ita ipse cuncta iuxta cõsilium voluntatis suæ inducit, vt non posteaquã Iudei attendere noluerunt, propterea Gentes vocauerit, B siue coactus ab illis siue impulsus. Vt simus nos, inquit, in laudẽ gloriæ ipsius, qui priores sperauimus in Christo, in quo & vos, audito verbo veritatis Euangelio salutis vestræ: hoc est, per quem. Vide Christum omniũ vbique causam esse, ac nequaquam illi nomẽ serui aut ministri tribui, quemadmodum & alibi Hæbræis scribens dicit: *Hebr.1.a* Olim loquens patribus in Prophetis, nouissimis diebus loquutus nobis est in filio, hoc est, per filium. Verbo, inquit, veritatis: non amplius typi, neque imaginis. Euangelio salutis vestræ. Bene vocat Euangelium, salutis Euangelium, partim ad legem, partim ad futurum supplicium elanculum respiciens. Nihil enim aliud est prædicatio, quàm salutis Euangelium, eo quòd non amplius perdit eos, qui tamen vt perderentur digni essent. In quo etiam posteaquam credidistis, obsignati estis in spiritu promissionis sancto, qui est ar C rabo hæreditatis nostræ. Rursus multæ prouidentiæ signum est, obsignari. Non solum, inquam, †prædestinari, neque solum in sortem ascisci, sed & obsignari. Quẽadmodum enim si quis forte delectos manifestos faceret, ita & deus * prædestinauit, ad hoc, vt credant: obsignauit ad hoc, vt ad futura hæreditanda sorte asciscantur. Vides quo modo temporis progressu celebres eos faciat? Nam donec in diuina præscientia detinebãtur, nemini erãt manifesti. Posteaquã vero obsignati sunt, manifesti quoque facti sunt, sed non quemadmodum vos. * Erunt enim præter paucos manifesti. Obsignati sunt & Israëlitæ, sed circuncisione, quemadmodum pecudes & si qua sunt ratione carentia. Obsignati sumus & nos, sed spiritu, vtpote filij. Quid est spiritu promissionis: videlicet, quòd spiritum iuxta promissionẽ accepimus. Duæ siquidem sunt promissiones. Vna quidem D per prophetas, altera vero à filio. Per prophetas, audi quid Ioël dicat: Effundam, inquit, de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri, filiæq; vestræ, & iuuenes vestri visiones videbunt, ac seniores vestri somnia somniabunt. Audi rursus Christum dicentem: *Actor.1.a* Et accipietis virtutem veniente super vos spiritu sancto, & eritis mihi testes non solũ Hierosolymis, sed & in vniuersa Iudæa & Samaria, denique vsque ad extrema terræ. Quãquã, inquit, oportuerit illi, velut deo, fidem habere, verũtamen non ex eo quicquã affirmat, sed non aliter rei certitudinem exquirit, quàm si de homine negocium esset, quemadmodum & in ea quæ ad *Hebr.6.* Hebræos est dicit: Vti per duas res immutabiles, in quibus impossibile est mentiri deum, fortem haberemus consolationem: ita & hic euidẽs indicium de rebus in futurum promissis dedit, nimirum per ea quæ iam data sunt, propterea istud & arrabonem vocat. Arrabo quippe totius pars est. A nobis salutem nostram emit, *Arrabo.* atque interea arrabonem nobis dedit. Quamobrẽ igitur non statim totum dedit? Quoniam scilicet neque nos dum totum perfecimus, Credidimus. Principium hoc est. Ita & ipse arrabonem dedit. Quando fidem nostram ipsis operibus probatam reddiderimus, tũc totũ adiicit. Quin & aliud dedit preciũ, sanguinẽ propriũ, & aliud rursus promisit. Quemadmodum cum gentes bello inter se confligunt, obsides exhibent, ita & deus filium suum, atque qui ex ipso est, spiritum sanctum, pacis ac fœderum pignus dedit. Nam qui vere de spiritu Christi participant, optime illum hæreditatis nostræ arrabonem esse sciunt. Talis erat Paulus, qui & hic ea quæ in cœlis sunt gustauerat, atque ideo & festinabat & parturiebat, & vt præsentia relinquere daretur, anxie gemebat. Aliis siquidem oculis cõtemplabatur, omnem ad cœlestia & futura mẽtis aciem transferens. Nihil in rebus ipsis communionis habes, atque ideo & à verbis excidis. Quòd si spiritus omnes, vt oportebat, consortes essemus, & cœlos vtique cõtemplaremur, & qui illic est, cœlestium statum. Arrabo cuius est? Redẽptionis, acquisitionis. Tũc quippe pura ac plena erit redemptio. Nam nunc quidem & in mundo versamur, & multa humana accidunt, & cum impiis sumus. Pura vero redemptio tum est, quando neq; peccata fuerint, neque affectus humani, neq; cum reliquis omnibus immixti fuerimus. At iam arrabonem accepimus. Nam alioqui & nunc à rebus terrenis defecimus. Non enim super terram est cõuersatio nostra. Et iam extra terrena sumus. Etenim & iam aduenæ sumus. *In laudem gloriæ ipsius.* Indesinenter hoc ponit. Quamobrem? Suffi- C ciens ac validum est ad persuadendum auditoribus. Nam siquidẽ nostri gratia, inquit, ista fecisset, sine hæsitatione vtiq; non fuissemus. Si vero propter seipsum, & vt bonitatem suam ostendat, veluti quoddam testimonium, causam ponit, qua ista nõ aliter fiant, quẽadmodum & apud Israëlitas sursum ac deorsum dici videmus, nempe. Fac nobis propter nomen tuum. Et iterum de° ipse. Faciã, inquit, propter meipsum. Et Moyses, fac nobis propter nomen tuum, siquidẽ nullius alterius gratia facturus es. Hoc quippe auditores certos ac quietos facit, cognoscẽtes quòd omnino deus propter suam bonitatem quicquid promiserit facturus sit. *Psal.108.* *Esaiæ.48.*

†separari. *ἀφορίσαι. ἀφορίσαντος. ἀφορίσαι. Interpres hic aliquot locis περιόρισαν legisse videtur.* *ἔσονται γὰρ πλείονες ὀλίγων δίκαιοι.* *Ioel.2.g*

Moralis exhortatio.

Interea tamen ista audientes non socorditer agamus. Licet enim propter seipsum faciat, nihilominus tamen & quæ nos concernunt exigit. Etenim si dicit, glo- *1.Reg.2.f* rificantes me glorificabo, & qui contẽnunt me erunt ignobiles, cogitemus quòd & quæ nostra sunt quærat. Præconium est gloriæ ipsius, quòd inimicos saluat, sed eos, qui posteaquam amici facti sunt, amici perseuerant. Quòd si ad priorem inimiciciam denuo fuerint relapsi, frustra & inaniter fient omnia. Non enim alterum est lauacrum, neque altera rursus reconciliatio, *Hebr.6.a & 10.c* sed terribilis quædam expectatio iudicij, & ignis vehementia, qui deuoraturus est aduersarios. Nam si nos, etiam cum illi perpetuo inimici fuerimus, nihilominus honore dignaturus esset, ab inimiciciia non cessaremus, & deliciantes, & peiores facti, & præsente iusticiæ Sole excæcati. Non vides Solis radium oculos tuos aperientem, quàm bonos illos, sanos, & acutos faciat? Veram tibi lucem ostendit & exhibuit. Quòd si fugiens ipsam, ad tenebras denuo eucurreris, quam habebis excusationem? quam veniam? Nullam scilicet.

scilicet. Esset enim istud odij nefarij signum. Cùm enim deum non noueras, illi repugnans veniam quo modocunque tandem aliquam adipisci valebas: postcaquam vero ipsius bonitatem & dulcedinem gustaueris, si rursum eo relicto ad vomitũ tuum reuertaris, nihil aliud quam magni odij & contemptus signa præte fers. Nó, inquis, hoc est: sed ab ipsa natura cogor & impellor. Christum enim diligo, à natura vero cogor. Quòd si necessitatem & violentiã pateris, veniam habebis: si vero per socordiam decidis, nõ item. Sed age, scrutemur hoc ipsum, vtrum ex necessitate & violentia, an ex socordia multáque oscitantia, peccata committantur. Non occidas, inquit. Quę est hic necessitas? quæ coactio? † Itaque non occidere, nullam habet violentiam. ¶ Quis enim nostrum gladium velit in guttur proximi sui immergere, cruẽtámque facere dexteram? Nemo. Vides quòd contrario modo peccare magis sit coactio & violentia? Indidit quippe magis naturæ nostræ deus hunc amorem, vt alius alium vicissim diligamus. Omne siquidem animans, inquit, quod sibi simile est diligit, & homo proximum suum. Vides quòd ab ipsa natura habeamus ad virtutẽ indita seminaria? Quæ vero maliciæ sunt, præter naturã sunt. Quòd si illa magis in nobis obtinẽt, vtique segniciei nostræ indicium est. Quid vero in adulterio? Quæ hic necessitas impellit? Certe, inquis, concupiscentiæ tyrannis. Quamobrem dic quæso? An non licet vti propria vxore, tyrannidẽmque istam compescere? Sed amor, inquis, quispiam me erga proximi vxorem corripuit. Neque istud adhuc violentiam habet. Amor enim non est necessitas. Nemo ex necessitate, sed ex libero voluntatis proposito suapte sponte amat. Commiscerí, forte necessitatis fuerit: cum illa vero vel illa, neque necessitatis neque concupiscentiæ res est, sed vanæ gloriæ, contumeliæ, deliciarúmque, quæ mensuram iustam excedãt. Vtrum enim dic quæso, rationi consonum magis fuerit, eam quæ desponsatione tibi est obstricta, quæq; in procreatione liberorum consors est, talẽ habere, quam ames, an eam quæ tibi non ita est cognita? An ignoras, q̃ ex consuetudine generantur amiciciæ? Itaq; non est naturę peruersus hic amor. Non culpo concupiscentiã quæ propter nuptias, liberorúmque generationem tradita est, non propter adulterium, aut corruptelam. Norunt & ipsæ leges necessitate peccantibus ignoscere. Imò nullum est peccatum ex necessitate, sed omnia ex contemptu & incõtinentia fiunt. Naturam enim deus non ita creauit, vt peccandi necessitatem habeat. Istud quippe si esset, nulla fuisset vnquã peccatorum pœna. Neq; nos etenim in iudicium vocamus, si qui ex necessitate & violentia quicquam committunt, quanto minus deus adeò benignus ac bonus? Sed quid furtum? Num necessitatem habet? vtique dices: siquidem istud rerum penuria facit. Atqui rerum penuria magis ad laborem quàm ad furtum impellit. Contrarium itaque paupertas facit. Nam furtum segniciei est, paupertas vero non segniciem, sed erga mẽdicos benignitatem gignere solet. Itaque & istud socordiæ est, id quod hinc discas. Vtrũ enim, dic oro, difficilius ac molestius, noctu peruigilem circuire, parietes perfodere, in tenebris ambulare, animã in manibus habere, ad cædem instructum tremere, timoreq; emortuum esse, an quotidianis laboribus intẽtum & securitate frui & libertate? Posterius hoc facile est, & quoniam facile est, plures hoc faciũt, quàm illud. Vides quòd iuxta naturam sit virtus, præter vero naturã malicia: quemadmodum se habẽt & morbus & sanitas? Mendacium autem & periurium quam necessitatem habent? Nullam prorsus habẽt vel necessitatem, vel violentiam, sed voluntarij mẽtimur, & peieramus. Diffiditur nobis, inquis. Quoniam ita volumus. Licebat enim nos ita habere, vt magis nobis ex vitæ moribus quàm ex iuramẽtis crederetur. Quî nanque fit, quæso, quòd quibusdam iuratis etiam non credimus, quosdam vero præter iuramentum fide dignos arbitramur? Vides quòd nequaquam opus sit iuramentis? * † Quòd si quispiã quid loquitur, & ego illi sine iuramento credo, tu vero cum iuramẽto, Igitur superfluum erit iusiurandum, & magis incredulitatis quàm fidei indicium. Nam ad iurandum facilẽ esse, non permittit pietatis opinionem habere. Itaq; qui maxime ac indesinenter iuramento vtitur, is nequaquã iuramenti necessarium habet vsum: qui vero nusquam illo vtitur, is vsu illius fruitur. Vsus illius ad hoc est, inquis, vt fides asserenti fiat. Videmus vero eos potissimum fidem mereri, qui nihil iurant. At contumelioſum esse, quid? Num necessitatem habet? Certè, inquis. Nam hic ira exagitat & inflammat, mentemq; quiescere non patitur. Contumeliam & violentiam inferre, non iræ est, ô homo, sed pusillanimitatis. Quòd si irę esset, nemo hominum iratus euaderet, quin contumeliari cogeretur. Irã habemus, non vt contumelias proximo inferamus, sed vt peccantes conuertamus, vt excitemur, ne socordes ac segnes simus. Ira nobis stimuli instar indita est, vt dentibus etiam aduersus diabolũ frendamus, vt vehementes aduersus illum simus, nõ vt alius contra aliũ inuicem sꝛemus. Arma habemus, non vt nos ipsos mutuo impugnemus, sed vt armatura aduersus hostẽ nostrum vtamur. Iracundus es? Esto talis aduersus tua ipsius peccata, animã tuam obiuga, conscientiã tuam flagella, esto vehemens hic arbiter & amarus iudex propriis peccatis. Hic videlicet sit iræ fructus. Propterea illam nobis indidit deus. Sed rapina ex necessitate est? Nullo modo. Quæ nanq; dic oro, aliena rapere necessitas fuerit? quæ violentia? Paupertas, inquis, hoc facit, & † inopia necessariorum. Atqui propterea non debes rapinam exercere. Nam tales diuitiæ incertæ sunt. Tu vero tales congregans, non aliter facis, quàm si quis rogatus, cur in arenam ędificij sui fundamenta iaciat, respõdeat, propter tẽpestatis ac pluuiæ metũ. Atqui ob id ipsum non debebat fundamentũ in arenam locari. Nam ita ventus ac nimbi mox illud subuertunt. Itaq; si ditescere voles, neminẽ circunuenias. Si liberis tuis voles diuitias tradere, iustas acquire, siquidẽ tales vspiã sunt. Illæ quippe manent, ac firmę persistunt, Quę vero tales non sunt, cõfestim pereunt, ac corrumpũtur. Ditescere vis, oro, & quæ aliorũ sunt rapis? Atqui istud non est diuitias habere, sed diuitias habere est, quæ propria sunt, possidere. Qui vero aliena habet, diues vtique non est. Alioqui & qui serica vẽdunt indumenta, ab aliis accepta, & abundantiores & ditiores omnibus dicerentur. Interea quippe dum vendũt, illorum sunt. Et tamen illos propterea diuites non vocamus. Quamobrẽ? Quoniam aliena habent. Nam etiam si vestimenta illorum sint, precium tamen illorum non est. Immo etiã si precium illorum sit, diuitiæ tamen istæ non sunt. Quòd si commissa illa commercia diuites non faciũt, eo quòd illis mox sit carendum, quo modo quæ ex rapina sunt, facient? Si vero omnino ditescere cupis (res enim ista necessaria non est) quã nam in re cupis abundantior esse? an in vitæ longitudine? At qui ex rapto ditescunt, modico plerunque tempore durant. Nam sæpenumero rapinæ &

† violentia equidem est aduersus naturã, dũ alium occidis. Ecclĩas.

Animã in manibus habere.

* Locus hic ĩ græco corruptus videtur, puto autem sic legi posse.

† Quod si ille talia dixerit, inquiũt, si vel iniurato ei diderim, ibi vere se irato quidem. Iræ vsus.

† metus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ro rapinæ & impostur̃e pœnas dant, mortem videlicet immaturam, idque ita vt possessis nisi breui momento frui non liceat, & abeuntes gehennam sortiuntur. Fit vero & hoc sæpe, vt ex deliciis, laboribus & curis ægritudines sibi ipsis conscisc̃ant, & pereant. Velim cognoscere quanam ratione diuitiæ tanto studio ab hominibus affect̃etur, & quer̃antur. Atqui deus propterea mensuram ac terminum naturæ posuit, ne vel aliquam haberemus diuitias affectãdi necessitatem. Vtpote quòd vno aut altero vestimento corpus amicire iussit, ita vt nullus sit ad tegẽdum superfluorum vsus. Vnde igitur sunt, & quò pertinẽt innumera illa vestimenta, à tineis etiam comesta? Definita est ventris mensura, vltra quã quicquid illi fuerit datũ, necessario omne viuum corrumpit. Ad quid opus tot armẽtis, gregibus, carniúmque mactationibus? Vno tecto vtimur. Vt quid igitur tot porticus, magnorúmque sumptuũ ædificia? vt vultures & graculi habitent, pauperes exuis? Qua non gehenna digna sunt ista? Et in loca sæpenumero quæ ne viderunt quidem, & columnas & lapides precioſos, & ædificia eximiè splendida fabricant. Quid enim nõ machinati sunt, quo nec ipsis nec aliis frui licuit? Solitudo quippe eos illuc abire non permittit. Quin neque vel sic cessant. Vides quòd ista neque quæstus gratia fiant, sed omnium horum stultitia & amentia vaneq; glorię studium causa sit? Hanc obsecro fugiatis, vt & reliqua mala fugere, & quæ diligentibus deum bona promissa sunt in Christo Iesu domino nostro, cõsequi valeam⁹.

Homilia iij.

QVapropter & ego quum audissem eam quæ apud vos est fidem in Christo Iesu, & dilectionem in omnes sanctos, non cesso gratias agere pro vobis, memoriam vestri faciẽs in orationibus meis, vt deus domini nostri Iesu Christi, pater gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ & reuelationis, in agnitione ipsius, illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis quæ sit spes vocationis ipsius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis, aut quæ sit excellens magnitudo potentiæ ipsius, in nos qui credimus.

Apostolicis visceribus nihil poterit comparari, compassioni ac benignitati beati Pauli nihil vnquam fuit, quod par esset, qui omnes suas preces pro vrbibus ac populis impendit, & istud est quod omnibus scribit, nimirum: Gratias ago deo meo pro vobis, memoriam vestri faciens in precationibus meis. Considerate quot homines in mente habuerit, quorum vel meminisse laboris fuerit, quorum videlicet & in precationibus meminit, pro omnibus deo gratias agens, tanquam qui maximis esset beneficiis affectus. Quapropter, inquit, hoc est, propter futurum repositaq; recte credentibus & viuentibus bona. Dignum quippe erat vt gratias ageret, idque pro omnibus quæ ab ipso humano generi, tam antè quàm post ista subministrata sunt. Merito quoque & pro fide credentium gratias agebat. Cum audiuissem, inquit, eam quæ apud vos est, fidem per Christum, & dilectionem in omnes sanctos. Vbique fidem & charitatem admirabile quoddam iugum coniungit & conglutinat. Non indigenas, inquit, solùm ac vernaculos, sed in omnes sanctos. Non cessso gratias agere pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis. Quid precaris atque obsecras? Vt deus domini nostri Iesu Christi, pater gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ ac reuelationis. Duo precatur, vt cognoscant quemadmodum cognoscere oportet: vnum, ad quæ vocati, alterum quo modo à prioribus liberati sint. Quin ipse tria esse dicit. Quo modo ita-

A que tria sunt? Vt de futuris cognoscamus. Nam ex repositis quidem bonis ineffabiles ipsius & eximias diuitias: ab eo vero quòd cognoscimus quales existentes crediderimus, virtutem ac potestatem ipsius sciemus, videlicet quòd tanto tempore abalienatos conuertit. 1.Cor.1 Quod enim infirmum est dei, potentius est hominibus. Per potentiam quippe suam qua Christum excitauit, & nos ad seipsum traxit. Non autem ad resurrectionem tantũmodo diuina potentia, sed & multo latius pertigit. *Et sedere fecit ad dexteram suam supra omnem principatum ac potestatem, & virtutem ac dominium, & omne nomen quod nominatur. Et omnia subiecit sub pedes illius, & ipsum dedit caput super omnia, ipsi ecclesiæ, quæ est corpus illius, complementum eius qui omnia in omnibus adimplet.* Magnorũ profecto, ineffabiliúmque mysteriorum participes nos fecit. Et ista non licet cognoscere, nisi eos qui spiritus
B sancti consortio multáque gratia potiuntur. Propterea & Paulus precatur. Pater, inquit, gloriæ: hoc est, qui magna nobis bona largitus est. A subiectis quippe illum perpetuo vocat. vt quando dicit, Pater misericor 2.Cor.1.d diarum, & deus omnis consolationis. Rursus Prophe-ta, Dominus fortitudo mea, & auxilium meum. *Psal.27.*

Pater gloriæ. Nequit ipsa dei dona ex nomine repræ *& 3.d* sentare, atque ideo illa vbique gloriam vocat, id quod apud nos omnis splendoris nomen est & appellatio. Vide. Gloriæ pater, Christi vero deus. Quid igitur? An gloria minor est filius? Sed hoc nemo, etiamsi maxime insanus, dixerit. *Det vobis.* Hoc est, mentem vestram excitet, & in sublime velut alatam extollat. Neque enim aliter ista cognoscere licet. Animalis si- 2.Cor.2.d quidem homo non accipit ea quæ spiritus sunt. Stultitia quippe est illi. Spirituali itaque sapientia opus est, vt
C spiritalia intelligamus, vt abscondita videamus. Spiritus omnia reuelat, mysteria dei enarratur⁹ est: mysteriorum vero dei scientiam solus spiritus nouit, qui & profunda ipsius scrutatur. Neque angelus, neq; archangelus, neque alia quæpiam creata potentia gratiã istam vobis exhibet. Si vero gratia ista reuelationis est, non est cogitationum humanarum inuentum. Deum enim cognoscens ac intelligens de nulla re amplius disceptabit. Non dicet, hoc quidẽ impossibile, istud vero possibile, & quo modo potuit hoc fieri? Si deum cognouerimus quemadmodũ cognoscere oportet: si deum cognouerimus ab eo à quo oportet, nempe ab illius spiritu, non amplius de quoquã disceptando cõtendemus. Propter ea dicit: in agnitione ipsius, illuminatos oculos cordis vestri. Qui didicit quid sit deus, de promissis ipsius nihil dubitabit, non his quæ facta sunt discere-
D det. Precatur itaq;, vt spiritus illis sapiẽtię ac reuelationis detur: imo & ipse ex rationis collectionibus, & iam concessis ac præsentibus donis, quanta licet disponit & astruit. Quandoquidem enim partim quę iam facta, partim vero quæ nondũ contigerunt dicturus est, per ea quæ facta sunt, fidẽ parat illis quæ nondũ sunt facta. Tale est quod dico: Vt sciatis, inquit, quæ sit spes vocationis ipsius: obscura est adhuc, inquit, sed nõ fidelibus. Et quæ diuitię glorię hereditatis eius *in* sanctis. Adhuc & istud obscurum est. Quid vero clarũ? Quòd credidimus q⁹ ex ipsius potẽtia Christum excitauit. Mortuum enim excitare, tantum miraculi non habet, quantum quòd animæ illi credunt. Et ego istud manifestũ facere tantabo. Audi igitur. Christus dixit emortuo, Laza- *Ioan.11.f* re veni foras. Et mox obediuit. Dixit Petrus Tabithæ, *Actu.9.g* surge, & nihil reluctata est. Dicet Christus in finali die, & resurgent omnes, idq; tanta velocitate, vt viuentes 1.Cor.15.g

Universidad de Deusto
Biblioteca

adhuc eos qui obdormierunt,præuenire nequeãt,omniáque in puncto & momento oculi fiant & concurrant.In credendo vero non ita:sed audi ipsum iterum dicentem:Quoties volui congregare filios, vestros,& noluistis.Vides quòd istud sit difficilius? Itaque ab isto totum probat.Multo siquidem humanis rationibus difficilius est voluntatem obedientem reddere, quàm naturam ipsam facere.Causa vero est quòd ipse ita constituit,vt volũtarie boni reddamur. Itaque merito dixit, aut quæ sit excellens magnitudo potentiæ ipsius in nos qui credidimus.Quando enim nihil effecerãt prophetæ,nihil angeli,nihil archangeli,quãdo omnis creatura,tam visibilis quàm inuisibilis,nihil poterat:nam visibilis quidem in medium proposita nihil profuit, inuisibilis vero * multa,tum potissimum aduentum ipsius disposuit,ostendens ad rem istam diuina opus esse potentia.Diuitiæ,inquit,gloriæ,hoc est,ineffabilis gloria. Quis enim sermo gloriam istam repræsentare poterit, cuius tunc sancti consortes erunt? Quis sermo, inquã? Nullus.Sed reuera gratia opus est ad hoc,vt mẽs illam cognoscat, & omnino vel modicum quiddã ex illius radiis concipiat.Cognouerant quidem & antea quiddam huius,sed vult illos amplius aliquanto discere, & clarius cognoscere.Vides quanta sit operatus? Christũ excitauit.An hoc parum est?Sed rursus vide. Et sedere fecit illum ad dexteram suam. Quo poterit itaq; istud sermone repræsentari? Eũ qui ex terra,qui piscibus mutus magis,qui dæmonum erat ludibrium,vide quò extulerit? Reuera excellens magnitudo potentiæ ipsius, & contemplare quò euexerit. In cœlestibus illum omni creata natura superiorem fecit: supra omnem principatum & potestatẽ. Supra omnem,inquit,principatum. Vere spiritu animóque sapiente in ipsius cognitione,vere,inquã,reuelatione opus est.Perpende quanta sit inter humanam & diuinam naturam differentia, & ab ista nostra vilitate ad honorem istum illum euexit.Non vnum aut alterum aut tertium etiam gradum transcẽdit.Papè. Non simpliciter dixit suprà, sed sublimius quiddam. Supernis quippe potentiis sublimior est deus.Illuc itaque ipsum subuexit,qui ex nobis est,ab extremis carceribus illum in supremum principatum extulit, vltra quem non est alius quispiam honor. Supra omnem, inquit, principatum: non supra hunc vel illum,sed supra omnem principatum,potestatem, dominium, & omne nomen quod nominatur, si quid est in cœlis, omnibus factus est superior. Hoc de eo qui ex mortuis est excitatus, id quod admiratione dignum est. De verbo siquidem dei,nequaquam. Quòd enim sunt culices comparatione hominum, hoc est omnis creatura deo collata. Si omnes homines velut spuma reputabuntur, & sicut momentum stateræ æstimati sunt, pone potentias inuisibiles instar culicum. At de eo qui ex nobis est, reuera magnum est istud & stupendũ:ex infimis quippe terræ euexit illum. Si omnes gentes instar guttulæ sunt,quãta quæso,portio guttulæ est vnus homo? At hunc omnibus superiorem fecit non solum in hoc seculo,sed in futuro.Sunt vtique quarundam potentiarum ignota nobis & non manifesta nomina. Et omnia subiecit sub pedes eius. Non simpliciter superiorem illum effecit,tanquam præ aliis honorandum,neque iuxta comparationem,sed quireliquis,velut seruis dominus,prælatus sit.Papè,q̃ reuera stupẽda res est. Homini serua facta est vniuersa creata potestas, propter † inhabitationem dei verbi. ‖ Potest enim fieri vt in sublimi quisquam sit,qui tamen nemi-

Luce.13.

** πολλὰ multa copiosa, numerosa.*

Isaiæ.40.

† inhabitantem deum verbum.

A nem habeat subiectum, sed simpliciter præ aliis in honore habeatur. hic vero nõ ita, sed omnia subiecit sub pedes eius,& nõ simpliciter subiecit, sed extrema subiectione,post quam non est altera. Atque ideo dixit, sub pedes eius. *Et ipsum dedit caput super omnia, ipsi ecclesiæ.* Papè,quò rursus & ipsam ecclesiam euexit? Quasi quadam machina trahẽs, in magnam ipsam sublimitatem sustulit, ínque ipsum cœlestem thronum sedere fecit. Nam vbi caput,ibi est & corpus:caput enim & corpus nullo medio interscipiuntur loco. Si vero separantur, vtique nec corpus erit, nec caput. Super omnia, inquit.Quid est super omnia?Aut est Christum esse super omnia visibilia & intelligibilia: † aut super omnia bona hoc ipsum euexit. quod enim filius datur in caput, ‖ nec angelum,nec archangelum,nec alium quenquam superiorem esse relinquit.Non autem hoc solo nos honore affecit, quòd ex nobis illum in sublime sustulit, B sed quòd & in cõmune vniuersum mortalium genus illum sequi, illi adhærere, illi addictũ esse fecit. *Quæ quidem est corpus ipsius.* Etenim ne audita capitis dictione, solum principatum intelligas, sed & confirmationem & stabilitatem, non tanquam principantem solum, sed vt corporis caput. *Complementum eius qui omnia in omnibus * adimplet.* † Quid hoc est? Deinde tanquam istud sufficiat ad ostendendam cognationem & propinquitatem illius, quid dicit? Plenitudo vel complementum Christi est ecclesia. Complementum quippe capitis est corpus, & complementum corporis est caput. Vide quo ordine Paulus vtatur, quámque nulli verbo parcat,quatenus gloriã dei exprimat. Cõplemẽtum,inquit. Quale? Quo caput scilicet cõpletur à corpore,hoc est, † totum corpus plenè cõpingit,& vnum- C quodque *illius membum nõ solum in communi,* ‖ neque ipsum Christum alicuius egentem inducit. Nam si non fuerimus multi, *hic quidem manus, hic vero pes, significans.* alius autem alia quæpiam corporis pars, non completur totum corpus. Per omnia igitur membra cõpletur Christi corpus. Tunc completur caput, tũc perfectum est corpus,quando simul omnes coniuncti & congluti nati sumus.Vides opulentam & magnificam hæreditatis gloriam? Vides excellẽtem virtutis magnitudinem in eos qui credunt?Vides spem vocationis?

** πληρουμένου, qui adimplet vel qui adimplentur.*

† Græcũ est plar hic ſ. gnũ in nostra gine habet, fortè desit aliquid.

† per omnia corpus cõpletur & compactum fiat & per vnũ quodq; membrum nõ communiter & in vniuersali

Moralis exhortatio.

Veneremur itaque caput nostrum. Cogitemus cuius capitis corpus simus, nimirum cui omnia subiecta sunt.Et angelis,iuxta hoc exemplũ,meliores,& archangelis maiores nos esse oportet, vtpote præ illis omnib⁹ honoratos. Non angelos deus, sicut Hebræis scribens *Hebræ.* dicit,sed semen Abrahæ assumpsit. Non principatum, D non potestatem,non dominationem,neque aliam,aliquam potentiam,sed nostram naturam assumpsit,& in sublimi sedere fecit.Et quid dico,sedere fecit?Suum ipsius pallium illam effecit,idq; non simpliciter,sed omnia sub pedes illius subiecit.Quantas vis ponere mortes?quantas animas? Decem millia, imò multo plures? Sed nihil quòd par sit,dixeris.Duo quippe maxima fecit.Et ipse in extremam humilitatem venit,& hominẽ in magnam sublimitatem euexit,suoq; ipsius sanguine saluauit. Dixerat illud primum, nempe quòd seipsum vsqueadeò deiecit:isto verò solidi⁹ & fortius dicit magnum illud & capitale. Atqui etiam si nihilo fuissemus honorati, aut certe absq; illo, hoc est, filij mactatione, nos honorasset,vtiq; sufficisset.Quũ vero duo ista coniunxeris,quam quæso sermonis excellentiam nõ superat ac transcendit?Ista dum cogito, nihil magni habet

resurrectio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

resurrectio. De hoc dicit, De* domini nostri Iesu Christi, non de deo verbo. Veneremur itaque cognationis propinquitatē. Solicite caueamus ne quis ab hoc corpore amputetur, ne quis excidat, ne quis indignus appareat. Si capiti nostro diadema quispiā imposuisset, coronam auream, an non omnia ita disposuissemus, ne quo pacto inanimatis lapillis indigni videremur? Nūc vero non diadema capiti nostro impositum est, sed caput nostrum factus est Christus, id quod isto multo est maius, neque tamē huius aliquam rationem habemus. Et angeli quidem & archāgeli, & omnes illæ potestates caput nostrum venerantur: nos vero qui & corpus illius sumus, neque hac, neque illa ratione illud reuerebimur? Et quæ nobis salutis spes erit? Considera thronū illum regalem, considera honoris excellentiam. Hoc scilicet, siquidem voluerimus, plus ipsa gehenna terrere poterit. Nam etiamsi gehenna non esset, quod tamē supplicium, quam pœnam non merebimur, si qui tanto honore affecti sumus indigni & mali reperti fuerimus? Cogita iuxta quem sedeat caput tuum. Hoc solū, nihil nō, quicquid fuerit, poterit. In cuius dextra sedet? Caput ipsum supra omnem honorem, omnem potestatem & virtutem collocatum est. Corpus vero illius à dæmonibus calcabitur? Sed absit. Neque enim tale deinceps sit corpus Christi. Caput tuum exhorruerunt etiā qui celebres inter seruos sunt, & tu corpus illius aduersariis & hostibus subiicis? Quo nō supplicio dignus eris? Si quis pedes regis canibus ac pedicis subiiciat, an non extremo supplicio obnoxius erit? Tu totum corpus coram diris bestiis proiicis, & nō horres? Sed quoniam de corpore dominico sermo nobis est, age, & de illo memoremus, vt est crucis tormento traditum, affixum & oblatum. *Si Christi corpus es, fer crucem. Illam* quippe & Christus ipse tulit. Fer sputa, fer alapas, fer cla
Esa.53.c uos. Tale erat illud Christi corpus. Corp* illud peccatum non fecit, neque dolus inuētus est in ore eius. Manus ipsius ad beneficentiam egenorum omnia fecerūt. Os nihil eorum quæ commoda nō essent, protulit. Au-
Ioan.7. diuit, dæmonium habes, & nihil respondit. De corpore
Ista etiā ad verbū legūtur to.5. homi.61. ad populū Antiochenum. nobis sermo est, & quidē de eo quod ab isto nihil differat, nec distet. Quotquot in corpore Christi communicamus, quotquot sanguinem illius degustamus, cogitemus quōd illius corpus & sanguinem gustamus, qui in cœlestibus sedet, qui ab angelis adoratur, qui proximè consistit immortali dei potentię. Hei, quot nobis ad salutem viæ sunt? Corpus suum nos fecit, corpus suum nobis tradidit, & tamē nihil horū à malis nos auertit. O tenebras, & multā profunditatem, ô stupiditatē, omni dolore vacuam. *Coloss.3.a* Quæ sursum sunt, inquit, sapite, vbi Christus est in dextera dei sedens. Et post ista pecunias quidam anxie curant, alij ab animi affectibus ac passionibus captiuantur. An non videtis, quòd & quæ in nostro corpore superflua sunt & inutilia, abscindantur & amputentur: & quòd nihil prosit, quòd corporis membrum fuerit, quando obcæcatum fuerit, quando emortuum, quando putrefactum, quando & reliquo corpori nocet? Ne quam igitur fiduciam in hoc cōcipiamus, quòd semel de corpore Christi facti sum*. Si enim corpus hoc naturale cū sit, nihilominus si quid inutile fue-
περὶ, meatur. ἔξω, sed forte legēdū rit, abscinditur: quæ voluntatis & electionis sunt, si nō
σαπρὰ. id est, sal. manserint, quid mali non patientur? Quando de cibo isto non participat corpus, quando pori obsepiuntur, tunc moritur, quando obturantur fistulæ, tum destruitur. Ita & nos quādo obturamus aures, *caro nostra destruitur, quando de cibo spirituali non participamus,

A quādo maliciæ quædam loco corruptorum humorum nos inficiunt, omnia ista ægritudinem pariunt, ægritudinem quę tabem ac corruptionem operatur, atque ita igne illo deinceps opus erit, opus erit dissecari. Neq; enim cū tali corpore ad nuptias ingredi sustinet Chri-
Matt.22.b stus. Si sordidis vestibus indutū abegit, eiecitq; qui corpori suo sordidū amictū iposuerat, quid hic nō faciet? quo modo non puniet? Multos video temerè quomodocunque, & ex cōsuetudine magis quàm legitime, aut consideratione ac mente, de corpore Christi participātes: si immineret, inquiūt, sacræ quadragesimæ tempus, si adesset Epiphaniorū dies, † nulla habita ratione qua- *† qualiscūq; quis fuerit,*
lis sit qui mysteriorum se consortem facit. ‖ Atqui non *‖ sit participeps.* tempus accessus, non Epiphania, neque quadragesima dignos facit qui accedant, sed mentis synceritas ac pu-
1.Cor.11. ritas. Cum illa semper accede, sine illa nunquam. Quo-
B tiescunque siquidem, inquit, hoc feceritis, mortem domini annūciatis, hoc est, memoriam facitis salutis, quæ pro vobis facta est, ac beneficij mei. Cogita: qui de oblatione veteris testamenti participabant, quanta quæso vtebantur abstinentia? quid non agebant? quid non faciebant? Omnino purgabantur. Tu vero oblationem accedens quam & angeli exhorrent, temporum circuitu rem tantam metiris? Et quo modo comparebis ante tribunal Christi, qui manibus ac labiis immundis ipsius audes contingere corpus? Et regem quidem nolles ore tuo fœtido adosculari, regem vero cœli, anima graueolenti oscularis? Contumelia est res ista. Oro te, an voles manibus illotis ad oblationem accedere? Non arbitror, sed malles vtique potius omnino non accedere, quàm sordidis accedere manibus. Cum ergo in modico adeo sis religiosus, audes accedere & contrectare,
C cum animam habeas sordidam? At qui manibus quidē ad tempus continetur, in illam vero totus * resoluitur. *Cur non vasa vides ita vndique lota, ita splendida? Il-* *lis debebant nobis animæ & puriores & sanctiores, atque illustriores esse. Quamobrem? Quoniam illa propter nos talia fiunt. Illa nō sunt participes illius quem in se habent, non sentiunt illum: nos vero planè. Nūc vero sordido vase nolles vti, animavero sordida accedis? Multam video huius rei inæqualitatem. In aliis quidē temporibus sæpenumero, neque cum mundi estis, acceditis: in pascha te vero, etiam si quid temerarium vobis sit commissum, nihilominus acceditis: ô consuetudinem, ô præsumptionem. Frustra habetur quotidiana oblatio, frustra stamus ad altare. Nemo est qui simul participet. Ista nō ideo dico, vt simpliciter quomodocunque communicetis, sed vt dignos vosipsos constituatis. Nō es oblatione aut communione dignus? Igitur neque precatione. Præconem audis stantem ac dicentem. Quotquot estis in pœnitentia constituti, † abs-* *† abite*
tinete. Quotquot ergo non communicant, in pœnitētia sunt. Si de pœnitentibus es, participare non debes. Qui enim non participat, in pœnitentia est. Qua igitur ratione præco dicit, abite, qui preces fundere non potestis? Tu vero impudenter perstas. Verum non es istorum, sed de illis qui cōmunicare possunt, & tamen rem hanc nihil curas, nihil æstimas? Contemplare obsecro. Adstat mensa regia, adsunt angeli mensæ huius ministri, adest rex ipse, & tu oscitabundus adstas? Sordidis indutus es, & nihil curas? Sed vestibus es mundis? Recumbe itaque & communica. Quotidie venit vt discūbentes videat, omnibus loquitur, & nunc etiam in cōscientiis dicit: Amici quo modo statis hic vestem nup-
Matt.22.b tiarum non habentes? Non dicebat ad illum, quare recubuisti?

* ἀναλύεται, resolnitur, remittit, diuersatur, forte κρατεῖται, scripserat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cubuisti? Sed ante accubitum, ingressu etiam indignū illum fuisse dicebat. Non enim, vt quid accubuisti? aiebat, sed quid ingressus es? Ista videlicet, & nunc ad omnes nos dicit, qui impudēter hic & improbe adstamus. Quisquis enim mysteriorum consors non est, impudēs & improbus adstat. Propterea qui in peccatis sunt, primum eiiciuntur. Quemadmodum enim ad mensam accumbēte hero, non licet iis qui illum offenderūt, inter ministros adesse, sed è medio abigūtur: ita & in hoc loco dum offertur oblatio, dum Christus atque agnu, ille dominicus immolatur. Quādo audis, precemur pariter omnes, dum vides sublata vela, tū cogita cœlum ipsum sursum reserari, angelósque descendere. Quemadmodum igitur nemini eorum qui initiati non sunt, adesse licet: ita neque initiatis, si sordidi fuerint. Obsecro, si quis ad conuiuium vocatus, & manus quidem lauerit, & accubuerit, paratúsq; ac dispositus ad mensam fuerit, & tamen nihil ciborum gustauerit, non inferet contumeliā conuiuatori, à quo fuerat vocatus? An non satius fuerit eum qui talis est, prorsus non comparuisse? Ita tu quoque aduenisti, hymnum cecinisti, cum omnibus reliquis ex corū te numero esse qui digni sunt, hoc ipso confessus es, quòd non cum indignis abscessisti. Quo modo cum manseris, de mensa ista nō participas? Indignus sum, inquis. Indignus es igitur & ea communione quæ in precibus est. Non enim eorum duntaxat gratia quę proponuntur, sed & propter concentum illum nunquam non descendit spiritus. Non vides mensam spongia circūquaque lauātem ministrum, domum expurgantem, scutellas apponētem? Hoc fit † inter preces, dum proclamat præco. ¶ Quemadmodum spongia circūquaque lauamus & ecclesiam, vt in munda ecclesia omnia proponantur, vt nulla sit macula, nulla ruga. Indigni sunt istis videntium oculi, indignæ aures. Et si bestia, inquit, mōtem tetigerit, lapidabitur: adeo digni non erant ascensione, quanquam postea & accesserint, & quo loco deus steterat, viderint. Post acta mysteria accedere licet ac videre, prę sentibus vero mysteriis abito. Nihil hic tibi, quàm catechumeno, plus licet. Neq; enim idem est, nunquam attingere mysteria, & posteaquam attigeris offendendo contemnere, tèq; ipsum ea re indignum constituere. Poteram plura dicere, terribilioráq;, sed ne intellectum vestrum grauem, sufficiāt vel ista. Nam si istis ad meliorem mētem non reuocamini, neque pluribus profecero. Itaque ne maius vobis iudicium paremus, obsecramus, non vt non aduenia-tis, sed vt præsentia vos ipsos, accessuq; dignos constituatis. Dic quæso, si rex quispiā præcepisset, ac dixisset, si quis istud vel istud fecerit, mensa mea abstineat, an nō huius gratia omnia feciſſetis? In cœlos nos vocauit deꝰ, ad mensam magni & admirandi regis, & recusamus & moras nectimus, ad rem tantam nec festinātes, nec accurrentes? Et quę nā nobis salutis spes est? Non est quòd infirmitatem prætexamus, non est quòd naturam causemur, sola nos socordia indignos efficit. Hæc quidem à nobis dicuntur, qui vero corda compungit, qui dat compunctionis spiritum, is corda vestra compungat, seminariáq; in ipsam profunditatē immittat, vt ab ipsius timore salutis spiritum concipiatis, salutis quoque spiritum parturiatis, atque ita cum fiducia aduenia-tis. Nam filij tui, inquit, sicut nouellæ oliuarum plātulæ in circuitu mensæ tuæ. Nihil hic vetus, nihil immite, nihil acerbum. Nouellæ siquidem istæ plantulæ ad ferēdum fructum sunt accommodæ, fructum admirabilem, fructum oliuæ dico, sunt & fortes, vt omnia fiāt in circuitu mensæ, & non frustra, neque quoquo modo huc cōueniatis, sed cum timore ac tremore. Nam hoc pacto & ipsum Christum cum fiducia in futura vita videbitis, quod contingat nos omnes consequi, &c.

† per preces, per præconis vocem.

Exod. 19. b

Psal. 127. a

Homilia iij.

ET vos cū essetis mortui delictis ac peccatis, in quibus aliquando ambulastis iuxta seculum mūdi huius, iuxta principem, cui potestas est aeris, qui est spiritus nunc agens in filiis contumacibus, inter quos & nos omnes aliquando cōuersabamur in concupiscentiis carnis nostræ, facientes quæ carni ac mentibus libebant, & eramus natura filij iræ, quemadmodum & cæteri. *Cap. ij.*

Est quidē mortificatio corporalis, est vero & animalis. At illius participem esse, nec culpā habet, nec periculum. Naturæ siquidem est res illa non voluntatis, facta quidem est ex protoplasti trāsgressione, ac deinceps in naturam ipsam emanauit, alioqui vero & cito soluetur. Ipsa vero animalis mortificatio, quę voluntatis est, & culpam habet, & nullam solutionē. Vide itaq; quo modo nunc quoque tāquam magnum ponat Paulus, quòd ostenderat vehementer esse magnum, nempe quòd maius sit mortificatam animam curare, quàm mortuos suscitare. Et vos, inquit, cū essetis mortui delictis ac peccatis, in quibus aliquando ambulastis, iuxta seculum mundi huius, iuxta principem cuius potestas est aëris, qui spiritus est nunc agens in filiis contumacibus. Vides Pauli māsuetudinem? Vides quo modo vbique cōsoletur auditorem, nihil illum grauans? Nā quoniam dixerat, quòd ad extremum malorū appulerint (hoc quippe est mortuum esse) ne vehementer illos grauet (prioribus siquidem peccatis in medium adductis, etiamsi iam remissa fuerint, nulliúsq; periculi sint, pudefiunt homines) cooperatorum *malorum illis attribuit*, ne putēt totum sibi imputari, *cooperatorem videlicet* validum. Quémnam *illum*? Diabolum. Ita sanè & in ea quæ est ad Corinthios facit. Cum enim dixisset, Nolite errare, neque fornicatores, neque idololatræ, reliquaq; omnia adnumerasset, atque induxisset, regnum dei nō hæreditabunt, & tunc quoque, & ista, inquit, eratis quidam. Nō simpliciter dixit eratis, sed eratis quidam, hoc est, ita quodam modo eratis. Vehementer hic hæretici de deo ista dici contendunt, effrænámq; linguam plurimum exerentes, ea deo adscribunt, quæ solius sunt diaboli. Quo modo itaq; illorum obstruemus ora? Ex ipsorum verbis. Si enim iustus est deus, quemadmodū dicitis, ista vero patrauit, non est vtique istud iusti, sed vehementer iniusti ac sceleſti. Sceleſtus vero deus sanè non erit vnquam. Quamobrem vero diabolū principem huius seculi dixit? Eo quòd omnis ferè humana natura seipsam illi tradidit, omnèsq; illi sponte ac voluntarij seruiunt. Et Christo quidem interea innumera bona promittenti, neque attēdit quispiam, illi vero nihil tale promittenti, sed in gehennam demittenti, omnes sese subiiciunt. Sed huius principatus in hoc seculo est, & plures habet, quàm deus ipse, quiq; illi paucis exceptis magis obediant, quàm deo, id quod propter nostram fit socordiam. Iuxta potestatem, inquit, aërei spiritus. Hoc rursus ideo dicit, quòd locum habeat eū qui sub cœlis est. Et spiritus aërei, incorporales illæ potentiæ sunt, in quibus iste operatur. Quòd enim secularis sit ipsius principatus, hoc est, quòd cum hoc seculo pariter dissoluatur, audi quid in fine epistolæ dicat: Non est nobis, inquit, lucta aduersus sanguinem & carnem, sed aduersus principatus, aduersum potestates, aduersus mūdi dominos, rectores tenebrarum seculi huius. Etenim

1. Cor. 6.

Infra 6. b

Etenim ne audiens mundi dominos, increatum etiam illum esse dicas, & alibi seculum malum vocat tempus peruersum, non de creaturis loquens. Nam mihi videtur princeps sub cœlo factus à principatu non excidisse etiam post transgressionem. Qui nunc operatur in filios contumacibus. Vides quòd neque violentia, neq; tyrannide, sed persuasione alliciat? *cõtumaciam quippe & inobedietiam dixit, quemadmodum si quis dicat impostura & persuasione quosuis attrahit. Et nõ solum hoc consolatur illos, quod socium malorum ipsis tribuit, sed & quòd in eodem albo se quoque ipsum cum illis recensет. Inter quos, inquit, & nos aliquando conuersãbamur omnes. Non enim dici potest, quòd quisquam exceptus sit. In concupiscentiis carnis nostræ, facientes quæ carni ac mentibus libebant, & eramus natura filij iræ, quemadmodum & cæteri omnes, hoc est, nihil spirituale sapiẽtes. Sed ne carnem traducat, néve magnum putet quis esse delictum, vide quo modo cautè agat: facientes, inquit, quæ carni ac mentibus nostris libebãt, hoc est voluptatis affectus & passiones. Exacerbabamus & irritabamus deum, hoc est, ira ipsa eramus, & nihil aliud. Quemadmodũ enim hominis filius existens natura homo est, ita & nos, quemadmodum & cæteri. *Deus vero dives in misericordia.* Non simpliciter misericors, sed dives in misericordia. Quemadmodum & alibi dicitur, In multitudine misericordiæ tuę. Et iterũ: Miserere mei secundum magnam misericordiã tuam. *Propter multam charitatem suam qua dilexit nos.* Vnde dilexit nos? Ista quippe quæ hic memorat, nõ dilectionem, sed iram atque extremum supplicium merẽtur. Est itaque & hoc ex multa misericordia. *Et cũ mortui essemus per delicta, conuiuificauit nos † vnà cum Christo.*] Rursus medius interponitur Christus. Est vero res ista fide digna. Si enim primitiæ viuunt, viuimus & nos. Viuificauit & illum & nos. Vides quòd omnia de Christo secundum carnem dicantur? Vides excellentem magnitudinem potentiæ ipsius in nos qui credimus? Mortuos, iræ filios viuificauit. Agnoscis spem vocationis. *Simulq; cum eo resuscitauit, simulq; sedere fecit.* Vides gloriam hæreditatis ipsius? Illud quidem simul cum eo resuscitauit, manifestum est, istud vero, simulq; sedere fecit. *Inter cœlestes in Christo Iesu* quo modo stat? Vt illud simul cum eo resuscitauit. Nunquã enim quisquam resuscitatus est, nisi q capitis resurrectione & nos excitati sumus. Quemadmodum & alibi adorante Iacob filium suum Ioseph (in Aegypto) adorauit illum & Rachel ipsius mater. Ad eũ itaque modum & simul cum Christo sedere nos fecit deus. Capite sedente simul & corpus sedet. Nam huius gratia addidit, in Christo Iesu. Aut etiam si hoc nõ esset, per lauacrum tamẽ simul excitauit. Quo modo itaque simul cum eo sedere fecit? Nam si sustinemus, inquit, simul & regnabimus: si mortui fuerimus, & pariter viuemus. Reuera spiritu opus est & reuelatione, quatenus mysteriorum istorũ profunditas intelligatur. Deinde ne diffidas, vide quid subiungat: *Vt ostenderet in seculis supernenientibus excellentes diuitias gratiæ suæ, in benignitate erga nos in Christo Iesu.* Nam quoniam dixerat quæ de Christo erant, atque ea vero nihil ad nos pertinere videbantur (Quid enim, inquis, ad nos quòd ipse excitatus est?) ostendit quòd & nos ista cõcernant. Siquidem ipse nobis adunatus est. Veruntamen quoniam & quæ nostra sunt seorsum dixerat, cum mortui essemus, inquit, per delicta, simul cum eo excitauit, simúlq; sedere fecit. Itaque quemadmodum dixi, ne diffidas, & à prioribus & ab ipso capite, & ab eo quòd bonitatem suam deus ostendere voluit, experimẽtum ac certitudinem capiens. Quo pacto siquidem ostenderet, si non fieret illud? vt ostenderet in seculis superuenientibus. Quid? Quòd & magna essent bona, & omnium certissima. Nunc quidem inc redulis quæ dicuntur nugæ videtur, tunc vero cognoscent omnes. Vis discere & quo modo simul sedere fecerit? Audi Christum ipsum discipulis dicẽtem: Sedebitis, inquit, super sedes duodecim iu dicantes duodecim tribus Israël. Et iterum: Sedere autem ad dexteram ac sinistram meam, nõ est meum dare, nisi quibus paratum est à patre. Itaque paratum est. Et bene dixit, in benignitate erga nos in Christo Iesu. Nam à dextris sedere, honoris est, omnem honorem superantis, & post quem nullus est alius. Hoc ideo dicit, quòd & nos ibi sedebimus. Reuera excellentes diuitiæ, reuera excellens diuinæ potentiæ magnitudo, cũ Christo sedere. Quòd si mille animas haberes, nunquid in vniuersum omnes illius gratia perderes? Siquidem in ignem descendendum fuerit, an non prompte oportebat illud, quicquid sit, ferre? Et ipse vero rursus dicit: Volo, vt vbi ego sum, illic sint & ministri mei. Nũquid horum gratia, etiam si singulis diebus trucidãdus esses, parato animo sustinere debebas? Cogita, vbi te sedere fecerit ille. Supra omnem principatum & potestatem.] Et cum quo collocarit? Cum ipso filio. Quem existentem? Mortuum, naturâq; filium iræ. Quid operatum ac meritum? Nihil. Reuera nunc opportune exclamandũ: O profunditatem diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei. *Nam gratia saluati estis*, inquit. Etenim ne beneficiorũ magnitudo extollat te, vide quo modo te contrahat. Gratia siquidẽ, inquit, saluati estis, *Per fidem.* Deinde ne rursus libera voluntatis facultas lædatur, posuit & quæ nostra sunt. Atque istud iterum sustulit, dicens: *Atque hoc non ex nobis.* Neque fides, inquit, ex nobis. Nisi enim venisset, nisi vocasset, quo modo credere valuissemus? Quo modo, inquit, credent, nisi audierint? Itaque neque quod fidem concernit nostrum est. *Dei*, inquit, *donum est.* Non enim sufficit ad salutem fides. Sed ne vacuos & ocioso saluet, exegit illam deus, inquit, fidem saluare dixit. Posteaquam deus ita voluit, saluauit fides: alioqui fides quo modo sine operibus saluat? Hoc ipsum dei donum est, ne quis glorietur, sed vt gratos erga gratiam dei faciat. Quid igitur? dices: Prohibuit ipse ne ex operibus iustificemur? Nequaquã. Sed nemo, inquit, ex operibus iustificatus est, vt hoc pacto & gratia & benignitas dei conspicua fieret. Opera habentes non est auersatus, sed ab operibus † destitutos gratia saluauit, vt nemo deinceps habeat vnde glorietur. Deinde ne audito, quòd non ex operibus sed fide totum paratum atque perfectum sit, ociosus fias, vide quid subiungat: *Nam ipsius sumus opus creati in Christo Iesu, ad opera bona quæ præparauit deus, vt in eis ambularemus.* Obserua Apostolum quid dicat: Regenerationem hic subindicat. Reuera quippe alia creatio est. Ex eo quòd non est, ad hoc vt simus producti sumus. Quod primũ eramus, emortuũ est: vetus videlicet homo. Quod prius non eramus, facti sumus. Igitur creatio est res ista, alteráque preciosior. Nam ex illa quidem quòd viuimus, ex ista vero quòd bene viuimus contigit. Ad opera bona quæ præparauit deus vt in eis ambularemus, Nõ vt exordiamur duntaxat, sed vt ambulemus. Perseueranti quippe nobis virtute, & quæ ad mortem vsque nostrã extendatur, opus est. Neque enim, si quando res ita postulauerit vt in vrbem regiam ferens obeunda sit via, deinde maiore illius parte confecta, circa finem pigrescentes

*ἀπειθείας.

Gal.1.a

Psal.68. & 50.

† in Christo

Gen.46.c Rachel mortua ī Iacob viro, qui caput est mulieris, Ioseph adoraſſe dicitur.

1.Tim.2.b

2.Cor.5.c

† perditas

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſcentes deſideamus, ipſa vtiq; nos vocationis ſpes adiuuit. Ad opera enim bona, inquit. Nihil itaq; nobis res ipſa, niſi ad hunc modum ambulauerimus, profuerit.

Moralis exhortatio.

Ita ſanè & hic, non vt vnum dũtaxat, ſed vt omnia operemur præcipit. Nam quemadmodum quinque nobis ſenſus ſunt, quibus omnibus pro rerum exigẽtia vti oportet, ita & omnibus vtendum eſt virtutibus. Quòd ſi quis modeſtus quidem, immitis tamẽ iuxta fuerit, aut miſericors quidem, at ſimul inuaſor rerum alienarum, aut ſi rebus alienis quidem abſtinuerit, ſua vero egenis non dederit, omnia fruſtra erunt. Neque enim ſufficiet ad hoc vt cũ fiducia ad tribunal Chriſti ſiſtamur, ſi vna duntaxat ſit virtus, ſed multis opus eſt & variis, omnigenis, inquam, atque prorſus vniuerſis. Audi Chriſtum
Matt.28.d ipſum ad diſcipulos dicentẽ: Euntes docete omnes gẽtes, docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui
Ibid.5.c vobis. Et iterum: Si quis ſoluerit vnum ex mãdatis iſtis minimis, mininus vocabitur in regno cœlorum, hoc eſt in reſurrectione. Nõ enim in regnum ingredietur. Solet quippe & ipſum reſurrectionis tempus, regnum vocare. Vnum, inquit, ſi ſoluerit, minimus vocabitur. Itaque omnibus opus habemus. Et vide quo modo nõ poterimus præter eleemoſynam ingredi, ſed illa ſola
Ibid.25.d neglecta in ignem abituri ſimus. Abite ſiquidẽ, inquit, maledicti in ignem æternum, diabolo præparatum & angelis eius. Qua quæſo ratione? Quoniã eſuriui, & nõ dediſtis mihi quod manducaſſem, ſitiui & potum non dediſtis. Vide quo modo propter hoc vnum perdantur, qui nullius præterea culpæ arguuntur. Et virgines illæ, hoc ſolo nomine è nuptiis reiectæ ſunt: quãquam
Hebr.12.d caſtimoniam habuerint ac ſanctimoniã vitæ, ſine qua, quemadmodum Paulus dicit, nemo dominũ videbit. Conſidera itaque quòd ſine caſtimonia quidẽ vitę dominum videre non liceat, non tamen omnino cum illa, ſi ſola fuerit, videri queat. Nam ſæpenumero fit, vt aliunde ſit impedimentum, etiam ſi hinc non ſit. Rurſus ſi omnia recte egerimus, proximo vero nihil profuerimus, neq; ſic regnum ingrediemur. Vnde hoc liquet?
Matt.25.c A ſeruis illis quibus talenta concredebantur. Nam illic integra erat omnis reliqua virtus, ac nihil omiſſum. Verum quoniam circa lucrum obeũdum piger fuerat ſeruus ille, merito reiectus eſt. Poteſt & quis ob ſolum cõ-
Matt.5. uicium in gehennam incidere. Quiſquis enim, inquit, fratri ſuo dicit, fatue, obnoxius erit gehennę incendio. Et ſi quis reliqua omnia probe præſtiterit, contumelioſus vero fuerit, non ingredietur regnum. Nemo vero deum crudelitatis arguat, quòd vnum hoc delinquentes è regno cœlorum reiicit. Si nanque apud homines è conſpectu regio reiicitur, qui vtcunque aliquid contra leges aulicas deliquit, etiam ſi vnum duntaxat eorũ quæ decreta fuerant tranſgreſſus ſit, ſi vel calumniam
†accuſando cuiquam † exprobrando intulit, principatum perdidit. Et ſi mœchatus fuerit, & comprehẽſus, reprobus factus eſt, etſi innumera præterea probe geſſerit, omnia ſimul interierunt. Si homicidium perpetrauerit, oſtenſumq; fuerit ac probatum, & hoc ad interitum ipſius ſufficiẽs habetur. Quòd ſi humanæ leges tantam exigunt cuſtodiam, quanto magis diuinæ? Sed dicis, bonus eſt deus. Quouſque ſtultum hũc ſermonem loquimur? Stultum autem dixi, non ideo quòd bonus non ſit, ſed quòd bonitatem ipſius ad iſta nobis profuturam putamus, tãetſi innumera de hac re ſæpe diſſeruerimus. Audi quippe
Eccli.5. ſcriptura quid dicat: Ne dixeris, inquit, quoniam miſeratio dei multa eſt, multitudini peccatorum meorum A propiciabitur. Non prohibet dicere, miſerationem ipſius eſſe multam. Non hoc admonet, ſed vult nos iſtud indeſinenter etiam dicere. Et huius gratia nullum non mouet lapidẽ Paulus. Sed propter illa quæ ſubinde ex eo male colliguntur, hoc dicit. Non ad hoc, inquit, benignitatem dei commenda, vt pecces & dicas, multitudini peccatorum meorũ propiciabitur. Nam ideo tanta de bonitate dei diſſerimus, non vt ex illa ſumpta cõfidentia, nihil non audeamus (alioqui bonitas iſta in dãnum cedet ſalutis noſtræ) ſed vt in peccatis non deſperantes reſipiſcamus. Bonitas enim, inquit, dei ad reſi- *Roma.2.a*
piſcentiam te ducit, non ad maiorem maliciam. Si vero propter bonitatem dei flagitioſus redderis, tu illam magis apud homines criminaris ac traducis. Multos enim video longanimitatem dei culpantes. Pœnas itaq; dabis, vt qui illa nõ vt oportebat es vſus. Benignus eſt *Ibidem.*
B deus? Sed eſt & iuſtus iudex. Peccatis ignoſcens? Sed & vnicuique retribuet ſecũdum quod geſſit. † Iniuſticias conniuendo tranſit? Iniquitates è medio tollit? Sed & *†Nõne iniu-*
peccatorum inquiſitionem faciet. Sũt ergo iſta ſibi inuicem contraria? Non, ſiquidem temporibus ipſa ſuis *ſticias ſupe-*
diſcreuerimus. Iniquitates hic tollit, idq; per lauacrum *rat?*
& pœnitentiam. Geſtorum inquiſitionem faciet in futuro, videlicet per ignem ac tormenta. † Itaque ſi licet, *†Si itaq; di-*
inquis, innumera fecero mala, ob vnum tamẽ illorum *cis, ſine in-*
reiicior, & à regno dei excido, qua ratione nõ quæuis *numera ma-*
mala perpetro? Ingrati famuli eſt hic ſermo. Veruntamen & ipſum diſcutiamus. Noli mala facere, vt tibiipſi *la fecero, ſi-*
proſis. Nam regno quidem dei omnes pariter excide- *ne ullum ex*
mus, in gehenna vero, non eaſdẽ pœnas dabimus om- *ipſis perde-*
nes, ſed hic quidem maiorem, iſte vero mitiorẽ. Si nã- *abuicior]*
que per contemptum † hic multa, tu vero modica pec- *†& tu e-*
C caueritis, pariter è regno dei excidetis. Si autem nõ pa- *ille peccau-*
riter, *ſed hic plus tu minus, in gehenna differentiã ſen-* *ritis, ſine u-*
tietis. Quid igitur, inquis, in ignem minatur ingreſſu- *multis fue-*
ros eos qui eleemoſynam non dederunt, neque ſimpli- *pauciſ ſine*
citer in ignem, ſed in eum, qui diabolo præparatus ſit *liter regni*
& angelis eius? Quamobrẽ hoc eſt quæſo? Nihil ita de- *excidetis. Si*
um irritat, ſed omnibus illud malis præponit. Si enim *vero nõ ſi-*
inimicos diligere oportet, perpende qua pœna dignus *militer cen-*
ſit qui amicos etiam perire ſinit, hocipſo Gẽtibus quo- *tẽpſerit, ſi*
que peior. Magnitudo itaque peccati huius, cũ diabolo *Matt.25.*
gehennam ingredi facit. Væ ſiquidem eleemoſynam non facienti. Nam ſi in veteri iſtud teſtamẽto fuit, multo magis in nouo. Si enim, vbi conceſſa erat pecuniarum poſſeſsio, fruitio, ac cura, tanta prouidentia pauperum habita eſt ratio, quanto magis hoc fieri debebat, vbi omnia proiicere iubemur? Quid enim non fecerũt
D hac in re Iudæi? Decimas ac rurſus decimas orphanis, viduis ac Proſelytis contribuerunt. Nunc vero admirando quempiam dicere ſolemus, decimas ille vel iſte dat. Quanta quæſo turpitudine ſcatet, ſi quod apud Iudæos nullius erat admirationis aut celebritatis, apud Chriſtianos iam ſit vnde quis debeat admirari? Si tunc periculum erat decimas negligere, perpẽde quanti nũc iſtud fuerit? Ebrietas quoque regnum dei non hæreditabit. Sed quis eſt multorum ſermo? Hic nimirum. Itaq; ſi & ego & ille, inquiunt, eiſdem futuri ſumus obnoxij, non modica erit inde conſolatio. Quid igitur? Primo non eodẽ afficiemini ſupplicio: Deinde non habet reſiſta conſolationem. Tum enim conſolationem habet paſsionum communicatio, quando commenſurata & modica ſunt mala: quando vero excellentia ſunt, ita vt in ecſtaſim nos conſtituant, nihil cõſolationis amplius permittũt. Dicas enim licet flagellis cæſo, ac in rogum

ardentem

Universidad de Deusto
Biblioteca

ardentem immissio, quod & alius quispiam istud suppli
ciij patiatur, neque tamen hinc quicquam cõsolationis
sentiet. Nunquid omnes pariter perierunt Israëlitæ? At
quantum illis attulit consolationis? An non hoc ipsum
illos magis contristauit? Propterea & dicebant: Disper
dimi sumus, deleti sumus, consumpti sumus. Quæ igitur
erat illis cõsolatio? si frustra nos ipsos his spebus solamur.
Vna duntaxat consolatio est, in ignem illum inextin-
guibilem non incidere. Eum vero qui inciderit, conso
latione aliqua potiri non dabitur, vbi fremitus erit dẽ-
tium, vbi fletus, vbi vermis non moriens, vbi ignis in-
extinguibilis. An omnino cogitas aliquam, dic quæso,
consolationem in tribulatione & angustia consistenti
futuram? In teipso siquidem, non in aliis, deinceps futu
rus es. Oro igitur atq; obtestor, ne nos ipsos frustra de-
cipiamus, & his sermonibus vane solemur, sed ea facia-
mus quæ saluare nos queant. Cũ Christo sedere propo
situm est, & tu de his rebus anxie disputas? Etiam si nul-
lum esset aliud peccatũ, quam quæso pœnã vel pro his
verbis sustinere dignũ fuerit, quòd adeo segnes, adeo
dejecti ac socordes sumus, vt cũ tantus sit honor pro-
positus, nihilominus ista dicamus? Quando post resur-
rectionem contemplaberis eos qui aliquãdo probe vi-
xerunt, an non hoc amplius tabesces? Quando videbis
ex seruis & ignobilibus, exiguum hic afflictis, regalis
throni participes fieri, nunquid quõuis tibi supplicio
grauiora erũt ista? Nam si in hoc seculo celebres quos-
dam videns, etiam cum nihil mali patiaris, omni tamẽ
supplicio peius ab eo solo perderis, téque ipsum affligis
ac ploras, innumerisq; mortibus dignum æstimas, quid
in futuro sustinebis? Etenim & si nulla esset gehẽna, an
non ipsa regni cogitatio ad perditionis atque interitus
suggerẽdum dolorem sufficeret? Et quòd istud omni-
no ita habiturum sit, licet ab ipsa rerũ experientia cog-
noscere. Ne lactemus itaque nosipsos inaniter his ver-
bis, sed attendamus ac curemus nostram ipsorum salu-
†bona opa tem, virtutisq; rationem habentes ad †bonorum lucrũ
nos ipsos excitemus, quatenus tantam gloriam conse-
qui mereamur in Christo Iesu domino nostro, &c.

Homilia quinta.

*QVapropter mementote, quòd vos quondam Gentes in car-
ne qui præputium vocabamini ab ea quæ dicitur circun-
cisio, quæ manibus fit in carne, quòd eratis in tempore illo
sine Christo, abalienati à Republica Israelis, & extranei
à testamentis promissionis, spem non habentes, deoq; carentes in mũdo.*

Multa sunt quæ benignitatẽ dei erga nos declarant.
Primum quòd per seipsum saluauit, idq; tali modo per
seipsum. Alterum quòd tales existẽtes saluauit. Tertiũ,
quòd eò nos euexit. Hæc siquidem omnia in seipsis pẽ-
sata, maximam habent benignitatis ipsius demonstra-
tionem. Atque omnia illa Paulus his quæ nunc scribit
Suprà.a monet. Dixerat quòd nos saluauerit deus mortuos exi-
stentes delictis, ac filios iræ, iam commemorat quibus
nos adæquarit. Propterea dicit: Mementote: solemus
enim omnes, si quando ex multa tenuitate in æqualem
aliis aut certe maiorem quendam honorem euecti fue-
rimus, ne meminisse quidem priorũ, gloria illa inesca-
ti. Propterea memẽtote, inquit. Quid est illud propter-
ea? Quòd videlicet conditi sumus ad opera bona. Istud
vero persuadere poterit, vt virtuti operã ac curam im-
pendatis. Memẽtote, valet enim illa rememoratio gra
tos erga benefactorem reddere. Quòd vos quondam
Gentes. Vide quo modo Iudæorum prerogatiuam de-
iiciat, Gentiúmq; dejectionem ac vilitatem celebrem
A faciat, quæ quidem dejectio ac vilitas non erat, sed ab
ipso consuetudinis ac vitę genere vtrisque suadet. Qui *Galat.6.d*
vocabamini. In verbis erat hic honor, in carne erat ista
prærogatiua. Nihil enim est præpucium, nihil circũci-
sio. Ab ea quæ dicebatur circuncisio, quę manibus fit in
carne, quòd eratis in tempore illo sine Christo, abalie-
nati à Republica Israëlis, & extranei à testamentis pro-
missionis, spem non habentes, deóq; carentes in mũdo.
Vos qui à Iudęis ita vocabamini. Quid igitur? Cum es-
set beneficium Gentibus præstitum declaraturus in eo
quòd communionem Israëlis essent nacti, rursus Israë-
liticam dignitatem nõ dejicit, sed in illis eam extollit,
quæ ad salutem sunt necessaria, in eis vero dejicit, qui-
bus Gentes non communicabant. In ipso nanque pro-
gressu dicit. Cõciues estis sanctorum ac domestici dei.
Vide quo modo non dejiciat. Ista, inquit, indifferentia
B sunt. Nolite putare differre vos à Iudæis, quòd circun-
cisionem non adepti, in prępucio estis. Nam hoc demũ
graue ac molestum erat, quòd sine Christo eratis. Ab-
alienati à Republica Israëlis. Hoc est, non esse in Repu
blica, extraneos esse à testamentis promissionis, non ha
bere futurorum spem, deo carere in hoc mũdo. At hæc
omnia illorum erant. Dixerat de rebus cœlestibus, mẽ-
tionem iam & eorum facit quæ super terrã erant, quo-
niam in illis magnam habebant Iudæi gloriam. Ita &
Christus, cõsolando discipulos cum dixisset, Beati qui *Matt.5.d*
persecutionem sustinent propter iusticiam, quoniã ip-
sorum est regnum cœlorũ, quod minus est subiungens
ponit. Nam ita, inquit, prophetas quoque qui ante vos
fuerũt, persecuti sunt. Istud quippe ad magnitudinem
quidem priorum minus est: ad hoc vero, vt propinquũ
faciat, ac persuadeat, sufficiens est ac multum habẽs ro-
C boris. Hoc itaque erat esse in Republica. Non dicit se-
parati, sed abalienati à Republica Israëlis. Nec dicit,
non attendentes, sed nec participãtes, & extranei. Mul
ta est in verbis emphasis, multam ostendens separatio-
nem. Alioqui & ipsi Israëlitæ extra Rempublicam erãt,
at non vt alieni, sed vt socordes, & à testamentis exci-
derant, sed non vt extranei. Quæ erant autem promis-
sionis testamenta? Tibi ac semini tuo dabo terram hãc, *Gene.15.d*
& quicquid aliud illis promisit. Spem, inquit, non ha-
bentes, & sine deo. Atqui deos adorabant. Verum non
erant dij. Nihil enim est idolum. *Nunc autem in Christo
Iesu vos qui quondam eratis longinqui, propinqui facti estis in san-
guine Christi. Ipse siquidem est pax nostra qui fecit ex vtrisque vnum,
& interstitium sepis, inimicitiam videlicet in carne sua soluens.*
An hoc magnum est, inquis, quòd in Iudæorum Rem-
publicam venimus? Quid dicis? Summatim instaurata
D sunt omnia, siue quæ in cœlis siue quæ in terra, & nunc
demum de Israëlitis loqueris? Certe, inquit. Nam illa
quidem fide oportet comprehendere, ista vero ipsis e-
tiam operibus. Nunc autem inquit, in Christo Iesu vos
qui olim eratis lõginqui propinqui facti estis huic Rei-
publicæ. lõginquitas enim illa, & propinquitas electio-
nis duntaxat sunt liberæ. Ipse enim est pax nostra, qui
fecit ex vtrisque vnum. Quid est vtraque vnum fieri?
Non hoc dicit, quòd in illam Israëlis nobilitatem nos
euexerit, sed quòd & nos & illos in maiorem extulerit.
Verũtamen maius est beneficium quod nobis obtigit.
Nam illis quidem & promiserat, & viciniores erant:
nobis vero & nihil promiserat & præterea remotiores
eramus: propterea & alibi dicit: Gentes vero pro mise- *Roma.15.b*
ricordia glorificent deum. Promisit quidem Israëlitis,
licet indignis: nobis vero neque promisit etiam, sed ex-
tranei eramus, nihil habebamus cõmunionis cum illis.

Fecit

Fecit autem vt vnum essemus, non nos illis coniungẽdo, sed & illos & nos in vnum conglutinando. Exemplum vero dicam: Ponamus esse statuas duas, vnam argenteam, alteram plumbeam: deinde opere fusorio, vtrasque aureas fieri. Ecce duas vnam fecit artifex. Aut aliter: Ponamus hinc seruum, isthinc adoptatũ, vtrosq; eidem* supplices domino, hũc quidem abdicatum puerum, illum vero & fugitiuum & neque patrem agnoscentem: deinde & hæredes vtrosque factos & germanos filios. Ecce quo modo ad vnum & eundem honorem inducti, ambo facti sint vnum. ille quidem è longinquo, iste vero è vicino veniens, & iam germanior, quàm antequam offendisset. Interstitium, inquit, sepis soluẽs. Quid est hoc Interstitium? Inimiciciam, inquit, in carne sua, legem præceptorũ † in dogmatibus sitam, abrogans.] Sunt quidam qui dicant legem fuisse interstitium inter Iudæos & Gentes, vnde factum sit, vt cõmisceri nequiuerint: Mihi vero istud non videtur, sed commune hoc interstitium esse, nimirum inimiciciam in carne. Hoc scilicet erat interstitium dirimens, quemadmodum propheta dicit: Nõne peccata vestra discernunt inter me & vos? Interstitium erat inimicicia quã habebat deus tam aduersum Iudæos quàm Gentes. Per legem vero illa nõ solum sublata non est, sed & aucta: lex enim, inquit, irã operatur. Quemadmodum igitur illic cum dicit: lex iram operatur, non legi totum adscribit, sed subauditur, quoniam illam transgressi sumus: ita & hoc loco illam, interstitium forte dicit, ob id quòd neglecta inimiciciam causata est. Sepes erat lex, sed erat illa munitionis gratia facta, vnde & sepes nominata est, vt circunsepiret. Nam audi rursus prophetã dicentem: Et sepem illi circũdedi. Et iterum: Detraxisti sepem eius, & vindemiarunt eam omnes quotquot illac iter fecerunt. Hic munitionem vocat sepem. Et rursus: Diruam sepem eius, & erit in cõculcationem. Item, legem ad auxiliandum dedit. Et iterum: Faciens misericordiam & iudicium dominus, notas fecit iustificationes suas Israël. Factum est vero interstitium illud tale quod illos non amplius in munitionem constituat, sed à deo etiam separet. Tale siquidem est interstitium illud quod à maceria est. † Quòdnam est illud?] Inimiciciam, inquit, in carne sua. Quo modo? Obsepierat, ac rursus illic inimiciciam soluit? Neque vero hoc solum, sed & obseruãtiam ipsius soluit. Quid igitur? Si à priore transgressione liberati sumus, an rursus illam seruare cogimur? Hoc rursus idem fuisset. Igitur & ipsam legem dissoluit: Legem, inquit, mandatorum in decretis abrogans. Papè, quanta benignitas. Dederat nobis legem, vt illam obseruaremus: quoniam vero non seruauimus, atque ideo puniendi iam eramus, legem dissoluit: quemadmodum si quis pædagogo commendatum puerum, quoniam morem nollet gerere, & abduceret, & à pædagogo liberaret. Quantę benignitatis est istud? Quid est, in decretis abrogans? Multam enim hic intermandatum & decreta differẽtiam ponit: Aut fidem dicit, decretum illam vocans. Ex sola quippe fide nos saluauit. Aut præceptum intelligit, quemadmodum Christus dixit: Ego vero dico vobis, neque irascimini omnino. Hoc est: Si credideris, quòd deus illum excitauerit à mortuis, saluus eris. Et iterũ: Propè est verbum in ore tuo, & in corde tuo. Ne dicas: quis ascendet in cœlum? aut quis descendet in abyssum? aut quis reduxit illum ex mortuis? Pro vita, fidem induxit: Etenim ne frustra saluareris, & ipse supplicium tulit, & fidẽ vicissim per decreta exegit. *Vt duos conderet in seipso in vnum nouũ hominem.* Vides gentilem non esse Iudæum factum, sed & hunc & illum in alterum statum venisse, non vt ex gentili alium faceret, sed vt duos simul conderet: Et bene vbique condendi vel creandi dictione vsus est, nõ dicens, vt transmutaret, quatenus ostenderet facti efficaciam, & licet visibilis sit reliqua creatura, istam tamẽ non minorem esse, & tanquam à naturalibus rebus nõ esse nobis in posterum refiliendum. Vt duos conderet in seipso: hoc est, per seipsum. Non mandauit istud alij cuiquam, sed per seipsum & hunc & illum reformans, vnum ex illis admirabilem planè retulit, primum ipse hoc factus, quod quidẽ priore creatura maius est. Hoc enim est quod dicit, in seipso, nimirum quòd ipse primus typum & exemplar noui huius hominis exhibuit. Vbi enim Iudæum, illic apprehendit & gentilem, medius ipse factus, & vtrosque commiscens, ac quicquid illorum extraneum erat & alienum amoliẽs, diuinitus reformauit per ignem & aquam, nõ amplius per aquã ac terram, sed per aquam & ignem. Circuncisus factus est Iudæus, factus est maledicto obnoxius. Gentilis extra legem & super gentes & Iudæos factus est. In vnum nouum hominem, inquit: *Faciens pacem.* Ipsis ad deũ, & erga se mutuo. Non enim perseuerantes Iudæi ac gẽtes conciliati sunt, & nõ nisi à propria liberati quisque conditione, in maiorem aliam venerunt. Iudæus enim tum demum Gentili coniungitur, quando fidelis redditur. Ac si duo quidam, in imis ædibus in diuersis cubiculis degentes, non prius alter alterum cõspicere possent, quàm ambo in superioris cœnaculi amplitudinẽ cõuenirent. Faciens pacem, magis & præcipue ad deũ. Quod enim sequitur hoc declarat. Quid autem dicit?

Et vt reconciliaret ambos in vno corpore deo, per crucem. Non dicit, vt conciliaret, sed reconciliaret: vt ostẽdat quòd *& antea cõciliata fuerit humana natura, vtpote in sanctis, & ante legem. In vno corpore, inquit, ipsius videlicet, deo.* Quo modo istud factum est? Pœnam, inquit, quæ debebatur, ipse luit per crucem. *Perempta inimicicia* per ipsam.* Nihil his dictionib⁹ proprium magis, nihil expressius. Mors ipsius inimiciciam interemit, vulnerauit ac perdidit. Non præcepit alij cuiquam hoc negocij, neque facere tantum, sed & pati voluit. Non dixit, soluta, neque sublata, sed quod omnium erat vehementissimum, perempta inimicicia. Ita vt nõ excitetur amplius. Quo modo igitur excitatur? A multa nostra malicia. Nam donec in corpore Christi manserimus, donec fuerimus adunati, non excitatur, sed iacet emortua: immo vero illa nunquam excitatur. Si vero aliam quampiã parturierimus, non amplius ad eum pertinebit, qui priorem sustulit ac peremit. Tu sanè aliam parturis. Affectus enim carnis, inquit, inimicicia est aduersus deum. Si nihil carnale sapuerimus, nõ generabitur altera, sed pax illa manebit.

Moralis exhortatio.

Cogita siquidem quàm sit enorme, si quando tanta conciliationis nostræ gratia moliente perficientéque deo, ad inimiciciam denuo fuerimus reuersi. Eam certe non amplius baptisma sed gehenna, non iam remissio, sed acris inquisitio, ac cõdemnatio maneret. Affectus carnis sunt deliciæ ac voluptatum oblectamenta. Affectus carnis sunt auaricia & omne peccatũ. Quam ob rem affectus carnis dicuntur, cum tamen nihil horũ sine anima fiat? Non hoc ideo dicit, quòd carnem culpet ac traducat. Quandoquidem & cum dicit, animalis homo, animam nõ ideo criminatur, Neque enim corpus, neque anima etiam in seipsa nisi supernũ adsit auxilium,

* ἀυτὸν προσωπω] τῶν habet codex Veronẽ. sed legẽdũ puto ἀυτὸν πρὸς ἑαυτὸν. i. ipsum offendisse: vt etiã ex sequẽtibus patet.

† in decretis abrogans] præter malã distinctionẽ male addidit, sitam. Chrysost. enim sentit ī decretis siue per decreta nẽpe euãgelica abrogatã esse legẽ mandatorũ.

Esa.59. Roma.4.c Esa.5.a Matt.21.d Psal.79. Esa.5.b Psal.102.

† Quòdnã vero est istud?

Fides.

Matth.5.d

Exo.30.c Rom.10.b

* εἰ ἀυτῷ hæc dictio ἀυτὸς pertinet referri ad Christũ, vel ad crucem, Græcos maculinũ est genus.

Rom.8.b

1.Cor.2.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

xilium, ad generosum quid & magnum præstandum suffecerit. Propterea vocat illa animalia, quæ per seipsam operatur anima. Et carnalia illa, quæ ex seipso facit corpus. Non quòd illa sunt naturalia, ideo perdūt, sed quòd cœlesti moderatione potita non sunt. Alioqui & ipsi cœlis boni sūt, sed sine lumine innumera mala perpetrant, quod infirmitatis illorum est. Si vero naturalia in se mala essent, nunquam vtique vt oportet bene illis vsi essemus. Nihil enim, quod naturale sit, malum est. Quid igitur sunt affectus carnales? Peccata. Peccatū enim quando supra aurigam se extulerit, mille mala parit. Virtus enim carnis est, animæ subditā esse. Malicia vero est, quādo caro dominatur animæ. Quemadmodum igitur bonus quidem est equus & robustis crurib⁹ vtilis, sine tamen auriga nullum huius specimen dedit: ita & caro, si quādo lasciuiam illius præciderimus. Sed neque auriga probatur sine scientia. Etenim & ipse peiora illis designabit. Itaque vbique †cura & inspectione opus est. ȷSpiritus, qui rerum summam ac moderationē habet, aurigam etiam firmiorem facit. Hic videlicet & animam & corpus accurate adornabit. Quemadmodū enim anima quæ corpori ineſt, bonum illud quidem ostendit, quando vero illa energia sua corpus destituerit ac dereliquerit, quēadmodum si pictor colores prēter ordinem cōfuderit, multa turpitudo sequitur, vnoquoque membrorum ad corruptionem ac dissolutionem properāte: ita & spiritus, si tam corpus quàm animam desolationi permiserit, peior fit ac maior turpitudo. Noli itaque corpus, propterea quòd minoris est q̄ sit anima, improbare. Neq; enī animā ego improbare audeo, ꝓpterea quòd nihil absq; spiritu præstare valet. Quòd si quid hic omnino culpādum, anima magis accusanda fuerit quàm corpus. Nam corpus quidem nihil mali absque anima designat, anima vero multa mala sine corporis vsu committit. Tabescēte siquidem & nihil minus quàm lasciuiente corpore, multum illa malorum operatur, quemadmodum incantatores illi & magi, & qui inuidia laborant, & venefici, corpora sua potissimum tabefaciunt. Propterea neque deliciæ ad corporis necessitatē pertinent, sed magis animæ segniciei admetiendæ sunt. Cibus enim, non deliciæ corpori necessarius est: si frænum diligenter & acriter immisero, equum facile repressero. Animam vero corpus in malis ipsius cohibere non potest. Quam ob rem igitur affectum ipsum carnis vocat? Eo quòd totum carnis sit. Tum enim caro peccat, quando primas obtinuerit, mētēmq; & animæ principatum abstulerit. Virtus itaque corporis in hoc est, vt animæ morem gerat, alioqui in se nec mala est nec bona. Quid enim ex seipso faciet corpus? Bonum itaque est coniunctione propter subiectionem, alioqui nec bonum nec malum, sed vel ad illud vel istud, idoneum ad vtraque motū habens. Corpus cōcupiscit, at neque fornicationem nec adulteriū, sed simpliciter commixtionem. Corpus cōcupiscit, verum non delicias sed cibum, non ebrietatem, sed potum. Quod enim ebrietas non sit corporis concupiscētia, vide quo modo. si quando mensuram transgressus fueris, corporisq; fines excesseris, nihil iā contineat amplius: quin & reliqua omnia animæ sunt, quando videlicet in ea quæ carnalia sunt delabitur, quando veluti incrassatur. Licet enim bonum sit corpus, vehementer tamen infra animam est, quemadmodum infra aurum est plumbum, & tamē vt adglutinato plumbo opus habet aurum, ita & corpore anima, & sicut nobili quidem puero, pedagogi tamen opera necessaria est. Quē-

† spiritū dominari & gubernare oportet.

admodum igitur, quando †quæ pueri agūt, puerilia vocamus, ȷnon ex eo ætatem illorum, sed quæ in ea ætate committuntur, taxamus, ita & corporis habet ratio. Verum, si voluerimus, licebit non esse in carne, vt neque in terra, sed in cœlis & spiritu. Esse siquidem alicubi, nō tam iuxta situm localem dicitur, quam iuxta affectum. Atque ita multos alicubi existentes, illic non esse contendimus, dicentes, hic non fuisti. Et quid dico? Sæpenumero dicimus: Non es apud teipsum, nō sum in meipso. Atqui quid corporalius eo, quo quisque sibi ipsi proximus est? Et tamen non dicimus eum ideo esse in seipso. Itaque in nobis ipsis constituti in cœlo & in spiritu, maneamus in pace & gratia dei, vt omnibus liberati carnalibus promissa bona consequi valeamus, in Christo Iesu domino nostro, cum quo sit patri, simul & spiritui sancto, gloria, imperium atque honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

† res pueriles dicimus,

Homilia sexta.

ET veniens euangelizauit pacem vobis qui longè aberatis, & illis qui propè. Quoniam per ipsum vtrique habemus aditum ad patrem in vno spiritu. Itaque non estis amplius hospites & incolæ, sed concives sanctorum, ac domestici dei superstructi super fundamentum Apostolorum & Prophetarum: summo angulari lapide existente ipso Christo, in quo tota structura coaptata, in templum sanctum crescit, in domino, in quo & vos pariter ædificamini in habitaculum dei, in spiritu. Neque alium, inquit, misit, neque per alium quempiam pacē vobis nunciauit, sed ipse per seipsum. Nec angelum huc amandauit, nec archangelum. Quandoquidem tot mederi malis, quæq; fiebant annunciare nullius erat alterius, sed sui ipsius aduentus, ministri ac prope diaconi sumpta conditione dominus aduenit. Et euangelizauit pacem vobis qui procul aberatis, & illis qui propè. Iudæos intelligit propè existentes, nobis collatos. Quoniam per ipsum habemus* aditum vtrique ad patrem, in vno spiritu: pace, inquit, ad deum nos conciliauit. Nam & ipse dixit: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Et iterum, Bono sitis animo, ego vici mundum. Et quæcunque petieritis in nomine meo accipietis. Et rursus: Quoniā pater vos amat. Ista pacis sunt indicia. Et præterea quo modo? Quoniam per ipsum aditū adepti sumus in vno spiritu. Non vobis minus, Iudæis vero plus obtigit. Sed vna vtrinque gratia. Nam iram quidem morte sua sustulit, amicos vero nos patri reddidit per spiritum. Ecce rursus, in, idem est quod, per, hoc est, Per seipsum & spiritum adduxit nos ad patrem. Itaque nō estis amplius hospites & †inquilini, sed cōcives sanctorum. Vides quòd non simpliciter dicat, Iudæorum, sed sanctorum, ac magnorum illorum virorum, †qui cum Abraham sunt, cum Moyse & Helia, ȷcum quib⁹ in eādem ciuitatem descripti sumus? In hanc videlicet declaramur (qui enim talia dicunt, inquit, patriam se quærere declarant) non iam hospites sanctorum neque incolæ. Nam qui cœlis potituri non sunt, incolæ sunt. Filius enim, inquit, manet in æternum. Et domestici dei. Quod illi tantis laboribus ab antiquo adeptum habebant, istud nobis per gratiam dei paratum est. Ecce vocationis spem. Superstructi super fundamentum Apostolorum ac prophetarum. Vide quo modo omnia cōmisceat, Græcos, apostolos, prophetas & Christum, & nunc quidem corporis, nunc vero structuræ exemplo coniunctionem istam ob oculos ponat. Superstructi, inquit, super fundamentum apostolorum, hoc est, fundamētum sunt apostoli ac prophetæ. Et primum ponit apostolos,

* προσαγωγὴν additum, introductionem. Ioan.14.d Ibid.16.g Ibid.14.b Ibid.16.f

† incolæ,

† Abrahæ, Moysis, & Heliæ.

Ioan.8.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

apostolos,qui tamen tempore posteriores sunt. Hoc sa nè dicens, ostendit illos esse fundamentum,totum tamen vnam esse structuram & radicem vnam.Intellige hic & Gentes fundamenti loco patriarchas habere.Hic certe quod proprium est magis dicit, quàm dum institutionis alicubi meminit:illic magis taxat. Deinde omnia cõtinens,inquit,Christus est. Summus enim angularis lapis,& parietes cõtinet & fundamenta.In quo tota structura. Vide quo modo coniunxerit. Nunc quidem superne totum corpus continentem & conseruãtem, nunc vero inferne & structuram sustinentem, & radicem existentem inducit.Illud vero,quod supra dixit,vt duos conderet in seipso in vnum nouum hominem,per istud declarauit,quod ostẽdit Christũ vtrosq; parietes per seipsum coniunxisse, eo quòd in ipso conditi sunt:Et primogenitus,inquit,omnis creaturę.Hoc est,ipse sustinet ac portat omnia, in quo tota structura coaptata est. Quicquid dixeris,siue fastigiũ,siue parietes,siue quicquid aliud fuerit,totum ipse baiulat. Alibi & fundamentum ipsum vocat.Fundamentum enim aliud,inquit,nemo potest ponere,præterquam quod positum est,quod est Iesus Christus. In quo tota structura coaptata.Declarat & ipsa exacta structuræ consummatio,non posse aliter poni eum, qui non cum multa diligẽtia vixerit. Crescit enim,inquit,in templum sanctũ, in domino, in quo & vos pariter ædificamini. Sæpius hoc dicit:In tẽplum,in habitaculũ dei,in spiritu. Quid sibi vult illa structura? Vt inhabitet deus in isto tẽplo, & quisque vestrum,inquit, tẽplum est, & communiter omnes,& velut in Christi corpore habitat,& tanquam in templo spirituali.Non dixit, προσοδον accessum,sed προαγωγὴν, id est,introductionem.Non enim à nobis ipsis accessimus,sed ab ipso introducti sumus.Nam nemo,inquit,venit ad patrem,nisi per me.Et iterum:Ego sum via,veritas,& vita. Coniungit etiam illos sanctis. Rursus ad primum redit exemplum, nequaquã à Christo elongari permittens. Ista vtique structura vsque ad *aduentum Christi pertingit.Et propterea sanè Paulus dixit,Vt sapiẽs architectus fundamentum posui.Et iterum:Quoniam fundamentum est Christus, Quídnam hoc est:Vides quod ad ea quæ causæ subiecta sunt,animaduertere oporteat? Hoc autem non simpliciter de exemplis dixerim,vt quando patrem suum agricolam, & seipsum radicem facit. *Huius rei gratia ego Paulus vinctus sum Iesu Christi,pro vobis gentibus.* Dixit de multa Christi cura & prouidentia, egreditur deinceps & ad suam ipsius,modicam quidem & admodum nullam,ad eam quæ Christi est collatam, sufficientem tamen & ipsam ad adtrahendum illos. Huius,inquit, rei gratia & ego vinctus sum. Nam si dominus meus crucifixus est pro vobis, multo magis ego vincior. Non solum vinctus fuit ipse,sed & seruos suos in vincula coniici permittit. Pro vobis gentibus.Multa emphasis hic est. Nõ solum, inquit,non abominamur vos,sed & vincimur propter vos, & ego quoque qui tanta potitus sum gratia. *Si quidem audistis dispensationem gratiæ dei quæ data est mihi in vos.* Vaticinium illud subindicat, quod de se ad Ananiam in Damasco factum est, quando illi dicebat dominus: Vade, quoniam vas electionis mihi est iste, vt portet nomen meum coram gentibus ac regibus. Dispensationem gratiæ, reuelationem intelligit,quasi dicat:Nõ didici ab homine. Et propter vos vni mihi reuelare gratiam istam dignatus est dominus. Ipse nanque ad me dixit:Vade quoniã ad gentes procul amandabo te.Siquidem audistis:Dispensatio quippe magna erat,quòd hominem nulla ex parte persuasum,cœlitus vocabat ac dicebat: Saule Saule, quid me persequeris? lucéq; illa ineffabili excæcabat. Siquidem audistis, inquit, dispensationem gratiæ dei, quæ data est mihi in vos. *Quòd secundum reuelationem notum mihi factum sit mysterium quemadmodum ante scripsi paucis,* Forte per aliquos manifestauit, aut propter multos scripsit. Ostendit autem hic totum esse dei, nihilque nos attulisse. Quid enim, dic quæso? Paulus ille magnus, & admirabilis, legem edoctus, ad pedes Gamalielis diligenter & exactè eruditus, an non gratia saluatus est? Mysterium enim est, quòd gentes in maiorem,quàm Iudæorum sit, nobilitatem continuo ac subito euehuntur. Quemadmodum antè scripsi in modico, id est, breuibus. *Iuxta quod potestis legentes intelligere.* Papè,itaque neque rem omnem scripsit,neque quantum scribi oportebat. Sed hic quidem istud rei natura,alibi vero auditorum ignauia fecit,vt apud Hebræos & Corinthios. Iuxta quod potestis legentes intelligere. *Cognitionem meam in mysterio Christi.* Hoc est, quo modo intellexerim, quo modo cognouerim,siue illa quæ dixit deus,siue quod ad dextram illius sedet Christus.Deinde & dignitatem illam, nimirum quòd ita non fecerit deus cuiuis gẽti, & qualis sit gens ista, quam ad hunc modum dignatus est deus. *Quòd aliis ætatibus non innotuit filiis hominum, quemadmodum nunc reuelatum est sanctis apostolis eius ac prophetis in spiritu.* Quid igitur dic quæso? Non cognouerunt ista prophetæ? Quo modo ergo dicit Christus, quoniam Moyses ac prophetæ ista de me scripserunt? Et iterum: Si credidissetis Moysi, credidissetis vtique & mihi. Et rursus: Scrutamini scripturas, quoniam putatis vos in illis vitam æternam habere. Et illæ sunt, quæ mihi testimonium ferunt. Hoc dicit, aut quòd non omnibus *hominibus reuelatum sit hoc mysterium.adiecit enim, quòd aliis ætatibus vel generationibus, non innotuit filiis hominum quemadmodum nunc reuelatum est:* aut quòd ita non innotuerit, rebus ipsis & operibus, quemadmodum nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius ac prophetis in spiritu.Perpende siquidem: Ipse Petrus,nisi audisset ex spiritu,ad gentes vtique non accessisset.Audi nanque quid dicat.Dedit igitur illis,inquit, deus spiritum sanctum,quemadmodum & nobis. Hoc est,elegit illos deus in spiritu,vt gratię communionem accipiant. Prophetæ itaque prædixerunt quidem ista, adeò tamen exactè non cognouerunt, quãdoquidem ea neque ipsi apostoli planè tenuerunt, etiam postea quam audissent. Multum enim excellebant humanam cogitationem communèmq; spem, *Cohæredes esse gentes, & eiusdem corporis consortésque promissionis.* Quid est cohæredem esse consortémque promissionis, & eiusdem corporis? Hoc videlicet est magnum illud, vnum esse corpus,hæc est magna illa propinquitas. Quòd vocandæ essent gentes nouerunt quidem prophetæ, tantum vero huius rei non nouerunt. Nam hoc vocat mysterium promissionis. In sorte promissionis dei erant Israëlitæ, & illorum consortes factæ sunt gentes. *In Christo,per Euangelium.* Hoc est, quòd euangelium & ad gentes mittendum sit,& quòd illi essent credituri. Nõ enim simpliciter, sed per euangelium,inquit. At istud quidem,nihil magni fuerit. Exiguũ enim est: sed aliud quiddam nobis,quod maius est,reuelat deus:nimirum quòd non solum homines, sed neque angeli neque archangeli, nec alia quæpiã creata potestas istud cognouerit. Mysterium enim erat nõdum reuelatum:cognitionem meam,inquit, intelligere potestis. Forte quòd illis &

Roma.11.c
Coloss.1.b
1.Cor.3.c
2.Cor.6.d
Ioan.14.a
Ibidem.
* προσοδίαν, aduẽtũ, præsentiã.
1.Cor.3.b
Ibid.c
Ioan.15.a
Cap.III.
Actо.9.c

illis & in Actis dixit, quam habeat cognitionem, nēpe quòd & gentes ad iſtam gratiam debeant vocari, hoc vocat hic ſuam ipſius cognitionem in myſterio, de quo ſupra dixit, quòd in ſeipſo duos condiderit in vnū nouum hominem. Nā ex reuelatione & hic didicerat & Petrus, quòd gentes abominabiles haberi non debeāt.

Supra 2.c

** Hæc etiā in Græcis perturbata videntur, quæ ita eſt mihi, iuxta efficacem potentiæ illius.*

Atque hoc eſt, quod & in Apologia ſua Petrus dicit: *Cuius factus ſum miniſter, ſecundum donum gratiæ dei, quæ data eſt mihi, iuxta efficacem potentiæ illius.* Dixerat: Huius rei gratia vinctus ſum: ſed rurſus totum deo adſcribit, Secundum donum ipſius inquit, ſecundum potentiā doni ipſius, honoris huius dignitas obtigit. Sed nō ſufficiſſet donum, niſi & potentiam illi indidiſſet.

Theophylac. dicit hæc verba. Tria nanq; oportet nos adferre & contribuere ad miniſterium, animā dētem, animum periculorum amantē, ſapientiā & intellectū, vitamq; incultam: Deum autē virtutē dare, p quā hæc eīa effecta ſint.

Moralis exhortatio.

Reuera quippe magna fuit hīc potentia, nec ſuffeciſſet humana diligentia. *Nam tria contulit ad prædicationem Paulus. Alacritatem videlicet feruidam & auium, animā dētem, animum nihil nō ferre paratum, & intellectum ac ſapientiam. (neque enim ſatis ad hanc functionem fuiſſet animus ad pericula intrepidus.) deinde & potentiam ſpiritus & vitam inculpatam. Contemplare vero quod ad ipſum primum attinet, atque audi quid ſcribat: Vt non vituperetur, inquit, miniſterium noſtrum. Et iterum: Adhortatio ſiquidem noſtra, non ex errore, neq; ex immundicia, neque in ſermone adulandi, neq; in occaſione auariciæ. Vides integritatē, quæ nullo pacto culpari queat? Et rurſus: Procurātes quæ bona ſunt, non ſolum coram domino, ſed & coram hominibus. Deinde poſt iſta: Singulis dieb°, inquit, morior per veſtram gloriam, quam habeo in Chriſto Ieſu. Et iterū: Quis nos ſeparabit à dilectione Chriſti? Tribulatio? aut anguſtia? aut perſecutio? Rurſus: In multa patientia, in tribulationibus, in neceſsitatibus, in perſecutionib°, in anguſtiis, in plagis, in cuſtodiis. Deinde quantum attinet ad diſpenſationem ipſius, audi, Factus ſum, inquit, Iudæis tanquam Iudæus, illis qui ſine lege ſunt, tanquā & ipſe ſine lege, his qui ſub lege ſunt, velut ſub lege eſſem. Raditur etiam & innumera facit. Quod vero omnium eſt caput, iſta omnia facit in potentia ſpiritus. Nō enim audeo quicquam loqui, inquit, eorum, quæ Chriſtus per me nō fecerit. Et iterum, Quid enim eſt, in quo reliquis eccleſiis inferiores ſitis? Et rurſus: Nihilo enim minor fui illis, qui excellēter ſunt apoſtoli, etiam ſi nihil ſum. Sine his vero, quæ cōmemorauī, erat iſtud impoſsibile. Non igitur propter ſigna ipſius fideles facti ſunt. Neq; enim ſigna hoc fecerūt, neq; per illa, magna de ſe ſentiri † permouit, ſed aliūde. Oportet enim vt irreprehenſibilis fuerit, diſpenſandi muneris ſui peritus, in quoduis periculum ſeſe proiiciens, & ad docendum appoſitus. His videlicet plus quàm miraculis, promotū eſt. Iſta ſi fuerunt, nihil opus erat miraculis. Quin perpē damus illum, etiam ante miracula innumera talia præſtitiſſe. Nunc vero, cū nihil horum habeamus, nihil nō obtinere præſtareq; volumus. At cū alterum diuellitur ab altero, quod reliquum eſt, inutile redditur. Quæ nāque fuerit vtilitas, ad nullum pallere periculū, vita exiſtente reprehenſibili? Si enim lumen, inquit, quod in te eſt, tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantæ? Rurſus quis fructus erit vita eſſe inculpata, ſegnis ſi fueris ac ſomnolētus? Niſi enim crucem ſuam quis tulerit mēque ſecutus fuerit, inquit, non eſt me dignus. Et niſi poſuerit quis animam ſuam pro ouibus. Quis vero ſperabitur profectus, ſi etiam his exiſtentibus vtriſque, non fueris tamē ad obeundam diſpenſationem accommodus, noueriſque quo modo vnicuiq; reſpondere oporteat? Quòd ſi

Rom.12.d
2.Cor.11.b
† poſtulauit,
Matt.6.c
Ibid.10.d
Ioan.10.b

A ſigna non fuerint, ſint nobis tamen vtraque iſta. Verūtamen licet tāta ex ſeipſo attulerit apoſtolus, totum tamen gratiæ adſcripſit. Iſtud autem grati eſt famuli. Nos vero vtiq; nondum cognouiſſemus ipſius virtutes, niſi rerum fuiſſet neceſsitate adobrutus. Num igitur digni ſumus, qui vel mentionem faciamus Pauli? Ille licet gratiam habuerit adiutricē, contentus tamen non fuit, ſed & mille pericula quæ ſuſtinuit veluti tributum intulit ac penſitauit. Nos autē, qui fiducia illa deſtituti ſumus, vnde, dic quæſo, ſperabimus nos vel cōſeruaturos eos qui † Chriſtianæ fidei iam dediti ſunt,] vel acquiſituros eos qui nondum acceſſerunt, homines deliciis hactenus dediti, refocillationēmq; vbique quærentes, & pericula ne in ſomnis quidem ferre valētes, immò neq; volentes etiam, & præterea à Pauli ſapientia nō minus diſtantes, quàm à cœlo terra? Propterea & diſcipuli noſtri multum ab illis qui tum erant, defecerunt, quādoquidem & illorum temporum diſcipuli meliores erāt, quàm nunc ſunt doctores, qui tum in mediis populis, & à tyrannis minarum inſultus omniúmq; mortalium vndiq; hoſtiles inimicicias paſsi, neq; tamen vel tantillum deiecti, aut à ſententia deflexi ſunt. Audi quippe, quid Philippenſibus dicat: Quoniam vobis, inquit, datum eſt pro Chriſto, vt nō ſolum in ipſum credatis, ſed & pro illo patiamini. Et Theſſalonicēſibus iterū: Quoniam, inquit, imitatores facti eſtis eccleſiarum dei, quæ in Iudæa ſunt. Et Hebræis ſcribēs dicit: Et direptionem facultatum veſtrarum cū gaudio accepiſtis. Coloſſenſibus autem teſtimonium fert dicēs: Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcōdita eſt cum Chriſto in deo. Et hos ipſos multa tuliſſe pericula teſtatur. Galatis vero ſcribens dicit: Tanta paſsi eſtis fruſtra, ſi quidem & fruſtra. Et vides iſtos omnes iuſticię ſtudio deditos fuiſſe. Propterea & ipſa gratia tum efficax fuit. Et ob eā rem illi in virtutibus vixerunt. Corinthiis autem quid ſcribit? Audi: Quos multis modis culpauerat, nūquid & illis ipſis virtutum teſtimonium adfert, cum dicit: Sed zelum veſtrum, ſed deſiderium veſtrum? Et quæ rurſus de his rebus ad eos dicit, illa nūc neq; in doctoribus quiſquam deprehenderit. Itaque illa omnia ceſſarunt ac perierūt. In cauſa vero eſt, quòd charitas refriguit, & quòd peccatores non caſtigantur. Audi nanque ipſum ad Timotheum ſcribentem: Peccantes, inquit, corā omnibus argue. Et quòd principes ægrotant. Capite ſiquidem non exiſtente ſano, quo modo reliquum corpus validū manebit? Vide igitur quanta ſit rerum turbatio. Qui recte viuendo, rectāmq; aliquo modo fiduciam obtinendo montium cacumina occuparunt, è medio ſublati, & velut ab hoſtili alienóq;, & minime domeſtico corpore auulſi ſunt. Corrupti vero, quiq; innumeris malis ſcatent, in eccleſias irruperunt. Venales factæ ſunt dignitates. Mille hinc mala naſcuntur, & tamen nemo eſt qui corrigat, nemo qui reprehendat, ſed viam quandā atq; ſequelam nacta eſt hæc merces. Peccauit quiſpiam culpatúſq; eſt? Is non in hoc laborat, vt innocentē ſe oſtendat, ſed vt criminū ſocios reperire liceat. Quid patior ac turbor cum gehennæ minæ obiectæ ſint? Credite mihi, niſi illic nobis deus ſupplicium reſeruaſſet, maiores tragœdias ſingulis diebus videretis, quàm vnquam Iudaicæ calamitates fuerunt. Quid enim (ſed nemo moleſtè ferat, neque enim nominatim dicam) ſi quis eccleſiam ingreſſus, poſtulatis ad iudicium vobis, qui nobiſcum nunc hic eſtis, inquiſitionē faceret? immò vero nō nūc, ſed ſi circa paſchatis diem quotquot acceſſerūt ac baptizati ſunt, poſt myſteriorum participationem dili-

Philip.1.d
1.Theſſ.2.c
Hebr.10.g
Coloſſ.3.a
Galat.3.a
2.Cor.7.c
1.Timot.5.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

gẽter quis ſcrutatus eſſet,tali accepto ſpiritu, vt exactè quicquid egiſſent cognouiſſet, multa ſanè Iudaicis malis grauiora deprehendiſſet. Nam inueniſſet vtique qui & auguriis & diuinationibus,& incantationibus vſi eſſent: inueniſſet & ſcortatores & adulteros, & ebrietati deditos & conuiciatores: auaros nolo dicere, ne quos hic ſtantium tangam. Quid vero ſi quis ſcrutatus eſſet quotquot in vniuerſo orbe accedunt,quódnam putas non reperiſſet delictum? Quid ſi principes? Nunquid deprehendiſſet pecuniarum cupidos? num principatuum emptores? num inuidos? nunquid tortores? nunquid vanæ gloriæ deditos? heluones? pecuniarum ſeruos? Quid igitur malorum expectandum non erit,poſteaquam tanta obtinuit impietas? Et vt diſcatis, quanto ſupplicio ſint obnoxij qui peccatis hiſce detinentur,reſpicite vetera. Sacram pecuniam furatus erat homo militaris vnus, & omnes periclitabantur. *Ioſue 7.a* Scitis hiſtoriam? De Charmi illo loquor, qui de anathemate ſubtraxerat. Propterea & propheta dicebat: Repleta eſt regio illorum diuinationibus, velut regio alienigenarum. Nunc vero, cum innumera vndique ſcateant mala, nemo tamen eſt qui quicquam metuat. Terreamur deinceps. Nouit deus & iuſtos cum impiis punire,quemadmodum & cum Daniele,& cum tribus illis pueris innumeriſque aliis factum eſt, quemadmodum & in bellis quandoque & nunc vſu venit. Nam iſti quidem propterea quòd tantam peccatorum grauitatem habent,tolluntur,illi vero nõ hac cauſa. Propter hæc omnia,attendamus nobisipſis. Non videtis bella? Non auditis quæ præſto ſint calamitates? An his non erudimini? Gentes atque vrbes integræ ſubmerſæ perierunt. Tot hominum myriades apud Barbaros seruiunt. Quòd ſi gehennæ metu non reſipiſcimus,reſipiſcamus vel horum gratia. Et ſi minæ iſtæ non eſſent, nunquid ex his rebus quæ iam euenerunt ſapere debebamus? Magnas illi dederunt pœnas. Nos vero maiores luemus, vt qui ne horum quidem calamitatibus refrænamur. Durus & oneroſus ſermo. Noui & ego. verum ſi attenderimus,non inutilis. Neque enim ad gratiam mihi loquendum nunc eſt, immò nunquam, ſed ſemper ea dicenda,quæ animam contrahere caſtigarèque valeant. Ea nanque nobis futura bona cauſabuntur, quæ contingat nos omnes conſequi gratia & benignitate, &c.

Homilia ſeptima.

MIhi omnium ſanctorum minimo data eſt gratia hæc, vt inter gentes euãgelizem imperueſtigabiles diuitias Chriſti, & in lucem proferam omnibus, quæ ſit diſpenſatio myſterij, quod erat abſconditum à ſeculis in deo, qui vniuerſa condidit per Ieſum Chriſtum, vt manifeſtetur nunc principatibus ac poteſtatibus,in cœleſtibus,per eccleſiam,vehementer varia ſapientia dei,ſecundum præfinitionem ſeculorum, quam fecit in Chriſto Ieſu domino noſtro. Qui ſe conferunt in medicorum officinam,illis non ſolum eò ſimpliciter eundum eſt, ſed curandum,vt diſcant, quo modo curentur ac pharmacis vtantur:ita & nobis,qui huc conuenimus, non hoc tantummodo agendum, ſed diſcendum fuerit, quanta ſit Paulinæ modeſtiæ excellentia. Poſteaquam enim diuinæ gratiæ magnificentiam prædicaturus eſt, audi quid dicat: Mihi omnium ſanctorum minimo data eſt gratia hæc. Animi quidem erat demiſsi, quod ſuperioribus peccatis,deletis etiam,lamẽtabatur, illorúmque recordabatur, ac modeſtiam tenebat, vt quando *1.Tim.1.c* ſeipſum blaſphemum vocat, & perſecutorem & contumelioſum. Verum huic quod iam dicit, nihil poterit conferri. Primum enim,inquit, talis eram: Et abortiuum etiam ſe vocat. Quòd vero poſt tantas virtutes, *Tit.3.a* *1.Cor.15.a* & in eo quod præſens erat, adeo modeſtus eſt, vt & omnium ſe minimum eſſe dicat, multæ & excellentis eſt modeſtiæ. Mihi omnium ſanctorum minimo. Non dicit: apoſtolorum. Itaque & illud iſto minus eſt. Nam illic dicit: Non ſum dignus,vt vocer apoſtolus. Hic vero & ſanctorum omnium ſe minimum eſſe dicit: Mihi inquit, ſanctorum omnium minimo data eſt gratia hæc. Quæ? Vt euangelizem in gentibus imperueſtigabiles diuitias Chriſti, & illuminem quoſuis vt videant quę ſit diſpenſatio myſterij à ſeculis abſconditi in deo: qui condidit omnia per Ieſum Chriſtum, vt manifeſtetur nunc principatibus ac poteſtatibus in cœleſtibus,per eccleſiam, vehementer varia illa ſapientia dei. *Ibidem.b* Fac hominibus non fuiſſe reuelatum. Nunquid & angelos & archangelos, principatúſque ac poteſtates illuminas? Vtique inquit. Atqui cum in deo fuerit abſconditum, in deo, inquam, qui vniuerſa condidit per Ieſum Chriſtum,quo modo audes hoc dicere? Sed quo modo hoc manifeſtum factum eſt angelis? Per eccleſiam. Non dixit autem ſimpliciter, varia dei ſapientia, ſed vehementer varia. Myſterium itaq; iſtud,quid fuerit,ignorabant angeli. Nam ſi principatus ignorabant, vtique multo magis angeli. Quid igitur? Num & archãgeli non cognouerunt? Neque etiam illi. Vnde cognituri? Quo reuelante? Quando videlicet illud nos cognouimus, tum per nos & illi. Audi enim quid ad Ioſephum dixerit angelus. Vocabis,inquit,nomen eius Ie- *Matth.1.* ſum. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis ſuis. Nam ipſe Paulus ad gentes miſſus eſt, illi vero ad circunciſionem. *Admirabilius itaque eſt & ſtupẽdum, quòd dicit: Mihi minimo data eſt gratia hæc.* Erat autem & hoc gratiæ, *quòd exiguo maiora illa concredebantur,* vt eſſet eorum Euãgeliſta. Qui enim maiorum fit Euangeliſta,hoc ipſo magnus eſt. Vt euãgelizem in gentibus imperueſtigabiles diuitias Chriſti. Si diuitiæ Chriſti,etiam poſtquam manifeſtatæ ſunt, imperueſtigabiles fuerũt,multo magis ipſa eſſentia, ſiquidem myſterium adhuc eſt. Nã myſterium ipſum propterea vocat,quòd illud neque angeli cognoſcebant,neque cuiquam alteri notum erat. Et illuminem quoſuis,vt ſciãt, quę ſit diſpenſatio myſterij à ſeculis abſconditi,in deo, qui cõdidit vniuerſa per Ieſum Chriſtum. Hoc ſolum ſciebãt angeli, quòd portio domini eſſet populus eius. Et iterum: Princeps,inquit,Perſarum reſtitit mihi. Nihil itaque mirum,ſi & hoc ignorarunt. Si enim quæ ad remigrationem è Babylone concernebant, ignorarũt, multo magis & iſta. Euãgelium nanq; iſtud eſt: Qui ſal- *Ibidem.d* uum faciet, inquit, populum ſuum Iſraël. Nihil hic de gẽtibus: ſed de gentibus reuelat ſpiritus. Itaq; quòd vocatæ eſſent,ſciebant: quòd vero ad eandem Iſraëlis ſortem vocatæ eſſent,& ad hoc,vt iuxta thronum dei collocarentur,iſtud ſanè quis expectaſſet? quiſnã credidiſſet? Abſconditi,inquit,in deo. Iſtam autem diſpenſationem,in ea quæ ad Romanos eſt,euidentius reuelat. In deo, inquit, qui condidit vniuerſa per Ieſum Chriſtum. Bene huius meminit,dicẽs, per Ieſum Chriſtum. Qui enim vniuerſa per ipſum condidit,is & hoc myſterium per ipſum reuelat. Nam ſine ipſo nihil fecit. Nihil *Ioan.1.* enim,inquit,ſine ipſo factum eſt. Cum dicit, principatus & poteſtates,tam ſuperiores quàm inferiores intelligit. Secundũ præfinitionem ſeculorũ. Nunc quidẽ factum eſt, inquit, non autem nunc primum definitum, ſed olim

sed olim ab initio præfiguratũ est. Secundũ præfinitionem seculorum quam fecit in Christo Iesu domino nostro. Hoc est, secundum præscientiam seculorum, futura præuidens, quæ futura secula dicit: Cognouit enim futura, atque ita definiuit. Secũdum præfinitionem seculorum. Forte eorum, quæ fecit in Christo Iesu. Vniuersa vero per ipsum facta sunt. *In quo habemus*, inquit, *audaciam, & aditum in fiducia per fidem ipsius.* Non adducti sumus velut captiui, neque tanquam veniam rogantes, neque vt solent qui peccarunt. Et audaciam, inquit, habemus in fiducia. Hoc est, cum confidentia. Vnde? Per fidem ipsius. *Propterea peto, ne deficiatis ob afflictiones meas quas pro vobis sustineo, quæ est gloria vestra.* Quo modo pro illis? Quo modo illorum est gloria? Quoniam illos deus vsqueadeo dilexit, vt & filium suum pro ipsis dederit, & serui sui illorum gratia malis afficerentur. Vt enim illi tantis potirentur bonis, vincula expertus est Paulus. Istud vtique multæ erat erga illos diuinæ dilectionis indicium, quod quidem & de prophetis suis di
†Occidi eos in verbo oris mei. Osee.6.b
cit deus. †Occiderunt, inquit, eos propter verbum oris mei. ‖Quo modo vero defecissent propter alterius afflictionem? Si videlicet perculsi turbatique fuissent. Ista & Thessalonicensibus scribens, dicit: Nec quisquam turbetur in afflictionibus istis. Non enim non dolere duntaxat, sed & gaudere oportet. Nam si à vaticinio cõsolationem admittitis, ecce prædicimus vobis, adfligendos nos hic fore. Quamobrem? Quoniam ita disposuit dominus. *Huius gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paterna cognatio tam in cœlis quàm in terra nominatur.* Quo affectu pro illis precatus sit ostendit. Non dicit simpliciter, oro, sed per id quod dicit, flecto genua mea, ita se precari declarat, quo modo solent, qui rebus adflictis anxij precantur. Ex quo omnis paterna cognatio. Non amplius, inquit, secundum angelorum numerum ac rationem tantum, sed eam intelligit cognationem, vnde & quæ supra & quæ infra sunt tribus fiunt, non quales Iudaicæ illæ. *Vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ, consolidari virtute per spiritum suum in internum hominem, vt inhabitet Christus per fidem in cordibus vestris.* Vide quàm insatiabiliter illis bona imprecatur, ne quo pacto circumferantur ac fluctuent. Quo modo vero fit istud? Per spiritum sanctum, inquit, in internum vestrum hominẽ, vt inhabitet Christus per fidem in cordibus vestris. Quo modo?

Fixis in charitate radicibus, vt valeatis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, quæ longitudo, quæ profunditas & sublimitas, cognoscereque præcellentem cognitionis Christi dilectionem. Quod statim exorsus precatus est, idem precatur & nunc. Quid autem & in principio illis optauit? Vt
Sup.1.c
deus domini nostri Iesu Christi, inquit, pater gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ ac reuelationis, in cognitione ipsius, illuminatos videlicet oculos cordium vestrorum, vt sciatis quæ sit spes vocationis ipsi⁹, & quàm opulenta gloria hæreditatis ipsius in sanctis, & quæ sit excellens magnitudo potentiæ ipsius in nos, qui credimus. Et nunc idem dicit, vt posſitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, quæ longitudo, quæ profunditas & sublimitas. Hoc est, vt cognoscatis mysterium, quod pro nobis diligenter dispensatum est. Quæ sit latitudo, longitudo, profunditas & sublimitas. Id est, quę sit magnitudo dilectionis dei, quo modo illa nusquam non sese extenderit. Descripsit autem illam corporalibus figuris, vt hominem ostenderet. Amplexus est quæ supernè quæ infernè, & quæ sunt ex lateribus. Nam dicimus, inquit, non esse nostrarum vi-

A rium, vt ista sermone doceamus, sed vt virtute, inquit, spiritus sancti consolidemini ad tentationes, ne circũferamini. Itaque non licet aliter corroborari, nisi per spiritum ac tentationes. Quo modo vero Christus habitet in cordibus nostris, audi Christum ipsum: Veniemus, inquit, ego & pater, ac mansionem apud eum faciemus. In cordibus fidelibus, in dilectione ipsius radicatis, non circumfluctuantibus. Vt valeatis, inquit, Itaque multa fortitudine opus est. Ioan.14.
Vt impleamini in omnem plenitudinem dei. ei vero qui potest plusquam abunde vltra omnia facere quæ petimus aut cogitamus, iuxta potentiam agentem in nobis.
Quòd iuxta potentiam deus abunde supra ea quæ petimus aut cogitamus fecerit, ex his liquet quæ scripsit ipse apostolus. Nam ego quidem, inquit, precor, ipse vero etiam præter meam precationem maiora precibus nostris operatur. Et non simpliciter maiora, aut a-
B bunde, sed plusquam abunde. Atque hoc ex ipsius potentia clarum est, quæ in nobis agit. Neque enim ista vel petiuimus vel sperauimus vnquam. *Ipsi sit gloria in ecclesia, in Christo Iesu, in omnes ætates seculi seculorum, Amen.*
Bene sermonem in precationem & glorificationem concluſit: Oportebat enim eum, qui omnia nobis exhibet, & glorificari & benedici. Est ergo & hæc sermonis portio, stuporis & magnitudinis beneficiorum, quæ à deo nobis facta sunt, quòd deum videlicet glorificat, idque per Iesum Christum. Gloria ipsius sit in ecclesia. Recte: nam ipsa sola indesinenter persistere nouit. Quę *Recurrit ad superiora.*
sint illæ paternæ cognationes, necessarium est vt dicamus. In hoc quippe seculo paternæ cognationes sunt generationes, in cœlo vero quomodo, vbi nemo ex quoquam nascitur? aut paternas illic cognationes vocat ordines ac familias cœlestes, quemadmodum & in τὰ συσή-
C scripturis positum inuenire licet, familia Hamatharei, ματα.
eo quòd inde patres vocantur. Nõ autem totum à deo petit, sed & ab ipsis exigit fidem & charitatem. Neque simpliciter charitatem, sed ita radicatam & fundatam vt neque venti illam quatiant, neque aliud quicquam deiiciat, Dixerat adflictiones esse gloriã. Si vero meæ, multo magis vestræ. Et precatur rursum.

Moralis exhortatio.

Non est itaque derelictionis indicium quòd affligimur. Neque enim nos deserit, qui tanta nostri gratia operatus est. Si vero precatione opus est Paulo ac spiritus insinuatione, ad hoc vt dilectio dei cognoscatur, essentiam Christi quis sciet, ratiocinationibus suis obsecutus? † Quanquam quid difficilius discitur, quàm q; †Atqui, ecquid istud habet difficultatis, discere q; nos diligat deus? ‖Istud dilecte, vehementer difficile
D est. Nã sunt quidã qui & hoc ignorant, vnde & innumera mala dicunt in mundum nasci. Alij vero quantum nos diligat, ignorant. Et Paulus sanè non quærit vt quantum nos diligat dimetiamur. Quo modo enim posſibile esset? Sed vt discamus hoc ipsum quod excellens est, & magnũ. Et dicit, quod per hoc ipsum ostendere queat & probare deus, quàm nos diligat, nimirũ quòd tanta cognitione dignatus est. Equidẽ exuberantiam quandam habet diuinæ dignationis, consolidari potẽtia spiritus, & Christum habere intrò in cordibus: vnde magna, inquit, sunt quæ petimus, verum nouit & vltra illa præstare vt nõ solum diligat, sed etiam vehementer diligat. Hoc itaq; curemus dilecti, nempe vt dilectionem dei cognoscamus. Magnum hoc est: Nihil quippe nobis ita proderit, nihil ita compunget. Plus enim istud habet momenti ad attrahendum animas nostras, quàm metus gehẽnæ. Vnde igitur illam sciemus? Ex his videlicet, quæ dicta iã sunt, & quę quotidie con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tingunt. Quamobrem ista facta sunt? Cuius commodi necessarij gratia quod illi cesserit? Nullius prorsus. Vbique horum omnium causam Paulus dilectionem ponit. Ista vero potissimum est vera dilectio, quando benefit hominibus, à quibus nihil captum est prioris beneficentiæ: Hãc itaque imitemur & nos. Benefaciamus inimicis, odio nos habentibus & auersantibus. Accedamus & recipiamus illos. Hoc scilicet nos deo similes faciet. *Matt.5.g* Si enim amicum dilexeris, inquit, quid habebis lucri? Istud faciunt & gentes. Sed quódnam est dilectionis indicium? Odio prosequentem diligere. Ignoscite, volo exemplo rem declarare, & in spiritualibus nõ inuenio quod adducam, sumam igitur ab exteris. Nõ videtis amatores illos, quo modo tot damnis affecti nihilominus affixi teneantur & ardeant, & mulierculas illas, ante quarum ianuas integram subinde noctem cõtempti perdurant, plus diligãt quàm suas ipsorum animas? Hinc sumamus dilectionis exemplum, non vt tales diligamus (fornicarias mulierculas intelligo) sed vt ad hunc modum diligamus inimicos. Etenim, dicas velim, an non contumeliosius illis abutuntur, quàm ũ inimicæ essent? An non substantiam inuolant? An non in faciem procaciter cõtumeliantur? An non illis plus quàm seruis imperant? Et tamen nihilominus non absistunt isti, tametsi talem nemo habeat inimicum, qualem habet, qui amicam diligit. Nam pro sua intemperantia iam *ἀναίσχυντοι* lasciuit, iam callide dissimulat, & illo sæpenumero temere abutitur, & quo diligitur amplius, hoc magis diligentem floccipendit. Quid autem mente sic affecta immanius esse poterit? At nihilominus illi diligunt. Sed forte & in spiritualibus talem dilectionem inueniemus, non in illis qui nunc sunt (refrigerauit enim iam charitas) sed in magnis olim & celeberrimis illis viris. Moyses, beatus ille, etiam amatores istos diligendo excelluit. Quo pacto? Primum quidem regia relicta, relictis quas illic habebat deliciis, relicto famulitio, & quo colebatur honore, elegit esse cum Israëlitis. Atqui non solum non feciſſet hoc quisquam alius, †sed & cognatus seruorum suorum videri non sustinuisset, illos si quispiam increpasset, sicq; illi non solum serui, sed & scelesti reputati fuissent.] Hic vero non solum horum cognationem non erubuit, sed & toto animo vindicauit, seq; ipsum illorum gratia periculis obiecit. Quo modo? Cum videret, inquit, quempiam iniuriis adfectum, & vindicauit oppressum, & iniurium occidit. Sed ista nõdum pro inimicis fecit. Magna quidem, verum non vt ea quæ subsequũtur. Postero itaque die, cum idem fieri videret, nimirum eum quem antea ab iniurio vindicauerat, iniuriam facere fratri, vt ab iniuria desisteret hortatus est. Is vero, summe ingratus, quis te, inquit, principem ac iudicem super nos constituit? Quem quæso hæc verba non inflammassent? Itaque si furore & incommodi cuiusdam gratia primum hoc factum esset, poterat & istum percussum è medio tollere. Neque enim alter cum prodidisset, cuius gratia facinus istud designatum fuisset. Verum quoniam cognati erant, ista dicebat. Improbus ille cum iniuriam aliunde pateretur, nihil tale loquebatur. Quis te constituit principem ac iudicẽ super nos? Cur istud non die præcedenti dixerat? Iniuria illa tua, inquit, & crudelitas, ipsa me principem ac iudicem constituit. Sed vide, quo modo nunc quidam & ipsi deo ista obiiciant, dum in illos, à quibus læduntur, vehementem illum esse volunt, longanimitatémque illius reprehendunt, secus, si iniuriam ipsi intulerint aliis. Quid vero improbi huius verbis amarius? Veruntamen ad perfidos istos postea, & ingratos, diuinitus missus venit, nihil recusans. Et tamen etiam post signa illa, post portenta, quæ per illum fiebant, lapidibus eum obruere sæpenumero tẽtarunt, ita vt manus ipsorum coactus sit effugere. Indesinenter quoque aduersus ipsum murmurabant, nihilo tamen secius tanto ipsos amore prosequebatur, vt post graue illud peccatum ab ipsis perpetratum, ad deum dixerit: Quòd si peccatum hoc illis remittis, remitte: sin minus, *Ibid.32.g* me quoque è libro quem scripsisti expungito. Cum ipsis, inquit, perire volo magis, quàm sine ipsis saluari. Reuera insania, reuera magnus amor. Quid dicis? Cœlum contemnis? vtique inquit. Diligo siquidem illos, licet iniuste egerint. Expũgi petis? Et quid patiar? Amor enim est. Quid vero postea? Audi quid alibi dicat scriptura. Et Moyses propter illos afflictus est. Quoties cõ- *Psal.105.g* tumeliati sunt? Quoties ipsum officio deturbare conati sunt? Quoties fratrem ipsius in Aegyptum remigrare voluerunt? Et tamen post ista omnia exardebat & insaniebat, pati etiam illorum gratia paratus. Ita oportet diligere inimicos, vt plangens, laborans, omnia faciens, separatúsque, salutem ipsorum quæras. Quid vero Paulus, die quæso? Nunquid gehẽnam ipsorum gratia sibiipsi petiit? Sed ab ipso domino necessarium est exemplum adducere. Nam & ipse ad eum modum facit dicens: Quoniam solem suum exoriri facit super malos & bonos, à patre sumens exemplum. Nos vero sumamus ab ipso Christo. Venit ad eos (secundũ dispensationem loquor) seruus factus est propter eos, seipsum *Philip.2.a* humiliauit & exinaniuit, formámque serui acceptauit. Cum autem aduenisset neque ipse in viam gẽtium abiuit, neque discipulis id permisit, & non hoc solum, sed & circuies omnem morbum & quamuis ægritudinem curauit. Quid igitur? Reliqui quidem omnes stupebant & admirabantur dicentes, vnde huic sunt ista? isti vero, quibus benefiebat, dicebant: Dæmonium habet, & *Matt.12.g* *Ioan.10.d* blasphemat, & insanit, & seductor est. Num igitur auertatus est illos? Nequaquam. Sed his auditis magis etiam benefecit, accessitque eos à quibus erat crucifigendus, tãtum vt illos saluaret. Et posteaquam crucifixus etiam esset, quid dixit? Pater, inquit, ne statuas illis hoc peccatum. Et cum antea & pòst male esset affectus, ad extremum tamen vitæ halitum nihil non illorum gratia conatus, etiam pro eis orauit. Post crucem quoque quid non propter ipsos fecit? Num apostolos nõ misit? Num signa non patrauit? Num aliquid, quod ad salutem ipsorum faceret, non tentauit? Ita videlicet diligendi nobis sunt inimici, ita Christum imitari oportet. Ad hunc modum fecit & Paulus. Lapidatus etiam, & innumera mala passus, nihil non ipsorum gratia molitus est. Audi quid ipse dicat. Quoniam propensa, inquit, cordis *Rom.10.a* mei voluntas & deprecatio, pro illis est ad salutem. Et *Ibidem* iterum. Testimonium enim illis perhibeo, quòd studium dei habent. Item: Si tu cum esses ex oleastro, insitus es, quanto magis ipsi propriæ oleæ inserentur? Ex *Ibidem* quãto dilectionis affectu putas hæc verba dici? Ex quãta animi benignitate? Dici non potest. Non potest inquam. Isto videlicet modo diligendi sunt inimici. Ita diligere inimicum, est deum diligere, istud & præcipiẽtem & admonentem. Imitatio dei, dilectio est inimici. Cogita te non inimico sed tibiipsi benefacere, non inimicum diligere, sed deo obedire. His itaque cognitis obfirmemus mutuam inter nos ipsos dilectionẽ, quatenus illa exacte præstita, promissa bona consequamur in Christo Iesu domino nostro, &c.

Homilia

† sed ipsum pudiisset, si quispiã obiecisset, q̃ seruorũ suorũ videret esse cognatus, nec seruorũ simpliciter, sed eorũ qui spurci haberẽt.

Exod.2.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

Homilia octaua.

Cap. IIII. *Hortor itaque vos ego vinctus in domino vt ambuletis, ita vt exigit dignitas vocationis qua vocati estis, cum omni submissione, & mansuetudine.* Præceptorum virtus est, nihil honoris, nihil gloriæ à subditis, sed salutem ipsorum quærere, atque huius gratia nihil non facere, ita vt qui non istud sed gloriam suam quærit, non iam præceptor sed tyrannus sit. Nõ enim propterea te deus illis præfecit, vt maius acquiras obsequiũ ac famulitium, sed vt neglectis rebus tuis, quicquid illorum est rite dispensetur & ædificetur. Hoc videlicet doctoris est, talis erat beatus Paulus, qui quidem omni fastu liber, non aliter erat affectus quàm vulgaris quispiam, immò & minimus etiam istorũ. Propterea & seruum eorum seipsum vocat, & potissimũ per supplicandi modum loquitur. Et nũc quoq; vide quàm nihil imperiosum, nihil authenticum, sed contractum ac submissum scribat. Hortor itaq; vos, inquit, vinctus ego in domino, vt ambuletis ita vt exigit dignitas vocationis qua vocati estis. Quid hortaris dic quæso? vt emolumẽti quicquam consequaris ipse? Nequaquam, inquit, sed vt alios saluem. Atqui qui hortantur, eorum gratia plerunque hortantur, quæ ipsorum intersunt. Et mea quoque refert, inquit, quod hic hortor. Quemadmodum & 1.Thess.3.c alibi scribens dixit: Nunc viuimus, siquidem vos in domino statis. Perpetuo quippe vehemẽter illorum, quos in domino instituit, salutem desiderabat. Ego vinctus, inquit, in domino. Magna dignitas, & regno quouis & consulatu longe maior. Istud & ad Philemonem scri- ad Phile. b bens cõmemorat. Vt Paulus senior, nunc vero & vin- † vinculum ctus in Christo. Nam nihil ita splẽdidum, vt † vinctum esse propter Christum, vt catenæ sunt sanctis illis manibus circundatæ. Vinctum esse propter Christum illustrius est, quàm siue apostolum, siue doctorem siue Euangelistam esse. Si quis Christũ diligit, is nouit quid sit quod dico. Si quis erga dominum insanit, vt ita dicam, & ardet, is nouit quæ sit vinculorum virtus. Hic vtique prius habebit, optione data, vincula ferre propter Christũ, quàm cœlos inhabitare. Quouis auro splẽdidiores, quouis diademate regali illustriores manus has illis ostendit. Non enim caput ita splendidum reddit imposita corona margaritis conspicua, vt catena ferrea quæ propter Christum fertur. Tum videlicet, ipsis regiis illustrior erat carcer, ipso etiam cœlo. Quid dico regiis? Vinctũ enim habebat Christi. Si quis Christum diligit, is nouit hanc dignitatem, hanc intelligit virtutem, agnoscit quantum sit illud, quod humano generi largitus est deus, nimirum ligari pro eo. Istud forsan illustrius etiã est quàm sedere ad dexteram ipsius, honestius quàm sedere super duodecim thronos. Et quid dicam de humanis? Pudet diuitias & aureã munditiem huiusmodi cõferre vinculis. De magnis itaque illis quid dicam? Etiam si nullam haberet mercedem res ista, hoc tamen solum magnum est præmium, hoc multa retributio, quòd ista mala propter dilectum feruntur. Nouerunt istud etiam qui non deum sed homines diligunt, qui videlicet maiore voluptate mala patiuntur propter dilectos, quàm si honore ab illis adficerentur. Hæc conscire sibi sancti tantummodo cœtus, hoc est, apostolorum fuerit. Audi quippe quid beatus Lucas dicat, Quoniam reuersi sunt, inquit, gaudentes à conspectu concilij, eo quòd digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Aliis quidem ridiculum videtur, quòd probris adfici, dignitatem & honorem, contumeliam ferre gaudium esse dicimus. Chri- Act.5.g

A Isti vero desiderium non ignorantibus, omnium istud fœliciſsimum habitum est. Quòd si quis mihi vel vniuersi cœli vel huius catenæ copiam & optionem largitus esset, catenam hanc ego planè elegissem. Deinde si aut mihi cum angelis standum fuisset sursum, aut cum Paulo vincto, carcerem vtique præoptassem. Ad hæc si quis me aut in numerum & ordinem collocasset cœlestium potentiarum, earum etiam quæ prope sunt thronum dei, aut talem ligatum fecisset, talis vtiq; ligatus esse voluissem. Nihil hac catena beatius. Vellem nunc etiam in eis esse locis, in quibus ista dicuntur esse vincula. Et merito: Celebrarem viros istos, qui huius erga Christum desiderij fuerunt. Cuperem videre catenas illas, quas quidem verentur & horrent dæmones, venerantur vero angeli. Nihil melius quàm male propter Christum adfici. Nõ ita beatum dico Paulum, quòd in B paradisum raptus, atque quòd in carcerẽ est coniectus. 2.Cor.12.a Non ita beatum æstimo quòd verba audiuit ineffabilia, atque quòd vincula sustinuit. Non ob id adeò beatum illum prædico, quòd in tertium cœlum raptus est atque propter vincula. Quòd enim ista reliquis sint maiora, audi eum ipsum quo modo glorietur. Neq; enim dicit: hortor vos ego, qui verba ineffabilia audiui: sed quid? Hortor vos, inquit, ego vinct⁹ in domino. Quòd vero nõ omnibus istud epistolis adiecit, nihil est quod mireris. Neq; enim perpetuo in vinculis fuit, sed quibusdam duntaxat temporibus. Potius mihi habetur male adfici pro Christo, quàm honorari à Christo. Istud demum magni honoris est, istud gloriæ est nihil non excellentis. Si Christus ipse pro me seruus factus, gloriãq; suã exutus, tanti non duxit esse in gloria, quanti quòd mei gratia crucem subiret, quid quæso illius no- C mine ferre non debeo? Audi siquidem quid ipse dicat. Glorifica me, inquit, tu pater. Quid dicis? Ad crucem cũ Ioan.17. latronibus ac prædonibus ducendus, maledictorumq; necem subiturus, deinde & conspuẽdus, & virgis percutiendus es atque alapis, & ista vocas gloriam? Vtiq;, inquit. Nam pro dilectis ista patiar, atque ea nũc mihi pro gloria duco. Si gloriam istud vocat, quòd miseros & calamitosos ita dilexerat, si gloria illi non in patrio throno, neq; in diuina illa gloria, sed in contumelia reputata est, eámq; reliquis præposuit, multo magis mihi istud pro gloria ducendum est. O beata vincula, ô beatas manus, quas catena illa exornauit. Nõ erant ita præclaræ Pauli manus, quando claudum illum in Lystris Act.14.b erigebat ac restituebat, atque quãdo vinculis erant circumligatæ. Quòd si mihi temporibus illis esse licuisset, tum potissimum illas circumplexus fuissem, inq; finus meos collocassem. Vtiq; non cessassem exosculari illas, D quibus pro domino meo ligari licuit. Admiraris Paulum, tum potissimum, quando nihil illi, quæ manui adIbid.28.a hæserat, detrimenti adferebat vipera? Nihil mireris. Catenam istam quippe reuerebatur. Immò & vniuersum illam mare veneratum fuerat: nam tum quoq; vinctus erat. Si quis modo mortuos mihi largiretur excitãdi facultatẽ, istud planè non præferrem huic catenæ. Quòd si liberum fuisset per curas ecclesiasticas, & corpus ha- Chrysõstomo buissem validum, nihil vtique causatus fuissem quo mi- mus corpenus tanta suscepta peregrinatione, catenas duntaxat il- re fuit infir las, & carcerem vbi ligatus fuit, vidissem. Quanquam mo. & miraculorum ipsius multa sunt in plerisque locis signa, non tamen adeò sunt amabilia, atque stigmatum indicia. Et in scripturis me non tantum delectat miracula patrans, quantum male adfectus, flagellatus ac miserabiliter tractus. Ita vt à corpore eius, inquit, suda-

Ibid.19.c ria deferrentur ac semicincta. Admiranda quidem re-
uera fuerunt ista, verum nō talia, qualia illa: Cæsum au
tem, multis impositis plagis, coniecerunt in carcerem.
Et iterum: Et vincti laudabant dominum. Item, & cum
illum lapidassent, extraxerunt è ciuitate, existimantes
esse mortuum. Vultis discere quantæ sit dignitatis ca-
tena ferrea propter Christum corpori serui ipsius cir-
Matt.5. cumdata? Audite Christum ipsum dicētem: Beati estis,
inquit. Quid? Quòd mortuos excitaturi estis? Non. Sed
quid? Quòd cæcos curabitis? Nequaquam. Quando er-
go? Quando probris vos affecerint, insectatiq; fuerint,
ac dixerint quoduis malum contra vos, mentientes
propter me. Quòd si male propter Christum audire a-
deo facit beatos, quid non faciet male etiam affici? Hoc
2.Tim.4. beatus ipse alibi dicit: Quod superest, reposita est mihi
corona iusticiæ. Verum ista corona illustrius est vincu
lum. Isto me dignetur, inquit, & nihil illa morabor. Sa-
tis mihi sit ad quamuis retributionem, male propter
Coloss.1.d Christum tractari. Detur mihi, vt dicere liceat, quoniā
adimpleo quod deerat afflictionum Christi, in carne
mea, & nihil præterea desiderabo. Honoratus est & Pe-
Act.12.a trus ista catena. Erat enim, inquit, vinctus, ac traditus
militibus, & dormiebat, ita videlicet erat hilaris ac ni-
hil prorsus immutatus, & grauis illum habebat som-
nus. Vnde liquet vtique, quàm minima fuerit cura ac
solicitudine: dormiebat, erátq; inter milites, & venie-
bat ad eum angelus, ac percusso latere excitabat illum.
Hic si mihi quispiam dixisset, elige vtrum velis, vis esse
angelus Petrum stimulans ac soluens, an Petrus seruа-
tus? Petrus vtique maluissem esse, propter quem & an-
gelus descendit. Vinculis istis potiri libuisset. Quid igi-
tur dices? Quo modo alibi precatur & optat, vt à ma-
gnis malis liberetur? Nihil mireris. Mortem veritus,
precatur. Mortem vero ideo timebat, quòd adhuc es-
set passionum occasio. Audi quippe quid dicat ipse bea
Philip.1.c tus Paulus, desiderans, inquit, dissolui, & esse cum Chri
sto, multo longéque melius est. In carne vero manere
necessarium magis propter vos. Et gratiam istud voca
Ibidem.d uit alibi scribens: Hoc vobis, inquit, gratiæ datum est à
Christo, vt non solum in ipsum credatis, sed & pro eo
patiamini. Istud itaque illo maius est. Est enim doni ac
gratiæ vice datum. Reuera maximum donum, & om-
nibus istis maius, siue solem sistendi, siue lunam, mun-
dúmque mouendi. Maius est etiam quàm dominari
dæmonibus, aut dæmones expellere. Illos quippe non
adeo male habet, quòd fide nostra eiiciuntur, quemad-
modum si quando nos pro Christo vinctos ac male
adfici viderint. Istud quippe maiorem fiduciam parit.
Non est autem ideo bonum pro Christo ligari quod
inde regnum cœlorum acquiritur, sed ideo bonum
quòd pro Christo fit. Non ideo beata prædico vincu-
la, quòd in cœlum destinant ligatum, sed quòd pro cœ
li domino feruntur. Quanta quæso gloriatio quāta fue
rit voluptas, quantus honoris splendor, pro Christo se
vinctum esse cognoscere? Vellem ista mihi perpetuo
Iequi †gloriari liceret, vellem adhærere catenæ. Et quoniam
ipsa re destitutus sum, vellem vel cogitatione & affe-
Act.16. ctu animæ meæ circundare catenam. Commotus est,
inquit, carcer vincto Paulo, solutáq; sunt omnium vin
cula. Vides naturam vinculorum, vincula soluentem?
Nam quemadmodum mortem interemit mors domi-
ni, ita ligatos soluerunt vincula Pauli, carcerémq; con-
cussserunt, ac ianuas illius aperuerunt. Atqui non est ista
vinculorum natura, sed cōtraria, nimirum vinctum in
munitione & cautione detinendi, non ianuas illi & pa
A rietes carceris laxādi. Verum quorūuis simpliciter vin
culorum non est ista natura, est autem eorū quæ Chri-
sti nomine feruntur. Procidit ad pedes Pauli ac Silæ cu
stos carceris: at neq; istud faciunt vincula quæuis, quæ
non eos qui ligauerant ante pedes ligatorum, sed con-
trario ligatos istis subiiciunt. Nunc vero qui solutus e-
rat pedibus aduoluitur ligati, qui ligauerat ligatū orat,
quo timore solui queat. Nō tu ligaueras, dic quæso? Nō
in interiorem custodiam coniecceras? Non ligno pedes
munieras? Quid ergo tremis? Quid tumultuaris? Quid
ploras? Quid gladium eximis? Nihil vnquā tale ligaui,
inquit. Ignorabam tātam esse corū potētiam qui prop-
ter Christum vinculis subiiciuntur. Quid dicis? cœlos
aperiendi potestatem acceperunnt, & carcerem aper-
turi non essent? Qui soluunt à dęmonibus ligatos, istos
ferrea fuerat detentura catena? Nō noueras hos viros?
B Propterea & veniam adeptus es. Paulus vinct° est, quē
vniuersi venerati sunt angeli. Paulus est, cuius sudaria
& semicincta dæmones expulerunt, ac morbos fuga-
runt. Atqui quouis ferro adamātino infractius est vin-
culum, quod à dæmone est. Istud enim animam etiam,
illud vero corpus ligat. Itaq; qui animas ligatas soluit,
quo modo corpus suum soluere non valuisset? Qui dę-
monum vincula frangit, ferri ligaturam non soluisset?
Qui vestibus suis captiuos illos relaxat & à dæmonibus
liberat, an ipse seipsum, nō per seipsum soluisset? Prop-
terea primum ipse vinctus est, ac deinde reliquos vin-
ctos soluit: vt discas seruos Christi etiam ligatos, multo
maiorem habere virtutem quàm reliqui soluti. Siquidē
adeo mirum non fuisset, si liber ac solutus hoc feciisset.
Itaque nō erat infirmitatis hoc vinculum, sed maioris
potentiæ. Nam hoc pacto illustrior fit sancti huius vir-
C tus, *quòd vinctus ipse vinctis dominatur, quando non
solum seipsum vinctus, sed & reliquos vinctos exoluit.*
Quid hic profuerunt parietes? Quid plenioris securita
tis contulit carceris custodi quòd in interiorem custo-
diam Paulum coniecit, quando & exteriorem patefe-
cit? Quamobrem vero & noctu istud & cum terræmo-
tu factum est? Indulgete paululum, atq; concedite, apo-
stolicis verbis detēto, apostolicíſq; in rebus delicianti,
permittite, inquam, in Pauli catena iocūdari, date huic
plus aliquanto immorari. Vincula prehendi, nemo me
eximat. Tutius ego nūc desiderio ligor, quàm ipse tum
ligno. Istud vinculū nemo soluat. Nectitur enim à de-
siderio & amore Christi. Istud certe vinculum neq; an-
geli, neque ipsum cœlorum regnum laxare valuerit. Ip-
sum potes audire Paulum dicentem: Neque angeli, ne- *Rom.8.*
que principatus, neq; potentatus, neq; præsentia, neque
D futura, neque sublimitas, neque profundū separare nos
poterunt à dilectione Christi. Quamobrem igitur cir-
ca noctis medium res ista facta est. Qua ratione deniq;
cum terræ motu? Audite & stupescite dispensationem
dei. Vniuersa vincula soluta sunt, & ianuæ patefactæ.
Sed istud propter carceris duntaxat custodem factum
est, nō ad ostētationem sed ad illius salutē. Quòd enim
reliqui vincti, quòd soluti iam essent, ignorauerint, ex
ipsis Pauli verbis liquet. Quid enim dicit? Clamauit au *Actus.*
tem voce magna dicens, nihil mali tibiipsi facias. Nam
vniuersi hic sumus. Vtique non omnes intus fuissent, si
& ianuas vidissent apertas, & seipsos iam solutos. Cum
enim soleant & parietes perfodere, & tectorum fasti-
gia superioráque tabulata transire, & cum ipsis quoque
vinculis nihil non, quo effugiant audere, intus consi-
stere vtique non sustinuissent, solutis iā vinculis, ac ia-
nuis apertis, deniq; & ipso custode altū dormiente. Ve-

rum pro

rum pro vinculis ferreis, erat illis vinculum somni, ad hoc, vt & res ista fieret, & nihil ab hoc miraculo damni, saluando accederet carceris custodi. Aliâs vero solent maxime noctu vinciri captiui, nõ die. Videre itaque licebat captiuos tũ diligenter denuo vinctos, idq; dormientes. Si vero ista diurno fuissent tempore facta, multum plane dedissent tumultus. Iam cuius gratia motum etiam est carceris ædificium? Ad hoc videlicet, vt ad rei gestæ spectaculũ excitaretur carceris custos. Nã is solus dignus erat qui saluaretur. Tu vero mihi excellentiam gratiæ Christi contemplare. Profuerit quippe & interea dum de vinculis agitur Pauli, Christi quoq; gratiam commemorare: immo & ipsa diuinæ sunt gratiæ. Sunt qui factum hoc reprehendunt, nempe quòd saluatus est carceris custos, inde vituperantes benignitatem dei, vnde illam admirari debuerãt. Sed nihil mirum. Tales quippe sunt & ægroti, qui cibum sanum ac pascentem, quem commendare debebant, improbant, quibus & mel ipsum amarum est. Quem in modum & cæcutientes, vnde debebant illuminari, inde obcęcantur, id quod huic hominum generi non ab ipsa rerum natura, sed ex propria infirmitate contingit, qua fit ꝙ rebus rite nequeant vti. Quid igitur dicunt? cum mirari deberent, quòd eum qui in extremam inciderat maliciam, attraxerit meliorẽmq; fecerit. Quo modo, inquiunt, non æstimauit rem istam præstigio, & incantatione factã, vt eo magis illos cohibuisset, teiulationeq; abstinuisset?]Multa sunt quę ad hoc illi, ne tale quid cogitaret, contulerunt. Primum, quòd audiuit illos deum laudantes. Tales vtiq; hymnos non nouerunt incantatores. Audiebat enim eos, inquit, laudãtes deum. Alterum, quòd non solum non effugerant, sed & prohibebant eum ne seipsum occideret. Nam si hoc proprij cõmodi gratia fecissent, intus certe non mãsissent, sed primum seipsos exemissent. Quin & multa hic apparet ipsorum benignitas. Prohibuerunt eum, ne se occideret, à quo iam fuerant multa diligẽtia vincti. Dure, inquit, ligasti nos, vt ipse à maioribus ac durioribus vinculis absoluereris. Catenis quippe suorum quisque peccatorum constringitur. Illa nanq; execranda sunt vincula, ista vero beata, multâque precatione & optione digna. Quòd enim illa per ista soluta sint, patuit in eis quę sensibilia fuerunt. Vides solutos eos, qui ferro detinebantur? vide & teipsum aliis grauioribꝰ vinculis absolutũ. Ista vero vincula, non Pauli dico, sed aliorum vinctorum, ex peccatorũ vinculis causata fuerãt. Duplex erat in hoc carcere vinctorum genus. Et ipse quoq; carceris custos vinctus erat. Illi quidem & ferro vincti erant & peccatis, iste vero peccatis dũtaxat. Soluit illos Paulus ad istius plenariam institutionem. Erant enim visibilia vincula. Ita fecit & Christus, immò cõtrario modo. Gemina aderat paralysis. Quænam? peccatorum vna corporis altera. Quid igitur Christus? Bono, inquit, esto animo fili, remittuntur peccata tua. Potiorem reuera paralysim soluit primũ, deinde & ad alteram trãsit. Cum enim dixissent quidam scribarũ apud seipsos, hic blasphemat, cognitis Iesus cogitationibus eorum dicit: vt quid mala cogitatis in cordibus vestris? vtrum enim facilius est dicere, remittũtur peccata tua, an surge & ambula? vt autem videatis, potestatẽ esse filio hominis super terram remittendi peccata (dicit paralytico) surge, & tolle lectum tuum, ac vade in domum tuam. Quod intelligibile erat, cõfirmauit à sensibili: & quod attinebat ad animã, in eo quod corporale erat, operatus est. Qua vero ratione hoc fecit? vt impleretur illud: Serue

A nequam, ex ore tuo te iudico. Quid illi dicebãt? Nemo potest, inquiunt, peccata remittere, nisi vnus deus, neq; angelus neq; archangelus, neque alia quæcũque creata potestas. Vos istud, inquit, ipsi confessi estis. Quid itaq; dicendum fuerat? Si probauero me peccata remittere, deum esse me manifestum erit. Verum ita nõ dicit: sed quid? vt videatis potestatem esse filio hominis in terra remittendi peccata (tunc dicit Paralytico) Surge, tolle lectum tuum, ac vade in domum tuam. Quãdo itaque quod difficilius est, inquit præstitero, patebit nihil prorsus prætextus ac cõtradictionis de eo quod facilius est, relinqui. Propterea per contrarium Christus, quod intelligibile erat, primum præstitit, quòd multi essent cõtradictores. Hic vero Paulus à sensibili carceris custodem, ad id quod mentis erat, subduxit. Non erat res adeò facilis fides, videbat vinctos, nihil vel videbat vel
B audiebat, quod vicio sum esset aut peruersum, videbat nihil esse per incantationem factum. Deum enim laudabant, videbat omnia multa benignitate geri. Nihil enim vltionis præsumebãt aduersus ipsum, tametsi potuissent: poterant enim & seipsos & reliquos vinctos eximere & abire. Et si non reliquos vinctos vel seipsos tamen exemissent, verum nihil huiusmodi moliebãtur: itaq; nõ miraculo solum, sed & moribus illis suis ipsum obstupefaciebant. Quo modo exclamabat Paulus: Magna voce dicebat: nihil mali tibiipsi inferas, vniuersi siquidem hic sumus: vides modestiam & alacritatem, & benignitatem? Non dicebat: Per nos ista facta sunt, sed tanquam vnus è numero vinctorum, vniuersi, inquit, hic sumus. Quanquam etiam si neq; antea, neq; per miraculum illud seipsos soluissent, poterãt tamẽ tacere, & omnes vinctos simul absoluere. Nam si tacuissent manusq;
C custodis per magnã illã exclamandi vocem non cohibuissent, impulisset vtique per guttur suũ correptũ iam gladium. Propterea & exclamabat Paulus, nempe, quòd erat in interiorem carceris custodiam cõiectus.
† Ex teipso, inquit, hoc habes,]qui eos, quorum eras beneficio liberandus à periculo, in interiora conieceris. Verum nihil eorum quæ ab ipso passi fuerant, vicissim imitabantur: nam si seipsum occidisset, vniuersi vtiq; facile effugissent. Vides quòd maluerint vincula ferre, q̃ custodem periclitantem contemnere? Cogitabat itaq; penes seipsum, si subdoli essent & præstigiatores, omnino & istos absoluissent, & seipsos ab his vinculis liberassent. Potest enim esse, vt plures tales in carcerem aliquando coniecti fuerint. verumetiam cum sępenumero tales præstigiatores ac subdolos custodiẽdos suscepisset, nihil tamẽ huiusmodi ab illis factum esset, propterea hic admiratus est. Præstigiator vtique fundamẽta carceris non cõcussisset, vt & custodem excitaret, & difficiliorem fugam sibiipsi faceret: sed videamus iam
D deinceps custodis huius fidem. Postulato, inquit, lumine introrupit, ac tremefactꝰ accidit Paulo & Silæ ad pedes: & productis illis foras, domini, inquit, quid me oportet facere vt saluus fiam? Ignẽ tenebat ac gladiũ, & dicebat: Quid me oportet facere, vt saluus fiam? Illi vero dicebãt: Crede in dominum, & saluaberis tu ac domus tua. Non est istud præstigiatorum, tale dogma tradere. Nullius hic omnino dęmonis mentio. Vides quo modo dignus ille, qui saluetur, factus sit? Viso enim miraculo, timorẽq; isto liberatus, nõ est eorũ quæ prodesse poterant oblitus, sed in tali periculo salutis eius, quæ animam concernat curam egit, & ita illos accessit quo modo pręceptores accedere oportet. Accidit ad pedes illorũ, & locuti sunt ei, inquit, sermonẽ dei, & omnibus

† multũq; exclamasset? Actor. 16.c

† cętera tripsum hoc fecisti, dicas aliquis, Matth. 9.a Act. 16.f Luc. 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui erant in domo eius. Et assumptis illis nocte illa, abluit plagas ipsorum & baptizatus est ipse & omnes domestici illius continuo. Vides viri huius feruorem? Nō
Nota. distulit, nec dixit, expectetur dies: videamus primum, ac consideremus quid in re sit, sed multo feruore baptizatus est & ipse, & domus eius tota. Verum non ita solent hodie plerique, qui rem istam ita contemnunt, vt & seruos habeant, & vxores, & pueros sacris nō initiatos. Sitis, obsecro, qualis hic carceris custos, non iuxta conditionis dignitatem dico, sed secundum animi illius sententiam ac propositum. Quid enim vtilitatis cō ditionis dignitas habet, animi deficiente proposito? Siquidem crudelis hic, immitis & innumeris assuetus malis, qui hoc vitæ genus perpetuo exercuit, mox adeo factus est benignus & tantæ salutis procurator. Abluit, inquit, plagas illorum: vide rursus & Pauli feruorem, vinctus cum esset, & flagellis cæsus, nihilominus ita euangelizauit. O beatam catenam. Quibus doloribus illa nocte parturiit? Quos filios peperit? Possibile est vt & de istis dicat, quos genui in vinculis meis. Vides quo modo exultet, natósque sibi filios splendidiores etiam ab eo æstimet, quòd illos in vinculis pepererit. Vides quàm exuberans sit vinculorum gloria, quādoquidem non solum vinctum Paulum, quem circundatum tenebant, sed & eos qui captiuitatis tempore ab illo nascebantur, illustres faciunt: Habent quiddam præ cæteris amplius, qui in vinculis Pauli nascebantur, non quidem quantum attinet ad gratiam, eadem enim est gratia: neque quod peccatorum remissionem concernit, omnium enim eadem est remissio: sed ideo quòd mox ab ipsis cunabulis, fidei scilicet initiis, ad hoc imbuebātur vtin huiusmodi rerum calamitatibus & gauderēt & exultarēt. In ipsa, inquit, noctis hora assumptos à plagis lauit, & baptizatus est. Et vide deinceps fructū: mox carnalia bona rependit. Cum perduxisset eos, inquit, in domum suam, statim apposuit illis mensam, & præ gaudio exultauit, quòd cum vniuersa domo sua credidisset deo. Quid ni fecisset, cum patefactis carceris ianuis, cœlum illi apertum sit. Lauit præceptorem, mensam apposuit, animo gestiente exultauit. Carcerem ingressa est Pauli catena, & omnia quæ illic erāt ecclesiam effecit, & corpus Christi attraxit, & mensam spiritalem apposuit, & fœtus parturiit, in quibus & angeli gaudent. Num frustra dixi carcerem hūc cœlo illustriorem esse factū? Is enim gaudio quod in cœlis est, causam dedit.
Luce 15. Si nanque propter vnius peccatoris resipiscētiam gau-
Matt. 18. c dium est in cœlis, si vbicunque duo fuerint in nomine ipsius congregati, in medio ipsorū est Christus, vbi Silas & Paulus & carceris custos totáq; simul illius dom⁹ cum tota congregantur fide, quāto magis ibi Christus est? vide fidei vehementiam. Verum interea alterius cuiusdā admonet me hic carcer. Cuiúsnam? Eius scilicet in quo Petrus erat. At in eo nihil tale factū est, sed erat traditus quatuor quaterniombus militū custodiendus, & nec hymnum dicebat, nec vigilabat, sed dormiebat neq; flagellis etiam cæsus erat. Verū maius hic erat periculum. Hic quippe iam omnia peracta erant, pœnásq; iā dederant. Illic vero nondū, vnde & nullę erant plagæ vnde dolor fuisset, sed dūtaxat futurorum metus & expectatio turbabat, vide vero quàm illic quoq; miraculum fuerit.
Actor. 12. Ecce, inquit, angelus domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo, percussoq; latere Petri excitauit eum dicens: Surge velociter, & mox ceciderūt catenæ de manibus eius. Itaque ne putaretur res ista luminis duntaxat negocium esse, Petrum etiam pūgebat ac stimulabat. Lumen vero istud nemo præterea videbat, nisi Petrus solus, videbatur autem sibi visum videre. Ita videlicet beneficia dei dormiētes non sentiunt. Dixit vero angelus, inquit, ad eum: Præcingere & subliga soleas tuas, & fecit sic. Et dicit illi: Circūda tibi vestimentum tuum, ac sequere me. Et egressus sequebatur eum, & nesciebat verum esse quod fiebat per angelum, sed putabat se visum videre. Cum autem pertrāiissent primam ac secundam custodiam, venerunt ad portam ferream, quæ ducit in ciuitatem, quæ quidē vltra aperta est eis. Illa penetrata processerunt vicū vnum, & cōtinuo discessit angelus ab eo. Quamobrē non hic quoque contigit, quod illic, Paulo ac Silæ? Ideo scilicet ꝙ eos illi qui ceperant, dimissuri erāt: propterea nolebat eos deus hoc pacto solui ac dimitti. Apud beatum Petrum vero res aliter habebat: nam ad supplicium illum educturi fuerant. Quid igitur dices: an nō maioris fuisset miraculi pariter ac stuporis, si eductus & iam in manus regis traditus, tum demū ex mediis periculis fuisset diuinitus raptus, nihilq; passus? Nam hoc pacto neq; milites periissent. Magna hic mouetur quæstio: An deus, inquiunt, cum aliorum supplicio & perditione seruum suum saluauit? Primum quidem nō cum aliorum perditione: non enim istud ex rei huius dispensatione, sed ex iudicis insania factum est. Quo modo? Deus quidē ita rem hanc dispensauit, vt non solū isti non perirent, sed & ipse Herodes saluaretur, quemadmodum & hic carceris custodi vsuuenit. Ille vero dono dei non est vsus, vt oportebat. Exorto, inquit, die facta est turbatio *Ibidem.* non modica inter milites, quidnam Petro accidisset. Cur igitur rei discussionē habet Herodes, examinatósque custodes * duci iubet? Nisi enim illos examinasset * ἀνακρῖναι *vox, abducti ad puū, ad supplicium rapi.* poterat excusari. Nūc verǫ custodes exhiberi sibi fecit, *examinauit, & didicit, vinctum fuisse Petrum, carcerē fuisse probe munitū, ante illius ianuas fuisse custodes,* nec tamen parietes effossos, nec quicquam adesse quòd alicuius maleficij indicium daret. Debebat autē ex istis diuinam admirari potentiam, quæ Petrum etiā ex mediis eripuit periculis, adoraréq; eum qui tāta potuisset. Quam igitur culpam hic deo adscribes? Nā siquidem parietem effringi fecisset, atq; ita Petrum elabi, meritorem omnem custodum socordiæ ac negligentiæ imputasset Herodes. Si vero rem ita dispensauit, vt certo liqueret non humano illā maleficio, sed admiranda dei virtute trāsactam esse, quid opus erat custodes ducere? Nam si fugere voluisset, cum catenis vtiq;, vt illas habebat, effugisset. Si fugere turbatus voluisset, tantū certe prudentiæ non impendisset tollendis sandaliis, sed illa planè post se reliquisset. Nunc vero propterea ad eum angelus, subliga, inquit, sandalia tua, vt discerēt illum non fugiētem, sed multa quiete ac securitate rem hanc fecisse. Non enim tantum sibi sumpsisset ocij, vinctus & inter duos milites, vt catenas soluisset, idq; in interiorem custodiam etiam ipse quemadmodum Paulus ac Silas cōiectus. Supplicium itaque de custodibus sumptum ex iniusticia est iudicis. Qua nanque ratione istud Iudæi non fecerunt? Nam & alterius carceris iam recordor. Memini quidē prioris illius qui Romæ, deinde & huius qui Cæsareæ, nunc autem & eius qui erat Hierosolymis. Cū enim summi sacerdotes ac Pharisæi ab eis quos in carcerē ad educendum Petrum miserāt, audissent quòd nemine in carcere reperto ianuas inue- *Ibid. 5. c* nissent clausas, & custodes ante ianuas stantes, cur non occidebant custodes, sed ambigebāt de illis, quidnam hoc futurum esset? Si vero nihil eiusmodi cogitarunt

qui adeo

qui adeo vehementer aduersum illos sæuiebant, multo minus tu cogitares, qui omnia ad illorum gratiam faceres. Propterea mox consequuta est Herodem pœna. Quòd si deum propter istud reprehendis, reprehende quoque propter eos qui in viis trucidantur, & innumeros alios qui iniuste occiduntur, adhæc & propter pueros pro Christi nomine occisos. Nam & illis Christus, si verũ est quod dicis, mortis causa fuit: immò non Christus, sed insania tyrannisque patris Herodis. Si vero dicis, & quamobrem non ex manibus Herodis eripuit illos: Et hoc facere poterat, verũ neque ex eo quicquam profecisset: nam & Christus sæpenumero è mediis illorum manibus euasit. Quid autem istud ingratis ac stupidis profuit? Hic sane fidelibus multum etiã adiumenti quæ facta sunt contulerunt: factis enim monumentis, inimicisque ipsis, rebus hisce ita gestis, testimonium ferentibus factum est, vt res iam præter suspicionem certissima sit. Quemadmodum & illic aduersariorum ora nusquam aliunde obturata sunt fortius, quàm ex eo quòd qui adductum eos perrexerant, quæ gesta fuerant ingenue fatebantur. Qua ratione nihil tale faciebat carceris custos? Atqui nihilo minoris miraculi erant quæ apud Herodẽ, quàm quæ hic fiebant. Non enim minus erat, quantum ad stuporem attinet, quòd ille vinctum clausis abiisse ianuis discebat, quam quòd hic ianuas videbat apertas. Quanquam ista phantasiam magis referre videbantur, illud vero non item, quod ita diligenter annũciabatur. Itaque si custos carceris adeò fuisset malus atq; hic Herodes, occidisset sanè Paulum & ipse, quemadmodum ille milites: verum ita malus non erat. Quòd si quis dixerit, quamobrem & pueros occidi permiserit deus, in prolixiorem sermonem incidemus, quẽ ab initio ad vos habere oportebat. *Nunc vero quoniam plurimum Pauli catenæ indulsimus immoratique sumus, eo quòd nobis illa tantorum causa bonorum facta est, terminabimus sermonem*, adhortãtes & obsecrantes, vt non solum non

2.Cor.12. agreferatis si quid propter Christum ferendum fuerit, sed & gaudeatis quemadmodum gaudebant apostoli, & gloriemini, quemadmodum Paulus dixit: Suauissimè, inquit, gloriabor in infirmitatibus meis. Propterea & audiuit: Sufficit tibi gratia mea. Paulus in vinculis

Acto.5.g gloriatur, & tu interim in diuitiis superbis? Gaudebant admodum apostoli quòd digni habiti essent qui flagellis cæderentur, & tu requiem ac delicias quæris? Et quo modo iisdem cum illis potieris, quum cõtrarium

Acto.20. iter aduersum illos hic ingrediare? Et nũc, inquit, Hierosolymam peto vinctus spiritu, ignorãs quid illic mihi futurum sit, nisi quòd spiritus meus oppidatim testatur manere me vincula ac tribulationes. Quur igitur illò abis, si vincula te manent ac tribulationes? Propter hoc ipsum, videlicet, vt propter Christum vinciar, vt propter ipsum & moriar. Non enim vinciri duntaxat, sed & mori paratus sum pro nomine domini nostri Iesu Christi.

Moralis exhortatio.

Nihil hac mente beatius. In quibus gloriatur? in vin-

Galat.6.g culis, in afflictionibus, in catena, in stigmatibus. Ego, inquit, stigmata Iesu Christi in corpore meo gesto, velut magnum quoddam trophæum. Et iterum: Propter

Acto.28.c Israël, inquit, catena ista circundatus sum, & in quo le-

Infra.6.d gatione fungor in catena. Quid igitur hoc est? Non

2.Cor.5.d erubescis? Non vereris quòd vinctus orbem circuis? Non metuis ne quis imbecillitatis deum tuum condẽnet, ne quis ob hoc ipsum ad fidem quam prædicas nõ accedat? Vincula mea, inquit, talia non sunt: nouerunt & in regum curiis splendescere. Ita, inquit, vt vincula mea manifesta facta sint in toto prætorio, & plu- *Philip.1.b*
res ex fratribus in domino freti vinculis meis vberius ausi sint impauidè sermonem loqui. Vides maiorem esse vinculorum quàm suscitationis mortuorum virtutem. Vinctum me viderunt & confidẽtius agunt. Vbi quippe vincula sunt, illic necesse est magnum quid fieri: vbi afflictio, illic omnino & salus est, illic magna omnino fiducia illic prorsus magnæ sunt virtutes. Diabolus enim quando calcat, tum potissimum percutitur: quãdo seruos dei ligat, tum maxime sermo dei crescit. Et vide quàm istud vbique sit factum: vinctus erat Paulus, & tamen ista in carcere operabatur. In ipsis enim, inquit, vinculis meis. vinctus erat Romæ, & plures adducebat. Non enim ipse solus confidenter agebat, sed *Ibidem.*
& per ipsum multi alij: vinctus Hierosolymis, & vt erat ligatus concionando, regem terrebat ac principem in timorem conijciebat. Nam terrefactus absoluit ipsum, nõ pudefactus is qui ligauerat de futuris ab eo qui vinctus erat discere. Vinctus nauigabat, & naufragiũ sol- *Acto.28.b*
uebat, & tempestatem ligabat: in vinculis existentem mordebat bestia illa, sed nullo illato damno decidebat. Vinctus Romæ, & vt ligatus erat concionãdo innumeros attrahebat, hoc ipso quòd pro omnibus catenam prætendebat. Sed iam non est quòd catenis quisquam ligetur, nisi quòd aliud quoddam catenæ genus est, siquidem voluerimus. Quod illud? Vt manũ scilicet cohibeas, vt ad auariciam paratus non sis: hac scilicet catena ligemus nos ipsos, pro ferro sit nobis timor dei, absoluamus eos qui rerum penuria & afflictione ligati sunt. Longe minus est carceris referare ianuas, quàm animã occlusam liberare: minus est captiuorum soluere vincula, quàm vulneratos animos ad remissionem absoluere. *Hoc enim illo maius est. illius enim nulla constituta merces est, huius vero plurimæ: Longa facta est Pauli catena multumq; nos detinet: est enim ita longa omnique aurea catena venustior. Vinctos ipsa velut quadam machina, & quasi quadam aurea catena, ad ipsum cœlum, & quod admirandum est, quum inferne vinciat, vinctos tamen sursum trahit, quanquam non ea sit rerum natura. Verum quando deus dispensat, non est quòd rerum quæras vel naturam vel naturalem ordinem, sed quæ naturam naturæq; ordinem excedant. Discamus itaque in afflictionibus nec decidere, nec quæ aduersa sunt moleste ferre. Intuere beatum hunc Paulum: flagellis erat cæsus, idq; grauiter. Nam multis, inquit, plagis impositis. De- 2.Cor.11.*
inde & vinctus erat, atque id quoque grauiter. Coniecerat enim illum in interiorem carcerem, idque magna cum diligentia & munitione. Et licet in tantis esset periculis, media tamen nocte, quando & qui vehementer vigiles sunt, dormiunt, alio grauiori incumbente vinculo, somno videlicet, nihilominus & canebat, & dominum laudabat. Quidnam huiusmodi mentibus adamãtinum magis esse poterit? Cogitabat quòd & pueri illi in igne cecinerint è camino. Merito magni reputati sunt: nos enim nihil tale nunquam perpessi sumus. Verũ rectè sermo ad alia nos vincula, aliúmque carcerem detulit. †Quid accidit? Sermoni finem † *Quid fa-*
imponere volebam, sed planè nequeo. Alium repperi *ciam?*
carcerem, illo magis stupendum & admirandum. Vos ergo expergiscimini mihi, non aliter quàm si primum iam sermonem hunc exordiremur, renouatisque mentibus accedite: volebam intercidere sermonẽ, sed ipsa rei series

rei series hoc non patitur. Quemadmodum potum suum intercidere nequit, qui iam bibit, etiã si quis præcipiat: ita & ego degustato isto mirabili calice, carceris videlicet eorum qui propter Christum ligantur, cessare nequeo, quiescere non valeo. Nam si ipse Paulus nec in ipso carcere, nec in ipsa nocte, neque flagellatus etiã conticuit, ego tacerem hic sedendo, existente die, multáque requie loquens, id quod illis non contigit qui & vincti erant & flagellati, inque media nocte constituti? Pueri illi nec in igne caminóque tacebant, & nos si tacuerimus, non erubescemus? Cõsideremus igitur carcerem istum, vincti erant & hic. Mox ab initio ostendit illos non arsuros, sed velut carcerem ingressuros. Quid enim vincires arsuros? Vincti erant quemadmodum Paulus, & manus & pedes vincti erant, etiam nõ minore furore. Nam in interiorem ille custodiam ipsos coniecit, & hic caminum vehementer incendi
Actor.16. iussit. Sed videamus quę subinde sequuntur: Psallentibus illis motus est carcer, apertæq; sunt illius ianuæ. Et istis quoque psallẽtibus soluta sunt vincula & pedum & manuum, illic apertus est carcer, & hic apertæ sunt ianuæ camini. Roris enim instar ventus quidam illum perflabat. Sed rerũ me copia turbat, quibus ita obruor, vt ignorem quid primo, quidve secundo sit loco dicẽdum. Propterea obsecro ne quis à me dicendorum ordinem exigat. Multa siquidem est hic rerum cognatio: illic soluebantur qui simul vincti erant, sed dormie-
Daniel.3.g bant, hic vero aliud quid ab istis accidit. Cõbusti sunt ministri qui in caminum pueros istos iniecerant, sed quod dicere volebam, vidit illos rex solutos, & accidit illis, audiuit psallentes, viditq; quatuor in camino inambulantes, & euocauit illos. Quemadmodum itaque carcerem Paulus non egrediebatur, tametsi potuisset, donec qui in illum cõiecerat ipsum & euocaret & educeret: ita neque hi tres pueri caminum egressi sunt, donec qui iniecerat, egredi quoque iussisset. Quid hic docemur? Ne videlicet, in captiuitate soliciti simus, néve in afflictionib⁹ anxiè liberari festinemus. Et rursus ne,
Actor.16.f si quando nos soluerint, proterue immaneamus. Et ille quidem ad pedes Pauli ac Silæ procidebat. Poterat enim introgredi vbi erant sancti, hic vero ad ianuam camini accessit. Neque enim audebat in interiora carceris huius ingredi, quem per ignis ardorem istis paraverat. Et obserua mihi ipsa verba. Ille dicebat: Domini quid me oportet facere vt salutem consequar? Hic vero non quidem tanta animi modestia & humilitate, nihilo tamen minus amicam & suauem vocem edebat, Sidrach, inquiens, Misac & Abdenago serui dei altissimi, egredimini & venite. Magnus honor: Serui dei altissimi, egredimini & venite. Quo modo egredientur ô rex? Vinctos in ignem abiecisti. Tantum iam temporis in igne fuerunt: nam etiam si adamantini fuissent, aut ex metallica quapiam materia, quo modo sub hymni huius spacio, quem totum compleuerunt, nõ periissent? Verum hoc ipso saluati sunt, quòd deum laudarũt. Alacritatem eorum reueritus est ipse ignis: postremo reueritus est & odam illam admirabilem, & diuinæ laudis concentus. Quo modo vocas eos? Iam præueniens dixi, Serui dei altissimi. Seruis enim dei omnia possibilia sunt: nam si quidam quòd hominum serui sint, in rebus ipsorum non parum possunt, dominantur & disponũt, multo magis serui dei. Suauissima voce illos appellauit, hoc ipso illos potissimum blandiendo veneratus est. Si enim ideo ignem ingressi sunt, vt serui dei manerent, nõ potuit illis vox alia suauior esse quàm hæc ipsa. Nam non ita gauisi fuissent, si vel reges eos vel orbis dominos vocasset, atque quod dixit, Serui dei altissimi. Et quid miraris? Quum enim vrbi scriberet Paulus adeò magnæ, orbis videlicet dominium gerenti, & de magnis dignitatibus glorianti ac superbienti, tanquam quod ad illius dignitatem respondere-
Roma.1. ret, immò quod multo esset maius, incõparabiliter etiã & consulatum excelleret & regnũ simul & orbis principatũ, hoc posuit, nẽpe, Paulus seruus Iesu Christi. Serui dei altissimi. Si enim tantũ, inquit, studij diligẽtiæq; impendunt vt serui dei sint, omnino illos hac appellatione permouebimus. Obserua igitur & pietatẽ puerorũ: nec indignati sunt, nec ira cõmoti, neq; quicquam contradixerunt, sed mox egressi sunt. Si enim supplicij loco, quòd in caminum iniecti fuerant, habuissent, molesto quoque animo aduersus eum fuissent, à quo in illum fuerant coniecti. Nunc vero nihil horum præ se tulerunt, sed nõ aliter progressi sunt ex camino, quàm si ex ipso cœlo prodirent. Et quod de sole propheta di-
Psal.18.b cit, quòd velut sponsus è thalamo suo progrediatur, illud & de ipsis si quispiam dixerit, nihil planè peccauerit. Quin sole tanto splendore progrediente splendidiores illi egressi sunt. Is enim sensibili luce orbem illuminaturus progreditur, illi vero alia, nimirum spirituali orbem illustrarunt. Propter ipsos siquidem mandatum mox emisit rex, cuius hæc erant verba: Visum
†manifeste. est mihi, vt signa & portẽta quæ deus operatus est †nobiscum, manifestemus] & velut magna & fortia prædicemus. Exibant itaque illustriores emittentes radios, splendidos quidem & in ipsis regalis curiæ locis, tales tamen qui simul vbique sese per regalis mandati literas extendere, tenebrásque illas omnia iam occupantes discutere valebant. Egredimini, inquit, & venite. Nõ ausus est extinguere camini ardorem, sed hoc magis illos honorauit, quòd persuasus esset eos nõ solum intrò deambulare, sed & ardente etiam adhuc camino egredi posse. Videamus autem, si placet, & custodis carceris verba. Domini, inquit, quid me oportet face-
Actor.16. re, vt saluus fiam? Quid hac voce iucundius? Et angelos exultare facit, & vt hanc vocem audiret, vnigenitus dei seruus factus est. Hanc vocem & primi credentes ad Petrum emittebant. Quid faciemus, vt salutem consequamur? Quid respondebat? Credite & baptis-
Actor.f mum suscipite. Cum voluptate Paulus & in gehẽnam incidisset, vt hanc vocem à Iudęis audisset: tanta auiditate salutis & obedientiæ illorũ tenebatur. Obserua vero: Omnia illis committit, nihil curiose agens: sed videamus quæ sequuntur. Iste non dicit, quid faciam vt saluus fiam? sed doctrinam emittit quauis voce sonoram magis, & mox diuinæ potentiæ præco fit & prædicator. Nihil opus habet vt fide imbuatur, quemadmodum carceris custos, sed quid? Deum prædicat, & potentiam illius confitetur. In veritate, inquit, cognosco quòd deus vester ipse deus est deorũ, & dominus dominantium. Quoniam angelum suum demisit, & eripuit vos è camino. Et quid post ista? Non vnus duntaxat carceris custos, sed plurimi per regales illas literas, pérque rerum illarum conspectum fide imbuti sunt. Manifestum enim erat omnino quòd nihil horum ementitus esset rex. Neque enim statim præter causam captiuis talium testimonium tulisset, neque sua deiecisset, nec tantæ stulticiæ famam sibi admisisset. Itaque nisi multus fuisset veritatis splendor, talia vtique, totq; ac tantis præsentibus non scripsisset. Videtis quanta sit vinculorum potentia? quanta sit diuinæ laudis, quæ in

afflictione

afflictione canitur, fortitudo. Nec desperabant, nec elãguescebant in afflictione, sed tum potissimum feruebant, tum maiore erant animi alacritate. Merito ista considerauimus. Vnum adhuc restat, nempe cur qui in carcere ligati erant, soluti: qui vero pueros in ea minuim mittebãt, combusti sint: alioqui debebat istud regi ipsi accidere. Neque enim tantum peccauerant, siue qui ligauerant, siue qui in caminũ illos iniecerant, quantum qui istud præceperat. Quamobrem igitur isti perierunt? Non opus est hic multa diligentiq; perscrutatione: erant enim impij. Propterea diuina dispensatione hoc factum est, vt & probaretur ignis potentia, & maius fieret miraculum. Si enim extra positos ita deuorauit, quàm eos quos intus in medio sui iam habebat inflexibili constantia præditos & impassibiles ostendit, ad hoc vt manifesta fieret diuina potentia? Miretur autem nemo, quòd regem ad carceris custodem B contuli. Idẽ enim & iste præstitit, nam hoc nihilo splẽdidior erat ille. Vtrique siquidem & exultarunt, & adiuti sunt. Verũ, vt dixi, tum maxime feruent iusti, quando in afflictionibus & vinculis sunt. Nã propter Christum quicquam pati, quouis solatio iucundius est. Vultis vobis mentionem & alterius cuiusdem carceris faciam? Necesse est vt ab hac catena ad alium carcerem sermonis translatio fiat. Quem vultis? An in quo Hieremias fuit? An in quo Ioseph? An qui Ioãnem habuit? Gratia Pauli catenæ, quot sermoni nostro carceres aperuit? Ioannis carcerẽ vultis? vinctus erat & ille propter Christũ, legémque dei. Quid autẽ in carcere constitutus fecit? ociosusne ibi fuit? An non ex illo missis discipulis suis dixit: Euntes dicite Christo, Tu es venturus ille, an alium expectabimus? Itaque & illic existens docuit: *non enim erat negligens. Et Hieremias nunquid* C *de Babyloniorum rege in carcere prophetauit, omnia & illic quæ se concernebant, exequens?* Quid vero Ioseph? An non tredecim annos in vinculis fuit? Quid ergo? Nec illic virtutis suæ oblitus est. Adhuc vnius commemoratis vinculis, finiemus sermonem. Vinctus erat & dominus noster, qui totius orbis peccata soluit. Vinctæ erant manus quæ innumera bona patrauerãt. Vinctum enim, inquit, duxerũt ad Caiapham. Vinctus itaque fuit qui tanta miracula fecerat. His consideratis, non molestè feramus, sed magis gaudeamus, si quando vincti fuerimus. Et quanquam in vinculis non sumus, simus tamen velut simul vincti. Vides quantum sit vinculorum bonum? Cognitis his omnibus, gratias deo pro vniuersis destinemus, in Christo Iesu domino nostro, &c.

ἀπαθῶς

Matth. 11.

Matth. 26. f

Homilia ix.

EXorter itaque vos ego vinctus in domino, vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni animi submissione & mansuetudine, cum longanimitate tolerantes vos inuicem in dilectione, studentes seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Demonstrata est magna illa Paulinę catenæ virtus signis etiam illustrior. Non itaque frustra illam, & prẽter causam more suo profert ac prẽtendit, sed tanquam qui per illam grauiter permoueat auditorem, & quod hortatur, persuadeat. Vt digne, inquit, ambuletis vocatione qua vocati estis. Quo modo? Cum omni animi submissione & mansuetudine, cum longanimitate tolerantes vos inuicem in dilectione. Vinctum esse simpliciter in se bonum non est, sed propter Christum vinctum esse. Propterea dicit: vinctus ego propter Christum. Nihil est quod huic æquari possit, sed rursus nos Pauli catena ab iis quæ iam proposita sunt, abstrahit & reuellit, ita vt resistere non sustineamus, verum sponte trahimur & volẽtes, optantes etiam. Et vtinam perpetuo mihi de Pauli catena differendum fuisset, sed ne torpeatis obsecro. Est enim adhuc mihi tractãda iam quæstio. Nã quod in defensione ad Agrippam dixit: Optarim à deo non solũ mo *Actu. 26. g* dice, sed & plurimum, nõ tantum te, verumetiam omnes qui me audiũt hodie tales fieri qualis ego sum, exceptis vinculis his, non ideo dixit, quòd vinctum esse pro Christo, rem putarit execrandam esse. Absit: Nam si hoc sensisset, non fuisset gloriatus in vinculis, in carceribus in aliis afflictionibus nec alibi scribẽs dixisset, Quàm suauissime in infirmitatibus meis gloriabor. *2. Cor. 12. c* Quid ergo? Hoc ipsum indicium erat, quòd vincula magnificabat, quemadmodum & Corinthiis scribẽs, *1. Cor. 3. a* dixit: Lac vobis potum dedi, non cibum: neque dum enim poteratis. Ita & hic vinculorum pulchritudinem, decorem & vtilitatem nõdum audire poterant. Propterea dicit: Exceptis vinculis his. Alioqui Hebræis non ita, sed illos vt vinctis sint tanquam & ipsi vincti admonuit. Propterea & ipse in vinculis lætatus, & vinctus, & cum aliis vinctis pariter in custodiã abductus est. Magna est Paulinæ catenæ fortitudo: satis fuerit vnum hoc spectaculum * aduersus omnia, Paulum & * ἀντὶ παν- vinctum videre, & ex carcere eductum. Quam nõ ex- τὸς τοῦ. i. *pro* celleret voluptatem & vinctum videre Paulum, & in- *omnib⁹, vi-* tus in carcere sedẽtem? Quid adeò preciosum est, quo *ce omniũ, cõ-* non censerem rem hanc dignam esse? Non videtis re- *tra omnia.* ges & consules in rhedis circunuectos, auróque conspicuos, milites quoq; illorum quibus stiptai sunt, omnia deaurata habentes, deauratas lanceas, deaurata scuta, equos etiam auro insignes? Quanto autem illo spectaculo iucundius est istud? Optarim vel semel videre Paulum ex carcere cum vinctis egredientem, magis quàm millies illos cum ista stipatione militari præterEuntes. Quot putatis angelos illum, cum ita educeretur, præcessisse? Quòd autem nihil hic mentiar, rem istam vobis ex veteri quapiam historia manifestam efficiam. Elisæus propheta (virũ fortè nostis) cum rex Syriæ bellum aduersus regem Israël gereret, quicquid ille in secretis cum consiliariis cõsilij sui cõsciis agebat, apud semetipsum constitutus nullo indice & cognouit, & in medium protulit, regisque insidias arcana illius prædicendo irritas fecit, non permittens Israëlitas in idsidias quas ille collocauerat, incidere: male habebat hoc regem, & consilij inopem reddebat, dum cognoscere nequiret quisnam esset qui omnia efferret ac D insidiaretur, omnésque ipsius artes irritas faceret. Hæsitanti regi causamq; quærenti, satellitum quispiam insinuauit, esse Samariæ prophetam quendam Elisæum nomine, qui regis consilium consistere non sineret, sed omnia patefaceret. Ille mox putauit iam omnia confecta esse. Nihil hoc homine demẽtius ac miserius. Oportebat virũ honorare, admirari, ac planè stupere, quòd, cum tot stadijs abesset, tanta virtute, nullius indicio quicquid ĩ secretis regiis agebatur, cognoscebat. Istud non solum non fecit, sed sola ira & indignatione accensus equestres & armatas copias misit, quæ Prophetam adducerẽt. Habebat autem Propheta discipulum quendã in vestibulis qui talibus prophetiæ reuelationibus nondũ imbutus, aut ad imbuẽdum aptus fuerat. Imminebãt iam milites regis, veluti virũ modo, immò Prophetã ligaturi. Rursus in vincula incidimus, & omnis hic sermo vndique sic texitur. Visis autem discipulus militum

Universidad de Deusto
Biblioteca

lus militum copiis obstupuit,& trepidus ac tremebundus ad magistrum ac doctorem currens,calamitatem, vt putabat, incuitabileq; periculum annunciauit: subridens Propheta, quòd quæ timenda non erant, timebant,hortatus est animo esse bono & confidenti.Is vero vt imperfectus erat, non persuadebatur, sed ex eo quod viderat adhuc mente perculsus, timore conceptum detinebatur. Quid igitur Propheta? Domine, inquit, aperi oculos pueri istius, & videat quo modo plures sunt qui nobiscum, quàm qui cum illis sunt. Et repente totum mõtem in quo tum Propheta habitabat, videt equis igniis,curribusque talibus refertum. Hoc vero nihil erat aliud quàm angelorum acies. Si vero Elisæo vnius discipuli gratia tanta obsecundata est angelorum acies,quid Paulo putas defuisse? Istud & propheta Dauid dixit:Angelus,inquit, domini castra metatur in circuitu timentiũ eum.Et iterum: In manibus tollent te,ne fortè offendat ad lapidẽ pes tuus.Et quid de angelis dico? Ipse dominus quum ex carcere egrediebatur,cum illo erat.Non enim Abrahæ quidem apparuit,huic autẽ defuit:Ipse enim promisit hoc, dicens: Ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad cõsummationem seculi. Et iterum apparens illi dixit: Ne timeas,sed loquere, quoniam ego tecum sum, & nemo adorietur te,vt affligat te.Et in somnis astitit illi dicẽs, Bono esto animo. Quemadmodum enim testificatus es de me Hierosolymis,ita oportet te & Romæ testificari.Semper quidem admirandi sunt sancti,multáque gratia pleni, maxime vero quando propter Christũ periclitantur,quãdo in vinculis sunt.Sicut enim generosus miles semper quidem ac simpliciter iucundum est videntibus spectaculum,potissimũ vero quando iuxta regem ipsum in acie stat, ita & de Paulo cogita quantum fuerit docentem ipsum in vinculis videre.Dicam cogitationem meam quæ dicenti iam suggeritur. Babylas beatus martyr, & ipse eadem causa qua Ioannes vinctus erat,quòd regem inique agentẽ arguerat.Hic cum moreretur,præcepit vincula iuxta corpus suũ collocari,corpúsque vinctum sepeliri, & nunc pedicæ simul cum cinere illius sepultæ iacent, tanto videlicet ille desiderio pro Christo vinctus esse cupiebat. Ferrũ, inquit Propheta de Ioseph,pertransiit anima eius. Iam vero & mulieres vinculorum istorum experimentum ceperunt.Verum nos nõ ligamur:neque ad istud hortor, quippe huius nulla iam existente occasione. Nihil opus est vt manus ligatas,sed mẽtem vinctam habeas. Sunt & alia vincula, illa ferent qui istis non ligantur. Audi Christum dicentem, ligate illi manus ac pedes: sed absit vinculorum illorum experientia, istis potius abunde vinciri cõtingat.De istis dixit Paulus: Hortor vos ego vinctus in domino,vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis.Caput,inquit,habetis Christum. Hic excitauit vos, simulq; secum fedare fecit, cum adhuc essetis inimici,milleque malorum patratores.Magnifica planè vocatio, & ad res magnificas destinata. Non solũ quòd ab illis malis, sed etiam quòd ad talia bona, idque tali modo facta sit. Quo modo vero digne ambulabitur? Cum omni videlicet animi submissione,qui talis est digne ambulat.Est enim istud omnis virtutis substantia & fundamentum.Si fueris humilis, perpenderisq; quis existens,quo modo saluatus sis, occasionem ad virtutem ex hac memoria capies,neq; vinculorum gratia extolleris, ne eorum quidem de quib* dixi, sed cognito quòd omnia diuinæ sint gratiæ, ad modestiam teipsum contrahes. Qui animo est humili & modesto, seruus esse potest, & gratus & iucundus. Quid enim habes,inquit,quòd non accepisti? Audi vero ipsum rursus dicentem. Abundantius, inquit, ipsis omnibus laboraui: non autem ego, sed gratiá dei quæ mecum est.Cum omni,inquit, animi submissione: nõ ea quæ in verbis,neque quæ in rebus duntaxat,sed quę & in habitu & in voce est, vt non erga hunc humilis quidem,erga illum vero arrogans sis.Humilis esto erga omnes,siue amici sint, siue inimici, siue magni, siue tenues.Istud enim demum est animo submisso esse. Et in recte factis etiam humilis esto:audi enim quid Christus dicat: Beati, inquit, pauperes spiritu, & vide quo modo istud primo loco ponat. Propterea & Paulus hic cum omni,inquit,animi submissione & mansuetudine & lõganimitate. Potest enim esse vt humilis quidem quisquam sit, sed iuxta acer & iracundus, verum istud nihil prodest.Fit enim sępenumero,vt ira correptus omnia perdat. *Tolerantes vos inuicem in dilectione.* Quo modo tolerari potest,si iracundus fuerit quisquã & cõuiciator?Modũ hũc dicit:in dilectione:Si tu proximũ,inquit,ferre non potes, quo modo feret te deus? Si conseruum tuum seruus ipse non fers,quo modo tolerabit te dominus?vbi dilectio est,ibi tolerabilia sunt omnia. *Studentes seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.* Liga ergo manus tuas mansuetudine. Rursus bonum nomen est vinculum,dimisimus ipsum,sed sponte nobis denuo recurrit:bonum est illud vinculum,bonum est & hoc,ab isto nascitur illud, Alliga teipsum fratri. Qui tales sunt,nempe dilectione fratribus alligati, omnia facile ferunt,Colliga teipsum illi,& illũ tibi: vtrunque in tua potestate est. Possumus enim si quem voluerimus,facile amicum nobis reddere. Studentes,inquit:*non obiter istud agẽdum,neque cuiuslibet est.*Studentes,inquit,*seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.*Quid est vnitas spiritus? Quemadmodum in corpore spiritus est omnia continens, quanquam diuersa sint membra, ita & hic. Nam ad hoc datus est spiritus, vt genere ac morib* diuersis discretos vniat.Hic enim senex & iuuenis, pauper & diues, puer ephebus & vir, mulier ac masculus,& omnis anima,vnum quid fiunt, idque magis quàm si corpus vnum essent.Est enim ista cognatione, illa maior & plenior vnitatis huius perfectio.Animæ siquidem propinquitas tanto est exactior, quanto est simplicior, & non diuersarum specierum. Quo modo vero custoditur? In vinculo pacis, in inimiciciis & dissensione consistere nõ potest.Cum enim in vobis sint æmulationes,inquit,& cõtentiones,nónne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Quemadmodum enim ignis,si quando arida ligna nacta fuerit, vnam pyram ex omnibus facit: si vero humida fuerint, neque in illis operatur, nec illa conglutinat:ita & hic nihil eorum quæ frigida sunt,vnitatem hanc complecti poterit,sed quicquid velut magna ex parte feruidum fuerit. Ex hoc igitur & dilectionis feruor nascitur: vinculo itaque pacis omnes nos colligari vult Apostolus.Nam quemadmodum si quando teipsum alij cuipiam alligare volueris, alia ratione illud non potes, nisi illum tibi colligaueris, (nam si quidem duplex volueris efficere vinculum, oportebit & illum tibi alligari) ita & hic alligari nos inuicem vult, non simpliciter pacificos esse,neque vtcunque diligere,sed in omnibus vnam esse animam. Bonum est hoc vinculum.Isto siquidem & nos inuicem mutuo, & deo nos ipsos colligabimus. Non stringit vinctas manus, nec premit hoc vinculũ, sed relaxat, & in spacioſam velut campestrem

4.Reg.6.d
Psal.33.
Ibid.90.c
Matth.28.
Actor.18.c
Ibid.23.c
De Babyl. martyr.
Psal.104.b
Matth.22.b
Ad explanandã Pauli verba redit.
1.Cor.4.b
Ibid.15.b
Matth.5.a
1.Cor.11.g
Quid sit vnitas spiritus

campestrem latitudinem constituit, solutisque alacriores facit. Qui robustus est, si fuerit infirmo alligatus, & illum portabit, & perire non sinet, & si cum pigro ligatus fuerit, excitabit illum. Frater enim à fratre adiutus, inquit, tanquam ciuitas munita: istam catenam impedire non poterit viarum interstitium, non cœlum, non terra, nec mors, nec aliud quippiam, sed † omnium est optima & robustissima. ‖ Ista etiam si ab vna duntaxat anima parta fuerit, plures tamen simul complecti potest. Audi quippe quid Paulus dicat: Non estis angusti in nobis, angusti autem estis in visceribus vestris: dilatemini & vos. Quid autem vinculum hoc lædit ac perdit? Pecuniarum amor, ambitio dominandi & gloriæ, aliorúmque talium vincula ista laxant ac intercidunt. Quo modo cauebitur ne intercidant? Si amoueris illa, nihilque eorum quæ dilectionem corrumpũt, interturbauerit. Audi enim Christum dicentẽ: Quando abundauerit iniquitas, refrigescet dilectio multorum. Nihil adeò charitati aduersatur, atque peccatum. Et non de illa duntaxat dico quæ erga deum, sed & quæ erga proximum est. Quo modo ergo latrones pacem habent inquis? Quando habent, dic quæso? Certè non, quando prædandi moribus vtuntur. Nisi enim cùm prædã inter se diuidunt iusticię leges custodiant, & vnicuique iustam portionem distribuant, inuenies vtique illos etiam inter se belligerari pugnaréque. Itaque neque in malis inueniri potest custodia pacis, vbicunque vero illam reperire licet, cum iusticia vtique & virtute, vbiubi illæ fuerint, inuenietur. Sed inter riuales & æmulos pax est? Nequaquam: Sed quẽ vis proferam? Auarus cum auaro nunquam pacificus erit. Ita enim habent, vt nisi essent in medio illorum & iusti, & mansueti, & qui iniuriam ferrent, dilaniaretur ac consumeretur mutuis morsibus istud hominum genus. nõ aliter quàm duæ bestiæ vehementer famelicæ, quæ nisi esset in medio illarum quod consumi ab ipsis posset, seipsas consumerent. Ita & ab auaris & malis vtique fieret: itaque non potest esse pax, nisi virtute primum parta. Dic enim obsecro: si mœchus quisquam fuerit, quo modo cuipiam amicus erit? Ponamus ciuitatem vbi omnes sint auari, eiusdem omnes honoris, hic nemo iniuriam feret, sed omnes iniuriam inferent. Sed mœchis fortè pax est. Verum nõ reperies hic, ne duos quidem consentientes. Nulla igitur huius alia causa est, quàm charitatis refrigeratio. Quòd charitas vero refrigeratur, in causa est iniquitatis multiplicatio & abundantia. In philautiam enim illa ducit, corpúsque diuellit, proscindit, laxat, & dissipat: virtꝰ vero vbi fuerit, contrarium efficit. Virtuti enim deditus pecuniarúmque victor, etiam si cum innumeris in paupertate fuerit, pacificus tamen esse potest: auari vero & si bini duntaxat fuerint, nunquàm poterunt in pace consistere. Itaque si virtutis studiosi fuerimus, non perdetur charitas. Est enì à charitate virtus, & à virtute vicissim charitas. Quo modo? Dicam. Qui virtute imbutus est, non præfert pecunias dilectioni, non est memor iniuriarum, nihil iniuriæ committit in proximum, non cõuiciatur, omnia generosè tolerat, ab illis continuatur charitas. Rursus qui diligit, omnia ista præstat: ita quęq; istarum alteram parit. Et istud quidem hinc probatur quòd ex virtute sit charitas. Quòd enim dixit: quando abundabit iniquitas, refrigescet charitas, hoc satis declarauit. Quòd vero ex charitate sit virtus, ex eo liquet quòd inquit Paulus: qui proximum diligit, legem impleuit: Oportet itaque duorum istorum vnum esse,

Prou.18.c

† *omnia vincit & superat.*

2.Cor.6.b

Matt.24.b

Romã.13.c

aut valde dilgentem & amantem, aut vehementer virtute imbutum. Vtrumuis enim istorum si quis habuerit, necessariò & altero potietur, & è contrario qui diligere nescit, multa quoque mala patrabit, & qui mala perpetrat, diligere quoque non nouit.

Moralis exhortatio.

Persequamur igitur charitatem. Custodia siquidem illa est & munimentum ad hoc vt non permittamur aliquid pati quod malum sit. Conligemus ergo nos ipsos inuicem: nihil sit apud nos quod vel dolum sapiat, vel fictionem: nam nihil tale reperitur, vbi fuerit amicicia. Dixit autem hoc & alius quispiam sapiens vir. Et si gladium, inquit contra amicum istrinxeris, de amicicia tamen illius nihil desperes. Est enim regressus ad amicum. Si contra illum os tuum aperueris, ne despondeas animum, est enim apud illũ reconciliatio, exprobrationem duntaxat contumeliosam, secretorúmque reuelationem & læsionem dolosam caueas: per ista siquidem fugatur amicus, maxime si secreta illius reuelaueris. Quòd si omnes fuerimus amici, nihil opus erit secretis. Quemadmodũ enim nemo apud seipsum secretum quid habet, neque etiam seipsum celare quicquam potest, ita neque amicos: vbi vero nulla sunt secreta, ibi non potest esse ex secretorum reuelatione amicicię diremptio. Secreta siquidem non habemus aliunde, quàm ex eo ꝙ non omnibus fidem habemus. Itaque ex charitatis refrigeratione nascũtur secreta: vt quid enim secretum habes? Iniuria vis afficere proximum, aut prohibere, ne boni cuiuspiam tecum particeps sit, atque ideo propositum tuum abscõdis. Verum nihil fortè horum, sed pudor in causa est. Est ergo hoc ipsum iam indicium, quòd proximo fidem nõ habeas. Itaque si charitas nobis fuerit, non erit inter nos secretorum reuelatio, immo neque contumeliosa quæpiam exprobratio. Quid enim, dic quæso, animæ suæ quisquam exprobrauit vnquam? licet illud ad vtilitatẽ fortè aliquando fiat, quo modo & pueris nostris subinde exprobramus, stimulare illos volẽtes. Et Christus tum temporis ciuitatibus exprobrare cœperat, dicens: Væ tibi Corazin, væ tibi Bethsaida: sed ad hoc vt ab opprobriis illas liberaret. Nihil enim aliud adeò valide mentem & mordet, & magis excitat, remissámque restituit. Non ergo simpliciter alius alij exprobremus. Quid enim? Pecuniarũ gratia proximo exprobrabis? Nequaquam. Siquidem quę possidẽtur, cõmunia sunt. Sed propter delicta? Neque istud. quin magis in viam restitues. Et læsionem, inquit, dolosam caueas. An seipsum quisquam interficiet, aut percutiet? Nequaquam. Charitatem itaque persequamur: non dixit simpliciter diligamus, sed diligendo persequamur. Multa diligentia opus est: aliàs enim mox interit: nam præceps est, & ad secessum prona. Quippe tot sunt in hac vita, quibus res ista vastatur ac perditur. Si persequuti fuerimus illam, non præueniet nos, vt aufugiat, sed cõfestim eam retrahemus. Charitas dei cœlo terram coniunxit, charitas dei hominem in thronũ regalem constituit, charitas dei deum in terris declarauit & ostendit: charitas dei ex domino seruum fecit: charitas dei pro inimicis dilectum, pro odio deum habẽtibus filium, pro seruis dominum, pro hominibus deum, pro famulis liberum tradi fecit. Et neque hic subsistit, sed & in maiora nos conuocauit: non enim prioribus nos malis duntaxat liberauit, sed & alia multo maiora daturam se pollicita est. Pro his itaque deo gratias agentes, omnem virtutem persequamur, & ad omnes charitatẽ nobis diligenti studio

Luc.10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

genti ſtudio comparemus,vt promiſſa bona conſequi mereamur gratia & benignitate,&c.

Homilia x.

VNum corpus,& vnus ſpiritus,quemadmodum & vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ. Quando de rebus maioribus admonet beatus Paulus,vehementer prudẽs & ſpiritualis à cœleſtibus exhortationem texit. Hoc ipſum autem à domino didicit,quemadmodum & alibi dicit:Ambulate in dilectione, ſicut & deus nos dilexit, tradiditque ſemetipſum pro nobis.Et iterum:Hoc affectu eſtote qui & in Chriſto Ieſu fuit,qui quum eſſet in forma dei, non rapinam arbitratus eſt, vt eſſet æqualis deo: iſtud & hic facit. Quando enim magna proponuntur exempla, vehemens quoque eſt & zelus & deſiderium.Quid enim ad vnitatem nos adhortans dicit: Vnum corpus, inquit, & vnus ſpiritus, ſicut & vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ. *Vnus dominus,vna fides,vnũ baptiſma.* Quid eſt autem vnum corpus:omnes vbique terrarum fideles,& qui iam ſunt,& qui fuerunt,quiq; futuri ſunt: denique & qui ante Chriſti aduentum deo placuerunt, vnum corpus ſunt: Quo modo? quoniam & illi Chriſtum venerati ſunt. Vnde liquet? Abraham,inquit,pater veſter exultauit vt videret diem meum,& vidit,& gauiſus eſt.Et iterum:Si Moyſi credidiſſetis,inquit,credidiſſetis & mihi. De me ſiquidẽ ille ſcripſit,vt & prophetæ:non autem ſcripſerunt tanquam de quo quæ dicerent, ignoraſſent, viderunt enim illum & adorauerunt.Itaque & illi vnum corpus ſunt: non eſt diuiſum corpus ſpiritus, alioqui corpus non eſſet. Nam & nos de coadunatis,multámque affectationem habentibus, dicere ſolemus,vnum corpus ſunt:Ita & nos hic,quod ad vnitatem attinet, *corpus accipimus,* quod ſub vno eſt capite.Si vero caput vnum,vnũ eſt & corpus.Corpus ex honeſtis & inhoneſtis membris cõponitur. Veruntamen nec maius aduerſus minus, etiam ſi viliſsimum ſit,eleuatur,aut inſoleſcit,nec iſtud viciſsim huic inuidet.Nam alioqui non eandem omnia perfectionẽ adferunt,ſed iuxta quod in vnoquoque neceſsitatis ratio poposcerit.Et quoniã omnia neceſſario facta ſunt, licet in varios vſus, omnia quoque eiuſdem honoris ſunt. Sunt autem quædam potiora, quædam verò minus, vt caput omni reliquo corpore præſtantius eſt, & omnes ſenſus, & imperium animæ habeat in ſeipſo, & quòd ſine capite nemo viuere queat,quum amputatis pedibus multum temporis plurimi vixerint.Melius eſt itaque reliquis membris, non ſolum ſitu, ſed & ipſa energia,ipſóque ordinandi moderandique regimine. Quorſum iſta dico? ſunt in Eccleſia multi.Horum quidam in ſublime capitis inſtar erecti ſunt: cœleſtia quidam velut in capite oculi contemplantes, multúmque à terrenis diſtantes, nihil cum illis commune habẽtes: alij vero in pedum ſunt ordine, terram calcantes, pedum,inquam,ſanorum. Non enim culpabile eſt pedibus terram calcare, ſed ad maliciam currere. Nam pedes,inquit,illorum ad maliciam currũt. Neque iſti,inquit,aduerſus pedes ſuperbiant,nec iſtis quicquam inuideant illi: alioqui propria cuiuſque pulchritudo deſtruetur,& perfectus vſus impedietur. Et qui proximo inſidiatur, ſibiipſi primum inſidiatus eſt.Siue enim pedes ad neceſſariam egreſsionem caput aliquò portare noluerint, ſibiipſis per immobilitatem illam & pigriciem nocumentum adferent:ſiue viciſsim caput nullã voluerit pedum habere curam ac rationem, damno primum ſeipſum adficiet. Sed merito fortaſsis illa ſibi ipſis inuicem nõ aduerſantur.Naturaliter enim ita diſpoſita ſunt. Quo modo vero poſsibile eſt hominem aduerſus hominem non extolli? Neque enim aduerſus angelos erigitur:quandoquidem neque illi aduerſum archangelos. Rurſus neque bruta animantia aliqua in re ſuperbire aduerſum me poterunt. vbi vero natura paris eſt honoris,donum etiam vnum,& nihil hic præ illo amplius habuit,quo modo nõ extolleretur qui potior eſt? Atqui hoc ipſo non debes aduerſus proximum erigi.Si enim communia ſunt omnia, & alius præ alio nihil habet amplius,vnde eſt arrogantiæ cauſa? Eiuſdẽ naturæ,eiuſdem animæ pariter ac corporis participes, eundem ſpiramus aërem,iiſdem vtimur alimentis,vnde igitur irrepit elatio? Attamen ſi qui per virtutem incorporalium poteſtatũ victores eſſe poſſunt, iſtud eos fortè *in* arrogantiam euehere valuerit. Immò vero nõ fuerit iſtud arrogantem eſſe. Merito ſiquidem aduerſus dæmonem ſublime ſapio,& valde ſublime:& vide quo modo Paulus etiam contra dæmonem ſuperbierit.Quum enim de illo dæmon magnifica & admiranda prædicaret,compeſcebat eum,nec ferebat ne aſſentantem quidem.Dicente quippe puella illa Pythonem ſpiritum habente, homines iſti ſerui ſunt dei altiſsimi, qui quidem nobis viam ſalutis annunciãt,increpatione vehementi impudentem ipſius linguam obturabat. Rurſus & alibi ſcribit,dicens:Satanam ſub pedibus veſtris breui conteret deus. Num naturæ differẽtiam alicuius fecit? Vides eum nullius æſtimare naturarum diſcretionem? Propter dæmonum malam voluntatem, inquit:nam voluntate peiores ſunt omnibus:aduerſus angelum autem non extollor.multum enim diſcrimi-
nis eſt *inter* me & *illum*. Sanè *contra* hominem non *debes erigi,minus etiam quàm contra angelum.Angelus enim te natura excellit, quod quidem illi neq; laudis,neque maliciæ loco reputatur. Homo vero ab homine* non natura quidem,verum voluntate diſtat.Eſt autem & *in* hominibus angelus. Itaque ſi contra angelos nemo erigitur,multo minus contra homines,in humana iſta natura angelos effectos.Si enim virtute prẽditus inter homines quiſpiã velut angelus fuerit, multo iſte te maior eſt quàm angelus. Quamobrem? Quoniam quòd ille ex natura habet, hoc iſte per voluntatis propoſitum adeptus eſt: & quoniam angelus habitationis loco abs te diſiunctus cœlum inhabitat,hic vero & tecum hic verſatur,& æmulandi tibi occaſionem largitur. Quãquam hic habitatione ſemotior ſit quàm ille. Noſtra enim,inquit,cõuerſatio in cœlis eſt. Quòd autem iſte remotius habitet, audi vbi caput ipſum ſedeat,nempe in throno regali. Quantum autẽ hic thronus,tantum diſtat à nobis & iſte.Sed in zelotypiam rapiar, inquies, vbi honore illum potitum videro. Hoc enim eſt quòd ſurſum ac deorſum verſauit ac turbauit omnia,& non ſolum terrarum orbem,ſed & eccleſiam innumeris malis oppleuit. Et quemadmodum in portum tranquillum irruentes,è cõtrario feroces venti quouis illum turbine ac freto periculoſiorem reddunt:ita & ſubingreſſa gloriæ cupido omnia ſubuertit & confudit. Adeſtis ſæpenumero magnarum ædium incendio, videtis quo modo ad cœlum vſque fumus aſcẽdat, & dum nemo malum extincturus prodit, ſed quiſque quæ ſua ſunt,ſpectat, ignis ille magna vi cuncta depaſcatur? Et circunſtetit plerunque ciuitas tota, circunſteterunt vero ſpectatores tantum, non opitulatores,aut adiutores. Et videre eſt iſtic quàm *nihil faciant* omnes

Inſra.5.a
Philip.2.a
Vnum corpus quid ſit
Ioan.8.g
Ibid.5.g
Quo modo caput præſtet reliquo corpori.
Prouer.1.b
Actor.16.d
Roma.16.c
Philip.4.d
Zelotypiæ malum.

ciant omnes quotquot circum incendium adstant, sed quisque illorum extensa manu receter aduentanti vel locum ostendat, vel flammam è fenestris indesinenter exilientem, vel trabes delectas, vel vniuersum culminum ambitum deuulsum, ad terrámque ruentem. Sunt autem plurimi audacium, inque pericula seipsos proiicientium, qui quamproxime ad ædificia illa ardẽtia ausi sunt accedere, non vt manus illis porrigerent, malúmque extinguerẽt, sed vt iucundius haberẽt spectaculũ, & vt è vicino cuncta diligenter spectare possent, quæ foris positos antea plerunque latuerant. Si vero splendidis istud & magnis contigerit ædibus, miserabile videtur esse spectaculũ, & multis lachrymis dignum. Et est reuera miserandum spectaculum videre columnarum capita in puluerem redacta, plures etiã ex illis in frusta cõminutas, has quidem igne vastatas, illas vero etiam eorum manibus sępenumero qui ædificauerant, impulsas ac demolitas, ne latius reliqua depasceretur incendium. Videre est hic & columnarum * monumenta, quæ multo ornatu, imposito tecto stabant, iam sublato culmine in lucem detecta, multoq; dedecore in patulo prostantia. Opes vero quæ intus erant reconditæ, quis enarrabit? Vestes videlicet deauratas, vasaq; argẽtea, & locum illum quò non facile herus ipse cum cõiuge sua ingrediebatur, vbi multorum erat vestimẽtorum, aromatum lapidumq; precioſorũ repositorium. Hic omnia in vnã pyram conflantur, & † balnearij, & stercorarij, & serui fugitiui, † & quotquot intus sunt.] Omnia in his ędibus iam nihil aliud sunt, q̃ aqua infusa, ignis, lutũ & fimus, cinis & semiusta ligna. Sed quamobrem hanc imaginem adeò fuse extendi? Nolo simpliciter domus alicuius incendium describere. Quæ enim mihi esset illius cura? Sed ecclesiæ mala oculis vestris, quantum licuerit, subiicere volo. Non enim aliter illa reuera quàm velut incendium, aut fulgen quoddam cœlitus delapsum, ita in ipsum ecclesiæ culmen deuenerunt, & tamen neminem excitant, sed paternis ædibus incensis, profundo quodam & insensibili pressi somno, altũ dormimus omnes. Quẽ enim hic ignis, quasq; columnas in ecclesia stantes non corripuit? Nam nihil aliud est ecclesia, quàm ex nostris animabus constructa domus. Non est autem ipsa domus, eiusdem honoris in omnibus sed lapidum, ex quibus est perfecta, quidam quidem splẽdidi sunt & illustres, quidam vero minoris gloriæ & obscuriores. Est autem hic melius multo videre quàm multi sint qui auri locum ac dignitatem obtinentes, tectum exornent, quo modo alij eum repræsentent ornatum, qui est * à monumentis. Videre est etiam hic multos columnarum instar stare. Nouit enim ecclesia & homines vocare columnas, non virtute ac robore duntaxat, sed & venustate quadam, quam ex deauratis capitibus habent, plurimum ornatus exhibentes. Videre est hic & multitudinem, † vt plerunque est, interstitium & capax septorum ac ambituum latitudo. Plurima enim illa ecclesiæ multitudo in ordine est eorum lapidum è quibus parietes construuntur: immo ad illustriorem aliquanto imaginem transeundum est. Ipsa ecclesia non ex his lapidibus ædificata est, sed ex auro & argento, lapidibúsque precioſis, & plurimum vbique aurum in illa dispar sum conspicitur. Sed ô rem amaris lachrymis dignam. Nam omnia ista incendit vanæ gloriæ tyrannis, flamma illa nihil non vorans, & nemo est qui malo isto superior factus sit, sed stetimus flammam quidem ipsam admirantes, malum vero nondum extinguere valentes. Et si extinxerimus aliquãdo modico & exiguo tempore, mox tamen duobus aut tribus elapsis diebus, velut cum ex cinere quodam rediuiua scintilla omnia subuertit, & nõ minus quàm antea fecerat, demolitur, ita & hic contingit. Ad eum enim modum cum incendiis euenire soler. In causa vero est quòd columnarum quæ in ecclesia sunt, sustentacula destituerunt nos, qui ipsum culmen recipimus, † & qui omne ædificium cõtinemus, igne primi correpti sumus.] Propterea & in reliquos parietes facile peruenit incendium. Nam & in ædificiis quidem quando ligna corripuerit ignis, eo fortius aduersum lapides armatur: quando vero colũnas demolitas ad terram proiecerit, nihil iam amplius opus est flãma, quò reliqua deuastet. Cadentibus enim sustentaculis, quorum est superiora sustulcire, sponte iam & magna promptitudine sequuntur & ipsa suprema. Ita sanè & nunc in ecclesia factum est. Omnia corripuit ignis. Honores ab hominibus quærimus, & gloriæ desiderio accendimur, nec audimus dicentem Iob: Et si voluntariè peccans, multitudinem & cõfusionem veritus sum. Vides animum generosa virtute prædi-tum? Non erubui, inquit, coram vniuersa multitudine quæ * inuitus deliqueram fateri. Si vero ille non erubuit, multo magis nos istud facere oportebat. Dic enì tu iniquitates tuas, inquit, prior vt iustificeris. Multa fa cta est & magna mali huius vehemẽtia. Omnia subuersa sunt ac vastata. Honoris serui facti sumus relicto deo. Subditos iam non amplius increpare possumus, eadem & ipsi febre detenti. Opus autem curatione habemus & ipsi, qui ad hoc ordinati sum° à deo, vt alios curemus? Quæ relinquitur ergo deinceps salutis spes medicis ipsis aliorum opera & cura opus habentibus? Ista nec obiter dico, ne frustra deploro, sed vt pariter omnes cum mulieribus ac liberis cinere sparsi, saccoq; circumamicti, deum intenso precemur ieiunio, vt porrecta nobis manu malũ istud extinguat. Reuera quippe manu illius magna illa & admirãda opus habemus. Maiora certè à nobis quàm à Niniuitis fieri oportet. Adhuc * tres dies, inquit, & Niniue subuertetur. Horrenda prædicatio, & magnis planè referta minis. Quo modo enim tremendum non fuisset, ciuitatem ipsam post tres dies vnum omnibus fieri sepulchrum, vniuersosque pariter vno supplicij conspectu & genere perdendos expectare? Si enim molestum adeò malum est, quando eodem temporis articulo in vnis ædibus duo pariter intereunt pueri, & si hoc potissimum omnium intelerabile visum est beato Iob, quòd tectum domus super omnes illius liberos ceciderat, atq; ita simul obrutos enecauerat, quid putas fuisset nõ vnam videre domum, nec duos duntaxat pueros, sed gentem duodecim myriadum tectorum culminibus pariter obrutã? Scitis iam mali quantitatem? Nam & nobis paulo ante eædem minæ factæ sunt, non quidem prophetæ cuiuspiam voce, neque enim qui talem audiamus, digni sumus, verum comminationibus desuper quauis tuba significantius intonantibus. Sed illud adhuc tres dies & Niniue subuertetur, horrendæ reuera sunt minæ. Sunt quidem, verum hic nihil tale est. Non enim tres dies nunc, neque Niniue subuertetur, sed multi iam dies sunt, ex quo totius orbis ecclesia & euersa est, & humi prostrata iacet, vniuersis pariter hoc malo comprehensis, tanto vero primoribus ac presidentibus magis, quanto maior eorum est necessitas. Nihil est ergo quur miremini quòd hortatus sum, vt maiora quàm Niniuitę faciatis. Propterea vero non solum ieiunium nunc

* ἀγάλ' μα τα, *statuas imagines, signa.*

† *& quinis alij denique, intus sunt.] vt intelligas penetralia & loca prius arcana iam vulgo patere.*

* ἀπὸ ἀγαλμάτων,

† *vt magnũ est,*

† *& nos qui prius totum ædificiũ cõ in ignẽ conuerunt.*

* *Locus iste corruptus videtur, prius enim dixit voluntariè ἑκουσίως nunc vero inuitus, quæ-ratur locus in Iob.*

Esaiæ.43.d

* *Tres legũt lxx. interpretes, alij vero legunt quadraginta. Ionæ.3.b*

Iob.1.d

nunc prædico, ſed & pharmacum ipſum demonſtro, quòd ciuitatem illam iamiam cadentẽ reſtituit. Quódnam illud eſt? Quòd quiſque videlicet à viis ſuis malis abſtinuit, vnde & dominum mali eius pœnituit, quod facturum ſe ipſis prædixerat. Iſtud faciamus & nos & vos. Abſtineamus ab amore pecuniarũ, vanæq; gloriæ, obſecrantes deum manum vt porrigat, lapſaque membra reſtituat. Neque enim idem nobis timendum eſt quod Niniuitis. Tum enim caſura quidem erant & ligna & lapides, corporaq; adobruta necatura. Nunc vero nihil horum, ſed animæ tradendæ ſunt gehennæ igni. Obſecremus dominum, prioráque confeſsi, gratiam illi pro futuris ſpõdeamus. Precemur item, vt graui iſta ſæuiſsimaq; beſtia liberati gratiam mereamur rependere benigno deo ac patri, cum quo gloria, potestas & honor ſit filio pariter ac ſpiritui ſancto nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia xi.

VNum corpus & vnus ſpiritus, quemadmodum & vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ, vnus dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus deus & pater omnium, qui eſt ſuper omnia, & per omnia, & in omnibus. Veſtrum autem vnicuique data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti. Charitatem à nobis requirit Paulus, non vulgarem, ſed quæ nos coniungat, indiuulſeq; mutuo conglutinet, denique eam vnitatem itaque exactam præſtet, qualis eſt membri ad membrum. Ipſa enim eſt, quę magna bona perficit. Propterea cum dicit: Vnum corpus, per iſtud quo modo debeamus aliorum malis cõpati, & rurſus aliorum bonis non deiici, ſed magis congaudere, & ſimul omnia oſtendit. Recte quoq; ſubiunxit, & vnus ſpiritus, oſtendens quo modo ex vno corpore vnus ſit ſpiritus, aut quo modo fieri poſsit, vt vnũ quidem ſit corpus, ſpiritus vero nõ vnus, vtpote ſi quis & hæreticorum fuerit amicus: aut quòd ab illo diſſentiendi malo forte nonnihil eis timeat, atque velut ad hunc modum dicat, quum vnum acceperitis ſpiritum, ex vnóque fonte potati ſitis, animo non debetis eſſe duplici: aut ſpiritum hic volũtatem dicit. Deinde, quemadmodũ vocati eſtis, inquit, in vna ſpe vocationis veſtrę. Deus, inquit, ad eadem vos vocauit. Nihil amplius cuiquam dedit præ aliis. Omnibus immortalitatẽ, omnibus vitam æternam, omnibus gloriam immortalem, omnibus fraternam cognationem, omnibus hereditatem largitus eſt. Commune omnium caput factus eſt, omnes pariter & excitauit & ſecum ſedere fecit. Qui ergo tantam in ſpiritualibus bonis honoris æqualitatem habetis, vnde quæſo ſuperbitis? Hic ideo quòd dicit, iſte ob id quòd potens eſt? Et quo modo non ridiculum eſt iſtud? Dic enim. Quid ſi rex quiſpiam ſuſceptos decem quoſdã homines, omnes & purpura induiſſet, & in thronum regalem cõſtituiſſet, vniuerſisq; eundem pariter honorem tribuiſſet, an aliquis illorũ aduerſum reliquos, velut ditior aut illuſtrior auſus fuiſſet inſoleſcere? Nequaquam. Et nondum omnia dixi. Non enim tantum eſt in cœlis differentiæ, quantum hic forte diſtincti ſumus. Vnus dominus, vna fides, vnum baptiſma. Ecce ſpem fidei. Vnus deus & pater omnium, qui eſt ſuper omnia, & per omnia, & in omnibus idem. Non enim ſuper te quidem maior, ſuper illum vero minor inuocatus eſt. Neque tu fide, ille operibus ſaluatus eſt. Nec tibi quidem per baptiſmum dimiſſa peccata ſunt, illi vero nihil. Vnus deus & pater omniũ, qui eſt ſuper omnia, & per omnia, & in omnibus vobis. Super omnia: hoc eſt, dominus, & omnium ſupremus. Per omnia: prouidens videlicet, & gubernans. Et in omnibus vobis: id eſt, inhabitans. Etiam filio iſtud adſcribitur. Itaque ſi diminutionis eſſet, de patre vtiq; dictum non fuiſſet. Quid igitur? Vnde ſunt, inquiunt, differentia illa dona? Iſtud enim perpetuo ipſos, Corinthios etiam, partim ad inſolentiam, partim ad triſticiã & inuidẽtiam abduxit. Propterea vbique corporis exemplum vſurpat, atque ideo illud & hoc loco ponit, quòd differentium donorum mentionem facturus eſſet. Exactius quidẽ illud in Epiſtola quę ad Corinthios eſt exequitur. Nam & apud illos hoc morbi genus potiſsimum tyrannidem obtinuerat. Nunc aũtem hoc loco breuibus hoc exemplum ſubindicat duntaxat. Et vide quid dicat. Non dicit, iuxta cuiuſque fidem, ne in mœſticiam eos coniiciat, qui magna nondum aſſequuti erant. Sed quid? Secundum menſuram, inquit, donationis Chriſti. Quæ apud quoſuis, inquit, capitalia ſunt & potiora, illa omnibus pariter ſunt cõmunia, vtpote baptiſmus, per fidẽ ſaluari, patrem habere deũ, eiuſdem ſpiritus quoſuis eſſe participes. Quòd ſi vero quiſpiã plus aliquanto diuini chariſmatis habet, ne doleas, quandoquidem illi plus etiam laboris incumbit, & qui quinq; talenta accepit, quinque talẽtorum quoque rationem exactus eſt, qui vero duo, duo duntaxat ex illis acquiſita obtulit, & nihil quàm ille min⁹ habuit. Propterea ex ea ipſa ratione auditorem hic cõſolatur. *Infra* Ad inſtaurationem ſanctorum, inquit, in opus miniſterij, ad ædificationem corporis Chriſti. Huius gratia & ipſe dixit, væ mihi ſi non euangelizauero, quemadmodum ſcilicet Apoſtolatus donum acceperat. Sed ideo illi væ, quoniam illud in mãdatis diuinitus acceperat. *1.Cor.9.c*

Tu vero liberatus es periculo. Secundum menſurã, inquit. Quid eſt ſecundum menſuram? Hoc eſt, Non ſecundum noſtram dignitatem. Alioqui neque accepiſſet quiſquam quæ accepit, ſed vniuerſi ex gratia & dono accepimus. Quamobrẽ hic plus, ille minus accepit? Nihil hoc refert, inquit, ſed promiſcua res eſt. Ad ędificationem enim quiſque accepit. Et propterea declarat, quòd non ex propria dignitate hic quidẽ amplius, iſte vero minus acceperit, ſed quòd omnia partitus ſit † per alios, tanquam per ſeipſum. ¶ Quemadmodum & alibi dicit. Membra vero poſuit vnumquodque ipſorum ſicut ipſe voluit. Et rationem huius non addit, ne mẽtes audientium deiiciat. *Propterea dicit, aſcendens in altũ captiuam duxit captiuitatem, & dona dedit hominibus.* Hoc eſt. Quid inſoleſcis? Totum dei eſt. Propheta quidẽ in pſalmo dicit: Dona accepiſti in hominibus, ipſe vero, dona, inquit, dedit hominibus. Sed idem eſt vtrunque.

† *propterea lios vt ipſe voluit.*

1.Cor.12.b

Pſal.67.d

Illud autẽ aſcendit, quid eſt, niſi quòd & prius in inferiores terræ partes deſcenderat? Qui deſcenderat idem ille eſt, qui & aſcendit ſupra omnes cœlos, vt impleret omnia. Iſta cum audis, non eſt quòd tranſitum cogites. Quòd enim in Epiſtola quæ ad Philippenſes eſt aſtruit, illud & hic agit. Quemadmodum illic de animi modeſtia & humilitate admonens, Chriſtum inducit: ita & hoc loco, ex eo quòd in inferiores partes terræ deſcendit. Niſi enim hoc eſſet, inanis eſſet ſermo ille quẽ illic dicit, nempe, quòd obediens factus ſit vſque ad mortem. Ex aſcenſione vero, deſcẽſum illius ſuboſtẽdit. Inferiores terræ partes, * mortem dicit, idq; ex hominum ſuſpicione & opinione, quemadmodum & Iacob dixit: Deducetis ſenectutem meã cum dolore ad inferos. Et rurſus in pſalmo: Similis ero deſcendentibus in lacum, hoc eſt, morientibus. Quamobrem hunc locũ hic tractandum aſſumit: Et quam captiuitatem

Philip.2.b

* *Theophilactus ſuſpicatur hæc verba non poſſe, vt ſonant, de tempore paſſionis dictum videri, quã mortẽ hic quoque ſcribamus.*

Gene.44.

Pſal.24.b

uitatem dicit? Captiuitatem scilicet diaboli. Captiuum apprehendit tyrannum diabolum, & mortem, & maledictum, & peccatum, Vides spolia & prædã. Illud autem ascendit, quid est, nisi quòd & descenderat. Istud Paulo Samosateo repugnat. Qui descenderat idem ille est, qui & ascendit super cœlos, vt impleret omnia. In inferiores, inquit, terræ partes post quas non sunt aliæ, descenderat. Et ascendit super omnes cœlos, vltra quos quoque nihil est aliud, hoc videlicet est potentię & dominationis ipsius. Nam & ab antiquo adimpleuit omnia. *Et idem dedit, Alios quidem Apostolos, alios vero Prophetas, alios autem Euãgelistas, alios vero pastores ac doctores ad instaurationem sanctorum in opus ministerij, ad ædificationem corporis Christi.* Quod alibi dicit. Propterea & exaltauit illum deus, illud & hic dicit. Qui descenderat, idem ipse est qui & ascendit. Nihil illi nocumenti attulit in inferiores partes terræ descendisse, neque impediuit ab eo, vt cœlis fieret sublimior. Itaque quanto seipsum quis humiliauerit, tanto magis exaltabitur. Quemadmodum enim in aqua fit, quæ tanto altius ascendit, quãto illam quisquã ad ima deduxerit, & quãtum quis ex interuallo iaculauerit, tanto potitur, ita habet & animi humilitas. Verum quando deo tribuuntur ascẽsiones, necessarium est primum descensum illius considerare, quãdo autem homo ascendisse cõmemoratur, non item. Deinde & prouidentiam ipsius & sapiẽtiam ostendit. Ad hæc, qui tanta fecit, tantáque potuit, quiq; ad inferiores terræ partes nostri gratia descendere non detrectauit, non simpliciter charismatum distributiones dispensauit. Alibi vero spiritum sanctum charismatum dispensatorem facit, cum dicit: In quo posuit vos spiritus sanctus episcopos ad pascendum ecclesiã dei. Hic ista filio tribuit. Alio vero loco deo, cum dicit: Dedit autem & ipse deus ecclesię, alios quidem Apostolos, alios autem Prophetas. Ad Corinthios vero dicit, ego plãtaui, Apollo rigauit, deus autem incrementum dedit. Et iterum: Qui plantat vero & qui rigat, vnum sunt. Quisque autem propriam mercedem, iuxta proprium suum laborem accipiet. Ita & hic. Quid enim si minus attuleris? Tantum scilicet accipies. Primum Apostolos. Illi enim habebant omnia. Secũdo loco Prophetas. Erant enim, qui quidẽ quum Apostoli non essent, Prophetæ tamen erant, quemadmodũ Agabus ille. Tertio Euangelistas, non circũeuntes scilicet, sed Euangelizantes, vt erant Priscilla & Aquila. Pastores ac Doctores, quibus videlicet † vniuersus populus cõcreditus] erat. Quid ergo? Minoris erant pastores ac doctores? Admodum. Erant enim circũeuntibus & Euãgelizantibus inferiores, qui habitando quieti, circa vnum duntaxat locum occupabantur, vt Timotheus ac Titus. Verum aliàs ex hoc loco subiectio & prælatura colligi non potest, sed ex alia Epistola. Ipse dedit, inquit. † Ne quid huic expositioni meæ cõtradicas, potest fieri, vt Euangelistas eos hic intelligat,] qui Euangelium conscripserunt. Ad instaurationem sanctorum, in opus ministerij, ad ædificationẽ corporis Christi. Vides dignitatem? Quisque illorum ædificat, quisq; instaurat, quisque ministrat. *Donec omnes perueniamus in vnitatem fidei, & cognitionis filij dei, in virum perfectum, in mẽsuram plenè adultæ ætatis Christi.* Aetatem hic, perfectam Christi cognitionem dicit. Quemadmodũ enim qui in virum euasit, firmus perstat, pueri vero mẽte vagantur, ita & fidelibus vsuueuit. In vnitatem, inquit, fidei. Hoc est, donec vnam nos omnes habere fidem declarauerimus. Istud enim demum est vnitas fidei, quando omnes vnum fuerimus, quando coniun-

Philip.2.

† integra narratio cõmissa

† nihil contra dixeris: vel euangelistas dicit,

Actor.20.

1.Cor.12.d

Ibid.3.b

Ibidem.

ctionẽ istam pariter omnes agnouerimus. Interea donec eò peruenerimus operandum & laborandum erit, siquidem ad hoc donum istud tuum accepisti, vt alios ædifices. Vide ne dum inuides alteri, teipsum euertas. Honore te deus affecit, & ad hoc ordinauit, vt alios instaures. Nam ad hunc scopum datus erat Apostolus, ad hunc Propheta & prophetabat & persuadebat, & Euangelista euangelizabat, huc respiciebant & pastor & doctor, omnes vnum hoc opus curandum susceperant. Non est enim quòd discrimen mihi donorũ obiicias, sed obseruandum quo modo omnibus vnum & idem opus iniunctum fuerit. Quando enim omnes pariter crediderimus eandem adepti fidem, tum demum vnitas erit. Quòd enim istud virum perfectum vocet, manifestum est. Quanquam alibi nos paruulos appellat, etiam quum perfecti fuerimus, verum alio respiciens. Illic enim nos collatione futuræ cognitionis paruulos vocauit. Nam quũ dixisset, ex parte cognoscimus, subiunxit, & per ænigmata, & si qua huiusmodi sunt. Hic vero aliò respexit, nẽpe, quòd facilis adhuc sit sentẽtiæ lapsus & mutatio, id quod puerorũ est. Quemadmodũ & alibi dicit: Perfectorum solidus est cibus. Vides & illic quo modo perfectos dicat? Vide enim, quo modo perfectos hic vocauerit, vel ex sequẽtibus. *Vt non amplius*, inquit, *paruuli simus.* Vt mensurã, inquit, illam modicam quam accepimus, cum omni diligentia, fortitudine & constantia cõtineamus. Vt non amplius. Istud indicat eos olim hoc perpessos esse. Ponit autẽ & seipsum, atque in numerum eorũ qui correctione opus habent redigit. Propterea dicit. Tot in hoc dati sunt fabri, ne conquassetur istud ædificium, neve vacillet, vt compactiores sint lapides. Illorum enim est vacillare, circumagi ac concuti. *Vt non amplius simus paruuli, qui fluctuemur & circumferamur quouis vento doctrinæ per versutiam hominum, per astutiã qua nos adoriuntur, vt imponant nobis.* Et circunferamur, inquit, quouis vento. Diligenter hac metaphora vsus est, ostendens in quo periculo sint ancipites animæ. Quouis vento, inquit, per versutiam hominum, per astutiã qua nos adoriuntur, vt imponant nobis. κυβευται dicuntur qui talis vtuntur. Tales sunt & πανουργοι, si quando simpliciores nacti fuerint. Illi quippe transponunt & transferunt omnia. Vitã quoque hic reprehendit. *Veritatem autem sectãtes in charitate crescamus in ipsum per omnia, qui est caput, nempe Christus, ex quo totum corpus coaptatum & compactum, per omnem cõmissuram submin istrationis, iuxta vnius cuiusque membri ad mensuratum actum, incrementum corporis facit, in ædificationẽ sui ipsius in charitate.* Admodum obscure mentem suam exposuit, dum simul omnia dicere voluit. Quod autem dicit, hoc est. Quemadmodum spiritus ille † sensibilis, qui ex cerebro per neruos in corpus descendit, non simpliciter omnibus omnia tradit,] sed iuxta cuiusque membri analogiam, plus illi, quod plus, & minus ei, quod minus capere potest. Istud enim radix est & principale, nempe corpus conseruandũ. Ita & Christus. Ipsius enim prouidentia, charismatúmque submin istratio, vniuscuiusque membri, animarum videlicet earum, quæ velut membra quędã illi adaptatæ sunt, iuxta mensuram & analogiã incrementum facit. Quid est autem illud, per commissuram submin istrationis? Idẽ videlicet quod per sensum. Spiritus enim ille membris ex capite submin istratus vnũ quódque membrum, quod quidem attigerit, ita viuax & efficax reddit, ac si quis dicat: Corpus, submin istrationem iuxta memborum suorum rationem & analogiam adeptum, incremẽtum ita facit. Aut aliter: Mem-

1.Cor.12.d

Ibid.3.b

Ibidem.

† qui ex cerebro per neruos descendit, non simpliciter omnibus omnia tradit,]

bra corporis,si iuxta propriam suam mensuram neces- A
sariam subministrationem nacta fuerint, ita crescunt.
Vel adhuc aliter, Spiritus ille è superioribus abūde in-
fusus,cunctisq; membris prehensis,iuxta cuiusque cap-
tum subministratus, incrementum ita facit. Quamob-
rem vero adiecit,in charitate?Ideo scilicet,quòd Spiri
tus aliàs in membra descendere nequeat. Quemadmo
dum enim, si manus fuerit à corpore diuulsa, spiritus
† continuita tem quērēs, ex cerebro descēdens,atq; † in illā sese effundere quæ-
rens,] si non inuenerit in corpore,extra illud vtiq; nec
exilit, nec perforato illo ad manū anulsam egreditur,
sed quam in corpore positam non inuenit,nō contin-
git etiam:ita & hic,nisi charitate colligati fuerimus,spi
ritus subministrationem non capiemus.Hæc autem il-
li omnia propter inculcandā animi modestiam & hu-
militatem dicūtur.Quid enim,inquit,quod alius quis-
piam plus accipit?Eundem spiritum accepit,ab eodem B
capite demissum, similiter inoperantem, similiter per-
tinētem.Coaptatum & compactum,hoc est,multa cu-
ra subministrationeque fruens.Non vtcunque simpli-
citer, sed valde cōmode & artificiose disponi corpus
oportet,ita vt si locum suum membrum aliquod egres
sum fuerit, iam amplius in corpore collocari nequeat.
Itaque nō satis est vnitum esse corpori, sed oportet &
proprium locum obtinere, vtpote qui nec vnitus esse
queas,nec spiritum accipere,si loco cesseris.Non vides
in ossium trāspositionibus, quæ casu vel incommodo
quopiam contingunt, quando legitimum transgressa
locum,alium occupare cœperint, quo pacto totū cor-
pus lædant,mortēmque sæpenumero adferant? Fit au-
tem aliquando,vt ineptum sit membrū ad hoc, vt alio
deinceps loco potiatur. Nam multi sæpissime prorsus
excisо,si quod tale fuerit,vacuum reddiderunt locum. C
Malā enim vbique est superfluitas. Et ipsa elementa si
quando legitimā transgressa mensuram nimium abun
dare cœperint,omnia perdunt.Hoc est itaque quod di
cit, coaptatum & compactum. Perpende ergo quan-
tum sit,si quódque membrum suo loco consistēs, in ea
quæ sibi non conueniunt,nō transgrediatur. Tu mem
bra componis, ille è supernis quæ necessaria sunt sub-
ministrat. Quemadmodum enim in corpore organa
sunt necessariorum capacia, ita sunt & in spiritu, om-
ni radice in supernis existente. Vtpote organum spiri-
tus cor, & sanguinis iecur, splen fellis, & alia aliorum.
Omnia vero ista,à cerebro causam habent. Ita & deus
hominem fecit, honore admodum afficiens, nec vo-
lens illum à se alienum relinquere, causam ipsam qui-
dem per seipsum administrans, cooperatoresque sibi
constituēs, hunc quidem ad hoc, alium vero ad aliud D
2.Cor.12.c locauit: vtpote Apostolus membrum & vasculum est
corporis reliquis præcipuum magis,ab ipso cuncta re-
cipiens,qui quasi per venas & arterias, sermonis vide-
licet, æternam vitam in omnes percurrere facit. Pro-
phetes futura prædicit, atque eadem agit & ipse. Qui
membra cōponit, idem & ipse vitam illis administrat.
Supra.c Ad instaurationem,inquit,sanctorum in opus minist
rij. Charitas ædificat & restaurat.Illud autē, & mutuo
conglutinari,& compingi,& complicari facit.

Moralis exhortatio.

Itaque si spiritu qui à capite est potiri voluerimus,
mutuo cohæreamus. Sunt autem duæ corporis eccle-
siastici diuisiones.Vna quidem, quando refrigerata in
† quādo in- nobis fuerit charitas. Altera vero, † quando in corpus
digna vt in illud corpus illud aūsi fuerimus,quę nec expiari nec restitui queāt.]
Nam vtrinque nos ipsos ipsa corporis plenitudine pri

uamus.Si vero qui ad hoc instituti sumus vt alios ædi- censeamus
ficemus,corpus istud primi scindimus, quid illi nō ac- ausi fuerint
cidet? Nihil est autem cp ecclesiam ita diuellere queat, patrare.
atque ambitio illa præsidendi. Nihil ita deum irritat,
sicut ecclesiæ diuisio. Et si innumera bona operati fue-
rimus,non minores tamen pœnas dabimus, quàm qui
corpus ipsius prosciderunt,si plenitudinem & integri-
tatem ecclesiasticam discerpserimus. Illud enim lucro
quidem factum est totius orbis, tametsi non eo animo
si reprobos illos respexeris.Istud vero, nihil vspiam cō
modi habet, sed plurimum nocumenti. Ista mihi non
ad ecclesiæ primores duntaxat dicuntur,sed & ad sub-
ditos.Vir quidam sanctus quippiam dixit,quod audа-
ciam sapere videtur,attamē dixit. Quid autē est istud?
Peccatum videlicet istud ne martyrij quidem sangui-
ne deleri. Dic enim quæso quam ob causam martyriū
subis?An non propter Christi gloriam?Quo itaque pa-
cto,qui animam pro Christo exponis,ecclesiam oppu-
gnas,pro qua animā suam tradidit Christus?Audi Pau
lum ipsum:Non sum,inquit,dignus,vt vocer Apostо- 1.Cor.15.b
lus,quoniam ecclesiam dei persequutus sum,ac vastaui
illam.Non est autem hoc damnum eo minus quod ab
hostibus est, sed multo etiam maius. Illud enim eccle-
siam illustriorem quoque facit, istud vero etiam apud
inimicos & exteros dedecore afficit, quando & à pro-
priis filiis impugnatur. Videtur enim ipsis magnū esse
seductionis indicium,quòd qui in illa & nati sunt & al
ti,arcanáque illius diligenter edocti, subito mutati ho
stiliter in illam afficiuntur. Ista contra eos mihi potissi
mum dicuntur,qui seipsos sine omni discrimine scin-
dentibus ecclesiam committunt. Nam illis, siquidem
contraria dogmata habuerint,commisceri non conue
nit.Si vero idem cum ecclesia sentiunt,multo magis fu
giendi sunt.*Quam ob rem?Quoniam videlicet ambi-
tionis morbo laborāt.Ignoratis quid illis acciderit qui*
Chore Dathan & Abiron sequuti sunt?Num tres illi so
li perierunt?An nō & qui cum illis faciebant?Quid di-
cis?Eadem,inquis,fides est,orthodoxi sunt & ipsi. Qua
ergo ratione nobiscum non sunt? Vnus dominus,vna
fides,vnum baptisma.Si quæ illorum sunt recte habēt,
nostra vtique male habent. Si vero nostra recte, ergo
illorum male.Sicut paruuli,inquit,fluctuantes,ac quo-
uis vento circumiactati. An satis esse putas, quæso te,
quod dicis & ipsos orthodoxos esse,quum tamē inter-
ea quæ communem & ecclesiasticam electionem con-
cernunt,intereant & perdantur?Et quęnam fuerit vti-
litas si illa negligatur? Non enim pro conseruanda illa
secus quàm pro ipsa fide pugnari debet.Alioqui si cui-
uis licet pro veterum more manus suas implere,sacer-
dotiumq; arripere,accedant omnes, sitq; frustra ædifi-
catū istud altare, frustra corpus ac plenitudo ecclesiæ,
frustra ille sacerdotum numerus.Tollamus illa & con
culcemus. Absit, inquis. Atqui vos ista facitis, & dici-
tis: Absit, quum interea fiant. Ego ista dico & testifi-
cor, non meipsum, sed vestrā quærens salutem. Si ve-
ro quispiam est, qui ista contemnenda nulliusque di-
scriminis esse putat, ipse vtiq; viderit. Si vero ista cu-
piam ex illis curæ nō sunt, nobis certe sunt.Ego plan- 1.Cor.3
taui,inquit,Apollo rigauit:Deus autem incrementum
dedit.Quo pacto irrisionem istam, qua subsannamur
à Gentibus, feremus? Si enim hæresum gratia nos cul-
pant,de istis quid dicent? Si eadem sunt dogmata, ea-
demque mysteria, quánam ratione in alteram ecclesiā
alter insilit præsul?Videtis,inquiunt Gentes,quàm om
nia Christianorum vanæ gloriæ plena sint? Quo mo-
do apud

do apud eos & ambitio regnet & fraus? Deme illis mul titudinem, & nihil sunt. Morbum illorũ amputa, nempe turbæ corruptionem. Vultis dicam quid de hac vrbe nostra loquantur? quo modo nos leuitatis arguant & traducant? Nemo est, inquiunt, qui apud illos, siquidem voluerit, non inueniat quiduis sibi credentes, neque deficiet illum vnquam talium copia. O meritam irrisionem. Quantum habet res ista dedecoris? Sed & aliud quiddam est, quod irrisionem nobis & probrum parit. Quòd si qui à nobis in rebus turpissimis deprehensi supplicium aliquod subituri sint, multus hic tremor, multus vndique timor, ne resiliat inquiũt, & cum illis stet: resiliat equidem millies qui talis fuerit & cum illis sit. Non de illis loquor, qui peccatores sunt. Sed si quispiam fuerit qui sine peccati labe sit, & trãsferri abalienarique voluerit, transferatur. Doleo quippe ac plango, lamentorq; & in intimis visceribus meis concutior, non secus quàm si proprio quodam membro meo priuari contingat. Veruntamen non ita doleo, vt cogar huius metus gratia quippiam quod indecorum sit admittere. Non dominamur fidei vestrę charissimi, neque imperij aut dominij iure ista præcipimus. Sermonis doctrina nobis commendata est, non principatus, nec potestatis authoritas. Ordinem tenemus consulentium & adhortantium. Qui consulit, sententiam suam dicens, auditorem non cogit, sed in illius potestate faciendorum optionem liberam relinquit, in hoc tantum culpabilis, si non, quæ decent & oportet, dixerit. Propterea & nos ista loquimur, ista dicimus, ne vobis in illo die dicere liceat, nemo nobis de hac re loquutus est, nemo quicquam prȩcepit, ignorauimus, neque peccatum esse putauimus. Propterea dico & obtestor, *ecclesiam scindere non minus esse peccatũ, quàm in hæresim incidere. Respondeq; quæso. Quid si quis regi cuidam subditus, nemini quidem prȩterea addictus fuerit, nec alij se regi cuipiam tradiderit, huius vero ipsius prehensam purpuram, ab ipsa fibula ad imum vsque totã scinderit, & in multas partes ruperit, an minus puniendus fuerit, quàm qui ad alium desciuerũt? Quid vero si ad hæc & regem ipsum apprehenso gutture trucidauerit, corpúsque ipsius per singula membra prosciderit? Quam hic putas pœnam dignam ac meritã luet? Si iam facinus quauis pœna maius perpetraret, qui in regem conseruum suum ista designaret, quánam gehenna dignus non erit, qui & Christũ occidit, & membratim conuellit?* An illa, cuius minæ toties obiiciuntur? Ego sanè non puto, sed alia quadam longe sæuiore, dicetis quotquot hic adestis. Vt enim plurimum mulierum istud est vicium, narrabitis hoc exemplũ absentibus, & terrebitis illas. Quòd si nos quidam mœrore cõficere, quasiq; vltionem hoc pacto de nobis sumere putauerint, sciant illi frustra se hoc facere. *Si enim in nos vltionem exercere volueris, modum ac rationem tibi facile tradã, quo sine tuo damno vlciscare. Immò non potest fieri, vt sine damno planè vlciscaris, verum tamen cum minore nocumẽto poteris. Alapis me percute, conspue, publice reprehenso plagas intenta.* Horres ista audiẽs? Si vbi iubeo, vt me percutias, ita horres, quo modo dominum tuum proscindis, & non horres, dominica mẽbra discerpis & nihil tremis? Paterna domus est ecclesia. Vnum corpus est & spiritus vnus. Sed me punitum cupis? De me ergo sumpta vltione, gradũ sistito. Quid pro me Christum lædis? Immò quid cõtra clauos acutos calcitras? Nequaquam igitur bonum est vlcisci. Alium vero cõtumeliis afficere, multo peius est quàm iniuriam simpliciter inferre. Iniuriã à nobis accepisti? Quid illum lędis, qui nihil iniurię intulit? Istud certe extremæ dementiæ est. Quod dicturus sum nec dissimulanter nec simpliciter dicam, sed vt sentio & corde afficior. Velim vnumquenque eorum qui vobiscum læso aduersum nos sunt animo, atq; eius gratia seipsos lædunt, alióque à nobis discedunt, in ipsam faciem nobis intẽdere plagas, exutisq; vestibus, nudos nos ad flagella & verba rapere, siue iniuria nos siue merito culpent, atque ita cõceptam iram in nos effundere magis quàm quæ nunc audent, audere. Istud si factum esset, nihil retulisset hominem nihili, cuiusq; nulla habenda est ratio, ista pati. Aliàs vero & deum vtut iniuria contumeliisque adfectus, precatus fuissem, qui & peccata vobis remisisset, non quòd tantum pro mea dignitate fiduciæ habeam, sed quòd multam fiduciam obtineat læsus, si quando pro eo orauerit, à quo læsus fuerat. Si quis in hominem, inquit, peccauerit, deprecabuntur pro eo. Si vero nihil ego hac in re coram deo potuissem, alios vtique sanctos quæsiuissem, & vt istud exequerentur, orassem. Nunc vero quem orabimus, deo ipso contumeliis per nos adfecto? Vide rei deprauationem & absurditatem. Eorum enim, qui aduersus ecclesiam ista perficiunt, alij quidem nunquam aut per annum semel duntaxat prodeunt, idq; tum quoque frustra & vtcunque: alij vero sæpius, sed & ipsi frustra, & simpliciter differentes, déque nihili rebus contendentes: alij autem, qui de industria feruentiores vidẽtur, illi ipsi sunt, qui calamitatem istam operantur. Itaque si horũ gratia in hæc studia rapimini, melius erat & vos cum negligentibus censeri posse. Immò satius erat neque illos negligentes, neque vos tales esse. Non de vobis, qui adestis loquor, sed de his qui resiliunt. Adulterium est hoc facinus. Si vero ferri nequit, vt de illis ista audiantur, ergo neque de vobis. Alterum enim è duobus inique fieri oportet. Igitur si de nobis ista suspicamini, parati sumus prælaturam hanc relinquere, †quan docũque volueritis, modo vna sit ecclesia. Si vero nos legitime creati sumus, persuadebitis illis qui illegitime sedem hanc conscenderunt, vt munus istud deponãt. Ista dixi, non velut imperans, sed vt vos custodiam, & muniam. Quandoquidem quisque vestrum ætatem habet, rationẽmque gestorum suorum dabit, admoneo, ne pódere vniuerso in nos proiecto, innoxios futuros vos putetis, frustráque vos ipsos seducentes ecclesiam scindatis. Nam rationem quidẽ pro animabus vestris dabimus, sed si quod nostri est officij nõ fuerimus exequuti, si non hortati fuerimus, si non admonuerimus, si vos non fuerimus obtestati: si vero nihil horum intermisero, dabitis & mihi vt dicam: Mundus ego sum à sanguine omnium, & quòd animam meam liberaturus sit deus. Dicite, siquidem volueritis, iustam aliquã causam, ob quam discedatis, respondebo, sed non dicetis. Obsecro vt & vos generosè instetis, eos qui abalienati sunt, reducere, vt vnanimes gratiarum actionem† destinemus deo, cui sit gloria in secula, Amen.

† tenicunq;

Homilia xij.

Hoc itaque dico & testor in domino, ne posthac ambuletis quemadmodum & reliquæ gentes ambulant, in vanitate mentis suæ, obtenebratam mentem habentes. Doctorem oportet non solum consulendo docendoq; discipulorum mentes instruere ac corrigere, sed & terrendo, deoq; tradẽdo. Quandoquidẽ quæ ab hominibus tanquã conseruis dicũtur, animos auditorum satis mordere percellereq; nequeũt, necessariũ est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ reliqua ſunt domino tradere. Hoc igitur & Paulus facit. De animi ſiquidem modeſtia vnitateq; loquutus, & quo modo non debeat alter aduerſus alterum inſurgere, audi quid dicat: Hoc itaq; dico, & obteſtor, inquit, in domino, ne poſthac ambuletis quemadmodum & reliquæ gentes ambulãt. Non dicit, ne poſthac ambuletis quemadmodũ iam ambulatis. Grauior quippe fuiſſet hic ſermo. Sed idem quidem inſinuãs, ab aliis vero exemplum induxit. Et ad Theſſalonicenſes ſcribens hoc ipſum facit, quum dicit: Non in paſſione cõcupiſcentiæ quemadmodum & reliquæ gentes. Cum illorum, inquit, dogmatis vobis non conuenit, ſed totum dei eſt. Ego vero vitam ipſam à vobis, & conuerſationem qua vita exprimatur, requiro. Hoc veſtrum eſt. Teſtem autem cito dominum eorum quæ à me dicta ſunt, quòd nihil vobis ſubtraxerim, ſed oſtẽderim quemadmodũ ambulare oporteat. In vanitate, inquit, mentis ſuæ. Quid eſt mentis vanitas? Circa ea quæ vana ſunt occupatum eſſe. Quæ ſunt autẽ vana illa? Omnia ſcilicet præſentia, de quibus eccleſiaſtes dicit: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Sed dicet quiſpiam: Si vana ſunt omnia, ipſaque vanitas, cuius gratia facta ſunt? Si opera dei ſunt, quo modo vanã ſunt? Multa de his dici poſſent. Sed audi dilectiſsime. Non dixit opera dei vana eſſe. Abſit. Cœlum non eſt vanum, neq; vana eſt terra. Abſit hoc. Neq; ſol vanus eſt, nec luna, nec aſtra reliqua, quin neque ipſum corpus noſtrum. Omnia ſiquidem illa valde bona ſunt. Sed quid vanũ eſt? Audiamus ipſum Eccleſiaſten: Plantaui mihi vineas, inquit, conſtitui mihi cantores & cãtatrices, feci mihi piſcinas, delicias aquarum, fuerunt mihi greges & armenta. Coaceruaui aurum & argentum, & vidi omnia vanitatem eſſe: immò vanitatem vanitatum. Vniuerſa ſcilicet vanitatem eſſe. Audi & Prophetam dicentem: Coaceruat, ignorans cui congreget ea. Ad hunc modum vanitas vanitatum ſunt domus ſplendidæ, plurimum & ſuperfluum aurum, mancipiorum cateruæ per forum inſequentes, faſtus & vanæ gloriæ ſtudium, mẽtis ſuperbia & elatio. Hæc enĩ omnia vana ſunt. A deo enim facta non ſunt, ſed noſtri ſunt opificij. Quam ob rem autem vana ſunt? Quoniam bonum finem non habent. Pecuniæ vanæ ſunt, quando deliciis conſumuntur. Vanæ vero non ſunt quando in pauperes ſpargun tur. Quòd ſi ad delicias illas expendis, videamus quis illarũ ſit finis. Quis? Corporis pinguedo, eructationes, crebri flatus, multum ſtercoris ac ſordium, capitis grauamen, carnis mollicies, febris, & diſſolutio: vt ſi quis in dolium perforatum liquorem infunderet, inanẽ plane operã ſumeret, ita & qui deliciis deditus eſt in pertuſum dolium ſuas delicias infundit. Vanum enim dicitur, quod precium & honorem allaturũ quidem expectatum eſt, ſed nihil attulit. Id quod & inane dicunt, & inanes ſpes, & fruſtraneum & ſtultum, hoc vanũ dicitur, nullius videlicet vſus. Videamus igitur, num talia ſint humana illa: Comedam⁹ & bibamus, cras enim moriemur. Quis ergo finis horũ dic quæſo? Induamur & amiciamur. Et quid poſtea? Nihil. Talia Græcorum quidam philoſophati ſunt, ſed fruſtra. Duram vitę conuerſationem oſtenderũt, ſed temere præter rationem, non ad commodum finem reſpicientes, ſed ad vanam gloriam, & qui à multis eſſet, honorẽ. Quid eſt autem à multis in precio atque honore haberi? Nihil. Si enim intercunt qui honorem impendunt, multo magis honor. ipſe qui honorem exhibet alteri, ſibiipſi primũ exhibere debet. Si vero illum ſibiipſi non impendit, quo pacto exhibebit alteri? Iam vero honores etiam ab ignominioſis, tenuibus, contemptibilibuſq; viris, quos ignominioſos & probroſos eſſe ſcimus, venamur. Qualis eſt ergo honor ipſe? Vides quòd vanitas vanitatũ ſint omnia? Propterea dixit in vanitate mentis ſuæ. Religio vero ipſorum, nunquid & ipſa talis eſt, ligna videlicet & lapides? Solẽ nobis pro lychno lucere fecit. Quis lychnum ſuum adorat? Lucem exhibet ipſe Sol. Sed quando nobis ille lucem adminiſtrare non poteſt, tum lychnus poteſt. Quid ergo lychnum non adoras? Etiam, inquis, ignem adoro. O rem ridiculam. Quanta eſt iſta cõtumelia? Rurſus vero & alia ſubiungitur: Quare extinguis, quod adoras? Quare perdis & occidis deum tuum? Quare non permittis, vt domus illo adimpleatur? Immò ſi deus eſt ignis, paſcatur ex corpore tuo, nõ ex ſuffecto illo ollæ lebeti ſque liquore. Introduc eum in promptuaria theſaurorum tuorum, in ſerica illa veſtimenta tua. Tu vero illum non ſolũ non introducis, ſed & ſi forte cuiuſpiam temeritate ſubingreſſus fuerit, vndique expellis, omnia claudis, & non ſecus quàm ſi beſtia quæpiam demoliendi gratia ingreſſa eſſet, luges ac gemis, atque illud calamitatem vocas excellentem, nempe quòd deus tuus illò acceſſit. Ego vero deũ habeo talem, vt nihil omittam, quo in ipſo pectore meo illum includam, tum me beatiſsimum ratus, non quando domum meam tuetur & inuiſit, ſed quando ipſum in cor meum traxero. Trahe & tu ignem in cor tuum. Ridicula ſunt iſta & ipſiſsima vanitas. Bonus eſt ignis, ad vſum non ad adorãdum: ad hoc vt mihi miniſtret, famuletur ac ſeruiat, non vt dominetur. Propter me factus eſt ille, nõ ego ipſius gratia. Si omnino ignem adoras, qua ratione tu quidem lecto quieſcis, coquũ verò deo tuo adſtare ſeruireq; facis ac iubes? Quin ipſe & coquus, ſi voles & piſtor, & faber ærarius fias. Nihil enim his artibus honeſtius, eò quòd illas deus tuus tuetur & moderatur. Quare ignominioſam hanc artem eſſe putas, in qua multus eſt deus tuus? Quid ſeruis imperas, quod ipſe dedignaris? Bonus eſt ignis, & bonũ eſt illius opificiũ, ſed deus non eſt. Opus enim dei, non deus vocatus eſt. Non vides ipſius immodeſtiã, quo modo nec finem nec modum, ſi quando ædes quaſpiam corripuerit, ſciat, ſed quicquid obtinuerit, demoliat̃, & niſi per fabrorum aliorumq; operam extinguatur, ipſius inſania nec amicos cognoſcat, nec inimicos, ſed pariter omnibus abutatur? Hic ergo deus eſt? An nõ erubeſcitis? Reuera bene dixit, in vanitate mentis ſuæ. ſed Sol, inquis, deus eſt. Iſtud etiã dic quęſo, vnde & quamobrem? Quòd multum luminis emittit. Sed non vides ipſum à nebulis vinci, & neceſsitate coactũ naturę ſeruire, & deficere ſubinde, atq; à Luna nubiloq; abſcondi? Atqui nebula Sole infirmior eſt, & tamen illum ſæpenumero vincit. Et hoc ipſum vero diuinæ ſapientię opus eſt. Oportet etiam nullius egere deum, ſed omnem in ſeipſo ſufficiẽtiam habere. Sol autem multorum indigus eſt. Iſtud vero non eſt dei. Nam aëre opus habet, vt luceat, illoq; tenui ac ſubtili, ita vt ſi dẽſus fuerit aër, non permittat illum radiis ſuis quouis pertinere. Opus habet & aquis, & aliunde prohiberi, ne quęuis corrumpat. Niſi enim & fontes & ſtagna, fluuiiq; & maria, [& quicquid vſpiam eſt humidum per vaporũ exhalationem cõſpiraſſent & obſtitiſſent,] nihil cohibuiſſet quo minus omnia incendiſſet. Vides igitur, inquis, quòd deus ſit. O inſaniam, ô rem ridiculam. Quoniam nocere poteſt, inquis, deus eſt. Atqui hoc ipſo nõ eſt deus, quòd vbi quidem nocet, nullius eget, vbi vero prodeſt,

1. Theſ. 4. a

Eccles. 1. a & 12. c

Ibid. 2. a

Pſal. 36. b

2. Cor. 15. d

Contra eos qui ignẽ pro deo colẽt.

De Sole.

Ita quamuis [& alia humidatum alienem] quã per vaſationem ſa ſentiſſent,

deſt, multis aſijs opus habet. A deo autem procul eſt noxium eſſe, prodeſſe vero illius eſt proprium. Quum ergo hic contrarium ſit, quo modo deus eſt Sol? Non vides quòd venenata pharmaca quando ſuapte natura nocent, nullius egeant, quando vero prodeſſe debent, multis opus habeãt? Propter te ergo talis eſt tam bonus quàm imbecillus. Bonus quidem, vt dominum per illum agnoſcas. Imbecillus vero, ne dominum ipſum eſſe dicas. Sed fouet, inquis, & plantas & ſemina. Quid ergo? Num hoc pacto & fimus deus erit? Nam & ille nutrit. Quur non eadem ratione & falx & agricolæ manus? Oſtẽde mihi vbi Sol ſolus foueat & nutriat, nullius egens, neque telluris, neque aquæ, neque agriculturæ. Sed proiecta ſemina radiis illius temere permittito, ſpicáſque nobis hinc natas oſtendito. Si vero non ſolum ipſius, ſed & imbrium eſt ſeminis fomentum, qua ratione non & aqua deus eſt? Sed de iſto nõdum. Quam ob rem non & terra deus? Quare non & fimus & ligo? An igitur omnia, dic quęſo, adorabimus? O nugas: immò & ſpica & plantę, & reliqua omnia, magis ſine Sole quàm ſine terra & aqua naſcuntur. Terra ſiquidem non exiſtente, nihil horum vnquam videbitur. Si vero quiſquam in figulinum quoddam vaſculum, id quod pueri faciunt & mulieres, terram imponẽs, ſub tectum illam multo fimo repleto vaſculo, collocauerit, imbecillas quidem plantas producet, attamẽ producet. Itaque maior eſt à tellure ac fimo vtilitas, atque ideo magis iſta quàm ſolem adorare oporteret. Cœlo opus habet, aëre indiget, & ne noceat, aquarum iſtarum eget, quaſi quorundam frænorum, quibus iſta potẽtiæ ipſius ferocitas cohibeatur, ne in omnia radios ſuos velut ferocem quendam equum, immittere ſinatur. Dic quæſo, vbi nobis nocturno tempore ſol eſt? *Quó peregre abiit deus iſte? Non enim dei eſt, ita circunſcribi ac terminari. Nam iſtud reuera corporum duntaxat eſt.* Sed & potentia quædam, inquis, in ipſo eſt, ac motus. Iſta igitur potentia, dic quæſo, Deus eſt? Quamobrem ergo & ipſa indiga eſt, & ignem non cohibet? Recurrit enim mihi idem ſermo. Quid eſt autem iſta potentia? Illuminatiua quædam vis eſt, aut per hunc lucet, nullius ipſa ex his omnibus particeps. Ipſa igitur Sol maior eſt. Sed quouſque immoramur huic Labyrintho? Quid vero aqua? Nunquid & ipſa deus eſt inquis? Rurſus & hoc ridiculoſam contentionẽ habet. Num deus eſt, inquis, qua ad res tantas vtimur? Iterum & de terra ſimiliter inſaniunt. Reuera in vanitate mẽtis ſuę, obtenebratã mentem habẽtes. Sed de vita nunc iſta dicit. Fornicantur & adulterantur Græci. Merito. Qui enim ſibiipſis tales deos fingunt, merito faciunt quicquid libuerit. Et ſi humanos conſpectus facta ſua celare poterũt, nemo eſt qui illos à facinore cohibeat. Quid enim apud iſtos poſſet reſurrectiõis ſermo, quibus ille fabula quædam eſſe videtur? Sed poterunt forte quæ de his quæ in inferno ſunt, dicuntur. Verum & iſta fabulæ. Et vide ſatanicam mentem. Quando illis de diis fornicatoribus ſermo fit, non dicunt eſſe fabulas, ſed mox credunt. Quando vero de ſupplicio inſtruuntur: Poëtæ ſunt, inquiunt, omnia fabulantur, vt melioris vitæ ſtatum omnino ſubuertant. Sed philoſophi, inquis, prorſus graue quiddam adinueniunt, iſtiſque melius. Quo modo? Quòd fatum inducentes, omnia improuiſa eſſe dicunt, nec cuiquam cuiuſque curam eſſe, ſed omnia ex atomis conſtare. Sed alij corpus eſſe deum dicunt. Verum quis ille dic quæſo? An illi ſapiunt, qui humanas animas caninas faciũt, homi-

nibúſque perſuadent, fuiſſe aliquando qui ex homine canis factus ſit, vel leo, vel piſcis? Quouſque non ceſſatis à nugis hiſce veſtris, obtenebratam mentem habentes? Tanquam enim qui reuera in tenebris ſunt, omnia & dicunt & faciunt, ſiue ad dogmata reſpicias, ſiue ad vitam. Nam qui obtenebratus eſt, nihil eorum quæ in tenebris ſunt videt, ſed ſæpenumero fit, vt quum funiculum videat, ſerpentem ſuopte vicio cernere ſe putet, & ſi à maceria quadam vel ſepis obiectu detentus fuerit ab homine ſe vel dęmone quopiam detineri credat. Et talia quædam multo cum timore, magnaq; mentis perturbatione metuunt. Timebunt, inquit, timore, vbi non erat timor. *Pſal.13.* Quæ vero merito timenda eſſent, illa non timent, ſed quemadmodum pueri, qui dum à nutricibus baiulantur, in ignem quidem ac lucernam ardentem temere & cum audacia manus immittunt, virum vero qui ſacco indutus ſit exhorrent: ita & Græci iſti tãquam vere perpetuo pueri, vt & quidam de ipſis dixit, Græci ſemper pueri ſunt, quæ quidem peccata non ſunt, metuunt, vt ſunt ſordes corporis, affinitatis & coniugij ſuperſticioſa cura, dierúmque obſeruatio, & quicquid eiuſmodi eſt: quæ vero reuera peccata ſunt, vt in pueros laſciuus amor, adulterium & fornicatio, horum neque rationem vllam habent. Sed videas ex eis qui à mortui quidem contactu ſe lauet, ab operibus vero mortuis nequaquam: & qui pecuniarum gratia multum impendat diligentiæ, reliqua vero omnia vno ſe gallo perſoluiſſe putet. Ita videlicet obtenebrata ſunt mente. Animas habent plurimis terroribus refertas, vtpote poſſet mihi domum egreſſo primus obuiam fieri talis quiſpiam, vt innumera prorſus mihi mala ſubeundum ſit. Iam ſi famulus ſceleſtus dum calceamẽta porrigit, ſiniſtrum primum exhibuerit, calamitates ſunt graues & ignominioſæ. Ego ipſe domum egrediens, ſi ſiniſtrum pedem primo promouero, eſt & iſtud calamitatum indicium. Et iſta quidem mala circa domum ſunt, domum vero egreſſo ſi dexter oculus ſurſum verſus ſubſilierit lachrymas iſtud portendet. Et mulieres quoque, ſi quando ad hiſtopodem textorium illidentes calami ſtrepitum dederint, quando fila pectine diſcutiunt ſignum hoc faciunt. Rurſus quando ſubtegmen pectine decutiunt, idque ſolito vehementius faciunt, ſiquidem exin ſuperiores calami ab intento verbere ad hiſtopodem illidentes ſtrepitum ediderint, iſtud quoque ſignum habent, & præterea mille alia irriſione digna. Et ſi rudat aſinus, cantétve gallus, item ſi quiſquam ſternutet, aut quicquid tale ſit, nõ ſecus, quàm ſi innumeris vinculis obſtricti eſſent, & vt dixi, quaſi tenebris detenti, nihil non ſuſpicantur ac metuunt, quibuſuis mãcipiis ſeruiliores facti. Itaq; ne & nos tales ſimus, ſed his omnibus deriſis ac ſpretis, vt qui in luce viuimus, atque in cœlo conuerſamur, cúmque hac terra nihil commune habemus, vnum duntaxat timẽdum eſſe arbitremur, nempe peccatum atque offenſionem dei. Peccatum vero ſi non fuerit, omnia reliqua ſimul cum diabolo horũ introductore ſubſannemus. Pro his gratias agamus deo, caueamuſq; diligenter ne quando nos ipſi miſera iſta ſeruitute capiamur, & ſi quiſquam amicorum noſtrorum illa captꝰ fuerit, ruptis vinculis ex grauiſsimo iſto & ridiculo carcere illum eximamus, liberúmque & expeditum ad curſum cœleſtem faciamus, remigiúmque illud alarum hactenus grauatum reſtituamus, & quantum ad vitam attinet & ſanam doctrinam philoſophari doceamus. Gratias rependamus deo de omnibus.

Oremus ipsum ne perceptis suis donis indignos nos deprehẽdi sinat, & vt ipsi adiũgere studeamus illis quę nostrarum sunt virium, ne solum verbis, sed & factis alios doceamus. Ad hunc enim modum futura bona consequi poterimus, quę vt omnes nos consequamur, gratia fiat & benignitate, &c.

Homilia xiij.

HOc itaque dico & testor in domino, vt non ambuletis amplius quemadmodum & reliquæ Gentes ambulant in vanitate mentis suæ, obtenebratam mentem habentes, abalienati à vita dei, propter ignorantiam quæ est in illis, propter excæcationem cordis ipsorum: qui posteaquam dedoluerunt, seipsos lasciuiæ dederunt, ad patrandum quamuis immunditiam cum auiditate. Non ad Ephesios duntaxat ista dicta sunt, sed & ad vos hodie dicuntur, idque non à nobis sed ab ipso Paulo. Immò vero neque à nobis neque à Paulo, sed à spiritus sancti gratia. Non itaque ad hæc aliter affici debemus, quàm si ab ipsa dici audiremus. Hoc itaque dico, inquit, & obtestor in domino, vt nõ ambuletis amplius, sicut & reliquę gentes ambulant in vanitate mentis suæ, mentem habentes obtenebratam, abalienati à vita dei, propter ignorantiam, quæ in ipsis est, propter excæcationem cordis ipsorum. Si ergo ignorantia in illis est & cæcitas, quid accusas & culpas? Ignorantem enim non decet puniri aut reprehendi, sed quæ ignorat discere. Sed vide quàm mox illis excusationem & veniam auferat. Qui quidem, inquit, posteaquam dedoluerunt lasciuiæ seipsos tradiderunt, ad patrandum quãuis immunditiam cum auiditate. Vos autem non ita didicistis Christum. Ostendit hic vitam illorum causam ipsis esse factam cæcitatis: vitam vero talem ex socordia & stupiditate natam esse. Qui quidem, inquit, posteaquam * dedoluerunt, tradiderunt seipsos. Quando igitur audis, quòd deus illos in reprobam mentem tradiderit, huius verbi memor esto, nempe, quòd seipsos tradiderunt. Si enim seipsos tradiderunt, quo modo deus illos tradidit? Si vero deus illos tradidit, quo modo seipsos tradiderunt? Vides quandam hic contrarietatem apparere? Illud ergo tradidit, idem est, quod permisit. Vides ibi & dogmatum talium esse causam, vbi immunda est vita. Quisquis enim male facit odit lucẽ, nec accedit ad lucem. Nam quo modo vitam hanc amplecti posset scelestus quispiam vir, quarumuis mulierũ corporibus turpius, quàm qui quouis cœno volutantur, immixtus, pecuniarúmque amans, & nihil prorsus quod ad modestiam faciat desiderans? lasciuiam suam, inquit, studio patrarunt. Hinc est illa cæcitas, hinc illa mentis obtenebratio. Est etiam ex splendore lucis caligo, quando videlicet imbecilli sunt oculi. Imbecilli vero redduntur oculi, vel malorum humorum affluxu, vel cuiusuis fluxus inundantia, Ita & hic. Quando videlicet aciem & obtutum mentis nostræ abundans quidam temporalium rerum fluxus occluserit, mox in tenebris sumus. Et quemadmodum in imo maris fundo positi, solem videre nequiremus propter instar dęnsę cuiusdam maceriæ incumbentem desuper aquæ copiam & molem, ita & in oculis mentis fit cæcitas cordis, quando animum nullus cõcutit metus. Non est timor Dei, inquit, ante oculos eorum. Et iterum: Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Cæcitas vero non contrahitur aliunde quàm à stupiditate. Hinc scilicet meatus obsepiuntur. Quando enim in vnum quendam locum cõgelatus fluxus colligitur, emortuum redditur ipsum membrum & omnẽ sensum amittit, ita vt nec adustionem, nec incisionem, siue quicquam aliud persentiscat. ita & qui lasciuię seipsos semel tradiderunt, nihilo permouentur nec mordentur, siue de ignis supplicio, siue de ferro sermonem inducas. Semel enim emortuum prorsus est ipsorum membrum. Et nisi stupiditatem illorum sustuleris, vt sanatis membris tactus sensum recipiant, frustra conaberis omnia. Cum auiditate, inquit. Hic potissimum excusationem illis adimit. Poterant enim, nisi sponte hoc voluissent, neque intemperanter auidi esse, neque lasciuiæ, nec ventri seruire, cõcupiscentiisque locum dare. Licebat illis & pecuniis & voluptate, & deliciis eum modestia vti. Verum quoniam his rebus immodeste abusi sunt, omnia corruperunt. Ad patrandum immunditiam, inquit. Vides quo modo venia illos priuet, cum dicit ad patrandum immunditiam? Non obiter, inquit, & fortuito præter animi sententiam peccarunt, sed mala ista patrarunt etiã, & rebus istis studio abusi sunt. In quauis immundicia, quouis adulterio, quauis fornicatione, in lasciuo insanóque puerorũ amore, in inuidia, quauis intemperantia & lasciuia. *Vos autem*, inquit, *non ita didicistis Christum, siquidem illum audistis & in ipso edocti estis, quemadmodum veritas est in Iesu.* Illud siquidem illum audistis, non dubitantis est, sed vehementer confirmati & certi, quemadmodum & alibi dicit, Siquidem iustum est coram deo adflictionem rependere illis qui vos adfligunt. Hoc dicit: Non ad ista Christum didicistis. Siquidem audistis ipsum, & in eo edocti estis, quemadmodum veritas est in Christo Iesu. *Vt deponatis iuxta veterem conuersationem, veterẽ hominem.* Igitur & hoc est Christũ discere, recte instituere vitam. Nam qui male viuit, & deũ ignorat, & à deo non agnoscitur. Audi enim quid alibi dicat: deum se cognoscere fatentur, factis vero negant. Tit.ad Quemadmodum veritas est in Christo Iesu, vt deponatis iuxta veterem conuersationem veterem hominem. Hoc est, Non istis assuescatis. Neque enim vanitas apud nos est, sed veritas. Quemadmodum dogmata vera sunt, ita & vita. Vanitas enim est peccatum, & mendacium. Recta vero vita, veritas est. Finem enim & præmium magnum habet. Intemperantia vero ad nihil prodest. Qui corrumpitur iuxta concupiscentias erroris sui. Quemadmodum concupiscẽtiæ ipsius corrumpuntur, ita corrumpitur & ipse. Quo modo ergo concupiscentiæ ipsius corrumpuntur? Morte dissoluuntur omnia. Audi enim Prophetam dicentem: In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Et non morte solum, sed & aliis multis, vtpote ingruentibus vel morbis vel senectute, pulchritudo corporis & tabesit & emoritur & corrumpitur. Robur potentiæ iisdem extinguitur. Deliciæ neque ipsæ eiusdem sunt in senectute voluptatis. Et istud nobis vel in Berzellai liquet, nostis omnes historiam, vel aliàs eundem ipsum veterem hominem concupiscentia corrumpit ac perdit. Quemadmodum enim lana † vnde nascitur hinc etiam perditur, ita & vetus homo. Perdit enim ipsum & amor vanæ gloriæ, perdiderunt eum sæpenumero voluptates, seduxit illum concupiscentia. Non enim voluptas est quod putatur, sed amaritudo, & fallacia, & hypocrisis, & fabula. Et rerum quidem facies splendida est: ipsæ vero non aliud sunt quàm miseriæ quædam, multæq; paupertatis, mœsticiæ quoque & plurimæ penuriæ abundantia, ita vt si persona detracta rem ipsam nudaueris, fallaciã planè videas. Istud enim demum fallacia est, quod id quod vere est occulit, & quod

* seipsos nõ agnouerũt, de seipsis desperarũt, seipsi sui mali carnerũt: nã ἀγνωλγνώστος, et ἀπεγνωκότος pro eodem capere videtur. Roma.1.d Ioan.3.c

1.Tessa.

Tit.2

Psal.145.

† fabiuant pars, ab eo

Psal.13. Ibidem.

2.Reg.19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod non est ostentat. Ita fiunt paralogismi. Quatuor vero hominum genera, nobis hic describit Apostolus. Et horum demonstrationem iam exhibet. Hic quidem duorum, cum dicit: Deponentes veterem hominem, renouemini spiritu mentis vestræ, & induite nouum
Rom. 7. d homine. In ea vero quæ ad Romanos est reliqua duo ponit cum dicit: Video autē aliam legem in membris meis, rebellantem legi mentis meæ, & captiuantem me legi peccati quæ est in membris meis. Mens & caro, & isti duo homines ad illa cognationem habent. Ad internum quidem nouus, ad externum vero vetus se habet. Veruntamen tres corrupti sunt: immò vero hi tres sunt, nouus, & vetus, atque substantialis hic & naturalis. *Renouemini vero spiritu mentis vestræ.* Ne quis putet illum, cum veterem & nouum dicit, hominem inducere, vide quid dicat: Renouemini, inquit. Reuouari est, quando quod inueterauit, aliud ex alio factum renouatur. Itaque eadem quidem permanet substantia & idem subiectum, immutatio vero fit circa accidens. Quemadmodum vnum quidem & idem est corpus, transmutatio vero fit, iuxta id quod accidit: ita & hic. Quo modo fit autē renouatio? In spiritu, inquit, mentis vestræ. Itaque si veterem actum quisquam habuerit, nihil proficiet. Actus enim veteres non feret spiritus. Spiritu, inquit, mentis vestræ, hoc est, spiritu qui est in mente vestra. *Et induite nouum hominem.* Vides quòd vnum quidem sit subiectum, indumenta vero duo. Vnum quod exuitur, & alterū quod induitur? *Nouū*, inquit, *hominem, qui iuxta deum conditus est in iustitia & sanctitate veritatis.* Qua vero ratione hominem vocat virtutem? Et quare maliciam vocat hominem? Quoniam homo sine operatione vtique nō declaratur, vt agnoscatur, ita vt ex operibus non minus quàm ex ipsa natura probetur homo, siue bonus sit, siue malus. Quemadmodum vero facile est exuere vestem, ita videre illud est etiam in induenda virtute seu deponenda malicia. Nouus homo fortis est. Reddamur ergo & nos ad patrandum quæ bona sunt robusti. Rugam non habentes. Rugā non habet nouus, ergo neque nos. nouus non circunagitur, neque morbis facile est obnoxius: ergo neque nos. Vide quid hic creaturam vocet. Virtutis scilicet essentiam, ex his quæ non sunt, ad hoc vt sit, adductam. Quid vero malicia? An & ipsa iuxta deū condita est? Nequaquam, sed iuxta diabolum. Ipse quippe peccati opifex est. Quo modo? Nouus enim homo non ex aqua neque ex terra creatus est amplius, sed in iustitia & sanctitate veritatis. Quid hoc est? filium ipsum mox creauit. Istud enim per baptismū fit. Ipsa noui hominis essentia in iustitia est & sanctitate veritatis. Erat aliquando iustitia, erat & sanctitas apud Iudæos, at illa non veritatis, sed typi erat iustitia. Nam corpore mundum esse, mundiciæ typus erat, non vera mundicia, typus erat iustitiæ, non vera iustitia. In sanctitate, inquit, & iustitia veritatis. Respicit & ad falsam & mendacem iustitiam. Nam plurimi sunt qui ab externis quidem iusti videntur, mendaces vero sunt. Iustitia autem cōmunis virtus dicitur. Audi quippe Chri
Matth. 5. stum dicentem, Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Pharisæorum, nō intrabitis in re-
1. Ioan. 3. gnum cœlorum. Et iterum iustus dicitur, qui nullam prorsus habet noxam. Nam & in iudiciis iustum eum dicimus qui cum iniuriam passus sit, nihil tamen vicissim iniuriarum rependit. Itaque si & nos coram horribili illo tribunali alius erga alium iusti comparere poterimus, licebit & diuina beneficentia frui. Erga deum

τὴν ἐνότητα τῆς οὐσίας καὶ ἀρετῆς.

quidem fieri nequit, quicquid fecerimus. Ipse quippe vbique in iudicio vincet. Quemadmodum & propheta dicit, Et vincas cum iudicaris. Si vero quod iustum *Psal. 50.* est alius erga alium non corruperimus, tum iusti erimus. Si poterimus ostendere, quòd iniuriam patienter tulerimus, tum iusti censebimur. Quo modo ad indutos rursus dicit, induite? De vita iam & operibus loquitur. Tum ex baptismate dabatur vestimentum, nunc vero à conuersatione & operibus, quæ nō amplius iuxta concupiscentias erroris sint, sed iuxta deum. Sanctū vero quid est? Mūdum videlicet & debitum. Propterea & innocentiā mortuorum *τῷ ὀσίᾳ dicimus. Hoc est, Nihil debeo ipsis amplius, non sum illis obnoxius. Sic etiam dicere solemus ἀφωσιῶσθαι, hoc est, immunis sum, & si qua sunt huiusmodi, id est, nihil debeo.

τῷ ὀσίᾳ id est, iusta exequiarū & parentalia, vide hunc locum in Budei Commentar. expositum.

Moralis exhortatio.

Nostrum est igitur, vt iusticiæ indumentum non exuamus, quod & Propheta indumentum salutis vocat, vt deo similes reddamur. Nam & ipsius vestimentum est iusticia. Hoc amiciamur indumento. Illud vero quod dicit, induite, nihil aliud significat, quàm vt indutam iusticiæ vestem non deponamus. Audi quippe quid Propheta dicat: Induit maledictionē sicut ve- *Psal. 108.* stimentum, & veniet illi. Et iterum: Amictus est lumi- *Ibid. 103. d* ne sicut vestimento. Et nos solemus de hominibus dicere: hic illum planè induit. Itaque non vnum & alterum diem, neque tertium, sed semper in virtute nos esse vult, & nunquam hoc vestimento carere. Nunquam enim adeo turpe est homini nudo esse corpore atque virtute. Hic illum conserui nudum ac turpem vident, illic vero & dominus & angeli. Quòd si nudum quēpiam, dic quæso, per forum incedere videres, num doleres? Quum ergo tu hoc virtutis indumēto nudus discurras, quid quęso dicemus? Non vides mēdicos illos, quos Lotagas vocare solemus, quo pacto circumeant, & quo modo illorum misereamur? Veruntamen nihil veniæ merentur: neque enim illis ignoscimus, siquidē taxillis ludendo vestimenta sua perdunt & amittunt. quo modo ergo nobis ignoscet deus, hoc noui hominis indumentum perdentibus? Diabolus enim si quando virtute nudū repererit quempiam, mox faciem & polluit & obfuscat, vulnerans etiam & ad magna mala cogens. Nudi simus pecuniis, ne nudi reddamur destituamúrque iusticia. Pecuniarum indumentum, iusticię vestem lædit ac perdit. Est enim spinarum amictus. Tales videlicet sunt spinæ. Et quanto plures nobis circumdederimus, tanto erimus nudiores. Et lasciuia quoque iusticię vestem nobis adimit. Ignis enim est. Ignis vero huius indumenti consumptiuus est. Diuitię tinea sunt. Quemadmodum tinea cuncta permolit, ita & diuitię. Ista itaque abiiciamus omnia, vt iusti reddamur, nouúmque induamus hominē. Nihil apud nos contineamus quod vetus sit, quod ostentationem & fictionem sapiat, quódque sit corruptum. Non est molesta virtus, nec difficilis acquisitu. Non vides eos qui morantur in mōtibus? Illi & domos suas & vxores & liberos, ac omnem præfecturę dignitatem relinquentes, extraq; hunc mundum sese constituentes, induto sacco, cineréque subsparso, & collo imposito veluti iugo, in exiguam seipsos cellulam incluserunt. Neque hc consistentes, ieiuniis etiam & continua fame seipsos conficiunt. Quòd si quicquam vobis eiusmodi præcepissem, num omnes resilissetis? Nō dixissetis rem esse grauem & molestam? Nihil huius, inquā, opus est vt faciatis. Vellem quidem, veruntamen nec decerno nec præcipio. Sed

quid:Et balneis vtere,& corpus curato,& forum ingreditor,ac domum posideto,& ministris tibi cibo ac potu inseruiri facito. * Auariciam vero vbique proiicito. Ipsa quippe est quæ peccatum generat.Immo ipsum opus auarum & intemperanter ausdum,peccatũ fit. Itaque nihil aliud est immodesta illa auiditas quàm peccatum.Et obserua: Animus si quando plus æquo commotus fuerit, tum exiliens conuiciatur, tum iniuste ac improbe cuncta facit.Ita & corporum,& pecuniarum, & gloriæ, reliquorúmque omnium amor. Et ne mihi dicas,† mõtanos istos nihil potuisse. ‡ Nam plurimi illorum te multo imbecilliores,ditiores ac delicatiores, duram illam & asperã vitam amplexi sunt. Et quid de viris dico?Puellę nondum viginti annos natæ, quibus omnis illa ætas in thalamis & delicato ocio consumpta est,in thalamis,inquam,odoriferis vnguẽtis, ac suauissimo thymiamatum odore plenis, quæ in lectis teneris decumbebant,teneræ & ipsę natura multóque & accurato cultu molliores factæ, quæ totos dies nihil aliud habebant operis, quàm ornare seipsas, aurum gestare,multisque deliciis frui, ne sibi quidem ipsis quicquam inseruientes, sed plures circa se famulas ad omnia promptas habentes,quarum vestes tenerę ipso etiã corpore teneriores,linteaque tenuia & delicata erant, quæ in rosis quoque similibúsque frangrantiis continue versabãtur,istę mox vt igne Christi correptę sunt, omnem illam molliciem delicatamq; naturam exutæ, educationisque pariter ac ætatis suæ oblitæ,velut generosi quidam athletæ proiecto quicquid molle erat, in media certamina proruperunt. Et videor forte incredibilia dicere, sed vera sunt. Audiui quippe ego ipse eas virgines olim quidem ita,vt dixi,teneras,quæ seipsas tamen postea tam austeræ disciplinæ dediderunt, vt indumenta ciliciis asperiora nudis imponerẽt corporibus,& plantis aliquando admodum mollibus,iam nudis incederent,stramentisq; incubarent,immò maiorem noctis partem vigiliis insumerent, & neque vnguenti alicuius neque alterius cuiuspiam eorum quib⁹ olim assueuissent curam haberẽt,sed caput etiam adeò quondam diligenter curatum & ornatum, iam ita negligerent,vt capillis essent temere ac negligenter vinctis,in eum duntaxat vsum, vt indecorum ac turpitudinem vitarent. Mensam vero haberent vespertinam duntaxat. Mensam,inquam,nec olerum nec panis,sed similæ,fabarum, cicerum, oliuarum, & ficuum. Opera vero earum continuum lanificium,& quæ duriora essent quàm quæ famulæ domi præstarent.Quid nẽquæ ægrotantium curam susceperunt, lecticas baiulantes, pedésque abluentes,quinetiam pleræq; illarum coquinę inseruiunt.Tanta potest ignis Christi.Adeo scilicet mentis alacritas naturam ipsam superat. Veruntamen nihil horum à vobis exigo,quandoquidem à sexu mulierum superari vultis.Quòd si qua nõ sunt grauia, ista facite.Manus continete & oculos immodestos. Istud, quæso,quid difficultatis habet? quid molestiæ? Quòd iustum est facite,neminem lædite,siue sitis pauperes,siue diuites,siue forenses,siue mercenarij. Possunt enim & pauperes aliquando lædere.Non videtis quas illi lites suscitent,quo modo omnia subuertant?Vtere connubio,acquire liberos.Et talib⁹ sua præcepta dedit Paulus,& talibus scripsit.Magnum est illud certamen,sublimis est scopulus,& vertex ad cœlũ vsque pertingens, nec potes ad id quod magnum est pertingere? Igitur vel minora sequere,quę inferiora sunt cõcupisce.Non potes expromere pecuniam? Tãtum quæ aliorum sunt ne rapias,neq; cuiquam iniuriam inferas.Ieiunare non potes?Duntaxat vide ne deliciis teipsum exponas. Super stramentis cubare non sustines?sponda tibi argento insignes ne compares,sed sponda vtere ac stratis nõ ad ostentationem sed ad necessariam corporis recreationem factis,non autẽ eburneis lecticis. Cohibe teipsum.Quid innumeris farcinis onerariam nauem compleS?Si frugalis esses nihil timeres,non inuidiam,non latrunculos,non insidiatores. Non enim ita pecuniis, quemadmodum curis,diteSces.Non ita possessionibus bonorum abundabis,quo modo molestiis & periculis, tentationes & multa desideria introducentibus.Illa ferunt quicunque volunt acquirere multa. Non iubeo, vt misere habenti ministres:saltem præcipias, vt puer hoc faciat. Vides quo modo non sit graue quod iniungitur? Qui fit quòd virgines illæ teneræ tanto nos interuallo post se relinquunt? Pudeat nos obsecro, quòd in mundanis quidem nusquam illis cedimus,neque in bellis,neque in aliis certaminibus: in spiritualibus vero pugnis tolerantiores nobis illæ & brabium priores corripiunt,& aquilarum instar sublimius volant, cum nos interea more graculorum circa nidorem & vaporem in inferioribus versamur. Sunt enim reuera mensarum illi culinarúmque sectatores,nõ aliter æstimandi quàm quasi quidam graculi,canésque voracitati dediti.Respice mulieres illas veteres. Erãt enim magnæ. Magnæ enim,inquam,& præclarę mulieres,vtpote Sara,Rebecca,Rachel,Debbora,Anna, & quæ Christum sequebantur. Viros tamen non præcesserunt, sed postremum locum tenuerunt.Nunc vero contrarium videmus.Mulieres nos præcedunt & obscurant. Quàm, quæso,istud ridiculum,quàm turpe est? Nos vice capitis sumus, & vincimur à corpore. Constituti sumus in *hoc,vt imperemus illis, nec imperemus temere, sed cũ virtute. Qui enim imperat, propterea potissimum imperare debet,quòd in virtute reliquos superat. Si vero superatur,iam non est imperator.* Videtis quãta sit aduentus Christi potentia? Quo modo maledictum soluerit?Etenim plures iam sunt virgines quàm coniugatæ.Maior nunc est apud illas quoque modestia ac temperantia.Plures sunt viduæ. Non facile mulieres impudens quicquã effutiunt.Quur ergo tu,dic quęso,à turpiloquio non abstines? Neque enim est, vt deploratas illas mihi obiicias,quæ vt plurimum mundanæ sunt,& quod quasi peculiare vicium habent.Saltem in hoc superiores estote vos viri qui in vxoribus tanquam pecuniari vestro ornamẽto gloriamini.Non enim puto mulierem in muliebri suo mundo, vtut deaurato ita gloriari, vt virum in illis quæ coniugem suam exornant. Non ita in zona sua auro conspicua superbit vir, vt quòd vxorem habet ornamenta auro insignia gestantem.Itaq; & huius causam vos administratis,dum mali scintillam & flammam suscitatis & prouehitis.Alioqui vero non tantum mulieri delictum imputatur quantum viro:officij tui est,vt illam in ordinẽ redigas. Dignum putas, vt vbique priores habeas. Et in hoc ergo declara quàm in illis quæ te ipsum concernũt, nullam magnorum sumptuum rerumq; precioSarum rationẽ habeas.Mulieri peculiare ac cõmodum est ornari,magis quàm viro. Quum ergo tu ipse non fugias istas ineptias quo modo ipsa effugiet? Habent in se mulieres quoddam vanæ gloriæ studium, verum cõmune cum viris. Iracundæ plerunque sunt. Et hoc commune habent cum viris.Cõmunia vero cum viris non habent, in quibus excellũt,pudiciciam dico,feruorem, pietatẽ,

& quam

* ἀπλοστέλειαν, *id est auariciam, auiditatem nimirũ, excessum: excessus autẽ hîc pulchrè conuenit, vt qui de excessu iræ, gloriæ, amoris, &c. loquatur.*

† *quòd illi potuerint.*

& quam erga Christum habent dilectionem. Quam ob rem igitur, dices, à sede & officio docendi abarcuit illas Apostolus? Et hoc ipsum indicium est, multum illas à viris differre, præclaráq; fuisse illius temporis mulieres. Nam Paulo docente, ac Petro, † licebátne, dic quæso, etiam alicuius sanctorum illorum coniugem mulierem in hoc muneris insilire? Nunc vero in id malicię prolapsi sumus, vt non immerito iam quæri possit, cur mulieres non doceant, ita scilicet in muliebrem imbecillitatem degenerauimus. Ista non ideo commemoro, vt illas extollam, sed vt nos ipsos pudefaciam, corripiã & admoneam, vt cõgruentem nobis principatum resumamus, non qui sit iuxta præcellentiam magnitudinis duntaxat, sed secundum prouidẽtiam, †præsidium & virtutem. Nam & corpus tum demum suo loco est, quando optimum habet gubernatorem. Faxit autẽ dominus, vt & mulieres & viri in vniuersum omnes ita viuant, vt deo placeant, vt mereamur vniuersi in horrenda illa die benignitate domini frui, promissáq; bona consequi in Christo Iesu domino nostro.

† & sanctis illis, mulierémne dic quæso cõuenieb.at

† præsidẽtiã sine patrocinium. ne-sociãs.

Homilia xiiij.

QVapropter deposito mendacio loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra. Irascimini & non peccetis, Sol ne occidat super iram vestram, neque detis locum diabolo. Veteris hominis in genere facta mẽtione, deinceps ipsum & per partes describit. Est enim ea doctrina captu facilior quàm per partes discimus. Et quid dicit? Quapropter depositio mendacio. Quo mendacio? An de idolis intelligit? Non de illis. Et ipsa quidem mendacium sunt. Verum tum temporis nihil erat Ephesiis cõmune cum illis. De eo mendacio dicit, quo inter se alter alteri mentiebantur, hoc est, de dolo & fictione. *Loquimini veritatem vnusquisq; cum proximo suo.* Deinde adiungẽs, quod magis vrget, quoniam sumus, inquit, inuicem membra, nemo decipiat proximum suũ, quod Psalmista sursum ac deorsum versat. Labia dolosa, inquit, *in corde, & in corde locuti sunt mala.* Nihil enim est, nihil est inquã, quod ita pariat inimicicias, atque seductio & deceptio. Vide quo modo vbique illos per exemplum corporis vrgeat. Num pedem, inquit, fallit oculus, aut oculum pes? Vtpote sicubi fouea profunda fuerit, quæ superne insperſis arundinibus humõq; occultis tecta, solidę telluris speciẽ ipsa superficie ingerat oculis, nunquid vtetur hic pede, & cognoscet quale sit ibi solum, num subsit vacuum, aut resultet & repercutiat? Nõ fallit hic pes sed verum indicat. Quid vero si serpentẽ viderit oculus aut malam bestiam, num fallit pedem? An nõ mox periculum annũciat? Et pes illud ex oculi indicio cognoscens vltra non progreditur. Quid vero si quando contigerit nec pede nec oculo rerum cognitionem haberi posse, sed totum ab odoratu percipi oportere, vtpote vtrum pestiferum sit pharmacum, nec ne? Num ab odoratu fallitur os? Nequaquam. Quare? Quia seipsum simul perderet odoratus. Itaque quod sibi sentit aduersarium esse, hoc indicat. Quid vero lingua? Num illa stomachum seducit? Nõ seducit, sed vbi amarum quid & acerbum deprehenderit proiicit, dulce vero immittit. Vide ministerium, & vicissim ministerij retributionem. Vide prouidentiam ex ipsa veritate & sua sponte, vt dicitur, natam. Ita & nos non mentiamur. Siquidem membra sumus inuicem. Amoris istud est indiciũ, contrarium vero inimicicię. Quid ergo, si quisquam insidias tetenderit? Disce quod verum est. Qui insidiatur, non est membrum. Dixerat, ne mentiamini aduersus membra. Addit irascimini & non peccetis. Vide prudẽtiam. Et dicit, quo modo peccare nõ debeamus, & immorigeros iterum nõ relinquit, Neque enim hoc permittũt spiritualia, ipsius viscera. Nam quemadmodum medicus ægroto quidem quæ facienda sunt ostendit, non obtemperantem tamen non contẽnit, sed ex persuasione rursus inducto cõsilio curat, ita & Paulus. Qui secus facit, nihil aliud quærit quàm gloriam suam, & hunc male habet, si quando contemptus fuerit. Qui vero omnino ægroti sanitatem quærit, ad hoc vnum respicit, vt iacẽtem ac prostratum erigat. Istud & Paulus facit, cum dicit: Ne mentiamini. Quòd si vero subinde ex mendacio suborta fuerit ira, & hanc denuo curat. Quid enim dicit? Irascimini & non peccetis. Nam bonum quidem est non irasci. Si vero in morbum hunc quisquam aliquando inciderit, videat tãtum ne ingraueſcat. Sol enim, inquit, ne occidat super iram vestrã. Vis exaturari irã? Satis ad hoc fuerit vna & altera hora, vel certe tertia. Sol abiens non relinquat vos inuicem inimicos. † Exorsus est ab ipsa bonitate, itaque non abeat in indignos effuso lumine. Nam si ex multa illũ bonitate terris immisit dominus, delictáq; tibi condonauit, tu vero proximo non dimittis, vide quãtum committas mali. Præterea & aliud quiddam accedit. Noctẽ metuit beatus Paulus, ne videlicet illa iniuriis adfectũ in solitudinẽ suam accenso adhuc animo nacta, ignem excitet ac foueat. Nam interea dũ per diem multa excutis bene satiari potes: ingruente vero vespera reconciliato proximo, malum adhuc recẽs extingue. Etenim si nox illud deprehenderit, nõ poterit quod nocte accesit ventura dies extinguere malum, sed etiam si maiorem forte illius partem amputauerit, vniuersum vero non potuerit, fiet vt rursus, accepto quod relictum est, vehementius incendium operetur nox altera. Quẽadmodum si quando quod aëri nebulosum ac dẽsum per noctem accesit, diurno calore sol nec dissoluere poterit nec dissipare, causam ac materiam tempestatis exhibet, quod reliduum est apprehẽdente nocte, illúdque rursus aliis vaporibus augmentante: ita & irę conditio habet. *Ne detis locum diabolo.* Itaque per iram inuicẽ impugnare, est locũ dare diabolo. Oportet enim omnes pariter esse mutua compactione constipatos, & simul illi resistere. Iubemus itaque vt solutis inimiciciis quas quisque erga proximum habet, in vnum inuicem conuertamini. Nam ita non poterit vnquam locum habere diabolus, quemadmodum si inimicicias inter vos alueritis. Hinc innumera mala generãtur. Et quemadmodum quandiu lapides bene compacti sunt, nihilque vacuum inter se habent, firmi & infracti perstant: si vero vel foramen acus duntaxat quod vtrinq; penetret, aut scissura quæ capilli locum habeat, fieri contigerit, omnia dissoluuntur ac pereunt. Ita & diabolus, donec compacti quidem ac bene cõpositi fuerimus, nihil suorum omnino poterit inferre. Quàm primum vero vel modicum nos relaxare poterit, non aliter quàm quidã torrens toto impetu infunditur. Nam vbique illi solis duntaxat initiis opus est. Et hoc laboriosum est. Si vero nactus fuerit initium nocendi, omnia sibiipsi subinde suopte ingenio vestigat & amplificat. Posteaquam vero delationibus apertæ sunt aures, fit vt qui mẽtiuntur fideliores putentur. Habent enim illi inimiciciam omnia damnantem, non veritatem recte iudicantem ac discernentem. Et quemadmodum existente amicicia mendacia videntur etiam quæ vera de malis dicuntur: ita re-

† Exorsꝰ est.

Simile.

Psal.11.a

ita regnante inimicicia viciſsim vera videntur quę falſa ſunt. Alius animus,aliud tribunal. Hic non ex æquo auditur,ſed plurimum in partes inclinatur ac procliuiter aſſentitur. Quemadmodum enim in libra additum plumbum totum detrahit,ita & hoc loco. Quippe inimiciciæ pondus plumbo grauius eſt. Quapropter obſecro nihil non faciamus vt ante ſolis occaſum inimicicias extinguamus.Nam ſi primo die inimiciciam detines,& ſequenti,ſæpenumero & in annum illam extēdis,ſit vt per ſeipſam excreſcat, nec aliqua re alia deinceps opus habeat.Nam mox & verba aliter dicta in aliā ſuſpicionē rapit, & habitus corporis & quicquid huius eſt,ad ferociam atque agreſtes mores immutat, peiúſq; affectum facit ac diſpoſitum quàm ſunt qui planè inſaniunt,nec patitur, vt nomē eius, quem odio proſequeris,vel ipſe proferas vel ab alio audias,ſed contumelioſe omnia loquitur. Quo modo igitur furorem ſubigemus? Quo modo flammam hanc extinguemus? Si noſtra ipſorum delicta perpenderimus, quantum obnoxij ſimus deo. Si cogitauerimus nos hoc pacto †non de hoſte vindictam ſumere,ſed de nobis ipſis. ¶Si conſiderauerimus qua lætitia diabolum exhilaremus, hoſtem illum noſtrum, qui reuera hoſtis eſt, cuius gratia iniuriam membro noſtro facimus.Vis eſſe memor iniuriarum & hoſtis?Hoſtis eſto,ſed diaboli,non membri tui. Propterea deus ira nos armauit,non vt aduerſum corpora noſtra ſtringamus & impellamus gladium,ſed vt vniuerſam machæram in ipſum diaboli pectus immergamus. Huc intro poteris capulōtenus abdere ferrum. Quin,ſi voles,& capulum ipſum,nec vnquam inde gladium euellas,ſed alium inſuper addas. Hoc vero tum erit,quando nobis ipſis parcentes pacifice inuicem animati fuerimus. Valeant pecuniæ, valeat gloria, valeat nominis celebritas. Omnibus his mihi membrum meū precioſius eſt,ad nos ipſos dicamus. Nō afficiamus iniuria naturam noſtram,vt pecunias acquiramus,vt gloriam conſequamur. *Qui furabatur,non furetur*,inquit,*amplius*. Vides quæ ſint veteris hominis membra?Nempe mēdacium,iniuriarum memoria,& furtum. Quam ob rem non dicit,qui furatus eſt puniatur,torqueatur, tormentis ſubiiciatur,ſed non furetur amplius. *Magis autem laboret operando manibus quod bonum eſt, vt poſsit impertiri ei, qui opus habuerit.* Vbi ſunt illi qui Cathari nominantur, qui cum omnis generis ſordibus ſcateant,hoc tamē ſeipſos vocare audēt?Eſt enim,eſt,inquam,culpam exuere,non ſolum ex eo, quòd ſiſtitur peccati curſus, ſed & quòd bonum quid cōmittitur.Videtis quo modo peccata diluere oporteat? Furati ſunt. Peccatū hoc eſt.Nō ſunt furati. Iſtud nōdum eſt peccatum exuiſſe,ſed quo modo?Laborarunt & aliis diſtribuerunt, atque ita peccatum exuerunt. Non vult autem nos ſimpliciter operari,ſed cum labore etiam,& ita,vt aliis quoque impertiamur. Nam & qui furatur vtique operatur,ſed quod malum eſt. *Omnis ſermo * ſpurcus ex ore veſtro non procedat.* Quis eſt ſermo ſpurcus? Is videlicet, quem & ocioſum & inutilem dicit,vt ſunt,detractio,turpiloquium,feſtiua vrbanitas,ſtultiloquium.Vides quo modo iræ radices amputet?Nempe mēdaciūm,furtum, inanem & intempeſtiuam diſputationem. Quòd vero dicit,non furetur amplius,non tam ad hoc dicit, vt iis qui furati erant ignoſcat,quàm vt eos quibus facta erat iniuria,mites reddat ac beneuolos, adhortans vt contenti ſint, q̄ nihil tale paſſuri ſint amplius.Non enim rerum duntaxat ſed & verborum pœnas pendemus. *Sed ſi quis eſt bonus ad ædificationem,quoties opus eſt,vt det gratiam audientibus.*

† *non hoſtē, ſed nosipſos ledere.*

* Σαπρὸς.i. ſpurcus, vna l^a, vitioſus, putris, turpis.

A Hoc eſt. Quod proximum ædificat, hoc ſolum loquere,ſuperfluum vero nihil. Nam hac ratione deus os tibi dedit ac linguam, vt & ſibi gratiarum actionē perſoluas,& proximum ædifices. Itaq; ſi ſermone tuo ædificationem ſubuertis, melius eſt vt taceas, & nunquam loquaris. Nā ſi artificis manus muros ac parietes quos extruere debebant,ſubuertere conſueſcerent, vtiq; dignæ eſſent quæ amputarētur. Etenim & Pſalmiſta hoc dicit: Diſperdet,inquit,dominus vniuerſa labia dolo- *Pſal.11.* ſa. Tale os omnium malorum eſt cauſa: immò non os, ſed qui illo male vtuntur. Hinc vituperia, conuicia, blaſphemiæ, incendia & fomenta voluptatum, cædes, adulteria,furta,breuiter hinc omnia mala generantur. Et quo modo cædes,inquis? A contumelia in iram, ab ira in plagas,à plagis ad cædem progreſſus es.Quo modo hinc venitur in adulterium? Illa te diligit, inquit, B amanter de te locuta eſt:atque ita rigorem tuum emollit, ac tibi quoque concupiſcentiæ fomenta hoc pacto incēdit.Propterea dicit Paulus:Si quis bonus eſt.Quoniam ergo ſermones illi qui inter mortales dicuntur late patent,recte ſine determinatione locutus,quæ loqui debeant, præſcripto typo,iuſsit. Quis eſt ille typus? Si quis ædificat,inquit.Aut loquere, quod gratiam tibi apud auditorem pariat: vtpote fornicatus eſt frater, ne vituperium fratris in vulgus ſpargas,nēve illuſeris.Nihil inde profueris auditori,ſed magis dato ſtimulo nocueris. Atqui ſi quæ faciēda ſunt admonueris,multum illi gratiæ contuleris. Si inſtruxeris vt os habeat benedictionibus aſſuetum. Si docueris, vt nemini male loquatur,ſummopere ipſum erudieris, gratiámq; præſtiteris.Si de compunctione, ſi de pietate,de eleemoſyna diſſerueris,omnia iſta mentem eius emollient, pro his C omnibus gratiā debere ſe fatebitur. Si vero riſum moueris,ſi turpe quid locutus fueris, magis ad malum incenderis. quòd ſi male agentem laudaueris, tum vero ipſum penitus perdideris.Atque hæc monet, vt gratioſos eos hominibus & charos reddat. Quemadmodum enim vnguentum odoriferum gratiam exhibet vſurpantibus,ita & ſermo bonus. Propterea & quidam dixit,vnguentum effuſum nomen tuum. Redolere fecit *Cant.1.* eos & ſpirare bonam iſtam fragrantiam. Vides eum quod ſemper adhortatur,idem & nūc dicere? Vnicuique præcipit, vt pro viribus proximum ædificet. Qui vero alios horum admonet, multo magis ſeipſum.

Et ne contriſtetis, inquit, *ſpiritum ſanctum.* Iſtuc horrendū magis eſt ac terribilius,quòd & in ea quæ ad Theſ- *1.Theſſ.4.b* ſalonicenſes eſt dicit.nam & illic tale quid dicit,vtpote,qui ſpernit, non hominem ſpernit ſed deum. Ita & D hic: Si contumelioſum verbū dixeris,ſi percuſſeris fratrem, non illum percuſsiſti, ſed ſpiritum contriſtaſti. Deinde & adiicit beneficium ſpiritus, quo maior reddatur reprehenſio.Et ne contriſtetis,inquit, ſpiritū ſanctum, *In quo obſignati eſtis in diem redemptionis.* Hic ſpiritus nos regalem eſſe gregē oſtendit, hic nos ab omnibus prioris vitæ actib^o cohibuit,hic nō eſt paſſus,vt cōiuncti eſſemus illis qui iræ dei ſunt obnoxij, & tu illum contriſtas? Vide quo modo ad Theſſalonicenſes quidem terribiliter. Qui enim ſpernit,inquit, non hominem ſpernit,ſed deum.hic vero pudorem eis quēdam *Ibidem.* incutiens: Ne contriſtetis,inquit, ſpiritum ſanctum in quo obſignati eſtis.

Moralis adhortatio.

Hæc ipſa obſignatio in ore tuo eſt poſita, ne tollas ſignacula. Os ſpirituale nihil tale loquitur. Ne dicas, nihil refert, ſi turpe quid dixero, ſi quenquam vituperauero.

rauero. Propter hoc ipsum magnum est malum, quòd nihil esse videtur. Etenim quæ nihil esse videntur, facile contemnuntur, quæ vero contemnuntur augentur ac multiplicantur etiam. Quæ augentur autem, reddũtur etiam incurabilia. Os habes spirituale. Cogita, †quãpridem verbum protuleris, quid fis locutus,] & quæ sit oris tui dignitas. Patrem vocas deum, & fratrem mox vituperas? Cogita vnde sit, quòd patrem vocas deum. A natura? Nõ poteris dicere. A virtute? Neque illud poteris. Sed vnde? Ex sola benignitate, cõmiseratione & multa misericordia. Quando itaque deum patrem vocas, non hoc solum perpendas, quòd quæ nobilitatem istam non decent, vituperãdo committis, sed quòd & à benignitate nobilitatem hanc habes. Noli itaque illã turpitudini exponere, id quod fit, dum ex diuina benignitate nobilitatem hanc nactus, crudelitate erga fratres fueris vsus. Patrem vocas deũ, & vituperas? Atqui nõ sũt illa filij dei, sed porrò aliena. Quod ergo op° est filij dei? Inimicis ignoscere, pro crucifigẽtibus precari, pro odio habẽtibus sanguine fundere. Ista demũ digna sunt filio dei, inimicos, ingratos, fures, improbos, insidiatores, fratres & hæredes facere, non eos qui fratres facti sunt veluti mancipia vituperare. Cogita quæ verba sit os tuum locutum, qua dignatum mẽta, quæ cõtingat, quæ deguste, quo cibo fruatur. Nihil puras te mali facere, quòd fratri maledicis? Quo modo ergo illum fratrem vocas? Si vero non est frater tuus, quo modo dicis, pater noster? illud enim noster, multas personas significat. Perpẽde cum quibus tempore mysteriorum adstes, nempe cum Cherubim, cum Seraphim. Seraphim neminem vituperãt, sed vnus & idem vsus ora illorum adimplet, nempe benedicendi & glorificandi deum. Quo modo potes ergo cum illis dicere, *sanctus, sanctus, sanctus, qui ore tuo ad vituperium abuteris?* Dic quæso, *si vasculo regio, quod semper cibos habeat regios, & ad illos ordinatum sit, ad stercora ministrorum quisquam abuteretur, an auderet illud cũ reliquis ad eadem regia edulia deputatis, stercore refertum denuo reponere?* Nequaquam. Atqui eiusmodi est quòd fratrem accusas, quòd vituperas. Pater noster. Et nunquid hoc solum? Audi & quæ sequuntur. Qui es in cœlis. Mox atque dixisti, pater noster qui es in cœlis, & excitauit te hoc verbum, & mentem tuam alacrem reddidit, ostenditque habere te patrem in cœlis, ne facias quicquam nec dicas eorum, quæ sunt super terram: in ordinem illum supernum cõstituit te, & choro illi cœlesti adiudicauit, quid teipsum ad ima deiicis? Ad thronum regium adstas, & vituperas? Non vereris ne conuicij loco reputet illud rex? Atqui si seruus aliquis inter nos conseruorum suorum quẽpiã percuteret, aut vituperaret, etiam si hoc merito faceret, mox illum obiurgaremus, factum eius contumeliæ deputantes. Tu vero cum Cherubim apud thronum regis constitutus, conuiciaris fratrem? Non vides sacra illa vasa? Non ad vnũ illa semper vsurpãtur? Audet ne quisquam illis ad aliud quicquam vti? Iam tu vasis illis sanctior es, idq; multo. Cur itaque teipsum sordidum reddis & pollutum? In cœlis comistis, & vituperas? Cum angelis conuersaris, & vituperas? Osculo dominico dignatus es, & vituperas? Tot ac tantis rebus os tuum adornauit deus, vtpote hymnis angelicis, cibo non tantum angelico, sed angelicam etiam dignitatem superanti, osculo suo, complexibus etiã suis, & vituperas? Noli, obsecro. Magnorum malorum causam habes, res ista, quàm longissime absit à mente Christiana. Non persuademus ista dicentes, nec permouemus? Dignum est ergo, vt quod reliquum est metuas. Audi enim quid Christus dicat: Qui dicit, inquit, fratri suo: fatue, obnoxius est gehennæ ignis. Si ergo quod omnium est leuissimum gehẽnam meretur, qui adeo confidẽter ac temere vituperat, quæ gehenna dignus non erit? Instituamus potius ora nostra ad benedictionem & laudem. Magnum hinc erit lucrum, ex vituperio vero plurimum nocumenti. Nõ est hic †quicquam fœnoris expectandum.] Claudamus oris nostri ianuam, obiiciamus repagulũ, mordeamus nosipsos, si quãdo graue ac durum quoddam verbum dentes nostros trãsilire voluerit. Precemur deum, precemur proximum cõuiciis affectum, nihil huius ægre feramus. Nos ipsos percussimus, nõ illum. Imponamus pharmacum, nempe precationem, & cum vituperato reconciliationem. Quòd si in verbis tantum impendimus prouidentiæ, multo magis in factis leges nobis ponamus. Siue amicos habuerim°, siue alios quosuis, quã primum aliquid male dixerint aut vituperauerint, exige ab illis pœnam. Discendum omnino, peccatum hoc esse. Nã si didicerimus istud, mox cessabimus. Deus vero pacis custodiat vestram mentem & linguam, muniatque fideli munitione, timore videlicet suo, in Christo Iesũ domino nostro, cum quo sit patri, pariter & spiritui sancto, gloria, &c.

Matth. 5. c

† *quãdiu enim verbũ protuleris statim vbi nata° fueris.*] *vt scilicet de natiuitate spirituali p baptismũ intelligatur. Aliũ enim est dicere, pater noster qui es in cœlis.*

† *præmia expendẽda.*

Cœna dominica.

Homilia XV.

Omnis amarulentia, & tumor, & ira, & vociferatio, & maledicentia tollatur à vobis cum omni malicia. Quemadmodum in vas impurum, velut immũdum vestimẽtum, nũquam seipsum immittit apum genus. Nam hac de causa & vaporationibus, & virgultis odoriferis, bonaq; fragrantia locum apibus deputatum commodum reddunt, qui apum studio tenentur, vinóque fragranti, & reliquis bene olentibus quasillos præparant, quibus apes aluearia egressæ insessuræ sunt, ne per iniucundum odorem offensæ deficiant iterum, ita habet & ingenium spiritus sancti. Vasculum quoddam est anima nostra, & quidam quasillus ad recipiendum † aluearia] donis spiritualibus plena commodus. Verum si intus fuerit bilis, & amarulentia, & tumor, effugient ista aluearia. Propterea beatus hic & sapiens agricola, vascula nostra bene perpurgat, nec falcem nec aliud aliquod ferreum instrumentum habens. Et vocat nos spirituale † apiarium, quòd & conclusum] primum purgat precibus, laboribus, & reliquis huc pertinentibus omnibus. Vide itaque, quo modo corda nostra expurgat. Expulit mendacium, abegit iram. Ostendit rursus quo modo malum potius queat radicitus extirpari. Siquidem amari fuerimus, inquit, eueniet nobis quod solet bile amara existente, dum rupto quo tenetur folliculo vel modice fuerit agitata. Nam quando acutior aliquanto fuerit, quæ quidem admodum eius est qualitatis vt sit acuta, & vasculum illud primarium, quo cõtinetur, illam iam non capiens nec tegens amplius, vtpote quali vehementi igne peresum, amplius illam tegere, & in deputatis finibus continere nequit, sed conuulsum ab immodico acrore, prorumpentem bilem toti corpori nocituram emittit. Et quemadmodum vrbi grauissima & intolerabilis illata fera, quandiu quidem commodis ac tutis continetur carceribus, etiamsi ferociat & immane rugiat, nemini tamen quicquam inferri damni potest. Quando vero inualescẽte furore obiectos repagulos perfringere exilireq; poterit, mox vrbem magno tumultu perturbat neque adimplet ac quosuis

† *examina*

† *examen, quod & colligens*

quosuis insequendo abigit. Ita sanè habet & natura bilis. Quousque terminis suis continetur, nullo magno malo nos afficit. Posteaquam vero rupta pellicula fuerit, quæ illam circũplectitur, nihil vltra est quod prohibeat, quin in vniuersam sese naturam effundat. Tunc vero, tunc, inquam, etiam si admodum modica sit quãtitate, propter excellentem tamen qualitatis vim & potentiam omnia reliqua elemẽta agnata sua malicia imbuit. Tum enim sanguinem nacta & loco & qualitate vicinum, calorẽmq; in illo acutiorem operata, & quicquid cominus est, quod quidem iuxta humiditatis cõmensurationem terminos suos excedit, isto assumpto, & in atram bilem simul immutato omnibus deinceps membris bellum indicit, atque ita omnib° corporis humoribus in suam maliciam insertis mutum constituit hominem, & spiritu deficientem anima ipsius impulsa & agitata facit. Ad quid vero nobis hęc omnia tãta diligentia narrantur? Ad hoc scilicet, vt à sensibili illa amaritudine intolerabilem amaricatę mentis maliciam sentientes, quo modo videlicet illa, postquam omnem animam primũ infecit omnia sursum ac deorsum vertat, experientiam ipsius effugiamus. Nam quemadmodum illa quoduis elemẽtum, ita ista rationis sensus incendens, in barathrum gehẽnæ captum hominem abigit. Vt itaque perscrutati diligẽter hæc omnia malum istud fugiamus, frænúmq; huic iniiciamus bestiæ, immò radicitus extirpemus, Paulo morem geramus dicẽti: omnis amarulentia, non purgetur duntaxat, sed tollatur à vobis. Quid enim mihi rebus hisce possessionẽque illarum opus est? Quid opus est custodire & obseruare bestiam, quam licet ex anima mea secludere, reiicereq; & in vlteriora quædam loca extorrem abigere? Morem ergo geramus Paulo dicenti: Omnis amarulẽtia tollatur à vobis. Sed heu miseros, quæ nos obtinet peruersitas? Oportebat omnia huius gratia facere: verũ adeo reuera dementes quidam sunt, vt beatos etiam se putent glorientúrq; ac iactent se in hoc malo, atq; alios

† ad æmulationem prouocent.

†æmulentur. Amarulẽtus, inquiunt, est hic homo, scorpius est, serpẽs est & vipera. Atque ita terribilem ipsum reputant. Quid metuis amarulentum ô homo? Ne noceat, inquis, ne lædat, inexpertus sum maliciæ ipsi°. Vereor ne me simplicem & incautum hominem nactus, qui nihil eorum quæ meditatur pręuiderim, in laqueos suos coniiciat, & retibus nos suis, quæ parata habet ad nostram deceptionem, implicet. Quid ergo? Puerorum sunt ista verba, metuentium quæ metuenda non sunt. Nihil itaque ita cõtemnere oportet, nihil ita ridere, vt hominem amarulẽtum & malum. Nam nihil adeo est imbecille atque amarulentia: stultos facit & amentes. An non videtis quàm cæca sit malicia? Non audistis, ꝙ qui proximo foueã foderat, sibiipsi illam foderit? Quo modo igitur non est timenda mens, perturbatione referta? Si vt dæmonas & insanos, & quodam modo stultos (nam & illi omnia temere faciunt) ita & amarulẽtos metuere oportet, assentior & ego. Si vero tanquam strenuos ad rerum executionem, nequaquã astipulor. Nihil enim ad rerum administrationem ita necessarium est & accommodum atque prudentia. Atqui nihil ita prudentiam remoratur, atque malicia & versutia, pariter ac fraus. Non videtis corpora cholerica, quo modo omni tabefacto flore tristia sint & iniucunda? Quo modo sint imbecillia & macilenta, atque ad omnia inepta? Tales sunt & animi amarulenti. Neque enim alius est animæ morbus regius, quàm malicia. Non est igitur potens malicia, non est inquam. Si vultis & per exemplum rursus adductis improbi simul & candidi imaginibus, clarum efficiam quod dico. Improbus erat Absalon, & omnium studia sibi conciliabat, vide igitur quãta erat improbitas. Circuiens, inquit, dicebat, num est tibi causa diiudicanda? vnumquenque volens hoc pacto familiarem sibi & addictum facere. Dauid vero candidus erat & sine fraude. Quid ergo? vide quis fuerit vtriusque finis, vide quanta fuerit ille stultitia refertus. Nam cum esset ad solum patris excidium intentus, in reliquis omnibus cæcutiebat. Qui enim simpliciter ambulat, ambulat fiducialiter, & merito, vtpote, qui nihil agat curiose, nihil perpetret mali. Obediamus ergo beato Paulo, & miseremur deploremúsq; amarulentos, omnia molientes & facientes, vt maliciam hanc ex eorum mẽtibus exantlemus. Quo modo enim absurdum non est, quòd bilem eam quæ in nobis est, quanquam vtile est hoc elemẽtum corporis (nam sine bile nequit esse homo, elemẽtalem autem illam dico.) Quo modo, inquam, absurdum non est, quòd corporalem quidem illam bilem licet plurimũ ab illa iuuemur, pro viribus euacuantes, eam quæ prorsus inutilis est, immò & plurimum nociua, nullo studio conamur euacuare? Qui vult, inquit, inter vos sapiens esse stultus fiat, vt sapiens sit. Audi rursus & ipsum Lucam dicentem. Sumebãt ci bum, cum exultatione & simplicitate cordis laudantes deum, & gratiam habebant apud omnem plebem. An non videmus etiamnum simplices, & qui sine fictione sunt, communiter apud quosuis in honore esse? Ei qui talis est, nemo inuidet prospere habenti, & nemo insultat infœliciter ac misere agenti, sed & rebus illi ex animi sententia cedẽtibus cõgratulantur omnes, & lapso condolent omnes. Amarulentus vero si quando rebus vsus fuerit secundis, mox tanquam mali quicquam accidisset, ingemiscunt omnes, & rursus si male habuerit, lætantur omnes. *Misereamur itaque illorum. Habent* enim communes hostes, quocunque se vertant, circuneuntes. Iacob simplex erat, & tamen malicioſum illum Esaïi diuicit. In animam enim malignam nõ ingredietur sapientia. Omnis amarulentia tollatur à vobis. Neque quicquam illius maneat reliquum. Solent enim reliquiæ, si motæ fuerint & irritatæ, quemadmodum scintilla quædam, ingentem intus efficere pyram. Consideremus itaque diligenter, quid sit amarulentia. Vtpote, exempli gratia, in viro subdolo, fraudulento, ad maleſaciendum instructo & male suspicioso. E tali sanè semper generantur & tumor & ira. Nequit enim fieri, vt talis anima tranquilla sit, tumoris & iræ radix est amarulentia. Qui talis est, semper est animo graui ac tristi, nec vnquam mentem remittit, semper cogitabundus, semper mœstus. Quemadmodum enim dixi, ipsi sua ipsorũ mala primi demetunt. Et vociferatio, inquit. Quid igitur & vociferationem tollis? Mansuetum quippe talem esse oportet. Equus enim quidam est vociferatio ascensorem ferens furorem & iram. Equum cohibe, & ascensorem ipsius euertisti.

2.Reg.15.

Prouerb.

1.Cor.3.d

Act.2.g

Iacob.

Sap.1.a

Moralis adhortatio.

Audiant ista potissimum mulieres, quæ in nullo nõ negocio vociferantur & clamant. Vna in re duntaxat vtilis est vociferatio, nempe in prædicando & docendo, aliis in rebus nequaquam, neque in precationibus etiam. Et si hoc vis reipsa cognoscere, nunquam clames, & nunquam irascaris. Ecce habes modum quo vites iracundiam. Quemadmodum enim fieri nõ potest, vt qui non vociferatur, irascatur, ita fieri nequit vt vociferans non irascatur. Neque enim mihi iracũdum & iniuriæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

iniuriæ memorem,ipſam videlicet amarulentiam & bilem obiicias.Nos de affectus ipſius violẽtia diſſerimus. Itaque non parum conferet,ſi animũ erudieris,vt nunquam clames ac vocifereris. Iræ pennas amputas,dum clamorem tollis, ipſumq; cordis tumorem contrahis. Quemadmodum enim fieri non poteſt vt pugnet, qui manus contra neminem extollit,ita fieri nequit,vt per iram implicetur qui non clamat. Liga manus verberãtis:& iube vt percutiat,verum non poterit:ita & ira habet. Vociferatio vero etiam nondum exiſtentem iram elicit. Atq; hinc mox mulierum potiſsimum genus capitur,quæ dum ancillis iraſcuntur vniuerſam domum vociferationibus ſuis adimplent.Fit autem ſæpenumero vt ædibus ad biuium celebrẽmve plateam aut angiportum ædificatis audiant quotquot adſtant & iſtã vociferantem,& famulam eiulantem.Quid vero cum maiore dedecore vnquam poterit fieri, quàm iſtos audire ploratus,& quæ reliqua illic fiunt? Atque hic mox quicunque introſpexerint,famulam ſuã,inquiunt, illa verberat.Hoc autem quid eſſe poteſt turpius?Quid igitur, verberare non oportet?Non hoc dico.Oportet quidẽ, ſed neque continuo, neque immodice, neque ad vlciſcendas proprias iniurias, quod ſemper admoneo, vtpote ſiquid in miniſterio delictum fuerit: ſed ſi quid damni animæ ſuæ intulerit, hac de cauſa ſi verberaueris,laudabunt omnes,reprehendet nemo. Si vero tuarum rerum gratia hoc feceris, crudelitatis ac ſęuitiæ argueris ab omnibus. Iam quod omnium eſt turpiſsimũ, ſunt quædam vſqueadeo ferę & immites,vt tam atrociter flagellent famulas ſuas,vt ne toto quidem illo die extingui queant verberum vibices.Nudatas enim puellas,ad lectictas,cõuocato ad ſpectaculum marito, verberaturæ ligant.Heu,non venit tibi in mentem in ipſo momento,dic quæſo,gehennæ memoria? Quin puellã nudas,virõq; oſtendis, nec erubeſcis, non metuens ne te reprehendat? Immò plerunque ipſam irritas, diråq; minaris, idq; poſteaquam innumeris cõuiciis miſeram & calamitoſam, nempe theſſalidam,fugitiuam ac proſtitutam vocando confeceris. Ira ſiquidem ne proprio quidem ori parcere permittit, ſed vnum hoc intendit, quo modo videlicet illam vlciſcatur, etiam ſi interea ſeipſam turpitudini obnoxiã reddat. Et poſt hæc omnia quaſi quidam tyrannus ad iudicium præſidet ac ſeruos aduocat, aſſumptõq; ſtulto viro velut lictoris vice vtitur. Debent ne iſta in Chriſtianorum ædibus fieri? Sed malum eſt,inquis,ſeruile hoc genus, & improbum & impudens,& quod corrigi nõ ſuſtinet.Noui & ego. Verum poteſt aliter corrigi,metu ſcilicet, minis ac verbis,idq; talibus,quæ & illam amplius mordere poſſent, & te ab iſto dedecore liberare. Quòd turpia verba loqueris,cum ſis libera,nunquid hoc ipſo te magis pudore afficis quàm illam? Deinde cũ in balneo illi progrediendum fuerit,vibices in tergo nudatæ ancillæ, indicia videlicet crudelitatis tuæ circumfers.Sed intolerabile eſt,inquis,ſeruile genus, quàm primum indulgentiam conſecutum fuerit.Nõ ignoro. Verum quemadmodum dixi,aliter illam emenda, non ſolum flagellis, neque timore duntaxat,ſed & blanditiis, & beneficentia.Soror tua facta eſt,ſi fidelis fuerit: cogita te eſſe dominam,illam vero tibi ſeruire. Si temulenta fuerit,abſcinde temulentiæ cauſas.Virum voca,& admone.An non vides quàm turpe ſit mulierem verberari?Qui innumera ſuppliciorum genera aduerſum viros legibus ſuis ſtatuerunt,vtpote aduſtiones & tormẽta,raro mulierem ſuſpẽderunt,ſed iræ metam vſque ad alapas aut virgarum caſtigationem poſuerunt. Tanta vero erga naturam hanc muliebrem vſi ſunt reuerentia, vt nulla vrgẽte neceſsitate diſtulerint ſæpenumero caſtigationem,vtpote cum prægnans fuerit mulier.Turpe quippe eſt viro verberare mulierem. Si vero turpe eſt viro, multo magis ei quæ eiuſdem eſt ſexus.Hinc quoq; mulieres redduntur viris exoſæ.Quid igitur,inquis,ſi fornicetur puella?iunge illam viro, amputa fornicationis cauſas,ne permittas ingurgitando laſciuire.Quid ſi furetur?Cuſtodi eam & diligẽter obſerua. O præceptum difficillimum. Eron' ego illius cuſtos inquies?ô demen tiam. Quamobrem obſecro,non eris ipſius cuſtos? An non eadem mente & anima tecum communicat? An non eiſdem donis ac beneficiis tecum à deo honorata eſt?Non eadem tecum menſa fruitur? Nõ eiuſdem nobilitatis tecum particeps eſt. Quid ergo,inquies,ſi fuerit contumelioſa,loquax & ebria?Quot vero liberæ tales ſunt? Præcepit autem deus vt omnia mulierũ vicia ferant viri. Duntaxat,inquit, nõ fornicetur mulier,reliqua vicia ferto.Et ſi temulenta fuerit, aut cõtumelioſa,aut loquax,aut inuida,vel ſumptuoſa,ſubſtantiámq; dilapidans,ſociam habes vitę,compone illam.Id enim tibi neceſſario incumbit:nam ideo caput es. Quod tuũ eſt facito. Et ſi corrigi nequit, perpetuòq; furatur, quæ tua ſunt cuſtodi:ne excrucies illam tãtopere. Si loquax fuerit,os illi obturato: Atque hoc excellentiſsimæ philoſophiæ eſt. Iam vero in tantam abſurditatem abeunt quædam, vt nudatis capitibus per capillos ancillas ſuas raptent.Vt quid erubeſcitis omnes? Nõ ad omnes vos mihi ſermo eſt, ſed ad eas quæ in iſtam ferocitatem abductæ ſunt.Eſt ne moris,dic quæſo, vt nudo capite ſtet mulier?Tu vero omnino & vittam capitis* vides?Vides quo modo teipſam contumelia afficias? Quòd ſi ſuapte ſponte nudo capite in conſpectu tuo compareret, probro illi verteres, cum tu vero ipſa illam nudes, nihil eſſe mali dicis? Deinde,quid ſi nõ emendatur,inquis?Virga & plagis illam caſtigato. Quãta vero vicia tu ipſa habes,quæ non corriguntur?Iſta nobis iam non illarum ſed veſtri gratia dicuntur, quæ liberæ eſtis, vt nihil deſignetis quod inhoneſtum ſit ac turpe nec vos ipſas lædatis. Si iſta domi tuæ in ancilla tractanda didiceris,mãſuetåq; fueris & non difficilis,multo magis erga virum talis eris. Nam ſi nihil tale operata,vbi poteſtas erat,inuenta fueris,multo magis nihil huius facies, vbi,vnde prohibearis,impedimentum eſt. Itaque philoſophia iſta erga ancillam ſeruata plurimum vobis ad acquirendam virorum beneuolentiam conferet.Nam qua menſura,inquit,metimini,eadem remetientur vobis & alij.Pone frænum oris tuo. Et ſi ancillam moleſtã generoſe ferendo laboraueris, in ea quæ paris honoris eſt tecum,etiam ſi contumelioſa fuerit,nihil ægreferes. Si vero nihil ægrè tuleris,abſolutã philoſophiam conſecuta es.Sunt vero quædam quæ deierent etiam:nihil autem eſt turpius ea quæ ad eum modũ iraſcitur.Quid ergo,inquies,ſi laſciue ſe iactet & ornet? Iſtuc prohibeto,& ego cõſentiam: Ita vero prohibeto,vt à teipſa incipias, non tantum timore, quantum exemplo. Sis in omnibus illi exemplaris imago. Et blaſphemia,inquit, tollatur à vobis. Vide quo modo progrediatur & creſcat malum.Amarulentia peperit tumorem,tumor irã, ira vociferationem, vociferatio blaſphemiam hoc eſt contumelias, blaſphemia deinde plagas, plagæ vulnera,vulnera mortem: verum nihil horum proferre voluit Paulus:ſed dixit,tollatur,cum omni malicia. Quid eſt cum omni malicia? In hoc omnia cõcludit ac ſummat.

Omnia mulierũ vicia, excepta fornicatione, ſerenda ſunt à viro.

* ὁρᾷς.ſed forte αἴρῃς ſcribẽdum, vt p videsne legam*, detrahit.

Matt.7.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

mat. Sunt autem quidam instar eorum canum, qui clã-
† accedentẽ culum mordentes, † prætereuntem quidem nec allatrant nec quicquam erga illum rancoris ostẽdunt, adblandientes vero mansuetudinísque speciem ostendẽtes, sicubi nacti fuerint incautos, dentes clanculum infigunt. Isti peiores sunt illis, qui ex aperto inimiciciam in se suscipiunt & profitentur. Quoniam igitur & homines canes sunt, neque inclamantes quidem neq; irascentes, neque molestiæ quicquam minãtes, occultè vero dolos concinnantes & innumera mala fabricantes, factisq; sese vlciscẽtes, & illos notare voluit Apostolus. Tollatur, inquit, à vobis cum omni malicia. Non est q̃ verbis quidem parcas, factis vero vlciscare. Ego linguã ideo castigaui, vociferationẽmque illius amputaui, ne flammam vehementius incẽdat. Si vero sine vociferatione etiam eadem facis incendiúmq; & carbones interne nutris, quæ vtilitas erit silentij? An ignoras quòd eiusmodi incẽdia omnium sunt nocẽtissima, quæ cum intus nutriantur, non quibusuis circunstantibus apparent? Et vulnera quæ in conspectum extra cutem sese
† febres illæ quæ ‖ & magna & parua non egerunt? Et † rogi illi qui ‖ interna comburunt? Ita & peior est reliquis ea ira quę mẽtem depascitur. Quin etiam ipsa, inquit, cum omni malicia, † & amarulentia & iactantia ‖ tollatur. Obediamus ergo Apostolo, omnẽmq; amarulẽtiam & omnem maliciam eruamus, ne contristemus Spiritum sanctum. Euellamus radicitus amarulẽtiam, excidamus eam. Ex animo amaricato nihil planè fit boni, nihil sani: omnia calamitates, omnia lachrymas, omnia ploratus & fletus spirant. Non videtis vel bestias illas quo modo eas cum vociferant auersemur? vtpote leonem aut vrsam: ouem vero non ita. Non enim illic est vociferatio, sed mansueta quædam vox. Et instrumentorum musicorum quædam iniucũdiora sunt sonitu, dum perstrepunt, vt tympana & tubæ. Quæ vero non ita sed submissa sunt & mollia, illa iucunda sunt, vt tibia, & cithara, & fistulæ. Ad hunc itaque modum mentem nostram instituamus, ne vociferemus, atque ita poterimus & iram vincere: illa vero excisa nos primi trãquillitate potiemur, & in serenum trãquillúmq; portum enauigabimus, quod contingat nos omnes cõsequi ĩ Christo Iesu domino nostro, &c.

Homilia xvi.

OMnis amarulentia, & tumor, & ira, & vociferatio, & maledicentia tollatur à vobis cum omni malicia. Sitis vero inuicem alius in alium comes, misericordes, largientes vobismetipsis sicut & deus largitus est vobis. Nõ est satis à malicia liberari, siquidem cõsequendum sit regnũ cœlorum, sed & multo virtutum lucro ac prouentu opus est. Nam ad hoc quidem vt à gehenna liberemur
Quo modo non satis sit malis abstinuisse. opus est vt abstineamus à malicia, vt vero regnum cõsequamur amplectẽda & vsurpãda est virtus. An ignoratis quòd ita fiat & in externo illo mundano foro, quando factorum habetur inquisitio, omnísque ciuitas in vnum cõgregatur? Nam vetus erat apud eos qui foris sunt consuetudo, vt aurea donaretur corona, non is qui nihil mali perpetrasset in ciuitatem (nam istud ad hoc dũtaxat sufficiebat, ne subeũdum esset supplicium) sed qui etiam magna beneficia contulisset. Ita scilicet oportebat ad istum honorem consequẽdum duci. Sed nescio quo modo penè oblitus sim, quod ad vos potissimum erat dicẽdum. Primam enim distinctionis istius
† tractabo partem † reiiciam modica quadam correctione vsus. Posteaquam enim dixi secessum à malis sufficere nobis ad hoc ne in gehennam incidamus, incidit interea di-

A centi horrida quædam comminatio, quæ non illis qui mali quicquam ausi sunt suppliciũ inducit, sed eos qui bonorum quippiam omiserunt punit. Quæ est autem ista? Imminente, inquit, die illa terribili, aduẽtantẽque certa illa & fixa iudiciaria cognitione, cõstitutus in tribunali suo iudex & ouibus quidem ad dextram collocatis, hædis vero à sinistris, ad oues dicet: Venite bene- *Matth.* dicti patris mei, possidete regnũ vobis ab exordio mũdi paratum. Esuriui enim, & dedistis mihi edere: istud bene habet. Oportebat enim eos tantæ benevolentiæ tantam vicissim retributionem recipere. Quod autem illi, qui de bonis suis egentibus non cõtribuerunt, non solum vsque ad bonorum priuationem puniuntur, sed & in gehennæ ignem amandantur, istud quęso, quámnam habet rationem? Et istud sanè potissimum probabilem habet rationem, nõ minus quàm illud prius. Nã
B ex eo instruimur, quòd illi quidem qui bona fecerunt cœlestibus sint potituri bonis, qui vero culpãtur, quòd etsi nihil habeant mali, bonorum tamẽ aliquid omiserunt, simul cum illis qui mala fecerunt in ignem gehẽnæ sint abducẽdi. Nisi quisquam illud dixerit, quòd & bonum non facere, maliciæ pars quædam sit. nam ocij istud est & segniciei. Ocium vero maliciæ pars est. immò vero non pars, sed causa & mala radix. Omnẽ quippe maliciam docuit ocium: itaque cauendum ne stulte quæstiones istas indagemus & inquiramus, nempe quẽ sit habiturus locum qui nihil boni fecit. Nihil enim bo-
ni facere hoc ipsum est malum facere. Dicas enim ve- *Simile.* lim, si famulum quempiam haberes, qui etsi nec furaretur, nec conuiciaretur, nec cõtradiceret, immò nec inebriaretur, nec reliquorum malorum quicquam designaret, sederet tamẽ perpetuo ocioſus, nec aliquid eo-
C rum, quæ seruus hero suo præstare debet faceret, nõ flagellares illum, non vt peruersum castigares, dic quęso? Atqui nihil dum mali operatus esset. Itaque hoc ipsum malum est. Producamus autem & ad reliqua vitæ genera sermonem. Sit agricola quisquam qui nulla in parte lædat nostra bona, nec illis insidietur, nec furtum intẽtet, duntaxat cõsertis domi manibus ocioſe sedeat, nec seminans, nec sulcum proscindẽs, nec boues subiugãs, nec vitem colens, nec alium quenquam eorum laborũ faciens qui ad terræ culturam pertinent. An huiusmodi non puniemus? Atqui nihil iniuriæ intulit, ne culpare talem possimus. Verũ hoc ipso quòd ocioſus fuit, iniuriam intulit. Iniuriam enim cõmittit communi ratione, qui, quam debet, vtilitatẽ suam nõ præstat. Quid enim, dic quæso, si quisque opificum & artificum, eum qui alterius artis esset, immò qui & suæ, nihil quidẽ læ-
D deret aut impediret, quieſceret vero & ociaretur duntaxat, an non hoc pacto omnis vita nostra perderetur & corrumperetur? Vis vt & ipsum corpus in hãc rationem ducamus? Manus igitur nec caput verberet, neq; linguam excidat, nec oculum effodiat, nec aliud quicquam eiusmodi mali committat, tantum vero ocioſa maneat, & ministerium suum quod debet toti corpori non præstet. An digna non esset quæ amputaretur potius, quàm circũferretur ocioſa, totíq; corpori nociua? Quid si os nec mãderet manum, nec morderet pectus, quæ vero sui sunt officij omitteret omnia, an non melius obturatum esset magis os tale? Itaque si & in domesticis, & in opificibus, & in toto corpore magna est iniuria, non solum mali quicquam facere, sed & bona omittere, multo magis istud vtique in corpore Christi erit. Propterea nos & beatus Paulus abductos à *malicia* ad virtutem ducit.

Moralis

Moralis adhortatio.

Simile. Quid enim proderit, dic quæso, spinas omnes excidere, si bonum semen iactum non fuerit? In idem quippe damni nos iterum constituet labor inutilis manens & imperfectus. Propterea sanè & Paulus curam nostri habens, admonitiones suas non in eo sistit, vt mala excidamus & tollamus, sed illico adhortatur, vt & bonorum sementem & plantationem ostendamus. Cũ enim
Ephes. 4. dixisset: Omnis amarulentia, & tumor, & ira, & vociferatio, & maledicentia tollatur à vobis cum omni malicia, subiunxit: Sitis vero inuicem alius in alium comes, misericordes, largientes vobisipsis. Isti enim sunt habitus & affectus. Et non sufficit vno liberari, ad hoc, vt in alterius affectus habitum restituamur: sed opus est rursus instinctu quodam & impulsu nõ minore eo qui ad fugam malorum permouit, vt ad possessionem bonorum perueniamus. Etenim qui corpore niger est, etiam
Simile. si ab ea corporis qualitate liberetur, non tamen mox albus euasit. Immò vero rei huius rationem ac iudicium non in naturalibus exerceamus, sed ex illis quæ ad vo-
Exemplum. luntatem pertinẽt exemplum adducamus. Qui inimicus non est, nõdum omnino amicus est, sed est mediũ quiddam, quod neque ad inimiciciam neque ad amicicium pertinet, in quo maxime constituta est erga nos maior hominum pars. Qui non illachrymatur, nõ planè etiam ridet, sed est media quædam conditio. Ita sanè & hic, nondum omnino comis est qui amarus non est, nec planè misericors qui tumorem non habet, sed adhuc & alio quodam studio opus est, vt istud bonum possideatur. Cõtemplare vero quo modo iuxta legem ac rationem optimæ agricolationis cõcreditam sibi ab agricola tellurem beatus Paulus perpurget & operando exerceat. Sustulerat adulterinam sementem, hortatur deinceps, vt contineant genuinam sationem. *Sitis comes, inquit. Nam si euulsis spinis ociosus iacet ager, inutiles iterum herbas proferet. Propterea ocium ipsius ac desidiam bonorum seminum ac plantarum satione* præoccupare oportet. Euulsit iram, posuit in locum comitatem: euulsit amarulentiam, reposuit misericordiã: excidit maliciam ac maledicentiam, plantauit remissionem ac condonationem. Hoc enim est quod dicit, largientes vobisipsis. Sitis, inquit, ignoscentes ac condonãtes. Ista quippe largitio maior est ea quæ fit in pecuniis: nam qui pecunias remittit ei cui mutuum dedit, bonum quidem opus facit & celebrandũ, veruntamen ad corpus vsque duntaxat ista largitio pertingit, licet sibiipsi retributionem in illis donis acquirat, quæ spiritualia sunt & ad animam pertinent. Qui vero peccata largitur ac cõdonat, & animæ suę ipsius prodest, & eius pariter cui remittit. Non enim seipsum duntaxat hoc pacto, sed & illum mansuetiorem reddidit. Nam animos eorum, qui nobis iniuriam intulerunt, nõ ita mordemus si in ius eos vocemus, atque si iniuriam condo-
† *ad verecũ diam flectẽ tes.* nemus: hoc modo illos pudefacientes & † placantes. Aliàs etenim nec nobisipsis nec illis prosumus, sed vtrosque damno afficimus, dum & nos vindictam ac retributionem more principum ludęorũ persequimur, & tumorem in illis incẽdimus. Si vero acceptam iniuriã mansuetudine compensauerimus, omnem ipsius iram excutiemus, posito apud ipsius conscientiam iudicio, vnde pro nobis prolatis sententiis, seipsum condemnabit iudicabitq; peiorem esse quàm nos. Nam reprehendet & damnabit seipsum, quærẽtq; omnem occasionẽ, quo mutuo acceptam longanimitatis partem maiore mensura reponat, sciens, si par duntaxat beneficium repen-

A derit, inferiorem se fore ob id quòd non prior ipse benefecerit, sed exemplum benefaciendi primum à nobis sumpserit, atque ideo minus rependat. Studebit itaque atque eò contendet, vt beneficij sui reddita semina in mẽsura excellant, vt minores, quas ex eo sustinet, quòd non prior sed secundus ad beneficij retributionem accessit, retributionis excellentia superet & abscondat, & inferiores quas ex tempore tulit, † eius scilicet, qui prior † *ei* male adfectus est, eas per mansuetudinis excellentiam communes faciat. Homines enim quando grati sunt, non ita propter accepta mala, quo modo propter bona, quibus ab illis afficiuntur, quos læserant, anguntur & gemunt. Nam illud quidem maliciæ, istud vero probri contemptúsq; plenum est, cum scilicet, cui benefactum est, nullo beneficio respondere. Hoc etenim laudem habet & applausum, & prẽconium ab omnibus, q
B qui iniuriam passus est, nullam meditatur vicissim vltionem. Atque ideo potissimũ hoc pacto qui mali sunt mordentur. Itaque si voles vlcisci, isto modo vlciscere. Malefactis repende bona, vt & ipsum malefactorẽ debitorem tuum constituas, & victoriam feras admirabilem. Affectus es male? vicissim benefacito. Ita vlciscere inimicum. Nam si in ius ipsum vocaueris, & te pariter & illum reprehẽdent omnes. Aliter vero fiet si iniuriã tuleris. Te quidem laudabunt & admirabuntur, illum vero reprehẽdent & incusabunt. Quid vero maius poterit fieri inimico, quàm vt videat eum quem odit admirari laudariq; ab omnib⁹? Quid inimico poterit obtingere amarius, quàm seipsum videre ab omnibus in eius conspectu quem odit, calumniari & probris affici? Si vindicaueris in ipsum, † & cõdemnaberis pariter, † *fortassẽ e-* & solus vltionem patieris. ¶ Si vero noxam remiseris, *tiã condẽna-*
C vindictam in hostem tuum pro te exercebunt omnes. *beris, & tu* Istud quidẽ grauius est, quàm si male abs te afficeretur, *solus vltio-* nempe, quòd tot vltores in ipsum hostem tuum insur- *nem sumpsi-* gunt. Quòd si tu quoq; os tuum aduersus illum aperue *ris.* ris, tacebunt illi. Si vero tacueris, non iam vni ori, sed innumeris aliorum illum obiicies, & magis hoc pacto vlciscêris. Et te si probris inimicum tuum afficeris, multi etiam culpabunt. Dicẽt enim verba esse animi commoti. Si vero is qui nulla sit lacessitus iniuria conuiciis ipsum ita perfuderit, tum maxime à suspicione ista pura fuerit vltio. Nam quãdo nihil mali perpessi, propter excellentiam mansuetudinis tuæ, non aliter condolẽt atq; compatiuntur, quàm si iniuriis essent affecti, tũ certe ab omni suspicione munda erit ista vltio. Quid igitur, inquis, si nemo vlciscetur? Non potest fieri vt adeo lapidei sint homines, quin admirentur philosophiam
D istam videntes. Et si tum vlti non fuerint, faciẽt tamen hoc postea, mox vbi cõposita mentis perturbatione ad seipsos redierint. Interea qui illum suggillãt & probris afficiunt, istud adimplent. Et si nemo alius te admirabitur, admirabitur tamen ille ipse inimicus tuus, etiam si nihil dicat. Nam iudicium boni incorruptum ac nulla parte deflexum, etiam si in ipsum maliciæ barathrũ deueniamus, nihilominus adhuc nobiscum persistit. Aut quamobrem putas dominum nostrũ Christum ista dicere: si quis te percusserit in dextram maxillã, obuerte *Matth. 5.* illi & aliam? An non ideo quòd quanto quis longani- *Luc. 6.* mior fuerit, tanto magis & seipsum & aduersariũ suum maxima vtilitate afficiet? Propterea præcepit & aliam obuertere, vt irati ac tumidi desiderium expleas. Quis enim adeo ferinis est moribus, qui postea nõ pudefiat? Canes hoc inter se facere dicuntur, vt quando in aliquem latrando irruperint, is vero supinum seipsum in terram

terram proiecerit, nihilq; contra fecerit, mox omnem iram hoc pacto extinguat. Itaque si illi placātur & quasi pudore suffunduntur coram eo, qui quiduis ab ipsis pati paratus est, multo magis istud humanū genus, maiore ratione præditum, decet. Sed enim dignum fuerit non præterire quod paulo antè in memoriā inciderat, & in testimonium adductum est. Quid autē est istud? Diximus de Iudæis & eorum primoribus, quòd culpati sint tanquam vltionis retributionem sectantes. Quāquam istud lex illis permisit, nempe, oculum pro oculo, dentem pro dente. Verum non ideo, vt oculos inuicem effoderent, sed vt metu idem patiendi, licētiam lædendi cohibentes, neque malum aliis inferrent, neq; ipsi paterentur ab aliis. Propterea dixit, oculū pro oculo, vt aduersarij manus liget ac cohibeat, non vt tuas contra eliciat & educat, non vt tuorum duntaxat oculorum læsionem prohibeat, sed vt & illius saluos custodiat. Sed vt quærere cœperam, qua ratione concessa vltione reprehenduntur quòd illa sunt vsi? Quidnā istud est? Iniuriarū memoriam hic dicit. Nam eum quidem qui læditur actionem mox instituere permittit, lædentem, vt dixi, detinens ac reum constituens. Iniuriæ vero memorem esse non ita permittit: nam istud nō iam iræ esset, aut feruentis impetus, sed studiosæ & accuratæ maliciæ. Ignoscit vero deus illis, qui dolore ac calūnia pariter rapti sunt & ad vindictā impulsi. Propterea dicit, oculum pro oculo. Et iterum: Viæ eorum qui iniuriarum sunt memores, ad mortem abeunt. Si vero tantum supplicij iniuriarum tenacibus positum est, vbi oculum pro oculo excæcare & eruere licebat, quanto magis illis, qui seipsos & ad malorum tolerantiam paratos exhibere iussi sunt? Ne simus itaque iniuriarum memores, se dextinguamus iram, vt beneuolētia ipsius præcipientis digni reddamur. Qua enim mensura, inquit, metimini, eadem remetientur vobis & alij. Et quo iudicio iudicatis, eodem iudicabimini, vt videlicet & eos qui in præsenti vita sunt, laqueos effugiamus, & ad futurum illum diem veniam ab ipso acquiramus, gratia & benignitate, &c.

Leuit.24.d *Deut.19.d* *Matt.7.a*

Homilia xvij.

Cap.V.

Estis vero inuicem alius in alium comes, misericordes, Largientes vobismetipsis, quemadmodum & deus in Christo largitus est vobis. Sitis igitur imitatores dei, tanquam filij dilecti, & ambulate in dilectione, quemadmodum & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & victimam deo in odorem bonæ fragrantiæ. Maiorem persuadendi virtutem habent quæ præterierūt quàm quæ futura sunt. Videntur etiam admirabiliora esse & certiora. Propterea & Paulus ab acceptis iā beneficiis adhortationem texit: nam illa quidem Christi gratia plus habent virium. Quòd enim dicit: Remitte & remittetur tibi: &, si non remiseritis, non remittetur vobis, si ad philosophos quidem viros dictum fuerit, & eos qui futuris fidem habent, multum sanè poterit. Paulus vero nō solum ex istis vrget, sed ex beneficiis iam acceptis. Illud enim est supplicium quidem fugere, istud vero & boni cuiuspiam participem fieri. Christum imitare. Istud vnum sufficerit adhortamentum virtutis, deū scilicet si imitatus fueris. Hoc vero maius illo, quòd solem producit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Non enim simpliciter dixit, vt deum imitemur, sed vult vt in quibus nobis benefit, paterna inuicem viscera alius in alium habeamus. Nam viscera ista dicuntur, & benignitas, & commiserationes. Cum enim fieri non possit, vt qui homines sunt, nec contristent aliquem, nec cōtristentur ipsi, reperit alterū pharmacum. Itaq;, inquit, largimini vobis ipsis. Quanquam ita nihil dum quod par sit feceris: nam tu quidem nūc largiris, rursus tibi largitur ille, deo vero nihil largitus es. Et tu quidem conseruo, deus vero seruo, & bosti suo & osori. Quemadmodū & deus, inquit, in Christo largitus est nobis. Et istud magnum habet ænigma. Non simpliciter, inquit, sine periculo largitus est, sed cum periculo filij: vt tibi ignosceret, filiū immolauit. Tu vero sæpenumero cum remissionem videas esse, & sine periculo & sine sumptu, tamen non ignoscis. Sitis imitatores dei tanquam filij dilecti, & ambulate in dilectione, quemadmodum & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & victimam deo in odorem bonæ fragrantiæ. Ne vero oblationem istam necessitate coactam fuisse putes, audi quid dicat: Nempe, quòd semetipsum tradiderit. Quemadmodum te dilexit dominus, ita tu dilige amicum: immò neque ita poteris: veruntamen dilige vt poteris. Papè quid poterit hac voce beatius esse: nihil par dixeris, etiam si regnum, aut quicquid tandem, protuleris. Deum imitaberis, deo exequaberis, si aduersario ignoueris. Oportet vero delicta magis quàm pecunias remittere. Nam siquidem pecunias remiseris, deum nondum hoc pacto imitaberis. Delicta vero si remiseris deū imitaberis. Veruntamen quo modo poteris dicere, pauper sum, remittere non valeo, cum & ea quæ remittere potes, non remittas? Et est ne hic damni quicquam? Nūquid diuitiæ magis? num abundantia? num opulentia? Ecce & aliam adhortationem generosiorem. Tāquam filij dilecti, inquit, & aliam habetis necessitatem imitandi ipsum, nō solum vt bene nobis fiat, sed vt & filij reddamur: tanq̄ filij dilecti. Quoniam enim non omnes filij patres suos imitantur, imitantur vero dilecti, propterea dicit: tanq̄ filij dilecti, ambulate in dilectione. En omniū causam. Ista si fuerit: nec tumor erit, nec ira, nec vociferatio, nec maledicentia, sed simul hæc omnia sublata erūt. Propterea & postremo loco caput hoc posuit. Vnde factus es filius? Ex eo quòd remissum est tibi. Ex ea itaque causa, vnde tanto affectus es honore, ex ea, inquam, ipsa ignosce & proximo tuo. Dic quæso: Si quis te vinctum & innumeris malis obnoxiū in regiam duxisset: immò vero relinquamus istud. Si quis te febricitantem & frigore pereuntem pharmaco quodam iuuisset, an nō ipsum præ omnibus honorares, atque ipsum etiam pharmaci nomen? Si enim tempora & locos, quibus adiuti sumus non aliter habemus quàm nostras ipsorum animas, multo magis res ipsas. Amator esto dilectionis, per ipsam saluatus es, per ipsam filius dei factus es. Quòd si & alium saluare posses, an non hoc ipso pharmaco veteris & admonebis omnes dicti illius, remittite, & remittetur vobis? Gratarum mentium est istud: ita adhortari liberorum est & generosorū. Quemadmodum & Christus dilexit nos. Tu parcis amicis, ille inimicis: igitur multo maius est quod à domino fit. Illud enim (Quemadmodum,) vbi seruatur, nisi videlicet dum & inimicis benefacimus? Et tradidit semetipsum oblationem & victimam deo in odorem bonæ fragrantiæ. Vides quod pro inimicis pati, odor sit bonæ fragrantiæ, victima acceptabilis? Quòd si mortuus fueris pro illis, tū demum eris victima. Istud scilicet est imitari deum. *Fornicatio vero & omnis immunditia, aut auaricia, neque nominetur inter vos, quemadmodum decet sanctos.* Dixerat de amaro tumoris affectu, venit iam ad minus malum. Quod enim minus malū

Luc.6.f *Matt.6.b* *Matt.5.g* *Luc.6.f*

nus malum sit concupiscentia, audi & in lege Mosen
Exod.20.c Deut.5.b primum dicentem: Ne occidas, quod quidem tumoris est, & tunc subiungentem, nō mœchaberis, id quod est concupiscentiæ. Quemadmodum enim amarulētia, & vociferatio, & omnis malicia, & maledicentia, & quæcunq; talia tumidi sunt, ita cōcupiscentia laborantis est
*πλεονεξία, pro habēdi cupiditas, nimia auiditas. fornicatio, immunditia, & *auaricia. Eodē enim affectu concupiscentiæ & pecunias amamus & corpora. Sed quēadmodum illic vociferationem, tāquam iræ vehiculum, sustulit, ita & nunc turpiloquiū & facetiarū vrbanitatem, vt fornicationis vehiculum aufert. *Et obscœnitas*, inquit, *& stultiloquiū, & facetiarū vrbanitas, quæ non cōueniunt, sed magis gratiarum actio.* Neq; dicas vrbanas facetias ac turpia, neq; facias, & flāmam extingues. Neq; nominetur, inquit, inter vos: hoc est, omnino ne appareat
1.Cor.5.a quidē. Istud & Corinthiis scribens dixit: omnino auditur inter vos fornicatio: id est omnino mundi sitis. Ser
B mones enim rerum sunt viæ. Deinde ne videatur onerosus esse & molest⁹, vrbanitatēmq; temere amputare, addidit & causam, cū dixit, quæ nō conueniūt. quæ nihil, inquit, pertinēt ad nos, sed magis gratias age. Quid prodest vrbane dixisse? Risum duntaxat mouisti. Dic mihi, facit ne coriarius quicquā eorum quæ ad artē suā nō pertinent, aut possidebit aliquod tale instrumentū? Nequaquā. Quæ enim nullo sunt vsu, nihil illa ad nos.

Moralis adhortatio.

Nullus igitur sit nobis sermo ociosus. Ex ocioso quippe sermone incidimus & in absurdos. Præsens tempus nō effundendi gaudij, sed luctus est, tribulationum, & lamentationum. Tu vero leuiter vrbanis facetiis iocularis? Quis athletarū stadium ingressus, relicta solicitudine cū aduersario certandi, facetiis vtitur? Instat diabolus, circuit rugiens, vt rapiat omnia mouet ac tētat,
C omnia aduersus caput tuū inuertit, extráq; nidū eiicere te molitur, dentibus stridet ac fremit, ignē spirat aduersus salutē tuam, & tu sedes facetias effundens, & quę stulta sunt & ad rem nō conueniunt effutiens? Poteris itaq; ipsum bene superare? Ludimus dilecti? vis discere
Act.20. sanctorum cōuersationem? Audi Paulū dicentē: Trien nium, inquit, noctes ac dies non destiti cum lachrymis admonere vnūquenq; vestrum. Si vero pro Milesiis & Ephesiis tanta vsus est diligentia, nō facetias loquens, sed cum lachrymis admonitionē inferēs, quid de aliis
2.Cor.2. dici poterit? Audi vero quid & Corinthiis dicat: Ex
Ibid.11. multa tribulatione, inquit, & anxietate cordis scripsi vobis per multas lachrymas. Et iterū: Quis infirmatur
Rom.8.d & ego nō infirmor? Quis offenditur & ego non vror? Quin audi quid & alibi dicat: Nā & nos, inquit, qui sumus in hoc tabernaculo, gemim⁹. & per singulos dies, D vt ita dicam, ex hoc mundo migrare cupiente Apostolo, tu rides & ludis? Belli tēpus est, & tu quæ tripudiantium sunt vsurpas? Non vides bella gerentium facies, quo modo sint tristes, cōtractis supercilijs terribiles, & horrore plenę. Viden' aciem oculorū austeram? cor excitatum, saliens & palpitans? animū collectum, trementem ac trepidantē? vt multam disciplinam rerumq; cōcinnitatem taceam. Itaq; apud illos nō licet turpe verbum dicere, immò ne loqui quidē temere, multum silētij illis qui in exercitu sunt, sibi inuicem mādantibus. Si ergo illi quibus cum sensibilibus & carnalibus hostib⁹ bellum est, quiq; ex sermonibus nihil detrimenti accipiunt, tanto vtūtur silentio: tu cui & in sermonibus bellum est, immò potior pars belli, eā tibi partē immunitam relinques & nudam? An ignoras quòd hinc potissimum pluribus insidijs obruimur? Ludis, deliciaris, fa-

A cetias dicis ac risum moues, nihil ista curās? Quot sunt ex facetijs periuria, quot incōmoda, quot †stulti loquia? Sed tales, inquis, nō sunt facetiæ. Verū audi quod omnem facetiarum vrbanitatē reiecerit Apostolus. Belli tēpus est, pugnæ, vigiliarū, custodiæ, armaturæ & aciei. Nullū hic locum habet ridendi tempus: illud enim mūdi est. Audi Christum dicentē: Mundus, inquit, gaude- Ioan.16. bit, vos autem cōtristabimini. Malorum tuorum gratia crucifixus est Christus, & tu rides? Alapis percussus est, tantáq; cōmodi tui gratia, ad auertēdam tempestatem, quæ te occupabat, passus est, & tu deliciaris? Et quo modo quæso ipsum nō magis ad iracūdiam prouocas? Verum quoniā nonnullis res ista indifferens esse videtur, quæ & difficile vitatur, age pauca de illa disseramus, q̄ sit mala docentes. Etenim diaboli opus est illud, facere vt indifferentia cōtemnantur. Primum igitur, etiam si
B indifferens esset res ista, neq; sic tamen illam cōtemnere oportebat, scientē quòd ex ea generētur magna mala, & ita crescat, vt & in fornicationē sæpenumero desinat. Quòd autem indifferēs non sit, hinc linquet. Videamus ergo vnde nascatur, immò vero videam⁹ qualem oporteat esse sanctū, mansuetum scilicet, mitem, lugentem, lamētantem, ac tribulatum. Sanctus ergo non est, qui facetias loquitur. Quin ridiculus est qui hoc facit, etiam si sit Græcus atque gentilis. Illis dūtaxat licet, qui in scæna ludunt. Vbi turpitudo ibi & vrbanæ facetiæ, vbi risus intempestiuus, ibi & vrbanæ facetiæ. Hic Psal.2.c audi quid propheta dicat: Seruite domino in timore, & exultate ei in tremore. vrbanitas enim mollem facit animum, desidē attollit, & conuicia sæpe parturit, & bella facit. Quid vero tandem, nónne vir iam factus es? euacua igitur quæ sunt paruuli. Tu vero famulum
C tuum in foro quicquā dicere quod non prosit, nō pateris, ipse cum te seruū dei esse dicas, facetias vrbanas in †bene cū eō foro loqueris. † Animū sobriū nemo decipit. Ieiusum animo agi vero ac leuem quis nō facile expugnet? ipse suo telo semet cōficit, nec eget diaboli insidijs ac violentia. Vt id putādū est, vero discas, vel nomen ipsum vide. εὔτροπος dicitur qui sobrius & attentus varius, versutus, instabilis, leuis, in omnia mutabilis. nō succūbit, Istud vero procul est ab illis qui petræ seruiunt. Confe- εὔτροπος stim vertitur qui talis est, & trāsmutatur: oportet enim quis sit ipsum & habitum, & verba, & risum, & gressum, & omnia aliorum imitari, & scommata etiam struere & excogitare talē oportet: nam & istud illi opus est. Mordere vero scōmatis procul est à Christiano. Necesse est etiā vrbanis deditum facetijs minime necessarias in sese recipere inimicicias eorū quos temere salibus suis lædit, siue præsentes sint, seu absentes hoc audiāt. Si res ista bona est, & honesta, vt quid mimis iniūgitur? Sis mimus, & nihil pudeas. Quamobrē ingenuis vestris nō mandatis, vt hoc faciant? Nōne rem istam iudicatis morum esse inhonestorum, & minime modestorū? Magna mala mētem illam, quę facetijs istis vrbanis dedita est, magna dissolutio & vastitas inhabitant. Harmonia illius hiulca est, carioſum ac marcidum est ædificium, timor exterminatus est, pietas fugata. Linguam habes non vt alios salibus tuis mordeas, sed vt deo gratias agas. Non vides eos, quos moriones vocāt, Samardacos illos? Isti sunt vrbani illi. Exterminate, obsecro, ex animis vestris ingratam istam gratiā. Parasitorū est res ista, mimorū, saltatorū, prostantium mulierū, procul à mente libera, procul ab ingenuo, peul etiā à seruis. Si quisq̄ est ignobilis, si quisquā est turpis & obscœn⁹, iste sit & vrbane facetus. Multis vero res ista etiā virt⁹ quędā esse videtur, & hoc ipsum luctu dignū est. Quēmadmodum enim

concupiscẽtia paulatim in fornicationẽ prolabitur, ita fit etiã, vt vrbanitas illa gratiosa videatur. Nihil vero illa minus habet gratiæ. Audi quippe quid scriptura dicat: Ante tonitruũ præproperat fulgur, & verecundiæ obseruantem præcedit gratia. Vrbano autẽ nihil impudentius. Itaq; os illius nõ gratia, sed dolore plenum est. Eliminemus cõsuetudinem hanc mensarum. Sunt vero nõnulli, qui & pauperes istud doceant. O absurditatem. Eos qui in tribulationib⁹ sunt vrbanis facetiis inseruire faciunt. Vbi quæso morbus iste nõ inualuit? Iam & in ecclesiam introductus est, iã & scripturas apprehẽdit. Dicámne, quo mali huius excellẽtiam demõstrem? Pudet quidem, attamen dicam. Volo enim ostendere, quousq; malũ hoc progressum sit, ne videar minutula exaggerare, deq; re modica quadam vobis differere, si forte vel ita queam ab isto vos errore abducere. Neq; putet me quisquã aliquid fingere, sed quæ audiui referam. Cõtigit vt aliquis huius farinæ apud quenquã eorum existens, qui scientiæ gratia sese plurimũ iactitant (scio quidẽ me risum moturum, verũtamen dicam) apposita scutella dixerit, λαβέσθε παιδία, μήποτε ὀργισθῇ κοιλία. hoc est, apprehendite pueri, ne qua sit ira ventri. Et alij rursum, væ tibi Mãmona, & ei non qui te habet. Et multa huiusmodi absurda vrbanitas ista induxit, vt quando dicunt: Iam nõ est genesis. Ad absurditatem dico illud, inquiunt, & mores turpes. Sunt enim hæc verba mẽtis ab omni pietate desolatæ. An igitur ista verba nõ sunt fulmine digna? Et multa eiusmodi alia, quæ ab illis dicuntur, inuenire quis poterit. Propterea adhortor, vt ista omnino exterminata cõsuetudine, ea loquamur, quæ nos deceant. Nec loquãtur ora sanctorũ verba hominum ignominiosorum ac turpium. Quę enim participatio iusticię cum iniquitate? Quæ cõmunicatio luci cũ tenebris? Debebat enim iucũdum esse nobis & amabile, vt ab omnibus absurdis nosipsos abduceremus, quò promissa bona cõsequi valeremus, ne tãtopere dissoluti essemus, mentisq; diligẽtiam & acrimoniã tot modis vastaremus ac perderemus. Mox enim conuiciatur & maledicit qui eiusmodi facetiis vrbanis studet. Qui vero conuiciatur innumera mala sibiipsi accumulat. Cõpositis itaque duabus istis animæ speciebus, rationiq; instar equorum bene parẽtium subiugatis, cõ cupiscentia scilicet & iræ tumore, ita mentem vice aurigæ illis imponamus, vt & palmam supernæ vocationis apprehendamus, quod contingat, oro, nos omnes consequi in Christo Iesu domino nostro, &c.

Eccli. 32. b

ἄρτι νὴ ἐστὶ γένεσις

2. Cor. 6.

Homilia xviij.

Vel scire debetis.

NAm istud cognoscẽtes scitis, quòd omnis scortator, aut immundus, aut auarus qui simulachrorũ cultor est, hæreditatem in regno Christi ac dei nõ habet. Nemo vos inanibus sermonibus decipiat: nã istorum gratia venit ira dei super filios inobedientiæ. Erãt & apud maiores nostros quidam, quemadmodum fieri solet, qui populi manus dissoluẽtes, & quod ab Ezechiele dictũ est, in opus & effectum deducẽtes, immò quæ pseudoprophetarũ sunt facientes, pro pugillo hordei deũ ante populum suũ vilipendebant, quod & nunc à quibusdam fieri puto. Quãdo igitur dicimus in gehennam abiturum eũ, qui fratrem suum vocauerit fatuũ, dicũt alij, etiã qui fratrem suum fatuum vocauit in gehennã ibit? Nõ inquiunt. Et quãdo dicimus auarum simulachrorũ esse cultorẽ, & istud quoq; vilipendunt hyperbolen esse dicẽtes. Atq; ad eũ modum omnia præcepta extenuant. Istos itaq; & tunc significans beatus Paulus, scripsit Ephesiis sic dicẽs: Nã istud cognoscẽtes scitis, quòd omnis scortator, aut immundus, aut auarus, qui est simulachrorũ cultor, hæreditatem in regno Christi & dei nõ habet. Deinde adiungit: Nemo vos inanibus sermonib⁹ decipiat. Inanes sunt illi sermones qui ad tempus gratiam habẽtes, nequaquã re ipsa ostenduntur. Est enim seductio res ista. Propterea venit ira dei super filios inobediẽtiæ. Propter fornicationẽ, inquit, propter auaritiã, propter immunditiam. Aut propter ista, & propter seductionem, quoniã sunt impostores. Filios inobedientiæ vocat vel de inobediẽtes, qui sibi nõ obediebant. *Ne fitis igitur cõsortes illorum. Eratis enim aliquãdo tenebræ, nunc vero lux in domino.* Vide quo modo prudenter adhortatus sit. Primũ à Christo sumpto argumento, quoniã diligitis vos inuicem, & nemini iniuriã facitis. Rursus hortatur argumẽto supplicij & gehennæ. Eratis enim, inquit, aliquando tenebræ, nũc vero lux in domino. Quod quidem & in epistola ad Romanos dicit: Quẽ igitur fructum tũc habuistis in illis, quorũ vos iam pudet? Reuocat illis quoque in memoriã priorem maliciam, quasi dicat: Cogitate quid aliquando fueritis vos, & quid facti sitis. Ne recurratis denuo ad priorẽ maliciam, neq; contumelia gratiã dei afficiatis. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, idq; nõ ex vestra virtute vobis, sed per gratiam dei cõparatum est: hoc est, Eratis eodẽ supplicio & vos aliquando digni, sed iã non amplius. *Vt filij lucis itaq; ambulate.* Quid est quod dicit, vt filij lucis?

Rom. 6.

Fructus enim spiritus est in omni iusticia, & bonitate & veritate, probantes quid sit acceptum domino. In omni, inquit, bonitate. Istud cõtra iracundos & amarulentos dicit. Et iusticia: hoc aduersus circũuentores ac defraudatores. Et veritate. Hoc cõtra mentiendi voluptatem loquitur. Nõ illa dicit, quæ memoraui, sed cõtraria. In omni. Istud est scilicet, spiritualiter fructificare. Probantes quid sit acceptum domino. Igitur lubricæ mentis sunt illa & inutilis. *Et ne cõmercium habueritis cum infructuosis tenebrarum operibus. Quin etiã redarguite illa potius. Nam quæ secreto fiunt ab ipsis turpe est vel dicere: omnia vero quæ arguuntur à luce manifestantur fiunt.* Dixerat, quoniã lux estis, lux vero arguit ea quæ in tenebris fiunt. Si vos, inquit, virtute fueritis cõspicui & admirandi, nõ poterunt mali latere. Quemadmodũ enim posita lucerna illuminantur & cõspicui reddũtur omnes, nec latro quispiã audet irrumpere: ita & luce nostra lucente, deprehẽdentur mali redarguti conspicuiq; facti. Itaq; redarguere oportet. Quo modo igitur dicit: Nolite iudicare, ne iudicemini? Redarguere, *Matth. 7.* non cõdemnare, hoc est, instruere & erudire præcepit. Illud vero, nolite iudicare ne iudicemini, de minimis *Ibidem.* delictis dixit Christus. Deniq; subiunxit: Quid vides festucam in oculo fratris tui, trabẽ vero quæ est in oculo tuo nõ animaduertis? Quid est autẽ, inquis, quod dicit? Tale quid est. Quemadmodum vulnus donec superne tectũ latuerit, & profunda penetrauerit, nulla ratione curatur: ita & peccatũ quandiu absconditur, multa licẽtia, velut in tenebris plurimũ audet: posteaquã vero manifestum fuerit, iã lux est nõ ipsum peccatum. Quo modo? Qui peccatũ fecit quãdo in medium producitur & accusatur, quãdo admonetur, quando resipiscit, quãdo remissione potitur, nũquid tenebras eius hoc pacto expulisti? Nunquid tunc vulnus eius curasti? Nũquid sterilitatẽ eius ad fertilitatẽ prouocasti? Siue hoc, inquit, siue illud, vita nostra, cum manifesta est, lux est. Vitam enim irreprehensibilem nemo abscondit. Quę vero celantur, per hoc quòd obtenebrantur, absconduntur. Propterea dicit: *Expergiscere qui dormis, & surge à mortuis, & illuminabit tibi Christus.* Dormientem & mortuum eũ dicit, qui

Luc. 6.

cit,qui in peccatis est. Nam & male fœtet vt mortuus, & inutilis est vt dormiens, & nihil videt quemadmodum & ille,sed somniat,& vana imaginatur. * Et continges Christum. Sunt vero qui dicant,& illucescet tibi Christus:immò magis illud est:Abstine à peccato & poteris videre Christum:nã qui mala facit odit lucẽ,& non venit ad lucem.Itaq; qui nõ malefacit venit ad lucem:& continget Christum. Verum nõ de infidelibus dũtaxat istud dicit. Multi quippe fidelium nihil minus quàm infideles maliciæ adhærent:quin sunt qui multo etiam amplius. Propterea & ad istos necessarium est dicere:Expergiscere qui dormis & surge à mortuis, & illucescet tibi Christus, Ad istos apposite & hoc dicetur: Deus non est mortuorũ sed viuẽtium: si ergo mortuorum deus nõ est,viuamus. Sunt autem qui hyperbolen esse dicãt ꝙ auarum dixit idolorũ esse cultorem. Verũ non est hyperbolice dictũ,sed vere. Quo modo & qua ratione? Deficit à deo auarus,quemadmodum simulachrorum cultor.Et ne putes istud temere dici,est sentẽtia Christi quæ dicit: Nõ potestis deo seruire & mammonæ, qui mãmonæ seruiunt,seipsos extra seruitutem dei eiecerunt.Qui vero dominium ipsius abnegant,& inanimato seruiunt auro,clarum est eiusmodi idolorũ esse cultores. Sed nullum,inquis,feci simulachrũ, neq; constitui aram,neq; immolaui oues,neq; vinum libando obtuli,sed ecclesiam ingressus sum,manúsq; ad vnigenitum dei filium extẽdi, ad hæc mysteriorum quoq; participationem, & precandi cõmunionem ac reliqua omnia,quæ ad Christianum hominẽ pertinent, obseruo. Quo modo igitur idola,inquis,adoro? Istud ergo ipsum summopere admirandum est,quòd cum experimẽtum ceperis & gustum diuinæ benignitatis, cognoscàsq; Christum esse dominũ,relicto tamẽ Christo crudelem tyrannum cõplexus es.Et simullas illi quidem te seruire,reuera tamen duro & graui auariciæ iugo teipsum subiecisti.Nõdum mihi virtutem tuã narrasti,sed dona domini.Dic mihi obsecro,vnde probamus militem? An ex eo quòd cũ reliquis satellitibus comitatur regem,& ab eo nutritur,illiúsq; nomini accensetur? An inde quòd quæ illius sunt curat? Si cũ rege se facere & quę illius sunt curare simulauerit quidem,interea vero res hostium agendas susceperit,grauius delictũ esse dicimus, quàm si planè seipsum à seruitute regis abruptũ hostibus addixerit. Et nũc vituperas deum quẽadmodum & idolorũ cultor,idq; non vno ore tuo,sed innumeris eorum, quos iniuria afficis ac lædis. Sed simulachrorum cultor,inquis,non est. Quando igitur Græci infideles dicunt,Christianus iste auarus est,tum nõ solum ipse deũ malefactis suis vituperat, sed & eos quos iniuste læsit sæpe cogit istud dicere.Si vero non dicũt, ipsorum erit religioni & pietati adscribendum. An nõ videmus res istas ita fieri? Quid aliud est idolorum cultor:An nõ & ipse viciosam mẽtis affectionem sæpenumero adorat dum illam nõ cohibet?vt exempli gratia, cum illi dicimus,quòd simulachra adoret.Non,inquit, simulachra,sed Venerẽ,sed Martem. Et cum rogamus, Quæ est ista Venus?qui grauiores inter eos sunt respõdent,voluptas est.Et quis est Mars? Animꝰ masculus & vehemẽs. Ad eum modum & tu Mammonam adoras. Quòd si dixerimus:Quis est iste Mammonas? Auaricia est,& tu illam adoras.Nõ adoro,inquis. Quare? Quòd teipsum illi non accuruas?lã multo illum amplius opere rẽq; ipsa adoras.Nã ista potior est adoratio. Et vt rẽ ipsam cognoscas,ad deũ animi intuitum cõuerte: considerãq; quinam illum verius ac magis adorent: an qui simpliciter adstant in precationibus,an qui volũtatem ipsius faciunt.Ita & qui Mãmonam adorant,verius illũ ac magis adorant, qui voluntati ipsius obsequuntur. Quanquã qui mentis affectiones adorãt,extra illas sæpenumero cõstituti sunt. Est enim videre Martis cultorem qui animi vehementiam sæpenumero cohibeat ac vincat. Tu vero non ita, sed animi affectioni teipsum subiicis.At non mactas illi oues? Mactas vero homines & animas rationales, illas quidẽ fame, istas autẽ maledictis. Isto sacrificij genere nihil est bacchicum magis; nihil scilicet insanius. Quis vidit vnquam animas mactari? Maledicta est auariciæ ara: nã si ad simulachrorũ illam accesseris arã,videbis eam caprinum & bouinum olẽtem sanguinem, ad istam vero auariciæ aram si veneris humanum sanguinẽ videbis misere & crudeliter exhalãtem.Hic si steteris, non cõtemplaberis halitum, alas incensas,nec redditum nidorẽ,& fumum,sed perditum humanum corpus.Hic videbis quosdã quidem, qui seipsos in præcipitia coniecerunt,alios vero qui laqueum applicuerunt,nonnullos etiã qui ensem per ipsum guttur trãsegerunt. Vides hostias crudeles & inhumanas? Vis istis etiam sæuiores videre? Ostẽdam tibi iã nõ humana corpora illic,sed & hominum animas mactari.Nam & animæ mactari possunt, mactatione quæ cõueniat animæ: quemadmodum scilicet animæ mors est.Anima enim,inquit,quæ peccat,moritur.Non quidẽ talis qualis est corporis, sed multo grauior est mors animæ:nã corporalis illa mors est,quæ solutis & seiunctis inuicem anima & corpore, hoc quidẽ à multis curis & laboribus liberat ac recreat,illam vero in illustrẽ locum dimittit. Deinde quod dissolutũ est & sine spiritu,suo tempore denuo cũ incorruptione coniungitur, propriámq; recipit animã.Atq; hæc mors talis quidem est,animę vero horrida & terribilis.Animã enim posteaquam à corpore soluta fuerit, nõ ita vt corporalis facit ad potiora dimittit, sed rursus incorruptibili corpori deuinctam in ignem detrudit inextinguibilẽ. Eiusmodi est mors animæ. Quemadmodum est ergo mors animæ,ita est & animæ mactatio.Quid est corporis mactatio?Mortificari scilicet,& ab energia illa quæ animę est abrumpi.Quid est animæ mactatio?& istud est mortificatio:Quid autẽ est animæ mortificatio.Quẽadmodum enim tunc corpus mortificatur, quãdo anima illũd in operatione sua desolatũ ac priuatum relinquit: ita & anima tũ est mortua, quando illã energia sua destitutã relinquit spiritus sanctus. Atq; istæ mactationes potissimum apud aram auariciæ fiũt. Nõ saturatur nec sistitur humano fuso sanguine, nisi ipsam etiam animã immolaueris,nec adimpletur auariciæ ara, nisi vtriusq; & immolantis & immolati animas recipiat.Necesse est enim hic vt qui immolat aliũ, primũ immoletur ipse, atq; ita immolet,vt mortuus immolet interea viuentẽ. Quando enim maledicit,quãdo conuiciatur, quando indignatur,nunquid istæ animæ plagæ immedicabiles sunt? Vides iã quo modo nõ hyperbolice dictum sit,ꝙ Paulus auarum idolorũ esse cultorẽ dicit? Vis & aliud audire, & cognoscere quo modo auaricia sit idolorũ cultus,immò peior etiã idolorum cultu:Idolorũ cultores creaturas dei adorãt.Et venerati sunt,inquit,& coluerunt creaturã pluſquam creatorẽ.Tu vero tuam ipsius creaturã adoras:auariciam enim deus non creauit, sed insatiabilis illa immodestia tua eã adinuenit.Et vide insaniã & vanitatem ridiculã.Qui idola adorãt,honori etiã habent quæ adorant, & si quis contradixerit, aut conuiciis illa insectetur,pro virili tuẽtur. Tu vero

* ἅπτεται σου ὁ Χριστός. Ἀλλὰ καὶ ἀνάστηθι ἐκ τῶν νεκρῶν καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός.

† Istud Ioan.3.c

Regreditur ad id quod auarus simulachrorum cultor dicit.

Peior est auarus q̃ simulachrorum cultor.

Luce 16.c

ὁ Σημός.

Ezech.18.a

Rom.1.c

quasi per ebrietatem rem adoras, quæ nõ solum repre- A
henſione non vacat,ſed & impietate plena eſt.Itaq; pe-
ior es illis: neque enim defendere potes auariciam, ac
dicere non eſſe malam.Licet & illi potiſsimum inexcu
ſabiles ſint,tu tamen multo magis, qui ſæpenumero a-
uariciam taxas ipſe,& eos qui illam colunt, illiq; ſer-
uiũt & obediũt,omnes in vniuerſum improbas. Quòd
Vnde ſit idololatria. Sap.14.b ſi placet inquiramus vnde ſubingreſſa ſit ſimulachro-
rum cultura. Sapiens quidam vir dicit,diuitem quem-
piam hominem, immaturo mortui filij luctu exhau-
ſtum,cum nullam prorſus luctus ſui conſolationem ha
beret, ſic mentis ſuæ paſsionem ſolatum eſſe, vt inani-
mato ſimulachro ad imaginem mortui filij ſui facto,ita
perpetuo oculos intenderit,vt putauerit ſe in imagine
iſta quaſi præſentem habere defunctum filium: Adu-
latores vero quoſdam,quorum deus vẽter erat,ad ho-
norem & aſſentationem diuitis ſimulachrum iſtud co- B
luiſſe, atque ita conſuetudinem ſimulachra colendi in
medium produxiſſe.Introducta eſt igitur ab impoten-
tia animæ,à conſuetudine inconſiderata, ab immode-
ſtia:Auaricia vero non ita. Ab impotẽti quidem & im-
becilla mente profecta eſt & ipſa,verum à peiore. Non
amiſit hic aliquis filium, nec luctus ſolamen quiſquam
quæſiuit,neque ab adulatoribus pertractus eſt, ſed quo
Cain inuen tor auariciæ modo? Dicam vobis. Cain eſt qui auaricia ſua deum
fraudauit.Nam quæ illi dare debebat, ſibiipſi detinens,
quæ ipſe debebat habere, illi obtulit, atque ita malum
iſtud erga deum primus inuenit. Si enim dei nos ſu-
mus, multo magis quæ potiora ſunt in bonis noſtris.
** πλεονε-ξία, auari-cia,immodi-ca auiditas Gene.6.a* Deinde & in mulieres impetum fecit* auaricia, vide-
bant enim filias hominum, & in concupiſcentiam de-
uoluti ſunt:ab illis poſtea ad pecunias.Plus enim in tẽ-
poralibus habere velle quàm proximus habeat, non eſt C
aliunde factũ,quàm ex eo quòd dilectio refriguit. Plus
habere velle nulla eſt ex re alia quàm ex arrogantia, o-
dioq; & contemptu hominum. Terrã non vides quan-
ta ſit?Quo modo multo maior quàm vſus expoſtulet,ſit
† aer, quo modo cœ-lũ ſinterpr. pro ἀὴρ, le-git ἀνὴρ. † maritus eius,nempe cœlum? ⸗ Vt enim auariciam tuã
extinguat deus,in tantam menſuram creaturas ſuas ex-
tendit: tu vero vel ſic rapinam exerces, & licet audias
auariciam idolorum eſſe culturam,neque ſic tamen il-
lam abhorres.Terram poſsidere vis?At interea non ha
bes hæreditatem in cœlo. Aliis poſſeſsionem tuam re-
linquere ſtudes,vt teipſũ illa priues? Dic quæſo. Quòd
ſi quis tibi poteſtatem omnia acquirendi faceret,an nõ
velles?Iam ſi voles,licet.Quanquam quidam dicũt do-
lere hoc hominum genus, quando hæreditatem ſuam
† illã ſe cũ-ſumpſiſſe, aliis tranſmittunt, malẽq; † illa caruiſſe prorſus, ⸗ quàm
alios videre dominos illius fieri. Neque ego te ab iſta D
impotentia mentis libero:nam & iſtud animę eſt impo
tentis. Veruntamen etiam ſi iſtud ſit,in teſtamentariis
tamen legationibus ſaltem Chriſtum relinque hæredẽ.
Oportebat quidem viuentem hoc facere: eſſet enim
illud recti ac liberi propoſiti: verumetiam ſi ex neceſ-
ſitate fiat,eſto tamẽ vel tum liberalior & largior. Nam
& Chriſtus ideo pauperibus dare iuſsit, vt dum viui-
mus,philoſophos nos faceret,perſuaderẽtque pecunias
contemnere,& quæ terrena ſunt negligere.Non eſt au
tem iſtud pecunias contemnere, quòd iam moriturus,
nec dominus cuiuſcunque rei exiſtens, vel iſti vel illi
aliquid largiris.Non ex tuis bonis iam das,ſed ipſa ne-
ceſsitate coactus illa relinquis. Mortis hæc eſt gratia
non tua:iſtud non eſt beneuolentiæ, ſed violentiæ im-
putandum, veruntamen vel ſic liberalis eſto, vel ſic
auariciæ paſsionem excutito.

Moralis exhortatio.

Cogita quantũ rapueris,quantum auariciæ tuæ fra
de acquiſieris,& omnia quadruplo redde:ſic excuſabe-
ris apud deum.Sed ſunt quidam qui in iſtud inſaniæ ęs
citatiſq; venerunt, vt neque tunc quod oportet conſi-
derent,nec aliter omnia faciant, quàm ſi data opera ſtu
deant ſibiipſis grauius atque grauius reddere iudicium
dei.Propterea & beatus iſte Paulus ſcribens dixit,vt fi-
lij lucis ambulate.Auarus vero in tenebris potiſsimum *Hieſq.li* viuit,& multum tenebrarum omnibus aſpergit. Et ne
commercium,inquit,habueritis cum infrugiferis tene-
brarum operibus,quin ea potius etiam redarguite. Nã
quæ ſecreto fiunt ab iſtis, turpe eſt vel dicere. Omnia *Ibidem.*
vero quæ arguuntur à luce manifeſta fiunt.Audite ob-
ſecro quotquot non vultis temere odioſi eſſe. Rapit
quiſquam,& non arguis,ſed metuis odium?Atqui non
eſt iſtud fruſtra reprehendere, ſed tum iuſte & merito
reprehendis,& times odium? Argue fratrem,& ſuſcipe
in te inimiciciam propter dilectionẽ Chriſti, propter
dilectionẽ ipſius etiã fratris tui. Cohibe ipſum ac pro-
hibe in perditionis barathrum abeuntem.Nam menſæ
quidem participem eſſe, verbáq; iucunda impartiri, &
amice appellare,ſimúlq; deliciari, non admodũ eſt ve-
ræ amiciciæ.Talia largiamur amicis noſtris,quib* ani-
mas ipſorum ex ira dei eruamus.Cum videamus eos in
caminum maliciæ poſitos,excitemus ipſos. Sed non e-
mendantur inquis.At tu quod tuum eſt facito,& excu-
ſatus eris apud deum.Ne abſcõdas talentum. Propter-
ea rationem habes, propterea linguam & os,vt proxi-
mum corrigas.Irrationalia duntaxat proximum nó cu
rant,neq; aliquam habent irrationalium rationem. Tu
vero qui deum patrẽ vocas, & proximum fratrem, cũ
videas ipſum innumera mala perpetrare,magis quæris
quo modo gratus illi ſis, quàm quo modo proſis? Noli
obſecro. Nullum tam certum eſt amiciciæ indiciũ,atq;
non conniuere delinquẽtibus fratribus. Vides qui ini-
micentur ſibi inuicem?Inimicicias eorum diſſolue. Vi-
des qui auare circunueniant alios? Cohibe. Vides qui-
bus iniuria fiat?Tuere. Non illis,ſi hoc feceris,ſed tibi-
ipſi primum gratificaris. Propterea amici ſumus vt ali°
alij proſit. Aliter obaudietur ab amico, & aliter à quo-
libet vulgari. Vulgarem forſan ſuſpectũ habebit quiſ-
quam,pariter & doctorem,amicum vero non ita.Nam
quæ ſecreto fiunt, turpe eſt,inquit, vel dicere. Omnia
vero quæ arguuntur, à luce manifeſtantur. Quid vult
hic dicere?Hoc dicit: Nempe quòd quæ occulte fiunt,
delicta ſint.Quæ vero & manifeſte,non item. Illic au-
tem non ita erit.Nemo eſt enim qui non ſibiipſi pecca-
ti conſcius ſit.Propterea dicit:Omnia vero quę arguũ-
tur,à luce manifeſta fiũt.Quid igitur,de idolorum cul-
tu hic dicit? Non:ſed de vitæ conuerſatione, deq; pec-
catis ſermo eſt. Quicquid enim, inquit, manifeſtatur,
lux eſt.Hortor itaque vt neq; ad arguendum pigri ſitis,
neq; moleſte feratis ſi ab aliis arguamini. Nam quãdiu
in tenebris quicquam patratur,maiore licentia & ſecu-
ritate patratur, poſteaquã vero malefactis multi teſtes
acceſſerint illuminatur,Propterea omnia ad hoc potiſ-
ſimum faciamus, vt mortem fratrum noſtrorũ remo-
ueamus,vt tenebras delictorũ diſpellamus, vt iuſticiæ
ſolem,attrahamus. Nã ſi multi fuerint luminariorũ vi-
ce,& ipſis erit facile virtutis iter,& qui in tenebris ſunt
magis capiẽtur,dum per lucis acceſsionem etiam tene-
bræ ipſæ pelluntur.Si vero contrarium fuerit,timendũ
eſt, ne etiã iſti craſsitie tenebrarũ & delictorum lucem
ipſorum exiguã vincente,& quod conſpicuũ in eis eſt,
remouente,

remouente, extinguantur. Vt itaq; nobis ipsis prosimus, ad hunc modum comparati simus, quo per omnia gloriã benigno deo remittam⁹, gratia & benignitate, &c.

Homilia xix.

Videte igitur circumspectè quo modo ambuletis, non vt insipientes, sed vt sapientes, redimentes occasionem quoniam dies mali sunt. Propterea ne sitis imprudentes, sed intelligite quæ sit voluntas domini.* Adhuc amarulentiæ radicem expurgat, adhuc iræ causam amputat. Quid autem dicit? videte diligẽter quo modo ambuletis. Oues in medio luporum sunt, & iubet eos instar columbarum esse. Nam eritis, inquit, simplices & innocui, sicut columbæ. Cum igitur & inter lupos essent, & præceptum adhuc haberent seipsos non vlciscendi, sed illata mala ferendi, quanquam primum illud satis fuisset ad deiiciendos & infirmandos ipsos, cum vero duorum adhuc fiat additio, perpende quæ sit mandati excellentia. Vide quo modo Paulus illos communiat. Vniuersæ ciuitates hostiliter illos impugnabant: ad hæc domos etiam bellum istud subingressum iam erat. Ita diuisi erant, vt pater aduersaretur filio, & filius patri, mater filiæ, filia matri. Quid igitur? Vnde erant ista dissidia? Audierant Christum dicentem: Qui amat patrem & matrem plus quàm me, non est me dignus. Ne putarent itaque Apostolum temere bella & pugnas introducere, cum alioqui magnam pariturum esset iram, si & fideles aduersarios suos essent in ius rapturi, hui⁹ gratia dicit, videte quo modo accurate ambuletis. Hoc est, videte ne quo pacto aliunde nisi vnius prædicationis Christianæ fidei gratia inimiciciæ cuiusquam contra vos causam detis. Sola euangelij annũciatio inimiciciæ causa sit. Nemo vos alterius rei gratia culpet, sed *& honorem, & omnem obedientiam exhibete, quousq; nihil læditur prædicatio fidei, nihil impeditur pietas.* Nam reddite, inquit, omnibus quod debetur, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal. Pudefient quippe increduli, si viderint vos extra fidei causam in reliquis omnibus esse mansuetos & morigeros. Non vt insipiẽtes, inquit, sed vt sapientes, redimentes opportunitatẽ. Non vult nos ista admonẽs varios & versutos esse. Sed quid dicit? Non est vestrum hoc tempus. Incolæ nunc estis, & peregrini, & alieni. Ne quęratis honores, ne quęratis gloriam, ne quæratis potentatum, neq; vltionem. Omnia ferte, atque hoc pacto tempus redimite, multa aduersariis largimini ac deferte, immò omnia, si ita voluerint. Cogita mihi quendam, domum habentem illustrem, deinde quosdã hoc nomine subingressos vt eũ occidãt, illum vero multis largitionibus seipsum liberantem, tunc dicimus, iste seipsum redemit. Ita & tu. Amplas habes ædes, veniunt ablatum fidem tuam genuinam & verã, Largire omnia, quicquid petatur, duntaxat caput, fidem dico, cõserues. Dies enim praui sunt. Quæ est diei prauitas? Diei prauitatem oportet circa diem esse. Quæ est prauitas corporis? Morbus. Quæ est animæ prauitas? Malicia. Quæ est prauitas aquæ? Acerbitas amara. Vniuscuiusq; rei prauitas, viciositas est circa naturam illam cuius est prauitas. Si ergo circa diem est prauitas, oportet vt circa ipsum sit diẽ, circa horas, circa lucem. Et Christus dicit: Sufficit diei malicia sua, ex isto cognoscemus & illud. Quo modo ergo dies praui vocat? Quo modo tempus prauum? Non propter essentiam, neq; propter creaturas, sed propter ea quę in illis fiunt. Quemadmodum & nos dicere solemus, Molestum duxi hunc diem & malum. Quo modo quæso

* καιρὸν, tẽpus, occasionẽ, opportunitatem,

Matt. 10.

Ibidem.d

Rom. 13.b

Mat. 6.d

A molestus est? Propter ea quæ in illo cõtingunt. Quæ vero in illo contingunt, bona quidẽ sunt à deo, mala vero ab hominibus prauis. Sunt igitur homines eorũ malorum patratores quæ in his temporibus cõtingunt, atque hac ratione tẽpora praua dicuntur. Ita & nos quoque tempora praua vocamus, Propterea, inquit, ne sitis imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas dei.

Et ne inebriemini vino, in quo est luxus. Et hoc immodice sumptum animosos, temerarios, molles, irritabiles & molestos homines facit. Ad animi lætitiam datum est vinum, non ad ebrietatem. Nunc vero res ista eò abiit, vt effœminatæ ridendæq; ignauiæ loco habeatur nolle inebriari, vbi omnium maxime res debebat esse ridicula vino inebriari. Nam & idiotam hominem procul esse ab ebrietate bonum est: multo vero magis militem, qui inter gladios, in sanguine & mactatione versatur, B multo inquam magis militem quando & aliunde plus satis ad ferociam acuitur illius animus, nẽpe à potestate, à vi potẽtatus, ab eo quòd perpetuo est in insidiis & pugnis. Vis discere vbi bonum sit vinum? Audi quid scriptura dicat: Date vinum iis qui in mœrore sunt, & siceram his qui in dolore. Recte. Quod enim asperũ est ac triste, emollire potest: & quod obnubilum, abigere. Vinum lætificat cor hominis. Quo modo est ergo ex vino ebrietas? Nequit enim fieri vt contraria sibiipsi operetur vinum. Nõ est igitur ex vino ebrietas, sed ex nimietate. Vinum nõ datur propter aliquid aliud, quàm propter corporis sanitatem. Illam vero impedit etiã nimietas. Audi quippe quid beatus iste Paulus ad Timotheũ scribat & dicat. Vino, inquit, modico vtere propter stomachum tuum, & crebras infirmitates tuas. Nã eius gratia deus corpora nostra commensurata fecit, & C quæ modicis saturentur, hinc nos instruens quòd ad aliam nos vitam accommodarit. Volebat quidem illam etiam ab initio dare, verum quoniã indignos illa nos ipsos constituimus, aliquo vsq; distulit. Et neque in eo tempore, quo distulit, immodico rerũ vsu nos frui permisit. Vini quippe hemina & panis vnus ad implẽdum hominis vẽtrem sufficiunt. Et eum qui brutorum omnium dominium habet, minoribus contentum quàm ipsa sint bruta, si proportionem corporũ spectes, fecit. Ad hæc & corpus paruum dedit, nihil innuens aliud, q̃ quòd ad aliam vitam festinam⁹. Ne inebriemini vino, inquit, in quo est luxus. Non enim saluat sed perdit, nõ corpus duntaxat sed & animam. *Sed impleamini spiritu, loquentes vobis ipsis in psalmis & hymnis, & cantionibus spiritualibus, canentes & psallentes in corde vestro domino, gratias agentes semper pro omnibus, in nomine domini nostri Iesu Christi, Deo & patri, subditi vicissim alius aly in timore Christi.* Vis, inquit, lætari? Vis diem consumere? Ego tibi potum dabo spiritualem. Ebrietas enim etiam claram linguæ nostræ vocem excidit, & balbutire facit, oculósque & omnia simpliciter peruertit. Psallere discas, & videbis rei iucunditatem. Implentur enim spiritu sancto qui psallunt, quemadmodum spiritu immundo qui satanicas cãtiones modulantur. Quid est quod dicit, in cordibus vestris domino? Hoc scilicet cum intellectu attendentes. Qui enim non attendunt, temere psallunt, verba duntaxat proferentes, corde interea alibi oberrante. Semper, inquit, pro omnibus gratias agẽtes in nomine domini nostri Iesu Christi deo & patri, subditi vicissim alius alij in timore Christi. Petitiones vestræ cum gratiarum actione innotescant apud deum. Nihil enim ita deum lętificat, atq; si gratus quisquã fuerit. Gratias vero tum potissimũ agere poterimus, quãdo animis nostris

Prouer. 31.a

Ibid. 103.b

1. Timo. 5.

Philip. 4.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab iis quæ iam dicta sunt abductis, istis etiam eos quæ commemoraui perpurgauerimus. Sed impleamini, inquit, Spiritu. In nobis igitur istud est? Profecto in nobis. Quando enim mendacium, quando amarulẽtiam, quando fornicationem, quando immunditiam, quando auariciam à mente nostra remouerimus, quando facti fuerimus comes, misericordes, largientes nobis ipsis mutuo, quando vrbanitas non adfuerit, quãdo nos ipsos digne accommodauerimus, quid prohibebit quin spiritus sanctus adueniat, immò aduolet? Non solum aduenier & ingredietur, sed & adimplebit cor nostrũ. Tanta vero intra nos existente luce, non difficilis præstitu nobis deinceps virtus erit, sed prompta & facilis. Semper gratias agentes, inquit. Oportet ne pro omnibus quæ contingunt gratias agere? Vtique. Etiam si sit morbus, vel paupertas. Si enim in veteri testamento sa-
Prouer.12.c piens quisquam hoc admonet dicens: Quicquid mali
Eccli.2.a tibi euenerit, complectere libenter, & in crebris humiliationis tuæ vicissitudinibus longanimus esto: multo magis istud in nouo fieri oportet. Itaque gratias age, etiam si rationem euentus non videas. Istud enim demũ est gratiarum actio. Si vero gratias agis beneficiis affectus, & rerum abundans, & bene habens, rerúmq; prospero successu potitus, nihil magni facis, nihil pręcipui. Quod autem quæritur est, vt in tribulationibus & doloribus & mœrore existens, gratias agas. Nihil prorsus loquere, nisi primum dicas, gratias ago tibi domine. Et quid de tribulationibus huius vitæ loquor? Pro gehenna ipsa deo gratias agere oportet, prôq; pœnis atq; suppliciis illic futuris. Plurimũ enim nobis res ista profuerit, siquidem attẽderimus. Loco fræni cordibus nostris gehennæ metus imponitur. Gratias igitur agamus non solum pro manifestis beneficiis, sed & pro occultis, etiã pro illis, quibus inuiti afficimur. Etenim multis nos beneficiis cumulat, etiam nec volentes nec obseruantes. Si vero non creditis, faciam vobis istud iam manifestum. Aduertite quæso animum. Immũdi illi & infideles Græci, an non omnia Soli, idolisq; suis adscribunt? Quid igitur nunquid & illis bene facit deus? An non ipsius est prouidentiæ, quòd & viuunt, & sani sunt, & liberos procreant, & quicquid aliud est eiusmodi? Quid vero qui Marcionistæ dicuntur? Nunquid blasphemãt ipsum, quẽadmodum & Manichæi? Quid itaque, nónne & istis singulis diebus bene facit? Si vero illos etiam beneficiis afficit, qui istud nõ vident, multo magis nos. Quid enim aliud est opus dei, quàm benefacere humano generi, siue id fiat per supplicia, siue per relaxationẽ & quietem? Nõ itaq; prospere tantum habentes gratias agamus. Nam istud nihil esset magni. Et diabolus istud
Iob.1. nouit, quapropter & dixit. Nunquid gratis timet Iob deum? An non tu illius omnia siue interna siue externa circunuallasti? Aufer omnem substantiam illius, nimi-
Vnde scelestius ille lucrat⁹ est: absit etiãvt de nostris afflictionib⁹ aliquid lucretur: sed si quãdo ipsa gratias agam⁹. rum in faciẽ tibi benedicet. Sed nihil †sceleſto illi grauius quod eum mordeat cõtigit, neq; à nobis illi quicquam quod peius odiat, fieri potest, quàm si quando in paupertate, siue in morbis, siue in calumniis & violentia fuerimus, hoc amplius gratias egerimus. ¶Gratias vero dico quæ non verbis, non lingua dũtaxat, sed re ipsa, operibus ipsis, mente & corde fiant. Ex omni anima gratias agamus deo. Plus enim nos, quàm qui nos genuerunt, amat, & quantum discriminis est inter malipcr. & c. gra- ciam & bonitatem, tantum dilectio dei dilectionẽ patrum nostrorum excellit. Et hæc verba nó mea sunt, *Quantũ di-* sed ipsius qui nos amat Christi. Audi quid dicat: Quis *lectio dei,* ex vobis est homo, qui filio suo si panem ab eo petierit, lapidem daturus sit? Quòd si vos mali cũ sitis, nostis bona dona dare liberis vestris, quanto magis pater vester cœlestis dabit bona poscentibus se. Rursus quid & alio loco dicat audi. Nunquid obliuiscetur mulier misereri filiorum vteri sui? Etiam si ipsorum obliuisceretur mulier, ego tamen tui non obliuiscar, dicit dominus. Nisi enim nos amaret, qua ratione condidisset? Num enim nostri necessitatem aliquam habuit? Num vtilitatẽ illi ministeriúmq; exhibemus? Num aliqua re, eorum quæ apud nos sunt, opus habet? Audi quid Propheta dicat. Dixi, inquit, domino, dominus meus es tu, quoniã bonorum meorum non eges. Sed ingrati & insensati dicunt, sunt ne ista bonitatis dei? Et infidelis forte dicet, honoris æqualitatẽ apud omnes esse debere. Dic mihi homo ingrate. Quænam dicis non esse bonitatis dei? & quam honoris æqualitatem exigis? Hic, inquis, † fractis
† à inuitis est pedibus, ¶alter furit & insanit, alius ad extremã vsq; *cæcus ef,* senectutem progressus omnem vitã in paupertate peregit: ille in morbis sæuissimis. Sunt ne ista prouidentiæ opera? Hic surdus est, ille mutus, hic pauper, ille vero & sceleſtus: immò omnino sceleſtus & innumeris malis refertus pecunias possidet, scorta nutrit & parasitos, & domum habet splendidam, ac vitam viuit inertem & ociosam. Talia multa connectentes, longum reprehẽsionis sermonem aduersus prouidẽtiam dei cõtexunt. Quid itaque si dixerimus ad eos, ergo improuidè fiunt ista? Si quidem Græci fuerint, & responderint mũdum à quopiam gubernari, eadem & nos rursus ad eos dicemus, quid igitur sine prouidentia fiunt ista? Quo modo ergo vos deos colitis? adoratis dæmonas & heroas? Nam si prouidè fiunt, oportet vt aliquis præsit omnibus. Si vero quidam hæsitabundi fuerint, & † nihil re- *† fluctuãs*
spondentes ¶siue Christiani siue Græci, quid ad illos dicemus? *Sùntne tanta, dic quæso, bona per seipsa facta, lux illa quotidiana, rerum ordo tam bonus & constãs,* tanta prouidentia, astrorum chorea, æqualis ille noctium atque dierum cursus, naturæ series & ordo, siue *in plantis,* siue in animantibus, siue in hominibus? Dic age quis ista moderatur, si nemo præfuit, sed omnia suapte sponte ita constituta sunt? Quis arcuatum istum fornicem, adeò pulchrum, adeò magnum, cœlum dico, circunquaque volubile factum, super terram, aut etiam ipsas aquas constituit? Quis tempora frugifera dedit? Quis tam efficacem potentiam seminibus indidit & plantis? quod enim suapte sponte fit, præter ordinem est omnino: quod vero ordine disponitur, arte fit. Quid enim dic quæso, ea quæ apud nos suapte spõte fiunt, non multa confusione, multa tumultuatione perturbationèque plena sunt? Et non dico, quæ suopte arbitrio, sed & quæ per opificem aliquem quidem fiũt, talem vero, qui præter artem operetur, vtpote ligna & lapides. Ponamus calcem: hanc accipiat homo ædificandi ignarus, ædificètque & operetur in illa. An non omnia perdet & corrumpet? Rursus, sit nauis sine gubernatore, omnia habens quæ nauem habere oporteat, dempto artifice, non dico imparata, sed ne parata quidem nauigare poterit: & tanta tellus super aquas constituta, sine conseruante ipsam virtute adeò solidè tantum temporis stetit? Habent ne ista rationem? An non infinitis modis ridiculum est ista cogitare? Quin *ἀλλὰ, & si cœlum etiam aqua portat, vides aliud quoque põ- *sed tuã pua*
dus. Si vero & cœlum in vnda fertur, nascitur rursus *puta lignea* alia quæstio. *Sed prouidentiæ opus est. Nam ea quę in *dum esse*
aquis feruntur non incuruari sed cauari oportet. Quã- *ἀλλὰ, id est*
obrem? Quia scilicet, concaui corpus totum quidem *aliud.*
in aquis

in aquis mergitur quemadmodum & nauis: incuruatũ vero corpus totum est superne, extremitatibus autem duntaxat aquis incumbit. Opus igitur habet corpore quodam firmo & duro, & quod tolerare queat, quo impositum onus ferat. Sed aër forsan cœlum portat. At hic multo mollior est & laxior quàm ipsa aqua, & nihil ferre valens ne minutissima quidem, nedum tantum onus. Porrò si voluerimus prouidentiæ [rei] rationem per omnia & minutatim persequi, totũ nobis seculum non suffecerit. Proinde nunc interrogabo eum qui ista quærit ac mouet: Sunt ne ista prouidentiæ, an temere accidentia? Dicis non esse prouidentiæ. Rogo ergo rursus, quo modo sunt facta? Sed non potest aliqua illorum ratio assignari. Debes igitur multo minus de rebus humanis inquirere & curiose scrutari. Quam ob rem? Ob eam scilicet quòd istis rebus omnibus homo precio sior est, & illæ propter hominem factæ sunt, non homo propter illas. Itaque si prouidẽtiæ illius quæ hominem duntaxat concernit sapientiam & œconomiam nõ intelligis, quo modo poteris rationes eas scire, quæ ipsum hominem concernunt? Dic mihi, qua ratione illi boreales loci & australes inhabitabiles sunt. Qua ratione hominem ipsum adeò paruum fecit, tantúmq; ab altitudine cœli distantem vt nihil certi scire possit eorum quæ superne apparent? Dic mihi, quare facta est nox hyeme longior, æstate vero breuior? Quare tantum est frigus? quare calor? quare corpus mortale? Innumera talia rogabo. Et si voles, ab interrogationibus non cessabo, in quibus omnibus dubitabis. Itaque vel hoc ipsum maximæ est prouidentiæ, quod rerum nobis rationes arcanæ sunt & ineffabiles. An est quisquam qui putasset hominem omnium causam? An nõ intellectum nostrum vel istud excelluit & represit? *Sed hic pauper est, inquis, & mala est paupertas.* Quid vero est morbus? *Quid cæcitas? Nihil sunt illa ô homo.* Vnum duntaxat est malum, peccare: Et hoc solum scrutari debemus. At nos relictis eorum, quæ vere mala sunt, causis inquirendis, alia curiose sectamur. Vnde est quòd nemo nostrum inquirit, quare peccauerit, & apud se cogitat, † num aliquod in me peccatum est,] non est? Et quid opus est me multis non necessariis supervacuum esse? In me ipso rem istam exquiram. Num aliquando tumorem & vehementiam animi cohibui? Num iram aliquando vici? Idq; an propter turpitudinem vitandam, aut propter humanum metum? Quòd si illud esse factum repperero, nimirum inueniam † an in me sit aliquod peccatum.] Nemo ista scrutatur, nemo hic curiose inquirit, sed temere, vt est in Iob, aliis rebus inuoluitur homo. Quid enim tibi curæ est cur hic cæcus sit, iste pauper? Non hoc tibi spectandum præcepit deus, sed qua tandem ratione hoc facis? Nam si dubitas, an aliqua potentia præsit mundo, omnibus es insipientior. Si vero istud persuasum habes, quid ambigis oportere deo placere? Semper, inquit, pro omnibus gratias agentes deo. Audi obsecro. Abi in officinam medicorum, & vide, quando vulneratus quisquam adfuerit quo modo illum medicus incidat & vrat. Verũ †te non eò amandabo, sed abi in fabrilem aliquam officinam. Illic rationem nullius rei exquiris, etiam si nihil eorum quæ fiunt intelligas, videanturq; tibi multa inutilia esse, vtpote quando lignum erudit faber, quãdo transformat. Immò ad faciliorem artem te duco, & illic stupebis, nempe ad picturam. An non tibi videtur temere facere pictor quæ facit, vt sunt lineæ linearumque circuitus? At quàm primum illis colorem addiderit, tum demum apparet tibi bonitas ac pulchritudo artis. Quanquam ne sic quidem illam exacte cognoscere potes. Quid vero de fabris, pictoribus, & conseruis loquor? Apis quo modo fauos suos operatur, dic mihi, atque tum de deo interrogabis. Formicarũ, aranei, hirundinis industriã disce, & tunc de deo loquêris. Dic mihi ista. Sed non potes. Nõ desines ergo ô homo superflua quærere? Nam ista vere superflua sunt. Non desines curiose scrutari quæ ad te non pertinent? Nihil ista ruditate & insciti a sapientius est. In istis qui nihil esse pronũciantur, omnium sunt sapientissimi: qui vero curiosi, omnibus sunt insipientiores. Itaq; nõ in omnibus mox est sapientiæ rerum cognitionem profiteri, sed est vbi etiam stulticiæ fuerit. Nam dic mihi si duo essent quorum vnus profiteretur se aërem à terra in cœlum vsq; funibus extensis percurrẽdo metiri posse, alter vero ridendo fateretur etiam apertè se illud non posse, quem ex istis, dic quæso, ridebimus? An eũ qui se hoc scire dicat, an ignorantem? Absque dubio eum qui scientiam istam profiteretur. Itaque ignorans hoc loco sapiẽtior esset eo qui istud se scire ꝓmitteret. Quid vero si quisquam dicturum se promitteret quot habeat mare cyathos, alius vero ignorare se istud fateretur, num & hic ignorantia scientia ista sapientior esset? Esset sanè. Quã ob rem? Eò scilicet, quod † & illa ignorantia sciẽtiæ aliquid habet.] Nam qui se ignorare dicit, partem aliquã veritatis nouit. Quam vero illã? Quòd videlicet istud sit homini incomprehensibile. Neq; enim hoc scire parum est. Qui vero scire se dicit, is potissimum ignorat quod se scire dicit, atq; ob hoc ipsum ridiculus est.

† etiam illa, ignorantia sit maxia] q.d. illa scitiæ iactatia ꝓmagna est ignorantia.

Moralis exhortatio.

Heu quot modis instruimur intempestiuam illam curiositatem & præposteram sedulitatẽ refrænare, neque sic tamen cohibemur, sed aliorum vitam curiose scrutamur, cur ille sit cæcus, iste pauper. Hac itaque ratione & in alias nugas incidemus, nẽpe, cur illa sit mulier, & non omnes sint viri. Cur sit asinus, cur bos, quare canis, quamobrem lupus, qua ratione lapis, propter quid ligna, atque ita in infinitam prolixitatem excurret curiositatis huius sermo. Quapropter nobis mensuram cognitionis determinauit deus, ipsiq; naturæ inseruit. Et considera mihi multam istam curiositatem. Cum tãtam celsitudinem à tellure in cœlum vsque videntes nihil mali patiamur, in turri tamen aliqua sublimi constituti, mox atque terram desuper vel modice deflexi intueri voluerimus, vertigo quædam nos & caligo prehendit. Dic mihi huius rei causam. Sed non poteris. Qua ratione maiores vires habet oculus, & à remotioribus detinetur? Et in auditu similiter idem videre est. Neque enim tantum inclamare quisquam potest, vt aërem adimpleat, quãtum occupare visu potest oculus, neque audire etiam ex tãta locorum distantia. Qua ratione non eiusdem honoris sunt omnia membra. Qua ratione nõ eundem sortita sunt vsum neque eũdem corporis locum? & Paulus ista scrutatus est: immò vero non est scrutatus. Sapiens enim erat. *Sed in hunc cum incidisset locum, vnicuique ipsorum dixit, sicut voluit:* vt voluntati dei duntaxat omnia committeret: Gratias agamus pro omnibus. Propter quid dicit, gratias agite pro omnibus? Istud synceri & grati est famuli, istud sapientis, istud prudẽtis, illud vero loquaculi, inertis, & curiosi. Nõ vides in famulis, quo modo qui sunt inter eos viliores, & prorsus inutiles, illi ipsi sint dicaculi & nugatores, curiose quæ dominorũ sunt & quę illi celata cupiunt, scrutantes: qui vero prudẽtes & synceri, ad

1. Cor. 12. c

Universidad de Deusto
Biblioteca

ceri,ad vnum hoc duntaxat respiciant,vt ministerium A
suum adimpleant? Qui multa loquitur,nihil operatur,
quemadmodum & qui multa operatur,nihil intempe-
stiuum loquitur. Propterea Paulus de viduis scribens
1.Tim.5.b dixit: Non solum autem otiosæ consuescunt circuire
domos,sed & nugaces. Dic quæso vtrum maius est dis-
crimen: id quod inter nostram est & puerorum ætatẽ,
an quod inter deum est & homines: inter nos & culi-
ces,an inter deum & nos? Manifestum est. Quid igitur
tantopere curiosa sectaris? Gratias age pro omnibus.
Quid igitur,inquis,si Græcus quispiam quęstionẽ istam
mouerit? Quo modo respondebo? Vult ex me discere,
num sit prouidentia. Ipse siquidem non dicit aliquos
esse qui rebus prouideant. Versa itaque vice ipsum in-
terroga tu quoque. Non dicis ergo esse prouidentiam?
Quòd quidem sit prouidentia ex his ipsis liquet quæ di
xisti. Quòd vero sit incomprehensibilis, patet ex illis, B
quorum non inuenimus rationem. Si enim in iis,quæ
homines administrant, sæpenumero administrationis
rationem ignoramus: quãquam ex ipsis multa & absur-
da putamus & admittimus, quanto magis in his quæ à
deo gubernantur? Sed in deo nihil est absurdi, neque
etiam fidelibus esse videtur. Propterea pro omnib⁹ gra
tias agamus, pro omnibus glorificemus. Subditi vicis-
sim,inquit,alius alij in timore dei. Si enim propter prin
cipem, aut propter pecunias, aut propter reuerentiam
subditus es, multo magis propter timorem dei sit ser-
uitutis & subiectionis retributio. Nam ita non erit ser-
uitus. Non hic locum occupet liberi,ille serui, sed me-
lius est vt & domini & serui inuicem alius alij seruiat.
Multo satius est ita seruum esse quàm aliter liberũ. At-
que illud hinc patet. Sit quisquam qui famulos habeat
cẽtum & nihil illis administret: rursus sint alij quidam C
centum amici, qui inter se mutuo, alius alij, seruiant:
quinam melius viuent? Qui cum maiore voluptate,
cũmque maiore lætitia? Hic neque est ira,neque irrita-
tio, neque tumor, neque aliud huiusmodi quicquam.
Illic vero timor ac metus. Illic etiam seruiendi necessi-
tas, hic vero omnia spontanea voluntate geruntur. Il-
lic coacti,hic gratiam habentes inuicem, alius alij ser-
Ioan.13. uiunt. Sic vult deus. Propterea discipulorum pedes la-
uit. immò vero si velis exacte rem istam inquirere, e-
tiam illa seruitus retributionẽ habet, quæ fit dominis.
Quid enim, si fastus nõ permittit apparere mercedem?
Quando enim iste corporalem quidem seruitutem ex-
hibet,tu vero corpus ipsius nutris: & alimentis & vesti-
bus & calceis curas & sustentas,& hoc seruitutis est,nẽ-
pe quòd nisi & tu tuum exhibeas ministerium,neq; iste
præstabit suum,sed liber erit, & nulla lex ipsum coget, D
vt non nutritus istud faciat. Si ergo & in seruis hoc est,
quid absurdi est, si apud liberos quoque ita fiat? In ti-
more,inquit, Christi subditi. Quanta gratia, quòd &
mercedem habituri sumus? Sed non vult tibi subdi? At
tu subdere. Non solum obedias,sed & subditus sis. Nõ
aliter erga quosuis affectus sis quàm erga dominos. Nã
hoc pacto mox ipsos seruos tuos habebis, non minus
subiectos, quàm si tyrannicissima potentia in seruitutẽ
adacti essent. Nam tum magis ipsos capies, si quando
nihil ex bonis ipsorum consecutus, ipse quæ tua sunt
exhibueris. Hoc scilicet est quod dicit: subditi inuicẽ,
alius alij in timore Christi, vt omnes affectiones supe-
remus,vt deo seruiamus,vt dilectionem mutuam alius
erga alium conseruemus, atq; tunc poterimus
benignitate dei digni esse, gratia
& benignitate,&c.

Homilia xx.

VXores propriis viris subbitæ sitis,veluti domino,quoniam vir est caput vxoris, quemadmodum & Christus caput est ecclesiæ: & ipse est qui salutem dat corpori. verum vt ecclesia subdita est domino, ita & vxores propriis viris subditæ sint in quacunque re. Vir quidam sapiens multis in numerum rerum beatarum positis, etiam vnum hoc inter eas collocauit. Et mulier, inquit, viro suo obse-
quens. Et rursus alio loco cum rebus bene habentibus ipsum ponit,dicens, & mulierem viro suo vnanimiter consentire. Atque mox ab ipso initio apparet deũ mul-
tam coniugij istius prouidentiam fecisse. Et tanquam de vno ita de ambobus locutus,sic dixit. Masculum & Genes.1
fœminam fecit eos. Et iterum: Non est masculus & fœ- Gala.3
mina. Non enim tanta est viri ad virum familiaritas,
quanta mulieris ad virum, siquidem legitime illi con-
iuncta fuerit. Quapropter & beatus quidam vir excel-
lentem dilectionem ostendens,ac quẽdam amicorum
suorum, & eorum qui sibi planè concordes erant, lu-
gens,non patrem † illum vocauit, ‖ non matrem, non † dixit
filium,non fratrem,non amicum,sed quid? Cecidit su-
per me dilectio tua,super me,inquit,sicut dilectio mu-
lierum. Reuera enim,reuera inquam,quauis tyranni-
de violentior est ista dilectio. Nam aliæ quidem vehe-
mentes sunt, ista vero concupiscentia & vehemẽtiam
habet pariter & immarcescibilem vigorem. Est enim
amor quidam in ipsa natura abditus intrãq; nos latens,
qui corpora ista coniungit & conglutinat. Propterea
& ab initio ex viro facta est mulier, & postea ex viro
& muliere, & vir & mulier. Vides vinculum & cõple-
xionem,quo modo non permiserit aliam creaturã ex-
ternam,illò non pertinentem,subingredi? Et vide quo
modo rem istam instituerit: Permisit Adæ vt sororem
suam in vxorem duceret, immò vero nõ sororem, sed
filiam, quin adhuc ne filiam quidem, sed propinquius
quiddam filia,carnem videlicet suam ipsius. Totũ ve-
ro statim ab initio fecit, vtpote cũ adhuc essent simpli-
ciores,in vnum eos coniungens. Mulierem enim non
fecit ex eo quòd esset extra corpus Adæ,ne tanquã cum
aliena cohæreret. Neque rursus in ipsa sola nuptias sta-
tuit,ne seipsum in sese constringens & cõtrahens, reli-
quos desereret. Et quemadmodum in plãtis illa potis- *ῥόβαντος,
simum sunt optima,quæ & *robur habent vnum,& in robur,tru-
multos ramusculos extenduntur, ita vt etsi dũtaxat cir cum,stipes.
ca radicem scindantur ac luxentur,omnia sint frustra,
etiam si multas habeant radices,& iam non poterit esse
celebris arbor: ita sanè & hic. Ex vno Adam plantari fe
cit totum humanũ genus, & ne diuelleretur ac separa-
retur in magnam illud necessitudinẽ mutuam consti-
tuit,& magis cõtraxit. Deinceps vero canit ne ducerẽ-
tur sorores ac filiæ,ne dilectionem rursus in vnũ con-
stringeremus,nósq; ipsos aliorsum separaremus. Prop-
terea dixit: Qui fecit ab initio,masculũ & fœminam fe- Genes.1
cit eos. Nã magna vel mala vel bona ex eo familiis &
ciuitatibus generãtur. Nihil enim ita vitam nostrã tur
bat,quẽadmodum amor viri ac mulieris. Huius gratia
multi etiam arma sumũt. Huius gratia & animam tra-
dũt. Neq; sanè temere, neq; frustra Paulus multum stu-
dij huic rei impendit,dicẽs: Vxores propriis viris sub-
ditæ sitis, veluti domino. Qua ratione? Quoniã si vir &
vxor cõcordes fuerint,& liberi bene educãtur, & do-
mestici probe instituũtur,& vicini ex eo pariter & ami
ci & cognati, quasi boni odoris fragrantia fruuntur. Si
vero contrarium fuerit,omnia subuersa sunt & confu-
sa. Et quemadmodum militibus inter se bene pactis
omnia

omnia prosperè succedũt,& vicissim turbatis illis omnia sursum ac deorsum voluuntur,ita sanè & hic:Vxores, inquit, propriis viris subditæ sitis veluti domino.
Luc.14. Papè.Quo modo ergo alibi dicit Christus:Nisi quis renunciauerit,& vxori & viro, non poterit me sequi? Si enim veluti domino subdi oportet,propter Christum, vtique vehementer opus est vt non deseratur. Sed illud, veluti, non omnino eiusdem valoris vbique est. Aut certe hoc dicit,veluti quæ sciatis vos domino seruire.Id & quod alio quodam loco dici: Quoniam,inquit,& si non propter virum sed præcipue propter dominum, quando viro subderis, veluti domino seruis.
Coloss.3. *Roma.13.a* Si enim dei ordinationi resistit, qui principatibus illis externis,politicis videlicet,repugnat,multo magis quę viro non subditur.Ita ab initio voluit deus. Admonemur itaque, virum positum esse in locum ac dignitatem capitis,mulierem vero in locum corporis. Deinde & à rationibus.Quoniam vir caput est,inquit,vxoris,quemadmodum & Christus Ecclesiæ,& ipse est qui corpus saluat. Verum vt ecclesia subdita est domino, ita & vxores propriis viris in quacunque re. Deinde, inquit, vir est caput vxoris, quemadmodum & Christus ecclesiæ.Et ipse est,qui corpus saluat. Caput enim salus est corporis.Præstruxit iam viro & vxori dilectionis causam,& prouidentiam, vnicuiq; competentem distribuens locum, huic quidem principatus & prouidentiæ,illi vero subiectionis. Quemadmodum igitur ecclesia subdita est Christo. (Quid est ecclesia? Viri & mulieres:) ita & vxores viris suis, tanquam deo. *Viri diligite vxores vestras,quemadmodũ & Christus dilexit ecclesiam.*
Audisti subiectionis hyperbolen? Laudasti & admira-
† tanquã cõ ponẽtem & instruentem vitã nostrã, tus es Paulum, † quod attinet ad ea quæ vitam nostrã turbant, ‡ tanquam admirabilem quendam & spiritualem virũ:Bene.Sed audi quæ & abs te petat.Nam rursus eodem vtitur exemplo.Viri,inquit, diligite vxores vestras quemadmodum & Christus dilexit ecclesiam. Intellexisti obedientiæ mensuram?Audi & mensuram dilectionis. Vis vt vxor tibi obediat, quemadmodum ecclesia Christo?Prouide ipse quoque illi,quemadmodum Christus ecclesiæ. Etsi animã pro ipsa dare oporteat ac millies trucidari, & quamcunque rem ferre & pati, ne detrectes. Nam etiam si ista passus fueris, nihil tamen vnquam tale feceris,quale Christus.Etenim tu quidem iam coniunctus cum illa ista facis,ille vero pro auersante se & odiẽte.Quemadmodũ igitur Christus auersantem se & odientem,& conspuentem ac lasciuientem,multa solicitudine, nec minis, nec conuiciis, nec metu, neque alia re eiusmodi sibi subiecit, ita & tu adhære vxori tuæ.Et si despicientem,lasciuiẽtem, & contemnentem te videris, poteris tamen ipsam sub pedes tuos redigere, si multa fueris vsus prouidentia, dilectione,& amicicia. Nihil enim violentius his vinculis,maxime viro & mulieri.Famulum quidem metu cogere ac sibi deuincire quisquam poterit:immò ne illum quidem.Mox enim resiliendo aufugiet.Eam vero quæ vitæ tuæ est socia,quæ liberorum mater, quæ omnis læticiæ materia,non timore & minis constringere ac deuincire oportet, sed dilectione & cordis affectu. Quale est enim istud coniugium, quando vxor virum tremebunda exhorret? Qua vero vir ipse iucunditate fruetur, qui vxori non vt liberæ, sed velut famulæ cohabitat? Itaque etiam si quid vxoris gratia ferẽdum sit, ne exprobres.Nam neq; Christus hoc fecit. *Et semetipsum,* inquit, *tradidit pro ea, vt mundaret illam & sanctificaret.* Erat ergo immunda,habebat ergo maculam,erat ergo deformis, erat vilis ac tenuis. Qualemcunque igitur vxorem acceperis, nondum tamen talem sponsam accepisti, qualem Christus accepit ecclesiam, neque tibi vsque adeo imparẽ, quo modo ecclesia impar est Christo.Veruntamen non fastidiuit illam,non odio habuit propter nimiam deformitatem. Vis deformitatem ecclesiæ audire?Audi quid Paulus dicat: Eratis enim, in- *Hic supr.b* quit,aliquãdo tenebræ.Vides ipsius nigredinem?Quid nigrius tenebris? Vides temeritatẽ? In malicia,inquit, & inuidia vitam ducentes. Agnoscis immunditiam? Impersuasibiles,insipientes.Quid dico? Et fatua erat & blasphema.Attamen quanuis tot essent odij causæ,nihilominus pro deformi illa ita seipsum tradidit,ac si esset formosa, ac si esset amabilis, ac si esset admiratione digna. Atq; hoc est quod admiratus Paulus dixit: Vix *Roma.5.a* enim pro iusto quisquam moritur.Et iterum: Si Chri- *Ibidem.* stus pro nobis mortuus est, cum adhuc peccatores essemus.Talem itaque nactus sponsam Christus,ornauit eam ac lauit,neque istud detrectans: *Vt illam,* inquit, *sanctificaret,mundatam lauacro aquæ in verbo,vt adhiberet eam sibi ipsi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut quicquam eiusmodi, sed vt sit sancta & irreprehensibilis.* Lauacro immunditiam ipsius lauit. In verbo, inquit. Quo? In nomine patris,& filij, & spiritus sancti. Et non simpliciter ornauit ipsam,sed glorioſam fecit,non habentem maculã aut rugam aut quicquã eiusmodi. Et nos itaque pulchritudinẽ istam inquiramus, & poterimus eam nobis comparare. Ne quæras tu apud vxorẽ, quæ ipsius non sunt, vides quod omnia à domino acceperit ecclesia?Ab ipso facta est glorioſa,ab ipso irreprehẽsibilis. Noli propter deformitatem fastidire vxorem tuam.Audi quid scriptura dicat: Exigua est inter volu *Eccl.11.a* cres apis, & tamen fructus eius principatum in rebus dulcibus obtinet.Dei figmẽtum est vxor tua.Non iam illam sed factorẽ illius vituperas, quicquid ferat vxor. Quod si laudaueris ipsam propter pulchritudinẽ, laus ista,& rursus illud odium,intemperantium est & lasciuorum animorum, Et ipsa dilectio animæ pulchritudinem quærit.Ecclesiæ sponsum imitare.Externa corporis pulchritudo plena est multæ superbiæ & arrogãtiæ,atque in zelotypiam coniicit, absurdáque plerunq; suspicari facit.Sed voluptatem habet?vsque ad primũ, scilicet,aut secundum mẽsem, aut si multum vsque ad annum.Deinceps vero non ita, sed per cõsuetudinem tabescit illius admiratio. Interea tamen mala illa, quæ ex pulchritudine nascuntur,manent,vt sunt,fastus,arrogantia & contemptus.In ea vero quę adeo formoso corpore non est, nihil tale metuendum, sed recte primus amor admodum perdurat,eo quod anima formosa est,nõ corpus.Quid cœlo,dic quæso,pulchrius?quid pulchrius astris? Iam quodcunque produxeris corpus adeo candidum non est, quoscunque narraueris oculos adeo hilares non sunt. Quum vero ista fierent,angeli etiam stupebant & admirabantur. Et nos quoque iam admiramur ea,sed non æque vt ab initio.Nam cõsuetudo facit, vt etiam talis ac tanta pulchritudo non ita nos stupefaciat. Quãto magis istud in muliere vsueniet? Deinde quamprimum morbus aliquis corpori formoso incubuerit, mox omnis illa pulchritudo euanuit. Quin potius beneuolentiam, animum modestũ, mansuetudinem quæramus in vxoribus. Istæ sunt veræ pulchritudinis notæ.Corporis pulchritudinem nõ quæramus:neque vicio demus vxoribus,ea quorum ipsæ nullam habent potestatem. Immò vero ne omnino quidem illas culpemus (nam temerariorum istud est)

neque

neque fastidio habeamus, neque molesti illis simus. An non videtis, quot eorum sint, qui cum formosis vxoribus cohabitauerint vitam suã misere duxerint, immò subuerterint? Et rursus quot eorum, qui cum non admodum pulchris cum magna iucunditate ad extremã vsque senectutem pertigerint? Internas maculas extergamus, internas rugas explicemus, eas auferamus maculas quæ in anima sunt. Talem pulchritudinem quærit deus. Deo pulchritudinem istam comparemus, nõ nobis. Non quęramus pecunias, neque nobilitatẽ istam externam, sed nobilitatem ac generositatem animæ. Nemo expectet ab vxore diuitias. Turpes enim ac probrosæ sunt illa diuitiæ. Neque omnino quęrat quisquã hinc ditescere. Nam qui hoc pãcto ditescere volũt, incidunt in tentationem, & desideria † inutilia & nociua, & in laqueos, & in perniciem ac perditionẽ. Ex vxore itaque ne quæras pecuniarum opulentiam, & omnia reliqua facile inuenies. Quis est, dic quæso, qui neglectis præstantioribus minutorum curam habeat? Sed hei vbique hoc morbi patimur. Si filios habuerimus, non hoc satagimus quo modo boni fiant, sed quo modo opulentas illis vxores accipiamus: non quo modo probis moribus, sed quo modo diuites fiant. Et si institutum quoddam aggrediendum fuerit, non quęrimus quo modo peccatis liberum sit, sed quo modo magnũ nobis emolumentum accedat. Pecuniæ iam sunt omnia. Propterea corrupta sunt etiã omnia, eo quòd nos amor iste corripuit. *Ita debent*, inquit, *viri diligere vxores suas, vt sua ipsorum corpora.* Quid hoc est? Venerat tanquã ad sublimiorem imaginem, & vehemẽtius exemplum. Iam vero, nõ istud, sed velut propius ac clarius ponit, & aliam † iusticiæ normam inducit. Nam prior illa non erat multæ, & vrgentis necessitatis. Ille Christus erat, ac deus erat, & seipsum tradidit. Aliunde igitur deinceps istud tentat, dicens: Ita debẽt. Non enim gratia res ista est, sed debitum. Et, vt sua ipsorum corpora. Quare? *Nemo enim vnquam suamipsius carnem odio habuit, sed nutrit ac fouet eam.* Hoc est, curam ipsius habet cum multa solicitudine. Quo modo caro viri est vxor? Hoc nunc os, inquit, ex ossibus meis, & caro de carne mea. Nam ex nostra facta est materia. Et non istud solum, sed & erunt, inquit, duo in carnem vnam. *Quemadmodum & Christus dilexit Ecclesiam.* Ad primum exemplũ regreditur. *Quoniã membra sumus corporis eius, ex carne eius, & ex ossibus eius.* Quemadmodum ex Adam, ex carne & ossibus eius est Eua. Sunt enim caro & ossa præstantiora in nobis. Illa velut fundamentum quoddam locata subiacent, ista tanquam ædificium. Sed illud quidem manifestum est, istud vero quo modo? Quemadmodum illic tanta est, inquit, propinquitas, ita & hic. Quid est quod dicit, ex carne eius? Hoc est, germane ac legitime ex ipso. Et quo modo nos hoc pacto membra Christi sumus? Quoniam secũdum ipsum facti sumus. Et quo modo ex carne? Scitis quotquot mysteriorum participes estis, quoniam os eius non confringetur, inquit. Ex ipso statim fingimur. Et quo modo? Iterum audi quid beatus iste dicat. Quoniam igitur pueri communicium habuerunt cum carne & sanguine, & ipse similiter particeps factus est eorundem. Sed hic ipse nobiscum commercium traxit, non nos cum illo. Quo modo ergo ex carne eius & ex ossibus eius sumus? Sunt qui sanguinem dicant & aquam. Verum nihil est. Sed quemadmodũ ille sine virili cõgressu natus est ex spiritu sancto, ita & nos illud efficimur in lauacro. Vide quãta exempla adducat vt generationi illi fidẽ faciat.

1. *Tim. 6.* † *stulta*

† *iustã probationem*

Genes. 2.

Hebr. 2.

O hæreticorum dementiam. Quod nunc nascitur ex aqua nascitur, verus fœtus, & verũ corpus. Quo modo ergo ex carne eius & ex ossib⁹ eius? Hoc est, ex integra ipsius substãtia formatus est Adã, & natus est Christus. Quo modo? Ex latere ipsius accepit. In cruce facta est susceptio, & nos substantiæ eiusdem cum ipso. Habet in seipso deum verbum, & nos. *Huius rei gratia relinquet homo patrem suum, ac matrem suam, & adglutinabitur vxori suæ, & erunt duo in carnem vnam.* Quid iam? Ecce adiungit & tertiam * iusticiæ normam, quòd relictis quisquam parentibus, ex quibus natus est, vxori cohæret. Deinde caro est & pater & mater, & filius quoque ex vtriusque parentis congressu & commixtione ortus. Nam commixtis seminibus nascitur filius, ita vt hi tres vna sint caro. Sed rursus fit vna caro filius per congressum cum vxore. Nam illa quoque ac multo amplius ligat, quam filius infans. Quamobrẽ? Quoniam ab initio ita factũ est. Ne dicas mihi de vxore tua, quòd talis ac talis sit. Non vides quòd & in carne multos defectus habemus? Hic claudus est, iste distortos habet pedes. Manus aridas alius, alius aliud quoddam membrum infirmum habet, & tamen illud nec dolendo occulit nec amputat, sed & reliquis sæpenumero præponit. Et merito. Est enim suum. Quantum itaque quisque dilectionis habet erga seipsum, tantum vult nos Apostolus & erga vxores nostras habere. Vnius sumus naturæ, verum pluris istud monitoriũ nobis esse debet erga vxores, quòd duo sunt corpora, sed hoc quidẽ caput: istud vero corpus, caput autem Christi deus est. Hoc & ego dico. Nimirum quòd quo modo vnum est corpus, ita Christus est & pater. Reperitur ergo quòd & pater caput nostrum est. Duo ponit exempla. *Magnum est istud corporis Christi mysterium. Ego autem dico, in Christo & in ecclesia.* Quid est mysterium hoc magnum, inquis? Quoniam magnum quid & admirandum beatus Moses indicauit, immò deus ipse. Interea sanè de Christo, inquit, loquor, quoniã & ipse relicto patre descendit, & ad sponsam venit, & factus est in spiritum vnum. Qui adhæret domino, vnus est spiritus. Et bene dixit: Magnum est hoc mysterium. Ac si dixisset, verũtamen allegoria ista dilectionem coniugalem non euertit. *Quanquam & vos singulatim curate, vt quisque suam vxorem tanquam seipsum diligat, vxor autem vt reuereatur virum.* Reuera nanque, reuera inquam, mysterium est, & magnum mysterium, relicto parente eo qui genuit, eo qui aluit, etiam ea quę peperit, quæ miserè & cum labore parturiuit, illis videlicet desertis qui tanta beneficia pręstiterunt, quibus cum consuetudo tracta est, adhærere virum illi quæ antea neque visa sit, neque aliquid commercij cum illo habuerit, atque hanc etiam omnibus pręferre. Vere mysterium est. Et parentes etiam cum ista fiunt, non offenduntur, sed magis offenduntur ac dolent quum non fiunt, expensis quoque pecuniis, ac sumptu facto lætantur. Magnum reuera mysterium & ineffabilem quandam sapientiam habens. Istud suprà præfatus dixit, in Christo & ecclesia. Veruntamen nõ propter ipsum solum ita dictum est. Sed quid? Vt vxorem scilicet tanquam propriã carnem foueat, quemadmodũ & Christus ecclesiam, vxor vero vt reuereatur virum. Iam nõ ea duntaxat quæ dilectionis sunt ponit. Sed quid? vt reuereatur virum. Alterum principatus locum habet vxor. Proinde neque ipsa honoris æqualitatem appetat. Est enim sub capite, neque ille tanquam subiectam contemnat. Corpus nanque est. Et si caput contempserit corpus, & ipsum simul peribit. Sed dilectionem inducat,

A B C D

* *duabus* *μια ἰσότης* & *simul* *probatum* *vt paulo ante.*

1. *Cor. 6.*

ducat,quæ obœdientiæ ac ſubiectioni ex æquo reſpondeat,quale eſt,quando manus,pedes,& reliqua omnia membra capiti ſeruiunt, illud viciſsim eorum curam ac prouidentiam agit,omnem ſenſum in† ipſis habens. Nihil iſto coniugio melius.Et quo modo poteſt eſſe dilectio,inquis,præſente timore? Tum ſanè potiſsimum poteſt.Quæ enim timet virum diligit etiam, quæ diligit,timet vt caput, diligit vt membrum,quandoquidē & caput membrum eſt totius corporis.Propterea mulierem deus ſubiecit,virum vero illi præfecit,vt pax ſit. Nam vbi honoris eſt æqualitas, aut vbi familia dominatur, vel omnes principatum gerunt, ibi nunquam poterit eſſe pax,ſed neceſſe eſt vnum eſſe principatum, atque id vbique in rebus corporalibus. Nam ſi fuerint
Actor.4.f viri ſpirituales, erit inter eos pax. Animæ erant quinquies mille, & nemo quicquam eorum quæ poſsidebat ſuum eſſe dicebat, ſed ſubditi erant inuicem alius alij. *Iſtud erat intellectus & timoris dei ſignum.* Dilectionis itaque formulam oſtendit,timoris vero non ita. Et vide, quo modo dilectionis quidem normam multis amplificat, ad quam promouendam, quæ Chriſtum, deinde & quæ propriam carnem concernunt,diſſerit,
Gene.2. & illud adducit: Eius gratia relinquet homo patrem & matrem. quæ vero timoris ſunt, non adeo dilatat. Qua ratione? Quoniā vult,vt quod dilectionis eſt magis obtineat. Nam iſta exiſtente,reliqua ſequuntur omnia,obtinente vero timore,nequaquā. Qui enim vxorem diligit, etſi non admodum morigeram, is omnia pariter ſuſtinebit.Adeo difficile eſt & graue, vt cōcordes ſint vir & vxor,quando dilectionis non fuerint vi ac tyrannide in vnum coniuncti. Timor ſanè omnino non præſtabit iſtud. Propterea illi magis immoratur Apoſtolus,quod eſt ad *concordiam faciendam potens. Videtur autem vxor eo quòd iuſſa eſt virum reuereri, vinci minoriſque haberi, verum ipſa vincit, ac maiores obtinet. Nam quod magis eſt proprium & herile,* viro imperatū eſt præſtare vxori, nempe, vt illam diligat.Quid ergo,inquis,ſi virum nō reuereretur vxor? Tu illam dilige, quod tuum eſt præſta. Nam etiam ſi quæ aliorum ſunt non ſequuntur,ſequi tamen oportet quæ nos concernunt, vt exempli gratia. Subiecti, inquit,inuicem alius alij in timore Chriſti. Quid ergo ſi alius non ſubiiciatur? Tu morem gere legi dei.Ita ſanè & hoc loco.Itaque mulier,etiam ſi nō diligatur,virum tamen reuereatur, ne quid ab ipſa mali committatur: & vir,etiam ſi vxor illum non reuereatur, tamen diligat, ne quid ipſe intempeſtiue deſignet aut ſuo muneri deſit:Nam vnuſquiſque proprium ac peculiare munus accepit.Factæ ſunt itaq; nuptię iſtæ,quod ad Chriſtum attinet nuptiæ ſpirituales, & generatio ſpiritualis.Noſtra generatio non eſt ex ſanguinibus, nō ex maternis parturitionibus. Talis erat & generatio Iſaac,Au
Ibid.18.b di quid ſcriptura dicat: Et deſierant Saræ fieri muliebria eius.Et nuptię noſtrę non ſunt ex deſiderij paſsionibus, neque corporales, ſed omnino ſpirituales, animæ ſcilicet cum deo coniunctæ, congreſſu arcano & ineffabili,& quem ipſe ſolus ſciat.Propterea dicit: Qui
1.Cor.6.d domino adhæret vnus eſt ſpiritus. Vide quo modo conetur & carnem carni & ſpiritum coadunare ſpiritui. Vbi ſunt hæretici? Si nuptię inter ea eſſent cōnumerandæ quæ vt criminoſa traducuntur,non vocaſſet Chriſtum ſponſum & eccleſiam ſponſam, nec hortādo adduxiſſet illud,relinquet homo patrem & matrem: nec rurſus ſubiunxiſſet, de Chriſto & eccleſia dictum eſſe.
Pſal.44. Nam de eccleſia & Pſaltes dicit: Audi filia & vide, & inclina aurē tuam, & obliuiſcere populū tuum, & domum patris tui, & cōcupiſcet rex pulchritudinem tuā. Quapropter & Chriſtus dixit:Ego à patre exiui,& ve- *Ioan.16.* ni.Sed quando dico Chriſtum reliquiſſe patrem, non imaginaberis locorum trāſitum, qualis apud homines fit. Quemadmodum egreſſus eſſe dicitur, non ꝙ exiuerit,ſed propter carnem hoc dicitur, ita & hoc intelligendū eſt,quòd dico eum reliquiſſe patrem. Qua vero ratione non de vxore quoque dixit,adhærebit viro ſuo? Quamobrem id factum eſt? Quoniam de dilectione diſſeruit,idq; viro. Nam quum vxori de metuendo viro diſſereret,virū dixit eſſet caput vxoris,& Chriſtum quoq; caput eccleſiæ. De viri vero officio ad virum egit & quæ dilectionis ſunt commendauit,de dilectione ad ipſum loquutus eſt,ipſum conſtringens ac conglutinans. Qui enim patrem reliquit propter vxorem,ſi illam ipſam quoque poſtea dimiſerit ac reliquerit,quānam venia dignus erit? Non vides quanto honore velit eam potiri deus, quòd te à patre abductum ipſi adfixit? Quid igitur,inquis,ſi quæ noſtri ſunt officij præſtiterimus,illa vero obſequuta non fuerit? Si incre- *1.Cor.7.* dulus diſcedit,diſcedat. Non eſt ſeruituti ſubiectus frater aut ſoror in huiuſmodi. Verum cum audis timorē, eum exiges ab vxore timorē qui congruat liberæ,non qualis à famula exigitur. Corpus nāque tuum eſt. Nam ſi hoc feceris,te ipſum probro afficies,dehoneſtās corpus tuum. Qualis eſt autem ille timor? Ne contradicat. ne aduerſus virum inſurgat, ne priores appetat. *Satis* eſt hactenus conſiſtere timorem. Si vero quemadmodum iuſſus es,illam dilexeris,maiora etiā faciet. Immò iam non ex timore hoc faciet,ſed & ipſa dilectio nonnihil operabitur: imbecillius plerunque genus eſt, multo egens auxilio, multa cōdonatione & accommodatione. Quid dicent qui ſecundis nuptiis iunguntur? *De ſecūdis nuptiis* Non quòd illas condemnem hoc dico. Abſit. Nam & Apoſtolus illas conceſsit. Veruntamen omnia vxori per accommodationem largitor, omnia ipſius gratia facito,atque etiam cum labore molitor,Neceſsitas tibi incumbit. Non putauit dignum hoc loco quicquam externorum exemplorum inducere quod ſæpenumero facit. Satis enim fuit quod magnum & vehemens illud de Chriſto adduxit. Immò & ad ſubiectionis rationem. Et rurſum relinquet, inquit, patrem ac matrē. *Gene.2.d.* Ecce ab externis. Et non dixit,& cohabitabit, ſed * cohærebit vxori ſuæ,vehementem vnionē dilectionemque cum vehementia declarans,Neque iſto contentus eſt,ſed & inductione ſubiectionem ita declarauit, vt duo non videantur amplius eſſe duo. Non dixit,in ſpiritum, nec dixit in animam. Eſt enim illud clarum, & cuiuis poſsibile,ſed ita,vt in carnem ſint vnam. Altera quidem princeps eſt vxor, principatum habens & multam honoris æqualitatem, veruntamē aliquid amplius præ illa vir habet. Iſtud maxima ſalus domus eſt. Nam illud quidem quod de Chriſto eſt, non in hoc aſſumpſit,quòd oporteat duntaxat diligere vxorē, ſed & corrigere & componere. Vt eſſet,inquit,ſancta & irreprehenſibilis. Illud quidem quod de carne eſt, ad hoc induxit, vt dilectionem perſuadeat: & illud quoque adhærebit vxori ſuæ,ad dilectionē facit. Si vero ſanctam ipſam effeceris,& irreprehenſibilem,ſequentur reliqua omnia. Quære quæ dei ſunt,& humana multa facilitate conſequentur. Corrige vxorem,atque ita conſeruabitur domus. Audi quid Paulus dicat: Si vero eſt quod *1.Cor.14.* diſcere volent, domi viros ſuos interrogent. Quòd ſi domos noſtras ad eum modum gubernauerimus, erimus & ad

* πρὸς κολλᾶται, *id eſt,adhæ rebit,adglutinatur.*

mus & ad ecclesiæ prefecturam idonei. Nam & domus exigua est ecclesia. Hoc pacto possunt viri & mulieres, boni facti, omnes excellere. Considera Abraham, Saram, Isaac trecentósque illos decem & octo vernaculos, quo modo vniuersa domus compacta fuerit, quo modo tota pietatis plena Apostolicum præceptum adimpleuerit, & ipsa Sara virum suum reuerita sit. Audi quippe quid dicat: Nondum, inquit, tale quid mihi cõtigit vsque nunc, & dominus meus senior est. Et ille ipsam ita dilexit, vt quiduis iubenti morem gesserit, & filius generosus erat, & vernaculi etiam ipsi admirandi, qui periclitari quoque cum hero suo, nec detrectarunt, nec contati, neque quiquam causati sunt. Sed & vnus eorum, nimirum, qui reliquis præerat, ita erat admirabilis, vt nuptię etiam vnigeniti filij, legatióque extorris, illi concreditæ sint. Nam quemadmodum in re militari, quando exercitus bene compactus est, nusquã subingreditur hostis: ita sanè & hic quãdo vir & vxor & liberi & domestici eodem studio tenẽtur, multa est domus illius concordia. Alioqui si id non fuerit, plerunque per vnum peruersum famulum omnia subuertuntur & dissoluuntur. Sæpenumero vnus duntaxat totum dispersidit ac corrupit.

Gene.18.b

Gene.24.a

Moralis exhortatio.

Multa itaque prouidentia curemus & vxores & liberos, & seruos, scientes quòd principatum nostrum hoc pacto nobis & ipsis facilem constituemus, & quòd rationum quæstiones & placidas ac mites habituri sumus, dicturíque, ecce ego & pueri mei quos dedit mihi deus. Si vir præcipuus fuerit & celebris, & caput bonum, & reliquum corpus nullam prorsus vim sustinere necesse habebit. Diligenter itaq; dixit quidem Apostolus, quo modo quæ vxorem pariter ac virum concernunt bene sint disponenda, hanc nempe adhortatus vt virũ reuereatur veluti caput, istum vicissim, vt diligat tanquam corpus vxorem. Quo modo vero ista fient, inquis? Nam quòd ea fieri oporteat istud quidem ostendit, quo modo vero fiant, ego vobis dicam: Si pecunias contempserimus, si ad vnum duntaxat respexerimus, animi videlicet virtutem, si timorẽ dei ob oculos habuerimus. Nam quod, cum ad seruos differeret, dixit, quoniam quicquid vnusquisque fecerit, siue bonum siue malũ hoc accipiet à domino, istuc & hic cogitandum. Non igitur tantum diligatur vxor propter seipsam, quantum propter Christum. Hoc etiam indicauit dicens, veluti domino. itaque cuncta sic facito, tanquam qui domino obedias, & propter ipsum omnia facias. Sufficiet hoc ad inducendum & persuadendum ac prohibendum ne qua sit contentio aut dissensio. Nemo fidelium calumniã viro apud vxorẽ struat. Sed neque vir temere quicquam aduersus vxorem credat, neque vxor temere ingressus & exitus viri curiose scrutetur. Neque vero vir ipse vspiam se talem exhibeat, vt aliqua mali suspicione dignus sit. Quid enim, dic quæso, totum diem amicis teipsum tradis, vxori vero vesperam? Non poteris vel sic persuadere illi, extráque suspicionẽ cõstituere. Quòd si te culpauerit vxor, ne molestè feras. Amiciciæ est indicium non arrogantiæ. Accusationes illæ feruentis amiciciæ sunt, ardentísque affectus atque timoris. Timet ne qua forsan cubile suum circunuenerit, ne qua sibi circa bonorũ summam nocuerit, ne qua sibi caput abstulerit, ne qua cubile suum perfoderit. Est & alia pusillanimitatis causa: nemo sibi vindicet famulos vltra prescriptam mensuram, neque puellam vir, neque famulum vxor: possunt enim ista suspiciones parere. Perpende nanque mihi istos illos veteres. Ipsa Sara patriarchæ iusserat accipere Hagar, ipsa imperauerat, nemo coëgerat: neque accessisset ad eam vir, sed maluisset nunquam fieri pater, quàm contristare vxorem, quanquam multum temporis iam sine prole protraxerat. Veruntamen post ista omnia quid dicit Sara? iudicet deus, inquit, inter me & te. Iam si istud cuiquam alteri contigisset, an non ad iram commotus fuisset? An non manus in eam extendisset, tantum non dicens: Quid inquis? Ego nolebam congredi mulieri. Tuum est totum istud institutum, & iam me accusas? Verum nihil tale dixit Abrahã. Sed quid? Ecce, inquit, ancilla est in manibus tuis, vtere ea quemadmodum tibi placuerit. Sociam lecti tradidit, ne contristaret Saram. Quanquam nihil hac re ad beneuolentiæ rationem magis facit: Si enim mensæ participem esse etiam latronibus vnanimitatem erga aduersarios conciliat, & Psaltes dicit, Qui simul mecum suauiter epulabaris: vnam fieri carnem (istuc enim est lecti consortem esse) multo magis in vnum contrahere conciliaréque potest. Verum nihil tale potuit ipsum cõstringere, quin tradiderit vxori ancillã, ostendens nihil sua causa hac in re commissum esse: & quòd sanè maius est, prægnantem etiam dimisit. Quis non misertus fuisset eius, quæ ex se concepto puero iam prægnãs esset? Sed nihil flexus est hic iustus. Dilectionem enim quam habebat ad vxorem prætulit omnibus. Hũc imitemur & nos, nemo paupertatem exprobret proximo, nemo pecunias amet, & erunt resoluta & facilia omnia. Neque dicat vxor aduersus virum, ignaue, meticulose, pigricia segnicièque ac multo somno plene, ecce hic vilis & abiectus, abiectorúmque natalium, tolecratis periculis peregréque profectus multas diuitias adeptus est. Et vxor eius auro conspicua, rhedáque mulis albis vecta, circunfertur vbique greges habens domesticorum, eunuchorúmque copiam. Tu vero meticulosus fact° frustra & inaniter viuis. Ne dicat ista, istísque similia mulier. Corpus enim est, non vt imperet capiti, sed vt illi morem gerat & obediat. Quo modo ergo feret paupertatem? vnde inueniet consolationem? Deligat & pponat sibiipsi pauperiores. Reputet quot generosæ, & ex generosis ortæ puellæ, non solum à viris nihil acceperint, sed & sua tradiderint, omniáque insumpserint. Cogitet quę ex eiusmodi diuitiis nascantur pericula, & quietam illam & ocioſam vitam † amplectatur, Nihil omnino tale dicet, si fuerit amanter erga virum suum affecta, sed eliget magis apud se domi habere illum nihil lucrantem, quàm decem milia auri talenta cum cura & solicitudine, quæ mulieribus plerunque ex virorum peregrinationibus incutitur. Sed neque vir ista audiens, ad conuicia & verbera, tãquam principatum habẽs, se vertat, sed magis eam veluti imperfectiorem admoneat, hortetur, & rationibus persuadeat, manus vero in eam nũquam iniiciat. Sint ista procul à libera mente. Neque conuiciis eam, neq; probris, neque vituperiis afficiat, sed velut minore prudẽtia præditam corrigat & componat. Vnde vero istuc erit? Si discat quæ veræ sint diuitiæ, si cœlestem philosophiam cognouerit, nihil taliũ criminabitur. Instruat eam paupertatem nihil habere mali. Instruat autẽ non solum verbis sed & factis. Doceat contemnere gloriã, & nihil eiusmodi vxor vel dicet, vel concupiscet. Tanquam statuam quandam fingendam & ornandam nactus, ita ab ipsa vespera, qua in thalamum nuptialem eam primum accipit, modestiam & mansuetudinem,

Ibidem.b

Psal.54.

† *amplitu-*
tur.

& quo modo

& quo modo viuere debeat, mox ab exordio doceat, A ex ipsisq; vestibulis pecuniarum amorem deiiciat, atq; ad philosophiam imbuat,& adhortetur,ne sint illi monilia aurea siue ab auribus siue circa genas, siue circa collum pendentia,neque circa thalamũ apposita,néue vestes sint deauratæ ac sumptuosæ,sed sit quidem nitidus ornatus, ita tamen ne splẽdor vituperio obnoxius fiat. Verum relictis illis quæ ad scænicum magis apparatum pertinent, tu ipse multa venustate domum adorna, modestiam, immò plurimum bonæ fragrantiæ spirantem.Sequentur enim hinc duo immò tria bona. Primum,non dolebit sponsa solutis thalamis,neque si amittantur vtrique vel vestimenta,vel vasa siue aurea siue argentea.Alterum, non erit solicitus spõsus de acquisitorum vel perditione,vel custodia.Tertium quoque præterea, quòd bonorum est caput, demonstrabit etiam ex istis animi sui sentẽtiam, quòd nihilo horum B adficiatur, quòd & reliqua omnia pessundabit, & neque saltationes,neque inhonestos cantus aliquãdo fieri concedet.At noui quidem quòd ridiculus forte quibusdam videor, qui talia præscribam. Veruntamen si morem mihi gesseritis, processu temporis rei vtilitate acquisita, fructum ac lucrum intelligetis: atque tunc iste risus eximetur,ridebitúrque quòd nunc fieri solet, ac videbitis, ea quæ nunc fiunt reuera puerorum insipientium esse & virorum temulẽtorum: quæ vero ego iam admoneo, esse modestiæ & philosophiæ cœlestisque cõuersationis.Quid igitur necessarium dico?Amputari à nuptiis omnia turpia satanicâque cantica, inhonestas odas consursusque immundorum adolescentum,atque tum poterit sponsus ad istorum normâ moderari sponsam. Statim enim apud seipsam cogitabit. Papè qualis est hic vir?philosophus est: nihili reputat C *præsentem vitam. Ad generandos & educandos liberos custodiendámque domum me in ædes suas induxit.* Verum iniucunda erunt ista sponsæ, vnum aut alterum diem,deinceps vero nequaquam, sed magnam etiam inde voluptatem capiet,liberans hoc pacto seipsam ab omni suspicione.Qui enim neque tibias,neque saltantes,neque præfractos cantus tolerat, idque nuptiarum tempore,difficillime sustinebit aliquid vnquã, quod turpe sit,vel facere vel dicere. Posteaquam vero omnia ista à nuptiis abstuleris,accepta sponsa,bene facies si non mox pudorem tollas,sed ad multum temporis producas. Nam etiam si impudentior sit puella, aliquo tamen vsque,virum reuerita, rebúsque istis insueta, tacere nouerit. Tu itaque pudorem istum non statim illi eximas,quòd lasciui viri faciunt,sed magis longo tẽpore erigas ac proferas. Dabit enim istud tibi ma D guos fructus.Interea quippe dum pudorem adhuc habet nihil eorum quę disponis culpabit,nihil reprehendet. Omnia itaque iuxta rationem temporis illius sancito, quo pudor menti ipsius quasi quoddam frænum, iniectus non permittit quicquam conqueri, vel quæ fiunt reprehendere.Si nanque confidentiam nacta fuerit, multa temeritate subuertet & cõfusa faciet omnia. Itaque quando aliud tempus est adeo fingendæ vxori idoneum, quàm illud quo virum reueretur, & adhuc metuit,ac verecundatur? Tunc scilicet, ipsi quasuis leges ponito, & obsequetur omnino siue sponte siue inuite. Quo modo vero pudorem non solues? Quando videberis & ipse nõ minus verecundus quàm ipsa,paucâque colloquutus fueris,atque ea cum multa grauitate atque cõpendio.Tunc illi de amicicia loquere: nam animus recipiet. In pulcherrimum ipsam habitum vi-

delicet pudorẽ,constitue.Si vultis,dicam exempli gratia quæ debeant ad sponsam differi.Si enim Paulus nõ detrectauit dicere:Ne fraudetis vos inuicẽ,& pronubę verba loquutus est,immò non pronubæ,sed animi spiritualis,multo minus nos detrectabimus de hac re dicere. Quid igitur ad eam loqui oportet? Cum multa gratia dicendum illi est: Nos te ô puella vitæ sociam accepimus, introduximúsque eorum quæ pretiosiora sunt & magis necessaria consortem,nimirum creationis liberorum, & gubernandæ domus. Quid igitur te obsecramus? Immò vero prius quæ dilectionis sunt cũ illa loquere.Nihil enim ita confert ad hoc vt qui audit persuadeatur ad recipiendum quæ dicuntur, atque si cognoscat quòd cum magna dilectione dicãtur.Quo pacto ergo ostẽdes dilectionem? Si dixeris,multas acquirere potui & opulentiores & illustri genere,verum nolui, sed te tuámque conuersationem, munditiem, mansuetudinem,& modestiam adamaui. Deinde statim ab istis viam de philosophia differendi parato, diuitias facto quodam loquendi circuitu, culpato. Nam si simpliciter ac temere sermonem aduersum diuitias direxeris,molestus eris:si vero occasionem ceperis,omnia expedies. Videberis enim rem istam apologiæ loco facere,non tanquam austerus,ingratus,& circa minuta curiosus. Verum quando ex iis quæ ad eam pertinent occasionem sumpseris, ac senserit,dices (necessarium enim est resumere sermonem) licebat diuitem sponsam ducere & opulentam, sed talem non accepi. Quamobrem?Non temere,nec sine causa, sed tãquam bene instructus, diuitias non esse possessionem ac substantiam, sed rem contemptibilem, quam & latrones, & fornicariæ mulieres, & sepulchrorum effossores sacrilegi habere possunt.Propterea relictis illis,ad animi tui virtutem accessi,quam præfero cuiuis auro. Prudẽs enim ac libera puella iuuencula,& cui pietas curæ est, vniuerso orbi comparanda est.Propterea te & complexus sum,& diligo,& ipsi animæ meæ prępono:nihil est enim præsens hæc vita.Opto etiam ac precor,nihilque non faciam,vt ita præsentem mereamur viuere vitam, vt & alibi in futuro seculo cum multa securitate simul esse ac conuersari valeamus.Tempus enim istud breue est ac fragile. Si vero diuina gratia dignata nos fuerit, vt Deo placentibus vitam istam ita transigere liceat, perpetuo & apud Christum & vnà cum maiore iucunditate simul erimus. Ego dilectionem tuam omnibus antepono. Et nihil ita difficile mihi aut graue fuerit, † quod aliquando tibi præferam.] Etsi oporteat omnia perdere,& Iro pauperiorem fieri,extremáque pericula sustinere aut quicquid tandẽ sit pati,omnia mihi erunt tolerabilia ac leuia, dummodo tecum mihi bene conueniat. Et liberi mei tum mihi iucundi erunt, quando animo erga nos beneuolo affecta fueris. Opus est autem vt & tu ista facias:deinde immiscebis & Apostolica verba, quòd Deus beneuolentiam nobis ita velit cõciliari. Audi enim quid scriptura dicat: Huius gratia, inquit,relinquet homo patrem suum ac matrem,& cõglutinabitur ad vxorem suam. Nulla sit nobis prorsus pusillanimitatis occasio, valeant pecuniæ, mancipiorúmque multitudo,& honores externi.Istud mihi omnibus est præstantius. Quanto auro, quantis thesauris non erunt verba ista vxori iucundiora? Ne metuas,ne in arrogantiam aliquando aduersus te rapiatur, si fuerit adamata,sed confessum ac certum facito,quòd eam ames. † Reliquæ quidem, quæ nunc huic nunc illi applicantur viro, extollerentur forte aduersum amatores suos,

Quo modo sponsus debeat alloquí sponsam.

1.Cor.7.a

† *quàm si cõtingat tecũ disceptare & altercari.*

Genes.2.d Hic supr.g

† *meretrices*] ἑταίρας

ἐρεῖ. *interpres legisse videtur* ἕτερα *pro* ἑαυτῷ, *in pecuniis.*

res suos, si quando talia verba audiret: libera vero vxor A & generosa puella non insoleſceet vnquam ex his verbis, ſed magis etiam flectetur. Oſtende illi, quanti facias apud eam cohabitare, quámque malis domi eſſe propter ipſam quàm in foro. Omnibus etiam amicis eam & liberis quoque ex ipſa natis, preferto, qui tamen ipſũ propter eam abs te diligantur. Si boni quicquam fecerit lauda & prædica, ſi vero abſurdum aliquid & iuuenile quodam modo obtigerit, hortare & admone. Pecunias ac ſumptuoſitatem ſurſum ac deorſum indeſinenter incuſa, & oſtende ornatũ illum qui eſt à mun ditie & ab honeſtate, & continuò quæ vtilia ſunt doce. Sint vobis preces communes. Ad eccleſiam quiſque accedat, & eorum quæ ibi dicuntur & legũtur vel partem aliquam domi & vir ab vxore, & vxor à viro exigat. Si paupertas preſſerit, adhuc in medium ſanctos viros, Paulum ac Petrum, qui omnibus & regibus etiam B clariores ac celebriores quum fuerint, quo modo tamẽ in fame ac ſiti vixerunt? Inſtrue vxorem nihil eſſe eorum quæ in hac vita ſunt metuendum, niſi vnum illud, ne Deus offendatur. Si ita quis matrimonium contraxerit, iſtáque obſeruauerit, non multo minor erit illis qui ſolitariè viuunt, neque inferior erit coniugatus non coniugatis. Si volueris & prandia facere & conuiuia parare, nihil adſit inhoneſtum, nihil indecorum ac incompoſitum. Si pauperem quendam ſanctum inueneris, qui domum veſtram benedicere queat quiq; ad ingreſſum pedum ſuorum omnem poſsit Dei benedictionem ſimul adferre, iſtum vocato. Dicam & aliud. Nemo veſtrum opulẽtiorem vxorem ducere ſtudeat, ſed multo magis pauperiorẽ. Non enim opulenta tantam voluptatis materiã ex pecuniis ſuis adferet, quantam triſticiam ex opprobrationibus, ex eo quòd plura C quàm attulerit exiget, ex cõuiciis, ex ſumptuoſitate, ex oneroſis & intolerabilib⁹ verbis. Dicet enim forte: nõdum tuorum quicquã inſumpſi. Adhuc veſtibus meis induor, illis amicior quæ mihi parẽtes dederunt. Quid dicis ô mulier? veſtiris adhuc rebus tuis? Et quid hoc verbo poterit contingere miſerius? Corpus proprium iam non habes amplius, & pecunias habes proprias? Non eſtis amplius poſt nuptias duæ carnes, ſed facti eſtis in vnam, & habetis duas bonorum ac facultatum ſubſtantias, & non vnam? O pecuniarũ amorem. Vnus homo & vnum animans vterque facti eſtis, & adhuc dicis, hæc mea ſunt? Execrandum hoc verbum ac ſceleſtum à diabolo inuectum eſt. Omnia nobis Deus quę iſtis quoque neceſſaria magis ſunt, communia fecit, & iſta nõ ſunt communia? Non potes dicere, lux mea eſt, meus eſt Sol, mea eſt aqua. Omnia maiora communia D nobis ſunt, pecuniæ vero communes non ſunt? Pereãt pecuniæ millies: immò non pecuniæ, ſed mentes illæ quæ pecuniis vti neſciunt, ſed omnibus illas ante ponunt. Et iſta cum aliis vxorẽ tuam doce, ſed cum multa gratia. Quoniam enim ipſa virtutis adhortatio per ſeipſam multum habet triſticię, & maxime ad puellam facta teneram & iuuenculam, quando de philoſophia ſermones habentur multum gratię conſtruc, atq; iſtud meum & tuum potiſsimum ex animo ipſius extermina. Si dixerit, hæc mea ſunt, reſponde, quæ ſunt iſta quę tua dicis? Neque enim noui: ego nihil proprij habeo. Quo modo ergo dicis, hęc mea ſunt, quum omnia tua ſint? Gratificaberis illi hoc verbo. Non vides quo modo iſtud & erga pueros noſtros facimus? quando nobis aliquid eripiunt eorum quæ poſsidemus, atque rurſus & aliud accipere volunt, permittimus ac dicimus: etiam & hoc tuum eſt & illud. Iſtud & cum vxore faciamus. Eſt nanque animus ipſius puerilior. Et ſi dixerit, hæc mea ſunt, dic tu, omnia tua ſunt, & ego quoque tuus ſum. Non eſt adulantis hoc verbum, ſed plurimũ prudentis. Atque ita poteris faſtum ipſius deprimere, & animi triſticiã extinguere. Adulatio quippe eſt quãdo quis parum virile quid mali gratia fecerit. Iſtud vero maxima philoſophia eſt, dic igitur: Et ego tuus ſum, ô puella. Hoc me Paulus admonuit dicens, vir proprij corporis ſui poteſtatem non habet, ſed vxor: ſi corporis mei poteſtatem ego non habeo, ſed tu, multo minus pecuniarũ. Iſta ſi loquutus fueris, recreabis ipſam, flammam extingues, diabolũ pudore ſuffundes, famulam tibi ex vxore facies obſequentiorem quam ſi emptitia eſſet, in ſumma deuincies illam tibi planè his verbis. Itaque quicquid loquaris, doce eam vt nunquam B dicat, meum & tuum. Et nunquam ſimpliciter ipſam ac nude voca, ſed cum blanditiis, cum honore, cũ multa dilectione. Honora ipſam, & nullum ab aliis deſiderabit honorem, nullam concupiſcet ab aliis gloriam, ſi gloria fuerit abs te potita. Omnibus eam præpone, lauda etiam eam propter omnia, ſiue pulchritudinem, ſiue prudẽtiam, ita perſuadebis illi te nulli externæ mulieri intendere, ſed omnes alias contemnere. Doce timorem Dei, & omnia tanquam ex fonte abunde adfluent, erítque domus tua innumeris bonis referta. Si quæſierimus incorruptibilia bona, aduenięt & corrup tibilia. Nam primum, inquit, quærite regnum Dei, & *Matth.6.* hæc omnia adiicientur vobis. Quales conſequens eſt fore liberos talium dominorum, tales erunt & omnes qui prope illos fuerint. An non continget & ipſos innumeris bonis abundare? Vt enim plerunque fit, ſerui C etiam mores ſuos ad ingenium dominorum componunt, deſideriiſq; illorum aſsimilantur, eadem amant, quæ & docentur, eadem loquuntur, in eiſdem pariter conuerſantur. Si ad hunc modum nos ipſos compoſuerimus, ſcripturáſque obſeruauerimus, pluribus per illas inſtruemur, atque ita poterimus placere deo, præſentémque vitam omnem cum virtute tranſcurrere, & bona diligentibus ipſum promiſſa conſequi, quibus nos omnes, precor, dignos fieri contingat, gratia & benignitate, &c.

Homilia xxi.

Filij obedite parẽtibus veſtris in Domino: hoc enim iuſtum Cap.VI. *eſt. Honora patrem tuum & matrem, quod eſt præceptum* Exod.20. *primum in promiſsione, vt bene ſit tibi, & ſis longæuus* Deut.5. *ſuper terram.* Quemadmodum qui corpus aliquod fingit, primum caput ponit, deinde iugulum, poſtea & pedes: ita & beatus Paulus ſermone ſuo procedit. Dixit de viro, dixit de vxore, ſecundum poſt virum principatum gerente. Procedit deinceps rectà progrediens ad tertium principatum: is autem eſt liberorum. Vxori enim imperat vir, liberis vero & vir & vxor: vide itaque quid dicat. Filij, inquit, obedite parentibus veſtris in Domino. Ipſum enim primũ præceptum eſt in promiſsionib⁹. Nihil hic de Chriſto diſſerit, nihil de ſublimibus rebus. Diſſerit enim ad teneras adhuc mentes. Propterea & breuem exhortationẽ facit, eo quòd longum ſermonem pueri aſſequi non poſſunt. Quapropter neque de regno quicquam diſſerit. Non eſt enim illius ætatis iſta audire, ſed ea dicit, quæ potiſsimum deſiderat animus puerilis audire, nempe, quòd morigerus longæuus ſit futurus. Nam ſi quis inquiſierit, quare nihil de regno diſſeruerit, ſed præceptum ipſis in lege poſitum

positum proposuerit, dicemus ideo factum quòd pueriliores adhuc essent, & quòd sciret viro & vxore iuxta legem quam præscripserat dispositis, non multi laboris esse subiicere liberos. Bono nanque firmo & honesto initio ac fundamento collocato, recto deinceps ordine & ordine res ac multa facilitate procedit. Est enim difficilius fundamentum ponere, validámque rebus subiicere basim. Filij, inquit, obedite parentibus vestris in domino, hoc est, secũdum dominum. Deus, inquit, ita iussit. Quid ergo si absurda præcipiant parentes? Potissimum quidem pater, nunquam absurda iubet, etiam si ipse sit absurdus. Veruntamen, vtut sit, ita etiam hoc cauit, dicens, in domino, hoc est, in illis, quibus deum non offendes, vtpote, si Græcus infidelis fuerit aut hæreticus, non erit illi amplius obediendum. Non enim illud iam in domino est. Quo modo vero dicit, quod est primum præceptum? Primum enim præceptum est, non mœchaberis, non occides. Non dixit illud ordine sed promissione primum esse. Illis quidẽ quæ de malis secessuq; à malis posita præcepta sunt nõ est adiecta merces, illis vero quæ de bonis sunt, lucri etiam addita est promissio. Et vide quàm admirabilẽ virtutis profectui basim posuerit, honorem scilicet ac reuerentiã erga parentes. Abducens à malis operibus, ingressurúsque iam bona, primum præcipit honorem erga parentes, eo quòd & ante omnia ipsi post deum causa viuendi sunt. Merito igitur primi bonis nostris potiri debent, deinde post illos & reliqui homines omnes. Nunquam enim erit erga exteros mansuetus, quisquis isto caruerit. Adhortatus itaque pueros, quæ oportebat, transit ad patres ac dicit: *Et patres ne prouocetis ad iram liberos vestros, sed educate eos in eruditione & correptione domini.* Non dicit, diligite ipsos. Ad hoc enim eos etiã *inuitos ipsa natura impellit, vnde superfluum fuisset de talibus legem ponere. Sed quid dicit? Ne prouocetis* ad iram liberos vestros. Hoc multi faciũt, liberos suos exhæredantes & abdicantes, atque intolerabiliter prementes, non tanquam liberos sed veluti mãcipia. Propterea dicit: Ne prouocetis ad iram liberos vestros. Deinde quod omnium summam habet ostendit, nempe, quo modo obedire debeant liberi, in caput ac principium omnem causam reducens. Et quemadmodum ostendit muliebris obedientiæ causam virum esse factum, vnde & ad ipsum plura differit, admonens, vt di lectionis vi vxorem complectatur: ita & hic quoque in ipsum causam reducit dicens, sed educate ipsos in eruditione & corruptione domini. Vides quòd & carnalia sequãtur eos qui spirituales sunt? Vis filium tuum esse morigerum? Ab initio ipsum educa in eruditione & correptione domini. Ne putes superfluum esse, si diuinas scripturas audierit, nam illic hoc primũ audiet: Honora patrem tuum ac matrem tuam. Itaque istud tui gratia fit. Ne dicas, solitariorum est audire scripturas. Num solitarium ipsum faciam? Non est necesse vt solitarius fiat. Quid metuis quòd multo lucro refertũ est fac ipsum christianum. Mundanis potissimum necessarium est scire que ex scripturis docentur, maxime pueris: est enim plurimũ insipientiæ in illa ætate. Reditur autem illa stulticia puerorũ auctior etiam externis rebus, quãdo cognouerint heroas illos quoq; quos admirantur, passionum esse seruos & ad mortem meticulosos: quale erat quòd Achillem cum pro concubina sibi moriendũ iam esset, facti iam pœnitebat: quale est & cum alius inebriatur, & reliqua multa talia cõmittũtur. Opus est igitur pharmacis istis: nam quo modo non absurdum est ad disciplinas quidem mittere liberos & ad præceptores, & ad huiusmodi institutionem omnia facere, in eruditione vero ac correptione domini ipsos non educare? Propterea & nos primi fructus huius rei carpimus, temerarios, scelestos, ac immorigeros & illiberales educantes liberos nostros. Ne faciamus igitur istud, sed obediamus beato huic Apostolo bene admonenti. Educemus eos in eruditione & correptione domini. Demus illis exemplum, facientes eos à primæua ætate scripturarum lectioni vacare. Heu mihi, continue ista dicens nugari videor: veruntamen non cessabo quod mei est officij facere. Quamobrem dic quæso, non imitamini veteres? Maxime vos mulieres, celebres illas mulieres æmulamini. Peperisti puerũ? Imitare Annam. Disce quid fecerit illa. Mox illũ subduxit atque obtulit in templum: Quis vestrum non innumeris modis mallet filium suum Samuëlem fieri potius quàm totius orbis regem? Et quo modo, inquis, possibile est eum talem fieri? Quamborem non est possibile? Ideo scilicet quòd non vis, neque tradis eum illis, qui talẽ eum facere possent. Et quis talis est, inquis, qui hoc posit? Deus. Quandoquidem & illa filium suũ ipsi commendauit ac tradidit. Neque enim Eli erat ex illis qui potuissent ipsum admodum fingere. Quo modo enim potuisset qui ne proprios quidem filios suos potuit? Sed fides ac promptitudo mulieris totum fecerunt. Primum pepererat hunc, & solum, nec sciebat an alios esset paritura. Neque dicebat, expectabo donec crescat puer, vt rebus mundanis antea vtatur, permittam, vt paululum puerili ætati immoretur: sed reiectis his omnibus mulier, vnum duntaxat intẽdit, quo modo statim ab ipsis vitę exordiis spiritualem imaguculam deo fingendam offerret. Pudorem nobis viris incutiat mulieris huius philosophia. Obtulit ipsum deo, illicq; reliquit. Propterea & cõiugium illius factum est illustrius, quoniam primitias deo obtulit, & huius gratia aluus eius facta est fœcunda, viditq; puerum hunc in mundo celebrem esse, atque alios etiam fratres illi acquisiuit. Si enim homines honore affecti vicissim honorant, non multo magis hoc faceret deus, qui istud non honoratus etiam facit? Quousq; caro sumus? Quousque ad terram inclinamur? Omnia nobis prouidentiæ puerorum, eruditioniq; & correptioni, quo in domino educentur, postponantur. Si didicerit filius tuus ab ipsis initiis philosophus esse, diuitias acquiret omnibus diuitiis maiores, gloriámque potentiorem. Tantum non lucraberis artem ipsum docens, & eruditionem externam, per quam pecunias acquirat, quantum si artem doceas per quam pecunias contemnat. Si voles ipsum facere diuitem, ita facias. Nõ enim dives est, qui multis pecuniis eget, & sumptuose vestitur, sed qui nulla re opus habet. Istuc instrue filium tuum, istuc doce. Hæ sunt maximæ diuitiæ. Ne quæras quo modo celebrem eum in externis doctrinis, & glorioſum facias, sed cura quo modo doceas eum gloriam in hac vita cõtemnere. Hinc fiet illustrior & glorioſior. Ista factu sunt possibilia tam pauperi quàm diuiti: ista neque ex præceptore quisquam, neque per artem discet, sed per diuinos sermones. Ne quæras quo modo vitam longam viuat, sed quo modo viuat perpetuam & fine carentem. Magna ipsi largire non modica. Audi Paulum dicentem: Educate ipsos in eruditione & correptione domini, Ne cures vt rhetorem ex ipso facias, sed ad philosophiam erudi. Nihil enim damni erit, etiam si non sit rhetor. Sine philosophia vero nihil proderit innumera etiam

Mundanis et pueris potissimũ sacram scripturam scire necessariũ est.

mera etiam rhetorica. Modestia opus est, non sermo-
† *dictĕdi vi et suauitate* nibus: bonis & honestis moribus, non † astuta callidita te,} operibus non verbis. Ista regnum conciliant: ista etiam vera bona largiuntur: non linguam acuas, sed mentem expurges. Ista non dico vt prohibeam erudire pueros, sed vt prohibeam ne istis solis intendatur. Ne putes solitario duntaxat, eruditionibus istis quæ ex scripturis sunt opus esse. Nam eis potissimum pueris necessariæ sunt, qui mundo isto vsuri sunt. Quemadmodum enim apparatu nauium, gubernatoreque, ac supplemento nautarum non ita opus habet qui semper in portu consistit, atque qui semper in mari versatur: ita habent & mundanus & solitarius. Ille quidem in portu tranquillo est, quietam & ociosam vitam atque ab omni tempestate liberam viuens: iste vero perpetuus in marinis negociis est, fluctuatq; in medio mari, cum multis & magnis procellis pugnam habens. Etsi ipse non habuerit opus, instructum tamen esse oportet, vt aliorum linguas obturet. Itaque quãto celebrior fuerit filius tuus in hac præsenti vita, tanto magis opus habebit ista eruditione. Nam si in regalibus curiis educatus fuerit, aderunt multi & græci infideles & philosophi, & præsenti mundana gloria inflati, vt sit veluti in loco aquaticis fluctibus referto. Tale quid sunt regales aulæ, inflati sunt omnes ac tumidi. Qui vero non sunt, fieri tamen studeant. Cogita itaque quantum fuerit bonum, filium tuum ad illos concedentẽ boni medici instar cum instrumẽtis penetrare valentibus vniuscuiúsque tumorem deprimere, atque vnumquẽque accedere, ac disserere, ægrotúmque corpus ex scripturis impositis pharmacis & effusis philosophię sermonibus sanare posse. Solitarius enim cui disseret? Parietibus & tecto? An solitudini & saltibus, aut auibus & arboribus? Non multum igitur ille tali doctrina opus habet. Veruntamen hoc opus perficiendũ sibi sumit, non vt alios tantopere, sed vt seipsum erudiat. Multo itaq; necessarior est talis doctrina potissimũ illis qui in hac vita conuersantur. Habet enim qui in hac mundana vita degit maiorem delinquendi necessitatem, quàm solitarius. Si vero scire voles, erit etiam aptior filius tuus in ipso mundo ad hunc modum instructus. Reuerebuntur enim ipsum omnes propter verba illa, quum viderint ipsum in igne non comburi, neque principatum aliquem cõcupiscere. Tunc scilicet, hoc ipso principatum sibi parabit, quando illum non desiderabit, & ab ipso rege in maiore reuerentia & honore habebitur. Nequit enim talis latere. Nam inter multos sanos nõ æstimatur sanus: inter multos vero ægrotos si vnus fuerit sanus, mox fama illius ad regias aures percurrit, multisque Gentibus ipsum præficit.

Moralis adhortatio.

Istis itaque cognitis, educate liberos vestros in eruditione & correptione Domini. Sed pauper est quisquam? Deniq; sit pauper, nihilo vilior est in regiis versante: etiam si non sit in regiis, celebris tamen erit & admirabilis, statimque ad principatum veniet spontaneum, non plebiscito designatum. Si enim Græci infideles, triobolares quidam viri & canes, philosophiam istam triobolarem ac vilem (talis enim est Græcorum philosophia) immò non ipsam sed nomen ipsius amplexi, pallióque amicti, ac comam nutriantes, multorũ reuerentiam sibi cõciliant, quanto magis qui vere philosophus est? Si habitus mendax, si vmbra philosophiæ apparens ita extollit, quid futurum est, si veram ac synceram philosophiam dilexerimus? An non omnes colent, & domos, & vxores, & pueros talibus cum magna facultate & libertate commendabunt? Sed nõ est iam, non est, inquam, talis quisquam philosophus. Propterea neque exemplum aliquod inueniri potest. Sunt quidem tales inter solitarios, inter mundanos vero non amplius. Quòd autẽ inter solitarios sint, possunt multi adduci: veruntamen vnũ ex pluribus proferam. Scitis sane & audistis: quidam vero vestrum viderunt etiam virum illum de quo dicturus nunc sum, Iulianum dico admirabilẽ ac celebrem. Hic erat vir rudis & agrestis humili sorte & ex obscuris parentibus ortus, neque omnino externæ eruditionis peritus, sed syncera philosophia plenus. Isto in ciuitates introeunte, (raro autem hoc fiebat) ita cateruatim colligebatur populus, vt nihil tale factum sit vel rhetoribus vel sophistis, aut aliis quibuscunque ingredientibus. Quid dico? An non & nunc quidem nomen eius cunctis regibus illustrius ac venerãdum magis habetur? Si vero ista in hoc mundo fiunt, in eo scilicet mundo, in quo nobis nihil boni promisit dominus, in quo peregrinos nos esse dixit, cogitemus quãta bona nobis reposita sint in cœlis. Si vbi aduenæ erant, tantum adepti sunt honoris, quanta potientur ibi gloria, vbi ciues sunt? Si tantum reuerentiæ inuenerunt vbi tributationem prædixit Christus, quãta erit illic requies vbi veros promittit honores? Verũ vultis vt & mundanos ostendamus? Nunc quidem tales non habemus: nam sunt quidem mundani mansueti forte, sed in philosophiæ verticem non ascendunt. Propterea ex veteribus & sanctis exempla vobis proferam. Quot eorum fuerunt qui quum vxores haberent, & pueros educarent, nihil minus iam dictis, nihil, inquam, minus habuerunt? Iam vero istud non est propter instãtem necessitatem, quemadmodum beatus iste Paulus dicit: Quem igitur vultis dicam? An Noë vel Abraham? Aut filiũ huius vel illius? aut Ioseph? vel vultis vt ad prophetas veniamus? Mosen dico, vel Esaiã. Verum si videtur ad Abraham trahamus sermonem, quem nobis potissimum proferunt omnes. An non vxorem habuit? non habuit liberos? Nam illud ego ad vos dico, quod vos ad nos, vxorẽ habuit: sed non ideo factus est admirabilis quòd vxorem habuit. Pecunias habuit. Verum non propterea deo placuit quòd pecunias habuit. Liberos genuit. At non ideo beatus est factus, quòd liberos genuit. Trecentos decẽ & octo vernaculos possedit, sed non huius gratia celebris factus est. Sed vis discere vnde? Ex hospitalitate, à contemptu pecuniarũ, ab honestate. Quid enim, dic quæso, philosophi est? Nunquid & pecunias & gloriam contemnere, inuidiam & omnem animi passionem vincere? Age adducamus ergo ipsum in mediũ, aggrediamúrque & ostendamus vobis qualis fuerit philosophus. Primum, patriam suam paruipendit. Nam egredere, inquit, ex terra tua & cognatione tua: & mox egressus est: non alligatus fuit domui, alioqui nõ exiuisset. Non consuetudinis amicitiæ, nulli alteri cuiquam rei. Sed quid? Gloriam omnium potissimum & pecunias ille contempsit. Nam fugatis etiam hostibus cum oblata essent spolia accipere respuit. Quin & filius huius quoque nõ propter pecunias spectabilis factus est, sed propter hospitalitatẽ, non propter liberos, sed propter obedientiam, non propter vxorem, sed propter sterilitatẽ in vxore. Nihil æstimarunt præsentem vitam, pecunias non collegerunt, despexerunt omnia. Nam dicas mihi quænam sunt plantarum optimæ? An nõ quę ex seipsis vires suas habent, & neque imbribus neq; grandine, neque

Iulianus Saba

Ephes. 2

1. Cor. 7

neque ventorum impetu, nec alia quapiam asperitate læduntur, sed nudæ perstant omnia contemnētes, neque operculorum, neq; sepium munitionibus opus habentes? At talis est philosophus, talis Paulus ille. Nihil habet, & tamen omnia habet: omnia habet, & nihil habet. Paries enim non intrò, sed forinsecus est: & sepes non naturalis munitio est, sed externa. Quod autē corpus, dic quęso, validum est ac firmum? An quod sanum est, quod neque fame, neque satietate, nec frigore, nec æstu cōsumitur: an quod coquis & textoribus & venatoribus ac medicis cōtra hæc omnia, vt sanum sit opus habet? Ille dives est, qui vere philosophus est, qui nullius horū eget. Propterea beatus iste dixit: Educate ipsos in eruditione & correptione. Nolite igitur externe illos obsepire: nā istud sunt diuitiæ, istud gloria. Quando enim ista ceciderint (cadent autem) nudum stabit quod plantatum est, & læsioni obnoxium, non solum nullo adepto in præsenti tempore lucro, sed accepto etiam nocumento. Nam septa illa, quæ prohibent ne plantula per ventorum impetus & incursus exerceatur, nunc illa eò parauerunt, vt simul planè decidat. Itaque magis etiam nocēt diuitiæ, pigros ad vitam inæqualem & asperiorem faciētes. Tales itaque paremus liberos, vt possint omnibus obsistere, & ad ventura insolentes non esse: sed educemus eos in eruditione & correptione domini: multa merces nobis reponetur. Si enim qui regū statuas faciunt, & imagines pingunt, tantum consequuntur honoris, nos qui regiam imaginem ornamus (est enim homo imago dei) nō innumeris potiemur bonis, quod ad similitudinem attinet illi restituentes? virtus enim animæ est, in qua sita est similitudo illa, quādo scilicet erudierimus liberos nostros ad hoc, vt sint boni, vt sint placabiles, vt sint immemores offensarum: ista omnia propria sunt dei: quando fecerimus eos ad benefaciendum propēsos & humanos ac benignos, quando erudierimus, vt præsentia nullius æstiment. Istud itaque opus nostrum sit, vt & nos ipsos & liberos nostros fingamus, atque quo modo oportet componamus. Alioqui qua fiducia stabimus ante tribunal Christi? Si enim episcopatu indignus est pueros habens non subditos, multo magis regno cœlorum. Quid dicis? Ergo pœnas luemus, si vxores habuerimus immorigeras & liberos incompositos? Planè: nisi diligenter quæ nostri sunt officij præstiterimus: non enim ad salutem nobis satis est propria virtus. Nam si qui vnum illud talentum in terram defodit, nō solum nihil lucratus, sed & punitus est, liquet quòd ad salutē nō sufficiat propria virtus, sed opus sit & alterius. Multam itaq; curam impendamus vxoribus, multam & liberis, multam quoque domesticis, & nobis quoque ipsis. Atq; dum & nos ipsos componimus & illos, oremus deum, vt in opere hoc nostro nos adiuuet. Si viderit nos istud curare, in hoc solicitos esse, opem feret: si vero viderit nullam huius nos habere rationem, manū non porriget. Non enim auxilium nobis suppeditabit dormientibus, sed simul & ipsis operātibus. Auxiliator enim non est ociosi auxiliator, sed simul operantis. Potens vero bonus ille deus est per seipsum opus hoc in finē deducere. vt digni reddamur omnes qui promissa bona consequamur gratia & benignit. &c.

Matt. 25. c

Homilia xxij.

SErui obedite iis qui domini sunt iuxta carnem, cum timore ac tremore, in simplicitate cordis vestri tanquam domino, non ad oculum seruientes, velut hominibus placere stu-

A *dentes, sed tanquam serui Christi, facientes voluntatē dei ex animo, cum benevolentia seruientes veluti domino & non hominibus, scientes quòd, si boni quicquam fecerit homo, hoc reportaturus sit à domino, siue seruus fuerit siue liber.* Itaque non solum vir, non solum vxor, neque solum liberi, sed & domesticorum virtus ad constituendam regendámque domum confert, propterea beatus Paulus neque hanc partem neglexit. Attingit tamen eam postremo, quoniam & dignitate postrema est. Multa vero & ad ipsos differit, non vt ad pueros, sed multo perfectius. Nullam enim promissionē ipsis in hac vita ponit, sed in futura. Scientes, inquit, quòd vnusquisque à domino reportabit, quod fecerit, siue bonum siue malum, & docet eos iam philosophari. Licet enim dignitate sint infra liberos, prudētia tamē maiores sunt. Serui, inquit, obedite iis qui domini sunt iuxta carnem. Confestim animum tristem restituit, confestim consolatus est. Ne doleas, inquit, quòd & vxore & liberis minor es. Nomen duntaxat seruitutis habes, dominium istud iuxta carnem est, temporale ac breue. Nam quicquid carnale est fragile est ac marcidum. Cum timore, inquit, ac tremore. Vides quòd eundem timorem exigat ab vxore & seruis? Nam illic quidem simpliciter dixit, vxor vero vt timeat virū: hic vero cum intentione, cum timore, inquit, ac tremore in simplicitate cordis vestri tanquam Christo. Crebro hoc dicit. Quid dicis ô beate Paule? Frater est, immò frater & talis factus est, qui eisdem bonis potitus, atque in idē corpus initiatus est, frater factus est non dominātum sui, sed & filij dei: omnia eadē possidet, & dicis, obedite iis qui domini sunt secundum carnem cum timore ac tremore? Propter hoc ipsum, inquit, hoc dico. Si enim liberos inuicem alium alij propter timorē dei C subiici iubeo (quemadmodum supra dixit, subditi inuicem in timore dei) si etiam vxori impero vt virum timeat, quanquam ipsa pari quoque honore sit, multo magis seruum hoc decet. Non enim ignobilitatem res ista, sed primam habet nobilitatē, nempe, cedere & modeste agere † posse, proximoq; obedire. Et liberi etiam liberis cum multo timore ac tremore seruierūt. In simplicitate cordis, inquit. Bene dixit. Quandoquidē fieri potest vt cum timore quisquam ac tremore seruiat, verum non cum benevolentia, sed quantum fieri potest celent multi multa quæ male erga heros suos faciūt. Et istam igitur malefaciendi astutiam tollit dicēs: In simplicitate cordis vestri tanquam domino, non ad oculū seruientes, velut hominibus placere studentes, sed tanquam serui Christi, faciētes voluntatem dei ex animo, cum benevolentia seruientes veluti domino, & nō hominibus. Vides quot verbis opus habuerit, vt bonum istuc illis insereret, nēpe, vt cum benevolētia & ex animo seruirēt? Nam illud quidem, cum timore videlicet ac tremore, multos videmus dominis suis præstare. Et ad illud etiam dominorum cōminationes plurimū faciunt. Verum ostēde, inquit, cp seruias tanquam seruus Christi, non hominis. Fac seruitutem tuam nō necessitatis esse sed virtutis. Quemadmodū male ab aliis affecto suadet, atq; ex illis quę sequūtur docet, vt quod patitur virtutis suæ ac voluntatis esse faciat. Quandoquidem enim qui maxillam alicuius percussit, non ex animo percussi ad hoc facinus venit, sed ex propria malicia, quid dicit? Obuerte ipsi, inquit, & alterā, vt ostēdas quòd & istā alapam nō inuitus tuleris. Qui enim abundanter ad malum ferendum paratus est, is etiam quod suum non erat, suū esse facit, nempe, in maxillam † excidi, nō solum ad ferendum paratū esse. Nam istud quidem timoris

** τὴν ἀνδρ', habent græci codices. sed addenda videtur negatio: vt dicat non eundē timorē exigi ab vxore et seruis, vt aperte dicit Oecumenius & hic innuit sequentia.*

† nosse

Matth. 5. f

† cæsum fuisse,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem timoris forsan esse videtur, nempe cædi. Illud vero, videlicet ad vlteriora ferenda paratum esse, multæ philosophiæ. Atque ita ostenderis etiam, quòd & istud propter philosophiam tuleris: itaque nunc istud quoque demonstra, quòd & istam seruitutem sponte feras. Non est igitur seruus Christi, qui hominibus placere studet. Qui vero seruus Christi est, hominibus placere non studet. Quis enim cum seruus dei sit, hominibus placere volet? Quis vero hominibus placere cupiens, seruus dei esse poterit? Ex animo, inquit, cum beneuolentia seruientes. Quoniam enim fieri potest vt & in simplicitate quis & sine malicia seruiat, non tamen illud cum omni virtute faciat, sed tantum quod debet adimpleat, propterea hoc dicit: Prompte, inquit, non ex necessitate, voluntarie non ex malicia. Si ita seruieris non es seruus, si voluntarie, si cum beneuolentia, si ex animo, si propter Christum. Nam istam seruitutem
1.Cor.4.b seruit Paulus etiam liber, ac clamat dicens: Non enim nosipsos prædicamus, sed Christum Iesum dominum, nos vero ipsos seruos vestros propter Iesum. Vide quo modo seruitutis ignobilitatem abs te auferat. Quemadmodum enim qui pecuniis priuatus est, si & reliqua auferenti adiecerit, † non priuatis sed ambitiosis & superbis, non male affectis sed malefacientibus imputatur,] & magis ista sua largitione auferentē in probrum coniicit, quàm ipsē damno afficiatur pecuniis suis priuatus: ita & hic largitate magnanimior apparet, ostendēsque rapinam se non sensisse, raptorem suum pudefacit. Propter Christum seruiamus dominis. Scientes, inquit, quòd si quicquā boni fecerit homo, reportaturus sit illud à domino, siue fuerit seruus siue liber. Quoniam enim possibile erat, multos dominorum infideles existentes nullo pudore affici, neque domesticis deles obedientiæ mercedē dare, vide quo modo seruos consolatus sit, ne de retributione dubitent, sed securi admodum sint nō defore mercedem. Nam quemadmodum qui beneficio affecti, quando nihil vicissim benefactoribus suis rependunt, deum ipsis debitorem constituūt: ita sanè & domini isti, si beneficiis abs te acceptis nihil mercedis regesserint, hoc ipso amplius etiam retribuerunt, deum tibi debitorem constituentes. *Et domini*, inquit, *eadem facite erga illos.* Eadem. Quæ? cum beneuolentia seruite? Sed non dixit, seruite. Quanquā cum dicit, eadem, istud euidenter ostēdit: seruit enim & dominus. Non vt hominibus, inquit, placere cupientes, cum timore & tremore apud deum, metuētes ne ille vos aliquādo propter neglectos seruos reprehēdat.

† non inter spoliatos, sed inter liberales numerat, nec iter eos qui incōmodis sūt affecti, sed ter eos qui alios beneficiis affecerunt.

Remittentes minas. Non onerosi, inquit, neq; molesti.

Scientes quòd & vester & ipsorum dominus est in cœlis. Papè, quantam rem clanculum innuit. Quo modo terruit?
Matth.7.a Hoc est autem quod dixit: Qua mensura mēsus fueris,
Ibid.18. eadē tibi remetientur & alij. Noli cōmittere vt audias aliquādo, serue sceleste, omne illud debitū remisi tibi.

Nec personæ respectus est apud illū. Ne putes, inquit, quòd quæ in seruum committūtur, propterea remissurus sit quòd in seruum sunt facta. Nam externę quidem leges differentiam horum generum nouerunt, tanquā leges hominum. Lex vero communis domini nullam prorsus differentiam nouit, eo quòd cōmuniter benefaciat omnibus, & vniuersis iuxta facta sua retribuat. Si vero quisquam rogauerit, vnde sit seruitus, & vnde in vitā humanam irrepserit (noui enim multos qui libenter talia & rogant & discere vellent) ego illud vobis di-
** βαναυσία,* cam: Auaricia, * vulgaris negligentia, & insatiabilitas seruitutem pepererunt. Alioqui Noë seruum non habuit, neque Abel, neque Seth, sed neque qui post illorum tempora vixerunt. Peccatum seruitutem peperit, & contumelia in parentes. Audiant liberi, dignos esse se qui seruiant, quando ingrati fuerint erga parentes. Nobilitatem suam sibipsi ademit quisquis talis est. Qui enim patrem contumelia afficit, iam non est amplius filius. Qui in verum patrem nostrum cōtumelios⁹ est, quo modo filius erit? Decidit à nobilitate sua, improbus aduersus naturam fuit. Deinde & bella & pugnæ captiuos prehenderunt: Sed Abraham seruos habuit. Verum non vt seruis vsus est. Vide quo modo omnia ad caput applicat, & vxorē vt istam diligat, & liberos, vt educet eos in eruditione & correptione domini, & seruos, scientes, inquit, quòd & vester & ipsorum dominus in cœlis est. Ita, inquit, & ipsi, tanquam serui, ita & vos benigni eritis & misericordes. *Quod superest*
fratres mei, sitis fortes in domino, & in potentia roboris eius. Si vero vultis, primum quæ seruos concernunt audite. Audite interea de pueris: Docete eos, vt pij sint, & omnino sequētur omnia. Nunc quidem in theatrum si quis ascenderit & in balneum abierit, omnes pueros secum trahit: in ecclesiam vero, non ita, hic non cogit adesse pueros & audire. Quo modo seruus audiet quum tu herus aliis intentus sis? Seruum mercatus emisti? Præcipe illi quę dei sunt, vt erga reliquos conseruos mitis & quietus, multam habeat virtutis rationem. Ciuitas quædam est vniuscuiusque domus: princeps est quisque domus suæ. De diuitum ædibus manifestum quidem est, vbi & agri sunt & procuratores & præfecti supra præfectos. Ego vero & pauperum domum ciuitatem esse dico. Nam & hic principatus sunt, vtpote dum vir dominatur vxoris, & vxor seruorum, & serui mulierum: rursus & viri & vxores liberorum. Non igitur tibi vir quasi rex quidam esse videtur, tot principes sibi subiectos habens, conueniréque vt ad gubernandum omnium sit peritissimus ac ciuilissimus? Sciens enim discriminatim illis vti, nouit etiam accōmodos principes eligere, eliget quoque illustres, vt exempli gratia: Rex alter in domo est vxor, licet sine diademate: qui nouit regem istum eligere, reliqua omnia bene disponet. Quod supereſt fratres mei, sitis fortes in domino, semper sermonē concluſurus hoc loquendi modo vtitur. Non bene ab initio dicebam integra castra esse vniuscuiusque domū? Nam ecce, dispositis omnibus principatibus, deinceps eos armat & ad bellum educit. Etenim si nemo principatūm alterius rapuerit, sed suo quisque loco perstiterit, omnia erunt optime disposita. Sitis, inquit, fortes in domino, per spem in ipsum, per auxilium eius. Quoniam multa præceperat quæ fieri oportebat, ne metuatis, inquit, proiicite spem in dominum, is omnia reddet facilia. Et in potentia, inquit, roboris eius. *Et induite totam armaturam dei, vt possitis vos stare aduersus insidias diaboli.* Non dixit, aduersus pugnas, neque aduersus bella: neque enim simpliciter nos, neque aperte impugnat hostis, sed insidiis. Quid est μεθοδεία. μεθοδεῦσαι id est fallere, & per compendium & abrupte adoriri, quod & arte fit, verbis & operibus, & certaminibus seducentium nos, vt exempli gratia: Nunquam aperta peccata proponit, idololatriam non dicit, sed idem aliter insidiose struit, hoc est, persuasibilem ac verisimilem sermonem adornat, operculis vsus. Nouerat igitur istud Apostolus, atque in eo milites excitauit, vigilaréque fecit, quādo persuasit ac docuit cum peritissimo nobis bellatore & hoste pugnam esse, qui nō simpliciter neque aperte

μεθοδεία. μεθοδεῦσαι. astu, insidiae, dolus, fraus.

bellum

Universidad de Deusto

bellum gerat, sed cum multis insidiis. Et primum quidem ab arte ac fraude eius arguit: deinde vero ab ipsius natura & multitudine discipulos excitat. Sophismata vero diaboli non ideo dixit & vigilare fecit, vt quos habebat sub se milites deiiceret, sed vt excitaret & erigeret. Nam si de aduersariorum duntaxat potentia loquutus sermonem clausisset, deiecisset eos vtique. Cum vero antè & post ostendit posse illum talem prehendi & vinci, magis eos excitauit. Quanto enim clarius aduersariorum robur domesticis nostris à nobis annunciatur, tanto illos diligentiores facit. *Quoniam non est nobis lucta aduersus sanguinẽ & carnem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mũdi dominos, rectores tenebrarum seculi huius, aduersus spirituales nequitias in cœlestibus.* Deinde & à præmiis quæ posita sunt certantibus illos erigit. Quid ergo? Cũ dixisset vehementes esse hostes subiunxit, quo modo & magnis nos spolient. Quibus? In cœlestibus sita est pugna. Non de pecuniis, non de gloria, sed propter mancipationem certatur. Propterea & irreconciliabiles hic sunt inimiciciæ. Vehementior est contentio & pugna quando pro magnis pugnatur: illud enim, in cœlestibus, idem est atque, pro cœlestib⁹. Non vt spiritus mali si vicerint, aliquid rerum cœlestium consequantur, sed vt nos illis spolient, ac si dixisset qua in re sita sit pugnãdi conditio. In, est loco, pro, & loco, propter. Vide quo modo nos hostis potentia excitet, vigilareq; faciat, dum scimus magnorũ bonorum esse periculum, magnaq; nos cõsequuturos si quidem vicerimus. Nam è cœlis nos eiicere studet. Principatus quosdam dicit, & potestates, & mundi dominos tenebrarum seculi huius. Quarum tenebrarum? An nos eiis? Nequaquam, sed malicię. Eramus enim, inquit, aliquando tenebræ, maliciam intelligens quæ in præsenti vita est. Non enim vltra præsentem vitam locum habet malicia, non in cœlo, nõ in futuro post istud seculo. Mundi vero dominos eos vocat, nõ quòd mundum gubernent, sed solet scriptura malos actus hunc mundum vocare, vt quando Christus dicit: Vos non estis ex hoc mundo, quemadmodum ego non sum ex mundo. Num igitur ex mundo non erant? Non carne amicti erant? Non ex illis erant qui in hoc mũdo sunt? Et iterum: Mundus me odit, vos autem odisse non potest, iterum malos actus mundum vocans. Ita mũdum hic malos homines Apostolus dicit, Dęmones vero horum magis dominantur. Contra spirituales nequitias, inquit, in cœlestibus. Principat⁹ & potestates dicit, quẽadmodum & in cœlestib⁹ sunt throni, dominationes, principatus, & potestates. *Quapropter assumite vniuersam armaturam dei, vt possitis resistere in die malo, & omnibus confectis stare.* Diem malum prẽsentem vitam dicit, & seculum malum præsens hoc vocat, à malis illis, quę in eo fiunt: Hoc est, semper armati estote. Et omnibus, inquit, confectis: Hoc est, & passionibus & desideriis absurdis, & omnibus quæ nos interturbant. Non simpliciter conficienda dixit, sed ita plane conficienda, vt non solum tollantur, sed vt & sublatis omnibus ipsi firmi persistãt. Nam multi istam adepti victoriam denuo ceciderunt. Omnibus inquit, confectis, non isto quidem confecto, illo vero nequaquam. Oportet enim & post victoriam persistere: eiecta aliquando sunt mala, verum nisi stemus iterum reuiuiscẽt. Si vero quæ ceciderunt resuscitantur, donec steterimus deciderunt, quousque circunuenti non fuerimus malus ille non exurget. Induamus vniuersam armaturam dei. Vides quo modo timorẽ exemerit si enim possibile est omnia conficere & persistere, quod de inimicorum potentia differit, non metum inducit ac timorem, sed socordiã excutit. Vt possitis, inquit, resistere in die malo. Et à tempore eos consolatur. Breue, inquit, tempus est, itaque stare oportet. Ne fatigemini post cædem.

Moralis exhortatio.

Itaque si bellum est, si tales sunt instructæ acies, si incorporales principatus, si mundi domini, si spirituales nequitiæ aduersum nos sunt, quo modo, dic quęso, deliciaris? quo modo adeo dissolutus ac discinctus es? Quo modo inermes vincere poterimus? Ista quisq; sibi ipsi singulis diebus dicat, quando per fastũ occupatur; quando per concupiscentiam, quando mollem vitam inconsulto ac frustra quærit. Audiat beatum Paulũ dicentem: Non est nobis lucta aduersus sanguinẽ & carnem, sed aduersus principat⁹, aduersus potestates. Grauius ac difficilius hoc bellum est quàm vllum sensibile; vehementior hæc pugna est. Cogita quãtum temporis iam duret. Nunc ergo, inquis, pugnãdum mihi est? Ista quidem socordiũ loquuntur. Debebas gratias agere, ô homo, quòd tibi facultas huius belli victoriæq;, si voles, data est, nunc vero per cõtrarium indignaris etiã, pigri ac somnolenti cuiusdam militis verba loquens.* Causas intelligis, si voles. Circũspice ac munitei ipsum. Non aduersus diabolum dũtaxat nobis pugna est, sed & aduersus potentias illius. Quo modo ergo luctabimur aduersus tenebras? Si lux facti fuerimus. Quo modo aduersus spirituales nequitias? Si boni fuerimus. Bono nanq; contraria est malicia. Et tenebras abigit lux. Si vero & nos tenebræ fuerimus, capiemur omnino. Quo modo igitur istas superabimus? Si quod illę ex natura sunt, istud nos ex voluntate fuerimus, extra carnẽ & sanguinẽ, ita ipsas interimemus. Nam quoniã verisimile erat à multis illos agitari, ne putetis, inquit, quòd homines isti vos impugnẽt, sed dæmones in ipsis agentes vos impugnant. Aduersum illos nobis pugna est. Per ista vero duo agit: *vnum quòd austeriores eos facit, alterum quòd animũ illis aduersum impugnatores suos homines remissũ indit. Et cuius gratia pugna nobis aduersus dæmones nata est? Quoniam adiutorẽ habemus inexpugnabilem, nempe spiritus sancti gratiã, artem talem edocti sumus, vt nequeamus aduersus homines luctari, sed aduersus dæmones. Si vero voluerimus non luctabimur etiam. Nam lucta nobis est, eo q̃ ita volumus. Alioqui tanta est potentia illius qui nos inhabitat, vt dicat: Ecce dedi vobis potestatem calcare supra serpentes & scorpiones, & omnem potentiã inimici. Omnem nobis potestatem dedit, siue luctãdi sine non luctandi. Quoniam vero nos segnes ac imbelles sumus, luctamur cum illis. Alioqui quòd Paulus non sit luctatus, audi quid ipse dicat: Quis nos separabit à dilectione Christi? Tribulatio? An angustia? An persequutio? An nuditas? An periculũ? An gladius? Et rursus audi quid dicat. Deus conteret satanam sub pedibus vestris celeriter. Habebat enim ipsum subiectũ. Propterea & dixit: Præcipio tibi in nomine domini Iesu, vt exeas ab ipsa. Istud vero non est luctantis. Nam qui luctatur, nondum vicit: Qui vero vicit, non luctatur amplius. Subiecit ipsum & captiuauit. Et Petrus quoque non est cum diabolo luctatus, sed quod melius erat, quàm si cum illo luctatus fuisset in fidelibus, in obedientibus, in catechumenis † iam diu circumeuntis] satanæ dominatus est. Propterea & beatus Paulus dixit: Non enim cogitationes eius ignorãmus. Vnde & potiſimũ ipsum vicit. Et rursus audi quid dicat. Nõ est mirum, si & ministri*

λαβὰς, causas, occasiones, captiones, prehensiones.

Contra dæmones austeriſsimus, cõtra vero homines nos impugnantes, mãſuetiſsimus.

Luc. 10.

Rom. 8. g

Ibid. 16. e

Act. 16. d

† *ex abundanti*

2. Cor. 11. e

Supra. 5. b

Ioan. 8.

Ibid. 15.

& ministri illius personam sibi sumunt, quasi ministri sint iusticię. Ita sciebat omnem pugnam, nec quicquam ipsum latebat. Et mysteriũ iniquitatis, inquit, iam operatur. Sed pugna illi aduersum nos est. Alioqui rursus quid dicat audi. Certus sum, inquit, quòd neq; angeli, neque principatus, neque potestates, neque virtutes, neque præsentia, neque futura, neque creatura alia poterit nos separare à dilectione dei. Non dixit, à Christo. Nam multi sunt qui quasi cum Christo vniti videntur, ipsum tamen nõ diligentes. Non solum, inquit, mihi non persuadebis vt Christum abnegem, sed neque, vt minus aliquanto ipsum diligã. Si vero supernæ virtutes hoc non potuerunt, quis alius ipsum immutasset? Ista vero non ideo dixit, quòd illa quę numerauit, hoc facere conarentur, sed †vt animi sui propositum declararet.] Vnde & dixit: Certus sum. Igitur non luctabatur. Veruntamẽ versutias satanæ metuebat. Etenim audi dicẽtem, Metuo ne qua fiat, vt quemadmodum serpens Euam versutia sua decepit, ita corrumpantur sensus vestri à simplicitate quæ est erga Christum. Et de seipso hoc verbo vsus est, dicens: Nam metuo, inquit, ne cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Quo modo ergo certus es, quòd nemo te sit à dilectione Christi separaturus? Vides quòd animi humilis ac modesti sint hęc verba? Cœlum enim ille iam inhabitabat. Propterea & dixit: Nihil enim mihi conscius sum. Et iterum: Cursum consummaui. Itaque quod ad ista attinebat, nihil Paulum impediuit diabolus, sed quod atti nebat ad discipulos. Quam ob rem? Quoniam illorum ipse nõ solus erat dominus, sed & eorũ simul dominabatur voluntas. Illic scilicet erat, vbi satanas vincebat: immo vero neque illic ipsum vincebat, sed magis socordiã non aduertentium. Si enim quæ sua sunt, non præstitissent, siue segniciei, siue alterius cuiusquam eiusmodi rei gratia, certè ipsum vicissent. Si vero ipse quidẽ cuncta fecit, illi autem non obediebant, non ipsum vicit, sed illorum inobediẽtiam. Et morbus quidem medicum non superat, sed ægrotantis incomposita & inordinata vita. Quando vero medicus quidem omnia adornat, ægrotus autẽ vicissim omnia corrumpit, nõ ipse, sed ille superatur. Itaq; nequaquam Paulum deuicit. Veruntamen apud nos etiam luctari posse †iucundum est.] Romanis quidem non hoc optat, sed quid? Conteret, inquit, satanam sub pedibus vestris celeriter. Et istis ita exoptat. Ei vero qui potest cumulate facere vltra omnia quæ petimus, aut cogitam⁹. Qui luctatur, adhuc detinetur. Veruntamen etiam non cadere *iucundum est. Tunc scilicet illustris erit victoria, quãdo hinc excesserimus, vt exempli gratia. Sit concupiscentia quædam mala, admirabile quidem fuerit illam neq; admittere etiam, sed extinguere. Si vero istud possibile non fuerit, vel luctando semper illam cohibeamus. Quòd si luctando euaserimus, vicimus. Non enim hic habet quemadmodum apud athletas. Nam illic quidẽ, nisi deieceris aduersarium, non viceris. Hic vero viceris, si deiectus non fueris: rite deieceris aduersarium si deiectus nõ fueris. Illic ambo certantes vincere studẽt: & si alter deiectus fuerit, alter coronatur. Hic vero nõ ita. Sed diabolus huc laborat, vt nos inferiores reddat, & vineat. Quando igitur illi hoc quod studet, abstulero, vici. Nõ enim vrget vt simpliciter nos deiiciat, sed vt secũ pariter deiiciat. Ergo iam victus est, ipse enim iam proiectus & in perditione est. Victoria vero eius non in eo est, vt coronã adipiscatur, sed vt nos perdat. Itaq; vici, etiã si illum non deiecero, duntaxat deiectus non fuero. Quę est ergo illustris victoria? Ex abundãti ipsum etiam conculcare, quo modo Paulus fecit, nihil arbitratus res esse prẽsentes. Hunc imitemur & nos, siu deamusq; superiores esse, & nullo pacto illi vincendi ansam dare. Ansam vero illi dant diuitiæ, pecuniæ, & vanę glorię studium. Ipsum etiam sæpenumero incitarunt, sæpe irritarant quoque. Sed quis vsus luctæ, quis vsus congressus? Qui congreditur cum hoste, obscurũ finem habet & incertũ, ne & ipse vincatur, & capiatur. Qui vero illum conculcat, manifestam habet victoriã. Conculcabimus diaboli potentiam, si peccata conculcauerimus. Omnia dico temporalia, iram, concupiscentiam, superbiam, omnes animi passiones, ne hinc ad futuram vitam profecti, potestatem quam nobis deus cõtribuit, prodidisse inueniamur. Ita quippe & futura nobis comparabimus. Si vero in isto mali fuerimus, quis nobis maiora cõmendabit? Si enim repressum, ignominiosum, contemptum, pedibus nostris subiectum, conculcare nequiuerimus, quo modo paterna bona nobis dabit pater? Si ita subiectum non vicerimus, quam habebimus fiduciã paternam ingrediũdi domum? Nam dic quæso. Si filium haberes, qui relictis honestioribus seruis, misceretur illis qui te contristassent, quiq; extra paternas ædes excidissent, qui taxillis vacassent, idque constanter ad finem vsq; faceret: an non exhæredandus esset? Apertũ est quòd esset. Ita & nos, si relictis qui deo perplacuere, adiunctisq; nobis angelis, conuersati fuerimus cũ diabolo, omnino exhæredes erimus. Sed absit. Quin bellum aduersus ipsum suscipiamus. Si quis inimicum habet, si quis iniuria læsus est ab inimico, si quis ira percitus est, omnem furorem illum, omnem sæuiciam collectã in caput diaboli effundat & euacuet. Hic furor bonus est, hic ira vtilis, hic iniuriæ memoria laudem habet. *Quemadmodum enim in externis iniuriæ memorem esse malum est, ita hic bonum est.* Itaque *si vicia habes, hic illa exerce* (si deponere nequis) potius quàm in eos qui membra tua sunt. Percussit te quisquã, *iniurię memoriam* aduersus diabolum serues, inimiciciámque aduersus ipsum nunquam soluas. Sed non es percussus? Etiam sic iniuriæ memor esto, quòd videlicet dominum tuum contumelia affecit, quòd illi aduersatus est, quòd fratres vastat & impugnat. Huic semper inimicus esto, semper acerbus, semper immitis. Ita abiectus erit ille, ita cõtemptibilis, ita facilis captu. Si nos sæuierimus aduersus eum, ipse non erit nobis sæuus. Si nos mansueti fuerimus, tunc ipse sæuus erit. Non ita est in fratribus nostris. Inimicus est & hostis & vitæ & salutis tam nostræ quàm suæ. Si seipsum non diligit, quo modo nos diligere poterit? Instruamus itaq; aciem, prosternamusque ipsum, magnum habentes auxiliatorem dominum nostrum Iesum Christũ, qui potest & nos laqueis ipsius incomprehensibiles facere, & futuris bonis dignos reddere, quæ contingat, oro, nos omnes consequi gratia & benignitate, &c.

2.Tess.2.b

Roma.8.g

†per suppositionem.

2.Cor.11.a

1.Cor.9.d

Ibid.4.a

2.Tim.4.b

†satis fuerit.

Roma.16.c

Supr.cap.3.

*ἀρκοῦντως. i. sufficiens, ferendũ boni cõsulẽdum, bene nobiscũ agi putandum, suple, fuerit.

Homilia xxiij.

*T*ate igitur lumbis vestris baltheo circumcinctis in veritate. Posteaquam exercitum istum construxerat, alacritatemque ipsorum excitauerat, (nam vtroque opus erat, videlicet vt essent ordine coadunati, & vt alternis animum istum vtique excitarẽt) & posteaquam adhortatus esset eos (nam & istud necessarium erat) deinceps eos etiam armat. Nihil profuissent arma, nisi ipsi primum fuissent ordinati & instructi, nisiq; fuisset animus mentẽ militis excitãs.

Oportet

Oportet enim ipſum primum intus armari, deinde foriſſecꝰ. Si vero apud externos milites ita habet, multo magis apud iſtos ſpirituales: immo vero apud iſtos nō licet foriſſecus armari, ſed omnia ſunt interna. Animum excitauit & accendit, confidentiam addidit, in ordinē eos conſtituit, vide quo modo & armis eos induat. State igitur, inquit, primum eſt quod ad ordinē militarem pertinet, bene ſtare poſſe. Et hinc multa ſanè pendent. Propterea & multis quo modo perſiſtendum ſit, diſſerit & alibi, dicens: State, vigilate. Et iterū: Ita ſtate in domino. Et rurſus: Qui ſtare videtur, proſpiciat ſibi ne cadat. Item: Vt poſsitis omnibus confectis ſtare. Non igitur ſimpliciter quauis ſtationem dicit, ſed bene ordinatam. Et quotquot bellorū periti ſunt, nouerunt quātum ſit ſi quis ſtare ſciat. Si enim pugiles & qui luctantur, huius vt perſiſtāt ſcilicet, præ aliis admonentur, multo magis iſtud in bellicis & militaribus rebus opus fuerit. Qui rectus & arduus ſtat, nō ſtat diſſolutus, non cuiquam rei incumbens. Vehemēs & exacta rectitudo in ſtatione apparet. Itaque qui vere recti ſunt, illi ſtant: qui vero non ſtant, vtiq; recti non ſunt, ſed diſſoluti & effuſi. Qui deliciatur, qui laſciuꝰ eſt, qui pecuniis ſtudet, nō ſtat, ſed inclinatur. Qui ſtare nouit, ex ipſa ſtatione tanquam ex fundamento quodā quæcunque ad luctam attinent, facilia habebit. State igitur circuncinctis baltheo lumbis veſtris in veritate. Non de ſenſibili baltheo dicit. Nam omnia hoc loco intelligibiliter ac ſpiritualiter dicit. Et vide quo modo ordine progrediatur. Primū baltheo cingit militem. Quid hoc eſt? Eum qui perfluit, quiq; concupiſcentiis reſolutus eſt, & ſenſus habet humi proiectos, per baltheū reſtringens, nō permittit vt veſtibus tibias cōplectentibus impediatur, ſed ſolutis pedibus, illū ad curſum liberum reddit. *State igitur lūbis veſtris baltheo circuncinctis. Lumbos vero hic dicit, quemadmodū in nauibus carinam. Nam ita in nobis totius corporis ſubiectū* ſunt lumbi: quemadmodū fundamentū eſt, ſuper quod omnis ſtructura ædificatur, quemadmodum medicinæ ſtudioſi dicunt. Initium itaq; ac fontem noſtrū conſtringit, dum lumbos cingit. Non autem iſtos lumbos intelligit, ſed ſpiritualiter & intelligibiliter diſſerit. Et quemadmodū lumbi ſuperiorum & inferiorū corporis partium fundamētum ſunt, ita habet & in ſpiritualibus & intelligibilibus lumbis. Hinc eſt q; †laborantes plerunq; manus ſuas illuc tanquam in fundamentum quoddam immittentes, hoc pacto ſeipſos confortant. Et baltheus huius gratia in bellis habetur, vt fundamētum corporis noſtri tueatur, & contineat. Propterea currētes etiam baltheo cingimur. Is robur corporis noſtri tuetur ac munit. Hoc igitur, inquit, etiam in animo fiat, & robuſti erimus ad omnia quicquid fecerimus. Millies enim potiſsimū res iſta ſanè decet, inquit. Sed lumbos iſtos corporales zona coriacea cingimus, qua vero nos ſpirituales cingemus? Ea ſcilicet quæ ſumma & caput cogitationum noſtrarum eſſe debet. Lumbis, inquit, noſtris baltheo circuncinctis in veritate. Nullū diligamus mendacium, res omnes per veritatē metiamur, non inuicem alius contra alium mentiamur. Et ſi gloria quęrenda ſit, quęramus veram: ſi vita, quęramus veram. Si hoc pacto nos ipſos communierimus, ſi in veritate vixerimꝰ, nemo nos vincet. Qui veritatis doctrinam quærit, ad terram non proſternetur. Quod enim quæ vera non ſunt, ex terra ſint, ex eo liquet, q; omnes qui extra veritatem ſunt, paſsionibus animi ſeruiunt, proprias cogitationes ſuas ſequentes. Propterea ſi ſobrie vigilauerimus, non opus habebimus vt cōtra Græcorum infideliū ſermones doctrina inſtruamur. Quoniam molles illi ſunt ac laxi, nihil quod ſerium ſit, nihil quod humanā rationē excedat de deo cōplecti valentes. Non enim ſunt in veritate cincti. Propterea ſoluti ſunt ipſorum lumbi, receptaculum ſcilicet genitaliū ſeminum, & cogitationum rationalium robur: Nihil igitur illis imbecillius. Manichæos vero vides, quo modo & illi omnia ex propriis cogitationibus ſuis loqui audeant? Non potuit, inquiunt, mundū deus abſq; materia facere. Vnde hoc liquet? Ex humo & terra iſta dicūt, & ex humanis rationibus. Quoniā homo, inquiūt, aliter quicquam facere non poteſt. Rurſus Marcion quid dicat, vide. Nō potuit deus accepta carne, manere purus. Vnde iſtud liquet? Quoniam neq; homines, inquit, †tanquam homines, iſtud poſſunt.] Valentinus quoque ex humo tractos ſenſus habens, de terra loquitur, vt & Paulus Samoſateus. Arrius vero quid dicit? Non potuit deus gignens ſine paſsione gignere. Vnde hoc audes dicere ô Ari? Ex noſtris, id eſt, humanis rationibus. Vides omnium ex humo tractas cogitationes depreſſas, terram ſpirantes? Et ita quidem habet quod attinet ad dogmata. Quod vero ad vitam attinet, fornicatores, pecuniarum, glorię, reliquorū omnium amatores humi trahuntur. Non habent quo cōſiſtant, vt fatigati conquieſcant, ſed ſi laborauerint, non manū firmant & perſiſtunt, ſed † diſcedūt. Qui vero cinctus eſt veritate, primum nūquam fatigabitur: deinde etiam ſi fatigatus fuerit, in eandem ipſam reclinabitur & conquieſcet veritatem. Quid enim ipſum, dic quæſo, fatigabit? Paupertas? Nequaquam. Requieſcet enim in veris diuitiis, & per paupertatē iſtam cognoſcet quę vera ſit paupertas. Sed ſeruitus ipſum fatigabit? Nequaquā. Nouit enim quæ vera ſeruitus ſit. At ægritudo? Quin neq; illa: *Sint lumbi veſtri, inquit Chriſtus, præcincti, lucernæ ardētes, lux inextinguibilis.* Iſtud & ex Aegypto egredientibus præcipiebatur. Nam quam ob rem paſcha præcincti comedebant? vis diſcere cauſam hanc omnem? Vis iuxta hiſtoriā aut anagogen dicam? Quin iuxta vtranq; dicam, vos vero animaduertite, ac mente conſeruate. Non enim verba noſtra ad hoc fundun tur, vt ſimpliciter ſermonem dicam, ſed vt opus ipſum in vobis præſtetur. Erant, inquit, præcincti, & baculi eorum in manibus, ac calceamenta in pedibus, atq; ita comedebāt paſcha. Horrenda ac tremēda myſteria, multámque profunditatem habentia. Si vero in typis ita ſunt tremenda, multo magis in ipſa veritate. Egrediūtur ex Aegypto, paſcha comedunt. Attende: Paſcha noſtrum, inquit, immolatus eſt Chriſtus. Quam ob rem præcincti ſunt? Habitus iſte eſt inter faciētium. Etenim habere calceamēta, & virgas in manibus, & ſtando comedere, nihil aliud niſi iſtud innuit. Vultis primum audire hiſtoriam, aut anagogen? Melius fuerit primū audire hiſtoriam. Quid igitur vult hiſtoria? Beneficiorū dei facile obliuiſcebantur Iudæi. Non igitur beneficia ſua deus tempori duntaxat alligauit, ſed & veſcentium habitui. Nam ideo nunc præcincti & calceati veſcuntur, vt rogati dicant, quoniam ad iter faciendum eramus parati, & quoniam ex Aegypto iam in terrā promiſsionis egredi parati eramus. Hoc quidem vult typus. Veritas vero ipſa eſt, quòd & nos paſcha comedimus, Chriſtum. Paſcha enim noſtrum, inquit, Chriſtus eſt. Quid igitur? Et nos calceati, & nos præcincti comedere debemus. Quam ob rem? Vt & nos ad egreſſum, & ad peregrinandum ex hoc ſeculo parati ſimus.

1.Cor.16. Philip.4. 1.Cor.10.c

†defatigati

†Atqui homines poſſunt.

†dilabūtur

Exod.12.b

1.Cor.5.

Moralis exhortatio.

Nemo eorum qui hoc paſchate veſcũtur,ad Aegyptum reſpiciat,ſed ad cœlum, ad cœleſtem Hieruſalem. Propterea præcinctus,propterea calceatus comedis,vt diſcas quãprimũ hoc paſchate veſci cœperis peregrinã dum tibi, itẽrque faciendum eſſe. Duo vero innuit. Et quòd egredi oporteat ex Aegypto, & quòd in Aegyto mauentes deinceps nõ alio loco futuri ſint quàm *Philip.3.* ipſi alieni.Noſtra enim,inquit, cõuerſatio in cœlis eſt. Et ꝙ per omnem vitam ſemper parati eſſe debemus,vt vocati non contemur moram nectentes,ſed dicamus: *Pſal.56.* Paratum cor noſtrum.Paulus ſanè iſtud dicere potuit, qui nihil ſibiipſi conſcius erat:ego vero qui multo tempore ad reſipiſcentiam opus habeo,hoc dicere nõ poſſum.Quod autem præcingi animæ ſit vigilantis, audi *Iob.38.* deum iuſto illi dicentem:Sed accinge inſtar viri lumbos tuos. Interrogabo autem te, tu vero reſponde mihi. Et rurſus ad prophetas omnes hoc dicit deus, accingere.Et ad Moſem etiã.Atque ipſe quoq; accinctus apparet in Ezechiele: immò vero & angeli nobis præcincti apparent, tanquam milites eſſent. Militibus enim ex eo quòd accincti ſunt, generoſe ſtandi virtus eſt.Ita à ſtando eſt præcingi. Nam & nos egreſſuri ſumus,& inter ambulandũ multas laturi moleſtias. Mox atque puericiam iſtam ſuperauimus,immineꝫ diabolus nihil non faciens ac tentans,quo ex Aegypto ſeruatos, per mare rubrum traductos,à dæmonibus & ſimul innumeris plagis liberatos, prehẽſos perdat.At ſi ſobrie vigilauerimus,habemus & nos columnam ignis,ſi voluerimus,gratiam ſcilicet ſpiritus ſancti. Illa & illuminat & obumbrat.Habemus mãna:immò vero nõ manna habemus,ſed quod multo plus eſt quàm manna.Potum habemus ſpiritualem, non aquam de petra exeuntem.Habemus quoque caſtra,nunc etiam eremum inhabitantes. Reuera nunc quoq; terra,magis etiã quàm illa olim,virtutis ſolitudo facta eſt. Quã ob rem ſolitudo illa horribilis erat? Propterea quòd ſcorpiones in ſe habuit,& viperas.Per quam,inquit,non pertranſiuit homo. Verum non eſt,non eſt, inquam, ita infrugiferum deſertum illud, vt eſt humana natura. Iam quot ſcorpiones,quot viperæ, quot ſerpentes, quot viperarum fœtus, †per quos nunc trãſiuimus,] in iſta ſunt ſolitudine? Sed ne timeamus. Exitus enim huius ducem agit,non Moyſes,ſed Ieſus. Quo modo igitur? Ne iiſdem afficiamur, ne eadem faciamus, vt & eadem non patiamur.Illi murmurabant,illi ingrati erant. Non igitur eadẽ accidant & nobis. Quo modo ceciderunt illi omnes?Annihilarunt terram deſiderabilem. Quo pacto annihilarunt? Atqui admirabantur illam. Verum eo annihilarunt illam,quòd pigreſcebant, nullúmque pro illa laborem ſuſcipere volebant.Ne vilipendamus itaq; nos cœlum. Cœli contemptus hic eſt. Delatus eſt & ad nos è cœlo fructus, non in amphoris deportatus botrus,ſed arrhabon ſpiritus,conuerſatio in cœlis,quã Paulus docuit,& reliqui celebres agricolæ. Non Chaleb Iephone,non Ieſus Naue fructus iſtos attulit, ſed Ieſus patris miſerationum,veri dei filius, omnem virtutem attulit,omnes omnes è cœlo fructus,hymnoſq; nobis cœleſtes detulit. Eadem enim nobis vt dicamus, mandauit,quæ Cherubim in cœlis dicũt,nempe Sanctus,ſanctus,ſanctus.Attulit nobis angelorum virtutem. Non nubunt,neque nuptum dantur angeli.Iſtud bonum & in hac terra plantauit.Neque pecunias illi,neque aliud quicquam amant.Et iſtud nobis largitus eſt. Non amplius inter nos mors eſt, ſed ſomnus. Audi enim quid

†quos nunc recẽſuim⁹] videtur ſupra nominatos hæreticos intelligere, Marcionẽ, Valẽtinũ, Paulũ Samoſateũ, Arrium.

A ipſe dicat: Lazarus amicus noſter obdormiuit. Agnoſcis fructus ſupernæ Hieruſalem? Et quod admirabilius eſt,non confecto iam bello,ſed ante promiſſionẽ, omnia iſta nobis dono dedit. Nam illi quidem etiam quum in terrã promiſſionis veniſſent,laborabant:immo vero non laborabant.Si enim deo obedire voluiſſent, omnes vtiq; vrbes ſine armis & militari acie ſubuertiſſent:Hiericho certè ſaltantium magis quàm præliantium habitu deuicerunt. Nos vero poſteaquam in terram promiſſionis, hoc eſt, in cœlum ingreſſi fuerimus,nõ bella geremus,ſed donec in ſolitudine,in præſenti videlicet vita,egerimus.Nam qui ingreſſus fuerit *Ioan.11.b* *Hebr.4.c* in requiẽ ſuam,requieuit iam ab operibus ſuis, quẽadmodum & deus à ſuis.Ne deficiamus itaque quod bo- *Galat.6.c*
B num eſt faciendo,etenim ſuo tempore metemus etiam non deficientes.Vides quo modo nos deduxerit quẽadmodum & illos? Illic de manna & ſolitudine dicit, Qui multum,non abundauit,& qui modicum, minus non habuit.Et nobis iſtud præceptum eſt,ne theſauros ſcilicet in terra colligamus. Si vero collegerimus,non iam ſenſibilis vermis, ſed vermis iuſticiæ collecta perdet.Omnia itaq; faciamus, ne vermi iſti cibũ paremus. Qui multũ enim,inquit,non abundauit.Nam & iſtud in nobis etiam quotidie fit.Omnes enim eandem ventris menſuram adimplemus:ꝙ vero illam excedit,inanis curæ ac ſolicitudinis additamentum eſt,quod quidem iam vltro datur⁹ erat.Quòd dicit,ſufficit ſua diei *Exod.16.d* *2.Cor.8.c* *Matt.6.d*
afflictio,illud & olim iam docuerat,ſed neque ita receperant. Nos vero non ſimus inſatiabiles, aut ingrati, non quæramus ædes illuſtres, iter enim facimus, non certò habitamus.Itaque ſi quiſquam eſt qui nouit præſentem vitam iter eſſe & militiã,&,vt ita dicam, quod
C à militibus vocatur * foſſatum, is non quæret ſplendidas domos. *Quis enim, dic quæſo, etiam ſi admodum diues ſit,in eo quod foſſatum dicitur,ſplendidas ædes ædificare cupiat?* Ne vnus quidem.Ridiculus enim fieret, & hoſtibus ædificaret, ipſóſque ædificio ſuo attraheret.Itaque ſi ſobrij fuerimus,nihil nobis præſens vita diſcriminis habebit à militia & foſſato caſtrenſi. Quapropter obſecro, * ventdamus omnia,vt nullũ hic theſaurum colligamus.Si enim fur venerit,cõtinuo ſeum pellemus.] Vigilate,inquit,quoniam ignoratis qua hora fur venturus ſit,mortem ita vocans.Priuſquam itaq; veniat,omnia præmittamus in patriã noſtrã.Hic vero ſuccincti ſim⁹ ac ſtrenui, vt hoſtes ſuperare valeamus, †migrales quos contingat nos vincere gratia & benignitate,&c.

** foſſa enim milites cauſira ſua munire ſolent.*

** πεφόβημαι μὴ ſuccurramus contra fur venturus ſit, vel veniat, vendamus. † migrales mus.*

Homilia xxxiij. *Matth.24.*

STate igitur lumbis veſtris baltheo circumcinctis in veritate,& induti thoracem iuſticiæ, & calceati pedibus parati exiſtentes ad Euangelium pacis, ſuper omnia ſumpto fidei ſcuto, quo poſſitis omnia iacula ignea ſceleſti extinguere, galeámque ſalutaris accipite,& gladium ſpiritus, qui eſt verbum dei. Circuncinctis,inquit, baltheo lumbis veſtris in veritate. Quidnam hoc eſt?Dictum eſt vobis præcedẽti diſputatione quo modo deb'eatis & ſuccincti expeditique eſſe,& ita currere vt nihil ſit quod impediat. Et induti,inquit,thoracem iuſticiæ. Quemadmodum thorax vulnera non admittit, ita & iuſticia. Iuſticiam vero hic catholicam & virtute præditam vitam vocat. Talem nemo vnquam deiicere poterit, ſed vulnerare quidem conãtur plurimi,vulnerabit ac proſcindet tamen nemo, ne ipſe quidem diabolus. Ac ſi dicat quiſquam,munitis pectoribus veſtris per facta iuſta.De illis dicit Chriſtus: Beati qui eſuriũt ac ſitiunt iuſticiam, *Ibidem.5*
quoniam

quoniam ipsi saturabuntur. Robusta est adeò iusticia & veluti thorax. Qui talis est, nunquam irascetur. Et calceati pedibus parati existentes ad Euangeliũ pacis. Obscurius est istud quo modo dictum sit. Quid igitur est? Bonis nos ocreis calceauit. Aut sanè hoc dicit, vt prõpti sint ad Euangeliũ, & pedibus ad illud vtãtur, viamq; illo præstruant ac præparent. Aut si non hoc, istud saltẽ, vt ad profectionẽ prõpti sint. Præparatio igitur Euangelij quid est, nisi vita optima? Id quod Propheta dixit: Præparationẽ cordis ipsorũ attẽdat auris tua. Hoc est, instructionem & accommodationem. Euangelium pacis, inquit. Recte dixit: Quoniam enim belli ac pugnæ mentionem fecerat, ostendit hoc verbo, quòd pugna nobis aduersus dæmones habenda sit. Euangeliũ enim pacis est. Bellum illud cum diabolo: aliud bellũ quod cum deo erat, dissoluit. Si diabolum impugnauerim⁹, pacem habebimus cum deo. Ne metuas igitur dilecte, Euangelium bonum scilicet nũcium est: victoria iam parta est. Super omnia sumpto fidei scuto. Fidem hic non vocat scientiam. (Non enim illam postremo locasset) sed eam fidem per quam signa fiunt. Et merito fidem scutum nominauit. Quemadmodum enim scutum ante totum corpus instar parietis proponitur, ita sanè & fides. Nam illi cedunt omnia. Quò posuitis, inquit, omnia iacula ignea scelesti extinguere. Nihil enĩ poterit huic scuto resistere. Audi nanque quid Christus discipulis dicat: Si fidem habueritis sicut granum sinapis, dicetis monti huic, demigra hinc illuc, & demigrabit. Quo modo vero fidem habebimus? Quando illa rite præstiterimus. Iacula vero ipsius & tentationes dicit, & absurda desideria. Et ignea dicit. Talia nempe sunt desideria. Si enim dæmonibus imperauit fides, multo magis animi quoque passionibus. Et galeam salutaris, inquit, accipite. Hoc est, salutis vestræ. Nam circunquáq; illos communit. Et gladium spiritus, qui est verbum dei. Aut spiritum certè dicit, aut spiritualem gladium. Per illum nanque scinduntur omnia, per illũ omnia amputãtur, etiam caput draconis per illum abscindimus. *In omni deprecatione & obsecratione, inquit, orantes in omni tempore in spiritu, & ad hoc ipsum vigilantes in omni sedulitate & obsecratione pro omnibus sanctis, & pro me, vt sermo mihi detur in apertione oris mei, vt cum fiducia notum faciam mysteriũ Euangelij, super quo legatione fungor in catena, vt in eo libere loquar, quemadmodũ oportet me loqui.* Quemadmodum enim verbum dei omnia potest, ita & qui gratiam habet spiritualem, Nam viuus est, inquit, sermo dei & efficax, & penetrantior quouis gladio vtrinque incidente. Vide autem beati huius prudẽtiam. Armauit eos cum omni munitione. Quid igitur deinceps opus adhuc est: Regem inuocare & obsecrare vt manũ porrigat. Per omnem, inquit, deprecationẽ & obsecrationẽ orantes in omni tẽpore in spiritu. Non enim orare sitũ est in multiloquio. Et ad hoc ipsum, inquit, vigilantes. Hoc est, sobrie incumbẽtes. Talem enim esse oportet armatum militem qui coram rege stare debeat, nempe vigilem ac sobriũ. In omni sedulitate & obsecratione pro omnibus sanctis & pro me, vt detur mihi sermo in apertione oris mei. Quid dicis beate Paule? Discipulis opus habes? Et bene dixit, in apertione oris mei. Non igitur † præmeditata sunt quę dixit, sed quemadmodũ Christus dixit: Quando tradiderint vos, ne sitis soliciti quo modo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: Ita omnia fide, omnia gratia dei peregit. Vt cum fiducia, inquit, notum faciam mysterium Euangelij. Hoc est, vt defendam ac respondeam

Psal.9.g

Matth.17.e

Hebr.4.c

† præmeditabatur ea quæ dicebat.

Matt.10.b

A quemadmodum opus fuerit. Catena circũdatus es, & aliorum opera indiges? Etiam, inquit. Nam & Petrus catena circundatus erat, & tamen sine intermissione precatio pro eo fiebat. Super quo legatione fungor in catena, vt in eo libere loquar, quemadmodum oportet me loqui. Hoc est, vt cum fiducia, animo virili, multáque cum prudentia respondeam. *Vt autem sciatis & vos quæ ad me pertinent, quid agam, omnia vobis nota faciet Tichicus dilectus frater, & fidus minister in domino.* Quoniam vinculorum meminerat, permisit quędam & Tychico quæ de se illis narraret. Quę enim dogmata concernebant & consolationem, ea per epistolam declarauit: quę vero tenuis erãt nuncij, ea epistolę baiulo cõmisit. Vt sciatis, inquit, quæ ad me pertinent. Hoc est, vt discatis. Et hoc declarabat quàm eos diligeret, & quàm eum vicissim ipsi. *Quem in hoc ipsum, inquit, ad*
B *vos misi, vt cognoscentis de rebus nostris, consolaretúrque corda vestra,* Non simpliciter ac temere hoc dicit, sed præmisso primũ, vt induti & circuncincti essent, id quod semper & indesinenter congrediendi indicium est. Nam audi quid Propheta dicat: Fiat illi sicut vestimentum quo induatur, & sicut zona qua semper circũcingatur. Et deum Propheta iusticiæ thoracẽ esse dicit, per hoc nos erudiens, quòd semper ista non ad modicum tempus habere oporteat. Semper enim bellandũ est. Iustus nanque vt leo, inquit, confidit. Et qui hoc thorace ad hunc modum munitus est, nõ poterit aciem instructã horrere, sed in medios hostes insiliet. Speciosi siquidẽ,
C inquit, sunt pedes euangelizantium pacem. Quis sanè non curret? quis non huic negocio administrabit, cum pacem annũciet? Et pacem dei ad homines, pacem nõ hominum laborantium & languentiũ, sed dei qui omnia iam confecit? Quid vero sit præparatio Euangelij, audiamus Ioannẽ dicentem: Præparate viam domini, rectas facite semitas eius. Rursus est & alia præparatio post baptisma, vt nihil scilicet baptizatus committat, quod pace ista dignum non sit. Quoniam enim vt plurimum vitæ symbolum pedes habent, propterea admonẽs dicit: Videte quo modo accurate ambuletis, de vita loquẽs. Propterea, inquit, quę Euangelio digna sunt, faciamus, & ostẽdamus, hoc est vitam mundã, & actus mundos. Annunciata pax est, date nũciis istis bonis paratam ac promptã viam. Quod si rursus hostes fueritis, non relinquitur amplius præparatio pacis. Parati sitis. Nolite moram nectere, contarique erga hanc pacem. Quemadmodum prompti fuistis ad pacem & fidẽ suscipiẽdam, ita & perdurate. Scutum est quod primum aduersariorum iacula excipit, & arma vulnerũ expertia custodit. Multa vero de fide disserit, maxime ad Hebræos scribẽs, multa etiam de spe: fidem, inquit, habete futuris bonis, & nihil horum vulnerabitur. In aduersis enim & laboribus si fide fueris & spe munitus, illæsa illa custodies. Oportet enim accedentem ad deum credere quòd sit, & quòd quærentibus se remunerator sit. Fides scutum est. Si vero sophismata fuerint, rationes & argutiæ, illa non scutum nobis erunt, sed impedient nos. Talis sit fides, vt totũ contegat & obumbret. Non igitur sit modica vt pedes nudos, aut aliã quãuis partẽ corporis relinquat, sed sit cõmensuratum corpori scutum. Ignea. Multæ sunt enim ratiocinationes animum incendentes, multæ hæsitationes, multę desperationes. Sed omnia vera fides reficit. Multa immittit diabolus inflammans animam nostram, & in dubium impellẽs, vt quando dicũt: An est resurrectio? An est retributio? An est fides: Et posuitis extinguere, inquit, tela diaboli in

Actor.11.a

Psal.108.

Esa.52.b

Roma.10.c

Matth.3.

Hebr.11.b

fide. Irruit concupiscentia, obiice fidem futurorum bo
†sed peribit. Omnia iacula, nō illa quidem certè, Roma. 8.
norum, & neque apparebit amplius, †sed peribunt om nia iacula, non illa quidem certò peribunt, ‖ista vero non, sed omnia. Audi quippe quid Paulus dicat: Arbitror enim non esse pares passiones præsentis temporis ad gloriam quę reuelabitur erga nos. Vides quot iacula tunc temporis extinxerint iusti? An non videntur tibi ignea iacula fuisse, quibus Patriarcha interno igne filium offerendo vrebatur? Et alij quoque iusti omnia diaboli iacula extinxerunt. Siue ratiocinationes igitur nos impugnauerint, fidē obiiciamus, siue absurda desideria, fide vtamur, siue labores & erumnę, in fidem innitamur & conquiescamus. Omnium armorum certè tutela est fides. Istam nisi habuerimus, & illa continuo lędētur. Super omnia, inquit, sumpto fidei scuto. Quid est super omnia? Et in veritate, inquit, & in iusticia, & in præparatione Euangelij. Hoc est, omnia ista opus habent fide: propterea subiunxit: Et galeam salutaris accipite, id est, quo periculum liceat effugere. Quemadmodum enim galea caput vndique diligenter obtegens, non permittit mali quicquam pati, sed seruat: ita & fides & pro scuto est & pro galea salutari. Si enim tela illius ignea extinxerimus, mox & salubres cogitationes recipiemus, quę mentem nostram quicquam mali pati non sinent. Nam si contrariæ illæ cogitationes extinctæ fuerint, confestim generabuntur aliæ quæ non tales sunt, sed quæ nos & saluāt, & bene sperantes faciūt: & quemadmodum galea capiti, ita illæ menti nostræ imponentur. Et non hanc solam, sed & gladium spiritus accipiemus, vt non solum deinceps immissa iacula propulsemus, sed & diabolum ipsum percutiamus. Animus enim seipsum non despondens, neq; iacula ignea admittens, cum multa alacritate aduersus hostem stabit, thoracemq; illius hoc gladio perfringet, per quem infregit cogitationesq; ipsius captiuauit Paulus, & draconis caput abscidit & amputauit. *Vel* mandatum hic verbū vocat, vel admonitionem, aut *illud*, in nomine domini nostri Iesu Christi. Si mādata ipsius fecerimus, per illa interficiemus & occidemus draconem illum, serpentem tortuosum. Quoniam vero dixerat, vt possitis ignea diaboli iacula extinguere, ne inflandi occasionem illis tribuat, ostendit eos omnium potissimum opus habere deo. Quid enim dicit? Per omnem deprecationem & obsecrationem ista vobis euenient, & obsecrando omnia perficietis. Ad orationem autem accedens nunquam pro te solo preceris, & sic deum propicium habebis. Per omnem, inquit, deprecationem & obsecrationem orātes in omni tempore in spiritu sancto, & ad hoc ipsum vigilantes in omni sedulitate & deprecatione pro omnibus sanctis in spiritu sancto.
1. Thes. 5. e
Non mihi diei tempora determines. Nam audi quid dicat: In omni tempore ad orandum accede. Sine intermissione, inquit, orātes. Non audisti viduam illam
Luc. 18. a
quo modo sedulitate sua vicerit? Non audisti amicum
Luc. 11. a
illum quo modo mediis noctibus constantia interpel
Matth. 15. c
landi exorauerit? Non audisti de Syrophœnissa, quo pacto precandi assiduitate dominum prouocauerit & permouerit? Illi omnes sedulitate sua quæ petebant, expedierunt. Orantes, inquit, in omni tempore in spiritu sancto, hoc est, quæ dei sunt, quæramus, nihil mundanum, nihil temporarium. Non autem sine intermissione duntaxat opus est orare, sed & vigilanter. Et ad hoc ipsum, inquit, vigilantes. Aut excubias nocturnas hic
†attentionē
dicit, aut animi †sobrietatem. Vtrunque recipio. Vides quo modo vigilauerit Chananæa illa, quę cum nō ponderet dominus, sed & abnegaret, catellūmque vocaret, dicebat, Etiam domine, & catelli quoque edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum, nec desistebat donec voti compos euaderet? Quo modo vero vidua illa inclamauerit iudicem, tamque diu perstiterit quousque præfectum, qui neque deum metuebat, neque homines reuerebatur, flectere potuerit? Amicus vero ille quo modo intempestiuo noctis tempore institerit, atque eousque perdurauerit, quò efficeret vt ille excitaretur, exorans eum ac flectens petendi sedulitate? Hoc scilicet est vigilare. Vis discere animi vigilias? Abi ad Annam, audi ipsa eius verba: Adonai Eloi Sabaoth. Immò vero audi quæ verba ista præcesserunt. Surgebant, inquit, omnes de mensa, & illa con-
Luc. 16.
Luc. 18. a
Ibid. a
1. Reg. 1.
festim non ad somnum conuersa est, non ad quietem: vnde mihi videtur etiam quum ad mensam sederet, leuiter refecta, & non cibis quibusdā grauata fuisse. Non enim tot alioqui lachrymas emisisset. Si enim nos sobrij existentes, & ieiuni difficulter ita oramus, immò ne sic quidem vnquam oramus, multo minus illa post mensam sic orasset, nisi & in mensa ieiuniis assueuisset. Pudefaciat nos viros hæc mulier, pudeat nos, qui dum pro regno quoque supplicamus, oscitamus, quum mulier ista pro puero orans, lachrymetur etiam. Et stetit, inquit, coram domino. Et quid dicit? Adonai domine Eloi Sabaoth. Hoc vero est, si interpreteris, domine deus virtutum. Præoccuparūt linguam lachrymæ. *Istis* inflectere dominum sperauit. Vbi lachrymæ sunt, omnino illic & tribulatio est: vbi tribulatio, ibi est & multa philosophia & attentio. Si audiendo, inquit, audieris precationem ancillę tuæ, & dederis mihi filium, dabo illum donum domino omni tempore. Non dixit vnum duntaxat aut alterum annum, quemadmodum nos solemus: neque dixit, *si dederis mihi puerum, dabo pecunias, sed ipsum totum donum retribuam, primogenitum & orationis filium. Ipsa erat Abrahæ filia. Ille* postquam petitus erat filium suum dedit. Ista vero etiā ante petitionem dedit. Sed vide & hinc pietatē ipsius. Vox eius, inquit, non audiebatur, at labia eius mouebā-
Ibidem.
tur. Ita precatur qui vult quicquam efficere, non pigre, non oscitanter, non remisse, neq; pruriginem interea scalpens, neque tediose torpēs. Etenim nō potuit deus etiam sine precatione dare? An desiderium mulieris non ante petitionem quoque cognouit? Verum si ante petitionem dedisset, non apparuisset mulieris alacritas, non fuisset manifesta virtus eius, tantum præmij non acquisiuisset. Itaque dilationis mora, non est inuidentiæ, neque indignationis, sed prouidentiæ. Quando igitur scripturam audis dicentem, quòd dominus vterum eius concluserit, & quòd irritarit eam æmula eius, cogita illam philosophiam mulieris ostēdere velle. Etenim obserua: Habebat virum sibi subiectum. Dicebat nāque ad eam: Non sum ego tibi melior vel de-
Ibidem.
cem liberis? Et irritabat eam æmula eius. Hoc est, improperabat, insultabat illa: ista vero nunquam vlciscebatur, neque male illi imprecabatur, neque dicebat: Vindica me domine, qnoniam improperat mihi æmula mea. Habebat illa liberos, sed habebat ista è regione æquiualentem viri dilectionem. Hoc nomine ipsam etiam consolabatur, dicens: Non sum ego tibi melior quàm vel decem liberi? Sed videamus iterum mulieris philosophiam. Et reputabat eam, inquit, Heli
Ibidem.
temulentam esse. Sed vide quid ad ipsum quoque dicat: Ne reputes ancillam tuam tāquam filiam perditā, quoniam ex multitudine meditationis meæ cōsumpta sum hucusque.

sum hucusque. Illud vere cordis contriti est, quãdo erga eos qui nos conuiciis afficiunt, non irascimur, quãdo moleste non ferimus, quando nos excusamus: nihil adeo cor philosophicum facit, atque tribulatio. Nulla res adeo iucunda, vt luctus secundum deum. Ex multitudine, inquit, contemplationis meæ consumpta sum hucusque. Illam imitemur omnes. Audite quotquot steriles estis, & audite quotquot liberos amatis. Audite & viri & mulieres. Nam & viri simul hac in re sæpenumero nonnihil contulerunt. Audi enim quid scriptura dicat, Et precatus est Isaac pro Rebecca vxore sua, quoniam sterilis erat. Magna nimirum potest oratio. *In omni, inquit, sedulitate & oratione, pro omnibus sanctis & pro me.*

Gene.25.c

Teipsum postremo loco ponis? *Etiam, inquit, vt detur mihi sermo in apertione oris mei, vt cum fiducia notum faciam mysterium Euangelij, super quo legatione fungor in catena.* Vbi legatione fungeris? Apud homines, inquit. Papæ benignitatem dei. E cœlis misit qui legatione pro se, proq; pace fungerentur. Et arreptos eos ligarũt homines, & ne cõmunem quidem legem reueriti sunt, quoniam qui legatus est, nũquam mali quicquam patitur. Veruntamẽ ego legatione fungor in catena: vt in eo libere loquar, quemadmodum oportet me loqui. Catena mihi imposita est, quæ libertatem loquendi obturet, sed oratio vestra os mihi aperiat, vt omnia ad quæ dicenda amãdatus sum, dicam. *Vt vero sciatis & vos quæ ad me pertinent, quid agam, omnia vobis nota faciet Tychicus dilectus frater, & fidus minister in domino.* Si fidus nihil mẽtietur, sed omnia vera dicet. *Quem misi ad vos ad hoc ipsum vt cognoscat quæ circa vos sunt, & consoletur corda vestra.* Papæ, quanta dilectio? Ne queant, inquit, terrere vos qui vellent. Nam possibile est in rebus illos fuisse aduersis. Illud enim innuit quod dicit, vt consoletur corda vestra. Ne permittat, inquit, vos decidere. *Pax fratribus, & dilectio cum fide, à deo patre, & domino Iesu Christo.* Imprecatur illis pacem & dilectionem cum fide. Bene dixit simpliciter dilectionis habẽdam rationem, & ne illis qui diuersæ sunt fidei, seipsos immiscerent. Aut hoc aut illud dicit. Vt & fidem habeant, & confidentes sint ac certi de futuris. Pax & dilectio erga deum. Si enim pax fuerit, erit & dilectio, si dilectio, & pax erit cum fide. Nihil enim proderit dilectio sine fide. Immò vero nõ poterit aliter esse dilectio. *Et gratia sit cum omnibus diligentibus dominum nostrum Iesum Christũ in synceritate, Amen.* Qua ratione hoc loco discreuit, pacem seperatim ponens, & seorsim gratiam? In synceritate, inquit, Amen. Quid est in synceritate? Aut idẽ est quod in puritate & honestate, aut pro incorruptis, vtpote, non in diuitiis, neque in gloria, sed in illis quę sunt incorrupta. Illud, in, idem est quod per, per synceritatem, inquit, id est, per virtutem. Omne enim peccatum, corruptio est. Et quemadmodum virginem corrũpi dicimus, ita & animam. Propterea Paulus dixit, ne quo pacto corrumpãtur sensus vestri. Rursus & in doctrina incorruptionẽ dicit. Quid enim, inquit, dic quæso corporis est corruptio? Nunquid dissolutio totius cõpositionisq; ipsius? Illud & in anima fit, accedente peccato. Nam animæ pulchritudo est modestia, fortitudo, iusticia. Sanitas animę est, animus virilis, prudentia, bona valetudo. Quando enim turpis, deformis, auarus, quiq; improbis actibus seipsum dedit, quãdo meticulosus, effœminat⁹ & imbecillis marcescit, adhuc peccata corruptionem in illis operantur. Turpes enim faciunt & imbecilles, & languores pariunt. Corrumpi nanque virginem ob id proprie dicimus, nõ solum quòd corpus corrumpitur, sed & propter iniquitatem ac scelus. Cõmixtio enim est quod fit. Si autem illa corruptio esset, vtique corruptio essent & nuptiæ. Sed peccatũ est corruptio. Illud enim eã deturpauit. Quin corruptio domus quid est, nisi dissolutio? Et vbiq; corruptio trãsitus & imutatio quędã est, quæ fit ad peius & in aliũ habitũ, & internicię prioris. Audi quippe quid scriptura dicat. Corrupit enim omnis caro viã suam. Et iterũ: In corruptione intolerabili. Itẽ, homines mente corrupti. Corruptibile nobis est corpus. Verũ incorruptibilis anima, ne itaq; & ipsam corrumpamus. Hoc primum peccatum fecit. Quod vero committitur post lauacrum, animam & corrumpere potest, & captu faciem facerẽ vermi immortali. Non enim attigisset, nisi corruptibilem inuenisset animam. Adamãtem vermis non attingit, & si attigerit, nihil efficiet. Ne corrumpas animam. Quod enim corrumpitur, putredine plenum est. Nam audi prophetam dicẽtem: Male fœtuerunt & emarcuerunt cicatrices meæ à facie insipiẽtiæ meę. Hęc vero, inquit, corruptio induet incorruptionem. Illa vero non ita. In anima enim incorruptio, corruptio est. Itaque corruptio animæ incorruptibilis est finem non habens, mors est immortalis, id quod futurum erat, si corpus immortale mansisset. Si illo abierimus ita corruptionem animæ habentes, incorruptibilem & perpetuam corruptionem habemus. Ardere enim, & per vermem perpetuo consumi, corruptio est incorruptibilis. Qualis erat & in beato Iob. Corrumpebatur & nõ peribat, sed perstabat semper telluris glebas sanie sua poliens ac fricans, idque multo temporis progressu. Tale quid tunc patietur anima, circũquaque instantibus in eam vermibus & consumentibus, non duobus annis, neque tribus, neque decem, nec centum neque decem milibus etiam, sed fine carẽtibus. Vermis enim, inquit, ipsorum non morietur.

Gene.6. *2.Timo.3.b* *Peccatũ originale volem* *peccatum.* *Psal.37.* *1.Cor.15.g* *Iob 2.* *Mar.9.g*

Moralis exhortatio.

Metuamus igitur, obsecro, vereamur verba, ne in res ipsas incidamus. Auaricia corruptio est, corruptio omnium pessima, in idololatriam inducens. Fugiamus corruptionem, eligamus incorruptionem. Defraudasti quẽquam: Ea quidẽm quæ fraude acquisiuisti, corrumpuntur, auaricia vero manet, corruptio † incorruptibilis facta materiæ. Fruitio quidem trãsit, incorruptibile vero peccatum manet. Graue malum est, quòd nõ omnia in præsenti vita corrumpuntur. Magna calamitas est, quòd peccatorum onera habentes hinc illò discedunt. Nam in inferno, inquit, quis confitebitur tibi? Locus illic est iudicij, non amplius resipiscentiæ tempus. Quo modo plorauit diues in inferno? Et tamen nihil effecit. Quanta dixerunt qui Christum non pauerunt? veruntamen abacti sunt in ignem æternum. Quanta tunc dixerunt, qui iniquitatem operati sunt, Domine, nunquid in nomine tuo prophetauimus? & in nomine tuo dæmonia eiecimus? veruntamen agniti non sunt. Omnia ista tunc fient, & nulla omnino re tum iuuabimur, nisi nunc fiat. Metuamus igitur, ne quo pacto tunc dicamus, Domine quando te vidimus esurientem, & non pauimus? Iam ipsum pascamus, non vnum & alterum, aut tertium diem. Nam eleemosynæ, inquit, & fides non deserant te. Non dixit, semel facias, neque secundo. Alioqui virgines illæ oleum habebant, sed non quod sufficisset. Itaque multo oleo nobis opus est, & oportet nos esse instar oliuæ frugiferæ in domo dei. Perpendamus itaque quanta vnusquisque nostrum peccatorum habeat onera, & ex benignitatibus remedia faciamus correspondentia, immò vero multa etiam plura, vt

† *rei incorruptibilis facta materia.*

Psal.6.b *Luc.6.f* *Matt.25.d* *Ibid.7.c* *Ibid.25.d* *Prouer.3.a*

† cognoscatis quæ circa nos sunt] *sic enim alij legunt.*

† & vt

* ἀσθαρσία *synceritate, incorruptione. ſ. posterior interpretatio hic melius quadraret.* *1.Cor.11.* *Quid sit corruptio.*

ra,vt non solũ extinguantur peccata, sed vt & iusticiæ sint quæ nobis ad iusticiam reputentur. Nisi enim tanta fuerint bona, vt & culpas exuamus, & ex reliquis sit quod ad iusticiam nobis reputetur,nemo nos à supplicio liberabit, à quo liberari nos omnes contingat gratia & benignitate,domini nostri Iesu Christi,Amen.

FINIS.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, ARCHIEPIscopi Constantinopolitani enarratio in epistolam Pauli ad Philippenses à Vuolfgango Musculo latinè conuersa: quibusdam partim ex Erasmo,partim ex editione Veronensi, per Ph. Montanum emendatis.

ARGVMENTVM EPISTOLAE.

PHilippenses dicti sunt à Philippis ciuitate Macedoniæ,quę est ciuitas colonia, quẽadmodum Lucas refert. Act.16. Hîc purpurarũ venditrix mulier vehementer pia, rebûsq; diuinis attenta, ad dominum conuersa est. Hîc archisynagogus domino credidit: hîc Paulus ac Silas virgis cæsi sunt: hîc magistratus,vt abirent,precati sunt eos, idq; nõ sine timore. Habuit & hic splendidum euangelij prædicatio initium. Multorum autem illis magnorumq; & ipse Paulus testimonia confert, coronam suam eos vocans multàque illos passos fuisse dicens. Vobis enim,inquit,datum est à deo,vt non solũ in illum credatis, sed & pro eo patiamini. Cum vero ad eos scriberet, contigit vt esset in vinculis. Propterea dicit: Ita vt vincula mea propter Christum manifesta fierent in vniuerso prętorio,prætorium vocans Neronis regiã. Verum vinctus quidem fuerat ac deinde dimissus, atq; id manifestauit ad Timotheum dicẽs: 2.Tim.4.c In prima mea defensione,nemo mihi adfuit,sed omnes me deseruerũt: ne illis iputetur, Sed dominus mihi adstitit, & corroborauit me. Erant itaque ista vincula,in quibus tum fuit,ante istam defensionem. Quòd enim tum non adfuerit Timotheus,planè liquet. Nam in prima,inquit,defensione mea nemo mihi adfuit. Atque id ita scribendo manifestauit. Neq; enim istud illi scripsisset,si is iam antea cognouisset. Cũ istam vero scriberet epistolam Timotheũ apud se habebat. Atque id ex iis quæ dicit clarum est,nempe: Spero autem in domino Iesu, quòd Timotheum cito vobis missurus sim. Et iterum: Hũc quidem spero me missurum vobis,cum primum expẽdero mea negocia. Dimissus enim est è vinculis illis,ac denuo,posteaquã ad eos venerat, in vincula coniectus. Quòd vero dicit, quoniam & immolor super hostia & sacrificio fidei vestræ,non hoc dicit velut iam tum ageretur, sed si quãdo istud contigerit,gaudeo inquit,excitãs illos ab animi tristicia quam ex vinculis ipsius cõceperant. Quòd enim tum nondum fuerit moriturus patet ex iis quę dicit: Spero autem,inquit,in domino, quòd & ipse cito venturus sim ad vos. Et iterum: Persuasus etiam istud A scio,quòd mansurus sim,& cum omnibus vobis permãsurus. Miserant autem ad eum Philippenses Epaphroditum,qui & pecunias ad eum deferret,& quæ cum eo agerentur cognosceret. Vehementer quippe in illum propendebant,valde pro eo soliciti. Quod enim hunc miserint,audi Paulum ipsum dicentem: Recepi omnia, & abundo,expletus sum, posteaquã accepi ab Epaphrodito,quæ à vobis missa fuerant. Miserant siquidem,vt quæ cum Paulo agerẽtur,per hunc cognoscerẽt. Quòd enim ea cogniturí miserint,in ipso mox epistolæ initio declarat, vbi de rebus suis scribit, dicens: Scire autem vos volo,quòd quæ mihi accidũt, magis ad profectum euangelij euenerunt. Et,spero me Timotheũ vobis breui missurum,vt & ego læto sim animo,de rebus vestris edoctus. Illud,vt & ego, hoc significat, Quemadmodũ vos vt planè ac certo quid mihi eueniat cognoscatis, B huc misistis,ita & ego mittã, vt bono sim animo, posteaquam statum vestrum cognouero. Quandoquidem multo iam tempore neminem miserant, (nam hoc patet ex eo quod dicit,iam tandem aliquãdo reuiguit vestra pro me solicitudo) & tum audiebant eum in vinculis esse. Si enim de Epaphrodito audierũt,quòd ægrotus erat,qui tamen adeò illustris nõ erat, quemadmodum Paulus,multo probabilius est illos de Paulo fuisse conturbatos. Propterea in epistolæ principio multum adfert consolationis, ostendens quòd propter vincula sua non solum turbari non debeãt,sed & gaudere. Deinde consulit,vt concordiæ studeant & modestiæ,docens in his maximum esse præsidium, atque hoc pacto illos facile posse hostibꝰ suis superiores euadere. Quòd enim præceptores in vincula coniiciuntur,nihil fuerit acerbi,sed hoc demum graue,si quando discipuli con- C cordes non fuerint. Illud enim incremẽtum etiam adfert euangelio,hoc vero dissipat. Hortatus itaque illos ad concordiam, ostensoq; quòd ex modestia nascatur concordia,deinde cõtra Iudæos inuectus qui prętextu Christianissimi nusquam non nocebant doctrinę euangelicæ,quos & canes vocat & malos operarios, à quibꝰ etiam abstinendum hortatur, admonito quibus oporteat attendere: ad hæc posteaquam multa de moribus disseruisset,cõposuissetq; illos,ac recreasset,per id quod dominum prope esse dixerat, competenti sibi prudentia & eorum meminit quæ miserant, atque ita multum illis consolationis adfert. Videtur autem illis potissimũ magna cum honorificentia & nihil omnino obiurgatorium scribere, id quod & virtutis illorum indicium est, nimirum quòd nullam præceptori dederint occasionem,quo per modum reprehensionis, sed duntaxat D adhortando omnia ad eos scriberet. Hoc autem ipsum est quod initio dixi, nempe quòd hæc ciuitas multum commoditatis ad fidem Christi exhibuerit. Siquidem Act.16.g ipse carceris custos, licet cognouerit rem hanc summe periculosam esse,mox tamen ad vnius miraculi cõspectum & aduolauit, & cum omni domo sua baptizatus est. Factum enim hoc signum præter ipsum quidem nemo nouerat,fructum vero illius non solus,sed cũ vxore simul & vniuersa domo sua tulit. Quin & ipsi magistratus,qui verberauerãt ipsum, id quod magis per tumultum,quàm malicia fecerant, mox misisse dimittiq; illum iussisse, ac postremo sibi metuisse deprehenduntur. Testimonium vero illis non solum fidei,neq; duntaxat periculorũ,sed & beneficentię,in eo adfert,quod dicit: quoniam & in principio euãgelij & semel ac iterum ad necessitatem meam subleuandam misistis, nemine alio præter vos, istud faciente. Nulla siquidem, Philip.4.c

inquit,

inquit, ecclesiā mihi communicauit in ratione dādi & accipiendi. Quòd vero aliquādiu nihil miserāt, magis opportunitatem quàm voluntatem illis defuisse ostendit, cum dicit: Non quòd non soliciti pro me fueritis, sed quòd defuerit opportunitas. Morale.

His itaque cognitis, habitisq; tot ac tantis mutuæ inter illos charitatis exemplis (Quòd enim vehementer eos dilexerit, ex eo liquet quod dicit: Neminem siquidem habeo pari mecum animo præditum qui germanè res vestras curaturus sit: Et, propterea quòd in corde meo habeam vos, in vinculis meis) His, inquā, cognitis, & nos ipsos talibus exemplis dignos exhibeamus, parati ad hoc, vt pro Christo patiamur. Verum nunc nulla est persecutio. Imitemur igitur & si nihil aliud, vel diligētem illorum beneficentiam. Neque putemus omnia præstitisse, si quando semel atque iterum quicq̄ dederimus. Per omnem quippe vitā istud facere oportet. Non enim semel duntaxat, sed indesinēter deo placere debemus. Etenim qui in stadio decem dolicos cucurrit, si post deficiat, totam laudem perdidit: & nos si semel aggressi bona opera, postea defecerimus, totum perdidimus, totum corrupimus. Audi admonitionem perutilem, quæ dicit: Eleemosynæ ac fides ne deserant te. Non dicit: Semel facias, neque secundo, neque tertio, nec decies, nec centies, sed perpetuo. Non deserant te, inquit. Et non dicit, ne deseras illas, sed ipsæ ne deserant te, ostendens nos illarum non illas nostro adiumento opus habere, docēnsque eo satagendum nobis esse, vt illas apud non contineamus. Adapta eas, inquit, collo tuo. Quemadmodum diuitum liberi circa collū bullam habent auream, illāmq; nunquam deponunt, vtpote quam tanquam nobilitatis suæ insigne gestant: ita & nos eleemosyna semper amiciendi sumus, vt ostē damus nos misericordis ac benigni patris esse filios, qui solem suum ēxoriri facit super malos & bonos. At non credunt nobis infideles. Credent igitur propterea si quando talia operabimur, vt videant nos omniū misereri, præceptoremq; illum nostrū exprimere, sciāntq; nos ista ad illius imitationem facere. Eleemosyna, inquit, ac fides vera. Rectè addit, vera: Non ex rapina, nō ex furto. Id enim non est fides, non est veritas. Eum enim qui furatur, necesse est mentiri ac peierare. Tu vero non ita, sed cum eleemosyna & fidem habe, inquit. Circundemus nobis istum ornatum. Torquem faciamus auream (eleemosynam dico) donec hic fuerimus. Quamprimum enim hæc ætas trāsierit, nullus amplius erit eius vsus. Quo modo? Non sunt in futuro seculo pauperes, non sunt illic pecuniæ, nulla est illic inopia. Quandiu pueri sumus, non priuemus nos ipsos isto ornatu. Quemadmodum enim pueri solent ista, mox vt in viros euaserunt, detrahere atque ad alium ornatum transire: ita & apud nos non erit amplius eleemosyna illa quæ fit per pecuniam, posteaquam hinc abierimus, sed alia quædam hac multo maior. Hac itaq; nos ipsos interea non priuemus. Efficiamus vt anima compareat bona. Magnum bonum ac precioſum est eleemosyna. Magnum est donum: immò magna est bonitas: si per hanc pecunias vilipendere didicerimus, discemus & reliqua. Nam vide quot hinc bona nascātur. Qui eleemosynam, vt oportet, largitur, pecunias cōtemnere discit. Pecunias quisquis contemnere didicit, radicē malorum amputauit. Itaque non magis bene facit, quàm beneficium accipit, non solum quòd lucrum & retributionem per eleemosynā sibi reponit, sed & quòd animam reddit philosophicam, sublimem ac diuitem. Qui eleemosynam dat, eruditur ad hoc vt nec pecuniā miretur, nec aurum. hanc eruditionē assecutus, & amplissimum ad cœlum ascendendi nactus est exordium, & innumeras amputauit pugnandi, contendendi, inuidēdi ac lugendi radices. Scitis enim, scitis, inquam, & vos omnia ista fieri propter pecuniam, essēq; innumera bella propter pecunias. Has vero qui contemnere didicit, in trāquillitatem seipsum cōstituit. Nemini damnum amplius infert, Nam istud illum eleemosyna docuit: Quæ proximi sunt amplius non appetit. Quo modo enim faceret, qui sua etiam proiicit ac largitur? Non inuidebit deinceps diuiti. Quo modo enim inuideret, qui pauper fieri cupit? Perpurgat desiderij sui oculum, idq; in hoc quidem seculo: in futuro vero, dici nequit, quāta consecuturus sit bona. Non manebit foris cum virginibus fatuis, sed cum prudentibus ac sponso illustres habēs lampadas ingredietur: potiorq; erit in virginitate seruanda defatigatis, qui instituti eius labores ne gustauit quidē. Tanta videlicet est eleemosynæ virtus, vt audacter alumnos suos introducat. Nota siquidem est ipsis cœli ianitoribus, qui ianuas spōsi obtinēt, nec solum nota, sed & venerabilis. Et si quos cognouerit sui studiosos, cum magna illos fiducia introducet, contradicēteq; nemo, sed cedent omnes. Si enim deum ipsum misericordia ad terram deduxit, hominēmque fieri persuasit, multo magis hominem ad cœlum euehere poterit. Magna quippe est illius virtus. Itaque si per misericordiam deus ac benignitatem, & homo factus, & vt seruus fieret, persuasus est, multo magis seruos in domum illius inducet. Hanc diligamus, hanc amemus, non vnum diem, non alterum, sed per omne tempus, vt nos agnoscat. Si ipsa nos agnouerit, agnoscet & Christus ipse. Si nō agnoscet ipsa, neq; Christus nos agnoscet, sed dicet non noui vos. Absit autem vt hanc vocem audituri simus, sed magis illam: venite benedicti patris mei, hæreditario possidete regnum vobis ab origine mundi paratum, quod omnes nos assequi contingat gratia & benignitate, &c.

Philip.1.c

Ibid.1.b

Prouer.3.a

Mat.5.g

† *nec iā amplius dāni metu terreti:*

Matt.25.a

Homilia prima.

*Paulus & Timotheus ſerui Ieſu Chriſti, omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, qui ſunt Philippis, * vnà cum Epiſcopis, ac diaconis, gratia vobis & pax à deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto.* Præceptoriam ſuam dignitatē hic non poſuit, vtpote ad æquales ſcribens, ſed aliā & ipſam quoque magnam. Quam illam? Seruum ſeipſum vocat nō Apoſtolum. Nam & iſta dignitas reuera magna eſt, & caput bonorum, nimirum ſeruum eſſe Ieſu Chriſti, & non ſimpliciter dici. Qui ſeruus Chriſti eſt, is vere peccati liber eſt. Et germanus Chriſti ſeruus, nullius eſt alterius ſeruus. Alioqui nō eſſet planè Chriſti ſeruus, ſed dimidiatus. Et Romanis quoque ſcribens dicit: Paulus ſeruus Ieſu Chriſti. Corinthiis autem & Timotheo ſcribens apoſtolum ſe vocat. Quānam ratione? Non q̄ iſti Timotheo ſint meliores. Abſit. Sed magis illos honorat, & omnium quibus ſcripſit, potiſsimum curat & colit. Etenim & multæ virtutis teſtimonium illis exhibet. Nam illic quidem multa erat ordinaturus ac præcepturus, atque ideo apoſtolicam ſibi dignitatem vſurpat. Hic vero nihil præcipit, niſi quæcunque vel ex ſeipſis cōſiderabant. Sanctis in Chriſto Ieſu, qui ſunt Philippis.

Cap.1.

* *σωεπισκόποις. i. coepiſcopis dictione cōpoſita, vt eſt in Veroū. editione: quē admodum etiam legiſſe videtur Theophyla. alij tamē legūt σωὲπισκόποις cū epiſcopis. idē in mox ſequē. intelligē.*

Roma.1. & 2.Cor.1.a. et 2.Tim.1.a

Deute.7.& 14.d lippis. Quoniam contingebat vt & Iudæi seipsos prop- A ter primum illud oraculum sanctos vocarent, quo dicti sunt populus sanctus & peculiaris, propterea adiecit hic, qui sunt in Christo Iesu. Isti quippe dūtaxat sancti sunt, illi vero profani deinceps. Cum Episcopis ac diaconis. Quid hoc? Erant ne multi vnius ciuitatis episcopi? Nequaquam. Sed presbyteros ita vocauit. Tum enim temporis adhuc vocabulum erat cōmune, adeò vt episcopus diceretur diacon⁹, hoc est minister. Propterea Timotheo scribēs dixit, Diaconatum tuū adim-
2.Tim.4.a pleto, cū esset episcopus. Quoniā enim episcop⁹ erat, di-
1.Timo.5.d cit ad eum: Manus nemini cito imposueris. Et rursus,
Ibid.4.d Quod datum est tibi cum impositione manuū presby-
terij. Neque vero presbyteri manus imponebant Epi-
Tit.2.b scopo. Rursus & ad Titum scribens dicit: Huius rei gratia reliqui te in Creta, vt constituas oppidatim presbyteros, sicut ego tibi ordinaram, si quis est inculpatus v- B nius vxoris vir. De episcopo loquitur. Et cum ista dixisset, mox subiungit: Oportet enim episcopum inculpatum esse, tanquam dei dispensatorem, non præfractum. Quemadmodum igitur dixi, & presbyteri olim vocabantur episcopi & diaconi Christi. Vnde & nunc plerique episcopi scribunt, conseniori & comministro. Postea vero seorsum suum cuique datum est nomen,
* συωεπι- vel episcopo, vel presbytero. * Cum episcopis, inquit,
σκόποις, & diaconis, gratia vobis & pax à deo patre nostro, &
coepiscopis, vt prius. domino Iesu Christo. Quid hoc rei est, quod cum nusquam clero scribat, neque Romano, neque Corinthio, nec Ephesino, sed in genere omnibus sanctis, fidelibus, dilectis, hic clero scribit? Nimirū ipsi priores ad illum scripserant, & fructum tulerant, ipsi Epaphroditum ad eum miserant. *Gratias ago deo meo*, inquit, *in omni memo-*
Hebr.13.e *ria vestri semper.* Alibi scribens dixit: Obedite præpositis C vestris, atque obsecundate, quoniam ipsi vigilant pro animabus vestris, tanquam rationem daturi, vt cū gaudio illud faciāt & non gementes. Itaque si cum gemitu præesse ex malicia discipulorum est, cū gaudio istud facere ex illorum profectu erit. Quoties, inquit, vestri recordor, deum glorifico. Hoc vero ideo facit, quòd plurimorum apud eos bonorum conscius erat. Et glorifico, inquit, & præcor. Quanquam enim virtuti addicti sitis, non tamen cesso precari pro vobis. *Sed gratias ago deo in omni memoria vestri semper in omni precatione mea pro omnibus vobis, cū gaudio etiā precationē faciens.* Nō tum solū, quādo precor. Nā id poterat cū dolore facere vt quādo alibi dicit: Nam ex multa tristicia & anxietate cordis scripsi vobis per multas lachrymas. *Propter communicationem vestram in euangelium, à primo die vsque ad hoc tempus.*

Magnum quid hic de illis testatur, & vehemēter ma- D gnum, etiam si quis de Apostolis illud & Euangelistis testatus esset. Quanquam, inquit, vnius duntaxat ciuitatis curam susceperitis, non tamen illius dūtaxat profectum quæritis, sed nihil non facitis, quo laborū meorum participes sitis, nusquam nō præsentes, collaborātes, & pariter mecum in prædicatione communicātes. Idq; non vno, aut altero, aut tertio denique tēporis momento, sed semper ac perpetuo, ex quo credidistis, in hunc vsque diem Apostolorum vobis alacritatem & promptitudinem apprehēdistis. Vide quo modo illum etiam qui Romæ erant auersati sint. Audi quippe quid
2.Tim.1.d dicat: Nosti hoc quòd auersati sint me omnes qui in
Ibid.vlt.c Asia sunt. Et rursus, Demas me reliquit, & in prima mea defensione nemo, inquit, mihi adfuit. Isti vero absentes etiam communicarunt tribulationibus illius, mittētes viros quosdam ad illum & pro virili subministrantes, breuiter nulla in parte cessantes in officio. Non nunc solum inquit, sed semper, quouis modo, adiumēto mihi estis. Hoc itaque est, communicatio in euangelium. Nam quando ille quidem prędicat, tu vero in externis illi certaminibus opem fers, nō iam solius certantis est corona, sed & pædotribæ, & inseruientis, & in summa omnium quoquo modo athletam dei curantium. Qui enim illum reficiunt ac refouent, illi vtique & victorię ipsius merito participes sunt. Et in bellis nō solum qui cæteris fortius egit ac vicit, sed & quotquot ipsum iuuarunt merito sibi trophæorum ac gloriæ partem vendicauerint. Nō enim parum valet, sed planè magnum, curam agere sanctorum. Socios quippe nos facit eorū, quæ illis reposita sunt præmiorum, vtpote: Est qui multam pecuniam propter deum proiecit, qui semper intentus est rebus diuinis, magnam virtutē exercet, multamq; diligentiam & ad verba vsq; & ad cogitationes, immò ad omnia, custodit & impēdit. Licebit tibi, etiāsi non tantum ostendas diligentiæ, nihilominus eorum participem fieri præmiorum, quæ his ipsis reponuntur. Quo modo? Si ministraueris huic & verbo & opere, si consolatus & adhortatus fueris, si quæ necessaria sunt suppepitaueris, si nullo nō ministerio iuueris. Tu enim is eris, qui vitam hanc asperam faciliorem illi hoc pacto facis. Itaque si admiramini eos qui in solitudinibus sunt, qui vitam susceperunt angelicam, aut eos qui eadem cum istis in ecclesiis præstant, si admiramini, inq;, atque doletis quòd tanto interuallo ab illis superamini, potestis alia via cōsortes illorum fieri, nimirum inseruiendo ac subministrando. Nam & istud diuinæ benignitatis est, quòd & segniores istos, qui austeram illam, asperam & exactam vitam susc ipere nequeunt, per aliam viam in eūdem cum illis ordinem adducit. Atq; istud est, quod *Paulus communicationem vocat*. Cō*municāt nobis, inquit, in carnalibus, communicamus nos illis in spiritualibus. Etenim si pro modicis & nihili rebus regnum largitur deus, pro modicis & sensibilibus, & serui illius merito dant spiritualia. Immò ipse deus est, qui per eos & ista largitur & illa. Ieiunare non potes? Nec solitarius esse, nec humi cubare, nec integras noctes peruigilare vales? Potes tamen horum omnium præmium accipere, si per compendium rem istam aggressus, in his laborantem curaueris, recreaueris, continuòq; iuueris, & ex his rebus contractam lassitudinem alleuiaris. Ipse pugnam sustinendo perstat, ipse vulnera accipit. Tu vero ex agone regressum curato, placidis atque obuiis manibus excipito, recreādo sudorem abstergito, fatigatum & adflictum animum solator, refoueto, ac refocillato. Quòd si ad hunc modum iusta animi promptitudine sanctis ministrauerimus, eorundem cum illis præmiorū participes erimus. Hoc & Christus dicit: Facite vobis amicos, inquit, ex mammona iniqui- *Luce.16.*
tatis, vt recipiant vos in æterna sua tabernacula. Vides quòd participes fiāt. A primo die, inquit, vsque ad hoc tempus. Gaudeo vero nō solum propter præterita, sed & propter futura. Ex præteritis quippe & illa coniicio.

Persuasum habens hoc ipsum, quòd qui cœpit in vobis opus bonū, ipse perficiet vsque ad diem Iesu Christi. Vide quo modo illos interea modestiam quoque doceat. Nam quoniam illis magnarum rerum testimoniū tulerat, ne quid hic humani patiantur, mox instruit eos & præterita & futura Christo accepta referre. Quo modo? Non enim dicit, persuasum habens, quod vt cœpistis, ita & perfecturi sitis. Sed quid? Qui cœpit, inquit, in vobis opus bonū, ipse perficiet. Neque tamen exemit eos ab hac virtute,

Dixit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dixit enim quoniam ſuper cõmunicatione veſtra gaudeo, videlicet, quòd ipſi hic probe egerant. Neq; dixit quòd ipſorum dũtaxat fuerint iſta recte facta, ſed præcipue dei. Confido ſiquidem, inquit, quòd qui cœpit in vobis opus bonum, ipſe perficiet vſque ad diem Ieſu Chriſti, Deus videlicet, Nõ autem erga vos ſolum, inquit, ſed & erga ea quæ ex vobis proficiſcuntur, ita afficior. Nam neque iſtud exiguam habet laudem, quòd deus operatur in aliquo. Si enim perſonarum acceptor non eſt, quemadmodum planè non eſt, ſed ad animi propoſitum reſpiciens, adiuuat rectas noſtras actiones, liquet quòd ipſi ſumus in cauſa vt ille nobis cõcilietur. Itaque ne ſic quidem loquens Paulus, priuauit illos ſua laude. Alioqui ſi ſimpliciter operatus eſt in illis, nihil vtique prohibuit, quo minus & in gentibus & in vniuerſis hominibus operaretur, ſiquidem velut ligna nos ac lapides mouit, & nihil quod nos ageremus quæſiuit. Quòd igitur dicit, ipſe de° perficiet, & hoc ipſum quoque encomium eſt eorum, qui gratiam dei attraxerunt, vt illa adiuti humanam ſuperarent naturam. Et alias quoque encomium habet, quòd recte facta veſtra talia ſunt, vt humana non ſint, ſed diuino indigeãt auxilio. Si vero deus perficiet, nõ multo labore res agetur, ſed bono oportet eſſe animo, quod facile perficiantur, quęcunque ipſius vſa fuerint adiumento. *Sicut iuſtum eſt vt hoc ſentiam de omnibus vobis, propterea quòd habeam vos in corde meo, & in vinculis meis, & in defenſione mea, & confirmatione euangelij, omnes vos, inquam, qui eſtis mihi conſortes gratiæ.* Multum hic deſiderij oſtendit. Siquidem in corde illos habuit, & in ipſo carcere vinctus Philippenſium recordatus eſt, id quod non modicum exprimit virorum iſtorum encomium. Neque enim †affectus ſeſt ſancti huius dilectio, ſed iudicij rectarúmq; rationum. A Paulo itaque adeò vehementer diligi, indicium eſt, magnum quendam & admirabilem eſſe. Et in defenſione mea, inquit, & confirmatione euãgelij. Et quid mirum, ſi in carcere illos in corde ſuo habuit? Neq; tum temporis, inquit, cum ad tribunal accederẽ cauſam dicturus, memoria mea excidiſtis. Adeò quippe violentus eſt amor ille ſpiritualis, † vt nullo tempore cedat, ſed perpetuo amantis adhæreat animo, nulliq; tribulationi ſiue dolori permittat, vt animum hunc vincat. Quemadmodum enim in fornace Babylonica flamma adeò vehementer in ſublime lata ros quidã beatis illis pueris erat, ita & amicicia diligentis deòq; placentis animum nacta, omnem flammam excutit, roremq; ex illa mirabilem efficit. Et in confirmatione, inquit, euangelij. Num vincula confirmabant euangelium, num defenſio? Admodum confirmabant. Nam ſiquidem vincula detrectaſſet, impoſtorem agere videri poterat. Cũ vero nihil non tolerat, & vincula quoque, & tribulationem, declarat non humanam quampiam ſubeſſe cauſam, propter quam iſta patiatur, ſed omnia ſe ferre propter deum qui aliquando rependat. Nemo enim vtique eſt, qui & mori cupiat, & tanta ſubire pericula: nemo qui tantum regem offendere ſuſtineat (Neronem dico) niſi ad aliũ regem iſto multo maiorem reſpiciat. Erant itaque vincula confirmatio euangelij. Vide quo modo ex abundanti omnia verterit in contrarium. Quod enim infirmitatem putabant & accuſationem, hoc confirmationem eſſe dicit. Et niſi iſtud factum eſſet, in infirmitate futurus erat. Deinde oſtendit dilectionem ſuam non affectum eſſe, ſed ſanum iudicium. Vnde? Habeo vos, inquit, in vinculis meis, & in defenſione, propterea q̃ participes ſimul mecum eſtis gratiæ. Quid hoc eſt? Erat iſtud Apoſtoli gratia, vinciri, exagitari, infinumera mala ferre? Erat certe. Nam ſufficit, inquit, tibi gratia mea. Potentia quippe mea in infirmitate perficitur. Propterea, inquit, placeo mihi in infirmitatibus & contumelijs. Cum itaque videam vos virtutem ipſis operibus exprimere, & tantæ gratiæ participes eſſe idque cum animi promptitudine, merito iſta de vobis cõiecto. Cũ enim veſtri ceperim experimentum, ſicq; vos cognitos habeam vt nemo melius, veſtráq; benefacta perſpexerim, quòd cum tanto interuallo ſeiuncti ſitis à nobis, nõ tamen deſeruiſtis nos in afflictionibus, ſed pro euangelio participes eſſe voluiſtis tentationum: & quanquam ipſi procul abeſſetis, tamen in pericula deſcendiſtis, ſic vt nihilo minus haberetis quàm ego: merito hoc teſtimonium fero de vobis. Sed quã ob rem non dixit cõſortes, ſed ſimul conſortes, hoc eſt nõ κοινωνὸς, ſed συγκοινωνὸς? Et ego ipſe, inquit, cum alio participo, vt conſors ſim euangelij, hoc eſt, vt cõſors reddar eorum bonorum quæ † per euangelium] reponuntur. Et mirum eſt quòd omnes ita affecti erãt. Dicit enim, omnes vos, inquam, qui pariter eſtis mihi conſortes gratiæ. Ex talibus, inquit, initiis perſuaſus ſum, eiuſmodi futuros vos in finem vſq;. Nequit enim tã ſplendidum initiũ extingui, aut deficere, ſed magnos oſtendit futuros exitus.

† *euangelij*

prædicaturi bus

Moralis exhortatio.

Cum ergo liceat & alia via, gratiæ, tentationúmque ac tribulationum conſortes fieri, cõſortes obſecro, reddamur & nos. Velletis puto, quotquot hic ſtatis, immò omnes, conſortes eſſe bonorum illorum quæ Paulo repoſita ſunt. Atqui licebit hoc, ſi commilitare, auxilioq; volueritis illis eſſe, qui miniſteriũ Pauli repræſentant, qui graue quid propter Chriſtum patiuntur. Vides fratrem in tentationibus cõſtitutum, porrige illi manum. Vides præceptorem certantem, aſſiſte illi. Sed nemo iã talis eſt, inquis, qualis erat Paulus. Mox † deſperãt,] mox iudicant. Nemo eſt ſicut Paulus, fateor & ego. At interim qui Prophetam accipit, inquit, in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet. Non enim Philippẽſes ideo celebres facti ſunt, quòd Paulo collaborarunt. Verum quoniam Paulus ſuſceperat euangelij prędicationem, ob id ab illis magnifiebat, quódq; illa patiebatur propter Chriſtum. Nemo quidem ſic vt Paulus eſt, immò nemo eſt qui ad beatum illum vel paululum accedat. Prædicatio vero eadem eſt hodie, quæ tum erat, nec in vinculis duntaxat illi communicarunt, ſed & ab initio,. Audi quippe quid ipſe dicat. Noſtis enĩ, inquit, & vos Philippenſes, quòd in principio euãgelij ne vna quidem mihi eccleſia communicauerit in ratione dãdi & accipiendi, niſi vos ſoli. Et aliàs vero præter tentationes multum laboris habet præceptor, nimirum, vigilias, laborem in prædicando verbo, doctrinã, reprehenſiones, accuſationes, querelas, inuidiam. An iſta modica ſunt, innumera deferentium & iudicantium ora ferre, cum liceret illi quæ ſua ſunt curare? Heu quid patior? In medio duarum rerũ interceptus & conſtrictus ſum. In hoc ſum vt inſtruam vos & adhorter ad id, vt opem ac ſubſidium feratis ſanctis dei. Vereor vero, vt aliud quiſpiam hic ſuſpicetur, nempe non veſtri, ſed illorum gratia iſta me dicere. † Scitis autem quòd non propter illos, ſed propter vos ipſos hæc dico. Et ſi attẽdere volueritis, his ipſis vos ſermonibus certos facio. Non eſt idem lucri vobis & illis. Nam vos quidẽ ſi dederitis, ea dabitis quæ & breui tandem, nolentes volẽtes, reſignabitis aliiſq; cedetis. Quæ vero viciſſim recipitis, admodum magna, immò multo maiora ſunt. An

† *Scitote*

non hic

præcupa te iam opinionis

† *vt nulli ce dat occaſio ni, Danie. 3.*

† *ſumunt ſa ſtum, Matt. 10.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

non hic est vobis animus vt existimetis vos dando accipere? Quòd si ad eum modum non habetis, neque volo vt detis. Ita videlicet non pro illis loquor. Nisi quis seipsum primo ita dispoſuerit, tanquam magis accipiat quàm det, tanquam innumera lucretur, tanquam beneficium magis capiat quàm largiatur, non contribuat. Si putat se accipienti tantum dare, non det. Non enim hoc mihi vsqueadeo studiose quæritur vt alantur sancti. Nam etiam si tu non dederis, dabit alius. Quod igitur volo, hoc est, nempe vt habeatis peccatorũ vestrorum consolationem. Qui vero nõ ita largitur, nihil habebit consolationis. Neque enim simpliciter dare, eleemosynam est facere, sed prompto alacriq; animo dare,

† & accipiẽti gratiã habere.

† vt eum decet qui gratiam accipit.] Nõ ex tristicia, inquit, neque ex necessitate. Hilarem quippe datorem diligit deus. Si quis igitur hoc pacto nõ dederit, non det.

2. Cor. 9. b

Damnum enim istud est, non eleemosyna. Itaque si scitis, nõ illis accedere lucrum sed vobis, scitote quòd potior vtilitas vobis cedet. Illis enim corpus alitur, vobis vero saginatur & inclarescit anima: nihil illis peccatorum remittitur, tum quando accipiunt, vobis autẽ multæ offensiones mitiores reddentur. Consortes ergo simus magnorum præmiorum quæ illis parantur. Quidam reges sibi adoptantes, non putant se magis dare q̃ accipere. Adopta tu Christum, & habebis plurimũ securitatis. Vis & Pauli consors esse? Quid dico Pauli, vbi Christus est qui accipit? Vt autẽ sciatis quòd omnia vestri gratia & dico & facio, non quòd ad aliorum refocillationem attinet curans, si quis eorum, qui ecclesiæ præsunt, in rerum abundantia viuit, nullius egens, etiã si sanctus sit, nihil illi tribuas, sed eum præpone, qui penuria premitur, licet non adeò sit celebris & admirabilis. Quamobrem? Quoniã illud & Christus ita vult, vt

Luc. 14. c

quando dicit: Si quando facis prandium aut cœnam, non voces amicos tuos, neque cognatos, sed voca debiles, claudos, cæcos, eos videlicet, qui tibi vicem repẽdere nequeunt. Non enim oportet simpliciter quoſuis recipere, sed esurientes, sed sitientes, sed nudos, sed aduenas. Neque enim simpliciter dicit, cibo refectus sum, sed esuriẽti, inquit. Nam esurientem me vidistis, & aluistis. Duplex scilicet iusticia. Si enim cibare oportet simpliciter, quisquis fuerit, esurientem, multo magis quãdo & qui esurit sanctus est. Itaque si sanctus quidẽ est, nihil tamen patitur inopiæ, nihil tribuito. Nihil enim hic vtilitatis est, Christus quippe non hoc precepit. immò neque sanctus is est, qui cum abundet, nihilominus accipit. Vides quòd ista nobis nõ turpis lucri, sed commodi vestri gratia dicta sunt. Ale esurientem, ne alas gehennæ ignem. Ille de rebus tuis comedens, & ea quæ tibi relinquuntur, sanctificat. Considera quo modo He

3. Reg. 17. b

liam aluerit vidua illa: immò non magis pauerit, quàm pasta sit ab illo, nõ magis dederit quàm acceperit. Istud & nunc fit in eo quod multo est maius. Non enim hydria farinæ, nec lecythus olei, sed quid? Centuplum in hoc seculo & præterea vita æterna, talium erit merees. Vidua erat illa, deinde vrgebat fames, & tamen nihil horum illam cohibuit quominus aleret prophetam. Liberos quoque habebat, neque sic tamẽ impedita est. Si-

Mar. 12. d

milis illi facta est, quæ duo minuta in gazophylacium misit. Non dicebat apud seipsam. Quid ex isto capiam? Ipse opus habet vt succurram. Si quid potuisset, famem vtique non sustinuisset, quin soluisset hanc terræ siccitatem, eidem certe miseriç obnoxius non fuisset. Et ipse

Θεος. i. fortasse vel, pa

* pariter deum offendit. Nihil horum cogitauit. Vides quantum sit bonum, cum simplicitate beneficium præstare, nec curioſum esse erga eum qui beneficio sit afficiendus. Si curioſe voluisset singula expẽdere, dubitasset vtique, nec credidisset. Ita & Abrahã, si curioſe egisset, angelos certe hoſpitio nõ suſcepisset. Nequit enim, nequit inquam, quisquis omnia curioſe scrutari pergit, aliquãdo voti compos fieri, sed is omnium maxime in impoſtores incidit. Et quo modo hoc fiat? dicam. Religioſus nõ vult videri religioſus, atque ideo nullum sibiipsi religionis habitum ac prætextum imponit, sed studet esse aſpernabilis. Impoſtor vero rem omnẽ arte tenens, multum sibi religionis, idq; adeò artificioſe vſurpabit, vt difficillime deprehendas. Fit itaque vt qui videtur irreligioſis benefacere, in religioſos incidat: & viciſsim qui studioſe eos inquirit, qui religioſi putãtur, in irreligioſos sæpenumero incidat. Faciamus igitur omnia obsecro, in simplicitate. Ponamus enim impoſtorem eum esse qui accedit, nõ tamen iussus es ista curioſe inquirere. Omni siquidem, inquit, petenti te tribue. * Et si in eum incideris qui occidendus sit, nõ auerseris,] quanquam plures eorum qui occiduntur, in malis deprehensi, istud patiantur. Sed ne auerseris, inquit. Hoc enim pacto deo similes erimus, hoc pacto admirationi erimus, immortaliáque bona assequemur, quæ nos omnes adipisci contingat, &c.

Luc. 6. d

* Locus corruptꝰ videtur, Erasmo vertit,

† Et mercenarium mortuum ne parce,] puto hoc esse de sepelienda mortua.

Homilia secunda.

† Testis enim mihi deus est, quàm desiderem vos omnes in visceribus Iesu Christi. Et illud oro, vt charitas vestra adhuc magis atq; magis exuberet in agnitione, & in omni sensu, vt probetis quæ sint præstantia, vt sitis synceri ac sine offensione in diẽ Christi, repleti fructibus iusticiæ, qui sunt per Iesum Christum ad gloriam ac laudem dei. Deum testem non ideo citat, quòd fidem non mereatur, sed multo istud affectu, & ad hoc facit, vt vehementer persuadeantur, certóq; confidant. Quoniam dixerat eos † cõsortes suos factos esse, ne putarent eum huius gratia] isto esse desiderio erga se, propterea subiũxit, in viscеribus Christi. Quid hoc est? Idem scilicet quòd secũdum Christum, quasi dicat: Quoniam fideles estis, quoniam Christum amatis, propter dilectionem quæ secundum Christum est. Et non dixit dilectionem, sed quòd feruentius erat, nempe: Viscera Christi. Tanquam parens vester factus, inquit, propter cognationem quæ secũdum Christum est. Ipsa quippe vobis viscera largitur, viscera calẽtia & ignita. Germanis enim seruis suis viscera sua donat. In illis, inquit, viscеribus, diligo vos, viscеribus non naturalibus, sed feruentioribus, quippe ipsius Christi. Quàm desiderem, inquit, vos omnes. Quoniam omnes tales

D estis, sermone consequi nequeo quo modo vos desiderem. Dici itaq; nequit. Propterea deo istud cognoscendum permitto, corda penetranti. Quòd si adulatus illis fuisset, deum vtique testem non aduocasset. Neq; enim istud periculo caret. Et hoc, inquit, oro, vt dilectio vestra adhuc magis atque magis exuberet. Est enim istud insatiabile bonum. Vide siquidem. Ita dilectus magis adhuc diligi voluit. Qui enim diligit, dilectum nusquã certo gradu dilectionis stare cupit. Nequit enim esse boni huius mẽsura, & illud Paulus semper deberi vult. Nemini quicq̃, inquit, debeatis, nisi vt mutuo vos inuicem diligatis. Dilectionis mensura est, nequaquã gradum figere. Vt dilectio vestra, inquit, adhuc magis atq; magis exuberet. Vide † dilectionis affectum,] vt adhuc magis atque magis, inquit, exuberet in agnitione, & in omni sensu. non simpliciter quamuis amicicias, neque simpliciter dilectionem admiratur & celebrat, sed eam quæ est

Rom. 13. b

† bona sua

ipsi cõmuni

† dilectionis affectum,

quæ est ex cognitione, hoc est, qua non erga omnes sit A
vtendum. Istud enim non dilectionis, sed frigidi fuerit animi ac imbecillis. Quid est in agnitione? Cum iudicio, cum ratione, cum sensu. Sunt enim qui præter rationem quoslibet simpliciter ac fortuito diligunt. Vnde & fit, vt non sint admodum vehemētes tales amicitiæ. In agnitione, inquit, & in omni sensu, vt probetis quæ sint præstantia. Non propter me, sed propter vos, ista dico. Timor enim est, ne quis hæreticorū dilectione corrumpatur. Hoc enim totū subindicat. Et vide quo modo ipsum ponat. Nō ista, inquit, mea gratia dico, sed vt vos synceri sitis. Hoc est, ne adulterinum dogma dilectionis prætextu suscipiatis. Quo modo igitur alibi, Cū
Rom. 12. d omnibus, inquit, hominibus quantum in vobis est, pacem habete? Pacem dixit habete, non ita diligentes, vt
Matt. 5. c amicicia damnum adferat. Si enim oculus tuus dexter, inquit, offensaculo tibi fuerit, erue illum, ac proiice abs B
te. Vt sitis sinceri, nimirum erga deum, & sine offensione erga homines. Multis quippe sæpenumero detrimēto sunt amiciciæ. Etiam si te nihil læserint, inquit, alius tamen interea offenditur. In diem Christi. Hoc est: Vt tum mundi reperiamini, quippe qui nemini offensioni fueritis. Repleti fructibus iusticiæ, qui sunt per Iesum Christum, ad gloriam & laudem dei. Id est: cū dogmatibus vitam quoque rectam habentes. Et non simpliciter rectam, sed repletam etiam fructibus iusticię. Est autem & iusticia quædam, sed non secundum Christum. Qualis est vita eorū qui fortiter ac strenue viuunt. Qui sunt per Iesum Christum ad laudem ac gloriā dei. Vides quod non gloriam meam, sed iusticiam dei dico? Multis subinde locis iusticiam vocat eleemosynā. Nihil adferat, inquit, impedimenti vobis dilectio, ad hoc, C
vt cognoscatis quæ sunt præstantia. Nō decidas propterea quòd illum vel illum diligis. Auctam quippe volo dilectionem vestram, at non ita, vt damno vobis sit. Et non simpliciter velut ex præiudicio illud volo, sed vt probetis primum, num recte dicamus. Et non dixit, vt quæ nostra sunt, eligatis, sed vt probetis. Neq; apertè dixit, ne cuiuis appropietis, aut applicemini, sed ad vestram vtilitatem dilectionem vobis esse volo, nō vt sine sensu temere feramini. Stultum quippe fuerit, si iusticiam nō propter Christum, & per ipsum operati fueritis. Vide rursus illud, per seipsum. Ergo deo vsus est ministro? Non vt ego, inquit, laudem capiam, sed vt deus glorificetur. *Scire autem volo vos fratres, quòd quæ mihi acciderunt, magis ad profectum Euangelij euenerunt ita, vt vincula mea manifesta facta sint in Christo, in toto prætorio, ac cæteris omnibus.* Possibile erat illos, audito quòd vinctus esset, dolere, putarèque ex ea re moras habituram Euangelij D
prædicationem. Quid igitur facit? mox illam suspicionem tollit. Et istud amantis est, vt quæ sibi accidunt, illis manifestet, qui suo nomine curis angūtur. Quid dicis? In vinculis & compedibus es, & quo modo Euāgelium ex eo incrementum sumit? Ita, inquit, quòd vincula mea manifesta sunt in toto prætorio. Deinde nō solum hæc mea vincula aliorum ora nō obturarunt, aut timidos effecerunt, sed magis confidentes reddiderūt. Itaque si illi qui periculis hisce vicini sunt, non solum nihil hinc damni, sed plus etiam animi confidentis tulerūt, multo magis istud vobis accidere oportet. Nam
tagrè tulis- si Paulus vinctus generose quidem vincula tulisset: ve
set ac filuis- rum interea siluisset, Jmerito & ipsi eadē passi fuissent.
set, Si vero vinctus maiore etiā fiducia egit, plus illis animi addidit, quàm si vinctus non fuisset. Quo modo vero ad profectū Euangelij facta sunt vincula? deus istud ita dispēsauit, inquit, vt nō essent occulta vincula mea, aut vincula in Christo, id est, propter Christum, in toto prætorio (Tum enim regias ita vocabant) & in vniuersa ciuitate. *Vtq; plures ex fratribus in domino, freti vinculis meis, vberius iam audeant intrepide sermonem loqui.* Ostēdit quidem quòd & ante vincula sua fortes fuerint, cumq; fiducia diseruerint, nunc vero multo amplius. Itaque si alij, inquit, animos ex vinculis meis sumūt: multo magis ego, si aliis causa fiduciæ sum, multo magis mihi ipsi. Vtq; plures ex fratrib⁹ in domino. Quoniam magnū quid erat quòd vincula sua aliis fiduciam addidisse dicit, propterea præoccupando, in domino, inquit. Vides quo modo à modestia etiam ibi non abstineat, vbi gloriandi necessitatem incumbere videt? Vberius, inquit, iam audeant intrepide sermonem loqui. Vberius illud ostendentis est illos iam audere cœpisse. *Nonnulli quidem propter inuidiam & contentionem, nonnulli vero & propter bonam voluntatem Christum prædicant.* Quid hoc sit, dignū fuerit cognoscere. Quoniam in vinculis detinebatur Paulus, vehemēs bellum multi infidelium apud regem excitare cupientes, Christum & ipsi prędicabant, vt aucta regis ira tanquam ob prædicationem latius disseminatam, omnis furor & cōmotio in caput ipsius Pauli redūdaret. Causam itaq; duplici, inquit, occasioni vincula mea dederunt: Istis quidem multum pepererūt fiduciæ, illos vero in spem perditionis meæ ductos ad prędicandum Christum permouerunt. Hoc est: Inuidentes gloriæ & instantiæ meæ, mèque perditum volentes, contràque tendentes, in hoc opere mecum laborant. Aut vt & ipsi in precio habiti reputatiq; nonnihil gloriæ meæ detrahant. Nonnulli vero & propter bonam voluntatem, hoc est, sine hypocrisi, ex omni animi promptitudine. *Illi quidem ex contentione Christum annunciant non purè.* Id est, nō syncere. Neque propter rem ipsam, sed cuius gratia? *Existimantes sese afflictionem addere vinculis meis.* Putantes me hoc pacto in maius periculū casurum, tribulationi tribulationem superinducunt. O crudelitatem, ô diabolicam energiam. Vinctum videbant, & in carcerem cōiectum, & tamen adhuc inuidebant. Auctas volebant illius calamitates, maioriq; iræ regis obnoxium factum. Et bene dixit, existimātes. Neque enim ita euenit. Illi quidē, inquit, putabant hoc pacto se tristiciam mihi adferre, ego vero gauisus etiam sum, propter prædicationis profectum. *Isti vero ex dilectione, scientes quòd in defensionē Euangelij constitutus sim.* Quid est istud quòd in defensionē Euangelij constitutus sim? Hoc est, rationes meas quas corā deo redditurus sum, promouentes & adiuuantes. Quid est, in defensionem? iussus sum, inquit, prædicare, & iam rationem daturus sum, defensionémque obiturus pro opere isto quod in mandatis accepi. Itaq; vt facilis mihi sit defensio, adiuuant me. Nam si plurimi fuerint catechizati ac credentes inuēti, facilis erit parata defensio. Ita potest opus bonum, etiam ex proposito non bono, fieri. Et non solum nulla reposita est pro ea re merces, sed & supplicium. Quoniam enim Christum ideo prædicarūt, vt maioribus periculis præconem illius inuoluerent, mercedem non solū non recipient, sed & pœnis & supplicio erunt obnoxij. Isti vero ex dilectione. Hoc est: sciūt quòd euangelij mihi reddenda sit ratio. *Quid enim? dum modo quouis pacto siue per occasionē, siue per veritatē Christus annuncietur.*

Videte viri philosophiā. Non admodum vehementer ipsos accusauit, sed quod factum est narrauit. Quid enim mea refert, inquit, siue isto, siue illo pacto prædicetur, dūmodo quouis modo siue per occasionem, siue per veri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

per veritatem Christus annuncietur? Non dixit, annũciator, velut legislator, sed quod cõtigerat, declarauit. Deinde etiam si prẽcipiendo hoc dixisset, neq; sic tamẽ hæreses induxissẽt. Inquiramus enim rem ipsam. Nam etiam si ad eum modũ prædicare iussisset, quemadmodum illi prædicabant, neq; tamen vel hoc pacto hæresibus causam dedisset. Quo modo? Quoniam illi sanè prædicabant: scopus vero & animus quo prædicabant, corruptus erat, nihil immutata ipsa prædicatione, immò vt ita prẽdicarent, plurima cogebat necessitas. Nisi enim ita sanè prædicassent, nõ prædicassent vt Paulus. Si aliter docuissent, quàm Paulus, regis vtiq; iram non auxissent. Nunc vero vbi prædicationẽ illius augebãt, similiter docebãt, & pariter cum illo discipulos faciebant, inimicum illi regẽ hoc pacto, conspecta tanta discipulorum multitudine, reddere valebãt. Sed quis sceleste & impudens hunc sibi locum vsurpauit, inquis? Atqui cõtrarium potius effecissent. Eos qui iam crediderant, abegissent, tantum abest vt numerum credentium auctiorem reddidissent, siquidẽ Paulum mordere voluissent. Quid ergo dicemus? Nimirũ hoc. Quòd vnum istud spectarint illi, vt præsentibus periculis Paulum, ne quo pacto dimitteretur, aut effugeret, hoc modo inuoluerent. Atq; hac via putabant illum magis tristicia conficiendum, prædicationẽmq; extinguendam quàm per reliquos incredulos. Nam aliàs quidẽ & regis iram extinxissent, & Paulum exire, denuõq; prædicare permisissent: sed hoc pacto totum euãgelij negocium sublatũ iri propter ipsum putabãt, si ipsum sustulissent. Non erant autem multi consilij huius conscij, nisi nõnulli amariores. *Et in hoc*, inquit, *gaudeo, quin & gaudebo.* Quid est, quin & gaudebo? Et amplius etiam fiat, inquit. Mihi quippe, inuiti licet, adiumento sunt, & pro laboribus illis suis supplicium: ego vero qui nihil cõfero, mercedẽ accipiam. An diabolo sceleſtius quicq̃ est? Prædicationis supplicium, laborũmq; pœnam cõsidera. Vides quantis malis suos circunquaque stimulet? Quo modo alius quispiam vtcunq; hostis & inimicus, quicquid salutis est, ita pfligasset? Vides quòd quisquis veritati aduersatur, nihil efficiat, sed seipsũ magis percutiat, quemadmodum qui contra stimulum calcitrat?

Noui enim, inquit, *quòd hoc mihi cedet ad salutem, per vestram deprecationem & subministrationẽ spiritus Iesu Christi.* Diabolo nihil est sceleſtius, ita suos vndiq; inutilibus laboribus obruit & dissipat. Et nõ solum nihil prẽmiorũ acquirere permittit, sed & supplicio obnoxios facere nouit, nõ solum prædicationẽ, sed & ieiunium tale ac virginitatem ipsis præfigit, quæ non solũ præmiis illos priuet, sed & magnum malum aggrediẽtibus se inducat. De quibus, inquit, cauterio notatam habentes conscientiam. 1.Tim.4.

Moralis exhortatio.

Proinde adhortor, vt pro omnibus deo gratias agamus. Nobis enĩ & labores leuiores fecit, & præmia adauxit. Quibus enim præmiis fruuntur apud nos qui modestè vtuntur matrimonio, illa nõ assequuntur qui virginitatem etiam apud eos custodiunt, sed fornicãtium iudicio obnoxij erũt, qui apud hæreticos de virginitate gloriãtur. Totum vero istud inde est, quòd nihil recta intentione, recto scopo faciunt, sed per calumniam creaturarum dei ineffabilisq; ipsius sapientiæ. Ne tamẽ torpeamus, certamina nobis deus commensurata præscripsit, quæ nihil habeant laboris. Verum illa nõ ideo cõtemnamus. Si enim hæretici seipsos inutilibus laboribus deiiciunt & affligũt, quid nobis excusationis relinquetur, qui neq; eos labores ferre volum°, qui & minores sunt, & plus mercedis habent? Quid enim graue, quid onerosum est in præceptis Christi? In virginitate degere nequis? Licet tibi nubere. Nõ potes ferre vt omnib° bonis tuis priueris? Potes de illis quę habes, aliquid dare. Vt vestra, inquit abundantia suppleat illorum inopiam. Hęc quidem, quæ ad superandas corporales cõcupiscentias attinent, grauia videntur. Alia vero nullo indigent sumptu, nulla violentia. Quę nãque fuerit, dic, quæso, violẽtia, simpliciter nemini maledicere, neque calumniam omnino struere? Quæ vis fuerit nõ inuidere aliorum bonis? Aut quæ vis, gloria nõ capi? Tormenta patienter ferre, constantiæ est, philosophicã vitam exercere, cõstantiæ est. paupertatem tolerare, cum fame, & siti luctari constantiæ est. Quando vero nihil horum fuerit, sed licet vt bonis tuis, quatenus Christianum decet, fruaris: quæ, quęso, violentia fuerit aliorum bonis non inuidere? Inuidentia aliunde non est, quàm ex eo quòd rebus præsentibus nimiò es addictior: immò hinc omnia mala. Nam si pecuniam & mundi huius gloriam nihili feciſſes, nihil vtiq; inuidiæ, erga eos qui istis potiuntur, sensisses. At quoniam illis inhias, illa miraris, illa stupes, propterea te & quæ inuidię sunt obturbant & fatigant. Atq; ideo & quæ vanæ gloriæ studium concernunt, immò omnia huiusmodi ex eo nascuntur, quòd quæ præsentis sunt vitæ, admirationi habẽtur. Inuidia torqueris, quòd ille vel ille diues est? Atqui commiseratione potius, & lachrymis, etiam qui talis est, dignus esse debebat. Sed statim istud, ridendo, subinfers: Ego dignus sum qui deplorer, non ille qui diues est. Dignus planè es lachrymis, & tu quoq;. Nõ ideo quòd pauper sis, sed quòd teipsum pro misero habes. Deploramus enim illos, qui cum nihil habeãt mali, nihilominus molestè sortem suam ferunt, non quòd male habeant, sed quòd cum non habeant male, habere se putãt: vtpote si quis à febrili liberatus ardore, nihilominus mœreat, & cum sanus sit, in lecto tamen pluſquã febricitantes ipsi soleant, circunferatur: nõnne is dignus fuerit qui deploretur? ita & tu quoque sanè dignus es lachrymis, ob id quòd miserum teipsum æstimas, nõ ideo quòd pauper es. Paupertatis quippe gratia beatissimus etiam es. Vt quid inuides diuiti? Quòd seipsum pluribª curis obnoxium fecit? Quòd grauiori seruituti se subdidit? Quòd innumeris veluti catenis, canis instar, pecuniis suis ligatus est? Si quando vespera illum, & nox ipsa prehẽdit: quod aliis tẽpus est recreationis ac quietis, id huic tẽpus est tumultuationis, molestiæ, tristiciæ, & curarum. Si quid in ædibus vel modicè strepit, mox ille turbatus exilit. A prędonibus spoliatus est quispiã? Plus perdito ipso curis conficitur cui nihil periit. Is enim semel quidem periit, tristiciâque affectus, omnem postea curam abiecit: hic vero indesinenter curis angitur. Si nox, prehendit, nox, inquam, illa malorum nostrorum portus, calamitatum nostrarum solatium, vulnerum pharmacum. Nam qui continuis ac magnis doloribus vndique premuntur, qui neque amicorum, neque cognatorum, nec domesticorum, ac sæpenumero neque parentum consolationibus cedunt, aut obtemperant, sed etiam ad illorum verba indignãtur, *ad imperium somni, quietem iubentis*, ne respicere quidem poterunt. Omni siquidem ardore magis animos nostros doloris amaritudo frangit. Quemadmodum igitur corpus calore succensum, feruentioribúsque Solis radiis reluctando fatigatum, si hospitium quoddam aut diuersorium, locum multis fontibus irriguum auraq; tenui iucundum, nactum fuerit, refocillatur: ita & nox animos

Nox.

πόνων λύσις; νύξ.

Νὺξ ἔμοιγε

nox animos nostros, quum somno illos tradit, recreat. Immò illud nō nox neque somnus operatur, sed deus ipse miseriam generis humani intuitus, hæc omnia ita disposuit. Nos vero nulla nostri ipsorum misericordia tacti: neque secus quàm si hostiliter aduersum nosipsos essemus affecti, tyrannidem meditamur ac struimus, ipsa naturali necessitate quietēq; maiorem, vigilias nēpe, diuitiarum gratia susceptas. Nam cura diuitiarum, inquit, somnum abigit. Et vide quanta sit dei erga nos » cura & prouidentia. Non animi nostri proposito quietem commisit: sed naturalibus illam necessitatibus ita obuinxit, vt nobis bene fiat vel inuitis. Dormire quippe naturæ est. Nos autem, tanquam nosipsos vehementi odio prosequentes, nec minus quàm alios impugnātes ac molestantes tyrannidem nobis procuramus, & imponimus hac naturali necessitate maiorem, eam videlicet quæ à pecuniis est. Dies est? Tum sycophantas, qui talis est, metuit. Nox illum apprehendit? Timet latrones. Mors imminet? Plus eo mordetur, quòd quæ habet aliorum futura sunt, quàm morte ipsa. Liberos habet? Tum maior illi est concupiscentia habendi, videtúrque sibi tum esse pauper. Non habet? Luget ac dolet. An hūc igitur beatum æstimas, qui nusquam vel aliqua ex re gaudere potest? Huic inuides adeò fluctuāti, cum tu in paupertate, velut tranquillo portu, securus consistas? Et hoc revera humanæ naturæ vicium est, quòd quæ bona sunt non generosè ferimus, †sed in luxum lasciuimus.] Atque ita hic quidem ista habent. Cum vero hinc in aliud seculum abierimus, audi quid ibi dicat dives ille multorum bonorum dominus, quemadmodum tu dicis. Ego quippe ista vtique non dixerim bona. Hic itaque infinitorum bonorum dominus quid dicat, & in qua sit penuria, audi: Pater, inquit, Abrahā, mitte Lazarum vt extremo digito linguæ meę aquæ guttulam instillet, quoniam velut in sartagine planè torrefio. Quòd si dives hic nihil etiam eorū quæ suprà memini, perpessus esset, sed ī summa securitate, extra quāuis solicitudinem, omnem vitam egisset, quid dico omnem vitam? vnicum illud momentum, (momentum enim quoddam est omne nostrum seculum ad infinitum illud futurum comparatum) quòd si etiam, inquam, omnia illi iuxta animi sententiam cessissent: an non ex his verbis nihilominus, immò ex his rebus, miserabilis est? Age ô dives: num mēsa tua vino vndique perfundebatur? Nunc vero ne guttam quidem aquę in potestate habes, idq; in magna ista necessitate constitutus. Non pauperem illum vlcerosum contemnebas? Nunc vero videre illum petis, & nemo est qui det. Erat tum ante ianuam tuam, nunc vero est in sinu Abrahæ. Sub amplis fastigiis tum accumbebas, nūc vero in igne gehennæ. Audiant ista diuites: immò non diuites, sed immisericordes. Non enim ideo punitus hic est, quòd dives, sed quòd sine misericordia fuit. Potest enim fieri, vt qui dives est pariter & misericors, omne bonū assequatur. Et propterea neminem alium, in tormentis cum esset, vidit, quàm eum, à quo fuerat eleemosynam rogatus, vt disceret, quàm iustè tormenta illa ferret, in memoriam ductus eorū quæ male gesserat. Num enim & innumeri alij pauperes iusti quoque fuerūt? Vtique. Sed hic illi apparet, qui ante illius ianuam iacuerat, instruens eum, & nos quoque, quantum sit bonum, nullo ad pecunias affectu fuisse. Lazaro ad regni consecutionem, nihil obfuit ipsa paupertas. Huic ad effugium gehennæ nihil profuere diuitiæ. Quandiu egeni? Quandiu pauperes? Non est pauper, non est, inquam, qui nihil habet, sed qui multa concupiscit. Vicissim non est dives, qui multa possidet, sed qui nullius eget. Quid enim profuerit, si orbem quidem vniuersum possederis, vitam verò duxeris tristiorem quàm soleant qui nihil habent? Voluntates hominum & diuites faciunt & pauperes, non pecuniarū vel abundantia vel defectus. Vis dives fieri, qui pauper es? Licet si volueris, atque id nemine etiam prohibente, cōtemne mundi pecunias. Cogita illas nihil esse, quēadmodum & nihil sunt. Reiice abs te diuitiarum cupidinē, & planè ditatus es. Iste demum verè dives est, qui ditescere nō cupit. Qui pauper esse non vult, is pauper est. Quemadmodum enim ille verè ęgrot⁹ est, qui & in ipsa sanitate infirmi more meret, non qui morbum quāuis sanitate facilius fert: ita & pauper est, qui paupertatem ferre nequit, sed in ipsis diuitiis pauperiorem se pauperibus esse putat, non is, qui paupertatem fert facilius, quàm diuitias suas diuites. Is enim ditior est. Dic enim, quæso, quam ob rem paupertatem metuis? Quare ad illam tremis? Num propter famem? Nunquid propter sitim? an propter frigus, aut neque propter ista? Verum non est, non est, inquam, quispiam, qui istorum eguerít aliquando. Respicite etenim primordiales illas generationes, & videte. Quis credidit domino, & derelictus est? Aut quis sperauit in illū, †ac despectus est? & rursum, Respicite volatilia cœli, quoniam non serunt neq; metunt, neque colligunt in horrea, & pater vester cœlestis pascit illa. Neminem citò quisquam nobis ostendere poterit, qui fame perierit ac frigore. Qua igitur ratione paupertatem horres? Dicere non poteris. Nam si necessariorum facultatem habes, quid paupertatem times? Quòd cares multitudine domesticorum? Istud est à dominis liberari. Istud est cōtinua beatitudo. Hoc certè est à curis libertas. An quòd vasa tua, lectica, & reliqua supellectilia non sunt ex argēto fabrefacta? Quid iam plus habet quàm tu si vsum respexeris ac fruitionem, qui ista possidet? Nihil. Vsus enim idem & par est siue ex ista siue ex illa materia. Sed ob id forte, quòd non multis es formidini? Absit, vt hoc vnquam fiat. Quid nāque voluptatis haberet, si quidam te & timerent ac horrerent? Sed quòd tu alios formidas? Verum potes non formidare. Vis enim, inquit, nō timere potestatem? fac quod bonum est, & laudem habebis ab illa. Sed contemptui patemus, inquis, & ad quoduis malum ferendum exposíti? Istud maxime non paupertas facit, sed malicia, eo quòd multis pauperibus vitam sine negocio agentibus, & principes, & diuites, & magnates, omnibus & malefactoribus, & latronibus, & sacrilegis peius & miserius *egerunt. Idem enim in diuite diuitiæ operantur, quod in te paupertas. Nam quemadmodum hic tibi, qui malefacere volunt, ideo malefaciunt, quòd contemptus es: ita diuiti, propterea quòd odio illum & inuidia prosequuntur. Atque hi magis quàm illi. Immò ista inuidendi vis fortior est † quàm sit malefaciendi.] Qui enim inuidet, nihil non omni facultate & potentia quàm studiosissimè operatur. Qui vero contemnit, sæpenumero miseretur etiam contempti. Atque ita hoc ipsum illi causa fit remittendi & liberandi, quòd pauper est, quòd nihil habere potest roboris ac virium. Et hinc est, quòd subinde, dum ei qui pauperi molestus est, dicimus: Egregium vero facinus designaueris, si hunc sustuleris, si vnum hunc pauperculū occideris: Quæ præmia non consequeris? Et hoc pacto furorem huiusmodi hominum supprimimus. Inuidia vero quæ est erga diuites, vehementer vrget: quietis non prius patiēs, quàm quòd

*ἀπὸ Μακεδόνος degerunt, vel mortui sunt.

† ad male faciendum.

Matt.16.d

Eccli.2.b
Matt.6.d
† & confisus est?

Rom.13.a

Luc.16.f
ἵνα ἄκρον τοῦ δακτύλου ἐπιβάπτῃ μου τὴν γλῶσσαν ὅτι ὀδυνῶμαι.

†sed in res bonas & prosperas cō tumelioſi sumus.

volebat operata fuerit, venenúmq; conceptum effuderit. Vides quòd neque paupertas neque diuitiæ, bonum quid sint, sed nostrum ipsorum propositum & volũtas. Voluntatem itaque nostram dirigamus, illam ad philosophiæ studium instruamus. Si illa bene habuerit, neque diuitiæ nos regno dei eiicere poterunt, neque paupertas efficere, vt minus quid habeamus: sed paupertatem ipsam placidè feremus, nihil à consecutione futurorum bonorum, etiam eorum quæ hic sunt, impediti. Verũ & istis potiemur, & cœlestia bona consequemur: quæ contingat nos omnes assequi &c.

Homilia tertia.

ET in hoc gaudeo, quin etiã gaudebo. Noui enim quòd istud mihi cedet ad salutem, per vestram deprecationem & subministrationem spiritus Iesu Christi, secundum expectationem & spem meam. Quoniam in nulla re pudefiam, sed cũ omni fiducia, vt semper, ita nunc quoque magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue per mortem. Magnum & philosophicum animum nihil earum rerum quæ in hac vita tristes accidunt, molestare potest, nõ inimici accusationes, non detractiones, non pericula, nõ insidiæ. Nequit enim, quasi in quoddam excelsum montis receptus cacumen, à quoquam eorum quibus ab imo subiectæ telluris impetitur prehendi. Talis erat mẽs Pauli. Quouis montium cacumine sublimiorẽ spiritualis philosophiæ locum tenebat, eius vtiq; quæ vera demũ philosophia est. Quæ extrinsecus accidunt, verba duntaxat sunt & puerorum ludus: sed de his nobis iam non est sermo: Pauli vero verba tractanda sunt. Habebat tũ beatus ille & regem hostiliter sibi aduersantem, & præterea alios quoq; inimicos, à quibus præcipuè, & amaris calumniis adfligebatur. Et quid dicit? Non solũ, inquit, nullo hinc dolore adficior, neq; ab officio decido, sed & gaudeo, & gaudebo. Non ad tempus, inquit, sed semper horum gratia gaudebo. Noui enim quòd hoc mihi cedet ad salutem, futuram scilicet: quando videlicet, ista inimicicia, & quæ aduersum me est æmulatio, prædicationem euangelij iuuet etiam & promoueat. *Per vestram deprecationem ac subministrationem spiritus Iesu Christi, secundum expectationem & spem meam.* Vide modestiam beati huius. Luctabatur in certaminibus. Præter ipsam coronam, innumera quoq; assecutus erat: Paulus enim erat. Nam quid amplius quispiam dicet: Et ad Philippenses: Quoniam per vestram, inquit, deprecationem saluari potero, cũ tamen ex innumeris rebus bene gestis salutem possideret, *& subministrationem spiritus Iesu Christi.* Hoc est, si vestras precationes & gratiam nactus fuero. Id enim est quod dicit, & subministrationem spiritus, nẽpe, si submministratus, si plus aliquanto adauctus mihi fuerit spiritus. Sanè illud, ad salutem, liberationẽ intelligit, quasi dicat: quantum attinet ad præsens, primum hoc periculum effugiam: nã de illo dicit: In prima mea defensione nemo mihi adfuit. Nõ imputetur illis: sed dominus mihi adstitit & corroborauit me. Hoc itaque iam prophetice prædicit. *Per vestram deprecationem & subministrationem spiritus Iesu Christi, secundum expectationem & spem meam:* ita quippe spero. Etenim ne totũ nos illorum precib⁹ committamus, nihil ipsi adferentes, vide quo modo quod suum erat, ponat: Spem videlicet omniũ bonorum causam. Quemadmodum propheta dicit: Fiat misericordia tua domine super nos, quemadmodum speruimus in te. Quemadmodum & alibi dicit: Respicite generationes priores, & videte: Quis sperauit in dominum, & confusus est? Et rursus beatus hic dicit, Spes autem non pudefacit. *Secundum expectationem,* inquit, *& spem meam, quoniam nulla in re pudefiam.* Hæc ipsa est Pauli spes, sperare quòd nusquam pudefiam. Vides quantę sit virtutis, sperare in deum? Non pudefiam, inquit, quicquid euenerit: hoc est, Non vincent illi, sed cum omni fiducia quemadmodum semper, ita & nũc magnificabitur Christus in corpore meo. Sperabant illi Paulum se quidem hoc veluti laqueo è medio tollere, prædicationem vero prorsus extinguere, tãquam illud iste eorum dolus efficere posset. Hoc itaq; dicit: Quod illi volunt, non fiet: iam non moriar. Sed quo modo semper, ita nũc quoq; magnificabitur Christ⁹ in corpore meo. Quo modo videlicet sæpenumero in pericula incidimus, in quibus de nobis desperabãt omnes, immò nosipsi de nobisipsis: (Nam ipsi in nobisipsis, inquit, sententiam mortis acceperamus, sed ex omnibus eripuit nos dominus) ita & nunc quoq; magnificabitur in corpore meo. Ne quis cogitet ac dicat: Quid igitur? Si tu mortuus fueris, nõ magnificabitur? Scio planè, inquit. Neq; hoc ideo dixi, quòd sola illum vita magnificet, magnificat illum & mors. Interea tamen magnificatur per vitam, inquit: nõ enim occîdent me. Et si occiderint me, tamen etiam sic magnificabitur Christus. Quo modo? Per vitam quidem, quòd eripuit me. Per mortem vero, quòd neq; mors mihi persuasit, vt ipsum negem, ꝙ tantam animi prõptitudinem mihi largitus est, quòd morte robustiorem me reddidit. Illic quòd periculis me exemit: hic, quòd non permisit, vt mortis tyrannidem exhorrerem. Ita videlicet magnificabitur siue per vitam, siue per mortem. Ista vero dicit, non tanq̃ moriturus, sed vt nihil tum humani patiantur, si quando cõtingat ipsum mori. Quòd enim ista non velut moriturus (id quod ipsos omniũ potissimum affixisset) dixerit, vide quo modo idipsum mitiget, tantum non apertè dicẽs: *Hæc autem nõ tanquã iam moriturus dico. propterea & in ipso progressu subiungit: Et hoc certo scio, ꝙ mãsurus sim, & cũ omnibus vobis permansurus.* Quoniam nulla in re: inquit: pudefiam: hoc est, Nullum incutiet mihi pudorem, si moriẽdum sit, sed magnum etiam lucrum adferet. Neq; enim immortalis sum: splendidior enim ero, quàm si & immortalis essem. Quippe non idẽ est, eum qui immortalis est cõtemnere mortem, atque si mortalis hoc fecerit. Itaq; neque hoc turpe fuerit, nẽpe, si iam morerer, sed nõ morior. In neutro pudefiam, neque in vita neq; in morte. Vtrunq; enim generose faciam, siue viuendum sit, siue bene moriendum. Hoc videlicet animi Christiani est. Sed in omni, inquit, fiducia. Vides quo modo nõ pudefiam? Nam si mortis metus fiduciam meam amputasset, meritò cum dedecore morerer. Si vero nihil me terruit mors imminens, nihil etiam si morerer, pudoris fuerit. Sed siue per vitam non pudefiam. Prædico enim euangelij prædicationẽ, siue per mortem, neque sic pudefiam. Siquidẽ nihil me timoris detinet: eãdem quippe fiduciam vsque ostẽdo. Neq; enim causam istam ideo turpitudinis quicquã habere putabitis, quòd vinculorũ memini. Tantorũ nanque bonorum causam mihi dederunt hæc vincula, vt & aliis inde nata sit maior loquendi fiducia. Nõ enim propter Christum vinctũ esse, sed vinculorũ metu quæ Christi sunt prodere, turpe demũ est. Donec istud non fuerit, etiam fiduciã parient hæc vincula. Quandoquidem frequẽter pericula effugerim, ob eaq; aduersus infideles gloriari valeam: si quando nos affligi cõtigerit, ne ad pudorẽ nostrum istud fieri existimetis. hoc enim nõ minus quàm illud nobis fiduciæ largitur. Vide quo modo ĩ propria sua persona hoc adducat, id quod multis in

2.Tim.4.c

Psal.32.d

Eccli.2.b

Roma.5.a

Roma.1.b 1.Cor.4.a

tis in locis facit, quemadmodum ad Romanos: Non enim, inquit, me pudet euangelij. Et ad Corinthios, Hæc vero, inquit, per figuram trāstuli in meipsum & Apollo, siue per vitam, siue per mortē. Non hoc tanquam rerum ignarus dicit. Sciebat enim quòd tum nondū moriturus esset, sed demum post ista. Verum animos illorum iam, ita in futurum præparat. *Nam mihi vita Christus est, & mors lucrum.* Etiam moriendo, inquit, non moriar, eo quòd vitā habeo in meipso. Tum vero demum me occiderint, si per metum & terrorē animo meo fidē potuerint excutere. Donec vero Christus in me fuerit, etiam si mors ingruerit, viuā. Et in hac quoq; vita, non meum est istud viuere, sed Christi. Si vero neq; in hac vita, quid in futura? Quòd vero nunc in carne, in-

Galat.2.d

quit, viuo, in fide viuo. Illud & alibi dicit: Viuo autem non iam ego, sed viuit in me Christus. Talem oportet esse Christianum. Nō viuo, inquit, communem vitam. Quo modo ergo viuis ô beate Paule? Solem nō vides? Cōmunem hunc aërem non spiras? Num cibis istis quibus nemo non vescitur, non paseeris? Num terrā istam nostro more calcas? Nū somno indiges? Num vestimētis? Nū calceis? Quid est quod dicis, non viuo? Quo modo non viuis? Quid gloriaris? Non habent ista vanā iactantiā. Nisi enim rem ipsam probasset, merito quis va-

†ut ipse cō probet, Ibidem.6.d

nam hic esse iactantiam dixerit. Si vero quæ dicit, †certo testimonio probat, quæ erit hic iactantia? Quo modo ergo non viuat, discamus. Nā & alibi dicit: Ego mū do crucifixus sum, & mihi mundus. Quo modo igitur dicat, Non iam viuo, & quo modo hic, vita mihi Chri-

Vitæ nomē multæ significationis est.

stus est, audite. Vitæ nomen, dilecti, multæ significationis est: hoc est, plura significat, quemadmodum & mortis: est vita corporis, est vita peccati. Quemadmodum ipse alibi dicit: Si vero mortui sumus peccato, quo modo adhuc viuem* in illo? Est ergo vita qua peccato viuitur. Attēdite, obsecro, diligēter, ne frustra fatigemur.

Rom.6.a

Actor.17.f

Est vita æterna & immortalis, quā significans dicit, per ipsum viuimus, mouemur & sumus. Itaq; nō dicit se naturalem istam nō viuere vitam, sed eam quæ peccatorum est, quam omnes homines viuunt. Qui præsentem vitam non appetit, quo modo eā quę in peccatis est viueret? Qui ad aliā festinat, quo modo peccatis viueret? Qui mortem contemnit, quo modo peccatis viueret? Qui nihil eorum quæ hic sunt, concupiscit, quo modo peccatis viueret? Quemadmodum enim ex adamante

† nihil cura,

constans, †inflecti nequit, etiā si millies percutiatur, ita neq; hic Paulus. Viuo autem, inquit, non iam ego: hoc

Rom.7.d

est, vetus homo iā non viuit. Et alibi: Miser ego homo, quis me eripiet ex corpore mortis huius? Iam qui nec cibum curat, nec vestimentum, nec quicquam rerū præsentium, quo modo ille viuit? Is certe neq; naturalē hāc vitam viuit, qui temporalia nullius æstimat, non viuit. Nos hanc vitam viuimus, qui nihil non illius gratia facimus. Ille vero hanc non viuebat, nihilq; eorū quę hic sunt, ex animo quærebat. Quo modo igitur viuebat? Ad eum modum & nos de quibusdam dicimus: Mihi non adest ille, quando nihil eorū facit, quæ me concernunt. Mihi non viuit ille, & vicissim. Quòd enim naturalem

Galat.2.d

hāc vitā non detrectauerit, patet alibi, vbi dicit: Quòd verò nūc viuo in carne, in fide viuo filij dei, qui dilexit me, quiq; seipsum tradidit pro me: hoc est, nouā quandam, immutatam & inusitatam vitā viuo. Ista sanè omnia ad consolationem Philippensium dicit: Nolite, inquit, putare, quòd naturali hac vita priuatus sim. Quāquam neq; viuendo istam vitam, sed eam quā Christus volebat, viuebat. Nā dicas velim, num eum, qui nec pe-

A cunias, nec delicias, nec famem, nec sitim, neq; pericula, neq; sanitatem, nec salutem suam alicuius facit, vitam hanc viuere putes? Qui nihil hic habet; qui vitam hanc sępenumero proiicere cupiens, premēte necessitate, nihil cōtrà molitur, an hic vitam hanc viuit? Nequaquā. Et vt proposito exemplo vobis istud clarū reddam: Sit quispiam in multis diuitiis constitutus, habeat famulos & aurum, vtatur autem nihilo horum: Num is diuitiis istis diues erit? Nequaquā. Videat bona sua per liberos, vanè deceptos, aut turpiter vagabūdos, dissipari, & nihil horum curet, percussus ne doleat quidem: Num dicemus istum in diuitiis esse? Nequaq̄: quāquam diuitiæ illius sint. Mihi, inquit, vita Christus est. Si voles indagare vitam meam, is ipse est. Et mors lucrum. Quāobrem? Quoniam clarius & manifestius post mortem cū

B ipso futurus sum. Mori igitur pręstaret potius, quàm viuere. Nihil molestiæ inferent qui me occidēt, eo quòd & ad vitam meam me dimittent & promouebūt, & ab ista non admodum commoda liberabūt. Quid igitur? Num hic existens, Christi nō es? Et hic planè illius sum.

Quòd si vero contingat in carne viuere, id mihi fructus est operis, & quid eligam ignoro. Ne quis dicat: Quòd si mors tibi vita est, qua te ratione Christus hic reliquit? Fructus est operis, inquit. Potest itaq; fieri, vt præsenti vita bene, vt oportet, vtatur, etiam qui illam non viuit, ne putes illū huic vitæ calumniam struere. Nam si nihil nobis, quod vsui sit, in hac vita relinquitur: quānam ratione nosipsos non è medio tollimus & occīdimus? Nequaquam, inquit: Possumus & in hac vita cōstituti lucri quicquā adipisci, si non eam, sed alteram vitam vixerimus. Sed forte dicet quispiam, an & istud fructum tibi adfert? vtique, inquit. Vbi nunc sunt hæretici? Ecce iam in car-

C ne viuere, fructus est operis. Quòd autem nunc in carne viuo, in fide viuo, propterea fruct° est operis. Et quid eligam ignoro. Papæ, quāta fuit Apostoli philosophia? Quo modo & prętentis vitæ desiderium excussit, & ipsam tamē nihil criminatus est? Quòd enim dicit, mors mihi lucrum est, eo ostendit vitæ se desideriū abiecisse. Quòd vero subdit, in carne viuere, fructus est operis, declarat præsentem vitam necessariā quoq; esse, siquidem recte illa vsi fuerimus, si fructum tulerimus, ita vt si infrugifera fuerit, iam vita non sit. Nā & arbores infrugiferas non minus quàm aridas auersamur, ignique tradimus. Viuere enim medium est & indifferēs. Bene vero vel male viuere, in nobis est situm, vitam itaq; nullo prosequamur odio. Possumus enim bene viuere: immò etiam si male vita hac vsi fuerimus, neque sic tamē illam culpauerimus. Quare? Quia nō ipsum viuere causa illius est, sed voluntas eorum, qui vita male vtuntur.

D Deus enim vitā fecit, vt ipsi viuas. Tu vero ex maliciæ studio peccatis viuens, nullo non iudicio teipsum obnoxium facis. Quid ais, dic, quæso? Ignoras quid eligas? Magnum hic mysterium aperuit. Nempe, potestatē habere se abeundi. Quando enim optio datur & electio, potestatem eligendorum habemus. Quid eligā, inquit, ignoro. In tua ergo potestate est? vtique, si voluero deū orare gratiam. *Coarctor ex his duobus, desiderium habens.* Vide paternum affectum & amorē beati huius. Et hac ratione illos consolatur, quando vident eum electionis huius esse dominum, mortēmque illius non in humana sitam esse malicia, sed dispēsatione diuina. Quid, inquit, mortis gratia mœretis? Multo melius erat iam olim vitam hanc excessisse. *Nam dissolui, inquit, & esse cum Christo, longè melius est. Tu carne vero manere, necessarium magis propter vos.* His illos ad futuram mortem suam præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

parat, vt generose illam ferāt. His illos ad philosophiā A imbuit. Bonum, inquit, est dissolui, & esse cum Christo. Mors enim ex indifferentibus est: nam mori malum nō est: sed eum qui mortuus est ad suppliciū rapi, hoc demum malum est. Neque bonū est mori, sed posteaquā mortuus fueris apud Christum esse, illuc bonum est. Quæ post mortem accidunt, vel bona sunt vel mala.

Morale.

Mortui quo modo lugēdi.

Mortuos itaq; non eo nomine lugeamus quòd mortui sunt, neque viuorum gratia ob id simpliciter gaudeamus quòd viuunt. Sed quid? Lugeamus peccatores, non solum mortuos, sed & viuētes. Gaudeamus propter iustos, non solum viuentes, sed & mortuos. Nam illi quidem etiam viuentes mortui sunt, isti vero mortui quoq; viuunt. Illi etiam hic existentes omnibus deplorandi sunt, eo quòd deum offendunt: isti in aliam quoque vitam trāslati beati sunt, eo quòd ad Christū hinc B abierūt. Peccatores vbivbi fuerint, procul à rege sunt, atque ideo digni qui defleantur. Iusti vero siue hic siue in futuro seculo fuerint, cum rege sunt: illic tamen magis & propius, non per accessum ac fidem, sed facie ad faciem. Non itaque deploremus simpliciter mortuos, sed eos qui in peccatis sunt. Hi quippe & lamētis, & plāctu, & lachrymis digni sunt. Nam, die, quæso, quæ spes esse poterit illis, qui cū peccatis suis eò hinc abscedunt, vbi peccata exuere non licet? Donec enim erant in hoc seculo, plurimum forte erat expectationis ac spei, immutandos illos, meliorésq; fore. Digressi vero in infernum, vbi nihil potest prodesse pœnitentia: (In inferno siquidem, inquit, quis confitebitur tibi?) quo modo digni non sunt qui deplorentur? Defleamus eos, qui hoc pacto hinc abeunt, non prohibeo. Defleamus eos: sed C non præter decorum, non capillos euellentes, non brachia nudantes, non faciem lacerantes, non nigris nos vestibus obuelantes, sed in animo duntaxat amaras lachrymas tacitè fundentes. Potest enim etiam sine ista pompa plorari, & non ita duntaxat ludi. Nihil enim à ludis differunt, quę à quibusdam fiunt. Quoniam enim illi planctus, qui in foro fiunt, non ex compassione, sed ostentatione, & ambitione, vanæq; gloriæ studio sunt, multæ hoc mulieres ex artificio & composito faciunt. Amarum plorato, gemito apud teipsum, nemine vidēte, atque istud demum cōpassionis fuerit, istud tibi proderit. Qui nanq; peccatorem ita luget, multo is magis cauebit, ne in eadem aliquando delicta incidat. Terribile enim deinceps peccatū erit. Defleto infideles, defleto eos qui nihil ab infidelibus differunt, qui sine illustratione hinc abeunt, sine signaculo. Isti revera digni sunt planctibus, digni lamentationibus: quippe qui ex- D tra regias cœlestes cum iudicio obnoxiis sunt & condēnatis. Amen enim, inquit, dico vobis, nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu, nō intrabit in regnum cœlorum. Deplorato eos qui in diuitiis mortui sunt, & nihil consolationis suis ipsorum animabus ex diuitiis suis procurarunt: eos, qui cum potestatem abluēdorum peccatorum habuissent, noluerunt. hos defleamus & priuatim & communiter omnes, sed cum modestiæ decoro, sed cum grauitate, sed non velut ludibrio nosipsos exponentes. Hos, inquam, non vnum aut alterum deploremus diem, sed omnem nostram vitam. Nō sunt absurdi affectus hæ lachrymæ, sed magni amoris. Aliæ vero absurdo & irrationali affectu fiunt, atq; ideo mox etiā desinunt. Quando vero ex timore dei nascuntur, semper durant. Defleamus istos, iuuemus eos pro viribus, procuremus illis aliquid auxilij, modici quidē: attamen iuuemus eos. Quo modo, quāve ratione? Precantes, adhortemur & alios vt pro illis orent, pauperibusq; indesinēter pro illis eleemosynas demus. Habet res ista nōnihil consolationis. Audi quippe quid deus dicat: Protegam ciuitatē istam propter me, & propter Dauid seruum meum. Si memoria duntaxat iusti tantum valuit, quando & opera pro tali fiunt, quid non poterunt? Nō frustra ab Apostolis sancitum est, vt in celebratione venerandorum mysteriorum memoria fiat eorū qui hinc discesserunt. Nouerunt illis multum hinc emolumenti fieri, multum vtilitatis. Stante siquidē vniuerso populo, manus in cœlos extendente, cœtu item sacerdotali, verendóq; posito sacrificio: quo modo deum non placaremus pro istis orantes? Verum istud quidem de illis dicimus, qui in fide abscesserunt. Catechumenos vero neq; isto solatio dignamur, sed omni huiusmodi destituti sunt auxilio, vno quodam dempto. Quōnam illo? Pauperibus illorum nomine dare licet, vnde illis nōnihil refrigerij accedit. Nam ita vult deus, vt nos inuicem mutuò iuuemus. Qua nanq; alia ratione pro mūdi nos pace & incolumitate precari iussit? Quāobrem pro omnibus hominibus? Tametsi hic, vbi omnes dicit, & latrones, & sacrilegi sepulchrorū spoliatores, ac fures, innumerisq; malis aliis scatentes comprehēdantur, nihilo tamen minus pro omnibus oremus: erit forte aliqua illorum conuersio. Quemadmodum itaque pro viuis istis oramus, qui tamen nihilo differunt à mortuis: ita & pro mortuis orari potest. Pro liberis suis sacrificabat Iob, & à peccatis illos liberabat. Ne quid, inquit, forte peruersi cogitauerint in cordibus suis. Ita prouidendum est liberis. Non dicebat, quemadmodum plurimi solent, relinquo illis quam habeo substantiam. Nō dicebat, dabo illis gloriam: nō dicebat, emam illis principatum: non dicebat, emā illis agros: sed quid? Ne forte cogitauerint aliquid in cordibus suis. Quæ nanq; poterit esse eorū † vtilitas, quæ in hac vita sunt? Nulla. Regem, inquit, omnium propicium illis efficiam, & nihil erit amplius quod desiderari queat. Dominus enim, inquit, pascit me, & nihil mihi deerit. Is magnarum diuitiarum, is thesari loco est: quòd si nobis timor esset dei, nulla re destitueremur. Hic vero si non fuerit, etiam si regnum habuerimus, omnibus tamen pauperiores sumus. Nihil illi adæquari poterit, qui timore dei præditus est. Timor siquidem domini omnia, inquit, excellit. Hunc acquiramus, pro hoc omnia faciamus, etiam si anima relinquenda sit, non parcamus. Etiā si trucidandum sit corpus, faciamus omnia, vt timorem hunc assequamur. Ita quippe omnibus erimus opulentiores, bonísque futuris potiemur.

Homilia quarta.

ET quid eligam ignoro. Coarctor autem ex his duobus, desiderium habens dissolui & esse cum Christo, id quod longe melius est: manere vero in carne, necessarium magis propter vos. Et hoc certo noui quòd mansurus sim, & cum omnibus vobis permansurus sim in vestrum profectum, & gaudium fidei, vt gloriatio vestra exuberet in Christo Iesu, in me, per meum ad vos reditum. Nihil animo Pauli beatius, quandoquidem nihil generosius. Propterea mortem horremus omnes: nonnulli quidem propter peccatorum multitudinem, quorum & ipse vnus sum: alij vero propter vitæ cupiditatem, & moriendi laboriosam miseriam, quorum ego nunquam fuero. Animales enim sunt qui hoc timore tenentur. Hoc itaque quod nos omnes expauescimus, ille exoptabat etiam & ad hoc summopere anhelabat,

Memoria mortuorū in celebratione sacrorum.

† vtilitas nulla, ēt hac vita manente.

Eccli. 25.d

Καρὶς φοτιομαῖος

Ioan. 3.a

Psal. 6.b

Iob 1.b

Ἀ διὰ ἐκεῖ σε.

anhelabat,dissolui dicens longè esse melius.Quid dicis Paule? Cum hinc abiens in ipsum cœlũ migraturus sis, atq; cum Christo futurus,ignoras quid eligere debeas? Sed procul istud est à mente Pauli. Quis enim fuerit, cui si quisquã istud dixisset,obfirmassetq;,qui non mox arripuisset? vtique nemo. Quemadmodum enim in nostra potestate non est,dissolui & esse cũ Christo: ita neque quod præsens est obtinere, nempe, vt hîc maneamus,nostrum est,sed vtraq; ista Pauli,animiq; illius fuerunt.Ille persuasus, horúmq; certus erat. Cum Christo futurus es,& dicis, quid eligam ignoro? Et non solum istud,sed & quod huius est vitæ eligis? Nẽpe,vt in carne maneas. Quamobrem? Num acerbam vitã ducebas in vigiliis,in naufragiis, in fame ac siti, in nuditate, in curis, ac solicitudinibus? cum infirmis infirmus eras, propter eos qui offendebantur vrebaris? In multa patientia,inquit, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis,in plagis,in carceribus,in seditionib⁹,in ieiuniis,in puritate.Quinquies quadragenas plagas,vna minus accepisti,ter virgis es cæsus, semel lapidatus,noctẽ ac diem in profundo egisti,in periculis fluminum,periculis latronum,periculis in ciuitate, periculis in solitudine,periculis in falsis fratribus. Nunquid quãdo vniuersa Galatarum gens ad legis esset obseruantiã reuersa,clamabas,dicens: Quicunque in lege iustificamini,à gratia excidistis? Quantum,quæso,tum lugebas:Et adhuc infœlicem hanc vitam desideras? Si nanque nihil horum tibi obtigisset,sed quicquid agebas, liberè & cũ voluptate etiam patrasses: nunquid oportebat incertitudinem futuri euentus metuentem, ad portum quendam confugere? Quis mercator,nauem habens multis rerum copiis plenam,cum liceat ad portum iam appellere,tutôque quiescere: adhuc tamen *in mari nauigare mallet? Quis athleta cupiet amplius certare,cum iam liceat coronari? Quis pugilum eliget denuo certamen ingressus de suoipsius capite periclitari:cum iam,si vellet,coronam posset accipere?* Quis est ille miles,qui cũ liceat iam cum celebritate & trophæis à *bello liberari*, cúmq; rege in ipsis quiescere ac refocillari regiis: sustineat adhuc in bello & sudare,& in aciẽ collocari? Quo modo ergo cupis adhuc in hac vita consistere, quam adeô amaram viuis:an non dicebas: Timeo ne quo pacto,cum aliis prædicauerim,ipse reprobus efficiar? Etsi ob nullam aliam causam,ob hanc certe liberationẽ desiderare oportebat. Etsi innumeris bonis referta fuissent præsentia, propter Christum tamen dilectũ ac desideratum,ab illis liberatum iri concupiscẽdum fuerat. Papę,quis est hic Apostoli animus? Nihil illi par vnquã, vel fuit vel erit.Futura metuis, innumeris malis obnoxius es:& apud Christum tamen esse non vis? Non,inquit:atq; id propter ipsum Christum, vt quos illi lucrifeci seruos,expeditiores constituam & solidiores,& vt agricolationem illam quà plantaui, frugiferam reddã. Non audisti me,non quod mihi est vtile, sed quæ sunt proximorum quærentem? Nõ audisti,quo modo anathema à Christo fieri concupierim,quò ad ipsum multi conederent? Qui illud volui:quo modo non multo amplius istud eligam,cum mihiipsi libenter ex mora ac dilatione dãnum inferam,quò aliqua possit illis obtingere salus? Quis loquetur potentias tuas domine, quòd Paulum non es passus delitescere,sed orbi vniuerso virum hunc in lucem exhibuisti? Laudarunt te simul omnes angeli,cũ astra creares,& solem. Veruntamen non ita, quẽadmodum cum Paulum nobis toto orbe cõspicuum faceres.Propterea cœlo splendidior facta est terra. Nam clarior iste solari lumine, illustriorem emisit splendorem,claros extendit radios. Quantũ hic nobis peperit fructũ,non spicas pinguefaciens,aut humectãs, sed pietatis frugem & proferens, & ad vigorem ducẽs, languidósq; indesinenter recreãs? Sol enim ille,si quid ex arborum fructibus emarcidũ fuerit,nihil poterit iuuare. Paulus vero etiam eos qui innumerã ex peccatis marcedinem contraxerant,restituit.Et ille quidẽ nocti cedit,hic vero & satanam vicit,nihil hũc sustulit, nihil vicit.Sol ille in sublimi vectus,radios demittit: ipse vero Paulus infernè ortus non cœli medium ac terræ luce sua adimpleuit,sed simul atq; os suum aperuit,angelos etiã multa voluptate affecit. Nam si super vno peccatore resipiscente gaudium fit in cœlis: ipse vero cum prima mox concione multos venatus sit,quo modo nõ gaudio cœlestes potestates repleuisset? Et quid dico? Simpliciter Paulũ loqui sufficiebat,ad hoc vt cœli exultarent & lætarentur. Si enim cũ ex Aegypto egressi essent Israëlitę,montes exiliebant velut arietes:quãdo in cœlum ex terra transferebantur homines,quantũ putas fuisse gaudij? Propterea dicit:manere in carne necessarium magis est propter vos. Quam deinceps nos excusationem habebimus? Fit enim sæpenumero vt exiguã quandam ciuitatẽ ac pauperem,homo quispiã sortitus, nõ sustineat aliò abire, propriam hac in re quietem cõsiderans & anteponens. Ad Christum erat abeundum Paulo, & Christum illum nolebat, quem tamen vsque adeò desiderabat,vt illius gratia & gehennam elegerit, & in certamine diutius adhuc propter homines mãserit. Quæ,quæso,nobis relinquetur excusatio? Omnino vero cãdidè Pauli mentione facere oportet:vide quid fecerit.Ostendit quòd melius esset si abiret,persuadens ne sui gratia dolerent. Ostẽdit quòd & si maneat,ipsorum gratia maneat, *quòd istud non ex insidiantiũ malicia fiat:vt igitur & fidem illis faciat,causam quoq; apposuit.* Nam si necessarium est,inquit,vt maneã,non temerè manebo solum, sed & vobiscũ manebo: hoc est, videbo vos. Quamobrem? Ad fidei vestræ profectũ & gaudium.Hic ipsos etiam excitat,vt sibiipsis diligenter attendant.Si enim propter vos,inquit,manebo:videte ne præsentiam meam dedecore afficiatis.Cum iã Christum visurus essem, elegi propter vestrum cõmodum adhuc manere. Quãdoquidem mea præsentia & ad fidem vestram,& gaudium confert,propterea volui manere. Quid igitur Philippensium duntaxat gratia mansit? Non solum illorum gratia mansit, sed ideo illud dicit,vt eis medeatur. Quo modo vero promouebantur fide? vt vos magis atque magis confirmem,inquit,quẽadmodum pullis necessaria est matris opera,donec solidiores nacti fuerint alas.Magnę dilectionis indicium est istud.Ad hunc modum & nos quosdam excitamus, vt cum dicimus:Tui gratia hic mansi, vt bonum te reddam. Vt gloriatio vestra, inquit, exuberet in Christo Iesu,in me, per meum ad vos reditum. Vides quòd illud *συμπαρ᾽ ἐμοῦ*,id est,simul manebo,hoc fit quod dixi? vide animi modestiam & humilitatem.Quoniam dixerat ad vestrum profectum,ostendit quòd illud & ad suamipsius vtilitatẽ facturus sit.Quod & ad Romanos scribens facit:cum dicit,Hoc vero est,vt communẽ acquiram in vobis cõsolationem,cum præmisisset, vt aliquod spirituale donum vobis impertiar.Quid est autẽ vt gloriatio vestra exuberet? Gloriatio erat in fide corroboratum esse. Nam istud demum in Christo gloriari est,rectè viuere.Gloriatio vestra in me per meum est ad vos reditum:planè,inquit.Quę est enim spes nostra? aut quæ

1.Cor.11.f
Ibid.6.a
Ibid.11.f
Galat.5.a
1.Cor.10.
Roma.9.d
1.Cor.9.d
Roma.1.b

μίσον ἐουρανὸν, *medium cœli partem intelligit.*
τὴν παραμονὴν i. *manſionẽ.*

aut quæ corona exultationis? Nunquid & vos? Quoniã gloriatio noſtra vos eſtis, quẽadmodum & nos veſtra: Hoc eſt, vt habeã quò magis in vobis glorier. Quo modo? vt exuberet gloriatio veſtra, magis gloriari poſ-

*ὑμᾶν ἐπὶ διὸντας. ſum, * creſcentibus vobis, per meum ad vos reditum. Quid igitur? Ad eos venit: hoc ſcilicet quæritur, num ad eos redierit? *Duntaxat vt euangelio Chriſti dignum eſt, cõuerſemini.* Vides illum propterea cuncta dixiſſe, vt admoneat eos ad hoc, vt in virtute augeſcant. Tãtum, vt

ζητεῖται, quæritur. i. cõtenditur, diſputatur. dignum eſt euangelio Chriſti conuerſemini. Quid eſt illud, tantum? Hoc ſcilicet ſolum eſt quòd quæritur, & præterea nihil. Iſtud ſi fuerit, nihil mali nobis obtinget. *Vt ſiue cum venero & videro vos, ſiue abſens ſim, audiam de rebus veſtris.* Iſta non dicit tanquam mutatus, aut velut non venturus ad eos: ſed, ſi fuerit iſtud, inquit, poſſum & abſens bono in vobis eſſe animo. *Si audiero vos in vno ſtare ſpiritu, & anima vna.* Iſtud eſt quod potiſsimum fideles coniungit dilectionémq; cõtinet, vt vnum ſint.

Matt.12.b & Luc.11.b Regnum enim in ſeipſo diuiſum, non ſtabit. Propterea vbiq; tam multis ad cõſenſum conſulit: Et Chriſtus di-

Ioan.13.b cit, In hoc cognoſcẽt omnes, quòd diſcipuli mei eſtis, ſi dilexeritis vos inuicem. hoc eſt, Nolite in expectatũ meum ad vos reditum reſpicientes, obdormire, quemadmodũ ſolent qui venturos expectant: deinde ſi quã-

† *veniẽtem, diſſoluamini:* do videritis me † non venturum, ne frangamini: Jnam poſſum non minus ex auditu & fama rerum veſtrarum gaudere. Quid eſt autem, in vno ſpiritu? Id eſt, in vno concordiæ alacritatiſq; chariſmate. Spiritus enim vnus eſt. Oſtendit etiam, (nam ita res habet) in vna tum nos ſtare anima, quando ſpiritum vnum habemus omnes. Vide, quo modo illud vnum, ad concordiam & cõſenſum referatur. Ecce multæ animę vna dicuntur: ita erat

Act.4.f antiquitus. Erat omnibus, inquit, cor vnum & anima vna. *Adiuuantes decertantem & laborantem euangelij fidem.* Igitur tanquam luctante certantéq; fide, iuuate ſimul vos inuicem. Nõ enim aduerſus ſeipſos inuicem luctabantur, ſed adiuuate vos inuicem, inquit, interea dum euangelij fides luctatur. *Et nulla in re conſternemini ab aduerſariis, quę illis quidem euidens eſt perditionis argumentum, vobis vero ſalutis.* Recte dixit, conſternemini. Nam talia quæ

ἔνδειξις, *Era.* reddit cauſam. ab inimicis fiunt, territant duntaxat. Nulla igitur in re, inquit, quicquid tandem eueniat, ſiue ſint pericula, ſiue inſidiæ. Hoc enim eſt recte ac ſolidè perſiſtẽtium: nam illi nihil poſſunt, niſi terrere tãtum. Cum ergo poſsibile eſſet territari ipſos, vtpote, innumera mala Paulũ pati videntes: nõ dico, inquit, ne fluctuetis, ſed ne terreamini: immò vehementer illos contemnite etiã. Etenim ſi ita fueritis animati, & veſtram hinc ſalutem iã, & illorum perditionem manifeſtam & euidentem facietis. Nam quãdo viderint ſe nullo pacto terrere vos poſſe, vt vt innumera moliantur, ſuæ ipſorum perditionis certa hinc indicia capient. Etenim quãdo nec perſecutores eorum, quos perſequuntur: nec inſidiatores, quibus inſidiantur: nec potentes, quorum dominantur, victores euadere poſſunt: an non vel ex hoc ipſo manifeſtũ illis fit, quòd pereãt, quòd nihil poſsint, quòd quæ illo-

† *& firma:* rum ſunt, falſa ſint, † quæ horum vero firma? *Et hoc, à deo, inquit, quia vobis datum eſt pro Chriſto, non ſolum, vt in ipſum credatis, ſed vt & patiamini pro ipſo.* Rurſus mentem ipſorũ ad modeſtiam inſtruit, dum omnia deo adſcribens & gratiam eſſe dicit, & gratuitum munus ac donum pro Chriſto pati: itaq; nolite pudefieri. Gratuitũ enim munus eſt ac maioris admirationis, quàm ſit reuera mortuos excitare, & ſigna miranda patrare. Nam illic quidẽ debitor ſum, hic vero debitorem habeo Chriſtũ. Itaq; A non ſolum pudefieri non oportet, ſed gaudere etiam, tanquam donationem gratuitam has virtutes habentẽ. Donationes, inquit. Nõ ſimili quidẽ & eadem ratione quemadmodum & aliæ. Nam illæ quidem totæ omnino dei ſunt, iſtæ vero & noſtræ. Sed quoniam & hic potior pars dei eſt, propterea totum ipſius eſſe dicit, nõ liberum tollens arbitrium, ſed ad modeſtiã illos & animi gratitudinem inſtituens. *Idem certamen habẽtes, quale vidiſtis in me.* hoc eſt: cuius exemplum habetis. Rurſus illos hic extollit, vbiq; oſtẽdens eos eadem ſecum paſſos, eadem decertantes, priuatim etiam & apud ſeipſos, & quòd pariter præcipuas ſecum tẽtationes ferant. Nõ dicit, audiſtis, ſed, vidiſtis. Nam illic Philippis decertauerat. Magna itaq; iſta horum virtus eſt, vnde & ad Galatas ſcribens dixit: Tanta paſsi eſtis fruſtra, ſi tamen & *Gal.3.a* fruſtra. Rurſus & Hebræis ſcribens dixit: Ad memoriã *Hebr.10.f* B vero reuocate ſuperiores dies, in quibus illuminati, ingens certamẽ adflictionum ſuſtinuiſtis, dũ partim quidem probris & preſſuris, velut in theatro collocati, adfecti eſtis. Item & Macedonibus: hoc eſt, Theſſalonicẽſibus ſcribens dixit: Ipſi enim de nobis annũciant, qua- *1.Theſſ.1.d* lem ingreſſum habuerimus ad vos. Et iterum: Ipſi enim *Ibid.2.a* noſtis fratres ingreſſum noſtrum ad vos, quòd nõ fuerit inanis. Et omnibus pariter eorundẽ certaminum & luctarum teſtimoniũ præbet. Sed iſtuc nunc apud nos nõ inuenietis. Iam enim ſatis habetur, ſi vel in pecuniis quicquam detrimẽti quiſpiam ferat. Quin & hic, quod ad pecuniarum rerumq; iacturam attinet, magna de illis profitetur Apoſtolus. Nam quibuſdam dicit: quoniã *Hebr.10.g* rapinam bonorum veſtrorum cũ gaudio ſuſtinuiſtis: aliis vero, Quoniam Macedoniæ placuit & Achaiæ cõ *Rom.15.f* municationem quãdam facere in pauperes. Et iterum: *2.Cor.9.a* C Zelus veſter excitauit plurimos.

Morale.

Vides encomia virorum illorum, qui tum fuerunt? Nos vero neque ad alapas vſq;, neque ad plagas patiẽtes ſumus, nec conuicium, nec pecuniarum iacturam ferimus. At illi iam omnes zelotæ erant & martyres in agone decertantes. Nos vero quòd dilectione in Chriſtum concernit, planè refriximus. Cogor iterum præſentem rerum ſtatum carpere. Et * quid accidit? Nole- *τί γάρ, *quid faciã* bam enim, ſed cogor: nam ſi tacendo, & nihil eorum quæ fiunt carpendo, per ſilentium quæ geruntur, amoliri licuiſſet, ſilere vtiq; oportebat: ſi vero contrariũ fit, ita vt non ſolum tacentibus nobis non extirpẽtur, ſed & peiora fiant, neceſſariò loquimur. Peccatores enim corripiens, etſi nihil aliud, hoc tamen efficit, vt malum vltra progredi non ſinat. Non enim quiſpiam eſt tam D impudens & improbus animus, qui, cum audiat ſe à nõnullis indeſinenter improbari, nullo afficiatur pudore, neque plurimum maliciæ remittat. Eſt enim, eſt, inquã, & impudentibus vel modicus aliquis pudor. Pudorem enim deus naturæ noſtræ indidit. Nam quoniam ad *Pudorem* componendum nos non ſatis valet timor, viſum eſt il- *quendam* li & alias quaſdam inſtituere vias, ad hoc, vt non pecce- *omnibus* mus nempe vt reprehẽdatur homo, vt leges poſitas re- *talibus in-* uereatur, gloriam amet, amicicias appetat. Omnia e- *ditum.* nim iſta viæ quædam ad hoc ſunt, vt non peccetur. Nã ſæpenumero quæ dei gratia facta non ſunt, pudore facta ſunt: quæ propter deum commiſſa non ſunt, commiſſa ſunt timore hominum. Primum enim quòd quæritur, eſt non peccare: propter deum vero nõ peccare, poſtremo loco præſtiterimus. Alioqui quam ob cauſam Paulus eos quibus ſuperandi erant inimici non à timore dei adhortatur, ſed quòd illos vltio diuina maneret?

Iſtud

Rursum. d τὶ αὐχλῶ πρῶτ.

Istud enim, inquit, faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Vult etenim hoc pacto virtutem interea promouere. Quemadmodum igitur dixi, est quoddam in nobis pudoris seminarium: multa nobis ad virtutē sunt naturalia bona, vtpote, quòd ex natura ad misericordiam vniuersi mouemur homines: atq; nihil ita in nostra natura bonum est. Verum id solum cum sit, nō immerito quisquam, vnde sit, quæsierit: & quamobrem hoc potissimum naturæ nostræ seminarium sit inditū, quòd lachrymis frāgimur, quòd flectimur, quòd ad misericordiam parati & accōmodi sumus. Nemo natura strenuus est, nemo natura vanæ glorię studio caret, nemo natura zelo atq; æmulatione superior est: misereri vero natura est omnibus inditū, vt vt crudelis quisquā sit, & immitis. Et quid mirum? Erga bestias etiam misericordia mouemur, adeò ex abundanti nobis insita est misericordia. Etsi catulum leonis viderimus, tale quid patimur: multò q; magis super eo quod eiusdem nobiscum est generis. Vide quot cæci sint & corporibus mutilatis, id quod satis valet ad misericordiam nos inducere. Nihil æquæ deum delectat, atq; eleemosyna. Propterea & sacerdotes, & reges, & prophetæ oleo vngebātur: nam diuinæ benignitatis symbolum habebat oleū. Rursus docuit, principē plus misericordiæ habere debere. Declarauit etiam spiritum sanctum propter misericordiam vēturum ad hominem. Quandoquidem hominum miseretur deus, benignēq; illos complectitur, propterea inungebātur oleo. Nam sacerdotium ex misericordia instituit, & reges [per misericordiam] inungebantur. Etenim misereris, inquit, omnium, quoniam potes omnia. Et si quis principē laudare velit, nihil illi adeò decorum adscribet, atq; misericordiam. Principatus enim proprium est misereri. Cōsidera, quòd propter misericordiā constitutus sit mundus, & imitare dominum. Hominis misericordia est erga proximū suum, misericordia vero domini erga omnem carnem. Quomodo erga omnem carnem? Siue peccatores protuleris, siue iustos, omnes in vniuersum misericordia dei opus habem⁹, omnes illa fruimur, etiā si ipse fueris Paulus, siue Petrus, siue Ioannes. Sed audi quid ipsi dicant: Nihil opus est nostris sermonibus. Quid autem dicit beatus Paulus? Verum misericordiā, inquit, consecutus sum, quoniam ignorans feci. Quid igitur, postea nihil opus habuit misericordia? Audi quid dicat: Abundantius ipsis omnibus laboraui, verum non ego, sed gratia dei quæ mecum est. Et de Epaphrodito, inquit: Etenim ægrotabat proximus morti, sed misertus est deus illius: non vero illius tantū, sed & mei, ne mœsticiā haberem super mœsticiam. Et iterū: Grauati, inquit, eramus supra vires, ita vt desperauerimus etiā de vita, quin ipsi in nobisipsis sententiam mortis acceperamus: ne confideremus in nobisipsis, sed in deo, qui ex tātis mortibus eripuit nos, & eripiet. Et rursus: Ereptus sum ex ore leonis, & eripiet me dominus. Et vbiq; de hoc illum gloriantem reperiemus, quòd per misericordiā saluatus sit. Et Petrus quoq; ex eo quòd misericordiam consecutus erat, talis factus est. Christum nanq; ad ipsum dicentem audi: Quoniam vos cribrare voluit satanas, velut triticum: & oraui pro te, ne deficiat fides tua. Ioannes etiam ex misericordia talis erat, & in vniuersum omnes. Audi enim quid Christus dicat: Non vos me elegistis, inquit, sed ego elegi vos. Egemus enim omnes misericordia dei. Nam misericordia dei, inquit, super omnē carnem. Iam si isti misericordia dei opus habuerunt, quid de reliquis dicendum? Etenim vnde dic, quæso, Solem

Natura lis quædam in hominibus est misericordia.

Cur & reges & sacerdotes & prophetæ oleo sint vncti.

φιλανθρωπία.

† ἔλαιο, id est, oleo.

Sap.11.d

Eccli.18.b

2.Tim.1.e

2.Cor.15.b

Infrà.2.d

2.Cor.1.b

2.Tim.4.d

Luc.22.e

Ioan.15.e

Eccli.18.b

Matt.5.g

A suum exoriri facit super malos ac bonos? Quid vero si annum duntaxat vnum pluuiam suā prohiberet? Nunquid perderet omnes? Quid si cōtinuam humiditatem efficeret? Quid si diluuium quoddam induceret? Quid si muscas mitteret? Sed quid dico? Quòd si nobiscum fecisset, quemadmodum aliquando, nūquid omnes perdidisset? Si terrā concussisset, an non periissent omnes? Opportunè nūc dixero, Quid est homo quòd memor illius es? Si terræ duntaxat indignando minaretur, omnes vnum redderemur sepulchrum. Sicut stilla aquæ, inquit, à situla decidēs, ita sunt gentes coram ipso: sicut spuma reputabuntur, & velut momētum stateræ. Quēadmodum nobis facillimum est mouere trutinam, ita illi cuncta perdere & restituere. Qui igitur tātam habet nostri potestatem, & cum quotidie peccare nos videat, interea tamen non punit: an non misericordia sua nos B sustinet? Nam & iumenta alioqui misericordiæ dei beneficio persistūt. Homines enim, inquit, & iumenta saluabis domine. Terram respexit, & bestiis illā repleuit. Quamobrem? Propter te. Te vero cuius gratia fecit? Bonitatis videlicet: misericordia nihil est melius. Causa lucis est, & ad futurum quoque lucis est causa. Et orietur, inquit propheta, matutino tēpore lux tua, si misericordiam in proximum feceris. Et quemadmodum oleum lucem istam conseruat, ita & eleemosyna magnam nobis & admirabilem in futuro lucem largietur. Et multā * olei huius rationem habebat Paulus. Audi siquidem ipsum aliquando dicentē: Duntaxat, inquit, vt pauperū memores essemus. Alibi vero dicit: Et si dignum fuerit me quoque proficisci. Et vbique vides ipsum sursum ac deorsum de hac re sollicitè agentem. Rursus quoque, Discāt & nostri bonis operibus præesse. Item, Ista enim C bona sunt, & vtilitatem hominibus adferentia. Audi vero & alium quendam dicentem: Eleemosyna ex morte liberat. Si vero misericordiam abstuleris ô deus, quis persistet? Et si ingressus fueris, inquit, in iudicium cum seruo tuo. Magnum quid est homo, propter quid? & precioſum, inquit, vir misericors. Istud enim est homo misericos: immò misereri, est deū esse. Vides quanta sit misericordiæ dei potentia? Illa omnia fecit, illa mūdum operata est, illa angelos fecit propter solam bonitatē. Propterea & gehennam minatus est, vt regnum consequamur: regnum vero consequimur per misericordiā. Quānam ratione cum solus esset, tot ac tanta fecit? an non propter bonitatem? an nō propter benignitatem? Si quæsieris cur vel hoc vel illud fecerit, vbique bonitatem reperies. Misereamur proximorum, vt & nos ipsi misericordiam consequamur. Non magis illis quàm D nobisipsis † conciliemus misericordiam istam in illum diem. Quando vehemens erit flāma ignis, oleum istud misericordię hoc virtutis habebit, vt ignem extinguat. Misericordia vero illa lucis nobis causa erit, atque ita à gehēnæ igni per illam liberabimur. Alioquin vnde nostri miserebitur? Ex dilectione nascitur misericordia. Nihil adeò deum irritat, atque immisericordem esse. Oblatus est illi qui mille talēta debebat, misertus vero illius omnia remisit. Et huic ex cōseruis quisquam debebat centum denarios, atq; illum strangulabat: propterea tradidit hunc dominus tortoribus, quoadusque quod debebat, redderet. Ista audiētes, misericordes simus erga debitores, tā in pecuniis, quàm in delictis. Nemo iniuriæ memor sit, nisi velit seipsum lædere. Nō enim illum tātopere contristabit, siue in ius illum vocauerit, siue minus. Tu vero cum proximo delicta nō remittas, regnum quæris? Istud ne patiamur, remittamus

τὶ δὲ εἰ ἔμ πεμέρσαι ἐρχόμεθα. τὶ δὲ εἰ ὑποφέρε. ξε.

Rursum. d

Psal.8.b

Esa.40.d

Psal.35.b

Esa.58.c

*ἐλέησον mi sericordiæ habet Vero nē. codex p ε, in penult.

si vero pau, scribā ent oleī, q̄ hic subinde cō. fundantur.

Gal.ult.b

ad Tit.3.d

Ibidem.c

Tob.4.b

Psal.142.d

„

†cōciliem⁹

Matt.18.d

omnibus, (nam ſic nobisipſis remittimus) & condonemus: vt & nobis condonet deus delicta noſtra, atque ita futura bona conſequamur.

Homilia quinta.

Cap. II. *SI qua conſolatio in Chriſto, ſi quod ſolatium dilectionis, ſi qua communio ſpiritus, ſi qua viſcera ac miſerationes, complete gaudium meum, vt eodem affectu ſitis, eandem charitatem habentes, vnanimes, vnum ſentientes, ne quid fiat per contentionem aut per inanem gloriam, ſed per humilitatem animi alium quiſque ſe præſtantiorem exiſtimet, ne ſua quiſque ſpectet, ſed vnuſquiſque quæ ſunt aliorum.*

Tota homilia moralis eſt.

Nihil melius, nihil amantius doctore ſpirituali: cuiuſuis naturalis patris beneuolentiam ſuperat. Vide igitur qualem ſupplicationem ad Philippenſes pro cõmodis ipſorum ponat beatus iſte. Quid enim dicit de vnanimitate bonorum omnium cauſa adhortans? Vide quàm ſuppliciter, quàm diligenter, quo modo cum multa compaſsione. Si qua igitur conſolatio, inquit, in Chriſto Ieſu: hoc eſt, ſi quam habetis in Chriſto conſolationem. Ac ſi dicat: Si quam mei rationem habes, ſi quo pacto tibi curæ ſum, ſi vnquam aliqua in re tibi benefeci, hoc facias. Hoc vero affectus genere vtimur, quando pro eo oramus quod omnibus præponimus. Niſi enim omnibus illud præponeremus, non omnem vtique retributionem in eo recipere vellemus, nec per ipſum totam viciſsitudinẽ exhiberi nobis diceremus. Itaque nos quidem carnalium æquitatũ admonemus, vtpote ſi pater diceret, ſi qua tibi erga patrem eſt reuerẽtia, ſi qua educationis, ſi qua paterni amoris, ſi qua honoris quem ex me conſecutus es, ſi qua beneuolentiæ memoria, ne ſis, quæſo, fratri inimicus: hoc eſt, pro omnibus illis hanc exigo retributionem. Paulus vero non ita: nihil carnalium admonet, ſed omnium ſpiritualiũ. Ac ſi diceret: Si quam mihi in tentationum aduerſitatibus cõſolationem & excitationem in Chriſto dare, ſi quod ſolatium dilectionis, ſi quam cõmunionem exhibere volueritis quæ ſit in ſpiritu, ſi qua habetis viſcera & miſerationes, complete gaudium meum, ſi qua viſcera & miſerationes. Miſerationes ſuas ipſius, diſcipulorũ concordiam dicit Paulus, oſtendens extremum eſſe periculum, niſi concordes fuerint. Si qua cõſolatione, inquit, ex vobis frui licet, ſi quo licet ex dilectione veſtra frui ſolatio, ſi licet communicare vobiſcum in ſpiritu, ſi cõmunicare licet in domino, ſi qua miſericordia mihi & commiſeratio poterit à vobis impendi, omniũ horum retributionem in dilectione oſtẽdite. Omnia iſta conſecutus ſum, ſi vos mutuò alius aliũ dilexeritis. Cõplete gaudium meum. Vide, ne videatur paræneſis iſta tãquam ad eos, qui vnam quampiam rem adhuc planè omiſerint, facta eſſe: non dixit, facite mihi, ſed, complete: id eſt, cœpiſtis plantare in me, iam mihi tradidiſtis, vt quietus ſim, verum ad cõſummationem venire deſidero. Quid vis, dic, quæſo? vt te liberemus à periculis? vt tibi quicquam ſubminiſtremus? Nihil horũ, inquit, ſed vt vos eodem ſitis affectu, charitatem eandem habentes. in qua cœpiſtis, vnanimes, idem ſentientes. Papæ quoties præ magno affectu eadem dicit? vt idẽ ſentiatis, immò potius vt vnũ ſentiatis. hoc enim hoc inquam ipſum maius eſt. Eandem charitatem habentes, hoc eſt, non ſolum circa fidem, ſed & in aliis omnibus. Poteſt enim fieri vt eodem ſint affectu quidam, & tamen charitatem non habeant, charitatem eandem habentes: id eſt, pariter & amare & amari ſtudentes. Noli A tu quidem multum velle diligi, parum vero dilectionis viciſsim repẽdere, vt & in hac re potiores partes feras. Vnanimes, inquit. Animæ vni omniũ corpora appropriat, non ipſa eſſentia, neque enim fieri poteſt, ſed animo ac voluntate, vt ex anima vna omnia fiãt. Quid ſit, vnanimes eſſe, declarauit dicens, vnum ſentientes. Senſus ſit vnus tanquam animæ vnius: nihil ſecundum contẽtionem. Dignatur deinceps modum etiam dicere, quo iſtud fieri debeat: nihil ſecundum contentionẽ aut vanam gloriam. Quod ſemper dico, malorum omnium iſtud cauſa eſt: hinc pugnæ & lites, hinc † odia & contentiones, hinc dilectionis frigiditas, quando gloriam hominum amauerimus, quãdo honoris qui à multis ſit ſerui fuerimus. Nõ enim fieri poteſt, vt qui gloriæ ſeruus eſt, Chriſti quoq; ſyncerus ſit ſeruus. Quo pacto ergo vanam gloriam effugiemus? Viam enim nondum B oſtendiſti. Audi quæ ſubiungũtur: Sed humilitate animi, inquit, alium quiſque præſtantiorẽ ſe exiſtimet. Papæ, quàm plenum philoſophiæ dogma, omniſq; ſalutis noſtræ ſubſidium quoddam expreſsit. Si credideris, inquit, quòd quidã te ſit maior, tibiq; ipſi iſtud certò perſuaſeris, nõ ſolum dixeris, dabis illi & honorem quoq;. Si vero tu ipſe honorem illi tribueris, non ægreferes, ſi videris eum apud alios in honore eſſe. Nõ itaque ſimpliciter exiſtima maiorẽ illum eſſe te, ſed & excellere, quod quidem ſit vehementis excellentiæ, & non inſoleſces, neq; dolebis, ſi honoratum videris. Et ſi cõtumelioſus fuerit, generoſe feres. Nã maiorem te illum iam exiſtimaſti. Et ſi obiurgauerit, patieris: & ſi male fecerit, feres tacitè. Nam ſi quando ſemel perſuaſus fuerit animus tuus, maiorem illum eſſe, in iram non incidet, neque in inuidentiã propter ea quæ male ab ipſo patitur. C *Illis enim qui vehementer excellũt, nemo ſanè inuiderit: excellẽtiæ quippe cedunt omnia. Igitur hic quidem iſtum ita affectum eſſe docet. Quando vero & ille qui* tanto abs te potitur *honore ad hũc modum erga te viciſsim fuerit affectus, cogita, inquit, quo modo tum ſit duplici nomine robuſtus manſuetudinis murus. Quãdo enim tu illum honore dignum habueris, & ille te ſimiliter, nihil vnquam erit acerbum. Nam ſi ab altero duntaxat iſtud præſtitum omnem contentionem diſſoluere poteſt, quãdo ab vtriſque ſeruatum fuerit: quis iſtam ſecuritatem ac munitionem intercidet? Ne ipſe quidem diabolus. Triplex enim erit, & quadruplex, immò multiplex iſta munitio. Omnium quippe bonorum cauſa eſt animi humilitas. Et vt diſcas, audi Prophetam dicentem: Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem* Pſal. 50. d vtique, holocauſta tibi non placẽt. Sacrificium deo ſpiritus contritus, cor contritum & humiliatum deus non deſpiciet. Non ſolum animi humilitatem, ſed & intentionem animi humilis poſuit. Quemadmodum enim in corporibus quod contritum eſt duro ac ſolido nunquam ſanè reſiſtet, ſed quæcunque tandem mala ab eo ferat, peribit citius quàm vt cum altero contendat: ita & in animo eſt. Eligetmagis perpetuo male pati & mori, quàm contendere & vlciſci. Quouſque ſpirabimus inflationem iſtam riſu dignam? Quemadmodum enim pueros ridemus, cum elatos & iactabundos videmus: aut rurſus eos ridemus, quum lapides tollunt ac proiiciunt: ita & humana arrogantia animi puerilis eſt, & Eccliaſt. 6 mentis imperfectæ ac vilis. Quid enim ſuperbit terra & cinis? Magna iactas homo? Quam ob rem? Quæ vtilitas, dic, quæſo? Vnde vero ſuperbis etiam contra eos qui eiuſdem tecum ſunt generis? Non eiuſdem conſors es naturæ? Non eiuſdem animæ? Non pariter à deo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter à deo honoratus es? Sed sapiẽs es? Gratias agere debes, non inflari. Prima ingratitudo, arrogantia est: aufert enim beneficentiæ donum. Qui enim extollitur, tanquam ipse quod rectum est, perfecerit, extollitur. Qui verò perfecisse se quod rectum est, putat, ingratus
†gratiam est erga eum qui † precium dedit. Habes aliquid boni? Gratias age datori. Audi quid Ioseph dicat, quid & Daniel. Cùm rex Aegypti ipsum accersisset, & in omni exercitu de re quapiam rogasset, in quo cesserant ac defecerant omnes Aegyptij, qui circa talia potissimum idonei habebantur, & ablaturus ipse iam esset, & subuersurus illorum omnia, sapientiórque apparaturus astrologis, vatibus, incantatoribus, Magis, omnibus philosophis qui tum erant, ex captiuitate & seruitute sumptus puer. Etenim tunc maior est gloria: non enim par est conspicuum aliquem splendere, & præter expectationem illustrem fieri. Itaque quòd & præter spem hoc accidit, illustriorem eum fecit. Quid igitur? Cùm accessisset, dicebátne Pharaoni, vtiq; ista noui? Sed quid? Nemine ipsum arguente, cum multa animi gratitudine quid dicit? Nunquid manifestatio horum per deum
Genes.41.c est? dominum confestim glorificauit, propterea & ipse glorificatus est. Etenim & illud non modicum erat. Quod enim deus illi reuelauerat, multò maius erat quàm si ipse hoc perfecisset. Quæ enim dicebantur, ostendebat fide digna esse, familiaritatisq; cum deo maximũ indicium. Nihil enim adeò bonum est, atque fa-
Rom.4.a miliarem esse deo. Si enim ex operibus, inquit, iustificatus est, gloriationem habet, sed non apud deũ. Si enim quem gratia dignatus est deus, in deo gloriatur, quòd dilectus sit: quanquam concessum hoc illi sit, habet gloriationem & qui operatur, sed non apud deum, quemadmodum ille. Est enim indicium magnæ nostræ in-
†quanto fuerit. firmitatis. Quisquis enim sapientiam à deo accepit, † si quantò fuerit celebrior, deum tantò magis glorificauit, vicissim quoque glorificatus est ab ipso. Nam qui
Marc.8.d & Luc.12.b me, inquit, glorificauerint, illos glorificabo. Rursus filius hominis, quo nemo sapientior, num tu sapiẽtior,
Ezech.28.a inquit, es Daniele? Hic Daniel, sapientior omnibus in Babylone sapientibus, ipsis quoque astrologis, vatibus, Magis, incantatoribus, omni philosophia non solùm culpata, sed & sublata (hoc enim ipsum quòd sublata est, ostendit eos primum quoq; seductos fuisse) ingressus ad regem quęstionémque soluturus, neq; ipse quicquam gloriabatur, sed primum deo omnia adscribe-
Daniel.2.d bat dicens: Mihi verò, ô rex, non est per sapientiã, quæ
† & adorauit eum. omnes homines excedat, reuelatum hoc: † & procedit ante ipsum rex, ac iussit illi oblationes offerri. Vides
Ibidem.f animi humilitatem? Vides gratitudinẽ? Vides morum
χ) ἔστε μὰ modestiam? audi nanque & Apostolos aliquando quiκὰ σπεῖdem dicentes, Quid nos intuemini, quasi nostra virtuσει. te aut pietate effecerimus vt hic ambularet? Et iterum:
Act.3.b Nos iisdem quibus vos obnoxij malis, homines sumus.
Ibid.14.c Si verò illi oblatos honores ita repulerũt, homines maiora quàm Christus, propter Christi humilitatem, &
Ioan.14.b propter ipsius virtutem operati, (Qui enim mihi credit, inquit, maiora faciet quàm ego facio) quo modo non nos miseri & calamitosi, qui neque culices expellere valemus, nedum dæmones, qui neque vnum hominem iuuare possumus, tacco vniuersum orbem, & tamen tantopere superbimus, quantò ne diabolus quidem ipse? Nihil adeò alienum est ab anima Christiana,
ἀλλὰ ἀνατque arrogantia. Arrogantiam dico, nõ fiduciam, neλάζειαν. que animi fortitudinem: illa enim propria sunt. Illud nãque, aliud, quicquam est, & aliud, illud: vt aliud quidem animi humilitas, aliud verò illiberalitas & adulatio & assentatio. Et si vultis omniũ horum vobis exempla exhibebo. Videntur enim contraria illa quodam modo coincidere & paria esse, quemadmodum cum tritico zizania, & cum rosis acanthę. Sed pueri quidem facile sanè falli possunt: qui vero viri sunt, spiritualis agriculturæ periti, nouerunt vera bona à malis discernere. Agè igitur ex ipsis scripturis exempla vobis proponamus. Quidnam est adulatio, illiberalitas, & assentatio? Siba Dauidi intempestiuè adulatus est, herumq;
2.Reg.16.a suũ detulit: immò Achitophel Abesalomo: Dauid verò non erat talis, sed animo humili. Adulatores enim sunt subdoli: vtpote, quando dicunt: Rex viue in secula. Rursus magi quàm sunt adulatores? Et in Paulo, in Actis, multa talia inueniemus, quando ad Iudæos non adulando, sed animo humili disserit. Sciebat enim &
Act.28.d liberè loqui, vt cùm dicit: Viri fratres, quum nihil vel contra populum vel patrios mores egerim, vinctus ab Hierosolymis traditus sum. Quòd enim animi humilis fuerint hæc verba, audi quo modo eos increpet in sequentibus, dicens: Bene loquutus est spiritus sanctus:
Ibidem.f Auditu audietis, & non intelligetis: & videtes videbitis, & non perspicietis. Vides animum virilem? Vide & Ioannis Baptistę virilem animum, quo erga Herodem vsus est, dicẽs: Non licet tibi habere Philippi fratris tui
Marc.6.c vxorem. hoc est fiducialiter, hoc est viriliter loqui: nõ illud Semei, quãdo dicebat: Egredere vir sanguinum.
2.Reg.16.b Atqui & ille confidenter agebat. Verùm non est hoc animi fortitudo, sed temeritas, & conuicium, & lingua scelesta. Conuiciata est Iesabel Iehu, dicens: Ecce occi-
3.Reg.18.c sor domini sui. Verùm temeritas erat, non fiducia & libertas. Vituperabat & Elias: sed libertas & virilis forti-
Ibidem.d tudo erat. Non ego, dicebat, peruerto populum, sed tu & domus patris tui. Liberè rursus loquebatur ad vniuersum populum Elias, dicens: Quousque claudicabitis vtrisque poplitibus vestris? Hoc pacto reprehendere, libertas erat & virilis animi dexteritas: illud verò temeritatis. Vis cognoscere & humilis animi & liber-
1.Cor.4.a tatis verba? Audi Paulum dicentem: Mihi verò pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, sed neque meipsum diiudico. Nihil enim mihiipsi conscius sum, verùm non in hoc iustificatus sum. Hoc animi est
Ibid.6.a Christiano digni. Et iterum: Audet quisquam vestrum negocium habens cum altero iudicio agere sub iniustis, & nõ sub sanctis? Vis cognoscere adulationem insipientium Iudæorum? Audi quid dicant: Nos non ha-
Ioan.19.c bemus regem nisi Cæsarem. Vis animi videre humili-
2.Cor.4.b tatem? Audi rursus dicẽtem Paulum: Non enim nos ipsos prædicamus, sed Christum Iesum dominum, nos verò ipsos seruos vestros propter Iesum. Vis & adulationem videre & temeritatem? Vis & temeritatem Nabal, & adulationem agrestium Ziphæorum? Prodebãt
1.Reg.23.c enim consilio suo Dauidem. Vis philosophiam & non adulationem videre Dauidis, quo modo Sauli prehenso, parcebat? Vis adulationem cognoscere eorum qui
†alias, Miphiboseth. Memphibosthe † occiderant, quos & Dauid occidit? Verũ vt simpliciter, & velut per hypotyposim in summa dicam: Temeritas est, quando quis, ira percitus cõuiciatur, modo qui neminem decet, aut seipsum vlciscitur, aut aliquo pacto iniustè quicquam audet. Libertas verò & animi virilis fortitudo est, quando contra pericula quis & mortem audet, & tam amicitiã quàm inimiciciam, eorum gratia, quæ deo placent, contemnit. Rursus adulatio quidem est & illiberalitas, quãdo quosdam colit quisquã, non propter quæ colere oportet, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

tet, sed ad captandum terrena. Animi vero humilitas est, quando eorum quisquam gratia quæ deo probantur, hoc facit, & vt magnum quid & admirabile perficiat, à dignitate sua sese demittit. Ista si cognouerimus, beati erimus, si quidem ea fecerimus. Non enim satis
Roman.2.b est cognouisse. Nam non auditores legis, inquit, sed factores legis iustificabuntur: immò condemnat etiam scientia, si sine factis fuerit & rectorum perpetratione. Vt itaque cõdemnationem fugiamus, exerceamus virtutum actum, vt futura bona consequamur.

Homilia sexta.

SI enim affectus sit in vobis qui fuit & in Christo Iesu, qui cùm esset in forma dei, non rapinam arbitratus est æqualẽ esse deo, sed semetipsum inanuit, forma serui sumpta, in similitudine hominum constitutus, & figura repertus vt homo, humilem præbuit seipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Dominus noster Iesus Christus cùm ad magna discipulos suos hortaretur, seipsum, & patrem, & prophetas in exemplum proponebat, vtpote cùm dicebat: Ita nanque faciebant prophetis qui fue
Matth.5.b runt ante vos. Et iterum: Si me persequuti sunt, & vos
Ioan.15.c persequẽtur. &, Discite à me, quoniam mitis sum. Item:
Luca.6.c Misericordes sitis, sicut pater vester, qui in cœlis est. Hoc & beatus Paulus fecit: Adhortans istos ad animi humilitatem, Christum in medium adduxit. Et nõ hic solùm, sed & cùm de amandis pauperibus differeret, ita quodam modo dicebat: Scitis enim gratiam domi-
2.Cor.8.b ni nostri Iesu Christi, quòd propter vos cùm diues esset, pauper factus sit. Nihil enim ita magnum ac philosophicum animum ad bonorum operum perpetrationem excitat, atq; si cognouerit deo se ea in re similem fieri. Quid enim huic ad exhortandum adæquari potecit? rit? Nihil. Quod & Paulus sciens cùm ad animi humilitatem eos adhortaretur, primum quidem obsecrauit, supplicationémque posuit. Deinde & increpatoriè dixit: Quoniam in vno spiritu statis. Dixerat, quoniam il
Supr.1.d lis ostensio perditionis est, vobis verò salutis. Et hoc deinceps ponit. Is enim affectus in vobis sit, qui fuit & in Christo Iesu, qui cùm in forma esset dei, non rapinã arbitratus est æqualem esse deo, sed semetipsum inaniuit, forma serui sumpta. Attendite obsecro & excitemini. Quemadmodum enim gladius quidã agilis vtrinque acutus, quocunque inciderit, etiam si in mille phalanges, facilè eas intercidit & demolitur, eò quòd †sem
†vndiq; acutus sit, Contra hæreticos. per agilis sit,] & nihil aciem illius ferre queat: ita sanè & verba spiritus. Per hæc enim verba & Arij Alexandrini, & Pauli Samosatei, & Marcelli Galatæ, & Sabellij Libyci, & Marcionis Pontici, & Valentini & Manetis, & Laodicẽsis Apollinarij, & Photini, & Sophronij, & omnes in summa hæreses deiecit, vt itaque tale spectaculum vnaq; plaga tot cadentes phalanges conspecturi excitemini, ne vos prætereat spectaculi iucunditas. Si enim in curribus ad certandum paratis, in equorum certaminibus, nihil adeò iucundum est, atq; quando vniuersos currus cum aurigis pulsos quisquam deiecerit, & multis quadrigis supinis proiectis, cum aurigis solus ad carceres & metam certaminis cõtenderit, & multus interea applausus & clamor ad cœlos ascenderit, & ille volucris instar, ex gaudio illo & applausibus totum stadium cum equis percurrerit: quantò maior hic erit spectandi voluptas quando omnium hereticorũ cuneos & diabolicas officinas cum aurigis suis, gratia dei, simul & pariter omnes deiecerimus? Et si videtur, sistamus primum in ordinẽ ipsas hæreses. Vultis eam quæ impietate, vel quæ tempore superior sit: Nam quæ impietate sit, difficile est cognoscere. Primus itaq; Sabellius Libyus adductus est. Quid igitur dicit? Pa- *Sabellius ex Libya.* trem, & filium, & spiritum sanctum, nuda esse nomina *Marcion Ponticus.* in vna persona posita. Marcion verò Ponticus dicit, cũ deum, qui omnia constituit non esse bonum, neque patrem boni Christi, sed alium quẽdam iustum, & quòd carnem pro nobis non sumpserit. Marcellus & Photi- *Marcellus. Photinus.* nus ac Sophronius verbum energiam esse dicũt, ener- *Sophron.* giámque illam inhabitare cum qui est ex semine Da- *Arius.* uid, non essentiam substantiuam. Arius filium quidem confitetur, verùm solo verbo. Creaturam autem eum esse dicit, & patre multò minorem. Cæteri verò dicũt eum non habere animam. Vides stantes currus? Speculare igitur & corũ casum, quo modo simul omnes impellens, vna quoque plaga omnes pariter deiiciat. Quo modo? Is enim affectus, inquit, in vobis sit, qui fuit & in Christo Iesu, qui cùm in forma dei esset, non rapinam arbitratus est æqualem esse deo. Cecidit hîc & Paulus Samosateus, & Marcellus, & Sabellius. Etenim, inquit, qui cùm in forma dei esset. Quo modo igitur dicis, ô sceleste, quòd ex Maria primum cœperit, & antea non fuerit? Quo modo tu verò dicis, Energia erat? In forma nanq; dei, inquit Apostolus, formam serui accepit: forma serui ẽstne energia serui, an natura serui? Omnino certè natura serui. Igitur & forma dei, natura dei est, non ergo energia. Ecce & Marcellus, Galates, & Sophronius, & Photinus deciderunt. Ecce & Sabellius. Non rapinam arbitratus est, inquit, æqualem esse deo. Aequalem autẽ esse, nõ de vna persona dicitur. Quod enim æquale est, alicui æquale est. Vides duarum personarum hypostasim, non nomina nuda sine rebus ipsis dicta? Audisti æternam ante secula vnigeniti essentiam? *Quid ergo contra Arium deinceps dicemus qui alterius essentiæ filium esse dicit? Dic mihi, quid est, formam serui accepit? Homo factus est, inquis.* Igitur & cùm in forma dei esset, deus erat. Vtrobique enim forma ponitur. Si istud verum, verum & illud. Natura homo est, forma serui: igitur & natura deus, forma dei est. Et non hoc solùm istud testatur, sed & quòd æqualis deo dicitur. Quemadmodum ergo & Ioannes ostendit nihil illum esse patre minorẽ, ita & Apostolus: non rapinam arbitratus est, inquit, æqualem esse deo, Sed †sapiens quisquam scilicet sermo eorum:]atqui cõtra- *† arguas dam ratarium* ostendit Apostolus, inquiũt. Dixit enim, cùm in forma dei esset, non rapuit vt æqualis esset deo. Atqui *eorum.* si deus erat, quo modo rapere necesse habuisset? Quo modo non †insensate hoc carpitur?] Quis enim dixe- *†insensate.* rit, quoniam ille cum homo esset, non rapuit vt homo *rectè dixit* esset? Quo modo enim rapiet quisquam id, quod alio- *ipsum sequi* qui est? Non, inquiunt, sed quòd cùm inferior deus es- *erit* set, non rapuit vt magno & maiori deo æqualis esset. Estne modicus & magnus deus? Itáne ethnica, in ecclesiastica dogmata inducitis? Apud ipsos enim & paruus deus est & magnus, si verò & apud vos, hactenus ignoraui. Nam apud scripturas nusquam inuenies, sed magnum quidem vbique deum, paruum verò nusquam. Si enim paruus est, quo modo & deus est? Si nõ est homo paruus & magnus, sed vna natura, & si quid non vnius illius naturæ fuerit, homo nõ est: quo modo nam erit deus paruus & magnus? Qui non naturæ illius est, deus non est. Vbiq; enim apud scripturam dicitur, ma- *Psal.144.a* gnus dominus, & laudabilis valde. Ecce & de filio. *Nã Ibid.2.b* vbique dominum eum vocat. Magnus, inquit, es tu, & *Ibidem.* faciens mirabilia. Tu es deus solus. Et iterum: Magnus *Ibid.146.a*

dominus

dominus noster,& magna virtus eius,& magnificētiæ eius non est terminus.Sed filius,inquis,paruus est. Sed tu hoc dicis.Nam scriptura contrarium.Quemadmodum de patre,ita & de filio loquitur. Audi nanq; quid
ad Tit.2.d Paulus dicat:Expectantes,inquit,beatam spem,& apparitionem gloriæ magni dei.At nunquid de patre si loqueretur, apparitionem dixisset? Vt verò & vos magis argueret ad apparitionem,adiecit,magni dei,Num igitur de patre dictum est? Nequaquam. Subiūctio enim illa nō admittit, quæ dicit,& apparitionem magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi. Ecce & filius magnus
Esaiæ 9.b est. Quo modo ergo paruum & magnum dicis? Audi & prophetam magni consilij angelum ipsum dicētem. Qui magni consilij angelus est, magnus non est? Qui fortis deus est & potens, non magnus, sed paruus est? Quid ergo impudentes & improbi, dicemus deum esse paruum:Ea refero quæ ipsi sępenumero dicūt,vt eos B eò magis fugiatis.Cùm paruus esset,inquis,non rapuit, vt æqualis esset magno. Quid enim dic mihi, (sed ne putetis hæc nostra esse verba) si paruus erat, vt ipsi volunt, & multò paterna virtute inferior: quo modo sanè potuisset rapere,vt æqualis esset deo? Inferior enim natura vtique rapere nō poterit,vt sit in magna: vtpote, homo certè rapere non poterit, vt angelo æqualis sit iuxta naturam:& equus rapere non poterit, etiam si velit, vt homini æqualis sit secundum naturam. Vltra tamen istud, etiam illud dicam, quid velit Paulus adstruere per hoc adductum exemplum. In animi humilitatem vult inducere Philippēses omnes. Quid igitur die, quæso, in medium istud adduxit? Nemo enim ad animi humilitatem adhortari volēs,hoc dicit:Esto humilis,& minorem te existimes illis qui paris sunt honoris:etenim *ille* vel *ille*, quum seruus esset, non *rebellauit contra dominum suum:imitare igitur illum.*Atqui istud non est *animi humilis, dicet* quisquam, sed deiecti. Discite quid *animi humilitas, vos* qui diabolicam elationē habetis.Quid igitur est animi humilitas? Humilibus affici.Humilibus verò afficitur,non qui necessariò humili sorte est, sed qui seipsum humiliat: vt exempli gratia, quando qui sublimibus affici posset, humilibus afficitur,is animo est humili. Quando verò in eo quod assequi nō potest,humilis est,non amplius verè animo est humili: vtpote rex si primati cuipiā subiiceretur, animo esset humili, eò quòd à sublimitate sua descendisset.Primas verò etiam si regi obediat,non tamen propterea humilibus afficietur.Qua ratione?Non enim de sublimi seipsum humiliauit.Nequit enim aliter quisquam humilibus affici,nisi in potestate sit. Si enim necessaria & coacta fuerit humilitas: iam non est D ex effectu virtutis opus,neque ex voluntate, sed ex necessitate. ταπεινοφροσύνη verò propterea dicitur, ὅτι τῷ φρονήματος ὄβι ταπέινωσις, eò quòd animi sit humilitas.
ταπεινοφροσύνη, *quid sit.* Dic mihi: Siquis, cùm abundandi potestatem non habeat, in eorum quæ habet possessione permaneat, laudabimúsne illum tanquam iustum?Nequaquam.Quāobrem? Quoniam per necessitatem voluntatis encomium sublatum est.Dic mihi:Si quisquam,cùm tyrannum & regem agere nequeat,priuatus manserit, illum ne tanquam aliena non curātem laudabimus? Nequaquam.Ergo neque hic.Laus enim,ō omnium indoctissimi,non est in horum abstinentia,sed in bonorū perpetratione. Illud enim à vituperio quidem liberat,nōdum verò laudis participem facit, istud autem encomia meretur.Vide igitur Christum ita laudātem, cum
Matt.25.a dicit: Venite benedicti patris patris mei, possidete re-

A gnum vobis ab exordio mūdi paratum. Esuriui enim, & dedistis mihi edere:sitiui, & potastis me.Non dixit, quoniam neminem defraudastis,neque quoniam non rapuistis: nam modica illa sunt: sed quoniam esurientem me vidistis,& cibastis. Et quisnam ita laudauit vel amicos vel inimicos?Itaque neque Paulum.Et quid dico Paulum? Ne vulgarem quidem virum quisquā ita laudauit vnquam, quo modo tu Christū laudas, nempe quòd principatum sibi non competentem non acceperit.Super talibus enim admirari,multam est maliciam de se protestantiū. Quo modo? Quoniā apud illos tale quid laudi dicitur: vtpote si qui furatus est,nō furetur amplius. apud bonos verò, non ita, quoniam principatum & honorem sibi non congruentem non rapuit,laudandus est. Et cuiusnam sunt ista dementiæ? Attendite obsecro,longus enim sermo est. Alioqui ve
B rò, quisnam vnquam ab istis ad animi humilitatē adhortatus est?Oportet enim exempla maiora esse quàm causa sit ad quā hortamur. Non enim ab alienis exemplis,& extraneis quisquam facilè admonuerit. Tale est quod admonuit Christus, vt inimicis benefaceremus. *Matth.5.g* Adduxit magnum illud patris exemplum,quoniā Solem suum producit super malos & bonos, & pluit su- *Ibid.n.d* per iustos & iniustos. Hortatus est ad clementiam,adduxit exemplum: Discite,inquit, à me, quoniam mitis sum & humilis corde. Et iterū: Si ego dominus & ma- *Ioan.13.b* gister ista facio, quantò magis vos? Vides quo modo adducta exempla nō sint remota. Neque enim vsqueadeo remota esse debēt.Nam & nos ita facimus.Alioqui & hic ne potest quidem vicinum exemplum esse. Quo modo?Quoniam si seruus est, & minor est & maiori obediēs. Istud verò nondum est animi humilitas.
C Oportuerit nanque contrario modo fieri, atque maiorem quendam minori obedientem ostendere. Verùm quoniam in deo istud non reperit,nempe maiorem & minorem,æqualem igitur posuit.Si verò minor fuisset filius nō potuisset ab ipsius exemplo Apostolus ad animi humilitatem hortari.Quare?Quoniam non est animi humilitas, si minor non insurgat aduersus maiorē, si principatum non rapiat,si obediēs sit vsque ad mortem.Veruntamen vide quid & ante adductum exemplum dicat. Per animi humilitatem,inquit,alium quis- *Hic supr.a* que se præstantiorem existimet.Existimet inquit,Quādoquidem enim secundum essentiam vnum estis, & secūdum honorem quem habetis à deo,supereſt oportere rem istam opinionis & existimationis esse. In maioribus verò & minoribus istud vtiq; non dixisset,exi- *Hebr.13.e* stimet,sed honorate eos qui vos præcellunt, quemad-
D modum & alibi dicit:obedite præpositis vestris, & deferte illis.Illic naturæ negocium est subditum esse, hic verò oportet vt sit iudicij nostri. Per animi humilitatem,inquit, alium quisque se præstantiorem existimet, quemadmodum Christus fecit.Et quidem quę hæreticorū sunt,hoc pacto subuersa sunt: deinceps verò quæ nos concernunt,dicenda erunt.Postquam summatim primùm quæ illorum sunt dixero,quod nempe ad animi humilitatem adhortans, non sanè eum qui minor & inferior sit, & maiori obedierit adduxisset. Si enim seruos admonuisset vt dominis suis obedirent,meritò hoc feciſſet.Si verò liberos adhortatus est obedire liberis,ad quid serui ad herum suum, & inferioris erga maiorem,obedientiam attulisset?Num enim dixit,inferiores maioribus obediant?Sed qui pari estis honore aliis alij obedire,atque alium quisque præstantiorem se existimet.Qua verò ratione non etiam quæ vxorem concernunt,

cernunt, adduxit:nempe, quemadmodum vxor obedit viro,ita & vos obedite? Si verò quod æqualium est ac liberorum,non adduxit,quoniam modica quædam fuisset subiectio: quantò magis quod serui est, vtique non adduxit? Præoccupando hoc dixi,ideo scilicet factum,quòd nemo ad hunc modum propter malorum abstinẽtiam quẽquam laudat, neque omnino eius meminit,nec si castum quisquam laudare cupiat,ita dicit: quoniam non est mœchatus: sed quoniam à propria quoque vxore abstinuit. Nusquam enim malorum abstinentiam ponimus,quippe quòd ridiculum esset. Dixi formam serui fuisse veram,& nihil deficientem:atq; ideo & formam dei esse perfectam, & nihil deficientem. Qua ratione non dixit,in forma dei factus,sed in forma dei existens? Idem hoc est,ac si diceret: Ego sum qui sum. † Quòd formam ponit,quæ res,scilicet, ab eo cuius esse dicitur, nihil variat, ostendit quo modo sit forma. ¶ Nequit verò fieri vt quòd alterius est naturæ, alterius formam habeat,vtpote,nemo hominum angeli formam habet. Neque brutum hominis formam habet. Quo modo igitur filius? Deinde in nobis quidem, quoniam cõpositi sumus, forma est corporis:in eo verò quod simplex est & omnino incompositum,essentię est. Si verò,quod sine articulo dictum est,patrem non ostendit, multis illud locis demonstratur sine articulo dictum esse. Et quid dico multis locis? Nam confestim in ipso loco,non rapinam, inquit, arbitratus est æqualem esse deo. Et non dixit τῷ θεῷ, de patre loquens? Volo & quę nos cõcernũt adiicere, sed vereor ne mẽtes vestras obruamus. Interea verò quæ dicta sunt,memoria tenete,ad hæreticorum subuersionem. Excidamus interea spinas, & tunc bonum semen excisis spinis,recreatáque paululum tellure,iaciamus, vt malicia quam ex illis cõtraxit,in vniuersum deposita,cum multa virtute diuina semina capiat.

† *nullã naturę esse differentiã formæ demonstrat,quatenus est forma.*

Sine articulo hoc est, ἐν μορφῇ θεοῦ, *non enim* τοῦ θεοῦ. τὸ εἶναι ἴσον θεῷ. *Non habet.* τῷ θεῷ.

Morale.

Gratias agamus deo pro iam dictis. Precemur eum, vt custodiam & obseruantiam eorum donet,vt & nobis & vobis exhilaratis cõfundantur hæretici. Oremus eum vt & ad sequentia nobis os aperiat, vt & quæ ad nos pertinent,eadẽ quoque diligentia differendo percurramus. Precemur eum,vt & vitam nobis fide dignã præstet,vt ad gloriam eius viuamus, vt nomẽ eius per nos non blasphemetur. Nam ve vobis, inquit, propter quos nomen dei blasphematur. Si enim filiũ habentes, (quid enim filio ingenuũ magis habemus?) si filium tamen habentes,per quem blasphemamur,ipsum abdicamus,auersamur & nõ admittimus:quantò magis deus seruos habens ingratos, ipsum blasphemantes & probris afficiẽtes,illos auersabitur,& odio habebit? Quem verò deus oderit & auersatur, quis amplectetur? Nemo,nisi diabolus,vel dæmones. Quem autem dæmones nacti sunt,quã ille salutis spem habebit? Quod vitæ solatium? Donec in manu dei fuerimus, nemo nos rapere poterit. Potens enim est ac robusta. Si verò ex manu & adiutorio ipsius exciderimus,perierimus, omnibus parati & expositi ad rapinam, tanquam murus inclinatus & sepes impulsa. Si fuerit murus imbecillis, expositus est ad transeundum omnibus. Non enim putabitis istud de Hierusalem duntaxat dici,quod dicturus sum,sed & de omni homine. Quid verò de Hierusalem dictum est? Cantabo dilecto canticum, dilecti mei vineæ meæ. Vinea facta est dilecto in cornu,in loco pingui. Et sepem circundedi & vallo cinxi, & plantaui vineam Sorec, & ædificaui turrim in medio eius, ac torcular fodi in ea,& expectaui vt faceret vuam, fecit autem * spinas. Et nunc homo Iuda,& qui habitatis in Hierusalem,iudicate inter me & vineã meam. Quid oportebat facere vineæ meæ quod illi non fecerim? Propterea expectaui vt faceret vuam,fecit verò spinas. Nunc igitur pronunciabo vobis quid facturus sim vineæ meæ: Auferam sepem eius,& erit in direptionem: & diruam murum eius, & erit in conculcationem: & deserã vineam meam,& nõ putabitur,neque fodietur, & ascendent in ea, tanquam in terra inculta, spinæ: & nubibus mandabo, ne pluant in eam, imbrem. Vinea quippe domini sabaoth, domus Israël est, & homo Iuda dilecta noua plantula. Expectaui vt faceret iudiciũ, fecit autem iniquitatem, & nõ iusticiam sed clamorẽ. Istud & de vnaquáque anima dicitur. Quando enim quæcunque oportebat impleuerit benignus deus, illa verò postea spinas pro vua fecerit,auferet sepem,& diruet murum, atque ita in rapinam exponemur. Audi nanque quo modo & alius propheta lamentando dixerit: Quam ob rem destruxisti sepem eius, & deuindemiant eam quotquot via illa prætergrediuntur? vastauit eam aper syluestris, & fera agrestis cõsumpsit eam. Nam illic quidem de rege Medorum & Babylonico dixit: hìc verò non de eo dici potest,sed aper & fera syluestris diabolus est, atque omnis illius virtus. Agrestis ferocitas est impura eius audacia. Nam quando rapacitatem eius demonstrare vult,dicit: Sicut leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Quando verò quàm sit venenosus & letalis ac pernicios⁹, serpentem vocat & scorpionem. Calcabitis,inquit, super serpẽtes & scorpiones,& super omnem virtutẽ aduersarij. Quando verò quàm potens simul & venenosus sit, draconẽ eum vocat,vt cùm dicit,draco iste quem finxisti ad illudendum ei. Et draconem ipsum & serpẽtem tortuosum & aspidem vbiq; vocat. Est enim bestia multiplex & nodosa ac varia,multæq; virtutis: nihil non mouet, omnia turbat, omnia surium ac deorsum volutat & subuertit. Verùm ne timeatis, ne vereamini. Vigilate duntaxat,& erit instar palisculi,inquit. Calcabitis enĩ supra serpentes & scorpiones. Cõculcationem pedum nostrorum,si voluerimus,fecit eum. Vide igitur quàm ridiculum sit & miserum,supra caput nostrum stãtem videre eum,quem cõculcandum suscepimus. Quo verò pacto istud à nobis fit? Si nos voluerimus, magnus est: si nos voluerimus,paruus est. Si attenderimus nobis ipsis, & cum rege nostro fuerimus,contrahetur, & nihil habebit ab exili puero meli⁹ in hac aduersum nos pugna. Si fugerimus ab eo, plurimum sibilabit, rugiet, fremet dentibus tanquam qui nos magno dei auxilio destitutos prehẽderit. Non enim aggreditur, nisi permiserit deus. Neque enim gregem porcorum inuadere ausus fuit, deo non permittente: multò minus animas hominum. Permittit verò deus vt vel erudiat, vel pœnam sumat, vel illustriores nos faciat, quemadmodum Iob. Vides ipsum non progredientem, neque audentem propius accedere, sed metuentem ac trementem? Et quid dico de Iob? Cùm enim in Iudã insiliret, quousque eum Christus à sacro apostolorum choro non abscideret, non ausus fuit totum eum rapere, inque ipsum introgredi. Itaque tum quidem eum externè inuaserat, introgredi verò in eum nondum audebat. Postquam verò cognouit eum à sacro cœtu auulsum, vehemẽtius in ipsum insiliit, quàm quouis sermone dici queat, nec prius destitit quousque eum duplici morte interemerit. Ista ad admonitionẽ nostram scripta sunt.

Romã.2.d

Esaiæ.5.a

** spinas legunt lxx. alij verò labruscas.*

Psal.79.b

1.Petri.5.d

Luc.10.d

Psal.103.d

Luc.22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta sunt. Alioquin quod emolumẽtum fuerit, quis profectus, quæ vtilitas, cognoscere quòd vnus ex duodecim Christum prodidit? Multum profuerit. Quando enim cognouerimus, vnde ille in pernicioſum hoc cõsilium inciderit, custodiemur & nos ne eadem faciamus. Vnde igitur in hoc consilij venit? Ex auaricia, fur erat, triginta argenteis dominum tradidit, ita scilicet ista animi passione inebriabatur, vt dominum orbis pro triginta argenteis proderet. Quid ista insania peius? Nihil illi adæquari, nihil par esse poterit, quem tradidit, cui cõparatæ gentes nihil reputatæ sunt, illum pro triginta argenteis tradidit. Grauis est enim auariciæ tyrannis, stupidam potens efficere mentem. Non ita ab ebrietate quisquam atque ab auaricia attonitus redditur. Quid enim dic quæso? obscurũ te & ignotum vocauit, & vnum ex duodecim effecit, doctrinam tibi impertiuit, promisit innumera bona, miracula patrare fecit, mensæ, itinerum, conuersationis, conuictus, & omnium eorum particeps factus es quorum & reliqui. An ista te cohibere nõ potuerunt? Cuius gratia tradidisti? Quid queri potes ô sceleste? Quid verò beneficij non accepisti? Mentem tuam sciebat, non cessabat quod suũ
Iam.3.c erat impẽdere. Sæpe dicebat, Vnus ex vobis me traditurus est. Sæpe pungebat, tibique parcebat, quãuis talẽ te sciret, non tamen choro illo eiiciebat. Adhuc te portabat, adhuc velut genuinum & vnum ex duodecim ita honorabat, ita diligebat, denique, ô animum sceleſtum, accepto linteo immaculatis illis manibus impuros pedes tuos lauit: neque hoc te cohibuit. Furabaris quæ pauperum erant, & ne in maius malum progrederetis, etiam hoc ferebat. Nihil tibi persuasit. Etenim si bestia fuisses, si lapis: non fuisses beneficiis illis tibi impensis, non fuisses miraculis, non fuisses adhortationibus immutatus? Verùm etiam vsqueadeo efferatum vocabat, & operibus mirandis lapidibus stupidiorem ad saniora inducebat. Tu verò nullo horum melior euasisti. Meritò tantam proditoris amentiam miramini. Formidate itaque vulnus illius. Per auariciam talis factus est, per pecuniarũ amorem, Excide affectum hũc. Tales enim morbos parit. Impios facit, & efficit, vt de° non agnoscatur, etiam si innumeris beneficiis affecti fuerimus. Excide obsecro. Non est ex vulgaribus. Mortes innumeras ac pernicioſas pãrere solet. Videmus Iudæ passionem & affectum. Formidemus ne in eadem incidamus ipsi quoque. Propterea scripta sunt, ne eadẽ patiamur & nos. Quapropter & omnes euãgelistæ ista narrarunt, vt nos refrænaret. Procul & eminus malum hoc fuge. Non enim hoc solùm est auarum esse, multas pecunias desiderare, sed omnino pecunias amare. Gra
D uis est auaricia, plura quàm opus sit desiderare. Num enim auri talenta tunc erant quæ proditionem suadebant? Triginta argenteis ipsum tradidit. Recordamini igitur, quo modo antea dixerim, quòd auaricia non demonstretur in eo, si plura accipiantur, sed multò magis, si pauca? Vide quantum malum iste propter modicum aurum fecerit. Immò verò non propter aurum, sed propter argenteos. Non potest, non potest, inquã, fieri, vt homo auarus vnquam Christi faciem videat. Vnum istud ex impoſsibilibus est. Radix est malorum. Si verò extra gloriam illam decidit, qui vnum malum habet: qui ipsam adfert radicem, vbi stabit? Non potest pecuniæ seruus germanus esse seruus Christi. Ipse Chri
Matth.6.d stus ita decreuit, rem istam esse impoſsibilem. Non po*Ibidem.c* testis, inquit, deo seruire & mammonæ. &, Nemo potest duobus dominis seruire. Contraria nanque præci-

A piunt. Christus dicit, parce pauperibus: Mammonas dicit, exue & tolle quæ habẽt. Christus dicit, Effunde quæ habes, Mammonas dicit, accipe etiam quæ non habes. Vides contrarietatem, vides bellum? Quo modo poterit quisquam vtrisque facilè obedire? Verum vnum oportet cõtemnere, aut certè nihil sermone opus fuerit.

Quo modo nõ reipsa videmus istud Christũ nẽpe *q. d. Alia-*
contẽptum, mammonã verò honoratum? Videte quo *qui frustra*
modo & verba de hac re grauia & molesta sint. Quãtò *dicentur*
magis res ipsa? Verùm res ipsa non adeò videtur one- *omnia.*
rosa, quandoquidem affectu ac passione illius occupamur. Etenim nunc quidem si vel modicè ab hoc affectu purgatus fuerit animus, donec sanè extra eum steterit, poterit rectè iudicare. In illũ verò si abierit, ignique illo perfusus atque in rei ipsius voluptate constitutus fuerit, non habebit amplius syncerum forum, non
B habebit incorruptum tribunal. Christus dicit: Nisi quis *Luc.14.g*
abnegauerit omnia quæ possidet, non est meus discipulus. Mammonas dicit: Accipe ab esuriẽte panem, Christus iubet, indue nudum: iste verò, nudum etiam exue, Christus dicit: Domesticos seminis tui, ne despicias: Mammonas dicit, non misereberis domesticorũ seminis tui: & si matrẽ videris, si patrem, contemne. Et quid dico patrem & matrem? Etiam animã tuam, & ipsam perde. Veruntamen auditur. Heu vtut crudelia, vtut sæua & ferocia imperet, auditur tamen magis, quàm qui mitia salutariaque vobis præcipit. Propterea gehẽna, propterea ignis, propterea fluuius igneus, propterea vermis non moriens. Noui multos ista nobis dicentibus non libenter audire. Neque sanè ego libenter ea dico. Quid enim proderit ista dicere? Vellem vobis perpetuò de regno disserere, de refocillatione, de aqua
C refocillationis, de loco viridis pascuæ. Nam super a- *Psal.22.a*
quam, inquit, recreationis paſuit me, & in loco pascuæ commorari me fecit. Vellem de loco disserere, vbi nec dolor est, nec mœsticia, nec angustia. Vellem disserere de iucunda Christi præsentia. Quanquam omnem superant sermonem & omnem intellectum: attamen, vt possem, vellem ista disserere. Sed quid faciam? Non potest ad febricitantem & malè dispositum de regno dici. Nam interea, donec talis est, de sanitate dicendum fuerit. Non licet ad eum qui obnoxius est pœnæ, de honore disserere. Nam antea quærendum est, quo modo à pœna & supplicio liberetur. Nisi istud fuerit, quo modo illud esse poterit? Propterea ista continuè dico, vt ad illa confestim perueniamus. Nam & deus hoc nomine gehennam minatus est, vt nemo in gehẽnam incidat, vt omnes regnum consequamur. Et nos ideo cõtinuè gehennæ mẽtionem facimus, vt ad regnum vos impellamus, vt per timorem emollita mente vestra, quæ regno digna sunt, facere instruamus. Ne igitur ad verborum istorum grauitatem difficiles. Nam ista verborum grauitas occasionem animab° vestris à peccatis fugiendi parit. Nam & ferrũ graue est, & malleus grauis: verùm parant vasa vtilia & argentea, & distorta dirigunt, ita vt nisi grauia & dura essent, distortam materiam vtique dirigere non possent. Ad hunc modum potest & grauis noster sermo animum componere. Ne fugiamus itaq; verborum grauitatem, neque illorum verbera. Non inferuntur verbera, vt animum frangant aut conterant, sed vt corrigant. Nouimus enim quo pacto per gratiam dei percutiamus, quo modo verbera inferamus, ad hoc valentia vt non conteramus vasculum, sed vt extenuemus, vt dirigamus, vt vtile faciamus domino, vt offeramus illud splendi-

dum bene

dum bene excultum in illam diem, in qua fluuius erit igneus,ne opus habeat ferre flammã illic futuram.Nisi enim igne vos hìc examinauerimus, necesse erit omnino vt illic igne examinemini, nec licet aliter fieri.
1.Cor.3.c Dies enim domini in igne reuelatur.Melius est vt sermonibus nostris exuramini modico tẽpore,quàm perpetua illa gehennæ flamma.prorsus enim manifestum est ita futurum. Et sæpenumero vobis rationes irrefragabiles dixi. Oportet quidem vt ex scripturis persuadeamini:quoniam verò contentiosi quidam sunt, mouimus & ex rationib° multa. Nihil verò prohibet quò minus ipsas & nunc dicamus.Quæ erant autem?Iustus est deus.Hoc fatemur omnes & Græci,& Iudęi,& hæretici, & Christiani. At hinc multi eorũ qui peccauerũt, absceſſerunt non puniti: multi eorum qui quæ recta sunt,egerunt,absceſſerunt innumeris malis affecti.Itaque si iustus est deus, vbi istis bona retribuet, vbi illis supplicia,si gehenna nõ est,si resurrectio non est? Hũc ergo sermonem semper & illis & vobis ipsis occinite, & non permittet vos de resurrectione dubitare. Qui verò de resurrectione non ambigit,cum multa attentione viuere studebit,vt æterna bona cõsequatur:quæ contingat nos omnes assequi,&c.

Homilia septima.

IS affectus sit in vobis qui fuit in Christo Iesu, qui cùm esset in forma dei,non rapinam arbitratus est æqualem esse deo, sed semetipsum inaniuit formã serui sumpta, in similitudine hominum constitutus,& figura repertus vt homo, humilem præbuit seipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.Quapropter & exaltauit ipsum deus in summam sublimitatem, & donauit illi nomen quod est supra omne nomen, vt in nomine Iesu omne ſe genu flectat,cœlestium, terrestrium & infernorum, omnisque lingua confiteatur quòd dominus sit Iesus Christus ad gloriam dei patris. Diximus de hæreticis.Oportunum fuerit deinceps & quę nos concernunt,dicere.Illi dicunt, quòd istud,non est rapinam arbitratus, idem sit atque non rapuit.Ostẽdimus omnino vanum illud & absurdum esse, & quòd neque ad animi humilitatem hinc quisquam adhortetur, neque deum ita celebret, quin neque hominem. Quid est igitur dilecti?Attẽdite quæ nunc dicantur.Quoniam multi homines putant,si animo fuerint humili,priuandos se fore dignitate sua, minorandósque & humiliandos: hunc metum eximens apostolus, quid dicit? Ostendit quòd non ita sentiendum sit, quòd deus vnigenitus in forma dei existens, nihil minus habens à patre,æqualis illi,nõ rapinam arbitratus sit æqualẽ esse deo.Quid verò istud est?Quod rapuit quis,& præter congruum accepit,istud deponere non audet, veritus ne pereat ne excidat, sed perpetuò ipsum detinet. Qui verò naturalem quandam dignitatem habet, non veretur descendere etiam ab illa,sciens quòd nihil tale passurus sit, vt exempli vice dicam: Tyrannidem rapuit Abesalom, & deponere illam deinceps ausus non fuit. Quin ad aliud veniamus exemplum: si verò exempla rem omnẽ exprimere nequiuerint,ne ægreferatis. Talia nanque sunt exempla. Potiorem partem menti reputandam permittunt.Regi si quis rebellauerit,regnúmque rapuerit,ille raptam dignitatem nec deponere nec dissimulare audet. Si enim semel dissimulauerit, mox periit. Aut ad aliud quoddam exemplum veniamus, vtpote: Est qui quiddam rapuit,illud perpetuò continet:nam si deponeret raptum,confestim periit,& omnino qui aliquid ex rapina habent,deponere & dissimulare, & nõ semper in eo esse in quo sunt,verentur. Sed non ita,qui quod habent ex rapina non habẽt:vtpote dignitatem hanc habet homo, vt rationalis sit. Non inuenio exemplum. Non enim apud nos est principatus naturalis. Nam nihil bonorum naturale nobis est. Alioqui natura eiusdem sortis cum deo essemus. Quid ergo dicit? Quòd dei filius nõ sit veritus à dignitate sua descendere. Nõ enim rapinam arbitratus est diuinitatem, non timuit ne quis naturam aut dignitatem dei sibi auferret:propterea & deposuit eam, securus quòd recepturus esset eam, dissimulauitq; eam,nihil se ex eo imminuendum ratus.Propterea non dixit,non rapuit:sed,non rapinã arbitratus est. Non raptum habebat principatum, sed naturalem:non donatum, sed legitimum ac securum. Propterea non contatur vel seruorum formam accipere. Tyrannus metuit in bello deponere purpuram, rex verò id cum magna securitate facit. Quare? Quia non habet raptum principatum. Non igitur tanquam qui rapuisset formam dei non deposuit, sed tanquam naturalem habẽs & quæ nunquam deponi queat, eam abscondit ac dissimulauit.Istud æqualem esse deo, nõ ex raptu sed ex natura habuit, propterea inaniuit seipsum. Vbi sunt qui dicũt † eum necessitate passum esse,] † *quod necessitatem subierit,* quòd subditus factus est?Seipsum, inquit,inaniuit,seipsum humiliauit,obediens factus vsque ad mortẽ. Quo modo inaniuit? Forma serui accepta, in similitudine hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Hìc ad illud,quisque alium præstantiorem se existimet:hoc dixit,nempe, seipsum inaniuit. Alioqui si subiectus fuisset,animi humilitas res ista non fuisset, nisi sua sponte, nisi ex seipso illud voluisset. Si enim ignorauit quòd oporteat istud fieri, erit imperfectus. Si huius ignarus expectauit mandati tempus,erit temporis ignarus. Vel si sciebat,& quòd fieri,& quando fieri oporteat: qua ratione subiectionem sustinuit? vt ostenderet excellentiam? Istud non est ostendere patris excellentiam, sed suam tenuitatem. Non enim potest patris nomen patris ostendere prærogatiuam.Nam sine illo omnia eadem habet filius.Non enim sufficit ad exprimenda ista honor patris in filium.Quid igitur dicunt hæretici?Ecce,inquiunt,nõ est factus homo.Eos intelligo qui cum Marcione faciũt. Sed quid?In similitudine hominum, inquiunt. Quo modo verò potest quis in similitudine hominum fieri? Vmbram indutus. Igitur idolum istud est,& non hominis similitudo. Hominis enim similitudo alter homo est. Quid verò ad Ioannem dices, qui dicit, Verbum caro factum est? Sed & ipse iste beatus alibi dicit,In similitudine carnis peccati.&, Habitu inuentus vt homo.Ecce inquiunt,& habitu,& vt homo. Hoc verò non est verè hominem esse,esse vt homo,& habitu hominem esse.Illud enim, habitu hominem esse,non est natura hominẽ esse. Videte quanto ego candore hostium argumenta ponam.Splendida enim demum & abundè parta victoria hæc est,quando quę videntur eorum robur esse, non absconderimus. Nam istud seductio magis esset,quàm victoria.Quid itaque dicunt?Iterum eadem repetamus. Habitu esse, non est ex natura esse:&, vt homo:&, in similitudine hominis esse,istud non est hominem esse. Ergo & formam serui accipere, non est naturam serui accipere? Igitur hìc pugna est.Et quare tu non prior illud soluis?Quemadmodum enim putas ista aduersum nos esse, ita & nos tibi dicimus illud aduersari. Non enim dixit,tanquam formam serui,neque in similitudine formę seruilis,sed formã serui accepit.Quid est igitur?Etenim pugnantia hæc sunt.

Ioan.1.b
Roma.8.a

hæc sunt. Immò non pugnantia, absit, sed frigidus quidam & ridiculus ipsorum sermo est. Formam, inquiũt, serui accepit, quando linteo circuncinctus discipulorum pedes lauit. Est istud forma serui? Sed non est hoc forma serui. Aliud est, opus † esse serui, & aliud formam serui accipere. Nam quam ob rem alioqui nõ dixit serui fecit opus, id quod clarius fuisset? Nusquam verò in scriptura forma pro opere dicta est. Multum enim ab opere differt. Istud enim naturæ est, illud verò efficaciæ. Et ne in loquendi quidem consuetudine vsquam formam pro opere sumimus. Aliàs verò neque opus, iuxta illos, assumpsit, neq; succinctus est. Si enim phantasia negocium istud erat, non erat veritas. Si manus non habuit, quo modo lauit? Si lumbos nõ habuit, quo modo linteo cinctus est? Qualia verò vestimẽta sumpsit? Accepit enim, inquit, vestimenta sua. Itaque neque opus hic factum reperitur, sed mera seductio est, neq; discipulos lauit. Si enim natura incorporalis fuit, non apparuit, in corpore non fuit. Quis ergo discipulos lauit? Quid igitur rursus ad Paulum Samosatea dicemus? Quid enim ille dicit? Et ipse idem dicit: Verùm nõ est istud inanitio, humanæ, existentem naturæ, & nudum hominem lauare conseruos. Quæ enim contra Arianos dicimus, ea & cõtra istos dicenda sunt. Nihil enim inter se differunt, nisi exiguo tempore. Etenim & isti & illi creaturam filium dei dicũt. Quid igitur aduersum eos dicemus? Si homo homines lauit, non inaniuit, nõ humiliauit seipsum. Si homo existens † non rapinam arbitratus est] æqualem esse deo, nihil meretur laudis. Nam eum quidem qui deus est, hominem fieri, humiliatio est multa, ineffabilis, inenarrabilis. Eum verò qui homo est, quæ hominum sunt facere, quæ humiliatio? Vbi verò forma dei opus dei dicitur? Si enim nihil aliud erat quàm homo, & propter opera dicitur in forma fuisse dei, qua ratione non etiam in Petro idem facimus? Nam maiora quàm ipse operatus est. Quamobrem non de Paulo quoque dicis, quòd formam dei habuerit? Quare non etiam à seipso hoc exemplum induxit Paulus, qui innumera seruilia operatus est, & nihil horum detrectauit? Dicit enim: Non nosipsos prædicamus, sed Christum Iesum dominum, nos verò ipsos seruos vestros propter Iesum. Ridicula sunt ista & nugæ. Quo modo seipsum, inquit, inaniuit? Et quid inanitio est, & quid humiliatio? An ideo ꝙ miracula operatus est? Ista fecit & Paulus & Petrus. Itaque nõ est istud præcipuũ ac propriũ filij. Quid igitur est, in similitudine hominũ factus? Multa quidẽ nostra habebat, multa verò non habebat. Vtpote ꝙ à virili congressu non est natus, quòd peccatum non fecit. Ista sibi peculiaria reseruauit, quę nullus hominum habet. Non hoc solũ erat quod apparebat, sed & deus homo apparuit. Non erat autem in multis similis. Nam iuxta carnem quidem similis erat. Hoc ergo dicit, nempe quòd non fuerit nudus homo: propterea dicit, in similitudine hominum. Etenim nos quidem anima sumus & corpus, ille verò & deus & anima & corpus. Ideo dicit, in similitudine. Nam ne immutationẽ, † inconstantiam,] & abolitionem prioris naturę intelligas, cùm audis quòd seipsum inaniuerit: manẽs, inquit, quod erat, assumpsit quod non erat, & caro factus mansit deus verbum existens. Igitur iuxta hunc modum similis homini factus est, & propterea dicit, & habitu. Natura non est immutata, nec aliqua cõfusio facta, sed habitu factus est. Cùm enim dixisset, eum serui formam accepisse, confideter † vt qui illo postea & ista dixit, † vt quibus omnia illius obtunde-

† facere.

† non per rapinam vsurpauit,

1. Cor. 4. b

Nudus homo, pro nihil aliud q̃ homo.

† μεταβολὴν εἰς ἀσθένειαν degenerationem siue euersionem.

† vt qui illo

ret.] Nam & quando dixit, in similitudine carnis peccati, non hoc dicit, quòd carnem non habuerit. Sed quòd caro illa non peccauerit, similis quidem peccatrici fuerit. Secundum quid similis? Secundum naturam, non secundum maliciam. Propterea similis animæ peccatricis? Quemadmodum igitur illic similitudo carnis peccati, propterea dicitur quòd non omnia æqualia sint: ita & hic similitudo hominum ideo dicitur, quòd non omnia æqualia sint, vtpote quòd non ex virili cõgressu, quòd sine peccato, quòd nõ nudus homo. Et bene dixit, vt homo. Nõ enim erat vnus ex multis, sed tanquam vnus ex multis. Non enim in hominẽ mutatus est deus verbum, neque essentia eius immutata est: sed vt homo apparuit, non phantasiis ac spectris nos præstringens & obtundens, sed ad animi humilitatem erudiens. Cùm igitur dicit, vt homo hoc dicit. Alioqui & alibi vocat eum hominem cùm dicit: Vnus deus & vnus mediator, homo Christus Iesus. Dicta sunt etiam quæ contra istos sunt, necessarium verò fuerit & contra eos dicere, qui dicunt Christum non suscepisse animam. Si forma dei perfectus deus est, est & forma serui perfectus seruus. Rursus & contra Arianos est quòd nusquã hìc de diuinitate ponitur, factus est, nusquam accepit: sed cùm in forma dei esset, inquit, nõ rapinam arbitratus est æqualem esse deo. De humanitate hic illa sunt, accepit, & factus est. Istud accepit, illud fuit. Ecce, inquiunt, obediens factus est volũtariè, non ergo erat æqualis. Illud, obediuit, nihil ipsum imminuit, O insensati & amentes: nam & amicis nos obedimus, & nihil hoc nos deiicit. Vt filius obediuit patri, non in seruilem conditionem decidens, sed hoc potissimum ipso, multo erga patrem honore genuinam & legitimam suam celebrémque dignitatem conseruans. Honorauit patrem, non vt tu ipsum dehonestares, sed vt magis celebrares, vt & ex eo ipsum vt genuinum & germanum filium celebrares, quòd maximè omnium patrem honore affecerit. Nemo ita deum honorauit. Quantum habuit celsitudinis, tantum humilitatis vicissim subiit. Quemadmodum maior est omnibus, & nemo illi æqualis: ita & in honorando patre cunctos superauit, non coactus nec inuitus, sed & hoc ex sua ipsius virtute. An non habeo quo modo dicam? Papæ, quàm magnum & vehementer ineffabile est, quòd seruus factus est? Quòd verò mortem quoque sustinuit, multò plus est. Sed est & aliud maius quiddam isto & admirabilius. Quam ob rem? Quoniam non quæuis mors isti similis est. Ista nanque omnium videbatur esse probrosissima, ista plena dedecore, ista maledicta. Maledictus enim, inquit, omnis qui pendet in ligno. Propterea & Iudæi studio ista morte interimere eum sategerunt, vt probrosum quoque efficerẽt, vt & si nemo propterea ab ipso abstineret quòd occisus esset, abstineret tamen vel ideo quòd hoc pacto occisus esset. Quapropter & duo latrones cum eo crucifixi sunt, vt par & de ipso esset existimatio, & impleretur quod dictum est: Et cum iniquis reputatus est. Verùm tãtò magis splendet veritas, tantò redditur illustrior. Cùm enim, tametsi tanta sint aduersus gloriam ipsius machinati hostes, nihilominus illustris sit, tantò maior esse ostenditur. Non enim morte duntaxat, sed isto mortis genere putabant eum abominandum fore, & omnium abominandissimum, & tamen nihil potuerunt. Erant autẽ ita scelesti quidem vtrique latrones (postremò quippe vnus immutatus est) quòd & in cruce existẽtes probris Christum affecerint: & insaniã eorum, neque

dicto satis aduersarius redidisset.

ἡ φαντασιακῶς.

1. Tim. 2. b

Deute. 21. d & Gal. 3. b

Esaiæ. 53. d

Universidad de Deusto
Biblioteca

neque delictorum conſciẽtia cohibuerit, neque quòd A in ſupplicio eſſent, neque quòd eadem paterentur & ipſi. Quemadmodum & alter dicebat, atque alterius os
Luc.23.f obturabat dicens: Neque tu times deum, quoniam in eadem damnatione ſumus? Tantum habebãt maliciæ. Propterea, inquit, extulit ipſum deus in ſummam ſublimitatem, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen. Quoniam de carne ſermonem cœperat beatus Paulus, deinceps omnia humilia ſecurè loquitur. Quum enim nondum dixiſſet, quòd formam ſerui acceperit ſed de diuinitate adhuc diſſerebat, vide quàm ſublimè, ſublimè dico, quatenus fieri poterat. Nam iuxta ipſius dignitatem non loquitur, neque enim poſsibile erat. Cùm in forma dei eſſet, inquit, non rapinam arbitratus eſt æqualẽ eſſe deo. Cùm verò dixiſſet, quòd homo factus ſit, intrepidè deinceps quæ humilia ſunt loquitur, cõfidens, nihil fore damni. Quid verò eſt cœ B leſtium, terreſtrium, & infernorum? Hoc eſt: Omnis mundus, & angeli, & homines, & dæmones: aut, & iuſti, & viuentes, & peccatores, & omnis lingua confitebitur quòd dominus ſit Ieſus Chriſtus ad gloriam dei patris: id eſt, vt omnes hoc dicant. Illud verò gloria eſt patris. Vides vbique glorificari patrem dum filius glorificatur? Ita & pater dehoneſtatur quando dehoneſtatur filius. Si enim apud nos hoc eſt, vbi multum diſcriminis inter patres & filios eſt: multò magis apud deũ, vbi nihil eſt inter patrem & filium differentiæ. In patrem pertingit filij ſeu honor, ſeu ignominia: iſtud patris eſt gloria. Itaque & quãdo dicimus filium eſſe perfectum ac nullius egentem, neque patre minorẽ, iſtud ad gloriam patris facit, quòd talem genuit. Et quòd ad bonitatem attinet & ſapientiam, quando eum ſapientem vt patrem eſſe dico, nihilq; in eo patre minorem, C & hoc multæ ſapientiæ patris indicium eſt. Quando dico de filio, potens eſt vt pater, paternæ iſtud potentiæ indicium eſt. Cùm dico, bonus eſt vt pater, maximum iſtud paternæ bonitatis ſignum eſt, quòd talem genuit, qui nihil ipſo ſit inferior, nihil minor. Cùm dico filium ſecundum eſſentiam non eſſe inferiorem ſed æqualem, neque alterius eſſentiæ, & in hoc quoque deũ & potentiam & bonitatem & ſapiẽtiam eius admiror, quòd alium nobis ex ſe talem oſtendit & exhibuit, qui tantùm non pater ipſe ſit. Itaque quæcunque tandem magnifica de filio prædicauero, ea in patrem redundant. Si enim modicum iſtud eſt ac tenue, (modicum enim eſt ad gloriam dei, quòd orbis filium adorat) ad gloriam dei fit: quantò magis reliqua omnia?

Morale.

Credamus itaque ad gloriam eius, viuamúſque ad gloriam eius. Nam alterius ſine altero nulla erit vtilitas: & ſi bene ipſum glorificauerimus, non autem bene vixerimus, tum eum potiſsimum cõtumelia afficimus, quòd cùm cenſeamus eum eſſe dominum & magiſtrũ, nihilominus eum cõtemnimus, nec metuimus horrendum eius tribunal. Nam quòd Græci quidem impurè viuunt, nihil eſt miraculi, nec tanta condemnatione dignum. Quòd autem Chriſtiani qui tantis myſteriis participant, tantáque potiti ſunt gloria, adeò impurè viuunt: iſtud demum eſt omnibus peius, immò peſsimum & intolerabile. Nam dic mihi: An nõ extremam præſtitit Chriſtus obedientiã? propterea accepit & ſupremum honorem. An non ſeruus factus eſt? quapropter & dominus eſt omnium & angelorum & hominũ. Ne putemus itaq; & nos dilapſuros à dignitate noſtra, ſi nos ipſos humiliauerimus. Tum enim meritò magis exaltari poterimus, tum potiſsimũ celebres fieri. Quòd enim ſublimis ſit humilis, humilis verò ſublimis, ſatis quidem fuerit, vel Chriſti ſententia, quæ hoc dicit. Veruntamen & hanc ipſam rem excutiamus. Quid eſt humiliari? An nõ vituperari, an non reprehẽdi & traduci? Quid verò exaltari? Honorari, laudari, bene glorificari. Videamus itaq; quo modo hoc fiat. Angelus erat ſatanas, exaltauerat ſeipſum. Quid igitur? An non omnium potiſsimum humiliatus eſt? An non terram habet locum ſuum? An non ab omnibus incuſatur & traducitur? Homo cùm eſſet Paulus, humiliauit ſemetipſum. Quid ergo? An non celebratur? an non laudatur? an non prædicatur? an non amicus eſt Chriſti? an non maiora fecit quàm Chriſtus ipſe? an non diabolo ſæpenumero tanquam mancipio imperauit? An non vt lictorem circumegit? Non illum irriſit? Non caput ipſius contritum ſub pedibus ſuis habuit? Non & aliis iſtud cum multa fiducia imprecatus eſt? Quid dico? Exaltauit ſeipſum Abſolom, Humiliauit ſeipſum Dauid: vter ſublimis factus eſt? vter glorioſus? Quid enim humilius fuerit verbis iſtis, quæ de Semei beatus hic propheta lo
2.*Reg.16.b* quebatur dicens: Sinite ipſum mihi maledicere, domi- *Præcedenti*
nus enim ita præcepit. Inquiramus verò res ipſas ſi vi- *ſermone de*
detur. Humiliauit ſeipſum publicanus: quanquam non *vera animi*
tam hæc erat humiliatio, quam ſui ipſius agnitio. Exal- *humilitate*
tauit ſeipſum phariſæus. Sed vt quid res iſtas perſcruta *diſputant.*
bimur? Statuantur duo quidem, ambo diuites, & magni honoris conſortes, & in ſapientia, & potentia reliquiſque mundanis excellentiis gloriabundi. Deinde ille quidem & quærat ab omnibus honorari, & non aſſequutus iraſcatur, plurâque petat quàm opus ſit, ſeq; ipſum exaltet: iſte verò rem hanc contemnat, aduerſus C neminem huius gratia indignetur, & oblatum etiam honorem abiiciat. Nequit enim alio pacto acquiri gloria, quàm gloriam fugiẽdo. Nam donec eam perſequimur, fugit nos: quando verò eam fugimus, perſequitur ipſa nos. Si vis glorioſus eſſe, ne concupiſcas gloriam: ſi cupis ſublimis eſſe, ne ſis ſublimis. Alioqui verò omnes eum honorant, qui honorem non deſiderat: cum verò qui honorari quærit, auerſantur. Eſt enim natura quodã modo contentioſum humanũ genus, & quod** *ὃ δέλ-*
cõtrariis afficiatur. Contẽnamus itaq; gloriã. Ita quip- *πτ.Ms.*
pe poterimus humiles fieri, immò verò ſublimes. Ne exaltes teipſum, vt ab alio exalteris. Qui à ſeipſo exaltatur, ab aliis non exaltatur. Qui à ſeipſo humiliatur, ab aliis non humiliatur. Magnum malum arrogantia. Satius fuerit fatuum quàm arrogãtem eſſe. Nam illic quidem ſtulticia ex ſolo mentis defectu eſt, hìc verò ſtulticia peior eſt, & ſtulticia cum inſania cõiuncta. Fatuus ſibiipſi nocet, arrogans verò & alios lædit. Ex dementia iſta animi paſsio generatur. Non poteſt ſuperbus eſſe, qui fatuus non eſt. Qui verò ſtulticia plenus eſt, is & D arrogans eſt. Audi ſapientem quendam dicentem: Videbam hominem qui ſibiipſi prudẽs eſſe videbatur: inſipiens verò ſpem habet prę illo potiorem. Vides quòd » non fruſtra dixerim, arrogantiæ malum ſtulticia peius » eſſe? Spem enim, inquit, potiorem habet ſtultus præ illo. Quapropter & Paulus dixit: Ne ſitis prudẽtes apud *Rom.vlt.*
voſmetipſos. In corporibus, dic mihi, quæ dicimus eſſe ſana? An quæ multum habent tumoris, & plena internè multo & flatu & humore, an ſedata & humilem ſuperficiem habentia? Liquet quòd iſta. Igitur & quod ad animos attinet, tumidus animus, peiorem intercute morbum habet. Sedatus verò, ab omni perturbatione liberatus eſt. Quanta igitur bona nobis animi *parit humilitas?*

militas? Quid vis? clementiam, mansuetudinem? benignitatem, sobrietatem? alacritatem? Omnia ista bona à modestia, & contraria ab arrogantia nascuntur. Necessariò qui arrogans est, & contumeliosus est, & percussor, & iracundus, & amarulentus, & tristis, bestia magis quàm homo. Potens es, & superbis? Debebas hoc ipso magis humiliari. Quapropter in re nihili superbis? Et enim & leo te confidetior est, & aper robustior. Quin ne culex quidem es illis collatus. Et latrones verò, & sepulchrorum perfossores, & gladiatores, & famuli tui, & improbiores fortè, te robustiores sunt. An igitur istud laude dignum putas, & non magis teipsum abdis, in hac re nihili superbiens? At pulcher es & formosus? Cornicum est ista iactantia. Non es pauone pulchrior, siue virorem in eo, siue pennas inspicias. In pennis alitis victoria est. Plurimum te excellit & collo & virore. Et cygnus quoque valde pulcher est, & plurimę reliquarum auium, cum quibus si te contuleris, videbis teipsum nihil esse. Sæpe verò & tenues pueri, & virgines innuptæ, & meretrices, & viri molles hanc habent gloriationem. An igitur istud arrogantia dignũ est? Sed diues es? vnde? Quid possides? Aurum, argentum, lapides pretiosos? Istam iactantiam habent & latrones & homicidæ, & qui in metallis operãtur. Quod damnatorum labor est, ex eo tu gloriaris? At ornatus es & bene cultus? Et equos videre est ornatos. Apud Persas verò & camelos viderit quis ornari: inter homines autem, omnes qui in scena sunt. Non pudet in illis superbire, in quibus tecum communicant & bruta, & serui, & homicidæ, & molles, & latrones, & tumbarũ perfossores? Sed domos splendidas ædificas? Et quid istuc? Multi graculi splendidiores inhabitant, & venustiora habent domicilia. An nõ vides eos qui circa pecunias insani, *in agrestib⁹ & desertis locis domos ædificarunt, graculorum scilicet habitacula?* At vocis gratia superbis? *Cygno & luscinia nunquam poteris canere suauius.* Sed variarum artium gratia superbis? Et quid, quod ad hanc rem attinet, ape fuerit sapientius & instructius? Quis artifex adeò vari⁹, quis pictor, quis geometra, huius opera imitari poterit? At propter subtilem vestitum? Sed hìc te aranex vincent. At propter pedum velocitatem? Rursus primores habebunt bruta. Nec leporem, nec capream, nec quæcunque iumenta pedum velocitate anteuertes. Sed in longinqua peregrinaris? Verùm non magis quàm volatilia. Nam illa facilius peregrinationes cõficiũt. Nec viaticis sumptibus, nec iumentis opus habent, sed sufficit illis ad omnia alarum vsus. Illæ sunt & nauis, illæ sunt & iumentum, illæ vehiculum, illæ ventus, & quicquid dici potest. Sed acutè vides? Verùm non vt caprea, neque vt aquila. Acutè audis? At asinus acutius. Bene olfacis? At canis hìc se vinci non sustinebit. Ad instruendam alimoniam ingeniosus es? Verùm à formica superaris. Aurum gestas? At non quo modo indicæ formicæ. Sanitatis gratia superbis? Multò melius habent bruta quàm nos, siue valetudinẽ siue facultatem inspicias: non metuunt illa penuriã. Inspicite, inquit, volatilia cœli, quoniam nec seminant nec metunt, nec colligunt in apothecas. Melius itaque bruta finxit deus quàm nos, inquis? Vides quanta sit hìc inconsiderantia? Vides quàm inexpensa stupiditas? Vides quãtum nobis istarum rerum inquisitio largiatur. Qui plus omnib⁹ hominibus superbit, brutis quoque inferior esse reperitur. Sed paremus illis, & non imitemur eos, neque quoniam quæ supra naturam nostram sunt affectauit qui huiusmodi

Matth.6.d

A est, ad brutorum numerum & album deductum relinquamus, sed restituamus ac reuocemus eum inde, non propter ipsum (nam ipse quidem meritò deiectionem hãc pateretur) sed vt benignitas dei, & honor, quo nos affecit, ostẽdatur & explicetur. Sunt enim, sunt, inquã, in quibus nihil consortij nobiscum habẽt bruta. Quænam sunt illa? Pietas, & vita iuxta virtutem instituta. Hìc nõ potes obiicere fornicatores, neque molles, neque homicidas. Separamur enim ab illis. Quidnã istud est? Deum scimus, prouidentiam ipsius agnoscimus, de immortalitate philosophamur. Cedãt hìc bruta: ‖ Præter hæsitationem de istis syncerè sentimus. Hìc verò bruta. ‖ nihil habẽt commercij. Vt enim omnibus, quæ ipsorum sunt, inferiores simus: ipsis tamẽ dominamur. Nam iste potior est principatus, quòd ipsis inferiores: ipsorum tamen dominamur, vt discas te non horum causam esse, sed deum, qui te fecit, rationemq; largitus est. Retia & laqueos ponimus, irruimusq; in illa, & capimus. Modestiam habemus, clementiam, mãsuetudinem, pecuniarum cõtemptum. Verùm quoniam tu ex arrogantibus existens nihil horũ habes, non immeritõ vel vltra homines superbis, vel infra bruta humiliaris. Talis est enim arrogãtia & cõfidentia: aut vltra quàm oportet extollitur, aut contrà similiter humiliatur, nostram rectam cõmensurationem custodiens. Angelis pares sumus, tales, vt dixi, existentes. Regnũ nobis promissum est, & cum Christo tripudium. Flagellatur homo, & non succumbit. Homo mortem contemnit, nõ tremit, non metuit, plura non desiderat. Itaque quicunque tales non sunt, brutis peiores sunt. Quãdo enim in corporis quidem facultatibus inferior illis es, animi vero dotib⁹ nihilo potior, quo modo brutis nõ es peior?

‖ de istis nõ disceptabãt. prudenter ac syncere sentim⁹: hic bruta nobiscum. ‖

B

C Duc enim in medium quempiam eorum qui in malicia, quique irrationabiliter, & qui in deliciis & abundantia viuũt. *Equus illo est bellicosior, aper robustior, lepus velocior, pauo formosior, cygn⁹ canorus magis, elephas maior, aquila visu acutior, omnes volucres ditiores.* Vnde ergo dignus est, qui brutis dominetur? A ratione? At non est. Quando enim ratione nõ vtpotest vtitur, illis quoque peior est. Nam quum rationem habens irrationabilior illis est, melius esset, si neque initio rationabilis factus fuisset. Nõ enim idem est, acceptam prodere rationẽ, & nullo tempore accepisse. Qui regnat, & satellitibus peior est, melius haberet, si purpuram ne induisset quidem: ita & hic. Scientes itaque quòd sine virtute brutis etiam peiores sumus, illã exerceamus, vt homines simus, immò angeli, promissaq; bona consequamur.

D

Homilia octaua.

Itaque dilecti mei, quemadmodum semper obedistis, non in præsentia mea solum, sed & nunc magis in absentia mea, cum timore ac tremore vestram ipsorum salutem operemini. Nam deus est is, qui operatur in vobis, & vt velitis, & vt efficiatis pro bono animi proposito. Omnia facite sine murmurationibus ac disceptationibus, vt sitis inaccusabiles atque integri, filij dei irreprehensibiles in medio nationis tortæ ac peruersæ, inter quos lucete tanquam luminaria in mundo, sermonẽ vitæ continentes, vt gloriari possim in die Christi. Paræneses adiunctis encomiis faciendæ sunt. Nam ita promptiores fiũt quos hortamur, quando ad proprium zelum eos prouocamus. Tale est, quod & Paulus hìc facit. Vide quo modo prudenter. Itaque dilecti mei, inquit. Non dixit simpliciter, obedite, sed præmissa primùm laude, & cùm dixisset, quemadmodũ semper obedistis: hoc est, imitemini obsecro nõ alios, sed vos ipsos. Non in præ-

sentia mea solùm,sed & multò magis in absentia mea. Quamobrem multò magis in absentia? Tunc quidem fortè videbamini omnia propter honorem ac reuerẽtiam mei facere, nunc verò non ita. Si ergo apparuerit quòd nunc in idem intenderitis, apparebit simul quòd & tunc non propter me,sed propter deum feceritis. Quid vis? Non vt me audiatis, sed vt cum timore ac tremore vestram ipsorum salutem operemini. Nequit enim fieri vt qui sine timore viuit,generosum quid & celebre designet. Et non simpliciter dixit,cum timore, sed addidit, & cum tremore,qui quidẽ auctio quædam est timoris. Talem timorem habebat Paulus, 1.Cor.9.d quapropter & dixit: Metuo ne quo pacto cũ aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Si enim temporalia sine timore comparari & disponi nequeũt,quantò minus spiritualia: Dic enim mihi: Quis literas absque timore didicit? Quis artis cuiuspiam peritus factus est absque timore? Si verò vbi nihil insidiatur diabolus, sed sola socordia interturbat,tanto nobis timore opus est, vt solùm naturalem desidiam vincamus, vbi tantum bellum est, tanta impedimenta: quo modo fieri poterit, vt vnquam sine timore saluemur? Quo modo verò comparabitur iste timor? Si cogitauerimus deum vbique præsentem esse, omnia audire, omnia videre, non solùm quę opere fiunt & quæ dicuntur,sed & quę in corde sunt omnia, & quæ in profundo sunt animi: iudex enim est consiliorum & cogitationum cordis. Si ita nos ipsos disposuerimus, nihil mali faciemus,nihil mali dicemus, nihil cogitabimus. Dic mihi: Si tibi semper proximè principem standum esset,non cum timore adstares? Quando comedis, cogita præsentem esse deum: adest enim. Quando dormiturus es,quando iraseeris, quando rapis, quado deliciaris, & quicquid tandem feceris, cogita adesse deum,& nunquam in risum incides, nunquam ad iram accenderis. Si cogitationem istam semper habueris, semper in timore eris ac tremore, tanquam si prope regem adstes. Artifex, etiam si peritus sit,& valde artificiosus, cum timore tamen & tremore stat, metuens ne ab ædificio decidat. Et tu credidisti, multa bona patrasti, in sublime ascendisti: cautè teipsum continebis,& cum timore stabis, oculúmque vigilantem habebis, ne inde decidas. Sunt enim multæ nequitiæ spirituales, quæ te deiicere Psal.2.c conantur. Seruite domino in timore,& exultate ei in tremore. Et quo modo exultatio est cum tremore? Est igitur ea sola vera exultatio. Quando enim boni quicquam fecerimus, & tale quod deceat eos, qui cum tremore quid faciunt,tunc solùm lætabimur. Non dixit, ἐργάζεσθε sed, κατεργάζεσθε: hoc est, cum multo studio operemini, cum multa solicitudine. Quoniam dixerat cum timore ac tremore, vide quo modo adiecto solatio certamen mitiget. Quid enim dicit? Deus est, qui operatur in vobis. Ne timeas quòd dixi,cum timore ac tremore. Non ideo istud dixi,vt desperes,vt virtutem incomprehensibile quiddam putes,sed vt attendas,ne teipsum dissoluas ac remittas. Hoc si fuerit,deus omnia operabitur. Tu bono sis animo. Deus enim est qui operatur in vobis. Si ergo ipse operatur, oportet vt nos voluntatem exhibeamus simul applaudentem, complectentem,& minime effusam. Si verò voluntatem in nobis ipse operatur,quo modo nos adhortaris? Etenim si vt velimus ipse facit, frustra nobis dicis,obedite: non enim obedimus. Frustra dicis, in timore ac tremore:nam totum dei est. Non ad hoc dixi deum esse operãtem in vobis,& vt velitis,& vt operemini, sed vt solicitudinem vestram releuarem. Si voluerĩ,tunc operabitur voluntatem. Et promptitudinem ipse nobis dat, & operandi efficaciam. Quando enim voluerimus, voluntatem nostram postea adauget: Vtpote, volo boni quidpiam operari, bonum istud ipse operatur,& per ipsum etiam voluntatem. Aut ex multa pietate hoc dicit,vt & facit quando rectè facta nostra dona esse dei dicit. Quemadmodum igitur cùm ea dona dei dicit,non eiicit nos ex libero arbitrio, sed permittit in nobis liberum arbitrium: ita quando dicit, Operatur in vobis vt velitis, non aufert à nobis arbitrij libertatem: sed ostendit, quòd à rectè faciẽdo multam, vt velimus, promptitudinem accipiamus. Vt enim ex opere nascitur opus, ita ex ocio trahitur ocium. Dedisti eleemosynam? Incitaris magis ad dandum. Non dedisti? Pigrescès magis. Modestiam tenuisti vnum diẽ? Habes incitamentum ad alterum. Segniter egisti? Auxisti segnitiẽ. Impius enim, inquit, cùm venerit in pro- Prouer.18.a fundum malorum contemnit. Quemadmodum igitur ille cùm venerit in profundum malorum,contemnit: ita cùm venerit iustus in profundum bonorum,diligenter satagit. Vt enim ille per desperationem socordior, ita iste considerata bonorum multitudine, diligentior redditur,veritus ne totum perdat. Pro bono, inquit, animi proposito. hoc est propter dilectionem, propter placiti ipsius comitatem, vt quæ ipsi placent ἃ θέλει fiant, & iuxta voluntatem ipsius fiant. Ostendit hic,& ἐφ' ἑαυτῶν. securos esse facit, deum omnino operari. Vult enim nos iuxta voluntatem suam viuere. Si verò vult, agit ergo nos ad hoc,immò ipse istud omnino operabitur. Vult enim vt rectè viuamus. Vides quo modo non auferat arbitrij libertatem? Omnia,inquit,facite sine murmurationibus & disceptationibus. Diabolus quoniam nequit nos à benefactis abducere,alia via conatur mercedem nostram inanire. Aut enim vanam gloriã, aut arrogantiam inducit,aut si nihil horum murmurationem,vel si neque illam,disceptationem. Vide itaq; quo modo ista expurget Paulus. Dixerat de animi humilitate,quæ quidem ad tollendam arrogantiam dixit: dixerat de inani gloria, in eo quod dixit, Non solùm in præsentia mea,hìc de murmuratione & disceptione loquitur. Quamobrem, quæso, cùm in Corinthijs hanc animi passionem tolleret,Israëlitarũ meminit: hìc verò nihil tale dixit,sed simpliciter præcepit? Quoniam illic ea iam illos corripuerat. Quapropter & vehementiore plaga, & maiore increpatione opus habebat: hìc verò ne fieret, admonet. Superfluum ergo fuisset eos qui nondum peccauerant durius castigare. Alioqui & ad animi humilitatem eos inducens, nõ adduxit exemplum illud ex euangelio, vbi superbi puniti sunt, sed à deo adhortationem induxit. Differit etiam ad eos,tanquam ad liberos & filios genuinos, nõ vt ad seruos. In bonis enim vir probus & generosus à rectè facientium exemplo inducitur: improbus verò ab eorum,qui malefecerunt. Ille ab honore,iste à supplicio. Propterea & Hebræis scribẽs,Esau in medium adduxit,qui pro vni- Hebr.12.d co edulio primogenituræ suæ prærogatiuam vẽdidit. Et iterum: Si se subduxerit,nõ probabitur animæ meæ. Et inter Corinthios multi erant qui scortati fuerant. Quapropter & dixit: Ne iterum me ad vos venientem 2.Cor.12.g humiliet deus meus, & lugeã multos qui antea peccauerunt, & pœnitẽtiam non egerunt super immũdicia, fornicatione,& lasciuia quam perpetrarunt. Vt sitis,inquit, inaccusabiles atq; integri: hoc est, irreprehẽsibiles, synceri. Non enim exiguam maculam adfert murmuratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ratio. Quid autem est absq; disceptationibus? Num bonum? Nunquid non bonum? Nolite, inquit, disceptare, siue molestum sit, siue laboriosum, aut quicquid aliud. Nec dixit, ne puniamini. Supplicium enim huic rei imminet. Atque illud in epistola ad Corinthios patefecit, hic vero nihil tale dixit: sed vt sitis, inquit, inculpabiles & integri. Filij dei irreprehensibiles, in medio nationis tortuosæ atque peruersæ, inter quos * lucetis vt luminaria in mundo, sermonem vitæ continentes vt gloriari possim in diem Christi.

*φαίνεσθε, lucetis, vel, lucete. Theophilacto magis placet, lucete, in imperatiue.

Morale.

Vides quòd eos erudiat, ne murmurent? Est enim seruorum improborum & insensatorum murmurare. Nam quis filius, dic quæso, in bonis paternis, sibique ipsi laborans murmurat? Cogita, inquit, quòd tibi ipsi laboras, quòd tibi ipsi colligis. Illorum est propriũ murmurare, qui aliis laborant, qui aliis molestiam sustinẽt. Qui verò sibi ipsi colligit, cui° gratia murmurat? quod opes, ipsius non augeantur? sed non conuenit qui ipsi ponte agit ac nullo cogente quamobrem murmurat? Melius fuerit nihil operari, quàm cũ murmuratione. nam & quod factum est perit. An non vides, quòd & in ædibus nostris ista perpetuò dicimus: nempe, satius esset hæc non fieri, quàm murmurando fieri? Et sæpe malumus ministerio priuari, quàm murmurantem sustinere. Grauis enim, grauis, inquam, est murmurator, & vicinus blasphemiæ: alioqui cuius gratia tantum illi supplicij dederũt? Ingratitudo est res ista. Qui murmurat, ingratus est deo. Qui autem deo ingratus est, blasphemus quoque est. Nam tum potissimum continuæ tentationes erant, & cumulatiora pericula, nec vlla recreatio, nec vlla requies, innumera vndique ingruebãt mala. Nunc verò pax profunda, nunc trãquillitas. Quamobrem ergo murmuras? Quòd pauper es? Sed considera Iob. Quòd ægrotus es? Quid igitur, si tantorum bonorum ac virtutum tibiipsi conscius, quot sanctus ille, ægrotares? Cõsidera rursus illum, quo modo multum temporis vermibus scaturiens, & in stercore sedẽs, scabiémque fricans perseuerauerit. Elapso nanque multo tempore, dicebat ad eum vxor, quousque perdurabis diceṅs, expectabo modicum adhuc temporis? Dic verbum quoddam aduersus dominum, & morere. At mortuus est tibi filius? Quid ergo si omnes amitteres, idque misera morte, quemadmodum ille? Scitis enim, scitis multum adferre solatij, assidere ægrotanti, ore colloqui, oculos claudere, adosculari genas, extrema verba audire. Verùm nihil horum cõsequutus est iustus ille, sed omnes subitò adobruti sunt. Et quid dico? Quòd si iussus esses ipse filium tuum occîdere & immolare, ardentémque videre, quemadmodum beatus ille patriarcha: quis quæso esses dum altare ædificares, ligna imponeres, filium ligares? Sed probris te quidam afficiunt? Quid ergo faceres, si ex amicis, qui ad consolationem veniissent, ista audires? Nam nunc quidem multa delicta habemus, & meritò probris afficimur. Tunc verò, qui verax erat, qui iustus, qui pius, qui ab omni re mala abstinuerat, † ista ∫ab amicis audiebat. Quid verò dic mihi, si vxorem exprobrantem audires ac dicentem: Ego errabundè, & ancillæ instar de loco ad locum, de domo in domum oberrabo, Solem occidentem excipiam: & dolores qui me occuparunt solabor? Quamobrem ista dicis ô insensata? Non enim vir tibi horum est causa, sed diabolus. Dic verbum aliquod aduersus dominum, inquis, & morere. Tu postea si ægrotus hoc diceret & moreretur, leuius haberes?

Iob. 2. c

† hîc contraria.

A Non erat morbus in se grauior illa muliere, etiã si millies dixeris. * Talis erat, vt quæ ne in domo quidem & domestica esse posset. Talis erat, vt quæ omnes fatigaret & abiiceret. Non enim nisi immedicabiliter ægrotasset, extra vrbem sedisset, petius habens elephantico morbo laborantibus. Nam illi & domos ingrediũtur, & † coniunguntur alternis: ∫ ille verò sub tempestate cœli nudus in stercore pernoctabat, & neque vestem aliquam induere poterat. Quo modo? fortè dolores etiam auxisset. Nam liquefacio, inquit, telluris glebas, sanies & putredinem fricans. † Putrida caro eius vermes etiam ∫ pariebat, idque cõtinuè. Vides quo modo quisque nostrum ista audiendo stupeat? Si verò auditu ista intolerabilia sunt, visu quo modo essent? Si videri nequirent, multò minus perferri. Veruntamen passus est ea iustus non duos aut tres dies, sed multo tempore, B & tamen non deliquit, ne in labiis quidem suis. Quem morbum mihi talẽ narrare poteris? Multos habere dolores? an non præstiterat sensibus carere? Nam fœtorẽ, inquit, video esse cibos meos. Et non hoc solum, sed neque nox & somnus, vnde alij recreantur, aliquid illi solatij contulerunt, sed quóuis tormẽto grauius presserunt. Audi ipsum dicentẽ: Vt quid me insomniis terres, & visionibus consternatũ reddis? Cùm mane fit, dico, quando erit vespera? Nec tamen murmurauit. Nec hoc solum erat, sed & gloriam quam à multis habuerat, amiserat. Habebant enim iam eum tanquam innumeris malis obnoxium & reum, propter ea quæ patiebatur. Illud & amici quoque ad eum dicebant, Non satis pro delictis flagellatus es. Quapropter & ipse dicebat: Et corripiunt me minimi, quos canibus pastorum meorum dignos non fuissem arbitratus. Quot mortibus istud non erat molestius? At cùm tanta esset rerum C perturbatione adobrutus, vndique graui irruente tempestate, obnubilatione, procella, fulminib°, turbinibus, vorticibus, mansit tamen erectus & immobilis in tam sæua tempestate, nõ secus quàm si in trãquillo sedisset, nec murmurauit, idque ante gratiæ tempus, antequam de resurrectione, de gehẽna, de pœna & supplicio quicquam dictũ esset. Nos verò auditis & prophetis & apostolis & euangelistis, visisq; innumeris exemplis, & de resurrectione quæ dicuntur edocti, adhuc tristamur, cum tamẽ nemo dicere queat tanta sibi mala accidisse. Etenim si pecuniam quis amittat, non tamen tot filios & filias: & si tot liberos amiserit, fortè cum peccauerit. Ille verò statim in mediis sacrificiis, in ipso cultu dei est. Et si liberos simul & pecunias quis, tot scilicet, quot possibile sit, amittat: nondum tamen omnino ita vlceribus scatet, vt saniem & putredinem tãtam effundat. D Si vero & istud, at nondum insultantes & exprobrantes passus est: id quod nos omnium maximè mordere solet, magis quàm calamitates ipsę. Si enim cùm consolatores in malis & consulentes habemus, qui spem bonam nobis administrent, adeò releuamur: cogita quid fuerit exprobrantes habere in malis. Si illud, Expectaui qui simul mecũ contristarẽtur, & nemo fuit: & qui cõsolarentur, & nõ inueni, graue est & intolerabile: quantum malum est pro cõsolatoribus inuenire qui exprobrent? Consolatores, inquit, malorũ omnes. Si ista perpetuò versassemus, si ea reputassemus, vtiq; nihil nos rerum præsentium contristasset, respiciẽtes in athletam istum, in adamantinam animam, in mentẽ istam infractam & çneã. Ita quippe generosè & cõstanter tulit omnia, ac si æneum aut lapideũ corpus habuisset. His consideratis, faciamus omnia sine murmurationibus & disceptationibus.

* Talis, scilicet vxor, vel morbus talis erat vt neq; in domo neq; sub tecto esse posset. s. Iob talis erat qui omnes, &c.

† congregãtur inter se mutuò. † saniem et vermes ea-ro eius.

Iob. 2. b

βρόμον δὲ ἐγὼ φησὶ τὰ ἔδεσμά μου.

Hier. annotat istud inter cætera accidisse Iob, vt cibi ei fatidi viderentur.

Iob. 7. c

Ibid. 30. a

Iob. 16. c

Psal. 68. c

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſceptationibus. Bonũ quid facis,& murmuras? Quam ob rem? Nam neceſsitas tibi incumbit. Noui, inquit, quòd multi proximi murmurare vos cogunt. Iſtud enĩ innuit cùm dixit: In medio nationis tortuoſæ ac peruerſæ. Sed hoc admirandũ eſt, † & quòd iure nos vellicet, quòd qui talis eſt, nihil mali patitur. ¶ Nam & ſtellæ noctu lucent, & in tenebris comparent, & tamen nihilo læditur illarum venuſtas, ſed & ſplendidiores apparent: ita & tu, ſi apud tortuoſos rectus manſeris, magis ſplendeſces. Admirabile iſtud eſt, irreprehenſibiles fieri. Etenim ne iſtuc dicerent, præoccupans hoc poſuit. Quid eſt ſermonem vitæ continentes? Id eſt, victuri, & de ſaluatis exiſtentes. Vide quo modo confeſtim præmia ponat. Luminaria, inquit, ſermonem lucis continent. Vos ſermonem vitę, ſemen vitæ: hoc eſt, pignus vitæ habetis ipſam vitam continentes, id eſt, ſemĩ vitę in vobis habentes. hoc dicit, ſermonem vitę. An igitur reliqui omnes mortui ſunt? Iſtud enim ſignificauit: alioqui & reliqui ſermonem vitæ habuiſſent. Vt gloriari poſsim. Et ego, inquit, bonorum veſtrorum particeps ero, tanta eſt virtus veſtra, vt non ſolum vos ſeruet ſed etiam me clarum reddat. Qualem gloriationẽ dicis ô beate Paulæ? flagellaris, agitaris, contumeliis afficeris propter nos. Propterea dicit, in diem Chriſti.

† *quòd qui etiã irritetur, nihil mali patiatur,*

Quòd non in vanum cucurrerim, nec in vanum laborauerim, ſed ſemper gloriari potero, etiam ſi immolor. Non dicit, etiam ſi morior, vt neque Timotheo ſcribens. Nam & illic eodem vtitur ſermone dicens: Ego enim iam immolor, vt ſolaretur eos ſuper morte ſua, inſtruerétque vt mortem, quæ pro Chriſto eſſet, prompto animo ferrent. tanquam libamen, inquit, & victima immolor. O beatam animam. Victimam vocat acceſſum eorum. Multò eſt melius animam offerre quàm bouem. Itaq; ſi circa oblationem iſtam, etiam meipſum tradidero, & ſicut libamen mortem meam, gaudeo. *Super hoſtia & ſacrificio gaudeo, & cõgaudeo omnibus vobis. Ob idipſum autẽ & vos gaudete & congaudete mihi.* Quid cõgaudes? Vides quòd oporteat eos gaudere? Nam gaudeo, inquit, quoniam libamen fio. Congaudeo autem quòd victimam offero. Ob idipſum autem & vos gaudete, quod oblatus ſum. Congaudete mihi in meipſo lætanti. Non igitur lachrymis digna eſt mors iuſtorum, ſed gaudio. Si ipſi gaudent, congaudendum eſt eis. Eſſet enim abſurdum, ſi lætantibus ipſis, nos eos deploraremus. At conſuetudinem, inquis, illorum inquirimus: fictio eſt iſtud & prætextus. Vide igitur quid admoneat: Congaudete mihi & gaudete. Conſuetudinem quæris? Quod ſi ipſe hìc manſurus es, meritò dicis. Si vero poſt modicum deprehendes tandem abeuntem, quam conſuetudinem quæris? Conſuetudinem enim amicorum quærit is, qui omnino & ſemper diuellitur. Si vero eandem viam, quam illi, ingreſſurus es, quam conſuetudinem quæris? Cur nõ eos deflemus qui in peregrinationibus ſunt? An non poſt modicum & ſtatim ſubinde poſt vnum & alterum diem quieſcimus? Si conſuetudinem abeuntium quæris, tantum duntaxat fleto. Nihil, inquit, moleſtiæ patior, ſed & gaudeo etiam ad Chriſtũ proficiſcens, & non gaudetis? Congaudete mihi. Gaudeamus & nos, ſi quando iuſtum mori viderimus, immò etiam ſi quem ex deploratis. Nam hic quidem abit mercedem laborum accepturus, iſte vero curſum etiã peccatorum ſuorum amputauit. Sed, inquis, fuiſſet fortè immutatus ſi vixiſſet. At non rapuiſſet eum deus, ſiquidem viuendo mutari potuiſſet, quum omnia ad noſtram ſalutẽ diſpenſet. Cuius enim gratia non permiſiſ ſet quandoque beneplaciturum viuere? Si eos permittit, qui non immutantur, multo magis eos qui immutantur. Planctus itaque nobis vndique amputatus eſt, vndique lamenta tollantur. Super omnibus gratias agamus deo, ſine murmurationibus faciamus omnia. Lætemur, & bene accepti reddamur illi, vt futura bona conſequamur.

2. *Tim.* 4. *a*

Acceſſum, ad fidem ſcilicet.

Homilia nona.

SPero autem in domino Ieſu me Timotheum breui miſſurum vobis, vt & ego bono ſim animo, cognitis rebus veſtris. Nam neminem habeo pari mecum animo præditum, qui germanè res veſtras curaturus ſit. Omnes enim quæ ſunt quæ ſua ipſorum ſunt, non quæ Chriſti Ieſu. Dixerat, quoniam quæ mihi acciderunt ad profectum euãgelij euenerunt, ita vt vincula mea manifeſta facta ſint in toto prętorio. Dixerat, & ſi immolor ſuper victima & ſacrificio fidei veſtræ, conſolidauerat eos per iſta. Fortè ſuſpicati fuiſſent, quæ primò dixerat, ſolatij gratia dicta eſſe. Vt quid igitur Timotheum, inquit, ad vos mitto? Etenim deſiderabãt audire omnia quæ ipſi accidiſſent. Et quam ob rem non dixit, vt ſciatis res meas, ſed vt ego cognoſcã res veſtras? Nam quę apoſtoli quidem erant, annunciaturus erat * præter Timotheũ, Epaphroditus. Propterea progreſſus, inquit, neceſſarium autem putaui mittere ad vos Epaphroditum fratrẽ, veſtra verò cognoſcere volo. Eſt enim veriſimile multum temporis illum egiſſe apud Paulum, propter corporalem ægritudinem. Itaque volo, inquit, res veſtras cognoſcere. Vide itaq; quo modo omnia ad Chriſtum referat, etiam quòd Timotheum miſſurus ſit: dicens, Spero autem in domino Ieſu: hoc eſt, Confido proſperaturum mihi deum & facilè redditurum iſtud, vt & ego bono ſim animo, cognitis rebus veſtris. Quemadmodũ vos, inquit, refocillaui poſtquam quæ pro me precati eſtis audiſtis, nempe quòd euangelium creuit, quòd aduerſarij pudefacti ſunt, quòd per ea ipſa me exhilararunt, quæ obeſſe putabant: ita cupio & ſtatum veſtrum cognoſcere, vt & ego bono ſim animo, cognitis rebus veſtris. Oſtendit hìc, quòd gaudere eos oportuerit ſuper vinculis ſuis, eaq; imitari: multã enim ipſi animi iucunditatem pepererãt. Nam illud, vt & ego bono ſim animo, idem eſt atque quemadmodum vos. Papæ, quantum habebat Macedoniæ deſiderium? Et ad Theſſalonicẽſes idem dicit, vt cùm inquit, Nos verò orbati vobis ad tempus horæ. Hìc, ſpero, inquit, miſſurum me Timotheum, vt cognoſcam res veſtras, quod magnę erat prouidentiæ. Cum enim ipſe non poſſet adeſſe, diſcipulos mittebat, non ſuſtinens vel modico tempore res illorum ignorare. Non enim ſpiritu omnia cognoſcebat. Et hoc autem meritò fiebat. Si enim iſtud perſuaſi fuiſſent diſcipuli, impudentes vtique facti fuiſſent. Nunc verò ſperantes latere, † etiam ſi correcti fuerint, ¶ & hoc eos potiſsimum cõuertit quod dicit, vt & ego bono ſim animo. Fecit eos diligẽtiores quoque, vt etiam ſi Timotheus non veniat, inuenturus tamen ſit quenquam, qui annunciet eorum acta. Videtur autem ipſe & hoc modo erga Corinthios vſus eſſe, aduẽtúmque ſuum diſtuliſſe, vt illis immutãdi daretur occaſio. Propterea & ſcripſit: Parcens vobis, nondum veni Corinthum. Non enim hoc ſolo oſtẽditur dilectio, quòd ſua annunciat, ſed & eo, quòd res ipſorum cognoſcere quęrit. Eſt enĩ iſtud animi ſoliciti & curis adfecti, ſemperque in timore exiſtentis. Simul verò eos etiã honorat quòd Timotheum mittit. Quid dicis? Timotheum

1. *Theſſ.* 2. *d*

2. *Cor.* 2. *d*

* πρὸς, ſed cum Budæo potiùs πρὸ ſ. cum. Hic inſ. *d*

† *facilius corrigi pergendũ puto*

mittis?

mittis? Quánam ratione? Etiã, inquit. Neminem enim habeo pari mecum animo præditum, hoc est, qui pariter mecum solicitus sit: qui germanè res vestras curaturus sit. Neminem igitur habuit, eorum scilicet quos secum habebat pari animo præditum, hoc est, qui similiter curam ac solicitudinem vestri mecũ habeat. Non enim facile quis, inquit, tantum volet itineris negocij huius gratia conficere. Qui vos mecum amat, Timotheus est. Poteram enim & alios quidem mittere, sed nemo talis est. Igitur istud est æquo præditum esse animo, eos quos ipse fide instruxerat, pariter amare. Qui germanè, inquit, res vestras curaturus sit: hoc est, paterno affectu. *Omnes enim quærunt quæ sua ipsorum sunt, non quæ Christi Iesu.* Id est, propriam recreationẽ quærunt, & vt securi sint. Hoc & Timotheo scribens, dicit. Quam ob rem ista deplorat? Vt nos, qui ista audimus, instruat, ne in eadem delabamur, vt audientes erudiat, ne requiem quærant. Qui enim requiem quærit, non quæ Christi, sed quæ ipsius sunt, quærit. Oportet enim instructos & paratos esse ad quemuis laborem, ad omnem calamitatem ferendam. *Probationem verò eius nostis,* inquit, *quod vt filius cum patre mecum seruierit in euangelium.* Et quòd ego non temerè ista de eo dicam, nostis ipsum, inquit, vos ipsi, quòd vt filius cum patre mecum seruierit in euangelium. Commendat hìc meritò Timotheum, vt multo apud eos honore potiatur. Hoc & ad Corinthios scribens facit, cùm dicit: Ne quis eum contemnat. Opus enim domini operatur, quemadmodum & ego. Non illius curam ago, sed eorum qui ipsum recipiunt, vt multam auferant mercedem. *Hunc igitur spero me missurum, mox vbi videro mea negocia.* Hoc est, cùm videro, quo statu sim, & quem habeant finem res meæ. *Confido autem in domino, quod & ipse breui venturus sim ad vos.* Non ideo ipsum mitto, tanquam non venturus sim: sed vt bono sim animo cognitis rebus vestris, ne interea temporis in timore sim. Confido autem in domino, inquit. Vide quo modo omnia deo deferat. Nihil ex suo ipsius animo loquitur. Id est, si deus voluerit. *Necessarium vero arbitratus sum Epaphroditum fratrem & cooperarium & commilitonem meum.* Et hunc iterum cum iisdem encomiis mittit, quibus & Timotheum. Illum enim à duobus istis commẽdauit, nempe, quòd & eos diligat, cùm dicit, Qui germanè res vestras curaturus sit: deinde, quòd in euangelio probatus sit. Et hunc ab iisdem denuo, propter eandem causam, qua illum laudauit. Quo modo? Quod enim dicit, fratrem & cooperarium, & non hìc consistit, sed addit, & commilitonem meum, ostendentis est, multam eum communicationem periculorum secum habuisse, eademq; de eo testantis, quæ de seipso: illud vero, commilitonem, plus est, quàm quòd cooperarium eum vocat. Facilè fortè in rebus exilibus cooperatus fuerit: in bello vero & periculis non item. Hoc vero istud declarauit, quod dixit, & commilitonem. *Vestrum autem,* inquit, *Apostolum, & cooperarium necessitatis meæ, mittere ad vos.* Hoc est, quæ † nostra sunt, vobis largimur. Aut certè vestrum vel eum qui vos docuit, vobis mittimus. Rursus vero multa de dilectione eius adiicit, dicẽs: *Quandoquidem desiderabat omnes vos, anxius animi, propterea quod audissetis eum infirmatum fuisse. Etenim infirmus fuit, ita vt esset vicinus morti, sed deus misertus est illius, at non illius tantum, sed & mei, ne dolorem haberem super dolorem.* Hìc vero & alterum agit, ostendens quòd & ipse Epaphroditus bene nouerit, quòd à vobis, inquit, diligatur. Non parum autem istud ad diligendum attrahit. Quo modo? Infirmus

1.Cor.6.b

† forte ὑμέτερα, id est nostra.

fuit, inquit, & doluit, quòd sanus vos non vidisset, & mœrore isto vos liberasset, quem propter infirmitatẽ suam habuistis. Et aliud hìc agit, nempe, quòd pro tempore istum ad eos mittat, & non propter negligẽtiam. Timotheũ vero propterea tum apud se detineat, quòd neminem alioqui habeat. Non enim habeo, inquit, qui pari animo mecum sit. Epaphroditum autem, propter infirmitatem. Deinde ostendẽs quòd infirmitas huius longa fuerit, & multum temporis cõsumpserit, inquit: Etenim infirmus fuit, ita vt esset vicinus morti. Vides quantum diligentiæ impendat Paulus ad hoc, vt omnis socordiæ & negligentiæ occasionem ex animo discipulorum amputet, ne suspicentur propterea ipsum non venisse, quòd eos contemneret. Nihil enim ita discipulum allicere poterit, vt si persuasus sit, curæ se esse præposito, illumq; sui gratia anxium esse, quod quidem excellentis est dilectionis. Propterea, inquit, quòd audisseris eum infirmatum fuisse. Etenim infirmus fuit, ita vt esset vicinus morti. Et ꝙ ista non excusandi ac prætextus gratia dicam, audite: sed deus misertus est eius. Quid dicis ô hæretice? Misericordiã dei hic esse dicit, ꝙ eum qui discessurus hinc erat, cõtinuit, & denuo ad sanitatem conuertit. Atqui, si malus est mundus, nõ est misericordię opus in malo permittere: sed aduersus hęreticum quidem facile est dicere: ad Christianum verò quid dicemus? Nam & ipse fortè hæsitabit, ac dicet: si resolui & esse cũ Christo multò est melius, cuius gratia dicit huic factam esse misericordiam: Ego verò rogabo: cuius gratia dicit, necessarium magis est manere apud vos? Quemadmodum enim ipsi necessarium erat, ita & huic, cum maioribꝰ diuitiis, & maiore fiducia ad deum hinc abituro. Illud enim & si nunc factum non fuisset, † postremum mansisset.] Animas verò lucrari non possunt amplius, qui hinc illo abscesserunt. Multa secundum communem audientium consuetudinem quoque loquitur Apostolus, & non vbique philosophatur. Erat enim illi sermo ad homines mundanos, mortem adhuc metuentes: deinde ostendit, quantam habeat Epaphroditi rationem, & ex eo venerabilem eum facit: vtpote quòd salutem eius adeò vtilem sibi dicit, vt misericordiam & ipse per illum consequutus sit. Aliàs verò & præter ista, bona est præsens vita: alioqui si bona non est, qua ratione supplicij loco deputat mortes immaturas? Vt cùm dicit: Propterea multi sunt inter vos infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Futura enim vita non est hac, vt mala, melior. nam alioqui bona nõ esset. Sed vt bona melior est, istam bonam excellit vt melior. *Ne dolorem haberem super dolorem.* Dolorem à morte super dolorem, quem ab ægritudine ipsius contraxerat. Per ista ostendit, quanto honore habeat Epaphroditum. *Studiosius itaque misi illum.* Quid est, studiosius? Hoc est, sine mora, sine cunctatione, cum multa festinantia, iubens eum ire ad vos, vt ab isto mœrore vos liberaret. Non enim ita gaudemus audientes eos esse sanos, quos desideramus, vt quãdo eos videmus, & maximè si quando istud præter spem acciderit, id quod in Epaphrodito factũ est. *Studiosius,* inquit, *misi illum ad vos, vt videntes illũ gauderetis, & ego magis dolore vacem.* Quo modo magis dolore vaces? Quoniam si vos gauisi fueritis, & ego gaudebo, & ipse gaudebit super eadem animi iucunditate, & ego magis dolore vacabo. Et non dicit, vt ego dolore vacẽ, sed, vt magis dolore vacẽ: ostendens quòd animus eius nunquã dolore vacet. Qui enim dicit: Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? quis offenditur, & ego non vror? quo modo

Supr.1.d

† postea expectabat] fore scilicet vt cũ Christo esset.

1.Cor.11.g

2.Cor.11.g

Universidad de Deusto
Biblioteca

extra dolorem fuisset: Dicit ergo, vt mœrorē istum deponam. *Excipite igitur illū in domino cum omni gaudio.* In domino: hoc est, spiritualiter, cum multa diligētia: immò verò cum dei voluntate dignè sanctos susciapiatis, quemadmodū decet sanctos, cum omni gaudio. Hæc omnia propter eos ad quos mittebat, facit. Maior enim vtilitas accedit benefacienti, quàm beneficium accipienti. *Et tales in precio habete.* Hoc est, Excipite eum quo modo decet sanctos excipere. *Quoniam propter opus Christi eo accessit, vt morti esset proximus, non habita vitæ ratione, vt suppleret id quod in vestro erga me officio fuit diminutum.* Erat ipse Epaphroditus communi nomine à Philippensium ciuitate amandatus, vt Paulo ministraret, & fortè aliquid secum deferens ad eum venit. Quòd enim pecunias attulerit, ostendit circa finem dicens: posteaquam accepi ab Epaphrodito quæ à vobis missa fuerāt. Verisimile igitur est eum cum ab vrbem Romanorum applicuisset in magno & vehemēti periculo reperisse Paulum, ita vt illum accedentes securè hoc facere nequiuerint, sed cum periculo accesserint, quemadmodum in magnis periculis fieri solet, quando reges vehementer irascuntur. Quando enim qui regē offendit, in carcerem coniicitur, multaq; custodia detinetur, tunc & famulis accessus obstruitur, quod verisimile est tū Paulo quoq; obtigisse: Epaphroditum verò, vt virum animo generoso, omne periculum contempsisse, ita vt illi adstiterit & administrauerit, ac cuncta quæ necessaria erant, fecerit. Duo itaque ponit, ex quibus eum venerabilem facit. Vnum quidem, quòniam ad mortem vsq; mei gratia, inquit, periclitatus est. Alterum verò, quòd ciuitatis suæ personam indutus, ista in illo periculo ita administrauit, vt merces imputari meruerit illis qui eū miserant, tanquam si legatum aliquem ciuitas ista misisset. Itaque quòd cum obsequij famulatu excipitur, & propter præstita obsequia commendatur, † maius est quàm cum rebus audacibus & periculosis cōmercium habere.] Et non dixit, propter me, sed digniorem eum facit, dicens: quoniam propter opus Christi morti accessit. Non enim propter me, sed propter deum eo accessit, vt morti esset proximus. Quid enim quòd deo ita dispensante non est mortuus? Ipse nanque vitæ rationem non habuit, sed seipsum exposuit, ab officio ministrandi mihi non desistens, quicquid tandem ferre oportuisset. Si verò ad hoc vt Paulo ministraret, ſ mortem seipsum tradidit: multò magis pro ipsa euangelij prædicatione istud sanè passus fuisset, immò & hoc ipsum pro prædicatione erat, quòd pro Paulo mori paratus fuit. Etenim martyrij corona non solùm pro eo est, quòd idolis non immolatur, sed & tales occasiones martyrium faciunt. Et si admirandum quid dicendum est, multò magis istæ quàm illæ. Qui enim pro minore intrepidus est ad mortem, multo magis pro maiore. Itaque & nos si quando sanctos in periculis viderimus, nullam habeamus vitæ nostræ rationem. Nequit enim fieri, vt qui nihil audet, generosum quid faciat vnquam: sed necesse est eum, qui præsentis vitæ securitatem prospicit, excidere ex futura. *Vt suppleret*, inquit, *quod in vestro erga me officio fuit diminutum.* Quid hoc est? Ciuitas non aderat, sed mihi omne officium per istum præstitit, quod eum misit. Quod igitur in vestro erga me officio diminutum fuit, ipse impleuit. Itaque & huius nomine æquum fuerit vt multo potiatur honore, quoniam quod multos oportebat facere, hoc ipse pro vobis præstitit. Et ostendit, primum esse officium quod ab illis qui securè agunt, periclitantibus impenditur. Illud enim diminutum, & illud, quod in vestro officio, ita dictum est. Vides prudentiam & curam apostolicam? Hoc non ex arrogātia fit, sed ex multa prouidentia. Nam ne extollerentur, sed modestè agerent, neque se magnum quid præstitisse putarēt, sed humiliarentur, rem istam ministerium & officium vocat, diminutionisque meminit.

Infra. 4. d

† potius participatio est in rebus audacter ac periculosis factis.

Morale.

Etenim sanctis apud nos debetur ministerium, & nihil illis gratuitò facimus. Nam quemadmodum in exercitu stantibus, & bellum gerentibus sumptus debentur ab illis qui in pace sunt, & bellum non sustinēt: pro illis enim isti in acie stant: ita & hic. Nisi enim docuisset Paulus, quisnam ipsum tum in carcerem coniecisset? Itaque debetur ministerium & officium sanctis. Quo modo nanque absurdum non fuerit regi terreno bellum gerenti omnia administrare, & indumenta & alimoniam, non solùm quantum necessarius poposcerit vsus, sed & ad abundantiam vsque: regi vero cœlesti aduersus multo grauiores hostes prælianti (luctamenta enim nostra non est aduersus sanguinem & carnem) ne ea quidem subministrare quæ necessitas exegerit, quantæ non fuerit perfidiæ? quantæ ingratitudinis? quàm turpis quæstus? Verùm vt solet, plus valet apud nos hominum metus, quàm gehēnę & futurorum suppliciorum. Quapropter & omnia peruersa sunt. Nam res quidem politicæ quotidie magna diligentia perficiuntur, nec quicquam eorum omittere licet: spiritualium vero nulla vspiam ratio, sed quæ quidem coactè exiguntur, & cum tormētis, & tanquam à seruis & inuitis, exhibētur cum multa animi gratitudine: quæ verò à voluntariis, & tanquā à liberis petuntur, vicissim omittuntur, nō de omnibus dico, sed de illis qui sumptus istos non porrigunt. Num enim poterit deus ista quoque necessaria facere & coacta? Sed non vult. Vobis enim parcit magis, quàm illis qui aluntur. Propterea non vult vt coacti deponatis hos sumptus, alioqui nulla esset merces. Et multi eorum qui hic sunt, Iudæis inferiores sunt. Perpende quantum Iudæi dederint, decimas, primitias, rursus decimas, iterum & alias decimas: deinde & alias † trigesimas,] & siclum, & tamen nemo dicebat, quòd multa consumerentur à sacerdotibus. Quantò plura accipiebant, tantò maior erat & merces. Non dicebant, multa accipiunt, ventri inseruiunt, quę nunc quosdam audio dicere. Et quidem qui domos ædificant, & agros coëmunt, nihil se putant habere. Si verò sacerdotum quisquam splendidiùs indutus fuerit, aut victu necessario non egerit, aut ne præter decorum ipse cogatur obire singula, ministrum habuerit, pro diuitiis illi imputatur. Re vera diuites sumus. † Et in istis, etiā] inuiti fatentur. Nos quidē, etiam si modica habeamus, diuites sumus. Illi verò etiā si omnibus cumulentur, pauperes sunt. Quousque insipiētes erimus? Non sufficit † quòd nihil ad castigationem vobis facimus,] sed oportet damnum quod à malo est affectu quoque adiicere? Nam etiam si ipse quæ possidet, quod nihil illi dedisses, mercedem tamen perdidisses, quòd super præsentis, illis quæ dedisses, quereris, & criminaris. Omnino verò, si dedisti, quid cōquereris? Primum itaq; paupertatis illi testimoniū exhibes, cum dicis, quæ habet ipse dedi. Quid ergo cōquereris? Non debebas dare, si quidem cōquesturus fueras. Sed de aliorū dansista dicis? Grauiùs delinquis, ꝙ cū nihil dederis, criminaris quæ alius bene facit. Quantā putas mercedem habent, quos ita criminando male audire facis? Propter deum enim ista patiuntur.

decimas tertias.

† Et hoc etiā] habet gr. codex.

† vobis ad supplicium

ista patiuntur. Quo modo & quam ob rem? Poterāt,si quidem voluissent vel cauponariam amplecti vitam, etiam si nihil habuissent à maioribus suis. Nam & hæc impudenter audio multos dicere,cū dicimus,ille pauper est:Si voluisset,inquiūt, poterat diues fieri: deinde & contumelioſe,auus eius, & pater eius,& ille, talis ac talis erat.Nūc verò tali vestitu indutus est?Sed dic mihi,éstne illi nudo circuneundum?Tu verò curioſe ista inquiris.Vide autem ne cōtra teipsum loquaris.Sed au
Matth.7.a di admonitionem Christi dicentis:Nolite iudicare,ne iudicemini.At poterat,si voluisset,cauponariā vel mercatoriā vitam agere,& omnino locuples euasisset,sed noluit.Quid ergo,inquiūt,hic multa lucratur,dic quęso,sericis vestitur,multitudinem sequentium & comitantium habens,circa forum arroganter incedit?equo vehitur,domos ædificat,habens vbi maneat? Si ista facit,& ego reprehendā,& non parcam: immò ipsum sacerdotio quoque indignū dico. Quo modo enim admonebit alios,ne superfluis istis vacēt, cum seipsum ipse admonere nequeat?Si verò necessarium victū abunde habuerit,ideóne iniustus erit? Sed circuire oportebat & mendicare? Et tu, vt discipulus, nihil inde, dic quæso,pudefieres?At pater quidem carnalis si hoc faceret,turpe putares: si vero spiritualis pater ad hoc cogeretur,nō quereres præ pudore latebras?Ignominia pa-
Eccli.22.a tris,inquit,opprobrium est filiorum.Sed quid?Num fame perire oportebat?At neque hoc pietatis fuerit,deus enim non ita vult. Sed quid confestim philosophan-
Matt.10.b tur?Scriptum ast,inquis,ne possideatis aurum,neq; argentum,neque duas tunicas,neque pecuniam in zonis vestris,neque baculum:isti verò & tres & quatuor vestes habent, & lecticas stratas. nunc animo meo subiit grauiter ingemiscere, & nisi indecorū esset,etiam illachrymarer. Quam ob rem? Quòd circa aliorū festucas excutiēdas adeo seduli ac diligētes sumus, trabes verò in oculis nostris habentes ne sentimus quidē. Dic mihi:Qua ratione ista tibiipsi non dicis? Quòd doctoribus duntaxat,inquis,præcepta sint ista.Cum ergo Pau-
1.Tim.6.b lus dicit,habentes alimenta,& quibus tegamur,istis cō tēti erimus:ad solos doctores hoc dicit? Nequaquam, sed ad omnes homines: id quod ex præcedentibus liquet. Quid enim dicit? Est enim quæstus magnus pie-
Ibidem. tas cum animo sua sorte contento. nihil enim intulimus in hunc mundum: liquet, quòd nec efferre quicquam possimus.Postea statim subdit: Habentes autem alimenta & quibus tegamur, his contenti erimus.Qui verò diteſcere volunt, incidunt in tentationem & laqueum, & cupiditates multas stultas ac noxias. Vides
Rom.13. quòd ad omnes hic sermo dictus sit?Quid verò cū iterum dicit, carnis curam ne agatis ad concupiscentias.
1.Cor.6.b nónne simpliciter omnibus dicit? Quid autem cum dicit,Escæ ventri & venter escis: deus autem & hunc, &
1.Tim.5.a illas destruet?Quid cū dicit: Porrò quæ in deliciis versatur, viuens mortua est, de vidua differens? An & vi-
Ibid.2.d dua doctoris habet officium?Num ipse dicit, Mulieri, vt doceat,non permitto, neque authoritatem vsurpare in virum? Si verò vidua,vbi & ætas est senilis (nam senectus multa cura opus habet) & ipsa natura,(mulierum enim genus maiore recreatione indiget, vtpote infirmum ac debile) si,inquam,vbi & ætas ista est & natura, deliciari viduam non permittit, sed & mortuam eam esse dicit, (non enim simpliciter dicit, nō delicietur,sed quæ in deliciis versatur viuens mortua est) excidit eam quoque (quæ nanque mortua est, excisa est) quam veniam habebit vir cadē ista faciens pro quibus

A mulier prouectæ ætatis punitur?Sed ista nemo ne cordi quidē accipit,nemo ista inquirit. Ego verò ea ægrè & coactè dixi, non sacerdotes ab incusationibus liberare volens,sed vobis parcens.Nam illi quidem si meritò & non iniuria propter ista malè audiunt, tāquam pecuniarum quæstui dediti, nihil damni à vobis accipiunt:sed siue dixeritis,siue non dixeritis, alibi rationē reddent iudici,ita vt nihil eis verba vestra noceant.Si verò falsa fuerunt quæ à vobis dicuntur, ipsi quidē lucrum inde acquirunt frustra calumniis adfecti,vos verò damnum hinc vobis ipsis infertis. Circa vos enim nō ita habet,sed siue vera sint,siue falsa quibus illis maledicitis,damnum habetis.Quam ob rem?Si nanq; vera sunt, & sic vobis nocetis, quòd doctores iudicatis, ordinemq; inuertitis.Nam si fratrem nō oportet iudicare,multò magis doctorem non oportet. Si verò fal-
B sa sunt,intolerabile suppliciū & pœna.De quóuis enim ocioso sermone rationem reddetis. Itaque vestri gratia omnia facimus & laboramus.Quemadmodum autem dixi, nemo ista inquirit, nemo in istis curiosus est, nemo ad seipsum quicquam horum dicit:vultis & alia addam? Nisi quis,inquit Christus, renūciauerit omni- *Luc.14.g*
bus quæ possidet,non est me dignus.Quid verò quod difficile esse dicit,diuitem ingredi in regnum cœlorū? Quid quod dicit: Væ vobis diuites,quoniam recipitis *Matt.19.c*
hic consolationem vestram?Nemo istud scrutatur,ne- *Luc.6.d*
mo perpendit,nemo ad seipsum differit, sed quæ aliorum sunt studioſe inquirimus. At istuc est participem criminum fieri.Vt verò & ab illis ipsis,quibus sacerdotes obnoxios esse dicitis, vestri gratia eos eximam, audite.Nam illud ipsum,quod de eis persuasi estis, transgressores esse legis dei,multum habet momenti ad ma
C lum. Agè ergo & illa studioſe scrutemur. Dixit Christus:Ne possideatis aurum,neque argentum,neq; duas *Matt.10.b*
tunicas,neque calceamenta, neque zonam, neq; baculum. Quid igitur,dic mihi? Petrúsne iuxta præceptum hoc fecit? Quo modo fecit, cum & zonam habuerit & calceamenta? Audi enim quid angelus ad eum dicat: *Act.12.b*
Præcingere,inquit,& subliga soleas tuas.Atqui nō tanta erat calceamentorum istorū necessitas.Potuit enim pro tēporis illius ratione nudus esse pedes.Si verò magna calceamentorum necessitas est,in hyeme est. Verum habebat calceamenta.Quid verò Paulus? Ad Timotheum scribēs,dicit: Cura vt ante hyemem venias, *1.Tim.4.d*
deinde præcipit ac dicit:Penulam quam reliqui Troa- *Ibidem.*
de apud Carpum,cùm venies apporta & libros, maximè membranas.Ecce penulam dicit. Nec poterit quisquam dicere quòd & aliam quandam, quam gestarit,
D non habuerit. Si enim omnino illam non induit, superfluum erat quòd adferri eam iubebat. Si verò fieri nequit quin eam gestarit, manifestum est quòd alteram habuerit. Quid autem quod biennio toto mansit in suo conducto:Ergo Christo non obediuit vas illud benedictionis, ille qui dicit, Viuo verò iam non ego, *Galat.2.d*
sed viuit in me Christus, de quo Christus testatus est, *Act.9.c*
dicens: Quoniam mihi vas electionis est iste?Oportebat dubitationem istam apud vos relinquere, nec vllā quęstionis huius inducere solutionē,sed pœnam istam neglectarum scripturarum à vobis exigere:nam ex harum negligentia omnia ista nascuntur. Propterea & in aliorum peccatis amarulenti scrutatores & inquisitores sumus,nostrorum autem nullam rationem habemus,eò quòd scripturas ignoramus, q̄ in diuinis legibus instructi non sumus. Oportebat itaque à vobis pœnam istam quidem exigere,sed quid faciam? Multa lar

Universidad de Deusto
Biblioteca

giuntur filiis patres, etiam vltrà quàm oporteat, dum paterna illis incalescunt viscera, & si filiũ viderint mœstum & tabescentem, dolore mordentur, & ipsi plusquam ille, nec quiescunt donec tristiciæ causam abstulerint. Veruntamen vel hoc fiat, mœsti estote, quòd solutionem quæstionis huius non accepistis, vt bene illã capiatis. Quid ergo est? An Christo aduersati sunt? Absit. Immò studiosè præceptis Christi obedierunt. Nam præcepta illa temporalia erãt, & nõ perpetua. Et istud non ex coniectura dico, sed ex diuinis scripturis. Quo modo? Lucas scribit Christum dixisse discipulis: Quan-
Luc.22.c do misi vos sine sacculo, & pera, & zona, & calceamentis, num quid defuit vobis? Dicunt illi: Non. Posthac ergo vobis cõparate. Sed quid oportebit fieri, dic quæso? Vnam habere tunicam? Quid ergo cum lauãda fuerit, domi ne nudum sedere oportet, aut nudum circuire, exigente necessitate, & præter decorum agere? Cogita quale fuisset, si Paulum illum ob tot & tam præclaras res peragrantẽ orbem, propter induméti defectum domi sedere, & à tantis rebus gerendis impediri oportuisset. Quid verò si frigus fuisset vehemẽter intensum,
† quo modo exsiccari cõ tigisset? ac depluisset, aut etiam glacialis fuisset tempestas, † vt torpescendum fuerit? ‖ Nudóne rursus illi desidẽdum fuisset? Quid autem si frigus corpus illius deiecisset? An tebescendum fuisset, & nihil loquendum? Quòd enim illis non adamantina corpora data sint, audi quid de
1.Tim.5.d *Philip.1.d* Timotheo dicat: Vino, inquit, modico vtere propter stomachum tuum, & crebras infirmitates tuas. Et iterum de alio: Necessarium putaui, vt mitterem vobis apostolum vestrum, & ministrum necessitatis meæ. Etenim infirmus fuit, ita vt esset vicinus morti. Sed deus misertus est illius, at non illius tantùm, sed & mei. Itaque quibusuis passionibus obnoxij erant. Quid igitur? Pereundúmne erat? Nequaquam. Cuius ergo gratia tum istuc præcepit? Vt potentiam suam ostenderet, quòd & postea ad hunc modum facere potuerit. Sed non fecit. Quam ob rem igitur hoc non fecit? Multò erant isti clariores & admirabiliores Israëlitis, quorum calceamenta non atterebantur, neque etiam indumenta, idq; solitudinem illam perambulantium, vbi feruentior irruit Solis radius, ipsos quoq; lapides exurere valens. Qua ergo ratione hoc fecit? Propter te. Quoniam
**ἔμελλεν, habet vetũ. editio: sed legendum puto ἔμελλες, q. d. Quoniam enim non eras in sanitate permansurus, sed vulnera acceptu-rus.* enim non sanaturus, sed vulneraturus * erat, pharmacorum tibi materiam præbuit, atque vel hinc clarum istud est. Non potuit ipse eos pascere? Si tibi alimoniã dedit, qui illum offendisti, non multo magis Paulo dedisset? Qui Israëlitis dedit murmurantibus, fornicatoribus, idololatris: non multo magis Petro, qui omnia sui gratia insumpserat, demisisset? Qui sceleatos viros
D alimoniam habere permittit: non multo magis Ioanni largitus esset, qui & patrem propter ipsum reliquerat? Sed noluit illos nisi per te pascere, vt tu sanctificareris. Et speculare mihi diuinæ benignitatis excellẽtiam. Discipulos suos humiliari voluit, vt tu pauxillum respirares. Si enim eos nullius indigentes fecisset, multo quidem celebriores, multóque fuissent illustriores, sed amputata fuisset tibi salutis tuæ occasio. Noluit igitur illos admirãdos esse, vt tu saluareris, sed minoris esse: & humiliari magis eos permisit, vt tu saluari posses. Non enim ita venerabilis est præceptor à discipulo quid accipiens. Sed ille potissimum honoratur, qui nihil accipit: at tum nihil commodi ad discipulum redit, sed fructu priuatur. Vides sapientiam benigni dei? Quemadmodum enim ipse gloriam suam non quęsiuit, nec quę sua essent spectauit: sed cum in gloria esset, tui gratia
A dehonestari voluit, ita & de doctoribus: cùm possent esse venerabiles, voluit eos esse contemptibiles propter te, vt tu haberes quod lucrareris, vt ditescere posses, vt abundans & locuples fieres in spiritualibus: propterea ille eget in temporalibus. Itaq; si potuit illos nullarum rerum egenos facere, ostendit quod tui gratia illos in egestate esse permiserit. Istis itaque cognitis, nõ ad criminandum, sed ad benefaciendum cõuertamur, non aliorum delicta curiosè inquiramus, sed nostra ipsorum perpendamus, aliorum rectè facta considerantes, nostra delicta recogitemus, atque ita placebimus deo. Qui enim aliorum delicta, & sua rectè facta intuetur, duplici dãno afficitur. Nam ex istis in arrogãtiam extollitur, & ex illis in socordiam incidit. Cùm enim cogitat alium peccasse, facilè peccat & ipse: & cùm perpendit se rectè quid fecisse, facilè arrogans redditur.
B Qui vero rectè facta sua obliuioni tradens, peccata sola videt, & aliorum non delicta, sed virtutes, & rectè acta sedulò scrutatur, multũ hinc acquirit emolumenti. Quo modo? Cùm viderit alium rectè quicquam fecisse, ad parem rapitur zelum. Cùm viderit se peccasse, animo redditur humili & modesto. Quod si ad hunc modum fecerimus, poterimus promissa bona cõsequi.

Homilia decima.

Quod supereſt fratres mei, gaudete in domino. Eadem ſcribere vobis, mihi quidem non piget, vobis autem tutum eſt. Cap.III.
Cauete canes, cauete malos operarios, cauete concisionem. Nos enim circumcisio ſumus, qui ſpiritu deum colimus, & gloriamur in Chriſto Ieſu, & non confidimus in carne. Tristiciæ & curæ quando vltra mensuram animum distẽdunt, suo illum robore priuant. Propterea & Paulus Philip-
C penses in multa tristicia constitutos recreat. Erant autem in tristicia, propterea quod ignorarẽt quo in statu res Pauli essent. Erãt in tristicia, propterea quòd putabant ipsum iam mortuum esse propter euangelij prædicationem, & propter Epaphroditum similiter mœsti erant. Super his autem omnibus cùm certos eos fecisset, subdit: *Quod supereſt fratres mei, gaudete.* Non habetis amplius, inquit, tristiciæ causam: habetis Epaphroditum, cuius gratia doluistis, habetis Timotheum, veniam & ego, euangelium crescit: quid adhuc reliquum desideratis? Gaudete. Galatas quidem filios vocat, istos *Galat.4.c* verò fratres. Nam quãdo vel corrigere quicquam instituit, vel amoris affectum ostendere, filios: quando verò cum maiore honore differit, fratres vocat. Quod supereſt fratres mei, inquit, gaudete in domino. Bene dixit, in domino, non iuxta mundum. Non esset enim istud verum gaudium. Ipsæ tribulationes, inquit, quæ pro Christo perferuntur, gaudium habent. Eadem scribere vobis, me quidem non piget, vobis autem tutum est. *Cauete canes.* Vides quòd adhortationem non à principio inducit, sed posteaquam ipsos plurimum laudauerat, posteaquam celebrauerat, tunc istud facit? Et iterum eos prædicat. Videtur enim hic sermo onerosior esse, vnde & ipsum vndique adumbrat & mitigat. Quos verò dicit canes? Erant hic quidam, quos in omnibus epistolis suis notat, Iudæi impuri, execrandi, turpi quæstui dediti, & ambitiosi. Hi cupientes fidelium plurimos ad se allicere, prædicabãt, & Christianismũ, & Iudaismum, corrumpentes euangelium. Quum igitur essent cognitu difficiles, propterea dicit: Cauete canes. Non sunt amplius Iudæi filij. Aliquando Gentes canes vocabantur, nunc verò illi. Quam ob rem? Quoniam quemadmodũ Gentes & à deo & à Christo alie-
ni erant,

ni erant,ita & illi nunc alieni facti sunt.Et impudẽtiam eorum,& improbitatem exprimit.Quòd enim Ethnici aliquando canes vocati sint,audi Chananæam quid dicat:Etiam domine,nam & catelli comedũt de micis de mensa dominorum suorum cadentibus. Vt autem neque istud habeant (quandoquidem & canes sunt mensarij) subiungit vnde eos alienos quoque faciat,dicens: *Matt.15.c. et Mar.7.d*

Cauete malos operarios. Operantur quidẽm,inquit, sed in malo,& opus, ocio multo peius, quæ bene dispositā sunt diuellentes. *Cauete*,inquit,*concisionem.* Grauis erat apud Iudæos circuncisionis ratio. Quandoquidem & lege prior erat, & sabbato potior. Vt enim circuncisio fieret,soluebatur sabbatum: vt vero sabbatum seruaretur,nunquam soluebatur circuncisio. Et perpende mihi dispensationem dei. Venerabilior erat circuncisio sabbato,quod nullis temporibus omittebatur.Cum ergo nũc ipsa soluta sit,multo magis sabbatum.Propterea nomen eius Paulus amputat,& dicit: Cauete concisionem. Et non dicit,malam esse circũcisionem,superfluam esse circuncisionem,ne percelleret viros ac deiiceret,sed sapientius idem dispẽsat,à re quidem ipsa abducens,nomini vero parcens, immò & rei quoque diligentius.Sed ad Galatas non ita.Quoniã enim magnus illic erat morbus,nudo capite deinceps cum multa authoritate incisionem infert.Hîc vero quoniam nihil tale commiserant, largitur istis inoffensioris appellationis voluptatem.Et illos deiicit & istos,ac dicit: Cauete concisionem. *Nos enim circumcisio sumus.* Quo modo?

Qui spiritu deum colimus,& non confidimus in carne. Nõ dixit, quoniam circũcisionem illam probamus pariter & istam,quæ scilicet sit melior,sed neque nomẽ † huic tradidit. Et quid dicit?Circuncisio illa cõcisio est. Quam ob rem? Nihil enim aliud faciunt quàm quòd carnem concidunt.Cum enim *legitimum non sit quod faciũt, nihil est aliud quàm carnis sectio & cõcisio.* Aut propterea,quòd ecclesiam concidere tentabant. Et cõcisionẽ sanè dicimus de illis,qui temere & inaniter, *ac* præter artem incidunt. Si enim circuncisio quærenda est, inquit,apud nos eam inuenietis, qui spiritu deum colimus:hoc est, qui spiritualiter deum colimus. Nam dic mihi,quid potius est,corpus an anima? Liquet quòd anima. Igitur & ista circuncisio potior est. Quin ipsa sola est circuncisio.Quousque nanque typus stabat,merito iuxta collationem procedebat. Circuncidite, inquit,præpucium cordis vestri.Ita & in epistola ad Romanos aufert ipsam,dicens:Non enim qui in aperto Iudæus est, neque quæ in aperto in carne est circuncisio, sed qui in occulto Iudæus est,& circuncisio cordis quæ est in spiritu,& non in litera. Deinde vero & nomine suo ipsam priuat.Neque est,inquit,circuncisio.Etenim typus hoc vocabatur,quousque veniret veritas:postea quam vero venit veritas,non hoc amplius vocatur:vtpote exempli gratia quo modo in picturarum adumbratione fit. Delineauit aliquis regem adumbrãs eum, donec inducat flores,tum dicimus: Ecce regem. Cum vero rex ipse ingreditur, obscuratur per veritatem typus,nec apparet amplius. Et non dixit: In nobis enim est circuncisio:sed,nos sumus circũcisio. Merito. Istud est enim homo, circuncisio genuina, scilicet, hoc vere est homo.Nec dixit:In illis enim est concisio.Ipsi enim sunt in perditione & malicia. Verum non amplius,inquit,in corpore fit circuncisio,sed in corde. *Et nõ confidimus in carne*, inquit, *quanquam ego confidere possum etiam in carne.* Quid vocat hic confidentiam,&,in carne? Gloriationem,fiduciam,& iactantiam. Et bene istud adiecit. Si enim ex Gentibus existens circũcisionem culparet,immò non circuncisionem,sed eos qui eam intempestiuè vsurpabant,speciem vtique præberet, tanquam eam impugnaret velut alienus à Iudaismi nobilitate,& qui dignitatem eorum ignoraret,neque quicquam haberet cum illis commercij.Nunc vero consors cum sit, nihilominus eam incusat,non ideo scilicet, quod nihil commune cum eis habeat, sed vt qui eam damnauerit, non propter ignorantiam, sed maxime propter ipsius cognitionem. Vide ergo quid & in ea quæ ad Galatas est dicat, cum incidisset in necessitatẽ magna de seipso dicendi, quo modo sic quoque animi humilitatẽ ostendat. Nam audistis, inquit, conuersationem quondam meam in Iudaismo. Et hic denique, *Si quisquam alius videtur fiduciam habere in carne,ego magis habeo.* Et mox subiungit: *Hebræus ex Hebræis.* Sed si quisquam alius, inquit,ostẽdens quod necessitate compulsus, quod illorum gratia hoc dixerit. Si confiditis,inquit,& ego loquar,alioqui taciturus.Et quod nominatim hoc nõ facit,ad hoc fit, vt reprehensiones istas minus inuidiosas efficiat,id quod & illis locum & copiam præbebat resipiscendi.Si quisquam videtur habere fiduciam. Recte dixit,videtur,aut quod tantum fiducię non habuerint, aut quòd ista fiducia non fuerit vera fiducia. Erant enim omnia non spontaneæ voluntatis,sed necessitatis & coactionis. *Circumcisus octauo die.* Primum quoq; ponit,quod ipsi maxime iactabant,nempe quòd ad circũcionem attinebat. *Israel ex genere.* Vtraque ista ostendebant eum non esse proselytum. Ex eo nanque quòd octauo die circuncisus erat, declaratur non esse proselytus.Ex eo vero quòd Israël erat ex genere,ostenditur non esse ex proselytis parentibus. Sed ne putes eum Israëlem genere ex decem tribubus esse, dicit: *Tribus Beniamin.* Itaq; ex illustriore parte. Nam quæ ad sacerdotes pertinebant,erãt in sorte tribus huius. *Hebræus ex Hebræis.* Quòd non ex antiquis proselytis,sed ex vetustis illustribus Iudeis fuerit.Poterat enim ex Israël esse,& tamen non Hebræus ex Hebræis. Nam multi iam nationem istam corruperant & linguæ huius ignari, & inter alias gentes oberrantes.Aut hoc igitur, aut multã generis sui nobilitatem ostendit. *Iuxta legem Pharisæus.*

Progreditur deinceps ad ea quæ animum eius cõcernebant.Illa enim omnia quæ iam commemorauit, impropria erant,& non animi sui.Nam quòd circuncisus erat,suum non erat, & quòd Israël ex genere, & quòd ex tribu Beniamin. Itaque & ex illis eminebat, licet ea potissimum cum multis communia habuerit. Vbi vero magis? Maxime & in eo, quòd proselytus non erat. Quòd enim erat ex probatissima tribu & secta,idq; antiquitus ab ipsis maioribus, istud non multi habebant. Sed accedit iã ad ea quæ animi sunt, vbi potior est gloria. *Iuxta legem Pharisæus, iuxta studium persequens ecclesiam.* ἀπροσληπτως.

At non hoc satis fuerit.Potest enim quisquam Pharisæus esse,& tamen nõ admodum zelotes.Sed illud adiecit:Ecce quòd potius est,iuxta iusticiam.At potuit temerarius periculorum cõtemptor esse, aut ambitionis gratia hoc facere,& non propter studium legis.Quemadmodum fecerũt summi sacerdotes. Sed neque istud verum. *Iuxta iusticiam quæ in lege est, factus irreprehensibilis.*

Si ergo & generis nobilitate, & animi promptitudine,& moribus,& vita quosuis superauit:cuius putas gratia præcipua illa & honorifica reliquerim,inquit,quàm vt maiora inuenirem,& multo maiora,nẽpe quæ Christi sunt? Propterea subiunxit: *Sed quæ mihi erant lucra,ea propter Christum arbitratus sum esse damnum.*

Morale.

† ipsi cõmunicauit.

Hier.4.c Roma.2.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

Morale.

Paulus quidem conuersationem istam adeò exactã, ab ineunte mox prima ætate cœptam tãtam generis nobilitatem, tanta pericula, tantas insidias, labores, ac studium proiecit, & quæ prius lucra erant, damnum arbitratus est, vt Christum lucraretur. Nos vero ne pecunias quidem cõtemnimus, vt Christum lucrifaciamus, sed malumus futura potius excidere vita, quàm rebus istis præsentibus, quanquam nihil illæ aliud sunt quàm damnum. Nam dic mihi (discutiamus enim singula diuitiarum bona) an nõ damnum sit quod laborem quidem habet, lucrum vero nullum? Quæ nanq; dic quæso, vtilitas est ex multis ac sumptuosis vestibus? Quid lucramur, quãdo illis amicimur? Nihil, nisi quòd damno duntaxat afficimur. Quo modo? Quoniam & pauper tenuiter ac protritis indutus, in calore nihilo te peius æstum fert: immò ille etiam facilius. Indumenta nanq; protrita, & sola induta, corpora pauperum minus constringunt: recentiora verò non ita etiam si subtiliora sint quàm aranearum tela. Tu autem propter maximũ fastum, & duas vel tres tunicas, plerunque & vestẽ subtilem, & zonã, & subligacula habes. Illi vero nemo exprobrat, quod vna dũtaxat tunica tegitur, atque ita ex eo minus quoque grauatur. Diuites quidẽ videmus sudantes: pauperes vero nihil horum patientes. Cum ergo pauperi tenuia illa & propè nihilo coëmpta indumenta, eodem, immò meliore sint vsu: illa vero, quum multũ auri impendere cogant, non plus efficiant: nunquid damnum est multitudo illa & superfluitas? Nihil enim amplius adferunt ad vsus necessarij obsequiiq; rationem, sed plus auri tibi exhauriunt. Et eundem vsum idẽmq; indumentorum obsequiũ tu quidem diues centum aureis, aut pluris emisti, pauper vero modico argẽto. Vides damnum? Sed fastus non permittit vt videas. Vis vt & eorum rationem excutiamus, in rebus deauratis quibus & equos, & vxores amiciunt? Diuitiæ nanque præter alia stultos etiam faciũt. Eodem honore dignantur & vxores & equos, & vnus est vtrorũque ornatus, & ab eisdem volũt illustriores apparere vxores, à quibus & rhedas, & cortinarum pelles, in quibus ferũtur. Dic quæso, quid profuerit mulum, aut equum auro exornare? Mulier vero tanto auri lapidúmq; circũdata pondere, quid amplius habet? Sed non corrũpuntur, inquis, quæ aurea sunt. Et hoc quidem potissimum dicimus, quòd in balneis, & aliàs vbique, & lapides, & indumenta deaurata multum de precio amittunt. Veruntamen sit hoc, nihil sit damni. Quid vero lucri, dic quẽso? Quid autem si exciderint & perierint? Nunquid damnum fuerit? Quid etiam si inuidiam & insidias cõcitauerint? Nõnne damnum? Cum enim nihil adferant emolumenti gestanti mulieri, incendant vero inuidorum oculos, & latrones magis incitent: nõnne damnosa sunt? Quid vero, dic mihi, si cum viro liceat illis ad negocium aliquod lucrosum vti, ille propter vxoris nimios sumptus, nequeat, sed cogatur cũ angustia & suspiriis famem ferre, illámque auro videre conspicuam: non est res ista damnosa? Propterea nanque pecuniæ, χρήματα. χρήματα dictę sunt, non vt illis itavtamur, vt aurifusorum prothecæ, sed vt bonum quid in illis operemur. Cum ergo desideriũ auri hoc facere non sinat, an istuc non est damnum? Qui enim illis vti non audet, tanquã ab alienis abstinet, atque ita illarũ nullus est vsus. Quid autem quòd domos ædificamus splendidas & magnas, & columnis eas, & marmore, & porticibus, & ambulacris omnino exornamus, vbique idola & statuas sistentes? Nam multi ab istis dæmonas etiam vocant. Veruntamen ista non excutiamus. Quid sibi vult * tectũ quoque aureum? An non eundem vsum exhibet, quem & is habet, cui mediocris est domus? At multum habet delectationis? Verum, vnum & alterum diem. Deinceps vero non amplius. Si enim nos Sol iste non stupefacit, propterea quòd illi assuescimus, multo minus artis opera: sed his non magis intendimus quàm luteis. Quid enim ad commodam habitationem, dic quẽso, colũnarum multitudo, & statuarũ pulchritudo, & aurũ parietibus insertũ, cõfert? Nihil, sed mollicies quædam est & iactãtia, & superbia, & nimius fastus, & amẽtia. Nã vbique aliàs de necessariis ea oporteret esse, & quæ exigit vsus, & nõ de superfluis. Vides rem istam habere damnum? Vides esse superfluam & inutilem? Si enim neque plus exhibet vsus neque delectationis (fit enim ex tempore satietas) nihil est aliud quàm damnum. Sed istud videre non permittit obstans vana gloria. Deinde Paulus quæ quidem lucra putauit, ea quoque reliquit: nos vero neque damnum relinquimus propter Christum. Quousque terræ affigimur? Quousq; cœlum non suspicimus? Non videtis senio cõfectos, quo modo nullum habeant rerum præteritarum sensum? Non videtis morientes? Eos qui in senectute sunt? Eos qui in iuuentute? Non eos videtis qui interea dum viuunt, bonis suis priuati sunt? Quid rebus istis instabilibus vsqueadeo afficimur? Quid imbecillibus alligamur? Cur illorum loco non apprehendimus manentia? Quid non darent senes, si liceret deponere senium? Ad hæc, quantę non est insipientiæ velle quidem ad priorem reuerti iuuentutem, & omnia promptè donare, vt liceat esse iuniorẽ, at cum liceat iuuẽtutem accipere quæ senium nũquam habeat, & iuuẽtutem cum multis diuitiis, videlicet spiritualem, ne minimum quidẽ illius gratia velle dimittere, sed ea continere quæ nihil in præsens etiam prosunt? A morte eximere te nequeunt, morbum expellere non valent, nec à senio cohibere. Nihil illorum † ex necessariis est, & quæ iuxta naturæ legem proueniunt, & adhuc tamẽ illis inhæres? Quid inde lucraris, obsecro? Ebrietas, ventris ingluuies, voluptates absurdæ, & omnifariæ, magis nos distendunt & cõficiunt quàm acerbi domini. Ista duntaxat lucrari licet ex diuitiis, aliud vero nihil, quandoquidem nolumus. Alioqui si vellemus, cœlum ipsum vtique ex diuitiis acquireremus. Itaque bonæ sunt, inquit, diuitiæ. Diuitiæ non hoc faciũt, sed possidentis voluntas. Quoniam enim volũtas hoc facit, licet & pauperi adipisci cœlum. Quemadmodum enim sæpe dixi, non mansuræ datorum intendit deus, sed voluntati exhibentium. Et potest in penuria existẽs & modica largiens, totum accipere. Ea nanque deus exigit, quæ quisque dare poterit. Neque diuitię cœlum, neque paupertas gehennam, sed vtraque conciliat voluntas vel bona vel flagitiosa. Illam itaque corrigamus, illam acquiramus, illam componamus, & omnia nobis erunt facilia. Quemadmodum enim artifex siue ferreã, siue aureã securim habeat, æquè in ligno operatur, immò magis per ferream: ita & hic multo facilius per paupertatẽ paratur virtus. De diuitiis enim dicit Christus: Facilius est camelum per foramen acus intrare, quàm diuitem in regnum cœlorum. De paupertate vero nihil tale respondit, sed magis contrarium. Vẽde quæ habes, inquit, & da pauperibus, & veni sequere me, tanq; sit ex animi proposito. Ne fugiamus itaque paupertatẽ veluti malam. Regnum enim conciliat. Et rursus non persequamur diuitias, veluti bonas. Incautos enim perdunt.

εἰ κλοιν-δα.

* ὄφοφος.

tectum, lectum.

† prohibeat possint quæ ex necessitate,

Matth. 19. c

Idem. & Marc. 10. b & Luc. 18. d

dunt. Sed vbique oculis in deum intentis vtamur vt oportet, bonis ab illo subministratis, siue corporis virtute, siue pecuniarum copia, siue aliis quibusuis. Absurdū enim fuerit, si qui ab illo facti sumus, aliis ista vtēda dederimus, & non magis ei qui nos fecit? Oculum tibi fecit? Oculum illi vtendum exhibe, nō diabolo. Quo modo vero illi exhibebis? Si creaturis eius visis, ipsum glorificaueris, visumq; à mulierum cōspectu abduxeris. Fecit tibi manus? Illas ipsi posideto, non diabolo, non ad rapinam & auariciam: sed ad ipsius mandata & beneficia, & ad continuas preces, & ad succurrendum deficientibus, eas porrigens & extendens. Fecit tibi aures? Illas ipsi exhibeto, non præfractis & lasciuis concentibus, neq; obscœnis fabulis: sed omnis meditatio tua sit
" in lege excelsi. In cœtum enim, inquit, seniorum sta: &
" si quis sapiēs fuerit, illi adhæreto. Os tibi fecit? Istud nihil agat eorum quæ illi non probātur, sed psalmodias, hymnos, & odas spirituales cōcinnito. Vt det gratiam, inquit, audientibus: in ædificationam, & non in subuersionem: ab benedictionem, & non ad maledictionem: non ad insidias, sed omnino contrarium. Fecit tibi pedes, non vt ad malicia curras, sed ad ea quæ bona sunt. Fecit tibi ventrem, non vt illum cibis rūpas, sed vt philosopheris. Indidit concupiscentiam ad procreādos liberos, sed non ad scortationem & adulterium. Dedit tibi mentem, non vt ipsum blasphemes, non vt conuiciator sis, sed ne mentiaris. Dedit etiam pecunias, vt ad necessaria illis vtamur. Et fortitudinem quoque, vt & illa vtamur quo modo oportet. Artes fecit, vt vita nostra cōstet, nō vt à spiritualibus nosipsos abstrahamus, non vt illiberalibus ac sordidis, sed necessariis artibus intendamus: vt inuicem alius alij seruiamus, non vt insidias struamus. Tectum dedit, vt ferre queas imbrem, tantum scilicet duntaxat, non vt superbias. Tectum vero tuum auro splēdet, & pauper interea fame perit. Dedit indumenta, vt tegamur non ad ostentationem, nō vt illa quidem multum habeant auri, Christus vero nudus pereat. Casam dedit, non vt solus habeas, sed vt & aliis impertias. Dedit terram, non vt succisa potiore illius parte, in scorta, & saltatores, & mimos, & tibicines, & citharœdos insumas bona dei, sed in esurientes & egenos. Dedit tibi mare, vt nauiges, ne iter faciendo labores, non vt profunda eius curiose scruteris, & lapides, & quicquid tale est, inde tollas, neq; vt studiosum
De lapidib⁹ pretiosis. hūc quæstum facias. Cuius ergo gratia sunt lapides, inquis? Dicas tu mihi: Cuius vero gratia lapides isti communes tales sunt? Illi virtute pretiosi sunt: immò vero isti vtiliores. Nam isti vel ad ædificandum vtiles sunt, illi vero nusquam, & isti illis robustiores quoque sunt. At illi, inquis, pulchritudini seruiunt. Quo modo? Opinio istud facit. Cādidiores sunt? sed marmore admodū candido candidiores nō sunt, immò ne pares quidem. Sed solidiores? At neque hoc quisquam dicere poterit.
† vtiliores, sed maiores? Sed† pretiosiores sunt, & pluris?] Atque neque hoc est, vnde ergo tantum admirationis & celebritatis adepti sunt, nisi ex sola opinione? Si enim neq; sunt venustiores, (nam inueniemus illis illustriores, & candidiores,) neque vtiliores, neque solidiores: vnde tantopere celebrati sunt? Nunquid ex sola opinione? Quamobrem ergo illos dedit? Sed tu eos magni æstimabas. Quid ergo, inquis, quòd & scriptura eos celebrat? Iuxta opinionē tuam disserit. Nam & præceptor ad puerum disserens, eadem cum illo vbique celebrat, cupiens ipsum allicere, & ad altiora subducere. Quid indumentorum pulchritudinem quæris? vestimento te induit & calceamē-

tis. Ista verò, vbi nam rationem habent? Desiderabilia, *Psal. 18.c* inquit, super aurum & lapidem plurimum pretiosum, iudicia dei. Non sunt ista, dilecti, pretiosa. Si pretiosa essent, vtique contēnere ea non iussisset. Sed iuxta opinionem nostram loquitur diuina scriptura. Et hoc ipsum sanè diuinæ benignitatis est. Quāobrem ergo, inquis, purpuram dedit & quæcunque talia sunt? Ex dono dei sunt opera ista. Voluit enim & ab aliis diuitias suas ostendere. Alioqui, cibum duntaxat & alimoniam dedit: Tu vero multa inde struis, placentas, bellaria diuersa & omnifaria, multam habētia voluptatem. Voluptas & vana gloria, hæc omnia adinuenerunt. Videbantur tibi ista omnia præcellere. Quòd si te peregrinus quisquam, aut agricola, & morū huius terræ ignarus & imperitus, vidēs quàm ista admireris, interroget, ac dicat, quamobrem hæc admiraris? Quid haberes quod respōderes? Quod bonum sit ea videre? Sed nō ita? Cessemus igitur ab ista opinione. Quæ indubitatò vera sunt, amplectamur. Ista quippe nō sunt, sed temerè trāseunt fluuij instar diffluentia. Quapropter obsecro † instar saxi] nosipsos obfirmemus: vt futura bona consequamur.

† sup petrā κατὰ στάσεως ἑαυτὸν στηρίζε.

Homilia vndecima.

Sed quæ mihi erant lucra, ea propter Christum arbitratus sum esse damnum. Quinetiam arbitrer ea damna esse propter excellentiam cognitionis Christi Iesu domini mei, propter quem omnia pro dāmis duxi, habeoq; pro reiectamentis, vt Christum lucrifaciam, & reperiar in illo non habens meam iusticiam ex lege, sed eam quæ per fidem est Iesu Christi, quæ ex deo est iusticia. Certaminibus quæ contra hæreticos fiunt, exercitatis & maturis animis intendendum est vt diligēter animaduertere queant. Quapropter disputationis huius initium ex fine præcedētis faciemus: Quis autem erat iste? Enumeratis cunctis Iudaicis gloriationibus, tā quæ à natura, quàm quæ ab animi proposito erant, subiunxit: Sed quæ mihi lucra erant, ea arbitratus sum esse damnum, propter excellentiam cognitionis Iesu Christi domini mei, propter quem omnia pro damnis duxi, habeóq; pro reiectamētis, vt Christum lucrifaciam. Insiliunt hic hæretici. Nam & hoc sapiētiæ est spiritus sancti, spem illis victoriæ obiicere, vt pugnam suscipiant. Si enim apertè locutus esset, quod in aliis fecerunt, fecissent & in istis. Deleuerunt nanque literas, recusarunt scripturā, omnino in illam intendere non valentes. Sed quemadmodum fit in piscium captura, vbi quod attrahere illos valeat, vt accurrant, occulitur, & manifestè non ponitur: ita & hîc. Reiectamentum, dicta est lex, damnum dicta est, inquiunt. dicit, Christum lucrifacere non potui, nisi legem pro damno duxissem. Hęc omnia illexerunt hæreticos locum istum captandi, putantes eum pro se facere. Posteaquā verò illum captarūt, tum retibus suis eos vndique inuoluit. Quid enim dicunt illi? Ecce damnosa est lex, ecce reiectamentum est. Quo modo ergo eam dei esse dicitis? Ista igitur ipsa pro lege sunt, & vnde sint, hinc liquet. Attendamus diligenter quæ dicuntur. Non dixit, damnum est lex, sed arbitror eam esse damnum. Et quādoquidem de lucro dixit: non dixit, arbitror, sed, quæ erāt mihi lucra. Quādo vero de damno, arbitror, inquit: & meritò. Erant enim illa ex natura, istud vero ex nostra opinione factū est. Quid ergo est, inquit? Damnum est propter Christum. Et quo modo lucrum facta est lex, & non reputatum est pro lucro, sed erat. Cogita nāque quantum fuerit homines natura feroces ad hominum conuersationem & vitā formare & instituere. Nisi enim lex fuisset,

Hæretici literas ex scriptura sacra deleuerunt.

gratia

Universidad de Deusto
Biblioteca

gratia vtique data non esset. Quare? Quia pontis instar fuit. Cum enim non liceret ex magna illa humilitate in sublime ascendere, facta est scala. Scalæ vero nullus est amplius vsus: & qui per illam ascendit, non quidē eam contemnit, sed & gratiam ipsi habere nouit. Ipsa quippe eò illum constituit, vt adminiculo isto amplius non habeat opus. Et pro hoc ipso, quòd eius opera nō eget, æquum est vt ipsius gratia ingenuè confiteatur se non volucrum more in sublime volasse: Ita & de lege. Subuexit nos in sublime. Igitur lucrum erat. Sed deinceps damnum eam arbitramur. Quo modo? Non quòd dānum sit, sed quòd multo maior sit gratia. Quemadmodum enim pauper in fame constitutus, tātisper famem effugit, dum argentum habet. Quando vero aurum nactus fuerit, & vtraque cōtinere non potuerit, damnum arbitratur retinere argentum, ideo relicto argento, accipit aurum: Ita & hîc. Non quòd damnum sit argētum (non enim est) sed quòd non liceat vtraque habere, & vnum necesse sit relinquere. Dānum ergo non est lex, sed legi adhærendo à Christo deficere. Itaque quando nos abducit à Christo, tunc damnum est. Si vero ad Christum destinat, non item. Propterea dicit: Propter Christum arbitratus sum esse dānum. Si propter Christum, non natura damnum est. Qua vero ratione ad
Roma. 10.a Christum accedere nō permittit lex? Atqui ad hoc, inquit, data est, & plenitudo legis Christus, & finis legis Christus. Permittit, si voluerim⁹. Finis enim legis Christus est. Qui legi obediens fuerit, ipsum permittit lex? Permittit, siquidem attenderimus: si vero non attēderimus, non permittit. Quinetiam arbitror omnia damnum esse. Quid de lege, inquit, hoc dico? Nunquid bonus est mundus? Nunquid bona est præsens vita? Sed si me abduxerint à Christo, pro damnis ista duco. Quare? Propter excellentiam cognitionis Iesu Christi domini mei. Sole quippe lucēte ad lucernam sedere damnum est. Itaque à collatione damnum fit, ab excellentia. Vides eum collationem facere? Propter excellentiam, inquit, non propter alienum quid. Excellens enim, quod eiusdem est generis excellit. Ex eo igitur quòd excellētiam per collationem facit, ostēdit cognitionis cognationem & familiaritatem. Propter quem omnia pro dānis duxi, & reiectamenta esse arbitror, vt Christum lucrifaciam. Reiectamenta, nōdum liquet, an de lege dicat. Verisimile nanque est eum de rebus mundanis dicere. Cum enim dixisset, quæ quidem lucra mihi erant, ea arbitror esse damnum propter Christum, subiunxit: Quin etiam omnia dānum arbitror. Et quid dixit omnia, nisi præsentia? Si vero & legē intelligere voles, neque sic probri quicquam fuerit. Nam reiectamentum à frumento est, & quod frumenti nascentis robur est & tutela, illud est σκύβαλον, paleam dico. Sed antea vtilis erat palea. Atque ideo & cum frumento illam colligimus. Nam nisi fuisset palea, frumentum vtique natum non esset. Vides quo modo vbique non rem ipsam dānum vocat, sed propter Christum? Quin etiam omnia damnum arbitror. Quamobrem? Propter excellētiam cognitionis. Propter quem omnia pro damnis duxi. Iterum: Quapropter omnia damnum esse arbitror vt Christum lucrifaciam. Vides quo modo vndique veluti sustentaculo, Christo inhæreat, nec sinat vllo pacto probrose denudari legem, aut aliquid plagæ accipere, sed vndiq; eam muniat? Et reperiar in illo non habens meam iusticiam quæ est ex lege. Si iusticiam illam habens, propterea quòd nihil esset, ad istam iusticiam cucurrit, quo modo non magis ad eam properare debēt, qui iusticiam non habent? Et bene dixit, meam iusticiā, non quam laboribus, inquit, ac sudoribus acquisiui, sed quæ est ex gratia: si ergo qui recte operatus est, ex gratia saluatur, multo magis vos. Cum enim possibile esset eos eam iusticiam, quæ ex operibus est, maiorem reputare, ostendit eam esse paleam & reiectamentum isti collatam. Nō enim vnquam, inquit, cum illam mihi comparassem, proiecta ea, ad istam accurrissem. Quæ vero est ista iusticia? Quæ est ex fide dei: hoc est, & ista à deo datur. Dei est ista iusticia. Omnino donum dei est. Dona vero dei magna mensura tenuitatem eorū recte factorum quæ nostro studio fiunt, excellunt. Quid vero est? Per fidem eum cognoscere. Ergo per fidē est cognitio, & sine fide cognosci nequit. Quo modo autē per ipsam cognoscenda est virtus resurrectionis eius? Quæ nanque nobis ratiocinatio resurrectionem exprimet? Nulla, nisi fides. Si vero resurrectio Christi secundum carnem, fide cognoscenda est: quo modo verbi dei natiuitas ratiocinationibus comprehēdetur? Est enim resurrectio natiuitate inferior. Quamobrem? Quoniam illius quidem multa sæpe facta sunt exempla, huius vero nunquam. Nam multi mortui ante Christum resurrexerunt: licet posteaquam resurrexerant, denuo mortui sint, ex virgine vero nemo vnquam natus est. Si ergo quod & carnali Christi natiuitate exilius est, fide cōprehēdi necesse habet: quod multo maius est, & infinitē & incomparabiliter maius est, quo modo per rationis collectionem comprehēdetur? Ista iusticiam faciūt. Oportet enim credere istud fieri potuisse. Quo modo vero potuerit, non item est probandum. Est enim ex fide etiam communicatio passionum Christi. Quo modo? Si non crediderimus, nihil vtique fidei gratia patiemur. Nisi crediderimus, quòd si pariter passi fuerimus, pariter etiam regnaturi sumus, neque passiones vtique sustinebimus. *Fide comprehēditur & natiuitas & resurrectio. Vides quòd non simpliciter oporteat fidem habere, sed quæ sit per opera? Nam iste potissimum Christum resurrexisse credit, qui sui nullam habet rationē, periculis seipsum tradēs, illiq; in passionibus communicans. Ei nanque communicat, qui resurrexit ac viuit.* Propterea dixit: Et reperiar in illo non habens meā iusticiam ex lege, sed eam quæ per fidem est Iesu Christi, quæ ex deo est iusticia. *Vt fide cognoscam illum, & potētiam resurrectionis illius, & communionem adflictionum illius, conformis factus morti eius, si quo modo pertingam ad resurrectionem mortuorum.* Conformis, inquit, factus morti illius: hoc est, cōmunicans, Quemadmodum ille pro hominibus passus est, ita & ego. Propterea dixit, conformis factus. Et alibi rursus: Suppleo quod deerat adflictionū Christi in car- *Coloss.1.d* ne mea: hoc est, persecutiones. Et istæ adflictiones imaginem mortis illius efficiūt. Non enim quod sinē erat, quæsiuit, sed quod multorum. Itaque persecutiones illę & adflictiones, & angustiæ, non solum terrere vos non debent, sed magis exhilarare, quoniam per illas conformes reddimur morti illius: quasi dicat, ad imaginē eius fingimur, quod & alibi scribēs dicit: Mortificationem *μέθ.* domini Iesu in corpore nostro circunferentes. Et hoc *2.Cor.4.c* vero ex multa fide fit. Non enim cum resurrexisse dūtaxat credimus, sed & post resurrectionem multam habere potentiam. Propterea eandem viam ingredimur, quam ingressus est ipse: id est, fratres illi & huius gratia * *γεγενη.* facti sumus, ac si dixisset: * Christi facti sumus iuxta istā *Christi, i na* rationem. Papæ, quanta est adflictionum dignitas? Cre- *mine. plur.* dimus nos cōformes fieri morti illius per adflictiones. Quemadmodum enim in baptismate similitudini mor- *Rom.6.a* tis eius

ὑπὸ σκύβα-λον.

tis eius consepulti sumus: ita hîc morti eius. Illic meritò dixit, similitudini mortis eius. Non enim prorsus omnem dum mortem obiuimus. Nam non corpore & carne mortui sumus, sed peccato. Atqui mors & mors vtrinque dicitur. Sed ille corpore mortuus est, nos peccato. Et illic homo mortuus est, quē accepit ipse in corpore nostro: hic vero homo peccati. Propterea dicit, similitudini mortis eius. Hîc vero non amplius similitudini mortis, sed morti ipsi. Paulus enim non peccato in persecutionibus mortuus est, sed ipso corpore. Itaq; cādem sustinuit mortem. Si quo pacto pertingam, inquit, ad resurrectionem mortuorum. Quid dicis? Atqui omnes illam assequentur. Nam nō quidem omnes, inquit, obdormiemus, immutabimur vero omnes: & non solū resurrectionem omnes, sed & incorruptionem consequentur: illi quidem ad honorē, illi vero ad ingressum & viaticum supplicij. Si ergo resurrectionem assequētur omnes, & non solum resurrectionem, sed & incorruptionem: quo modo tanquam præcipuum quicquam adepturus dixit, si quo pacto pertingam? Propterea, inquit, ista patior, † vt aliquo pacto ad resurrectionem ex mortuis pertingam. Nisi enim mortuus fueris, non resurges. Quid est igitur? Videtur enim magnū quid hîc innuere. Erat enim adeò magnum vt liquido definire non ausus sit, sed dixerit, si quo pacto. Credidi in illum & resurrectionem eius, immò & patior propter ipsum, sed nondum possumus de resurrectione cōfidentes esse & securi. Quam hîc ergo resurrectionem dicit? Eam scilicet quæ ad ipsum Christū ducit. Dixi me in ipsum credidisse, & potentiam resurrectionis eius, cōsortēmque passionum ipsius factum, & conformatum morti eius: veruntamen post ista omnia nōdum securus sum. Quod & alibi dicit: Qui stare videtur, videat ne cadat. Et iterum: Metuo ne cū aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. *Non quòd iam apprehenderim, aut iam perfectus sim. Persequor autem, si quoque apprehendam, quatenus & apprehensus sum à Christo Iesu.* Non quòd iam apprehenderim. Quid est, iam apprehenderim? Brabium dicit. Si ergo qui tanta passus est. Si qui persecutionem tulit, si qui mortificationem habebat, nōdum de resurrectione illa securus fuit, quid sanè nos dicemus? Quid est, si apprehendam? Resuscitationem ex mortuis, resurrectionem eius, inquit, si apprehendam: hoc est, si tāta pati potero, si potero ipsum imitari, si potero cōformis ipsi fieri: Vtpote multa passus est Christus, a lapis percussus est, flagellatus est, postremò passus est. Quæ quidem passus est, istud est stadium. Per omnia ista ad resurrectionem eius pertingere oportet quēuis certamina ferentes. Aut hoc dicit: Si meruero resurrectionē probi ministri assequi, quæ fiduciam habeat in resuscitationem eius. Si enim quæuis certamina ferre potero, & resurrectionē eius habere potero, & cum gloria resurgere. Nondum enim, inquit, dignus sum. Persequor vero, si apprehendam. Adhuc mihi vita certaminū plena est, adhuc procul à meta sum, adhuc absum à brabiis; adhuc curro ac persequor. Immò non dixit, curro, sed, persequor. Qui persequitur, scitis quanta cōtentione persequatur. Neminem aspicit, quosuis impediētes magno impetu abigit, mentem & oculum, & robur, & animum, & corpus in vnum contrahit, ad aliud nihil nisi ad solum brabiū intendens. Si vero Paulus ita persequens, tantáque passus, adhuc dicit, si quoque apprehendam: quid nos dicemus? Deinde ostendens persecutionem istam debitā esse, quatenus, inquit, & apprehensus sum à Iesu Christo. Ex pereūtibus, inquit, eram. Suffocabar, eram periturus, apprehendit me deus. Nam & ipse nos, cum eū fugeremus, magno studio persecutus est. Itaque omnia exprimit. Quod enim dicit, quoniam & apprehensus sum, ostendit apprehendere volentis diligentiam, & nostram plurimam auersionem & errorem, quod ipsum scilicet fugerimus.

1.Cor.15.g

† si quo pacto

1.Cor.10.c
Ibid.9.d

Morale.

Multo itaq; debito obnoxij sumus, & nemo luget, nemo illachrymatur, nemo ingemiscit, omnib⁹ ad pristinum statum relabētibus. Quemadmodum enim ante Christi aduentum, Christum fugimus: ita & nunc. Deum enim fugere non fit loci respectu. Nam vbique est. Audi prophetam dicētem: Quò ibo à spiritu tuo, & à facie tua quò fugiam? Quo modo ergo fuga fit à deo? Quemadmodum potest esse, vt procul quis sit à deo, vt elongetur ab eo? Qui enim seipsos, inquit, elōgauerint abs te, peribunt. Et iterum: Nunquid peccata vestra distinxerunt inter me & vos? Quo modo ergo elongatur ab eo? Quo modo fit diuisio? voluntate & animo. Loco quippe fieri nequit. Nam quo modo eum quisquam fugerit, qui vbique præsens est? Peccator ergo fugit. Hoc est, quod dicit scriptura, fugit impi⁹ nemine persequēte. Vehemēter deum fugimus, licet ille nos vsque persequatur. Apostolus persecutus est eum, vt prope ipsum esset. Nos ita persequimur, vt procul ab eo simus. Non sunt ista digna lamētis? Quò fugis miser? Quò fugis vitam & salutem tuam? Si deum fugis, ad quem cōfugies? Si lucem fugis, quò respicies? Si vitam fugis, vnde postea viues? Fugiamus hostem salutis nostræ. Cum peccamus, fugimus à deo, fugitiui in alienā terram discedimus. quemadmodum ille, qui bonis paternis cōsumptis abiit in terram alienam, qui malè consumpta paterna substantia, in fame viuebat. Habemus autem paternam substātiam & nos. Quámnam illam? liberauit nos à peccatis. Largius est potentiam validam ad efficaciā, & lucrum virtutis: largius est animi prōptitudinem, & patientiam in baptismate, largitus est nobis spiritum sanctum. Si ista consumpserimus, fame postea laborabimus. Nam vt ægrotantes, quousque febribus fatigantur & humorum malicia, nec exurgere, nec quicquā operari valent: si vero quisquam eos liberauerit, & ad sanitatem reduxerit, & illi postea nihil operis fecerint, ex propria ipsorū istud est socordia: ita sanè & hic res nostræ habent. Morbus enim hic grauis, & febris erat vehemens: & decumbebamus non in lecto, sed in ipsa malicia, in prauitate veluti in stercore proiecti, vlceribus ac fœtore pleni, squalidi, suppressi, idola magis quàm homines. Circunstabant nos dæmones mali, princeps ille mūdi ridens insultabat. Venit vnigenitus dei, emisit aduentus sui radios, & caliginem cōfestim depulit: venit ad nos qui in throno paterno constitutus regem agebat, relinquēs paternum illum thronum: (Cum vero, relinquens, dico, ne immutationem aliquam putes. Cœlum enim & terram ipse adimplet, sed dispensationem intelligo) venit ad inimicum odio ipsum habentem, auersantem, & ne videre quidem sustinētem, nullo non die ipsum blasphemantem. Vidit in stercore iacentem, vermibus scatentem, & vlceribus plenum, febri & fame laborantem, omne morbi genus habētem. Nam & febris molestabat: Ea quippe est mala concupiscentia. Et inflammationes premebant: Hoc enim est arrogantia. Et vehemens fames, βούλιμός quædam, vt dicitur, obtinuerat: Istud nanque est auaricia. Et putredines vndiq;: Nam hoc est fornicatio. Et cæcitas oculorū: Ea quippe est idololatria. Et surditas, & insania: Hoc siquidem

Ibid.72.d
Esa.59.a

Prouer.28.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

siquidem est,procumbere coram lapidibus ac ligno,& illis colloqui.Et multa deformitas: Hoc scilicet est malicia,molestus quidam & grauissimus morbus. Rursus & peius loquentes vidit ipsis insanis, lignum deum vocantes,& lapidem similiter.Vidit nos in tanta malicia: non temen abominatus est, non dedignatus, nō auersatus,non execratus. Erat enim dominus,& figmētum suum non odiuit. Sed quid facit?Quemadmodum bonus medicus,parat pharmaca multi precij,& primus ipse ea degustat.Virtutem enim ipse primus exercuit, atque ita & nobis dedit. Et primū veluti antidotō quoddam pharmacum dedit baptismi lauacrum, & sic omnem euomuim° maliciā, & effugata sunt simul omnia, & inflāmatio cessit,& febris extincta est, & putredines exiccatæ sunt. Nam omnia tam quæ erant ex auaricia, quàm quæ ab animi tumore, & reliqua mala omnia euacuata sunt & eiecta per spiritum.Aperti sunt oculi,apertæ aures,locuta est bona voce lingua,robur accepit animus: accepit talem pulchritudinem, florē, ac vigorem corpus,qualem decebat habere pulchritudinem filium dei:natum ex spiritus sancti gratia, qualem decebat habere gloriam filium,regi iam recens natum,& in purpura educatum.Heu quantam nobis largitus est nobilitatem,quanta nati,quanta educati sumus.Quid denuo fugimus benefactorem, qui omnia ista fecit, & robur dedit? Neque enim fieri poterat,vt hoc morbo detenti perduraremus, nisi ipse nobis virtutem & robur dedisset,& à peccatis liberasset. Consumpseramus omnia,dedit nobis facultatem, sed iterum consumpsimus eam.Dedit nobis charisma,extinximus illud. Quo modo?Consumpsimus illud in eo quod opus non erat, vsi sumus ad id quod vtile non erat. Ista nos perdiderūt, & quod omnium est grauissimum cū inter alienos simus,& siliquas comedāmus, non tamen dicimus, Reuertamur ad patrem,& dicamus:Peccauim° in cœlum & in te, cum patrem habeamus adeò amoris affectu in nos propensum,& reditum nostrum vehementer desiderantē.Si duntaxat reuerteremur,ne opprobrare quidem præterita sustineret,modò desisteremus. Est enim sufficiens & magna apologia, reuerti. Non solum ipse nō opprobrat,sed & si alius opprobrauerit,reprimitur, etiam si celebris sit qui exprobrat.Regrediamur. Quousque recedimus? Sentiamus nostram ignominiā,sentiamus vilitatem. Malicia nos porcos esse facit anima. Recuperemus nosipsos,& resipiscamus,redeamúsq; ad pristinam nobilitatem,vt futura bona assequamur.

Luc. 15.b

Homilia xij.

FRatres ego meipsum nondum arbitror assecutum esse.Vnū autem illud ago, ea quidem quæ à tergo sunt obliuiscens, ad ea verò quæ à fronte sunt enitēs, iuxta præfixum signū insequor ad palmam supernæ vocationis dei in Christo Iesu. Nihil adeò rectè facta euacuat,& in vētum abigit, atque memoria bonorum eorum quæ nos operati sumus. Nam duo mala parit:& segniores facit, & in arrogātiam extollit. Quapropter Paulus quoniam videbat naturam nostram ad socordiam pronam, & Philippenses plurimum laudauerat,vide quo modo animos eorum contrahat per multa quidem & alia superiora: maxime vero per præsentem hunc locum. Quid dicit?fratres mei ego meipsum nondum arbitror assecutum esse.Si vero Paulus nondum assecutus est, neque de resurrectione securus est,neq; de futuris: nullatenus igitur illi qui ne minimam quidem ipsius partem perfecerāt, istud assecuti sunt,hoc est, nōdum me virtutem omnem assecutum esse arbitror. Ac si de cursu quisquam dicat: nondum totum absolui,inquit. Quòd vero alibi dicit,certamen bonum certaui:& hîc, nondum arbitror me assecutum esse:si quis diligenter legerit,causam bene intelliget & illorum & istorum verborum.Non enim oportet eadem torquere,quoniam ista multo antè dixit, illa vero circa finem.Sed in vno duntaxat illo sum,inquit,vt ad ea quæ à fronte sunt,enitar.Vnum autem illud ago,inquit,ea quidem quæ à tergo sunt obliuiscēs, ad ea vero quæ ante me sunt enitens,iuxta præfixum signum insequor ad palmam supernæ vocationis dei in Christo Iesu.Istud enim ipsum fecit ad anteriora eniti. Qui ergo se iam perfectū esse, & nihil ad virtutis assecutionem deesse sibi putat,à cursu cessabit, tanquam totum iam assecutus. Qui vero se metam nōdum attigisse putat, nūquam à cursu desistet.Hoc ergo nobis semper reputandum est,etiā si innumera bona executi fuerimus.Si enim Paulus post mille mortes, post tanta pericula istud arbitratus de se est, multo magis nos.Nōdum tamen animum despondi,inquit: quòd,cum vsq; adeò cucurrerim,assequi non potui:neq; desperaui,sed adhuc curro,adhuc certo.Hoc solum obseruo,quo modo sanè promoueam.Ita & nobis faciendum est. Obliuiscenda recte facta,& à tergo relinquēda sunt.Etenim & qui currit,non reputat quantum spacij cōfecerit,sed quantum adhuc desit. Et nos non quātum virtutis impleuerimus reputemus, sed quantum adhuc supersit. Quid enim nos iuuerit quod cōfectum est, si quod deest adiectum non fuerit?Et non dixit,nō reputans,neq; memorans,sed obliuiscens. Nam ita demum diligētes & seduli reddimur,quando omnem animi promptitudinem & alacritatem ad id quod adhuc supereſt, assequendū recollegerimus & reparauerimus,quando præterita obliuioni mādauerimus. Enitēs,inquit, antequā appropiauerimus,prehendere satagimus.Enitens enim ἐπεκτεινόμενος est,qui pedes quanquam currentes, reliquo corpore anteuertere studens, seipsum in ea quæ à frōte sunt extendit, & manus quoque protendit, vt etiam amplius quiddam vltra cursum efficiat. Hoc vero fit ex multa animi alacritate,ex multo feruore.Ita oportet currentē currere,cum tanto studio,cum tanta alacritate, non pigrè.Quantum autem discriminis est inter ita currentē, & eum qui supinè iacendo torpescit: tantum est & inter Paulum & nos. Quotidie moriebatur ille,quotidie probabatur.Non erat momentum aliquod,non erat tē pus,in quo non creuerit illi cursus.Non accipere volebat,sed rapere palmam.Ita enim accipiēda est. Sursum stat qui palmam porrigit,sursum posita est palma.Vide quantum sit spacij percurrendum. Vide quanta sit sublimitas, quò peruolandum est spiritus alis. Nam sublimitas ista aliter obtineri nequit. Cum corpore cūdum est illò. Potest enim fieri.Nā nostra conuersatio,inquit, in cœlo est.Ibi est palma. Vides currētes quo modo ex lege & prescripto viuant? Quo modo nihil eorum,quæ robur corporis resoluunt,attingant? Quo modo singulis diebus in palæstra sub pædotriba & lege decertent? Imitare illos.Immò maiorem etiam animi alacritatem ostende. † Non enim palmam ferent multi tardantes.] Ex lege viue: multa sunt quæ fortitudinem remittunt. Fac eā esse pedibus tuis loco robusti cruris.Potes enim. Nam non est naturæ,sed voluntatis. Facilem eam efficiamus,ne grauitate ac tarditate pedum reliquum pondus impediatur. Ostende tibi pedes esse cautos. Multa enim est lubricitas:& si ceciderís,]perdes omnia.] Verūtamen si ceciderís,resurge. Potes enim & hoc pacto vincere.

1.Tim.4.b

† Nō enim palmā ferēt multi sunt impedientes.

] multū dā.

vincere. Nunquam rebus lubricis innitere,& non cades. Super solidis ac firmis curre. Caput sursum,sursum oculos. Istud & pædotribæ currentibus præcipiunt. Ita solidatur fortitudo. Si vero deorsum nutaueris,remissus decides. Sursum vbi palma est suspice. Ipse palmæ cõspectus multam facit alacritatem. Spes in tribulatione, labores sentire non permittit. Longinquitas facit vt modica appareat palma. Quid est palma? Nõ ramus palmæ. Sed quid? Regnum cœlorum,requies æterna,gloria cum Christo,hæreditas,fraternitas,innumera bona, quæ memorari nequeunt. Non potest palmæ huius pulchritudo enarrari. Solus nouit eam,qui eam obtinet,& qui accepturus est. Non est aurea, non est ex lapidibus insertis. Multo est illis precioſior. Aurum illi collatum, lutum est. Lapides precioſi ad palmæ huius venustatem comparati,lateres sunt. Si eam habens ad cœlum hinc abscesseris,poteris illõ cũ multo honore transire. Et angeli te palmam istam ferentem venerabuntur. Accedes quosuis cum magna libertate. In Christo Iesu. Vide gratum ac probum. In Christo Iesu,inquit,hoc facio. Non enim sine ipsius auxilio tantum spacij pertransire potero: multo op° est auxilio,multo adiutorio. Infrà te quidem certare voluit, suprà vero coronabit: non quòd hîc,vbi certamen est,ibi & corona sit, sed in loco splẽdido est corona. Nõ videtis & hîc,quo modo quos maxime honorant,siue athletas, siue aurigas, nõ in stadio infrà coronant,sed ad superiora vocatos,rex illic coronat? Ita & hîc. In cœlo accipies palmam. *Quotquot igitur perfecti sumus,hoc sentiamus: & si quid aliter sentitis,hoc quoque vobis deus reuelabit.* Quid? Nẽpe quòd oporteat quæ à tergo sunt obliuiſci, quòd perfecti sit non putare seipsum esse perfectum. Quo modo ergo dicis, Quotquot perfecti sumus? Dic enim quæso,num hoc sentimus, quod tu sentis? Si enim non accepisti, neque perfectus factus es: quo modo perfectos iubes sentire quod tu sentis, cũ nondum perfectus sis? *Hoc enim,inquit, perfectio est.* Et si quid aliter sentitis, hoc quoq; vobis reuelabit de°: hoc est, Si quisquam putat se omnia recte assecutum esse. Cautos eos reddit. At non ita dicit. Sed quid? Et si quid aliter sentitis,hoc quoq; vobis reuelabit deus. Vide quàm contractè ac cautè. Hoc,inquit,reuelabit vobis deus. id est,deus vobis persuadebit,nõ docebit. Nã Paulus docuit,sed deus inducet. Et non dixit,inducet: sed,reuelabit,vt res ista magis videatur esse ignorãtiæ. Non de dogmatibus ista dicit,sed de perfectione vitę, & ne putent seipsos perfectos esse. Quisquis enim putat se assecutum esse totum,nihil habet. *Attamẽ ad id quod assecuti sumus,eadem regula procedamus, vt simus concordes.* Attamen ad id quod assecuti sumus. Quid est? Interea,inquit,quod recte fecimus,& assecuti sumus,cõtineamus, quod attinet ad dilectionem, quod ad concordiam, quod ad pacem. Hoc à nobis rectè factum est,hoc assecuti sumus,ad quod pertigimus. Eadẽ regula procedamus,idem sentiendo in eo, ad quod pertigimus. Istud iam assecuti sumus. Vides quòd regulam vult esse mandata? Regula nec addi sibi quicquã,nec demi sustinet. Alioqui hoc ipsum quod regula est, amittit ac perdit. hoc est,eadẽ fide,eodem præscripto. *Imitatores mei estote fratres,& considerate eos qui sic ambulant,quemadmodum habetis nos pro exemplari.* Dixerat suprà: Cauete canes. Abduxerat eos ab illis. Iã adducit,quos imitari oporteat. Si quisquam est,inquit, qui nos imitari vult, si quis est eadem via incedens,illos obseruate. Licet ego non adsim,nostis tamen incessus mei modum,hoc est,vitę conuersationem. Non enim solis verbis docuit, sed & re ipsa.

His sup. a

A Quemadmodum in choro & exercitu,choragũ & ducem reliquos imitari oportet, atque ita composite incedẽdum est. Potest enim ordo vel à statione dissolui & dissipari. Morale.

Exemplar ergo erant Apostoli, primarij quandam exemplaris imaginem seruãtes. Cogitate quàm exacta illis vita fuerit,vt archetypum & exemplum, viuàsq; leges aliis exhiberent. Quòd enim literæ referebãt,illud re ipsa omnibus conspicuum faciebant. Ea demum est optima doctrina. Ita discipul° induci ac persuaderi poterit. Si enim doctor verbis quidẽ doceat ac philosophetur,operibus vero contraria fecerit,nondũ doctor erit. Nam istuc & discipulo facilè præstitu fuerit,nempe verbis philosophari. Sed opus est admonitione & inductione,quæ sit ex ipsis operibus. Ista quippe & doctorem venerabilem facit, & discipulum obsequẽtem.

B Quo modo? Etenim si quando viderit verbis duntaxat philosophantem, dicet eum impossibilia præcipere. Quòd autem impossibilia præcipiat,eum hoc ostendere primum qui ea non faciat. Si vero viderit per opera perfectam virtutem,iam non poterit ista dicere. Verũtamen,etiã si negligens ac dissoluta fuerit doctoris vita,nobis tamen ipsis intendamus, audiamúsq; prophetam dicentem: Erunt omnes à deo docti, & nequaquã docebunt quisque fratrem suũ dicentes, cognosce dominum: quoniam cognoscẽt me omnes à paruo vsque ad magnum inter eos. Non habes virtute præditum ac strenuum doctorem? Habes autem verum doctorem, qui & solus est doctor vocandus. Ab illo discite. Ille dixit,Discite à me,quoniam mitis sum. Nõ obserues doctorem,sed hunc & huius disciplinas. Hinc tibi exemplar sume,habes imaginem optimam. Ad illam te comC ponas. Mille sunt in scripturis positæ solidę & genuinę vitæ imagines: vtpote,si voles,accede, & post doctorẽ, inter discipulos,hic quidem inops claruit: ille vero cũ pecuniis quoque. Exẽpli gratia: Helias inops, Abraham cum pecuniis. Quam faciliorem vitam ex istis putas,& commodiorem,illam accede. Rursus hic quidem coniugatus: Ille vero virginitatem tenens. Abraham coniugatus: Helias virginitatem tenens. Ad quam voles transi. Nam vtraque ad cœlum ducit. Alius per ieiunia, vt Ioannes: alius vero sine ieiuniis, vt Iob. Rursus hic ipse & vxoris,& filiorum, & filiarum, & domus curam gerens,multàsq; diuitias possidẽs. Alter vero nihil possidebat,nisi pilosum indumentum. Et quid dico domũ, & diuitias,& pecunias,cũ & in regia dignitate quisquã cõstitutus virtutem assequi possit? Est enim domus regia quàuis priuata negocioſior. Dauid ergo splenduit

D in regia dignitate, & nihil eum relaxauit vel purpura, vel diadema. Alius integro populo præfectus, Moysen dico: quod quidem difficilius est. Erat enim hîc maior potestas,vnde erat & maior difficultas. Vides & in diuitiis celebres & probatos? vides & in paupertate? vides in coniugio? vides in virginitate? Speculare rursus ex contrario & in coniugio, & in virginitate, & in diuitiis,& in paupertate perditos. In coniugio quidẽ multi homines perierunt: vtpote Sampson. Verum non ex coniugio,sed ex propria voluntate. In virginitate vero,vt quinque illæ virgines. In diuitiis,diues ille Lazari contemptor. In paupertate, innumeri & nunc quoq; pauperes pereunt. In regia dignitate ostenderim plurimos,item & in rerumpublicarum administratione. Vis & in ordine militari saluatos videre? Habes Cornelĩ. Et in gubernatione domestica? Habes Eunuchum Aethiopissæ. Ita scilicet vndique, siquidem,vt oportet,di-

Esa. 54. d. & Hieremi. 31. f

Matt. 11. d

nitiis

uitiis probè vsi fuerimus, nihil nos perdet. Si vero minus, perdent nos omnia, & regia dignitas, & paupertas, & diuitiæ. Sobrium autem nihil poterit lædere. Nã dic mihi nocét ne captiuitas? Etenim contemplare mihi Ioseph illum, seruum factum, & virtutem tamen custodientem. Cõsidera mihi Danielem, & tres pueros captiuos factos, & quo modo tamen multo amplius splenduerint. Virtus enim vbique lucet & inexpugnabilis est, & nihil cã impedire potest. Quid dico paupertatem & captiuitatem? Adiungam & seruitutem, & famem, & vlcera, & morbum quemcũque grauem. Est enim morbus seruitute grauior. Talis erat Lazarus, talis Iob, talis & Timotheus crebris infirmitatibus pressus. Vides nihil esse quod virtutem superare valeat? Non diuitias, non paupertatem, non principatum, nõ subiectionem, non rerum præsidentiam & administrationẽ, non morbos, non ignominiam, non proiectum esse, sed his omnibus infrà, & in terra relictis ad cœlum ipsa pertingit. Duntaxat sit animus generosus, & nihil poterit virum bonum & virtute præditum impedire. Quando enim operarius dexter fuerit, nihil illum ab externis impedit. Etenim & apud artifices, quando artifex peritus fuerit ac dexter, omnemq; artem sciens, etiam si morbus inciderit, habet eam: etiam si pauper fuerit, habet eam: siue instrumentum in manu habeat, siue operetur, siue non operetur, nihil illi ex arte demitur. Scientiam enim habet in seipso: Ita & virtute præditus, & à deo pendens, etiam si in diuitias illum coniicias, ostẽdit artem suam: etiam si in paupertatẽ, similiter: siue in morbos, siue in sanitatem, siue in gloriam, siue in ignominiam. An non per omnia ista efficaciter operati sunt apostoli? Per gloriam & ignominiam, per diffamiam & bonam famam? Istuc demum est athletę ad omnia accommodum esse. Etenim talis quoq; est virtutis natura. Si vero dixeris, non possum præesse aliis, solitariè viuere debeo: virtutem cõtumelia affecisti. Ipsa nanq; potest omnibus vti: & tamen illustris esse, dummodo sit in animo tuo. Fames est? Satietas & abundantia est? Ipsa suam ipsius potẽ tiam ostendit. Quemadmodum Paulus dicit: Noui & abundare, & penuriam habere. Erat operandum? Nihil erubescebat, sed duos annos operatus est. Erat ferẽda fames? Nec deficiebat, nec vacillabat. Moriendum erat? Non reddebatur animo abiecto & humili: per omnia mentem generosam & artem suam ostendebat. Hunc igitur imitemur, & nulla nobis erit mœsticiæ causa. Quid enim talem, dic quęso, contristare poterit? Nihil, quousq; à virtute abstracti nõ fuerimus. Omnibus erat hominibus iste beatior etiam hîc, nedũ in alio seculo. Sit enim virtute quisquam præditus: etsi vxorẽ habeat, & liberos, & pecunias, & gloriam multam, cum his omnibus virtute firmus, & solidꝰ manebit. Si ea vero amiserit: & sic quoque firmus & solidus erit, neque ab adflictionibus demersus, neq; ab ipsa rerũ prosperitate tumidus, sed vt petra tam procelloso mari quàm trãquillo æquè firma persistit, neque à procellis fracta, neque à tranquillitate aliud quicquã perpessa: ita & animus solidus, tam in tranquillo, quàm in procellis firmus & inconcussus perstat. Et quemadmodum pueri quidem nauigantes terrentur, gubernator vero ridẽs sedet & immotus, cum delectatione metum illorum videns: ita & animus philosophicus, omnibus aliis turbatis, rursus & intempestiuè pro rerum vicissitudine ridentibus, tanq; in sublimi quodam & temone pietatis immotus sedet. Quid enim, dic mihi, animũ pium conturbare poterit? Mors? Sed illa vitæ melioris principium est. Paupertas? Sed ista ad virtutem illi cooperatur. Aegritudo? At nihil æstimat præsentem vel ægritudinem, vel requiem, neque adflictionem etiam. Seipsum nanque præueniẽdo primum adflixit. Ignominia? Sed mundus illi crucifixus est. Liberorum amissio? Sed nihil illis metuit, cum de resurrectione certus sit & securus. Quid ergo eum deiicere poterit? Nihil horum omnium. Extollunt eum diuitiæ? Nequaquam. Nouit enim pecunias nihil esse. At gloria? Sed instructus est, omnem humanam gloriã esse, sicut florem fœni. At deliciæ? Sed audiuit Paulum dicentem: Quoniam quæ in deliciis versatur, viuẽs est mortua. Quando ergo nec inflammetur nec cõtrahatur, quid poterit sanitati huic adæquari? Verum non sunt aliorum animi tales, sed & mari & chamæleonte crebrius immutantur. Fuerit itaque valde ridiculum, si quando eundem videris nunc quidem ridẽtem, nunc vero flentem, nunc rursus curis confectum, nunc vero vltra mẽsuram dissolutum & effusum. Propterea dicit: Ne conformemini seculo huic: nam in cœlis conuersamur, vbi nulla rerum est vicissitudo. Promissa sunt nobis præmia, non immutemur. Talem vitæ conuersationem demonstremus, vt inde iam quoque bona capiamus. Sed vt quid in Euripum nosipsos, & in fluctus, & tempestatem, & turbinem proiicimus? Simus in trãquillitate: nec in diuitiis hæc omnia, nec in paupertate, nec in gloria, nec in ignominia, nec in ægritudine, nec in sanitate, nec in infirmitate, sed in animi nostri potestate sita sunt. Si ille solidus fuerit, & bene in virtutis scientia imbutus, omnia ipsi erunt facilia. Et hinc iam etiam requiem videbit, & portum serenum, & innumera bona ex hac vita profectus assequetur: quæ contingat nos omnes acquirere &c.

Infrà 4. c

Τῷ ἀνακείμενος.

1. Tim. 5. a

Rom. 12. a

Homilia xiij.

COmplures ambulant, de quibus sæpe dixi vobis, nunc autẽ & flens dico, inimici crucis Christi, quorum finis est perditio, quorum deus venter & gloria in dedecore ipsorum, qui terrestria cur.ant. Nostra conuersatio in cœlis est, ex quo & saluatorem expectamus dominum Iesum Christum qui trãsfigurabit corpus nostrum humile, vt conforme fiat corpori suo glorioso, secũdum efficaciam qua potest etiam subiicere sibi omnia. Nihil est quòd adeò sit incõcinnum & alienum à Christiano, atq; requiem & recreationem quærere: & ad præsentem vitã nimium affici, alienum est à professione & militia nostra. Dominus tuus crucifixus est, & tu requiem quæris? Dominus tuus affixus est, & tu deliciaris? Hæccinæ sunt militis generosi? Propterea & Paulus dicit: Multi ambulant, de quibus sæpe dixi vobis, nunc autem & flens dico, inimici crucis Christi. Erant enim quidam simulantes quidem Christianismum, remisse tamen & delicatè viuentes: hoc autem cõtrarium erat cruci. Quapropter ista dixit. Crux enim animi est ad aciẽ instructi, & mortificati, nihilq; remissi quærentis: illi vero cõtraria sunt conuersatione. Itaq; & si dicant se Christi esse, sunt tamen inimici crucis. Nam alioqui si crucem dilexissent, vitam studuissent viuere crucifixam. Nõ est crucifixus dominus tuus? Imitare dominum, crucifige teipsum, etiam si nemo te crucifigat. Crucifige teipsum, nõ vt teipsum interimas, absit: esset enim hoc impium: sed quo modo Paulus dixit: Mihi enim, inquit, mundus crucifixus est, & ego mundo. Si diligis dominum tuum, mortem illius morere. Disce quanta sit crucis virtus, quãta peregerit, & quãta adhuc perficiat, quo modo sit munimentum vitæ. Per hanc perfecta reddũtur omnia, baptisma quoq; per crucem datur. Oportet enim signaculum istud

lum istud assumere. Et manus imponuntur per crucē, & cruce vtimur siue in itinere simus, siue in domo, aut certe vbicunq; simus. Magnum bonum est crux, salutaris armatura, scutum inexpugnabile. Cū ergo sis illi inimicus, gestas crucem? Non solum obsignatus sis cruce, sed & crucem patiens. Solet Christus passiones & adflictiones crucem vocare, vt cū dicit: Nisi quis tulerit crucem suam, & me secutus fuerit: hoc est, nisi quis paratus fuerit ad mortem. Isti vero degeneres, & vitæ, & corporis amantes, inimici sunt crucis. Et quisquis deliciis gaudet, vitæq; huius securitate, inimicus est crucis, in qua Paulus gloriatur, quam complectitur, cum qua coadunari studet, ac laborat: vt cum dicit: Ego crucifixus sum mundo, & mundus mihi. Nunc autem inquit, & flens dico. Quare? quoniam creuit malum, quoniam digni sunt isti qui defleantur. Reuera sunt lachrymis digni, qui deliciantur, qui indumentum quidem, id est corpus, bene sagināt, futurivero supplicij quod laturi sunt, nullam rationem habēt. Esto delicieris, esto inebrieris, hodie & cras, & annos decem & viginti, & triginta, & quinquaginta, & centum etiam, quod est impossibile: immò si voles, ponamus etiam quid vltra cētum, quid vero lucraberis? Nihil. Talem ergo viuere vitam, non est lachrymis & lamentis dignū? Duxit nos deus in stadium istud, vt coronet: & nos abimus nihil, quod generosum sit, operati. Flet ergo Paulus, in quibus alij ridēt ac deliciantur. Tantæ, scilicet, compassionis est, ita solicitus est pro omnibus hominibus. Quorum deus, inquit, vēter est. † Quid est illis deus? Hoc, scilicet, Iscomedamus & bibamus. Vides quātum malum sint deliciæ? Aliis quidem pecuniæ, aliis vero venter deus est. An nō & isti idololatræ sunt, illis quoque peiores? Et gloria in dedecore eorum. De circuncisione quidam hoc intelligunt, ego vero non hoc dico. Sed hoc est quod dicit Apostolus, In quibus debebant pudefieri, in illis etiam gloriantur. Graue quidem est & malum turpia patrare: patrantem vero pudefieri mediocriter malū est. Quòd si vero quisquam malè agens gloriatur etiam, excellēs est stupiditas. Sunt ergon' ista de illis dūtaxat dicta: qui vero nobiscum hīc præsentes sunt, crimine isto notari non poterunt? & nemo est illi obnoxius? neque deum quisquam habet ventrem? neque gloriam in dedecore? Vellem & vehementer vellem, nihil horum apud nos esse magis, quàm apud eos quibus tum ista dicebantur. Quando enim omnem vitam quis in potationibus & comessationibus insumpserit, & in pauperes quidē modica quædam, potiorem vero partē in ventrem impenderit & consumpserit: non & de illo istuc meritò dicetur? Nihil potuit ad incutiēdum pudorem aptius, nihil maiore aculeo dici. Quorum deus, inquit, venter est, & gloria in dedecore eorum. Quinam sunt illi? Qui terrestria, inquit, curant. Aedificemus domos. Vbi? In terra, inquiunt. Possideamus agros: in terra rursus. Acquiramus principatum, iterum in terra. Potiamur gloria, in terra quoq;. Ditescam⁹, omnia in terra. Isti sunt, quorum deus venter est. Qui enim nihil rerum spiritualiū curant, sed hīc omnia possident, & terrena ista curant, meritò deum ventrem habent, dicētes: comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Et de corpore quidem doles, dic mihi, quod terrestre est, tametsi nihil hoc illi noceat: & animam detrahis in terram? Debebas corpus etiam spirituale efficere: licet enim, si velles. Ventrē accepisti, vt nutrias, non vt saginando extēdas, vt domineris illius, nō vt tibi eum dominum habeas, vt tibi ad alendas reliquas corporis partes inseruiat, nō vt tu ipsi

A inseruias, non vt terminos naturę excedas. Tanta mala non facit mare fines suos transgressum, quanta venter si corpus nostrum cum anima superauerit. Omnem orbem illuit mare, & venter totum corpus. Pone illi terminum, naturæ sufficientiā, quemadmodum deus mari posuit arenam. Et si æstuauerit & ferocierit, increpa illum virtute quam in te habes. Vide quo modo deus † increpauerit, Jvt ipsum imiteris. Tu vero non vis, sed cum videas ipsum transgrediētem, omnemq; naturam corrumpentem ac stagnātem, nec cohibere audes, nec castigare. Quorum deus, inquit, venter est. Videamus quo modo Paulus seruierit deo. Videamus quo modo & gulosi seruiant ventri. Non innumeras mortes sustinent tales? An non verentur ad ea quæ venter præcipit non obedire? An non ad impossibilia illi seruunt? Nō mancipiis quibusuis peius habent? Nostra vero conuersatio, inquit, in cœlis est. Ne quęramus ergo requiem in hac vita. In cœlis splendidi sumus, vbi & conuersamur. Ex quo & saluatorem, inquit, expectamus dominum Iesum, qui transfigurabit corpus nostrum humile, vt conforme fiat corpori suo glorioso: modicū nos subduxit. Ex cœlo, inquit, saluator noster veniet, & à loco, & à persona grauitatem & sublimitatem Christi ostendēs. Qui transfigurabit corpus, inquit, nostrū humile. Multa patitur nunc corpus, ligatur, verberatur, mille mala patitur, sed & Christi corpus tanta passum est. Hoc igitur innuit dicens, vt conforme fiat corpori suo glorioso. Igitur idem quidem est, induet vero corruptionem. Transfigurabit. Ergo & habitum alium dabit, aut immutationem ita abusiuè vocauit. Corpus vero nostrū humile dixit, eo quòd abiectum nunc sit, & corruptioni ac doloribus obnoxium. Videtur vile esse, & nihil præ cæteris habere præcipui. Vt conforme fiat, inquit, corpori suo glorioso. Papæ, illi ne quod ad dexteram patris sedet, conforme fiet hoc corpus? illi quod adorator ab angelis? illi cui adstant incorporales illæ virtutes? illi quod est supra omnem principatum & potestatem, & virtutem? illi conforme fiet? Si ergo totus orbis sumptis lachrymis eos defleret qui ab ista spe deciderunt: num dignè collachrymaretur? quòd cum promissio nobis sit facta futurum corpus nostrū corpori Christi ita glorioso conforme, illi cum dæmonibus abeunt? Nihil curabo amplius gehennam, quæcunq; dixeris nullius æstimabo ad istam collata ruinā. Quid dicis ô Paule? Illi conforme fiet? Etiam, inquit. Deinde ne diffidas, rationem quoq; adduxit: Secundum efficaciam, inquit, qua potest etiam subiicere sibi omnia. Potētiam habet, inquit, vt omnia sibi subiiciat, itaq; & corruptionem & mortem: immò vero ex ipsa potētia & hoc faciet. Quænanque potentia maior est, dic quæso? An dæmones, & angelos, & archangelos, & Cherubin, & Seraphin sibi subiicere, aut corpus facere incorruptum & immortale? Multo sanè magis hoc, quàm illud. Ostendit maiora potentiæ suæ opera, vt & istis credas. Itaque etiam si videritis istos lætantes, & si videritis glorioſos, state. Nihil lædamini ab ipsis, nihil conturbemini. Poterunt spes istæ quamuis pigrum ac somnolentum erigere.

Proinde fratres mei dilecti ac desiderati, gaudiū & corona mea, sic state in domino dilecti. Cap. IIII. Sic. Quo modo? Immoti. Vide quo modo post adhortationē subiūgat encomia: Gaudium & corona mea: non simpliciter gaudium, sed & gloria: nō simpliciter gloria, sed & corona. Cui gloriæ non fuerit adæquandum, quòd Pauli corona isti sunt? Sic state in domino dilecti: id est, in spe dei. *Euodiā obsecro, & Syntbicen obsecro, vt sint concordes in domino. Sanè rogo & te comp.et*

Circumcisio q.

Matt.16.d & Luc.14.f

Galat.6.d

† Propter hoc, q̄ deꝰ ipsis. Simile est. 1.Cor.15.d

Qui ventri & deliciis seruiūt idololatræ peiores sunt q̄ qui pecuniis

† te honorauerit,

Eraſ. habet, germana. *te compar germane, adiuua eas.* Quidam dicunt eum hîc obſecrare vxorem ſuam. Sed non eſt. Verum honorat mulierem, aut virum quoque vnius ex his mulieribus.

Adiuua eas, inquit, *quæ in euangelio decertarunt mecum vnà cum Clemente quoque & reliquis cooperariis meis, quorũ nomina ſunt in libro vitæ.* Vides quãtæ virtutis teſtimonium illis exhibeat? Quod apoſtolis dixit Chriſtus: Non gaudete, ꝙ dæmonia vobis obediunt, ſed ꝙ nomina veſtra ſcripta ſunt in libro vitæ: huius teſtimoniũ iſtis dat apoſtolus, dicens: Quorum nomina ſunt in libro vitæ. Videntur autem mihi iſtæ mulieres caput fuiſſe eccleſiæ quæ illic erat: & commendat eas viro *æquè celebri, & quem cõparem vocat. Forte conſueuit illi reliquos commendare tanquam cooperario & commilitoni, & ſocio, & fratri, quod & in ea quæ ad Romanos eſt facit, dicens: Cõmendo vobis Phœben ſororem noſtrã, miniſtram eccleſiæ quæ eſt in Cenchris: aut intelligit fratrem quendam mulierum iſtarum, aut virum vnius ex ipſis: ac ſi diceret, Nunc frater es germanus, nunc vir germanus, quoniam membrum factus es. Quæ in euangelio concertarunt mecum. Quid dicis? Mulieres tecum decertarunt? Etiam, inquit, non parum & ipſæ contulerunt. Quanquam complures ſint cooperarij, nihilominus tamen & ipſæ cooperatæ ſunt. Nõ parum itaque eccleſiæ tum iuuabantur: nam ex eo quòd probati ac celebres, ſiue viri, ſiue mulieres tanto potiebantur à reliquis honore, multa fiebant bona. Primum quidem reliqui ad eundem zelum agebantur: Deinde & fructum etiam ferebant ac lucrum per honorem iſtum. Tertiò illos ipſos alacriores etiam & diligentiores faciebant. Propterea vides iſtud Paulum vbique curare, taleſque commendare. Quod quidẽ & in ea quæ ad Corinthios eſt, dicit: Qui quidem ſunt primitiæ Achaiæ. Quidam dicunt illud, *σύζυγε*, nomen eſſe proprium. Quid autem, ſiue hoc, ſiue illud ſit? Non eſt hoc admodum curioſe ſcrutandum, ſed quòd eas iubet plurimum tutari & iuuari. Omnia nobis, inquit, in cœlis ſunt, & ſaluator, & ciuitas, & quicquid dici poterit. Ex quo, inquit, & ſaluatorem expectamus dominum Ieſum Chriſtum.

Luc. 10. c

Rom. 16. d

1. Cor. 16. c

Supra 3. d

Morale.

Et hoc eſt benignitatis ipſius. Ipſe rurſus ad nos veniet. Non illò nos ita trahet, vt abſens ad ſe accipiat. Et hoc multi honoris eſt. Si enim cũ inimici eſſemus, ad nos venit: multo magis ad amicos factos veniet. Non mandabit iſtud angelis, neque ſeruis, ſed ipſe veniet ad regias ſuas nos vocaturus. Vide, rapiemur & nos in nubibus, ſi honorauerimus ipſum. Quis autẽ reperitur fidus ſeruus & prudens? Quinam digni habentur tantis bonis? Quàm ſunt miſerabiles, qui ab illis decidunt? Si enim eos etiam nullo non tempore defleuerimus, quid tanta miſeria dignum fecerimus? Nam etiã ſi mille gehẽnas dixeris, nihil dices quod par ſit dolori iſti, quem ſuſtinebit anima talis, orbe vniuerſo cõmoto, tubis inſonantibus, angelis præcurrentibus primis, deinde & alteris, poſtea tertiis, ſubinde innumeris ordinibus in terram effuſis: ad hæc, & Cherubin, & Seraphin, (multa vero ſunt iſta & infinita) ipſo quoque veniente cũ gloria illa ineffabili, omnibus properantibus, vt electos in medium adducãt, illis qui cum Paulo, & quotquot celebres fuerunt, cum ipſo coronatis, celebratis, & à rege coram omni cœleſti exercitu honoratis. Si autem nihil reputatur gehenna, ad hoc quòd iſti quidem honorantur, illi verò dehoneſtantur: quantum quæſo eſt intolerabilis eſt gehenna, fateor, & vehementer intolerabilis. Veruntamen intolerabilius eſt è regno dei excidere. Cogitate, ſi quis rex aut filius regis aliò profectus, innumeriſque & celebribus bellis confectis, & habito ſecum vniuerſo exercitu, aſcẽderet ciuitatem quandam cum rheda, cum trophæis, cũ mille aciebus, cum ſcutis aureis, cum ſatellitibus ac lanceariis, circa ſeipſum omnibus, & omnis ciuitas coronata eſſet, & omnes totius orbis principes cum ipſo, ſequeretur vero eum omnis quoque ætas à tergo alienigenarum gentium victorum: deinde primates, ſatrapas, præſentibus omnibus principibus totius ſplendoris huius, occurrẽtes quoſq; ex ciuibus amplecteretur, adoſcularetur, manum porrigeret, & omnem libertatem donaret, ſtantibúſq; cunctis velut ad amicos diſſereret, & omne illud iter eorũ ſe gratia feciſſe diceret, atque in regias duceret, ac illis eas traderet, etiam ſi reliqui non punirentur: quantum, quæſo, ſupplicium iſtud non adæquaret? Si vero apud hominem adeò eſt acerbũ ex hac gloria decidere, multo magis apud deum, quando ſupernæ virtutes omnes cum rege aderunt, quando dæmones vincti ac deflexi incedẽt, & diabolus ipſe vinctus ducetur, & ſimul omnis aduerſariorũ ætas, quando virtutes cœlorum, quãdo ipſe quoque veniet in nubibus. Credite mihi, tantus dolor animum meũ ex iſta narratione occupauit, vt neque ſermonem perficere queam. Cogitemus quã ta priuemur gloria, cum liceat non priuari. *Hoc* enim demum graue eſt, quòd cũ in noſtro ſit arbitrio iſta nõ pati, nihilominus patimur. Quando alios quidem acceptos ad patrem ducet in cœlos: alios vero relinquet, quos prehenſos angeli quidam inuitos & collachrymantes, atque in terram deflexos, in ignem trahent gehennæ, ſpectaculum primum factos toti orbi: quantum putas fore dolorem? Satagamus itaque dum tempus eſt, multámq; noſtræ ipſorum ſalutis curam faciamus. Alioqui *multa talia tum dicemus, qualia dixit diues*, ſi quis nunc permitteret, ſtatueremus quę vtilia nobis eſſent, ſed nemo permittit. Et quòd talia dicemus, non ex diuite ſolo liquet, ſed & ex aliis compluribus. Et vt diſcas, quàm multi in febri fuerũt qui dixerunt: ſi quãdo nosipſos recuperabimus, non amplius in eadem iſta incidemus? Talia tum multa dicemus & nos, ſed audiemus quæ diues audiuit, nempe, quòd hiatus ſit ingens, & quòd bona hîc acceperimus. Ingemiſcamus igitur amarè, obſecro: Immò vero non ſolum ingemiſcamus, ſed exerceamus virtutem. Lugeamus nunc propter ſalutem noſtram, ne tunc fruſtra lugeamus. Ploremus nunc, & tunc propter maliciam noſtram non plorabimus. Iſte ploratus virtutis eſt, ille vero animi prorſus vani & inutilis. Adfligamus nosipſos nunc, ne tunc adfligamur: † tantum non eſt hic adfligi, quantum illic. † Hîc modico tempore teipſum contriſtabis, immò ne ſenties quidem triſticiam, ſciens quòd ad bonum ſit ea triſticia. Illic vero grauior erit triſticia, eo quòd futura eſt ſine ſpe nullum habitura exitum, ſed infinita & perpetua. Contingat autem, obſecro, nos omnes ab iſta liberatos, requiẽ potius aſſequi: ſed precemur ac ſtudeamus aſſequi requiẽ. Studeamus obſecro. Si enim ſtudiũ impenderimus, & orauerimus, perficiemus. Si orauerimus ſine intermiſsione, dabit eã deus. Si vero neq; rogamus cum, neq; tale quicquã efficimus aut operamur, quo modo dormiẽtes aliquando perficere poterimus? Nullo pacto. Præclarè enim ſecũ agi putant currẽtes, & enitẽtes, & morti Chriſti cõformati, quemadmodũ Paulus dixit, ſi aſſequi poſsint. Si quo pacto pertingam, inquit. Si autẽ Paul⁹ dicebat, ſi quo pacto pertingã. Quid nos dicem⁹ vſq; adeò obdormiẽtes? Sõniculoſus eni ne

Exemplum ſumit à fabricatione

Luc. 16. g

† *Affictio humano ſenſui hand quaq; illi par eſt & æqualis.*

Sup. 3. c

mundi

mundi quidem negocia perficere poteſt, nedum ſpiritualia. Non poterunt ſomniculoſi ne ab amicis quidem quicquam accipere, nedum à deo. Somniculoſos ne patres quidem ipſi honorant, nedum deus: modicum laboremus, vt ſemper conquieſcamus. Omnino adfligi oportet. Et ſi non adfligimur hîc, manet illud nos in futuro. Quamobrem non malumus hîc adfligi, vt illic cõ quieſcamus ac refocillemur, bonáque ineffabilia conſequamur? Quæ nos contingat &c.

Homilia xiiij.

GAudete in domino ſemper, iterum dico gaudete. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. Dominus propè eſt. De nulla re ſoliciti ſitis, ſed * in omni precatione & obſecratione cum gratiarũ actione petitiones veſtræ innoteſcant apud deũ. Et pax dei quæ ſuperat omnem intellectum, cuſtodiat corda veſtra & ſenſus veſtros in Chriſto Ieſu. Beati lugentes, & væ ridentibus, dicit Chriſtus. Quid ergo Paulus dicit, Gaudete in domino ſemper? Chriſtus autem væ dixit ridentibus, riſum mundi huius taxãs, qui fit propter res præſentes: & lugentes beatos dixit, non ſimpliciter ſuorum amiſſionem lugentes, ſed eos qui compuncti ſunt, quiq; ſua mala lugent & delicta ſua animo reuoluunt, aut etiam aliena. Non eſt autem hoc gaudium luctui illi contrarium. Etenim ex illo luctu naſcitur hoc quoq; gaudiũ. Qui nanque ſuaipſius mala luget, & confitetur, gaudebit. Aliàs etiam fieri poteſt vt propter delicta ſua quiſquam lugeat quidem, in Chriſto vero gaudeat. Quoniam igitur adflicti erant propter ea quæ patiebantur, (Datum eſt enim vobis, inquit, vt non ſolum in ipſum credatis, ſed & pro ipſo patiamini) propterea dicit, In domino gaudete. Iſta enim quæ patimini, nihil ſunt, ſi talem oſtenderitis vitam, vt gaudere liceat: aut, quãdo quæ dei ſunt, vobis non impediuntur, gaudete. Aut illud, in, poſitum eſt pro, cum: vt ſit, gaudete cum domino ſemper. Iterum dico, gaudete. Securi & fiduciam habentis eſt iſtud, vtpote, qui in deo eſt, ſemper gaudet. Siue adfligatur, ſiue aliquid patiatur, ſemper gaudet qui talis eſt. Audi nanque quid Lucas dicat: reuerſi ſunt à conſpectu concilij gaudentes apoſtoli, quòd digni habiti eſſent, vt pro nomine eius verberarentur. Si verbera & vincula, quæ omnium videntur triſtiſsima, gaudium pariunt: quid nos aliorum malorum mœſtos efficere poterit? Iterum dico gaudete. Bene adhortationẽ iſtam duplicauit, quoniam ipſa rerum natura triſticiã illis pepererat. Per hanc duplicationem oſtẽdit omnino gaudẽdum eſſe. Modeſtia veſtra innoteſcat omnibus hominibus. Dixerat ſuprà: Quorum deus vẽter eſt, & gloria in dedecore eorum: &, quoniam terreſtria curant. Poterat ergo fieri, vt inimico animo redderentur aduerſum malos. Adhortatur ergo eos, ne quicquam commune cum iſtis habeant quidem, verum illis vtantur cum multa modeſtia, non ſolum fratribus ſcilicet, ſed & inimicis & aduerſariis modeſtè vtantur. Dominus propè eſt. De nulla re ſoliciti ſitis. Quid enim, dic quæſo, quòd aduerſum vos inſurgũt? Et ſi videritis eos deliciantes, cuius gratia vos animo cõciditis? Iudicium iam imminet. Nõ longè abeſt, quòd daturi ſunt factorum rationem. Vos in tribulatione, illi vero in deliciis: ſed iſta iam finem habebunt. Sed inſidiantur & minãtur? De nulla re ſoliciti ſitis. Imminet iam iudiçium, vbi contraria euenient: nihil ſitis ſoliciti. Si modeſtè tuleritis eos qui malis vos afficiunt, nõ in finem vſque proſperabitur illis. Quæ retributionis ſunt, iam inſtant, ſiue quod ad paupertatem, ſiue quod ad mortem, ſiue a-

ἐν παντὶ, ſ. προσευχῇ. i. in omni ſcilicet ipſi poſtea interpretatur.

Matt.5.a & Luc.6.d

Sup.1.d

Actor.5.g

Suprà 3.d

Ibidem.

A liud quodcunque malum attinet. Sed in *omni, precatione & obſecratione cũ gratiarum actione petitiones veſtræ innoteſcant apud deum. Vnum ergo ſolatium, quoniis, neuhoc eſt, quòd dominus propè eſt: & illud, Ero vobiſcũ omnibus diebus vſq; ad conſummationem ſeculi. Eccè & aliud ſolatium, quod inſtar eſt pharmaci, quo reſoluitur quicquid vſpiã eſt triſticiæ, & incõmodi, & quæcunque fuerint moleſtiæ. Quod autem eſt iſtud? Precari, & in omnibus gratias agere. Itaq; preces fieri vult, nõ ſolum petitionem, immò & gratiarum actionem pro illis quæ iam habemus. Quo modo enim futura petet, qui priorum gratiam non agit? Sed in omni re, precatione & obſecratione. Itaq; pro omnibus oportet agere gratias, etiam quæ triſtia videtur: nam iſtud eſt verè grati. Illud quidem rerũ exigit natura, iſtud vero ab animo fit bene grato, & erga deum ſtudioſe admodũ affecto.

B Iſtas preces agnoſcit deus: alias vero non probat. Talia precemini, vti agnoſcamini & approbemini. Omnia nanq; ad noſtrum profectum diſpẽſat, tametſi nos hoc non agnoſcamus. Atq; hoc ipſum indiciũ eſt, eum noſtrum profectum vehementer quærere, quòd nobis nõ agnoſcẽtibus hoc facit. Et pax dei quæ ſuperat omnem intellectum, *cuſtodiat corda veſtra & ſenſus veſtros in Chriſto Ieſu. Quid hoc eſt? Omnem intellectum ſuperant, quæ pax dei erga homines operata eſt. Quis enim expectaſſet? quiſnã ſperaſſet, tãta futura bona? Omnem humanum animum, non ſolum rationem excellunt. Pro inimicis, pro odio ipſum proſequentibus, pro auerſantibus, pro his inquam filium vnigenitũ tradere non recuſauit, vt pacem nobiſcum faceret. Iſta igitur pax, id eſt, reconciliatio, ipſa dilectio dei, cuſtodiat corda veſtra, ac ſenſus veſtros. Iſtud enim doctoris fuerit,

C non ſolum adhortari, ſed & precari, & per obſecrationem adiuuare, ne vel à tentationibus ſubmergantur diſcipuli, vel errore circunferantur ac ſeducantur, ac ſi dicat: Qui vos eripuit, quem nullus poterit intellectus cõprehendere, ipſe vos cuſtodiat & muniat, vt nihil patiamini. Aut hoc dicit: Pax illa de qua Chriſtus loquitur, cum dicit: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, ipſa vos † cuſtodiat. Pax enim iſta, ſuperat omnẽ humanum intellectum. Quo modo enim intellectum humanum nõ excedit, quòd iubet vt pacem habeamus cum inimicis, cum iniuriam nobis facientibus, cum illis qui nos impugnant, & animo erga nos afficiuntur inimico? Immò vero quod prius eſt videam⁹. Si pax excedit omnem intellectum, multo magis ipſe deus, qui pacem dedit, omnem intellectum, nõ ſolum noſtrum, ſed & angelorum, & ſupernarum virtutum excellit.

D Quid eſt, in Chriſto Ieſu? In ipſo † cuſtodiat, vt maneatis, & à fide ipſius non excidatis. *Quod reliquum eſt fratres, quæcunque ſunt honeſta, quæcunque vera, quæcunque iuſta.*

Quid eſt reliquum? Idem eſt, ac ſi dixiſſet: omnia nobis iam dicta ſunt. Verbum hoc properantis eſt, & nihil commune cum rebus præſentibus habentis. *Quod reliquum eſt fratres, quæcunq; ſunt vera, quæcunque honeſta, quæcunque iuſta, quæcunq; pura, quæcunq; amabilia, quæcunq; boni nominis, ſi qua virtus, & ſi qua laus, hæc cogitate, quæ & didiciſtis, & accepiſtis, & audiſtis, & vidiſtis in me.* Quid eſt, quæcunq; amabilia? Amabilia fidelibus, amabilia deo. Quæcunq; ſunt vera. Iſta enim certò ſunt vera, vt virtus: malicia vero mẽdacium eſt. Etenim & voluptas maliciæ mendax eſt, & gloria eius mendax eſt: & quæcũque mundi ſunt, mendacia ſunt. Quæcũque ſunt pura: ad hoc pertinet quod dixit, quorum deus venter eſt, Quæcunque ſunt iuſta: Iſta ſunt, inquit, Quæcunque boni nominis, ſi qua virtus, ſi

ἐν παντὶ, i. in omni tempore. vel, quouis, neutrius gen. vt nũ cõiunga-tur cũ ꝓcatione. q. d. ἐν omni re tam aduerſa q̃ ꝓſpera gratias agẽdas eſſe.

Matt.28.d

Φρουρήσει, i. cuſtodiet, fut. temp. vt & mox, dent pacis erit vobiſcũ. Hebraico tamẽ more futurũ precãtis eſſe poteſt vt hic vulgata habet editio: cui etiã conſentit prior iſta Chryſo. interpretatio. niſi Φρουρῆσαι ſcribe legerit.

Ioan.14.d

† cuſtodiet.

Matt.5.g

† cuſtodiet,

tus, si qua laus. Vult hîc eos etiam ea quæ ad homines pertinent prospicere. Hæc cogitate, inquit, vides quòd omnem malam cogitationem animis nostris eximere conatur? Ex cogitationibus enim mala facta nascuntur. Quę & didicistis & accepistis. Istud est doctoris, in omnibus adhortationibus seipsum exẽplar exhibere, quẽadmodum & alibi dicit: Sicut habetis nos pro exemplari. Et iterum hîc: Quæ & didicistis, & accepistis: hoc est, edocti estis. Et audistis & vidistis in me. Siue quod ad verba, siue quod ad acta & conuersationem attinet. Vides quòd de quòuis vitę negocio ista prȩcipiat? Quoniam enim non licebat exactè de omnibus admonere, de introitu, de exitu, de verbis, de habitu, de conuictu, dẽque omnibus Christiano homini prospiciendis, breuiter & summatim dixit, quæcunque audistis & vidistis in me: hoc est, apud me. Et per opera vos, inquit, & per verba induxi. Nihil enim naturæ nostræ adeò inimicum est, atque malicia, *Ista facite.* Non solum verbis, sed & factis exprimite. *Et deus pacis erit vobiscum.*

Supra 3.c

Hoc est, In tranquillo eritis, in multa securitate. Nihil patiemini triste, neque quicquam præter vestrum consilium inuitis vobis nocebit. Si quando enim nos pacem cum deo habuerimus, (habebimus autẽ per virtutem) multo magis ipse nobiscum erit. Qui enim nos adeò dilexit, vt & nolentes accesserit, si viderit accurrentes, non multò maiorem amiciciam ostendet?

Morale.

Quo modo sit autem inimica nobis malicia, & virtus amica, multis experimentis manifestum est. Quid vultis de fornicatione dicamus? Probrosos reddit, pauperes, ridiculos, & omnibus contemptibiles: quibus, scilicet, quenquam afficere, inimicorum est. Sæpe vero & morbis & periculis inuoluit. Complures quoq; scortorum gratia perierunt, & vulnera acceperũt. Si vero ista conciliat fornicatio, adulterium certè multò magis. Num ita habet & eleemosyna? nequaquam: Sed vt mater amico affectu in multam honestatem, decorum, & bonam gloriam filium constituit, facit nos circa ea quę necessaria sunt immorari. Non dimittit nos, neq; à necessariis abducit, sed & animum nostrum prudentiorẽ reddit. Nihil enim imprudentius est fornicatoribus. Sed vis & auariciam videamus? Et ista eisdem nos, quibus inimicus, afficit. Quo modo? Facit & ipsa nos odio haberi ab omnibus. Efficit vt nobis male imprecentur omnes, & iniuria affectis condoleant quidem, sibi vero ipsis à nobis timeant, & vt vniuersi nos vt communes hostes, vt bestias, vt dæmones aspiciant. Innumeræ hîc sunt incusationes, insidiæ, inuidentiæ, quæ omnia sunt inimicorum. Iusticia vero contrarium agit. Omnes nobis facit amicos, omnes familiares, omnes beneuolè erga nos affectos. Preces pro nobis fiũt ab omnibus. Quæ nos concernunt, in multa sunt libertate & securitate. Nullum hîc periculum, neque suspicio quidem: sed & somnus securè obrepit. Nulla prorsus hîc cura, nullus est planctus: vides quòd multo melior sit iusticia? Quid autem: Vtrum inuidere, an cõgaudere melius est? Discutiamus hæc omnia, & inueniemus virtutem quidem instar matris reuera amicè affectæ in securitatem nos constituere: maliciam vero rem esse minime securam, sed periculosam. Audi nãque propheta quid dicat: Firmamentum est dominus timentium eum, & testamentum ipsius manifestatur ipsis. Neminẽ metuit, qui nullius mali sibiipsi conscius est. Nemini rursus fidit qui in malicia viuit: sed & erga domesticos tremit, & cum suspicione eos aspicit. Quid dico domesticos? Conscientiæ suæ tribunal non fert. Non solum externæ, sed & internę ratiocinationes ipsum fatigant, quiescere nõ permittentes. Quid ergo, inquis, laudine intentum viuere oportet? Non dixit, laudem specta, sed quæ laudabilia sunt facias: non tamen laudis respectu. Quæcunq; sunt vera: ista enim sunt mendacia. Quæcunque sunt honesta. Honestum ad virtutem conuersationis externæ, purum vero ad animum pertinet. Ne detis offendiculum, inquit, neque ansam. Quoniam dixerat, quæcunque sunt boni nominis, ne putes eũ simpliciter quæ hominibus conspicua sunt dicere, subiũxit: Si qua virtus, & si qua laus, ista cogitate, ista facite: vult nos semper in istis esse, ista curare, ista cogitare. Si enim inter nosipsos pacifici fuerimus, deus erit nobiscum. Si vero bellum excitauerimus, deus pacis non erit nobiscum. Nihil enim adeò hostiliter aduersatur animæ, atq; malicia: hoc est, In securitatem constituit eam pax & virtus. Itaque gubernare oportet quæ nostra sunt, & tunc deum attrahemus: non est deus belli ac pugnæ. Dissolue bellum & pugnam, tam quæ cõtra ipsum quàm quæ est contra proximum. Pacificus esto cum omnibus. Cogita qualem te deus existentem saluet: Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Omnino filium dei, qui tales sunt, imitantur. Imitare illum & tu quoq;. Pacẽ seruato. Quanto te magis impugnauerit frater, tanto maior erit merces. Etenim audi quid propheta dicat: Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus. Hoc virtutis est, hoc maius est humana ratione, hoc deo vicinũ esse facit. Nihil adeò deum exhilarat, atq; si iniuriarũ memores nõ fuerimus. Hoc tibi peccata remittit, hoc tibi culpas adimit. Si vero pugnauerimus ac cõcertauerimus, parientur inimicicię. Ex inimicicia vero, iniuriarũ memoria & vindicandi libido. Excide radicem, & nõ erit fructus: ita discemus contemnere tẽporalia. *Non enim est, nõ est, inquam, in spiritualibus pugna: sed quicquid fieri videas, siue pugnas, siue inuidentiam,* seu quodcũque aliud dixerit quisquam, temporalium gratia committitur. Habet enim omnis pugna ortum suum, vel ex auaricia, vel ex inuidentia, vel ex inani gloria. Itaque si pacifici fuerimus, discemus & ea quæ in terra sunt contemnere. Rapuit tibi quisquam pecunias? Sed nihil læsit, modò supernas diuitias tibi non abstulerit. Gloriam tuam prȩpediuit? At non eam quam habes apud deum, sed eam quæ prorsus nulla est. Neque enim ipsa gloria est, sed nomen dũtaxat gloriæ, immò vero ignominia. Præripuit tibi honorem? Nõ tibi, sed sibiipsi. Quemadmodum enim qui alium lædit, nõ lædit sed læditur: ita & qui proximo insidiatur, seipsum primum interimit. Nam qui proximo suo foueam parat, incidit in eandẽ: ne insidiemur itaque aliis, ne nosipsos lędamus. Si quãdo aliorum gloriam subuertimus, cogitemus quo modo hoc pacto nosipsos lædamus, quo modo nobisipsis potius insidias struamus. Proximum quidem etiam si fortè poterimus, apud homines damno afficimus, nosipsos vero apud deum lædimus, ipsum irritantes. Ne vel nobisipsis noceamus. Quemadmodum enim proximum lædentes nosipsos lædimus: ita & illi benefacientes, nobisipsis benefacimus. Quando ergo tibi incommodat inimicus, benefacit tibi, si sapueris. Et tu non solum paria referendo illum non vlciscare, sed & benefacias: at illata plaga, inquis, vehementer inhærret. Hoc ergo cogita, quòd non illi benefacis, sed illum quidem pungis, tibiipsi vero benefacis, & confestim ad hoc venies, vt benefacias. Quid ergo, num isto proposito benefaciendum est? Non est quidem isto faciendum pro-

Psal.14.c

2.Cor.6.a

Matt.5.a

Psal.119.b

Psal.7.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum propositū? quando vero cor tuum aliud non admittit, vel hoc pacto ipsum inducito, & mox persuadebis vt inimicicias remittat: & deinceps vt amico benefacies, futuráque bona assequeris.

Homilia xv.

Gauisus sum autem in domino magnoperè, quòd iam tandem reuiguit vestra pro me solicitudo, ſ in eo in quo & solliciti eratis, verum deerat opportunitas: non quòd iuxta penuriam loquar. Ego enim didici, in quibus sum contentus esse. Noui & humilis esse, noui & excellere: vbique & in omnibus institutus sum, & saturari, & esurire, & abundare, & penuriam pati. Omnia possum per Christum, qui me corroborat: Attamen rectè feciſtis, quòd simul afflictioni meæ communicaſtis. Sæpenumero dixi, eleemosynam non accipientium, sed potius dantium gratia introductam esse. Nam illi sunt qui potissimū inde lucrantur. Hoc scilicet & Paulus hîc ostendit. Quo modo? Miserant illi quædam longo antè tempore Philippenses, quæ quidem ipsa Epaphrodito commendauerant. Cum esset ergo illum cum epistola ista missurus, vide quo modo & laudet eos, & simul ostendat hoc non propter accipientium necessitatem, sed dantium gratia factum esse. Hoc autem facit, ne benefaciētes in arrogantiam extollantur, & vt alacriores ad benefaciē dum reddantur, tanquam seipsos magis hoc pacto iuuantes: accipientes vero non adeò securè ac temerè ad accipiendum properent, ne ad iudicium illis vergat. Nam beatius est, inquit, dare quàm accipere. Quid ergo dicit? Gauisus sum autem in domino magnoperè. Non mundano more, inquit, neque temporaliter gauisus sum, sed in domino. Nō autem ideo gauisus sum, quòd ego recreationem habuerim, sed quòd vos prosperè profeceritis. Nam hoc ipsum recreatio mea est, vnde & adiecit, magnopere. Quoniam non erat corporale gaudium, neque propter suam ipsius recreationem gaudebat, sed propter ipsorum profectum. Et vide quo modo, posteaquam eos sensim præteriti temporis gratia increpauerat, mox illud obumbrauerit ac mitigauerit, instruens, vt continui sint & perpetui in benefaciendo. Quòd iam tandem, inquit: illud, iam tandem, ostēdentis est illos multo tempore torpuisse. Reuiguistis: more fructuum nascentium deinde arescentium, & postremò denuo nascentium. Istud vero significantis est, eos cum primum essent floridi, deinde tabefactos, rursus tandem germinasse. Est ergo illud, Reuiguistis, & increpantis pariter & laudantis. Non enim parum est quod emarcuerat, denuo reuigescere. Ostēdit autem eos omnia ista ex socordia passos esse: Declarat autem hîc eos etiam antea in talib° liberaliter agere consueuisse. Quapropter subiunxit: Ad hoc, vt pro me soliciti sitis: & ne putes eos & in reliquis promptiores fuisse & emarcuisse, sed in hoc solo. Vide quo modo subdiderit: Ad hoc, vt pro me soliciti sitis. Ad hoc solū, inquit, iam tandem: in aliis enim non ita. Quæsierit autem hîc quisquam quomodo is qui dixerit: Beatius est dare, quàm accipere: &, quoniam manus meæ necessitatibus meis subministrarunt, & his qui mecum sunt: & rursus ad Corinthios scribēs, dixerit: Melius enim mihi fuerit, vt moriar, quàm vt gloriationem hanc meam quisquam euacuet, & inanem reddat. † Contemnit id, vnde gloriatio sua poterat inaniri. Quo modo? Si ab aliis accepisset. Si iam, vt inquit, ‖gloriatio eius ea erat, quòd nihil acceperat, quo modo nunc accipere sustinet? Quid ergo est? illic meritò nihil accipiebat propter pseudapostolos, vt in eo de quo gloriantur, inquit, reperiantur sicut & nos. Et nō dixit in quo sunt: sed, in quo gloriantur. Nam accipiebant quidem ab aliis, sed occultè. Propterea dixit, in quo gloriantur. Vnde & ipse dixit, ista gloriatio mea non interrumpetur. Et non simpliciter dixit, nō interrumpetur, sed quid? In regionibus Achaiæ. Et illud: Cæteras Ecclesias deprædatus sum, accepto ab illis stipendio, quò vobis inseruirem, ostendit eum accepisse. Sed Paulus quidem meritò accepit, tantum opus administrans, etiam sicubi acceperit. Qui vero nihil operantur, quo modo nam poterūt accipere? Sed oro, inquis. At hoc non est opus. Est enim istud etiam cum opere faciendum. Sed ieiuno. At neq; istud opus est. Sed vide beatum istum vbique prædicātem & operātem. Verum deerat, inquit, opportunitas. Quid est, deerat autem opportunitas? Non erat hoc, inquit, socordiæ vestræ, sed necessitatis. Nō habebatis in manibus, neq; eratis in abundantia. Hoc enim est, quod dicit, deerat opportunitas: id quod ex communi loquēdi consuetudine desumpsit. Nam plerique ita loquuntur, quando ipsis temporalia non abundè adfluunt, sed in angustiis detinentur. Non quòd iuxta penuriam loquar. Dixi, inquit, iam tandem reuiguisse vestrā pro me solicitudinem, & increpaui, non quod meum est quærens, nec ita reprehendens, tanquam in penuria existēs. Neque enim propterea vos quæsiui: vnde hoc ô Paule? Neque enim teipsum iactas. Corinthiis sanè dixit: Nō enim scribimus vobis, nisi quæ legitis, aut etiam agnoscitis. Et apud istos vtique non † tanquam penuria periens dixit. ‖ Non sanè siquidem gloriabatur ista dicens. nam apud scientes locutus est, & maior erat pudor ac turpitudo, † penuria perire. ‖ Ego enim didici in iis contentus esse, inquit, in quibus sum. Negocium hoc ergo disciplinæ est & exercitij, & curæ. Non enim facilis assecutionis, sed difficile est & rarum. In quibus ‖ sum, inquit, didici contentus esse. Noui & humilis esse, noui & excellere, vbique & in omnibus institutus sum: hoc est, & modicis vti: noui & famem ferre & penuriā, & abundare, & egere. Sed hoc, inquis, non fuerit scientiæ & virtutis, nempe excellere & abundare. Et hoc vehementer virtutis est, non minus quàm illud. Quo modo? Quoniam quemadmodum angusta paupertas ad multa mala facienda allicit, ita & abundantia. Complures enim sæpenumero in abundantia rerum constituti, negligentiores facti sunt, nec prosperitatem eam ferre nouerunt. Complures plerunque & ansam inde ceperunt nihil amplius operandi. At nō ita Paulus. Nam quæ accipiebat, in alios insumebat, & in alios effundebat. Hoc est autem scire abundantem esse. Non diffundebatur, nec gaudebat super abundantia sua: sed æquo erat animo, siue in penuria, siue in abundantia, neque ex penuria repressus, neque ex abundantia relaxatus. Et saturari, inquit, & esurire, & abundare, & penuriam pati. Multi saturari nesciunt: vt pote Israëlitæ, qui comedebant, & calcitrabant. Sed in eadem modestia & constantia ego maneo. Ostendit quòd neque nunc gauisus, neque antea contristatus sit sui gratia, sed ipsorum. Ipse quippe eodem ad omnia affectu fuit. Vbique, inquit, & in omnibus institutus sum: hoc est, Omnium experientiam longo isto tempore cepi, & hæc omnia mihi bene gesta & perfecta sunt. Verum quoniam istud iactantiæ videbatur, vide quo modo confestim sese contineat ac sistat. *Omnia possum per Christum*, inquit, *qui me confortat.* Virtus ista non mea est, sed eius qui potentiam dedit. Quoniam vero qui benefaciunt, si quando viderint accipientem non affici donis, sed ea con-

† reuiguisti vt pro me solicitus sitis, nuriam loquar.

Acts.20.g

1 Ibidem.

1 Cor.9.c † huic contēnat gloriationem suā inaniri. quo modo? accipiendo. Si enim ‖

2 Cor.11.b

2 Cor.1.c

‖ ita vt reargui possit, dicebat ‖

ἀλλὰ vna. i. capi, cōuinci, argui. ‖ redargui ‖

ἐνδυναμοῖ με.

Universidad de Deusto
Biblioteca

temnere,ſegniores ad dandum reddũtur. Nam ipſi affectu prædi-
ti ſunt largiendi & recreandi. Si ergo Paulus recreationem cõtemneret, neceſſariò iſti ſegniores redderentur. Ne igitur hoc fieret, vide quo modo iterum medeatur. Per ea nanque quę dicta ſunt hactenus, animum eorum deiecit. Per ea vero quæ ſequũtur, alacritatem eorum iterum excitat, dicens: *Attamen recte feciſtis, quòd ſimul afflictioni meæ communicaſtis.* Vides & quo modo ſeipſum ſegregauerit, & quo modo rurſus cũ illis coadunauerit. Iſtuc germanæ eſt amicicię & ſpiritualis. Ne putetis me quoniam in penuria conſtitutus non fui, beneficio iſto nõ egere. Egeo propter vos. Quo modo communicarunt afflictionibus ipſius? Per ſubminiſtrationem iſtam: id quod & vinctus dixit, Cum ſitis
Sup.1.d omnes mihi conſortes gratiæ. Eſt enim gratia pati pro Chriſto. Quemadmodum & ipſe dixit, Quoniã vobis datum eſt à deo, vt non ſolum in ipſum credatis, ſed & pro ipſo patiamini. Quoniam enim illa ſeorſum ac ſolitariè dicta deiicere eos tanquam contẽptos poterant, propterea medetur, & complectitur, & laudat. Rurſus vero moderatè: nõ enim dixit, quod dediſtis, ſed oſtẽdit eos omnia lucratos, ſiquidem præmiorum cõſortes facti fuerãt. Nec dixit, ꝙ releuaſtis adflictiones meas: ſed, quòd ſimul afflictioni meæ cõmunicaſtis, quod honeſtius ac grauius erat. Vides humilitatem Pauli? Vides animum generoſum? Poſteaquam oſtenderat ſe nihilo eorum, quæ ipſorum erant, ſui gratia egere, tunc deinceps ſecurè humilia quoque verba loquitur, quæ quidẽ & mendicantes dicunt: quemadmodum, inquiunt, dare ſoles. Nihil enĩ detrectat, vel facere vel dicere. Hoc autem dicit: Ne putetis impudentiæ verba eſſe, quòd caſtigo ac dico, iam tandem reuiguiſtis, aut quòd in penuria ſim. Non enim egens iſta dico. Sed quid? Ex eo quòd vehementi ſum in vos fiducia: & huius vero vos eſtis cauſa. Vides quo modo illis medeatur? Quo modo vos eſtis cauſa? Ante alios beneficio veſtro proſilientes, fiduciam nobis indidiſtis, iſtorum vos commonendi. Et vide honeſtatem. Cum non mitterent, non opprobrauit, ne quæ ſuaipſius eſſent, curare videretur. Quando vero miſerant quædam, tunc præteriti temporis ac neglecti gratia eos increpauit, id quod & patienter tulerunt. Nam nõ videbatur poſtea, quæ ſua eſſent, quærere. *Noſtis autem & vos Philippenſes, quòd in principio euangelij, cum proficiſcerer à Macedonia, ne vna mihi quidem eccleſia communicauerit in ratione dandi & accipiendi, niſi vos ſoli.* Papæ, quantum teſtimonium. Siquidem Corinthij, ex eo quòd iſta ab eo audierant, item & Romani, flexi ſunt: iſti vero hoc fecerunt, ne vna quidem eccleſia præeũte. Etenim, inquit, in principio euangelij, tantum ſtudij erga ſanctum iſtum oſtenderunt, vt cum nullum haberent exẽplum, ipſi primi in iſto fructu ferendo fuerint. Neque dici poteſt quòd manenti apud ipſos apoſtolo, neq; quod eorum gratia quæ ad ipſos pertinebant, hoc fecerint. Cũ enim, inquit, proficiſcerer ex Macedonia, ne vna mihi quidem eccleſia communicauit in ratione dandi & accipiendi, niſi vos ſoli. Quid eſt autem accipiendi? Quid eſt, communicauit? Quamobrem non dixit, quoniam nulla mihi quidem eccleſia dedit: ſed, cõmunicauit in ratione dandi & accipiendi? Communi-
1.Cor.9.b catio nanq; eſt res iſta: Si enim nos ſpiritualia vobis, in-
2.Cor.8.c quit, ſeminauim⁹, quid magni fuerit ſi nos viciſſim carnalia veſtra meſſuerimus? Et iterũ: Vt veſtra copia ſuppleat illorum inopiam. Quo modo? Communicarũt in ratione dandi carnalia, & accipiẽdi ſpiritualia. Quemadmodum nanq; vendentes, & ementes communicãt alternis quæ alius alij viciſsim rependit, (hoc eſt enim communicatio) ita & hîc. Non eſt enim, non eſt, inquã, mercatura iſta & negociatione quicquam lucroſius: nã fit quidem in terra, conſummatur vero in cœlo. Ementes enim in terra quidem conſiſtunt, coëmunt vero & paciſcuntur ea quæ in cœlis ſunt, terrenum rependẽtes precium. Sed iſtud ne reprehẽdas, cœleſtia pecuniis nõ emuntur. Non pecuniæ ea comparãt, ſed voluntas eius qui pecunias dependit. Philoſophia eſt tẽporalibus ſuperiorem eſſe, eſſe benignum & miſericordem: alioqui ſi argento cœleſtia venirent, quæ æra minuta duo de- *Luc.21.a*
pendebat, nihil vtique magni accepiſſet. Quoniam vero non argentum ſed voluntas hîc valebat, factum eſt vt quia omnem voluntatẽ ſuã exhibebat, omnia quoq; acceperit. Non ergo dicamus pecuniis venire regnum cœlorum, non pecuniis emitur, ſed animi volũtate quę pecuniis oſtenditur & exhibetur. Igitur pecuniis opus eſt, inquis. Non opus pecuniis, ſed animi voluntate. Illam ſi habueris, potes & per æra minuta duo, emere cœlum. Illam vero ſi non habueris, non poterunt hoc vel innumera auri talenta quòd alioqui poſſent æra minuta duo. Quare? quia ſi cum multa habeas, minus dependis: eleemoſynam quidem facis, tantam vero nõ quantam illa vidua. Non enim tanta animi promptitudine dependis, quanta illa. Omnibus enim quæ habebat, ſeipſam priuauit: immò non priuauit, ſed omnia ſibiipſi largita eſt. Nec potui aquæ frigidæ promiſit de⁹ regnũ, ſed animi voluntati & alacritati, nec morti etiam, ſed voluntati. Alioqui nõ eſt magnum vnam dare animã. Dedit vnum hominem: Vnus autem ille homo æquiparari non poterit. *Nam & in Theſſalonica cum eſſem, ſemel & iterum quod opus erat, mihi miſiſtis.* Rurſus magnum encomium. *Siquidem in metropoli conſtitutus, à modica nutritus eſt ciuitate. Et vide ne ſi omnino ſe à neceſsitate rerum eximeret, (id quod præueniendo dicebam) ſegniores eos efficeret, quia toties oſtenderat ſe* non egere, ſemel duntaxat hoc fecit, dicens, quod opus erat. Et non dixit, quod mihi opus erat, ſed ſimpliciter quod opus erat, honeſtatem curans. Et nõ ſolum eam, ſed & quod futurum erat. Quoniam enim ſciebat vehementer eſſe humile & abiectum, rurſus correctione ipſum communit. Non quòd munus requiram, inquit. Id quod & ſuprà dixit, non quòd iuxta penuriam loquar. Illud maius eſt, quàm hoc ſit. Aliud enim eſt egentem non quærere munus, & aliud cum in egeſtate ſis, ne reputare quidem quòd egeas. *Non quòd requiram munus, ſed quòd requiram fructũ exuberantem in ratione veſtra.* Vides quòd fructus illis inde nat⁹ ſit? Propter vos, inquit, iſta dico, non propter meipſum ad veſtram ſalutem. Nam ego nihil lucror accipiendo: dantium eſt iſta gratia. Dantibus enim ſeruatur in futuro merces, accipientibus vero conſumuntur in hac vita quæ data ſunt. Rurſus cum encomio, & quòd eiſdem afficiatur, & egeat. Quoniam dixerat, nõ requiro, ne denuo ſegniores eos faciat, dicit. *Recepi verò omnia, & abundo.* Hoc eſt, Per hoc munus, & quæ omiſſa fuerant, compleuiſtis: quod quidem potiſsimum promptiores eos facieb at. Quanto nanque philoſophiæ ſtudioſiores fuerint qui beneficiunt, hòc magis quærunt † illis gratificari, ‖ quibus be- *† illi gra*
nefaciunt. Dicit itaque: Non ſolũ reſarciuiſtis quæ pre- *bſint,*
terito tempore neglecta fuerant, ſed & exuperaſtis. Etenim ne videatur eos propterea culpare, vide quo modo ſe rurſus cõmuniat: quoniam dixerat, non quòd requirã munus, & quòd iã tãdem reuiguiſtis: & quoniã oſtenderat, debitum eſſe officium iſtud, (hoc enim eſt

quod

quod dicit: Recepi) rursus ostendit eos supra quàm debuerant, præstitisse. *Recepi, inquit, omnia, & abundo: expletus sum.* Non temerè istud, neque ex affectu dico. Sed quidè? *Posteaquam accepi ab Epaphrodito quæ à vobis missa fuerant, odorem bonæ fragrantiæ, hostiam acceptam gratámque deo.* Papæ, quòd munus eorum euexit? Non ego, inquit, accepi, sed deus per me. Itaq; etiam si ego non egeo, nihil vobis curæ sit: quoniam neq; deus opus habuit, & tamẽ suscepit. Ita vt nõ veritus sit iuxta diuinam scripturam dicere, Jodoratum esse deum odorem bonæ fragrãtiæ: quod quidem erat sese oblectãtis. Scitis enim, scitis, inquam, quo modo bona fragrãtia afficiatur, gaudeat & exhilaretur anima nostra. Non detrectauit itaq; scriptura humano & humili more loqui, vt ostẽderet hominibus accepta esse coram deo eorũ munera. Neq; enim vel nidor, vel fumus acceptam faciebat oblationẽ, sed animi voluntas quæ offerebat. Alioqui si hoc fuisset, placuissent etiam quæ Cain offerebat. Dixit deũ inde esse exhilaratum. Quo modo exhilaratum? Non enim aliter cognouissent homines placuisse munera sua. Cum itaque in penuria nõ esset, dixit ita se exhilaratũ, ne propterea quòd non egeret, negligẽtiores fierent. Et si quãdo reliquam virtutem neglexissent, istis fiduciam conciperent: Vide quo modo rursus eos corrigat, dicens: Nunquid mãducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum bibam? Non requiro, inquit, munus. *Deus vero meus suppleat quicquid opus fuerit vobis secũdum diuitias suas. cum gloria in Christo Iesu.* Vide quo modo vicissim bene precatur, quemadmodum solent pauperes. Si vero Paulus bene precatur dantibus, multo minus pudeat nos, cum acceperimus, idem facere. Nõ accipiamus autem, tãquam ipsi egeamus: neq; gaudeamus nostri gratia, sed potius dantium. Ita merces erit nobis etiam accipientibus, si propter illos gauisi fuerimus. Ita etiam non ægre feremus, si nihil alij dederint, immò ipsorum nomine dolebimus: ita promptiores quoq; & alacriores eos reddemus, si docuerimus, quòd ista nõ nostri gratia faciamus. Deus meus, inquit, suppleat quicquid opus vobis fuerit: aut omnem gratiam, aut omnem necessitatem. Siue omnem gratiam dicat, nõ eam solam, quæ in terra præstatur eleemosynam dicit, sed quodcunque recte factum: siue omnem necessitatem, quod magis dici puto: hoc est, Quoniam dixerat, deerat opportunitas: subiungit hîc, quod & in ea quæ ad Corinthios est, facit dicens: Qui suppeditat semen seminãti, is & panem in cibum suppeditet, & multiplicet sementem vestrã, & augeat prouentus iusticiæ vestræ. Optat illis, vt sint in abundantia, & habeant quod seminent. Optat autẽ non simpliciter vt in abundantia sint, sed secũdum diuitias dei. Itaq; & hoc moderatè facit. Si enim ea conditione fuissent, qua erat ipse, & ad eum modum philosophi, ad eumq; modum crucifixi, non hoc vtique feciſſet. Quoniam vero viri erant artifices, pauperes, vxores habentes, liberos educantes, domos gubernantes, & ex modica facultate tanta dederant: & aliquod adhuc habebãt præsentium quoq; desiderium, ad illorum captum sese demittens, optat competentia. Illis enim qui rebus ita vtebantur, nihil erat absurdi sufficientiam optare & abundantiam: Vide ergo quid dixerit. Non dixit, faciat vos diuites ac locupletes valde. Sed quid? Suppleat quicquid vobis opus fuerit, vt non sitis in penuria, sed habeatis quæ opus fuerint. Nam & Christus voti huius terminum nobis ponens, precationi istud indidit, instruens vt dicamus: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Secundum diuitias suas: hoc est, secũdum donum suum: Id est, quoniam illi facile est, & possibile, & in promptu. Et quoniam dixi, quicquid opus fuerit, ne putetis quòd in angustias vos sit locaturus. Propterea subdidit, Secundum diuitias suas cũ gloria in Christo Iesu. Ita abundabunt vobis omnia, vt cum gloria eius sitis habituri omnia, aut vt nulla re egeatis. Nam & gratia, inquit, magna erat super omnes illos: neq; enim quisquam egens erat inter eos: aut, vt ad gloriam eius omnia faciatis, vt ad gloriã eius copia vestra vtamini. *Deo autem & patri nostro sit gloria in secula seculorum, Amen.*

Ista vero gloria non solũ filio sed & patri fit. Quando enim glorificatur filius, tunc glorificatur & pater. Quoniam enim dixerat istud in gloriam filij fieri, ne quisquam putet solius esse filij, subiunxit: Deo autem & patri nostro sit gloria ista quæ filio fit. *Salutate omnem sanctum in Christo Iesu.* Nec hoc modicum est, sed magnę beneuolentiæ, nempe, quòd per literas eos salutat. *Salutant vos qui mecum sunt fratres.* Atqui dicebas te neminem habere pari tecum animo præditum, qui res eorũ germanè curaturus sit. Quo modo igitur dicis, qui mecum sunt fratres? Aut eos fratres dicit, quos secum habebat: aut illud, Quoniam neminem habeo pari mecum animo præditum, non de illis dicit qui in ciuitate erant. Quid enim necesse fuisset illos, quę apostolorum sunt, exequenda subire? aut quòd non dubitat etiã istos fratres vocare. *Salutant vos omnes sancti, maximè vero qui sunt ex Cæsaris familia. Gratia domini nostri Iesu Christi sit cum omnibus vobis.* Restituit eos ac recreauit, dum ostendit euangelij prædicationem etiam ad Cæsaris vsque familiam pertinuisse. Si enim qui in regiis sunt, omnia contempserũt propter regnum cœlorum, multo magis oportebat eos hoc facere. Atque hoc sanè indicium erat, quòd à Paulo diligerentur, & quòd multa de ipsis narrauerit, magnáque dixerit. Vnde & eos qui in regiis erant, induxit, vt salutarent istos quos nondũ viderant. Nam hinc potissimum tũ multa erat dilectio inter credentes, quòd in adflictione constituti erãt. Et qui procul etiam aberant, veluti germana membra mutuò cohærebant, & pauper æquo erat affectus animo erga diuitem, & diues vicissim erga pauperem. Et nulla prorsus erat inter eos excellentia & prærogatiua, quòd omnes pariter odio premerentur & iactarentur, idque eisdem de causis. Quemadmodum enim si ex diuersis ciuitatibus captiui quidam sedibus suis expulsi in vnam venirent ciuitatem, vehementer illi cohærerent, & sese mutuò complecterẽtur, communione calamitatis eos cõglutinante: ita sanè & tunc communione adflictionum & tribulationis eos coniungente, multam habebant inter se mutuò dilectionem fideles.

Morale.

Adflictio nanque vinculum est infractum, dilectionis augmentum, compunctionis & pietatis occasio & materia. Etenim audi quid Dauid dicat: Bonũ mihi domine, quòd humiliasti me, vt discã iustificationes tuas. Et iterum alium prophetam audi dicentem: Bonum est homini, si portauerit iugum ab adolescentia sua. Et rursus: Beatus homo quem tu erudieris domine. Et alium quendam dicentem: Ne paruipendas disciplinã domini: &, si accesseris ad seruiẽdum domino, accommoda animum tuum ad tẽtationem. Et Christus quoq; dixit: In mundo afflictionem habebitis, sed confidite. Et iterum: Plorabitis & lamentabimini vos, mundus autem gaudebit. Item, Angusta & stricta est via. Vides vbique laudari adflictionem? vbique tanquam quæ necessaria nobis sit, cõmendari? Si enim in externis certaminibus

Psal.118. *Thren.3.d* *Psal.93.b* *Eccli.2.a* *Matt.7.b* *Ibid.16.g* *Ibidem.d*

παρελθμ Εσυρμένην

nemo ſine iſta coronam adipiſcitur, niſi laboribus ſeipſum, & ciborum abſtinentia, & legitimo victu, vigiliiſque & mille aliis munierit: multo magis hîc. Quem nãque mihi regem dices? At neque ille ſecuram vitam viuit, ſed multis & adflictionibus & curis plenam. Neq; enim diadema aſpicias, ſed fluctus illos curarum, per quos corona illi parta eſt. Nec purpuram intuearis, ſed animum magis, quàm purpura iſta ſit, obfuſcatum. Nõ ita corona caput obuincit, atque animum ſolicitudo. Neque vero ſatellitum multitudinem aſpicias, ſed multitudinẽ triſticiarum. Neq; enim poterit priuata reperiri domus, quæ tot ac tantis referta ſit curis, quantis refertæ ſunt regiæ. Singulis diebus mortes expectatæ, & ante menſam videtur ſanguis, & ante conuiuiũ. Noctu vero, dici nequit, quoties palpitet & imaginando ſubſiliat: idq; in pace. Si vero bellum aliquod occupauerit, quid poterit iſta vita miſerius eſſe? Quod vero attinet ad domeſticos (quæcunque ſubditos concernũt dico) denique perpetuo madet cognato ſanguine pauimentum regium. Et ſi vultis, narrabo quædã, & cognoſcetis forſan, maxime quidem & vetera, & quæ ante tẽpora noſtra ſunt facta, adhuc tamen in memoria conſeruata. Quidam dicitur vxorem de adulterio ſuſpectam, « in montibus nudam ac ligatam, feris laniãdam tradi- « diſſe, matrem iam illi multorum regum factam. Quam putatis illum vixiſſe vitam? Niſi enim illum vehemẽter iſta animi paſsio decoxiſſet, ad tantum ſupplicium ſumendum animum nõ appuliſſet. Idem vero ipſe filium quoque ſuum necauit. Vel potius frater huius filium *ipſius interemit. Hic quidem ſeipſum à tyranno comprehenſus occîdit, iſte vero & conſobrinum ſuum, regni conſortem, in quam communicationem ipſe eum collocauerat, & vxorem cognouit à Perſis corruptam. Vt enim non pepererat mulier quędam infœlix & miſera, (nam infœlix eſt & miſera, quæ donum dei ſperauit per propriam ſe dare ſapientiam) † inſtitutis ludis ‖ corrupit reginam, & corrupta eſt ſimul & ipſa. Dicitur & fratrem ille ſuum occidiſſe. Rurſus & alius poſt iſtũ, venenatis ſublatus eſt pharmacis, & poculum illi non amplius erat potus, ſed mors. †Et filius ipſi oculum effoderat, metu futurorum, præter vllam iniuriam. ‖ Alius, neq; honeſtè dici poteſt, quàm miſerabiliter vitam finierit. Eorum vero qui poſt iſtos fuerunt, alius quidem †combuſsit, quemadmodum miſer quidam & infœlix, cum equis & fœminis, & aliis omnibus, & mulierculam in viduitate reliquit. Quas enim, dũ viueret, adflictiones paſſus ſit, dici non poteſt: quas cum iſte inſurgeret, ferre coactus eſt. Hic vero qui nunc dominatur, an nõ ex quo diadema ſuſcepit, in laborib⁹, in periculis, in afflictionibus, in tribulationibus, calamitatib⁹ & inſidiis verſatur? At non tale eſt regnum cœlorum, ſed poſteaquam illud acceptum fuerit, habetur pax, vita, gaudiũ, & lætitia. Sed, quemadmodum dixi, nõ eſt vita quæ careat ærumnis. Si vero in temporalibus, etiam quæ omnium fœliciſsima putatur, nempe regia, tãtis referta eſt calamitatibus, quid putas in priuatis? Et quanta reliqua ſint mala, ne dici quidem poterit. Quot ſæpenumero fabulæ de iſtis confictæ ſunt? Omnes propè tragœdiæ in ſcenis, & fabulæ de regibus oſtenduntur. Plura nanque in fabulis ex rebus geſtis finguntur. Ita enim voluptatẽ habent Thyeſtæa conuiuia, quòd omnis illa domus calamitatibus ſubuerſa eſt. Sed iſta quidem ex illis quę ab externis cõpoſita ſunt ſcimus. Si vero vultis & ex ſcripturis dicemus. Saũl primus regnauit. Sed ſcitis quo modo poſt ipſum Dauid, & ipſe mille malis tentatus peri-

μελαινό- μενον.

πρσσδό- κιμοι.

* ἀυτᾶ. ipſius. ſuũ habet editio Ger.

† medicamẽtis datis.

† Et filio quoq; oculũ effoderat, metu futurorũ, nihil cõmerito ‖ texarſit.

clitatus ſit, Salomon, Abia, Ezechias, Ioſias ſimiliter. Nõ enim poteſt ſine adflictione, non poteſt ſine laboribus, non poteſt ſine triſticia præſentem vitam quiſquã pertranſire. Sed nos triſtemur non propter talia, propter quæ reges: ſed propter talia, vnde magnum etiam lucrum habemus. Quæ enim ſecũdum deum eſt triſticia, pœnitentiam ſtabilem & conſtantem ad ſalutem operatur. Pro illis contriſtari oportet, pro illis dolere, pro illis morderi. Ita contriſtabatur Paulus. Nam ex multa, inquit, afflictione & anxietate cordis ſcripſi vobis per multas lachrymas. Quoniam enim rerum ſuarum gratia non habebat vnde lugeret, pro alienis hoc faciebat. Immò & illa propria reputauit, iuxta luctus rationem. Alij offendebantur, ipſe vrebatur. Alij infirmabantur, infirmabatur & ipſe. Bona eſt eiuſmodi triſticia, melior quouis mundano gaudio. Ita lugentem ego omnibus hominibus præpoſuero: immò & ipſe dominus ita lugentes & compatientes beatos dicit. Non ita Paulum periculorum gratia admiror & ſtupeo. Immò non tantum pericula admiror, quantum ea pro quibus ſingulis diebus moriebatur. Sed hoc me magis mouet. Nam ex animo fiebat dei amãte & amicè affecto, ex dilectione, quam Chriſtus ipſe quæſiuit, ex compaſsione fraterna & paterna, immò vtraque iſta maiore: Ita affectum eſſe oportet, ita lachrymari. Tales lachrymę multa ſunt refertæ lætitia, talis luctus cauſa eſt gaudij. Etiam ſi eos quos deploramus, nihil iuuerimus: nos tamen ipſos iuuabimus. Qui enim alienorum gratia ita dolet, multo magis hoc ſuorum gratia faciet. Qui aliorum delicta ita deflet, ſua ipſius deflere non negliget: immò nõ ſtatim delinquet. Hoc vero demum graue eſt & acerbũ, quòd ita pro peccantibus lamẽtari iuſsi, ne pro noſtris quidem peccatis aliquam pœnitentiam oſtẽdimus, ſed ſine omni dolore peccamus: & omnia magis curamus, omniáque potius reputamus, quàm noſtra peccata. Propterea gaudemus inane mũdi huius gaudiũ, quod confeſtim extinguitur, quod mille triſticias parturit. Triſtemur triſticia quæ gaudij ſit mater, & non lætemur gaudio quod triſticiam pariat. Fundamus lachrymas multam voluptatem ſeminantes, & nõ rideamus riſum qui nobis ſtridorem dẽtium generet. Triſtemur triſticia, ex qua germinet requies & refocillatio: & non quæramus delicias, ex quibus multa nobis adflictio & dolor naſcatur. Laboremus modicum in terra, vt deliciemur in cœlis. In fragili & caduca hac vita adfligamus nos ipſos, vt in æterna illa requiem aſſequamur. Non ſimus remiſsi ac diſſoluti in breui hac vita, ne ingemiſcamus in æterna & infinita. Non videtis quàm plerique etiam hîc temporalium rerum gratia adfligãtur? Cogita & te vnum ex illis eſſe. Ferto adflictionem & dolorem, ſpe futurorum nutritus. Non es Paulo melior, neque Petro, qui nunquam hic requie potiti ſunt, qui in fame & ſiti & nuditate vixerunt. Si eiſdem cum illis potiri vis, cur contrariam viam ingrederis? Si vis ad ciuitatem illam pertingere, in quam illi peruenire meruerunt, eam ingreditor viam quę illuc ducit. Non ducit illuc via quietis ac recreationis, ſed adflictionis: illa ſpacioſa eſt, iſta anguſta. Hanc eamus, vt æternã vitam aſſequamur, in Chriſto Ieſu domino noſtro, cum quo ſit patri ſimul cum ſancto ſpiritu gloria, imperium & honor, nũc & ſemper & in ſecula ſeculorum, Amen.

Finis commentariorum D. Ioannis Chryſoſtomi in epiſtolam Pauli ad Philippenſes.

D. IOAN-

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI DE PROFECTV EVÆNGELII HOMILIA, IN DICTVM APOSTOLI: SIVE OCCASIONE, SIVE VERITATE, CHRISTVS ANNUNCIATVR.

Philip.1.c

Lucæ.16.c

CVM pridem pharisæi & publicani mentionem faciendo, bigas duas, ex vicio scilicet virtutéque iungeremus, ostendimus quàm sit vtilis humilitas animi, & quàm damnosa mentis arrogantia. Nam arrogantia, licèt iusticiæ societur, & ieiuniis, & decimarum solutioni, posterior fit. Humilitas autem licèt peccato iungatur, præcurrit pharisæi bigã: nec impeditur, quia improbum habet aurigam. Quid enim publicano deterius? Tamen nihilominus, quoniã animam suam contriuit, & peccatorem se cõfessus est, præoccupauit pharisæum, & ieiunia, vt dicitur, habentem, & decimas dantem, áque malis omnibus liberatum. Quare nam hoc? Quia tametsi ab auaricia & rapina fuerit alienus, matrem tamen malorum omnium inanem gloriam & arrogantiam habuit in anima profundius radicatã. Et idcirco Apostolus obsecrat, & dicit: Vnusquisque opus suum probet, & tunc in semetipso tantùm gloriationem habebit, & non in alio. Ille autem in medium prorumpit, omnium qui in toto orbe accusator, & omnibus se hominibus meliorem dicit. Non fuisset tolerabile, si se decem tãtum, vel quinque, vel duobus, vel vni prætulisset. Nunc autem nõ solùm paucis, sed & toti orbi se præposuit: vnde non mirum, quòd cursu posterior fuit. Et sicut nauis, quæ multos fluctus trãsit, multásque tempestates effugit, in ipso autem portu tandem in scopulum impingit, iacturam totius in se reconditi thesauri facit: ita & pharisæus ille, postquam sustinuit labores ieiunij, aliasq; virtutes omnes, quia linguam non coërcuit, arrogantia sua in ipso portu naufragium fecit. Nam abire cum tanto detrimento à precibus, à quibus lucrũ erat sperandum, quid aliud est, quàm naufragiũ facere? Proinde dilecti, cùm hæc sciamus, omnium nos postremos existimemus, etiamsi in ipsum virtutis culmen conscenderimus. Scimus quoque, quòd arrogantia ex ipsis cœlis superbientem deducere, & humilitas ex abysso peccatorum, modestè agentem, in altum reducere potest. Humilitas pharisæo publicanum præposuit. Arrogantia autem & superbia incorporeas virtutes, diabolum iuquam è cœlo deturbauit: humilitas & propriorum peccatorum agnitio, latronem ante apostolos in paradisum induxit. Igitur si qui sua confitentur peccata, tantã sibimetipsis fiduciam conciliant: qui multorum bonorum cõscij, animas suas humiliant, quantas non coronas assequuntur? Si enim humilitas peccatis sociata, tam expeditè currit, vt iusticiæ ipsam rectè iungas, quando eam iusticiæ coniunxeris, quònon peruenit? quos nõ transibit cœlos? Stabit planè fiducia magna inter angelos apud ipsum dei thronum. Contrà, si cum iusticia copulata fuerit arrogãtia, immodica sua grauitate, etiam illius fiduciam detrahet: peccato autem iuncta, in quam gehennæ profunditatem non præcipitabit? Hæc dixerim, non vt iusticiam negligamus, sed vt arrogãtiam fugiamus: non vt peccemus, sed vt modesti simus. Fundamentũ enim philosophiç nostræ est humilitas. Esto, multùm ædifices, habeas eleemosynas, preces, ieiunia, virtutésque omnes, hæc non præiecta, frustra & in vanum erunt omnia, facileque ruet super arenam extructum ædificium. Nihil est in omnibus nostris bonis operibus, quod hac nõ egeat: nihil est, quod sine hac stare poterit. Etiam si dicas continentiam, virginitatem, contemptum diuitiarum, & quæcunque libet, omnia profana, impura, & abominabilia sunt absque humilitate. Cum hac dicitur ędificemus hãc in verbis, in operibus, in cogitationibus, in omnibus præstemus. Sed de humilitate sufficiant hæc, non equidem vt virtutis postulat dignitas (nullus enim eam pro dignitate laudare potest) sed pro vestrę charitatis intellectu. Scio enim quòd amplexabimini eam magno studio, licèt paucis admoniti dictis. Quoniam autem apostoli dictum hodie lectũ, multis videtur ignauiæ ansam præbere, operæprecium vt ipsum clarius reddamus, quò nulli frigidam defensionẽ in salutis suæ pernicieꝫ inde sumant.

B Igitur eò sermonem flectamus. Quod autem hoc dictum? Siue occasione, inquit, siue veritate Christus annunciatur. Philip.1.c Hoc multi in ore habẽt, & simpliciter ac temerè circunferunt, neque priora, neque sequentia legentes, sed abscęcta aliorum membrorum consequentia, in animarum perniciem ignauioribus proponentes. Attentant enim illos hac via, à saniore fide abducere: deinde cùm pauidos ac trementes, & periculum suspicari vident, vt timorem illum ex animis eorũ eximant, dictum hoc Apostoli in medium afferunt, dicentes: Paulus hoc admisit inquiẽs: Siue occasione, siue veritate Christus annuncietur. Verùm hæc neutiquam se ita habent. Primùm enim non dixit annuncietur: sed, annunciatur. Dicere enim, annuncietur, eius est qui legem statuit. Dicere autem, annunciatur, est annunciari quod euenit. Quòd autem Paulus legem nõ statuat,

C vt fiant hæreses, sed abducat omnes ab hoc instituto, habes ex his: dicit enim, Si quis vobis euangelizauerit Galat.1.b aliquid præter id quod audistis, anathema sit, etiam si ego, vel angelus de cœlo. Non autem anathematizasset & seipsum, & angelos, si rem periculo carere sciuisset. Et iterum dicit: Zelotypus sum erga vos dei zelo. 2.Cor.11.a Aptaui enim vos vni viro, vt virginem castam exhibeatis Christo. Vereor autem, ne fortè vt serpens Heuam versutia sua decepit, ita corrumpantur sensus vestri à simplicitate, quæ erat in Christum. Ecce, & simplicitatem posuit, & veniam non dedit. Nam si cõdonasset, iam non erat periculum: & si periculum aberat, frustra timuit Paulus. Christus quoque non iussisset exuri zizania, si res indifferens esset, nunc illum audire, nũc Matth.13.d alium, & omnes absque discrimine. Et quidnã est quod dicit? Repetam paulò altius historiam. Sciendũ enim,

D in quo statu res Pauli erãt cùm hæc scriberet: Quo modo ergo tunc agebat? In carcere erat, in catenis, grauibúsque periculis. Vnde hoc manifestum? Ex epistola ipsa, Nam ante hæc dicit: *Scire autem vos volo fratres, quòd* Philip.1.b *quæ mihi acciderunt, ad maiorem euangelij profectum euenerunt: ita vt vincula mea manifesta facta sint in Christo, in toto prætorio, & cæteris omnibus, vtq; plures ex fratribus in domino freti vinculis meis, vberius auderent sine timore sermonem loqui.* Nero enim eum in vincula coniecerat. Quippe quemadmodũ prædo aliquis, domum cunctis dormientibus ingressus, vt auferat omnia, si quem viderit accendere candelam, illum mox interimit, & lumẽ extinguit, vt auferre & rapere alia absque metu possit: ita & Nero tũc latronem & furem quendam agens, dormientibus omnibus, profundóque somno grauatis, omnium bona diripiebat, nuptias inuadebat, domos subuertebat, nullúmque malicię genus intermittebat. Proinde mox vt beatum Paulum vidit

Universidad de Deusto
Biblioteca

vidit accendere in mũdo candelam, & afferre ſermonem doctrinæ,quo ſua reprehẽdebatur iniquitas, quò omnia facere licenter poſſet, curauit vt & extingueretur prædicatio, & interficeretur magiſter. Itaque vinctum ſanctum illum coniecit in carcerem.Et tunc hęc ſcripſit Paulus. Quis non admiraretur, & obſtupeſceret generoſam illam animam cœli municipem? Vinctus, conſtrictuſque Philippẽſibus ſcribit. Scitis autem quanto interuallo diſtent Macedonia & Roma. Neque charitatem & memoriam diſcipulorum ex pectore eius vel viæ prolixitas,vel temporis tanta intercapedo,vel negociorum ſtrepitus,vel moleſtiæ,vel quæcũque alia,abradebant:ſed habebat omnes eos in mente. Neque ita catenis manus eius erant vinctæ, vt amore diſcipulorum anima eius conſtricta: id quod etiam ip

Philip.1.a ſe in proœmio epiſtolę declarat,dicẽs:Propterea quòd habeam vos in corde,& in vinculis meis,& in defenſione & confirmatione euangelij.Et ſicut rex manè ſuper thronum ſuum conſcendens, & in regalibus aulis conſidens plurimas vndequáque literas accipit: ita & ille in carcere,quaſi in regalibus palatiis ſedens,multò plures & accepit,& miſit: vndequaque gẽtibus ad eius ſapientiam confugientibus,& ad eum referentibus de omnibus quæ apud ſe fiebant.Et tantò plura quàm rex adminiſtrabat, quanto & maior principatus ſibi concreditus erat. Non enim eos ſolùm qui in Romanorũ ditione,ſed & barbaros omnes,deus qui terram & ma re continet,in manus eius dederat.Atque hoc manife-

Roma.1.b ſtans Romanis dicebat: Nolo vos ignorare fratres, ꝙ ſæpe propoſueram venire ad vos,licèt præpeditus fuerim vſque in hunc diem, quò fructum aliquem haberem inter vos quoq;,ſicut & inter reliquas gentes.Græcis ſimul ac Barbaris, eruditis pariter ac rudibus debitor ſum. Quotidie igitur curæ ei erat, quid Corinthij, quid Macedones,quid Philippenſes: quo modo Cappadoces,quo modo Galatæ, quo modo incolẽtes Pontum,quo modo omnes homines valerent. Et licèt totius orbis curam ſuſcepiſſet, nihilominus tamen non ſolùm pro gentibus integris, ſed & pro vno homine

Ad Philemonem. ſolicitus erat.Et nunc quidem propter Oneſimum epiſtolam mittebat,& propter eum,qui apud Corinthios

1.Cor.5.a ſtuprum cõmiſerat.Non enim hoc conſiderabat,quòd vnus eſſet qui peccauerat, & præſidio egeret,ſed quòd homo eſſet. Homo digniſsimum dei animal, & propter quem nec vnigenito ſuo pater pepercit.Non enim mihi hoc dicas, quòd ſit fugitiuus quiſpiam, vel latro, vel fur,vel facinoroſus, vel quòd ſit pauper, abiectus, vilis,& nullius frugis: ſed cogites, ꝙ & pro ipſo mortuus eſt Chriſtus, ſufficiátque tibi, vtpote idonea ſolicitudinis cauſa. Cogita,quantum illum eſſe neceſſariũ ſit, quem tantus Chriſtus ita appreciatus eſt,vt nec ſanguini ſuo pepercit. Neque enim opinor, ſi rex pro aliquo occidi vellet,quæreremus argumentũ aliud,num magnus quiſpiam ille ſit,quem rex tanti facit.Non autem ego tantùm opinor,ſed ſufficiẽs eſt mors eius, qui mortuus eſt, vt oſtendat quantæ charitatis fuerit erga illum. Nunc verò,cùm non homo, non angelus, non archangelus,ſed ipſe cœlorum dominus,ipſe vnigenitus dei filius,carne veſtitus tradit ſemetipſum pro nobis ad mortem: ſi non omnia fecerimus, & attentauerimus, vt homines tanto precio redemptos, in omni cura habeam⁹, qua nos tuebimur defenſione? quã veniam impetrabimus? Et hoc ipſũ Paulus indicans,dice

Roma.14.c bat:Ne cibo tuo perde illũ, propter quẽ Chriſtus mortuus eſt. Volens enim eos qui deſpiciebant & cõtemnebant fratres infirmos caſtigare, & in officio cõtinere, vt perſuaderet eis habendam proximorum curam, hanc vnicam rationem pro omnibus dedit. Igitur ſedens in carcere, per tantum ſpacium epiſtolã ſcripſit Philippenſibus.Charitas enim erga deum nullis humanis impeditur,vtpote ſupernè i cœlis radicata.Et quid ſcribit? *Scire autem vos volo fratres.* Vidiſti curam magiſtri pro diſcipulis? audi & curam diſcipulorum pro magiſtro: vt ſcias quòd hoc erat, quo fortes & inuicti fiebant,quandoquidem ita mutuũ inter ſe amore vincti erant.Frater enim qui à fratre adiuuatur,eſt ſicut ci *Prou.18.c* uitas fortis, & multò magis tot ac tanti vinculo charitatis inter ſe iuncti, omnib⁹ dæmonũ reſtiterunt inſidiis.Non opus eſt vlteriori demonſtratione & ſermone, quòd Paulus diſcipulis deuinctiſsimus fuerit, qui & catenatus ſolicitus pro eis erat, & quotidie moriebatur. Quòd autem diſcipuli Paulo viciſsim magno ſtudio deuincti fuerint, & non ſolùm viri, ſed & mulieres, audi quid dicat de Phœbe: Commendo autem *Roma.16.a* vobis Phœben ſororem,quæ eſt miniſtra eccleſiæ Cenchreenſis,vt illã ſuſcipiatis in Chriſto, ſicut decet ſanctos,& aſsitis ei, in quocunque vobis eguerit negocio. Nam & hæc cùm multis affuit,tum & mihi.Et hęc quidem, quòd officioſè eum adiuuerit, magnum accepit teſtimoniũ. Priſcilla autem & Aquilas etiam mortem pro Paulo adierunt,de quibus ſic ſcribens inquit:Salutate Priſcillã & Aquilam, qui pro anima mea ſuã ipſo- *Ibidem.* rum ceruicẽ ſuppoſuere.Et de alio quoque his ipſis ſcribens dicit,quòd appropiarit vſque ad mortem,nõ habita ratione vitæ, vt ſuppleret id quod in veſtro erga me officio fuit diminutum.Vides quo modo amabant magiſtrum,quo modo ſuæ ipſorum animæ,ſalutem illius præferebant?& propterea tunc nullus corũ ſuperabatur.*Hæc autem dico,non vt audiamus ſolùm,ſed & vt imitemur:& non ad ſubditos ſolùm,ſed & ad principes ſermo noſter ſe protendit*: quò & diſcipuli frequens in magiſtros officium, & viciſsim magiſtri eandem quam Paulus erga diſcipulos amoris affectionem declarent. Etenim Paulus tam anxiè omnium ſalutem curabat, perinde ac totus mundus ſibi vnica domus foret,negle&tiſque ſuis vinculis,& plagis,& afflictionibus, & preſſuris, conſiderabat & inquirebat quotidie, quo modo res diſcipulorum ſe haberent:& ſæpe propter hoc ipſum ſolum miſit,nunc Timotheũ,nunc Ty- *Ephe.6.d* chicum: nam de hoc quidem inquit, Vt ſciatis & vos quę ad me pertinent,quid agam:de omnibus certiores vos reddet Tychicus dilectus frater, & fidus miniſter in domino,quem miſi ad vos in hoc ipſum, vt cogno ſceretis de rebus noſtris. Et iterum alius: De omnibus *Coloſſ.4.b* rebus meis certiores vos faciet Tychicus dilectus frater & fidus miniſter,& cõſeruus in domino,quem miſi ad vos in hoc ipſum, vt cognoſcat quid agatis, & conſoletur corda veſtra. De Timotheo autem: Qua- *1.Theſſ.3.a* propter & ego non amplius ferens, miſi ad hoc vt cognoſcerem fidem veſtram, ne quo pacto tentaſſet vos ille qui tentat,& inanis factus eſſet labor noſter.Et Titum quoque aliò mittit, & alium iterum in alium lo- *2.Cor.8.c* cum. Atque ipſe vinculorum neceſsitate in vno ſæpe loco detentus, viſceribus ſuis adeſſe non poterat, ita diſcipulis ſuis aderat.Itaque & tunc detentus in vinculis ſcribebat Philippenſibus:Scire vos volo fratres. Diſcipulos fratres vocat.Tanta enim charitas eſt,vt abiiciat omnem inæqualitatem, nullámque vel eminentiam,vel dignitatẽ ſciat:ſed etſi quis omnibus ſit *ſublimior*,aduſque humillimũ omnium deſcendit:*id quod*

& Paulus

& Paulus faciebat. Audiamus autem quid eos scire volebat: Quæ mihi acciderunt, magis ad profectum euangelij euenêre. Quo pacto, & quo modo dico? Num vinculis absoluebare? Num catenam deponebas: num impauidè prædicabas in ciuitate, & in ecclesia multos & prolixos sermones faciebas dē fide, susceptisque inde multis discipulis abibas? Num suscitabas mortuos, & admirationi eras? Num leprosos purificabas, & obstupefiebāt omnes: num dæmones fugabas? Nihil horum dicit, sed quid? & quo modo profectus euangelij factus est: ita vt vincula mea manifesta fierent in toto prætorio, & cæteris omnibus. Quid dicis? Hic profectus est, hoc incrementum, hoc prædicationis lucrum, quòd omnes didicerunt tē vinctum? Ita profectò, dicit. Audi ergo sequentia, vt discas quòd vincula non solùm nō sunt facta obstaculum, sed & magnæ fiduciæ materia: atque adeò, vt plerique fratrum in domino freti vinculis meis, vberius ausi fuerint loqui impauidè. Quid dicis ô Paule? Non anxietatem, sed fiduciam iniecerūt vincula: non timorem sed amorem? nō habent quæ sequuntur consequentiam: Scio & ego. Neque enim iuxta humanorum operum morem hæc contigerunt, ait: sed super naturā fiebant, erántque diuinę gratię opera, vt vnde alij anxij, inde illi fidentes redderentur. Nam si quis capit, constringitq; ducem, & fit hoc manifestū aliis, vertitur in fugam omnis exercitus. Et si quis pastorem abducit ab ouili, absque timore abiguntur oues. Atqui hìc non ita euenit, sed per omnia secus. Dux vinctus erat, & fiebant alacriores milites omnes, maioribusque animis & fiducia in aduersarios irrumpebant. Pastor constrictus erat, & oues neque auferebātur, neque dissipabantur. Quis vidit? quis audiuit è magistrorum aduersitatibus discipulos plus solatij capere? Quo modo non timuerunt? quo modo non dixerunt Paulo, *Medice cura temetipsum, libera teipsum à malis*: & nobis quoque consultum erit? Quo modo nō dixerunt talia? Quo modo? Erant edocti à gratia spiritus sancti, hæc non ex infirmitate, sed ex permissione Christi fieri, vt magis effulgeat veritas, quæ per vincula & custodias, & afflictiones, & angustias crescens, in altius fastigium erigitur. Etenim si vincula, Pauli mentem deiecissent, & timidiorem reddidissent: nō mirum, si & ipse, & qui eum accessissent, fuissent anxij. Verū quia plus afferebant fiduciæ, & ad maiorē gloriam conducebāt: magis obstupescendum est, & admirandum, quo modo per rem ignominiæ plenam, gloria doctori conciliatur, & per terriculamentum fiducia, & cōsolatio discipulorum crescit. Quis non obstupescceret, videns illum catena circundatum, & dæmones fugere? Non diadema regis caput tam decorat, vt illius manus catenæ: non sua quidem natura, sed gratia in ipsis efflorescente, quæ magis consolabatur discipulos, videntes quidem corpus vinctum, linguam autem solutam, manus constrictas, sermonem verò liberum, & in totum mundum citius, quàm Solis iubar percurrentem. Magna sanè discipulorum consolatio erat, cùm re ipsa discerent, nullam præsentium molestiarum grauem. Anima enim, quādo diuino amore & desiderio verè corripitur, ad nihil huius vitæ se conuertit: sed sicut mente moti, contemnunt ignem, & ferrum, & feras, & pelagus, & omnia: ita pij furore quodam, maximè spirituali ac honestissimo insaniunt, deridentes omnia quæ vident. Et propterea discipuli videntes magistrum vinctum, exultabant magis & gaudebant: re ipsa declarantes aduersariis, quàm sint vbique inuicti, & nullis man

A cipati. Itaque rebus sic se habentibus, æmuli quidā Pauli, grauius bellum excitare, & tyrannum cōtra eum crudelius exasperare cupientes, simulabant & ipsi sese esse prædicatores: prędicabántque rectam ac sanam fidem, ità vt & doctrina Pauli magis increscceret. Hoc autem non ideo faciebant, quòd fidem rectam seminare vellent: sed vt audiret Nero prædicationē crescere, & doctrinam inualescere, vt inde exasperatus, quamprimū Paulum in profundum demitteret, ac perderet. Itaque duæ erant tunc doctrinæ, vna discipulorum Pauli, altera inimicorum eius: illis ex veritate, his ex odio & contentione in Paulum, prædicantibus, & hoc manifestans docebat: Alij quidem, inquit, propter inuidiā & contentionē Christum prædicant, inimicis illis designatis: alij autem bona volūtate, quo discipulos suos intelligit. Deinde iterum de illis inquit: Alij quidem ex
B contentione, nempe inimici, non castè, non candidè prædicantes, sed existimantes addere se afflictionem vinculis meis: alij contrà ex charitate, & hoc quoque de fratribus illis suis dicit: scientes quòd in euangelij defensionem constitutus sum. Quid ergo? Attamen quouis modo, siue per occasionem, siue per veritatem, Christus tamen annunciatur. Atque ita frustra & vanè verbum hoc pro hæresibus assumitur. Nam qui tunc prædicabant, non dogma corruptum prędicabant, sed fidem sanam & rectam. Quòd si adulteratam doctrinam prædicassent, & alia quàm Paulus docuerat, non vtique euenisset quod volebant. Non volebant autem aliud, quàm vt aucta fide & multiplicatis discipulis Paulus à Nerone in grauius periculum adduceretur. Quòd si alia quàm Paulus prædicassent, non vtique discipulos Pauli multiplicassent: etsi nō plures fecissent,
C neque exasperassent tyrannum. Igitur hìc non dicit, φ corruptas doctrinas introducāt: sed quòd causa propter quam prædicabant, non fuerit syncera. Aliud enim est occasionem prędicationis non esse sanam: & aliud, non esse prædicationem sanam. Nam prædicatio quidem non fit sana, quando errores continent dogmata. Occasio autem non fit sana, quādo dagma quidem sanum est, prædicantes autem non propter Christum prædicant, sed vel ad inimicicias, vel ad aliorum gratiam. Proinde non dicit, quòd hæreses introduxerint: sed quòd non ob rectam occasionem, neque ob pietatem prædicauerint id quod prædicauerunt. Quandoquidem hoc non faciebant ad incrementum euangelij, sed vt Paulo infesti essent, & in maius periculū eum adducerēt: & propterea illos arguit. Cæterū vide quo modo diligenter hoc posuit. Existimantes, inquit, affer
D re vinculis meis: non dixit, afferētes vinculis meis: sed, existimantes, hoc est putantes quòd afferant: insinuat, quòd licèt illi sic opinentur, non tamen ipse sic afficiatur, quin potius ob euangelij incrementum gaudeat, vnde adiecit, dicens: *Et in hoc gaudeo, quin & gaudebo.* Quid enim, si etiam semetipsos perdunt illi, ex odio mei hoc facientes, dummodo & quæ mea sunt inuiti augeant? Vides quāta erat Pauli virtus? quo modo nullis diaboli versutiis capiebatur, & non solùm non capiebatur, sed & ipsum laqueis suis apprehēdebat? Nam licèt multiplex esset & diaboli versutia, & ministrorū eius malignitas, qui prædicabant quasi idem saperent quod Paulus. Qui tamen sapientes in versutia sua apprehendit, non permittebat hoc fieri. Proinde Paulus hoc tunc declarans, dicebat: *Manere quidem in carne, necessarium magis propter vos: & hoc certus scio, quòd manſurus ſim, & cum omnibus vobis permanſurus, in veſtrum profectum, & gaudium fidei.* Philip. 1. d

dium fidei. Illi enim præsenti quidem vita eiicere me cupiunt,& propterea sustinent omnia: deus autem nõ permittet propter vos.Hæc igitur omnia diligẽter seruate memoria, vt eos qui simpliciter, ac temerè scripturis,ac cum pernicie proximi vtuntur, omni cum sapientia corrigere possitis. Poterimus autem & dictorum meminisse, & alios corrigere, si ad preces semper confugimus: & oremus deum, vt det sermonem sapientiæ, & intellectum auditus, certámque & indeprædabilem huius depositi custodiam.Sepe enim contingit, vt quæ studio nostro corrigere non possumus, ea per preces efficere valeamus,per preces inquam perpetuas. Semper enim orandum est, & in afflictione & prosperitate, & tam ei qui in tribulationibus, quàm qui in bonis. Et illi quidem, qui in bonis & prosperitate, vt immota hæc maneant, & non transferantur: huic autem, qui in angustiis, & afflictione,vt benignã eorum vicissitudinem sentiat. In tranquillitate es,ora deum vt ipsa tibi tranquillitas stabilis maneat. Tempestatem vides grauem, ora deum vt auertat ipsam, & ex ipsa tranquillitatem faciat. Exauditus es, gratias age, quòd exauditus es. Non exauditus es, perseuera, vt exaudiaris. Et si differt aliquando dominus, non id odio facit, neque te auersatur: sed differendo, diutius te secum seruare vult. Sicuti & patres filios indulgentius amantes, quò illos diutius apud se detineant quos desides vident, dedita opera, morantur aliquid daturi. Cæterùm non opus tibi patronis apud deum, neque multo discursu, vt blandiare aliis: sed licèt solus sis, patronóque careas, & per teipsum deum preceris,omnino tamen voti compos eris.Neque enim tam facilè deus annuit,cùm alij pro nobis orant,vt cùm ipsimet oramus,etiamsi plurimis pleni simus malis.Nam & hominum, quos valde exulcerauimus, iræ quiescunt, si diluculo & meridie, & vesperi apud eos comparemus, atque cum illis continua ac humili consuetudine conuersemur: & multò magis apud deum, si frequens fueris: licèt indignus sis, dignus tamen eris: quoniam & indignus diutina familiaritate dignus fieri potest.Porrò tria hæc,nempe q̃ indignum frequens conuersatio dignum reddat: & quòd deus magis annuat,si per nos ipsos oremus,quàm si alij orent:& quòd dando sæpe differt, non vt nos vacuis manibus amandet,& animo hæsitabundo relinquat, sed vt bonorum maiorum nobis causa fiat. Tria hæc inquam, ex parabola hodie nobis lecta, manifesta facere tentabimus. Accessit Chananæa Christum pro filia orans, quæ à dæmone agitabatur, & clamans cũ tanta voce, ait:

Matt.15.c Miserere mei domine, filia enim mea malè à dæmoniis torquetur. Ecce alienigena mulier & barbara, & extranea à Iudęorum iurisdictione.Et quid aliud erat, quàm canis, & indigna, quæ voti compos fieret? Non enim honestum est, inquit, vt accipiatur panis filiorum, & obiiciatur canibus. Attamen precum frequentia digna facta est, non solùm vt inter filios recenseretur quæ erat canis, sed & vt multis laudibus honestata, dimitteretur. Dixit enim: O mulier, magna est fides tua. Quoniam autem Christus dixit,Magna est fides tua: nulla opus est demonstratione, & inquisitione vlteriori de mulieris huius gloria. Vides quo modo mulier, quæ indigna erat, ex assiduitate facta est digna? Vis discere, quòd etiam per nos ipsos orantes apud deum plus efficimus, quàm dum alij pro nobis orant? Clamauit hæc: & vt accesserunt discipuli, dicunt: Dimitte eam, quia clamat post nos. Et ad illos quidem dixit: Non sum missus nisi ad oues,quæ perierunt domus Israël. Quando autem ipsamet accessit, & perseuerauit clamans, & dicens: Domine, Etiam: Nam & catuli edunt de mensa dominorum suorum: tunc beneficium dedit, & ait: Fiat tibi sicut vis. Vides, quo modo repulit, cùm alij precarentur: vbi verò ipsamet orans pro dono clamauit, annuit: Illis enim inquit, Non sum missus nisi ad oues, quæ perierant domus Israël: huic autem dicit, Magna est fides tua, fiat tibi vt vis. Similiter ab initio & ad ingressum petitionis nihil respondit: vbi autem semel & iterum, & tertiò accessit, tunc denique beneficium concessit. Et in fine docet, quòd dare distulerit: non vt eam repelleret, sed vt patientiam mulieris omnibus monstraret. Nam si propter repulsam distulisset, neque tardè ei donasset: & nos minimè agnouissemus mulieris ab initio vsque ad finem fortitudinem. Dimitte eam, inquiunt, quia clamat post nos. Vos auditis vocem, ego mentem video, scio quid dictura sit. Nolo thesaurum mentis suæ occultum permanere, sed expecto & sileo, vt manifestetur, & omnibus clarus fiat. Cùm hæc omnia non ignoremus,posthac, licèt peccatores simus,& indigni in quos conferantur beneficia:licet soli simus, & intercessoribus careamus, ne deficiamus orando, ne despondeamus animum: scientes, magnum apud deum patrocinium esse per semetipsum magna alacritate ad deum contendere: quanuis autem differat, & cesset vt largiatur, neque sic recedamus: scimus enim, quòd misericordiæ, magnæq; erga nos clementiæ est ita differre & tardare. Si ita sensserimus,animáque dolente & feruida,ac excitata,& tali quali ad ipsum Chananæa accessit, etiamsi canes simus, grauibúsque in peccatis, & nostra amoliemur mala: tantúmque fiduciæ accipiemus, vt aliis quoque patrocinari possimus: quemadmodum Chananæa hæc,non solùm ipsa fiduciam, & multas laudes consecuta est, sed & filiam intolerabilibus molestiis eripere potuit. Nihil enim, nihil inquam, precatione ignita & syncera validius est. Ipsa enim & præsentia mala dissoluit, & à futuris pœnis eripit. Vt igitur & præsentem vitam facilius transigamus,& ad iudicium fidentius migremus,multo studio, alacritatéque sedula precibus vacemus.

Nam sic & reposita bona obtinere poterimus: quæ nobis omnibus per gratiam & misericordiam suam concedat dominus noster Iesus Christus, cui cum patre, & sancto spiritu sit gloria,imperium, & honor,in secula seculorum,Amen.

IN EPISTO-

IN EPISTOLAM PAVLI AD COLOSSENSES, DIui Ioannis Chrysostomi expositio Vuolfgango Musculo interprete.

Homilia prima.

CAPVT I.

PAulus Apostolus Iesu Christi, per voluntatem Dei, & Timotheus frater, his qui Colossis sunt sanctis ac fidelibus fratribus in Christo, Gratia vobis & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo.

OMnes quidē epistolæ Pauli sanctę sunt, habent tamen amplius quiddam quę ab eo ex vinculis sunt missæ, vtpote quæ est ad Ephesios, quæ ad Philemonem, quæ ad Timotheū, quæ ad Philippēses, & præsens ista. Etenim & ipsam vinctus misit, quemadmodum scribens dixit, propter quod & vinctus sum, vt manifestem illud, sicut oportet me loqui: videtur autem ista post eam quæ ad Romanos est data esse. Nam illam quidem Romanis scripsit, quum eos nondum vidisset, istam vero, cum iam vidisset, & prope finē esset prædicationis suæ, id quod & ex eo liquet, quòd in epistola ad Philemonem, inquit, † cum talis sim,] nempe Paulus senex, & rogē pro Onesimo: in ista vero ipsum mittit Onesimum, quemadmodum dicit, quē misi vnà cum Onesimo fido & dilecto fratre, fidū & dilectum, & fratrem eum vocans. Quapropter & cum fiducia in hac Epistola dicit, nec dimoueamini à spe Euangelij quod audistis, quod prædicatum est apud vniuersam creaturam, quæ sub cœlo est, Durauerat enim iam aliquandiu Euangelij prædicatio. Arbitror autē hac † vetustiorem] esse eam quę est ad Timotheū, & circa mortem eius quoque scriptam, Dicit enim illic: Nam ego nunc immolor, † Vetustior sanè est ista quàm ea sit quā ad Philippenses scripsit. Tum enim primū erat in vincula Romæ coniectus. Qua vero ratione istas Epistolas plus aliquid præ cæteris habere dico? Hac, scilicet, quòd ex vinculis scribens: quemadmodum si strenuus quidam in bello victor, interea dum cōfecta cæde trophæa statueret, suis scriberet: ita sanè fecit & ipse, Nam & ipse sciebat hoc magnum esse. Etenim Philemoni scribens, inquit, quem genui in vinculis meis. Hæc autem dixit, ne tristemur in aduersis, sed gaudeamus potius. † Cum hęc scriberet Colossensibus, erat] apud eos Philemon. Nam ad Philemonem scribēs, inquit, & Archippo commilitoni nostro. Et in hac præsenti epistola, Dicite, inquit, Archippo, vide ministeriū quod accepisti, Videtur autem mihi hic Archippus aliquod Ecclesiæ munus administrandum suscepisse. Nondum viderat autem Apostolus, neque istos, neque Romanos, neque Hebræos, cum ad eos scriberet. Et de illis quidē multis ex locis clarū est, de istis vero audi quid ipse dicat: Et quotquot faciē meam in carne nō viderunt. Et iterum: licet carne absens sim, tamen spiritu vobiscum sum. Ita, scilicet, præsentiam suam vbiq; plurimum valere sciebat, vnde & semper præsentem seipsum facit & applicat, etiam cum absens esset. Et quando fornicatorem castigabat, vide quo modo iudicio suo præsentem se exhibuerit. Nam ego quidem, inquit, vt absens corpore, præsens autem spiritu, iam decreui tanquam præsens: Et rursus, veniam ad vos, & cognoscam non sermonem istorum qui inflati sunt, sed virtutem. Item, Non solum cum præsens sum apud vos, sed multo magis cum absens sum. Paulus apostolus Iesu Christi per voluntatem dei. Dignum fuerit & argumentum dicere, quòd ex ipsa epistola colligimus. Quod est igitur? Per angelos credebant se conciliatos accessum habere ad deū. Habebant multas obseruationes, tam Iudaicas quàm Gentiles: istas itaque corrigit. Vnde & initio ista tim dicit, per voluntatem dei. Ecce rursus illud, per, posuit. Et Timotheus frater, inquit, igitur & ille apostolus. Decebat ergo eum quoq; notum fieri, His qui Colossis sunt sanctis. Ciuitas ista Phrygię erat, quòd ex eo liquet, quòd vicinam habuit Laodiceam. Ac fidelibus fratribus in Christo. Vnde sanctus factus es, inquit, dic quæso? Vnde fidelis vocaris? An non ideo quòd per mortem sanctificatus es? An non ideo quòd in Christū credis? Vnde frater factus es? Non enim in opere, neq; in verbo, neque in virtute quapiam fidelis comparueras. Vnde dic quæso, tanta tibi concredita sunt mysteria? An non propter Christū? Gratia vobis & pax à deo patre nostro. Vnde vobis est gratia? Vnde pax? A deo, inquit, patre nostro. Atqui nomen Christi nō hoc modo ponit, Contra eos dico, qui calumniātur spiritum. Vnde deus † pater est? Quis seruorum] magnalia ista perpetrasset? quis te sanctum fecit? quis fidelem? quis filium dei? Qui te fide dignum reddidit, is etiam causa est, quòd ista tibi concredita sunt. Fideles nanque non ideo duntaxat vocamur quòd credimus, sed & propterea quòd mysteria ista nobis à deo concreduntur quæ neque angeli ante nos cognouerunt, sed indifferenter ista à Paulo ad hunc modum ponuntur: *Gratias agimus deo patri domini nostri Iesu Christi.* Videtur mihi omnia ad patrē referre, ne mox illis sermone assentiatur. *Semper de vobis, cum oramus.* Dilectionem suā non solum ex eo declarat, quòd deo gratias agebat, sed & ex eo quòd continuē pro illis orabat, quòd & eos quos non viderat semper in animo suo habebat. *Audita fi de vestra in Christo Iesu, & charitate erga omnes sanctos.* Beneuolentiam ipsorum istis sibi conciliat. * Epaphroditus hæc illi nunciauerat. Epistolam autem mittit per Tychicum, Epaphroditum apud se detinēs. Et charitate, inquit, erga omnes sanctos: Non erga vnum & alterum, sed erga omnes, ergo etiam erga nos. *Propter spem repositam vobis in cœlis.* Futura bona intelligit. Dicit autē istud contra tentationes, ne hic sibi recreationem quę rerent. Etenim ne quisquam inferret, & quid proderit charitas erga sanctos, quum & ipsi misere habeant & adflicti sint: gaudemus, inquit, quòd magnifica vobis ipsis in cœlis comparatis. Propter spem, inquit, repositam. Securitatem futurorum bonorum ita declarauit. *De qua prius audieratis per sermonem veracem.* Reprehendit eos hoc verbo, propterea, quòd cum diu iam in fide fuissent, immutari transferrique se sustinuerint. De qua prius audieratis, inquit, per sermonē veracem Euangelij. Veritatis testimonium meritò tribuit Euangelio, quoniam nullum est in eo mēdacium. *Euangelij.* Non dicit prædicationis, sed continue vocat Euangelium, admonens eos beneficiorum dei. Et posteaquam eos prius laudauerat, tum horum admonet. *Quod peruenit ad vos quemadmodum & in toto mundo est.* Gratificatur iam ipsis. Illud autem * peruenit ad vos, metaphorice dixit. Nō aduenit, inquit, ad vos: & rursus abscessit, sed manst &

Isa.4.a — *† τοῦτ' ἔστιν ὃν πάλιν ἐστὶ καὶ περὶ ἑτέρου εἰπεῖν.* — *de Erasm. emot.* — *Infra.4.b* — *† posteriorē* — *1.Tim.4.b* — *† posterior* — *† τότε ἐν τῷ τόπῳ ἦν* — *Infra.4.d* — *Cap.2.* — *1.Cor.5.a* — *1.Cor.4.d* — *2.Cor.15.a* — *Argumentū epistolæ* — *† pater est seruorum? Quis* — ** Epaphras potius legendū videtur* — ** παρῆλθε, quod peruenit*

vit, vel, qđ adest & p̃sens est. velut de re animata loquitur.

manſit & adhuc illic apud vos eſt. Deinde quoniã plerique ex eo confirmantur quòd multos habent dogmatum conſortes, propterea ſubiunxit: quẽadmodum & in toto mũdo. Adeſt vbique, ſuperat & obtinet vbique, perſtat vbique. *Et fructificat & creſcit quemadmodum & in vobis.* Fructificat eo quòd efficaciter operatur, Creſcit, propterea quòd multi illud amplectũtur, propterea quòd magis atque magis corroboratur. Nam & in plantis, quando corroborata eſt plantula, tunc † & denſantur ramuſculi.] *Quemadmodũ & in vobis.* Præoccupat auditorem laudibus, ne inuitus ſi fuerit, de ſi ciat aut repugnet. *Ex eo die quo audiſtis.* Admirabile eſt, quod mox acceſsiſtis & credidiſtis, & ſtatim in ipſo exordio fructum protuliſtis. *Et cognouiſtis gratiam dei in veritate.* Non verbo, inquit, neque fraude, ſed ipſis operibus. Hoc ergo eſt quòd dixit, & fructificat, videlicet, ſigna & miracula facit, quòd ſimul vt illud accepiſtis, gratiam dei pariter cognouiſtis. Cum ergo Euangeliũ confeſtim adeò potentiam ac virtutem ſuam oſtenderit, quo modo nõ graue eſſet nunc demum ſuſpectum fieri? *Quemadmodum & didiciſtis ex Epaphra dilecto conſeruo noſtro.* Conſequens ergo eſt iſtum illic prædicaſſe, didiciſtis Euangelium. Deinde vt oſtenderet virum hunc fide dignum eſſe, dicit, conſeruo noſtro. *Qui eſt fidus pro vobis miniſter Chriſti, qui & expoſuit nobis veſtram dilectionem in ſpiritu.* Ne dubitetis, inquit, de futura ſpe: videtis orbẽ conuerſum. Et quid opus eſt quæ apud alios gerantur dicere? Quæ apud vos geruntur etiam ſine iſtis certa ſunt & explorata: cognouiſtis enim gratiam dei in veritate, id eſt, ipſis operibus. Itaque duo iſta futura confirmantur, quòd & omnes paſsim fidem ſuſcipiunt, & quòd vos quoque. Neque enim alia quidẽ facta ſunt, alia vero dixit Epaphras, qui eſt, inquit, fidelis: hoc eſt, verax. Quo modo pro illis erat miniſter Chriſti? Quod ad Paulum conceſſerat. Qui expoſuit nobis, inquit, charitatem veſtram in ſpiritu hoc eſt, ſpiritalẽ, quam habetis erga nos. Si iſte Chriſti miniſter eſt, quo modo dicitis reconciliationem cum deo eſſe per Angelos? Qui & expoſuit nobis, inquit, charitatem veſtrã in ſpiritu. Ea nanque admiranda eſt, & ſolida dilectio, Ita vt reliquæ nomen duntaxat dilectionis habeant. Sunt autem quidam non tales: at hoc non eſt veram amiciciam habere. Propterea & facile diſſoluitur.

† *etiã multi fructus producuntur.*

Morale. *Multæ amicitiæ cauſę.*

Multę ſunt cauſę ex quibus naſcitur amicicia. Et tur pes quidem præteribimus. Nam nemo nobis illarũ gratia contradicet, tanquã quæ malę ſunt. Sed ſi vultis naturales & temporales in medium adducemus. Itaque temporales quidem iſtę ſunt: vtpote, beneficio quiſquã affectus eſt, ab ipſis maioribus ſuis acquiſiuit amicum, aut ex menſæ, aut peregrinationis communione, aut eſt vicinus. Bonę ſunt & ipſæ, Aut eiuſdem factus eſt artificij. Iſta quidem non eſt ſyncera. Aemulationẽ enim quandam habet & inuidentiam. Naturales vero ſunt, vt patris erga filium, filij erga patrem, fratris erga fratrem, nepotis erga auum, matris erga liberos. Vultis autem adiungamus & vxoris erga virum. Nam omnes coniugales amiciciæ temporales ſunt & terrenæ. Igitur iſtæ quidem illis vehementiores eſſe videntur: videntur inquam, quia ſæpenumero illis inferiores ſunt. Etenim alicubi viſi ſunt amici germanius affecti quàm fratres, etiam quàm filij erga parentes, & natus quidem nihil opis attulit, alienus vero adfuit & adiuuit. Spiritalis vero dilectio, omnes reliquas excellit, tãquam regina quædam ſuorum dominium habens, & ſplendido conſpicua eſt habitu. Nihil enim terrenum hic eſt, A vnde iſta naſcatur, quemadmodum temporalis illa. Non ex conſuetudine naſcitur, non ex beneficentia, non ex natura, non ex tempore, ſed è ſupernis deſcendit, ex ipſo cœlo. Et quid miraris quòd ad cõſeruationem eius nulla opus eſt beneficentia, quando neque illata iniuria ſubuertitur. Quod autẽ iſta maior ſit quàm illa, audi quid Paulus dicat: Optabã enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis. Quiſnam pater optauerit filij gratia in malis eſſe? Et iterũ: Diſſolui & eſſe cum Chriſto, multo melius eſſet, manere vero in carne neceſſarium magis eſt propter vos. Quæ mater mallet iſta dicere, vt quæ ſua ipſius eſſent negligeret? Et rurſus audi ipſum dicẽtem, Orbati vobis ad ſpacium horæ, aſpectu non corde. Et hic quidem pater ſi contumelia fuerit affectus amiciciam dirimit, illic vero non item, ſed vſque ad lapidantes etiam pertigit, be B neficiis illos adficiens. Nihil enim, nihil eſt, inquam, adeo firmum ac validum, atque ſpiritus vinculum. Etenim qui ideo factus eſt amicus quòd beneficium accepit, niſi hoc ſine intermiſsione fiat, inimicus erit. Qui ex conſuetudine indiuulſe cohæret, is rurſus amputata conſuetudine amiciciã extinguet. Vxor quoq; quamprimum pugna interceſſerit, deſerit virum, & deſiderium erga eum remittit. Et filius ſi diu viderit parentẽ viuere, grauatur. In ſpiritali vero amicicia prorſus nihil horum eſt. Nihil enim ex iſtis eſt, vnde diſſoluatur, quãdoquidem neque ex ipſis conſiſtit. Neque tempus, neque itineris prolixitas, neque illata iniuria, neque diffamia, neque * tumor, neque contumelia, neque aliud quicquam inuadet illam, neque etiam poterit diſſolnere. Et vt rem iſtam cognoſcas, lapidabatur Moſes, & tamen pro eis orabat. Quiſnam pater hoc pro lapidante C ſe filio feciſſet, & non magis ipſum quoque lapidaſſet? Perſequamur iſtam amiciciam quæ eſt ex ſpiritu (eſt enim valida & inſolubilis) & non eam quæ eſt ex menſarum cõſortio: nam & tales prohibemur etiam in iſta amicicia nobis adiungere. Etenim audi quid Chriſtus in Euangelio dicat: Si quando conuiuium facis, inquit, ne voces amicos tuos, neque vicinos tuos, ſed claudos ac mutilos. Merito. Nam multa ex illis merces eſt. Sed ne ferre quidem potes, vt cum claudis & cæcis comedas? Graue hoc & intolerabile putas ac detrectas? Maxime quidem nõ oportebat eos auerſari, veruntamen nõ eſt neceſſe, vt ſimul cum eis comedas. Etiã ſi nõ colocaueris eos tecum ad menſam, mitte tamẽ illis eſcas de menſa tua. Etenim qui amicos ad prandiũ vocat, nihil magni facit. Recepit enim in hac vita mercedem, Qui vero mutilum vocat & pauperẽ, deum habet de- D bitorem. Ne triſtemur itaque, ſi nõ in hac vita receperimus, ſed ſi quãdo receperimus hic, alibi in futuro nihil recipiemus amplius. Quamprimũ retribuerit homo non retribuet deus. Si homo nõ retribuerit, retribuet deus. Ne quæramus itaq; illis benefacere, qui nobis rependere poſſunt, neque eiuſmodi retributionis ſpe illis benefaciamus. frigida enim eſt hæc cogitatio. Amicum ſi vocaueris, ad veſperam vſque durabit gratitudo. Propterea cõſumitur iſta amicicia velocius quàm quælibet temporum ac momentorum exordia. Pauperem ſanè & mutilum ſi vocaueris, nunquã peribit gratitudo. Nam debitorem habes deum, qui perpetuo reminiſcitur, & nunquam obliuioni tradit. Quanta vero mollicies fuerit, dic quæſo, cum pauperibus non poſſe ad menſam ſimul recumbere? Quid dicis? Immundus eſt pauper, inquis, ac ſordidus. Laua ipſum, & ita duc ad menſam tuã. Sed indumẽta habet ſordida & ſqualida? Permuta

Roma. 9. 4

Philip. 1. 2

1. Theſſ. 2. d

**συμφορὰ.*

Exod. 32. b

Locus Lucæ. 14. de vocãdis ad prãdiũ pauperibus copioſe tractatur.

da? Permuta cum tuis, da illi ſtolam mundam. Non vides quantum hic ſit lucri? Chriſtus per ipſum ad te venit, & tu erga ipſum parcus es & ſordidus? Cum regem voces ad menſam adhuc iſtorum gratia contaris ac metuis? Ponantur duæ menſæ: vna quidem ex iſtis repletum, & habeat cæcos, debiles & claudos, manus habentes aridas & brachia mutila, nudos pedes, vnam indutos tunicam eamq; protritam: altera vero habeat optimates, duces, toparchas, principes magnos, preciosis indutos veſtibus, ſubtilibus etiam indumentis, & zonis præcinctos aureis. Rurſus hic in menſa pauperum, neque ſit argentum, neque multum vini, ſed quod ſufficiat, & exhilarare valeat. Pocula vero & reliqua vaſa ex vitro duntaxat ſint facta. Illic autem in menſa diuitum ſint quidem omnia vaſa ex argento & auro. Et tale ſit hemicyclium vt non vnus illud portet, ſed duo ſtrenui adoleſcentes vix loco moueant. Deinde ponãtur amphoræ multo ſplendidiores argento, nempe ex auro. Sit hemicyclium tenere ac delicate vndique ſtratum. Rurſus ſint hic accumbentium multi miniſtri, nõ minus veſtibus adornati & ſplendide induti, anaxyridas etiam habentes. Pulchrum enim eſt ætatis flore vegetos videre & bene curato corpore. Illic vero ad mẽſam pauperum duo duntaxat ſtent famuli, quibus nihil cordi ſit omnis ille faſtus. Et ſint illis quidem fercula ſumptuoſa, iſtis vero tanta quæ excutere poſſint animi mœſticiã, & hilares reddere. Dixi ne & conceſſi abunde ſatis? Et eſt ne vtraq; menſa ſatis diligenter ad hunc modum inſtructa? Aut deſideratur aliquid? Ego quidẽ non puto. Etenim & vocatos conuiuas & multum illum vaſorum, ſtratorum, & ferculorum ſumptum recenſui. Verũtamen ſi quid omiſſum eſt, ſermonẽ proſequentes inueniemus. Age ergo, quoniam commode nobis vtraque menſa inſtructa eſt, videamus vbi vos accubituri ſitis. Nam ego quidem ad eam proficiſcor quæ eſt cæcorum & claudorũ. Veſtrum vero plurimi menſam forte ducum eligẽt illuſtrem & ſplendidam. Videamus itaque vtra maiore ſit voluptate & iucunditate referta. Nondum autem futura bona diſcutiemus. Nam in iſtis etiam mea vincit. Quapropter? Propterea quod Chriſtum hæc habet recumbentem, illa vero homines, iſta habet dominum, illa ſeruos. At nõdum iſta exquiram, ſed videamus vtra maiorem habeat iucunditatem, eam quæ præſentis ſit accubitus. Et iuxta hoc quidẽ maior eſt hic voluptas. Etenim accumbere cum Rege maiorem adfert voluptatem, quàm ſi accubueris cum ſeruis. Sed diſcutiamus & iſtud, rem ipſam in ſeipſa exquirentes & ponderãtes. Ego igitur & qui mecum hanc pauperum mẽſam eligunt, cum multa libertate & animi delectatione & loquemur & audiemus omnia, vos autẽ trementes ac timidi, ſimúlque diſcumbentes veriti, ne manum quidem protendere audebitis, tanquam in pædagogium quoddam, non ad prandium, ingreſsi, & veluti coram moleſtis ac ſæuis dominis tremẽtes. At illi non ita. Sed magni honoris eſt, inquis, recumbere cum potioribus. Atqui ego maiore potiar honore. Nam veſtra tenuitas hinc magis apparet, quando eadem menſa communicantes ſeruorum more abiectẽ loquimini. Etenim & ſerui tenuitas, tum maxime apparet, quando cum hero ſuo diſcumbit. Nam ille quidem loco ſibi non competenti conſtitutus, nõ tantum honoris ex menſæ familiaritate acquirit, quantum abiectionis & humilitatis. Tunc enim vehementer inferior redditur. Seorſum vero cõſtitutum ſeruũ, ſeorſum etiam conſtitutum pauperem, videre eſt illuſtriorem eſſe, quàm ſi cum diuite gradiatur. Quicquid enim humile eſt & abiectũ, tum maxime apparet quã ſit humile, quãdo ſublimi coniunctũ fuerit, & ipſa collocatio quod abiectum eſt, abiectius facit non ſublimius. Ita & vos, quòd cum potioribus accumbitis, viliores facit. Nos vero non ita: Igitur in iſtis duplici nomine vos ſuperamus, & libertate, ſcilicet & honore, quibus, quod ad voluptatis rationem attinet, nihil cõferri poterit. Ego quippe malim cum libertate panem ſumere, quam cum ſeruitute mille fercula. Nam melius eſt, inquit, ad olera vocari cum amicicia & gratia, quàm ad vitulum ſaginatum cum inimicicia. Quicquid enim illi dixerint, coguntur laudare præſentes, aut certe offendere, niſi paratitorum locum amplectantur, immò illis etiam peiores ſint. Etenim illi, etſi cum dedecore, libere tamen opprobrandi ius habent: vobis vero neque hoc licet. Tãtam itaque vilitatem illic habetis (metuitis enim & cum timore humiliamini) honorem vero non ita. Itaque omni iucunditate priuata eſt illa diuitum mẽſa, iſta verò quę pauperum eſt, quauis animi delectatione referta eſt. Sed ipſorum etiam ferculorum naturam diſcutiamus. Illic quidem, etiam inuito, neceſſe eſt multo vino rumpi. Hic vero nihil cogit nolentem comedere & bibere. Itaque voluptatem eam quæ illic ex qualitate ciborum eſt, ignominia & repletionis moleſtia occupans aufert. Nam corpora nobis non minus repletio corrumpit, & dolore conficit, quàm ipſa fames, immò multo etiam peius. Et des mihi quẽcunque voles, facilius ipſum repletione quam fame rumpam ac perdam. Eſt enim reuera fames repletione tolerabilior. Famem nanque etiam viginti dies quiſquam ferre poterit, repletionem vero ne ſolos quidem duos. Et qui cum fame continue luctantur, in agris nempe, ſani ſunt, & nihil opus habent medicis. Hanc vero repletionem dico, niſi continue vocarent medicos, vtique non ferrent. Immò & medicorum auxilium ſæpenumero iſta repletionis tyrannis fefellit. Potiores itaque quod ad voluptatẽ attinet habet hæc pauperum menſa. Si enim ſuauior eſt honor, quàm ignominia ſit, etſi ſuauius eſt in poteſtate eſſe, quàm ſubditum eſſe, & libere loqui, & agere iucũdius, quàm tremere & meticuloſum eſſe, & quãtum ſatis eſt neceſſariis potiri, magis quàm excedendo menſuram in deliciarum fluctus immergi, etiam voluptatis gratia melior eſt iſta pauperum, quam illa diuitum menſa. Eſt etiam ſumptus gratiã melior. Nam illa multa inſumit, iſta vero non item. Sed quid? Ergo diſcumbentibus duntaxat ſuauior eſt pauperum menſa? An & conuiuatori plus adfert voluptatis quam illa? Hoc enim eſt quod nobis potiſsimum quęritur. Igitur qui diuites & magnates ad prandium vocat, ante complures dies prandium hoc præparat, & cogitur ſubire negocia, curas ac ſolicitudines, neque noctu dormiens, neque per diem quieſcens, ſed multa in ſeipſo comminiſcens, & coquis, & popinatoribus, & ſtructoribus facienda præcipiens. Deinde imminẽte ipſo conuiuij die, videre eſt ipſum timidiorẽ eſſe, quàm ſint quibus iam depugnandum eſt, ne quid contra præſcripti rationem fiat, ne qua per inuidẽtiam faſcinatio noceat, ne multos inde acquirat criminatores & opprobratores. Pauperes vero ad prandium vocãs omni hac cura negociiſq; iſtis liber eſt, menſam ex tempore per ſeipſum parans, ac nihil ante multos dies curans. Et poſt iſta omnia ille mox gratiam perdit, iſte vero deum habet debitorem, & bona ſpe nutritur, ſingulis diebus ab iſta menſa ſaturatus.

Etenim

Anaxyrides bracæ ſunt, hoc eſt, laxũ quoddam veſtimentum quo cũtra frigus vtebantur.

Præparatio

Prouer. 15. b

Etenim cibi quidem consumuntur, gratia vero non cõsumitur, sed quotidie magis gaudet & lętatur, quàm qui multum adeo vini ingurgitant. Nihil enim animũ adeò nutrit, atque spes bona, qua placida & vtilia expectantur: sed videamus & reliqua. Illic quidẽ sunt tibiæ, citharę, ac fistulę: hic vero nulla est absurda cantio, sed quid? Hymni & psalmodiæ. Illic laudantur dæmones, hic vero laudatur omnium deus. Vides quãta ista gratia, illa vero quanta abundet ingratitudine & stupiditate? Nam dic mihi: Pauit te deus ex bonis suis, vnde & posteaquam pastus es illi oportebat agere gratias, & tu dæmones introducis? Quæ enim fistulis & musicis instrumentis canuntur, nihil aliud sunt quam dæmonũ cantilenæ. Dicẽdum erat, Benedictus es domine quoniam aluisti me ex bonis tuis. Sed velut canis quidam ignominiosus & vilis ne recordaris quidẽ horum, sed dæmones superinducis. Immò canes siue accipiant aliquid, siue non accipiant, adulantur domesticis, tu vero nõ ita. Canis etiam si nihil accipiat, adulatur hero suo, tu vero etiam cum acceperis latras contra dominum tuum. Rursus canis etiam si beneficij quicquam acceperit ab alieno, neque sic tamẽ inimiciciam quam aduersus illum habet remittit, neque ad amiciciam illius attrahitur: tu vero etiam cum innumera mala patiaris à dæmonibus nihilominus eos ad conuiuia tua introducis. Itaque duplici nomine peior es cane. Opportune vero iam canum mentionẽ fecerim, contra eos qui tum solum gratias agunt, quando beneficiis afficiuntur. Obsecro pudorem vobis incutiant vel canes. Illi famem quoque patientes adulantur heris suis: tu vero mox atque quempiam à dæmone curatum esse audieris, Dominum tuum deseris, ô canibus stultior & improbior. Sed iucundum est, inquis, videre scorta. Quæ est illa iucunditas? Immò quę non est ignominia? lupanar facta est domus tua. Furor est & insania. Non erubescis, ꝙ ista voluptatẽ vocas? Etiam si liceret qualibet vti voluptate, omnẽ tamen voluptatem superaret turpitudo & quæ ex turpitudine ista est, molestia & iniucũditas. Domum tuam lupanar facis porcorum instar in cœno volutatam. Si vero scorta duntaxat ad aspectum vsque admittis, en etiam sic maior est dolor. Cõspectus enim nullam habet voluptatem, si non accesserit vsus. Immò maior etiam hinc est concupiscentia & vehementior flamma. Sed vis cognoscere finem? Illi quidem insanis ac mente percusis à mensa surgentes similes sunt, temerarij, iracundi, atque etiam ipsis mancipiis ridiculi: & serui quidem abscedunt sobrij, illi vero ebrij. O dedecus. A pauperum vero mensa nihil tale videtur. sed prandium gratiarum actione claudentes, ita domum abeunt, iucunde dormientes, iucunde rursus exurgentes, omni turpitudine & crimine liberi. Si voles & ipsos conuiuas vtrinque videre, aspice, quo modo illi quidem tales sint intus, quales isti foris, cæci, mutili, claudi, & qualia horum sunt corpora, tales illorum animæ, morbo intercute & inflãmatione correptæ. Talis enim est arrogantia. Nam post delicias nascitur cæcitas. Talis quippe est repletio & ebrietas claudos faciens ac debiles. Rursus & istos vide tales habentes animas, qualia illi corpora, nempe splendidas & bene ornatas. Qui enim in gratiarum actione viuũt, qui nihil vltra necessariam sufficientiam requirunt, qui ita philosophãtur, illi sunt in omni alacritate & splendore. Videamus vero quis & hic & illic sit finis, Illic quidem voluptas est lasciua, risus effusus, ebrietas, vrbanæ facetiæ, turpiloquium. Nam quoniam ipsi verẽtur turpia & obscœna loqui, fit hoc per scorta. Hic vero benignitas & mansuetudo: igitur illum qui diuites vocat, vana gloria incitat, & contra hec omnia veluti armat. Hunc vero qui pauperes vocat, benignitas & mansuetudo. Nam hanc quidem mensam commendat benignitas, illam vero vana gloria & crudelitas, quæ est ex iniusticia & auaricia. Et illa in ea desinit quæ commemoraui, nempe in arrogantiam, ecstasim & insaniam. Tale siquidẽ est vanæ gloriæ germen: ista vero in gratiarum actionem & gloriam dei. Atque hic etiam maior est commendatio ab hominibus. Nam illi quidem inuidẽt etiam, hunc autem velut communem patrem suspiciũt omnes, etiam nullo beneficio adfecti: quemadmodum fit cum iniuria adfectis, quibus condolent etiam qui nihil sunt læsi, & cõmunes fiunt contra iniquè agentem inimici pariter omnes, ita & habet cum illis quibus benefit, etiam qui nihil beneficij ceperunt, non minus laudant & prædicant benefactorem quàm quibus factum est bene. Et illic quidẽ multum est inuidiæ, hic vero multum prouidentiæ & auxilij, multæ ab omnibus precationes. Atque in hac sanè vita ista sunt, in futura vero quando Christus aduenerit, stabit iste cum multa securitate, & audiet coram vniuerso orbe, esurientem me vidisti & pauisti, nudum vidisti & operuisti, hospitem, & collegisti, & quæcunque talia sunt. Ille vero contraria audiet, serue male & piger: Et rursus. Væ qui deliciati sunt in stratis suis, & dormierunt in lecticis eburneis, qui biberunt vinum defecatum, & primario vnguento delibuti sunt, & ista tanquam firma putarunt, & non tanquam fugacia. Ista nobis non temerè dicta sunt, sed vt animus vester immutetur, & nihil inutile & noxium faciatis. Quid igitur, inquis, si & ista & illa fecero? *Multus est hic sermo in ore omnium. Et quid necesse est, dic quæso? Cùm possis omnia vtiliter facere: ita tamen diuidas vt quędam in vanum & frustra consumas, alia vero vtiliter.* Dic quæso, si inter seminandum alia quidem supra petram, alia vero in terram bonam proieceris, an & hic satis hoc tibi fuerit, vt dicas, quid damni est, si alia quidẽ temere & inaniter, alia vero in terram bonã proiecerimus? Nam qua ratione non omnia in terram bonam? Sed videamus quamobrem vtilitatem imminuas. Equidẽ si colligenda esset pecunia, non hoc diceres, sed vndiq; colligeres: illic vero non ita. Et si fœnerandum sit, an non dices, quare hæc quidem egentibus, ista vero diuitibus dabimus? Quin demus illis omnia. Hic vero vbi tãtum est lucri, non reputabis istud, & cessabis aliquando vane sumptum facere & frustra bona tua perdere? Sed est & hic lucrum quoddam, inquis. Quódnam, dic quęso? Amicicias auget: Nihil est his hominibus vilius qui hinc amici fiunt, nempe à mensa, & repletione. Parasitorum duntaxat amicitiæ ex istis nascuntur. Ne rem adeò celebrem cõtumelia afficias, dilectionem scilicet, neque dicas hanc ipsius esse radicem. Quemadmodũ si quis arborem aurum & lapides pretiosos ferentem, non talem habere radicem, sed ex putredine nasci diceret. Idem tu quoq; facis. Etenim si hinc nascitur amicicia nihil illa frigidius fuerit ac vilius. At pauperũ mẽsæ amicitiã generant, non erga homines sed erga deũ, eámque cumulatam & auctam, quoniam & ipsæ cumulatæ sunt. Nam qui partim in pauperes, partim vero in diuites insumit, etiam si multa dederit, nihil tamẽ magnifecit. Qui vero in pauperes omnia impenderit, etiã si modica dederit, totum tamen perfecit. *Non enim quæritur, num multa quisquã dederit vel modica, sed*

Matt. 25.

Amos. 6.

Amici mensæ

an non

an non minus dederit quàm potuerit. Consideremus A
eum qui quinque & eum qui duo talenta lucratus est.
Matthæi.b Consideremus eam quæ duos obolos in gazophyla-
Marc.12.d cium misit. Consideremus viduam illam quæ pauit E-
Luc.21.b liam. Non dicebat illa quæ duos obolos misit, quid no
cueritsi vnum quidem obolum mihi ipsi retinuero, al
*Ἕλεσθαι vitam, vitæ, facultates. terum vero dedero? sed omnem *vitam suam dabat.
Tu vero cum in tanta sis abundantia, sordidior es illa.
Ne negligamus itaque nostram ipsorum salutem, sed
summo studio per eleemosynam eam procuremus: ni
hil enim illa melius est. Atq; hoc declarabit tempus fu-
turum. Interea tamen & præsens hoc ostendit. Viuamus
ergo ad gloriam dei, & quę illi probantur faciamus, vt
promissis bonis digni reddamur, quę cõtingat nos om
nes assequi gratia & benignitate domini nostri &c.

Homilia secunda.

B

PRopterea & nos ex quo die audiuimus, non cessamus pro vobis orare & poscere vt impleamini agnitione voluntatis ipsius, in omni sapientia & prudẽtia spirituali, vt ambuletis dignè domino, vt per omnia placeatis in omni ope re bono, fructificantes & crescentes in agnitione dei. Propterea. Quapropter? Quoniam audiuimus fidem vestram ac charitatem, quoniam spem bonam nacti sumus, etiam de futuris spe bona deum precamur. Quemadmodum enim in certaminibus eos potissimum excitamus, qui non procul à victoria sunt: ita sanè facit & Paulus. Hos maximè adhortatur, qui plus cæteris assequuti sunt. Ex quo die, inquit, audiuimus, non cessamus pro vobis o-
rare. Non vnum aut alterum, aut tres duntaxat dies pro vobis intercedimus. Declarat hic quoque dilectio-
nem suam, & simul tacitè innuit, quòd nondum ad fi
nem peruenerint. Hoc enim declarat quod dicit, vt C
impleamini. Et vide mihi prudentiam beati huius. Nus quam eos nihil omnino consequutos esse dicit, sed o-
stendit deesse adhuc quædam. Hoc illud, vt impleami-
ni, vbique declarat. Et iterum: Vt per omnia placeatis in omni opere bono: rursus, In omni virtute corrobo-
rati. Item, Ad omnem patientiam & longanimitatem.
Illud enim, in omni, testificãtis est, & si nondum totũ,
aliquid tamen eos perfeciisse. Et vt impleamini, inquit:
Non dicit, vt incipiatis: cœperant enim: sed, quod ad-
huc reliquum est, vt impleamini. Ita & correptio mi-
nus inuidiosa facta est, & encomium adeò planè factũ
non permisit eos animis cõcidere ac segnes fieri. Quid
est autem, vt impleamini agnitione voluntatis eius?
Quòd per filium, inquit, reconciliati accessum ad eum
habetis, & nõ item per angelos. Cognouistis quidem,
quòd recõciliatione opus sit: reliquum verò vobis est, D
vt &, quamobrem filium miserit, discatis. Si enim opus
fuisset saluari per angelos, filium vtique non tradidis-
set. In omni sapientia, inquit, & prudentia spirituali.
Quoniã enim per philosophos seducti estis, volo vos,
inquit, omni sapientia spirituali instructos esse, non
iuxta sapientiam hominum: si verò spirituali sapientia
opus est, vt discatur voluntas dei: continuis ergo pre-
cibus quoque opus est, vt quid sit essentia ipsius cogno
scatur. Declarat etiam hic Paulus, quòd ex quo orare
cœpit, nec vnquam perfecerit, nec ab orando cessaue-
rit. Hoc enim indicat, quòd suprà dixit, ex eo die quo
audistis. Condemnationem verò illis adfert, quòd ex
quo & precibus adiuti erant, seipsos non recuperarũt.
Et poscere, inquit, cum magna diligentia. Nam hoc
declarat, quod dixit: & cognouistis. Sed oportet ad-
huc aliquid cognoscere, vt ambuletis, inquit, dignè do

mino. De vita hìc & operibus dicit. etenim & hoc vbi-
que facit. Semper coniungit fidei vitæ conuersationẽ,
vt per omnia placeatis, Quo modo autem per omnia
placeatis? in omni opere bono fructificantes & crescẽ-
tes in agnitione dei. Quemadmodum, inquit, *confe- *ἀθρόως
stim & abundè seipsum vobis reuelauit, & quemadmo cumulatè, confertim,
dum tantam accepistis scientiam: ita & vitæ conuersa- simul.
tionem, quę digna sit fide, ostẽdite. Exigit enim ista ma
gnam rectæ vitæ conuersationem, & maiorem multò
quàm vetus. Qui enim deum cognouit, & seruus dei
fieri meruit, immò & filius: Vide quanta opus habeat
virtute. *Omni robore corroborati.* De tentationibus hic
& persequutionibus loquitur. Precamur, inquit, vt im-
pleamini, corroboreminique, ne torpescatis, neq; des-
peretis. *Iuxta robur & imperiũ gloriæ illius.* Vt talem, in-
quit, animi alacritatem recipiatis, qualem dare decet
imperium gloriæ ipsius. *Ad omnem patientiam & longani
mitatem.* Quod dicit, tale est: *Breuiter, inquit, oramus, *σωφρο-
vt strenuam ac solidam vitam habeatis, cõuersationẽ- μαςὶ. breui-
que Christiana dignam, & stetis firmiter, corroborati, uiter habet
quemadmodum à deo corroborari decet. Propterea editio ve-
dogmata nondum hactenus attingit, sed in vitæ con- rũ. sed ser-
uersatione versatur, in qua nihil habebat quod repre- tè legẽdum
henderet. Et posteaquam, in quibus oportebat, eos lau σωφρόνως
dauit: tum demũ & reprehensionem instituit. Hoc etiã id est, stu-
vbiq; facit. Si quãdo quibusdam scripturus, habet qui- diosè, eni-
dem quod reprehẽdat, habet verò etiam quod laudet: xè, vehe-
primùm laudat, deinde ad taxanda vicia descẽdit. Pri- menter.
mum enim auditorem sibi familiarẽ & beneuolum red
dit, atque ita reprehensionem omni suspicione liberat,
& declarat se per omnia quidem laudare & cõmenda-
re malle, necessariò tamen in eos carpendi sermones
induci & cogi. Atq; hoc etiam in priore ad Corinthios
facit. Cùm enim eos plurimũ laudasset, vt qui eum di- 1.Cor.5.a
ligerent, tum ab eo qui fornicatus fuerat exorsus, repre
hensionem aggreditur. In ea verò quæ est ad Galatas,
non ita: sed contrarium agit. Immò verò si quis probè
discusserit, etiam illa ipsa reprehẽsio ex laude est. Quũ
enim nullam haberet ipsorum virtutem, quam tum cõ
mendaret, & vehemens esset vicium vniuersis nimirũ
corruptis, possentq; eò quòd essent robusti, correptio-
nem ferre, ab ea exorditur dicens: Miror. Itaq; & istud Galat.1.a
encomium habet. Postremo tamen eos laudat, nõ qui-
dem præsentium virtutũ gratia, attamen propter præ-
teritas, cùm dicit, Si fieri potuisset, oculos vestros eruis- Galat.4.b
setis, mihiq; dedissetis. Fructificantes, inquit: hoc de o-
peribus dicit. Corroborati. Istud ad tentationes perti-
net, ad omnem patiẽtiam & longanimitatem. Longa-
nimitatem inter seipsos mutuò ferendos, patientiam
erga exteros. Longanimes enim erga eos sumus, quos Lõganimis
vlcisci possumus: patientes verò erga eos, quos vlcisci & patiẽs in
non possumus. Propterea patientia quidẽ deo nunquã quo discre-
tribuitur, longanimitas verò sæpissimè, quemadmodũ pent.
hic ipse beatus alibi scribens, dicit: An diuitias bonita- Roma.2.a
tis illius ac tolerantiæ, longanimitatisq; cõtemnis? Ad
omnem. Non nunc quidem, postea verò nõ amplius,
sed semper. In omni, inquit, sapientia & prudentia spi-
rituali. Nam alioqui voluntas ipsius cognosci nequit.
Atqui putabant se voluntatem eius tenere. Verùm nõ
erat spiritualis sapientia. Vt dignè ambuletis domino:
hoc enim iter est bonæ conuersationis. Qui nanq; be-
nignitatẽ dei edoctus, simul didicerit vt & filiũm dei
traditũ cognoscat, maiorẽ habebit alacritatẽ. Alioqui
verò non hoc solùm oramus, vt discatis, sed vt & ipsis
operibus declaretis & exprimatis. Qui enim cognoscit

Universidad de Deusto
Biblioteca

& non facit,punietur etiã. Vt ambuletis,inquit:hoc eſt, ſemper,non ſemel duntaxat,ſed perpetuò. Quemadmodum neceſſarium nobis eſt vt ambulemus,ita quoque vt rectè viuamus. Atq; hoc ſemper deambulationem vocat,& meritò,declarans talem nobis præſcriptam eſſe vitam:ſed mundana talis non eſt. Et multum hic eſt encomij quòd dicit, vt dignè ambuletis domino, & in omni opere bono, vt ſemper pergatis ac creſcatis,& nuſquam pedẽ figatis. Et metaphoricè,fructificantes,inquit,& creſcentes in cognitione dei,quãtum homini poſsibile fuerit. Per imperium eius,multa conſolatio eſt. Non dixit potentiam, ſed imperium & dominium quod maius eſt. Per imperium,inquit, gloriæ eius. Quoniam gloria eius vbique dominatur & imperat. Conſolatus iam eſt eos qui cõtumelioſè tractabantur. Et iterum: Vt ambuletis dignè domino. De filio dicit,nempe q̃ vbique dominetur, tam in cœlo quàm in terra,quòd gloria eius vbique regnet. Non ſimpliciter dicit, corroborati, ſed quemadmodum decet eos, qui tam potenti domino ſeruiunt. In cognitione dei, obiter ſimul & diuinæ cognitionis rationes attingit. Hoc enim eſt ſeductũ eſſe, deum quemadmodũ oportet non cognoſcere, aut quo modo oporteat, inquit, creſcere in agnitione dei. Si enim qui filium non nouit,neque patrem cognoſcit,meritò cognitione filij opus eſt. Nihil enim proderit vitæ conuerſatio ſine iſta cognitione. Ad omnem patientiam,inquit,& longanimitatem. *Cum gaudio gratias agentes deo.* Deinceps adhortaturus eos,nõ meminit futurorum bonorum quæ illis erant repoſita,ſed hoc in principio quidem innuit dicens, Propter ſpem quæ vobis repoſita eſt in cœlis: hìc verò eorum meminit, quæ iam habebant. † Faciebant enim ea ad ipſorum confirmationem, & multis locis hoc facit. Ea quippe quæ iam facta ſunt, auditorẽ certum reddũt & magis erigunt. Cum gaudio,inquit, gratias agentes deo. Ordo hic eſt,Non ceſſamus orare pro vobis, ſimul & pro prioribus donis gratias agentes. Vides quo modo ſeipſum in ſermonem de filio faciendum inducat: Si enim cum magno gaudio gratias agimus,magnifica ſunt quæ dicũtur. Poteſt enim quiſquam gratias agere timoris gratia duntaxat. Poteſt & in triſticia conſtituturus, vtpote Iob, qui quidem gratias egit, verùm cum dolore. Et dixit: Dominus dedit,dominus abſtulit. Neque enim dicat quiſquam quæ contingebant eum non contriſtaſſe,neque mœſticiam aliquam inculſiſſe,ne magnum encomium iuſto huic auferat. Quando verò talia fiunt, neq; propter timorem, neque propter dominium ſolùm,ſed & propter ipſam rerum naturam fiunt. *Gratias agamus ei, qui idoneos vos fecit ad partem ſortis ſanctorum in lumine.* Magnum eſt quod dixit. Talia ſunt,inquit,quæ data ſunt, vt nõ ſolùm dederit,ſed & potentes fecerit ad accipiendum. Quòd ergo dicit,qui idoneos fecit,multum eſſe dono huic põderis oſtendit: vtpote ſi tenuis quiſquam fuerit rex factus,poterit præfecturam dare cuicunque voluerit, & tantùm poterit duntaxat, nempe dignitatem donare, idoneum verò ad principatum gerendum facere non poterit: quin plerunque talem collatus honor ridiculum facit. Si quando cum ipſa dignitate idoneum etiã ad honorem faceret & accommodum ad gubernandum,tum res iſta honoris eſſet. Hoc igitur & hic dicit, nempe quòd non ſolùm honorem nobis, ſed & vires ad amplectendum eum dederit. Duplicatur enim honor per id quòd & idoneos ad collatum donum facit. Non dixit ſimpliciter, qui dedit, ſed qui idoneos fecit

ἐκ εἴπε σὺ ναμιν ἀλλὰ κράτος.

† *iſta enim illorũ erant cauſa.*

Iob.1.d

ad partem ſortis ſanctorum in lumine: hoc eſt, qui vos in album ſanctorum retulit. Sed nõ ſimpliciter etiam hoc dixit: ſed qui iiſdem quoq; cum illis potiri dedit. Pars enim eſt, quod quiſque capit. Poteſt enim aliquis in eadem eſſe ciuitate, & tamen non iiſdem cum aliis potiri. Fieri verò nequit, vt qui eandem partem habet, non etiam iiſdem potiatur. Poteſt quiſquam in eadem ſorte eſſe,& tamen eandem non habere partem: vtpote in eadem ſorte ſumus omnes, at non eandem partem habemus omnes. Hic verò iſtuc non dicit, ſed & partem ſimul cum ſorte cõiungit. Qua ratione ſortem vocat? vt oſtẽdat neminem ex proprijs ſuis virtutibus acquirere regnum: ſed quemadmodum ſors magis ex euentu eſt & caſu,ita & hic. Nemo enim talem vitæ cõuerſationem oſtendit, vt regno dignus eſſe poſsit, ſed totum donum eſt ipſius dei. Quapropter & dicit: Si quando feceritis omnia,dicite, Quoniam inutiles ſerui ſumus: quæ nanq; facere debuimus,fecimus. *Luc.17.c* Ad partem ſortis ſanctorũ in lumine. Et futuro,inquit,& præſenti: hoc eſt,in ſcientia. Videtur autem mihi & de præſentibus & de futuris bonis pariter dicere. Deinde declarat,quibus nos dignatus ſit deus. Non enim hoc ſolùm admirandum eſt quòd regno nos dignatur,ſed & appendendum eſt,quales exiſtentes illo dignetur. Neque enim idẽ eſt,ſed plus aliquid inde accedit. Id quod & in ea quæ ad Romanos eſt facit, dicẽs: Nam vix pro iuſto quiſquam morietur. Siquidem pro bono forſitan aliquis etiam mori ſuſtinet. *Rom.5.a* *Qui eripuit nos,* inquit, *à poteſtate tenebrarum.* Totum ipſius eſt, & illa dare pariter & iſta. Nuſquam enim noſtræ virtutis eſt. A poteſtate tenebrarum, inquit: id eſt, errorum à tyrannide diaboli. Non dixit,à tenebris, ſed,à poteſtate tenebrarum. Habebat enim multam *in nos* poteſtatem,& dominabatur *noſtri*. *Nam graue quidem eſt vel* ſimpliciter eſſe ſub *diabolo*, *cum* poteſtate verò *illud* demũ grauius eſt. *Et tranſtulit*, inquit, *in regnum filij dilectionis ſuæ.* Non igitur benignitatem ſuam in hoc ſolo declarauit,quòd à tenebris liberauit. Magnum quidem eſt, à tenebris liberare: verùm multò maius eſt, in regnum etiam introducere. vide ergo quàm multiplex fiat donum,quod in imo iacentes nos liberauit, deinde quòd non ſolùm liberauit, ſed & in regnum tranſtulit. Qui eripuit nos. Nõ dixit, exemit vel eduxit,ſed eripuit, vt declaret multam noſtram fuiſſe calamitatem, & illorum † captiuitatem. Deinde & facilitatem diuinæ virtutis exprimit, quòd dicit, & tranſtulit. Quemadmodum ſi quis militem de loco in locum traduceret. Et non dixit,traduxit,neq; tranſpoſuit. Totũ enim tranſponentis fuiſſet,& non tranſeuntis: ſed * tranſtulit,inquit. Itaque & noſtrum eſt & ipſius, in regnum filij dilectionis ſuæ. Non dixit ſimpliciter in regnum cœlorũ, ſed honeſtiorem ſermonem reddidit dicens, in regnũ filij. Nullum enim iſto maius eſt encomium, quod & alibi dixit: Si ſuſtinebimus,& conregnabimus. Iiſdem nos dignatus eſt cum filio, & non hoc ſolùm, ſed & q̃ rem iſtam plurimum exaggerat, cum dilecto, inimicos & obſcuros ſubitò quodam modo eò tranſtulit, vbi filius eſt, in eundem ſcilicet cum ipſo honorem. Neque hoc ſolo contẽtus eſt, vt oſtẽdat doni magnitudinem, non ſatis habet dicere, in regnum, ſed & addit, filij. Et neque hoc duntaxat, ſed ſubdit, dilecti: immò nec illud ſolùm, ſed & naturæ honorificũ inſigne adiicit. Quid enim dicit? Qui eſt imago dei inuiſibilis. Verùm non ſtatim illud aggreſſus eſt, ſed beneficentiam dei erga nos interſeruit. Etenim ne audiens totum fuiſſe patris,

† *prædictionem*

* *μετέθηκε, tranſtulit.*

2.Tim.2.b

filium

filium putares exclusum esse, totum tribuit filio, & totum quoque patri. Nam ille quidem transtulit, sed hic causam exhibuit. Quid nanque dicit? Qui eripuit nos ex potestate tenebrarum. Idipsum verò est, *In quo habemus redemptionem, remissionem peccatorum.* Nisi enim nobis remissa fuissent peccata, eò vtique translati non essemus. Vide rursus hic illud, in quo. Et nō dixit, λύτρωσιν redemptionem simpliciter, sed, ἀπολύτρωσιν plenam videlicet, & cōsummatam redemptionem, ita vt deinceps in eadem non incidamus amplius, neq; mortales denuò reddamur. *Qui est imago dei inuisibilis, primogenitus vniuersæ creaturæ.* In quæstionem hereticam incidimus. Propterea suspendentes illam hodie in crastinum diem differemus, quatenus flagrantes aures vestras percellere liceat. Si verò amplius quiddam dicere oportet, maius est opus filij. Quo modo? Nā Illud quidem, nempe vt in peccatis manentibus regnum detur, impossibile, istud verò facilius: itaque dono illi viam aperuit. Quid dicis? A peccatis ipse te liberauit. Ergo & ipse reconciliauit. † Præmolitus est iam ȷ dogmatis radicem. Verùm dum illud prius dixerimus, necesse erit postea finire sermonem. Quod est illud? Quòd tanta beneficentia potiti nunquam illius obliuiscei, sed semper donum hoc dei in nobis ipsis versare, quibúsque liberati, & quæ consequuti simus cogitare debemus: atque ita erimus bene grati, ita dilectionem erga deum intendemus. Quid dicis homo? Ad regnum vocatus, ad regnum filij dei: & oscitabundus es totus, ac desidum more scalpis, ac torpes? Si nanque singulis diebus vel in mille mortes insiliendum fuisset, an non omnia ferre oportebat? Atqui principatus gratia nihil non faceres: cùm verò cōsors futurus sis regni vnigeniti dei, non obiicies te vel mille gladiis? nō insilies in ignem? Et istuc nondum graue quicquam fuerit. At tu luges etiam quòd abiturus hinc es, & præsentibus libenter immoraris plus æquo corporis curam agens. Quidnam hoc est? Et mortem etiam horrendum quid esse putas. Horum verò causa sunt delicię & vitæ remissio. Alioqui qui vitam viuit acerbam, auolare quoque vellet, & ab hac vita liberari. Nunc verò idem patimur quod euenit & auium pullis pigrescentibus, sempérque in nido manere cupientibus. Illi quantò diutius hæserint, tantò redduntur imbecilliores. Nidus enim quidam est præsens hæc vita, ex festucis & luto cōpactus. Etsi magnificas mihi ostenderis ædes, etiam ipsas regias auro multo & lapidibus preciosis splendidas, nihil tamen illas ab hirundinum nidis differre putabo. Ingruente nanque hyeme cadent omnia sponte sua. Hyemem verò diem illum dico, nō quidem omnibus hyemem. Nam & Christus illum noctem simul vocat & diem, noctem propter peccatores, diem propter iustos, ita & ego nunc hyemem illum voco. Si æstate bene enutriti non fuerimus, vt imminente hyeme volare queamus, non agnoscent nos matres nec fouebunt, sed fame perire sinent, aut cadente nido prorsus interire. Tanquam enim nidum quendam, immò & facilius etiam nudo subuertet tunc omnia deus reparans, ac restaurando adaptans omnia. Qui verò tum pennis carebunt, illiq; in aëra occurrere non poterunt, sed ita fuerint ignauiter educati, vt leue alarum remigiū non habeant, ea patientur quæ meritò ad hunc modum dispositis ferenda veniunt. Nidus quidem hirundinum si ceciderit, moc perit: nos verò non ita peribimus, sed cōtinuè puniemur. Hiems erit futurum illud tempus, immò hyeme sæuius. Non enim illic torrentes vndarū

† *Iam autè obtrūcauit*

Nidus quidā est præsens vita.

τῆτακτῦ ρ vtau.

precipitabunt, sed fluuij ignei: non fient ex nubibus tenebræ, sed tenebræ insolubiles atq; adeò crassæ & obscuræ, vt neque cœlum videre liceat, neq; aërem, maio req; premantur angustia improbi, quàm si qui in terrā defodiendi sint. Ista sæpenumero dicimus, sed nemini persuademus. Verùm non est mirum, si nos viles homunculi talia de his rebus differentes patimur, quū do & prophetæ talia passi sint, nō solùm de istis, sed & de bello & captiuitate differentes. Et Sedechias à Hieremia correptus est, attamen nihil pudefactus. Propterea dicebant prophetæ: Væ dicentibus, accelerent properè quæ facturus est deus, vt videamus, & veniat cōsilium sancti Israëlis, vt cognoscamus. Ne miremur ista. Neq; enim credebāt etiam qui arcæ tempore erant, sed tum credebant quando nulla erat fidei vtilitas. Neq; qui in Sodomis erant, quæ prædicebātur expectabāt, sed tum demum credebant & ipsi, quando nihil illis † amplius supererat. ȷ Et quid dico futura? Quisnā ea expectauit, quæ nunc variis locis hincinde fiūt, nempe ciuitatum motus & conquassationes atq; interitus? Quanquā ista † certiora sunt illis, de arca dico. Vnde hoc liquet? Ex eo q; illi quidem non habebāt aliud exemplū in quod respicere potuissent, neq; scripturā dum audierant: hic verò innumera sunt exempla tam quæ nostris, quàm quæ prioribus temporibus facta sunt. Sed vnde erat illorum incredulitas? Ex animo delicato & molli. Bibebant & comedebant, & propterea nō credebant. Quæ enim quisq; vult, illa & opinatur, illa & expectat. Qui verò contradicunt, nugantur & garriunt. Sed neidem patiamur. Nō enim amplius futurum est diluuium, neque ad † consummationē vsque suppliciū, sed initium pœnarum mors, eorum, scilicet, qui nō credunt esse iudicium. Et quis inde venit, inquis, qui ista loquutus sit? Si quidē iocò ista dicis, neq; sic tamen bene. Non enim in istis ludere oportet. Neq; enim in ludicris, sed in periculosis rebus hic ludimus. Si verò seriò ita sentis, & non putas aliquid post hāc vitam esse futurū: quo modo te Christianū esse dicis? Eos nanq; qui foris sunt, nihil moror. Quare baptismum suscipis? Quare ecclesiā ingrederis? Non enim principatus pollicemur. Omnis spes nostra in futuris est: vt quid ergo accedis, si nō credis scripturis, si nō credis Christo? Non enim dixerim talem esse Christianum. Absit. Sed gētili peiorē. Quapropter? Propterea, scilicet, quòd cùm putes Christum esse deum, illi non credis vt deo. Nam illa quidem impietas necessariò sequitur, vt necesse sit eum qui nō arbitratur Christum esse deum, neq; etiam in illum credere. Ea verò impietas nullam habet rationem, vt deū quis confiteatur, & tamen fide dignum non arbitretur in illis quæ dixit. Ebrietatis sunt hæc verba, ludibrij, & deliciarum, comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Non cras, sed quandocunq; ista dixeritis, iā mortui estis. Nihil ergo differimus à porcis, dic quæso, nihil ab asinis? Si enim neque iudiciū est, neq; retributio, neq; tribunal, quamobrem tali dono honorati sumus, nēpe ratione, & omnia nobis subiecta habemus? Quare nos quidem dominamur, illa verò quæ ratione carent, nobis obedire cogūtur? Vide quo modo diabolus vndiq; properet, quò nobis donum dei non agnoscere persuadeat, Seruos immiscet dominis, & quemadmodum plagiarius quidam & seruus sceleſtus liberum hominem cogit in eandē cum inimico & repulso redire vilitatem. Et videtur quidem tollere iudicium, tollit verò fidē qua creditur esse deus. Nam semper talis est diabolus. Insidiosè obiicit omnia non directè, vt vita-

† *magis certa dubia*

† *mortem*

Universidad de Deusto
Biblioteca

re posſimus. Si iudicium non eſt, non eſt iuſtus deus. Humano more loquor: Si non eſt iuſtus deus, neque deus eſt: ſi deus non eſt, feruntur omnia temerè, nihil eſt virtus, nihil malicia. Sed nihil horum apertè proponit. Vides ſatanici enthymematis animum, quo modo ex hominibus irrationalia bruta, immò beſtias, quin magis dæmones facere conatur? Ne obtemperemus ergo illi. Eſt enim, ô miſer & infœlix, iudicium. Noui vnde in hos ſermones venias. Multum tibi delictorũ eſt, offendiſti deum, fiduciam non habes, putas & rerum naturam conſentire ſermonibus tuis. Hactenus, inquis, animum meum expectatione gehẽnæ non adfligam. Et ſi iſt gehenna, perſuadebo tamen illi non eſſe gehennam, atq; interea in hac vita deliciabor. Quare peccata peccatis cumulas? Si licèt peccaueris, gehennam tamen eſſe credideris, euadas vel aliquorum delictorum pœnam? Si verò & hanc addideris impietatem, & impietatis & cogitationis huius extremum dabis ſupplicium: & quod exiguo momento inane tibi factum eſt ſolatiũ, erit tibi perpetui ſupplicij cauſa. Eſto deliqueris. Quid & alios ad peccandum incitas, cùm dicis non eſſe gehennam? Quid imponis ſimpliciorib⁹? Quid manus populi diſſoluis ac deiicis? Quantum in te eſt, ſubuerſa ſunt omnia. Neque qui hactenus diligentes fuerunt diligentiores erunt, ſed deſides, neque à malicia ſua deſiſtent improbi. Num ſi alios quoq; corruperimus, delictorum veniã habituri ſumus. Non vides quo modo diabolus primum hominẽ deiicere tentauerit? An veniam conſequutus eſt? Maioris itaq; ſupplicij cauſam hinc habet, vt non ſolùm propter ſua ipſius, ſed & propter aliena quoque peccata puniatur. Ne putemus ergo nobis mitius hinc fore iudicium, quòd & alios in eandem perditionem nobiſcũ ſubuertimus. Nam hinc grauius puniemur. Quid nos ipſos in perniciem impellimus ac perdimus? Omnino ſatanicum eſt. Peccaſti ô homo? Benignum habes dominum. Obſecra, ſupplica, illachryma, ingemiſce, † & aliorũ quoque mala metue, atque ora ne in eadem cum illis incidas.] Si ſeruus quiſquam in ædibus heri ſui cõſtitutus, ex illis ſcilicet qui deliquiſſent, ad puerum ſuum diceret, Fili, ego herũ offendi, tu cura, vt illi placeas, ne eadem tibi quoque contingãt: non habebit ille aliquam veniam? non emolliet & inflectet herum ſuum? Si verò omiſsis his verbis, loquutus fuerit ad hũc modũ: Quid putas herum rei huius rationem habere, & quòd vnicuique pro meritis ſit redditurus, quodq; non omnia tam bona quàm mala temerè confundat? Nulla eſt in his ædibus gratiarum actio. An non maiorem iſte pœnam luet, quam ſuis duntaxat peccatis meruiſſet? Meritò. Nam illic quidem animi paſsio nonnihil excuſaſſet, licèt ægrè: hic verò nemo planè excuſabit. Itaque ſi neminem alium, vel diuitem illum in gehẽna imitare dicẽtem: Pater Abraham, mitte ad cognatos meos, ne in hunc locum veniant. Nam ipſe abire non poterat. Itaque ne in eadem mala incidamus, abſtineamus à ſatanicis hiſce verbis. Quid igitur, inquis, ſi nos rogarint infideles? Non illos curare vis, ſed in dubitationẽ coniecto Chriſtiano, ſub prætextu curandi infideles ſatanicum dogma corroborare quæris. Nam quoniam ipſe †ex animo tuo] duntaxat de iſtis differens nõ perſuades, alios quoq; vis inducere teſtes. Si verò differendum fuerit cum infideli, non hinc ſumendum erit diſputationis initium: ſed, an Chriſtus ſit deus ac dei filius, an dæmones apud eos dij ſint. Si illa fueris probè exequutus, reliqua ſequentur omnia. Antè quàm verò præſtructum fuerit initium, vanum erit de fine diſſerere: antè quàm cognita fuerint prima elemẽta, ſuperfluum erit atque inutile poſtremis immorari. Non credit infidelis fore iudicium? Idem & ipſe tecum patietur, quandoquidẽ & ipſe multos habet qui de iſtis philoſophati ſunt, licèt corpus ab anima ſeparantes hoc dixerint. Veruntamen locatum eſt tribunal, & tãta eſt rei huius claritas, vt ferè nemo ſit qui eam ignoret, ſed inuicem ſibi tam de tribunali quàm de iudicio & poẽtæ & pariter omnes conſentiant. Itaque Græcus ille infidelis ſuis quoque primùm non credit: nec Iudæus de iſtis hęſitat, neque vllus hominum. Quid ergo noſipſos ſeducimus? Ecce iſta ad me dicis: quid ad deum dices, qui ſigillatim corda noſtra finxit, qui nouit quę in animis noſtris ſunt omnia, qui viuit & efficax eſt, & quóuis gladio vtrinq; incidente acutior? Etenim dic mihi re vera: teipſum non condemnas? Et quàm ſapienter factum eſt, vt qui peccauit, ſeipſum ſua ſponte condemnet? Nam iſtuc magnæ eſt ſapiẽtiæ. Tu condemnas teipſum: qui verò hanc tibi mentem dedit, temerè ſinet omnia ferri? Erit ergo canon iſte catholicus, & generale præſcriptum. Nemo eorum qui virtuti ſtuſtẽt incredulus eſt illis quę de iudicio dicuntur, etiam ſi Græcus ſit, etiam ſi hæreticus. Rurſus nemo eorum qui in multa verſantur malicia, demptis paucis, reſurrectionis ſermonem amplectitur. Atq; hoc pſaltes dicit, Sublata ſunt iudicia tua à facie eius. Quare? Quoniam contaminatæ ſunt viæ eius, inquit, in omni tempore. Comedamus enim, inquit, & bibamus: cras nanq; moriemur. Vides quòd abiectorum ſit iſta dicere? Ab edendo & bibendo ſunt hæc verba reſurrectionem euertẽtia. Non fert enim animus, non fert, inquam, propriæ conſcientiæ ſententiam ac iudicium. Idem autẽ hic fit, quod *homicidæ contingit. Is primùm ſibiipſi promittit, ſe non eſſe capiendum, atque ita occidit.* Alioqui indicante ipſum conſcientia, vtique non ſtatim ad hoc facinus perrexiſſet. Nouit igitur, & tamen ignorare ſe ſimulat, ne per conſcientiam & timorem torqueatur. Nam alioqui imbecillior eſſet ad homicidium. Ita & qui peccant, & quotidie in iiſdem malis volutãtur: iſta cognoſcere nolunt, quanquam conſcientia ipſorum non ignorãte. Sed non attẽdamus iſtos. Erit enim, erit omnino iudicium & reſurrectio, nec inania deus tãta opera relinquet. Proinde obſecro relicta malicia ſequamur virtutem, vt veracem ſermonẽ amplectamur in Chriſto Ieſu domino noſtro. Quanquam vtrum facilius eſt, an ſermonẽ de reſurrectione ſuſcipere, an eum quem habẽt de fato? Ille iniuſticia plenus eſt, ille ratione caret, crudelitate abundat, inhumanitate ſcatet: ille verò refertus eſt iuſticia, quod dignum eſt vnicuiq; diſtribuens, & tamen ipſum non ſuſcipiunt. In cauſa verò eſt ſegnicies & ſocordia. Illũ alioqui nemo qui mentem habeat, amplectitur. Etenim & inter Græcos, qui voluptatem finem eſſe ſtatuerunt, illi, inquam, cum amplexati ſunt, qui verò virtutem dilexerunt, non item, ſed tanquam abſurdum reiecerunt. Si verò apud Græcos hoc eſt, multò magis ita habet & in reſurrectionis ſermone. Cõtemplare mihi verò è diuerſo, quo modo duo contraria induxerit diabolus. Siquidem vt virtutis ſtudiũ negligeremus, neceſsitatis dogma induxit, & vt dæmones propenſè coleremus: per duo contraria quoq; perſuaſit. Quam poterit ergo rationem dare, qui rei tam celebri non credit, & illis obtemperat, qui nugas iſtas obtrudunt. Ne te itaque neq; hoc ſolatij nutriat ac foueat, quaſi veniam ſis adepturus. Colligentes itaque

† & alios deterreas et ora, ne ĩ eadẽ mala incidant.

Luc.16.g

† animo tuo

Pſal.9.e

1.Cor.15.d

itaq; nos ipsos, ad virtutem excitemus, & verè deo viuamus in Christo Iesu domino nostro.

Homilia tertia.

QVi est imago dei inuisibilis, primogenitus vniuersę creaturę, quoniam per illum creata sunt omnia, quæ in cœlis & quæ in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Omnia per illum & in illum creata sunt, & ipse est ante omnia, & omnia in ipso consistunt, & ipse est caput corporis ecclesiæ. Necessarium est, vt debitum hodie reddamus, quod heri ea ratione distuli, vt flagrantes ac vegetas mentes vestras percellere liceret. De dignitate filij disserẽs Paulus ista dicit, quemadmodũ & demonstrauimus. Qui est imago dei inuisibilis. Cuius ergo vis eum imaginem esse? Dei. Est ergo omnino eiusdem excellentiæ & magnitudinis. Si enim tanquam hominis imaginem † dixit, auersabor eum deinceps, tanquam insanum. ‖ Si verò, vt deum ac dei filium, dei imaginem dixit, omnimodam & per omnia correspondentem æqualitatẽ ostendit. Quanam ratione angelus nusquam vel imago vel filius dei vocatus est, *sed homo vtrũque? Quare? quoniam illic quidem naturæ sublimitas facilè complures in hanc impietatem cõiecisset. hic verò tenuitas & humilitas securitatem præstat: & ne volentes quidem tale quid suspicari, sermonémque ad humilia applicare, permittit. Quapropter vbi quidem multum erat humilitatis, ibi scriptura confidenter ac securè posuit honorem: vbi verò maior natura, non item. Imago inuisibilis & ipsa inuisibilis, & pariter eodem modo inuisibilis est. Alioqui non esset imago. Imaginem enim, quatenus imago est, etiam apud nos, ex omni parte, ei cuius est imago, correspondentem ac similẽ esse oportet: quemadmodum characterum & similitudinum ratio habet. At hic quidem istud nequaquã possibile est. Humanum quippe artificium in multis plerunq; aberrat, immò vbique, si diligẽter excusseris. Vbi verò deus est, ibi nihil prorsus aberrat, neq; quicquam excidit. Si verò creatura est, quo modo creatoris est imago? Neq; enim equus hominis est imago. Si non omnimodam & vndique indifferentem æqualitatem, inuisibilis dei imaginem esse, declarat: quid prohibebit & angelos esse imaginem dei? Nam & ipsi inuisibiles sunt: sed nõ sibiipsis. Quin & anima inuisibilis est. an ideo mox, quia inuisibilis est, propterea imago dei est? At non quemadmodum ipse, ita & angeli imagines sunt. Primogenitus vniuersę creaturę. Quid igitur, inquis? Ecce creatus est. Vnde, dic quæso? Quoniam primogenitum dixit. Atqui non dixit primocreatus, sed primogenitus. Sanè consequens esset multa ipsum dici. Nam & fratrem eum in vniuersum dicere oporteret, & dominiũ auferre, & neq; dignitatem neque aliud quicquam attendere. Illud enim, primogenitus, neq; dignitatis, neque honoris, neque alterius cuiusquam, nisi solius temporis respectum habet. Quid significat illud, primogenitus? Creatum esse, inquis. Bene. Si hoc est, etiam fratres habet. Alioqui verò primogenitus eiusdem est essentiæ cum illis, quorum est primogenitus. Dixit enim vniuersæ creaturæ. Ergo & lapidum, & meus quoque primogenitus est deus verbũ. Præterea dic mihi, quid vult illud, primogenitus ex mortuis? Nunquid, quòd primus resurrexerit? Non enim dixit primogenitus mortuorum, sed primogenitus ex mortuis. Nec dixit quòd primus sit mortuus, sed quòd primogenitus ex mortuis resurrexerit. Itaque nihil ostendit aliud quàm*

ἐυναῶ ἀπαγλήκτος ὁ ἐπόθμενος. † *dic, et deinceps vt insanum auersabor.*

* ἄνθρωπος pro ἀμφότερος legendum videtur.

Imago.

Infra.

quòd primiciæ resurrectionis factus sit. Ergo neq; hic. Deinceps dogma ipsum ingreditur. Etenim ne iuniorem eum esse putarent, propterea quòd in veteri testamento per angelos accessus fuerit ad deum, nunc verò per ipsum, primùm ostẽdit illos nihil potuisse. Alioqui non ex tenebris vtique iste eduxisset. Deinde quòd & ante angelos fuerit. Et huius, nempe quòd ante eos fuerit, signum esse facit, quòd per ipsum creati sunt. Quoniam in ipso, inquit, creata sunt omnia. Quid hìc dicunt, qui Paulo Samosatæo adhęrent? Quæ in cœlis, quod controuertebatur, primum posuit: & quæ in terra. Deinde, visibilia, inquit, & inuisibilia: vtpote, anima in cœlo facta est. Visibilia, vt homines, Elias, Paulus. Siue throni: Quod quidem confessum est & indubitatum, omittit: quod verò in dubium vocatum, hoc ponit. Siue throni, inquit, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Illud, siue, totum comprehendit, sed ita vt ex maioribus minora declaret. Spiritum verò non ponit cum potestatibus. Omnia, inquit, per ipsum, & in ipsum creata sunt. Vide illud, in ipso, idem est atque per ipsum. Cùm enim dixisset, in ipso, subiunxit etiã per ipsum. Quòd verò dicit, in ipsum, quid est? Hoc scilicet, in ipsum, pendet omnium hypostasis. Nõ solùm ipse ea ex nihilo ad hoc vt essent produxit, sed & idem ipse nunc quoque ea cõseruat ac tuetur, ita vt si ipsius cura destituerẽtur, mox perirent & corrumperentur. Sed non dixit, conseruat, quod crassius fuisset, sed quod subtilius est, nempe quòd omnia in ipsum pendent. Duntaxat ad ipsum adnuere & inclinari, satis est ad conseruandum & constringendũ. Ita & primogenitus, velut fundamentũ est. hoc verò non eandem cum creaturis essentiam, sed omnia per ipsum esse, & in ipso ferri demõstrat. Etenim & Paulus cùm dicit, fundamentum posui, nõ de essentia, sed de energia dicit. Etenim ne putes ipsum esse ministrum, dicit eum omnia conseruare: id quòd non minus est, quàm omnia condere. Equidẽ apud nos maius etiam est. Nam illud artificium inducit, istud verò non item, neq; quod corruptibile est continet. Et ipse est, inquit, ante omnia. hoc deo congruit. Vbi est Paulus Samosatæus? Et omnia in ipso consistunt: hoc est, in ipsum creata sunt. Continuè eadem versat, assiduitate verborum, quasi creberrimis quibusdam plagis, pernicioſum illud dogma radicitus extirpans. Si enim licèt tanta dicta sint, post tantum tamen tẽpus Paulus Samosatęus prodiit: quanto magis si ista prædicta nõ fuissent? Et omnia, inquit, in ipso cõsistunt. Quo modo consistebant olim in ipso, cùm vt volunt, nõ esset? Itaq; etiam quæ per angelos administrata sunt, ipsi° sunt. Et ipse est caput corporis ecclesiæ, prius loquutus de dignitate, deinceps agit de benignitate. Ipse est, inquit, caput corporis ecclesiæ. Et nõ dixit, plenitudinis, idem quidẽ ipsum declarans, volens tamẽ eum nobis familiariorem ostendere ex eo quòd adeò sublimis, & omnibus superior, infimis seipsum coniunxit. Vbiq; enim primus ac supremus est. In ecclesia primus. Caput nanq; est, in resurrectione primus: hoc est, vt sit ipse, primas tenens. Itaque & in Genesi primus. Atque hoc potissimum est quod Paulus diligenter ostendere conatur. Si enim hoc probè effectũ fuerit, & probatũ, videlicet quòd ante omnes angelos fuerit, etiam illud simul consequetur, quòd quæ per angelos effecta sunt, ipse imperando effecerit. Et quod mirabile est, in posteriore natiuitate contendit ipsum ostendere primum. Quãquam alibi Adam primũ esse dicit, quemadmodũ & primus est. Sed ecclesiam pro vniuerso hominũ genere accepit.

Essentia, subsistẽtia.

Efficacia.

nere accepit. Nam ecclesiæ primus est, & hominum quidem, quemadmodum creaturæ, iuxta carnem primus est. Atque ideo hic primogenitum ponit. Quid est hic primogenitus? Qui primus creatus est, † aut qui ante omnes resurrexit. ‖ Quēadmodū & illic, qui ante omnes est, ita & hic primicias posuit, dicens: *Qui est primicia primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse primas tenens.* Ostendens & alios tales esse. Illic verò non dicit, primicię creaturę. Atque illic quidem cùm præmisisset, qui est imago dei inuisibilis, tunc quoque subiunxit, primogenitus vniuersæ creaturæ. *Quoniam in illo complacitum est patri vniuersam plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare cuncta in ipsum, pacificatis per sanguinem crucis eius siue quæ super terram sunt, siue quæ in cœlis.* Quæcunque patris sunt, inquit, ea sunt & filij: idque maiore cum diligentia. Nam & mortuus est & seipsum nobis coaduna uit. Primicias verò dixit, tanquam de fructu quodam. Non dixit, resurrectionem, sed primicias, declarans quòd nos omnes sanctificauerit, & velut hostiam obtulerit. Quòd plenitudinem dicit, quidam de plenitudine diuinitatis intelligunt. Quemadmodum Ioannes dixit, De plenitudine eius nos omnes accepimus: hoc est, si quid erat filius, verbum illic habitauit, non energia quædam, sed essentia. Non potest aliquam dicere causam, nisi voluntatem dei. Nam hoc est, quod dicit, quoniam in illo complacitum est patri. Et per eum reconciliare omnia in ipsum. Ne putes eum conditionem ac locum ministri suscepisse, in ipsum, inquit. Atqui alibi dicit, quòd deo reconciliarit omnia, quemadmodum in epistola ad Corinthios scribens, dixit. Et bene dixit, per eum reconciliare. Erant enim iam conciliati. Sed perfectè reconciliauit, ita vt non amplius inimicarentur illi, inquit. Quo modo? Non enim conciliatio duntaxat data est, sed & modus cōciliationis. Pacificatis per sanguinem crucis eius. Conciliatio quidem inimiciciam: illud verò, quod dicit pacificatis, bellum fuisse declarat. Per sanguinem crucis eius per ipsum, inquit, siue quæ in terra, siue quæ in cœlis. Magnū quidem est cōciliari: quod verò hoc per ipsum factum est, maius est. Atque hoc quoque ipso maius est istud, quòd per sanguinem eius factum est, & non simpliciter per sanguinem, sed quod amplius etiam est, per crucem. Itaque quinque sunt hìc præcipua & admiranda. Deo reconciliauit, per seipsum, per mortem, per crucem. Papæ, quo modo rursus illa commiscuit. Etenim ne putares vnum esse, neque crucem aliquid esse iuxta seipsam, per seipsum dicit. Quo modo perpendit hoc magnum esse, quòd non verba profundens, sed seipsum pro reconciliatione tradens, ita omnia perfecit? Quid verò est, siue quæ in cœlis? Ea nanque, siue quę in terra, non immeritò dicit. Siquidem illa inimicicia referta, & in multa discerpta erant. Et contra seipsum quisque nostrum disidebat, & contra alios. Quæ verò in cœlis sunt, quo modo ea pacificauit? an & illic bellum erat & pugna? Et quo modo oramus dicētes, Fiat voluntas tua quemadmodum in cœlo, ita & in terra? Quid est ergo? Disidebat à cœlo terra. hostiliter aduersabantur hominibus angeli, dominum suum contemni videntes. Vt summatim, inquit, restauraret omnia in Christo, tam quæ in cœlis quàm quæ in terra. Quo modo, illa quidem quæ in cœlis? Transtulit illuc hominem, restituit illis inimicum adeò exosum. Non solùm quæ in terris sunt pacificauit, sed reduxit ad eos ipsum inimicum & hostem. Ea demū profunda ac solida pax est. Angeli deinceps in terra rursus apparent,

† *an qui ante omnes resurrexit?*

‖ *habet codex verō. alij legunt* ἀρχὴ *id est principiū.*

Ioan.1.b ἀλλ' ὐσία

2.Cor.5.d

Matth.6.b

Ephe.1.b

A quandoquidem & homo in cœlo comparuit. Videtur autem mihi raptus Pauli huius gratia factus esse, videlicet vt ostenderetur & filium illuc esse susceptū. Nam in terra quidem duplici nomine pax est, & cum cœlestib⁹, & erga seipsam. In cœlis verò simpliciter. Si enim super vno peccatore resipiscente gaudent angeli, multò magis super tot ac tantis. Hæc omnia virtus dei effecit. Quid ergo in angelos fiduciā collocatis, inquit? Tantum enim absunt illi ab eo vt vos reconciliarent, vt vobis magis infensi hostes fuerint. Nisi deus vos illis conciliasset, vtique pacificati non fuissetis, Quid itaque ad illos accurritis? Vis discere quanto odio fuerint aduersum vos angeli, & quo modo nos semper auersati sint? Ad supplicium mittebantur contra Israëlitas, contra Dauidem, contra Sodomitas, in vallem fletus. At nunc non ita, sed è diuerso in terra cecinerunt B vehementer gaudentes. Et istos deduxit ad homines, & homines reduxit atque euexit in cœlum ad ipsos. Et contemplare mihi paradoxon. Angelos primùm deduxit ad nos, & tunc hominē euexit ad ipsos. Cœlum terra facta est, quandoquidem futurum iam erat, vt quæ terræ essent cœlum susciperet. Propterea gratias agentes dicimus, Gloria in altissimis deo, & in terra pax, in hominibus bona volūtas. Ecce, inquit, & homines deinceps apparuerunt, * comiter ac placidè se habentes. Quid est bona voluntas? cōciliatio. Non enim amplius interstitium est cœlum. Primùm iuxta numerum Gentium erant angeli, nunc verò nō secundum numerum Gentium, sed secundum numerum fidelium. Vnde liquet? Audi Christum dicentem: Videte, inquit, ne contemnatis vnum ex paruulis istis. Nam angeli eorū semper vident faciem patris mei, qui in cœlis est. Etenim C vnusquisq; credentium angelum habet. Nam & ab initio quisque virorum celebrium ac probatorum angelū habebat, quēadmodum Iacob dicit, angelus qui pascit me, & qui liberauit me à iuuentute mea. Si ergo angelos habemus, sobrij simus, tanquam si pædagogi quidā nobis adessent. Adest nanq; & dæmon. Propterea oramus ac dicimus, petentes angelum pacis. Et vbiq; pacē petimus. Nihil enim illi adæquari potest, in ecclesiis pacem, in precationibus, in supplicationibus, in præfationibus, & semel, atq; iterum, ac tertiò, & sæpe eandem, qui ecclesiæ præest, impertit dicens, pax vobis. Quamobrem? Quoniam ipsa mater est bonorum omniū, ipsa causa est, & materia gaudij. Quapropter & Christus apostolis domos ingredientibus hoc statim dicere præcepit, tanquam symbolum quoddam bonorum. Cùm intrabitis, inquit, in domos, dicite: pax vobis. Nam ista D non existente, omnia irrita sunt. Et Christus discipulis dixit, Pacem reliquo vobis, pacem meam do vobis. Ipsa dilectioni viam parat. Et non dicit ecclesiæ præsul, pax vobis, simpliciter, sed pax omnibus. Quid enim si cum isto quidem pacem habuerimus, cum altero verò bellum ac pugnam? Quid hoc profuerit? Neq; enim in corpore, si quædam ex elementis bene quidē & pacificè habeant, reliqua verò disideant, sanitatem vnquam consistere possibile fuerit, sed illa cōsistet ex omnimoda omnium moderatione, consonantia, & pace. Et nisi omnia quietè ac bene habeant, atque in terminis suis præscriptoq; maneant, omnia subuertentur. Et in animo nostro, nisi omnes cogitationes sedatæ sint ac quietæ, pax non erit. Tantum bonum est pax, vt filij dei vocentur, qui ipsam efficiunt & constituunt. Meritò. Nam & filius dei ad hoc in terram venit, vt quæ in terra sunt, & quæ in cœlis pacificaret. Si verò pacifici

filij dei

Luc.15.b

Luc.2.b * ὐδοκίας ἀνθρώπους *id est, bene placentes, gratiæ capti.*

Matth.18.b

Gene.48.c

Respicit ad notā quādā ecclesiæ suæ precationē.

Matt.10.b & Luc.10.a

Ioan.14.b

Bonū pacis.

Matth.5.a

Ad vtrumq; genus filij dei.

filij dei sunt, qui nouandis rebus studentes dissidia faciunt, filij sunt diaboli. Quid dicis? Contentiones & pugnas initeis? Et quis adeò miser & infelix est, iniquis? Complures sunt, qui gaudent in malis, & corpus Christi dilacerant magis quàm milites, qui lancea illud incidebant: aut quàm Iudæi, qui clauis perforabant. Minus illud malum erat quàm istud. Membra illa quę tum intercidebantur, denuò coadunata sunt. Ista verò auulsa nisi hic iterum coniungantur, nunquam coniungentur amplius, sed manebunt extra corpus. Quando fratrem impugnare vis, cogita te membra Christi impugnaturũ, & cessabis ab insania. Quid enim quòd abiectus est, quòd tenuis? Quid quòd contemptibilis? Ita non est voluntas, inquit, coram patre meo, vt pereat vnus ex paruulis istis. Et iterum: Angeli eorum semper vidẽt faciem patris mei qui in cœlis est. Propter ipsum deus & seruus factus & occisus: tu verò nihil eum esse ducis? Itaque etiam hoc pacto deo repugnas, quòd cõtrarium aduersus eum iudiciũ profers. Mox atque prę-sul ecclesiæ ingreditur, dicit, pax omnibus: quando cõcionatur, pax omnibus: quando benedicit, pax omnibus: quãdo salutem optare iubet, pax, inquit, omnibus: quando sacrificium absoluitur, pax omnibus: & interea rursus, gratia vobis & pax. Quo modo ergo absurdum non est, quòd cùm toties pacem habendam nobis audiamus, nihilominus hostiliter inuicem alius alium impugnamus? Accipientes pacem & redentes, ei qui pacem affert inimicamur? Dicis, & spiritui tuo, & extra ecclesiam illum traducis? Heu me, quæ veneranda in ecclesia, & suspicienda sunt: schemata rerum dũtaxat facta sunt, & nulla prorsus adest veritas. Heu me, exercitus huius symbola in verbis duntaxat cõsistunt, vnde & ignoratis, qua ratione dicatur, pax omnibus. Sed audite, quæ post ista Christus dicat: *In quamcunq; verò ciuitatem aut vicum fueritis ingressi, cùm domũ intrabitis, salutate illam:* & si quidem fuerit domus digna, veniat pax super illam. Si verò digna non fuerit, pax vestra ad vos reuertatur. Propterea ignorantes sumus, quoniam ista verborum typum esse putamus, licèt nec animum aduertamus. Num ego pacẽ do? Christus per nos loqui dignatur. Etiam si reliquo tempore omni gratia vacui sumus, non tamen nunc illa vacui sumus, propter vos. Si enim in asino & in diuinatore operata est gratia dei propter dispensationem & vtilitatem Israëlitarum, manifestũ est, quòd neque in nobis operari detrectabit, sed & hoc facere sustinebit propter vos. Nemo itaque dicat tenuem esse me & humilem, & nulla ratione dignum. Vel sic me obseruato. Sum enim talis. Sed perpetuus dei mos est multorum gratia etiam talibus sese applicare. Et vt hoc discatis, ad Cain loqui dignat° est propter Abel, diabolo propter Iob, Pharaoni propter Ioseph, Nabuchodonosor propter Danielem, Balthasaro propter eundem. Et magi quòque reuelationem consequuti sunt, & Caiphas cũ esset occisor Christi & indignus, prophetauit, propter sacerdotij dignitatem. Dicitur & Aaron huius gratia lepra non esse correctus. Nam dic quęso, qua ratione, cùm vtrique Mosi obloquuti essent, Maria sola pœnas dedit? Nec mireris. Si enim in externis ac mundanis dignitatibus, etiam si mille modis quisquam incusetur, non tamen primum ad iudicium ducitur, nisi prius principatum deposuerit, ne ille cum ipso opprobriis pateat: multò magis in prælatura spirituali, quisquis tandem ille sit qui eam gerit, operatur gratia dei. Alioqui omnia perierint. Quãdo verò illam deposue-

Matth.10.b

Ibidem.

Nota.

Matth.10.b

Nume.22.e Gratia dei etiã per malos operatur

Ioan.10.f Cur Aaron nõ sit lepra percussus vt Maria.

rit, siue morte, siue etiam in hac vita, tunc sanè, tunc eo grauiore supplicio punietur, ne opus sit ista à nobis dici. Gratia dei est, etiam quæ in indigno operatur, non propter nos, sed propter vos. Audite ergo quid dicat Christus: Si fuerit domus illa digna, veniat pax vestra super eã. Quo modo verò digna sit? Si receperint vos, inquit. Si verò vos non receperint, neque sermonem vestrum audierint, amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæ in die iudicij, quàm ciuitati illi. Quæ ergo vtilitas erit, si receperitis nos, & quæ à nobis dicuntur non audieritis? Quid profuerit, si colueritis nos, & quæ vobis dicuntur non attenderitis? Is demum honor noster est, is cultus celebris qui & nobis vtilis erit & vobis, si nos audieritis. Audite & Paulum dicentem: Nesciebam fratres, quòd princeps esset sacerdotum. Audi quoque quid Christus dicat: Quęcunque iusserint vt seruetis, seruate & facite. Non me contemnis, sed ipsum sacerdotium. Si quando videris sacerdotio exutum, tunc contemne, tunc neque ego præcipere potero. Quousque verò in hac sede constituti sumus, quousque præsidentiam habemus, habemus & dignitatem & potestatẽ licèt indigni simus. Si Mosis sedes adeò veneranda fuit, vt propter ipsam audire oportuerit sacerdotem, multò magis sedes Christi. Illam nos suscepimus, ab illa loquimur, ex quo & Christus ministerium reconciliationis in nos posuit. Legati qualescunque tandem sint, propter legationis prærogatiuam multo potiuntur honore. Nam vide, in mediam Barbarorũ terram, inter tot hostes, soli ingrediũtur, & quoniam plurimum valet legationis lex, omnes eos honorant, omnes in eos intendũt, omnes cum fiducia & liberè dimittunt. Iam & nos legationis sermonẽ accepimus, & venimus à deo. Hoc enim est episcopatus dignitas. Venimus ad vos, legatione fungentes, *ac postulantes vt bellũ dissoluatur, & dicimus quorum gratia adsimus non ciuitates promittentes, neque tritici tot aut tantos modios, neque mancipia, neq; aurum, sed regnum cœlorum, vitam æternam, conuersationem ac præsentiam cum Christo*, & alia bona quæ nec nobis dictu, nec vobis auditu possibilia sũt, donec in hac carne, & in hac præsenti vita sumus. Legatione itaq; fungimur. Honore verò potiri volumus nõ propter nos, absit: scimus enim ipsius vilitatem, sed propter vos, vt quæ à nobis dicuntur eò diligẽtius audiatis, vt vos emolumentũ capiatis, ne socorditer ac negligenter quæ dicuntur attendatis. Non videtis legatos quo modo eos amplectuntur omnes? Nos dei legati sumus ad homines. Si verò vendicauerimus nobis istud, non nos, sed ipse episcopatus hoc potuit, nõ quiuis, sed episcopus. Nemo me audiat, sed dignitatẽ ipsam. Omnia itaq; iuxta quod deo probatur, faciamus, vt ad gloriam eius viuamus, & bonis quæ diligentibus eum promissa sunt, digni reddamur, gratia & benignitate &c.

Actu.23.a

Matth.23.a

Homilia quarta.

ET vos, qui quondam eratis inimici & abalienati mente in operibus malis, nunc tamen reconciliauit in corpore carnis suæ per mortem vt exhiberet vos sanctos & irreprehensibiles & inculpatos in conspectu suo. Ostendit hìc quòd & eos conciliarit, qui conciliatione digni non erant. Nam eo quidem quòd dixit eos sub potestate tenebrarum fuisse, calamitatem demonstrat, in qua fuerãt. Sed ne cùm potestatem tenebrarum audis, necessitatem quandam putes, subiungit: Et vos qui quondam eratis abalienati. Videtur itaque idem quidem, dicere, sed

non est idem. Non enim eiusdem rationis est, eum liberare à malis qui necessitate mala ferre cogitur, & eũ qui voluntariè mala patitur. Nam ille commiseratione quidem dignus est, iste verò odio. Veruntamẽ vos, inquit, neque inuitos, neque coactos: sed spontaneos, & voluntariè ab ipso resilientes atque adeò & cõciliatione indignos liberauit. Et quoniam eorum meminerat quæ in cœlis sunt, declarat omnem inimiciciam hinc à nobis, & non illinc ab ipsis ortum suum habuisse. Nam illi iam olim conciliationem volebãt, inquit, & deus quoque ipse, vos autem nolebatis. Et omnino declarat angelos anterioribus tẽporibus nihil potuisse, eò quòd inimici manserint, nec persuadere potuerint, nec persuasos à diabolo liberare. Neque enim etiã si persuasissent, aliquid profuissет, non ligato eo qui captiuos detinebat, neque si illum ligassent, captiuis reuerti nolentibus, sed vtrisque opus erat, quorum quidem illi nihil: Christus verò omnia perfecit. Itaque admirabilius est, quòd nolẽtibus persuasit, quàm quòd à morte absoluit. Nam illud quidem totum ipsius erat, & ipse solus hoc poterat: hoc verò non solũ ipse, sed & nos. Ea verò facilius perficimus, quæ in nostra potestate sunt. Hoc itaque tãquam maius postremò ponit. Et nõ simpliciter, inquit, inimici eratis, sed & abalienati: id quod magnę erat inimiciciæ. Neque abalienati solum, sed neque aliquem regressum, vel suspicantes. Et inimici, inquit, mente. Deinde nec in voluntate duntaxat substitit abalienatio. Sed quousque? Et in operibus malis, inquit. Et inimici eratis, & quæ inimicorum erant, operabamini. Nunc verò reconciliauit in corpore carnis suæ per mortem, vt exhiberet vos sanctos, & irreprehensibiles, & inculpatos in conspectu suo. Rursus & modum reconciliationis ponit, addens in corpore, quòd nõ simpliciter percussus, aut flagellatus, aut † terreno quodam precio, ‖ sed morte turpissima mortuus reconciliauerit. Iterum crucis meminit, & aliud rursus beneficium inducit. Non enim duntaxat liberauit: sed quòd suprà dixerat, qui idoneos nos fecit, id hìc quoque innuit. Per mortem, inquit, eius, vt exhiberet vos sanctos & irreprehẽsibiles, & inculpatos in conspectu suo. Nõ enim peccatis solùm liberauit, sed & celebres, & illustres reddidit. Tanta quippe non hac solùm ratione passus est, vt malis liberaret, sed vt primas etiam consequeremur. Quemadmodum si quis condemnatum non solùm supplicio liberaret, sed & in honorem eueheret. Et in ordinem constituit eorum qui non deliquerunt, immò nõ illorum solùm, sed & eorum qui maxima bona præstiterunt ac patrarunt. Et sanè magnum est quòd sanctimoniam quæ in conspectu suo persisteret dedit, simul & vitam inculpatam. Reprehẽsionis intentionẽ habet, quod dicit, & inculpatos. Hoc erit quando scilicet neque quod condemnari, neque quod criminari poterit, cõmissum à nobis fuerit. Sed quoniã totum posuit quod Christi est, quod per mortem ista perfecerit: quid ergo dicit ad nos? Nihil nobis præstãdum est? Propterea subiunxit: *Siquidem permanseritis fide fundati ac stabiles, & non dimoti à spe euangelij.* Ignauiam ad desidiam ipsorum hic amputat. Et non simpliciter dixit: permanseritis. Potest enim fieri vt permaneat etiam qui fluctuat ac dissidet. Potest stare & manere quoque qui vagatur & errat: sed, siquidẽ permanseritis fundati, inquit, ac stabiles & non dimoti. Papæ, quanta conuersione & solertia vtitur? Non solùm non fluctuantes, inquit, sed neque aliquousque dimoti. Et vide. Nihil hactenus onerosum ponit aut laboriosum, nisi fidem ac spem: quasi dicat, permanete credentes, quoniam certa est ac verax futurorum spes. Nam hìc quidem possibile est: in virtutis autem studio fieri nequit, quò minus vel modicè quis fluctuet ac dimoueatur. Ita nõ est onerosum quod ponit. A spe, inquit, euangelij. *Quod audistis, quod prædicatum est in vniuersa creatura, quæ sub cœlo est.* Quid est autem spes euangelij aliud nisi Christus? Ipse enim & pax nostra, & qui omnia ista perfecit. Itaque qui aliis illam adscribit, dimotus est. Nam omnia perdidit, niii in Christũ crediderit. Quod audistis, inquit. Rursus eos ipsos testes assumit, deinde orbem vniuersum. Non dicit quod prædicatur, sed quod creditum est, & prædicatum: id quod & initio fecit, ex multorũ testimonio & istos confirmare volens.

Cuius factus sum ego Paulus minister. Et hoc ad grauitatem fide dignam conciliandum facit. Ego, inquit, Paulus minister. Magna erat ipsius authoritas, vbique subinde celebrati, & totius orbis doctoris existentis.

Nunc gaudeo in afflictionibus meis pro vobis, & suppleo quod deerat adflictionum Christi in carne mea pro corpore ipsius, quod est ecclesia. Et quo modo ista prioribus cohærent? Videntur enim distracta. Verùm multum habent rationis & ordinis. Cuius sum minister, pro eo dixit, nihil à me ipso adfero, sed quæ alterius sunt, adnuncio. Ita credo, vt pro eo & patiar. Et non solùm patiar, sed & cum gaudio patiar ad futurorum spem prospiciens. Et patior non pro meipso, sed pro vobis. Et suppleo, inquit, quod deerat adflictionum Christi, in carne mea. Videtur quidem magnum esse quod dixit. At non est ex arrogantia, absit: sed ex magno amore erga Christum. Nõ enim vult suas esse adflictiones, sed Christi, & has illi appropriare. Et quæ ego patior, inquit, propter illũ patior. Itaque non mihi, sed illi gratiam referre debetis. Quemadmodum si quis ad alium quempiam mitteret, rogaretque dicens, *Obsecro te, vade ad illum meo nomine*: is deinde diceret propter eũ qui me misit, ista facio. Itaq; nõ erubescit etiam istas adflictiones Christi dicere. Non enim duntaxat mortuus est pro vobis, inquit, sed & præterquam quòd mortuus est: paratus est etiam adfligi propter vos. Hoc contendit & vrsit vt ostendat Christum etiam nunc periclitantem pro ecclesia, per proprium corpus. Inuehitur autem contra illos: quasi dicat, non per nos reconciliamini deo, sed per Christum, etiam si nos ista faciamus. Non enim proprium opus nostrum susceepimus, sed illius. Atque hoc perinde est, ac si exercitus quisquam ducem protectorem nactus, in bello persisteret, atq; illo deinde abeunte secũdarum partium dux vulnera eius in se transferret & subiret, quousque bellum dirimeretur. Deinde quòd & propter ipsum ista faciat, audi: Pro corpore, inquit, eius. Aut hoc vult dicere, non vobis gratificamur, sed Christo. Nam quæ illum oportebat pati, ego pro ipso patior. Vide quanta agat. Ostendit multam amoris vim. Quemadmodum in secunda ad Corinthios epistola scribens dixit: Impositi nobis ministerium reconciliationis. Et iterum: Pro Christo legatione fungimur, tanquam deo obsecrante per nos, istuc & hìc dicit: Pro ipso patior, vt hoc magis eos alliciat: quasi dicat, etiam si qui vobis debet, abscesit: ego tamen reddo. Nam hac ratione & dixit, quod deerat, adflictionum Christi, vt declararet se non totum sibi ipsi adscribere. Nondum, inquit, omnia passus est pro vobis, etiam post mortem patitur, si quidem adhuc reliqua quædam manserunt. Hoc etiam in ea quæ ad Romanos est, aliter quidem facit dicẽs, Qui & *interpellat* pro nobis

2.Cor.5.d
Ibidem.
Roma.8.a

† venditus.

† mortis sua non fuerit contentus,

pro nobis: declarans quòd † non mors sola suffecerit, sed & postea innumera faciat. Non igitur seipsum extollere vult cum ista dicit, sed ostẽdere Christum etiãnum eorum habere curam. Sermonem autem hoc fide dignum esse ostendit, quòd subiũgit, pro corpore eius. Quòd autem ita habeat, & nihil indecens hic sit, ex eo liquet, quòd ista pro corpore eius fiunt. Vide quo modo nos sibiipsi cõiunxerit. Quid igitur angelos mediationis gratia superinducitis, cuius ego minister sum, inquit? Quid alios nũcios infertis? Ego sum minister. Deinde ostendit, quòd ipse nihil fecerit, eo quòd minister sit. *Cuius ego factus sum, inquit, minister, iuxta dispensationem dei quæ data est mihi in vos implendi sermonem dei.* Iuxta dispẽsationem. Aut hoc sanè dicit: Quoniam ita cum discederet, voluit vt nos dispensationẽ istam susciperemus, ne tanquam neglectos ac desertos vos putaretis. Ipse enim est qui patitur, ipse qui legatiõe fungitur. Aut certè dicit: Quoniam me potissimum omnium persecutorem, hac ratione persequi permisit, vt fide dignus essem prædicator. Vel dispensationem dicit, quoniã non opera quæsiuit, neque actiones, neq; virtutum facta, sed fidem & baptisma. Nam alioqui sermonem non accepissetis. In vos, inquit, implendi sermonem dei. De Gẽtibus dicit, ostendens eos adhuc fluctuãtes, ex eo quòd dicit, implẽdi sermonem dei. Vt enim humiles & proiectæ Gentes tantam dogmatum sublimitatem capere possent, non erat Pauli, sed dispẽsationis dei: nam ego, inquit, alioqui non potuissem. Postquam quod maius erat declarauit, nẽpe adflictiones suas esse Christi, tunc demum quod clarius est, inducit. Quoniam & hoc dei est, inquit, implere sermonem in vos. Non autem apertè hîc illud ostendit. Etenim & hoc dispensationis est, vt nũc dicatur, quod quidem audire potestis: † Verum non negligenter, sed vt capaces reddamini. Nõ enim subitò deus omnia facit, sed vtitur accommodatione, propter multam suam benignitatem. Atque hoc in causa est, cur non olim, sed nunc aduenerit Christus. Et in euangelio hoc declarat, quòd huius gratia seruos primùm miserit, ne in necem filij inciderent. Si enim neq; post seruos aduenientem filium reueriti sunt, multo minus eum ante illos reueriti fuissent. Si minora mãdata non audierunt, quo modo maiora audissent? Quid igitur inquis, an non & nunc quoque Iudæi pariter & Gẽtes ineptiores sunt, & minus ad veritatem affecti? Hoc iam ex nimia fit negligentia & socordia. Quòd enim post tantum temporis, post tãtas disciplinas profani & inepti adhuc manent, multæ segniciei est. Quãdo ergo Gentes dicunt, quamobrem nunc demum venit Christus, non permittamus hoc eos dicere: sed rogemus, an non ad quod venit, perfecerit. Quemadmodum enim etiam si mox ab initio venisset, non tamen rem ipsam executus esset, non sufficisset nobis ad defensionẽ temporis maturitas, ita quoniam omnia exequutus est non erimus obligati, vt temporis rationes demus. Neque enim à medico quisquam sanitatis rationẽ exiget, si morbum dispulerit, & ægrotum ad sanitatem reduxerit, neque à duce exquiret, si vicerit, cur vel hoc tempore, vel hoc loco vicerit. Nam ista qui negocium non perfecit, rogandus est. Qui vero omnia bene executus est, probari commendarique debet. Vtra enim dic quæso, fide dignior est, ratiocinatio & sycophantia tua, an ipsa negocij consummatio? vicerit aut nõ vicerit, hoc proba, prævaluerit, vel non prævaluerit, ad finem quæ dixit, perduxerit, an minus: Istæ sunt exquirẽdæ rationes. Dic quæso: Deum esse omnino cõfiteris, etiam si Christum minus? Rogo te, êstne deus sine principio? Prorsus, dices. Dic ergo mihi: Quamobrem homines nõ ante decem annorum milia fecit? Nam ita plus temporis vixissent. Si enim bonum est esse, multo magis bonũ est diutius esse. Nunc vero tanti temporis damno affecti sunt, quanto non fuerũt. Verum nullo temporis damno affecti sunt. Quo modo autem, nouit ipse qui eos fecit. Rursus te rogo: Quare nõ omnes simul fecit, sed huius quidem anima, qui primum factus est, tot annos existẽs habet, altera vero illis caret nondum facta? Quare hũc primum, alterum vero postremò fecit, & in hunc mundum induxit? Et talia reuera digna sunt quæ quærãtur, sed non quæ curiosè indagentur. Nam istuc neq; quærere est. Ego quippe dicam causam, quam quidem & dixi. Suppone vero mihi humanam naturam tanquã etatem quãdam esse, & primis quidem temporibus statum adolescentis habere genus nostrum, illis vero quę proximè subsecuta sunt, iuuenis, senectuti deinde vicinis, senis. Postea cum animus maturus factus est membris corporis subactis, bellóq; soluto, tunc ad philosophiam ducti sumus. Atqui contrarium verum est, inquis. Adolescentem docemus. At nõ sublimia dogmata, sed rhetoricam, sed grauitatem sermonũ. Ista igitur sublimia docemur, quando vegetus ac maturus est animus. Vide quo modo & deus istud cum Iudæis fecerit. Etenim quo modo pueris solet præfici literator, ita Iudęis Moysen præposuit. Et is quæ pueris solent, illis fecit, adumbrans ac pingens vt nos solemus, elementa. Nam vmbram, inquit, futurorum bonorũ lex habens, non ipsam imaginem rerum. Quemadmodum pueris placentas emimus, & pecuniam damus, vnum hoc ab ipsis exigẽtes interea in disciplinam vt eant: ita & deus tum fecit, & diuitias dedit & delicias, vnum ab ipsis dũtaxat per multam remissionem & indulgẽtiam mercatus, Moysen vt audirent. Propterea tradidit eos præceptori, ne se tanquam benevolum & indulgentem patrem contemnerẽt. Et vide quo modo illum solum reueriti sint. Non enim dicebant, vbi est deus? sed, vbi est Moyses? Et præsens duntaxat terribilis illis erat. Quando igitur mali quicquam patrabant, vide quo modo eos puniebat. Nam deus quidem eos abdicare volebat, ipse vero non permittebat. Immò vero totum dei opus tum illis erat instar patris minitantis: Moyses vero instar præceptoris* detrectantis ac dicentis: Permitte illos mihi, ex quo nunc eos recipio. Ita locus disciplinæ facta est eremus. Et quemadmodum pueri cum aliquandiu in exercitij loco detinentur, secedere cupiunt: ita & illi tũ perpetuò in Aegyptum reuerti quærebant ac plorabãt dicentes, Periimus, consumpti sumus, sine omni cura male perditi sumus. Et tabulam ipsorum cõtriuit Moyses, in qua illis veluti nomina quædã addiscenda conscripserat, id quod & præceptor facere solet: cũ acceptam tabulam male scriptam videns, proiicit, multũ iræ hoc pacto ostendere volens, etsi fracta quoque fuerit, non tamen hinc irascitur pater. Nam ille quidem diligenter scribendo incubuerat, illi vero nõ in ipsum attendentes, sed alio auersi petulãter se habebant. Et quẽadmodum in schola alius aliũ percutit, ita & tunc † permittebat Moyses vt alius aliũ percuteret & occîderet. Et rursus quo modo præceptor addiscenda quædam tradens, deinde quo modo didicerint exigens, si lusam viderit operam, punit & castigat: ita & Moyses fecit, vtpote scripta diuinam potentiam indicãtia illis exhibẽs. An ea quæ in Aegypto dedit? Etiam. Sed illa scripta plagas demonstrabant, nẽpe quòd inimicos puniret, erantq;

*παρατίθεσθαι, exponere, deponere.

† iubebat

ἀδὴ πρόσωπον.

† Ὁρᾶτε πῶς ἀνεξέταστοι ἐγκαταλείπεσθαι.

erantq; illis instar disciplinæ. Quid enim aliud erat sup plicium de inimicis sumptum, quàm vestrum beneficium? Alioqui vero vobis benefaciebat. Atque hîc perinde factum est, atque si puer cum elementa se probè cognoscere dicit, sparsim illa extra ordinẽ rogatus deprehenditur ignorare, vapulat: ita & illi dicebãt se quidem virtutem & potentiam dei scire, sparsim vero eãdem rogati scientiam nihil proferebant, vnde & vapulabant. Vides aquam? Reminisci debes aquæ Aegyptiacæ. Qui enim ex aqua sanguinem fecit, poterit idem & hodie facere. Quemadmodum & nos pueris sæpenumero dicimus, quando vides in libro literam a, reminiscere quòd eam & in tabula tua habueris. Vides famem? Recordare quòd idem eam faciat, qui & tum fructus perdidit. Vides bella? Memẽto quo modo Aegyptij in mari submersi sint. Vides magnos esse & robustos qui terram inhabitant? At maiores non sunt Aegyptiis. Qui te ex Aegytiorum medio eripuit, quo modo non multo magis extra Aegyptum existentem saluaret? Sed ignorabant literas, dum illas sparsim rogabãtur. Propterea & percutiebantur, comedebãt & bibebant, & recalcitrabant. Non debebant in mãna quærere delicias, docti quid ex illis mali sequatur. Fecerũt autem perinde, atque si puer ingenuus in disciplinam missus, cuperet cum seruis conuersari, illisq; ministrare, & cum necessariam, ingenuóq; puero competentem alimoniam accipiat, inq; patris mensa sedeat, nihilominus mallet ea potiri quæ seruorum est, fœtida & perturbatione referta, ita & illi Aegyptum quærebant. Dicebãt quoque
Exod.34.b Moysi, Etiam domine, omnia, quæcũque dixeris, faciemus, & obediemus. Et quod cũ deploratis filiis fit, quos pater occîdere vult, præceptor vero detrectat, hoc cõtinuò cum istis tum quoque factum est. Cur autem no bis ista dicta sunt? Quoniam nihil à pueris differimus.
Deut.19.d Vis audire quòd & dogmata eorum puerilia sint? Ocu-
Dogmata legis puerilia lum pro oculo, inquit, & dentem pro dẽte. Nihil enim adeò ad vltionem concitatum est, atque animus pueris. Nã ea animi passio ex inopia rationis est. Multa vero rationis inopia, ac rectę considerationis multa desolatio in ista est ætate, vnde non abs re puer irę tyrannidem patitur, cámq; tantam, vt sæpenumero ad terram procidendo rursumq; exurgendo, aut genu percutiẽdo stomachetur, vel scabellum euertat, donec hoc pacto dolor cesset, & ira extinguatur. Tale quid & deus fecit, oculũ pro oculo, dentémq; pro dente eruere permittens, dũ & Aegyptios occîdit, & Amalechytas, qui eos contristauerant. Et talia illis promisit, quemadmodum si filius quispiam patri dicat: Pater, percussit me quidã: pater vero respondeat, malus est hic homo, prosequemur eũ odio: ita & deus: Inimicis tuis, inquit, inimicus ero, & odientes te odio habebo. Et rursus cum oraret Balaam, puerilis erat accommodatio quæ cõtingebat illis. Quemadmodũ enim pueris contingit, quãdo non metuenda timentes, vtpote lanam, aut aliud quippiam tale subitò terrentur: ne metus ille in eis perduret, inducimus illud sub manus eorũ, & quid sit demonstrare facimus: ita & deus fecit. Quoniam terribilis erat diuinator ille, conuertit terrorem eius in confi-
εἰ καλῶς ἤρκεις πάντα ἔχεις. dentiam. Et quo modo pueri ablactati in quasillis omnia habent, ita & illis omnia dedit, multásque delicias. Sed vt puer papillam requirit, ita & illi Aegyptum, & Aegypti carnes. Itaque nõ peccarit, si Moysen quisquã præceptorem, educatorem & pædagogum appellauerit, multámq; viri huius sapientiam esse dixerit. Non enim eiusdẽ virtutis est, viris imperare iam philosophãtibus, & pueris præesse rationis industriam nondum cõsecutis. Et si vultis aliud quoque audire, quemadmodũ puero nutrix dicit, quando ventrem expurgas, collige & attolle vestimenta, & hactenus desidebis: ita & Moyses fecit. Nam omnes animi passiones tyrannidem in pueros exercent. Nondum enim habent rationis aurigam. Vana gloria, concupiscentia, temeritas, fastus, inuidentia, quemadmodum in pueris, ita in illis dominabantur. Conspuebant & percutiebant Moysen: & quẽ- ἀλογίαι. admodum puero lapidem arripiẽte clamamus omnes, heus vide ne iacias: ita & illi lapides aduersus patrẽ arripiebant, ipse vero fugiebat. Et quo modo si ornamẽtum quoddam pater habeat, puer illud ab eo ornamẽti cupidus exigit, ita sanè qui cum Dathan & Abiron e- *Numer.16.*
rant, faciebant, aduersus sacerdotium insurgẽtes. Erãt itaque omnium ingratissimi, animo pusillo, & ad omnia † inutiles. Dicas igitur velim, oportueritne Christũ † imperfecti, tunc temporis comparere? tunc philosophica illa præcepta proponere? quando ex concupiscentia insaniebant, quando equorũ more post mulieres hinniebant, quando pecuniarum, quando ventris erant serui? Sed inaniter effudisset philosophiæ præcepta, si rudibus ac nihildum intelligẽtibus disseruisset, & neque illa sanè, neq; ista percepissent: & quemadmodum qui antequã elementa cognita sint lectionem instituens, nunquam ne ipsa quidem elementa docebit: ita & tunc factum fuisset, nunc vero non ita, sed multa iam est per dei gratiam tractabilitas, multa vbique plãtata virtus. Gratias itaque agamus pro omnibus, & nihil curiosè inquiramus. Temporis enim opportunitas non nobis, sed illi cognita est qui factor est temporis, & seculorum opifex ac dominator. Permittamus ergo illi omnia. Nam hoc est glorificare deum, nullas rationes exigere eorũ quæ facit. Ita & Abraham deo gloriã dedit. Et certò, inquit, persuasus quòd potens sit ad præstãdum quod promisit. Ille neque de eo quod futurum erat percontatus est, nos vero & præteritorum rationẽ exigimus. Vide quãta sit ista dementia, quanta improbitas, & ingratitudo. Sed cessemus in posterum. Nihil enim hinc lucri feremus, sed multum etiam damni. Et grati simus erga dominum nostrum, deóque gloriam destinemus, vt pro omnibus gratias rependentes, benignitate ipsius digni reddamur, gratia & benignitate &c.

Homilia quinta.

MYsterium quod reconditum fuit à seculis, & à generationibus, nunc autem patefactum est sanctis eius, quibus voluit deus notum facere, quæ sint diuitiæ gloriæ mysterij huius in Gentibus, qui est Christus in vobis, spes gloriæ, quem nos annunciamus, admonentes omnem hominem, & docentes omnem hominem in omni sapientia, vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu. Posteaquam ea recẽsuit quę cõsecuti sumus, benignitatémq; dei, atque acceptum honorem ex magnificentia donorum declarauit, aliã rursus causæ huius intentionem inducit, nempe quòd mysterium hoc ante nos nemo cognouerit, id quod & in ea quæ ad Ephesios est facit, cum dicit, Neque angeli, *Ephes.3.b*
neque principatus, neq; alia quæpiam creata potentia, sed solus filius dei cognouit. Et nõ simpliciter dixit cõditum, sed reconditum: eo quòd licet nunc factum sit, vetus tamen est, & quòd ista deus ab initio ita voluit, atque ita disposuit. Quare vero hoc ita voluerit, nondum dicit. A seculis, inquit, Ab initio. Et recte mysterii vocat, quod nemo cognouit, nisi deus. Et vbi reconditum? In Christo, quẽadmodum ad Ephesios *dicit*. Aut

quo modo

Psal.89.a quo modo propheta dicit, A seculo & vsque in seculũ tu es? Nunc autem patefactum est, inquit, sanctis eius. Itaque totum dispensationis est diuinæ. Nunc autẽ, inquit, patefactum est. Non dixit, nunc factum est: sed, patefactum sanctis eius. Itaque & nunc quoque absconditum, siquidem solis patefactũ est sanctis. Ne seducant igitur vos illi. Non enim mysterium hoc sciunt. Quare solis sanctis? Quibus, inquit, voluit. Vide quo modo vbique percontationes eorum amputat. Quibus, inquit, voluit notum facere. Velle vero ipsius nõ est præter rationem. Gratię magis obnoxios faciens, quàm si in propria virtute permisisset eos quicquã gloriari, dixit, quibus voluit notum facere, quæ sint diuitiæ gloriæ mysterij huius in Gẽtibus. Grauiter dixit, & ex magno animi affectu pondus adiecit, exaggerationum quærẽs exaggerationes. Nã & istuc exaggerationis est, quod indeterminatè dixit, Quæ sint diuitiæ gloriæ mysterij huius in Gentibus. Potissimum enim in Gentibus apparent.
Rom.15.b Quemadmodum & alibi dicit: Gentes pro misericordia glorificare deum. Apparet quidem & in reliquis, magna mysterij huius gloria, verum multo magis in istis. Homines enim lapidibus stupidiores ad angelorũ subitò dignitatem simpliciter nudis verbis, solaq; fide, sine omni operum adminiculo euehere, reuera gloria est, ac mysterij huius diuitiæ. quemadmodum si quis canem quempiam fame & scabie tabefactum, turpem ac deformem, & qui ne moueri quidẽ possit, proiectúmq;, mox hominem efficeret, & ad thronum regalem deduceret. Lapides adorarunt & terram: iam vero cognouerunt se & cœlo & Sole meliores esse, omnèmq; mundũ sibi seruire. Captiui erant ac vincti diaboli, subitò supra caput ipsius erecti: illi & imperant, & verberibus ipsum cædunt. Qui dæmonum erant captiui & serui, eius, qui angelorum & archangelorum dominus est, facti sunt corpus. Qui nesciebant quid esset deus, mox ad thronũ dei euecti sunt. Vis mille videre gradus quos transilierunt? Addiscendum primum erat, lapides nõ esse deos. Deinde non solum eos non esse deos: sed & hominib* inferiores. Tertiò, inferiores esse & brutis ratione carẽtibus. Quartò, etiam plantis. Quintò, quo modo miseros illos tãquam ẽ profundo quodam puteo subuectos in eum sustulerit verticem, vt agnouerint non solum non lapides, sed nec terram, nec animantia, nec plantas, nec hominem, aut rursus ab initio, non lapides, nõ animantia, non plantas, non elementa, nec superiora, nec inferiora, non hominem, non dæmones, non angelos, non archangelos, non aliam quamcunque cœlestiũ illarum virtutum, ab humana natura coli debere. Addiscendum erat eum esse deum, qui omnium dominus est, eum solum esse colendum, bonam esse celebrem & admirabilem illam vitæ cõuersationem, præsentẽ corporis mortem non esse mortem, vitam istam non esse vitam, corpus resurrecturum, & incorruptibile futurũ, in cœlum ascensurum, immortalitatem assecuturum, cum angelis staturum, ac transmigraturum. Sed eũ qui hîc in imo constitutus erat, ista omnia transilientem in superna super thronum angelorum & archãgelorum collocauit: & qui hîc lapidibus erat inferior, thronis illum & dominationibus potẽtiorem effecit. Reuera bene dicit, quæ sint diuitiæ gloriæ mysterij huius. Quemadmodum si quis fatuum quẽdam subitò philosophum exhiberet: immò quæcunque dixerit quisquam, nihil dicet. Sunt enim infinita quæ Paulus dicit. Quæ sint, inquit, diuitiæ gloriæ mysterij huius in Gentibus, qui est Christus in vobis. Addiscendum rursus erat eum qui

Notat idolatriam.

A omnium est supremus, quiq; angelis dominatur, & reliquis omnibus virtutibus imperat, ad ima descẽdisse, hominẽmq; factum esse, & innumera passum, resurrexisse, & rursus in cœlos assumptum esse. Hęc omnia mysterij erant. Et cum encomio addit, dicẽs: Qui est Christus in vobis. Si vero Christus in vobis est, ad quid angelos quæritis? Mysterij huius, inquit. Est enim & aliud mysterium. At istuc verè mysterium est, quod nemo cognouit, quod admirabile est, quod præter communem est expectationem, quod abscõditum est. Qui est Christus in vobis, inquit, spes glorię, quem nos è supernis acceptum annunciamus, nos, inquam, non angeli: docentes & admonentes, non imperatoriè neq; ex necessitate. Nam & hoc diuinæ benignitatis est, non tyrannicè attrahere. Quoniam magni quicquam videbatur, quod dixit, docentes: adiunxit, admonẽtes: id quod
B magis patris erat, quàm prœceptoris ac doctoris. Quem nos, inquit, annunciamus, admonentes omnem hominem, & docentes omnem hominem in omni sapientia. Itaque omni sapientia opus est: hoc est, omnia in sapiẽtia dicentes. Nam talia discere non est quorumuis. Vt exhibeamus omnem hominem perfectũ in Christo Iesu. Quid dicis, omnem hominem? Certè, inquit, hoc studiosè conamur. Quid enim si non fit? Diligenter conatus est beatus Paulus perfectum facere omnem hominem. Igitur hoc perfectionis, illud vero imperfectionis est, vt si quis non omnem habuerit sapientiam imperfectus sit. Perfectum in Christo Iesu. Non in lege, non in angelis. Illud enim imperfectum est. In Christo, id est, in scientia Christi. Qui nouit quid Christus fecerit, plus sapit quàm angeli. In Christo Iesu. *Ad quod & enitor decertans.* Et non simpliciter studeo, inquit, neq; vtcun-
C que temerè, sed enitor, cum multa diligentia decertãs, cúmq; multa vigilantia. Si ego pro vestris bonis ita vigilo, multo magis vos hoc facere debetis. Deinde rursus ostendit esse diuinum. *Secundum efficaciam eius operantem in me cum virtute.* Declarat opus hoc esse dei. Qui ergo potentem me ad illud facit, manifestum est quod hoc velit. Quapropter & exorsus dixit, per volũtatem dei. Itaque non solum modestiæ gratia hoc posuit, sed & pro veritate: sermone contendens ac decertãs, cum hoc dicit, à multis impugnari se declarat. Deinde multo amoris affectu subiungit: *Volo enim vos scire quantum certaminis habeam vestri gratia, & eorum qui sunt in Laodicea.* *Cap.II.*

Postea ne videretur istud infirmitatis eorum esse, cõiunxit & cæteros, & nondum arguit. Sed quamobrem?
Et quotquot non viderunt faciem meam in carne. Declarat
D hîc diuinitus eos vidisse se in spiritu. Exhibet autem illis magnæ dilectionis testimonium. *Vt consolationem accipiant corda illorum cum fuerint compacti in charitate, & in omnem opulentiam certæ persuasionis intelligentiæ, in agnitionem mysterij dei patris ac Christi* *Iesu, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ ac scientiæ reconditi.* Iam deinceps studet & enititur ingredi dogma, neque accusans eos, neque ab accusatione liberans. Certamen, inquit, habeo. Ad quid? vt compingantur. Quod dicit, hoc est: Vt firmi stent in fide. Verum non ita ponit, sed quæ accusationis sunt, amputat. Quasi dicat, vt coadunentur in charitate, neque cum necessitate, neque cum violentia. Quemadmodum enim dixi, perpetuò cauet, ne sit illis molestus & odiosus, admonens eos atque adeò & luctando decertans. Quoniam, inquit, cum charitate illos & voluntarios volo, nõ simpliciter ore, neque simpliciter cõgregationem fieri volo, sed vt corda eorum consolationem accipiant. Cõpacti in charitate, in omnem opulentiam certæ persuasionis

** hæc dictio Iesu, in Veronẽ. codice nusquã hic additur.*

sionis intelligentiæ:hoc est,vt nulla in re hęsitent,vt in omnibus certò persuasi sint. Certam vero persuasionẽ eam dixit,quæ per fidem est.Est enim & persuasio quædam, quæ per rationum collectionem est. Verum illa digna non est, quæ alicuius habeatur momenti. Noui vos credere, inquit, At volo vt certò persuadeamini. Non in opulentiam solum, sed in omnem opulẽtiam, vt & in omnibus,& abundè persuasi sitis. Et contẽplare beati huius prudẽtiam. Non dixit,male facitis,quòd nõ certò persuasi estis,nec arguit: sed ignoratis,inquit, quo pacto diligenter incumbam: vt cum prudentia & non simpliciter,certò persuadeamini. Quoniam enim dixerat,siquidem permanseritis fide fundati,nolite putare,inquit,quòd temerè & inutiliter dixerim,sed cum prudẽtia & cum charitate. In agnitionem mysterij dei patris,ac Christi Iesu.Itaque dei est hoc mysterium,per filium reconciliari & accessum habere ad patrem. Ac Christi Iesu, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ reconditi.Si vero in ipso sunt thesauri sapientiæ, ergo sapienter nunc demum venit. Quamobrem igitur queruntur & criminantur insensatorum quidã? Vide quo modo cũ simplicioribus disserit.In quo sunt, inquit,omnes thesauri. Ipse nouit omnia. Recõditi etenim ne putetis vos totum iam habere, reconditi sunt ab angelis quoque,non solum à vobis.Proinde omnia ab ipso petere oportet: ipse dat sapientiam ac scientiam. Quòd thesauros quidem dicit,copiam ac multitudinẽ: quòd vero addit,omnes,nihil ab eo ignorari: quòd autem subiungit,reconditi,ipsum solum omnia scire declarat. *Hoc autem dico, ne quis vobis imponat probabilitate sermonis.* Vides,inquit,quòd ista ideo dixerim, ne ab hominibus sapientiam quæratis. Ne quis vobis imponat probabilitate sermonis. Quid enim si probabiliter dicat? *Etenim quamuis carne sim absens, spiritu tamen vobiscum sum.* Ordine dicendum fuerat, Etenim quanuis carne sim absens,noui tamen seductores. Nũc vero in encomium desinit. *Gaudens ac videns vestrum ordinem ac soliditatem vestræ in Christum fidei.* Ordinem:constantem disciplinam ac decorum intelligit.Ac soliditatem vestrę in Christum fidei:Ista magis ad encomia pertinent. Et nõ dixit fidem,sed soliditatem, quemadmodum si quis milites compositè & solidè stantes commendaret. Quod solidum est,nec seductione, nec tẽtatione dimouetur. Non solum nõ cecidistis,inquit, verum neque quisquã ordinem vestrum cõfudit aut dissoluit. Coram illis seipsum statuit,vt tanquam præsentem metuerent. Nam ita conseruatur ordo.hoc scilicet quod à soliditate firmum est & condensum.Etenim hoc pacto fit soliditas. Quando multa in vnum coacta dense conglutinaueris ac indiuulse, ita fit soliditas. Vtpote quo modo solidatur murus, istuc vero charitatis opus est. Quando enim seorsum existẽtes ac separatos quis diligenter cõglutinat ac coniungit,solidos facit ac firmos. Idẽ quoque fides facit,quando ratiocinationes excludit. Quẽadmodum enim illæ diuellunt,& concutiunt: ita fides consolidat,& stabiles facit. Cum nanque maiora nobis beneficia contulerit deus,quàm quę humana cogitatio comprehendere possit, meritò fidem induxit. Nequit enim solidè persistere, qui rationes humanas cõsulit & inquirit. Etenim vide quo modo quæ nobis præcipua sunt,omnia rationum collectionibus destituta sint, & soli inhæreant fidei.Nusquam est deus, & tamen vbiq; est.Quid isto absurdius rationi? Vnumquodq; in seipso hæsitatione plenum est. Neq; enim in loco sanè est,neque vllus est locus in quo non sit.Nõ est factus,seipsum non fecit,neque esse aliquando cœpit. Quænam ratio ista conciperet,nisi fides esset? Aut nõ ridiculum videtur,vel magis ænigma esse,quod finem non habet? Igitur quòd quidem sine principio est,& ingenitus, & incircũscriptus atque infinitus,ita est inexplicabile: quòd vero incorporeus est, videam° an cogitatione aliquãdo discutere valeamus.Incorporeus est deus. Quid est incorporeum esse? Nudum duntaxat verbum.Nihil enim hîc cogitatio concipit,neque quicquã sibiipsi imaginari poterit.Nam si quicquã imaginata fuerit,ad naturam dilabitur,& corporea figmenta.Incorporeũ itaque dicit quidem,ignorat tamẽ animus quid dicat,nisi vnum duntaxat,nempe,quod corpus non sit.Hoc solũ nouit.Et quid de deo dico?In anima quid est incorporeum? In anima,inquam,quæ facta est, quæ inclusa est, quæ circunscripta est,dicas ac demonstres. At non poteris.an aër est?Sed aër corpus est,licet non solidum.Et multis indiciis liquet ipsum corpus esse molle ac laxũ. Ignis corp° est.At energia animæ incorporea est.Quãobrem:Si vbique penetrat.Si ipsa corpus est,est in loco quod incorporeum est.Ergo circunscribitur. Quod vero circũscribitur, in forma est:formæ autem à deliniatione, lineæ vero corporum sunt. Rursus quam cogitationem habet quod informe est?Formam non habet, non speciem,nõ figuram. Vides qua vertigine animus in istis laboret? Rursus natura malorum deus capax nõ est.Sed sponte sua bonus?Ergo capax. Sed dici non potest.Absit. Iterum aut volens vt esset productus est,aut nõ volens.At neq; istuc dici potest. Iterũ aut circũscribit orbẽ,aut minus.Si minus,ipse circunscribitur.Si vero circũscribit,infinit° est natura:rursus seipsum circũscribit?Si circũscribit seipsum,ergo non est sine principio sibiipsi,sed nobis. Igitur non natura est sine principio.Vbiq; contraria cõcedenda essent. Vides quanta sit horum caligo, & quòd vbique fide opus sit? Ipsa solida est. Sed si vultis,veniamus ad inferiora quàm hæc sint. Energiam habet illa essentia. Et quid est energia? in seipsa?an motio quædam?Igitur non immutabilis.Quod enim mouetur,immutabile nõ est. Nam tacitè quidem & quietè mouetur:attamen mouetur,& nunquam consistit.Quæ vero est ipsius motio,dic quæso? Nam apud nos septem quædã sunt.Infrà,suprà,intrà,extrà, ad dextram, ad sinistram,& quę circulariter in gyrum fit.Aut si nihil ex istis, est præterea auxio, diminutio, genesis, corruptio,alteratio. Verum nulla harũ est.an qua mẽs mouetur?Sed neque hoc est.Absit.Mens enim plurimũ & absurdè importunèq; mouetur.an voluntas est energia?Iam vult omnes homines bonos esse & saluari:quo pacto nõ fit?Sed aliud est velle,& aliud operari. Igitur ad energiam non sufficit voluntas.Quo modo dicit ergo scriptura:Omnia quæcunque voluit fecit?Et rursus, leprosus ad Christum inquit, Si velis,potes me mũdare? Vultis & aliud dicam?Quo modo ex nihilo,ea quæ sunt,facta sunt?Quo modo in nihilum iterũ resoluuntur?Quid cœlo sublimius?Et illo rursus quid sublimius? Et isto quid? Et quid post hoc? Atq; illud in infinitum. Infra terrã est mare.Post mare vero quid?Rursus quid infra hoc quoque? At in dextram, & sinistram: an non eadem est perplexitas? Verum ista sunt quidem inuisibilia. Vultis,de visibilibus loquar? de illis quæ iam contigerunt? Quo modo belua Ionam in ventre habuit,& tamen illum non perdidit?Non rationis expers est?Nõ temerè mouetur? Quo modo pepercit iusto?Quo modo illum non calore suo suffocauit? Quo modo non corrupit?Si enim in profundo duntaxat esse,inexplicabile est:

Ratione certior est fides.

Nusquã est deus, & tamẽ vbiq; est

Incorporeus deus.

In anima quid sit incorporeum.

Tin ipsa?

Psal.113.b Matt.8.a & Luc.5.e

Ionas in vẽtre Ceti.

bile est: in visceribus etiam esse & calore illo, multo est inexplicabilius. Si aërem illinc respiramus, quo modo sufficit duobus animantibus respiratio? Quo modo vero illum euomuit illæsum? Quo modo etiam loquebatur? Quo modo apud seipsum erat, & precabatur? Ista itaque nec credibilia sunt & suspecta, si ratione ea discussserimus: si vero fide, vehemẽter certa sunt & firma. Dicámne plus aliquid? Frumentũ in gremio telluris corrumpitur, & denuo exurgit. Vide mirabilia contraria, & sese mutuò superantia. Mirabile est, nõ putrefieri: mirabile rursus putrefacta resurgere. Vbi sunt qui talia nugantes, & resurrectionẽ non credentes, dicunt: Quo modo os istud cohærebit ossi illi? & fabulose talia inducunt? Dic mihi, Elias, quo modo curru igneo ascendit? *Elias. 4. Reg. 2. b* Ignis non subuehere, sed cõburere consueuit. Quo modo tantum temporis viuit? vbi locorum est? Quamobrem hoc factum est? Quò vero & Enoch translatus est? *Enoch.* an eo nutrimento vtitur quo nos? Et quid prohibet ipsum hîc esse? Sed non fruitur nostra hac vita. Et quare translatus est? Vide quo modo nos deus paulatim instruat. Transtulit Enoch. Nõ hoc admodum magnum. *Not.* Instruxit nos isto ad subuectionem Eliæ. Noë inclusit in arca. Neque istud valde magnum. Erudiuit nos illo ad inclusionem prophetæ in ventrem Ceti. Ita scilicet & vetera illa præcursoribus ac typis opus habuerunt. Quemadmodum enim in scala, primus gradus ad secundum mittit, à primo vero non ad quartum subitò ascendi potest: & gradus iste ad illum, & ille ad istum viam parat: neque enim ante primum peruenire datur ad secundum. Ita & hic. Et contemplare signorũ signa. *Scala Iacob.* Etiam in scala quam Iacob videbat, istud speculare. Suprà, inquit, innitebatur dominus: infrà vero ascendebant angeli & descendebant. Prædicebatur patrem habere filium. Oportebat huius fidem facere. Vnde vis illius tibi signa demonstrem? an è sublimi ad ima, aut ab imis ad sublimia? Quoniam citra generandi passiones generat, propterea primum peperit sterilis. Immò vero prius etiam certum hoc facere oportebat quod ex ipso esset. Quid igitur? Fit hoc obscurè quidem tanquam in typo & vmbra. Veruntamen fit. Et progressu ipso clarius admodum fit. Ex solo homine mulier, & manet tamen ille integer. Rursus oportebat, signum aliquod & parturitionis virginis fieri. Non semel sterilis peperit, sed secundo quoque ac tertio, & sæpenumero. Est enim virgini partus typus quidam sterilis. Et ipsa animũ ad fidem promouet. Iterum hoc typus factum est, solum deum generare posse. Si enim quod præstantius est, homo etiam sine isto nascitur, multo magis ex præstãtiore generatur. Est & alia generatio, quæ veritatis typus est, nostra scilicet, quæ spiritus est. Huius iterum sterilis typum habet. Quoniam non ex sanguinibus. Ipsa vero supernæ generationis. Ista quidem impassibilitatẽ eius ostendit: illa vero, quod ex solo deo generari possit. Christus supra omnes est potentes. Oportebat illud certum facere. Fit hoc in terra, in homine formando, *Gene. 1. e* Faciamus hominem, inquit, ad imaginem & similitudinẽ nostram, ad principatum omnium irrationalium. Ita non verbis, sed rebus ipsis nos erudiuit. Humanę naturæ à reliquis paradisus separationem & præstãtiam declarauit, & hominem omnium esse optimum ostendit. Resurrecturus erat Christus. Vide deinde quãta signa: Enoch, Elias, quæ in eremo facta sunt, Ionas, quæ in camino, quod cum Noë factum est, baptisma, semina, plãtæ, nostra generatio, etiam animãtium omnium. Quoniam enim in eo periclitabãtur omnia, habuit quoque

A omnium maxime multos typos. Quod non omnia improuisa & neglecta sint, potest ab illis quę apud nos fiũt coniici. Nihil enim quod improuisum est ac neglectũ manet, sed & greges & reliqua omnia opus habent vt regantur. Et quod nõ sponte sua facta sint omnia, gehẽna declarat. Demõstrauit hoc & diluuium temporibus Noë, ignis, submersio Aegyptiorum, & quæ facta sunt in eremo. Oportebat vt & baptismum multa præcederent. Et innumera talia, vtpote quæ in veteri testamento, quæ in colymbethra, quod qui sanus non erat purgabatur, & expiabatur, ipsum diluuium, & quæcunque in aqua facta sunt. † Baptismum Ioannis certum & au- *†, baptisma Ioãnis. Credi oportebat q̃ filiũ suũ traderet deus.* thenticum facere oportebat. Filium suũ tradidit deus.] Præueniẽs hoc fecit homo, Abraham patriarcha. Omnium ergo istorum typos, si voluerimus, inueniemus, siquidem in scriptura quæsierimus. At ne defatigemur, B nosipsos in istis cõponamus. Solidam habeamus fidẽ, & conuersationis nostræ diligentiam ostendamus, vt per omnia deo gratias agentes digni reddamur bonis, diligẽtibus illum promissis, gratia & benignitate &c.

Homilia sexta.

Vemadmodum igitur accepistis Christum Iesum dominũ, ita in ipso ambulate, radicati & superstructi in illo, fideq; confirmati, sicut edocti estis, exuberantes in ea, cum gratiarum actione. Rursus illos proprio ipsorum testimonio præoccupat, dicens: Quemadmodum igitur accepistis. Nihil, inquit, nouum aut peregrinum inducimus, neque vos. In ipso ambulate. Nã ipse via est quæ ad patrem ducit, non angeli. Non illuc ducit via quæ per angelos est. Radicati: hoc est, fixi, & constabiliti. Nõ vt nunc quidem hanc, nunc vero illam arripiatis, sed C vt radicati sitis. Quod vero radicatum est, non sanè facile mutatur. Vide quo modo propriis & appositis dictionibus vtatur. Et superstructi, inquit: hoc est, animo in ipsum pertingentes ac desinentes. Et confirmati in illo: id est, continentes & amplexantes ipsum, veluti super fundamẽtum structi. Declarat eos prolapsos fuisse. Hoc nãque innuit quod dicit, & superstructi. Nam fides veré est ædificium, & opus habet fundamento valido, & ædificatione diligẽti & munita. Nisi enim quis securè ac munitè ædificauerit, concutietur. Si vero securè ac munitè satis struxerit & nõ perstiterit, nõ persistet amplius: quemadmodum edocti estis. Rursus illud quemadmodum, Exuberãtes, inquit, in ea, cum gratiarum actione. hoc enim gratorum est ac proborum. Non dico, vt simpliciter gratias agatis, sed cum multa exuberantia, plus quàm didiceritis: aut si fas sit dicere, D cum multa cõtentione & ambitione. *Videte ne quis sit qui vos deprædetur.* Vides quo modo ostenderit furẽ esse & abalienatorem, & tacitè subingredientem aduersarium: Demõstrauit enim eum iam subingressum. Et bene dixit, qui vos deprædetur: quemadmodum enim si quis aggerem infernè perfodiens, efficiat vt non sentiatur, illum vero subuertat: ita & vos videte ac circũspicite. Nam hoc illi studium est, vt insidiarum nullum sensum exhibeat. *Per philosophiam.* Deindè quoniam honesta videbatur esse philosophiæ opinio, adiecit: *Et inanem deceptionem.* Est enim & bona quædã deceptio, qua decepti sunt multi: quæ neque deceptio vocanda est, de qua Hieremias dicit: Decepisti me domine, & deceptus sum. Ego vero non credo. Nam istud *Hier. 20. b* non debet vocari deceptio. Alioqui & Iacob patrem *Gene. 27. b* suum decepisset: verum non erat deceptio, sed dispẽsatio: per philosophiam, inquit, & inanem deceptionem.

Iuxta

Iuxta traditionem hominum, iuxta elementa mundi, & non iuxta Christum. Tandem correptionem attingit, propter obseruantiam dierum, Solem & lunam, vocans elementa mundi, quemadmodum & in ea quæ ad Galatas est, dixit: Quo modo denuo cõuertimini ad infirma & egena elementa? Nõ dixit autem, iuxta dierum obseruantiam, sed totum omnino præsentem mũdum inuoluit, vt vilitatem ostenderet. Si enim mundus nihil valet, multo minus valebunt elementa. Postea quàm igitur primũ ostenderat quantis beneficiis essent affecti, quãta bona cepissent: tunc reprehensionem inducit, vt magis mordeat, & auditores moueat. hoc & prophetæ faciunt. Semper præstita beneficia primum declarant, & tunc correptiones intendunt. Quemadmodum Esaias dicit: Filios genui, & exaltaui: ipsi vero spreuerunt me. Et iterum: Populе meus quid feci tibi? aut qua in re cõtristaui te? aut quo pacto molestus tibi fui? Et Hieremias & Dauid: Audiui te in abscõdito tempestatis. Itẽ: Aperi os tuum, & adimplebo illud. Et vbique ita inuenies. Non debebatis igitur credere, etiam si quàm maxime quid dixissent. Nũc vero etiam sine acceptis beneficiis debebatis, inquit, ista fugere. Et non secundum Christum, inquit, etiam si quàm maxime, inquit, ita fuisset, vt potuissetis partim huic, partim illi seruire: neque sic tamen fieri oportebat. Nunc vero nõ permittunt vos incedere iuxta Christum. Nã ab eo vos ista in diuersum deferunt. Concussis primum gentilibus obseruationibus, tunc & Iudaicas aufert. Nam plura obseruabant & gentes & Iudæi: sed illæ quidem ex philosophia, isti vero ex lege. Primum itaque ea aggreditur, vbi maiore opus est reprehensione. Quo modo nõ iuxta Christum?

Quoniam in illo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo completi, qui est caput omnis principatus ac potestatis.

Vide quo modo illorum reprehensione istud perfodit, ac demolitur, primum ponens solutionem, & tunc demum antitheſim. Nam eiusmodi solutio suspicione caret, & auditor eam magis admittit, tãquam eo qui loquitur, non hoc solicitè ac studiosè agente. Nam illic quidem contendit etiam ne vincatur: hic vero nõ ita: quoniam in illo inhabitat, inquit: hoc est, quoniã deus habitat in illo. Verum ne putes ipsum velut in corpore inclusum, dicit: Omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo completi. Alij dicũt Apostolum ecclesiam à diuinitate ipsius impletam dicere, quẽadmodum alibi, inquit, Qui omnia in omnibus adimplet. Quòd vero hic corporaliter dicit, perinde esse, atque in capite corpus. Quo modo ergo non subiunxit, quæ est ecclesia, de patre? Quidam vero dicunt Apostolum velle, quòd plenitudo diuinitatis in Christo habitet, primum quòd verbum inhabitandi nõ propriè de deo dicatur: deinde quoniam plenitudo nõ est quod aliud capit. Domini enim est terra, & plenitudo eius. Et rursus Apostolus: Donec plenitudo gentium aduenerit. Quod totum est, plenitudo dicitur. Iam vero quid est illud, corporaliter? Tanquam in capite. Ad quid vero idem denuo dicit? Et estis in illo completi: Quid est igitur? Quoniam nihil minus habetis ab illo: quemadmodum in illo habitauit, ita & in vobis. Satagit enim & vrget perpetuo Paulus, vt ad Christũ nos proximè adducat. Vt quando dicit, Excitauit, & sedere nos simul cum illo fecit. &, Si sustinuerimus, & cõregnabimus. Et quo modo non & omnia nobis cum illo donabit? Et dum consortes, & cohæredes vocat: deinde de dignitate. Et ipse est caput omnis principatus & potestatis. Omnium supremus, causa & author omnis principatus ac potestatis, non consubstantialis. Istis iam quod præclarum est in beneficio subiungit, idq; multo præclarius quàm in epistola ad Romanos. Nam illic quidem circũcisionem cordis dicit, quæ non litera, sed spiritu cõstat: hic vero, eam quæ est in Christo, *In quo & circumcisi estis circumcisione quæ fit sine manibus dum exuistis corpus peccatorum carnis in circumcisione Christi.* Vide quo modo ad rem ipsam vita exprimendam appropiat. Dum exuistis, inquit. Nõ dixit simpliciter exuistis, sed exuendo abiecistis corpus peccatorum. Loquitur de veteri vita. Cõtinuo eadem versat, & diuersimodè: quẽadmodum suprà dixit, Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & reconciliauit abalienatos, ad hoc, vt simus sancti & irreprehẽsibiles. Non amplius, inquit, in machæra, & circumcisione, sed in ipso Christo. Non enim manus, quemadmodum illic circumcisionem istam efficit, sed spiritus. Non partẽ duntaxat, sed totum hominẽ circuncidit, corpus vtrobique & illic, & hîc: verum illic quidem carne, hic vero spiritualiter circunciditur: sed non vt Iudæi. Non enim carnem, sed peccata exuendo abiecistis. Quando? Et vbi? In baptismate. Et quod circumcisionem vocat, idem quoque sepulturam vocat. Vide quo modo rursus ad iusticiæ studia trãsit, Peccatorum, inquit, carnis. Quæ in carne fecerant. Maius quiddam dicit, quàm circuncisio sit. Non enim quod circuncidebatur, proiiciebant, sed perdebant & corrũpebant. *Consepulti*, inquit, *simul cum illo in baptismo, in quo & simul cum illo excitati estis per fidem operationis dei, qui excitauit illum ex mortuis.* Verum nõ solum sepultura est. Etenim vide quid dicat: In quo & simul cum illo excitati estis, per fidem operationis dei, qui excitauit illum ex mortuis. Bene dixit. Totũ enim fidei est. Credidistis deum excitare posse, atque ita excitati estis. Denique & fide dignum hoc facit: qui excitauit illum, inquit, ex mortuis. Resurrectionem iam probat: *Et † vos cum essetis] mortui per delicta, & per præputium † carnis vestræ] simul cum illo viuificauit.* Eratis enim iudicio ad moriendum obnoxij. Et si mortui quoq; essetis, mor te debita mortui essetis. Vide quo modo rursus declarat, quid meriti fuerint, per ea quæ subiungit: *Condonans nobis omnia delicta, deleto, quod aduersus nos erat, chirographo in decretis, quod erat contrarium nobis: & illud sustulit è medio affigens illud cruci, expoliatosq; principatus ac potestates ostẽtauit palàm, triumphans de illis per seipsum.* Condonans nobis, inquit, omnia delicta, quę mortalitatem effecerant. Et quid? an permanere illa permisit? Non, sed deleuit quoque, non solum dispunxit, ne deinceps comparerent. In decretis, inquit. Quibus decretis? fide: satis est credere. Non operibus opera, sed fidei adiũxit opera. Et quid postea? Post remissionem, deletionem quoq; statuit. Et illud, sustulit è medio, inquit. Et neque sic conseruauit, sed dirupit illud, affigens cruci. Expoliatos principatus ac potestates ostentauit palàm, triumphans de illis per seipsum. Nusquam ita magnificè locutus est. Vides quantam diligentiam impẽderit, vt chirographum è medio tolleretur? vtpote eramus omnes sub peccato, pœnæq; obnoxij. Ipse supplicio affectus, & peccatum sustulit & supplicii. Supplicio vero affectus in cruce. Illic igitur ipsum chirographum affixit, & deinceps tãquam potestatem habẽs, discidit ac rupit. Quódnam chirographum? Aut hoc intelligit, quod ad Moysen dixerant: Quæcunque dixit deus faciemus, & audiemus. Aut si nõ illud, quòd obediẽtiam deo debemus: aut, quòd diabolus detinuit chirographum, nimirum quod deus fecerat ad Adam dicens: Quocunque die comederis ex hoc ligno, morieris. Detinuit itaque & occupauit hoc chirographum diabolus.

Galat.4.b

Esa.1.a
Mich.6.a

Psal.80.b
Ibidem.

Ephe.1.d

Psal.23.a
Rom.11.c

Ephes.2.a
2.Timo.2.b
Roma.8.f

δυσ δμῶ-σεως.

Roma.4.d

ἐν ᾧ καὶ περιε-τμήθητε ἀπέκδυσει.

Supra.a

† nos cum essemus.

† carnis nostræ.

Exod.24.b

Gen.2.c

diabolus. Christus vero nobis ipsum nõ dedit, sed ipse illud scidit: id quod indicium est cũ gaudio debita remittentis. Spoliatos principatus ac potestates. Diabolicas virtutes dicit. Quoniam igitur illas humana natura induerat, aut quoniam ipsas tanquam occasionem habebat & manubrium, homo factus manubriũ illud excusit. Quid est, *ostentauit? Bene dixit, ostentauit. Nũquam enim diabolus tantam turpitudinem passus est. Nam cum speraret se Christum quoq; habiturũ, quotquot etiam habebat, perdidit: & cum cruci affixum esset corpus Christi, resurrexerunt mortui, illic plagam accepit mors, à mortuo corpore letali vulnere cæsa, & quemadmodum si athleta cum aduersarium suum se iã prostrauisse putat, letalem plagam acciperet: ita & morti factum est. Declarat turpitudinem & confusionem esse diabolo, quòd Christus adeò confidenter palàm, & securè mortuus est. Nihil enim ille intẽtatum reliquit, an vt aliquo pacto hominib⁹ persuadere posset, nõ esse mortuum Christum. Quoniã enim omne tẽpus quod mortem eius secutum est, resurrectionis argumentum & testimonia habiturũ erat: mortis vero, nisi hoc fuisset, non fuisset aliud tempus: propterea publicè quidem videntibus omnibus mortuus est, verum non publicè resurrexit, sciẽs futurum tempus veritati testimonium allaturum. Præclarum enim est quòd inspectore mũdo sursum in ligno serpens ille immolabatur. Nã quid non fecit diabolus, quò occultè moreretur? Audi Pilatum dicẽtem: Tollite eum vos, & crucifigite: ego enim nullam causam in eo reperio. Et iterum Iudæi ad ipsum dicebant: Si filius dei es, descende de cruce. Postea igitur quia letalem plagam acceperat, nec de cruce descẽderat, propterea sepulturæ quoque traditus est. Poterat enim subito resurgere: verum sepeliri oportebat, vt fides pararetur huic causæ. Quãquam in vulgaribus quidem mortibus defectio atque imbecillitas spiritus prætexi poterit, hîc vero nequaquam. Nam & milites curam eius non fregerunt, quemadmodum aliorum, vt cõspicuum esset illum iam mortuum esse. Obscuri quoq; non sunt, qui corpus ipsius sepelierunt. Propterea & Iudæi ipsi lapidem obsignarunt, & adhibitis militibus cõmunierũt. Hoc enim maxime omnium summo studio diuinitus agebatur, ne obscura esset mors Christi. Et testes huius apud inimicos esse oportebat, apud Iudæos. Audi eos ipsos, quid Pilato dixerint: Dixit seductor ille, inquiũt, cum adhuc viueret, post tres dies resurgam. Iube ergo à militibus custodiri sepulchrum. Et hoc illis quoque obsignantibus factum est. Audi vero quomodo etiam post ista illiipsi ad Apostolos mortem Christi testificantes dixerũt, Vultis inducere super nos sanguinem hominis huius. Modum enim & rationem crucis ipsius confundi non permisit. Quoniam nanque angeli nihil tale passi sunt, propterea huius gratia cuncta facit, declarans mortem suam magna perfecisse. Factum est enim hîc perinde atq; in singulari certamine solet. Mortem percussit Christus: verum Christus primùm percussus, postremò mortem interemit. A mortuo destructa & enecata est corpore quæ videbatur immortalis. Atque illud orbis ipse vidit. Et quod præclarũ est, nõ commisit hoc alteri. Sed rursus aliud chirographũ factum est, non tale, quale prius fuerat. Videte igitur ne isto quoque damnemur, posteaquam diximus, renunciamus satanæ, & coniungimur tibi Christe: immò nõ vocetur hoc chirographum, sed fœdus ac pactum. Chirographum nanque est, quando quis debitis obnoxius detinetur. Hoc autem fœdus est & pactum. Pœnã

*ἐδειγμάτισεν, ostẽtauit, vel, traduxit.

Iohn.19.a Matt.27.e

ἀλιγοψυχίαν αἰτιάσεται.

Matt.27.g

Act.5.a

nudauit.

A nõ habet, neq; dicit: si hoc, & nisi hoc sit, id quod Moyses cum sanguinem testamẽti aspergeret, dicebat. Hoc deus quoque vitam æternam pronunciauit. Hæc omnia pactum sunt ac fœdus. Illic agebat seruus cum domino, hîc amicus cum amico. Quacũque die comederis, inquit, morieris. Mox minę. Hîc vero nihil tale. Aduenit deus. Et hîc nuditas, & illic nuditas: verum illic quidem ex peccato nudus factus erat, quoniam peccauerat, hîc vero reconciliationis gratia nudatur. Exuerat ille tunc gloriam quam habuerat, nunc exuit veterem hominem. Et antequam ascendat è lauacro, adeò facile exuit atque vestimenta. Inungitur more athletarum, qui stadium iam ingressuri sunt. Simul enim nascitur, & non quemadmodum primus ille qui paulatim formabatur. Sed subitò nascitur, non quo modo sacerdotes olim, caput duntaxat, sed multo amplius. Nam ille B quidem caput, dexteram auriculam & manum, vt & ad obedientiam & opera bona ipsum excitaret, hic vero totum. Non enim instruendi gratia duntaxat accedit, sed & certandi & exercẽdi. In alteram creaturam euadit. Quando nanque ad vitam æternam fidem profitetur, alteram profitetur creaturam. Accepit puluerem de terra, & finxit hominem. Postea vero non amplius puluerem, sed spiritum sanctum. Illo fingitur, illo componitur: quemadmodum & ipse in vtero virginis. Non †dixit in paradiso, sed in cœlo. Etenim ne putes in terra esse, propterea quòd terra subiacet. Translatus es in cœlum. Illic ista inter angelos fiũt. Sursum accipit animam tuam deus, sursum illam transformat, iuxta thronum regalem te sistit. Fingitur in aqua quidem nouus ille homo, accipit vero aliter animãtem spiritũ. Postea- quã autẽ iam formatus est, nõ ducit ad illũ bestias, sed C dæmones & ducem ipsorum, & dicit: Calcate supra serpentes & scorpiones. Non dicit, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, sed quid? Dat illis potestatem filiõs dei fieri. Qui ex deo, inquit, nati sunt. Deinde ne serpẽtem audias, mox docet, vt dicas: Renuncio tibi, vt idem sit, ac si dicas: non audiam te. Ad hæc ne per alios quoque te capiat, inquis, & pompæ tuæ, & seruituti tuæ, & angelis tuis. Posuit ipsum, non amplius ad custodiendum paradisum, sed ad conuersandum in cœlo. Confestim enim atque à baptismate regreditur, hæc verba loquitur: Pater noster, qui es in cœlis, fiat voluntas tua quemadmodum in cœlo ita & in terra. ‡Non in faciem cadit puer, ‡nõ lignum vides, non fontem, sed mox dominũ ipsum amplecteris. Cõmisceris & subuectus cõiungeris corpori illi quod sursum in cœlis sedet, quò nõ licet accedere diabolo. Non D est mulier illic quam accedat, & tanquam imbecilliorem seducat. Non est enim, inquit, mulier, non est masculus, nisi tu deficias ad ipsum, non poterit illuc ascendere, vbi tu constitutus es. Es enim in cœlo: cœlum autem inaccessum est diabolo. Non habet lignum scientiæ boni ac mali, sed lignum vitæ duntaxat. Non amplius ex latere tuo mulier, sed omnes vnum sumus, ex latere Christi. Si qui ab hominibus vncti sunt, nihil patiuntur à serpentibus: neque tu patieris quicquam, dum vnctus fueris, vt serpentẽ tenere queas & suffocare, calcare supra serpentes & scorpiones. Sed quemadmodũ magna sunt dona, ita magna quoque transgressoribus posita est pœna. Non potest è paradiso excidens è regione paradisi habitare. Neque poterimus denuo redire, si quando exciderimus: sed quid postea? Gehenna, & vermis non moriens. Verum absit, vt quisquam nostrum isto supplicio fiat obnoxius, sed strenuè virtutiq; dediti

Gene.2.c

De baptismate.

†posuit. vt Bud. placet, μὴ ἐπεὶ δὲ γῆ ὑπέστρωται. ἀνάψυχον πνεῦμα.

Luce.10.d Ioan.1.b

Matt.6.b

† Non sub aspectũ cadit here⁹.] nã p πασίκῳ lego πάσῳ, hortus siue paradisus.

dediti viuentes, ſtudeamus quæ illi probantur facere. Placeamus deo, vt & à ſupplicio liberari queamus, & æterna bona aſſequi gratia & benignitate &c.

Homilia ſeptima.

NE quis igitur vos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei feſti, aut nouilunij, aut ſabbatorum, quæ ſunt vmbra futurorum, corpus vero Chriſti: Nemo vobis palmã interuertat, data opera in humilitate, & ſuperſtitione angelorum in iis, quæ non vidit, incedens, fruſtra inflatus à mente carnis ſuę, nec obtinens caput, ex quo totum corpus per commiſſuras & compagines ſubminiſtratum & compactum augeſcit augmento dei. Cum primùm ænigmaticè dixiſſet, Videte ne quis ſit, qui vos deprædetur, iuxta traditionem hominum: & rurſus ſuperius aliquantò, Hoc autem dico, ne quis vobis impo nat probabilitate ſermonis: animúmq; auditoris præ-occupaſſet, ſolicitúmq; reddidiſſet: deinde & beneficia dei interſeruiſſet, tunc videlicet magnificẽtius, eũ hoc feciſſet: reprehenſionem poſtremò inducit, ac dicit: Ne quis igitur vos iudicet in cibo aut potu, aut in parte diei feſti, aut nouilunij, aut ſabbatorum. Vides quo mo do iſta ſubuertit? Si talia, inquit, aſſecuti eſtis: quid mo dicis iſtis obnoxios vosipſos facitis? Et extenuat dicens: aut in parte diei feſti. Non enim omnia priora tenebãt: aut nouilunij, aut ſabbatorum. Non dicit, itaque ne cuſtodiatis illa: ſed, ne quis vos iudicet. Declarauit eos eſſe tranſgreſſos & deliquiſſe, verum in alios culpam reiecit. Ne feratis, inquit, iudices: immò nõ hoc dicit, ſed cum illis ſolis diſputat, non reprimẽs eos, ne diſcernere & diiudicare iſta debeant: ſed iſtos vtique non reprehendit. Non dixit, in mundis & immundis: neq; dixit, in ſcenopegiis & azimis, & Pentecoſte: ſed, in parte diei feſti. Non enim ſuſtinebant totum cuſtodire. Et ſi obſeruarunt, non tamen veluti feriando. In parte, inquit, oſtendens maiorem partem ſublatã eſſe. Etſi enim ſabbatizabant, non tamen exactè: quæ ſunt vmbra futurorum: Noui, inquit, teſtamenti, Corpus vero Chriſti. Igitur illa quidem hoc ſignabant. Corpus vero Chriſti, veritas in Chriſto facta eſt: iſta vero corpus ipſum Chriſti ſunt. Nemo vobis palmã interuertat: hoc eſt, offendat ac lædat. Palma enim interuertitur quando alij quidem vincunt, alij vero palmam tollunt, quando cum viceris, fraude læderis. Supra diabolum & peccatũ ſtas, quid denuo te ipſum peccato ſubiicis? Propterea dixit: Quoniam debitor eſt vniuerſæ legis implendæ. Et iterum: Num inuenitur Chriſtus peccati miniſter? id quod ad Galatas ſcribens dixit. Poſtquam eos commouerat, per id quod dixit, nemo vobis palmam interuertat, tum reprehenſionem orditur, data opera, inquiens, in humilitate & ſuperſtitione angelorum, in iis quæ nõ vidit, incedens, fruſtra inflatus à mente carnis ſuæ. Aut quo modo in humilitate? Aut quo modo inflatus? oſtendit totum eſſe ex vana gloria. Quid vero prorſus eſt quod dicitur? Sunt nonnulli qui dicunt non oportere per Chriſtum reconciliari & ad patrem accedere, ſed per angelos. Illud vero maius eſt, quàm nobis videatur. Propterea ſurſum ac deorſum quæ de Chriſto ſũt, verſat. Per ſanguinem crucis eius, inquit: Propterea dicit, quòd pro nobis paſſus ſit, quòd nos dilexerit. Et in eo ipſo verò rurſus tentabantur. Et non dixit, conciliationem aut acceſſum: ſed, ſuperſtitionem angelorum. In iis, quæ non vidit, incedens. Angelos enim non vidit, & tamen ita afficitur illorum ſuperſtitione ac ſi vidiſſet. Quapropter, inquit, inflatus à mente carnis ſuæ fruſtra. Neque enim ex veraci quadam cauſa aut dogmate inflatus eſt, prætextum vero animi humilis ac modeſti præfert. A mente carnali nõ ſpiritali, humana eſt cogitatio. Nec obtinẽs caput, inquit, ex quo totũ corpus. Hinc ſcilicet corpus habet vt ſit, & vt bene habeat. Quid relicto capite membris adhæres? Capite ſi excideris, periiſti. Ex quo totum corpus. Quiſquis tandem ſit, viuere nequit, niſi ex capite, illi coadunatus, vitã habeat. Omnis eccleſia quouſque caput habuerit, creſcet. Nam tunc non amplius prævalebit arrogantiæ & vanæ gloriæ paſsio, humanæ cogitationis inuentum. Vide illud, ex quo, filio adſcribit. Per commiſſuras & compagines, inquit, ſubminiſtratum & compactum, creſcit augmento dei. Augmento quod ſit iuxta deum: quod ſit conuerſationis optimæ. *Si mortui eſtis cum Chriſto.* Medium illud ponit, & quod vtrinque vehementius eſt. Si mortui eſtis cum Chriſto. *Ab elementis mundi, quid quaſi in mundo viuentes decernitis.* Rationem cõſequentiæ non ſeruat. Oportebat enim dicere: quo modo quaſi viuentes ſubditi eſtis elementis? Sed relicto illo quid dicit?

Ne tetigeris, neque guſtaris, neque contrectaris, quæ omnia ipſo abuſu corruptioni patent, iuxta præcepta & doctrinas hominum.

Non eſtis in mundo, inquit, quo modo elementis ſubditi eſtis? quo modo mundi obſeruationibus? Et vide quo modo eos obiurgat. Ne contrectaris, ne tetigeris, ne guſtaris, tanquam ſi magna quædam tradatis, aut à magnis quibuſdam abſtineatis: Quæ omnia ipſo abuſu corruptioni patent. Inflationem ac faſtum multorum deiecit, & ſubiunxit. Iuxta præcepta & doctrinas hominum. Quid dicis? Etiam ſi legem obiicias, ea tamen ipſa iam deinceps humana doctrina eſt, elapſo videlicet temporis ſui præſcripto. Aut hoc ideo dicit, quòd illam corrumpebant. Aut traditiones Græcorum taxat, totum, inquit, humanum dogma eſt. *Quæ quidẽ verbotenus ſapientiam prætexunt, in ſuperſtitione & animi humilitate, & læſione corporis, ad expletionem carnis.* Verbotenus, inquit, non efficacia, non ipſa veritate. Itaque etiam ſi ſermonem ſapientiæ habueris, auerſamur. Videtur enim talis religioſus quidam eſſe & modeſtus, corpúſque cõtemnere: non aliquo honore ad expletionem carnis. Deus enim corpori honorem ſuum contribuit, ipſi vero illo non cum honore vtuntur. Ita ſolet enim, quando ad dogma attinet, honorem ipſum vocare. Ignominia, inquit, carnem afficiunt, priuantes illam honore debito, & poteſtatem conceſſam auferentes, nec permittentes vt ſponte illi imperetur: carnem deus honeſtauit. *Itaque ſi reſurrexiſtis vnà cum Chriſto.* Coniungit eos Chriſto, quoniam ſupra inſtruxerat, dicens: Si mortui eſtis. Propterea iam, inquit, itaque ſi reſurrexiſtis vnà cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite. Non eſt illic talis obſeruatio. *Superna quærite vbi Chriſtus eſt, ad dexteram dei ſedens.* Papæ, quò animum noſtrum ſubuexit? Quo modo illos magno repleuit animo? Non ſatis habuit dicere, ſuperna quærite, vbi Chriſtus eſt: ſed quid? ad dexteram dei ſedens, inquit. Illinc ſcilicet ex terra, deinceps cœlum effecit. *Superna curate, non terreſtria. Siquidem mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo. Quando Chriſtus manifeſtatus fuerit vita noſtra, tunc & terrena deros cum illo manifeſtabimini in gloria.* Non eſt iſta, inquit, ineptorum noſtra vita. Alia quædam vita eſt. Iam vrgenter laborat eos immutare aliòq; transferre, conatúrq; probare: eos iã in ſupernis ſedere, atque hìc mortuos eſſe, vtrinque inſtruens, ne præſentia quærant. Siue enim mortui eſtis, non debetis, inquit, terrena quærere, ſiue in ſupernis eſtis, neque ſic quærere debetis neque hic apparet Chriſtus, neque vita veſtra, in deo eſt ſuperne. Quid igitur?

Collatio veteris ac noui teſtamẽti.

† *Nonnulli quidẽ iſtud diſtinguunt. Corpus vero, Chriſti. i. veritas ĩ Chriſto facta eſt. Alij vero, Corpus Chriſti: Gal. 5. a Ibidem. 2. d*

† *conueniat.*

Reſecto capite membris adhærere.

Cap. III.

igitur? Quando viuemus? Quando Christus apparuerit gloria vestra, tunc gloriam quærite, tunc vitam, tunc delicias quærite. Ista veluti præparamenta quędã sunt, vt à deliciis eos & à vitę remissione ac quiete abducat. Ita solet, vt dum alia molitur, in alia transiliat, vtpote quo modo apud Corinthios facit de illis disserens qui cœnam præsumebãt, mox in obseruationem mysteriorum incidit. Magnum enim quid in se habet reprehensio, quando sine suspicione fit. Abscondita est, inquit, à vobis. Tunc & vos apparebitis cum ipso. Itaque iam nõ estis conspicui. Vide quo modo eos in ipsum cœlum trãstulerit. Quemadmodum enim dicebam, perpetuò probare contendit, eadem illos habere cum Christo. Et per omnes illius epistolas ea inest ratio declarandi, in omnibus fideles Christi consortes esse. Propterea & caput dicit & corpus, & omnia facit, vt hoc exprimat. Si ergo tunc apparebimus, ne doleat, siquidem honorem hîc consecuti non fuerimus. Si hæc vita, vita non est, sed abscondita est vita nostra, tanquam mortui vitam istam viuere debemus. Tũc & vos, inquit, cum ipso apparebitis in gloria. In gloria, inquit, non simpliciter. Nã & margarita abscondita est, quousque in ostreo fuerit. Siue igitur vituperemur, siue aliud quicquã, quicquid sit, patiamur, non lugeamus. Non enim nostra est vita, hæc vita. Aduenæ sumus & peregrini. Nã mortui estis, inquit. Quis adeò desipit vt mortuo corpori, corpori sepulto, aut famulos coëmere, aut ædes struere, aut preciosa indumenta comparare cupiat? Nemo. Itaque ne vos quoque. Sed quemadmodum vnum quærimus ne nudi scilicet simus, ita & hîc vnum dũtaxat quæramus.

De baptismate. Sepultus est noster primus homo. Sepultus est non in terra, sed in aqua: non morte ipsum enecante, sed eo qui mortem ipsam interemit, ipsum sepeliẽte, non lege naturæ, sed mandato potentiore quàm natura sit naturæq; dominium. Quæ enim ex natura fiunt, destruxerit quisquam fortè: quæ verò ex ipsius mãdato, non item. Nihil hac sepultura beatius, super qua gaudent omnes & angeli & homines, & angelorũ dominus. Hæc sepultura nihil opus habet vestib', nihil vrna, aut alia re quapiam huiusmodi. Vis illius videre symbolum? Ostendã tibi colymbethram in qua is quidẽ sepultus est, iste verò resurrexit. In mari rubro submersi sunt Aegyptij, tra

Exod. 14. g ducti verò & seruati Israëlitæ. In eadem re hunc quidẽ sepelit, illum verò generat. Ne mireris quòd in baptismate & natiuitas est & corruptio. Nã dic mihi, an res dirimere ac dissoluere non contrarium sit ei, quod est coniungere? Nemini non liquet. Atqui hoc ignis facit. Nam ceram quidem dissoluit ac perdit, terrã verò metallicam conglutinat, & aurum efficit: ita & hîc fit. Sta-

**κηρίνην, nisi forte legẽdum πηλίνην. i. ex lut.* tuam* ex cera factam demolita ignis vis, vicissim aureã loco illius exhibet. Verè quippe lutei sumus ante lauachrum, post lauachrũ verò aurei. Vnde hoc liquet? Audi Paulum ipsum dicentem: Primus homo ex terra terrenus, secũdus homo dominus est è cœlo. Ego quidem

1 Cor. 15. f tantum differentiæ dixi, quãtum est inter lutum & aurum. Reperi tamen maius discrimẽ, nempe cœlestis & terreni. Non est autem tantum discriminis inter lutea & aurea, quãtum inter terrena & cœlestia. Cerei sumus & lutei. Liquefecit enim nos concupiscentię flãma, multo magis quàm ceram ignis, & vulgaris quęlibet tentatio multo magis nos fregit, quàm lutea vasa saxum. Et si vultis, depingamus priorem nostram vitam, an non omnia terra fuerint & vnda, instar Euripi, puluerem & instabilem & fluidum habentia. Si vultis nõ priora, sed præsentia discutiamus, an non inuenturi simus omnia

A puluerem esse & vndam. Quid enim vis dicam? principatus & potentatus? Nam istis quidẽ nihil magis æmulationi patere in præsenti hac vita videtur. Verũ inuenerit quisquam puluerem in aëre magis persistentem, quàm istos nunc potissimum. Cui nanque subiecti non sunt? Amoribus suis, eunuchis, illis qui pecuniarum gratia nihil non faciũt, furori populi, indignationibus potentiorum. Qui heri in tribunali sedebat sublimis, qui præcones habebat voce magnifica clamãtes, & multos præcursores, & circa forum insequentes, hodie vilis & abiectus, & omnibus illis spoliatus & nudus, instar puluueris excussi, & vndę præterfluẽtis habet. Quemadmodum autem puluis pedibus nostris excitatur, ita & principatus ab illis creantur, qui circa pecunias versantur, & pedum locum obtinent in omni vita. Et quemadmodum puluis quando excitatur, magnam aëris partẽ occupat, cum ipse sit exiguus: ita & principatus. Atque vt

B puluis oculos excæcat, ita & principatus fastus oculos mentis excæcat. Sed quid? vis rem istam peroptabilem, diuitias videlicet discutiamus? Agè, illas vicissim expẽdamus. Habent delicias, habent honores, habent potẽtiam. Primùm ergo, si placet, exquiramus delicias: An illæ puluis non sunt? Immò puluere citius euanescunt: Voluptas enim deliciarum ad linguam vsque pertingit. Quando verò repletus fuerit venter, iam ne ad linguam quidem vsque. Sed honores habere iucundum est, inquis. Et quid est honore illo iniucũdius, qui propter pecuniarum necessitatem obtingit, quando is non ex animi sententia, neque ex alacritate aliqua exhibeatur? Non tu honore illo potiris, sed ipsæ diuitiæ. Itaque hoc ipsum omnium potissimum ignominia diuitem afficit. Nam dic mihi, si te amicum quendam habentem

C omnes illius gratia honore afficerent, simul tamen ingenuè faterentur nullo te prorsus honore dignum esse, cogíq; se propter illum amicum tuum honorare te, quo modo non magis ignominia te afficerent isti? Itaque diuitiæ nobis ignominiæ causa sunt, maiore prędita honore quàm qui possident. Sunt quoque non potentiæ, sed infirmitatis indicium & argumentum. Quo modo igitur absurdũ non est, [terra nos & cinere (hoc enim aurum est) non putare dignos esse,] sed nos illius gratia honorem consequi? Meritò. Verum talis nõ est, qui diuitias contemnit. Melius enim est non honorari, quàm hoc pacto honorari. Etenim dic, quæso: Si quis tibi diceret, te quidem nullo arbitror honore dignum, verũ propter seruos tuos honore te afficio: an hac ignominia quicquam peius esse posset? Si vero turpe est honori esse propter seruos, qui tamen eiusdem animæ no

D biscum & eiusdem naturę participes sunt: multo magis propter ista quæ viliora sunt, parietes dico ædiũ, & aulas, & vasa aurea, & vestimenta. Ridicula verè sunt ista & turpia. Satius fuerit mori quàm ad hunc modum honorari: nam dic mihi, Si te in isto fastu periclitãtem vilis quisquã & despuendus periculo eximere vellet, quid tibi nam turpius euenire posset? Quòd verò de ciuitate ista inuicem alius alij dicitis, ad vos quoque dicere volo. Offenderat aliquando regem ciuitas hæc nostra, iusserátque illam totam funditus perdere cum viris, pueris, & ædificiis: tales enim sunt regij furores. Potestati suæ quantum volunt, permittunt & largiuntur. Tantum malum est libera potestas. Erat igitur in extremis periculis. Vicina ciuitas, maritima illa succurrens, regem pro nobis obsecrabat. Qui verò vrbem hanc nostram inhabitabant, dicebant hoc peius esse quàm si vrbs ipsa solo adæquaretur: Ita scilicet ad hũc modum

[terræ & cineri (hoc enim aurum est) nõ existimare nos æquiparandos esse,

honorari peius est,quàm ignominia affici. Etenim vide vnde radicem suam habeat honor iste. Coquorum manus faciunt vt honoremini: itaque illis gratiã referre debemus. Et subulci exhibent diuitem mensam, & textores,& lanarij,& qui metallis operantur,& placentarij,& structores.An non melius est itaque non honorari,quàm illis honoris gratiam debere? Et præterea verò,quòd plenum sit ignominia diuitem esse, manifestè declarare conabor. Animum turpem faciunt diuitiæ. Quid isto inhonestius? Etenim dic,quæso: Si formoso quodam existente corpore, cunctósque pulchritudine sua superante,accedentes diuitiæ denunciarent ac polliceretur illud pro formoso reddere turpe, & pro sano ægrotum,& pro sedato inflatum,omniáq; membra intercute replerent,tumefacerẽt quoque faciem, atq; vndique inflarent,item & pedes,trabibus etiam grauiores eos redderent,rursus tumefacerẽt & ventrem, & quouis dolio maius exhiberẽt:& post ista neque curare volentibus veniam & indulgentiam promitterent, (nam hoc facit potestas)sed tantam libidini licentiam darẽt, vt si quis accederet nocumenta illa ablaturus, illum etiam punirent:dic quæso,quando diuitię ista faciant & infligant animæ, quo modo bonum est esse diuitem? Sed potestas illa licentiosa peior est morbo. Aegrotum nãque ne medicorum quidem acquiescere legibus peius est quàm simpliciter ægrotum esse. Id quod in se habent diuitiæ, vndique animum intumescere facientes, medicorúmq; accessum & operam prohibẽtes. Itaque non arbitremur illos licentiæ ac potestatis gratia beatos esse,sed misereamur potius. Neque enim si videro iacentem hydropicum, & neminem prohibentem quò minus potando se quantum voluerit, carnibúsq; nociferis ingurgitet, libertatis & potestatis huius gratia beatum illum reputauero.Neque enim vbique bonum est quiduis posse, quemadmodum neque in honore esse. Nam & honores multo fastu animum replent. Si vero non voles corpus tuum cum diuitiis tanto morbo obnoxium fieri, quo modo animam tuam contemnis,nõ hoc tantum mali,sed & aliud inde supplicij sibi conciliantem? Etenim febribus vndiq; & inflammationibus inde comburitur,& febrem illam nemo extinguere poterit.Neq; enim diuitiæ permittunt,quæ sunt delicta & vicia,ista persuadẽtes esse quæstum & lucra:vtpote,neminem tolerare, & pro libidine ac licentia omnia facere.Nam non inuenerit quisquam alium animum adeò concupiscẽtiis, idq; tam absurdis refertum, atq; eorum sunt:qui ditescere volunt. Etenim quãtas nugas sibiipsis illinunt,magis quàm qui hippocentauros & chimæras imaginantur & fingunt?Et dracontopodas, & scyllas, & reliqua monstra viderit quis illos referre & fingere. Et si quisquam vnam eorum cõcupiscentiam fingere & exprimere volet,nihil neq; scylla,neq; chimęra, neq; hippocentaurus,ad mõstrositatem illam esse videbitur,sed inuenies eam omnes cõplecti bestias. Et forte putabit me quisquam in multis fuisse diuitiis,ita rerum istarum de quibus loquor,gnarum & cõscium. Dicitur quidam (nam primùm ex illis quæ apud Græcos decãtata sunt sermonem firmabo.)dicitur,inquam, rex quidam apud eos vsq; adeò in deliciis petulans & luxuriãs fuisse,vt platanum etiam auream fecerit,& sursum cœlum,atq; ita sederit, idq; in expeditione bellica cum hominibus belligerari doctis conuersatus.An non ista cõcupiscentia hippocentaurorum est? An nõ scylla?Rursus alius in bouem ligneum homines coniecit. An hoc non scylla est? Tandem vero priorem illum regem ex A viro mulierem fecit,militẽ rursus ex muliere.Quid dico?Bestiam irrationalem,atq; hac etiam peiorem.Nam bestiæ quidem si sub arboribus sint,cõtentæ sunt naturæ beneficio,nec quicquam quærunt amplius.Hic vero bestias quoque superauit.Quid ergo dementius diuitibus? Istud vero ex concupiscentiarum violentia & libidine nascitur. An non multi illum celebrant & admirantur?Atqui probro illi communicant.Illud autẽ non diuitias ostendit,sed stulticiam & amentiam. Quanto melior est terrestris platanus quàm erat aurea illa? Naturalia quippe iucũdiora sunt illis quæ præter naturam sunt.Quid vero tibi cœlum aureum volebat stulte? Vides quo modo multæ diuitię insanos faciant?quo modo inflent & inflammẽt? Puto ipsum & mare ignorasse suprâq; illud forsan incedere voluisse.An ista non sunt chimæra?an non sunt hippocentaurus? Sed sunt & nũc B quidam nihil illo inferiores, sed multo etiam insaniores.Quid enim,dic quæso,quod ad insaniã attinet,discriminis est inter platanum aureã, & eos qui fictilia faciunt aurea,ollas & alabastra? Quid vero mulieres(pudet quidem,sed necessarium est vt dicam)quæ matulas faciunt argenteas?vos oportebat pudefieri quæ illas facitis. Tu Christo tuo esuriente ad hunc modũ deliciaris?immò desipis & insanis? Quam istæ pœnam non pẽdent?quæris adhuc cur sint latrones,cur homicidę,cur tot mala,cũ vos ita vexet ac distrahat diabolus?Etenim scutellas habere argẽteas,neq; istuc quidem animo philosophico conuenit,sed totum deliciarum est,vasa vero etiam immunda ex argẽto facere,an deliciarum est? At nõ dixerim hoc esse deliciarum sed stulticiæ,immò ne hoc quidem,sed insanię,quin insania quoque peius. Noui multos me huius gratia suggillaturos. Verum ni- C hil hoc curo,modo aliquid efficiam. Reuera stultos faciunt diuitiæ & insanos. Si tãta fuisset copia, voluissent vtiq; & terram esse auream, & muros aureos, forsan & cœlum aureũ,& aërem quoq; ex auro. Quæ est insania? quæ iniquitas?quę febris? Alius frigore perit,qui ad imaginem dei factus est,tu vero talia struis?ô fastum. Quid enim insanus amplius feciſſet? Ita scilicet excrementa tua honoras,vt argento excipiantur? Noui quòd nõ sine nausea audiatis. Verum quæ hoc faciunt,torporem & nauseam hinc contrahere debẽt: & viri quoque qui his morbis fomenta ministrãt. Est enim istud prodigalitas,& crudelitas,& inhumanitas, & feritas, & obscœna petulantia.Quæ scylla?quæ chimæra?quis draco?Immò quis dæmon?quis diabolus ista fecit? Quid proderit hic Christus?quid fides?Quando aliquis Græcorum hominum istud,immò non Grẽcorum sed dęmonum, D facere sustinebit?Si auro & margaritis caput ornãdum non est,qui argento ad tam immundum officium abstitur,quam veniã consequetur?Non sufficiunt reliqua? Quanquam neq; illa tolerabilia sunt. Cathedræ & scabella,ex argento sunt omnia.Atqui & illa stulticię sunt. Sed vbiq; fastus abundans & nimius,vbique vana gloria,nusquam necessarius vsus,vbique superflua.Ego vereor ne ab ista insania progrediens mulierũ genus mõstrorum sit abrepturum formas. Credibile nanq; est eas capillos etiam aureos concupiscere. Aut fatebimini, ꝙ nihil ad id quod dictum est, affectæ sitis? Et excitatæ estis & in concupiscentiam istam incidistis, & nisi pudor cohiberet, nihil vtique detrectaretis. Si enim istis absurdiora quoque audẽtis, multo magis illas puto capillos etiam aureos concupiscere, & labia quoque & supercilia, & omnia auro liquefacto circunlinire velle. Si vero non creditis, & putatis me rem dicere ridi-

culam,

culam,ego narrabo quod audiui, immò quod & nunc quoque est. Rex Persarum barbam habet auream. Nam qui ad ista operanda apti sunt, quasi subtegmine quodam ita aureis lamintis barbę ipsius capillos intexuerũt. Sed monstri similis est. Gloria sit Christe tibi, quantis nos bonis accumulasti, qui sanos effecisti: quanta monstrositate, quanta insipiętia nos liberasti? Ecce prædico, non amplius admoneo, sed præcipio & denuncio, qui volet audiat, qui vero minus, contumax sit & immorigerus: quòd si ista facere perrexeritis, non sum laturus, neq; vos recipiam, neq; patiar hæc limina trãsire. Quid enim mihi morbidorum multitudo? Quid vero si vos erudiens, non prohibeo quæ superflua sunt? Atqui Paulus & aurum prohibuit & margaritas. Ridemur à Græcis. Nostra videntur illis esse fabulæ: & viros quoq; hic admoneo. In locum disciplinæ huc accedis, vt in spirituali philosophia instruaris. Amputa fastum istum: huius & viros & mulieres admoneo. Et si quicquam aliter egeris, nõ feram. Duodecim erant discipuli. Audi quid ad illos dixerit Christus: Num & vos abire vultis? Etenim si perpetuò vobis obsecuti fuerimus, quando recuperabimus perditos, quando proficiemus? Sed sunt, inquis, hæreses aliæ, ad quas plerique transibunt. Vanus & frigidus est hic sermo: Melior est vnus qui voluntatem dei faciat, quàm mille improbi. Nam & tu, vtrum voles dic, quæso? an mille fugitiuos habere seruos & fures domesticos, an vnum benevolum? Ecce admoneo, & iubeo, vt & ornatum illum facierum, & quæ alia huiusmodi sunt vasa, conteratis, & puperibus detis, & vt non ad hunc modum insaniatis. Qui volet resiliat, qui volet incusẽt & cõqueratur, nemini planè parcã. Quãdo iudicandus ad Christi sistar tribunal, vos mihi nimio procul stabitis. Tum nihil proderit vestra gratia, quando mihi reddẽda erit officij ratio. Hęc verba corruperunt omnia: Ne abeat, inquis, & transeat ad aliam hæresim. Infirmus est, condonetur illi. Sed quousque? Quandiu? Semel, bis, ter. Verum non semper. Ecce rursus denuncio, & iuxta beatum Paulum protestor, quòd si denuo reuertar, non parcam. Quando vero correcti fueritis, tunc scietis, quantum hinc sit lucri, quantũ vtilitatis. Etiam obsecro, & supplico, neque detrectabo genibus quoque aduolui, supplicandiq; morem huius gratia subire. Quæ est ista mollicies? quæ sunt illæ deliciæ? quæ illa ignominia? (non enim deliciæ sunt, sed ignominia) quæ illhæc amentia? quæ insania? Tot pauperes ecclesiam circundant, & tot habens ecclesia liberos, adeò opulentos, nulli pauperi succurrere potest, sed hic quidem esurit, ille vero ebrius est, & argento excremẽta sua excipit, cum interea iste ne panis quidẽ particeps est. Quæ est ista insania? quæ tanta feritas? Faxit dominus ne sit periculum faciendum castigandi immorigeros, nêve ista cum indignatione iudicio cõmittere cogar, sed vt volũtariè & patienter hæc omnia in melius commutetis, vt ad gloriam dei viuamus, & futuro supplicio liberemur, bonâque diligentibus ipsum promissa consequamur, gratia & benignitate &c.

Rex Persarum barbã habuit auream.

Iam.5.g

Tali.16.a

2.Cor.13.a

Homilia octaua.

MOrtificate membra vestra terrestria, fornicationem, immundiciam, molliciem, malam cõcupiscentiam, & auariciam, quæ est simulachrorum cultus, propter quę venit ira dei in filios *intractabiles, in quibus & vos aliquando ambulabatis, cum viueretis in ipsis. Noui multos præterita disputatione infensos mihi factos & abalienatos. Sed quid faciam? Audistis quid præceperit dominus. Num enim ego in causa sum? Quid faciam? Nõ videtis debitorum repetitores quo modo ingratos debitores & improbos carceribus & compedibus dedãt? Audistis quid hodie Paulus clamarit: Mortificate, inquit, mẽbra vestra terrestria, fornicationem, immundiciam, molliciem, concupiscentiam malam, & auariciam, quæ quidẽ est simulachrorum cultus. Quid tali auaricia peius? hoc grauiꝰ est † de quo dixi: Insania, scilicet, & iactantia illa quę fit circa argẽtum. Et auariciam, inquit, quæ quidem est simulachrorum cultus. Videtis quò malũ illud desinat? Ne, queso, ægreferatis. Non enim lubens neque temerè inimicos habere volo: sed velim vos eò progredi virtutis, vt de vobis audirem quæ deceant & oporteãt. Istud itaque non authoritatis meæ est, nõ dignitatis, sed doloris ac mœroris. Ignoscite mihi, ignoscite. Nolo præter decorum agere, dum de talibus disserо: interea tamen cogor. Nõ propter dolorem pauperum ista dico, sed propter vestram salutem. Peribunt enim, peribunt qui Christum non pauerunt. Quid enim si pauperem pascas? Quousque ita deliciaris geniõq; indulges, vana sunt omnia. Non enim hoc quæritur, vt multa des, sed vt nõ minus des quàm facultas tua suppetat. Istud enim ludentis est. Mortificate, inquit, membra vestra terrestria. Quid dicis? Nõ dixisti, quoniam sepulti estis, quoniam simul cum illo sepulti estis, quoniam circuncisi estis, quoniam exuistis corpus peccatorum carnis? Quo modo ergo rursus dicis, mortificate? Num ludis? non aliter loqueris, quàm si adhuc ista in nobis essent? Non est sibiipsi contraria ista locutio: sed quemadmodum si quis statuam antea squalidam iam expurgatam, immò denuo quoque excusam, splendidamq; exhibens, dicat quidem extersam esse ac sublatam rubiginem, admoneat vero rursus vt diligenter tollatur rubigo, nõ is sibiipsi cõtradicit, neque enim abstersam iam rubiginẽ, sed eam quæ postea rursus accedit, auferre hortatur: ita & Paulus hîc non priorem mortificationem dicit, neque priores fornicationes, sed eas quæ postea succedũt. Non enim est ista nostra vita, sed alia quæ in cœlis est. Dic mihi: quoniam dixit, mortificate membra vestra, terrena, an igitur & terra quoq; taxata est? Deinde mẽbra terrena ipsa vocat peccata, fornicationem & immundiciam, inquit: Præteriit, ea quę neque dici possunt honestè, & vna immundiciæ dictione reliqua omnia comprehendit. Molliciem, inquit, & concupiscentiam malam. Ecce in genere totum dixit. Nam omnia peccata, mala sunt concupiscentia: vtpote, inuidentia, ira, tristicia. Et auariciam, inquit, quæ est simulachrorum cultus. Propter ista quippe venit ira dei in filios immorigeros. Multis nunc eos induxit: per beneficia iam concessa, per futura, ex eo quòd à malis liberati sumus, declarato etiam quales fuerimus, & cuius gratia liberati simus. Et omnia illa, vtpote qui fuerimus, & in quibus, & quòd à malis liberati sumus, quo modo & qua via, & quibus satis fuerint ad auertendum à malis. Verum hoc omnium vehementissimum est, quod iniucundum quidem est dictu, non tamen inutile, sed & maxime vtile, propter quæ, inquit, venit ira dei in filios immorigeros. Non dixit in vos, sed in filios immorigeros. In quibus & vos aliquando ambulabatis, cum viueretis in eis. * Reuerenter, Cũ viueretis, inquit, in ipsis. Et tamen cum encomiis quoque, tanquam iam non amplius in illis viuentes, aliquando quidam in eis vixerint. *Nunc vero deponite & vos omnia.* Et vniuersaliter perpetuò loquitur, & figillatim: ea vero affectus sunt. *Iram, indignationem, maliciam, maledicentiã, turpiloquentiam ab*

Tῆς ἀπιστίας. i. incredulitatis, diffidẽtiæ, siue inobediẽtiæ, aut immorigeros.

† eo de quo dixi.

Simile pulcherrimum.

** εὐλαβεῖσθε. reuereamini, cum reuerentia argutiõe pudorẽ incutiendo.*

tiam ab ore vestro. Ne mentiamini alius aduersus alium. Turpiloquentiam, inquit, ex ore vestro, Significanter. Nam illud inquinat turpiloquentia. *Posteaquam exuistis veterem hominem cum actibus suis, & induistis nouum, qui renouatur ad agnitionem & imaginem eius qui condidit illum.* Non immerito quisquam hîc quæsierit, quânam ratione membra, & hominem, & corpus corruptam vocet vitam, & integram rursus & rectam idipsum. Et si homo sunt peccata, quo modo dicat, cum actib⁹ suis. Semel enim dixit, veterem hominem, ostendens non hoc hominem esse, sed illud. Animi voluntas præcipua magis & principalior est quàm ipsa hominis essentia, atque ea magis est homo quàm illa. Neq; enim essentia ipsa in gehennam coniicit, neq; in regnum cœlorum introducit, sed animi volũtas. Et neminem vel diligimus vel odio habemus, quatenus homo est: sed quaten⁹ vel bonus, vel malus fuerit. Si igitur essentia quidem corpus est, ipsa vero innoxia vtrinque, quo modo corpus malum esse dicit: Quid vero est quod dicit, cum factis suis? Animi voluntatem cum ipsis operibus dicit: veterem autem eum vocat, turpitudinem eius, ac deformitatẽ, imbecillitatémque demonstrare volens. Et nouum vocat istum, quasi dicat, non expectabitis, quòd idem passurus sit & iste quod vetus, sed contrarium. Quantumlibet enim progressus fuerit, non tamen ad senectutem, sed ad iuuentutem priore maiorem properabit. Quando nanq; maiorem cognitionem nactus fuerit, tũc & maioribus honoratur, & magis viget, robustiorq; redditur, non solũ à iuuentute, sed & ab ipsa specie ad quam formatus est. Ecce creatura dicitur, optima vitæ conuersatio, quę sit ad imaginem Christi formata. Hoc enim est quod dicit, ad imaginẽ eius qui condidit illum. Nam neq; Christus ad senectutem desiit, sed adeò bonus & vegetus erat, vt dici non possit. *Vbi non est Græcus & Iudæus, circũcisio & præputium, Barbarus, Scytha, seruus, liber, sed omnia & in omnibus Christus.* Ecce tertium encomiũ noui huius hominis, in eo quòd neq; gentis, neq; dignitatis, neque maiorum aliqua differẽtia inducitur, quòd nihil habet externorum, neq; illis indiget. Talia quippe omnia ab externis sunt, circuncisio & præpucium, seruus, liber, Græcus, hoc est proselytus, Iudæus ex maioribus. Si nouum duntaxat habueris hominem, eadem consequeris cum aliis habẽtibus. Sed omnia & in omnib⁹ Christus. Omnia vobis sit Christus & dignitas & genus, & in omnibus vobis sit Christus. Aut aliud dicit: Quoniam omnes vnus Christus facti estis, corpus ipsius existentes.

Situs igitur induti tanquam electi dei sancti ac dilecti. Declarat virtutis facilitatem, & quòd illam continuò debeãt habere, & quòd ea veluti maximo ornamento vti debeant. Ponit autem adhortationem cum encomio cõiunctam: nam ita potissimum valet. Erant enim sancti, sed non electi: nunc vero & electi, & sancti, & dilecti.

Viscera miserationum. Non dixit misericordiam, sed quod duplici nomine significantius est. Et non dixit, tanquam fratribus, sed tanquam filiis patres. Etenim ne dicas, quòd errauerit, propterea dixit viscera. Nec dixit miserationes, ne illos extenuaret, sed viscera miserationum. *Comitatem, modestiam, mansuetudinem, lõganimitatem, sufferentes vos inuicem, & condonantes vobis mutuò, si quis aduersus aliquem habuerit querelam, quemadmodum & Christus condonauit vobis, ita & vos.* Rursus ad species descendit. Etenim à comitate est modestia, & à modestia est longanimitas. Sufferentes, inquit, vos inuicem: hoc est, dimittentes noxam. Et vide quo modo nihil illam esse ostenderit, dum querelam vocat, & dicit, quẽadmodum & Christus condonauit vobis: magnum exemplum. hoc quidem semper facit à Christo illos incitans. Querelã, inquit, illic quidem modicum esse delictum ostendit: quando vero exemplũ adduxit, condonandũ esse persuasit, etiam si magna conqueri possemus. Illud enim, quẽadmodum & Christus, hoc innuit. Et non hoc solum, sed quòd ex toto corde condonandum sit. Et neq; istud duntaxat, sed quòd diligere debeamus. Christus enim in medium adductus, omnia ista secum aduehit. Etiam si magna condonanda sint, & si nihil antea læserimus, etsi nos magni simus, illi vero modici, etsi cõtumelia nos etiam post ista affecturi sint, etsi animam pro ipsis ponere oporteat. Istud nanq; quemadmodũ Christus, ista exigit: & quòd non solum admortem vsque in istis persistere debeamus, sed & postea, si possibile sit.

Super omnia autem hæc charitatem, quæ est vinculum perfectionis. Vides quòd hoc dicat? Quoniam enim fieri potest, vt qui condonat offensam non diligat, etiam diligere, inquit, oportet. Et viam ostendit per quam possibile fiat, vt condonemus. Potest enim quis & comis esse, & mansuetus, & modestus, & longanimis: & tamen † nullius afflictione affici. Propterea exorsus dixit, viscera miserationum, & dilectionem, & misericordiã. Super omnia autem hæc charitatem, quæ est vinculum perfectionis. Quòd vero dicere vult, hoc est: nihil illa proderunt peribunt enim omnia, nisi cum charitate coniuncta fuerint: ista constringit, & complectitur omnia. Quodcunq; bonum dixeris, nisi adsit charitas, nihil est, sed planè diffluit. Et quemadmodum in naui etiãsi magna sint ‡instrumẽta, nisi fuerint subligacula, nihil proderũt. Et in domo nisi sint colligationes & cõtignationes, & in corpore etiam si magna sint ossa, si non fuerint vincula & compagines, nihil proderunt. Ita quæcunque quis habuerit recte facta, inania erunt omnia, nisi sit charitas: non dixit, quæ fastigiũ est, sed quod maius est, quæ vinculum est. Necessarium magis est hoc q̃ illud. Nam fastigium quidem perfectionis est auctio & intentio, vinculum vero conseruatio eorum est quæ perfectionem efficiunt, tanquam radix quædam. *Et pax dei palmam ferat in cordibus vestris, ad quam & vocati estis in vno corpore, & gratis.* Pax dei ipsa est, quę firma est & solida: etenim si propter hominem pacem habueris, velociter dissoluitur: si vero propter deum, nõ item. Quanquam vniuersaliter locutus est, dum charitatẽ dixit, verum rursus ad species redit. Est enim & immoderata quædã dilectio: vtpote quando quis ex multa dilectione & temerè conqueritur, & lites excitat, & auersatur. Non, inquit, nõ hoc volo, sed quemadmodum pacem vobiscum fecit deus, ita & vos facite. Quo modo fecit? Sponte sua volens, non à vobis quædã accipiens. Quid est, pax dei palmam ferat in cordibus vestris? Quòd si disceptauerint duæ cogitationes, ne locũ præbeas iræ, neq; contumeliæ palmam occupare conanti, sed paci: vtpote, sit quisquam contumelia per iniuriã affectus. Ex cõtumelia natæ sunt duæ cogitationes: vna quidẽ vindictam, altera vero patientiã meditari iubens. Pugnent autem inuicem. Si pax dei præstiterit palmam tenẽs, iubenti patienter ferre palmam præbebit, & alterã diuersam pudefaciet. Quo modo? Persuadẽs deum esse pacẽ, deum nobiscum fecisse pacẽ. Non simpliciter ostendit multum in hac re certaminis esse. Ne palmã, inquit, obtineat animi commotio, neq; cõtentio, neq; pax humana. Pax enim humana ex vindicta nascitur, ex eo quòd nihil mali toleratur. At non istam volo, inquit, *sed illã*, quam & ipse reliquit. Stadium intus in cogitationibus fecit, &

† non dili-gere.

‡ vela ſ gu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fecit,& certamẽ & colluctationem, & disceptationem
† certa- † palmariam. Deinde rursus incitat: Ad quã, inquit, vo-
minis præ- cati estis: hoc est, in qua vocati estis. Admonet quanto-
stitum. rum bonorum causa sit pax. Propter illam te vocauit,
ἐφ' ᾗ καὶ in illa te vocauit, vt certam palmam acciperes. Etenim
ἐκλήθητε. quamobrem vnum corpus effecit? Nónne ideo, vt pax
superaret? Nónne ideo, vt occasionem haberemus ad
consequendam & conseruandam pacem. Qua ratione
omnes vnũ corpus sumus? Quo modo vero vnũ cor-
pus sumus? Propter pacẽ vnum corpus sumus: & prop-
terea quòd vnum corpus sumus, pacem etiam habem⁹.
Quamobrem vero non dixit, pax dei vincat, sed pal-
mam ferat? Certiorem & grauiorem eam fecit: malam
cogitationem non permisit reluctãdo appropiare, sed
inferiorem esse fecit. Et ipsum palmæ nomẽ auditorem
excitauit. Si enim palma bonæ cogitationi data fuerit,
quicquid tum mala impudẽter contrà egerit, nihil am- B
plius efficiet. Alioqui vero sciebat, quicquid tandẽ mo
lita fuerit, se non recepturam palmam. Quęcunque in-
spirare, & obiicere vehementius tentauerit, tanquã in-
utilia conata desistet. Et bene adiecit, & grati sitis: nam
hoc demum est gratum esse. Et valde argutè docet, vt
conseruos quisque tractet, quo modo ipse à deo tracta-
tur: vt similis sit domino suo. Vt obediat, vt pro omni-
bus gratias agat, etiam si quisquam calumnietur, etiam
si percutiat. Non enim malefactorem vlciscitur: qui il-
lorum gratia quæ male passus est, deo gratias agit. Itaq;
qui vlciscitur, deo non agit gratias. Ne simus ergo si-
miles illi cui centum debebãtur denarij, ne audiamus,
Matt.18.d Serue improbe: nihil enim ista ingratitudine peius est:
ergo vltores ingrati sunt. Qua vero ratione priore lo-
co fornicationem adduxit? Cum enim dixisset, Morti-
ficate membra vestra terrena, mox, inquit, fornicatio- C
nem. Atque hoc propè vbiq; facit. Ideo scilicet, quòd il
le morbus potissimũ obtinet. Nã & in ea quæ ad Thes-
salonicenses est scribẽs, hoc fecit. Et quid mirum, cum
1.Tim.5.d & Timotheo dixerit: Conserua teipsum castum & pu-
Hebr.12.c rum. Et rursus alibi: Pacem sectemini cum omnibus, &
sanctimoniam, sine qua nemo deum videbit. Mortifi-
cate, inquit, membra vestra. Scitis qualis sit mortuus, q̃
exosus, quàm abominabilis, quàm corruptibilis. Si mor
tificaueris, quod mortuum est non durat, sed mox cor-
rumpitur, quemadmodum corpus. Extingue itaque ca-
lorem, & mortuum manebit. Ostẽdit idem hîc fieri de-
bere, quod & Christus in baptismate facit. Vnde & mẽ-
ἀφῃσιατι- bra vocat, quasi strenuum quendam inducens. Et vt in
κὰ. * maiorem emphasim induceret, bene dixit, * terrena. In
πάλιν τὰ terra quippe manent, & in terra corrumpuntur, multo
γῆς, terre- magis quàm ista corporis membra. Itaque non ita ter- D
na, quæ sũt renum est corpus nostrum, atq; peccatum. Nam illud
super terrã: etiam bonum aliquando apparet: hæc vero membra
ἢ & ἐ alijs nunquam. Concupiscunt quoque hæc membra omnia
locis huius terrena. Si oculus terrenus fuerit, ea quæ in cœlis sunt,
homiliæ ple non videt: ita & auditus, & manus, & quodcunque a-
nisque. liud membrum dixeris. Oculus corpora videt, & pul-
chritudinẽ & pecunias. Illa vero terrena sunt, illis de-
lectatur: Auditus concentu delicato, cithara, fistula, &
turpiloquio afficitur. At illa terrena sunt. Posteaquã igi
tur eos in cœlis prope thronum dei statuit: tunc dicit:
Mortificate membra vestra terrena. Non enim licet in
cœlis cum his mẽbris stare. Neq; enim illic est in quod
operari debeant. Et hoc lutum deterius est illo. Illud e-
1.Cor.15.g nim mutatur in aurum: Oportet enim, inquit, corrup-
tibile hoc induere incorruptionem. Hoc vero lutum
posthac denuo conflari ac mutari in melius non pote-

rit. Itaque ista magis terrena sunt, quàm illa. Atq; ideo
non dixit, quæ sunt ex terra, sed quæ sunt super terram.
* Possunt enim ea non ex terra esse. Ista quidem neces- *Bud.legẽ-
se est esse super terram, illa vero non item. Nam quan- dum putat,
do auris nihil eorum audit, quæ in hac terra sunt, sed Nũ possunt
quæ in cœlis dicuntur: quando oculus nihil terrenum enim &c.
videt, sed quæ suprà sunt in cœlis, iam nõ super terram
est: quando os nihil eorum quæ hîc sunt loquitur, non
iam super terram est: quando manus nihil mali opera-
tur, nõ est ex illis quæ super terram sunt, sed quæ in cœ-
lis. Hoc & Christus dicit, Si oculus tuus dexter obstacu Matt.5.c
lo tibi fuerit: hoc est, si petulãter videris, excide ipsum:
id est cogitationem mali. Videtur autẽ mihi, fornica-
tionem, immundiciam, molliciem, & cõcupiscentiam,
non aliud dicere, quàm fornicationem, quò per hæc
omnia à fornicatione nos abducat. Est enĩ reuera istud
animi passio & mollicies. Et quẽadmodum corpus pa-
titur, siue febricitet, siue vulneretur: ita habet & animi
passio. Et non dixit cohibete, sed mortificate: ne dein-
ceps denuo resurgant, abiicite quoque. Quod emor-
tuum est, abiicimus: vtpote si vermes in corpore fue-
rint, mortuum est, abiicimus illud. At si viuum corpus
incideris, dolorem exhibet: si vero emortuum, ne con-
tristamur quidem: ita sanè habent & animi passiones.
Immundam faciunt animam, passibilem faciunt ani-
mam quæ immortalis est. Quo modo auaricia dicta sit
simulachrorum cultus, sæpenumero diximus. Quæ po-
tissimum tyrannidem in genus humanum exercẽt ista
sunt, auaricia, intemperantia, & concupiscentia mala.
Propter quæ, inquit, venit ira dei in filios immorige-
ros. Filios immorigeros dicit, priuans illos venia, & o-
stendens eos ex inobedientia in istis esse. In quibus &
vos, iquit, ambulabatis aliquãdo, & immorigeri eratis.
Ostendens vero & adhuc eos in istis esse, cum encomio dicit: Nunc vero & vos abiicite omnia, iram, in-
dignationem, maliciam, maledicentiam, turpiloquen-
tiam. Verum sermonem in alios deducit: Animi pas-
siones & maledicentiam, conuicia dicit. Quemadmo-
dum & ab indignatione animi maliciã dicit. Alibi ve-
ro reuerenter: quoniam sumus, inquit, inuicem mem- Ephes.4.f
bra. Quasi hominum opifices eos facit, hũc quidem re-
pugnantium, istum vero amplectentium. Membra ve-
teris hominis hîc recensuit. Cuncta, inquit, ipsius mem-
bra dixi: cor, indignationem: os, maledicẽtiam: oculos,
fornicationem: auariciam, manus, pedes: mendacium,
animum ipsum, & mẽtem veterem. Vnam vero formã
regalem habet nouus homo, nempe Christi. Videntur
mihi isti magis ex gẽtibus esse. Quemadmodum enim
terra † arenosa existens, etiam si illa quidem plus, ista ve † aurosa
ro minus sit: formam tamen suam primũ amittit, & po-
stremò in aurum mutatur, & quẽadmodum lana qua-
lisqualis sit, aliam faciem induit, & priorem occulit, ita
& fidelis. Sufferentes, inquit, vos inuicem. Quid iustum Ibidem.a
& æquum sit ostendit. Suffer tu aliũ, & alius te, id quod
& in ea quæ ad Galatas est, dicit: Alter, inquit, alterius Galat.6.a
onera portate: & grati sitis, inquit. Hoc enim potissimũ
vbique requirit, vtpote summam bonorũ. Gratias ita-
que agamus in omnibus, quicquid fiat: hoc enim est gra
tum esse. Etenim rebus prosperis hoc facere, nihil ma-
gni fuerit. Nam ipsa rerum natura eò impellit. Quan-
do vero in extremis existentes gratias agimus, tũc præ-
clarum est. Quando enim cæteri maledicunt & fasti-
diunt, nos gratias agimus. Vide quanta sit philosophia.
Primùm, deum lætificas: alterum, diabolum pudefacis:
tertium, & quod † malefactũ est, nihil esse facis. Nã & tu † accidit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

simul gratias agis, & deus dolorem amputat, & diabolus abscedit. Nam si tu quidem difficilis fueris, ipse magis incumbit, tanquam qui iam quod volebat, effecerit, & deus tanquam blasphematus deserit, & augetur malum. Si vero gratias egeris, abscedit diabolus, tanquam qui nihil profecerit, & deus vicissim, velut honoratus, maiore honore afficit. Non potest etiam fieri, vt afflictiones sentiat homo ille qui in afflictionibus gratias agit. Gaudet enim animus, vtpote qui cõfestim illustrẽ sibi conscientiam comparauerit, lætatur encomiis suis. Non potest autem animus illustris mœstus esse. Illic vero etiam cum calamitate instat conscientia flagellans, at hîc & coronat & prædicat. Nihil hac lingua sanctius est, quæ in aduersis deo gratias agit. Certe non inferior est lingua martyrum, vtraque pariter coronatur. Nam & aduersus istam instat lictor, deum per maledicentiã negare cogens, instat diabolus argutis cogitationum quæstionibus lacerans, & animi angustiis obtenebrans. Si ergo dolores pertulerit, & gratias egerit, martyrij coronã sortitur: vtpote, morbo decumbit filiol⁹, & tamẽ mater gratias agit deo. Quo tortore nõ sæuior est animi angustia? Attamen verbulum aliquod acerbum extorquere nequit. Moritur? Rursus gratias agit. Fit filia Abrahæ. Nam etiam si non propria manu filiolum immolat, supra aram tamen illum velut victimam collocat, id quod idem est. Non conqueritur ablato dono. Rursus in morbum incidit? Non applicat superstitiosa remedia. Pro martyrio illi imputatur. Immolat enim
πολλαχῶς. filium animi sententia. Quid enim? Etsi nihil prosint superstitiosa illa remedia, sed seductio sint & ludibrium, sunt tamen qui prodesse suadeant. At mauult ista mortuum videre puerum, quàm idololatriæ locum dare. Quemadmodum igitur ista martyr est quæ hoc siue in seipsa facit, siue in filio, siue in viro, siue in alio quoquã ex amicissimis: ita quæ diuersum facit idololatra est. Liquet enim immolaturam fuisse, si licuisset. Immò iam fecit quod ad immolationem attinet. Etenim superstitiosa illa, quæ ægrotis applicantur etiam si mille modis philosophentur, qui quæstum ex ipsis faciunt, dicentes: Deum inuocamus, & præterea nihil facimus, & quicquid eiusmodi prætendunt: &, Christiana est hæc anus & fidelis, idololatriam tamen sapiũt. Fidelis es? Crucis signaculo vtere. Dic, hoc duntaxat habeo scutum, hoc solum pharmacum, aliud ignoro. Dic mihi, si medicus ad ægrotum accedẽs, relictis medicinæ pharmacis incantatione vteretur, an hũc medicum diceremus? Nequaquam: non enim videremus medicinæ pharmaca: ita neque hîc quæ sunt Christianismi. Alię vero fluuiorum nomina collo appendunt, & mille talia audent. Ecce dico, & prædico vobis omnibus, si quis deprehendetur, postea nõ parcam, siue superstitiosa collo alliget, siue incantet, siue aliud quicquam huiusmodi artis faciat. Quid igitur? Morietur ne puer, inquis? Si hoc pacto viuet, tũ mortuus est: si vero sine istis mortuus fuerit, tum viuit. Iam si videris filium scortis deditum, mox velles defossum & sepultum, ac dicis: quid enim profuerit illum viuere? Cum vero videas salutis illum subire periculum, vis ita viuentem videre? Non audisti
Ioan.11.d Christum dicentem? Qui perdiderit animam suã, inueniet eam: qui vero inuenerit eam, perdet? Credis istis Christi verbis? Aut fabulæ tibi videtur? Dic mihi, Si diceret quisquam, duc ægrotum tuum in templum simulachrorũ, & viuet: ferres istum? Nõ, inquis. Quare? Quia ad simulachrorũ cultum adigeret, inquis: hic vero nõ est simulachrorũ cultus, sed simpliciter incãtatio. Hæc A satanica cogitatio est, istæ sunt insidię diabolicæ ad occulendam seductionem, & ad porrigendum sub melle venenosum pharmacum. Sciẽs enim te ad simulachrorum templum persuaderi nõ posse, hac via ingreditur, ad amuleta & aniles fabulas abducens. Et crux quidem Christi dehonestatur, elementorum vero superstitiosi characteres præferuntur, Christus eiicitur, & inducitur temulenta & nugatrix anus, mysterium nostrum conculcatur, & seductio diaboli tripudiat. Quamobrẽ igitur nõ arguit, inquis, ista deus? Superstitionum istarum auxilium sępenumero coarguit, & tibi tamen non persuasit. Proinde seductioni deinceps permittit. Nã tra- Roma.1.d
didit illos deus, inquit, in sensum reprobum. Ista vero neque Græcus mente præditus tulerit. Ferunt concio- vel, Regia.
natorem aliquem. Athenis aliquando ista amplexatum administra-
esse, & deinde philosophum quendam, ipsius præcepto- torem.
B rem, cum vidisset, illum increpasse, reprehẽdisse, taxasse, suggilasse. Adeò nanque miseri sumus, vt & istis credamus. Quare non etiam nũc sunt, inquis, qui mortuos suscitent, & sanitates perficiunt? Quare non sint, nõ dico: sed quare iam non sunt, qui præsentem hanc vitam contemnant? Pro mercede seruimus deo. Cum imbecillior esset humana natura, cum fides esset plãtanda, tum multi erant tales. Nunc vero non vult deus pendere à signis, sed paratos esse ad mortem. Quid igitur præsenti vitæ tenaciter adhæres? Quamobrem futura nõ prospicis? Ecquidem propter istam, etiam idololatriam recipis, propter futuram vero neque animi mœsticiã cohibes. Propterea nunc non sunt tales, eo quòd obscura nobis videtur illa vita. Siquidem pro illa quidem nihil facimus, pro ista vero, nihil ferre detrectamus. Quid vero & alia ridicula commemorem? Cinerem, fuligi-
C nem, & salem, & rursus vetulam in medium productã? Reuera ridiculum & dedecus. Et oculus quisquam, inquis, fascinauit puerum. Quousq; satanica ista? Quo modo non ridebunt nos Græci? quo modo non subsanna- ὑφαιρ.
bunt? Quando illis dicimus magnam esse crucis virtutem, quo modo credent, cum videant nos istis egere, quæ ipsi deridẽt? †An ideo ¦deus medicos dedit & phar- †Proprius
maca? Quid autem si illi non curauerint, & morte dis- & ¦ſua in-
cesserit puer: quò discedit puer, dic mihi, miser & infœ- terrogatiõe.
lix? An ad dæmones abit? an ad tyrannum? Non ad cœlum hinc abit? non ad dominum suum? Quid ergo doles, quid ploras? quid luges? cur puerũ plus amas quàm dominum tuum? Non per ipsum etiam puerum tuum habes? Quare ingratus es, donum magis quàm datorẽ diligendo? Sed imbecillis sum, inquis, & nõ fero timorem dei. Si in corporalibus malis, quod maius est min⁹
D abigit, multò magis in anima timor timorem, & mœsticia mœsticiam extinguit. Elegans & bonus erat puer? At qualiscunque tandẽ fuerit, formosior nõ fuit quàm Isaac. Vnigenitus erat? Et ille. In senectute tibi natus est? Et ille. Vrbanus autem erat? At vtvt fuerit, non erat Exod.2.a
elegantior Moyse, qui & barbaricam faciem ad sui desiderium attraxit, idq; in eo ætatis articulo, in quo nondum apparet aliqua venustas. Et tamen illum tãtopere amabilem in fluuium exposuere parentes. Tu quidem & decumbentem vides, & sepulturæ tradis, & ad monumentum abis, illi vero ignorabant etiam, an futurus esset puer cibus vel piscium, vel canum, vel alterius cuiusquam bestiæ, quales circa mare aberrare solent, atque hoc fecerunt cum nondum siue de regno, siue de resurrectione quicquam cognouissent. At non est vnigenitus, sed post multos & ipse mortuus est? Verum nõ adeò subitanea & cumulata & tristis est ista calamitas,

atque

atque erat illa Iob. Nō hīc delapsum tectum, non inter conuiuandum interitus, non calamitates annunciatæ. At erat tibi dilectus? Sed nō magis quàm Ioseph, cuius tamen calamitatem pater, cum putaret à bestia deuoratum, patienter tulit, non solum eam quæ erat experdito Ioseph, sed & eam quæ erat propter Beniamin. Flebat pater, sed impiè nihil agebat: lugebat, at molestus & difficilis non erat, sed in verbis tantum consistebat dicens: Ioseph non est, Symeon non est, & Beniamin auferris: in me recidunt hæc omnia. Vides quo modo illū famis vis & tyrannis adegerit liberos suos cōtemnere? Apud te vero non tantum potest timor dei, quantū fames? Plora, non prohibeo. Verum nihil blasphemū vel dicas vel facias. Qualiscunq; fuerit filius tuus, non tamē est vt Abel, verum nihil huiusmodi dixit Adam, quanquam grauis admodū esset calamitas à fratre occisum esse Abelem. Sed & aliorum fratricidarum mētionem faciam, vtpote, Absalomi, qui Amnō primogenitum frarrem occīdit. Et Dauid rex diligebat filiolum ęgrotum, & in sacco quidem & cinere iacebat, verum neq; diuinos, neque incantatores adduxit, quāquam tum tales essent, id quod in historia Saülis liquet, sed deo supplicauit. Hoc & tu facias. Quod iustus hic fecit, hoc, inquam, & tu facias. Eadem loquere: si quando tibi mortuus fuerit filius, quæ Dauid dicebat: Ego ad ipsum abibo, ipse vero non reuertetur ad me. Hoc animi philosophici, hoc amoris paterni: vtvt diligas filiū, non tantum diliges, quantum ille tum diligebat, desiderio flagrante erga matrē erat beatus ille, tametsi ex adulterio esset. Scitis vero liberos in amore parētum communicare. Et tantus erat hic amor, vt filium etiam culpabilē illum regni inuasorem viuere voluerit: veruntamē gratias egit deo. Quid putas passam esse Rebeccam, cum Esaü minitaretur Iacobo? Et tamen nihil mœstum reddebat virum Isaac, sed iubebat illū dimittere alio. Perpende quàm filio tuo peiora accidere potuerint, si quādo aduersi quicquam passus fueris, & abunde solaberis. Et cogita, quid si in bello interiisset? Quid si in igne? Atque ita quicquid patiamur, cogitemus atrociora, & habebimus sufficientem consolationem, proponamúsque perpetuò ob oculos, eos qui grauiora passi sunt, & nos etiam ipsos: siquidem aliquādo duriora passi fuerimus: Ita & Paulus admonet, cum dicit: Nondum vsq; ad sanguinem restitistis aduersus peccatū decertantes. Et iterum: Tentatio vos non cepit nisi humana. Quicquid igitur accidat mali, deteriora perpēdamus: (poterimus enim semper deteriora reperire) atque ita erimus grati. Ante omnia vero, continuè gratias agamus in omnibus. Nam ita & præsentia mala quiescent, & nos ad gloriam dei viuemus, & promissa bona lucrabimur, quę cō tingat nos omnes assequi gratia & benignitate &c.

Homilia nona.

SErmo Christi inhabitet in vobis opulentè in omni sapientia. Docete & admonete vos inuicem psalmis, & hymnis, & cantionibus spiritualibus in gratia, cantantes in cordibus vestris domino. Et quicquid egeritis sermone aut opere, omnia in nomine domini Iesu facite, gratias agentes deo & patri per illum. Posteaquam illos vt grati essent admonuit, viam quoq; ostēdit, nimirum eam quam & nos primū vobis accuratè diximus. Quid dicit? Sermo Christi inhabitet in vobis opulentè, inquit: immò non hanc solā sed & alteram. Nam ego quidem dixi, quòd oporteat eorū recordari, qui grauiora perpessi sunt, & eos recogitare qui læuiora tulere quàm nos passi sumus, ac pro eo gratias agere quòd nō ea quoque nobis acciderint. Ipse vero quid dicit? Sermo Christi, inquit, inhabitet in vobis opulētè: hoc est, doctrina, dogmata, adhortationes, in quibus nihil esse præsentem vitam dicit, neq; illius etiam bona. Si illa cognouerimus, nihil erit molestiarū, cui cessuri simus. Inhabitet, inquit, in vobis opulentè. Non simpliciter, sed cum multa opulētia. Audite quotquot estis mundani, & vxoribus præestis ac liberis, quo modo & vobis potissimum præcipiat scripturas legere, idq; non simpliciter, neq; obiter, sed magna diligētia. Quemadmodum enim diues pecuniarum, damnū & noxam ferre potest: ita & diues dogmatum philosophicorum, non solum paupertatem, sed & quāsvis calamitates facilè feret, illo etiam facilius. Nam illic quidē dum è damno sese explicat pecuniarum diues, necesse est illum imminui, &* cōfundi: & si sæpius hoc accidat, ferre non posse. Hīc vero non ita: Nō enim sanas cogitationes insumim*, si quādo oporteat calamitatis quicquam ferre, sed semper manent. Et vide prudentiā beati huius: Nō dixit, sermo Christi in vobis sit simpliciter. Sed quid? Inhabitet, & opulentè in omni sapiētia. Docete & admonete vos inuicem. Virtutem hīc sapientiā dicit, & animi modestia sapiētia est, & misericordia, & quæcunq; talia, sapientia sunt, quemadmodum istis cōtraria, stulticia. Crudelitas enim ex stulticia est: vnde & plerunque omne peccatum insipientiam vocat. Dixit insipiens, inquit, in corde suo, non est deus. Et iterum: Computruerunt & tabuerunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meę. Quid enim illo insipiētius, dic quęso, qui vestibus quidem † propriis induitur, fratres vero suos nudos contemnit? qui canes cum pascat, imaginem dei fame laborantē depingit? qui res humanas omnes temerè nihil esse credit, illisque non aliter afficitur quàm si essent immortales? Quemadmodum rursus nihil eo sapientius est, qui virtutem assecutus est. Etenim vide quam philosophus est, inquiunt. Elargitur sua, misericors & benignus. Naturam nouit quàm sit communis: nouit pecuniarum vsum, quàm nulla sit illarum habenda ratio, quàm magis sit parcendum propriis corporibus quàm pecuniis. Ideo gloriæ contemptor vehementer sapiens est. Nouit enim res humanas. Scientia diuinarum pariter & humanarum rerum philosophia est. Nouit igitur & quę sint diuina, & quæ sint humana, & illis quidem abstinet, ista vero operatur. Nouit etiā in omnibus gratias agere deo: præsentē vitā nihil esse putat. Quapropter neq; suauibus delectatur, neque aduersis contristatur: neque moreris alium doctorem. Habes oracula dei. Nemo te docebit, quēadmodum illa. Alius tibi multa sæpe, siue per vanam gloriam, siue per inuidentiam inuidebit. Audite obsecro seculares omnes: Comparate vobis Biblia, animæ pharmaca. Si nihil aliud vultis, vel nouum testamentum acquirite, Apostolum, Acta, Euāgelia, cōtinuos ac sedulos doctores. Si acciderit mœsticia, huc veluti ad apothecā pharmacorum incumbe. Hinc tibi sume solamen mali, siue dānum euenerit, siue mors, siue amissio domesticorum. Immò non incumbe solum, sed assume omnia, mentèque illa contine. Hoc demum malorum omnium causa est, quòd scripturæ ignorātur. Sine armis bellum ingredimur, & quo modo seruaremur? Armati vincere seruarique solent, inermes nequaquam. Non omnia in humeros nostros proiicite. Oues estis, verū non irrationales, sed rationales: multa & vobis committit Paulus. Qui ad instituendum mittuntur, non semper in eo cōmorantur vt discant: alioqui non addiscerēt. Si semper

Philosophia quid sit.

† addiſces. didiceris,nunquam† docebis.Non ita venias,tanquam semper imbuendus: alioqui nunquam ſciens eris, ſed tanquam aliquando diſcendi finem facturus, aliósque in his artibus docturus. An non certis ac determinatis temporibus, diſciplinis, & ſummatim artibus vniuerſis vacant omnes:Ita certum tempus præſcribimus omnes. Si vero ſemper didiceris, indicium eſt quòd nihil addiſcas. Iſtud probri & Iudæis obiecit deus: Quos ex vtero ſuſtuli, inquit, & vſque ad ſenium inſtruxi. Niſi ſemper iſtud expectaſſetis, non ita retroceſſiſſent omnia. Si fieri potuiſſet, vt partim iam inſtructi, partim vero inſtruendi eſſetis,profeciſſet vtique labor noſter, ceſſiſſetis & aliis, & nobis quoque manum porrexiſſetis. Dic mihi, ſi qui ad literatores abeunt, perpetuo in elementis addiſcendis perſiſterent, an non multũ laboris præceptori exhiberẽt? Quouſque vobis de vita probè inſtituenda differemus?Apud apoſtolos non ita habebat, ſed continuè tranſmigrabant, eos qui primùm didicerant,aliorum qui adhuc inſtituendi erãt, doctores conſtituentes:ita orbem circuire potuerũt,eo quòd non opus habebant vni ſe alligare loco. Quanta putatis egere doctrina fratres noſtros, eos ſcilicet qui in agro ſunt,& eorum doctores? Sed vos me detinetis hîc affixum. Priuſquam enim caput bene habeat, fruſtraneum fuerit reliquum corpus curandi gratia accedere. Omnia humeris noſtris iniicitis. Vos oportebat dunta xat à nobis inſtitui,vxores vero à vobis,à vobis & liberos. At omnia nobis obeunda relinquitis: quapropter & multam ſuſtinemus moleſtiã. Docete,inquit, & admonete vos inuicem pſalmis & hymnis & cantionibus ſpiritualibus. Vide quo modo inuidiam declinet Paulus. Quoniam ſcripturæ lectio laboris & moleſtiæ plurimum habet: non ad hiſtorias legendas inducit, ſed ad pſalmos, vt & animum pariter cantando oblectes, & labores fallas. Hymnis, inquit, & cantionibus ſpiritualibus. Nunc vero ſatanicas cantiones ac ſaltationes præferunt pueri veſtri, quẽadmodum coci, & obſonatores,& chorearũ ductores, pſalmum autem nemo nouit vllum. Quin & res iſta turpis eſſe videtur,ludicra & ridicula: hinc mala cuncta vigent. Qualemnam plantula terram ſortita fuerit,talem quoque fructum adferet:ſi arenoſam & ſalſam,talem: ſi dulcem ac pinguem, rurſus conſimilem:ita fons quidam eſt doctrina. Doce puerum tuũ pſalmos illos canere philoſophia plenos, vtpote,ſtatim de temperãtia, immò ante omnia de vitando improborum cõſortio,mox ab initio libri. Nam huius gratia exordium hinc ſumpſit propheta dicens: Beatus vir qui non abiit in cõſilium impiorum. Et iterum:Non ſedi cum conſilio vanitatis.Item,Contemptus eſt in conſpectu eius qui malè agit,timentes autem dominum glorificat. De conſortio bonorum colẽdo. Etiam horũ multa illic inuenies, vt de cohibendo ventre,de continendis manibus,de intemperantia,de non fraudando,nihil eſſe pecunias,nihil gloriam,& quęcũque alia eiuſmodi. Si à puero iſtis aſſuefeceris illũ,paulatim & ad ſublimiora ſubduces. Pſalmi complectũtur omnia.Rurſus & hymni quoque nihil habent humani. Quòd ſi in pſalmis inſtructus fuerit,tum & hymnos intelliget ac ſciet,vtpote rem diuiniorem. Etenim virtutes ſuperne hymnos concinunt,non pſallunt.Nõ enim ſpecioſus eſt hymnus, inquit, in ore peccatoris. Et iterum: Oculi mei ad fideles terræ, vt collocem illos mecum.Item, Non habitabat in medio domus meæ faciẽs ſuperbiam. Rurſus: Ambulans in via immaculata, ipſe mihi miniſtrabat. Itaque non ſolum inter amicos, ſed

Eſa.46.b

προσλογίαν.

Vſus pſalmorum.

Pſal.1.a
Ibidẽ 51.a
Ibid.14.a

Pſalmorum & hymnorũ differentia.
Eccli.15.c
Pſal.100.b
Ibidem.
Ibidem.

A neque inter ſeruos temerè ſeipſos immiſcebũt,ſed cautè agẽt. Innumera quippe mala liberis hinc ſunt,quòd corruptos illis præficimus ſeruos.Si enim cum paterna fruuntur beneuolentia & philoſophia,tanta difficultate conſeruantur,quãdo ſeruorum crudelitati illos tradimus,iſti non aliter illis abutũtur, quàm ſi inimici eſſent, putantes ſibi mitius fore dominium ſi ſtultos eos reddiderint, & viles, & prorſus nullius momenti. Iſta itaque curemus ante reliqua omnia:Dilexi,inquit,diligentes legem tuam.Hunc igitur æmulemur & nos,atq; iſtos diligamus. Vt autem refrænentur quoque liberi, audiant prophetam dicentem:Quoniam lũbi mei impleti ſunt illuſionibus. Et iterum: Perdes omnem eum qui fornicatur abs te.Et quòd ingluuiẽ cohibere oporteat,audiant rurſus: Et occîdit,inquit, † pingues ac potiores ſeorum,adhuc eſca in ore eorum exiſtente. Et q̃ munera vincere oporteat:Diuitiæ,inquit,ſi affluxerint, cor ne adponitote:& gloriæ quoque dominari.Neque deſcendet cum eo,nec poſt ipſum gloria eius. Item nõ æmulari malos: Ne æmuleris,inquit,eos qui male agũt. Potentatus quoq; nihili facere: Vidi impium,inquit,ſuperexaltatum & eleuatum ſicut cedros Libani, & tranſiui,& ecce non erat.Pro nihilo habere præſentia: Beatum,inquit,dixerunt populum cui hæc ſunt,beatus populus cuius dominus deus adiutor eius.Quòd nõ temerè & inultè delinquim⁹,ſed retributio futura eſt: Quoniam tu reddes,inquit,vnicuiq; iuxta facta ſua. Qua vero ratione non quotidie retribuat: Deus,inquit, iudex iuſtus, fortis & longanimis. Bonam eſſe animi modeſtiam:Domine,inquit,non eſt exaltatum cor meũ.Malam eſſe ſuperbiam: Propterea,inquit,tenuit eos ſuperbia in finem vſq;.Et iterum: Dominus ſuperbis reſiſtit. Item,Egredietur tanquam ex adipe iniuſticia eorũ. Bonam eſſe eleemoſynã:Diſperſit,inquit, ac dedit pauperibus, iuſticia eius manet in ſeculũ. Quòd laudabile ſit miſericordem eſſe: Suauis ille vir,inquit,qui miſeretur & commodat. Et multa, iſtis quoq; plura reperies illic philoſophiæ dogmata, vtpote, non eſſe maledicẽdum, Qui clàm,inquit,detrahit proximo ſuo, illũ perſecutus fuit.Quis ſit hymnus cœleſtium,norunt fideles. Quid in cœleſtibus dicunt Cherubim? quid dixerunt angeli? Gloria in altiſsimis deo.Propterea pſalmorum cõcentum ſequuntur hymni,tãquam diuiniores. Pſalmis,inquit,& hymnis,& cãtionibus ſpiritualibus in gratia, canentes in cordibus veſtris deo. Aut hoc dicit,q̃ propter gratiam nobis deus iſta dederit:aut dicit,cantionibus in gratia, vel admonete vos inuicem & docete in gratia: vel quòd in gratia habeant iſta chariſmata. Expoſitio eſt: ex gratia,inquit,ſpiritus ſancti, canentes in cordibus veſtris deo.Non ſimpliciter ore,ſed cũ attentione. Hoc enim demũ eſt deo canere,illud vero aëri. Vox nanq; temerè diffunditur. Non ad oſtẽtationem, inquit,etiam ſi in foro fueris,poteris teipſum colligere, deoq; nemine audiente canere. Etenim & Moyſes ita precatus eſt,& à deo auditus.Dixit enim:Quid clamas ad me? Quanquam nihil dixiſſet, ſed mente clamaſſet, (vnde & deus ſolus audierat)idq; cum corde contrito. Nihil enim vetabat quò min⁹ & ambulãdo corde precaretur,& in ſupernis eſſet.Et quicquid egeritis,inquit, ſermone aut opere, omnia in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti facite, gratias agentes deo & patri per illũ. Si nanq; ad hunc modũ egerimus,nihil erit ſceleſti,nihil immundi,vbi Chriſtus inuocabitur. Siue edas,ſiue bibas,ſiue nubas,ſine peregrè proficiſcare,omnia in nomine dei facias: hoc eſt,ipſum adiutorẽ *inuoces*, ac tũdemum

Ibid.m.a
Pſal.37.b
Ibid.71.d
Ibid.77.d
†plurimos
Ibid.81.c
Ibid.48.d
Ibid.36.a
Ibidem.g
Ibid.143.c
Ibid.61.c
Ibid.101.b
Ibid.130.d
Iacob.4.b
Pſal.72.a
Ibid.111.b
Ibid.m.a
Luc.2.b

Deo canere.

Exo.14.d

1.Cor.10.g

demum agenda cõtingas, posteaquam ipsum primùm precatus fueris. Vis aliquid loqui? Nomẽ dei præstrue. Propterea & nos epistolis nomẽ domini præstruimus. Vbicunque fuerit nomen domini, ibi omnia sunt prospera. Si enim cõsulum nomina securitatem literis addunt, multo magis Christi nomẽ. Aut hoc dicit: Secundum deum omnia & dicite & facite. Angelos non introducite. Comedis? Gratias age deo, & post ista quoque idem facturus. Dormis? Gratias age deo, idem & postea facturus. Forum ingrederis? Idem facias. Nihil mundanum, nihil seculare, omnia in nomine domini facias, & prosperè succedent omnia. Vbicunque additum fuerit hoc nomen, cuncta erunt secũda. Si dæmones eiicit, si morbos abigit: multò magis rerum prosperitatem efficit. Quid est autem facere vel in sermone, vel in opere? Siue orantem, siue quodcunq; aliud opus facientem intelligit. Audi quo modo Abraham in nomine dei seruum suum amandarit: Dauid in nomine dei Goliad interfecerit. Admirabile est nomen eius & magnum. Rursus & Iacob filios suos in Aegyptũ mittens, dicit: Deus verò meus, det vobis gratiam in conspectu hominis. Qui enim hoc faciebat, adiutorem habebat deum, sine quo nihil audebat facere. Tanquam igitur ex inuocatione honoratus vicissim illum honore affecit deus, rebus illius successum administrando. Inuoca filium, gratias age patri. Etenim inuocato filio, inuocatur pater, & vicissim si gratias egeris patri, eadẽ opera egeris & filio. Ista discamus non solùm verbotenus, sed & ipsis operib⁹ adimplere. Nihil poterit huic nomini conferri. Illud vbique admirabile: Vnguentũ, inquit, effusum nomen tuum: mox bona fragrantia refertum est. Nemo potest dicere dominum Iesum, inquit, nisi in spiritu sancto. Tanta operatur hoc nomẽ: *Si dixeris, in nomine patris & filij & spiritus sancti, cũ fide videlicet ista perfeceris. Vide quãta perfeceris. Hominem procreaueris, & quicquid reliquum est ex baptismate perfeceris, Ita & morbis imperans terribile est hoc nomen.* Propterea diabolus angelorum superstitionem induxit, inuidens nobis honorem istum. Dæmonum sunt istæ incantationes. Siue angelus sit, siue archãgelus, siue Cherubin, ne feras. Neque ipse te virtutes suscipient, sed propulsabunt etiam, si dominum suum dehonestari viderint. Ego te, inquit, honoraui, & dixi, inuoca me. Et tu illum ignominia afficis. Istam incantationem si cum fide cecineris, & morbos abiges & dæmones. Et si non abegeris morbum, non hinc est, quòd infirmum sit hoc nomen, sed quòd vtilis sit morbus. Secũdum maiestatem tuam, inquit, sic & laus tua. Per hoc nomen conuersus est orbis, tyrannis deuicta, diabolus conculcatus, cœli aperti, & nos regenerati sumus per hoc nomen. Istud si habuerimus, splendidi erimus. Istud & martyres facit & confessores. Amplectamur illud loco magnifici & præclari doni, vt in gloria viuamus, deoq; placeamus, ac bonis, diligẽtibus ipsum promissis digni reddamur, gratia & benignitate &c.

Gen. 24. a
1 Reg. 17. f
Gen. 24. a
Cantic. 1. a
1 Cor. 12. a

Homilia decima.

VXores subditæ estote viris sicuti conuenit in domino. Viri diligite vxores, & ne sitis amarulenti aduersus illas. Filij obedite parentibus ad omnia: hoc enim bene placet domino. Patres ne prouocetis liberos vestros, ne despondeant animum. Serui obedite per omnia iis, qui domini sunt secundũ carnem, non obsequijs ad oculum exhibitis, tanquam hominibus placere studentes, sed cum simplicitate cordis timentes deum. Quicquid egeritis, ex animo facite tanquam domino & non hominibus, scientes A *quòd à domino recipietis mercedem hæreditatis. Non domino Christo seruitis. Cæterùm qui peccarit, feret quòd deliquit, & non est personarum respectus apud deum. Domini quod iustum est & æquũ exhibete serui, scientes & vos habere dominum in cœlis.* Quamobrem non vbique & in omnibus epistolis ista præcipit, sed hic, & ad Ephesios, & in ea quæ ad Timotheum, & quæ ad Titum est? Ideo, scilicet, quòd in istis fortè ciuitatibus essent dissidia: aut fortè quòd alia iam assequutæ essent, atque ideo de istis admonendæ. Immò quod istis dicit, omnibus dicit. Plurimum autem huic epistolæ, & ei quę ad Ephesios est, etiam in istis conuenit. Aut quòd viris cætera bene habentibus, quos oportebat de dogmatis instruere sublimibus, quę illis adhuc deerãt, non fuerit opus de istis scribere, aut quòd superfluum fuerit de istis audire, eos qui in tentationibus quoque satis habebant consolationis. Itaque coniectamus hic B ecclesiam istam, in aliis firmam fuisse & stabilẽ, & ista tanquam posteriora adiici, Vxores subditæ estote viris sicut conuenit in domino, pro eo dici, subditæ estote propter dominũ. Nam istud vos ornat, non illos. Non enim seruilem subiectionem, neque eam quæ à natura solùm, sed quæ sit propter deũ dico. Viri diligite vxores, & ne sitis amarulenti aduersus illas. Vide quo modo rursus eorum admonuerit, quæ vicissim reddenda sunt. Quemadmodum illic timorem & dilectionem posuit, ita & hic: potest enim fieri, vt & qui diligit, amarulentus sit. Quod autem dicit, hoc est: Ne sint inter vos lites. Nihil enim amarulẽtius, quàm si viro pugna sit aduersus vxorem. Sunt nanq; acerbæ pugnæ ac lites quę fiunt aduersus personas dilectas. Et ostẽdit hoc fieri ex multa animi amarulentia, quando à membro suo quisquam dissidet. Virorum itaque est diligere, obtemperare verò vxorum. Si ergo quisque quod se decet attulerit ac præstiterit, firma persistent omnia, Vir si diligat, vxor quoque ex eo reddetur amica. Vxor si subdita sit, reddetur vir quoque mansuetus. Vide verò quo modo & in natura ita cõparatum sit, vt vir amet, vxor verò obtemperet. Quando nanque qui præest subditum suum diligit, tunc omnia bene cõpacta sunt. Non ita subiecti quæritur dilectio, atque principantis erga subditum. Nam ab isto quæritur obedientia. Quòd enim mulieri pulchritudo data est, viro verò concupiscentia, nihil aliud ostendit, quàm hoc ideo esse factũ, vt vxor à viro diligatur. Ne domineris itaque temerè, quòd vxor subiecta est, neque tu mulier insleris, quòd à viro diligeris. Nec amor viri vxorem extollat, nec subiectio vxoris virum inflet. Propterea seipsam tibi subiecit, vt magis amaretur, & propterea amari te fecit ô mulier, vt eo facilius ferres quòd subiecta es. Ne formides subiecta. Amanti quippe subiici, nihil omnino fuerit difficile. Nec tu amare metuas, habes enim obtẽperantem quam amas. Neque enim aliter comparatum est hoc coniugale vinculum. Necessarium itaque ab ipsa natura principatum habes. Habeto & vinculũ quoque ab ipsa dilectione. Imbecilliorem enim tolerabilẽ reddet. Filij obedite parentibus ad omnia. Hoc enim acceptum est in domino. Rursus illud, in domino, posuit, & leges obedientiæ ponens, & reuerẽtiam & submissionem incutiens. Hoc enim, inquit, acceptum est * domino. Vide quo modo non solùm ex ipsa natura, sed & præ illa ex iis magis quæ deo probantur, cuncta nos vult facere, vt & mercedẽ inde habeamus. Patres ne prouocetis liberos vestros, ne desponde ant animũ. Vide rursus & hìc quoque subiectionem & amorem. Et non dixit, diligite liberos vestros. Fuisset quippe sũperfluum.

Cur viro dilectio, & vxori subiectio præscribatur.

** Chrys. legisse videtur in domino. plerique ante præpositionẽ, in, nõ addunt.*

Universidad de Deusto Biblioteca

perfluũ. Nam ad hoc ipſa natura cogit, ſed quod opus erat correxit, quòd & amor hic ſit vehementior, quandoquidem & obedientia maior. Nuſquam enim exemplum viri & vxoris ponit: ſed quid? Audi prophetam dicentem: Quemadmodum pater miſeretur filiorum, ita miſertus eſt dominus timentium ſe. Et rurſus Chriſtus: Quis veſtrum eſt, inquit, homo quem ſi panem petierit filius, an lapidem dabit illi? Et ſi piſcem petierit, num ſerpentem dabit illi? Patres ne prouocetis liberos veſtros, ne deſpondeant animum, quod illos potiſsimũ permouere poſſe ſciebat, hoc poſuit: & quod amicum magis erat, hoc illis præcipiẽdo dixit. Et nuſquam hic deum ponit. Perfregit quippe parentes inflectendo eorum viſcera. Dicit autem: ne contentioſiores eos faciatis. Eſt in quo condonare quandoque debeatis. Deinde & ad tertium principatum accedit. Et hic quoque amor eſt, ſed non naturalis, quemadmodum ſuprà, ſed conſuetudinis, quæ & ab ipſo principatu, & ab ipſis eſt operibus. Quoniã igitur hic quod amoris quidem eſt, ſuceciſum: quod verò obedientiæ, auctum eſt: huic immorari volens, quod priores, de quibus premiſſum eſt, à natura habent, hoc iſtis dare vult ab obedientia. Atque ideo non ſolùm dominorum gratia ad ſeruos diſ ſerit, ſed & ſuaipſorum, vt amabiles ſeipſos reddãt dominis ſuis. Sed non ponit iſtud apertè: ſiquidem remiſſos eos feciſſet. Serui, inquit, obedite per omnia iis qui domini ſunt ſecundum carnẽ. Et vide quo modo ſemper ponat nomina, vxores, filij, ſerui, & mox obedientiæ debitum. At ne doleas, ſubiunxit, qui domini ſunt ſecundum carnem. Animus, inquit, qui potior tui portio eſt, liberatur: deinde temporalis eſt ſeruitus. Animum igitur ſubiice, ne ſit amplius neceſſaria & coacta ſeruitus. Non obſequiis ad oculum exhibitis, tanquam hominibus placere ſtudentes: fac, inquit, vt quę ex lege eſt ſeruitus, fiat ex timore Chriſti. Et enim ſi quæ facienda ſunt, & quæ ad honorem heri attinent, illo non vidente feceris, manifeſtum eſt quòd ea propter oculum dei perpetuo vigilem & cuncta videntem facias. Non obſequiis, inquit, ad oculum exhibitis, tanquam hominibus placere ſtudentes. Hoc itaq; ſi feceritis, damnum ſuſtinebitis. Audi nanque quid propheta dicat: Diſſipauit dominus oſſa eorum, inquit, qui hominibus placere ſtudent. Vide ergo quo modo illis parcat, & tamẽ corrigat. Sed cum ſimplicitate cordis timentes deum. Illud enim non ſimplicitas, ſed hypocriſis eſſet. Nempe ſi aliud corde habentes aliud opere faceretis: alios præſente hero vos oſtenderetis, & alios abſente. Propterea, non ſimpliciter dixit, in ſimplicitate cordis: ſed addidit, timentes deum. Hoc enim eſt timere deum, quando etiam nemine vidente nihil mali fecerimus. Si verò fecerimus, non iam deum, ſed homines formidamus. Vides quo modo eos corrigat? Quicquid egeritis, inquit, ex animo facite, tanquam domino & non hominibus. Nõ ſolùm hypocriſi, ſed & ſegnicie liberatos eſſe cupit. Liberos eos pro ſeruis reddidit, quando dominorum inſtantia, & præceptis iam amplius non egeant. Hoc enim eſt, quod dicit, ex animo: id eſt, cum beneuolentia, non ex ſeruili coactione, ſed libertate & animi promptitudine. Et quæ huius eſt merces? Scientes, inquit, quòd à domino recipietis mercedem hæreditatis veſtræ: nam domino ſeruitis. Liquet ergo quòd & ab ipſo mercedem ſitis accepturi. Et quòd domino ſeruiatis manifeſtum eſt, ex eo quòd ſubditur: nempe, qui peccarit, feret quod deliquit. Hìc priorem ſermonem confirmat. Etenim ne viderentur hæc verba adulationis & blãditiarum eſſe, feret, inquit, quiſque quod deliquit: hoc eſt, pœnas dabit. Non enim eſt perſonarũ reſpectus. Quid enim quòd ſeruus es? Non huius pudeat. Atqui dominis hoc debebat dicere, quemadmodum & in ea quæ ad Epheſios eſt, fecit. Sed videtur hic Græcos & ethnicos ſignificare dominos. Quid enim, inquit, ſi ille Græcus ſit, tu verò Chriſtianus? Non perſonæ ſed res ipſę inquiruntur. Itaque etiam ſi ſic fuerit, cum beneuolentia & ex animo ſeruiendum eſt. Domini, quod iuſtum eſt & æquum exhibete ſeruis. Quid verò iuſtum eſt? Quid æquum? Omnia abundè ſuppeditare, & non ita, vt aliorum ope egeant, ſed vt laborum mercede fruantur. Non enim ideo illos mercede priuabis, quòd dixi eos mercedem habere à deo. Alibi verò dicit: Remittentes minas, manſuetiores volens facere dominos. Erant enim illi initiati, quaſi dicat: Qua menſura metimini, eadem viciſsim remetientur vobis & alij. Et illud: Non eſt perſonarum reſpectus, dictum eſt ad iſtos. Illis verò imponitur, vt iſti illud amplectãtur. Quando enim quod alteri competit, ad alium dicimus, non illum adeò, quãtum eum qui obnoxius eſt, corrigimus. Et vos, inquit, cum illis. Communem hic fecit, vtriſque ſeruitutem: ſcientes, inquit, & vos habere dominum in cœlis. *Obſecrationi inſtate vigilantes in ea, cum gratiarum actione.* Quoniam enim deſidies plerunque ex precum inſtãtia naſcitur, propterea adiecit, vigilantes: hoc eſt, ſobrij exiſtentes, non vacillantes. Nouit enim, nouit diabolus quãtum bonum ſit precatio, atq; ideo moleſtus aduerſus illam incumbit. Nouit autem & Paulus, quo modo multi precantes torpeant. Propterea dicit, obſecrationi inſtate. Tanquam de re laborioſa quapiam loquutus addit, vigilãtes in ea cum gratiarum actione. Hoc enim, inquit, opus veſtrũ ſit *in precationibus, vt gratias agatis deo, & pro manifeſtis & pro occultis beneficiis, ſiue quibus voluntarios, ſiue quibus inuitos affecit, & pro regno, & pro gehẽna, pro afflictione quoque & tranquillitate.* Ita quippe precari ſolent ſancti, & pro cõmunibus quoque beneficiis gratias agere. Noui ego ſanctum quendam virum qui ita orabat: nihil dicebat ante hũc ſermonem: Gratias agimus tibi pro omnibus beneficiis tuis, à primo die vſq; in hunc præſentem indignis nobis impenſis, ſiue nota nobis ſint ſiue incognita, tam pro occultis quàm pro manifeſtis, quę vel opere nobis vel ſermone facta ſunt, & quæ voluntariis & quæ inuitis ſunt præſtita, pro omnibus quæ immeritis nobis exhibita ſunt, pro afflictionibus, pro quiete, pro gehẽna, pro ſupplicio, pro regno cœlorum. Obſecramus vt animas noſtras ſanctas cuſtodias, mundam habentes conſcientiam, finem benignitate tua dignum. Qui nos ita dilexiſti, vt vnigenitum tuum pro nobis dederis, dignare nos hac dilectione dignos reddere. Da ſapientiam in verbo tuo, & in timore tuo, vnigenite Chriſte. Inſpira nobis fortitudinẽ tuam, qui vnigenitũ pro nobis dediſti, & ſpiritum ſanctum tuum † emittas in remiſsionem peccatorum: & ſiue ſponte quid, ſiue inuiti deliquerimus, cõdona, nec reputes. Recordare omnium qui nomen tuum *inuocant in veritate. Recordare omnium qui nobis vel be*ne vel malè volunt. Omnes enim homines ſumus. His dictis addebat orationem fidelium, atque ita ceſſabat, tanquam coronide quadam & colligatione, poſt orationem pro omnibus factã impoſita. Multis enim *nos* deus etiam inuitos beneficiis afficit, multis etiam *& plu*ribus quoque ignaros. Quando enim *contraria precamur*, ipſe verò diuerſa facit, manifeſtum eſt quòd *& in*ſciis bene-

Pſal.102.c *Matth.7. & Luc.11.b* *διὰ τὴν ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν* *Pſal.52.b* *Ephe.6.a* *Cap.IIII.* *Ibidem.b* *Matth.7.a* *μὴ ῥᾳθυμῶμεν, non negligẽtes.* *Viri cuiuſdam ſancti gratiarum actio.* † *miſiſti.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

sciis benefaciat. *Orantes simul & pro nobis.* Vide animi humilitatem. Post illos seipsum demũ ponit. *Vt deus aperiat nobis ostium sermonis, vt loquamur mysterium Christi.* Accessum, inquit, & animi fiduciam det. Papæ, quantus athleta. Non dixit, vt liberer ab his vinculis. Sed cùm esset in vinculis alios adhortatus est, & adhortatus est pro re magna, nempe pro animi fiducia. Duo hìc magna sunt. Et qualitas personæ, item & qualitas rei pro qua admonet. Papæ, quanta dignitas. Mysteriũ, inquit, Christi. Ostendit nihil sibi iucundius esse hoc mysterio, quod loqui cuperet. *Propter quod & vinctus sum, vt manifestem illud, sicut oportet me loqui.* Cum multa, inquit, fiducia, & *nihil dissimulãter aut timidè. Vincula illum illustrem reddunt non obscurum. Cum multa, inquit, fiducia. Dic mihi: vinctus es, & alios consolaris? Etiam: maiorem mihi fiduciam exhibent vincula. Indigeo tamen ope diuina. Audiui quippe Christum dicentem: Matth.10.b Quando tradiderint vos, nolite solicitè cogitare quo modo aut quid loquamini. Et vide quo modo metaphoricè dixerit: Vt deus aperiat nobis ostium sermonis. Ecce quo modo fastu careat, in vinculis existens, quo modo loquatur: quasi dicat, vt emolliat corda ipsorum. At non ita dixit: sed, vt nobis det fiduciam loquendi. Animo modesto ita loquutus est, atque hoc quod iam habebat, precatus est vt acciperet. Ostendit autem in hac epistola, qua ratione ante hoc tempus nõ venerit Christus, ex eo quòd quæ veteris erant testamenti vmbram vocauit, corpus verò ipsum dixit esse Christi. Oportebat igit in vmbra exerceri. Simul quoque & maximum dilectionis indicium qua erat erga eos affectus declarans, vt & vos, inquit, audiretis. Ego verò vinctus sum. Rursus vincula in medium adducit, quæ vehementer amo, quæ cor meum excitant, & semper desiderium incutiunt vidẽdi Paulum vinctũ, & in vinculis scribentem, & prædicantem, & baptizantem, & instruentem, emergebat illi vincto omniũ vndique ecclesiarum cura. Innumera dispẽsabat vinctus. Tum magis solutus erat ac liber. Etenim audi quid ipse dicat, Philip.1.b Vt plures ex fratribus sumpta ex vinculis meis fiducia, abundantius nunc audeãt sine timore sermonem loqui. Et ipse hoc rursus fatetur, dicens: Quando enim infirmus sum, tunc robustus sum. Propterea & dixit: 2.Cor.12.c 2.Tim.2.b At sermo dei nõ est alligatus: vinctus erat cum malefactoribus, cum aliis captiuis ac vinctis, cum homicidis, doctor orbis. Qui in tertium vsque cœlum ascenderat, qui arcana verba audierat, vinculis detinebatur. Sed tum velocior erat ipsius cursus. Qui in vinculis erat, solutus: & qui solutus erat, vinctus erat. Nam hìc quidem quod volebat faciebat, ille verò eum non prohibebat, nec propositum suum adimplebat. Quid facis ô stulte? Non est enim corporalis cursor, non in stadio, qualia apud nos sunt, decertat. In cœlo conuersatur. Eum qui in cœlo cursum suum habet, quæ super terram sunt nec vincire poterunt, nec cohibere. Non Solem istum vides? Iniice radiis illius vincula, siste cursum eius. Sed non poteris. Ergo neque Paulum: immò multò minus istum quàm illum. Est enim maiore præditus iste prudentia quàm ille, tanquam qui lucem nobis non talem sed verã apportet. Vbi nunc sunt qui nihil volunt pro Christo pati? Quid verò dico pati, quãdo neque pecunias illius gratia amittere velint? Vin- Act.9.a ciebat & Paulus aliquãdo, & in carcerem coniiciebat. Verum posteaquam Christi factus erat seruus, non faciendo sed patiendo honoratus est. Et hoc verò prędicationis est præcipuum insigne, quando per patientes, & non per malè facientes ita erigitur & augetur. Vbinam quisquam talia certamina vidit? Qui malis afficitur, vincit: & qui malis afficit, superatur: ille illustrior quàm iste. Per vincula progressa est euangelij prędicatio. Nihil pudet, sed etiam in eo glorior, inquit, & crucifixum prædico. Etenim cogita mihi: Vniuersus orbis relictis illis qui soluti erant & liberi ad vinctos concessit, auersatus eos qui in vincula coniiciebant, illos honorauit qui catenis erant circundati, crucifixores perosus, crucifixum adorat. Non hoc solum admirabile est quòd homines piscatores, quòd idiotæ præcones erant, sed quòd & reliqua iuxta naturam impedimenta, nihil impediebant, sed magis etiam crescebat prædicatio. Non solùm nihil oberat insciti a, sed & hoc ipsum illustriorem reddebat prędicationem. Audi quippe quid Lucas dicat: Et comperto, inquit, quòd essent Act.4.c homines illiterati & idiotæ, admirabãtur. Non solum non impediebant vincula, sed & ea ipsa confidentiores eos reddebant. Non ita fiducialiter agebant discipuli soluto Paulo, atque vincto. Vt abundãtius, inquit, Philip.1.b iam audeãt sine timore loqui sermonem dei. Vbi sunt qui contradicunt prædicationi, dicentes non esse diuinam? An non satis erat ad condemnandum eos, quòd isti homines erant idiotæ? Debebant igitur vel hinc eos reuereri. Scitis enim quòd his duabus animi affectionibus detineatur multitudo, vana gloria scilicet, & metu. Inscitia non sinebat confundi? At pericula in metum coniicere debebant. Sed miracula, inquis, patrabant. Credite igitur ob id quòd miracula faciebãt. Sed non fecerint. Maius est ergo miraculum, quàm miracula facere, si præter miracula homines attraxerunt. Vinctus erat & Socrates à Græcis. Quid igitur, an non Socrates. mox fugiebant illius discipuli? Admodum. Non enim de immortalitate sermonem acceperãt. Sed vide hìc, vinctus erat Paulus, & confidentiores redduntur discipuli. Meritò: Videbant enim non impediri euangelij prædicationem. Num enim linguam alligare poteris? Hac potissimum currit prædicatio. Quemadmodum enim nisi cursoris pedes ligaueris, cursum illius non impedieris: ita euangelistæ cursum, nisi linguam alligaueris, non prohibueris: sed quo modo si cursuri lumbos vincieris, magis currit & in cursu solidatur, ita & iste magis prædicat: idque cum maiore fiducia. Meticulosus & pauidus est vinctus, cui nihil est, nisi vinculum. Qui verò & mortem contemnit, quo modo ligaretur? Non secus egerunt qui Paulum ligauerũt, quàm si vmbram eius alligassent, illiusq; os obturassent. Erat enim vmbratilis pugna. Et suis enim reddebatur desiderabilior, & inimicis venerabilior, tanquam animi virilis ac strenui ferens præmia, vinculum. Et corona caput vincit, sed non deturpat, verùm & illustre facit. Inuiti illum catena coronabãt. Etenim dic mihi: Potuitne ferro ligari, qui adamãtinas mortis portas destruebat? Rapimur dilecti vinculorum istorum zelo. Quæ- *Contra mu-* cunque mulieres ornamenta aurea fertis, Pauli deside- *lebre ornã-* rate vincula. Non ita vos quod circa collum est mo- *di studiũ.* nile illustres reddit, quemadmodũ ferreorum ille vinculorum illius ornatus reluceret animæ vestræ impositus. Si quis illa Pauli vincula desideranerit, ista prosequetur odio. Quæ nanque communio molliciei cum ánimi virilitate? Ornamento corporali cum philosophia? Illa vincula venerantur angeli, ista verò deridẽt etiam. Illa vincula à terra in cœlum vsque subuehere solent, ista verò de cœlo in terrã detrahunt. Sunt enim re vera ista vincula non illa. Illa sunt ornatus, ista verò vincula.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vincula.Ista cum corpore & animã stringunt,illa cum corpore & animam exornãt. Vis discere quòd illa sint ornamento? Dic mihi vter magis inspectores attraheret,tu,vel Paulus? Et quid dico tu? Ipsa regina, prorsus vndique auro conspicua sanè non magis videntes attraheret, sed si cõtingeret, eodem tempore & Paulum ligatum,& reginam, ecclesiam ingredi, omnes vtique visum ab illa ad istum transferrent. Et meritò. Admirabilius enim esset videre virum humana natura maiorem, & nihil humani habentem, sed angelum in terra versantem, quàm videre mulierem ad hunc modum ornatam & iactabundam.Possunt enim ista quidem & in theatris,& in pompis, & in balneis,& vbique videri: hominem verò vinculis circundatum, & in vinculis maximum habere se ornatum reputantem, & vinculis nihil cedentem si quis viderit, non terrenum, sed planè cœlo dignum spectaculum viderit.Animus terrenis istis circundatus circunspicit quis videat,quis nõ videat, fastu plenus, curis detentus, & innumeris aliis passionibus alligatus.Qui verò Pauli vinculis circundatus est,& fastu caret, & mente exultat, & omni cura liberatus, hilaris atque alacris ad cœlum suspicit. O si quis mihi Paulum daret ex ipso cœlo prospiciẽtem videre,ac vocem emittentem audire,aut ex ipso carcere: ex carcere sanè mallemus. Num enim ad ipsum non venerunt è cœlo, cùm esset in carcere? Prædicationis sustentaculum sunt vincula illa Pauli, fundamentum prædicationis est catena illa.Illa desideremus vincula. Et quo modo fieri potest,inquis?Si ista terrena contriuerimus & fregerimus. Nulla nobis vtilitas est ex his vinculis,sed damnũ etiam. Vinctos nos illic esse †ostẽdunt ista:Pauli verò vinculis, † soluuntur vinculailla. Quæ istis hìc vincta est,etiam immortalibus alibi vinculis & manus ligabitur & pedes: quæ verò Pauli vinculis ligata est, tunc habebit tanquam splendidum sibi circundatum ornatum. Solue teipsum simul à vinculo,& pauperem à fame.Quid peccatorum catenas connectis?Quo modo,inquis? Quando tu quidem aurum gestas,alius verò interea perit:quando tu quidem tantum auri insumis vt vanam assequaris gloriam, alius verò nihil interea habet quod edat,an non peccata cõnectis? Christum indue, non aurum. Vbi mammonas est,ibi Christus nõ est: vbi Christus est,ibi mammonas non est.Non velles regem ipsum prę omnibus induere?Si quis tibi purpuram & diadema dedisset,non præ quòuis auro accepisses? Ego tibi non ornatum regium tribuam, sed ipsum regem induẽdum exhibeo. Et quo modo,inquis,Christũ poterit quis iuduere? Audi quid Paulus dicit:Quotquot in Christũ baptizati estis,Christum induistis.Audi adhortationem apostolicam:Carnis,inquit, curam ne feceritis ad concupiscentiam. Ita Christus induitur ab eo,qui carnis curam ad concupiscentiam non facit. Si Christum induta fueris,metuẽt te & dæmones. Si verò aurum, ridebunt etiam homines.Si Christum induta fueris,venerabuntur te homines. Vis pulchra & honesta videri? Contenta sis creatoris tui figmento.Quid aurea ornamenta inducis,tanquam figmentum dei correctura? Vis decora & honesta apparere? Indue misericordiam, indue benignitatem, indue temperantiam & animi modestiam. Cuncta hæc auro sunt preciosiora. Ista pulchritudinẽ quoque venustiorem efficiunt, ista etiam eam quæ formosa non est,formosam reddunt. Si quando enim formã quis cum beneuolentia coniunctam viderit, sententiã suam iuxta †dilectionem feret: Jmaliciam verò non potest quisquam etiam pulchram existentem, pulchram dicere.Animus enim †stupefactus ac perculsus non rectè iudicat. Ornata erat aliquando Aegyptia. Sed ornatus erat & Ioseph. Vter erat formosior? Non dico, quando illa in regiis, hic verò in carcere erat. Nudus erat Ioseph,sed indutus erat castitatis indumentis. Illa induta erat, sed quàuis nuda turpior erat. Castitatem quippe non habebat. Quando vehementer ornaris ô mulier, tunc nuda quàuis turpior facta es. Decorum exuisti. Erat & Heua nuda: sed cùm induta esset, tunc turpior erat.Cum enim nuda esset,gloria dei ornabatur. Mox verò atq; peccati vestem induit, turpis facta est. Et tu quando superbiæ vestimentum induis, tunc turpior appares. Quòd enim sumptuositas vestimẽtorum non sufficiat ad ostendendam pulchritudinem, sed possit esse,vt quę induta est nuda sit turpior,demõstrabo. Dicite: Si tibicinis aut choraulis habitum esses & instrumenta induta,an non dedecus esset? Atqui aurea sunt eorum indumenta. Verùm hoc ipso dedecus esset,quòd aurea sunt.Sumptuositas enim scenæ, Tragœdis conuenit, hypocritis, mimis, saltatoribus, illis qui cum bestiis pugnant:mulieri verò fideli alia sunt à deo data indumenta,nempe ipse vnigenitus dei filius. Quotquot enim in Christũ baptizati estis,inquit,Christum induistis. Dic mihi, si quis tibi regalem dedisset vestem,tu verò supra illam seruile quoddam nacta indumentum superindueres, an non præterquam quòd dedecus cõmitteres,pœnas quoque meritò dares?Cœli & angelorum dominum induta es,& terrenis adhuc immoraris? Hæc ideo dixi, quòd magnum quidem in seipso malum est studium illud ornandi, etiam si nullum aliud malum ex eo nasceretur, sed liceret tutò & citra periculum habere.Ad vanam enim gloriam & fastum imbuit. Nunc verò & alia multa exornandi studio nascuntur:apertæ suspiciones,sumptus intempestiui,maledicentia,auariciæ & fraudis argumenta. Quid enim ornaris dic quæso: vt viro placeas? Igitur domi hoc facias.Hic verò contrariũ fit.Si enim proprio placere vis viro,aliis ne cura vt placeas.Si verò aliis placere vis,non potes placere tuo. Oportebat itaque forum ingredientem, aut ad ecclesiam procedentem cunctũ deponere ornatum.Præterea verò ne placere velis viro vnde placent & scorta, sed magis vnde placent mulieres liberæ. Quo nanq; discrimine,dic quæso,discernitur vxor à scorto?Quòd ista quidem hoc vnum respicit,quo modo corporis pulchritudine amicum attrahat,illa verò & domum gubernat,& liberorum particeps est,& reliquorum omnium. Filiolam habes?Vide ne damni quicquam capiat.Solent enim plerunque filiolę ad rationem educationis cõponi,& mores imitari maternos. Esto filiolæ tuæ castitatis & modestiæ exemplar.Hoc ornatu cõponitor,& vide quo modo vanum illũ contemnas.Hæc enim verè sunt ornamenta, ista verò turpitudo.Sufficiant ista. Deus autẽ qui mundum fecit,& qui animę nobis mundiciem dedit,ornet nos,& gloria sua circũdet,vt cuncti bonis operibus illustres,& ad gloriã eius viuentes, gloriam destinemus & rependamus patri & filio & spiritui sancto,Amen.

Homilia vndecima.

Sapienter ambulate erga extraneos, tempus redimentes. Sermo vester semper cum gratia sit sale conditus, vt sciatis quo modo oporteat vos vnicuique respõdere. Quod Christus ad discipulos dixit, hoc & Paulus nunc admonet. Quid verò Christus dixit? *Ecce ego mitto vos*

Galat.3.d
Roma.13.d
Matth.10.b

†ostendent
†soluentur
†calculum
A
B
C
D
προθυμίαν φέρει. ἐγείρω. ἐκκρούω. φιλοκερδὲς. μία.

mitto vos sicut oues in medio luporum. Sitis ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbę. Dicit ergo: Cauti sitis, ne vllam eis occasionē aduersum vos detis. Propterea verò addit, erga extraneos, vt discamus non tanta nobis cautione erga domestica membra opus esse, quanta erga extraneos. Non enim perinde est inter hostes & inimicos versari, atque inter amicos. Deinde quoniam terruerat, vide quo modo rursus animum illis indat. Tempus, inquit, redimētes: hoc est, Breue est hoc præsens tempus. Hæc verò non ideo dixit, q; velit eos varios & versutos aut hypocritas esse. Hoc enim non sapientiæ fuerit, sed stulticiæ. Sed quid? In quibus, inquit, nihil vobis damni fuerit, nullā prorsus occasionem illis date. Quod & ad Romanos scri- *Roma.13.b* bens dixit: Reddite omnibus debita, cui tributum debetis, tributum: cui vectigal, vectigal: cui honorem, honorem. Propter solam euangelij prædicationē, inquit, sit tibi dissidium & bellum. Nullum aliud initium hoc bellum accipiat. Si enim nobis etiam propter alia futuri sunt inimici, & nos mercede priuabimur, & ipsi deteriores erunt, videbuntúrque iustam aduersum nos habere querelam: vtpote, si vectigalia non soluerimus, si honores debitos non exhibuerimus, si humiles & modesti nō fuerimus. Non vides quàm submissus sit Pau- *Actor.27.a* lus, sicubi nihil dāni sit prędicationi? Etenim audi quid ad Agrippam dicat: Beatum me reputo, qui causam dicturus sim coram te hodie, cùm tu maximè sis gnarus, earum quæ apud Iudæos sunt & consuetudinū & quæstionum. Si verò putasset se calumniari debere principem, omnia vtique subuertisset. Audi autem etiam beatum Petrum, quàm mansuetè Iudæis responderit: di- *Matt.5.b* cens: Obedire oportet deo magis quàm hominibus. Quanquam homines isti vt erant animis abnegatis ac desponsis, facilè & conuicium dicere, & nihil non facere potuissent. *Verum huius gratia semetipsos abnegauerant, animúmque desponderant, ne vanę gloriæ studerent:* (est enim istud vanæ gloriæ studium) sed vt prædicarent, & cum fiducia cuncta loquerentur. Calumniari verò immodestiæ est. Sermo vester semper in gratia sale sit cōditus: hoc est, ne dum omnibus gratificari vultis, sine discretione promiscuè quóslibet amplectamini, & quæuis faciatis. Potest enim ad gratiam loqui quispiam, potest etiam cum honestate & decoro competenti. Vt sciatis quo modo oporteat vos vnicuique respondere. Itaque non eodem pacto disputandum est, cum omnibus * Græcis dico, & fratribus. Ne- **Μετα τῶν ἑλλήνων, gentilibus, ethnicis* quaquam. Nam hoc extremæ essent insipientiæ. *De omnibus rebus meis certiores vos faciet Tychicus dilectus frater, & fidelis & in dus minister & conseruus in domino.* Papæ, quanta est sapien- *sequentibus accipe.* tia Pauli, quàm non quæuis epistolis mandat, sed quæ necessaria sunt & persuadendi inducendique vim habent: primùm quidem nolens eas prolixius extendere, deinde & tabellarium quem mittebat venerabiliorem facere, vt haberet seorsim etiam quę narraret: tertiò, vt probaret quo esset erga illum animo. Nisi enim fuisset bono, ista vtique illi non credidisset & commēdasset: postremò quòd essent quædam literis non publicanda. Dilectus, inquit, frater. Si dilectus, omnia nouerat, & nihil illum celauerat. Et fidus minister, & conseruus in domino. Si fidus, nihil mentiebatur. Si conseruus, consors ergo erat & tentationum. Ergo vndique illi fidem & authoritatem fecit. *Quem in hoc ipsum ad vos misi.* Multam hic dilectionem ostendit. Siquidem huius gratia illum amandauit, & hæc peregrinationis huius causa fuit, quod & Thessalonicensibus scribens dixit: Proinde cùm non amplius ferremus, visum est *1.Thess.3.a* nobis, vt Athenis resideremus soli, ac mitteremus Timotheum fratrem nostrum. Et Ephesiis quoque eun- *Ephe.vlt.d* dem ipsum, eademque de causa misit. *Vt cognoscat quid agatis, & consoletur corda vestra.* Vide quid dicat: Non vt vos cognoscatis quo modo ego habeam, sed vt ego quid vos agatis, cognoscā. Ita nusquā quod se concernat, ponit. Ostendit autem eos & in tentationibus tūc fuisse, cum dicit, vt cōsoletur corda vestra. *Cum Onesimo dilecto & fido fratre, qui ex vobis est. De omnibus vobis exponent, quæ hic agūtur.* Onesimus hic est, de quo Philemoni scribens dixit: Quē ego volebam apud me retinere, vt *ad Philem.c* pro te mihi ministraret in vinculis euangelij, sed absq; animi tui sententia, nihil volui facere. Et encomium quoque ciuitatis adiicit, vt nō solùm nihil eos pudeat, sed etiam habeant vnde glorientur: qui ex vobis est, inquit. De omnibus vobis exponent, quæ hic aguntur. *Salutat vos Aristarcus concaptiuus meus.* Nihil isto encomio maius. Hic est qui ab Hierosolymis abductus erat cum eo. Maius dixit hic quàm prophetæ. Nam illi aduenas se & peregrinos vocarūt: hic verò & captiuum. Ad modū enim captiui ita ducebatur & tractabatur, & omnibus ad formam patiendi proponebatur. Immò peius etiam habebat, quàm captiui. Nam illos quidem hostes, postquā capti sunt, in magna deinceps securitate conseruant, curam eorum habentes, tanquā rerum & possessionum suarum. Hunc verò velut inimicum & hostem agebant, & tractabant omnes, distrahentes, verberantes, vituperantes, & calumniantes. Hoc verò discipulis etiam consolationi erat, quòd & præceptorem suum in talibus esse videbant. *Et Marcus consobrinus Barnabæ.* Et istum à cognatione laudauit. Vir enim magnus erat Barnabas. *De quo accepistis mandata, si venerit ad vos, excipite eum.* Quid enim? An non excepissent eum? Etiam. Sed cum magna, inquit, diligentia. Atque hoc ostendit magnum fuisse virum illum. Vnde verò mandata ista acceperint, non dicit. *Et Iesus, qui dicitur iustus.* Forte Corinthius erat iste. Deinde omnibus cō mune dat encomium, posteaquam vnicuiq; suum priuatim dedisset. *Qui sunt ex circumcisione. Hi soli cooperarij sunt ad regnum dei, qui quidem fuere mihi solatio.* Quoniam dixerat, concaptiuus meus, ne animum auditorū deiiceret, vide quo modo hoc ponat, illósque excitet. Cooperarij, inquit, ad regnum dei. Ergo qui consortes sunt tentationum, consortes sunt & regni. Qui quidem mihi solatio fuere. Declarat illos esse magnos, siquidem Paulo solatio fuere. Sed videamus prudentiam Pauli. Sapienter, inquit, ambulate erga extraneos, temporis opportunitatem redimentes: quasi dicat: Non est vestrum hoc tempus, sed illorum. Ne velitis igitur dominari: sed redimite tempus. Et nō dixit simpliciter ementes, sed redimentes, alio pacto, vt vestrum sit efficientes. Dementiæ quippe fuerit superfluas dissidiorum & inimiciciarū causas construere. Ad hoc enim, quòd superflua tolerantur pericula, & quæ nihil habent lucri, etiam istud damni accedit, quòd Græci nobis eò minus iunguntur. Nam si fueris inter fratres, meritò confidenter agis: apud extraneos verò non ita faciendum. Vides quo modo vbique Græcos vocat extraneos? Propterea & cum Timotheo scriberet, dixit: Oportet *1.Tim.3.b* autem ipsum & ab extraneis bonum habere testimo- *1.Cor.5.d* nium. Et iterum: Quid enim ad me attinet etiā de extraneis iudicare? In sapientia, inquit, ambulate erga extraneos. Extranei quippe sunt, etiam si eundem nobiscum mundum inhabitent, qui extra regnum sunt, & domum

Universidad de Deusto
Biblioteca

domum paternam cõstituti. Consolatur autem simul eos, quòd illos extraneos vocat. Quod & superius aliquantò dixit: Quoniam vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Tunc, inquit, gloriã quærite, tũc honores, tunc reliqua omnia: nunc verò nõ ita, sed illis ista permittite. Deinde quia redemptionis meminerat, ne putarent ipsum de pecuniis dicere, subiungit: Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, vt sciatis quẽadmodum oporteat vos vnicuique respondere. Ne hypocrisim sapiat. Hoc enim non esset gratiæ, neque sale conditum esse sermonem: Vtpote, si quisquam citra periculum colẽdus sit, ne detrectes. Si oportunũ sit placidè colloqui, ne putes istud adulationẽ esse. Quicquid ad honorem fuerit, prẽter pietatis iacturam, hoc facias. Non vides quo modo Daniel hominem impiũ coluerit? Non vides tres pueros, quo modo sese sapiẽter exhibuerint, & animi dexteritatem & fiduciam demonstrantes: & tamen nihil audaciæ, nihilq; molestiæ præsumentes. Hoc enim iam non veræ fiduciæ, sed vanæ fuisset gloriæ & ostentationis. Vt sciatis, inquit, quemadmodum oporteat vos vnicuique respondere. Aliter videlicet principi, & aliter subdito, aliter diuiti, aliter paupẽri. Quare? Quia diuitum & principãtium animi imbecilliores sunt plerunque, inflati, & delicati, ita vt necessaria sit hic opportuna quædam accommodatio, pauperum verò ac subditorum solidiores & prudentiores, ita vt hìc maiore possis vti fiducia & libertate loquendi, ad vnũ hoc aspiciens, vt ædifices. Non ideo, quia hic diues quidem, iste verò pauper: hic plus honorandus erit, iste minus: sed propter animi infirmitatem hic quidem toleretur, iste verò non ita: Vtpote, nulla existente causa, ne voces Græcum impurum, neque illum vituperes: sed si de dogmate eorum rogatus fueris, respondè quòd sit impurum & impium. Nemine verò rogante, neque cogente, nõ expedit vt temerè dicas, ne inimiciciam acquiras. Quæ nanque fuerit necessitas superfluas conflare inimicicias? Rursus si quenquam instruxeris, dicas iuxta rationem subiecti & auditoris: alioqui sileas. Si fuerit sermo tuus sale conditus, siue in animum delicatum inciderit, astringet molliciem: siue in confidentem, emolliet duriciem, siquidem gratiosus fuerit. Neque onerosus sit ac durus, neq; rursus mollis, sed & quod stringat habeat, & quod iucundum sit. Etenim si immoderatè perstrinxerit, magis nocebit, quàm proderit. Rursus si immoderatè gratificabitur, perniciem magis adferet, quàm vtilitatem. Itaque vbique oportet esse mensuram. Neque tristis sis ac durus. est enim iniucundum. Neque rursus dissolutus sis. contemptui quippe & proculcationi obnoxium reddet. Sed vtrinque quod virtutis est captans, maliciam fuge, instar apis cuiusdam, hinc scilicet alacritatem, illinc verò honestam grauitatem desume. Etenim si medicus non eadem ratione quæuis tractat & curat corpora, multò minus doctor. Quanquam corpora sanè magis eadem ferre queant pharmaca, quàm animus quisque eundem vbique sermonem: vt exempli gratia: Accedit ad te Græcus, & fit tibi amicus? Nihil illi de dogmate loquere, donec tibi valde fuerit amicus. Et quando fuerit, sensim ac mansuetè agas. Vide, & Paulus, cùm Athenas appulisset, quo pacto illis disseruerit. Non dixit: O impuri & sceleśti. Sed quid? Viri Athenienses, per omnia superstitiosos vos esse video. Rursus cum obiurgatione & vituperatione opus esset, nõ detrectabat, sed cum multa vehementia Elymæ dicebat: O plene omnis doli & omnis maliciæ fili diaboli,

Supr. 3. a

ἐκ παλλακῆς φάρμακα *i. incõgrua*

Act. 17. c

Ibid. 13. b

inimice omnis iusticiæ. Quemadmodum enim inhumanum, si illos vituperasset, ita si istum non vituperasset, animi mollis ac fracti fuisset. Rursus adductus ad præsidentem negocij gratia, competentes illi ac debitos honores exhibuit. De omnibus, inquit, exponẽt vobis quæ hìc aguntur. quare videlicet non simul venerim. Quid verò est, de omnibus vobis exponent? hoc, scilicet, vincula mea, & reliqua omnia quib° detineor. Non igitur, cùm & videre vos orauerim, & alios miserim, ipse venire ad vos tardassem, nisi magna necessitate detentus essem. Atque hoc certè culpare non poterant, etiamsi vehementer culpare voluissent. Quòd enim docere voluit, & in tentationibus se cõstitutum esse, & quàm generosè illas tulerit, fidelis hoc erat doctoris & animos illorum erigere cupientis. *Vnà cum Onesimo*, inquit, *dilecto & fide fratre.* Fratrem vocat Paulus eum qui seruus erat. Meritò: quandoquidem & seipsum seruum vocat fidelium. Fastum abiiciamus omnes, conculcemus superbiam. Seruum seipsum nominat Paulus, & orbe dignus & mille cœlis, & tu superbis? Qui omnia suo arbitratu, vt volebat, tractabat, qui primas habebat in regno cœlorum, qui iam erat coronatus, qui in tertium vsque cœlum ascẽderat, eos qui serui erant & fratres suos vocat & conseruos. Vbi est illa nostra insania? Vbi superbia? Ita fide dignus habitus est Paulo Onesimus, vt talia illi concrediderit. *Et Marcus*, inquit, *consobrinus Barnabæ, de quo mandata accepistis, vt recipiatis ipsum.* Fortè à Barnaba mandata acceperant.

ὁ πανταχοῦ ἄγαν ποθῶν φέρων, ὡς ἔοικεν.

Qui ex circuncisione sunt. Deprimit Iudæorum fastum, horum verò animos erigit. Nam pauci erant ex circũcisione, plures verò ex Gentibus. Qui quidem fuere mihi solatio. Declarat se in magnis esse tẽtationibus. Itaq; neque hoc exiguum fuerit, si quãdo sanctos etiam fuerimus, & nostra præsentia, & comitatu, & sermone, & officij sedulitate consolati, sicq; simul cum illis adflicti fuerimus. Vinctis enim compassi estis, tanquam & ipsi simul vincti. Si quando adflictiones illorum nostras fecerimus, coronarum etiam consortes erimus. Non es tractus in stadium? In certamen non descendisti? Alius exutus est, alius luctatur? At si voles, consors certaminis eris & tu. Ad certamen illum instructũ redde. Esto illius amicus & fautor. Extrà constitutus magnificè illi acclama, animi virtutem excita, animum recrea. Hæc erga reliquos omnes rectè fieri poterunt. Paulus verò nihilo horum indiguit, sed vt illos erigeret, ista dixit. Tu ergo reliquos omnes, detrahere & maledicere volentes compesce, adflicto compara amicos, à certamine, regressum cum multa cura & obsequio complectere, ita consors eris coronarũ, ita gloriæ. Et si nihil aliud feceris, gauisus verò fueris in certantis victoria, etiam sic cõsors factus es, neque id vtrunq; leuiter. Dilectionem nãque attulisti, bonorum omnium caput. Si enim flentes, consortes videntur esse luctus, & lugentibus etiam plurimum gratificantur, & magnã partem luctus adimunt: multò magis & gaudentes magnam exhibẽt gaudentibus voluptatem. Quantum enim sit adflictionis augmentum, non habere qui condoleãt, audi prophetam dicentem: Et expectaui, inquit, si quis esset, qui contristaretur, & non erat. Quapropter & Paulus inquit: Gaudete cum gaudẽtibus, ac flete cum flentibus. Auge iucunditatem, si videris celebrẽ haberi fratrem. Ne dicas illius est celebritas & gloria, quur ego gauderem? Non fratris ista, sed inimici sunt verba. Si *velis*, non *illius* est, sed tua. Tui est arbitrij, vt eam *maiorẽ*facias, si non tristis, sed lætus fueris, sed alacer, *sed hilaris.*

ἄλλος ἐκείνου.

Psal. 68. e

Roma. 12. c

Et quod

Et quod ita sit, hinc liquet. Qui liuidi sunt, non solùm glorioſis inuident, ſed & illis qui horum gloriæ & celebritati congaudent, ita ſcilicet nouerunt & ipſos in gloria eſſe. Atque hi potiſsimũ honore fruũtur. Nam qui celebratur quidem, erubeſcit, etiam ſi vehementer prædicetur: ille verò cum magna animi iucunditate gloriatur. Vo videtis apud athletas quo modo hic quidem coronatur, iſte verò non coronatur? Dolor verò & gaudium, hinc amicorum eſt & illinc odientium. Amici exultant, amici tripudiant. Vide quantũ ſit, non inuidere. Alterius eſt labor, & tua voluptas: Alius coronatur, & tu exultas, tu gloriaris. Nam dic mihi: Alius quum vicerit, tu quid exultas? Sed & illi bene nouerũt commune eſſe quod geritur, propterea victori quidẽ vicio non vertunt inuidi, tentant verò ſi queant deiicere ac demoliri victoriam, Audis autem victoris amicos eiuſmodi verba loquẽtes? Extinxi te, deieci te: quan B quam alterius eſt opus, tu tamen encomium arripis. Si ergo in externis tantum eſt bonum non inuidere, ſed aliena bona quaſi propria reputare: multò magis in victoria diaboli liquet illum hoc amplius aduerſum nos ſpirare, quò plures ſunt gaudentium. Quanquam enim ſceleſtus ſit & acerbus, exactè tamen nouit, magnam hanc eſſe voluptatem. Vis ipſum contriſtare? Gaude & lætare. Vis ipſum exhilarare? Triſtis eſto. Mœſticiam quam ille ex fratris victoria concepit, per tuam mœſticiam releuas. Cum illo ſtas, dum à fratre ſeiũgeris, qua in re maius malum cõmittis quàm ipſe. Non enim perinde eſt inimicum exiſtentem quę inimici ſunt facere, & eum qui amicus eſt, cum inimicis ſtare. Qui hoc facit, ſceleſtior eſt inimicis. Si bene audierit frater, ſiue dicendo, ſiue prædicando, ſiue quæ recta ſunt faciẽdo, C eſto conſors celebritatis eius, oſtẽde illum membrum eſſe tuum. Et quo modo, inquis? Ego enim non glorificor? *Ne loquaris hæc verba. Cõtrahe labia tua. Si apud me eſſes iſta dicens: manu tibi labia comprimerem, ne inimicus ea audiret.* Sępenumero inimicicias inter nos habere contingit, quarum tamen nullam ſpeciem inimicis exhibemus. Diabolo igitur tu diſsidij ſpeciẽ prębebis? Ne dicas hoc, ne cogites, ſed magis contrarium die, membrum meum eſt. Membri gloria ad reliquum corpus pertingit. Quid igitur, inquis, quòd extranei ad hunc modum non habent? Quia tu in cauſa es. Quando te vident alienum à fratris gaudio, alienantur & ipſi. Si verò te gaudium illius appropriare tibi viderint, non ita audebunt, ſed & tu ſimiliter illuſtris eris. Non es aſſequutus gloriã dicendo? aſſequutus tamen es congaudendo maiorem quàm ipſe. Si enim magnum bonum eſt dilectio, & caput omnium, tu eam quæ ex illa eſt coronam accepiſti: ille verò eam quę eſt ex rhetorica: tu eam quæ ex vehementi eſt amore, ille autem verborum præſtitit, & oſtendit virtutem: tu ipſis operibus inuidiam ſuperaſti, liuorem proculcaſti: itaque meritò magis coronaberis quàm ille, certamenque tuum illuſtrius eſt. Non ſolùm proculcaſti liuorem, ſed & aliud quid effeciſti. Ille vnam duntaxat habet coronã, tu verò duas, eaſq; hac vna ſplendidiores. Quas illas? vnam propter ſuperatam inuidiam, alteram verò, qua propter dilectionem coronaris. Congaudere nanque indicium eſt, non ſolùm ab inuidia liberum & purum eſſe, ſed & radicatam habere dilectionem. Illum plerunque & humana quædã affectio perturbat, vtpote vanę gloriæ ſtudiũ, tu verò omnis es affectionis huiuſmodi purus. Non enim ſi vanæ gloriæ ſectator eſſes, ſuper alterius bonis gauderes. Gubernauit ac direxit eccleſiam, A dic quæſo? Auxit collegiũ? Rurſus collauda. Habes duplicem coronam. Inuidiam vicißi, dilectione coronatus es. Quin rogo ac ſupplico, velis & tertiã audire coronam. Illi infernè applaudunt homines, tibi ſuperne angeli. Non enim eiuſdem eſt virtutis facundum eſſe, & animi affectiones vincere. Laus iſta temporalis eſt, illa verò æterna: iſta ex hominibus, illa ex deo. Ille apparet coronatus, tu verò in abſcondito coronaris, vbi videt pater tuus. Si ſeparatam à corpore vniuſcuiuſque animam videre poſſes, oſtẽderem ſanè tibi hanc coronam illa honeſtiorem eſſe & magis renitentem. Proteramus inuidiæ ſtimulos, proſimus nobiſipſis dilecti, cõnectamus ipſi coronam. Inuidus non homini, ſed deo aduerſatur. Quando enim videt aliquem, cui conceſſa eſt gratia & dolet, vt vellet eccleſiam ſubuerſam, iam non illi, ſed deo aduerſatur. Etenim dic mihi: Si quis puellam regiam adornaſſet, & ornando celebrẽ & venuſtam reddidiſſet: alius verò quiſquã deturpatam illam & exornari non poſſe cupiuiſſet: cuinam ille inſidiatus eſſet? Huic? An & puellæ & patri? Ita & hic. Tu qui inuides & eccleſiã impugnas, deo hoſtiliter aduerſaris. Quoniam enim celebritati fratris ſimul inſerta eſt eccleſiæ vtilitas, neceſſe eſt iſta peſſundata, peſſundari & illam. Itaque iuxta hãc rationem ſatanicũ opus facis, inſidias nectendo corpori Chriſti. Aduerſus eum doles qui nihil lęſit, immò multò magis aduerſus Chriſtum. Quid is te læſit, quòd corpus ipſius iuſta pulchritudine decorari nõ permittis? quòd ſponſam ipſius ornari non pateris? Cõtemplare verò mihi & mali huius pœnam, quantum videlicet inimicos tuos exhilaras, & illum ipſum celebrem, quem contriſtatum inuidendo cupis, magis lætificas: & magis hoc ipſo, quòd inuides, celebrem eſſe declaras. Nam aliàs nõ inuideres, immò magis prodis quàm miſerè crucieris. Pudet quidem ab iſtis dehortari. Veruntamen quoniam ita imbecilles ſumus, vel hinc eruditi pernicioſa hac affectione liberemur. Doles glorioſum eſſe fratrem? Quid ergo gloriã ipſius inuidẽdo extollis? Velles ipſum excruciari? Quid ergo te dolore premi declaras? Quid de teipſo ſupplicium ſumis priuſquam de illo, quem cuperes non eſſe celebrẽ? Duplex ex hoc illi voluptas erit, & tibi pœna. Non ſolùm quòd illum magnũ eſſe declaras, ſed quòd & aliam illi voluptatẽ paris, teipſum affligendo. Et rurſus quorum gratia tu doles, ille te inuidẽte lætatur. Vide quàm grauibus plagis noſipſos conficimus, & tamẽ non ſentimus. Inimicus eſt? Quanquam, quamobrem inimicus? Quid te læſit? Attamen & inimicum illuſtriorem reddimus, noſq; ipſos magis adfligimus. Quin & D hoc quoq; cruciamur, ſi ſenſerimus illũ iſta ſcire. Nam ipſe quidẽ fortaſsis non lætatur, nos verò putãtes enim gaudere etiam huius gratia dolemus. Deſine igitur inuidere. Vt quid teipſum vulneras? Hęc itaq; conſideremus dilecti, nempe duplicẽ non inuidentium coronã, præconia ab hominibus, & præconia à deo, mala quæ ex inuidentia naſcuntur, atq; ita beſtiã iſtam extinguere poterimus, & apud deum illuſtres fieri, & iiſdẽ cum illuſtribus frui. Aſſequemur enim æqualiter. Et ſi non fruemur æqualiter, cõmodi noſtri gratia fiet. Atque ita valebimus ad gloriam dei viuentes, bona diligentibus eum promiſſa conſequi, gratia & benignitate &c.

Homilia xij

Salutat vos Epaphras, qui ex vobis eſt, ſeruus Chriſti, ſemper pro vobis in precationibus decertãs, vt ſtetis perfecti & completi in omni voluntate dei. Teſtimonium enim illi

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim illi perhibeo, quòd multum habeat studium pro vobis, & his A *qui sunt Laodiceæ, & his qui Hierapoli.* Etiam initio epistolę
Supra 1.b virum hunc à dilectione commendauit. Dilectionem verò declarat & encomium, id quod ab initio dixit, Qui exposuit nobis, inquit, dilectionem vestram in spiritu. Dilectionem declarat, & amorem conciliat etiam ipsa intercessio. Commẽdat autem eum, vt ostium illi sermonis aperiat. Venerãdum enim esse doctorem discipulorũ, est vtilitas. Et rursus quod dicit, ex vobis, eò spectat, vt & ipsi in hoc viro glorientur, tanquam qui tales viros proferant. Semper, inquit, pro vobis in precationibus decertans. Non simpliciter dixit, orans, sed, decertãs, cum tremore & timore. Testimonium enim illi perhibeo, inquit, quòd multum studij pro vobis habeat. Testis, scilicet, fide dignus. Quòd multum, inquit, studij pro vobis habeat: hoc est, quòd plurimum vos diligat, & amore erga vos ardeat. Et his qui sunt Laodiceæ, inquit, & his qui Hierapoli: & illis eum commẽdat. Sed vnde hoc cognituri erant? Maximè quidẽ etiã si antea non audiuissent, tamẽ lecta epistola cognouerunt. Nam dicit, facite vt & in Laodicensium ecclesia legatur. Vt stetis, inquit, perfecti. Simul illos & arguit, & tolerabiliter admonet, consilióque iuuat. Potest enim quis & perfectus esse, & tamen non persistere, vtpote si omnia quidẽ nouerit, & tamen adhuc fluctuet. Rursus potest etiam fieri, vt non perfectus sit quisquã, & tamen stet, vt si portionem quidem aliquam duntaxat nouerit, & tamen solidè perstet. Verùm hìc vtraque imprecatur. Vt stetis, inquit, perfecti. Vide quo modo eos rursum admonuerit sermonis de angelis, & de vita. Et completi, inquit, in omni voluntate dei. Non enim sufficit simpliciter voluntatem dei facere. Qui completus est, non permittit aliam inesse sibi voluntatem. Alioquin non esset completus. Testimonium enim, inquit, illi perhibeo, quòd multum habeat studiũ. Et studium, & multum, vtraque intentionem habent.
† *de seipso.* Quemadmodum & † ipse Corinthiis scribens dixit:
2.Cor.11.a Aemulor enim vos dei æmulatione. *Salutat vos Lucas medicus dilectus.* Hic est euangelista ille. Non autẽ hunc postremò posuit, quòd abiectum haberet, sed vt Epaphroditum illum extolleret. Potest esse, vt & alij fuerint hoc nomine vocati. *Et Demas.* Cùm autem dixisset, salutat vos Lucas medicus, adiecit dilectus. Et hoc non modicum est encomium, sed admodum magnum, Paulo esse dilectum. *Salutate fratres qui sunt Laodiceæ, & Nymphan, & quæ in domo illius est, ecclesiam.* Vide quo modo eos conglutinat, & inuicem coniungit, nõ solùm salutando, sed & epistolas exhibendo. Deinde rursus gratificatur, seorsim istum appellando, & salutando. Facit autem hoc non temerè, sed vt & alios in D idem studij inducat. Neque enim parum est cum aliis non connumerari. Vide ergo quo modo declarat virum hunc esse magnum. Siquidem in domo eius erat ecclesia. *Et cùm lecta fuerit apud vos epistola, facite vt & in Laodicensium ecclesia legatur.* Videntur mihi quædam eorum quæ in hac epistola scripta sunt, & ab istis audiri oportuisse. Et maior erat vtilitas, vt ex aliorum reprehensione sua dilecta agnoscerent. *Et vt eam, quæ est ex Laodicea, & vos legatis.* Quidam dicunt non eam intelligendam, quam ad eos Paulus, sed quã ipsi Paulo miserint, propterea quòd non dixit, vt eam quæ ad Laodicenses, sed quę ex Laodicea scripta est. *Et dicite Archippo: Vide ministerium quod accepisti in domino, vt illud impleas.* Qua ratione non ad ipsum scripsit? Fortè non indiguit, nisi obiter dũtaxat submoneri, vt diligẽtior esset.

Salutatio mea manu Pauli. Istud germani candoris & amiciciæ signum est, nempe & manus ipsius videre literas, & nonnihil erga illas affici. *Memores sitis vinculorũ meorum.* Papæ, quanta consolatio. Potẽs enim hoc erat eos ad omnia incitare, & germaniores ac dexteriores ad certandum facere: quin & familiariores eos reddidit. *Gratia vobiscum, Amen.* Magnum encomium, & maius reliquis omnibus, quòd de Epaphrodito dicit, qui est ex vobis, seruus Christi: & pro ipsis illum Christi ministrum esse dicit, quemadmodum & seipsum ecclesiæ ministrum vocat: vt quando dicit, Cuius factus *Ephes.3.a* sum ego Paulus minister. Ad eandem dignitatem virum hunc euehit, & in præcedentibus conseruum vocat, & hìc seruum Christi, qui est ex vobis, inquit. Ac si ad matrem dissereret ac diceret: Ex vtero tuo est iste. Sed hoc encomium inuidiam peperisset, propterea nõ B solùm ex his illum commendat, sed & ex illis quæ ad eos attinent, atque & illic inuidiam amolitur & hìc. Semper, inquit, decertans pro vobis. Non nunc solùm apud nos, vt nobis, neque solùm apud vos, vt vobis sese ostentet. Magnam animi alacritatem ostẽdit, quod dicit, decertans. Deinde, ne videatur adblandiri illis subiũxit, quòd multum habeat pro vobis studij, & pro his qui sunt Laodiceæ, & his qui Hierapoli, & vt stetis perfecti. Neque hoc adulatorium est, sed suspiciẽdi doctoris. Et completi, inquit, & perfecti. Hoc quidem dedit: istud verò adhuc deesse dixit. Et non dixit, ne dimoueamini, sed, vt stetis. Eò sanè quòd à multis eos salutari scribit, illos recreat, quòd non solùm domestici ex ipsis, sed & reliqui eorum recordentur. Et dicite Archippo: Vide ministerium quod accepisti in domino. Potissimum eos illi subiicit. Non enim poterant amC plius de illo conqueri, quòd ab eo reprehenderentur, quãdo† ipsi sese facturos omnia polliciti essent. Alioqui præter rationem fuisset, si discipulis de doctore † *illi ipsi essent qui* quid mandasset. At vt eos compesceret, ista scribit. Dicite, inquit, Archippo. Vide istud, vbique † metuentis verbum est. Vt quando dicit, videte canes: videte ne † quis sit qui vos deprędetur: vide ne quo pacto facultas vestra offendiculo sit iis, qui infirmi sunt. Et vbique ita dicit, quando solicitè metuit. Vide, inquit, ministerium tuum quod accepisti in domino, vt illud adimpleas. Neque permittit ipsum sui iuris esse, quemadmodum & de seipso dixit: Si enim volens hoc egero, mer- *1.Cor.9.c* cedem habeo: si verò inuitus, dispensatio mihi concredita est. Vt illud adimpleas, continua vsus diligentia. Quod accepisti in domino, vt illud adimpleas. Rursus illud, in, idem est, atque, quod accepisti per Christum. Ipse, inquit, illud tibi dedit, non nos. Et eos illi subdit, dum declarat à deo ministerium hoc illi demãdatum esse. Memores sitis vinculorum meorum. Gratia vobiscum, Amen. Timorem excusit. Et si enim in vinculis est doctor, gratia tamẽ illum liberat. Atque hoc ipsum est gratiæ, quòd datũ est eum ligari. Etenim audi quid Lucas dicat: Nempe quòd reuersi sint apostoli à con- *Act.5.g* spectu concilij gaudẽtes, quòd digni habiti essent pro nomine ipsius contumelia affici. Est enim re vera dignatio, etiam contumelia affici & ligari. Si enim qui amicum habet, lucro deputat, si illius gratia quicquam ferat, multò magis si propter Christum hoc fiat. Ne tristemur itaque in adflictionibus quę propter Christum accidunt, sed memores simus vinculorum Pauli etiam nos. Atque hoc nobis incitamento erit: Vtpote, adhortaris quosdam, vt pauperibus propter Christum contribuãt, admone illos vinculorum Pauli, tuique ipsius

† *illi ipsi essent qui* … *mia recepissent.* † *metuentis sint.* † *metum inutientia.*

& ipsorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

& ipsorum miserere. Si ipse quidem & corpus propter ipsum vinculis dedit, tu verò ne cibum quidem porrigis? Extolleris & tentaris virtutum gratia? Memor esto vinculorum Pauli, quoniam nihil tale passus es, neque dum pateris. Tentaris circa desiderium quorundam proximi bonorum? Memor esto vinculorum Pauli, & videbis quàm sit absurdum illum esse in vinculis, te verò deliciari. Rursus deliciarum concupiscentia prehenderis? Recordare carceris Pauli: discipulus illius es, illius commilito. Quam rationem habet, cõmilitonem quidem tuum in vinculis esse, te verò in deliciis? In adflictionibus es? Putas te derelictũ esse? Audi sermones Pauli, & videbis quo modo in adflictione esse, non sit derelictionis indiciũ. Velles sericis indui? Memor esto vinculorum Pauli, & videbuntur tibi serica indumenta quibúsuis fœtulentis panniculis abiectiora esse. Velles aureis indumentis amiciri? Recordare vinculorum Pauli, & ostendent tibi nihil illa schœno protrito melius habere. Vis ornari capillis, formosaq; videri? Considera squalorem Pauli in carcere, & accenderis erga illam pulchritudinem, hàneque extremam deformitatem esse putabis, atque amarum ingemisces desiderio vinculorum illorum correpta. Vis odoramenta & fucum, & quicquid huiusmodi est, tibiipsi accommodare? Cogita illius lachrymas. Triennium noctes ac dies à lachrymis non cessabat. Hoc ornatu genas tuas adorna. Lachrymæ istæ splendidiores eas faciẽt. Non dico, vt pro aliis illachrymes. Vellem quidem & istud. At sublimius est. Sed pro peccatis tuis hoc facere adhortor. Iusisti loris constringi puerum, & irata es, & exacerbata? Recordare vinculorũ Pauli, & mox irasci desines, cogita vinctorum nos esse consortes, non ligantium, contritorum corde, non conterentium. Risu & *cachinnis admodũ effusa es? Mente lamentationes ipsius concipe, & ingemisce, multò te lachrymæ istę illustriorem exhibebũt. Vides deliciantes & saltãtes?* Memor esto lachrymarum Pauli. Quo fonte tanta fluenta scaturiere, quot ex illius oculis lachrymæ? Memores estote, inquit, lachrymarum mearum, quemadmodum hic dicit, vinculorum meorum: & meritò hæc illis dicebat, cùm ex Epheso eos Miletum accersisset. Doctoribus nanque loquebatur. Itaque ab illis quidem exigebat, vt simul ad hanc functionẽ conferrent & collaborarent: ab istis verò duntaxat vt simul pericula ferrẽt. Quem fontem voles lachrymis istis conferre? An eum qui in paradiso est, qui terram vniuersam irrigat? Sed nihil quod par sit, dixeris. Iste quippe lachrymarũ fons animas irrigauit, non terram. Si quis nobis lachrymantem & ingemiscentem Paulum ostendisset, an nõ melius fuisset illum videre quàm mille choros splendidè coronatorum? Non dico de vobis. Sed si quis ex theatro & scena lasciuorum † quopiam abstracto in corporum amorem flagrante & debacchante, Jvirginẽ quandam ostenderet ipso ætatis flore atque in cæteris, contubernales vincentem, & in facie, præter reliqua membra, oculos habentẽ teneros ac delicatos, tacitè insidiãtes, tacitè circunspicientes, flexibiles, placidos, serenos, subridentes, & multò quidẽ exornatos pudore, verum & multa gratia ex nigris decoratos palpebris, deinde & infernè, & supernè coronatam, viuidam, vt ita dicã, ac splendidam habentem frõtem, & rursus infra illam genas exactum ruborẽ assequutas, & marmoris instar plurimam subiectam æquabilitatem, deinde mihi vicissim ostenderet Paulum lachrymantem, hac planè relicta ad illius contemplationem resilirem. Pulchritudo

θέλεις ἐπὶ ῥήματα καὶ σκυθρωπὸς ἑαυτῇ πα ιῆσαι.

† corporum amore flagrantiũ & debaccãtiũ abstractã J pro accusatiuo enim ἀφῃρημ ένην pu ta legendũ, quemadmodum per ὑπαλλ.

A quippe spiritualis ab illius oculis relucebat. Altera nanque pulchritudo adolescentum animos euolare facit, incendit, & inflammat: ista verò contrario modo sedabat, ac deprimebat. Qui huius oculos videt, mẽtis oculos formosiores efficiet, libidinẽ deiiciet, philosophia adimplebit, multa compassione & adamãtinum quoque animum emollire poterit. His lachrymis irrigatur ecclesia, his plantantur animæ. Etiam si ignis adfuerit, hæ illum lachrymæ extinguere valent, & sensibilem, & corporalem. Hæ lachrymæ ignea scelesti iacula extingunt. Memores itaque simus lachrymarum eius, & presentia ridebimus omnia. Has lachrymas & Christus beatificauit, dicens: Beati lugentes, & beati flentes, quoniã ipsi ridebunt. Tales lachrymas emiserunt & Esaias, & Hieremias: & ille quidem dixit: Permittite me vt amarè fleam: hic verò, Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontes lachrymarum, tanquam non sufficiente, ad hoc naturali fonte. Nihil his lachrymis iucundius: quóuis risu suauiores sunt. Nouerunt lugentes quantum habeat res ista solatij. Ne putemus eam esse odiosam, sed valde optabilem, non vt alij peccent, sed vt aliis peccãtibus nos ploremus. Recordemur harum lachrymarum, horum vinculorum. Ergo præterquã quòd vinctus erat, lachrymabatur etiã? Non permittebat autem illum voluptatem eam, quæ ex vinculis erat, sentire pereuntiũ, hoc est, in vincula coniicientium, mors: etenim illorum gratia dolebat. Erat enim discipulus illius, qui sacerdotes Iudæorum defleuerat: non quia ipsum crucifixuri erant, sed quòd perierant. Et non ipse solus hoc fecit, sed & alios ita hortatus est dicens: Ne ploretis super me filiæ Hieruſalem: viderãt paradisum illi oculi, viderant tertium cœlum, sed non ita beatos illos visionis istius gratia dico, quemadmodum propter lachrymas per quas Christum viderunt. Hoc quippe verè demum beatum est. Nam & ipse in hoc gloriatur dicẽs: An non Christum Iesum dominũ nostrum vidi? Sed beatius est lachrymari. Quandoquidem multi quidem visionis istius consortes fuere, & tamen Christus eos quoque, qui illius expertes extitere, beatificat dicẽs: Beati qui non viderunt, & crediderũt. Hoc verò non ita multi assequuti sunt. Si enim in hac vita manere propter Christũ, necessarium magis est q̃ ad ipsum hinc absolui, idq; propter aliorum salutẽ: ergo & necessarium magis est ingemiscere propter eos, quàm Christũ videre. Si enim desiderabilius est ipsius gratia in gehenna esse, quàm apud ipsum: ergo & propter ipsum separari ab eo desiderabilius est, quàm esse cũ eo. Hoc quippe est quod dixit: Optabã ego ipse anathema esse à Christo. Multò magis & illachrymari propter ipsum non cessaui. Cum lachrymis, inquit, vnumquenq; admonens. Quare? Non pericula metuens, sed quemadmodum qui ægroto assidet, & finẽ nescit, amoris gratia lachrymatur, metuẽs ne moriatur: ita & ipse. Quando videbat ægrotum & increpare non valebat, quod reliquum erat, lachrymabatur. Istud & Christus fecit: vt vel lachrymarum gratia verecundarentur. Vtpote delinquebat quisquam, increpabat eum. Respuebat eum reprehensus, & resiliebat: illachrymabatur, vt vel ita attraheretur. Harum recordemur lachrymarũ. Ita filias nostras educemus, ita filios, lachrymantes si quando in malis eos esse viderimus. Quotquot amari volunt, recordentur lachrymarum Pauli, & ingemiscãt: quotquot beatificari cupiũt, quotquot in thalamis estis, quotquot in voluptate, istarũ memores sitis: quotquot in luctu, mutate lachrymis lachrymas. Non mor-

Matth.5.d
Esaiæ 22.d
Hierem.9.b
Luc.23.d
Ioan.20.g
Philip.1.c
Roma.9.a

tuos lugebat ille, sed pereuntes ac viuentes. Dicam & alias lachrymas. Fleuit etiam Timotheus. Erat enim huius discipulus. Quapropter & scribens illi dixit, Memor lachrymarum tuarum, vt gaudio adimplear. Cõplures ex voluptate quoque plorant: ita & voluptatis est res ista, & maxime vehementis: ita molestæ nõ sunt lachrymæ, sed quæ ex tali sunt dolore, meliores multò sunt, quàm quæ sunt ex voluptate mũdana. Audi quid propheta dicat: Audiuit dominus vocem fletus mei, audiuit vocem deprecationis meæ. Vbi enim non vtiles sunt lachrymæ? In precationibus, & adhortationibus plurimùm valent. At nos eas infames reddimus, non ad quæ datæ sunt illis vtentes. Quando fratrem delinquentem admonemus, flere oportet lugendo & suspirando. Quando adhortamur aliquem, is verò non attendit, sed perit, flere oportet. Philosophiæ sunt hæ lachrymæ. Quando autem pauper quispiam est, quãdo morbo corporali correptus, quando moritur, non hęc est lachrymãdi ratio. Non enim ista digna sunt lachrymis. Quemadmodum igitur & risum infamamus, intempestiuè illo vtentes, ita & lachrymas, dum illas importunè vsurpamus. Vniuscuiusque siquidem virtus tum est conspicua, quando ad idoneum & conueniẽs opus assumitur, quãdo verò ad alienum, non item: vtpote, vinum ad animi hilaritatem datum est, at nõ ad ebrietatem: panis ad nutrimentum: congressus muliebris ad puerorum procreationem. Quemadmodum ergo illa diffamata sunt, ita & lachrymæ. Ponatur lex vt in precationibus duntaxat, & in admonitionibus illis vtamur, & vide quo modo, & iucundum hoc futurum sit. Nihil ita peccata expurgat, vt lachrymæ. Et faciem formosam exhibent, eamque corporalem istam. Nam ad misericordiam alliciunt videntem. Venustam nobis illam faciunt. Nihil iucundius oculis illachrymantibus. Est enim hoc membrum nobilius in nobis, & formosius, & animo peculiare. Quasi igitur animum ipsum lamentari videamus, ita flectimur. Hæc nobis non temerè dicta sunt, sed vt vos nec nuptias, nec saltationes, nec choreas accedatis satanicas. Vide nãque quid inuenerit diabolus. Quoniam ipsa scenæ, & eorũ quæ illic inhoneste geruntur, natura, mulieres abegit, in ipsum mulierem conclaue, & contubernium theatri turpitudinem abduxit, molles dico & scorta. Hanc perniciem lex & consuetudo nuptiarum subintroduxit: immò verò non nuptiarum. Absit, sed nostræ mollitiei. Quid facis homo? Ignoras quid facias? Vxorem castitatis, & puerorum procreandorũ gratia ducis. Quid igitur sibi volunt scorta? Vt maior, inquis, sit hilaritas. Atqui nonne sunt ista insipientiæ? Probro afficis sponsam, probro vocatas ad nuptias. Si enim talibus delectantur, probrum est res ista. Si mulieres fornicarias dedecorosas videre magnificentiam quãdam adfert, qua ratione non & sponsam protrahis, vt & ipsa spectetur? Omnino ignominiosum & turpe est, viros molles & saltantes, omnémque satanicam pompam in ædes introducere. Memores estote, inquit, vinculorum meorum. Vinculum est coniugium, vinculum præscriptum à deo. Solutio est scortum, immò dissolutio. Possunt aliis exhilarari nuptiæ, vt mensis multiplicatis, & vestimentis præcipuis. Non amputo talia, ne videar admodum agrestis. Quanquam Rebeccæ sufficerit solum theristrum. Sed non amputo. Liceat vestimentis splendescere, liceat exhilarari præsentia venerabilium virorum, venerabilium matronarum. Quid ridicula illa, quid monstra inducis? Dic quę ab ipsis audias. Sed erubescis ea dicere? Erubescis, & cogis illos ea facere? Si bonum & honestum est quod faciunt, quamobrem non & ipse hoc facis? Si verò turpe, quur alium cogis? Omnia oportebat castitate plena esse, omnia grauitate, omnia honestate. Contrarium verò video, lasciuè saltantes, scilicet, veluti camelos & mulos. Virgini thalamus duntaxat conueniens est. At paupercula est, inquis. Quoniam paupercula est, debet & ornata esse. Habeat modestiam loco diuitiarum. Dotem non habet quam det? Quid ergo illam & aliunde contemptibilem facis, nempe ab ista peruersione? Laudo quòd virgines adsunt contubernalem suam honorantes, quòd adsunt matronæ eam honestantes, quæ iam in earum ordinem assumitur. Bene istud decretum est. Sunt enim hi duo chori, virginum & nuptarum. Istæ tradunt virginem, illæ excipiunt. Sponsa inter istas est nec virgo iam nec vxor. Nam illinc proditur, & ad istum matronarum cœtum accedit. Scorta verò quid adsunt? Debebant intimè occultari existentibus nuptiis, debebãt defodi. Fornicatio quippe nuptiarum corruptela est. Nos verò scorta ad nuptias ducimus? Et quando quicquam aliàs etiam verbotenus facitis ad vitanda aduersa auguramini. Quemadmodum & quando seminatis, quando vinum ex torcularibus exhauritis, quæ vappam indicant, an non secernitis? Hic verò vbi seruanda est castitas, vappam inducitis? Hoc enim est fornicatio. Quando vnguentum odoriferum conficitis, nihil quod fœtidum sit adiungi sinitis. Vnguentum sunt nuptiæ. Quid ergo cœni fœtorem dum vnguentum hoc paratur inducis? Quid dicis? Saltat virgo, & non pudefacit contubernalẽ? Oportet enim eam grauiorem esse quàm ista sit. Ista enim ex vlna sponsi, non ex palæstra progressa est. Neque enim *omnino in nuptiis virgo comparere debet. Non vides quo modo in regiis qui honoratiores sunt, intus* sint apud regem: qui verò contemptiores, extra? Etenim intus esto apud sponsam. Sed casta in domo mane, ne virginitatem tuam probrosam ostentando red das. Adstat vterque chorus. Hic quidem, qualem det ostendens, iste verò, vt eam custodiat. Quid virginitatem dedecore afficis? Si enim tu talis, talia, & si tu ab illa amari cupis: nundinatoris, & olerum venditoris, opificisque sunt ista. Non sunt hæc turpia? Turpe nanque præter decorum agere, etiam si filia regis sit. Non enim impedit paupertas, non vitæ institutum & conditio. Etiam si serua sit virgo, in castitate maneat. Nam in Christo Iesu neque seruus est, neq; liber. Non theatrum sunt nuptiæ: mysterium sunt, & typus rei magnæ. Si typum non vereris, reuerere tamen illud, cuius typus est. Mysterium hoc, inquit, magnum est. Ego autẽ dico in Christo & in ecclesia. Ecclesiæ typus sunt nuptiæ, & Christi, & tu scorta inducis? Si ergo neque virgines saltabunt, inquis, neque nuptæ, quis saltabit? Nemo. Quæ enim saltandi necessitas? In Græcorum mysteriis saltationes sint: in nostris verò, silentium, decorum, pudor, & modestia. Magnum celebratur mysteriũ. Absint scorta, absint profani: quo modo mysterium est? Conueniunt duo, & faciunt vnum. Quamobrem: quandoquidem ingreditur, nec saltatio, nec cymbala, sed plurimum est silentij, plurimũ quietis: quando verò congrediuntur, non inanimatam quandam imaginem, neque imaginem alicuius eorum quæ sunt super terrã, sed ipsius dei, & iuxta similitudinem eius procreaturi, tãtum inducis tumultũ, & eos qui adsunt turbas, spõsamq; pudore suffundis ac territas? Veniunt vnum *corpus futuri:* ecce

Ingreditur taxandos nuptiarum abusus.

2. Tim. 1. a

Psal. 6. c

Galat. 3. d

Ephes. 5. g

μὴ ἐκπέμπε πάντας

παρθενίαν

Universidad de Deusto Biblioteca

riiecce rursus dilectionis mysterium. Si duo non fierent vnum, non efficerent multos quousque duo manerent. Quando verò in vnitatem deueniunt, tunc efficiunt. Quid hinc discimus? Magnam esse vnitatis potentiam. Prouidẽtia & industria dei vnum hominem primum in duos initiò diuisit, & vt ostenderet quòd etiam posteaquam eum in duos diuisisset, vnus tamen maneret, nõ permisit vnum ex illis ad procreationem sufficere. Nõ enim adhuc vnus est, sed dimidiũ vnius. Atque id liquet, quòd liberos non procreat, quemadmodum & prius. Vides coniugij mysterium? Fecit ex vno vnum: & rursus cùm duos illos vnum fecisset, ita vnum facit, vt & nunc ex vno generetur homo. Vxor enim & vir nõ sunt homines duo, sed vnus homo. Potest autem hoc multis etiam certificari: Vtpote à Iacobo, à Maria matre Christi, ex eo quod dicitur, Masculum & fœminam fecit eos. Si hic quidem caput, illa verò corpus: quo modo duo sunt? Quapropter illa quidẽ discipuli, hic verò doctoris locum sustinet: hic principis, illa subiectæ. Et ab ipso corporis fingẽdi modo deprehenderit quis duos esse vnum. Nam ex costa facta est Heua: vt quasi semisecta duo fuerint. Propterea & adiutorium vocat, vt ostẽdat eos vnum esse. Propterea patri & matri cohabitationem præfert. Et pater similiter gaudet nubẽtibus & filia & filio, tanquam ad proprium membrum properante corpore. Et cùm tantus fiat sumptus, pecuniarúmque imminutio, non tamen patitur innuptam negligi. Quemadmodum enim diuisa & separata vtrinque carne inutilis est ad filiorum procreationem vterque: ita & vterque ad præsentis vitæ subsistentiam inutilis est. Propterea & propheta dicit, Defectio spiritus tui. Quo modo verò fiunt ad carnem vnam? Quemadmodum si quod in auro purissimum est, abstractũ alio miscueris auro: *ita sanè & hìc, quod pinguissimum est, mulier quasi conflante voluptate acceptum, nutrit ac fouet, collatóque de suo quod habet, virum reddit.* Est autem puer instar pontis cuiusdam. Tres itaque vna fiũt caro, puero ambos in vnum vtrinque coniungente. Quemadmodum enim si ex duabus ciuitatibus fluuio interlabente dissectis per põtem illas vtrinque coniungentem, vna fieret: ita & hìc est, & amplius etiam: quandoquidem pons ipse ex vtriusque substantia est iuxta hanc rationem, sicut corpus & caput, vnum corpus sunt. Nam collo quidem diuiduntur, attamen non magis diuiduntur, quàm coniunguntur. Medium enim existẽs vtraque coniungit. Atque hìc fit, quemadmodum si chorus diuulsus, vna quidem sui parte hinc à sinistra prehensa, altera verò à dextera, vnum efficiat: aut quemadmodum qui animo territi ac perculsi sunt, illi si manus inuicem porrexerint, vnum fiunt. Manus enim expansæ duos esse non sinunt. Propterea & diligenter nõ dixit, erunt vna caro, sed ad carnem vnam, coniuncta ea quæ pueri est. Quid ergo si puerum non habuerint? Non erunt duo. Commixtio quippe hoc facit. Confudit & commiscuit vtrorumque corpora. Et quemadmodum si quis vnguentum oleo immisceat, totum vnum efficit: ita sanè & hìc. Noui complures ex dictis pudore suffundi, atq; huius causa sunt quæ dixi, nempe lasciuia & petulãtia. Quòd nuptiæ ad hunc modum fiunt, quòd ita corrũpuntur, causam istam infamem reddidit. Nam honorandæ sunt nuptiæ, & impollutus matrimonij congressus. Quid pudet rei honestæ? Quid erubescis i eo quod impollutum est? Hæreticorum hoc est, eorum est, qui in nuptias scorta introducunt. Propterea purgare nup

Gen.2.d *Ibid.2.c.d* *Psal.141.a & 142.b* *Locus videtur habere defectũ.* *Quo modo sint instituẽdæ nuptiæ.*

tias volo, vt ad propriam nobilitatem reducantur, vt hæreticorum ora obstruãtur. Vituperatur donum dei, radix generationis nostræ. Multum stercoris & cœni circa hanc radicem est. Istud ergo sermone hoc expurgemus. Sustinete igitur paululum. Nam & qui cœno occupatur, fœtorẽ tolerat. Demonstrare volo, non debere vos in istis pudore suffundi, sed potius in illis quę facitis. Deum itaque condemnas, qui rem istam ita sanciuit. Dicam quo modo & ecclesiæ sit mysterium, quẽadmodum Christus ad ecclesiam venerit, quemadmodum illa ex eo facta sit, isque eam congressu spirituali accesserit. Nam despondi vos, inquit, vni viro virginem castam. Deinde & ex eo nos esse dicit, ex mẽbris eius, & ex carne eius. His omnibus itaque consideratis, non pudeat nos tanti mysterij. Aduentus Christi typus sunt nuptię, tu verò inebriaris? Dic mihi, Si videris imaginem regis, an veluti re turpi visa erubescis? Nequaquam. Videntur quidem quæ in nuptiis facitis, ἀσέλγειαν leuia esse, susque deque facienda, sunt verò magnorum malorum causa. Omnia iniquitate plena sunt. Obscœnitas, inquit, & vrbanitas ex ore vestro non procedat. Omnia verò illa obscœnitas sunt, & stultiloquium, & vrbanitas: neq; id vulgariter, sed cum exaggeratione. In artificium enim res abiit, & magnis extolluntur encomiis qui eam exercẽt. Peccata, inquam artificium facta sunt. Neque triuialiter illa exercemus, sed studiosè, & cum peritia. Et diabolus præterea rerum suarum hìc probè ducem agit. Vbi enim ebrietas, lasciuia, vbi turpiloquium est, ibi diabolus adest, officium suum impẽdens, istis videlicet inescatus. Mysterium Christi celebras, & diabolum aduocas? Fortè grauem me & onerosum putatis. Nam & hoc magnæ peruersionis est, quòd & qui reprehendit, risu, veluti austerus, dignus esse putatur. Non auditis quid Paulus dicat? Quicquid feceritis, siue edatis, siue bibatis, siue aliud quid faciatis, omnia ad gloriam dei facite. Vos verò omnia ad diffamiam & ignominiam. Prophetam non auditis dicentem: *Seruite domino in timore, & exultate illi cum tremore?* Vos verò lætitia resoluimini. Nequit enim fieri, vt & ad hunc modum lætemini, & cautè agatis. Vis audire concentus suaues? Maximè quidem non oportebat. Veruntamen permitto, si ita vis. Non tamen satanicos audias, sed spirituales. Vis videre saltantes? Vide chorum angelorum. Et quo modo, inquis, videre potero? Si ista spurca abegeris, veniet & Christus ad has nuptias: Christo verò præsente, adest etiam angelorum chorus. Si voles & miracula faciet, quemadmodum tunc, faciet & nunc ex aqua vinum, multòque præclarius. Concupiscentiam dissolutam, fluxam, & frigidam immutabit, & in spiritualem transferet: hoc est ex aqua vinum facere. Vbi tibicines sunt, nusquam Christus est. Sed si illuc ingreditur, primùm illos eiicit, atque tum demum mirabilia patrat. Quid satanica pompa iniucundius & molestius? Vbi omnia sunt incondita, ibi & omnia sunt deformia. Si verò etiam conditum quicquam sit, rursus omnia turpia, omnia iniucũda. Nihil virtute suauius, nihil honestate dulcius, nihil gratitate desiderabilius. Faciat quisquã nuptias, quales ego dico, & videbit voluptatem. Quales illas? Attendite. Primum virgini quæras virum, qui verè virum & tutorem illi præstet, tanquam corpori caput impositurus, tanquam non mancipium illi, sed filiam traditurus. Pecunias non quæras, non generis splendorem, nõ familiam magnificam, vana sunt hæc omnia, sed animi quæras pietatem, mãsuetudinem, ve-

1.Cor.11.a *Ephes.5.a* *1.Cor.10.g* *Psal.2.c*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ram prudentiam, dei timorem si voles filiam tuam iucundè viuere. Nam si ditiorem quæsieris, non solùm illam nihil iuueris, sed & damno afficeris, pro libera seruam iam factam. Tãtum enim voluptatis ex aureis ornamentis non capiet, quantum molestiæ ex seruitute. Ne quæras itaque ista, sed eum qui pari sit sorte. Si verò istud fieri nequiuerit, pauperiorẽ magis quàm opulentiorem quęre, si quidem non vis vendere domino, sed viro elocare filiam. Postcaquam diligẽter viri virtutem compertam habes, filiamq; iam elocare statuis, ora Christum, vt adsit. Neque enim pudebit illum adesse. Mysterium est aduentus & incarnationis ipsius. Tum igitur potissimum ora, vt talem det spõsum. Ne sis deterior seruo Abrahæ, qui in tantã amandatus peregrinationem, nouit quò confugiendum esset, quapropter & planè voti compos euasit. Quando satagis virúmque inquiris, ora, dic deo: Quem tu voles, dispone. Commenda illi causam. Honoratus abs te honore isto, vicem rependet. Duo autem facienda sunt: vnum, vt illi negocium concredas: alterum, vt talem quæras, qualem ille honestum voluerit. Quãdo igitur nuptias facis, ne circumeas domos: † spectacula & vestes coloratas ostentaturus. Non enim ad ostẽtationem res ista instituta est. Neque in pompam inducas filiam, sed exhilaratis ædibus tuis ex iis quæ in illis habes, voca vicinos, & amicos, & cognatos quoscunq; noueris probos, istos voca: & vt illis quæ adsunt, contenti sint admone. Saltantiũ adsit nemo. Illic enim superfluus est sumptus, & dedecorosus: voca Christum ante reliquos omnes. Nosti per quem illum vocaturus sis? Qui vni, inquit, ex minimis meis quicquam facit, mihi facit. Ne putes rem fore morosam & ingratã, pauperes ad nuptias vocare propter Christum. Morosum est & ingratum scorta vocare. Pauperes enim vocare diuitiarum est occasio, illud verò, subuersio. Orna sponsam non ornamentis illis quæ sunt ex auro, sed mansuetudine & pudore, & contuetis indumẽtis, loco cuiusuis ornatus aurei, & intextorum, & vt rubore suffundatur, pudescátque dum præter insolitum amicitur & tractatur, & vt illa non quærat. Nullus sit tumultus, nulla turba. Vocetur sponsus, accipiat virginem. Prandia & conuiuia nõ sint ebrietate plena, sed satietate iucunda. Vide quot hinc bona, si perpenderimus quæ ad ista pertinent. Ex his verò nuptiis quę nunc habentur, (si tamen nuptiæ & non magis pompę vocandæ sunt) vide quot mala. Mox atque absoluti sunt thalami nuptiales, adest solicitudo ac timor ne quid defectuum incidat, atque ita voluptatẽ istam excipit mœsticia intolerabilis. Sed hæc quidem eorum est solicitudo qui affines sunt & cognati: immò neque ipsa sponsa ab illa libera est, sed quæ post nuptias eueniunt, istam solam potissimum angunt omnia. Quòd enim videt omnia perdita domúmque desolatam, mœsticiæ causa est. Illic Christus, hìc satanas, hìc tristicia, hìc cura: illic voluptas, hìc dolor: hìc sumptus, illic nihil tale: hìc dedecus, illic decorum: hìc inuidia, illic candor: hìc ebrietas, illic sobrietas, illic salus, illic castitas & modestia. His itaque consideratis, sistamus hactenus malum istud, vt deo placentes bona diligentibus ipsum promissa assequi mereamur gratia & benignitate &c.

† *Specula.*

Matt. 25. d

Commentariorum D. Ioannis Chrysostomi in epistolam ad Colossenses, finis.

IN EPISTOLAM AD THESSALONICENSES PRIOREM EXPOSITIO PATRIS NOSTRI SANCTÆ MEMORIÆ IOANNIS CHRYSOSTOMI, ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI VUOLFGANGO MUSCULO INTERPRETE.

Homilia prima.

PAulus & Syluanus & Timotheus Ecclesiæ Thessalonicensiũ in deo patre & domino Iesu Christo, grãtia vobis & pax. Gratias agimus deo pro vobis semper, mentionem vestri in precationibus nostris facientes, indesinenter memores vestri, propter opus fidei, & laborem charitatis, & tolerantiam spei, quæ est in domino nostro Iesu coram deo & patre nostro.

QVánam ratione cum † Philippensibus scribens Timotheum secum haberet, non etiam illic sibi cõiunxit, maxime cum illis esset bene notus & præclaræ æstimationis, (Nam probationẽ eius, inquit, nostis, quòd vt filius mecum veluti cum patre seruierit. Et iterum: Neminem habeo pari mecum animo præditum, qui germanè res vestras curaturus sit) cum hic eum sibi adiungat? Mihi videtur, quòd eum illic mox fuerit ad eos missurus, atque ideo superfluum fuisse si simul scripsisset, qui eueſtigio erat literas ipsas subsequuturus & occupaturus. *Dicit enim, hunc spero me confestim missurum.* Hic vero nõ ita, sed iam primum ab ipsis reuersus erat, atque ideo merito statim ad eos scribit. Nuper enim, inquit, cum venisset Timotheus ad nos à vobis. Quare vero Syluanum illi præponit, cum tamen mille bonorum testimonia ei contulerit, omnibúsq; illum præposuerit? Forte hoc ideo factũ est, quòd is pro sua magna animi modestia hoc ita fieri orauerit & obsecrauerit. Quoniam enim doctorem videbat adeò animo humili, vt discipulum sibi coniungeret multo magis hoc ipse vltrò quæsiuit, illúmque ita subsequutus est. Paulus enim, inquit, & Syluanus & Timotheus ecclesiæ Thessalonicensium. Nihil hic de seipso ponit, nec Apostolum se nec seruum Christi vocans. Mihi videtur ob id authoritatem suam nõ posuisse, quòd isti recens essent in fide instructi suique nondum experientiam cepissent, essetq; adhuc initium prædicationis ad eos factæ. Ecclesiæ, inquit, Thessalonicensium. Bene: Possibile enim est paucos eos fuisse & nondum compactos & solidos. Quapropter eos per nomen ecclesiæ cõsolatur. Nam vbi multum iam elapsum erat temporis, & magna ecclesiæ congregatio, non posuit hoc ecclesiæ nomen. Quoniam vero multitudinis nomen plerunque est ecclesiæ nomen, & congregationis iam iustæ & absolutæ, propterea eos ita ecclesiam vocat. In deo, inquit, patre & domino Iesu Christo, Ecclesiæ Thessalonicensium, inquit, in deo. Ecce rursus illud, in deo, de patre & filio. Erant enim multæ ecclesiæ tam Iudaicæ quam Græcæ. Sed ei, inquit, quæ in deo est. Magna est ista dignitas, & cui par esse nihil queat, si in deo est ecclesia. Vtinã & ista ecclesia vere ita vocetur. *Vereor* autẽ eam procul esse ab hac appellatione. *Si quis enim*

† *Ephesiis, habet cod. Ver. cui ecsentit Theo. & ad Philem. scribẽs sibi Timoth. cõiunxit. ea tamen hic citat quę ad Philip. scribuntur cap. 2. c.*

Infra 3. b

fuerit

fuerit peccati seruus, non poterit in deo esse dici. Gratia vobis & pax. Vides illum epistolam mox ab encomiis ordiri? Gratias agimus deo pro omnibus vobis semper, mentionem vestri in precationibus nostris facientes. Quòd enim deo pro illis gratias agit, testimonium perhibentis est plurimum eos promouisse: deinde quando non solum ipsi laudantur, sed & deo gratiæ aguntur, tanquam qui totum perfecerit, modestiam quoque eos docet, tantum non dicens, quoniam totum est diuinę virtutis. Quòd igitur gratias agit, virtutum fit gratia: quod vero meminit eorum in precationibus, dilectionis est quam habebat erga eos. Postea quod & plerunque facit, non solum in precationibus eorum recordatur, sed & extra precationes. Indesinenter, inquit, memores vestri propter opus fidei, & laborem charitatis, & tolerantiam spei quæ est in domino nostro Iesu Christo coram deo & patre nostro. Illud, indesinẽter memores vestri, idem est atque memores vestri coram deo & patre, aut laboris charitatis vestræ memores coram deo & patre nostro, aut simpliciter indesinẽter vestri memores. Etenim illud quidem, indesinenter vestri memores, ne putes simpliciter dictum esse, subiunxit, coram deo & patre nostro: hoc vero quoniam nemo hominum quæ fiebant laudabat, nemo mercedem rependebat, coram deo, inquit, laboratis. Quid est opus fidei? Quòd nihil, inquit, instantiam vestram infregit. Hoc enim opus est fidei. Si credis, omnia patere: si non pateris, non credis. Etenim an talia non sunt quæ nobis promissa sunt, vt credentem etiam mille mortes pati malle oporteat quàm ipsis excidere? Propositum est regnum cœlorum, & immortalitas, & vita æterna. Itaque qui credit, omnia patitur. Proinde fides per opera probatur. Meritò sanè quis dixerit nõ simpliciter illam, sed per opera probari & ostendi, per instantiam, per animi promptitudinem & alacritatem. Et propter laborem dilectionis, inquit. Quis labor fuerit simpliciter ac vulgariter diligere? Nullus planè. Germane vero diligere, multum habet laboris. Quando enim innumera mouẽtur, quæ à dilectione nos abducere conantur nósque aduersus omnia resistimus, nonne labor est, dic quæso? Quid enim non passi sunt illi, ne à dilectione deficerent? Nonne in hospitem Pauli irruerũt qui prædicationem impugnabant, & illo non inuento Iasonem ad ciuitatis magistratus traxerunt? An modicus erat hic labor dic mihi semina nondum bene radicata, nondum solida tantam ferre hyemem, tantas tentationes? Et satisfactionem quoque ab illo postularunt, qua is data, Paulum dimisit. An parum hoc erat, dic mihi? Non & seipsum pro illo in periculum coniecit: Hunc charitatis laborem hic dicit, quòd ita vincti fuerant. Et vide: Primum virtutes eorum dicit, & tunc quæ seipsum cõcernebant, ne iactare sese videretur, aut opinione solum & præsumptione eos diligere. Et tolerantiam, inquit. Non enim vno duntaxat temporis articulo persequutio eorum facta est, sed indesinenter. Neque solum Paulum doctorem impugnauerunt, sed & discipulos. Si enim ita contra eos affecti erant, qui mirabilia faciebant, qui suspiciendi erant, quid putas eos fuisse contra domesticos & conciues suos, adeò subito deficientes? Quod & ipsis testificatur dicens: Quoniam imitatores facti estis ecclesiarũ dei quæ sunt in Iudæa. Spei, inquit, quæ est in domino nostro Iesu Christo coram deo & patre nostro. Hæc enim omnia fide gerũtur & spe. Itaque non solum animi dexteritatem declarunt quæ ab illis facta sunt, sed quòd & certa persuasione propositis præmiis fidem habuerint. Nam hac ratione deus confestim persequutiones exoriri permisit, ne quis prædicationem hanc Euangelij temere & quadam assentatione consistere diceret, & vt feruorẽ istorum probaret ac declararet, quódque non humana fuerit persuasio, sed virtus dei, quæ credentium animis ita persuasit, vt ad mille quoque mortes parati essent, id quod non fuisset, nisi mox Euangelij prædicatio radices egisset immotáque perstitisset. *Scientes fratres dilecti electionem vestram, quoniam Euangelium nostrum non fuit erga vos in sermone tantum, sed & in virtute, & in spiritu sancto, & in multa certitudine, quemadmodum nostis, quales fuerimus inter vos vestri gratia.* Quid scientes? Quo modo inter vos fuerimus. Hic & virtutes eorũ attingit, sed tecte. Vult enim prius encomia eorum exequi. Quod autem dicit tale est. Nouimus vos ex germanis esse, ex viris magnis, ex electis. Quapropter & nos omnia vestri gratia sustinemus. Quòd enim dicit, quales fuerimus inter vos hoc declarat, quasi dicat: quoniam cum magna animi promptitudine multáque vehementia parati fuimus animas nostras pro vobis tradere, idque hoc non mea sed vestri gratia, quoniam electi eratis. Quapropter & alibi dicit: Atque hoc patior propter electos. Nam pro dilectis dei, quid non feras? Dicens itaque quod suum erat, tantum non dicit: si enim & dilecti & electi estis, merito omnia sustinemus. Non enim eos ex eo solum quòd laudat, confirmat, sed & ex eo quòd admonet, quo modo & ipsi virilem præstiterint dexteritatem, aliorum alacritati correspondentem, Dicit igitur. *Et vos imitatores nostri facti estis & domini, recipientes sermonẽ in afflictione multa, cum gaudio spiritus sancti.* 2. Tim. 2. b

Papæ quantum encomiũ. Discipuli subito doctores euaserunt. Non audierunt duntaxat sermonem, sed & in eandem cum Paulo altitudinem ascenderunt. At hoc nihil est. Etenim vide quo modo eos extollat dicens: Imitatores facti estis domini. Quo modo? Recipientes, inquit, sermonem in tribulatione magna, cum gaudio spiritus sancti. Non simpliciter cum tribulatione, sed cum magna. Atque hoc ex actis Apostolicis cognosci potest, nempe quo modo persequutionem in eos excitauerint. Et omnes, inquit, magistratus ciuitatis permouerunt, & ciuitatem concitauerunt aduersum eos. Nec potest dici, inquit, quòd afflicti quidem sitis, & credideritis, verum dolentes, sed etiã cum gaudio, id quod & Apostoli fecerunt, gaudentes quòd digni habiti essent qui pro nomine Iesu contumelia afficerentur. Hoc enim demum in hac re præclarum est. Quanquam neque illud parum est, quòd afflictiones vel quoquo modo feruntur. Hoc vero eorum est, qui iam humanam naturam transcenderunt, corpúsque habent quasi nullis passionibus obnoxium. Quo modo autem facti sunt imitatores domini? Quoniam & ipse, quanuis multas afflictiones pertulerit, gauisus tamen est. Ad hoc enim sponte sua venit, & nostri gratia seipsum exinaniuit, conspuendus, alapis percutiendus, & crucifigendus, atq; ita gauisus est ista patiens, vt patri dixerit, glorifica me. Cum gaudio, inquit, spiritus sancti. Ne quis dicat, quo modo dicis in afflictione? quo modo cum gaudio? quo modo vtraque conuenire possunt? subiunxit, cum gaudio spiritus sancti. Afflictio in corporalibus, gaudium in spiritalibus. Quæ quidem contingunt aduersa tristia sunt, quę vero ex illis postea sequuntur, non item. Non enim permittit spiritus. Potest itaque fieri vt qui affligitur nõ gaudeat, vt

Fides per opera probatur.

Act. 17. b

Act. 17. b

Act. 5. g

Ioan. 17. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

quãdo propter peccata quis patitur, rursus vt gaudeat qui flagellatur, quando videlicet propter Christũ hoc patitur. Talis enim est spiritus sancti gratia. Ex illis quę videntur tristia, gaudium & iucunditatem elicit. Afflixerunt vos, inquit, & persequuti sunt. Sed non deseruit vos spiritus ne in illis quidẽ. Quẽadmodũ in igne cœlesti rore perfusi sunt tres pueri, ita & vos in tribulationibus. Sed vt illic rore perfundi non est ignis natura, sed spiritu perflante, ita & hic. Non enim natura afflictionum hoc habet, vt gaudium pariant, sed istud ex ea est afflictione, quæ propter Christum toleratur, & ex spiritu irrorante, & per caminum tentationum in requiem ac recreationem constituente. Cum gaudio, inquit. Non simpliciter, sed multo. Hoc enim est spiritus sancti. *Adeo vt fueritis exemplo omnibus in Macedonia & Achaia credentibus.* Atqui postremo ad eos venerat. Sed ita, inquit, resplenduistis, vt eorum qui vos prævenerant doctores facti sitis. Atque istud apostolicum est. Non enim dixit, vt exemplo facti sitis ad credendum, sed illis qui iam credebant, exemplo facti estis. Quo modo in deum credere oporteat, vos docuistis, qui mox atq; credidistis, certamina ingressi estis. Et in Achaia, inquit: Hoc est, in Hellade, Vide quid animi possit alacritas, quod nec tempore, nec meditatione opus habeat, sed sufficiat seipsum duntaxat exhibuisse, ita vt mox omnia perfecta sint. Ad hunc itaq; modum cum posteriores ad Euangelij prædicationem accesserint, primorum facti sint doctores. Nemo igitur desperet, etiam si multo consumpto tempore nihil effecerit. Potest modico spacio, tantum perficere, quantum ne anteriori quidẽ tempore potuisset. Si enim qui nõdum crediderat tantum mox initio resplenduit, multo magis hoc poterunt qui iam crediderunt. Nemo rursum ex hac cogitatione pigriciam inducat, cognito iam quòd breui momẽto totum acquirere licet. Incertum enim est quid futurum sit, & dies domini furis instar est, subito dormientibus nobis imminens. At si non dormierimus, non vt fur nos adobruet, neque imparatos abducet: Si enim vigilauerimus & attenti fuerimus, non iam tanquam fur nos inuadet, sed vt nuncius regius ad præparata nobis bona vocabit. Si vero dormierimus, vt fur aderit. Nemo igitur obdormiat, nemo piger sit ad virtutẽ. Hoc enim dormire est. Ignoratis quo modo dormientibus nobis res nostræ securæ non sint? quo modo insidiis obnoxiæ? Quando vero vigilamus, tanta custodia non egemus. Quando dormimus, etiam cum magna custodia, plerunque nostra amittimus: & ostia, & repagula, & vigiles, & prouigiles, & tamen subingreditur fur. Quid autem ista dico? Quòd si vigilauerimus, nihil opus fuerit aliorum auxilio: Si vero dormierimus, nihil nos iuuerit vel multa aliorum custodia, sed cum illa quoque nostra perditurі sumus. Bonum est sanctorum precibus frui: sed quando & ipsi sedulі & vigiles fuerimus. At quid mihi opus est, inquis, aliorum precibus, quando ipse sedulus & dexter fuero? Ne constituas teipsum eò, vt opus illis habeas. Neque ego hoc volo. Verum semper indigentes sumus, siquidem recte sapuerimus. Paulus non dixit, quid mihi precibus aliorum opus est? tametsi illo †essent indigni] qui pro eo precabantur, immò neque pares, & tu dicis, quid mihi opus est aliorum precibus? Petrus non dixit, quid mihi necesse est vt pro me oretur? Precatio, inquit, fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum pro eo. Et tu dicis, quid mihi aliorum precibus opus est? Propter hoc ipsum opus habes, quòd te putas illis non habere necesse. Etiam si Paulo similis esses, opus tamen haberes aliorum precationibus. Non extollas teipsum, ne humilieris. Sed quemadmodũ dixi, si nos ipsi in virtutis studio sedulі fuerimus, efficaces erunt, & preces aliorũ pro nobis. Audi quid Paulus dicat: Noui eni, inquit, quòd hoc mihi cedet ad salutẽ, per vestram precationem ac submini-strationem spiritus Iesu Christi. Et iterum: simul adiuuantibus & vobis per deprecationẽ pro nobis, vt ex multis personis pro dono in nos collato per multos gratiæ agantur pro nobis. Et tu dicis, quid opus mihi est aliorum precibus? Si vero desides fuerimus, nemo nos iuuare poterit. Quid profuit Hieremias Iudæis? An non tertio deum pro illis interpellauit, & vicissim tertio audiuit: neque oraueris neque obsecraueris pro populo isto nõ enim exaudiam te. Quid Saülem iuuit Samuël? An non ad extremum vsque diem lugebat illum, non tantum obiter precabatur? Quid profuit Israëlitis? Non dicebat: Mihi vero absit ita delinquere vt cessem pro vobis orare? Non omnes perierunt? Nihil prosunt, inquis, preces? Prosunt plurimum. Sed quando & nos aliquid fategerimus. Adiuuant enim & auxiliantur. Adiumento autem quis & auxilio ei demum fuerit, qui & ipse operatur. Si verò deses & ociosus manseris, non magnopere iuuaberis. Alioqui si preces tantum poterunt, vt nos, quanquam desides & ociosos, in regnum inducant, quamobrem non omnes Græci Christiani fiunt? An non pro vniuerso mundo oramus? Non & Paulus hoc fecit? Non oramus vt omnes conuertantur? Qui fit quòd mali non redduntur boni? Quòd nihil de suo adferunt. Plurimum igitur prosunt preces, sed quando & nos quod nostrum est fecerimus. Vis discere quantum prosint preces? Considera mihi Cornelium & Tabetham. Audi quoque quid Iacob dicat ad Laban. Nisi adfuisset mihi timor, inquit, patris mei, iam vacuum me dimisisses. Audi rursus & deum dicẽtem: Protegam, inquit, ciuitatem istam propter me & propter Dauid seruum meum. Sed hoc dixit, cum esset Ezechias rex iustus. Nam alioqui si efficaces sunt pro vehementer quoque malis factæ preces, quare non dixit hoc deus etiam cum Nabuchodonosor illos adoriretur, sed ciuitatem hanc tradidit? Ideo, scilicet, quòd plus potuerit illorũ malicia. Rursus idem ipse Samuël pro Israëlitis orauit, & efficax fuit precatio. Sed quãdo? Quando & ipsi bene placebant, & quiescebant, tunc & hostes vincebant. Et quæ necessitas est, inquis, vt alius pro me oret, si ipse bene placuero? Nunquam hoc dixeris homo. Necesse est, & multa prece necesse est. Etenim audi quid deus de amicis Iob dicat: Et orabit, inquit, pro vobis, & remittetur vobis peccatum vestrum. Peccauerant enim, verum non adeo magnum peccatum. Sed idem ipse iustus qui amicos suos precationis beneficio seruauit, tempore Iudaico seruare non potuit Iudæos pereuntes. Et vt hoc discas, audi quid per Prophetam dicat deus: Si starent Noë, Iob, & Daniël, non liberarent filios suos ac filias: inualuerat enim malicia. Et iterum: Si staret Moses & Samuël. Et vide quo modo duobus Prophetis istud dicatur. Nam vtrique pro illis orauerant, sed nihil assequuti fuerant. Etenim Ezechiel inquit: Hei domine, deles ne reliquias Israëlis? Deinde vt declararet illi Deus iuste se hoc facere, ostendit ei peccata illorum, & vt ostenderet simul non ideo supplicationem eius acceptam non esse, quod ipsum contemneret. Quasi dicat, poterunt ista probare quòd non tui cõtemptu, sed propter multa illorum

Daniel.3.c

Infra.5.a

†non essent dignieres.

Act.12.a

Ad Phi.1.c

2.Cor.9.b

Hiere.7.d

1.Reg.15.c

1.Reg.11.d

Mat.10.d

Ibid.9.g

Gene.18.f

4.Reg.19.g

1.Reg.7.c

Iob.42.b

Ezec.14.c

Hiere.15.a

Ezech.9.b

ta illorum peccata ſupplicationem tuam non accipio. Veruntamẽ ſubiungit ac dicit: Etiam ſi ſtarent Noë, & Iob, & Daniel. Et merito huic magis iſta dicit: ipſe nanque erat, qui multa paſſus fuerat. Iuſiſti, inquit, vt in ſtercore comederem, & comedi: iuſiſti, & tonſus ſum: iuſiſti, ſuper latus vnum dormiui: iuſiſti vt foramen parietis omnibus exirem, & exiui: abſtuliſti mihi vxorem, & iuſiſti ne lugerem, & nõ luxi, ſed tuli fortiter: innumera alia illorum gratia feci, & iam te pro iiſdem oro & non obſequeris? Non quòd te contemnam, inquit, hoc facio, ſed ſi & Noë, & Iob & Daniel etiã pro filiis ſuis orarent non obſequerer. Et Hieremiæ rurſus minora quidem ex præceptis dei, plura vero ex populi malicia perpeſſo, quid dicit? Aut nõ vides, inquit, quid iſti faciant? Etiam, inquit, faciunt. Sed vel mei gratia quod precor facias. Hac itaque ratione & ad iſtum dicit. Si Moſes & Samuël ſtarent. Moſes, inquam, primus ille legiſlator, qui ſæpenumero illos periculis liberauit, dicens: Siquidem peccatum illis remittis remitte, ſi vero non remittis, & me dele. Si ergo is nunc eſſet, & iſta diceret, nihil vtiq; aſſequeretur. Et Samuël quoque, qui & ipſe eos aliquãdo liberauit, qui à primæua ætate præclarus factus eſt. Nam de illo quidem loquutus ſum, quòd vt, amicus cum amico, ita viciſsim mecum cõtulerit, & nõ per ænigmata: de iſto verò, quòd in primæua ætate illi apparuerim, & per iſtos placatus clauſam antea prophetiã reſeraui. Erat enim, inquit, precioſum & rarum verbum Domini, nec erat viſio certa & expli cata. Itaq; ſi illi iam ſtarent, nihil proficerẽt. Et de Noë dicit: Iuſtus & perfectus in generatione ſua. Et de Iob: irreprehenſibilis, iuſtus, verax, & pius. Et de Daniele, quem & deum eſſe putabant. His itaque cognitis, nec ſanctorum preces contemnamus, neque totum in illas proiiciamus, hoc quidem ne deſideamus ac temere inſidiis opprimamur: illud vero ne extra multũ luerum & profectum excidamus, ſed oremus etiam vt pro nobis precentur manumq; porrigant, adhęreamuſq; & ipſi virtutis ſtudio, vt bona diligentibus deum promiſſa conſequi valeamus, gratia & benignitate &c.

Ibid.14.d
Ibidem.4.e
Exod.32.g
Ibid.33.e
1.Reg.3.a
Gene.6.b
Iob.1.b

Homilia ſecunda.

A vobis enim pertonuit ſermo domini. Non ſolùm in Macedonia & Achaia, ſed & in omni loco fides veſtra, quæ in deum eſt, dimanauit, vt non habeamus neceſſe quicquam loqui. Nam ipſi de nobis annunciant qualem ingreſſum habuerimus ad vos, & quo modo conuerſi ſitis ad deum à ſimulachris ad ſeruiendum deo viuenti ac veraci, & ad expectãdum filium eius de cœlis, quem excitauit ex mortuis Ieſum, qui liberat nos ab ira ventura. Quemadmodum vnguentum odoriferum fragrantiam ſuam in ſeipſo nõ detinet occluſam, ſed longius illam emittit, & aërem odore penetrans vicinorum quoq; ſenſus occupat: ita & generoſi ac præclari viri virtutem ſuam in ſeipſis clauſam nõ habent, ſed fama ſua multos iuuant, & meliores reddunt. Hoc igitur & tunc factũ eſt. Quapropter dixit, adeò vt fueritis exemplo omnibus in Achaia & Macedonia credentibus. A vobis enim pertonuit ſermo domini. Non ſolùm in Macedonia & Achaia, ſed & in omni loco fides veſtra quæ eſt in deum dimanauit. Doctrina itaq; & eruditione, vicinos quidem omnes repleuiſtis, admiratione verò ipſum orbem. Hoc enim eſt quod dicit, in omni loco. Et non dixit, rumore diuulgata eſt fides veſtra, ſed pertonuit. Quemadmodum tuba clarè inſonante locus vndique vicinus completur: ita & clara eſt magnanimitatis veſtræ fama, tubæ inſtar elan-

A gendo orbem implere valens, & ad omnes vbique cõſtitutos pari conſtantique ſonitu appellere. Res enim magnificæ, clarius quidem vbi fiunt decantantur, procul verò etſi decantentur, non tamen ad hunc modũ. A vobis igitur non ita, ſed ſonitus inſignis, & clarus vbique terrarum dimanauit. † Et vnde, inquis, hyperbolica non erant hæc verba?] Etenim iſta Macedonũ progens ante Chriſti aduentum inſignis erat & illuſtris, & vbique decantata magis quàm Romanorum. Et Romani hoc nomine præclari facti ſunt, quòd iſtos vicerunt. Quæ nanque Macedonum rex perfecerit, nullo ſermone comprehẽdi poterunt. Nam ex modica quidem ciuitate impetu facto prorumpens, orbem tamen vniuerſum cepit. Propterea & tanquam pardalem alatam vidit eum propheta, velocitatem eius hoc pacto, & vehementiam, & feruorem, & quòd orbem terræ

B ſubitò trophæis ac victoriis ſuis peruolaturus eſſet, declarans. Referunt autẽ, quòd cum philoſophum quendam audiſſet dicentem, infinitos eſſe mundos, amarum ingemuerit: eò quòd cùm infiniti eſſent mundi, ipſe propè ne vnum quidem viciſſet, adeò erat animo magno & elato: erat verò vbique notus. Creuerat igitur ſimul cum regis huius fama gentis quoque gloria. Dicebatur enim Alexander Macedo. Itaque & quæ illic fiebant, meritò vbique decantabantur. Nihil enim quod inſigne ſit, latére poteſt. Nihil autem res Macedonicæ Romanis inferiores erant. Hoc verò & ipſum ex ipſorum eſt vehementi ſtudio factum. Tanquam enim de animato quopiam, ita de fide eorum diſſerẽs dixit, In omnem locum fides veſtra egreſſa eſt. Ita erat ſedula & efficax, vt neceſſe nõ habeamus quicquam loqui. Nam ipſi de nobis annunciant, qualem ingreſſum habuerimus ad vos. Non expectant vt de vobis audiant,

C ſed qui præſentes non fuerunt, neque vos viderũt, eos qui & præſentes fuerunt & viderunt, prœoccupãt: adeò ſcilicet vbique fides veſtra rumoribus inclaruit, vt nõ habeamus opus illos res veſtras narrando in idem ſtudij ducere. Quæ nanque ex nobis audire debebant, ea præoccupantes vltrò referunt. Et quãquam vbique talibus inuideri ſoleat, excellẽtia tamen fidei veſtræ hoc quoque ſuperauit, ita vt ipſi ſint certaminum veſtrorũ præcones. Et quanuis ipſi ſint inferiores, neque ſic tamen obticeſcunt, ſed etiam præueniunt. Talibus verò exiſtentibus ſi nos veſtra narraremus, ſuſpicionem ac diffidentiam præferret. Quid eſt quod dicit, qualẽ ingreſſum habuerimus ad vos? Quòd plenus fuerit periculis, plenus innumeris miraculis, quòd nihil horum vos perturbauerit, ſed nobis non aliter adhæſeritis q̃ ſi nihil tale accidiſſet: ita nos poſt iſta ſuſceperitis, atq; ſi nihil mali paſſi, ſed innumera bona aſſequuti eſſetis.

D Erat enim iſte alter iam ingreſſus. Abſceſſerant in Berrhœam Paulus ac Silas, atque illi interea perſequutionem paſſi, poſtea tamen reuerſos ita ſuſceperunt, tantóque honore proſequuti ſunt, vt animas quoque ſuas pro ipſis tradiderint. Illud igitur, qualẽ ingreſſum habuerimus ad vos, vtrorumq; quidem complectitur encomium, & horum ſcilicet & illorum, ipſe verò in illorum iſtud cõuertit. Et quo modo? Conuerſi eſtis, inquit, ad deum à ſimulachris ad ſeruiẽdum deo viuenti & veraci: hoc eſt, facilè conuerſi eſtis, cumq; magna vehementia, ita vt nõ opus fuerit multò negocio ad hoc vt ſeruiretis deo viuẽti & veraci. Et pareneſim hìc indùxit, id quod minus eſt moleſtum. Et ad expectandũ, inquit, filiũ eius de cœlis, quẽ excitauit ex mortuis Ieſum, qui liberat nos ab ira vẽtura. Et ad expectandũ, inquit,

† Et addit vnde progens ante hyperbolica non eſſe hæc verba.

Daniel.7.b

Alexander Macedo.

Act.17.c

filium eius de cœlis. Eum qui crucifixus est ac sepultus, eum, inquam, qui de cœlis est. Quem excitauit ex mortuis. Vides simul omnia & resurrectionem, & assumptionem, & secundum aduentum, & iudicium, & iustorum retributionem, & malorũ supplicium? Iesum, inquit, qui liberat nos à ventura ira. Et hoc consolationẽ habet, & adhortationem, & incitamentum. Si enim illum ex mortuis excitauit, & iam in cœlis est, atque inde venturus, & huic credidistis (nisi enim credidissetis illi, tanta passi non fuissetis) satis ista quoque ad consolationem fuerint. Dabũt, inquit, illi pœnas. Id quod
2.Thess.2.d & in posteriore epistola dicit: Et vos consolationẽ habebitis non modicam. Et ad expectandum, inquit, filium eius de cœlis. Tristia quidẽ in manibus iam sunt, iucunda verò expectantur, quãdo scilicet, Christus de cœlis veniet. Vide quo modo spe opus sit. Crucifixus
Cap.II. enim excitatus est, in cœlos assumptus est, venturúsque est ad iudicandum viuos ac mortuos. *Ipsi namque fratres ingressum nostrum ad vos nostis, quòd inanis non fuerit, sed cùm antea Philippis & adflicti, & contumeliis, vt scitis, affecti essemus, cum fiducia egimus in deo nostro ad loquendum apud vos euangelium dei in multo certamine.* Nagnificè quidem & vos egistis, veruntamen neque nos † humano sermone † vsi sumus. Sed quòd suprà, illud & hìc dicit. Nam vtrinque demonstratur qualis sit prædicatio, siue à signis, siue à prædicantium instituto ac promptitudine, siue ab accipientium illam feruore & diligentia. Ipsi nãque scitis, inquit, ingressum nostrum ad vos, quòd inanis nõ fuerit: id est, quòd non fuerit humanus aut vulgaris. Primum enim è magnis periculis, mortibus, ac plagis liberati, mox rursus in pericula incidimus. Sed cùm antea Philippis, inquit, & adflicti, & contumeliis, vt scitis affecti essemus, cum fiducia egimus in deo nostro. Vides quo modo rursus deo totum adscribat? Ad loquendũ, inquit, euangelium dei in multo certamine. Non potest dici, quòd illic quidem periclitati simus, hìc verò non. Nostis & vos quanto periculo, quanta solicitudine fuerimus apud vos. Quod & ad Corinthios scribẽs,
1.Cor.2.a dicit: Nam per infirmitatem, & cum labore, & timore, ac tremore multo fui apud vos. *Nam adhortatio nostra non fuit ex errore, neque ex immunditia, neque in dolo, sed quemadmodum probati fuerimus à deo, vt nobis committeretur euangelium, ita loquimur, non vt hominibus placere studentes, sed deo, qui probat corda nostra.* Vides quòd ex ipsorum instantia, quemadmodum dixi, argumentum struat, diuinam esse prædicationem? Non enim tanta, inquit, nisi hoc fuisset, vel si seductio fuisset, pericula perpessi essemus, quę nos ne respirare quidem permiserunt. Quid est igitur? Nisi furorum quicquã nos excitasset, nisi persuasi fuissemus bonam esse spem nostram, quis voluisset propter præsentia tanta perpeti, vitámque certaminibus ac periculis plenã viuere? Etenim cuinam persuasissent? An non hoc ipsum perturbare discipulos potest, quòd doctores suos in periculis esse vident? Sed vos, inquit, istud passi non estis. Adhortatio nanque nostra, id est, doctrina, non est ex errore, non est dolus hæc causa, neque seductio, vt metuere, frangiq; debeamus. Non est rerum scelestarum, quales sunt præstigiatorum & magorum: neque ex immundicia, neque in dolo, nec seditione aliqua, quemadmodum Theudas fecit: sed quẽadmodum probati sumus à deo, vt committeretur nobis euangelium, ita loquimur, non veluti hominibus placere studentes, sed deo. Vides non esse vanam gloriam? Sed deo, inquit, qui probat corda nostra. Nihil ad placitum hominũ facimus, inquit. Cuius enim gratia ista sanè faceremus? Postquam eos laudauerat, dicit, non tanquam hominibus placere volentes, neque honores ab hominibus quærẽtes, sed quemadmodum probati sumus à deo, vt cõcrederetur nobis euãgelij. Nisi nouisset nos ab omni re temporali liberatos, vtique sibi non delegisset. Quemadmodũ ergo nos probauit, euangeliúmque commisit, vt deo, inquam, probati vtiq; simus ita perduramus. Virtutis eorum est indicium, quibus euangelium cõcreditur. Non enim probasset nos deus, inquit, si peruersum quid in nobis fuisset. Probare verò hìc, non est scrutari, sed quod nos ex probatione & experimento facimus, hoc ipse præter experimẽtum. Dicit autem: quemadmodum nos probatos reperit, & euangelium commisit, ita loquimur, quemadmodum consequens est eos qui probati sunt à deo, quibúsque commissum est euãgelium, dignos esse
B euangelio, ita loquimur. Non tanquam hominibus placentes: hoc est, non vestri gratia hæc omnia facimus. Quoniam præoccupando illos laudauerat, ne suspicionem generaret sermoni, dicit: *Neque enim aliquando in sermone adulationis cõuersati sumus, vt scitis: neque in occasione auaritiæ, deus est testis: neque gloriam ex hominibus quærentes, nec à vobis, nec ab aliis, cùm possemus graues esse tanquã Christi apostoli.*

Neque enim aliquando in sermone adulationis, inquit, conuersati sumus: hoc est, Adulati non sumus, id quod est seductorum, occupare, dominarique volentium. Non potest dici, quòd adulati simus, vt dominaremur, neque quòd pecuniarum gratia in hanc causam venerimus. Huius deinde, quoniam manifestum erat, testes eos ipsos citat. An adulati simus, vos, inquit, nouistis. Quod verò occultum erat, nempe, an occasione auaritiæ quicquam egerit, huius testem citat deum.
C Neque gloriam, inquit, ex hominibus quærentes, nec à vobis, nec ab aliis, cùm possemus graues esse tanquam apostoli Christi: hoc est, neque honores quærentes, nec iactabundi, aut magno comitatu stipati. Quanquam etiam si hoc fecissemus, nihil fecissemus alienum. Si enim qui regum sunt legati, quales quales fuerint in honore tamen sunt, multò magis nos. Et non dixit, ignominiosè tractati sumus: neq; dixit, honore nullo apud vos potiti sumus, id quod exprobrantis illis fuisset: sed, non quæsiuimus, inquit. Quid ergo, cùm quærere liceret, idque prædicatione euangelij hoc exigente, non quæsiuimus, quo modo gloriæ gratia quicquam facimus? Tametsi etiam si quæsissemus, neque sic tamen culpabile quicquã designassemus. Decet enim eos qui à deo mittuntur ad homines, tanquam ex ipso iam cœlo legatos venientes, multo potiri honore. Nos verò
D vt abundè cauti simus nihil horum facimus, quo aduersariorum ora obstruamus. Nec licebit dicere, quòd apud vos quidẽ talis fuerim: apud alios verò non item.
2.Cor.11.d Nam & Corinthiis scribens ita dixit: Sustinetis enim si quis vos in seruitutem adigit, si quis exedit, si quis accipit, si quis seipsum extollit, si quis in faciem vos cædit.
Et iterum: Præsentia vero corporalis infirma, & sermo
Ibid.10.a contemptus. Item: Donate mihi hanc iniuriam, declarans & illic quòd valde fuerit humilis, ex eo quòd tanta spreuerat. Hic verò & de pecuniis dicit, cùm possemus graues esse, tanquam apostoli Christi. *Sed facti sumus placidi in medio vestri, tanquam si nutrix foueat filios suos, sic propenso in vos animo cupiebamus vobis tradere, non solum euangelium dei, sed & nostras ipsorum animas, propterea quòd dilecti vobis facti essetis.* Sed facti sumus, inquit, placidi: Nihil onerosum, nihil molestum, nihil graue, nihil quod elationem habeat designauimus. Et illud, in medio vestri,
2.Cor.11.c

idem ac

idem ac si dicas, nõ superiorem ex vobis sortem capes- A
sentes. Tanquam si nutrix, inquit, foueat filios suos. Talem oportet esse doctorẽ. Num adulatur nutrix, vt gloriam inde acquirat? Num pecunias à paruulis exigit filiolis? An molesta illis est & onerosa? An non matribus blãdiores sunt? Amoris hîc affectum exprimit. Sic propensi, inquit, & cupido in vos animo, itaque vobis deuincti sumus. Et non solum nihil accipimus, sed si opus esset animas quoque tradere, nihil detrectaremus. Hoc igitur, dic quęso, animi est humanitus affecti? Et quis ita desipit, vt hoc dicat? Cupiebamus, inquit, tradere vobis non solum euãgelium dei, sed & nostras ipsorum animas. Hoc itaque illo maius est. Et quid profuerit? Nam ab euangelio quidem profectus est. Animam verò dare, difficultatis gratia maius est illo. Nõ enim perinde est prædicare, & animam dare. Illud nanque preciosius
quidem, hoc verò maioris erat difficultatis. Cupieba- B
mus quidem, inquit, si licuisset, & animas nostras vestri gratia effundere. Quoniam igitur illos laudauerat, & adhuc laudat, propterea dicit: non enim pecunias quærentes, non adulantes vobis, non gloriæ cupidi hoc facimus. Vide nanque: Multa decertauerant, atque ideo oportebat eos nõ vulgariter laudari ac celebrari, vt solidiores redderẽtur. Habebat autem laus ista suspicionem. Proinde hæc omnia eo dicit, vt suspicionẽ expellat. Et periculorum quoque ideo meminit. Et rursus ne putetur pericula dicere, tanquam illorum gratia negocium factur°, vt qui propter illa rursus honorari ab ipsis debeat (opus enim habebat periculorum mẽtionem facere) subiunxit: Propterea quòd dilecti nobis facti essetis, animas nostras vobis sanè libẽter dedissemus. Vehementer enim vobis deuincti sumus. Itaque euangelium quidem, quoniã deus ita iussit annunciamus, tan- C
tum verò vos amamus vt & animas nostras vobis, si licuisset, dedissemus. Ita oportet amantem amare, vt etsi anima ab eo postuletur, & possibile sit, non prohibeat. Non dico, postuletur, sed vt & ipse vltro tali dono accurrat. Nihil enim, nihil tali dilectione dulcius esse poterit: nihil illic triste accidet. Reuera vitæ pharmacum est fidus amicus, reuera protectio fortis est fidus amic°. Quid etenim non efficeret germanus amicus? Quãtam voluptatem non generaret? quantam vtilitatem? quãtam securitatẽ? Et si mille thesauros dixeris, nihil tamẽ germano correspondebunt amico. At primum de amicicia ipsa dicamus, quantum habeat voluptatis. Qui illam videt, lætatur & gaudio perfunditur, atque illa vicissim animum eius complectitur complexione ineffabilem habente voluptatem: & si duntaxat admonitus fuerit illi°, excitatur animo, & alacris redditur. De ger- D
manis amicis loquor, qui eiusdẽ sunt animi, qui & mortem inuicem alius pro alio subire cupiunt, qui feruẽter amant. Ne mihi vulgares illos amicos cogitãtes, & mẽ-
† salutatio- sarum consortes, & † appellationis gratia ǀ amicos, ser-
ne vtemur. mone isto probari putetis. Si quis amicum habet, qualẽ dico, agnoscet verba mea. Et si viderit illum quotidie, non tamen saturabitur. Eadem illi imprecabitur quę sibiipsi. Noui ego quendam, qui cum sanctos viros amici sui gratia obsecraret, primùm pro illo, & tum demũ pro se orare obsecrabat. Tanti est amicus bonus, vt & loca, & tempora illius gratia diligãtur. Quẽadmodum enim splendida corpora in vicino loco splendoris sui quasi vigorem emittunt, ita & amici gratiã suam iis locis quæ accesserint, indunt. Et plerunque etiã sine amicis ad ea loca venientes illachrymamur, dierum illorũ memores quibus illic vnà cõueneramus, & ingemisci-

mus. Nequit sermone comprehendi quantam adferat voluptatem amicorum præsentia. Nouerunt ij tãtum, qui experientiam eius rei ceperunt. Beneficium petere, & vicissim accipere, apud amicum sine suspicione licet. Quando nobis aliquid imperant, tunc gratiam illis habemus: quando verò hoc facere dubitant, tunc animo concidimus. Nihil habemus quod illorum nõ sit. Omnibus sæpenumero præsentibus contemptis propter illos hinc abire nolumus. Et luce quoque deuiderabiliores illi sunt. Est enim reuera amicus ipsa luce iucũdior, germanum dico. Et ne mireris. Est enim nobis Solem hunc extingui iucundius, quàm amicorum consuetudine priuari: iucũdius in tenebris agere, quàm sine amicis essẽ. Et quo modo? Dicam. Quia multi Solem illum videntes in tenebris sunt, qui verò amicorum copiam adepti sunt, ne in adflictionibus quidem tristiciam habent. De spiritualibus amicis dico, qui nihil amiciciæ præponunt. Talis erat Paulus, qui animam suam libenter, etiam non rogatus, dedisset, & in gehennam quoq; cupidé descendisset. Ita oportet feruenti affectu amare. Volo amiciciæ exemplum dare. Patres & filios excellũt amici, amici iuxta Christum. Etenim ne mihi dicas, hoc bonum nunc cum aliis plerisque in ecclesia cessasse, sed † apostolorũ
cogita quo modo † apud apostolos, ǀ non coryphæos di tempore ǀ
co, sed ipsos credentes, omniũ fuerit anima vna, & cor Actu. 4.f
vnum, & nemo quicquam suorum bonorum suum esse dixerit, datumq; sit vnicuiq; iuxta quod opus habebat. Non erat inter eos illud meum ac tuum. Hoc demum amicicia est, ne quis quod habet suum æstimet, sed quæ proximi sunt: quæ vero sua sunt, putet aliena, vt ita illius animæ parcat atque suæ ipsius, atq; ille vicissim pariter hoc faciat. Et vbi poterit, inquis, tanta amicicia reperiri? In causa est, quia nolumus. Posset enim: nisi posset, Christus non præcepisset, de dilectione tanta non disseruisset. Magnũ quid est amicicia, & quàm magnũ nemo potest cognoscere, neque sermone cõsequi, præter ipsam experientiam. Hoc hæreses fecit, hoc Græcos facit esse Græcos. Qui amat nec præcipere vult, nec imperare, sed gratiã habet magis si ipsi imperetur ac præcipiatur. Beneficium magis impendere quàm accipere cupit: amat enim. Nec aliter affectus est, quàm veluti si desiderium suum nondum impleuerit. Nõ ita gaudet sibi benefieri, vt aliis benefacere. Vult enim eum quem amat magis † obtinere quàm quicquam: ǀ immò & de- † deuinctũ
bere vult, debitorẽq; ipsum habere. Et gratificari vult, tenere q̃ ipsũ
& tamen gratificari non vult videri, sed hoc ita ex de- debere:
bito fieri. Plurimos vestrum hoc forsan quod dictum est ignorare puto: & prior beneficia impendere, & tamen non prior hoc facere, sed magis tanquã posterior reddere, videri cupit. Id quod & deus cum hominibus fecit. Largiturus erat pro nobis filium suum, sed ne videretur gratis illum largiri, sed eum nobis ita debere, præcepit Abrahæ vt filium suum daret, vt cũ magnum Gene. 22. a
quid nobis faceret, nihil magni videretur feciisse. Vbi enim amicicia non fuerit, exprobramus si quid beneficij impendimus, & quæ minuta sunt exaggeramus. Vbi verò fuerit amicicia, & abscondimus benefacta, & quæ magna sunt, modica videri cupimus, ne nobis amicum velut debitorem obstrictum habere videamur, sed magis nos illi debitores esse, in quo debitorem eum habemus. Noui multos ista nõ intelligere. In causa verò est, quòd de re disputo quę cœlum nunc inhabitat. Quemadmodum igitur si de plantula quapiam in India crescente dicerem, cuius nemo haberet experientiã, nullo sermone illam exprimere, & ob oculos repræsentare
possem,

possem,etiamsi innumera referrẽ,ita & nunc:quicquid dixero,frustra dico: nemo intelligere valebit. In cœlo plantata est hæc planta ramos habens,non margaritis, sed vita recta ac solida, illis multo iucũdiore, onustos. Quam voluptatem mihi oppones,siue turpem,siue honestam? Omnes excellit ea quæ amicitiæ est,etiam si eã dixeris quæ mellis est.Fit enim fastidiosum mel,amicus verò nũquam, donec amicus fuerit, quin magis crescit illius desiderium, ita vt illius voluptas nunquam fastidium patiatur. Est & præsenti vita suauior amicus,vnde & multi post mortem amicorum deinceps nõ optarint viuere. Cum amico tulerit quis extorris esse, sine amico ne in propriis quidem ædibus esse volet. Cum amico & paupertas tolerabilis est: sine illo,& sanitas,& diuitiæ intolerabiles sunt. Alium pro seipso habet, qui amicum habet. Præstringor & veluti præcludor faucibus, non valens aliquo exemplo rem istam exprimere. Noui siquidẽ certò multo esse minora quæ dicta sunt, quàm oporteat. Et hæc quidem ita habent in hac vita. Apud deum verò tanta est amicitię merces,quanta dici nequit.Mercedem nobis dat,vt amemus nos inuicẽ, cuius nos rei mercedẽ debemus. Precare,inquit, & accipe mercedem. Super hoc nos mercedem debemus, nam bona precamur. Pro eo quod petis,inquit, accipe mercedem.Ieiuna,& accipe mercedẽ.Sis rectus ac strenuus & cape præmium, quanquam præmium debens. At quemadmodum patres, quãdo pueros suos sedulos ac strenuos faciunt, tunc & præmium illis dant: (Nam debitores ipsis sunt,vtpote voluptate per eos affecti)ita & deus,mercedem,inquit,accipe, si probus atque integer fueris:exhilaras nanque patrem,vnde hãc tibi mercedem debeo.Si verò malus fueris, non item. Nam exacerbas eum qui te genuit. Non igitur exacerbemus deum,sed exhilaremus, vt regnum cœlorũ assequamur in Christo Iesu domino nostro.

Homilia tertia.

MEministis nanque fratres laboris nostri ac sudoris. Nam nocte atque die operantes,ne quenquam vestrum grauaremus,prædicauimus apud vos euangeliũ dei.Vos testes estis ac deus,quàm sanctè & inculpatè, & iustè credentibus vobis adfuerimus,sicut nostis,quo modo vnumquenque vestrum vt pater filios suos,adhortantes vos,& consolati simus, & obtestati,vt dignè ambularetis deo, qui vocauit vos in regnum suum ac gloriam.

Doctorem nihil oportet eorum quæ ad discipulorũ salutem attinent, cum molestia facere. Si enim beatus Iacob nocte ac die in gregũ custodia fatigabatur, multo magis eum cui cõmissæ sunt animæ, siue laboriosum sit opus,siue exile,omnia facere oportet ad vnum duntaxat aspicientem, nempe ad salutem eorum quos instruit,& gloriam quæ ad deum inde redit. Vide nanq; Et Paulus homo præco,apostolus orbis,talẽ nactus honorem, manibus suis laborauit, ne quos instruebat in aliquo grauaret. Meministis nanque fratres,inquit,laboris nostri,ac sudoris.Præoccupando dixerat,cũ possemus esse graues tanquam apostoli Christi:id quod & in ea dicit,quæ ad Corinthios est. An ignoratis,inquit, quòd qui sacris operantur,de sacro & edunt:Ita & dominus præcepit eos qui euangelium annũciant de euangelio viuere. At ego,inquit,hoc nolui, sed laboraui. Et non simpliciter operatus est,sed cum magna diligẽtia.Vide ergo quid dicat: Meministis,inquit: Non beneficiorum dicit,quæ ex me ceperitis,sed laboris nostri ac sudoris.Nocte atque die opus facientes ne quenquã vestrum grauaremus, ita prædicauimus apud vos euãgelium dei.Corinthiis verò aliud dicit:Alias,inquit,ecclesias deprædatus sum accepto ab illis stipendio, quo vobis ministrarem. Quanquam & illic operatus sit,nõ tamen meminit illius,sed aliud posuit quod magis pũgebat,ac si dixisset, ab aliis nutritus sum, cum vobis inseruirem.Hîc autem nõ ita.Sed quid? Nocte ac die,inquit,operantes.Et illic quidem dicit: Cum essem apud vos,& egerem, nemini oneros us fui. Item, accepto ab illis stipendio,quo vobis inseruirem. Hîc ostẽdit viros istos in egestate fuisse,illic verò nõ ita. Quapropter cõtinuè testes illos adducit. Vos enim, inquit, testes estis ac deus.Fide dignus est deus.Sed hoc illos magis certificabat.Nam illud incertum est & obscurum ignorantibus. Etenim ne quæras: Si Paulus erat ista dicens. Ex multa abundantiq; cautione vult eos certos reddere. Proinde dicit: Vos testes estis ac deus, quàm sanctè, q̃ iustè, quàm inculpatè vobis credentibus adfuerimus. Oportebat eos rursus laudare. Propterea ea præmittit quæ valebant illis persuadere. Si enim illic,inquit,in egestate constitutus nihil accepi, multo minus nunc. Quàm sanctè, & iustè, & inculpatè vobis credentibus adfuerimus,sicut scitis,quo modo vnumquenq; vestrũ, vt pater filios suos,adhortantes vos cõsolati simus. Supra quod ad vitę conuersationẽ attinet dixit:hîc quod dilectionem concernit, quod maius erat. Certè tutelæ est & alacritatis à fastu alienæ quod dictum est: vt pater,inquit,filios suos,adhortantes vos,& cõsolantes, & obtestantes,vt dignè ambularetis deo,qui vocauit vos in regnum suum ac gloriam. Cum dicit,& obtestãtes: tunc patrum meminit,quasi dicat: At si obtestati quoq; sumus,non tamen istud vehemẽter,sed vt patres. Vnũquenque,inquit, vestrum. Papæ, in tanta multitudine neminem omittit.Non paruum,non magnum,non diuitem,non pauperem. Adhortantes,inquit, ad tolerãtiam,& cõsolantes,& obtestãtes.*Adhortantes,gloriam igitur non quæsiui.Et obtestãtes:Nihil ergo adulati sumus.* Vt dignè ambularetis deo,qui vocauit vos in regnum suum ac gloriam. Vide quo modo rursus disserens & doceat,& consoletur.Si enim in regnum vocauit,omnia ferenda sunt.Adhortamur,nõ vt aliquid nobis largiamini, inquit, sed vt regnum cœlorũ assequamini. *Quapropter & nos gratias agimus deo indefinenter, quòd cum acciperetis à nobis sermonem dei,non hominum sermonem accepistis,sed sicut verè est, sermonem dei, qui & agit in nobis credentibus.*

Non potest dici,inquit, quòd nos quidem inculpatè faciamus omnia: vos vero indigna nostra conuersatione feceritis.Non enim tanquam homines audientes cum nos audiretis affecti estis,sed non aliter attendistis quàm si deus ipse adhortatus vos fuisset. Vnde hoc liquet?Quemadmodum quòd neque in adulatione,neq; in vana gloria prædicauerit ex tentationibus suis,& illorum testimonio,& ex iis quæ fecit probat:ita & quòd illi sermonem rectè acceperint ex tentationibus ipsorũ demonstrat. Nam vnde talia pericula tulissetis,inquit, nisi me tanquã deum ipsum dicentem audissetis?Et vide dignitatem ipsorum. *Vos enim,*inquit, *imitatores facti estis ecclesiarum dei, quæ sunt in Iudæa in Christo Iesu. Nam eadem & vos à propriis contribulibus passi estis, quemadmodum & ipsi à Iudæis,qui & dominum Iesum occiderunt, & proprios prophetas, & nos persecuti sunt, & deo non placent, omnibusq; hominibus contrarij sunt,prohibentes nos gentibus loqui,vt saluentur,vt adimpleantur peccata ipsorum semper. Peruenit verò in illos ira in finem.* Vos enim, inquit, imitatores facti estis ecclesiarum dei, quæ sunt in Iudæa.Multa consolatio.Nihil enim,inquit,miraculi est,quòd in vos ista designant, quando & in cõtribules

1.Cor.9.b

2.Cor.11.b

tribules ſuos hoc fecerint. Hoc verò non modicum indicium eſt veracem eſſe euãgelij prædicationem, quãdoquidem & ludei omnia perferenda ſuſceperunt. Nã & vos talia, inquit, à propriis contribulibus paſsi eſtis, quemadmodum & ipſi à Iudæis. Habet quiddam amplius, quod dicit, & ipſi. In Iudæa, inquit: oſtendit, quòd vbique tanquam certãtes cogniti fuerint. Dicit igitur: Nam & vos eadem paſsi eſtis. Quid ergo mirum fuerit ſi & vos rurſus, quãdoquidem & in dominum eadem videamus eſſe deſignata? Vides quo modo ipſum induxerit magnam habens conſolationem? Et cõtinuè iſtud verſat, & in omnib⁹ propè epiſtolis illud quis inuenerit ſi diligenter inquiſierit, quo modo præcipuè Chriſtum in tentationibus ſemper adducat. Vide igitur & hîc quo modo Iudæos reprehendens in memoriam Chriſti iſtos ducat, & adflictionũ domini: ita nouit quàm magnam habeat res iſta conſolationem. Qui & dominum, inquit, occidêrunt. At forſan illum non cognouerunt (maxime equidem cognouerunt.) Quid tum? An non & proprios prophetas occidêrunt, & lapidarunt, quorum & volumina circunferunt? Et iſta non veritatis gratia deſignarunt. Non ergo conſolatio dũtaxat eſt in tentationibus, ſed & admonitio ne putent aduerſarios hęc propter veritatem facere, atq; propterea turbentur. Et nos, inquit, perſecuti ſunt. Et nos innumera, inquit, mala perpeſsi ſumus. Et deo non placent, & omnibus hominibus contrarij ſunt, prohibentes nos gentibus loqui vt ſaluentur: Omnibus, inquit, hominibus contrarij ſunt. Quo modo? Si enim orbi vniuerſo loquendum eſt: illi verò hoc prohibent, communes ergo ſunt orbis inimici. Chriſtum occidêrunt & prophetas, deum vituperant, communes ſunt hoſtes orbis, nos expellunt, qui ſalutis gratia aduenimus. Quid mirum ſi & in vos talia deſignarunt, quando & in Iudæa hoc fecerunt? Prohibentes nos, inquit, gentibus loqui vt ſaluentur. Inuidentia igitur eſt, quòd omnium ſalutẽ impediunt. Vt impleantur peccata ipſorum ſemper. Peruenit verò ſuper eos ira in finẽ. Non amplius talia ſunt qualia priora. Non amplius reditus, nõ amplius terminus aliquis, ſed propè inſtat ira dei. Vnde hoc liquet? Ex eo quòd Chriſtus prædixit. Non enim hoc ſolũ cõſolationem habet ſocios adflictionũ habere, ſed & audire quòd illi puniendi ſint qui adflixerant. Si verò dilatio triſticiam adfert, ſoletur quòd amplius poſtea nõ reuiuiſcent. Immò & ipſam dilationem contraxit cum iram dixit, oſtendens eam debitam quoque eſſe & pręfinitam & prædictam. *Nos vero orbati vobis ad momentum horæ, aſpectu non corde, abundantius ſtuduimus faciem veſtram cum multo videre deſiderio.* Non dixit, ſeparati à vobis. Dixerat ſuprà de adulatione, declarans ſe nihil adulatũ eſſe, neque gloriam ſuam quæſiſſe. Hîc de dilectione loquitur. Quoniam ſuprà dixerat, vt pater filios, & vt nutrix: hîc aliud addit, orbati, inquit, vobis: id quod filiorũ eſt patres ſuos deſiderantium. Etenim illi erant orbati. At non hoc dicit, ſed nos, inquit, orbati vobis. Nam ſi quis deſiderium iſtud exquiſierit, quẽadmodum pueri parui tutore carentes intempeſtiuámq; orbitatem ſuſtinẽtes, multo ſunt erga parentes deſiderio, non ſolũ propter iſtam naturam, ſed & propter deſolationem, ita inueniet & nos, inquit, habere. Hinc & mœſticiam ſuam declarat quã habebat ex eo quod ſeparatus eſſet ab eis. Nec dici poteſt, inquit, quòd multum tẽporis à vobis ſeparati fuerimus, ſed ad momentum horæ duntaxat: idq; aſpectu non corde. Semper enim vos in animo habemus. Vide quanta dilectio. Quanquam eos in corde ſemper haberet, cupiebat tamen & aſpectu coram eſſe. Ne mihi quis inanem hanc dicat philoſophiã. Eſt hoc verè feruentis dilectionis, & videre, & audire, & colloqui. Et plurimum quoque cõtulerit ac profuerit iſtud. Abundantius, inquit, ſtuduimus. Quid eſt, abũdantius? Certè vt par erat, ad horam veſtra præſentia deſtituti, faciem veſtram videre ſtuduimus. Vide beatũ Paulum quando deſiderium ſuum per ſeipſum nequit implere, per alios hoc facientẽ. Quemadmodum & facit quando ad Philippenſes Timotheũ mittit, & ad Corinthios rurſus eundem, per alios eos conueniens, quando per ſeipſum non poteſt. Erat enim veluti amator quiſquam inſanus, & effrænis, & intemperãs in amore. *Quapropter voleb amus venire ad vos.* Id quod dilectionis eſt. Quãquam nullam aliam hîc veniẽdi neceſsitatem dicit, niſi vt videremus vos, inquit. *Ego quidem Paulus & ſemel, & iterum, & impediuit nos ſatanas.* Quid dicis? Impediuit ſatanas? Etiam. Non enim dei erat hoc opus. Nam ad Romanos quidẽ dicit, quòd deus impediuerit. Et alibi dicit Lucas, quòd ſpiritus prohibuerit eos in Aſiam venire. Et ad Corinthios dicit hoc eſſe opus ſpiritus: hîc verò dicit ſolum eſſe ſatanæ. Quod verò ſatanæ impedimentum intelligit? Tentationes quaſdam inopinas ac vehementes. Nam factis illi inſidiis à Iudæis tres mẽſes in Hellada detẽtus eſt. Aliud autem eſt diſpenſationis & muneris gratia alicubi, volentèmq; vltro morari. Nã illic quidem dicit, quapropter cum non haberem amplius locum in iſtis regionibus, & vobis parcerem, nõdum Corinthũ veni: hîc verò nihil tale, ſed quid? Impediuit nos ſatanas. Ego quidem Paulus, inquit, & ſemel, & iterum. Vide quo modo ambiat honorem, & ſeſe iactet, volens oſtendere, quòd eos plus omnibus diligat. Illud, ego quidem Paulus, idem eſt ac ſi dicat, etiam ſi alij noluiſſent. Nam & illi cupiebãt. Ego verò conatus etiam ſum. *Quæ nanque ſpes noſtra eſt, aut gaudium, aut corona gloriationis? An non & vos coram domino noſtro Ieſu Chriſto in adventu eius?* Sũntne, dic quæſo, ô beate Paule Macedonum ſpes tua? Non illi ſoli, inquit. Propterea ſubiũxit, an non & vos? Quæ eſt enim, inquit, ſpes noſtra, aut gaudium, aut corona gloriationis? Non agnoſcitis verba iſta mulierum eſſe quæ viſceribus incaleſcentes ad hũc modum cum pueris paruulis diſſerunt? Et corona, inquit, gloriationis. Non enim illi ſuffecit ad oſtendendum ſplendorem nomen coronæ, niſi adderet & gloriationis. Quantínam iſtud feruoris eſt? Neq; enim vnquam vel mater, vel pater, etiam ſi in vnum conſpirauerint, amorêmq; ſuum vtrinque commiſcuerint, talẽ poterunt oſtendere amorem qui Paulo ex æquo correſpondeat, Gaudium, inquit, & corona. Magis in vobis, inquit, gaudeo quàm in corona. Cogita nanque quantum ſit integram in aduentu Chriſti prodire eccleſiam à Paulo plantatam & radicatam. Quis ſanè propter tãtam filiorum fœcunditatem & proſperitatem non gauderet? Itaque ne hoc quidem adulationis eſt. Nõ enim dixit, vos, ſed vos cum aliis. *Vos enim eſtis gloria noſtra & gaudium. Propterea cum non ferremus amplius, viſum eſt vt Athenis relinqueremur ſoli.* Viſum eſt, dicit pro elegimus. *Ac miſimus Timotheum fratrem noſtrum & miniſtrum dei, cooperariumq; noſtrum in euangelio Chriſti.* Et hoc non ideo dicit vt Timotheum extollat, ſed vt eos honoret, quòd cooperarium & miniſtrum euangelij ab aliis, vt ita dicat, operibus auulſum ad vos miſimus, miniſtrũ dei, & cooperarium noſtrum in euangelio Chriſti. *Vt confortaret vos, & conſolaretur ſuper fide veſtra, ne quiſquam turbaretur in adflictionibus iſtis.* Quid hîc dicit? Quoniam tentationes doctorum

Cap. III.

doctorum discipulos perturbare solent;hoc dicit. Erat autem tum multis circũdatus tentationibus, vt & ipse
Supra 2.d dicat: Impediuit enim nos satanas,semper hoc dicens. Et semel,inquit, & iterum volebã ad vos venire, at nó potui, quod multæ erat violentiæ. Poterat autem eos istud turbare.Non enim ita propriis tentationibus turbabantur discipuli atque doctorum. Nam neq; ex propriis tentationibus tantopere turbatur miles, atq; si viderit prostratum ducem. Vt confortaret vos, inquit. Non quasi vobis quicquam desit fidei, aut quòd discere quicquam debeatis. Et cõsolaretur super fide vestra ne quisquã perturbaretur in afflictionibus istis. *Nam ipsi nostis in hoc nos esse positos. Etenim cum essemus apud vos, prædicebamus vobis adfligendos nos fore,sicut & factum est, & nostis.*

Non oportet turbari,inquit. Nihil enim insolẽs,nihil præter spem euenit. Sufficiebat hoc ad erigendum eos.Vides & Christum ideo & discipulis talia prędixisse?Audi nanque quid dicat:Iam nunc,inquit,ista vobis
Ioan.14.d dixi antequam fiant, vt quando facta fuerint, credatis. Magnum enim reuera est,magnum inquam, ad aliorũ consolationem, à doctoribus audire quæ futura sunt. Nam quemadmodum ægrotus si quãdo à medico, vel hoc,vel illud futurum audierit, non admodum turbatur. Si verò ex inopinato quicquam euenerit, ita vt & medicus hæsitet,& morbus artis victor euadat, animo deiicitur ac perturbatur:ita & hîc fit. Quæ præuidens Paulus, prædixerat illis. Adfligendos nos, inquit, fore prædicebamus,quemadmodum & factum est,& nostis. Non hoc solum ideo dicit, quòd factum est, sed quòd multa prædixerat quæ & euenerũt.In hoc positi sumus. Itaque non solum præteritorum gratia turbari non oportet, sed neque propter futura, si quid tale contigerit. In hoc nanque positi sumus. Audiamus quibus aures sunt audiendi.In hoc positus est Christianus. Illud enim, in hoc positi sumus, de omnibus fidelibus dicit. In hoc positi sumus,& nos interea ad ista ita sumus insolentes,quasi in requiem collocati simus. Immò cuius gratia adeò sumus insolentes ac mœrẽtes?Neque enim nos adflictionis tempus,neque tẽtatio cepit nisi humana.Opportunum fuerit & ad vos dicere:Nondum vsq;
Hebr.12.b ad sanguinem restitistis, contra peccatum decertãtes. Immò non istud opportunè ad vos dicetur. Sed quid? Nondum pecunias contempsistis.Nam illis quidẽ quibus erant amissa omnia,meritò ista dicta sunt: iis verò qui sua adhuc habent, istud. Cui sunt ablatæ propter Christum pecuniæ? Quis illius gratia alapis cæsus? quis contumeliis affectus est?Vel vsque ad verba dico? Vnde nobis gloriatio? Vnde poterimus habere fiduciam? Tanta passus est nostri gratia Christus cum inimici essemus, quid nos ostẽdere poterimus eorum quæ propter ipsum passi simus? Quòd quidẽ passi simus mali nihil,quæ verò bona ab eo acceperimus,innumera. Vnde nobis fiducia erit in illo die? Non scitis quòd & miles tum poterit illustris esse apud regem quando innumera vulnera & cicatrices ostendere poterit. Si verò nihil habuerit egregiorum factorum quod ostendat,etiam si alioqui nihil mali designauerit,inter postremos collocatur.Sed non est,inquis,iam belli tempus. Si esset,quisnam decertaret,dic quæso?Quis in certamẽ insiliret?Quis aciem diuideret?Forsan nemo. Cum enim videam quòd neque pecunias Christi gratia contemnas,quo modo sperem te plagas cõtempturum? Dixit, eos qui vobis conuiciantur, ferte fortiter,& benedicite illis. Hoc non facis, sed inobediens transgrederis. Quod periculum non habet, non facis, & plagas feres dic quæso,vbi multum est doloris ac mœroris?Ignoratis quòd in pace quæ belli sunt,exercere oportet? Non videtis milites istos? Illi nullo existente belli tumultu, sed pace profunda,extersis armis, & cum præceptoribꝰ suis, à quibus quæ ad militarem disciplinam pertinent docentur, in apertum & spacioſum campum singulis, vt ita dicam,diebus egredientes, quæ belli sunt magna diligentia & studio exercent. Quis spiritualium militũ istud fecit?Nemo.Quapropter & in bellis molles atque inutiles sumus,ac quibûsuis ad prædam expositi.Quantæ verò socordiæ est,non putare præsens tempus,tempus esse belli,cum Paulus clamet:Omnes autem qui vo
2.Tim.3.c lunt piè viuere in Christo Iesu, persecutionem ferent: & Christus dicat,In mũdo pressuram habebitis. Et ite-
Ioan.16.g rum beatus Paulus clara voce clamet,ac dicat,Non est
Ephes.6.b nobis lucta aduersus sanguinem & carnem. Item:State
Ibidem.c igitur circuncinctis lumbis vestris in veritate. Quid armis nos munis,dic quæso,non existẽte bello?Quid frustra nobis negocia facessis? Quid armas milites,cum liceat quiescere ac recreari? Sed dixisset: Ob hoc ipsum, etsi bellum quidem non sit, maxime tamẽ oportet quæ belli sunt curare ac meditari. Qui enim in pace ea curat quæ pugnæ sunt,terribilis erit ipso tempore pugnę: qui verò rerum bellicarũ imperitus est, turbabitur magis etiam in ipsa pace. Quamobrem? Quoniam eorum gratia quæ habet lachrymabitur, & quia illa defendere nequit,dolebit. Possessiones enim meticulosi,& imperiti,atque ad pugnas obeundas inutilis, omnium eorũ sunt qui animo sunt virili, & ad bella gerenda instructi. Itaque huius gratia vos primùm armo. Deinde & omne vitæ huius tempus belli nobis tẽpus est.Quo modo & qua ratione diabolus immineat, audi quid dicat:
1.Pet.vlt.c Circuit,inquit,sicut leo rugiens ac rapere volens.Corporales passiones innumerę in nos irruunt,quas necessarium est pertransire, ne frustra nos ipsos seducamus. Quid enim nos,obsecro,non impugnat? Diuitiæ,pulchritudo,deliciæ,potentatus,potestas,inuidentia,gloria,arrogantia. Non enim nostra solum nos gloria impugnat,in animi humilitatem demittere vetans, sed & ea quæ aliorum est, in odium nos & inuidẽtiam abducens.Sed quid aduersa?paupertas,ignominia, cõtemptus,abiectio,& nullam prorsus habere potentiam?Hæc quidem in nobis sunt. Quæ verò apud alios homines sunt,versutiæ,insidiæ,doli,calumnię,incommoda mille.Quæ apud dæmones,principatus, potestates, mundi rectores tenebrarum seculi huius, spirituales versutiæ. Alij sumus gaudentes,alij dolentes. Vtraque exorbitãtia sunt, alios sanitas, alios nos facit infirmitas. † Quo
† Qui fieri poterit vt quis nõ delinquat? modo non desperauerit quisquam? ‖ Vultis & ab ipso Adam exorsus differam vobis,ab ipso mox mundi initio?Quid primum hominem strauit ac vicit?Voluptas, & escæ, & libido dominandi. Quid post hunc filium eius?Inuidentia & odium. Quid eos qui tẽporibus Noë fuerunt?Corporum voluptates,& quæ ex illis nascũtur mala.Quid filium Noë?Procacitas & licentia.Quid Sodomitas?Lasciuia & petulantia,& saturitas panum. Plerunque verò & paupertas hoc facit. Quapropter sapiẽs quisquam dixit: Diuitias & paupertatẽ ne dederis mi-
Prouer.30.a hi. Immò neque diuitiæ, neque paupertas,sed animus vtrisque istis nõ valens probè vti. Agnoſce,inquit,quo
Eccli.9.d modo per medium laqueorum incedas. Præclarè dixit beatus Paulus,In hoc positi sumus. Non dixit simpliciter,tentamur:sed,in hoc positi sumus,,pro eo quod est, ad hoc facti sumus: hoc est, opus nostrum, hæc nostra vita,& tu requiem quæris? Nõ instat lictor latus tuum lacerans,

lacerans, & ad sacrificandum cogens? At instat vehemens pecuniarum & auariciæ cupido oculos nobis effodiens. Nullus miles pyram nobis incendit, neque craticulæ nos imposuit? At corporum flamma animam nostram magis incendit, quàm ille. Nō adest rex innumera bona promittens, & ab instituto deflectens? At adest væsana gloriæ cupido peius nos illo titillās. Magnum reuera bellum, & admodum magnum. Si sobrij voluerimus esse, & vigilare, habet coronas & præsens hoc tē
1.Tim.4.b pus. Audi quid Paulus dicat: Reposita est mihi deinceps corona iustitiæ quam reddet mihi iustus iudex, non solum autem mihi, sed & omnibus qui dilexerunt aduētum eius. Si quando filium amittis, dilectum, vnigenitum, in multis diuitiis enutritum, spem bonam prębentem se vnum hęreditatem tuam percepturum, ne ingemiscas, sed gratias agas deo, eumq; glorifices qui illum accepit, & hactenus non eris deterior Abrahamo. Quēadmodum enim ille filium suum iubenti ac postulanti deo dedit, ita tu accipiente eo non ingemuisti. Graui morbo decumbit, & accedunt multi ad vanitatem vrgentes, & ij quidem incātationibus, isti amuletis: illi verò aliis quibusdā superstitionibus solamen mali adferre conantur, si propter timorem dei fortiter & immotè tuleris, & omnia malueris perpeti, quàm sustinere, vt aliquid quod idololatriam sapit facias, hoc tibi martyrij coronam adferet. Non est quòd dubites. Et quo modo, quáve ratione? Ego dicam: Quoniam quemadmodum martyr dolores ex tormētis acceptos generosè tolerat, ne simulachrum adoret: ita & tu dolores eos qui sunt ex filij morbo, toleras, ita vt nihil eorū quæ ab illo obueniunt pusillanimiter depreceris, neque facias quæ ille videtur præcipere. Sed vehementiores sunt martyrij dolores? At isti diuturniores. Itaque pari fine desinunt. Sæpenumero vehementiores etiā sunt isti. Quid enim, dic mihi, quando intus ardēs fatigaris & inflammaris, & aliis adhortantibus, tu incantationē amoues, an non martyrij corona hoc pacto ornaberis? Rursus amisit aliquis pecuniam? Multi ad diuinatores consulendos adhortantur. Propter timorem dei, quoniam istud prohibitū est, malis non recipere pecunias amissas, quàm immorigerus esse deo. Parem habebis mercedem cum eo qui pecunias suas pauperibus largitus est, si amisis illis gratias egeris, & cum ad diuinatores ire potueris, sustinueris illas magis nō recipere, quàm hoc pacto recipere. Quemadmodum enim ille propter timorem dei in egenos pecunias suas effudit, ita & tu propter timorē dei abreptas illas non recepisti. In nostro est arbitrio nos ipsos vel lædere, vel illæsos seruare, id verò nemo alius potest. Et si vultis, in ipso furto rem istam tractemus & consideremus. Parietem perfodit fur? Insiluit in cubiculum. Abstulit aurum magni precij, & lapides auro pretiosiores, in summa thesaurum omnem? Euasit etiam, & non est interceptus? Graue quidem facinus. Et videtur res ista damnum habere, verum nondū habet, sed in te situm est, vel damnum ex ea vel lucrum facere. Et quo modo potest hoc lucrum fieri, inquis? Demōstrare conabor istud quo modo fiat. Si voles, magno lucro erit: si minus, damno maiore quàm id quod factum est. Quēadmodum enim apud artifices, accepta materia peritus quidem artifex bene vt oportet vtitur: imperitus verò & illam perdit, & seipsum damno afficit, ita & in his reb⁹ habet. Quo modo ergo lucro erit? Si deo gratias egeris, si non ploraueris, si verba Iob dixeris, Dominus dedit, dominus abstulit: nud⁹ egressus sum ex vtero matris meæ, nudus etiā hinc abibo. Quid dicis? Abstulit dominus? Et quo modo, inquis, dicere potero, dominus abstulit? Ne mireris. Nam & Iob de illis quæ diabolus abstulerat, dixit, dominus abstulit. Et quo modo tu dicis ea quæ per furem ablata sunt, non abstulisse dominum? Vtrum miraris ac laudas, dic quæso, an eum qui sua in pauperes effundit, an Iob hæc verba loquentem? Nihil ergo minus habet ab iis qui eleemosynas contribuunt, Iob ille, qui tamen tum nō dabat. Neque dicas, nihil hinc habeo gratię: prętet animi mei sententiam res ista facta est, me nec sciente nec volēte bona mea fur abstulit, quæ mihi merces erit? Neque Iob quoque vel sciente vel volente diabolus ista abstulit. Quo modo enim scire poterat? At nihilominus patiēter tulit. Potes tu verò tātum acquirere mercedis, quātum si sponte proiecisses. Et meritò magis eum extollimus qui bono animo vim ac fraudem illatam tolerat, quàm qui vltro sua elargitur. Quamobrem? Quoniam ille quidem laudibus fouetur & conscientia, spęq; bona fruitur, & posteaquam fortiter primùm pecuniarū priuationem pertulit, tunc eas proiecit: hic verò mente adhuc alligatus bonis suis vi spoliatus est. Nō est autem perinde animo primùm ad abnegandas pecunias persuaso illas sponte effundere, & adhuc illarum desiderio detentum priuari. Si hæc verba dixeris, recipies amissa plurimum aucta, & plura etiam quàm ipse Iob. Nam ille duplicia quidem in hac vita recepit: tibi vero Iob.42. Christus centuplum hîc pollicitus est. Non maledixisti propter timorem dei: non vsus es diuinatoribus? malis affectus gratias egisti? Similis es ei qui bona sua contempsit. Nam & ista nō fiunt, nisi primùm quæ tua sunt contempseris. Non idem est autem multo tempore pecuniarum meditari & exercere contemptum, & subitò damnum illatum fortiter ferre. Ita scilicet ex dāno fiet lucrum, & nihil nocumenti capies ex diabolo, sed & iuuaberis. Quo modo verò deprædatio ista graue damnum adferet? Quando animā damno afficeris. Dic mihi, *Priuauit te pecuniis fur?* Tu teipsum salute priuas. Quo modo? Dum propterea lugens quòd ab aliis male affectus es, teipsum pluribus malis inuoluis: Ille forsan in paupertatem te coniecit, tu verò teipsum letaliter lædis dum mali quicquam propterea cōmittis. Ille te priuauit iis bonis quæ extra te sunt, & postremò te inuitū quoque deferent: tu verò teipsum æternis diuitiis priuas. Contristauit te diabolus ablatis pecuniis: afficias illum tristicia & tu. Ne exhilares eum. Si diuinatores accesseris, exhilarabis illum. Si deo gratias egeris, letaliter eum vulnerabis. Et vide quid fiat. Neque amissa reperies, si diuinatores accesseris. (neque enim diuinatores quod quæris, scire poterūt.) Sin forte diuinatione rem attigerint, simul tamen animam perdes, & à fratribus tuis rideberis, ac rursus ea male perdes. Vidēs enim dęmon quòd damnum ferre nequeas, sed & bonorū temporalium gratia deum tuum neges, pecunias reddit, vt occasionem habeat denuo te seducēdi, & ad defectionem à deo solicitandi. Si verò diuinatores quod quæritur dixerint, ne miremini: inporporalis est dæmon, vbique circuit. Latrones ipsos ipse in facinora armat. Neque enim ista sine dæmone fiūt. Si ergo istos armat, & nouit vbi locorum in insidiis abditi sint, non celabit hoc ministros suos diuinatores. Nihil hoc mirū est. Si viderit te damni gratia dolentem, addet & aliud. Si ridentem viderit & cōtemnentem, cessabit ab hac via. Quemadmodum enim nos illis potissimum afficimus inimicos nostros, quibus eos contristamus: si verò viderimus eos, nihil inde dolere, desistimus deinceps, vt qui ne-

qui nequeamus eos hac via lædere: ita & diabol⁹. Quid dicis? Vel nō vides eos qui in mari nauigant quàm nō curent pecunias, ſicubi tempeſtas ingruerit, ſed & quas habent abiiciāt? Quid dicis homo? An tempeſtatem vltro & naufragium promoues? Antequā tibi diuitias maris fluctus auferāt, tu eas propriis manibus abiicis? Quid teipſum ante naufragium, in naufragium coniicis? Sed iſta rogauerit quidem homo agreſtis, & earū tentationum quæ in mari accidūt imperitus: nauticus verò, qui & quid tranquillitatem operetur, & quid tempeſtatem efficiat exacte nouit, ridebit etiam iſta dicentem. Ob id enim ipſum, dicet, illas proiicio, ne tempeſtas fiat. Ita & qui rerum huius vitæ, tentationúmq; peritus eſt, quando viderit imminētem tempeſtatem, & ſpirituales verſutias naufragium facere conātes, etiam quas adhuc habet pecunias abiicit. Obtigit tibi furtum? Fac eleemoſynam, & releuabis naufragium. Diripuerūt tibi quicquam latrones? Tu quod reliquum eſt, da Chriſto: ita & quæ ex priorum amiſſione eſt, paupertatem ſolaberis. Releua naufragium. Quæ manſerunt, ne retineas, ne ſcaphus euertatur. Illi vt corpora conſeruent, iacturam ſarcinarum faciunt, & non expectant donec irruentes fluctus ſcaphum ſubuertant: tu vt animas ſerues, non ſedabis naufragium? Periculum facite. Si mihi non creditis, obſecro periculum facite, & videbitis gloriā dei. Si quid tibi moleſtum acciderit, da mox eleemoſynam, gratias age quod acciderit, & videbis quantum acceſſurum ſit gaudij. Spirituale nāque lucrum, etiam ſi modicum ſit, tantum tamen eſt vt quodcunque corporale detrimētum obſcuret & tollat. Donec enim habes quod Chriſto des, abundas. Dic quęſo, ſi ſpoliatum te accedat rex, manum porrigens, & aliquid abs te petens: an non putares te ditiorem omnibus, quòd ne poſt tantam quidem paupertatem regem tui pudeat? Ne rapinæ ſis cōſors. Tātum teipſum vincas, & vinces diaboli inſidias. Potes magna lucrari. Contemnamus pecunias, ne contemnamus animas. Quo modo verò quis illas cōtemſerit? Non videtis ſplendida corpora, & eos qui illa adamant? Quandiu quidem in conſpectu fuerint, inflammatur incendium, & licēter fertur libera flamma: quāprimum verò illos quiſquā abduxerit, protinus extincta ſunt omnia, omnia ſopita: ita & in diuitiis habet. Nemo aurum curioſius obſeruet, nemo lapides precioſos, nemo inaurēs. Viſa ineſcant oculos. Si omnino diteſcere voles, imitare veteres, non in auro, ſed in rebus neceſſariis, vt in promptu habeas quod des aliis. Ne ſis ornamentorum ſtudioſus. Iſtæ diuitiæ latronum inſidiis obnoxiæ ſunt, & curas nobis exhibent. Non ſtent in ædibus tuis aurea & argentea vaſcula, ſed apothecæ frumenti, vini & olei. Stent autem non vt venditis illis argentum compares, ſed vt egenis alimoniam ſubminiſtres. Si nos ipſos ab iſtis ſuperfluis abduxerimus, cœleſtia bona aſſequemur: quæ contingat nos omnes aſſequi in Chriſto Ieſu, &c.

Homilia quarta.

QVapropter & ego non amplius ferens, miſi ad hoc vt cognoſcerem fidem veſtram, ne quo pacto tentaſſet vos qui tētat, & inanis factus eſſet labor noſter. Nuper autem cum veniſſet Timotheus à vobis ad nos, annunciaſſetq; nobis fidem & dilectionem veſtram, & quòd ſemper bonam habeatis noſtri memoriam deſiderantes nos videre, quemadmodum & nos quoque vos. Propterea fratres conſolationem nacti ſumus in vobis, ſuper quaecunque noſtra adflictione & neceſſitate per veſtram fidem. Nūc enim viximus, ſi quidem vos ſtatis in domino. Quæſtio nobis hodie à multis agitata, & magno ſtudio vndiq; ventilata proponitur. Quæ eſt autem iſta quæſtio? Quapropter, inquit, & ego non amplius ferens, miſi Timotheū ad hoc vt cognoſcerem fidem veſtram. Quid dicis? Qui tanta viderat, qui ineffabilia verba audierat, qui ad tertium vſque cœlum aſcēderat, hic fidem Theſſalonicenſium, idq; Athenis conſtitutus ignorat, maxime cū non adeò procul Athenæ à Theſſalonica diſtēt, cúmq; paulò antè ab illis auulſus eſſet? Dicit enim, orbati vobis ad momentum horæ. Res Theſſalonicenſium non nouit, ſed cogitur mittere Timotheum ad hoc, vt cognoſcat fidē eorum? Ne quo pacto, inquit, tentauerit vos qui tentat, & inanis factus ſit labor noſter. Quid igitur, dixerit quiſquam, Non omnia nouerūt ſancti? Atque iſtud multis indiciis cognoſci poterit, tam ex prioribus, quàm ex poſterioribus. Quemadmodum Helizęus de muliere ila ignarus erat, & vt Helias ad deum dicebat: Ego relictus ſum ſolus, & quærunt animam meam: vnde audiebat à deo, Reliqui mihiipſi ſeptem milia virorū. Et Samuēl quoque cum mitteretur ad vngēdum Dauidem, dicebat ad eum dominus: Ne attēdas vultum eius, neq; ſtaturam magnitudinis eius, contempſi nanq; eum. Nō enim vt homo aſpicit deus: nam aſpicit homo vultum ac perſonam, deus verò cor. Fit autē iſtud ex multa dei prouidentia. Quo modo, & qua ratione? Et ipſorū ſanctorum gratia, & eorum qui illis credunt. Quemadmodum enim & perſecutiones oriri permittit, ita & multa permittit eos ignorare, vt reprimātur & humilientur. Propterea & Paulus dixit: Datus eſt mihi ſtimulus, nimirum carni meæ, angelus ſatanæ vt me colaphis cæderet, ne extollerer ſupra modum. Et iterum, Ne & alij maiora de ipſis imaginētur. Si enim propter ſignorum patrationem putabant illos eſſe deos, multo magis hoc putaſſent ſi ſemper omnia ſcientes ac videntes permāſiſſent. Et hanc rationem ipſe quoq; Paulus aſsignat dicēs, Ne quis de me cogitet ſuper id quod videt eſſe me, aut quod audit ex me. Et rurſus audi quid Petrus dixerit cum claudum reſtituiſſet. Quid nos, inquit, intuemini, quaſi propria virtute aut pietate claudum iſtum ambulare fecerimus? Si verò etiam ipſis iſta dicentibus ac facientibus, & ex rebus paruis adeò malæ natæ ſunt ſuſpiciones, multo magis ſi maiora feciſſent. Et alia quoq; ratione iſtud permiſit: videlicet, ne quiſquam dicere queat, non immeritò ſanctos agere potuiſſe quæ rectè egerunt, eo quòd non fuerint homines, atque ita omnes remiſsi ac deſides redderentur. Propterea declarat eorum infirmitatem, vt omnem ingratitudinis & impudentiæ occaſionem amputet. Hac ratione Paulus res Theſſalonicenſium ignorat, hac ratione ſæpenumero, tametſi propoſuiſſet, non venit, vt cognoſcerent illum multa neſcire. Erat itaque plurimum hinc vtilitatis. Si enim etiam ſic erant adhuc qui dicerent: Hic eſt virtus dei magna, & alij quidam, alium atque alium putabant, niſi fuiſſent iſta infirmitatis indicia, quid non arbitrati fuiſſent? Videntur autem hoc quidem loco illi nonnihil reprehendi, verum multo magis quàm ſint præclari manifeſtatur, & excellentia tentationum demōſtratur. Quo modo? Attende, Si prædixiſti illis, quòd in hoc poſiti ſumus, & nemo inde perturbetur, vt quid Timotheum denuo mittis, veritus ne quid accidat eorū quæ nolles? Ergo hoc ex multa dilectione facit. Amantes enim etiam quæ tuta ſunt, ſuſpecta habent, ex multo dilectionis feruore. Hoc verò ex multis tētationibus eſt. Nam dixi quidem, inquit, quòd in hoc poſiti ſumus, excellentia tamen malorum terruit me, Propterea nō dixit, improbans

Sancti non oīa sciunt. 1.Reg.19.b & Rom.c

1.Reg.16.b

2.Cor.12.b

Ibidem.

Act.3.b

xit,improbans vos illum mitto, ſed non amplius ferẽs: quod magis erat amiciciæ. Quid eſt,ne quo pacto tentauerit vos qui tentat? Vides quòd diabolicum opus ſit in adflictionibus concuti ac dimoueri, diabolicáq; incitatio? Quando enim nos ipſos non poteſt,aliter propter nos infirmiores permouet: id quod excellentis imbecillitatis eſt,& nullam prorſus excuſationem habentis. Quemadmodum cum Iob egit,vxorẽ incitans, Dic
Iob.2 verbum,inquit,aduerſus dominum, ac morere. Vides quo modo illam tentauit? Quare verò non dixit,cõmouerit: ſed,tentauerit? Quoniam tantum dũtaxat,inquit, veritus ſum,quantum ad tentandum vos attinet. Non enim tentationem ſatanæ commotionem vocat. Qui nanque tentationem & incurſum eius admiſerit, is demum permouetur & concutitur. Papę,quantus amoris affectus in Paulo eſt. Nihil illi curæ fuerunt, quas patiebatur,adflictiones & inſidiæ. Puto enim eum tum illic
Act.19.b manſiſſe,quemadmodum inquit Lucas,quod in Hellada manſerit tres menſes,factis inſidiis à Iudæis. Pericula non curabat,ſed diſcipulos. Vides quòd omnia naturalem patrem exuperarint? Nam nos quidem in adflictionibus & periculis omnium memoriam abiicimus: ipſe verò ita verebatur ac tremebat filiorum ſuorũ gratia,vt quem vnũ duntaxat habebat ſolatij loco, Timotheum,& conſortem ac cooperariũ ſuum, hunc in ipſis periculis ad eos miſerit. Et ne inanis,inquit,factus ſit labor noſter. Quamobrem? Nam etiam ſi euerſi eſſent,an non præter tuam culpam,an non pręter tuam ſegniciẽ factum eſſet? Nihilominus,inquit,& horum omniũ mihi laborem inanem factum eſſe putarem, ex multo fraterno amore? Ne quo pacto tentauerit vos qui tentat. Tentat autem ignarus an deiiciat quem tẽtat. Deinde ille quidem etiam cum nihil certi habeat,nos aggredi- C tur: nos verò ſcientes quòd certò ac vehemẽter ipſum proſtraturi ſumus,non tamen ſobriè vigilamus, Quòd verò ignarus nos impetat, in Iob declarauit. Dicebat
Iob.1.b enim ad deum verſutus ille dæmon: Non tu circũuallaſti illum & intus & foris? Aufer quę habet: haud dubiè in faciem tibi benedicet. Tentat. Si quid infirmum viderit,aggreditur: ſi robuſtũ,abſtinet. Et inanis,inquit, ſit labor noſter. Audiamus omnes quo modo laborauerit Paulus. Non dixit,opus noſtrum, ſed labor noſter: nec dixit: Et vos perieritis,ſed labor noſter: itaque etiã ſi quid accidiſſet,non fruſtra factum fuiſſet. Quoniam verò non accidit, plurimum vos admiror & ſuſpicio. Hæc quidem expectabamus, inquit: euenerunt autem contraria. Non enim ſolum nihil augmenti adflictionibus noſtris addidiſtis,ſed & cõſolati eſtis. Nuper verò cum veniſſet Timotheus,inquit,à vobis ad nos, an- D nunciaſſetq; nobis fidem ac dilectionem veſtram. Annunciaſſetq;,inquit: vides vehemẽtem Pauli læticiam. Non dixit, εὐαγγελίσασθαι ſimpliciter annunciaſſet: ſed, διαγγελίσασθαι: hoc eſt,vt rem lætam & deſideratiſsimã annunciaſſet. tantum videlicet bonum æſtimabat illorum corroborationem ac dilectionem. Neceſſariò nãque ſolida manẽte illorũ dilectione, corroborata erat & fides. Dilectionem verò eorũ ideo ſuſpirabat, & audire gaudebat, quòd ea eſſet fidei ſignum ac teſtimonium. Et quòd ſemper bonam habeatis noſtri memoriam deſiderantes nos videre, quemadmodum & nos vos quoque: hoc eſt, laudando nos non ſolum cũ præſentes eſſemus, aut cùm miraculis inclareſceremus, ſed & nũc cùm procul abſumus à vobis, & percutimur, innumeráque mala patimur,memoriã noſtri bonam habetis. Audite quo modo prædicantur & commendantur diſcipuli,quo modo beatificantur,bonã doctorum ſuorum memoriam habẽtes: imitemur iſtos. Nos enim ipſos,hoc faciẽtes, nõ eos, quos vt doctores diligimus, iuuabimus. Deſiderantes,inquit, nos videre, quemadmodum & nos vos quoque. Et hoc ſanè illos exhilarauit. Plurimum quippe ſolatij & recreationis diligenti adfert,ſi ei quem diligit, quàm à ſe diligatur manifeſtũ eſſe cognouerit. Propterea fratres cõſolationem nacti ſumus in vobis ſuper quacunque noſtra adflictione & neceſsitate per veſtram fidem. Nunc etenim viuimus,ſi quidem vos ſtatis in domino. Quidnam Paulo par eſſe poterit,qui proximorum ſalutem ſuam eſſe duxit? nõ aliter erga quòſuis affectus quàm reuera erga propria membra? Quis nunc hanc vocem promere valebit? Immò quis ita poterit vnquam affectus eſſe? Non petit vt gratias ſibi habeant propter tentationes quas illorũ gra B tia ſuſtinebat, ſed gratiam ipſis habet, propterea quòd à propoſito nequaquã propter tentationes ſuas dimoti eſſent: quaſi diceret, Vobis enim ex tẽtationibus noſtris plus mali ac damni intentatum eſt,quàm nobis: vos tẽtati eſtis magis,quàm nos: vos nihil patiẽtes,quam nos aduerſa ſuſtinentes. Quoniam iſta nobis proſpera Timotheus annunciauit, nihil iam rerum triſtium ſentimus,ſed conſolationem adepti ſumus ſuper quauis adflictione noſtra,non iſta ſolum. Bono nanque præceptori nihil amplius moleſtum erit, quandiu quæ diſcipulos concernunt, iuxta animi ſententiam proceſſerint. Per vos,inquit, ſolatium accepimus, per vos corroborati ſumus. Atqui cõtrarium hoc erat: ſiquidẽ doctores adflictos animis nõ cõcidere, ſed fortiter ſtare, ad hoc valet,vt diſcipuli corroborentur. Sed totum contrariũ facit Paulus,& encomiũ in illos conuertit. Vos,inquit, ad certandum nos inſtructos reddidiſtis, vos vt reſpiraremus dediſtis,vos non permiſiſtis vt tẽtationes noſtras ſentiremus. Et non dixit,recreati ſumus,aut ſolatium adepti ſumus: ſed quid? Nũc viuimus,inquit,oſtẽdens ſe & tentationem ac mortem, nihil aliud putare quàm ipſorum offendiculum,quandoquidem & vitam ſuam nihil aliud æſtimet quàm ipſorum profectũ. Quò nam pacto quiſquam alius vel mœſticiã propter diſcipulorum infirmitatem,vel gaudium, clarius expreſsiſſet? Non dixit,gaudemus, ſed viuimus iam vitam illam futuram. Itaque ſine veſtro profectu ne vitam quidem vitam eſſe putamus. Ad hũc modum oportet animatos eſſe præceptores, ita diſcipulos. Hoc ſi fuerit,nihil vnquam accidet abſurdi. Deinde idem adhuc exaggerãs, vide quid dicat: *Quam enim gratiarum actionem poſſumus veſtri gratia deo rependere ſuper omni gaudio quo gaudemus propter vos in conſpectu dei noſtri? nocte ac die ſupra modum orantes, vt videamus veſtram faciem, & ſuppleamus quæ deſunt fidei veſtræ.*

Non,inquit,vitæ nobis duntaxat cauſa facti eſtis,ſed & multæ læticiæ,ac tantæ, vt nequeamus deo dignas ſatis agere gratias. Veſtram,inquit,virtutem arbitramur eſſe donum dei. Talibus nos beneficiis affeciſtis, vt putemus ea, † & à deo nobis donata eſſe: immò magis à deo. ¶Neque enim humani eſt vel animi vel ſtudij tantus affectus. Nocte,inquit, ac die ſupra modum orãtes. Et hoc erat indiciũ gaudij. Quẽadmodum enim agricola quiſquam audiens de agro ſuo quem cum labore operatus eſt,quàm fructib⁹ ſit onuſtus,coràm voluptatem ac iucunditatem illam videre deſiderat: ita & Paulus Macedoniam. *Supra modum orantes.* Vide hyperbolen. *Vt videamus veſtram faciem, & ſuppleamus quæ deſunt fidei veſtræ.* Magna hîc eſt quæſtio. Si enim nunc viuis propterea quòd illi ſtant, & Timotheus annũciauit tibi fidem

† *à deo donata eſſe, vel potius etiã à deo.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

bi fidem ac dilectionem eorum,tantóq; refertus es gaudio,vt nequeas deo sufficienter agere gratias:quo modo hîc fidei illorum aliqua adhuc deesse dicis? An non adulationem sapiunt verba illa? Nequaquam:Absit. Etenim præoccupans testimoniũ illis exhibuit,quòd multa certamina sustinuerint,nec deteriores aut inferiores sint ecclesiis in Iudęa existentibus. Quid est ergo? Nondum omni fuerant doctrina potiti, nec dũ omnia quæ cognoscenda erant,didicerant. Atque hoc circa finem declarat. Voluebatur forte apud eos quæstio de resurrectione:& complures erant qui eos turbabant,nõ iam tẽtationibus externis aut periculis,sed falso sese doctores simulantes. Hoc est quod dicit,quæ desunt fidei vestræ. Et propterea dixit, vt quæ desunt, suppleamus: non autem,vt vos corroboremus. Sed vbi fidei quidẽ illorum metuebat, Timotheum,inquit,misi ad hoc,vt cõfirmaret vos:hîc verò,vt suppleamus quæ desunt, id quod magis doctrinæ est quàm corroborationis. Quẽadmodum enim & alibi dicit, Vt instructi sitis ac perfecti,ad omne opus bonum. Perfectum autẽ est in quo parum adhuc deest:nam perficitur. *Ipse vero deus ac pater noster,& dominus noster Iesus Christus dirigat viam nostram ad vos. Vos autem abundantes faciat dominus & exuberãtes mutua inter vos dilectione,& erga omnes sicut & nos erga vos.* Excellẽtis hoc dilectionis est, quòd nõ solum apud seipsum precatur,sed & epistolæ precationem suam indit. Feruẽtis istud animi & verè intemperantis, & precum quæ illic fiebant indicium est & exemplum,simul & excusatio,ꝙ non sua sponte vel pigritiæ causa illis abessent:quasi dicat, Ipse verò deus tentationes illas quæ nos vbiq; agitant ac remorãtur,amputet,quò recta ad vos ire liceat. Vos autem abundantes faciat dominus & exuberãtes. Vides effrænem dilectionis insaniam,quã verbis ostendit? Abundantes,inquit,& exuberantes,pro crescentes, vt dici solet: Admodum abunde ab illis amari desiderat. Sicuti & nos,inquit,erga vos. Quod nos quidẽ cõcernit,iam est,quod vos verò oramus, vt fiat. Vides quò velit illorum extendi dilectionem? Non solum vt mutuò alius alium inter se, sed vt omnes vbique diligant. Hoc enim verè demũ diuina dilectio est, si omnes cõplectatur:Si verò alium quidẽ diligis, alium autem nõ item,humana erit amicicia. At nostra non est talis, Sicuti & nos erga vos. *Vt confirmet corda vestra irreprehensibilia in sanctimonia coram deo & patre nostro,in aduentu domini nostri Iesu Christi,cum omnibus sanctis eius.* Dilectionem declarat non illis quos diligunt,sed ipsis lucrosam & vtilem esse. Vellem,inquit, abundantem esse vestram hanc dilectionem,ne quis vestrum reprehensibilis fieret. Nõ dixit, vt confirmet vos,sed corda vestra. Ex corde nanq; prodeunt cogitationes malæ. Potest enim malus esse, etiam qui opere nihil mali fecerit: vtpote, potest inuidiam habere,perfidiam, dolũ, potest gaudere in malis, non esse amicus,dogmata habere peruersa. Hęc omnia cordis sunt. Sanctimonia est ab istis purum esse. Sanctimonia quippe propriè excellens dicitur mẽtis castitas: nam & immundicia est fornicatio & adulterium. Vniuersaliter verò quoduis peccatum immundicia est, & quæuis virtus mũdicia. Beati nanq;,inquit,mundi corde. Mundos dicit,qui prorsus mũdi sunt. Possunt enim & alia inquinare,& nõ minus:quòd nanq; malicia animã polluat,audi quid propheta dicat: Laua,inquit,Hierusalem à malicia cor tuum. Et iterum:Lauamini,mundi estote,auferte maliciam ex animabus vestris. Nõ dixit,auferte fornicationes. Itaq; nõ solum fornicatio,sed & alia polluunt animam. Vt cõfirmet,inquit,corda vestra irreprehensibilia in sanctimonia coram deo ac patre nostro in aduentu domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis eius:iudex ergo tunc erit Christus. Nõ solum autem ante illum, sed & ante patrẽ stabimus iudicandi:aut hoc dicit, Vt sitis irreprehensibiles coram deo. Hoc semper dicit,coram deo. Nam hîc virtus ipsa syncera est,non coram hominibus. Dilectio itaque irreprehensibiles facit,& reuera irreprehensibiles facit. Cum aliquando de hac re cum quodam dissererem ac dicerem dilectionem irreprehensibiles facere, & amicitiam quæ est erga proximum, nullum improbitati permittere ingressum, & reliqua omnia sermone percurrerem & enuclearem, quisquam ex iis qui mihi noti sunt, seipsum ingerens dicebat. Quid ergo fornicatio? Non licet ergo & amare & fornicari? Atqui ex amicicia fornicatio nascitur. Nam auaricia quidem, & adulterium, & inuidia, & insidiæ, & quæcunque talia, à dilectione proximorum amputari poterunt,fornicatio verò quo modo,inquit? Ego igitur dicebã,dilectionem proximi fornicationem quoque amputare posse. Nam si quis mulierem fornicariam dilexerit, etiam ab aliis illam viris abducere conabitur,non autẽ ipse quoque peccata eius accumulabit. Vehementer itaq; mulierem odit,qui cum ea scortatur: & rursus verè mulierẽ diligit,qui à sceleſto illo actu eam abducit. Et non est, non est,inquam, aliquod peccatum quod nõ dilectionis virtus,instar ignis,cõsumat. Facilius enim est stipulam tenuem ac vilem multo igni resistere,quàm peccati naturam dilectionis vi ac potẽtiæ. Hanc itaq; in animis nostris plãtemus, vt cum sanctis omnibus stemus. Etenim illi omnes per dilectionẽ proximi deo placuere. Vnde erat quòd Abel nõ occîdit,sed occisus est? Ex eo quod vehemẽter diligebat fratrem. ne cogitationẽ quidem talem mente concipere sustinuisset. Vnde sibi Cain inuidentiæ perniciem concepit? (non enim deinceps illum Abelis fratrem dixerim.) Ex eo quòd nõ erãt solidata apud ipsum dilectionis fundamenta. Vnde celebres facti sunt filij Noë? An non ideo quòd admodũ amarunt patrẽ suum, nec nudum eũ videre potuerunt? Alius verò quo modo maledictus est? An non ideo ꝙ patrem non dilexit? Abrahã vnde inclaruit? Non ex dilectione qua nepotem suum Loth seruauit, & qua pro Sodomitis supplicauit? Vehementer enim, vehemẽter, inquam,erant sancti aliorum malis cõdolentes. Nam cogita mihi,quæso:Paulus ille adamantinus ignis contemptor,robustus & immobilis,semper inconcussus,timore dei confixus,inflexibilis, (Quis enim nos,inquit, separabit à dilectione Christi? Afflictio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculũ? an machęra?) qui his omnib⁹ restitit,terræ quoq; & mari,qui adamãtinas inferorum portas derisit, cuius virtutem nihil prorsus excepit, aut sustinuit: is,inquã, Paulus cum videret delictorum quorundã lachrymas: ita perfrangebatur & cõterebatur adamas ille,vt animi affectionem non absconderet,sed mox diceret: Quid facitis flentes ac cõterentes cor meũ? Quid dicis,dic quæso? Adamãtinum hunc animum lachryma conterere potuit? Etiã, inquit. Nã omnibus resisto,vna dempta dilectione,illa me vincit ac superat: hoc deo ita probatur, Abyssus aquarum ipsum non cõtriuisset, & modica lachryma cõtriuit. Quid facitis,inquit,flẽtes ac cõterentes cor meũ? Multa nanq; lachrymæ vis est. Non vides ipsum quoq; flentem? Quid fles dic quæso? Per triennium,inquit,noctes ac dies nõ cessaui cũ lachrymis admonere vnumquenq;. Ex multa dilectione metuebat ne qua pestis irreperet.

Hic sup.a

2.Tim.3.d

Matt.15.b

ἀτιμωσωὴ

Matt.5.a

Hiere.4.d
Esa.1.d

Gen.4.b

Ibid.9.c

Roma.8.f

ὃμ ὐδὲν ὐρῖσαν ὀλῶς.

Actua.c

reperet. Et iterum: Ex multa quippe adflictione & anxietate cordis scripsi vobis per multas lachrymas. Quid Ioseph autem, die quæso, robustus ille, qui tantæ tyrannidi restitit, qui contra tantam amoris pyram adeò virilis comparuit, qui tantam heræ suæ insaniam vicit ac superauit? Qui nanque factum est quòd illum tunc nõ demulsit facies venusta, dignitatis sublimitas, vestium preciositas, aromatum fragrantia? Solent enim & ista animum emollire: deinde verba omnium mollissima. Scitis nanque mulierem amantem, adeóq; vehementer amantem, nihil quanuis humile ac demissum loqui detrectare, supplicantis etiam personam induẽtem. Adeò quippe erat animo facto mulier auro conspicua, & in dignitate regia constituta, vt forte & ad genua pueri captiui seipsam abiecerit, forsan & lachrymabunda, genibusq; illius prehẽsis obsecrauerit, idq; non semel atq; iterum, sed sæpius tentauerit. Videre licebat & oculos tum maxime splendentes. Neque enim dubitandum quin non temerè ac negligenter, sed magna se curiositate ac sedulitate adornauerit, tanquam quæ multis retibus cupiebat agnũ Christi attrahere & capere. Adde mihi hîc & multas incantationes. Attamẽ ille erga mulierem inflexibilis adeò, solidus & saxeus, cum videret fratres suos, à quibus fuerat diuẽditus, in puteum missus, alienis traditus, qui etiam occidere proposuerant, qui & carceris & rursus honoris causa fuerant, vt ab illis audiret, vt pater esset dolore affectus, (nam diximus, inquiunt, vnum ex fratribus cibum esse factum ferarũ) animo frangebatur, commolliebatur, conterebatur, ac flebat, inquit: & cum animi affectionem non ferret, ingressus cubiculũ sese cohibebat, hoc est lachrymas abstergebat. Quid ob hanc rem illachrymas ô Ioseph? Atqui causa ista non lachrymas exigit, sed iram, furorem, indignationem, magnúmq; supplicium ac debitam retributionem. Habes in manib⁹ hostes & fratricidas, potes animi furorem explere. Neque iniuriam facies: non enim prior illos lacesses, sed vlciscēris eos qui primi iniuriam intulerunt. Nec mihi ad dignitatem tuam respicias. Non ea tibi ex illorum sentẽtia obtigit, sed ex deo qui tibi gratiam hanc infudit. Quid fles? Sed ista rogãti respondisset vtiq;: Absit, vt in omnibus clarus ac celebris effectus hęc omnia per istam iniuriarum memoriam & vltionem perdam. Reuera lachrymarum hoc tempus est. Non sum bestiis durior & inhumanior. recõciliantur enim illæ cũ iis quæ suæ sunt naturæ, quicquid tandem mali passę sint. Fleo, inquit, quoniam omnino me talia affecerunt ac permouerunt. Hunc imitemur & nos, & lugeamus eos qui iniuria nos affecerunt. Non irascamur illis. Sunt enim verè deflendi, propter pœnam & condemnationem cui seipsos obnoxios cõstituunt. Noui quàm nunc fleatis ac suspiretis, & Paulũ admirantes & Iosephum stupentes ac beatum iudicantes. Verum si quisquam vestrum inimicũ habet, ad memoriam nũc illum reuocet, in animum sumat, vt dum adhuc feruida fuerit ac recens sanctorum memoria, ab infixa ira cor liberari absoluiq; queat, & animus acerbus & obduratus emolliri. Noui quãprimum hinc fueritis egressi, quamprimum ego loqui desiero, etiam si nõnihil caloris ac feruoris in animis vestris hæreat, nõ tamen tantum futurum quantum nunc est dum me auditis. Si quis igitur veluti frigore constrictus est, dissoluat iam pruinam. Est enim verè pruina & frigus iniuriarum memoria. Sed inuocemus Solem iusticiæ, oremus eum vt radios suos emittat, & non erit amplius cõgelata pruina, sed fluuialis vnda. Si Sol ille iusticiæ animas nostras igne suo contigerit, nihil relinquet congelatum, nihil durum, nihil frigore adustum, nihil infrugiferum, omnia exhibebit matura, omnia dulcia, omnia plurima iucunditate referta. Si dilexerimus nos inuicem, adueniet ille Solis radius. Date mihi obsecro cũ alacritate ista dicere, facite vt audiam me nõnihil verbis istis apud vos perfecisse, vt audiam aliquem, cui inimicus fuerit, hinc digressum mox vtrisque illum manibus circundedisse, complexum esse, in collum eius effusum, osculatũ esse ac lachrymasse. Etsi fera is fuerit, aut lapis, aut quicquid aliud, ab ista tamen benignitate & humanitate mitigabitur. Etenim quare hostis tuus est? Contumeliam tibi intulit? At nihil læsit. Sed pecuniarum gratia contemnis fratrem inimicantem? Noli obsecro: remittamus omnia. Nostrum est hoc tempus: vtamur illo vt oportet: funes peccatorũ amputemus. Antequam ad iudicium & tribunal veniamus, iudicemus nosipsos inuicem. Sol, inquit, non occidat super iracũdiam vestram: nemo differat. Dilationes cunctationes pariunt. Si hodie distuleris, magis erubesces. Et si crastinum diem quoque adieceris, maior tibi pudor erit: & si tertium, adhuc amplius pudebit. Ne nosipsos dedecoremus, sed remittamus, vt & nobis remittatur. Si verò nobis remissum fuerit, omnia bona assequemur in Christo Iesu domino nostro &c.

Ephes. 5. f

Homilia quinta.

Quod reliquum est fratres rogamus vos & obsecramus in domino Iesu, vt quemadmodum à nobis accepistis quomodo ambulandum vobis sit & deo placendum, magis abũdetis. Nostis enim quæ vobis præcepta per dominum nostrum Iesum Christum dederimus. Ea quippe voluntas dei est, nimirũ sanctificatio vestra. Cap. IIII.

Quando vrgentibus & iis quæ in manibus sunt obstiterit & incubuerit, aggressurusq; deinceps ea est, quæ cõtinua sunt, quæq; continuè audire oportet: tum illud quod reliquum est, præmittere solet: hoc est, semper quidem ad continuationem vos rogamus & obsecramus in domino. Papæ, ne ad obsecrandum quidem dignum seipsum æstimat (quanquam quis ita dignus erat vt ipse?) sed Christum assumit, Per deũ, inquit, obsecram⁹ vos: id quod & ad Corinthios dixit: Deus, inquit, vos obsecrat per nos, vt quemadmodum accepistis à nobis. Illud, accepistis, non verborũ duntaxat est, sed & rerũ. Quo modo ambulare vos oporteat. Omnem hîc vitæ conuersationem cõprehendit ac declarat. Et placere deo, vt magis abundetis: hoc est, vt ex maiore & abundantiore cautione præceptis nostris cõtenti non sitis, sed transcendatis etiam. Hoc enim est quod dicit, vt abundetis magis. Nam in præmissis quidem præclaram & admirandam eorum fidem ac constantiam cõmendauit, hîc verò vitam componit. Hoc enim illos profecisse fuerit, si præcepta & mãdata apostolica superauerint. Tũ enim non iam amplius ex præceptoria coactione, sed ex propria spontaneáq; animi promptitudine cuncta fiunt. Quemadmodũ enim tellurem oportet non accepta duntaxat semina referre ac reddere, ita & animam oportet non in acceptis tãtum præceptis consistere, sed etiã transcendere. Vides quòd meritò dixerim oportere trãscendere? Est enim in hæc duo discreta virtus, nempe vt declinetur malum & fiat bonum. Ad virtutis enim aditum non satis est à malis secessum fecisse, sed hoc iter quidem est & initiũ quoddam eò deferens, verum multa animi alacritate præterea opus est. Itaque quæ fugienda quidem sunt præceptorum authoritate illis interdicit. Et meritò: Nã ea

2. Cor. 5. d

Universidad de Deusto
Biblioteca

si quidem feceris, adferēt ſupplicium: ſi verò omiſeris, nullum adferent encomium. Quæ verò ad ipſam virtutem pertinent, vtpote pecunias expendere in pauperes, & quæcunque talia, nō item in præceptorum ordinem ponit. Sed quid? Qui poteſt capere, inquit, capiat. *Matt.19.b* Veriſimile ergo eſt eum cū multo timore ac tremore illis præcepiſſe, pietatiſque huius per literas eos admoniſſe. Vnde & præcepta ipſa nominatim nō ponit, ſed eos admonet dicens: Noſtis enim quæ præcepta vobis dederimus per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Ea quippe voluntas dei eſt, nimirum ſanctificatio veſtra. Et vide quo modo nuſquam de alia quapiā re adeò ve hementer † *diſcipulos* obſcure ac latenter loquitur, † atque de iſta. *tax.at,* Quemadmodum & alibi ſcribēs dicit: Pacem ſectemini cum omnibus, & ſanctificationē, ſine qua nemo do- *Hebr.12.c* minum videbit. Et quid miraris, quòd vbiq; diſcipulis de hac re ſcribit, quando & Timotheo ſcribēs dixerit, *1.Tim.5.d* Teipſum caſtum cuſtodi. Et in ſecunda ad Corinthios *2.Cor.6.a.b* epiſtola: In multa tolerātia, in ieiuniis, in caſtitate & puritate? Et in multis locis hoc inuenire licet, & in ea quæ ad Romanos eſt, & paſsim in omnibus vbique epiſto- *Hebr.12.d* lis. Reuera nanque quoſuis hoc malum corrumpit ac perdit. Et quemadmodum porcus in cœno volutatus, quocūque ingreſſus fuerit, omnia fœtore replet, ac ſenſus graue olenti ſtercore imbuit: ita & ſcortatio, malū eſt quod difficile abluatur. Quando verò etiam illi qui vxores habent, ſcortantur, quanta eſt abſurditatis iſtius excellentia? Ea eſt enim voluntas dei, inquit, nimirum ſanctificatio veſtra. *Vt abſtineatis ab omni ſcortatione.*

Multa nanque ſunt confuſionis & intemperātiæ genera, multiformes ac variæ laſciuiæ voluptates, quæ ne dici quidem per honeſtatem poſſunt. Dicens verò ab omni ſcortatione, reliqua ſcientibus relinquit. *Et ſciat vnuſquiſque veſtrum vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore, non in affectione concupiſcentiæ, quemadmodum & gentes quæ deum ignorant.* Et ſciat, inquit, vnuſquiſque veſtrum vas ſuum poſsidere. Ergo diſciplinæ eſt res iſta, & multæ, ne laſciuiatur. Nos ergo vas noſtrum tum poſsidemus, quando mundum fuerit. Quod verò immundum eſt, peccatum ipſum poſsidet. Et meritò: Non enim vas noſtrum immundum quæ volumus facit, ſed quæ peccatū imperat. Non in affectione concupiſcentiæ, inquit. Et modum hîc declarat, iuxta quem ſeruanda ſit caſtitas ac temperantia, nempe, vt affectiones concupiſcentiæ amputentur: etenim & deliciæ, & diuitiæ, & ſocordia, & ſegnicies, & ocium, & quæcunque talia, in abſurdam nos concupiſcentiam deducunt. Quemadmodum & gentes, inquit, quæ deum ignorāt. Tales enim illi ſunt, qui non credunt ſe aliquādo pœnas daturos. *Ne quis* D *ſupergrediatur, ac fraudet fratrem in negocio.* Bene dixit, Ne ſupergrediatur. Vnicuique deus ſuam dedit vxorem. Terminos poſuit naturæ, commixtionem illam cum vna: itaque quæ cum altera fit, tranſgreſsio eſt, latrocinīū, & fraus: immò quouis latrocinio peior ac grauior. Non enim ita dolemus propter ablatas pecunias, atque propter violatum & corruptum coniugium. Fratrem vocas, & defraudas, idq; vbi minime oportet? De adulterio hîc dicit: ſuprà verò etiam de quauis ſcortatione. Cum enim dicturus eſſet, non ſupergrediendum, neq; defraudandum eſſe fratrem, ne putes me, inquit, de fratre duntaxat iſta loqui: ſed neque aliorum vxores, neq; innuptas, neque eas quæ communes ſunt, habere oportet: ab omni ſcortatione abſtinendum eſt. Quapropter dicit: *Propterea quòd vltor eſt dominus de omnibus iſtis.* Obſecrauit eos primùm, & cum dixit, quemadmodum & gentes pudore ſuffudit, deinde apologiſmis adiectis, quàm abſurdum ſit defraudare fratrem oſtēdit. Poſtea & caput ipſum ac ſummam inducit, dicens: Propterea quòd vltor eſt dominus de omnibus iſtis. *Quemadmodum & prædiximus vobis ac teſtati ſumus.* Neq; enim impunè iſta facimus, neq; tātum voluptatis iam capimus, quantum expectamus ac ſuſtinebimus ſupplicij. *Non enim vocauit nos deus propter immūditiam, ſed ad ſanctificationem.*

Quoniam dixerat, ne quis defraudet fratrem, & ſubiunxerat: deum fore vindicem, oſtendens pœnas daturum qui mala iſta fecerit, etiam ſi incredulus perpeſſus illa fuerit, dicit, non ideo te puniet, vt illum vindicet: ſed propterea quòd ipſum contumelia affeciſti. Ipſe te vocauit, vocanti cōtumeliam intuliſti. Propterea ſubiunxit: *Proinde qui aſpernatur, non hominem aſpernatur ſed deū, qui dedit ſpiritum ſanctum ſuum in nos.* Itaq; ſiue reginā corB ruperis, ſiue famulam tuam, nuptam exiſtentē, pari culpa teneberis. Quare? Quia non perſonas læſas vindicabit deus, ſed ſeipſum. Simul enim atq; pollutus es, deū mox cōtumelia affeciſti. Nam & hoc adulterium eſt & illud, quandoquidem vtrobiq; coniugium eſt. Etiam ſi adulterium non commiſeris, ſcortatus autē fueris, tametſi virum non habeat ſcortum, vindicabit tamē deus: ſeipſum enim vindicabit. Hoc enim faciens non ita hominem contemnis atq; deum. Et hinc manifeſtum eſt, quòd adulterium committens virum quidem celas, deum verò videtem † non fallis. † Nam dic mihi, ſi quis † *non præ-* purpura dignatus à rege, & mille aliis honoribus, iuſ- *fers.* ſuſq; honoribus acceptis dignè viuere, abiens cōtaminaretur in muliere quadam: in quem caderet ignominia quæſo? An in purpuram, vel in regem qui illam dediſſet? Cōtaminaretur quidem & illa, ſed non æquè vt C rex. Quapropter obſecro caueamus hoc peccatū. Quēadmodum enim mulieres nos punimus quando nobis nuptæ aliis ſeipſas coniungunt: ita puniemur & nos, & ſi non à Romanis legibus, certè à deo. Etenim & iſtud adulterium eſt. Adulterium quippe non tum ſolum eſt, quando mulier alteri nupta mœchatur, ſed & quando vir hoc facit qui vxori alligatus eſt. Attende diligenter quod dico. Etſi nanque graue ſit multis quod dico, neceſſarium tamen eſt vt dicam, vt in poſterum corrigatur hoc malum. Non hoc ergo duntaxat adulteriū eſt, quòd mulierem viro coniunctam corrumpimus, ſed & ſi dimiſſam ac ſolutam, ipſi vxoribus alligati, corruperimus, adulteriū eſt. Quid enim quòd fornicaria nemini alligata eſt? Si tu alligatus es vxori, legem tranſgreſſus es, carnem tuā iniuria affeciſti. Etenim dic mihi, cur punis vxorem etiam ſi cum ſoluto viro & vxorē non habente fornicetur? Eo quòd adulterium committit. Quamobrem? Atqui vxorem non habet, qui cum ea fornicatur. At ipſa alligata eſt viro. Iā & tu alligatus es vxori. Ergo tuum quoq; facinus pari ratione adulteriū eſt. Qui enim dimiſerit, inquit, vxorem ſuam præter for- *Matt.5.a* nicationis cauſam, facit eam adulteriū committere: & qui dimiſſam duxerit, adulterium cōmittit. Si ergo qui dimiſſam ducit, adulterium cōmittit: qui cum ſua & illā corrumpit, manifeſtum eſt planè quòd adulterium cōmittat. Sed vobis quidem viris iſta ſatis dicta ſint. Nam & Chriſtus de talibus: Vermis, inquit, eorum *non* mo- *Mar.9.g* rietur, & ignis non extinguetur. Iuuenum verò gratia neceſſe eſt vt admoneā. Non enim viris duntaxat, ſed *Iuuenes ei-* & vobis iuuenibus iſta congruunt. Et quo modo? Iā *di te matrimo-* cam. Qui ſcortari nō didicerit, neq; mœchari ſciet. *Qui nio ſubdeu* verò ſcortis fuerit inuolutus, mox & in adulteriū quoq; *dus eſſe.* prolabetur, etiam ſi nō in coniugatis ſed in ſolutis mu-

lieribus

lieribus corrumpi deperiréq; cœperit. Quid itaque admoneo? vt radices huius mali, quotquot iuuenes habetis, excidatis. Ad honestam vitam eos instituite, statímque connubiali iugo subdite. Dũ enim adhuc in iuuentute sunt, concupiscentię fluctibus impetũtur. Priusquã nuptiarum quidem tempus fuerit, admonitionibus, minis, terroribus, pollicitationibus, & innumeris aliis eos cohibete, vbi vero nuptiarum tẽpus & ætas aduenerit, nemo differat. Ecce pronubæ verba loquor, dum liberos vestros coniungo. Sed nihil pudet ista dicere, quã-
1.Cor.7.a doquidem neque Paulus erubuit dicens, Ne defraudetis vos inuicem, id quod isto turpius esse videtur. At nihil erubuit. Non enim verbis intendebat, sed ipsis operibus quæ per verba corrigebantur. Quando filius tuus fuerit adultus, antequam illum ad militiã aut aliud vitæ genus instituas, quæ nuptias concernunt procures. Et ille si viderit statim sibi ducendam esse sponsam, & modica intercapedine distare nuptias, poterit sustinere flammam. Si verò cognouerit te tardare morásque nectere, & expectare dum multam acquisierit rerũ accessionem, vt tum demũ nuptias paraturus sis, mox ob longitudinem temporis desperata continentia, in scortationem dilabetur. Sed heu & hîc quoque malorũ radix est auaricia. Quoniam enim nemini curæ est quo modo castus ac modestus sit filius, sed in aurum insaniunt omnes, ideo nemo quoque rem istam curat. Proinde adhortor vt primùm animos ipsorum componatis. Si sponsam castus accesserit filius, si illa corpus †solũ
†solius ma- viderit, & vehemens erit desiderium, & timor dei maritis nerit, jor, honestæq; reuera erunt nuptiæ munda & immaculata corpora coniungentes, & qui ex illis nascẽtur liberi multa erunt benedictione referti: obtemperabuntq; sibi inuicem sponsus & spõsa. Aliorum enim mores cũ vtrique non sint experti, subiicientur & obsequẽtur sibi inuicem. Adolescens quippe si lasciuire cœperit, morúmq; fornicariorum experientiam acquirere, ad primam quidem & alteram vsq; vesperam laudabit vxorem suam, postea verò statim in pristinam relabetur petulantiam, effusum & indecorum risum, verbáq; multa illiberalitate plena, & mores fractos ac delicatos, atque omnem aliam turpitudinem, quam sine decori læsione narrare nequimus requirens. Hæc verò præstare non sustinebit puella libera & ingenua, neq; seipsam deturpare poterit. Propter vitæ nanque communionem & puerorum procreationem adiuncta viro est, nõ turpitudinis, risusq; gratia, vt domum administret, vt & virum ad honestatem & castitatem erudiat, nõ vt illi fornicationis incitamenta porrigat. Sed iucundi tibi vidẽ tur mulieris fornicariæ mores? Noui: Nã scriptura hoc
Prouer.5.a dicit: Ex labiis, inquit, mulieris fornicatricis distillat
Mel in fel. mel. Etenim ad hoc omnia ista molior, ne mellis huius gustum capiant adolescentes. Mox nanque in fel amarum mutatur. Atq; etiam istud scriptura dicit: * Quod
*Hλεç. i. quidem, inquit, ad tempus guttur tuum impinguat &
que, nempe meretrix. vt oblectat, postremò autem reperies illud felle amarius,
& quod sep & gladio vtrinq; incidente acutius. Quid dicis? Ferte
tuagintã. me quæso impurum etiã quiddam, vt ita dicam, loquẽtem, pudorémq; & ruborem exuentem. Nõ enim istud mea sponte accidit, sed propter eos qui nullo rerũ ipsarum pudore tenentur, ista dicere cogor. Multa verò & in scripturis talia videmus. Nã & Ezechiel exprobrando Hierusalem multa eiusmodi loquitur, & nihil pudefit. Ac meritò: Non enim ex animi sui affectione illa dixit, sed ex castigatione. Etenim etsi verba inhonesta videantur, scopus tamen inhonestus non est, sed cõgruus

ei, qui cupiebat immundiciam ex animis illorum eiicere. Nisi enim hæc ipsa verba audiat animus impudens, non immutatur. Et medicus nanq; putredinem eiicere cupiens, digitos primùm in ipsum vulnus immittit, & nisi primùm polluat salutiferas manus, sanare non poterit: ita & ego. Nisi primùm os meum affectionibus vestris salutiferũ polluero, curare vos nequiuero. Immò neq; istud polluitur, neq; manus illæ. Quãobrem? Quoniam non est immũdicia naturalis, neq; ex nostro corpore, quemadmodum neq; illic ex illius manib⁹ sed ex alienis. Si vero vbi alienum est corpus nõ recusat medicus manus suas immergere, vbi nostrum est corpus, recusabimus nos dic quęso? Corpus enim nostrum vos estis, infirmum quidem & immũdum, attamẽ nostrum. Quid ergo est quod dico? & cuius gratia tantã feci adhortationem? Indumẽtum quidem quod seruus habet, nunquam ferre voles nimirum sordes eius abhorrens, sed malles nud⁹ esse quàm illo vti: corpore verò immũdo ac sordido, & quod nõ solum puero tuo sed & mille aliis prostat, abuteris & non abominaris? Pudefacti estis audiẽtes. At in ipsis operibus erubescite, nõ in verbis. Et reliqua omnia prætereo, mores inhonestos & im
†reliquæ puros †alienæ vitæ seruitutem & captiuitatẽ. Dic mihi, ad eandem & tu & seruus tuus? Et vtinam duntaxat seruus tuus, nisi & lictor, & manus quidem lictoris cõtingere non sustineres, & eam quæ vnum cum illo corpus est facta complecteris & oscularis, & tamẽ nec horres, nec times, nec erubescis, nec confunderis, nec trepidas? Admonui quidem patres vestros, quòd oporteat vos statim ad nuptias adigere, attamen neque vos à supplicio immunes euadetis. Nisi enim & alij iuuenes vobis plures fuissent in castitate & temperantia viuentes, & olim & nunc, fortasse quandam haberetis excusationẽ. Si vero sunt, vnde poteritis dicere, concupiscentiæ flãmam cohibere vos non potuisse? Nam illi vos arguunt qui potuere, cum eiusdem vobiscum sint naturæ. Audite quid Paulus dicat: Pacem sectemini & sanctificatio-
Hebr.12.d nem, sine qua nemo dominum videbit. An istæ minæ vos absterrere non poterunt? vides alios semper castos ac temperantes, atq; in pudicicia degentes: & tu ne vsq; ad iuuentutis quidem tempora te cohibes? Vides alios sæpenumero voluptatem vicisse, & tu ne semel quidẽ illam sustines? Si vultis causam ego dicã. Non enim in causa iuuentus est. Alioqui futurum esset vt omnes in vniuersum adolescẽtes lasciui essent. Sed ipsi nos ipsos in flammam & incendium impellimus. Quando enim ascendis in theatrum, ac sedes, nudis mulierum mẽbris oculos inescans, ad tempus quidem oblectaris, nouissime verò magnam inde febrem tibi contrahis. Quando vides quasi corporali forma & adumbratione apparẽtes mulieres, quando & spectacula & cantiones nihil aliud habentes quàm absurdos amores, (Quædam, inquiunt, adamauit aliquem, & cum assecuta nõ esset, seipsam strãgulauit. quin & ad matres absurdos amores deuolutos occinunt) quando, inquam, & per auditum illa accipis, & per mulieres, & mulierũ typos, iam vero & per viros prouectę ætatis: (etenim complures illic assumptis laruis mulieres fingũt & imitãtur) vnde deinceps, dic quæso, castus esse poteris, narrationibus illis, spectaculis illis, *auditoribus illis vanis animum tuum *ἀκουσμάτων, auditionibus. occupantibus, & talibus quoq; somniis postea succedẽtibus? Ita quippe plerunq; natura cõparatus est animus, vt talia noctu imaginetur, qualia per diem cupit ac desiderat. Cum igitur illic quidem & res videas turpes, & verba audias turpiora, & vulnera quidẽ accipias, pharmaca

Universidad de Deusto
Biblioteca

maca verò nulla imponas:quo modo nõ meritò putredo creſcet?quo modo morbus non intẽdetur,idq; multo magis quàm in corporibus noſtris? Animus quippe facilius,quàm corpora ſiquidem vellemus,quæ ad correctionem pertinent,admitteret. Nam illic quidem & pharmacis,& medicis, & temporis ſpacio opus eſt: hîc verò ad hoc vt vel bonus fias vel malꝰ, voluiſſe ſat eſt, ita vt eò magis hinc morbũ ceperis. Quãdo igitur noxia quidem cumulamus,vtilium autem nullam rationẽ habemus,quando ſanitas obtinget:Quapropter & Paulus dixit:Quemadmodũ & gentes quę deum ignorant. Pudefiamus ac terreamur. Si gentes ſæpenumero,quæ deum ignorant,caſtæ ſunt ac temperãtes:erubeſcamus ſi quando peiores illis ſumus.Facile eſt aſſequi caſtitatẽ, ſi voluerimus, ſiquidem nos ab iis quæ lædũt ſubduxerimus. Alioqui ne q; fornicationem fugere facile eſt, ſi noluerimus. Quid enim facilꝰ quàm pedes in foro incedere? At ex multa mollicie difficile & moleſtũ factũ eſt,nõ ſolum mulieribus,ſed iam & viris. Quid facilius quàm dormire? At & iſtud difficile fecimus. Cõplures quippe diuitum totas noctes circunferuntur,expectantes neceſsitatem ſomni,& tunc demum dormientes. Et omnino nihil eſt volentibus difficile, nihil nolentibus nobis facile. Sũt enim omnia noſtri arbitrij. Quapropter & ſcriptura dicit: Si volueritis & audieritis me. Et iterum:Si verò nolueritis,nec me audieritis.Itaque totum in eo ſitum eſt, an vel velimus, vel non velimus. Propterea & punimur & laudamur. Cõtingat verò vt de iis qui laudantur exiſtentes,promiſſa bona cõſequamur gratia & benignitate &c.

Liberum arbitrium.
Eſa.1.c
Ibidem.

Homilia ſexta.

DE fraterna vero dilectione non habemus neceſſe vt vobis ſcribamus.Vos enim ipſi à deo docti eſtis,ad hoc, vt diligatis vos inuicem. Nam & erga omnes fratres hoc facitis, & erga eos qui ſunt in tota Macedonia. Quãnam ratione cum de caſtitate diligenter adeò ad eos diſputauerit, & de eo quòd operari oporteat, quódque non ſit mortuorũ gratia lugendum eadẽ diligentia diſputaturus ſit,quod omnium bonorum caput erat, nempe dilectionem, id quaſi obiter ac prætercurrens attingit? Non habemus, inquit,neceſſe,vt vobis ſcribamus. Et hoc ex multa eſt prudentia, ſpiritualiq; doctrina. Duo nanque hîc manifeſtat: Vnum quidem rem iſtam tã eſſe neceſſariam, vt ne doctrina quidem opus habeat. Nam quæ vehementer magna ſunt,omnibus illa patent. Alterum verò quod magis eos ſolicitos reddidit hoc dicẽs, quàm ſi ad dilectionem adhortatus eſſet. Putãs enim eos hoc probè executos eſſe ac præſtitiſſe, atque ideo nihil eius admonens, etiam ſi non præſtiterint, magis tamen eos inducit ac permouet.Et vide, Non dicit de dilectione quæ eſſe debet erga omnes,ſed quæ ſit erga fratres. Nõ neceſſe habemus, inquit, vt vobis ſcribamus. Oportebat ergo tacere, & nihil dicere, ſi nulla erat neceſsitas. Nunc verò per hoc quod dicit, non eſt neceſſe, maius effecit quàm ſi illud dixiſſet: vos enim ipſi à deo docti eſtis. Vide quãto encomio deum illis doctorem huius impoſuit.Nõ opus,inquit,habetis, vt ab homine diſcatis.Id quod & propheta dicit: Et erũt omnes à deo docti.Vos enim ipſi,inquit,à deo docti eſtis,ad hoc, vt diligatis vos inuicem. Nam & erga cunctos fratres hoc facitis,& erga eos qui ſunt in tota Macedonia. Et erga reliquos,inquit,omnes. Vehemẽter iſta ad hoc præſtãdum ſolicitant. Et non temerè dico quòd à deo docti ſitis, ſed noui iſtud ex iis quæ facitis. Multa autem illis huius gratia teſtificatus eſt. *Obſecramus autem vos fratres vt abundetis magis,& enitamini ad hoc,vt quieti ſitis, ac res veſtras agatis,& operemini manibus veſtris, quemadmodum vobis præcepimus,vt cũ decoro verſemini erga extraneos, nullaq; re opus habeatis.* Declarat quantorum malorum cauſa ſit ocium, & quantorum bonorum operandi ſedulitas,& manifeſtũ id facit ex iis quæ apud nos in vſu ſunt: quod & plerunque facere ſolet,idq; prudenter. Magis enim plerique per iſta mouentur & inducũtur,quàm per ſpiritualia. Dilectionis enim eſt,qua proximi diliguntur,nõ ab illis accipere,ſed illis potius largiri. Et vide cum obſecraturus eſſet & admoniturus,virtutem hanc dilectionis eorum in medium interſerit, vt & ex priore admonitione & minis præmiſsis, quibus dixit: Proinde qui aſpernatur,non hominem aſpernatur ſed deum,in hac veluti laude reſpirarent:& rurſus, ne ab hac altera admonitione reſilirent. Hoc enim fieri ſolet, ſi quãdo ad operandum admonetur. Itaq; neque ab aliis accipiendum,neq; ociandum,ſed operandum, & aliis dandum eſt.Beatiꝰ enim eſt dare,inquit,quàm accipere.Et operemini,inquit,manibꝰ veſtris.Vbi ſunt qui opus requirunt ſpirituale? Vides quo modo illis omnem occaſionem huius abſtulerit,cum dicit,manibus veſtris.An ieiunium quiſquam manibus operatur?An manibus peruigilia fiunt?aut opus eſt manuum ſi humi quiſquã dormierit? Nemo ſanè hoc dixerit. Attamen de ſpirituali opere loquitur.Eſt enim reuera ſpirituale, ſi quod operatus fueris,aliis dederis.Et huic certè nihil æquiparari poterit:vt cum decoro,inquit,verſemini. Vides vnde eos reprehendat? Non dixit,ne inhoneſtè agatis mendicantes, ſed idem quidem innuit, mitius tamẽ ipſum ponit,vt & percellantur,& illud non vehementer fiat. Si enim qui noſtri ſunt,illis offenduntur: multo magis extranei, qui mille accuſationes & occaſiones comminiſcuntur, ſi quando hominem corpore ſanum & qui ſibiipſi poſſet ad acquirendam alimoniam ſufficere,mẽdicare,& aliorum operã implorare viderint. Propterea & chriſtemporos nos vocant. Quapropter & nomẽ dei,inquit, blaſphematur. At nihil horum poſuit, ſed quod eos maxime mordere poterat,nempe turpitudinem & indecorum. *Nolumus autem ignorare vos fratres de iis qui obdormierunt,ne contriſtemini ſicut & cæteri ſpem non habentes.* Hæc duo illos potiſsimum lædebant, paupertas ſcilicet,& animi deiectio,id quod & omnibus hominibus euenire ſolet. Vide ergo quo modo illis medeatur.Paupertas hinc erat, quòd rapinam bonorum ſuorum ſuſtinuerant. Si ergo eos iubet labore manuum ſuarum victum quærere quibus propter Chriſtum,quæ habuerũt, per rapinam ablata fuerant, multo magis alios. Quòd enim ſpoliati fuerint, liquet ex eo quod dicit, cõſortes facti eſtis eccleſiarũ dei.Et quo modo illarum cõſortes fuerint,ſubiungit:& rapinã,inquit, bonorũ veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis. Deinde de reſurrectione hoc loco ſermonem mouet. Quid igitur,an nõ & antea de reſurrectione ad illos ſermocinatus eſt?Verum,ſed hîc aliud quoddam myſterium innuit. Quòdnam illud? Quòd nos,inquit, qui tũ viuemus, & reliqui erimus in aduentu domini,nequaquam eos qui dormiũt, præueniemus. Poteſt quidem & reſurrectionis ſermo eũ qui in dolore eſt conſulari, poteſt verò quod iã dicitur potiſsimum fide dignam facere reſurrectionem. Sed primùm illud dicamus.Nolumus ignorare vos fratres,inquit,de iis qui obdormierunt,ne contriſtemini quẽadmodũ & cęteri ſpem non habentes.Vide quo modo & hîc mãſuetè agat.Nõ dicit:Ita inſenſati eſtis,quẽadmodum ad

Ioan.6.c.& Iſa.54.d

Exẽplar h. tot' inſertũ

Aſtuacg

Rom.4.d

Hebr.10.g

1.Cor.15.c & Gal.3.a

dum ad Corinthios dixit) & insipientes, vt cum resurrectionem noueritis, non aliter doleatis, quàm illi qui fidem non habent, sed admodum leniter ac mansuetè, aliam ipsorum virtutem veneratus. Et nō dixit, de morientibus, sed de dormientibus, mox in ipso exordio cō solationis fundamentum iactans. Ne cōtristemini, inquit, sicut & cæteri spem nō habētes. Ergo propter mortuos immodestè plangere, eorum est qui spem non habēt? Meritò: Animus enim resurrectionis prorsus ignarus & mortem hanc corporalem mortem esse putans, non immeritò mortuos tanquam perditos plangit, & lamentatur, atque intolerabiliter luget: tu verò qui resurrectionem præstolaris, cuius gratia lamentaris? Lamentari ergo eorum est qui spe destituti sunt. Audite mulieres, quotquot ad lamentandum procliues estis, quotquot ad lugendum intolerabiliter & impotenter ferimini, quoniam quæ gētium sunt facitis. Si ergo morientium gratia lugere, gentium est, immodestè plangere genasq; lacerare, quorū est, dic quæso? Quamobrem lamentaris, si credis & resurrecturum & non periisse, & mortem hanc esse somnum ac dormitionem? Propter consuetudinem, inquis, rerúmq; tutelam & curam, atque quodcunque aliud obsequium. Quando ergo puerum, ætate immatura amittis, qui nihil dū agere potuit, cuius gratia lamētaris? Quid illum requiris? Bonæ spei indicia præferebat, inquis, & sperabā illum mihi fore tutorem. Propterea quæro virum, propterea filium, propterea plango & lamentor, non quòd resurrectioni diffidam, sed quòd auxilio destituta sim, & tutorem amiserim, coniugem, omnium consortem & cōsolatorem. Ista lugeo. Noui resurrecturum, attamē interea ab illo separari nō fero. Multa rerum turba ingruit, quibusuis iniuriam inferre volentibus exponor, domestici qui antea metuebant, nunc contemnunt, nunc insultant. *Si quis beneficiorum mariti oblitus, si quis mali nonnihil ab eo perpessus est, is mortuum vlturus conceptam iram in me effundit.* Ista me viduitatem hanc ferre nō permittūt, nec placidè ac leniter lugere: propterea plango, propterea lamentor. Quo modo ergo tales solabimur? quid dicemus? Quo modo dolorē earum refellemus: Primùm eas conuincere tentabo, lamentationem nō esse ex his quæ dicta sunt, sed ex animi affectione inconsiderata. Si ergo ista luges, oportebit, vt perpetuò lugeas mortuū tuū. Si verò anno elapso obliuiscēris illius, non secus quàm si nihil huius accidisset, non iam mortuum luges, neq; amissam tutelā. At separationem non fers, neq; consuetudinis amputationem? Quid ergo illæ dicent, quę & secundis nuptiis consuescunt, idq; admodū ex animo? Nō enim priores requirunt. Verum ad illas nunc nihil loquemur, sed ad eas quæ mortuis maritis beneuolentiam suam conseruant. Quamobrem luges filium? Quamobrem maritū? Hunc quidē quòd nullum dum ex eo fructū cepi, istum verò quòd sperauerā me illo diutius fruiturā. At hoc ipsum quantę est incredulitatis? Nempe quòd putas te vel maritum vel filium in rerum securitatē collocaturū fuisse, deum verò nequaquam. Quo modo non putas illū irritari: nam ob idipsum plerunq; eos aufert, ne ad eū modum illis alligata sis, vt spem tuā ab illis auferas. Aemulator enim est deus, & vult à nobis omniū potissimum adamari: idq; ea ratione, quòd nos admodum vehemēter amat. Scitis enim hunc esse morem insanè amantiū: vehementer sunt zelotypi, & malunt vel animā effundere, quàm ab vllo riualiū superari & obscurari. Propterea & deus illum tibi abstulit: propter illa, videlicet,

Cōra inde rum luctū uarietum.

A quæ dixisti. Alioqui cuius gratia, dic quæso, olim nō ita immaturæ viduitates fiebant & orbitates? Quāobrem Abraham & Isaac multum tēporis viuere permisit? Eo quòd ille viuo etiam filio deum prętulit. Dicebat enim deus, Macta filium, & mactabat. Quare Saram in tantā senectutem deduxit? Quia viuente etiam illa Abraham deo magis obediebat quàm illi. Propterea dicebat ei deus, Audi Saram vxorem tuam: Neq; propter amorē viri, neq; propter vxoris, aut filij tutelam ac curā quisquam ex ipsis deum irritabat. Nūc verò quoniam adeò ad libidinem intēperanter ferimur, & vehementer cōcidimus, & mariti vxores plus amamus quàm deum, & vxores maritos suos deo præferunt, horum gratia nos inuitos quoq; ad amorem suum trahit. Ne virum plus ames quàm deum, & viduitatem non senties vnquam. Immò etiam si acciderit, nullum tamen eius sensum capies. Quare? Quia habes, qui te magis amat tutorem immortalem. Si deum magis amas, ne lugeas. Quem enim magis amas, immortalis est, nec permittit vt ei° gratia, quem minus diligis, vllū doloris sensum accipias. Demōstrabo tibi per exemplum, hoc ipsum te iam facere. Dic mihi, si virum haberes, qui iuxta animi tui sententiam cuncta faceret, celebrem & illustrem, vbiq; splendidum & magni æstimatū, gloriosum apud omnes, prudentem, sapiētem, & qui te adamaret, ita vt beata illius nomine reputareris, deinde & filium ex eo pāreres, qui postea antequam ad maturam ætatem pertigisset, morte decederet: an luctum sentires? Nequaquam. Maritus enim plus amatus amorem ac luctum filij superaret, & obscuraret. Et nunc si deum plus amas quàm maritum, maxime quidem illum tibi non abripiet. Si verò & abripuerit etiam, luctum tamen non senties. Propterea & beatus Iob, nihil acerbi passus est, cum intēpestiuam liberorum suorum mortem audiret, eo quòd deum plus amabat quàm illos. Viuente itaq; adhuc deo quem diligebat, nihil ista quæ accidebant, illum contristare poterant. Quid dicis ô mulier? Maritus & filius sunt tutores tui, de° verò nulla tui cura & misericordia tenetur? Quis tibi & hunc & illum dedit? Nō ipse? Quis verò te fecit? Non ipse? Qui te cum nō esses ad hoc vt esses perduxit, & animam inspirauit, & mentem indidit, suique noticiā largiri dignat° est, & vnigenito filio suo propter te non pepercit: tui non miserebitur, miserebitur verò conseruus? Quantam iram non excitabunt hæc verba? Quid tale à viro habes? Nihil vtique proferre potes: nam etiam si tibi quicquam benefecerit, beneficiis tamē affectus, & te primùm causante, hoc fecit. De deo verò nihil tale quisquam proferre poterit. Non enim beneficiis deus per nos affectus tantopere benefacit, sed nullius egens ex sola bonitate sua humanum genus beneficiis cumulat. Regnum tibi pollicitus est, vitam immortalem, gloriam, fraternitatem, & filiorum adoptionem dedit, cohæredē vnigeniti sui fecit: tu verò mariti adhuc post tanta bona recordaris. Quid is tibi tale dedit? Solem suum tibi produxit, pluuiam dedit, annuis alimoniis nutrit. Væ nobis propter magnam nostram ingratitudinem. Hac ratione aufert tibi maritū, ne ipsum quæras, tu verò mortuo quoq; adhærens, deum etiam deseris. Oportebat gratias agere, oportebat omnia in deum proiicere. Quid enim est quòd à viro accepisti? Dolores parturitionū, & labores, & cōtumelię, & cōuicia plerūq;, & obiurgationes, & quærelę: an nō ista sunt, quæ ex viris accidūt? At sunt adhuc & alia, inquis, iucūda. Quænā illa? Ornauit te preciosis indumētis. Auro faciem tuā decorauit. Suspiciendā omnib° reddidit. Ve-

rum si voles, ornaberis etiã mortuo illo ornatu multo meliore. Pudicicia quippe & temperãtia præclariorem multo facit, si cui fuerit, quàm quæ auro est conspicua. Habet hic rex vestimẽta non talia, sed multo meliora: illa si voles, indues. Quę verò illa? Vestitus est aureas habens fimbrias. Si lubet animam ex illo vestias. † At non obiecit te] hominum contemptui? Et quid hoc magni est? Viduitas verò nõ permittit, vt dæmonum ludibrio pateas. Cum virum haberes, dominabaris domesticorũ tuorum: si tamen & planè dominabaris. Nunc verò loco famulorum dominaris virtutum incorporaliũ, principatuum, potestatum, & mundi rectoris. Tristia verò quibus cum illo communicasti, non dicis. Si aliquãdo presit dominantis tumor, si aliquando à propinquis obscurata fuisti, ab his omnibus iam es liberata, ab omni metu ac timore. Sed anxiè curas quis tibi sit relictos liberos educaturus? Pater orphanorũ. Quis enim illos dedit, dic quæso? Non audis Christum in euangeliis dicentem, Nõnne anima plus est quàm esca, & corpus q̃ indumentum? Vides lamentationem istam non esse ex consuetudinis desiderio, sed ex incredulitate? At non sunt liberi æquè splendidi mortuo patre atque viuente. Quare? Deum habent patrem, & non sunt splendidi? Quot tibi possum ostendere, qui à viduis educati, celebres facti sunt? Quot verò qui sub patribus suis vixerũt, & perierunt? Si enim illos ab ineunte ætate quẽadmodum oportet educaueris, longè maiore beneficio potientur, quàm si sub paterna tutela alerentur. Quòd enĩ hoc peculare sit viduarum munus, nempe liberos educare: audi quid Paulus dicat, Si liberos educauit, inquit. Et iterum: Seruabitur autẽ per liberorum procreationem, (Non dixit, per virũ) si permanserit in fide & charitate & sanctificatione cum castitate. Insere illis à primæua ætate timorem dei, & quouis patre magis eos seruabis: Hoc illis murus erit infractus. Quando enim intus est custos, nihil nobis externis munitionibus opus est: hoc verò non existente, frustra erũt omnia quæ extrinsecus fiunt, †siue diuitiæ, siue gloria, siue quodcunq; decorum.] Hinc illustres fient, nõ super terram solum, sed & in cœlis. Etenim ne mihi respicias eos qui zonis præcincti sunt aureis, neque ad eos qui equis feruntur, neq; ad eos qui beneficio parentũ in aulis regiis splendent, neq; qui assectatores habent & pædagogos. Nam ista forsan viduas super orphanis plangere faciunt, cogitantes, & hic filius meus, si quidem pater illi superstes esset, tanta quoq; fœlicitate frueretur, nũc verò in mœrore & contẽptu est, nec vlla eius habetur ratio. Ne cogites ista mulier, sed cogitatiõe tua sursum ad cœli portas euola, & cognosce quæ illic sint regiæ. Videse dentem illic regem, & reputa: num qui in terris conspicui sunt, illustriores illic possunt esse filio tuo, tũc demum suspira. Si verò in terra quidam celebres sunt, nullius istud æstimãdum est. Potes efficere si voles, vt in cœlis militet filius tuus, in illum recenseatur cœlestium militum delectum. Qui enim illic recensentur, nõ in equis feruntur, sed in nubibus: non super terrã incedunt, sed in ipsum cœlum rapiuntur: † non filios habent primores, sed angelos ipsos: non regi adstant & famulantur mortali, sed immortali, regi videlicet regum, & domino dominantium: non zonam pelliceam circa lumbos habent, sed gloriam illam ineffabilem: & regibus quoque & qui vnquam celebres fuerũt, reddũtur illustriores. Nam in regiis illis cœlestibus neq; diuitiæ, neq; nobilitas, sed sola virtus quæritur. Illa si fuerit, nihil illos prohibebit quo minus primas obtineant. Nihil nobis

† At obiecit te] tollendã enim negationẽ Bud. censet.

† non seruos habent qui præcant & deducant,

† hoc illis erit, & diuitiæ & gloria & quod cunque decorum.

A molestum aut difficile est, siquidẽ philosophari voluerimus. Ad cœlum suspice, & vide quãto sit illustrius fastigio regiarum istarum. Si ergo pauimẽtum supernarum regiarum, tãto est inferiorum ac terrestrium præclarius, vt istud illius intuitu cœnũ æstimetur, si exactè quisquam cœlestes regias inspicere merebitur, cui non erit fœlicitati comparandum? Quæ autẽ verè vidua est, inquit, ac desolata, sperauit in deũ. Hoc mihi ad quãsdam: dictum est, ad eas scilicet quæ filios habent, vt discant se iam magis esse sui iuris, maioremq; occasionem habere, deo sese approbandi. Resoluta quippe sunt illis omnia vincula & impedimẽta. Nemo est qui detineat, neque qui catenis illis cõiugij implicari cogat. Separata es à viro? sed vnita deo. Nõ habes congerronem cõseruum? At habes dominum. Quando precaris, non cũ deo sermocinaris, dic quæso? Quãdo legis, audi ipsum B tecum sermocinantem. Quid verò tecum sermocinatur? Multo iucũdiora verba, quàm vir posset. Nam vir quidem etiam si blandiatur, non tamẽ multum adfert honoris: est enim conseruus. Quando verò ancillæ adblanditur dominus, hoc multum habet reuerentiæ & obsequij. Quo modo ergo nobis obsequitur? Audi quãtis hoc rebus faciat. Venite, inquit, ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vobis requiem præstabo. Et iterum per prophetam clamat dicens: An obliuiscetur mulier, vt misereatur filiorum vteri sui? Si verò obliuiscatur etiam illa, ego tamen nõ obliuiscar dicit dominus. Quanti non sunt amoris hæc verba? Et iterum: Conuertimini ad me. Et rursus alibi: Cõuertere ad me, & saluaberis. Si verò quæpiam ex eãticis etiam sibi deligere volet, secretiora illa excipiens, audiet illum ad vnamquãque animam sibi competentem sermocinari C ac dicere, formosa mea, columba mea. Quid autem his verbis suauius? Vides colloquium dei cum hominib⁹? Quid verò, dic quæso? Nõ vides quot filij beatarũ illarum mulierum mortui sint & sepulti. Quantóq; illę graviora perpessæ sint, & cũ viris simul & filios amiserint. Ad illa accingamur, illa curemus, & nihil nobis erit acerbum, sed totum vitæ nostrę tẽpus cum gaudio spirituali deducẽtes absoluemus, ęternis bonis fruemur: quę cõtingat nos omnes assequi, gratia & benignitate &c.

Ref. 1. Tim. 5.a

Matt. 11.d

Esa. 49.d

Ibid. 22.a

Ibid. 45.d

Homilia septima.

NOlumus autem ignorare vos fratres de iis qui obdormierunt, ne contristemini sicut & cæteri spem non habentes.

Multa sunt, quæ ex sola ignorãtia nos angunt: ita vt si illa bene cognosceremus, dolorem quoq; pelleremus. Hoc igitur & Paulus declarare D volens dixit: Nolo vos ignorare, ne cõtristemini, sicut & cæteri spẽ non habentes. Propterea nõ vis eos ignorare? Quamobrem verò nõ pœnam dicis quæ reposita est? Ideo, inquit, quòd resurrectionis doctrinã ignorãt. Sed quare istud positum sit, manifestum est & in cõfesso. Interea verò præter illud & hoc non parũ est lucri. Quoniam enim de resurrectione non hæsitabant, & tamen mortuorũ gratia lamentabantur forsan, propterea istud dicit. Nam aliter quidem cũ incredulis disputat, aliter verò cum istis. Liquet enim eos resurrectionẽ non ignorasse, qui de illius temporibus & momentis quærebant. *Si enim credimus*, inquit, *mortuum esse Iesum & † sic & de resurrexisse ac reuixisse, † ad eum modum credemus deum, & eos qui eos qui obdormierunt per Iesum adducturum cum illo.*] Vbi sunt, qui *dormierunt* carnem Christi reprobant? Si enim carnẽ non accepit, *per Iesum* neq; mortuus est. Si mortuus non est, neque resurrexit: *adducet cũ* quo modo ergo apostol⁹, ex istis ad fidẽ nos hortatur. *illo.*

ὅτι δεκτικὸν μείζονος μείζονος εἰσί.

An non

An non iuxta illos, nugator magis & seductor erit? Si enim mori ex peccato est, Christus verò non peccauit: quo modo nos adhortatur? Nunc verò de quibus dicit, quósnam deploratis ô homines? quorum gratia cõtristamini? an peccatorum? an eorũ qui simpliciter moriũtur? quamobrem verò dicit, quemadmodum reliqui spem non habentes. Quósnam illi lamentantur? Itaque
Colos.3.c omnia ista vana sunt eis. Primogenitus, inquit, ex mortuis & primiciæ, oportet itaque & reliquos esse. Et vide quo modo nihil hic ex ratiocinationibus ponat. Mansueti enim erant. Nam Corinthiis quidẽ scribens, multa etiam ex ratiocinationibus mouit, & tunc subiunxit:
1.Cor.15.a Insipiens tu, quod seminas non viuificatur. Erat enim hoc exploratius ac robustius, sed quãdo cum fideli disputabat: erga infidelem vero, quam habuisset efficaciã? Ad eum, inquit, modum credemus deũ, & eos qui obdormierunt per Iesum adducturum cum illo. Rursus B dormiẽtes eos, nusquam mortuos vocat. At de Christo quidem dicit, quòd mortuus sit, quoniã & resurrectionem posuit: hìc verò dicit, qui obdormierũt. Quo mo-
*hæ dictiones, per Iesum, possunt coniungi cũ præcedenti obdormierũt, aut cum sequẽti, adducet.
do* per Iesum? Aut qui per Iesum obdormierũt, aut per Iesum illos adducet. Illud quidem, qui obdormierunt per Iesum: idem est atque, qui credẽtes sunt. Hic hæretici dicunt, eos qui baptizati sunt, intelligi. Illud igitur, quod dicit, ad eum modũ, quo modo stabit? Iesus enim non per baptismum obdormiuit. Cuius gratia, inquit, qui obdormierunt? Itaque non de vniuersali, sed de particulari resurrectione disputat. Eos enim, inquit, qui obdormierunt per Iesum. Et in plerisque locis ita dicit.

Hoc enim vobis dicimus in verbo domini, quòd nos qui tũ viuemus, & reliqui erimus in aduentum domini, nequaquam præuenie-mus eos qui dormiunt. De fidelibus dicens, & qui obdormierunt, inquit, in Christo. Iam verò non de resurre- C ctione dũtaxat illi sermo est, sed & de resurrectione & de honore gloriæ illius. Resurrectione quidem potiẽtur, inquit, omnes: in gloria verò nõ erunt omnes, nisi qui in Christo sunt. Quoniam igitur cõsolari eos vult, non solum per resurrectionem consolatur, sed & per magnum resurrectionis honorem & per illius celeritatem. Resurrectionem nanque sciebãt. Quoniam enim
Hic infrà. per honorem post resurrectionem futurum eos consolari cupit, in progressu dicit, Et semper cũ domino erimus: &, in nubibus rapiemur. Quo modo verò fideles
Ibidem. per Iesum obdormiũt? Idem dicit atq;, qui Christũ habẽt in seipsis. Illud verò, adducet cum illo, declarat eos vndique adducẽdos. Hoc enim vobis dicimus, inquit, in verbo domini. Admirandum aliquid & insolens dicturus erat, propterea & authoritatem ponit. Ex verbo, inquit, domini, hoc est non ex nobisipsis, sed quod à D Christo docti sumus loquimur. Quod nos qui tum viuemus, qui reliqui erimus in aduentũ domini, non præueniemus eos qui dormiunt. Quod quidem in ea quæ
1.Cor.15.g ad Corinthios est, dicit: Quoniam in puncto temporis, & in momento oculi. Hìc verò & authoritatem verbi dei resurrectioni & modo resurrectionis adiecit. Videtur enim res ista difficilis esse. Quemadmodum, inquit, facile est viuentes in sublime sustolli: ita & eos qui mortui sunt. Illud verò, quòd nos, non de seipso dicit. Non enim ad resurrectionem vsque in hac vita permansurus erat, sed fideles intelligit. Propterea adiecit, qui reliqui erimus in aduentum domini, non præueniemus eos qui dormiũt quasi dicat: Ne putes aliquam hìc operum difficultatem fore, deus est qui efficiet. Qui tum viuent eos qui corrupti sunt & putrefacti, quíque innumeros annos habent, nequaquam præuenient, sed

A quemadmodum facile erit perfectos illos adducere, ita & corruptos. Sed sunt quidã qui huic rei diffidũt, eo q; deum ignorant. Quid enim facilius, dic quęso, an ex eo quod non est aliquid producere vt sit, aut ea quæ corrupta sunt denuo restituere? Sed quid dicũt? Quidam, inquiũt, naufragium passus est, & cum in mare pronus dilaberetur, complures illum pisces exceperũt, & quisque piscium membrum aliquod ex eo depastus est: deinde ex iisdem ipsis piscibus alius quidẽ in illo, alius autem in alio maris sinu, ab alio quopiam pisce interceptus & voratus est, & is ipse rursus ab alio. Et iterum ipsi qui pisces illos, naufragum hunc depastos, comederunt in aliis regionibus emortui, & ipsi quoque à bestiis fortè deuorati sunt. Tanta igitur confusione dispersionèque facta, quo modo denuo vir iste, inquiunt, resurget? Quis puluerem ipsius vndique restituet? Quamobrem B hoc dicis, ô homo, catenamq; istam nugarum contexis, & tanquam inexplicabile quiddam ponis? Etenim dic mihi: Si nec in mare ceciderit, si nec piscis illum voraIntelligit ce tum piscem maximum. uerit, neque piscem istum mille homines comederint, sed vir ille sepultus in vrnam positus fuerit, & neq; vermes ipsum, neque aliud quicquam læserit, quo modo quod corruptum est nihilominus resurget? Quo modo puluis & cinis conglutinabitur? Vnde deinceps vigor erit corporis? Hoc scilicet inexplicabile non est? Si Græci fuerint qui de istis ad hunc modum inquirunt, innumera illis respondebimus. Quãobrem? Sunt enim inter eos qui animas & in plantas, & in frutices, & in canes diducunt. Iam dic mihi, vtrum facilius sit, animam à proprio corpore denuo resumi, an ab alieno? Alij rursus dicunt illam ab igne consumi, & indumentorum & calceorum resurrectionem fieri, & tamen non deridẽtur. Alij atomos somniant. Sed ad illos nullus nobis est sermo. Ad fideles verò, (si tamen fideles vocandi sunt, ista rogantes) apostolicum illud dicemus: Et tamẽ om- 1.Cor.15.g nis vita ex corruptione nascitur, omnes plantæ, omnia semina. Non vides arborem ficulneam, quantum quidem truncum habeat, quantos stipites, & quanta folia, ramos, virgulta, radices vsque adeò fixas & insinuatas? Arbor itaque ista tãta ac talis ex grano illo minuto seminato eoq; primum corrupto nascitur, & nisi tabefactum fuerit ac corruptum, nihil istorũ prodit. Dic mihi, vnde hoc fit: Et vitis quę adeò iucunda est & visu & gustu, ex turpitudine illa crescit. Quid autem, dic quæso, de aqua dices? An nõ vna est quæ de cœlis defertur? Quo modo in tã multa mutatur? Hoc scilicet admirabilius est resurrectione. Nam illic quidem idem semẽ, & eadem planta subsistit, & multa est cognatio: hìc verò dic mihi quo modo vnam habẽs qualitatem & vnã D naturam tot modis immutatur? In vite fit vinum, nõ solum vinum, sed & folia, & lachrymæ. Non enim botrus duntaxat, sed & quod reliquum est in vite per illam nutritur. Rursus in oliua fit oleũ, & quęcunq; alia: & quod mirum est hìc in humidum, illic mutatur in aridũ: hìc in dulce, illic in acre: hìc in asperum, alibi in amarum. Quo modo, dic oro, in tã varia vertitur? Redde rationem. Sed nõ poteris. De te verò ipso dic mihi: propius enim hoc est. Semẽ illud iactum, vnde cõceptus es quo modo in oculos, quo modo in aures, quo modo in manus, quo modo in cor, quo modo in tot & tã varia cõpositum est & figuratum? An nõ mille sunt in corpore discrimina, schematũ, magnitudinis, qualitatum, situũ, virtutum, harmoniarũ? nerui, & venæ, & carnes, & ossa, & pelliculæ, & arteriæ, & cartilagines & quæcunq; alia istis plura, quæ medici studiosè rimantur, quæ naturam

noſtram continent,idq; ab vnico illo ſemine nata? An nõ hoc tibi videtur iſtis multo eſſe inexplicabili⁹? Quo modo humidum & molle in os durum ac frigidũ conſolidatur? Quo modo in calidum & humidum ſanguinem coadunatum? quo modo in frigidũ & mollẽ neruum? Quo modo in frigidam & humidã arteriam? Vnde ſunt iſta dic quæſo? An in illis non hęſitas? Nõ vides quotidie reſurrectionem & mortem in hominum ætatibus fieri? Quò abiit iuuẽtus? Vnde venit ſenect⁹? Quo modo qui ſenuit,ſeipſum quidẽ iuuenem reddere non poteſt,puerum verò recentiſsimum generare poteſt,& quod ſibiipſi non poteſt præſtare,præſtat alteri? Hoc & in arboribus & in animantibus videre eſt. Atqui quod alteri præſtat,ſibiipſi primùm pręſtare deberet. Sed hoc humana cogitatio exigit. Quando verò deus opificem agit,omnia cedant. Si iſta ita ſunt inexplicabilia, & ſupra modum inexplicabilia, veniunt nunc mihi in mẽtem qui ita inſaniunt,vt incorporalem filij dei generationem curioſe ſcrutentur, cum quæ quotidie fiunt,& manib⁹ noſtris ſubiecta ſunt,milliesq; quæſita ſunt, nemo adhuc vnquã reperire potuerit. Quo modo ergo ineffabilem illam,& inexplicabilem generationem curioſe rimantur,dic quæſo? Non defatigatus eſt intellectus auditorum? Non in mille vertigines circunquaq; verſus eſt? Non ſtupidus effectus eſt? Et tamẽ neque ſic erudiuntur. Cum de vuis & ficis nihil queãt dicere, de deo curioſe inquirũt. Etenim dic mihi, quo modo acinus ille reſoluatur in folia & ſtipites, quo modo nihil horum in illo antea fuerit,nec viſum ſit? At non acini, inquis,ſed telluris eſt totum hoc. Et quo modo illa ſine acino nihil tale ex ſeipſa profert? Verum ne ſimus inſipientes. Neq; ſeminis eſt quod hîc fit,ſed eius qui & telluris eſt & ſeminũ dominus. Quapropter & ſine iſtis & cum iſtis,illa naſci fecit: hoc quidem, vt virtutem ſuam
Gene.1.a & potentiam oſtenderet,cum dixit: Producat terra herbam fœni: illud verò, vt poſt declaratam ſuam potentiam nos etiam inſtrueret, vt eſſemus ſtudioſi & laborum & operum. Ad quid verò nobis iſta dicta ſunt? Nõ temerè,ſed vt & reſurrectioni fidẽ habeamus,& ſi quid rurſus cogitationibus noſtris comprehendere volentes nõ aſſecuti fuerimus,nec ægreferamus,nec indigne mur, ſed animo grato ac beneuolo cogitationem noſtram auertentes & cohibentes ad potentiam & induſtriam dei confugiamus. His itaque cognitis frænũ imponamus cogitationibus, & terminos, menſurámque cognitionis nobis præſtitam non tranſgrediamur. Nã
1.Cor.8.a ſi quis,inquit,putat ſe quicquam ſcire,nihil dum nouit, quemadmodum ſcire oportet. De deo,inquis,non dico, ſed de quauis re. Quid ergo de terra cognoſcere vis? Quid noſti, dic quæſo? Quanta eſt eius menſura? Quanta magnitudo? Quis ſitus? Quæ eſſentia? Quis locus? Vbi ſtat? Et cui impoſita eſt? Nihil vtique iſtorũ dicere potes,ſed quòd ſit frigida,& arida,& nigra,hæc dicere potes, vltra verò nihil. Sed de mari? At hîc ſimiliter in mentis inopiam incides,ignorans vel vbi ordiatur,vel vbi deſinat. In quo fertur? Quid fundũ eius ſuſtinet? Quis verò locus illius eſt? Vtrum & poſt ipſum continens eſt,an in vndas deſinit & aërem? Sed eorum quæ in mari ſunt,quid noſti? Verum de aëre dicam? At quid? Relinquam elementa. Vis eligamus quod plãtarum eſt minutiſsimum? Gramen dico,infrugiferum illud,quod omnes ſcimus. Dic quo modo naſcitur: Nõ aqua ſubiectum eſt, & terra & fimus? Quid ergo illud adeò venuſtum apparere, colorẽmq; præclarum adeò habere facit? Vnde venuſtas illa ita marceſcit? Op⁹ hoc

A nec aquæ eſt nec terræ. Vides vbiq; fidem eſſe neceſſariam? Quo modo terra producit? quo modo parturit? Sed nihil horum reſpondere poteris. Erudire ô homo in terrenis & iis quæ hîc ſunt, & cœlũ nec temerè nec curioſè ſcruteris. Et vtinam cœlum & non cœli dominum. Terram nõ noſti,dic mihi, de qua es,in qua es,in qua nutritus es,quã inhabitas,quam calcas,ſine qua nec reſpirare potes,& ea quę tã procul abſunt temerè diſcutis? Reuera homo vanitas. Talis enim vanitas eſt. Quòd ſi te quiſquam in profundum quidem deſcẽdere iuberet, & inueſtigare quæ in imo ſunt maris fundo, mandatum iſtud,non admitteres: nemine verò cogẽte ipſe vltro abyſſum inſcrutabilem comprehẽdere vis? Noli obſecro. Sed ſupernè nauigemus, nõ innatantes. Subitò nãq; delaſſabimur,& ſubmergemur. Verum diuinis vſi ſcripturis,nauis inſtar, vela fidei in ſublime extẽda-
B mus. Si in iſtis nauigauerimus,aderit nobis etiã gubernator ſermo dei. Si verò cogitationib⁹ humanis innatabimus,non item. Cui nanq; natãtium quiſquam adfuerit gubernator? Duplex itaq; periculum eſt,cũ quòd nulla nauis eſt,tum quòd nemo gubernator adeſt. Si enim ſcaphus ſine gubernatore periculum habet,quãdo vtraq; abſunt,quæ poterit ſpes eſſe ſalutis? Ne proiiciamus itaque nos ipſos in apertum periculum,ſed in tuto incedamus, per ſacram anchoram liberãtes nos ipſos. Ita quippe in tranquillum portum enauigabimus,cum magna quidem copia,verum nõ minus & cum magna ſecuritate: bonaq; illa diligentibus deum recõdita aſſequemur in Chriſto Ieſu domino noſtro,Amen.

Homilia octaua.

C *Hoc enim vobis dicimus in verbo domini, quòd nos qui tũ viuemus,qui reliqui erimus in aduentum domini,nequaquam præueniemus eos qui dormiunt. Nam ipſe dominus in hortatu & voce archangeli, & in tuba dei deſcẽdet de cœlo, & qui in Chriſto mortui ſunt,reſurgent primùm: deinde nos qui tum viuemus,qui reliqui erimus,ſimul cum ipſis rapiemur in nubibus in occurſum domini in aera, & ſic ſemper cũ domino erimus.* Prophetæ quidem authoritatem dictorũ ſuorum oſtendere volentes ante omnia alia hoc dicũt. Viſio quam vi- *Eſa.1.a*
dit Eſaias. Et iterum: Verbum domini quod factum eſt *Dani.9.a*
ad Hieremiam. Et rurſus: Hęc dicit dominus,& quæcũ- *Hier.31.f*
que talia. Multi verò & ipſum dominum ſedentẽ videbant,quatenus ipſis videre licebat. Paulus verò non ſedentem videns, ſed in ſeipſo loquentem habens Chriſtum,hæc dicit. Dominus dixit: Aut experimentũ quæ- *2.Cor.13.a*
ritis loquentis in nobis Chriſti. Et iterũ: Paulus apoſto- *Epheſ.1.a*
lus Ieſu Chriſti. Apoſtolus enim quæ mittentis ſunt,lo-
D quitur. Vt oſtẽderet nihil ſe de ſuo loqui. Et rurſus: Ar- *1.Cor.7.g*
bitror enim quòd & ego ſpiritum dei habeã. Igitur illa quidẽ omnia ex ſpiritu loquebatur: hoc verò quod nũc dicit,etiam manifeſtè ex deo audierat. Quemadmodũ illud quod ad ſeniores Epheſiorum diſſerens dicebat: Beatius eſt dare quàm accipere,ſecretò audierat. Videa- *Actu.20.g*
mus itaque quid & nunc dicat. Hoc enim vobis dicimus,inquit,in verbo domini,quòd & nos qui tũ vinemus, qui reliqui erimus in aduentum domini, nequaquam præueniemus eos qui dormiũt. Nam ipſe dominus in hortatu & voce archangeli, & in tuba poſtrema deſcendet de cœlo. Tũc enim,inquit,& virtutes cœlorum mouebũtur. Quamobrem autem in tuba. Nam & in monte Sinaio hoc videmus, & illic quoq; eſſe angelos. Quid vero vult ſibi vox archãgeli? Quẽadmodum de virginib⁹ dixit Chriſtus: Exurgite, venit ſpõſus. Aut *Mat.25.a*
hoc ſanè dicit: aut quòd quẽadmodũ apud regẽ ſolet,

ita &

Φιλοπόνος εἶναι καὶ φιλόργος.

ita & tunc futurum sit, angelis ad resurrectionem ministrantibus. Dicet enim: Resurgant mortui. Et fiet opus non angelorum ad hoc quicquam valentium, sed verbi ipsius, tanquam si rege quopiam imperante ac iubente, egrederentur concluſi & captiui, & ministri eos educerent. Non illi postea propria virtute, sed ex voce
Matt.24.c illa hoc facerent. Hoc & alibi Christus dicit, Mittet angelos suos cum tuba magna, & congregabunt electos ipsius à quatuor ventis, ab extremis cœlorum vsque ad extremos illorum terminos. Et vbiq; vides percurrentes angelos. Archangelum putamus eum esse qui præsit, & incumbat aliis in orbem missis, atque hoc illis inclamet, Paratos facite omnes: adest enim iudex. Quid est in postrema tuba? Ostendit hic, multas fore tubas, & ad postremam descensurum iudicem. Et qui in Christo, inquit, sunt mortui, resurgent primùm, deinde nos qui tum viuemus, qui reliqui erimus, simul cum ipsis rapiemur in nubibus ad occursum domini, in aëra, atque ita semper cum domino erimus. Itaque consolemini vos inuicem in sermonibus istis. Si descensurus est, cuius gratia rapiemur? Honoris gratia. Nam rege ciuitatem ingressuro qui illustres quidem sunt, ad occursum eius egrediuntur: qui verò rei sunt & iudicio obnoxij, intus expectant iudicem. Et patre beneuolo & pio aduentante, filij quidem, & qui digni essent filiorum loco, per vehiculum educuntur vt videant & exosculentur: qui verò de seruis interea illum offenderunt, intus expectant eum qui super patris adfertur vehiculo. Ipse nanque pater in nubibus susceptt eum. Et nos in nubibus rapiemur. vides quãtus futurus sit honor? Et occursum descendenti faciemus, & quod omnium est fœli-
Psal.125.a cissimum, ita semper cum ipso erimus. Quis loquetur potentias domini, & inuulgabit omnes laudes eius? *Quantis bonis humanũ genus dignatus est? Qui mortui sunt, exurgent primi, atque ita simul fiet occursus. Abel qui ante omnes mortuus est, simul cum illis qui* tum viuent, occurret. Itaque quantum ad hoc attinet, nihil amplius habebunt illi, sed qui corruptus fuerat, & tot annos in terra sepultus iacuit, cum ipsis tum viuentibus occurret, & simul reliqui omnes. Si enim illi nos præstolati sunt, vt simul coronaremur, quẽadmo-
Hebr.11.g dum alibi scribens dicit: Eò quòd dominus de nobis melius quiddam prouiderat, ne sine nobis consummarentur, multò magis expectabimus & nos ipsos. Immò illi quidem præstolati sunt, nos verò non item. Fiet enim resurrectio in puncto temporis, in momento oculi. Quòd verò dicit congregandos esse, resurrecturos quidem vbique simpliciter dicit, congregandos verò ab angelis. Est itaque resurrectio quidem diuinæ virtutis opus, quum telluri mandabit deus, vt depositũ reddat, & nulus ministrorum hoc faciet, quemadmo-
Ioan.11.f dum aliquando euocauit Lazarum: Lazare, veni foras, adductio verò ministrorum opus erit. At si angeli colligent & discursabunt, quo modo isti hic rapiẽtur? Post descessum domini rapientur, posteaquam congregati fuerint. Fiet enim hoc simul nemine sciente. Etenim quando viderint terram motam & turbulentam, puluerem confusum, vndique ex æquo excitata corpora, nemine ad hoc famulante, sed iussione dei terram antea repletam euacuare valente, (cogita nanque quantum sit omnes tunc qui ab Adam ad aduentum suum vsque, stare cum mulieribus, & pueris) quãdo, inquam, tantam viderint in terra tumultuationem, tunc scient. Quẽadmodum enim dispensationem eius, quæ secundum carnem est, non præuiderant: ita & tunc. Quando igitur illa facta fuerint, tunc & vox audietur archãgeli angelis reliquis imperantis & clamantis: audientur tunc & tubæ, immò tubarum sonitus. Qualis igitur tremor, qualis timor eos, qui in terra tum erunt, qui Matt.24.d iudicem expectabunt, obtinebit? Vna nanque rapie- & Luc.17.g tur, & vna relinquetur: & vnus accipietur, & vnus relinquetur. Quis erit tum animus illorum, quãdo istos quidem sublatos videbunt, se verò ipsos relictos? An non quãuis gehenna terribilius eos ista deiectos ac consternatos reddere poterunt? Fingamus itaque sermone iam illud adesse. Si enim mors repentina, aut ciuitatum motus, & reliquę minæ, animos nostros ita cõcutiunt, quando viderimus terram diruptã & his omnibus refertam, quando audierimus tubas, quando vocem illam archangeli quãuis tuba clariorem perceperimus, quando cœlum hoc vndique sursum euectum & contractum, quando ipsum aduentantem deum, regem omnium viderimus, quis tum nobis animus erit? Horreamus obsecro, & terreamur, non secus quàm si ista iam fierent. Ne solemur nos ipsos ex mora & cunctatione. Quãdo enim omnia oporteat fieri, nihil proderit cunctatio. Quantus tum tremor erit, quantus timor? Videtis aliquando ad mortem quosdam abduci. Quem putatis illis esse animum, viam istam ad portam vsque incedentibus, quot mortibus non grauiorem? Quid non mallent & facere & pati, vt ab ista animi caligine & obnubilatione liberati essent? Ego multos, qui post deductionem reuocati fuerãt, ad regiam beneuolentiam & clementiã dicentes audiui, se neq; homines velut homines vidisse, q̃ animo fuissent summopere, cũ abducerentur perturbato, perculso & stupefacto. Si ergo corporalis mors vsq; adeò nos perterrefacit, quãdo æterna illa aduenerit, quid patiemur? Et quid dico de iis qui ad mortem abducuntur, quos turba hominũ circunstat, quorum plures eos non agnoscunt? Si quis illorũ animos penitus inspexerit, nemo fuit adeò crudelis, nemo adeò confidens, nemo adeò fortis ac dexter, qui non in promptu habeat animi deiectionem & extasim ex timore & mœsticia manãtem. Si ergo dum alij morte ista, à somno nihil differente auferuntur, qui nihil consortij cum illis habent, ita afficiuntur & consternantur, quãdo in maiora nosipsi inciderimus, quo modo tum habebimus? Non potest, credite, nõ potest sermone comprehendi quæ futura sit animi passio. At enim, inquis, sed benignus est deus, & nihil horũ erit. Non nisi ad territandum, inquis, ista ita scripta sunt, vt resipiscamus. Si ergo non resipuerimus, sed mali perseuerauerimus, non puniet nos, dic quæso? Ergo neque bonis præmia retribuet? Etiam, inquis. Hoc enim illi decorum est, vt plus etiam benefaciat quàm par sit. Itaque illa quidem vera sunt & omnino futura, supplicia verò non omnino, sed duntaxat minitandi & absterrendi gratia commemorantur? Vnde vobis persuadeam, ignoro. Si dixero, quòd vermis malorum non sit moriturus, & ignis non extinguendus, si dixero in ignem illos abituros æternũ, si diuitem iam in supplicijs existentẽ adduxero, omnia dicetis esse minas. Vnde igitur vobis persuadebo? Satanica est ista cogitatio, fatua præstans oblectamenta, & desides efficiens. Quo modo ergo illam eximemus? Quæcunque sanè ex scripturis proferemus, dicetis minandi gratia scripta. At de futuris quidem suppliciis poterit quisquam hoc dicere, de iis verò quæ iam contigerunt, & finem consequuta sunt, non item. Audistis de diluuio? An & illa minarum gratia dicta sunt? Non etiam contigerunt, &

ita facta

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gen.6. & 7.

ita facta sunt? Talia & illi tum multa dicebant, & cùm centum annos fabricaretur arca, intexerenturq; ligna, & iustus clamaret, nemo erat qui credebat. Verũ quia non crediderant verborum minis, sustinuerunt & experti sunt re ipsa supplicium. Hoc & nos patiemur, nisi crediderimus. Quapropter & aduentum suum Christus diebus Noë comparat, eò quòd vt diluuio illi non credebant quidam, ita & diluuio gehennæ accidet. An minæ fuerunt illæ? Non etiam in opus ipsum exierunt? Deinde qui tum supplicium ita subitum & omnia simul complectens induxit, non multò magis & nunc inducet? Non enim minora sunt quæ nũc fiunt, quàm quæ tum facta fuerant. Quo modo? Quia tunc, inquit, ingrediebantur filij dei ad filias hominum, & malum quo peccabant, erat adulterinus & illicitus cõcubitus.

De subuersione Sodomorum.

Nunc verò nullum est reliquum maliciæ genus quod ausi non sumus. Creditis igitur, re vera factum esse diluuium, aut putatis esse nugas? Quanquam hoc & ipsi montes vbi quieuit arca, testificantur, (eos dico qui in Armenia sunt) ex multa tamen & abundanti cautione, ad aliud quoque, isto clarius, sermonem deducam. Peregrinatúsne quisquam vestrum aliquãdo est in Palæstina? Iam enim non amplius verba, sed res ipsas proferam. Quanquam prius dicta rebus ipsis sint manifestiora. Quæcunque enim scriptura dicit, ea rebus illis, quæ oculis nostris subiiciuntur certiora sunt. Peregrinatus est ne igitur quispiam vestrum aliquando in Palæstina? Puto sanè. Quid ergo? Testes mihi sitis, vos qui loca illa vidistis, ad eos qui illic non fuerunt. Supra Ascalonem enim & Gazã, in ipso Iordanis fluminis termino, est regio quædam magna & fertilis. Immò erat. Iam enim non est. Ista igitur cùm instar paradisi esset,

Gene.13.c

(Vidit enim Loth, inquit, omnem regionem circa Iordanem, & erat irrigua, sicut paradisus dei.) Ista igitur, quæ adeò erat florida vt cum quibúsuis aliis regionibus decertaret, paradisumq; dei abundantia sua exprimeret, quibúsuis solitudinibus ac desertis nunc desolatior est, & stant ibi arbores fructum habẽtes. Fructus autem ille iræ dei monimentum est. Stant enim mala punica, (& arbores dico & fructus) splendidum quidem aspectum habentia, & ignoranti multã spem prębentia: si verò in manus illa sumpserit, mox perfracta, fructum quidem nullum, pulueris autẽ & cineris plurimum intus reconditum exhibent. Talis est & omnis illa terra. Et si lapidem repereris, incineratum reperies. Et quid dico lapidem & ligna & terram, quando & aër & vnde calamitatis huius cõsortio detineantur? Quẽadmodum enim corpore incenso & combusto schema quidẽ manet in ignis aspectu, & figura, & magnitudo, & reliqua membrorum proportio, virtus verò nõ item: ita sanè & hìc. Tellurem videas, at nil telluris habentem, sed omnia cinerem. Arbores videre est & fructus: & tamen nihil arborum, nihil fructuum. Aërem & aquam, attamen nihil aëris, nihil aquæ. Nam & ista incinerata sunt. At quo modo aër comburi poterit aliquando? Quo modo & aqua, vt maneat aqua? Ligna quidem & lapides comburi possunt, aër verò & aqua nequaquam possunt. Nobis impossibile est, ei verò qui ea fecit, possibile. Nihil igitur aliud est aër illic quàm caminus, & aqua caminus, infrugifera omnia, omnia sterilia, omnia supplicium referentia, præcedentis iræ dei imagines, & futurę indicia. An & ista verborum mi næ sunt? Nam mihi quidem neque priora quæ in diluuio contigerunt, incerta, sed æquè certa quæ non visa, quàm quæ visa sunt habentur. Incredulo verò vel ista fidem facere poterunt. Si quis gehennam futuram non credit, Sodomam cogitet, Gomorrhæ meminerit, supplicij recordetur quod factum est & adhuc perdurat, id quod indicium est æternum fore malorum supplicium. Grauia sunt ista, illa verò grauia non sunt? Quando dicis non esse gehennam, sed simpliciter illam minatum esse deum, quando manus populi dissoluis ac remittis: tu me, incredule, vt ista dicam cogis. Si verbis Christi credidisses, non fuissem ex his rebus fidem illis conciliare coactus. Quoniam verò illa refugisti, iam deinceps nolis velis persuasus eris. Quid enim potes de Sodomis respondere. Vis & causam discere, propter quam ista tũc facta sunt? Vnum erat illis peccatum, graue quidem & execrandum, attamen vnum. In pueros tum insaniebant, atque ideo pœnas istas dederunt. Nunc verò innumera, & paria, immò grauiora peccata quàm istud fuerit committuntur: deinde qui propter vnum peccatum tantam iram effudit, & neque per Abrahæ supplicationem placatus est, neq; per incolam Loth, qui ad honorandũ seruos ipsi⁹ filias suas in ignominiam tradiderat, tantis iam peccatis existẽtibus parcet? Ridicula re vera sunt ista, & nugæ, & error, diabolicáque seductio. Vis & aliud adducam? Pharaonem ab omnibus audis regem fuisse Aegyptium. Nosti igitur & pœnas quas dedit? Quo modo cum ipsis currib⁹ & equis, cum vniuerso exercitu in mari rubro submersus sit? Vis & alia discere? Nam ille quidem impius fortè erat, immò non fortè, sed revera impius erat. Vis etiam ex credentibus, & deo, vita tamen non verè correcta, adhærentibus, supplicio affectos videre? Audi quid Paulus dicat: Neque scortemur sicut quidam ipsorum scortati sunt, & ceciderunt in vna die viginti tria milia. Neque murmuremus, sicut quidam eorum murmurarunt, & perierunt ab exterminatore. Neque tentemus Christum, sicut quidam ipsorum tentarunt, & à serpentibus interierunt. Si verò fornicatio tãtum potuit, si tantum murmuratio, quid nostra peccata nõ efficient? Si verò non iam statim pœna sumitur, ne mireris. Nam illi quidem gehennam ignorabant, atque ideo subitis pœnis puniebantur, tu verò quæcunq; peccata commiseris, si nullam prorsus hìc pœnã dederis, omnia solues illic. Ad hæc si eos qui rudiores erant, & tanta non deliquerant, tantopere puniuit, nobis parcet? Absurdum hoc esset. Nam etiam si eadem quæ illi deliquerimus, maiore tamen supplicio digni sumus. Quamobrem? Quia maiore gratia potiti sumus. Quando verò plura & maiora quàm illi delinquamus, quas pœnas non dabimus? Illi (at ne putet me quisquam vel ad celebrandum eos, vel ad ignoscendum ista dicere: Absit. Quando enim deus punit, si quis contrariam sententiam adferat, ex animo hoc facit diabolico. Non igitur ad laudem vel ad veniam eorum hoc dico, sed vt declarem nostram maliciam.) Illi, inquam, etsi murmurarunt quidem, at in desertum venerant. Nos verò patriam habentes, & in ædibus nostris existentes murmuramus. Illi & si scortati sunt quidem, † & ex Aegyptiis malis pridem egressi erant, & legem propè talem nõ audierant. Nos verò à maioribus nostris salutaria accepimus præcepta, itaq; maiore supplicio digni sumus. Vis & alia audire, quæcunq; perpessi sint in Palæstina, famem, pestẽ, bella, captiuitates, siue Babylonicas, siue Assyriacas, quæ à Macedonibus mala, quæ ab Adriano & Vespasiano? Volo tibi dilecte narrare aliquid: Sed ne resilias: immò ante illud aliud dicã: Fames facta est aliquãdo, inquit, & rex incedebat supra murũ: deinde mulier

Exod.14.g

1.Cor.10.b

† *sed ex Aegyptiis malis modo egressi erãt & nix dũ legem.*

2.Reg.6.f

mulier quædam accedens hæc verba ad illum loquebatur: Rex, Mulier ista ad me dixit, assabimus hodie filium tuum, & comedemus eum, & cras meum. Coximus ergo filium meum, & comedimus, filium autem suum nondũ dedit. Quid ista calamitate grauius? Rursus alibi propheta dicit: Manus mulierum ad miserationes proculuarum filios proprios attigerunt, & coxerunt. Iudæi quidem tantum dedere supplicium, nos verò non multò magis dabimus? Vis & alias Iudæorum calamitates audire? Iosephi volumina accede, & cognosces omnem illam tragœdiam, si fortè tibi ex illis suadebimus esse gehẽnam. Nam cogita: Si illi puniti sunt, quamobrem nõ puniremur & nos? Aut quo modo decorum esset, non puniri nos, qui peiora quàm illi deliquimus? Certè liquet ideo fieri quod supplicium nobis reponatur in futurum. Si verò vis etiam de vnaquaq; persona dicam, quo modo supplicio adfecti sint. Fratrem occîdit Cain: graue quidẽ peccatum. Quis enim negauerit? At pœnas dedit & graues, & mille mortib⁹ correspondentes, & pro quibus maluisset etiam millies mori. Audi nanque quid ipse dicat: Si eiicis me ex terra hac, & à facie tua abscondar, & erit, vt quisquis me inuenerit, occîdat me. Die ergo mihi: Non eadem hodie multi faciunt? Quando enim etiam si non carnalem, attamen spiritualem fratrem occîdis, nõ idem designas? Quid enim si non gladio? At alio modo facis, dum eum contemnis, cùm posses à fame liberare. Quid ergo? Nemo iam fratrem suum † occidit? Nemo in pericula coniecit? At pœnas hìc non dederunt? Dabunt autem: deinde Cain quidem, neque legem scriptam audierat, neque prophetas, nec signa illa magna viderat, & tamen tantum supplicium dedit: alius verò qui eadem egit, & neque tantis exemplis castigatus est, impunis erit? Et vbi esset æquitas & iustitia dei? Aut vbi illius bonitas? Rursus alius quidam propter ligna sabbato collecta, lapidatus est, quanquam modicum hoc fuerit mandatum, & circuncisione leuius. Lapidatus ergo est qui ligna sabbato collegerat, qui verò mille sæpenumero iniquitates operati sunt, decesserunt impunes. Si ergo gehenna non est, vbi iustitia? Quo modo non erit personarum respectus? Atqui multa talia de illis queritur, quòd sabbata non custodierunt. Iterum alius quisquã, Charmi, anathema furatus, cum omni familia sua lapidibus obrutus est. Quid igitur? interea nemo sacrilegus factus est? Saül quoque cùm contra quod deo visum fuerat, quibusdam pepercisset, tantum supplicium passus est. Nemo igitur interea ad hũc modum pepercit? Vtinam hoc esset. An non magis nos inuicem deuoramus quàm ipsę bestiæ, contra quod deo probatur? Et tamen nemo propterea cecidit in bello. Adhæc filij Heli quoniam ante thymiama comederant, pœnas cum patre grauissimas soluerũt. Nemo itaque interea ex patribus negligens erga filios suos fuit, neque flagitiosi filij? Sed nemo pœnas luit. Quando ergo luent, si gehenna non est? Innumera prætereà quisquam recensere posset. Quid verò Ananias & Sapphira: Quoniam suffurati fuerant ex illis quæ offerebant, confestim puniti sunt. Nemo igitur interea ista fecit? Quo modo ergo non easdem pœnas dederunt? Persuademúsne tibi gehennam esse? Aut pluribus adhuc exemplis opus habes? Veniemus igitur & ad ea quę in scripturis non habentur, quæ iam in hac vita fiunt. Necessarium enim est vndique nobis istam sententiam colligi & probari, ne frustra nobis indulgentes, nosipsos graui damno lędamus. Nõ vides quàm multi calamitosi mutilatis corporibus innumera mala patiãtur, cæteri verò clari sint & celebres? Quare cædis illi quidem pœnas dent, illi verò non dent, audi Paulum dicentem: Quorundam, inquit, peccata antè manifesta sunt, quosdam verò & subsequuntur: quot homicidę subterfugerunt, quot sepulchrorum effossores ac spoliatores? Sed relinquãtur ista. Quot sunt quos non videas graui supplicio puniri? Hi quidem morbo prolixo traditi sunt, isti verò cõtinuis torturis, alij autem aliis innumeris malis. Quando igitur videris aliquẽ, qui eadem quæ illi, aut etiam multò plura designare ausus, pœnas non dedit, an non vel inuitus gehennam esse suspicaris? Elige tibi eos qui in hac vita, qui coram te puniti sunt, & cogita deum non esse personarum acceptorem, & quòd tu, cùm mille mala feceris, nihil tamen tale dum passus es, & habebis sententiam & intellectum gehennę. Nam ita nobis illam inseruit deus, vt nemo vnquam illius ignarus esse possit. Nam & poëtæ & philosophi, & fabularum fictores, & omnes in vniuersum homines de retributione illic futura philosophati sunt, & in inferno complures puniri dixerunt. Etsi fabulæ sint illa, nostra tamen non itẽ. Ista non ideo dixi, quòd simpliciter terrere cupiam. Non enim animos vestros aggrauare, sed ad resipiscẽtiam adducere, & expeditiores facere volo. Vellem & ego ipse non esse supplicium: immò omnium maximè ego. Quamobrem? Quia vnusquisque vestrũ pro sua ipsius quidẽ anima metuit, ego verò & de ista præsidentia rationem reddam. Itaque omnium maximè impossibile est, vt ego effugiam. At fieri nequit, vt non sit supplicium & gehenna. Quid patior? Vbi ergo, inquis, benignitas dei est? Vbique: immò alio tempore de ista disputabo, ne quæ de gehenna dicta sunt, confundamus ac perturbemus: & quod lucrati sumus, interea non diffluat. Lucrum enim non modicum est, de gehenna persuasum esse. Verborum etenim istorum memoria, quasi modicum quoddam pharmacum, omnem malicią expurgare poterit, si perpetuò menti nostræ insederit. Vtamur ergo hoc pharmaco, vt cor adepti purum, ita videre mereamur quæ neq; oculus vidit, neq; auris audiuit, neq; in cor hominis ascẽdit: quæ cõtingat nos omnes assequi gratia & benignitate &c.

1. Tim. 5. d

1. Cor. 2. c

Homilia nona.

DE temporibus autem ac temporũ articulis fratres non opus habetis vt vobis scribam. Ipsi nanque exactè scitis diem domini, vt furem in nocte ita venturum. Cap. V.

Nihil ita, vt appâret, curiosum est & auidum ad rerum obscurarũ & recõditarum cognitionem, vt humana natura. Hoc autem illi contingere solet, quando tenuem & nondũ absolutum intellectum habet. Qui enim rudiores sunt inter pueros, non omittunt & nutrices, & pædagogos, & patres crebris suis interrogationibus interturbare, in quibus nihil aliud est, quàm quando hoc, quando illud fit. Euenit autem istud & ex deliciis, & ex eo quòd nihil est operis quod fiat. Properat itaq; animus noster ad multa quidẽ iam cognoscenda & animo cõprehendenda, maximè tamen ad sciendum consummationis tempus. Et quid mirum si nobis hoc accidit? Ipsi nanq; sancti illi omnium potissimum idem perpessi sunt. Et enim ante passionem accedentes ad Christum apostoli inquiunt, Die nobis, quando ista erunt? Et quod signum est aduentus tui, & consummandi seculi? Post passionem verò & resurrectionem ex mortuis, dicebãt ad eum: Die nobis, an in tempore isto restituis regnũ Israëli? Et * ante hoc nihil illum rogauerant, at postea

Curiositas humana.

Matt. 24. a

Act. 1. a

* πρὸ τότε non ita.

τὸ ſ. ante hoc, vel potius, prę hoc ſ. magis q̃ hoc, vt per cõparationẽ ſumatur.

non ita. Poſtquam enim ſpiritum ſanctũ accipere meruerunt, non ſolùm ipſi non curioſè quicquam rogãt, nec ægreferunt ignorantiam, ſed & eos qui intempeſtiua illa curioſitate laborant, reprimunt. Audi igitur quæ iam beatus Paulus dicat: De temporibus autem ac temporum articulis fratres non opus habetis vt vobis ſcribam. Nam ſi feciſſet, magis eos contriſtaſſet. Ita verò conſolatus eſt, hoc dicens: Quod enim dicit, nõ habetis opus, tanquam ſuperfluum, & velut inutile, non permittit vt quærant. Quid enim hinc, die quæſo, lucri fuerit? Ponamus ſeculi conſummationem poſt viginti annos futuram, poſt triginta, poſt centum. Quid hoc ad nos? An non vniuſcuiuſuis conſummatio eſt vitæ ſuæ terminus? Quid curioſè ſcrutaris & turbaris pro inani fine? At quod in aliis accidit, id & hoc loco nobis vſu venit. Quemadmodum enim in aliis, relictis quę propria ſunt, cõmunia curamus dicentes, hic ſcortator eſt, iſte adulter, alius rapuit, ille iniuriam intulit, ſuorum verò facinorum nemo rationẽ habet, ſed omnia magis curat quàm ſua: ita & hìc, omittentes quiſque ſuum ipſius finem curare, communem & generalem conſummationem diſcere volumus. Quid enim tibi cum illa commune eſt? Si vnum iſtum finem bene diſpoſueris, nihil ab illo mali patieris. Sit procul, ſit è vicino. Nihil hoc ad nos attinet. Propterea nõ dixit hoc Chriſtus, eò quòd non profuiſſet. Quo modo nõ profuiſſet, inquis? Ipſe nouit, qui abſcondit, quamobrem non profuiſſet. Audi nanque quid ipſe apoſtolis dicat:

Act. 1. a

Non eſt veſtrum ſcire tempora vel articulos temporum, quæ pater poſuit in ſuam poteſtatem. Quid curioſè inquiritis, inquit? Qui circa Petrũ Coryphæum fuerunt, iſta audierunt, tanquam qui maiora ſcire quærebant, quàm ipſis conueniebat. At enim, inquis, potuiſſent hinc gẽtium ora obturari. Quo modo, dic quæſo? Quoniam illi, inquis, mundum dicunt eſſe deum. Iam ſi cõſummationis tempus ſciremus, obſtrueremus vtique illorum ora. Hoc demum eſt quo illi compeſcentur, ſi cognoſcant deſiturum aliquando eſſe mundum, non minus quàm ſi cognoſcant quando deſinat. Hoc ad eos dicite, nempe finem habiturum mũdum. Si hoc non credent, neque illud credent. Audi Paulum dicentem: Ipſi nanque exactè ſcitis diem domini vt furem in nocte, ita venturum. Non ſolùm communis ille, ſed & vniuſcuiuſque proprius ita veniet. Iſte quippe illum imitatur. Eſt enim & iſte cognatus illi. Quod enim ille ſimul & ſummatim, hoc iſte per partes facit. Et conſummationis tempus ab Adam cœpit, tunc verò conſummationis finis erit. Nam & nunc non peccauerit quiſquam, ſi hoc quoque tempus cõſummationem vocet. Quando enim innumeri quotidie moriantur, & diem illum futurum omnes expectent, & ante eum nemo reſurgat: an non illius hoc opus eſt? Si verò diſcere vultis quamobrem abſconditus ſit dies ille, & quare ſicut fur in nocte, ita & ipſe veniet: ego quemadmodũ mihi res iſta videtur benè habere, dicam. Nemo ſanè virtutis vnquam curam, quod ad omnem vitam attinet, habuiſſet, ſed cognito quiſque conſummationis ſuæ die, poſtquã innumera mala perpetraſſet, tum demum baptiſmi lauacrum accepiſſet, atque ita hinc migraſſet. Si enim nunc timore incertitudinis cũctorum animos turbante, omnes vniuerſam ante actam vitam in malicia conſumentes, ad extrema demum ſuſpiria baptiſmati ſe tradunt, ſi etiam eſſent admodum de iſto perſuaſi, quiſnam vllam virtutis curam haberet? Complures ſine illuminatione deceſſerunt, & ne ſic quidem timor iſte erudiuit, vt dum viuerent, quæ deo probantur, curaſſent: ꝙ ſi etiam hic metus ſublatus eſſet, quis vnquam reſipuiſſet? quis obtemperaſſet? Ne vnus quidem. Rurſus verò accedit & alterum. Multus mortis metus & vitæ amor nunc cohibet, ſi verò cognouiſſet quiſquam omnino ſe craſtino die moriturum, nihil vtique audere ante diem illum veritus fuiſſet, ſed quos voluiſſet occidiſſet, & inimicos vlciſcens ſeipſum recreaſſet, milleque magna deſignaſſet. Homo nanque ſceleſtus hac vita deſperata, ne eius quidem rationem habet qui purpura decoratus eſt. Si ergo certus eſſet omnino moriendum eſſe, & inimicum ſuum vlciſceretur, refocillatóque primùm animo ſuo, ita mortem obiret. Dicam & tertium. Qui vitæ huius ſunt cupidi & vehementer ea quæ huc pertinent, concupiſcũt, per animi ſanè mœſticiam & dolorem tabefacti eſſent. Si enim iuuenis quiſquam certus eſſet poſt triennium ſe moriturum, non ſecus ad hoc afficeretur quàm ignauiſsimæ illæ beſtiæ quando comprehenſæ mortem expectant. Neque ipſi ſtrenui viri mercedem aliquam virtutis ſuæ habuiſſent. Si enim cognouiſſent ꝙ prorſus elapſo triennio morituri eſſent, & antea mori non poſſent: quarúmnam rerum mercedem habuiſſent, cõtra aduerſa confidentes? Dixiſſet enim ad eos quiſquã, quia ſecuri eſtis de trib⁹ annis, propterea periculis voſipſos eò confidentius traditis, ſcientes, quòd mori non poſsitis. Qui enim ex vnoquoque periculo interitum præſtolatur, & nouit victurum ſe, ſi quidẽ ſeipſum non negligeret, moriturum verò eum qui talia audeat, maximum alacritatis ſuæ, & præſentis vitæ contemptus indicium hinc tulerit. Verùm declarabo vobis iſtud per exemplum. Dic mihi: Si patriarcha Abraham antea cognito non occiſurum ſe filium, illum deduxiſſet: an aliquam igitur mercedem habuiſſet? Quid verò ſi Paulus *prę ſcius non moriturum ſe pericula contempſiſſet, qua in re præclarus eſſet? Ita nanque & ignauiſsimus* quiſque in ignem vtique ingreſſus fuiſſet, ſi certũ quendam reperiſſet ſecuritatis fideiuſſorem. At non tales tres pueri. Sed audi quid dicant: Rex, eſt deus in cœlo, qui eripiet nos de manibus tuis, & ex camino iſto. Et ſi minus, notum tibi ſit, quòd deos tuos non colimus, & imaginem auream quam ſtatuiſti non adoramus. Videtis quantum ſit lucri & maius iſtis, ex ignorãtia mortis & conſummationis? Hactenus verò ſufficit iſta cognoſcere. Nempe propterea vt furem in nocte ita venturum diem illum, ne in maliciam ſeducamus noſipſos, néve in ſegniciem, ne merces noſtra amputetur. Ipſi nanque exactè, inquit, ſcitis. Quid igitur curioſè indagatis, ſi perſuaſi eſtis. Quòd verò futurum incertum ſit & obſcurũ, ex dictis Chriſti cognoſce. Quòd enim propterea hoc dixerit, audi quid dicat: Vigilate igitur, neſcitis enim qua hora fur venturus ſit. Quapropter & Paulus dixit: *Quando autem dicẽt pacem eſſe & ſecuritatem, tunc repentinus illis imminet interitus: quemadmodum dolor partus mulieri in vtero habenti, & nequaquam effugient.* Innuit hìc aliquid quod & in epiſtola poſteriore. Quãdoquidem enim iſti in adflictionibus quidem erãt, illi autem, qui eos agitabant, in requie, & deliciis, ſubinde præſentia mala iſto reſurrectionis ſermone ſolatus eſt: illi ex auitis enthymematis loquentes calumniabantur ac dicebant, quando erit? id quod & prophetę de Iudæis dicebant: Væ, inquiunt, dicentibus, velociter appropient quæ facturus eſt deus vt videamus, & veniat cõſilium ſancti Iſraëlis, vt cognoſcamus. Et iterum, Væ deſiderantibus diem domini. Non ſimpliciter deſiderantes intelligit,

Matt. 24. d

Iſaiæ. 5. e

Amos. 5. e

Danie. 3.

intelligit,sed eos qui ex incredulitate desiderabant. Et *Ibidem.* dies domini tenebræ, inquit,& nō lux. Vide ergo quo modo eos soletur Paulus. Quasi dicat: Ne hinc sibi, quòd in deliciis sunt, argumentum constituant, non venturum iudicium. Nam ita quidem & aduenier. Dignum verò fuerit & illud quærere: Si Antichristus vēturus est,& venturus est Helias,quo modo quando dicent pacem esse & securitatem, tunc repētinus illis imminebit interitus? Ista quippe non permittent diem illum clanculum irrepere,cùm signa sint aduentus eius. *Vita intelligendum] germ.* Sed non † vult illud tempus esse antichristi omnemq; illum diem,] quòd illud Antichristi tempus futurum debeat esse aduentus Christi signum. Ipse quippe Christus signum non habebit, sed subitò & minimè expectatus veniet. Atqui,inquis,prægnāti mulieri dies partus non incertò imminet. Nouit enim,quòd post nouem menses futurus sit partus. Immò vehementer obscurè & incertò. Quædam enim septimo quidem,quędam verò nono mense peperierunt. Præterea & dies ipsa & hora incerta est. Ad illud itaq; Paulus ista de prægnante dixit. Est autem exacta similitudo. Non enim multa sunt dolorosæ parturitionis præuia signa. Atque ita multæ & in viis,& extra domum suam re non prospecta peperere. Non autem solam diei huius incertitudinem ista similitudine significauit,sed & doloris acerbitatem. Quemadmodū enim illa interea dum ludit, ridet, nihil omnino prospicit, subitò ineffabilibus laboribus occupatur, doloribúsque parturitionis agitata plangit: ita & animæ malorū habebunt subintrante die illo. Et nequaquam effugient,inquit. Istud quidē nunc dixit: *Vos autem fratres non estis in tenebris, vt dies iste furis instar vos occupet.* Tenebricosam hìc & impuram vitam per tenebras intelligit. Etenim velut in nocte impuri & flagitiosi homines cuncta peragūt, quósuis fallentes, & in tenebris seipsos abdentes & continentes. Nam die mihi, non vesperam obseruat adulter? Non noctem præstolatur fur? Sepulchrorum spoliator,non omnem suum facinorosum quæstū noctu habet? Quid igitur? Non etiam eos velut fur occupabit. Non etiam ipsis incertus imminet dies ille, sed præscios reperiet? Quo modo ergo dicit: Non opus habetis vt vobis scribam? Hoc loco non de incertitudine diei huius loquitur,sed de calamitate quam adferet. Quasi dicat: Non vestro malo veniet. Incertus quidem veniet & ipsis,veruntamen nulla calamitate eos cōtristabit. Vt dies ista furis instar,inquit, vos occupet. Nam etiam si latro ad vigilantes & in luce constitutos subingrediatur, nihil tamen eos lædere poterit: ita etiam eos qui rectè viuūt, sed quotquot dormientes ac de præsentibus præsumētes repercrit, hos omnibus spoliatos abducet. *Omnes enim vos,* inquit, *filij lucis estis, & filij diei.* Et quo modo possumus filij diei esse? Quemadmodum filij perditionis, filij gehennæ. Quapropter & Christus Pharisæis dixit: *Matth.23.b* Væ vobis, quoniam circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proselytum: & quum factus fuerit, facitis ipsum gehennæ filium. Et Paulus quoque dixit, Propter quæ venit ira dei super filios inobedientiæ: hoc est,qui ea faciunt quæ ad gehennam pertinēt, quæ inobedientiæ sunt. Ita & filij dei sunt,qui quæ deo probantur, faciunt. Ad eum modum dicuntur & filij diei & filij lucis,qui quæ lucis sunt, faciunt. *Et non sumus noctis neque tenebrarum. Ne dormiamus itaque sicut & cæteri, sed vigilemus ac sobrij simus. Qui namque dormiunt, noctu dormiunt: & qui inebriantur, noctu inebriantur. Nos autem qui diei sumus, sobrij simus.*

Ostendit hìc quòd in die esse nostri sit arbitrij. In præsenti enim vita,quod ad hanc quidē diem & hanc noctem attinet, non in nostra est potestate, sed etiam inuitis nobis irruit nox,& nolētibus imminet somnus. Quod verò ad spiritualem illam noctem & somnum attinet,non item,sed possumus semper vigilare,possumus semper in die agere. Animæ siquidem oculos claudere,& malicię somnum inducere,non est naturæ,sed volūtatis. Sed vigilemus,inquit,& *sobrij simus. Potest enim & qui vigilat dormire,dum nihil boni operatur. Quapropter subiunxit,& sobrij simus. Nam & in die si quis vigilauerit quidem,sobrius verò nō fuerit,in mille mala incidet. Itaque vigiliarum intentio est sobrietas. Qui nanque dormiunt,inquit,noctu dormiunt: & qui inebriantur,noctu inebriantur. Ebrietatem hìc dicit,nō eam solùm quæ ex vino,sed & quæ ex omnibus malis est. Ebrietas enim animi sunt diuitiæ,& pecuniarum cōcupiscentia,& corporum amor,& quicquid tale dixeris animi est ebrietas. Quamobrem autem maliciam somnum vocauit? Eò quòd ad virtutem ignauus ac deses est qui malus est: deinde omnia imaginatur,nihil veri videt,sed plenus est somniis,& de absurdis plerunque rebus. Si verò etiam iucūdum quid viderit,nihil tamen firmum, nihil habet solidum. Talis enim est præsens vita. Somniis & imaginationibus vanis abundat. Somnium sunt diuitiæ,gloria,quæcunq; talia. Qui dormit,ea quidem quæ sunt,& verè subsistunt, non videt: quæ verò nō sunt,pro existentibus imaginatur. Talis est malicia,& vita quæ in malicia est. Quæ sunt, nō videt: hoc est,spiritualia,cœlestia,perseuerātia,sed quæ diffluunt,& auolant,& celeriter à nobis refiliunt. Non sufficerit autē vigilare, & sobrium esse, sed oportet & armari munirique. Nam etiam si quis vigilauerit quidem & sobrius fuerit, arma verò non habuerit, citò cō ficietur à latronibus. Quando igitur & vigilare oportet,& sobrietatem conseruare,& armis muniri, nos verò inermes & nudi sumus & dormimus, quis prohibebit latronem illum ne gladio nos confodiat? *Induti theracem fidei & charitatis, loco galeæ spem salutis.* Fidei, inquit,& charitatis. Vitam hìc & doctrinam innuit. Declarauit quid sit vigilare, & sobrium esse. Nempe thoracem fidei & dilectionis habere. Non autem quamlibet fidem dicit, sed quemadmodum thoracem non facilè quicquam penetrat, sed est *tutum pectoris muni- * Cū Bud.* mentum: ita & tu fidem & charitatem animæ tuæ applicato,& nullum ex ignitis diaboli iaculis infigi poterit. Vbi enim charitatis armis animę virtus protecta & præmunita fuerit, omnia frustra & inaniter tantabunt insidiatores. Neque enim versutia, neque inimicicia, neque inuidentia, neque blanditiæ, neque hypocrisis aut aliud quicquam ad talem animam pertingere poterunt. Non simpliciter charitatem dixit, sed eam quæ sit instar firmi thoracis. Et loco galeæ spē salutis. Quēadmodum enim galea principale membrū eorum quæ in corppre nostro sunt conseruat, dum caput circundat & vndiq; tegit: ita & spes, cogitationem nostram concidere nō sinit,sed capitis instar erigit, nihil extraneum in illam incidere permittens: donec verò nihil deciderit, neque ipsa prolabitur. Istis enim armis munita non potest vnquā cadere. Manet enim fides,spes, *1.Cor.13.d* charitas: deinde cùm dixisset, induite & circundate,arma & ipse parat,vnde cōstruitur & fides & spes,& charitas quoque fortior fit. *Quoniam non posuit nos deus ad iram sed ad salutem acquirēdam per dominum nostrum Iesum Christum, qui mortuus est pro nobis.* Itaque non ad hoc proclivis est vt perdat: sed ad hoc,vt seruet. Et quòd hoc velit, vnde ii-

sobrij simus, vel attenti simus & diligentes sic & in sequētibus intellige.

ἀσφαλεῖς pro ἄφαλες lege.

προβεβλημένη ἡμῶν περικεφαλαίαν.

vnde liquet? filium ſuum dedit pro nobis. Ita ſaluare nos cupit, vt & filium ſuum dederit, & non ſimpliciter, ſed in mortem dederit. Ex his cogitationibus naſcitur ſpes. Ne deſpondeas animum ô homo dum ad deum cõcedis, qui neque filio ſuo tui gratia pepercit, nec deficias in præſentis vitæ malis. Qui filium ſuum vnigenitum dedit, vt te ſalutaret, & è gehenna eximeret: cui deinceps parcet, quod ad ſalutem tuam faciat? Speranda ſunt itaque omnia bona. Neque enim, etiam ſi ad iudicem abeundum eſſet, iudicaturum nos quidẽ, attamen qui tantum dilectionis erga nos oſtendiſſet, vt & filium ſuum noſtri gratia occidiſſet, quicquã metueremus. Speremus itaque iucunda & magna. Caput enim ac ſummam rei adepti ſumus, ſi credimus. Vidimus enim ipſius exemplar. Diligamus. Eſſet enim extremæ dementiæ, non diligere eum, qui ita erga nos affectus eſt. *Vt ſiue vigilemus*, inquit, *ſiue dormiamus, ſimul cum illo viuamus. Proinde adhortemini vos inuicẽ, & ædificet alius aliũ ſicut & facitis.* Et iterũ, ſiue vigilemus, ſiue dormiamus. Alium illic ſomnum dicit, & alium hìc. Quòd enim hìc dicit, ſiue dormiamus, de morte corporali intelligit. Quaſi dicat: Pericula ne formidetis. Etiã ſi moriamur, viuemus. Ne deſperes itaq; quòd periculis obrueris. Habes certum pignus. Niſi enim vehementi amore erga nos exarſiſſet, filium ſuum vtique nõ dediſſet. Itaque etiam ſi mortuus fueris, viues. Etenim & ipſe mortuus eſt. Siue igitur moriamur ſiue viuamus, cum ipſo viuemus. Indifferens eſt hoc. Nihil curo, ſiue viuam ſiue moriar: cum illo nanque viuemus. Omnia itaque vitæ illius gratia faciamus, omnia ipſius reſpectu agamus. Malicia, dilecte, tenebræ ſunt. Mors eſt malicia, nox eſt. Nihil videmus eorum quæ oportet, nihil facimus eorum quæ conueniunt. Quemadmodum mortui deformes ſunt ac fœtidi: ita & animæ eorum qui in malicia ſunt, multa ſunt impuritate refertæ, clauſi ſunt ipſorum oculi, os conſtrictum & mutum, immoti perdurant in lectica maliciæ, immò miſerabiliores quàm qui iſta patiuntur. Iſti quidem vtrobiq; mortui ſunt: illi verò ad virtutem quidem mortui, viuentes verò ad maliciam inſenſati ſunt. Mortuum ſi quis etiam percuſſerit, non tamen ſentiet, neque vlciſcetur, ſed velut lignum aridum eſt: ita eſt & talis anima. Arida re vera eſt reſpuens vitam. Mille quotidie vulnera accipit, & nullum tamen ſentit, ſed ſtupida eſt ad omnia. Nihil igitur peccauerit, ſi quis eos inſanis cõtulerit, & ebriis, & deliris. Omnia verò iſta habet malicia, & omnium eſt peſsima. Inſano plurimum à videntibus ignoſcitur. Non enim voluntatis eſt is morbus, ſed naturæ duntaxat. Qui verò in corde degit, vnde illi morbo ignoſcetur? Vnde ergo malicia eſt? Vnde eſt quòd plures ſunt mali? Dic mihi, vnde eſt malicia morborum? Vnde eſt mentis ſtupiditas? Vnde ſomnus grauis? Non ex ſegniciæ? Si naturales morbi ex animi volũtate oriuntur, multò magis volũtarij. Ebrietas vnde? Non ex animi incontinentia? Mentis ſtupiditas? Non ex nimia febris excellentia? Febris verò, an non ex abundantibus in nobis elementis? Abundantia autem elementorum non ex ſegnicie eſt? Quãdo enim vel defectu, vel abundantia ad immoderationem humores noſtros deduxerimus, ignem illum incendimus. Rurſus ſi flammam incenſam contemnere perrexerimus, pyram cõtra noſ ipſos conſtruimus, quam extinguere nõ poſſumus. Ita & in malicia fit. Si cœptam eam nõ prohibuerimus neque exciderimus, neque deinceps eam ad finem vſque prehendere poterimus, ſed vires noſtras excedet. Quapropter obſecro, omnia faciamus, ne vnquam obdormiamus. Non videtis cuſtodes, quo modo ſeipſos ſæpe vel parum ſomno permittentes, omnem magnæ cuſtodiæ fructum amittant? Per modicum enim illum ſomnum totum perdunt, dum furari volẽti copiam & poteſtatem faciunt. Quemadmodum enim nos fures nõ ita videmus, vt ipſi nos vidẽt. ita & diabolus omnium potiſsimum imminet, & inſidiatur, ac dentibus frẽdit. Ne dormiamus itaque, nec dicamus, nihil hinc damni, nihil illinc: vnde nihil expectabamus, ſæpenumero ſpoliati ſumus: ita & in malicia habet, vnde nihil mali metuebamus, hinc perdimur. Cuncta diligenter circunſpiciamus nec inebriemur, nec dormitemus. Ne deliciemur, & non dormitabimus. Ne inſaniamus ad externa illa, & in ſobrietate in finem vſque perſeuerabimus, componamus noſipſos vndique, & quemadmodum ſuper funem extẽſum ambulantibus nõ licet vel parum negligentibus eſſe, nam parum illud magnum illis malum generaret, mox enim ſubuerſi deciderent ac perirent: ita & neque nobis pigreſcere licet. Viam enim incedimus anguſtam, & vtrinque præcipitiis obnoxiam, pedúmque ſimul duorum nõ capacem. Vides qua nobis opus ſit diligẽtia? Non vides eos qui tam periculoſa illa itinera cõficiunt, quo modo nõ ſolùm pedes, ſed & oculos communiunt? Quando enim putauerunt vtrinque attendendum, & ſi pes firmus ſteterit, oculi tamen ex ſubiecta profunditate vertiginem paſſi fuerint, toti dilabuntur, ſed oportet vt & ſibiipſis & inceſſui ſimul attendãt. Quapropter dicit, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Multa eſt malicię profunditas, magna ſunt præcipitia, denſæ ſubiectę tenebræ, anguſtiam obſeruemus, cum timore ac tremore ambulemus. Nemo talem viam ingrediens riſu diffunditur, aut ebrietate grauatur, ſed ſobrius & ieiunus huiuſmodi viam ambulat. Nemo talem viam ingrediens ſuperfluum quicquam ſecum fert: mauult enim expeditus eſſe, quò commodè illam percurrere queat. Nemo pedes ſuos obligat, ſed liberos eſſe ſinit. Nos verò innumeris curis noſipſos, quaſi quibuſdam vinculis conſtringentes & mille temporalium rerum onera deferentes, more ſtultorum hiantes ac diſſoluti, quo modo anguſtam hanc viam ambulaturos nos ſperamus? Non ſimpliciter illam anguſtam eſſe dixit, ſed cum admiratione, quàm anguſta eſt via, inquit? Hoc eſt, vehementer anguſta eſt. Hoc faciamus & nos in illis quæ valde ſtupẽda ſunt. Et ſtricta eſt via, inquit, quæ ad vitam abducit. *Matth. 7. b* Et bene dixit: Quoniam enim & verborum, & cogitationum, & actionum, omniúmque aliorum rationem reddere oportet, verè anguſta eſt. Anguſtiorem verò nos eam facimus extendentes ac dilatantes noſipſos, pedéſque effundentes. Anguſta quippe via cuiuis quidem difficilis eſt, maximè verò † impingenti. ¶ Quantum quiſq; ſeipſum macerauerit & extenuauerit, ita & anguſtiam non ſentiet: quantum quiſque in anguſtum ſe cogere curauerit, ita neque preſſum ſe eſſe quereetur. Ne ſperet itaque quiſquam cœlum ſe cum vita remiſſa viſurum: nequit enim fieri. Nemo ſperet ſe viam anguſtam cum deliciis ambulaturum. Eſt enim impoſsibile. Nemo latam viam ingreſſus vitam ſperet. Si quando igitur balnea videris, & menſam ſumptuoſam, aut ſatellitum comitatu inſoleſcẽtem aliquem, ne miſerum te putes, quòd nihil cum illis participas: ſed magis inge miſce, quòd perditionis hic viam ambulat. Quæ enim viæ iſtius vtilitas eſt, cùm in tribulationem & anguſtiã deſinat? Et rurſus, quid damni eſt ab illa anguſtia, quãdo ad

† *impin-* *gunt.*

do ad requiem tendat? Dic mihi: Si quis in regias vocatus, & per angiportus arctiores, & præcipitia ingrederetur, alius verò quisquam ad mortem abducendus per medium forum traheretur: vtrum fœlicem putaremus, vtrum deploraremus? An nõ eum qui per spaciosam viam incederet? Ita & nunc, non putemus fœlices eos qui in deliciis agunt, sed eos qui non deliciantur. Isti ad cœlum enituntur, illi ad gehennam. Et complures illorum fortè ridebunt etiam ea quæ dicimus. Ego verò potissimum propter hoc ipsum ploro ac lamentor. Quoniam ne hoc quidem sciũt, quorum gratia ridendum, & quorum maximè sit gratia lugendum, sed omnia confundunt, turbant, & tumultuariè peragunt. Propterea illos ego deploro. Quid dicis homo? Resurrecturus es, & actionum tuarum rationẽ redditurus, extremúmque supplicium subiturus, & horum quidem nullam rationem habes, gulam verò & ebrietatem curas? & ad ista præterea rides? At ego te deploro, sciens quæ mala te maneant, quod te sit excepturum supplicium. Et ob hoc potissimũ deploro, quòd tu rides. Luge mecum, deplora mecum tua ipsius mala. Dic quæso, si quis tibi domesticorum periret, an non eos qui super morte ipsius riderent, & execrareris, & pro hostibus haberes, plorantes verò & simul lugẽtes amares? Eum itaque qui vxorem tuam mortuam sibi propositam ridet, auersaris: cum verò qui ob animam tibi mortuam lachrymatur, ipse interea ridens, pariter auersaris? Vides quales nos diabolus reddiderit, eoq; deduxerit, vt nobisipsis inimici simus & hostes? Redeamus ad sobrietatem aliquãdo, circũspiciamus, vigilemus, vitam æternã insectemur, somnũ excutiamus. Iudicium est, suppliciũ est, resurrectio est, actorum nostrorũ discussio est. Dominus venturus est in nubibus, ignis ante faciem eius ardebit, & circa ipsum tempestas vehemens, fluuius igneus ante ipsum voluetur, vermis nõ moriens, ignis inextinguibilis, tenebræ exteriores, stridor dentium. Etiam si mille modis ægreferatis, ego tamẽ ea non desinam dicere. Si enim prophetæ vel lapidandi non tacebant, multo magis inimicicias vestras ferre debeo, & nihil ad vestram gratiam dicere, ne dum vos seduceremus, ipsi discecemur. Supplicium illic immortale est, cõsolatio nulla: qui defensionem suscipiat, nemo. Quis miserebitur, inquit, incantatoris, quem serpens momorderit? Quando nostri ipsorum non miseremur ipsi, quis nostri miserebitur, dic quæso? Si videres aliquem, qui se ipsum ferro confodiat, possesne illius misereri aliquando? Nequaquam. Multò magis cum in promptu sit rectè ac prosperè agere, si non fecerimus, quis nostri miserebitur? Nemo. Misereamur nostri ipsorum. Quando oramus ad deum, dicentes: Miserere nostri domine: dicamus hoc ad nosipsos, & misereamus nosipsos. In nostra situm est potestate, vt nostri misereatur deus. Ipse hoc nobis largitus est. Si quæ misericordia digna sunt, si quæ digna sunt ipsius benignitate, fecerimus, miserebitur nostri deus. Si verò nostri ipsorum nõ miserebimur, quis nos miserabitur? Miserere proximi, & miserebitur tui deus. Quot sunt qui te quotidie accedũt dicẽtes, Miserere mei, & tu ne respicis quidem? Quot nudi, quot mutili nos accedũt, & nos nihil flectimur, sed supplicationes eorum repellimus? Quo modo ergo misericordiã oras à deo, cùm ipse nihil misericordia dignum facias? Simus mites & humani, simus ad misericordiam propensi, vt ita deo placeamus, & bona diligentibus eum promissa assequamur, gratia & benignitate &c.

Homilia decima.

Rogamus autem vos fratres, vt agnoscatis eos qui inter vos laborant, & in domino vobis præsunt, admonẽntque vos, & habeatis eos in summo precio per charitatem, propter opus ipsorum, pacem cum illis habete. Multas pusillanimitatis occasiones præsidentẽ habere necesse est. Quemadmodum medici multas molestias obire coguntur, dum & ægrotos, & victus rationem, & pharmaca curant & parant, voluptatem quidem nullam habentia, plurimam verò vtilitatem, & quemadmodũ patres vbique filiis molesti sunt, ita & præceptores ac doctores, & multò etiam amplius. Medicus enim etsi ægroto inuisus & exosus est, erga cognatos tamẽ eius, † qui eo libenter vtuntur,] amicè habet & commodè, erga ægrotum etiam ipsum sæpenumero. Et pater tam naturalibus quàm externis legibus munitus multa libertate principatu suo erga filium vtitur, & si inuitum erudierit & percusserit, nemo est qui prohibeat, neque ipse filius respicere audebit. Sacerdotem verò multa grauat difficultas. Primùm quidem volũtariis præesse debet, & à quibus principatus sui gratiam referat. Hoc autem non potest statim contingere. Qui enim alios arguit & increpat, qualescunque illi fuerint, omnino amissa gratia, exosus redditur. Eodem modo habebit & qui adhortatur alios, & admonet, & ad bona prouocat. Si dixero itaque, pecunias tuas in egenos effundito: inuisum quid, & molestum dico. Si dixero, iram castigato, furorem extinguito, absurdam concupiscentiam sedato, vel modicam deliciarum portionem amputato, omnia grauia & inuisa. Et si desidem castigauero, aut extra ecclesiam eiecero, aut à communibus precationibus abarcuero, dolebit, non ideo quòd ex istis eiectus est, sed propter communem ac vulgarem turpitudinem. Nam & ea quoque morbi huius intentio & vehementia est, vt à spiritualibus prohibiti, non ideo doleamus quòd tãtis bonis priuamur, sed quòd videntium contemptui & turpitudini exponimur. Non horrescimus, nõ formidamus rem ipsam. Quapropter Paulus de istis sursum ac deorsum multa versat ac disputat. Et Christus quidem eos tanta coactione subegit, vt dixerit: In cathedram Moysi † collocarũt se] scribæ & Pharisæi, quæcunq; igitur seruanda vobis præceperint, seruate, secundum opera verò eorum nolite facere. Et rursus cum leprosum curasset, dixit, Vade, ostende te ipsum sacerdoti, & offer munus tuum, quod Moses præcepit, in testimonium illis. Et tu tamen ad eos dicis, facitis eum filium gehennæ duplo magis quàm vos. Propterea, inquit, dixi quæ faciunt, nolite facere. Omnem itaque prętextum & excusationem ademit subdito. Paulus verò etiam Timotheo scribens dixit: Qui bene præsunt seniores, duplo honore digni habeantur. Et ad Hebræos quoque scribens dixit: Obedite iis qui vobis præsunt, & obtemperate illis. Et hìc rursus: Rogamus autem vos fratres, vt agnoscatis eos, qui laborant inter vos, & in domino vobis præsunt. Quoniam enim dixerat, alius alium ædificet, ne putarent inde se in præceptoriam authoritatem euectos, subiunxit: veruntamen videte, quòd & vobis præceperim vt alius alium ædificet. Non potest enim doctor omnia dicere. Eos, inquit, qui laborant inter vos, & vobis præsunt in domino, admonẽntque vos. Et quo modo, inquit, non absurdum est quod facis? Si quidem homo defensionem tui erga hominem aliquem egerit, omnia facis, omnem illi gratiam habes: & cùm hic erga deum partes tuas tueatur, nihil gratię rependis? Et quo modo, inquis, partes

Matt.23.a *† sederunt.*

Luc.5.c

† qui ægro to bene affecti sunt,

1.Tim.5.c

Hebr.13.c

quis,partes meas tuetur?Quia prò te orat,quia ſpiritua A
li dono quod per baptiſmum eſt tibi miniſtrat, inuiſit
te,adhortatur & admonet,mediis noctibus,ſi vocaueris,venit. Et hinc nihil aliud reportat, niſi vnum hoc,
quòd ori tuo obnoxius eſt,& blaſphemiis tuis maledici ſibi patitur.Qua neceſsitate coactus eſt?An bene vel
malè fecit?Tu quidem & vxorem habes & deliciaris,&
vitam mauis lucroſam: ſacerdos verò ad hoc munus
ſeipſum accommodauit, non aliud ipſi vitæ genus eſt,
ſed circa eccleſiaſtica verſatur.Et habeatis eos, inquit,
in ſummo precio,per dilectionem,propter opus eorũ.
Pacem habete cum illis. Vides quo modo cognouerit
quibus puſillanimitatibus obnoxij ſint tales?Non ſimpliciter dixit,diligite,ſed in ſummo,inquit,precio per
dilectionem eos habete,velut filij patres. Per eos nanque nati eſtis generatione æterna, per eos regnũ adepti eſtis, per manus eorum omnia fiunt, per eos cœlorũ B
vobis portæ reſerantur.Nemo diſſideat,nemo contratendat.Qui Chriſtum diligit,qualis qualis tandem ſacerdos ſit,ipſum quoq; diliget,quoniã per eum tremẽda myſteria conſequutus eſt.Dic mihi,ſi cupidus viſendi regias auro multo ſplendentes, & lapidum precioſorum ſplendore vndique coruſcantes,inuenires eum
qui claues haberet,is autem rogatus abs te confeſtim illas reſeraret,intróque te mitteret, an nõ illum præ omnibus honorares? an non æquè vt oculos tuos dilige-
res?an non adamares?Hic tibi cœlum aperuit, & illum
nec amas,nec amplecteris?Si vxorẽ habes,an non eum
qui illam tibi conciliauit omnium maximè amas?Ita,ſi
Chriſtũ amas, ſi amas regnum cœlorum, agnoſce eos
per quos illud habes. Quapropter dicit, propter opus
ipſorum, pacem habete cum illis. *Obſecramus verò vos fratres,admonete inordinatos,conſolamini puſillanimes, ſubleuate infirmos, patientes eſtote erga omnes.* Ad eos hìc diſputat qui
præſunt.Admonete,inquit,inordinatos.Non ex poteſtate,inquit,neque ex contumacia obiurgate, ſed cum
admonitione conſolamini puſillanimes: ſubleuate infirmos, patientes eſtote erga omnes. Auſterus enim &
ſeipſum non agnoſcens,confidentior fit, contemnens
& obiurgans alios. Proinde oportet per admonitionẽ
edulcare pharmacum. Qui ſunt autem inordinati illi?
Omnino, qui contra quàm deo probatur agunt. Ipſe
ſiquidem eccleſiæ ordo,ordo eſt congruè magis diſpoſitus quàm ſit militaris ille.Itaque & conuiciator inordinatus eſt, & ebrius inordinatus eſt, & auarus, & in
vniuerſum peccatores omnes.Non enim ordinatè incedunt in acie, ſed diſtortè,& itinere inuerſo. Sed eſt
& aliud peccatorum genus,non tale quidem, attamen
malum & ipſum.Puſillanimitas nanque & ipſa, †ſimul
&] deſidia,perditionem adferunt. Qui conuicium nõ D
fert,puſillo eſt animo:qui tentationem non fert, puſillanimis eſt.Hic eſt,qui ſupra petram ſeminatus eſt. Eſt
rurſus aliud quoque genus,infirmitatis nempe. Subleuate,inquit,infirmos.Infirmitas verò circa fidem accidit.Sed vide quo modo non ſinat eos cõtemni.Et ali-
bi quoq; ſcribens dixit:Infirmantes fide aſſumite.Nam
& in corporib⁹ noſtris ſi qua eſt infirma portio,perire
illam non ſinimus. Patiẽtes, inquit,eſtote erga omnes,
etiam erga inordinatos, & maximè erga illos.Nihil enim huic pharmaco adæquari poterit,maximè doctori. Nihil ita cõmodum eſt ſubditis. Ad pudorẽ omnino cogere & flectere poteſt, etiam omnibus agreſtiorem & impudẽtiorem. *Videte ne quis cuiquam malum pro malo reddat.* Si malum pro malo reddendum non eſt,
multò minus malũ pro bono,multò minus nullo præ-

† *ſicut &*

Roma.12.a

ueniente nos malo malum reddere.Malus,inquis, ille
eſt,& me offendit,iniuriáque plurimùm affecit. Vis ipſum vlciſci,ne malum reddas.Sine illum impunẽ euadere. An hactenus ſufficiet? Nequaquam: *Sed ſemper quod bonum eſt ſectemini,tum erga vos inuicem,tum erga quòſuis.*

Iſta maior eſt philoſophia,non ſolũ mala malis non vlciſci,ſed bonis.Ea quippe vera demum eſt vltio,quæ
& illi damnum,& tibi vtilitatem adferet. Immò & illi
multam vtilitatem ſi volet. Et ne putes de credentibus
duntaxat hoc dictum eſſe: propterea dixit, tum erga
vos inuicem, tum erga quòſuis. *Semper gaudete.* Hoc
de tentationibus dicit adflictionem habentibus.Audite,quotquot paupertate,quotquot rebus triſtib⁹ adobruti eſtis.Ex his enim gaudium naſcitur. Si enim talem
habuerimus animum,vt neminem vlciſcamur,ſed omnibus benefaciamus:vnde queſo,triſticię ſtimulus ſub-
intrare poterit?Qui enim ita ex eo etiam gaudet quòd
malis afficitur, vnde deinceps triſtari poterit? Et quo
modo iſtud poſsibile eſt,inquis?Si voluerimus,poſsibile eſt:deinde & viam oſtendit. *Sine intermiſſione orate,in omnibus gratias agite.* Eſt enim hoc,voluntas dei,vt ſemper gratias agamus. Hoc animi eſt philoſophici. Mali
quicquam paſſus es?At ſi voles,malum non eſt.Gratias
age deo, & immutatum eſt malum in bonum. Dic &
tu quemadmodum Iob: Sit nomen domini benedictũ *Iob.1.d*
in ſecula.Quid enim,dic quæſo,tale paſſus es, qualia illi?Morbus incidit? At nihil inſolens. Eſt enim corpus
noſtrum mortale & paſsibile. Sed pecuniarum obtigit
penuria? At etiam iſtæ diuitiæ deſpicabiles ſunt & hic
manentes. Inſidias & calumnias ab inimicis paſſus es?
At non nos illis lædimur,ſed ipſi qui faciunt.Anima e- *Ezec.18.a*
nim,inquit, quæ peccauerit,ipſa etiã morietur. Peccat
autem non qui malis afficitur, ſed qui malis alios affi- C
cit. Non ergo vlciſcẽdus eſt moriturus, ſed magis pro
illo orandum, vt à morte eruatur. Non videtis apem,
quo modo propter ſtimulum alicui infixum moriatur?
Per hoc animal erudiuit nos deus ne proximum lędamus. Ipſi enim primi mortem ex eo capiemus, & illos
forſan parum lædemus quidem:ipſi verò non amplius
viuemus,quemadmodum neq; hoc animal. Atqui laudat illud ſcriptura, dicens: Quàm operoſa eſt apis,inquit,cuius opus & reges,& idiotæ ad ſanitatem accommodãt?At nihil hoc eis præſidio eſt ad hoc ne moriantur,ſed omnino pereũdum illis eſt. Si verò illã quamprimũ malè egerit, nihil eximit aut liberat reliqua bonitatis abundantia,multò minus nos. Sumus enim re
vera ex beſtiis ſæuiſsimis, quòd iniuriis primi laceſsimus eos qui nihil iniuriarum intulerunt:immò †ne ex † *ne beſtiæ*
beſtiis quidem.] Si nanque illas in ſolitudine victitare *quidem id*
permiſeris, & non anguſtiando in tuendi ſe neceſsita- *fecerint,*
tem adegeris,nunquam nocebunt, neque accedẽt,neque mordebunt, ſed vias ſuas abibunt. Tu verò cùm
homo ſis rationalis,tanto principatu honore & gloria
honeſtatus, beſtias erga eos qui eiuſdem ſunt generis
imitaris,& fratrẽ iniuria lædis & deuoras?Et vnde defendi poteris?Non audis Paulum dicentem:Quare nõ *1.Cor.6.b*
potius iniuriam patimini? Cur nõ potius damnum accipitis?Sed ipſi iniuriam infertis,& damno afficitis,idque fratres. Vides quòd malis tum afficiaris,quando alios malis afficis:& quòd beneficium accipias, quando
malis afficeris? Nam dic mihi: Si quis conuiciaretur
principibus, ſi quis vituperaret rerum dominos ac potentes:quem quæſo, læderet? An ſeipſum vel illos? Liquet quòd ſeipſum:deinde qui principem quidem vituperat,non illũ vituperat,ſed ſeipſum:qui verò Chriſtum vituperat

stum vituperat per illum, an illum vituperat? Nequaquam. Qui imagines lapidibus impetit, quòsnam dilapidat? An nō seipsum? Itáne qui imaginem terreni quidem regis lapidibus petit, seipsum damnationi adscribit & adiudicat: qui verò imaginem Christi vituperat, (est enim homo imago dei) seipsum non lædit? Quousque pecunias amabimus, non cessabimus aduersum ipsas vociferari. Illæ quippe malorum omnium sunt causa. Quousque insatiabili ista cupiditate non satiamur? Quid boni habet aurum? Planè attonitus hac in re factus sum. Incantatio quædam est & præstigium, quòd aurum & argentū tantopere à nobis honorantur. Animarum itaque nostrarum nulla quidem nobis est ratio, inanimatarum verò imaginū plurimus cultus. Vnde hic morbus orbem subingressus est? Quisnam illum exterminare poterit? Quisnam sermo sæuam hanc bestiam excidere, & funditus perdere valebit? Inserta est in animis hominum ista cupido, etiam eorum qui videntur pij esse & religiosi. Pudefiamus super euangelicis præceptis. Verba duntaxat in scriptura ponuntur: ipsis verò operibus nusquam exprimuntur. At quis est hic sermo qui multis vsqueadeò arridet? Liberos, inquis, habeo, & vereor ne quo pacto eos in necessitatē famis ac penuriæ constituam, ne aliquando aliorum † operam desiderans mendicare erubescam.] Propterea igitur efficis, vt alij mēdicent? Esuriem, inquis, ferre nequeo. Ideóne alios in famem coniicis? Nosti quanta sit molestia mendicare? quāta fame perire? Miserere & fratrum tuorum. Pudet esurire, dic quæso? Rapere verò non pudet? Times fame perire? Alios verò perdere non times? Atqui esurire neq; turpitudinem habet, neque culpam: alios autem in ista coniicere, non solū turpitudinem, sed & pœnam adfert extremā. Fictio sunt hæc omnia, verba, & nugæ. Quòd enim ista non liberorum gratia faciatis, testificātur quotquot liberos quidem non habent, neq; habebunt vnquam: ita tamen laborant & defatigātur, diuitiasq; cupidè ambiunt, quasi mille liberis eas post se relinquere possent. Non liberorum cura quæstuarium faciunt, sed animæ morbus: vnde fit quòd & multi liberos non habentes, pecuniarum gratia insaniūt. Alij verò qui in multitudine filiorum viuunt, & tamen ea quæ habent cōtemnunt, in illo die te iudicabunt & cōdemnabunt. Si enim liberorum necessitas ad pecunias coaceruādas adigeret, oportuisset eodem & illos desiderio eademq; cupiditate teneri. Si verò non tenentur, nō ex liberorum multitudine, sed ex pecuniarum amore & cupidine insanimus. Et quinam, inquis, illi sunt, qui cum liberis pecunias contemnunt? Multi & passim. Si verò vis & ex veteribus, dicā. Non duodecim filios habuit Iacob? Nō mercenariam vitam vixit? Non iniuriam passus est à socero? Non sæpe illum vana spe lusit? An coëgit ipsum filiorum multitudo quicquam eorum quę nō oportet tentare? Quid verò Abrahā? Non cum Isaac, & multos alios filios habuit? Quid igitur? Non peregrinis quæ habebat dispensabat? Vides quòd non solùm nihil iniuriæ cuiquā fecerit, sed & bonis quæ habebat cesserit, non solū benefaciens, sed & malens iniuriam à nepote ferre? Raptorem enim propter deū patienter ferre maius est, quàm spōtè benefacere. Quamobrem? Eò quòd hoc quidem animi fructus est, & voluntatis, vnde & facile fit: illud verò vis est & violentia. Et facilius quis mille talenta spontè dabit, & nihil mali se passum esse putabit, quàm vt tres obolos præter animi sententiam abreptos mansuetè ferat. Itaque istud magis est animi philosophia.

ἑαυτὸν κακὰ πάσχει.

† operam desiderans mendicare erubescam.

Atque hoc videmus in Abraham factum. Vidit enim Loth, inquit, circa iacentem regionem, & erat irrigua velut paradisus dei, & elegit eam. Et hic nihil contradixit. Vides quòd non solum iniuriam non intulerit, sed illam etiam passus sit? Quid culpam in filios tuos transfers ô homo? Non ideo nobis filios dedit deus, vt quæ aliorum sunt, rapiamus. Vide ne hoc dicens deum irrites. Si enim dicis eos tibi rapinæ & quæstus causam esse, vereor ne priueris illis, velut nociuis, & ad malum suadentibus. Filios dedit tibi deus, vt senem te nutriāt, vt virtutem ex te discant. Nam hac ratione genus humanum ad eum modum consistere voluit, deo maxima efficiens. Vnum quidem patres velut præceptores filiis præficiens, aliud verò, multam illis dilectionē inferens. Si enim simpliciter nascerentur homines, non haberet alius ad alium quicquā naturalis habitudinis. Si enim nunc existētibus etiam patribus, & filiis, ac nepotibus: multi tamen multos non curant, multò magis tum ita factum fuisset. Propterea dedit tibi filios deus. Ne accuses ergo filios. Si verò qui liberos habent, nullam prorsus excusationem habent, quid illi dicent, qui cùm non habeant liberos, circa diuitiarum tamen coacernationem tumultuantur? At habent & illi prætextū omni excusatione destitutum. Quisnam is est? Vt loco liberorum, inquiunt, monumentum habeamus diuitiarum. Re vera magna irrisio. Pro pueris, inquis, domus mea immortalis erit gloriæ meæ memoria. Non gloriæ tuæ homo sed auariciæ tuæ memoria erit. Aut non vides quo modo multi splendidas ædes illas contemplati talia inter se inuicem sermocinantur: Quantum ille defraudauit, quantum rapuit, inquiunt, vt hāc domum ædificaret? Et nūc ipse quidem cinis factus est & puluis, ipsa verò in aliorum sortē deuenit. Non igitur gloriæ tuæ memoriam post te relinquis, sed auariciæ. Et corpus quidem tuum terra obtectum est, auariciæ verò tuę memoriam, quę prolixitate temporum in obliuionem abire poterat, latere non permittis, sed in ore omnium detineri, & velut in propatulum denuò effodi facis, per hāc domum. Donec enim ipsa steterit, cognomen tuum habens, tua dicta, omnino necesse est cunctorum ora aduersum te referari. Vides satius esse nihil habere quàm tantam accusationem sustinere. Et ista quidem in hac vita. In futura verò quid faciemus, dic quæso? Cùm enim hic tantorum bonorum simus domini facti, nemini tamen de illis damus, nisi admodum pauca: quo modo quęstus fraudulentos exuemus? Illos enim exuere volens non pauca de multis dat, sed multò plura quàm rapuerit, & à rapinis cessat. Audi Zacchæus quid dicat: Et omnium eorū quæ rapui, quadruplum reddo. Tu verò si mille talentis raptis paucas drachmas dederis, totum te dedisse putas, & nō aliter afficeris, quàm si plura dedisses. Atq; hoc quoq; vix facis. Quare? oportet enī & rapta illa reddere, & de propriis alia addere. Quēadmodum enim fur nō tum defensus, & excusatus est, quando rapinā solam reddidit, sed & vitam sæpenumero adiecit: plerunque verò multò pluribus quàm furatus fuerat redditis liberatus est demum, ita & defraudator auarus. Nam & auarus fur est & latro, illo etiā tanto peior, quātò violētior. Nam ille quidem, & occulendo, & noctu facinus suum tentando, plurimum audaciæ & facinoris præcidit, vtpote pudore prohibitus peccareq; veritus: hic verò abiecto omni pudore, nudo & aperto capite, medio foro quæ omniū sunt, rapit: simul & fur existens & tyrānus, non parietes perfodit, neq; lampada extinguit, neq; arculam

ἀναστηλῶσαι πάθῃ.

Luc. 19. b

culam referat,nec signacula peruertit,sed quid?Istis audaciora facit, videntibus etiam illis quos iniuria afficit. Per ipsam ianuam rapinā suam profert, cum securitate omnia referat,miseros illos ipsos cogit sua ipsorum bona expromere,tanta est violentiæ excellentia. Iste igitur illis multò est scelestior,quantò videlicet impudentior & violentior. Qui enim dolo quid patitur, dolet quidem,veruntamen habet consolationem nō modicam,quod etiam ab eo metuitur, per quē iniuria lædatur. Qui verò præterquam quòd malis afficitur, contemnitur etiam, ne violentiam quidem ferre poterit. Est enim maior irrisio. Dic mihi, si quis adulteriū cum muliere clanculum perpetraret, alius verò illud viro etiam vidente faceret,vter virum hunc magis contristaret,& maiore molestia mordere valeret? Hic quidē cùm hoc quod malum faceret,simul etiam contemneret:ille verò,si nihil aliud boni,vel hoc tamen ostēderet, quòd virum eum cui iniuriam inferret, metueret. Ita & cum pecuniis.Hic quidem occultè auferens, hoc ipso læsum honorat,quòd clàm aufert:iste verò manifestè ac publicè cum damno simul & contemptum infert.Cessemus igitur quæ aliorum sunt rapere,tam pauperes quàm diuites. Non enim ad diuites dūtaxat hæc loquor,sed & ad pauperes. Nam & ipsi pauperiores se spoliant, & artifices opulentiores, & validiores,egentiores & pauperiores vendēdo perdunt,& institor institorem, & quotquot foro vtuntur. Itaque maliciam euellere cupio.Non enim in mensura raptorū & furto ablatorum, sed in voluntate furantis situm est maleficium.Quòd autem illi potiores sint fures & defraudatores, qui ne modica quidem contemnunt quin auferant,noui & memini me vobis declarasse, siquidem & vos adhuc memoria retinetis. Veruntamen nihil hic exactius discutiemus.Stent simul & ipsi cum diuitibus. Erudiamus mentem nostrā deinceps maiora non concupiscere,plura non appetere.In cœlestibus verò nunquam finem habeat desideriū plurium,sed semper quisque plura appetat. In terrenis autē quisque in eo quod necessarium est persistat, & suis contentus sit,nec amplius quicquam quærat,vt ita vera bona assequi valeamus, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui laus & gloria in secula seculorum,Amen.

ἀπεμπωλῶσι.

Homilia vndecima.

Spiritum ne extinguatis,prophetias ne contemnatis.Omnia verò probate,quod boni fuerit retinete,ab omni mala specie abstinete. Densa quædā caligo & tenebræ, & nubilum super omnem terrā diffusa sunt, atque hoc declarans Apostolus dixit: Eramus enim ali quando tenebræ.Et iterum:Vos fratres non estis in tenebris,vt dies ille vos tanquam fur occcupet.Quoniā igitur super hanc terram nox est,vt ita dicam,ne lunarem quidem splendorem habēs, & in ea nocte nos incedimus: tradidit nobis deus lampadem illustrem,incensam spiritus sancti gratia in animabus nostris. Sed hanc lucem hi quidem qui eam amplexi sunt, splendidiorem fecerūt & claram,vtpote Paulus,Petrus,vt sancti illi omnes:quidem verò extinxerūt etiam, vt quinque illæ virgines,vt illi qui circa fidem naufragium fecerunt,vt qui in Corintho fornicatus est,vt Galatę immutati.Propterea dicit Paulus, Spiritum ne extinguatis:hoc est,donum spiritus.Nam ita solet illud vocare, & donum spiritus. Extinguit autem spiritum vita impura. Nam quemadmodū si quis lucis huius lychniæo & aquam inspergeret & puluerē, & si nihil horum inspergeret,sed oleum duntaxat eximeret, lucem extingueret:ita habet & donum spiritus. Siue nanq; res terrenas,& rerum fluxarū curas inspersseris,extingues spiritum, siue etiam si tu nihil tale feceris, aliunde tamen tentationis vehemens impulsus instar cuiusdam venti irruerit,& flāma valida non fuerit,aut parum olei habuerit, aut foramen non obturaueris, vel ostium non occluseris, omnia peribunt. Quod verò est hoc foramen?Quemadmodum in lychno habet,ita & in nobis, foramina sunt oculi & aures. Ne sinas istis occurrere validum maliciæ flatum, alioqui lychnum extinguet, sed obtura foramina timore dei.Ianua os est. Claude. Ita scilicet occlude, vt & lucem exhibeat, & externum impulsum repellat, vtpote, conuiciatus est quispiam? Vituperauit? Tu claude os tuum. Si enim illud aperueris, concitabis magis ventum hunc. Non vides in ædibus quando è regione ac directè duæ ianuæ oppositæ sunt,& flatus vehemens irruerit, si alteram clauseris,& respiratio phibita fuerit, quo modo nihil valeat efficere flatus, sed plurimùm de robore illius præcidatur?Ita & hic.Duæ sunt ianuæ: Os tuum,& os illius qui te vituperat,& probro afficit.Si tuum occluseris,& respirationem non dederis, omnem flatum istum extingues.Si verò aperueris,effrēnis reddetur.Ne extinguamus igitur spiritum. Fit autem sæpenumero, vt etiam nullo externo impulsu incumbente extinguatur fax, quando videlicet oleum deficit,quando misericordiā non facimus,extinguitur spiritus.Etenim ex misericordia dei venit ad te spiritus. Postea si viderit fructum hunc misericordiæ non esse apud te, non manet apud animam immisericordem. Extincto autē spiritu, quid reliquum sit, nostis quotquot in tenebricosa nocte ambulastis.Si vero de terra in terram noctu ambulare difficile est & molestum,quo modo tutum erit eam viam quæ ex terra in cœlum tēditur sine hac luce ambulare? Ignoratis quot dæmones sint in istius intercapedinis spacio?quot bestiæ?quot versutiæ spirituales?Si ergo lucem illam spiritus habuerimus,nihil nobis incommodare poterunt:si verò extinxerimus eam, cōfestim nos consument,& conficient, confestim omnia nostra auferēt. Nam & latrones lampadem primùm extinguūt, & tum demum latrocinantur. Etenim illi quidē in tenebris istis vident, quoniam quæ tenebrarum sunt, faciunt.Nos autē tenebris istis assueti non sumus.Ne extinguamus ergo lucem. Quæuis mala actio lucē istam extinguit,& conuicium,& vituperium,& quicquid huiusmodi dixeris.Quemadmodum enim in igne,quicquid alienum est ab illo, exitiosum ei est,hoc verò illū incendit, quod cognatum est. Si quid aridum fuerit,si quid calidum,si quid igneæ naturæ, flammam spiritus incendit.Nihil itaq; frigidum,nihil humidum ingeramus.Sunt enim ista exitiosa.Est & alia huius loci expositio.Multi apud Thessalonicēses,alij quidem verè, alij verò falsò prophetabant. Hoc & in ea quæ ad Corinthios est,dicit: Discretio spirituum propterea data est. Scelestus enim diabolus volebat per hoc ipsum donū totum ecclesiæ negocium euertere.Quoniam nanque vtriq; de futuris prędicebant,& dæmon,& spiritus:sed hic falsa,istæ verò quæ vera erant dicens, & non poterat alicunde veritatis indicium sumi, impunè autem vtriq; prophetabant,quemadmodum & Hieremias,& Ezechiel,sed duntaxat tēporę prædicto aduētante deprehēdebantur,dedit deus diseretiones spirituū.Quoniam igitur & tunc apud Thessalonicenses complures prophetabāt,quos & significat dum dicit,Neq; per ser-

Ephe.5.b

Hic supr.a

ἐξαλλάττει.

1.Cor.12.b

1.Thess.2.a

monem,

monem,neque per epistolam,tanquã per nos,quasi instet dies domini,hic istud dicit:Quasi dicat,Non ideo quòd pseudoprophetæ apud vos sunt, propter illos & istos prohibebitis & auersabimini.Ne extinguatis eos: hoc est quod dicit, prophetias ne contemnatis. Vides hoc esse quod dicit,omnia probate?Quoniam dixerat, prophetias ne contemnatis, ne putarẽt quibusvis hinc apertum esse suggestum,Omnia,inquit,probate:id est, quæ veræ sint prophetiæ. Quod verò bonum est, retinete. Ab omni mala specie abstinete: Non ab illa aut ista, sed ab omni, omnia probate, tum falsa tum vera. vt cum certa probatione discernatis, & ab illis abstineatis,istis adhæreatis. Nam ita & vehemens erit illorum odium, & istorũ dilectio,si quando nõ temerè & inexpensè,sed diligenter & exactè omnia fecerimus.

Ipse autem deus pacis sanctificet vos totos.Et integer vester spiritus, & anima,& corpus inculpatè seruetur in aduentum domini nostri Iesu Christi. Vide doctoris benignitatem & amorem. Post adhortationem adiungit & preces, nõ solùm hoc modo, sed & in literis. Opus enim est & consiliis & precibus. Propterea & nos primùm consulentes,postea pro vobis precamur. Atque hoc sciunt qui reminiscuntur. Sed Paulus quidem meritò hoc fecit,multam habens ad deum fiduciam. Nos verò confusi sumus & pusillanimes,at quoniam ad hoc constituti sumus, faci mus illud indigni quidem qui huc sistamur, & vel extremorum discipulorum locum obtineamus: quoniã verò & per indignos gratia dei operatur,non propter ipsos, sed propter eos quibus opitulandum est, quod nostrum est,præstamus. Sanctificet, inquit, vos totos, & integer vester spiritus & anima, & corpus inculpatè seructur in aduentum domini nostri Iesu Christi. Quid hìc spiritum vocat? Donum spiritus. Si nanque splendidas habentes lampadas hinc decesserimus, introgrediemur ad sponsum.Si verò habuerimus extinctas,non item.Quapropter dicit:Et integer vester spiritus. Si enim ille manserit syncerus & integer, manet & iste. Et anima,inquit,& corpus. Neque enim anima mali quicquam admittet,neque corpus. *Fidelis est qui vocauit vos,qui & efficiet.* Vide animi modestiam. Quia nanque precatus fuerat,istud subiungit,quasi dicat,Ne putetis hoc per meas preces futurum, sed per propositum illud dei,quo vos vocauit.Si enim ad salutem vocauit,& verax est,omnino spõte sua vos saluabit. *Fratres, orate etiam pro nobis.* Papæ, quanta animi modestia? Sed ille modestię quidem & humilitatis gratia hoc dixit:nos verò non modestię,sed magnę vtilitatis,& necessitatis gratia, & magnum quiddam à vobis lucrari volentes,dicimus,orate etiam pro nobis.Nam etiam si nihil magnæ vtilitatis,nihil præclari à nobis caperetis: attamen vel honoris, vel nominis ipsius gratia pro nobis orare debetis. Habet quisquam aliquando filios,& si nihil vtilitatis ab eo tulerint:tamen quia pater factus est, hoc forte obiiciet, si vnum diem non fuerit vocatus pater. Propterea & nos dicimus,orate etiã pro nobis. Non temerè hoc dico, sed admodum precum vestrarum cupidus.Si enim omnium vestrũ præsidem,& tutorem agere debeo,& rationẽ redditurus sum:multò magis debeo vicissim,& vestris potiri precibus.Vestri gratia maior mihi reddenda est ratio:habeã igitur & maius à vobis auxiliũ. *Salutate fratres omnes osculo sancto.* Papę,quantũ feruorem?Papæ,quem animũ?Quoniam hoc osculo illos salutare non poterat absens, per alios eos salutat,vt quando dicimus:Saluta ipsum meo nomine:Ita & vos dilectionis feruorem retinete.Non enim locorũ spaciis detinetur,sed per medias vias seipsum extendit,& vbique præsens est. *Adiuro vos per dominum,vt legatur hæc epistola omnibus fratribus.* Et istud potissimum desiderij est,nõ adeo doctrinæ. Vt & cum illis, inquit,sermociner. *Gratia domini nostri Iesu Christi sit vobiscum,Amen.* Non simpliciter illis præcepit,sed cũ adiuratione,quod & ipsum est ex animi feruore,vt etiam si ipsum contemnerent,propter adiurationẽ tamen imperatum facerent. Magnum enim habebant iuramẽti metum. Nunc verò & hoc concultatum est, & fit plerunque,vt castigatus puer & † deum iuret,] & Christũ eius:atque ita Christianus moritur, & nemo est qui attendat, nemo est qui curam habeat. † Postquam verò proprium etiã filium vicissim adiurauerit pater,] mox & inuitus & dentibus frendẽs,furorem dimittit. Alius rursus tractus,& per medium forum abductus, præsentibus & Græcis, & Iudæis abducentem se adiurat iuramentis horrendissimis, & nemo attendit. † Quid?an non iurant & Græci?] Quando fidelis fidelem,& Christianum adiurat,nemo est qui attendat,sed contemnimus etiam. Vultis recẽseam vobis factũ aliquod quod & ipse audiui?Nihil enim fingẽs dico,sed quod ex persona audiui fide digna.Puella quædã viro versuto, scelesto,& fugitiuo cuidam matrimonio coniuncta erat: illa cùm vir multa deliquisset,& ab hera sua diuenden dus esset, (erant enim peccata illius maiora quàm quibus ignoscì potuisset,) & mulier illa vidua erat,ipsumque domũ eius vastantem punire & castigare non valebat,sed statuebat eum vẽdere. Deinde impium rata, virum ab vxore sua diuelli,proponebat & puellã alioqui vtilem huius vxorẽ,simul vendere,duntaxat vt scelesto illo liberaretur. Animaduersa itaque puella seipsam his rebus perplexam,& consilij inopem esse,ad venerandam quandam personam veniẽs,heræ suæ familiarem, quæ mihi quoq; rem istam narrauit, genibusq; ipsius aduoluta, post mille querimonias obsecrauit, vt heram suam pro se oraret,multisq; verbis impensis tandem & hoc adiecit,vt quo potissimum illi,iuramento verendissimo inducto persuaderet.Erat autem hoc iuramentum.Ita vt Christũ,aiebat, in die iudicij videas, ne preces meas contemnas.Atq; his dictis abiit.Illa verò persona quæ rogata fuerat, per negocium quoddã, quod,vt in his ędibus euenire solet,inciderat,iuramẽti huius obliuiscebatur.Deinde repentè crepusculo pomeridiano venit illi in mentẽ verendi illius iuramenti, & vehementer compuncta abiit, & magna cura ac diligentia pro adflicta orauit, negociúmque confecit, atque ea nocte repentè cœlos apertos,ipsumque Christũ vidit: (vidit autẽ iuxta quod mulieri possibile erat videre) propterea quòd omnino iuramenti rationem habuerat. Quia scilicet iuramẽti religione territa fuerat, hanc visionem meruit. Ista verò dixi,ne iuramenta contemnamus, maximè quando vos pro rebus bonis quidam obsecrant,pro eleemosyna,pro benignitate. Nunc verò sedent pauperes amputatis pedibus,videntes te prætercurrẽtem,& quia pedibus subsequi nõ valent,quasi hamo quodam,sic iuramenti religione te remorari,detinereq; sperant,& porrectis manibus adiurant vt obolum vnum des,aut duos dũtaxat:tu verò per domium tuum adiurata prætercurris. Et quidem si vel per oculos,vel per virum peregrinãtem, vel per filiolum aut filiam adiurata fueris,mox obsequeris, palpitatq; tibi & incalescit animus: per dominũ verò adiurata prætercurris. Complures verò noui,quæ Christi quidem audito nomine pręterlapsæ sunt:pulchritudinis

† *per deum adiuret]* *Suspicor legẽdum,atq; ita Christianus iurat.*

† *si vero per filiũ propriũ adiurauerit,*

† *Quid non dicturi sũt Ethnici?*

dinis verò nomine ab accedentibus laudatæ, mox hilarem frontem induerunt,& emollitę sunt,ac manum porrexerunt. Proinde ad hoc pauperes & miseros adegerunt,vt risum mouere discant.Quoniam enim vehementia illa & amara verba proferentes animos prętereuntium non permouent, ad hanc viam venerunt, per quam maximè oblectent. Atque ita eum qui in calamitate est,& à fame premitur, magna nostra improbitas coëgit, pulchritudinis encomia mendicãdo proferre.Et vtinam hoc solùm:quin & aliud genus est isto peius. Pauperes etiam nostra improbitas præstigiatores esse coëgit,& obscœnos,& moriones.Quãdo enim talis quisquam calices,& vasa hederacea,& pocula alia digitis aptans, & accommodãs, veluti cymbalis ludit, & fistulam habens cantica obscœna, amorũmque plena per illam canit, & voce simul inclamat, mox multi circunstant,& alij quidem frustum panis,alij verò obolum,reliqui aliud quiddam præbent,& aliquandiu detinent, atque in eo sese oblectant & viri & mulieres: quid,quæso,poterit peius fieri?Non multis suspiriis digna sunt ista? Modica quidem sunt,& modica putantur, magna verò peccata moribus nostris inserunt, & pariunt. Etenim obscœnum aliquod dictum,& suauis cantio audita mox mentem emollit, & illam ipsam animam liquefacit: cùm verò pauper & deum inuocet, & mille nobis bona imprecetur,nulla ipsius habetur ratio,& qui pro istis temeraria & vana adfert,admirationi est. Quod verò mihi iam suggeritur vt vobis dicam, hoc dicam. Quid autem illud est? Quando paupertate fueris,ac morbo adobrutus,si non aliunde, vel à mendicis qui per angiportus procedũt,domino gratias agere disce. Illi nanque omni vita in mendicitate consumpta & protrita,nec maledicunt, nec indignantur,neque ægreferunt, sed omnem mẽdicitatis suæ expositionem cum gratiarum actione faciunt, magnum deum & benignum prædicantes. Hic quidem qui fame tabefactus est, benignum vocat deum, tu verò in abundantia viuẽs nisi omnia accipias,crudelem illum vocas.Quantò ille melior est?Quo modo nos cõdemnabit?Communes nobis calamitatum doctores,& cõsolatores per orbẽ dispersos reliquit deus, nempe pauperes.Passus es quicquam eorum quæ pręter animi sententiam accidunt? At nihil tale quale ille. Priuatus es oculo?At ille ambobus.Decubuisti morbo prolixo? At ille incurabilẽ habet. Pedes amisisti? At ille totius corporis sui sanitatem.Damno magno affectus es? At nõdum eò redactus es, vt aliorum ope indigeas. Gratias age deo. Vides pauperes illos in camino,à multis quidem mẽdicantes,à paucis verò capientes?Quando defatigaris orando,& nihil accipis:cogita quoties audieris inuocantem te pauperem, & non exaudieris,nec tamen is indignatus sit, neque te vituperauerit. Quanquam tu quidem ex crudelitate hoc facis,deus verò ex benignitate, etiam quod non exaudit, facit. Si ergo tu cùm ex crudelitate conseruum non audias, accusari & reprehendi non vis: dominum criminaberis, quòd seruum ex benignitate non audit? Vides quanta inæqualitas hìc sit? quanta iniusticia? Ista perpetuò consideremus, inferiores obseruemus, vt qui maioribus calamitatibus premuntur: atque ita deo valebimus agere gratias. Multis talib° exemplis plena est vita nostra. Habet autem doctrinam non modicam qui sobriùs fuerit,& attendere voluerit, etiam ex oratoriis. Nam ideo & in ecclesiis,& in martyriis,ante vestibula sedẽt pauperes,vt nos ex illorum etiam conspectu magnam

vel,prostibula.

Pauperes ante eccle-

A vtilitatem capiamus. Etenim cogita, quòd ingredientibus nobis terrenas regias nihil tale visendum exhibetur,sed viri & honesti,& illustres,& diuites, & prudentes vbique discurrunt:in veras autem regias(ecclesiam dico & oratoria martyrum) ingredientibus ob oculos mox sunt insani,mutili,pauperes,senes,cæci, membris distorti. Quamobrem? Vt tu ex illorum aspectu eruditare. Primùm quidem vt si fastu aliquo extra ecclesiam contracto ingrediaris, visis illis mox tumorem abiicias, & corde conteraris, atque ita demum ingressus,quæ dicuntur,audias. Non enim potest audiri, qui cum fastu precatur, vt quando senem vides, propter iuuentutem tuam non superbias.Nam & illi senes, aliquando iuuenes fuerunt. Vt si propter militiam & potentatum regium superbias, cogites ex illis esse qui in regiis aulis illustres fuerunt. Vt si sanitate corporis cõ
B fidas,istos attendens reprimas fastum. Etenim si sedulò fuerit hic ingressus sanus, nihil super corporis sui sanitate insolescet: & qui laborat, consolationem accipiet nõ vulgarem.Non solùm autem hoc nomine hìc sedent, sed vt & misericordem te faciant, & ad misericordiam flectaris, vt benignitatem dei admireris.Si enim deum illorum nõ pudet, sed in vestibula sua eos collocat, multò minùs te. Ne scilicet superbias propter regias terrestres, ne pudeſias à paupere inuocatus: & si te accesserit, & ad genua tua procubuerit,ne repellas. Sunt enim canes illi quidam ex regiis aulis præclari (non quòd ignominiæ gratia canes eos vocem, absit, sed vt vehementer extollam) aulam regiam custodientes. Nutri ergo illos. Honor enim iste ad ipsum regem ascendit. Illic omnia fastus (in terrenis dico regiis) hìc omnia animi sunt humilitas.Nihil esse res hu
C manas,ex ipsis potissimum ecclesiæ vestibulis addiscis. Non delectari deum diuitiis, ex ipsis pauperibus ante vestibula sedentibus doceris. Nam cathedra illorum, & collectio tantùm nõ parænesis est ad vniuersam humanam naturam, clara voce proclamans ac dicens: Nihil sunt res humanæ, nisi vmbra & fumus. Si bonæ essent diuitiæ, pauperes vtique ante vestibula sua non collocasset deus. Si verò & diuites recipit, ne mireris: non enim propterea illos recipit vt diuites maneant, sed vt ab onere & tumore diuitiarum eos liberet. Audi nanque quid Christus ipsis dicat, Non potestis, inquit,deo seruire,& mammonæ.Et rursum:Diues difficilè intrabit in regnum cœlorum. Et iterum: Facilius est camelum per foramen acus intrare, quàm diuitem in regnum cœlorum. Propterea recipit diuites vt hæc verba audiant,& æternas diuitias desiderent,vt ea cõcupiscant quæ in cœlis sunt.Et quid miraris quòd non dedignatur tales in vestibula sua collocare?Non enim dedignatur eos ad cœlestem quoq; mensam suam vocare, & conuiuij huius participes facere. Sed claudus, & mutilus,& senex laceris indutus, & vnguium sorde & narium muco despicabilis,simul cum iuuene elegãti, cumq; purpurã induto & diademate caput redimitum habente,accedit,mensæ huius consors,& spirituali conuiuio dignatus,& iisdem fruuntur vtriq;,nec vllum est inter eos omnino discrimen. Si Christus ergo non dedignatur eos ad mensam simul cum rege vocare, simul enim vtrique vocantur, tu verò dedignaris, forsan etiã videri,qui pauperibus aliquid des, vel duntaxat colloquaris. Papæ, quam arrogantiam? quem fastum?Vide ne eadem cum diuite aliquando patiamur. Dedignabatur ille videre etiam Lazarũ,nec intra cul- *Luc.16.c*
men ac tectum suum eum recipiebat, sed erat *foris*,

fiæ vestibula sedentes.

Matth.6.c

Ibid.19.c

apud

apud portam abiectus,& ne verbis quidē ab eo dignabatur.Sed vide quo modo in necessitate & penuria cō stitutus & ipse, auxilio vicissim istius destitutus sit. Si enim nos eorum pudet,quorum Christum nō puduit, pudet ergo nos Christi,dum pudet amicorum Christi. Repsentur mensa tua claudis ac mutilis. †Horum gratia Christus venit,non diuitum. ¶Rides forsan ista audiēs.Itaque ne putes meum esse hoc verbum,audi quid Christus ipse dicat, ne rideas, sed horrescas. Quando prandium, inquit, facis, aut cœnam, ne voces amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos tuos, neque vicinos diuites, ne quo pacto & ipsi te vicissim vocēt, & fiat tibi retributio: sed quando facis conuiuium voca egenos,mutilos,claudos, cæcos, & beatus eris,quoniam non habent vnde tibi rependant: rependetur autem tibi in resurrectione iustorum. Et gloria quoque hìc maior erit,siquidem illam amas.Ex illis enim liuor quidem & inuidentiæ,& incusationes, & vituperia,ac timor multus,ne quid hinc mali contingat,& non aliter habes quàm seruꝰ hero addictus,& si maiores sunt, querimonias & ora eorum metuis. Ex istis verò nihil tale,sed quæcunque attuleris,cupidè omnia accipiunt. Et multus hic est applausus, splendidior gloria,& maior celebritas.At non ita laudabunt eos qui diuites, atque eos qui pauperes vocant,quotquot hoc audierint. Si verò diffidis, fac periculū tu dives,qui duces ac præsides vocas,voca pauperes,& istis mensam adimple, & vide an non ab omnibus lauderis,an non ab omnibus ameris,an te non omnes vt patrem habeant.Nam illarum quidem cœnarum nullum est lucrū, propter istas verò cœlum reponitur,& quæ in cœlis sunt bona: quæ cōtingat nos omnes assequi gratia & benignitate &c.

† per hos Christus venit, non per diuites.

Ibid.14.c

Commentariorum prioris epistolæ ad Thessalonicenses, finis.

ARGVMENTVM EPISTOLÆ POsterioris ad Thessalonicenses. Homilia prima.

Supr.2.d

Ibid.3.a

Ibidem.

DIxerat in priore epistola:Quoniam nocte ac die oramus, vt videre vos liceat:&, cùm non amplius ferremus, soli resedimus Athenis: &, Timotheum D misimus. Per quæ omnia desiderium suum quoad hoc propēdebat,vt eos accederet, declarauerat. Cùm igitur non assequeretur forsan,vt ad eos abiret,& quę deerant fidei eorum suppleret,huius gratia posteriorem hanc epistolam adornat,vt quod præsens non poterat, per literas adimpleret.Quòd enim ad eos nō abierit,ex eo conii-

Infra.1.a

ci potest,quod in hac epistola scribēs dicit: Rogamus

Suprà.5.a

autem vos per aduentum domini nostri Iesu Christi. Nam in priore dixerat,De temporibus & articulis tem-

Vel, Quia inualescebat quæstio.

porum, non habetis necesse vt vobis scribatur. Itaque si ad eos venisset,nihil vtiq; opus fuisset scribere. Quia verò imposita vrgebat quæstio: propterea epistolam hanc adiicit. Quemadmodum enim in ea quæ ad Ti-

1.Tim.1.c

motheum est,dicit: Quoniam fidem quorundam subuertunt quidam, dicentes resurrectionem iam esse factam vt nihil magni in posterum,aut quod præclarum sit sperantes fideles,laborum redderentur intolerātes. Nam quoniam spes eos sustentabat, nec ad præsentia fractos ac remissos esse sinebat,videbatur diabolo vt illam quasi quandam anchoram excideret, & quia falsa esse quæ futura prædicebantur persuadere non poterat, alia via aggressus, subordinatis quibusdam hominibus corruptoribus, seducere tentabat persuasos,magna illa & præclara finem iam suum sortita esse & consummata. Itaque tum quidem dicebāt illi resurrectionem iam esse factam: nunc verò, imminere iudicium & aduentum Christi, vt & Christum mendacio obnoxium facerent. Et vt persuaso nec retributionem deinceps illis fore qui afflictiones passi essent,neque iis qui malè egissent iudicium, neque pœnam, neque supplicium, istos redderent confidentiores, illos verò abiectiores. Quodq; omnium erat pessimum,tentabant hi quidem temerè renunciare verba quædam tanquam à Paulo dicta:illi verò epistolas quoque fingere quasi ab ipso scriptas. Quapropter vt omnem istis obstruat aditum,dicit, Ne turbemini neque per spiritum,neq; per *Infra.2.a* sermonem,neque per epistolam tanquam per nos missam. Neq; per spiritū, inquit, pseudoprophetas taxans. Vnde verò sciemus,inquis? Propterea adiecit, Salutatio mea manu Pauli, quod est signum in omni epistola.Ita scribo.Gratia domini nostri Iesu Christi sit cum omnibus vobis. Non hoc ideo dicit, quòd istud sit signum.Potuissent enim illud & alij imitari,sed quoniā salutem meam,inquit, mea manu adscribo,quēadmodum & apud nos iam fieri solet. Nam ex subscriptione certæ & notæ redduntur mittentium literæ.Adhortatur autem eos vehementer à malis veluti salsamento † condītos,tam ex præsentibus laudās,quàm ex futuris, *† obrutos* siue supplicio, siue bonorum quæ ipsis præparata erant retributione excitans.Et locū hunc dilucidius hìc pertractat, ipsum quidem temporis articulum non * abscondens,signum verò illius Antichristum esse declarans. Tum enim potissimum certus redditur animus imbecillis,nō si simpliciter audierit,sed si amplius quid didicerit.Et Christus quoque multam huic rei diligentiam & curam impendit, & sedens in monte de omnibus quæ ad consummationem seculi pertinent exactè ad discipulos disputat.Quamobrem? Ne locus esset illis qui antichristos,& pseudochristos inducūt. Ponit autem & ipse multa signa, vnum quidē maximum,dicens: Quando prædicabitur euangelium apud omnes *Matt.24.b* gentes.Et aliud quoque,ne quod ad aduentū eius attinet,errarent: Sicut fulgur, inquit,veniet: quod non in *Ibidem.a* angulo quodam occulitur,sed vbique resplēdet. Non opus habebit indicatore, ita erit illustris, quemadmodum neque fulgur necesse habet indicari.Loquutus est & alicubi de Antichristo, cū dixit: Ego veni in nomi- *Ioan.5.g* ne patris mei, & non recepistis me: si alius venerit in nomine suo,hunc recipietis.Et mutuas quoque illas & ineffabiles calamitates,quibus sese regna mutuo confectura dixit,signum fore demōstrauit: & quòd Heliam venire oporteat. Igitur Thessalonicenses quidē de his rebus tum hæsitabant, nobis autē vtilis facta est illorū hæsitatio. Non enim solis ipsis, sed & nobis vtilia sunt ista,vt puerilibus fabulis, & anilibus nugis liberemur. An nō audistis sæpenumero cùm in pueritia essetis, de nomine quoque Antichristi multa quosdam dicere,& de genuflexione.Teneris enim adhuc mētibus nostris inserit ista diabolus,vt falsum hoc dogma simul nobiscum accrescat

** ἀποκρύπτων habet codex ver. sed cū Theophyl. legendum videtur ἀποκαλύπτων i. reuelans.*

cũ accreſcat & corroboretur, quò nos ſeducere queat. Non autem illa de Antichriſto, diſputans Apoſtolus præteriiſſet, ſiquidem vtilia fuiſſent. Ne quæramus igitur ea. *Infra 2.2.b* Non enim ita veniet, genua flectens, ſed elatus ſuper omnem qui deus dicitur, aut numen, adeò vt in templo dei, velut deus ſedeat, oſtentans ſeipſum eſſe deum. Quemadmodum & diabolus ex arrogantia decidit, ita & qui ab eo agitur, ad arrogantiam inungitur & inſtruitur. Quapropter obſecro, ſtudeamus omnes procul abeſſe ab iſta arrogantiæ affectione, ne in iudicium eius incidamus, ne eidem ſupplicio obnoxij reddamur, *1. Tim. 3.b* ne pœnæ ipſius cõſortes fiamus. Non neophytum, inquit, ne inflatus in iudicium incidat diaboli. Inflatus ergo eaſdem pœnas cum diabolo dabit. Principium enim ſuperbiæ eſt, non agnoſcere dominũ, principium peccati eſt ſuperbia, primus eſt impulſus & motus ad malum. *† fort. eſſe igitur* † Confeſtim igitur & radix eſt, & fundamentum. Principium enim, aut primum impetum ad malum ſignificat, aut mali ſubſiſtentiam, vtpote, ſi quis dicat, principium caſtitatis eſt abſtinere à ſpectaculo abſurdo, hoc idem eſt atque primus motus & impetus. Si verò dixerimus, principium caſtitatis eſt ieiuniũ, prinde eſt, atque fundamentum & ſubſtãtia: ita & peccati principium eſt arrogantia. Etenim ab ipſa oritur quóduis peccatum, & ab ipſa ſuſtentatur. Nam quæcũque fecerimus bona, per maliciam fit, vt conſiſtere nequeant, quò minus dilabantur, quæ velut radix quædã eſt, nõ ſinens † peccatum dimoueri.] Id quod hinc clarum eſt, ſi videris quantánam bona phariſæus perfecerit, quæ tamen nihil illi profuere. Radicem enim peccati non exciderat, ſed illa perdebat omnia. Manente hac radice, naſcitur ex arrogantia contemptus pauperum, cupido pecuniarum, libido dominandi, deſiderium multæ gloriæ, pronus eſt ad vlciſcendum qui talis eſt. Arrogans enim ne à maioribus quidem nedum à minoribus vituperari ſuſtinet, aut mali quicquã perpeti. Vide quo modo initium peccati ſit ſuperbia. Quo modo verò initium ſuperbiæ eſt, nõ agnoſcere dominum? Aptiſsimè. Qui enim deum agnoſcit, vt oportet, qui agnoſcit filium dei vſque adeò fuiſſe animo humili & modeſto, non extollitur: qui verò iſta ignorat, extollitur: ad arrogantiam quippe imbuit ſuperbia. Nam *† dicunt ſe noſſe deũ?* † dic mihi, vnde illi qui hoſtes eccleſiæ ſunt, † dicuntur non agnoſcere deum?] Ex arrogantia: vide quò illos ignorantia dei præcipitet. Si enim ſpiritum contritum amat deus, è regione ſuperbis reſiſtit, humilibus verò dat gratiam. Nullum igitur malum eſt quod ſuperbiæ par ſit. Ex homine facit dæmonem, conuiciatorem, maledicum, periurum, mortis ac cædis cupidũ. Superbus perpetuus eſt in triſtibus, perpetuò indignatur, perpetuò mœret, nihil eſt quod hanc animi ipſius affectionẽ exaturare queat. Etiam ſi regem ante ſe procumbere ac procidere viderit, non ſatiatur, ſed magis incenditur. *οἱ φιλόπεγνοι.* Quemadmodum enim auari, quãtò plura acceperint, tantò pluribus egent: ita & arrogantes, quantò maiore fruuntur honore, tantò cupiunt honorari magis. Creſcit enim illis iſta animi paſsio: eſt enim paſsio. Paſsio verò finem non nouit, ſed tum primum ceſſat, quãdo laborantẽ occiderit. Non vides ebrios, quo modo perpetuò ſitiant? Eſt enim paſsio, non naturalis concupiſcentia, ſed morbus peruerſus. Non vides etiã eos, quos *Sũt qui perpetuò eſuriũt, nec comedẽdo ſa-* βαλιμιῶντας vocant, quo modo ſemper eſuriunt? Eſt enim paſsio, ſicut medici dicunt. Curioſi & negocioſi naturæ iam fines egreſsi ſunt, quicquid ſanè patiantur, non deſinunt. Eſt enim paſsio, & finem neſcit. Rurſus A & qui ſcortis delectãtur, neque ipſi deſiſtunt. Homini, inquit, ſcortatori quiuis panis dulcis eſt, nec prorſus ceſſat, donec † cõſumpſerit:] eſt enim paſsio. At paſsiones iſta quidem ſunt, verùm non incurabiles, ſed medicinam & curationem ſuam habentes, idq; multò magis quàm corporales. Si enim voluerimus, poſſumus eas extinguere. Quo modo ergo poterit quis arrogantiam extinguere? Si deum cognouerit: ſi enim illa hinc eſt, quod deus non cognoſcitur, igitur ſi cognouerimus eum, expelletur omnis arrogantia. Cogita gehennã, cogita eos qui te multò potiores ſunt, cogita quantorum delictorum pœnas deo debeas. Hæc ſi cogitaueris, mox animi faſtum repreſſeris, mox illum flexeris. At nequis iſta facere? Imbecillior es? Cogita præſentia, ipſam naturam humanam, quàm nihil ſit homo, ſi quãdo mortuum per forum deferri videris, liberos orpha B nos ſubſequentes, mulierem viduam plangentem, domeſticos lamentantes, amicos lugentes, cogita rerum præſentium vilitatem & vanitatem, & quam nihil ab vmbra & ſomniis differant. Sed non placet iſtud? Cogita vehementer diuites, qui in bellis temere perierũt, ædes intuere eorum qui in hac vita magni fuere & illuſtres, & nunc funditus euerſæ ſunt: cogita quanta potuerint, & quo modo nunc ne memoria quidem eorum reliqua ſit. Etenim quotidie, ſi voles, horum reperies exempla, ſucceſsiones principũ, proſcriptiones diuitum. Complures tyranni ad pauimentum vſque humiliati ſunt, humilis verò & de quo nihil tale ſperabatur, diadema tulit. An non iſta quotidie fiunt? An non rotæ ſimiles ſunt res noſtræ? Lege ſi placet, & noſtra, & extranea. Nam & illa talibus exemplis abundãt. Si noſtra contemnis, etiam hoc ipſum ex arrogantia fa C cis: ſi quæ philoſophorum ſunt, admiraris, vel illis accede. Ipſi te inſtruent, qui veteres calamitates narrant, & poëtæ, & rhetores, & ſophiſtæ, & oratores omnes. Vndique, ſi voles, inuenies exempla. Si verò nihil horum placet, ipſam naturam noſtram conſidera, vnde conſtat, & quò deſinat. Cogita quando dormis quid reputari debeas, an non & exigua tunc beſtia enecare te valeat. Multis nanque dormientibus modicum ſæpenumero animalculum tecto delapſum, aut oculũ ademit, aut alterius cuiuſquam periculi cauſa factum eſt. Quid ergo? An non quibuſuis beſtiis inferior es? Sed quid dicis? Quod ratione præualeas? At ecce rationem non habes. Eſt enim ſuperbia animi ratione deſtituti ſignum. Qua tandem omnino in re, die quæſo, ſuperbis? Quòd corpore es validò & bene ſano? At hìc irrationalia bruta vincunt. Habent hoc & latrones, & homicidæ, & ſepulchrorum ſpoliatores. Sed prudentiæ gratia ſuperbis? At non eſt prudẽtiæ ſuperbire. Superbiendo nanq; teipſum primùm prudentia priuas. Reprimamus faſtus noſtros, ſimus modeſti, humiles, & manſueti. Nam tales præ omnibus & Chriſtus beatos cenſuit, dicens: Beati pauperes ſpiritu. Et iterum clamauit, dicens: Diſcite *Matth. 5.a* à me, quoniam mitis ſum, & humilis corde. Propterea *Ibid. 11.d* & pedes diſcipulorum lauit, exemplum nobis præbens *Ioan. 13.a* animi modeſti & humilis. Ex omnibus lucrum capiamus, quò bona diligentibus deum promiſſa adipiſci valeamus, gratia & benignitate &c.

Homilia ſecunda.

Paulus & Syluanus, & Timotheus eccleſiæ Theſſalonicenſium, in deo patre noſtro ac domino Ieſu Chriſto: Gratia vobis & pax à deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto. *Cap. 1.*

Plerique hominũ nihil non ſatagunt & moliuntur, vt & apud

† tirari poſſint. ‖ abſorptus fuerit: Eccli. 23.c

vt & apud principes & eos qui potiores sunt aliquam gratiam acquirant, magnique hoc reputant, ac fœlices se arbitrantur, si quod studiose sectantur, assequuti fuerint. Si ergo apud homines acquisita gratia tanti æstimatur: quantū quæso fuerit apud deum reperisse gratiam? Propterea perpetuò illud epistolis suis præmittit, perpetuò illud imprecatur, sciens nihil deinceps molestum fore, si hoc fuerit, sed quæcunque tandem grauia incidant, cuncta dissoluenda & euanitura. Et vt hoc discas, Ioseph seruus erat, adolescens imperitus & minimè astutus, & mox administrandæ domui perficiebatur, viróque Aegyptio rationem rerum gerendarum dabat. Scitis autem quàm gens ista sit ad iracundiam prona & immitis. Accedēte verò principatu & rerum potestate, maior redditur animi furor, per potestatem in sublime prouectus. Liquet autem hoc ex iis quæ Aegyptius ille postea fecit. Heræ quippe de crimine incusanti morem gessit, quanquam non eorum erat vim illatam sustinuisse, qui vestimenta obtinuerant, sed eius qui exutus erat. Debebat enim dicere, Si clamasses, effugisset sanè: & si criminis sibi conscius esset, heri vtique aduentum non fuisset præstolatus. Veruntamen nihil tale cogitauit ille, sed præter rationem † furore totum inuertens,] insontem in carcerem cōiecit, ita erat omnium inconsideratissimus, tametsi & aliunde poterat hominis synceritatem & prudētiam obseruare: verum quia admodum erat insipiens, nihil huiusmodi cogitauit. Ioseph igitur iste, qui & tanti flagitij suspicione erga heram commissi premebatur, cui & totius domus concredita erat administratio, qui & aduena erat & desolatus, & rerum inexpertus, quoniam multam illi gratiam aspersérat deus, quasi nihil esset periculorum, ita cuncta transiuit, siue heræ calumniam, siue periculum mortis, siue carceris molestias, & tandem ad regium etiam thronum vsque euectus est. Sciebat igitur beatus iste Paulus quanta esset dei gratia, & propterea eam illis imprecatur. Verū & aliud quid molitur. Vult illos ad ea quæ scripturus erat benevolos reddere, ne resiliant etiam si increpet & castiget. Quapropter admonet eos ante omnia gratiæ dei, leniens corda eorū, vt irruente adflictione memores gratiæ dei, per quam ex maioribus saluati erant, in minoribus animum non desponderent, sed hinc cōsolationem haberent, quēadmodum & alibi scribens dixit: Si enim cùm inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius: multò magis posteaquam reconciliati sumus, seruabimur in vita ipsius. Gratia vobis, inquit, & pax à deo patre ac domino Iesu Christo. *Gratias agere debemus deo semper de vobis fratres, sicuti par est.* Rursus magnæ humilitatis & modestiæ signum. Cogitādum enim illis ac reputandum exhibuit, quòd si alij virtutum nostrarum, rerúmque bene gestarum gratia non nos primùm admirantur & laudant, sed deum: multò magis debemus & nos hoc facere. Alioqui verò & animos eorum extollit quòd talia patiuntur, quæ non lachrymis neque lamentis, sed gratiarum actione ad deum, digna sunt. Si verò Paulus propter aliena bona gratias agit, quid patientur qui non solùm gratias non agunt, sed & liuore contabescunt? *Quòd fides vestra vehementer crescit, & mutua omnium vestrum charitas cuiúsque in alterū exuberat.* Et quo modo potest fides crescere, inquis? Ita, scilicet si quando illius gratia aduersi quicquā perpessi fuerimus. Magnum quidem est obfirmatum esse, & cogitationibus nullis à scopo dimoueri: allidentibus verò ventis, decidentibus magno impetu pluuiis, vndique insurgente graui tempestate, vicissim & aceruatim appellentibus procellis, si tum non disturbabimur, nullius alterius rei signum erit, nisi crescentis & supra modum excrescentis, sublimioríque factę fidei nostræ. Quemadmodum enim in diluuio omnia quidem saxea, & grauia, humiliáque statim periere: quæcunque verò sublimia & cœlestia erant, ad ea non pertigit diluuiū, ita & fides istorum sublimis facta nō deturbabatur amplius. Quapropter non dixit, crescit, sed vehementer crescit fides vestra. Et mutua omnium vestrum charitas cuiusque in alterum exuberat. Vides & hoc cōtra adflictiones conferre, nempe in vnum simul compactos esse, & mutuò per charitatem cohærere. Hinc etiam multa illis consolatio facta est. Itaque imbecillē quidem charitatem & fidē adflictiones loco dimouēt: robustam verò robustiorem quoque faciunt. Animus nanque in dolore constitutus si fuerit imbecillis, nihil vtiq; augmenti recipit: si verò robustus, & tum potissimum augetur. Et vide charitatem: Non alium quidem dilexerunt, alium verò minus, sed æqua erat erga quósuis dilectio. Hoc enim innuit cùm dixit, mutua omnium vestrum cuiusque in alterum charitas. Erat enim æquiualens velut vnius corporis. Nam & nunc apud multos inuenimus esse dilectionem, at ita vt illa ipsa dilectio diśidij causa sit. Quando enim bini vel terni coniungimur, & duo quidem vel tres, vel quatuor vehementer colligātur: à reliquis verò nosipsos auellimus, dum ad istos refugium habemus, de istis omnia præsumimus, illud charitatis est diuisio nō charitas. Nam dic mihi: Si oculus omnem prouidentiam & curam quam pro vniuerso corpore habet, in solam manum deriuaret, ac reliquis membris omnibus contemptis, vni isti intēderet, an non totū perderet? Absque dubio: Ita & nos, si charitatem quam in vniuersam ecclesiam extendere debemus, in vnum & alterum coartauerimus, & nobis ipsis & illis totiq; ecclesiæ perniciem inferemus. Ista nanque non sunt charitatis, sed disidij, schismata nēpe & rupturæ hiulcæ. Nam si ex integro homine diuulsam aliquam portionem ceperis, atq; ipsum quidem schisma sibiipsi vnitum, continuum & conglutinatum fuerit, nihilominus etiam hoc pacto schisma est, propterea quòd reliquo corpori coadunatum nō est. Quid enim proderit, quòd aliquem vehemēter amas? Humana est ista dilectio. Si verò nō est humana, sed propter deum illum diligis, dilige omnes. Nam deus ita præcepit, vt & inimicos quoq; diligamus. Si verò inimicos dilige- *Matth.5.g* re præcepit, quātò magis eos, qui te nihil cōtristarunt? *& Luc.6.d* Sed amo, inquis: verùm non ita vt oportet: Immò neq; amas. Quando enim criminaris, quādo inuides, quando insidiaris, quo modo amas? At nihil, inquis, tale facio. Sed cùm malè audit frater maledicentis os nō obturas, iis quæ ab eo dicuntur facilè credis, non reprimis, cui° sunt ista dilectionis indicia? Et mutua, inquit, omnium vestrum charitas cuiusque in alterum exuberat. *Ita vt nos ipsi in vobis gloriemur in ecclesiis dei.* In priore epistola dicit, in omnibus Macedoniæ & Achaiæ ec- *1.Thess.1.c* clesiis de fide eorum instructis, sermonē domini innotuisse: ita, inquit, vt opus non habeamus aliquid loqui. *Ibidem.* Siquidem ipsi de vobis annunciāt qualem ingressum habuerimus ad vos. Hìc verò dicit, ita vt nos ipsi gloriemur. Quid ergo est quod dicit? Illic, inquit, nō egent nostra doctrina: hìc verò non dixit, ita vt nos eos doceamus, sed vt gloriemur, & exultemus. Si ergo nos de vobis & gratias agimus deo, & apud homines gloriamur, multò magis oportet vt vos istud ī nostris bonis faciatis:

ἔθνος ἀκρό χολον καὶ ἀσύγγνωστον.

† animo cōcitato prorsus indulgens.

faciatis. Si enim rectè facta vestra aliis digna sunt gloriatione, quo modo nobis lamentis digna sunt? Certè hoc dici nequit. Ita vt nos ipsi, inquit, in vobis gloriemur in ecclesiis dei, super tolerantia & fide vestra. Declarat hic multo tempore durasse adflictiones eorum. Tolerantia siquidem ex temporis prolixitate deprehenditur, non in duobus aut tribus diebus. Non autem quanuis tolerantiam dixit. Maximè quidem & promissis bonis non statim frui, tolerantiæ est. Hìc verò maiorem tolerantiã inducit. Quam illam? Eam, scilicet quæ est persequutionum. *Super tolerantia & fide vestra, in omnibus persequutionibus vestris & adflictionibus quas sustinetis.*

Inter hostes enim viuebãt, qui indesinenter vndiq; incommodare conabantur, solidámque & immotam tolerantiam ostendebant. Pudeãnt quotquot humani præsidij gratia in aliena dogmata transeunt. Cùm adhuc prædicationis esset initium, homines pauperes, & ex quotidiano manuum labore viuentes, virorum reipublicæ gubernatorum ciuitatísque primorum inimicicias in se susceperũt, neque dum rege, neque principe aliquo fidem amplexante, & bellum implacabile sustinuerunt, & tamen ne sic quidem degenerarunt.

Documentum iusti iudicij dei. Vide quo modo illis quæ
1. Thess. 1. a ad consolationem faciunt coaceruat. Dixerat, gratias
Ibid. 2. d agim⁹ deo pro vobis: dixerat, gloriamur in vobis apud homines. Bona quidem & iucunda erãt ista, sed quòd maximè qui in dolore est, quærit: hoc est, nempe vt liberetur à malis, & puniantur qui malè sibi volunt. Quando nanq; imbecillis est animus, ista maximè quærit. Philosophus enim ne hoc quidem. Quid ergo dicit? Documentum, inquit, iusti iudicij dei. Retributionem vtranque hìc innuit, tam eam quæ malefacientibus quàm quæ mala sustinentibus fiet, quasi dicat, vt quando vos quidem coronabit: illos verò puniet, declaretur iusticia dei. Simul illos & consolatur, ostendens quòd laborum suorum, sudorumq; gratia etiam secundũ iusticiæ rationem coronandi sint. Sed primũ ponit quod eos cõcernebat. Etenim tametsi vehementer quisquam vindictam cupiat, prius tamen præmia desiderat. Quapropter dicit: *In hoc vt digni habeamini regno dei, cuius & gratia patimini.* Non ergo ex eo est adflictio, quòd qui iniuriam inferunt, potentiores sunt: sed ex eo quòd ad hũc modum oportet ingredi in regnũ cœlorum. Per multas enim adflictiones, inquit, opor-
Act. 14. d tet nos intrare in regnum dei. *Si quidem iustum est apud deum, vt iis qui vos adfligunt adflictionem, & vobis qui adfligimini relaxationem nobiscum reddat, in reuelatione domini Iesu, quæ futura est de cœlo cum angelis potentiæ suæ.* Illud, Siquidem, hoc loco pro, sed, positum est: quod & nos in iis ponimus quæ vehementer sunt confessa & irrefragabilia. Pro vehementer iustum est, dixit: Siquidem iustum est coram deo illos vleisci, omnino eos vleiscetur: quasi dixisset, Si deo rerum cura est, si quid curat & æstimat deus. Et non hoc ex sua sentẽtia, sed ex confessis & indubitatis ponit: veluti diceret, Si odit deus reprobos, vt illos fateri cogat, quod odiat. Sũt enim potissimum tales sententiæ minimè ambiguæ, ita vt ipli aduersarij sciant iustum hoc esse. Si enim apud homines iustum est, multò magis apud deum. Vt iis, inquit, qui vos adfligunt, adflictionem: vobis autem qui adfligimini, relaxationẽ reddat. Quid? Ergo æqua erit retributio? Nequaquam. Sed vide per ea quæ sequuntur quo modo ostendat vehementiorem esse malorum retributionem, & bonorum relaxationem multò maiorẽ. Ecce & alia consolatio, quòd consortes etiam habent adflictionum, & in retributione quoque cum illis communicant, qui innumeris modis maiora præstiterunt, quibus eos in coronis coniungit. Deinde & tempus adiicit, & per descriptionem animos ipsorum subuehit, tantùm non cœlos verbo iam referens, oculisque eorũ rem ipsam repræsentans. Et circundat eĩ exercitu angelico, tam à loco, quàm ab iis qui cum eo vẽturi sunt, ampliorem faciens imaginem, vt eos vel parum refocillet. Et vobis, inquit, qui adfligimini, relaxationẽ reddat nobiscum, in reuelatione domini Iesu, quæ de cœlo erit cum angelis potentiæ eius. *In incendio flammæ vindictam in eos exercentis, qui deum non cognouerunt, & qui euangelio domini Iesu non obediunt.* Si qui euangelio non obediunt, pœnas dabunt: quid illi non patientur, qui præterquam quòd non obediunt, vos etiam adfligunt. Vide verò mihi prudentiam apostoli. Non hic dixit, qui vos adfligunt, sed qui non obediũt, quasi dicat: itaque etiam si non propter vos, tamen propter seipsum necesse habet eos punire. Igitur hoc quidẽ certitudinis gratia dictum est, ad probandum quòd oporteat reprobos omnino puniri, prius verò rursus ad hoc vt ostendat etiam eos hinc honorem habere: nam propter vos, inquit, patiẽtur ista. Etenim hoc quidem facit, vt credant supplicium adflictores suos daturos: illud verò vt gaudeant propterea quòd eorum gratia quæ in eos commiserunt, ista passuri sint. Hæc quidem ad illos dicta sunt: conueniunt verò & nobis. Si quãdo igitur in adflictionibus fuerimus, cogitemus ista. Ne gaudeamus super aliorum supplicio, tanquã vindicati, sed tanquã ab huiusmodi supplicio & pœna liberati. Quid enim nobis proderit, quòd alij puniuntur? Ne habeamus, obsecro, tales animos. Intuitu regni dei incitemur ad virtutem. Qui quidem animo est vehementer dextro, virtutíque dedito, neque timoris, neque regni dei intuitu ad virtutem inducitur, ac permouetur, sed propter ipsum Christum, quemadmodum Paulus fecit. Nos verò vel hoc pacto cõsideremus quæ in regno dei sint bona, & quæ in gehenna mala, atq; ita nosipsos corrigamus & instruamus, ita nos ipsos ad ea quæ facienda sunt, incitemus & permoueamus. Si videris in præsenti vita iucundum quid ac magnificum, cogita regnũ dei, & istud nihil esse putabis: si terribile quid videris, cogita gehennam, & illud etiam deridebis. Si quando te ceperit concupiscentia corporalis, cogita gehennæ ignem: cogita quàm planè nullius æstimanda sit peccati voluptas, quàm ne voluptatem quidem habeat. Si enim earum legum quæ in hoc seculo positę sunt tantum potest metus, vt à malis nos actibus cohibeat, multò magis poterit hoc recordatio futurorum, supplicium immortale, pœna sempiterna. Si metus terreni regis à tantis nos malis abducit, quantò magis regis æterni? Vnde poterimus ergo continuum habere timorem? Si continuè scripturas audierimus. Etenim si aspectus duntaxat mortui hominis mentem nostram adeò pauore contrahit: quantò magis gehẽna & ignis ille inextinguibilis? quantò magis vermis non moriẽs? Si perpetuò gehennam recogitaremus, non statim in illam incideremus. Propterea supplicium minatus est deus. Nisi aliquid profectus in se haberet gehennæ reputatio, vtique iam non esset illam minatus deus. Verùm quoniam ipsius recordatio magna potest efficere, propterea cõminationẽ illius quasi salutare quoddam pharmacum animis nostris imposuit. Ne cõtemnamus itaque tantum lucrum quod hinc generatur, sed hanc gehennę comminationem indesinenter versemus in

Universidad de Deusto Biblioteca

semus in prandiis,& in conuiuiis. Sermocinatio quippe quæ de rebus est iucundis, nihil prodest animæ, sed debiliorem eam reddit:quæ verò de tristibus est & austeris, quicquid in illa dissolutum ac fluxum fuerit amputat & immutat, laxámq; illam ac mollem contrahit. Nihil eam iuuerit de theatris disserẽs ac mimis, sed magis incenderit & petulãtiorem effecerit. Qui aliena curat & curiosè scrutatur, etiam pericula illi ex ea curiositate sæpenumero infligit: qui verò de gehẽna sermocinatur, is neque periculum aliquod habebit,& animã castigatiorem reddit. Sed vereris verborum grauitatẽ & molestiam? Num si de gehenna tacueris,hinc illam extinxisti?An incendisti,si de ea locutus fueris?Siue locutus de illa fueris,siue minus,feruebit omnino incendium.Indesinenter de illa dicito, ne quãdoque in eam incidas.Non potest fieri, vt anima de gehenna solicitè cogitãs citò peccet. Etenim audi admonitionem optimam:Memor,inquit,esto nouissimorum tuorum,& in æternum non peccabis. Nequit anima pœnas metuens non esse ad delinquendum contabunda. Timor enim si quidem robustus fuerit in animo ac flagrans, nihil in eo mũdani relinquet. Si enim sermo de gehẽna factus, ita humiliat & pauidũ reddit, an cogitatio de illa animis perpetuò immorata,animam non quouis igne magis expurgabit?Regni non ita recordemur vt gehẽnæ. Timor enim promissione potẽtior est & efficacior. Et noui complures innumera bona promissa contempturos fuisse,si de supplicio securi fuissent ac liberati, quãdoquidẽ & nunc mihi satis est supplicio aut pœna non affici. Nemo eorum qui gehennam ob oculos habent, in gehennam incidet: nemo gehennam contemnentium,gehennam effugiet.Quemadmodum enim apud nos qui quidem iudicia metuunt,iudiciis non damnabuntur:qui verò contemnunt,illi potissimum in ea incidunt:ita & hîc. Nisi subuersionem veriti fuissent Niniuitæ,vtiq; subuersi fuissent. Quia verò illam metuebant, non subuertebantur. Si diluuium veriti fuissent qui temporibus Noë vixerunt, submersi sanè non fuissent. Et Sodomitæ si incendium metuissent, combusti non fuissent. Magnum malum est contemnere minas. Qui minas contẽnit,confestim re ipsa sentiet experientiam. Nihil ita est vtile atque de gehenna sermocinari. Quouis argento mundiores nobis animas facit. Audi nanque quid propheta dicat:Quoniam iudicia tua,inquit,in conspectu meo sunt semper. Et Christus quoq; de illa disserit.Nam etiam si molestum sit auditori, plurimum tamen illi prodest. Sunt enim talia quæcunque vtilia sunt. Etenim & pharmaca & reliqua medicamẽta ægrotum primùm male habent,& tunc demum vtilitatem adferunt.Si verò verborum grauitatem & molestiam non ferimus,manifestum est quòd rerum ipsarum adflictionem non feremus. Si nemo sermones eos qui de gehenna dicuntur, sustinet: liquet neminem, si persecutio nos occupasset,ad intentatum ignem aferrum vnquam perstiturum fuisse. Exerceamus auditum nostrum ne adeò molleſcat. Nam ex eo & ad res ipsas veniemus.Si assuescerimus audire terribilia,assuescem° etiam terribilia sustinere:si verò ita molles ac fracti fuerimus,vt ne verba quidem feramus,quando aduersum res ipsas persistemus? Vides quo modo cuncta præsentia & pericula cumulatim irruentia contemnat beatus Paulus? Quare? Quia semetipsum ad hoc instituerat vt eorum gratia quæ deo probantur,etiam gehennã contemneret.Ille nanque neque ipsam gehennæ experientiam propter amorem Christi, alicuius æstimauit: nos verò propter ea quæ nobis prosunt, ne dici quidem de illa patimur. Nũc enim mox atq; pauca de illa audieritis,abitis.Obsecro autẽ vos,si aliquid dilectionis in vobis est,vt semper de istis sermocinemini. Nihil poterũt nocere,etiã si nihil profuerit. Omnino verò proderũt. Nam ad sermocinationes & colloquia formatur,& cõponitur animus. Corrumpunt enim,inquit,mores bonos colloquia praua. Prosunt ergo colloquia bona,castigãt ergo & colloquia terribilia. Est enim animus instar ceræ cuiusdam. Nam si quidẽ frigida colloquia induxeris, † solidaueris ipsum atque induraueris: sin verò calida & feruentia, emollieris. Emollitum autem ad quodcunque voles finges ac formabis, imaginémq; illi regiam insculpes.Obturemus igitur aures nostras contra vana colloquia. Non est illinc modicum malum. Cuncta ex eo mala nascũtur.Si exercitatus ad hoc animus noster fuerit, vt diuinis sermonibus attendat,aliis non attendet:si aliis non attenderit,neque res ipsas malas sectabitur,aut tentabit. Per sermonem enim itur ad opera.Primum cogitamus, deinde loquimur,postea facimus.Complures sæpenumero etiam temperati & casti per sermones obscœnos ad obscœnos quoque actus venerunt.Non est enim anima nostra vel bona vel mala natura, sed voluntate aut mala fit,aut bona. Quemadmodum enim velum eò nauem defert, quocunq; spirauerit ventus, immò quemadmodum ipse clauus nauem defert, si prosper ac secundus fuerit ventus: ita & cogitatio, si secundo & prospero vento bona spiraueriut verba, nauigabit absque periculo: si verò cõtraria, submergent sæpenumero cogitationẽ.Quod enim nauigiis sunt flatus, hoc animis sunt sermones, quocũque voles transferes illos,& curabis. Quapropter admonẽs quidam dicit: Omnis narratio tua sit in lege altissimi. Proinde obsecro, receptos à nutricibus liberos nõ anilibus fabulis assuefaciamus, sed ex primæua mox ætate discant esse iudicium dei, infigatur animis eorum esse supplicium.Hic metus si radices egerit,magna bona operabitur.Animus enim ab ineunte ætate hac futurorũ expectatione ad demissionẽ imbutus, non statim hunc metum excutiet,sed quasi quidam obsequens equus, velut sessorem habens,gehennæ cogitationem, compositè ingredietur, & quæ vtilia sunt loquetur ac dicet, & neque iuuentus, neque diuitiæ, neque orphania,neque aliud quicquam illi nocere poterunt,adeò robustã habenti cogitationem,& omnibus resistere valẽtem. His sermonibus componamus & nosipsos,& vxores, & seruos,& liberos & amicos,si fieri queat,& inimicos:poterimus enim istis sermonibus multa peccata amputare. Et melius fuerit tristibus immorari quàm iucundis, id quod hinc manifestum est. Nam dic mihi: Si domum ingressus fueris vbi parantur nuptię,ad horam quidem spectaculo oblectaberis, nouissimè verò digressus teipsum mœsticia macerabis, propterea quòd tanta non habes. Si verò domum lugentium intraueris, etiam si valde diuites fuerint,digressus magis recreaberis.Non enim liuorem illinc capies, sed consolationem ac refocillationem paupertatis tuę.Videbis re ipsa quàm nihil boni habeãt diuitiæ,nihil mali paupertas, sed vtræque res sint indifferentes: Ita & nunc si de deliciis sermocinatus fueris,magis animum dolore obtundes, non habentẽ vnde pari modo delicietur: si verò aduersus delicias locutus fueris,& de gehenna sermones in mediũ adduxeris,exhilarabit te res ista, plurimúmq; voluptatis pariet. Quando nanque cogitaueris nihil nos delicias aduersus ignem illum iuuare posse, non inquires eas.Si

Eccli.7.d

Psal.17.d

Matth.

1.Cor.15.d

† *induraueris & obstinatum reddideris:*

Eccli.9.d

eas. Si verò cogitaueris quòd eum magis etiam incendere soleant, non solum non inquires eas, sed & auersaberis,& expelles. Ne fugiamus quæ de gehenna dicũtur, vt gehennam ipsam effugiamus. Ne fugiamus supplicij memoriam, ne supplicio puniamur. Si diues ille ignem hunc cogitasset, vtique non deliquisset: quia verò nunquam eius in mentem illi venit, propterea in illum incidit. Die mihi homo: Tribunali Christi cum sistendus sis, omnia magis loqueris quàm de isto? Et quidem si quando tibi cum iudice causa est, plerunq; verbotenus duntaxat, non nocte, non die, non aliquo temporis articulo, nõ aliqua hora aliud quid loqueris, sed semper de causa illa quam agendam habes. Cum verò de omni vita tua rationem redditurus, & pœnas daturus sis, neque alios etiam pateris qui te iudicij huius admoneant? Atqui propterea cũcta perière semper & intercidêre, quòd humano quidem tribunali temporalium rerum gratia sistendi, neminẽ non mouemus, neminem non rogamus, indesinenter de illo soliciti sumus, omnia huius gratia facim°: ad tribunal verò Christi venturi, idq; breui, neque per nosipsos aliquid, neq; per alios facimus, iudicem non rogamus, quanuis multum nobis spacij ante iudiciũ permittat, nec in mediis nos abripiat peccatis, sed permittat vt illa exuere aggrediamur, & nihil eorum quæ ad ipsum recidunt, prętermittat bonitate illa sua & benignitate. At nihilo plus efficitur. Propterea maius erit supplicium. Sed absit vt hoc fiat. Proinde obsecro, vel amodo resipiscamus. Habeamus gehennam ob oculos, cogitemus pœnas illas ineuitabiles, vt his reputatis & maliciam fugiamus, & virtutem eligamus, bonâq; diligentibus deum promissa consequi valeamus gratia & benignitate &c.

Homilia tertia.

QVi quidem pœnas dabunt, interitum scilicet æternum à facie domini, & à gloria potentię ipsius, cum venerit vt glorificetur in sanctis suis, & inclarescat in omnibus qui crediderunt. Cõplures homines sunt qui spes habent bonas, non ex eo quòd peccatis abstineant, sed q̃ gehennam putant, non ita vehementem esse quemadmodum esse dicitur, sed mitiorem aliquanto quàm minæ ipsius præferant, deinde & temporalem ac desiturã esse & non æternam, atque de eo multa philosophãtur. Ego quidem non solum quòd mitior nõ sit quàm minæ ipsius habeant, sed quòd & vehementior sit, multis ostendere, & ex ipsis verbis quæ de gehenna dicuntur euincere & concludere possem: veruntamen iam nihil de istis sermocinabor. Satis enim fuerit ex nudis ac modicis verbis factus metus, etiam si mentem ipsorum nõ explicemus. Quòd autem non sit temporalis ac desitura gehenna, audi Paulum hîc de his dicentem: Qui deũ non nouerunt, quiq; euangelio non credunt, quòd pœnas daturi sint, interitum videlicet æternum. Quo modo igitur æternum temporarium est ac desiturum? A facie, inquit, domini. Quid est hoc? Dicitur hic facilitatẽ gerendæ rei exprimere. Quoniam enim tum & plurimum inflati erant, nõ opus erit, inquit, multo negocio, sed sufficiet aduentare & apparere deũ, & omnes mox in pœnis erunt ac supplicio. Præsentia duntaxat ipsius, aliis quidem lux erit, aliis verò supplicium. Et à gloria, inquit, potentiæ ipsius. Cum venerit vt glorificetur in sanctis suis, & inclarescat in omnibus qui crediderunt. Glorificatúrne deus? etiam. In omnibus, inquit, sanctis suis. Quando enim inflati illi eos quos verberauerant, quos contempserant, quos irriserant, prope ipsum cõ-

A stitutos esse viderint, ipsius erit gloria, immò istorũ gloria erit, certè & istorum & ipsius: ipsius quidem quòd istos nõ deseruerit, sed illustres exhibuerit: istorum verò quòd tanto digni habiti sint honore. Quemadmodum enim diuitiæ ipsius sunt, esse fideles: ita & gloria ipsius est, esse qui bonis ipsius fruituri sint. Gloria est boni habere quibus beneficia sua tradat. Et inclarescat, inquit, in omnibus qui crediderunt: hoc est, per eos qui crediderunt. Vide rursus illud, in, positum est pro, per. Per illos nanque præclarus demonstrabitur, & apparebit quando miseros & calamitosos, innumeráque mala perpessos, quiq; crediderant, in tantum splendoris euehet. Tum ipsius declarabitur potentia, quòd tametsi hîc visi sint neglecti ac derelicti, illic tamen multa fruãtur gloria. Tunc potissimum omnis gloria & potentia dei demonstrabitur. Quo modo? *Eo quòd fides habita sit te-*
B *stimonio nostro erga vos in die illo, ad quod etiam semper pro vobis oramus.* Hoc est, quando in medium adducentur qui innumeris malis affecti sunt ad hoc vt à fide dilaberentur, & tamen retro non cesserunt, sed constanter crediderunt, tunc glorificabitur deus: tũc apparebit & declarabitur istorum quoque gloria. Nam ante mortem, inquit, neminem beatum dixeris. Quapropter dicit, in die illo declarabuntur, & apparebunt qui crediderũt. Ad quod & semper, inquit, pro vobis oramus. *Vt deus*
noster ista vocatione dignos vos habeat, & omne propositum bonitatis suæ, & opus fidei, cum potẽtia compleat. Vt dignos, inquit, vos habeat ista vocatione. Nondum enim ea vocati erant. Quapropter subiunxit, & omne propositum bonitatis suæ compleat. Nam & qui sordidis erat indutus, voca- *Matt.22.b*
tus fuerat, sed in vocatione non manserat, sed ob hoc ipsum magis, dignus factus erat qui vocationem hanc
C ad nuptias amitteret. Etenim & quinque virgines, vocatæ fuerant. Exurgite, inquit, sponsus venit. Et parabãt *Ibid.25.a*
etiam se, sed non sunt ingressę. Declarans igitur de qua vocatione dicat: subdit: & omne propositum bonitatis suæ, & opus fidei, cum potentia compleat. Istam, inquit, vocationem inquirimus. Vide quo modo illos tacitè reprimat. Etenim ne encomiorum excellentia tãquam qui magna præstiterant, inflarentur, & negligẽtes euaderent, ostendit eos adhuc imperfectos esse, quousque in hac vita sint, quod & ad Hebręos scribens dixit: Nõ- *Hebr.12.b*
dum ad sanguinem vsque restitistis aduersus peccatũ decertantes. Omne, inquit, propositum: hoc est, beneplacitum, firmam destinationem & plerophoriam. Vt fiat, inquit, firma destinatiõ & propositum dei, ne quid vobis desit, vt sitis quemadmodum vos esse vult. Et opus, inquit, fidei cum potentia compleat. Quid hoc est? To-
D lerantiam persecutionum intelligit. Ne deficiamus, inquit, *Vt glorificetur nomen domini nostri Iesu Christi in vobis, & vos in illo, secundum gratiam dei nostri, & domini Iesu Christi.*

Dixit illic gloriam, dicit & hîc. dixit, ipsos glorificãdos, ita vt & gloriaturus sit in eis. Dixit, quod multo est amplius, quòd & deum glorificaturi sint. Dixit eos gloriam illam apprehensuros. Sed idem & hîc dicit: Glorificato nanque domino, glorificãtur & serui. Qui enim dominum illustrant, multo magis illustrantur & ipsi, & hoc ipso & sine isto. Gloria quippe est adflictio propter Christum tolerata, quam vbique gloriam vocat. Et quanto maiorem passi fuerimus ignominiam, tãto reddimur illustriores. Deinde vt & hoc dei esse declaret, dicit, secũdum gratiam dei nostri & domini Iesu Christi. Ipse nobis hanc gratiam dedit, vt glorificaretur in nobis, & nos illustres redderet in seipso. Quo modo glorificatur in nobis? Quod nihil ipsi præponim°. Quo

modo nos glorificamur in ipso? Quod potẽtiam & robur ab ipso accepimus, vt malis super nos inductis non cedamus. Nam irruẽte persecutione, & deus simul glorificatur & nos. Ipsum enim tum admirantur, quòd adeò nos robustos reddiderit, nos admirãtur quòd nos ipsos dignè ad ista præparauerimus. Omnia verò ista per gratiam dei fiunt. *Rogamus autem vos fratres per aduentum domini nostri Iesu Christi, & nostri congregationem ad ipsum, ne citò dimoueamini à mente ista.* Quando futura sit resurrectio, non dixit, quòd verò non iam immineat, dixit. Et nostri, inquit, congregationem ad ipsum. Non exiguũ & hoc est. Vides quo modo eos rursus cũ encomio & incitamento adhortatur? Quòd omnino nobiscum apparitурus sit ipse, & sancti omnes, de resurrectione sua dicit, & de congregatione nostri. Simul enim ista fient. Animos eorum excitat. Ne citò dimoueamini, inquit:

Cap. II.

Neque turbemini, siue per spiritum, siue per sermonem, siue per epistolam, tanquam per nos missam, quasi instet dies domini. Ne quis vos vllo pacto seducat. Non enim aderit, nisi venerit primùm defectio, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, aduersarius, & qui extolletur super omnem qui dicitur deus, aut numen: ita vt in templo dei, velut deus, sedeat, ostentans seipsum esse deum. De Antichristo disserit hoc loco, & magna reserat mysteria. Quid est quod defectionem hîc vocat? Antichristum ipsum vocat defectionem, tanquam plurimos perditurum, & abducturum. Ità, inquit, vt offenderentur, si posibile esset, & electi. Et hominem peccati illum vocat. Innumera quippe mala perpetrabit, inquit, & instituet alios quoque vt perpetrent. Filium autem perditionis dicit, propterea quòd & ipse perdetur. Quis verò is est? An satanas? Nequaquam: Sed homo quispiam omnem satanæ energiã adeptus. Est enim homo, qui extolletur super omnem qui dicitur deus, aut numen. Non enim ad idololatriam abducet ille, sed ἀνθὸς quispiam erit, quó suis deos pessundans, iubebitq; seipsum pro deo coli ac venerari, & in templum dei collocari, non Hierosolymitanum solum, sed & in ecclesias. Ostentans, inquit, seipsum esse deum. Non dixit, dicens seipsum esse deum, sed ostentare tentans. Magnifica siquidem opera faciet, & signa patrabit admiranda. *Non meministis quòd ista vobis, cũ adhuc apud vos essem, dixerim.* Vides quòd indesinenter ista dicere, & abundè verbis infundere necessarium sit. Etenim vide, præsentes ista audierant, & tamẽ iterum opus habuerunt eorũ admoneri. Quẽadmodum enim & de futuris adflictionibus audierãt, (Cum enim apud vos essemus, inquit, prædicebamus vobis quòd adfligendi essemus) & tamen eorum obliuiscebantur, vt denuo corroborandi fuerint per literas: ita & quanuis de aduẽtu Christi audierant, iterum tamen literis opus habent quibus corrigantur. Admonet igitur eos, declarans se nihil noui dicere, sed quæ semper dixerit. Quemadmodum enim fit apud agricolas, dum semina quidem semel in terram iaciuntur, nõ tamen semper perdurant, sed multa cura & molitione opus habent, & nisi reserata tellure rursus quæ seminata sunt contegant agricolæ, * spermologis auiculis seminauerint: ita & nos, nisi quæ seminata sunt, continua memoria cooperuerimus, in aërem cuncta proiecerimus. Nam & diabolus illa mox raptat, & nostra negligẽtia perdit, & Sol exiccat, & pluuia diluit, & spinæ suffocant. Itaque non satis fuerit semel duntaxat seminare, & postea securum esse: sed multa diligentia & assiduitate opus est, abigendo auiculas, excidendo spinas, quæ lapidosa sunt multa tellure opplendo, quóduis nocumentum prohibendo, intercludendo, & auferendo.

γρεσγαφολὶς Sirac. Matthæus habet σπερμολόγος Matt. 24. b

ὡς ἐπιστολῆν δι' ἡμῶν ὡς ἡμέρα.

* spermologæ aues. i. semilegæ siue frugilegæ sunt, quæ semina ĩ terra iacta legunt & auferunt.

Sed in terra quidem totum opus agricolæ est. Est enim illa inanimatum subiectum, ad hoc tantum accommodum vt operãtem se patiatur: in hac verò spirituali tellure nequaquam ita habet. Non hîc totum opus doctorum, sed si non potior, certè media portio discipulorũ est. Nostrum quidem est sementem facere, vestrum verò quæ dicuntur exequi, memoriæ beneficio per opera exhibere fructus. Spinas radicitus euellere. Spinæ nanq; sunt diuitię, nullum adferentes fructum, & aspectu deformes, & vsu iniucundæ, lædentes eos à quibus cõtinguntur: non solum ipsæ fructum non habentes, sed & nascentem fructum impediẽtes. Tales sunt diuitiæ. Nõ solum ipsum fructum non adferũt æternum, sed & fructificare volentes cohibent & impediunt. Irrationaliũ camelorum cibus sunt spinæ, alimonia sunt ignis, ac sumptus ad nihil vtiles. Tales sunt & diuitiæ. Nullo sunt vsui nisi ad incendium camini, ad incẽdium eius diei qui ardebit velut clibanus ad alimoniam affectionum irrationalium, vtpote iniuriarum memoriam, & iram. Talis est etiã camelus spinis vescens. Fertur enim ab iis qui talia viderunt, nullum esse ex omnibus iumẽtis quod ita iniuriam acceptam tenaciter contineat, ita difficilis iræ sit, ita malum illatum recordetur, vt camelus. Tales sunt diuitiæ, irrationales animi affectiones pascunt: rationales verò pungunt ac vulnerant, quemadmodum spinæ faciunt. Durum quid est & scabrum hæc planta, vltrò nascitur sua sponte. Videamus quo modo nascatur, vt ipsam excidamus. In locis præruptis nascitur, in saxosis, in aridis, vbi nulla est humiditas. Igitur sicubi quispiam scaber est & præruptus: hoc est, immisericors, nascuntur in illo spinæ. Quòd si quando illas excidere volunt agricolæ, non ferro hoc faciunt, sed quo modo? Ignem illis immittunt, atque ita vniuersam telluris maliciam auferunt. Quoniam enim non satis est superné illas excidisse, manẽtibus adhuc infernè radicibus, immò ne radices quidem euulsisse. Manent enim etiã sic in terra, per maliciam ex ipsis cõtractam, & quasi peste quadam corpus occupante, ita manẽt adhuc reliquiæ. Vniuersum vero telluris humorẽ, ex spinis conceptum, quasi quoddam venenum, ignis supernè per calorem suum ex ipsis telluris lumbis exhaustum eximit. Quemadmodum enim Ficus Jimposita omnem ad seipsam maliciam extrahit: ita & ignis omnem telluris maliciam ex spinis contractam exhaurit, & mundam tellurem reddit. Cuius gratia ista dixi? Ideo scilicet, quòd oporteat omnem affectionem diutus cõsentientem vndique expurgare. Est & nobis ignis, qui maliciam istam ex animis extrahat. Ignem dico spiritus. Si illum immiserimus, non solum spinas comburere, sed & ipsarum humorem exiccare poterimus. Quod si radices egerint, omnem ludemus operam. Etenim vide: Si quando intrauerit huc dives quispiam, aut mulier opulenta, non curat quo modo audiat oracula dei, sed quo modo sese ostentet, quo modo cũ elatione sedeat, cum multa gloria, quo modo reliquas omnes vestimẽtorum sumptuositate excellat. Et schemate, & aspectu, & incessu ornatiorem seipsam exhibet, & omnis cura & solicitudo hæc illi est, num ille viditenum admiratus est? num bene ornata sum? ne marcescant indumenta, ne rumpantur, circa hoc omnis versatur cura. Ad eum modum & vir quispiam dives ingressus seipsum ergà pauperem ostentat, & illum in timorem sui per indumentorum amictum cõstituit, & per copiam seruorum quos habet, per quos adstantes abiguntur. Ipse verò ex multo fastu ne hoc quidem facere dignatur, sed ita indignum

Cur diuitiæ spinis conferuntur.

Camelus spinis vescens.

Combustio spinarum.

Cucurbita, vasculũ exugendo sanguini aptum.

dignum esse nouit homine libero, vt ipse quanuis vehementer inflatus illud facere non sustineat, sed seruis committat. Est enim hoc facere verè seruile, & morum improborum. Deinde mox sedentem aggrediũtur curæ domesticæ, vndique distrahẽtes, fastus animum occupatum vndique quasi quibusdam fluctibus illuit. Putat se plurimum gratificari & nobis & populo, forsan & deo, quòd domum dei ingressus est. Qui ergo ita inflatus est, quo modo poterit vnquam curari? Dic quęso: Si quis medicorum officinam accederet, & non à medico gratiam & opem peteret, sed putaret se illi aduẽtu suo gratificari, relictóque pharmaco quod debebat vulneri imponere circa vestimenta componenda occuparetur: an hic aliqua capta vtilitate abiret? Ego certè nõ arbitror. Causam verò horum omnium, si vultis dicam. Putant se ad nos ingredi, quãdo huc ingrediũtur, putant se ex nobis audire quæ quidem audiunt. Nõ attendunt, nõ cogitant ad deum se ingressos, deum cũ ipsis sermocinari. Quãdo enim qui lecturus est surgẽs, dicit: Hæc dicit dominus, & diaconus stans omnes indicto silentio compescit: nõ vt legenti honorem exhibeat hoc dicit, sed ei qui per illum cũ omnibus sermocinatur. Si agnoscerent deum esse qui ista per prophetam dixit, omnem vtique fastum proiicerent. Si enim principibus ad eos loquentibus non sustinent foris & obiter duntaxat attendere, multo magis hoc facerent deo loquente. Ministri nos sumus dilecti, non nostra loquimur, sed quæ dei sunt. Epistolæ quotidie de cœlis venientes leguntur. Dic mihi obsecro: Si quis iam præsentibus nobis omnibus ingrederetur, zonam habens auream, & plurimum minatus, cunctósque compescẽs missum se à rege terreno, & epistolam de quibusdã necessarijs ad vniuersam ciuitatem apportare diceret: an non omnes ad vos ipsos colligeremini & contraheremini? Num igitur & ministro nõ adhortãte plurimum adhiberetis silentij? Ego quidem puto. Etenim audiui lectas hîc regias epistolas. Itane si à rege quisquam missus veniat, omnes attenditis: à deo verò venit, atque ex ipsis cœlis loquitur propheta, & nemo est qui attendat? Aut non creditis quòd quæ dicũtur hîc à deo sint? Epistolæ istæ sunt à deo missæ. Ingrediamur itaque in Ecclesias cum honore competenti, & quæ dicũtur audiamus cum timore. At quid, inquis, ingredior, si non aliquem sermocinãtem audiero? Istud omnia perdidit & corrupit. Quid enim opus est concionatore? Per nostrã negligentiam necessitas ista facta est. Quamobrẽ nanque concione opus est? Omnia clara sunt & plana ex scripturis diuinis, quęcunque necessaria sunt, manifesta sunt. Sed quia delicatuli estis auditores, delectationem audiendo venantes, propterea & ista quęritis. Nam dic mihi: Quo sermonis strepitu locutus est Paulus? Et tamen orbem cõuertit. Quo verò Petrus illiteratus? Sed ignoro, inquis, quæ in diuinis scripturis posita sunt. Quamobrem? Num enim Hebraicè? num Latinè? num alio externo idiomate prolata sunt? Non Græcè dicuntur? At obscurè, inquis. Quæ est ista obscuritas, dic quęso? Nõ historiæ sunt? Nosti quæ clara sunt, quòd de obscuris rogas? Mille historiæ sunt in scripturis, dic mihi vnam ex illis: Sed non dices: Prætextus sunt ista & inania verba. Quotidie, inquis, eadem audiuntur. Quid verò, dic mihi, an non & in theatris eadem audis? in ludis circensibus non eadem vides? An nõ res omnes eadem sunt? Sol iste an non semper idem oritur? Nõ cibis isdem vtimur? Vellem te rogare, quoniam eadem dicis audire te quotidie, vt mihi diceres cuius sit prophetæ

ὁ πάπας ὁ ἀγράμματος.

ὁ λόγος.

A locus hic qui lectus est, aut cuius apostoli, vel cuius epistolæ: at nequis dicere, sed putas te noua & peregrina audire. Igitur quando negligentiæ indulges, dicis esse eadem quæ audis: quando verò rogaris, non aliter habes quàm si nunquam audisses. Si eadem sunt, oportebat illa scire, tu verò ignoras. Lamentis digna sunt ista, lamentis inquam & querelis. quoniam argentarius frustra cudit argentum. Hoc ipso oportebat maxime animaduertere quòd eadem sunt, quòd nullum vobis negocium facessimus, neque noua quædam aut immutata dicimus. Quid ergo? Quoniam illa dicis esse eadem, nostra verò nõ eadem sunt, sed semper noua dicimus, vel istis attenditis? Nequaquã. Quòd si dixerimus, quãobrem neque ista continetis? Semel, dicitis, audimus, & quo modo poterimus ea continere? Si dixerimus, quare illis quæ leguntur non attenditis? dicitis, semper ea-
B dem dicuntur, atque ita vndique parata sunt ista negligentiæ fictionisq; verba, verum non semper hæc bene procedent, sed erit tempus quando frustra & inaniter lamentabimur, quod quidem absit, vt fiat, sed magis in hac vita resipiscentes, & cũ intellectu & pietate iis quæ dicuntur attendentes, ad bonorum operum executionem properemus, vitámq; nostram cum omni diligentia corrigamus, vt bona diligentibus deum promissa adipisci valeamus gratia & benignitate &c.

Homilia quarta.

ET nunc quid detineat scitis, *ad hoc, vt reueletur ipse in suo tempore. Etenim iam mysterium iniquitatis agit, tãtum qui tenet in præsentia donec è medio tollatur, & tunc reuelabitur iniquus, quem dominus Iesus consumet spiritu oris sui, & abolebit claritate aduentus sui, eum cuius aduentus est secundum operationem*
C *satanæ.* Non immeritò quærierit quisquam, quid illud sit quod detinet, & postea cognoscere volet, quãnã ratione illud adeò obscurè ponat Paulus. Quid ergo est quod detinet ad reuelãdum ipsum, hoc est, quod prohibet ne reueletur? Alij quidem dicunt spiritus esse gratiam, alij verò Romanum imperium, quibus ego potissimum adstipulor. Nam si spiritũ voluisset dicere, vtiq; obscurè non dixisset, sed apertè, nimirum quod & nũc ipsum detineat spiritꝰ gratia, hoc est, donationes. Alioqui autem oportuisset eum iam venisse, si quidem spiritus sancti donationibus cessantibus venturus esset: etenim iam olim cessarunt. Quoniam verò de Romano imperio istud dixit, merito ænigmatice & obscure locutus est. Neque enim volebat superfluas inimicicias, & inutilia pericula suscipere. Si enim dixisset quoniã adhuc modicum, & destruetur iam Romanum imperiũ, confestim eum defodissent veluti corruptorem, & cre-
D dentes omnes, tanquam in hoc viuentes & decertãtes. Et non dixit, citò illud erit, quanquam semper hoc idipsum dicat, sed quid? Ad hoc, inquit, vt reueletur ipse in suo tempore. Etenim iam mysteriũ iniquitatis agit. Neronem hic dicit tanquam typum Antichristi geren- *Nero.*
tem: nã ille volebat reputari deus. Et bene dixit, mysterium: hoc est, non aperte hoc agit, sicut ille acturus est, neque adeò perfricta fronte & impudẽter. Si enim ante tempus illud inuẽtus est, inquit, qui non multũ Antichristo, quod ad malicią attinet, inferior sit: quid mirum si iam citò futurus est? Apertum verò noluit eum facere, id quod nõ propter metum fecit, sed vt nos instrueret, vt non superfluas inimicicias in nos suscipiamus, si quando nihil est quod necessario vrgeat. Ita sanè & hîc dicit: Tantum qui tenet in præsentia, *donec è* medio fiat: hoc est, quãdo è medio sublatum fuerit Ro- *Nero.*

manum

manum imperium,tunc veniet ille.Et non abs re. Donec enim imperij illius timor fuerit,nemo Antichristo statim subdetur: quando verò istud fuerit destructum imperium, vacantem imperij principatum inuadet, & tentabit ad se rapere & hominum, & dei imperium. Quemadmodum enim regna illa destructa sunt, quæ ante Romanum imperium fuerũt,vtpote regnum Medorum à Babyloniis,Babyloniorum à Persis,Persarum à Macedonibus,Macedonum à Romanis: ita & regnũ Romanorum ab Antichristo,& ille à Christo,& posteanõ amplius obtinebit.Et ista nobis Daniel cum magna claritate tradit. Et tunc,inquit,reuelabitur iniquus. Et quid post ista?Propè aderit tum consolatio.Quem dominus Iesus,inquit,consumet spiritu oris sui, & abolebit claritate aduentus sui,eum cuius aduentus est secũdum operationem satanę. Quemadmodũ enim ignis irruens passim minuta animalcula etiam antequam pla nè adueniat procul adhuc disitus torpefacit & consumit:ita & Christus. Sufficiet solum iubere, & adesse illum,atque ista omnia peribũt. Seductionem sistet quãprimum duntaxat comparuerit.Deinde quis ille est,cuius aduentus est secundum operationem satanæ? *In omni potentia,& signis,& prodigiis mendacibus.* Ista prædixit, ne seducerentur qui tum victuri erant:hoc est,omnem ostentabit potentiam. sed nihil veri, verum omnia ad seductionem.Et prodigiis,inquit,mendacij. Aut emẽtitis ac ludificantibus, aut ad mendaciũ inducentibus.

Et in omni seductione iniusticiæ, in iis qui pereunt. Vt quid igitur,inquis,permisit hoc deus fieri? Et quæ est ista dispensatio?Quæ vtilitas aduentus illius,quandoquidem corruptio fit generationis nostræ? Ne timeas dilecte, sed audi quid ipse dicat:In iis,inquit,qui pereunt,potẽs erit: qui etiam si is non venisset, vtique non credidissent.Quæ ergo vtilitas?Quoniam illorum ipsorum qui pereunt,obstruentur ora, quo modo? siue ille venisset, siue non venisset,Christo sanè non credidissent:Venit ergo vt eos arguat,& manifestos faciat. Etenim ne tũc dicant,quoniam Christus seipsum dixit esse deũ,quanquam nusquam apertè hoc dixerit: verũtamen quoniã qui illum secuti sunt, istud prædicarunt, non credidimus,quoniam audiuimus vnum esse deum, propterea non credidimus. Hunc itaque ipsorum prætextum auferet Antichristus.Quando enim ille veniet,& nihil sani præcipiet,sed omnia iniqua ex signis duntaxat mendacibus persuadebit, obserabit ora ipsorum. Si enim Christo non credis,multo magis non oportebat Antichristo credere. Nam ille quidẽ à patre se missum esse dixit, hic verò contrarium. Propterea dixit Christus, Ego veni in nomine patris,& nõ recepistis me: si alius venerit in nomine suo ipsius, illũ recipietis. Sed signa, inquis,vidimus. At & apud Christum multa facta sunt & magna.Igitur multo magis ipsi debebas credere.Atqui de Antichristo multa sunt prædicta, nempe, quòd sit iniquus,quòd sit filius perditionis, quòd aduẽtus illius sit futurus secundum operationem satanę:de Christo verò contraria, quòd sit saluator, quòd innumera bona apportet. *Propterea quòd dilectionem veritatis non receperunt,ad hoc, vt salui fierent, ideo mittet illis deus operationem illusionis,ad hoc, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes qui veritati non crediderunt, sed approbauerunt iniusticiam.* Vt iudicẽtur. Non dixit,vt puniantur: Etenim etiam antea puniendi erant,sed vt condemnentur: hoc est,in iudicio terribili:vt sint inexcusabiles, qui non crediderunt veritati,sed approbauerunt iniusticiam.Dilectionem veritatis Christum vocat. Propterea siquidem, inquit, quòd dilectionem veritatis non receperunt.Erat enim vtraque, & propter vtraque venit, & diligens homines, & pro rebus veracibus. Sed approbauerũt,inquit,iniusticiam. Nam ad perniciem hominum veniet,vt iniurius illis sit.Quid enim tũ non faciet? Omnia mouebit,omnia turbabit,& mandatorum ac metus gratia terribilis erit vndique,à potestate,à crudelitate, ab iniquis mandatis. Sed ne metuas. In iis qui pereunt habebit vires suas. Nam & Helias tum veniet vt fideles communiat. Et Christus hoc dixit: Helias,inquit,veniet,& restituet *Luc.1.b* omnia. In virtute & spiritu Heliæ propterea dictũ est. Neque enim signa operatus est sicut Helias, neque miracula.Nam Ioãnes quidem signum,inquit,nullum fe- *Ioan.10.g* cit: quæcunque verò de illo dixit Ioannes vera erant. Quo modo ergo in spiritu & virtute? Et quo modo in spiritu Helię?Hoc dicit:Idem ministeriũ recipiet.Quẽadmodum iste præcursor prioris aduentus,ita ille præcursor erit posterioris & glorioſi Christi aduentus, atque in hoc custoditur.Ne formidemus ergo.Turbauit quidem auditorum animos,nondũ tamen fecit, vt grauia debeant præsentia putare,sed magis gratiarũ actione digna.Quapropter subiũxit: *Nos autem debemus gratias agere deo semper pro vobis fratres à domino dilecti, quòd elegerit vos deus ab initio in salutem,in sanctificatione spiritus & fide veritatis.* Quo modo in salutem? vt sanctificaret vos per spiritum. Ab istis nanque salutis nostræ summa dependet nusquam ab operibus,nusquã à rectè factis, sed per fidẽ veritatis. Vide illud,in, rursus idem est quod,per. Et sanctificatione spiritus, inquit. *Ad quod vocauit vos per euangelium nostrum, in acquisitionem gloriæ domini nostri Iesu Christi.* Neque hoc exiguum est:si gloriam suam salutẽ nostram ęstimat Christus.Est enim gloria benigni multos esse quos saluet. Magnus est itaq; dominus noster, si salutem nostram ita desiderat spiritus sanctus.Quare non prius fidem dixit? Quia post sanctificationem etiã multa adhuc fide opus habem⁹,ne dimoueatur. Vides quo modo declarauerit nihil eorum, sed totũ esse dei? Ad quod,inquit,vocauit vos per euangelium nostrum in acquisitionem gloriæ domini nostri Iesu Christi.

Itaque fratres state & tenete traditiones, quas didicistis siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Hinc patet quòd nõ omnia per epistolam tradiderint, sed multa etiam sine literis.Eadem verò fide digna sunt tã illa quàm ista. Itaque traditionem quoque ecclesiæ fide dignã putamus. Traditio est,nihil quæras amplius. Ostẽdit hîc multos à traditionibus istis fuisse dimotos. *Ipse verò dominus noster Iesus Christus & deus ac pater noster qui nos dilexit, consolationemq; æternam dedit & spem bonam in gratia, consoletur corda vestra,& confortet in omni opere & sermone bono.* Rursus post adhortationem precatio. Hoc enim demum est verè auxiliari. Qui dilexit nos,inquit, & dedit consolationem æternam & spem bonam in gratia. Vbi nunc sunt qui filium imminuũt,propterea quòd in gratia lauacri post patrem nominatur? Nam ecce contrarium hîc est. Qui dilexit nos, inquit, & dedit consolationem æternam. Quãmnam istam? Spem futurorum. Vides quo modo per modum precationis mentem illorum excitat,dum ineffabilis prouidẽtiæ, curæq; dei pignora ponit & indicia? Consoletur corda vestra in omni opere & sermone bono. Hoc est per omne opus & sermonem bonum.Nam ista est Christianorum consolatio, vt quod bonum est & quod deo probatur,faciãt. Vide quo modo animum illorum reprimit. Qui consolationem,inquit,& spem bonam dedit in gratia. Simul eos & super futuris bene sperantes facit. Si enim talia per gratiam dedit,

τοῦτο γὰρ ἡμῶν ἐστὶ τὸ σωτήριον καὶ σωτηρίας.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dedit,multo magis futura dabit. Ego sanè dixi,inquit, totum verò dei est,confortare,corroborare, ne dimoueamur,neq; deflectamur. Etenim & nostrum, hoc est & dei,tam dogmatum quàm faciẽdorum gratia. Nam hoc consolari est,nempe confortatum esse.Quando enim quis ab instituto non decidit,omnia quæcunq;,sanè passus fuerit,cum multa longanimitate feret: quòd si dimotus fuerit animus, nihil amplius bonarũ & germanarum actionum faciet: sed quemadmodum si quis manibus sit fractis, ita & animus dimouetur & frangitur, si quando non fuerit persuasus quòd ad bonum finem tendat,& veluti occurrat. *Quod superest,orate pro nobis fratres, vt sermo domini currat & glorificetur quemadmodum & apud vos.* Igitur ipse quidem pro eis orauit vt cõfortarentur,petit verò nunc vicissim ab eis vt orent pro iis quæ ipsum decebant, non vt nullum sit periculum:nã in hoc positus erat,sed vt sermo domini currat,inquit, & glorificetur,sicut & apud vos. Habet & encomium ista petitio. Sicut & apud vos,inquit: *Et vt eripiamur ab absurdis & versutis hominibus.Non enim omnium est fides.* Hoc declarantis est in quibus & ipse periculis sit, quod quidem illos potissimum cõsolabatur.Ab absurdis,inquit, & versutis hominibus. Nõ enim omnium est fides.De iis itaque dicit qui prædicationi contradicebant, de iis qui resistebant & dogmata impugnabãt. Hoc enim innuit cum dicit:Nõ enim omnium est fides. Videtur autem mihi non pericula hîc innuere, sed contradictores,& qui sermonẽ ipsius impedichant,vt faciebat Alexander ærarius. Nam valde,inquit,restitit sermonibus nostris.Quasi dicat,tales non sunt quibus daretur, ac si de patricia sorte dixisset,non omnium est in regiis militare.Simul verò & excitat eos. Siquidem tantum habent apud deum fiduciæ, vt & doctorem queant à periculis liberare, & prædicationem illi prosperam & liberam reddere. Eadem itaque & nos dicimus. Nemo nos arrogantiæ cõdemnet, neque ex immoderata animi abiectione tanto nos precum suarum adiutorio priuet. Neque enim nos eodem hoc animo dicimus, quo Paulus dixit. Nam ille discipulos consolari volens ista dixit: nos verò vt magnum quid & vtile lucremur. Et vehementer credimus si voluissetis omnes manus vestras vnanimiter ad deum pro nostra mediocritate extendere,cuncta vos assequi posse. Ita expugnemus hostes nostros precibus & supplicationibus. Si enim contra armatos ad eum modum pugnarunt veteres, multo magis contra inermes ita pugnandum nobis est. Ita vincebat Ezechias Assyrium, ita Moyses Amalecitas, ita Ascalonitas Samuël,ita Israël triginta duos reges.Si vbi armis opus erat & exercitu & pugna, relictis armis ad orationem confugerunt: vbi duntaxat orationibus conficienda sunt negocia, quo modo non multo magis orandum est?Sed illic,inquis,qui præsidebant, obsecrabant pro populo, tu verò petis vt populus oret pro præsidente.Noui & ego.Nam tunc quidem subditi miseri erant & humiles ac rudes, quapropter sola fiducia & virtute ducis seruabãtur. Nũc verò posteaquam data est gratia dei & in subditos,multos, immò plures reperiemus qui magna parte principem excellant.Ne priuetis nos isto auxilio,erigite & sustẽtate manus nostras ne dissoluantur:aperite os nostrum,ne obseratur:obsecrate deum,obsecrate propter ista. Pro nobis quidẽ est quod fit,totum vero fit pro vobis. Nã ad vestram vtilitatem positi sumus,& quæ vestra sunt curamus. Orate tam seorsim quisque quàm in communi. Vide Paulum dicentem,Vt pro dono quod in nos collatum est, per multos agantur pro nobis gratiæ:hon est, vt multis det gratiam. Si apud homines, quando populus viros condemnatos & ad mortem abducẽdos ad regem accedens dari sibi petit,& rex multitudine populi permotus ac placatus sentẽtiam latam tollit & immutat:multo magis & à vobis placabitur deus, non propter multitudinem, sed propter virtutem. Habemus enim nos vehementem hostem. Nam quisque vestrum suaipsius curat & administrat: nos verò quæ simul sunt omniũ. Nostra hæc est portio in qua stamus vt bellum cõficiamus.Contra nos vehementius armatur hostis. Nam in bellis ante omnes conatur ducem prosternere qui cõtrarius est. Quapropter circa illum omnes commilitones cursitant: quapropter multa circa illum tumultuatio est,vnoquoque eum eripere satagente, scutis illum obsepiunt,caput ipsius cõseruare volentes.Audite quid ad Dauidem dicat omnis populus: (Nõ vt Dauidi meipsum conferam ista dico,non ita insanio,sed vt populi amorem & benevolentiã erga principem declarem.) Ne egrediaris,inquiunt,ad bellum nobiscum,ne extinguatur lucerna Israëlis. Vide quanta cura seni pepercerint.Admodum opus habeo vestris precationibus.Nemo me, quẽadmodum dixi, ex immoderata animi abiectione isto auxilio & adiutorio priuet. Si nostra fuerint celebria,erunt & vestra illustriora:si nobis doctrina abundè affluxerit, in vos istæ diuitiæ redundabunt. Audi prophetam dicentem:Num seipsos pascunt pastores? Vides Paulum continuè istas orationes exquirentem:Audis Petrum hoc pacto ẽ carcere ereptum esse,ꝙ oratio continua pro illo fieret? Vehemẽter credo precationem vestram multa posse, si tanto fiat consensu. Quãto putatis mediocritatem nostram excedit, vt pro tanto populo ad deum accedam & supplicem? Nam si pro meipso fiduciam precari & impetrare nequeo,multo minus pro aliis.Illustrium nanque virorum: hoc est, vt & aliis orent deum esse propicium, eorum, scilicet, qui eum sibiipsis primùm mitem ac benevolum reddiderũt. Qui verò & ipse deum offendit, quo modo orabit pro alio? Veruntamen quoniam paternis vos complector visceribus, quoniam charitas omnia audet, nõ solum in ecclesia, sed & domi ante reliqua omnia pro salute vestra tam spirituali quàm corporali precationẽ facio. Non est enim aliqua alia precatio quæ sacerdotẽ adeò deceat, atque vt pro populi commodis priusquã pro suiipsius ad interpellandum ad deum accedat. Si enim Iob mox atq; surgebat pro filiis suis carnalibus tãta faciebat, quanto magis pro spiritualibus nos hoc facere debemus? Ad quid autẽ ista dico? Ad hoc, vt si nos pro vobis omnibus precationes & obsecrationes facimus, tametsi tantopere rei istius magnitudini impares sumus,multo magis æquum sit vt vos istud faciatis. Est enim vehemẽter temerarium & quod multam exigat fiduciam, vnum orare pro multis. Multos verò simul coniunctos pro vno precationem facere nihil fuerit onerosi. Nõ enim suæ quisque virtutis intuitu hoc facit, sed multitudinis & concordiæ, qua deus potissimum vbique placatur. Nam vbicunque fuerint duo vel tres congregati in nomine meo,ibi sum,inquit Christus,in medio eorum. Si in medio est vbi duo vel tres congregati sunt,multo magis est in medio vestri.Quòd enim quis apud seipsum precatus accipere non poterit, hoc cum multitudine precatus accipiet.Quare? Quia etiam si non propria virtus, tamen cõcordia multum potest. Vbicunq;,inquit,duo vel tres congregati fuerint.Quare de duobus dixit? Etenim si vnus alicubi fuerit in no

Cap.III.

†*vt orent p ipso æquum esse iudicans,*

2.Reg.21

Ezech.34.d

Actor.12.c

Iob.1.b

Matt.18.c

mine tuo,

mine tuo,quamobrem non & illic es? Quia omnes si- A
mul esse volo,& non diuelli. Constipemus itaque nos
inuicem,& colligemus per charitatem:nemo nos sepa-
ret. Si quisquam est qui queritur, si quisquam læsus est:
non hoc in animo contineat,siue erga proximum,siue
erga nos.Hanc à vobis gratiam peto,vt nosipsos acce-
datis & queramini, & à nobisipsis excusationem acci-
λεγξον, piatis. Argue,inquam,proximum,ne forte non dixe-
argue, vel, rit quod quereris: argue & conuince, ne forte nõ fece-
coplura & rit quod quereris:& si fecerit,ne quicquam addat. Aut
intelliga, enim hoc pacto nos excusaremus ac defenderem*, aut
si & paulo si damnabiles essemus veniam peteremus,& tẽtaremus
post accipe- in posterum non amplius in eadem incidere. Istud &
vobis prodesset & nobis. Nam vos quidem præter ra-
tionem criminati cõperta rei veritate corrigeremini,
nos verò cõperto peccato nostro corrigeremur & ipsi.
Vobis quidem non prodest quòd criminamini. Nam B
supplicium decretũ est illis qui quoduis ociosum ver-
bum effutiunt,nos verò criminibus istis liberabimur siue
falsa sint siue vera.Si falsa,ostendentes & probantes
ea esse falsa.Si vera,non amplius ea facientes. Est enim
plurimum necesse,vt qui tãta administrat,multa ignore-
ret,atque adeò ex ignorantia delinquat.Si nanque do-
mum quisque vestrum habens,& vxorem,& liberos,&
mancipia, hic quidem plura, ille verò pauciora guber-
nans: nihilominus in tam paucis animabus plurimum
subinde contra animi sententiam,siue ignorans siue e-
tiam corrigere quicquam volens, delinquere cogitur:
multo magis nobis hoc vsu venit tãtę multitudini prę-
sidentibus.Quin adhuc amplius multiplicet vos domi-
nus,& benedicat vos paruulos cum maioribus: licet e-
nim magna cura & solicitudo ex populi multitudine
nascatur,non tamen cessamus orãdo, vt ea nobis cura C
augeatur,& hæc multitudo crescat, & plurimum mul-
tiplicetur,& infinita reddatur.Nam & patres quanquã
ex multitudine liberorum plerunque obtundãtur, ni-
hilominus tamen nullũ ex ipsis amittere cupiunt.Cun-
cta nobis & vobis paria sunt,& ipsa etiam bonorũ prin
cipalia.Non enim nos abundantius & vos minus de sa
cra mensa participamus,sed pariter & æquè illam vtri-
que degustamus. Si verò ego primus,nihil hoc magni
fuerit,quãdoquidem & apud pueros qui senior est, pri
mus ad conuiuium manum suam immittit. Veruntа-
men nihil hinc est prærogatiuæ,sed omnia nobis paria
sunt,eadem salus,& eadẽ vita animas nostras coaptans
cum eodem vtrisque honore datur. Non de alio qui-
dem ego,de alio verò vos,sed de eodem agno partici-
pamus. Eundem baptismum habemus vtrique,spiritu
dignati sumus eodem,ad idem regnum properamus & D
luctamur vtriq;,fratres ex æquo sumus Christi, omnia
nobis sunt communia, vbi ergo est in quo ego excel-
lam?In curis scilicet,in laboribus,in solicitudinibus,in
dolore quo vestri gratia premor. At nihil est isto dolo-
re suauius.Nã & mater pro filio suo dolens dolore de-
lectatur,solicita est pro natis suis, gaudet & lætatur su-
per curis suis.Quanquam cura in seipsa amara est,atta-
men quando impenditur pro liberis, multũ habet vo-
luptatis. Complures vestrum genui: verumetiam post
partum corripior doloribus.Apud corporales quidem
parentes præcedunt parturitionũ dolores,& tunc par-
tus subsequitur: hîc verò ad extremum vsque suspiriũ
dolores sunt,ne qua etiam post partum fiat abortio:at-
que ita desiderio obtundor ego. Nam etiã si alius quis-
quam est plerunque qui genuit, ego tamen curis rum-
por. Neque enim ex nobisipsis generamus, sed totum

est gratię dei.Si ergo vtrique per spiritum generamus,
nõ peccauerit aliquis,si & eos qui à me nati sunt,illius,
& eos qui ab illo meos esse dixerit. Hæc itaque omnia
considerate,& manus porrigite, vt gloriatio nostra si-
tis,& nos vestra in die domini nostri Iesu Christi: quã
contingat nos omnes cũ fiducia videre in Christo Ie-
su domino nostro &c.

Homilia quinta.

*Fidelis est autem dominus,qui stabiliet vos & custodiet à
malo.Cõfidimus autem per dominum de vobis,quòd quæ
præcipimus vobis, & faciatis, & facturi sitis. Dominus
vero dirigat corda vestra in dilectionem dei & patientiam Christi.*

Neque oportet nos totum sanctorum orationibus
committentes ociosos esse & maliciæ attendere, nemi-
nẽmque iuuare, neque rursus quæ bona sunt operatos,
auxilium illud contemnere. Nam plurimum potest,&
magna est precatio quæ pro nobis fit,sed quãdo & nos
cooperamur. Quapropter & Paulus posteaquam pro il
lis precatus est,rursus authoritatem ex promissione in-
ducens dicit, fidelis est autẽ dominus qui stabiliet vos,
& custodiet à malo.Si enim elegit vos ad salutem,non
fallet, neque perire vos permittet. Ne verò per ista ad
desidiam eos inducat,& ipsi totum dei esse putãtes ob-
dormiant,vide quo modo & ab ipsis cooperationẽ ex-
petat,dicens:Confidimus autem per dominum de vo-
bis,quòd quæ pręcipimus vobis,& faciatis,& facturi si-
tis.Fidelis quidem est deus,inquit:& quia salutem pro-
misit, omnino saluabit, sed quemadmodum promisit.
Quo modo promisit?Si voluerimus, & audierimus ip-
sum, non simpliciter, neque ociosi velut ligna & lapi-
des.Bene verò illud,confidimus per dominum,posuit:
quasi dicat,benignitati ipsius credimus. Rursus eos re-
primit,totum ad deum applicãs. Nam siquidem dixis-
set:Cõfidimus autem per vos,fuisset quidem magnum
encomium, verum interea non ostendisset illis omnia
in deum esse reiicienda.Si verò dixisset:confidimus au
tem per dominum,quòd custodiet vos,& non adiecis-
set,de vobis:&,quòd quæ pręcepimus vobis,& faciatis
& facturi sitis,ociosiores eos ac pigriores reddidisset,ex
eo quòd totum in diuinam potentiam cõiecisset. Nam
oportet quidem totum in deum proiicere, sed ita vt &
ipsi operemur, & labores, & certamina aggrediamur.
Et ostendit,quòd tametsi virtus duntaxat ad saluãdum
sufficisset, nihilominus oportere illam & perseueran-
tem, & nobiscũ donec ad nouissima vsq; suspiria per-
ueniamus præsentem esse. Dominus verò,inquit,diri-
gat corda vestra in dilectionem dei, & in patientiam
Christi. Rursus eos laudat,& precatur simul,curam ac
prouidentiam suam declarans. Quoniam enim ad in-
crepationem erat migraturus, corda eorum istis velut
oleo prelinit,nempe quod dicit,confidimus autẽ quòd
obedietis,& quod orationes eorũ expetit,& quòd rur-
sus illis innumera bona imprecatur. Domin* verò,in-
quit,dirigat corda vestra in dilectionẽ dei. Sunt enim
multa quæ à dilectione dei deflectunt & abducunt, &
multa diuerticula quæ illinc extrahunt, primùm quidẽ
mammonæ,velut impudentes quasdam manus animæ
nostræ iniicientis, & potenter ac tenaciter corripiẽtis,
& inuitos quoque abducentis & trahentis, deinde va-
næ gloriæ studium, & afflictiones sæpenumero & ten-
tationes subuertũt.Quapropter quasi flatu quodam di-
uino auxilio egemus,vt velũ nostrum velut vehemen-
ti quodam vento ad dilectionem dei trãsmittatur. Et-
enim ne mihi dicas,diligo deum,etiam plus quàm me-
ipsum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipſum, Verba ſunt iſta. Oſtende hoc ipſis operibus. Si diligis eum plus quàm teipſum, dilige plus quàm argentum: & tũc credã, quòd & plus quàm teipſum illum diligas. Cum verò pecunias propter deum non contemnas, quo modo teipſum cõtemnes? Quid verò pecunias dico? Qui auariciam non contemnis, quod tamen etiã ſine præceptis dei facere oportebat, quo modo cõtemnes teipſum? Et in patientiam, inquit, Chriſti. Quid eſt, in patientiam? Vt patiamur quemadmodum ille paſſus eſt, aut vt eadem faciamus, aut vt cum patientia ipſum expectemus: hoc eſt, vt prompti & parati ſimus. Quoniã enim multa pollicitus eſt, & ipſe venturus eſt ad iudicandum viuos & mortuos, vt præſtolemur eum, & patientes ſimus. Vbi verò patiẽtiam dicit, ibi omnino afflictionem innuit. Hoc enim eſt diligere deum, ipſius gratia pati, & nihil turbari. *Præcipimus autem vobis fratres in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubducatis vos ab omni fratre qui inordinatè ambulat, & non ſecundum traditionem quam accepit à nobis.* Hoc eſt, non nos iſta dicimus, ſed Chriſtus. Nam hoc eſt quod dicit, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Terrorẽ præcepti declarat quod per Chriſtum pręcipit: igitur Chriſtus præcepit, vt nuſquã ocioſi ſimus. Vt ſubducatis vos, inquit, ab omni fratre. Ne mihi diuitem obiicias, neque pauperem, neq; ſanctum aliquem: confuſio eſt iſtud & indigeſta diſſolutio. Ambulat, inquit: hoc eſt, viuit. Et non ſecundum traditionem quam accepit à nobis. Traditionem dicit, quæ per opera eſt, & dominus ſemper illam traditionem vocat.

Nam ipſi ſcitis quo modo oporteat imitari nos, quoniam non inordinatè egimus inter vos, neque gratis panem comedimus à quoquam.

Quanquam ſi comediſſet, gratis tamen non comediſſet. Dignus eſt enim, inquit, operarius mercede ſua.

Matt.10.b & Lu.10.b & 1.Timot. 5.c

Sed cum labore & ſudore nocte ac die operantes, ad hoc, ne quẽquam veſtrum grauaremus, non quòd poteſtatem non haberemus, ſed vt nosipſos formam exhiberemus vobis ad imitãdum nos. Nam cum eſſemus apud vos, hoc vobis præcipiebamus, vt ſi quis nollet operari, is neque ederet. Vide quo modo in priore quidem epiſtola, blandius admodum de iſtis ſermocinetur, vt quan-

1.Theſſ.4.a do dicit: Obſecramus autem vos fratres, vt magis abũdetis & in hoc incumbatis: & nuſquam dicit, præcipimus, neq; in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, quod terribile erat & cum periculo coniunctum: ſed vt abũdetis, inquit, & in hoc incumbatis, id quod erat ad virtutem incitantis, vt cum decoro, inquit, ambuletis: hîc verò nihil tale, ſed ſi quis operari non vult, inquit, neq; edat. Si enim Paulus operandi neceſsitatẽ non habens, ſed ociandi poteſtatem, quique tantum opus adminiſtrandum ſuſcepit: nihilominus operatus eſt, & nõ vulgariter ac leuiter operatus, ſed nocte ac die, vt & aliis ſuppeditare poſſet, multo magis alios oportebat hoc facere. *Audimus enim quoſdam ambulantes inter vos inordinatè, nihil operantes ſed curioſe agentes.* Iſtud hîc dicit: Illic verò

1.Theſſ.4.c in priore epiſtola, Vt cum decoro, inquit, ambuletis erga extraneos. Cur hoc? Forſan nihil dum tale ab illis fa

Act.20.g ctum erat. Nam alibi laudans dixit, Beatius eſt dare q̃ accipere. Illud verò, Vt cum decoro ambuletis, non de inordinata diſſolutione eſt: quapropter & ſubiunxit, vt nullius indigeatis. Hîc verò ad aliam neceſsitatem ponit, vt quod honeſtum eſt & bonum erga quòſuis, faciant. Progreſſus nanque, ne defatigemini, inquit, in benefaciendo. Nam omnino neceſſe eſt, vt curioſus ſit, qui cũ operari poſſet, ocioſus eſt. Eleemoſyna verò ſolis illis datur qui manuum ſuarum operatione & labore ſibiipſis victum ſufficere nequeunt, aut illis qui alios docent, & toti ad doctrinæ ſermonem dediti & occupati ſunt. Non enim os, inquit, obturabis boui triturãti. &, Dignus eſt operarius mercede ſua. Itaque nehîc quidem ocioſus eſt, ſed operationis eiúsq; magnæ mercedem accipit. Ocioſum verò orare, & ieiunare non eſt opus manuum. Operationem nanque hîc dicit, quæ per manus fit. Et ne tale quicquam ſuſpiceris, ſubiungit, nihil operantes ſed curioſe agentes. *His autem qui eiuſmodi ſunt præcipimus, & obſecramus per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* Quoniam vehementer reprehenderat, mitiorem volens reddere ſermonem, ſubiunxit, per dominũ, rurſus & authoritatẽ & terrorem adiũgens: *Vt cum quiete operantes ſuumipſorum panem edant.* Quamobrem nõ dixit, Si verò ordinatè ſe non geſſerint, non nutriantur à vobis? Sed vtraque exigit, vt & in quiete ſint, & operẽtur. Suumipſorum panem, inquit, edant nõ alienum. *Vos verò fratres ne defatigemini in benefaciendo.* Vide quo modo confeſtim rupta ſint paterna viſcera. Non potuit vlterius increpationem producere, ſed rurſus eorũ miſertus eſt. Et vide cũ quanta prudentia. Non dixit: Verũtamen ignoſcite illis donec corrigantur, ſed quid? Vos verò ne defatigemini in benefaciendo. Subducite quidem vos ab illis, inquit, & increpate eos, attamen ne cõtemnatis fame pereuntes. Quid igitur, inquis, ſi copiam alimenti apud nos habens ocioſus permãſerit? Ad hoc, inquit, placidum ac mite pharmacum dedi, nempe, vt ſubducatis vos ab eo: hoc eſt, nullam illi fiduciã huius faciatis, oſtendite vos iraſci. Non exiguum hoc eſt. Talis enim fit ad fratrem increpatio. Siquidem verè correctum volumus, ne ignoremus correptionis modos. Nam dic mihi: Si carnalem haberes fratrem, an contẽneres eum & negligeres fame tabeſcentem? Ego quidẽ non puto. Attamen & corrigeres eum. *Si verò quis non obedit ſermoni noſtro per epiſtolam.* Non dixit, ſi quis nõ obedit, mihi non obedit. *Hunc indicate.* Non modica eſt iſta inſtructio. *Ne commercium habeatis cum illo.* Deinde rurſus: *Vt pudore ſuffundatur.* Et non permittit eos vlterius progredi. Quemadmodum enim cum dixiſſet: ſi quis nõ operatur, neque comedat, veritus ne fame pereat, ſubiunxit: Vos verò ne defatigemini benefaciẽdo: ita & cum dixiſſet, Subducite vos, & ne commercium cum illo habeatis, veritus ne hoc ipſum è fraternitate illum excîdat, (Qui enim animum deſpõdet, niſi aliquid fiduciæ recipiat, mox perit,) ſubiũxit: *Et non vt inimicum eum habeatis, ſed admonete vt fratrem.* Per hoc vtraq; declarat. Quod & magnum aduerſus illum ſupplicium præſcripſerit, eo quòd fiducia eum priuat. Si enim probro dignum eſt accipere, etiam ſi cũ multis ſit qui accipit, ſi quando & increpantes præbuerint, & ſeſe ſimul ſubduxerint, quanti probri fuerit iſtud? quàm validum ad mordendum accipientis animum? Si enim qui duntaxat cunctabundi dant, aut murmurantes incẽdunt accipientes, (neque enim mihi de impudentibus mẽdicis dicas, ſed de fidelibus,) ſi cum increpatione daturi fuiſſent, quid non effeciſſent? Quod ſupplicium non adæquaſſent? Nos non ita, ſed mendicos nõ aliter vituperamus & auerſamur, quàm ſi maximam nobis iniuriã intuliſſent. Nõ das, vt quid & moleſtus es? Admonete, inquit, vt fratres: nõ vituperate, vt inimicos. Qui fratrem admonet, non publicè hoc facit, non oſtentat conuicium, ſed priuatim, & cum multa attentione & dolore, & animi moleſtia, lachrymans & lugẽs. Ex fraterna itaque mente præbeamus, ex fraterna volũtate admoneamus, non tãquam dolẽtes propterea quod dandum ſit, ſed velut ideo dolentes quòd ille præceptum trãſgreſſus eſt. Alioqui quid proderit? Nam etiam ſi dando vi-

1.Cor.9.b & 1.Timot. 5.c

vel, Si verò ordinatè ſe geſſerũ nutriantur à vobis?

ruperas,perdis tamen largitionis iucunditatem. Quã- A
do verò ne das quidem & tamẽ vituperas,quanto ma-
lo non afficis miserum illum & calamitosum? Accessit,
tanquam misericordiam inuenturus apud te, accepta
verò letali plaga abscedit, magis etiam illachrymans.
Si nanque propter penuriam mẽdicare cogitur, prop-
terea verò quòd mendicat vituperatur, vide quantum
vituperatores istos supplicij maneat. Irritas factorem
eius. Nam dic mihi: Ipse permisit eum tui gratia pauperem fieri, vt tibi copia esset illum curandi: & tu eum
qui propter te eget, vituperas? Quantæ improbitatis
sunt ista? Quantæ ingratitudinis est hoc factum? Admonete, inquit, vt fratres: vt simul dãdo admoneamus
iussit. Quòd si non dantes etiam vituperauerimus, quæ
erit nobis excusatio? *Ipse autem dominus pacis det vobis pacem sẽper omnibus modis.* Vide quo modo cum quæ faciẽ-
da sunt imperat, oratione illa obsignet, quasi quædam B
depositorum signacula ponens precationem & supplicationem. Det vobis, inquit, pacem omnibus modis.
Quoniam enim fieri poterat, vt ex istis nascerentur
dissidia, siquidem illi intractabiliores & asperiores redderentur, isti verò non amplius talibus pariter attenderent, non abs re nunc istud imprecatus est. Det vobis, inquit, pacem semper. Nam hoc est quod quæritur,
vt semper illam habeamus. Quid est, omnibus modis?
Ne vllo pacto contentionis sit occasio. Pax enim vbique bona est, quandoquidem & erga extraneos. Nam
Roma.12.d audi ipsum alibi dicentem: Si fieri potest quantum in
vobis est, cum omnibus hominibus pacem habete. Nihil enim adeò est ad ea quæ exequi volumus accommodum, atque paci esse deditum & quietum, & ab inimicicia liberum, & nullum habere hostem. *Dominus sit* C
cum omnibus vobis. Salutatio mea manu Pauli: quod signum est in omni epistola. Ita scribo. Gratia domini nostri Iesu Christi sit cum omnibus vobis, Amen. Hoc dicit se in omni epistola scribere, ne cuiquam liceat ipsas epistolas subscriptione, tanquam magno posito signo & indicio, adulterare. Salutationem verò vocat precationem, ostendens eos cuncta spiritualia tum fecisse, & quando salutatione opus
habebant, cum fructu rem istam fuisse, & precationem
non simpliciter esse amicitiæ symbolum. Ab ista verò
cœperat, & rursus in eandem desiit. Ingentibus muris
quæ dicta sunt, vtrinque communiẽs, tuta locauit fundamenta, & consummationem quoque tutam & secu-
ram imposuit. Gratia vobis, inquit, & pax: & rursus, Gra
Tit.3.a tia domini nostri Iesu Christi sit cum omnibus vobis,
Amen. Hoc & dominus pollicitus est dicens discipu-
Matt.28.d lis: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad
consummationem seculi. Sed hoc fit, quando nos vo- D
luerimus. Non enim omnino nobiscum est, quando
nosipsos porrò subducimus. Vobiscum, inquit, semper
ero. Ne repellamus itaque gratiam, vt subducatis vos,
inquit, ab omni fratre inordinatè ambulãte. Magnum
tunc erat hoc malum, nempe à plenitudine & consortio fratrum diuelli ac segregari. per hoc ergo vindictã
de omnibus sumit, quemadmodum & alibi Corinthiis
scribens, dixit: Cum tali, inquit, ne cibum quidem su-
1.Cor.5.d mite. Sed nunc complures illud non adeò magnum esse putant, sed omnia confusa sunt & corrupta, cũ adulteris, cum scortatoribus, cũ auaris temerè, & cum quibusuis commiscemur. Si ab eo subduci nos oportet, qui
ociosè dũtaxat alitur, quãto magis ab aliis? Et vt discas
quàm fuerit terribile à congregatione fratrum separari, & quantum ferant lucri qui castigationem animo benenolo suscipiũt, audi quo modo habuerit ille qui pec-

cato suo erat inflatus, qui ad extremam maliciam deue
nerat, qui fornicatione fornicatus fuerat, qualis nec inter gentes nominatur, qui susceptum vulnus non sentiebat. (Ea quippe est peruersionis hyperbole.) Iste igitur talis, ita est flexus & repressus, vt Paulus postea di-
xerit: Sufficit ei qui huiusmodi est, correptio ista quę est *2.Cor.2.b*
à pluribus: itaq; facite vt abundet in illã charitas. Quẽ-
admodum enim membrum à reliquo corpore diuulsum, ita tunc erat à fratribus segregari. Quę verò huius
causa: Et vnde erat istud tum adeò terribile? Quoniam
& cum ipsis esse magnum bonum illis habebatur. Quẽ-
admodum enim qui iisdem habitant ædibus, & sub vno patre degunt, vniúsque mensæ consortes sunt, ita
tunc in singulis habitabant ecclesiis. Extra tantam itaq;
charitatem excidere, quantum putas malũ fuerit. Nunc
verò nihil videtur esse magni, propterea quòd neque
si quando simul adunati sumus, magni quicquam puta
tur. Quod tunc supplicij loco erat, illud nunc propter
multum charitatis algorem etiam præter supplicíũ fit,
& ali* ab alio temerè & frigiditatis gratia subducimur.
Nam omnium malorum causa est, quòd nulla est charitas. Hoc omnia dissoluit, & quæ in ecclesia grauia fue
runt & illustria in quibus exultare & gloriari debebamus, demolitũ est. Magna est doctoris fiducia, si quando ex propriis virtutibus discipulos increpare poterit.
Quapropter & Paulus dixit: Scitis enim ipsi quo modo *Hic sup.b*
nos imitari oporteat, & vita magis debeat præstare doctor quàm sermone. Nemo verò putet istud esse iactãtiæ. In necessitatem quippe adactus hoc locutus est, &
ad communem vtilitatem. Quoniam non inordinatè *Ibidem.*
nos gessimus, inquit, inter vos. An nõ ex eo vides animi modestiam? quam largitionem vocat, & * constan- * τὴν εὐτα-
tem decori conseruationem? Non inordinatè nos ges- ξίαν.
simus, inquit, inter vos, neque gratis panem manducauimus. Ostendit hîc eos & pauperes forsan fuisse. Et ne
mihi dixeris pauperes † fuisse.] Nam de pauperibus & † non fuisse]
de iis loquitur, quibus necessaria alimonia non aliter *germ.*
suppetebat quàm ex labore manuum. Non enim dixit,
vt à patribus suis habeant, sed vt operantes suum ipsorum panem manducent. Si enim ego, inquit, præco ser
monis doctrinæ timebã grauare vos, multo magis qui
vos nulla in re iuuat. Nã hoc verè est oneri esse. Onus
autem est, quando quis nõ cum multa animi promptitudine largitur. Verum non hoc innuit, sed quòd nulla facultate fuerint. Qua nanque ratione non operaris?
Manus tibi deus in hoc dedit, non vt ab aliis accipias,
sed vt aliis des. Dominus vero, inquit, sit vobiscũ. Hoc
possumus & nobisipsis imprecari, si quæ domini sunt fe
cerimus. Audi quippe quid discipulis suis dicat Chri-
stus: Euntes, inquit, docete omnes gentes baptizantes *Matt.28.d*
eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, docentes
eos seruare omnia quæcunque præcepi vobis. Et ecce
ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi, Amen. Et ecce ego vobiscum sum
omnibus diebus vsque ad consummationem seculi, si
ista omnino feceritis. Quòd enim non solum istis promiserit, sed & illis qui vestigia ipsorum subsequuntur,
ex eo liquet quòd dicat, vsque ad cõsummationem seculi. Quid ergo ad eos dicit, qui doctores non sunt?
Quisque vestrum, si volet: doctor est, etsi nõ alterius, tamen suiipsius. Doce teipsum primũ. Si docueris omnia
quæcunq; Christus præcepit seruare, & per hoc multos
habebis æmulatores. Quemadmodum enim lucerna,
quãdo ipsa illustris est innumeras alias incẽdere potest,
extincta verò neq; seipsã illuminat, neq; alias lucernas

incendere valet:ita habet & vita mũda. Si lumen quod in nobis est splendidum fuerit, innumeros tam doctores quàm discipulos velut archetypo proposito faciemus. Neque enim ita quæ à me dicuntur auditoribus prodesse possunt sicut vita nostra. Etenim sit vir quispiam deo charus, & virtute illustris, & vxorem habẽs, (nam potest deo placere etiam qui vxorem habet & liberos, & famulos, & amicos.) an iste non multo magis quàm ego cunctis prodesse poterit? Nã me quidem semel atque iterum in mense, vel ne semel quidem, audientes, quæcunque audierint, forsan vsque ad ecclesię limen conseruantes confestim amittunt, vitam verò illius indesinenter videntes magna lucrantur. Quando enim vituperatus non vicissim vituperat, an non prope mansuetudinis suæ pudorem ac reuerẽtiam in animum vituperantis infigit & insculpit? Etsi non statim vtilitatem acceptam fatebitur, propter iram, vel dedecoris metum, vel pudorẽ, nihilominus tamen mox sensum illius accipiet. Est autem impossibile, vt homo cõuiciator, etiam si bestia sit, patiẽti cuidam & iniuriarum toleranti adiunctus, non cum magno lucro discedat. Bona nanque etiam si non faciamus, nihilominus tamen laudamus omnes & admiramur. Mulier rursus si viderit virum mansuetum, plurimum lucrabitur semper illi coniuncta. Pari ratione & filius. Potest ergo vnusquisque doctor fieri. Etenim ædificate, inquit, vos inuicem alius aliũ, quemadmodum & facitis. Nam dic mihi, Obtigit damnum aliquod domui tuæ? Vxor turbatur, tanquã imbecillior, & magis mundana, & sumptuosior, & ornandi studiosior: vir verò si philosophus fuerit, & damni contemptor, & illam cõsolatur, & suadet vt fortiter ferat. An non ille, dic quæso, multo magis proderit quàm nostri sermones isti? Etenim facilè est de patientia dicere: facere verò, si quando in necessitate constituti sumus, cuius difficile est. Quapropter magis ab ipsis operibus corrigi solet humana natura, & tanta est virtutis excellentia, vt & seruus plerunq; vniuersæ domui cum ipso hero prosit. Neque enim frustra neque temerè illis continuè virtutis studium præcipit Paulus, & exigit, vt heris suis morigeri sint, non tantum curans quo modo dominis ministretur, quantum ne sermo dei & doctrina blasphemetur. Quando verò nõ blasphematur, statim & admirationi habetur. Et noui complures † domos, quæ plurimum lucri ex seruorum virtute ceperunt. Si verò seruus qui sub potestate constitutus est dominum suum corrigere potest, multo magis poterit dominus corrigere seruos. Participate mecum, obsecro, in isto ministerio. Ego cum omnibus in communi sermocinor, vos separatim vnicuiq;, & quisque moliatur proximorum salutem. Quòd enim oporteat virum domui suæ etiam in istis præesse, audi quò mulieres mittat Paulus: Si verò quicquam discere volunt, inquit, domi viros suos interrogent. Non adducit eas ad doctorem. Quemadmodum enim in literarum exercitiis & studiis, & in disciplinis, sunt doctores: ita & in ecclesia. Vult enim doctorem non ab omnibus interturbari. Quare? Quia magna hinc bona futura sunt. Non solum quòd leuis redditur & facilis doctori labor, sed quòd & quisque discipulorũ statim impensa cura doctor euadere potest, eandem habens solicitudinem. Etenim vide quantum ministerium induat, vxor domũ gubernat, & omnia quæ in domo sunt curat, ancillis præest, circa manus ipsius versantib⁹, puerorum te patrem vocari facit, prostibulis liberat, ad castitatem opitulatur: œstrum naturæ sedat. At vicissim

1. Thess. 5. b

† dominos, qui Germ.

1. Cor. 14. g

A benefac illi & tu. Quo modo? In spiritualibus manum porrige. Si quando audieris vtilia quædam, illa quemadmodum hirundines, ore portans domum abducito, & ori tam matris quàm pullorum indito. Quo modo nanque absurdum non est, quòd in aliis quidem priores tibi vindicas, & capitis locum obtines, in doctrina verò debitum munus deseris? Præpositum oportet non honoribus sed virtutibus subditos excellere. Nam hoc præpositi est. Illud quidem subditorum est, hoc verò ipsius præpositi officium. Si multo frueris honore, nihil hoc ad te. Etenim ab aliis accepisti. Si multa virtute illustris es, illud planè tuum est. Caput es vxoris, corrigat ergo caput reliquum corpus. Non vides quo modo caput nõ tantum loco supra reliquum corpus emineat, quantum prouidentia, quasi gubernator quidam totum ipsum corrigens? Nam in capite sunt tam corB poris quàm mentis oculi. Illinc dimanat istis videndi vis, illinc ratio. Et reliquum quidem corpus ordinatur ad ministrandum, caput verò ad imperandum positum est. Omnes sensus illinc initium habent & fontem. Organa vocalia illinc prodeunt, videndi vis, vis odorandi, & omnis tangendi virtus. Etenim neruorum radix, & ossium, illic consistit. Vides quòd caput prouidentia magis quàm honore excellat. Ita imperemus & nos vxoribus. Superemus eas, non vt maiorem ab illis exigamus honorem, sed vt illæ maioribus à nobis beneficiis cumulentur. Ostendi non modica nobis beneficia per illas fieri. Verum si voluerimus in spiritualibus vicem rependere, vincemus nos. Nam in corporalibus nihil potest à nobis adduci quod illis correspondeat. Quid enim proferetis? Multas pecunias? At illa custos earum est. Prouidentia eius huic bono tuo correspoC det. Atque ea ita opus habes, quòd multi cuncta, quæ possidebant, propterea perdiderint: quòd vxorem, quę conseruasset, non habebant. Sed liberorum gratia cõmunicatis vtrique, & æquum est vtriusque beneficium, immò illa multo laboriosius in istis officiũ habet, perpetuò ferens quod conceptum est, & pariendi doloribus perfracta. Itaque in solis spiritualibus potiores habere potes. Ne sit cura quo pacto pecunias acquiramus, sed quo modo animas nobis concreditas cum fiducia deo sistamus. Etenim dum illas corrigimus, nobisipsis plurimum prosumus. Qui nanque alium docet, etiamsi nihil aliud, interea tamen dum loquitur compũgitur, videns & seipsum istis esse obnoxium, quorum gratia reliquos increpat. Itaque & nobisipsis hoc faciẽtes profuerimus & illis, & hinc ipsi quoque domui nostræ: atq; istud deo etiam præcipuè probatur. Ne defatigemur, & nostræ ipsorum & eorum quibus præsumus animarum curam agentes, vt pro omnibus retributionem capiamus, & multis diuitiis onusti ad sanctam ciuitatem matrem nostram supernam Hierusalem occurramus, de qua nunquam excidere contingat, sed optima vitæ conuersatione illustres digni habeamur cum multa fiducia videre dominum nostrum Iesum Christum, cum quo sit patri simul & spiritui sancto gloria, imperium, & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

* ἰσχυρὸς vixdq.

DIVI

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, EPISCOPI Constantinopolitani, in epistolam beati Pauli apostoli ad Timotheum priorem argumentum: incerto interprete.

VNVS ex apostoli discipulis Timotheus fuit. Attestatur autem & Lucas in Actibus apostolorũ, mirabilis eum fuisse indolis iuuenem, cui à fratribus qui Lystris, atque Iconij morarentur, testimonium perhibebatur probitatis atque virtutis, qui vnà & discipulus fuit, & magister euasit: atque adeò prudẽtia, sapientiáque preclarus, vt cum audiret Paulum absque circuncisione prædicantem, comperisseteq;, vt ille obstiterat Petro eius rei gratia eligeret, non modo contrarium nihil prædicare, verum id etiam pati. Circuncidit enim eum, inquit, in eiusmodi ætate, atque ita illi omne protinus ministerium credidit. Sufficere quidẽ poterat affectus apostoli, miráque dilectio virum indicare cuiusmodi fuerit. Quippe & alibi ipsi testimoniũ perhibet, scribens ac dicens: Experimentũ eius noscitis, quoniam tanquam patri filius, mecum seruiuit in euangelio. Corinthiisque rursum cum scriberet, ait: Misi vobis Timotheum, qui est filius meus charissimus & fidelis in domino: & iterum. Videte ne quis eum contemnat: opus enim domini operatur, sicut & ego. Hebræis quoque scribens, ait: Cognoscitis fratrem Timotheum dimissum. Plurimáque multis ex locis, qui diligenter exquiret, inueniet beneuolentię ac dilectionis indicia, ea etiam quæ nunc vsque fiunt miranda, ipsius confidentiam ac virtutem ostendere facillimè possunt. Verum enim si quis curiosè perquirat, quid sit cur Tito ac Timotheo tantum ex omni discipulorum numero scribat, cum Silas & Lucas probati quoque, ac mirabili virtute præditi fuerint: Ait nanque ipse cum scriberet, Lucas solus est mecum: sed & Clemens vnus ex comitibus eius fuisse colligitur, cum de ipso scribat: Cum Clemẽte & cæteris coadiutoribus meis: [non id quidem abre, aut incongruè faciet.] Cuius ergo rei gratia Tito ac Timotheo tantummodo scribit? Quòd his iam ecclesiæ gubernacula, curámq; tradiderat: illos verò secum adhuc circunducebat. Adeò verò erat virtutis excellẽs insigne, vt neque adolescentia ipsa impedimento esset, idcirco etiam scribens ait inter cætera: Nemo adolescẽtiam tuam contemnat. & rursum: Adolescentulas, inquit, tanquam sorores. Vbi enim virtutis certa argumẽta præluxerint, omnia †quadrant,] nihílque impedimẽto esse poterit. Nam & cũ de episcopis loqueretur, multáque dixisset, quæ essent in episcopo necessariò requirenda, nusquam cernitur leges de ætate tulisse. Quòd si dixerat, filios habentem subditos, & vnius vxoris virũ: non idcirco ait, quasi necessarium sit & vxorem habere, & filios: cæterum si quando fortè contigerit ex seculi hominibus aliquem ad huiusmodi ordinẽ prouehi, talem esse præcepit, qui & domui pręesse, & filiis & omnibus reliquis sciret. Nam qui secularis cum esset, in eis inutilis repertus, quæ ad hanc rem familiarem necessariò pertinent, quo pacto illi ecclesiæ cura, regimènque

permittitur? Cur autem discipulo, qui iam in magistri transierat ordinem hanc epistolam scribit? Nónne antea perficiendus erat, quàm præficiendus ecclesię? quòd si iam perfectus erat, superfluò illi hanc epistolam scribit: sed enim doctrina illi opus erat, non eadem qua discipuli instruebantur, verũ quæ magistro præceptoriq; cõgrueret. Videas denique illum per totam epistolam, doctori congruam inferre doctrinam, statimq; ex ipsis initiis, non ait, Ne intendas his qui aliter te docent: sed quid? Vt eis denunciares non docere aliter. *1.Tim.1.a*

Homilia prima.

Paulus apostolus Iesu Christi secundum imperium dei saluatoris nostri, & Christi Iesu spei nostræ, Timotheo charissimo filio in fide: gratia & misericordia, & pax à deo patre, & Christo Iesu domino nostro. Sicut rogaui te vt remaneres Epheſi, cum irem in Macedoniam, &c. Cap.1. Magna erat profectò apostoli dignitas, magna atque mirabilis, & vbique cernimus Paulum dignitatis suę adiicientẽ causas, non quasi sibimet vsurpet honorem, sed veluti traditum, necessariò exercere cogatur: nam cum dicat seipsum vocatum, ac per voluntatem dei: & rursum alio in loco: Necessitas mihi incumbit. Cúmq; se in hoc segregatum asseueret, ista profectò omnia ambitionem omnem excludunt, omnẽmq; iactantiam. Nam quemadmodum is, qui non sibi traditum à deo honorẽ vsurpare præsumit, culpari dignissimus est: ita & qui traditum sibi repellere, & à se arcere molitur, aliorum est criminum reus, infidelitatis scilicet atque inobedientiæ: hoc denique & nunc in principio epistolæ ad Timotheum ostendit Paulus, sic dicens: *Paulus apostolus Iesu Christi secundum imperium dei.* Non dixit hîc, Paulus vocatus apostolus: sed, secundum imperiũ dei: ne quid enim humanum Timotheus fortasse pateretur, putaretq; illum sibi æquè, vt aliis discipulis loqui, idcirco sic cœpit. Vbi verò hoc illi imperauit deus? Inuenimus nẽpe spiritum sanctum dixisse in Actibus apostolorum: Separate mihi Saulum & Barnabam. Porrò vbique dum scribit, apostoli nomen adiungit, vt auditores erudiat, ne humana esse existiment, quæ dicuntur. Qui enim mittitur, quod apostolus sonat, nihil proprium loquitur: & cum dixisset apostolum, protinus auditoris animũ ad eum qui se miserat, dirigit. Idcirco in omnibus epistolis istud præponit, vt fidem verbis ac doctrinæ hinc faciat, dicens: *Paulus apostolus Iesu Christi secundum imperium dei saluatoris nostri.* Atqui pater nusquã illi hoc imperasse deprehenditur, sed vbiq; Christus ipsum alloquitur, dicens: Vade, quoniam ego in gentes lõgè emittam te: & rursus, Cæsari te oportet assistere. Sed profecto quęcũque filius præcepit, hæc patris esse imperia dicit: quẽadmodum & quæ spiritus iubet, ea ad filium quoq; referuntur. Ecce enim à † patre missus est, & separatus à spiritu, & hoc inquit imperium esse dei. Quid igitur? Nunquid filij imminuit potestatem, dum se apostolum eius, & secundum imperium patris mitti asseuerat? Nequaquam. Vide nanque vt ipsam potestatẽ patris ac filij dixerit esse communem: nam cum dixisset, *Secundum imperium dei saluatoris nostri:* protinus addidit, *Et Christi spei nostræ.* Vide quàm propriè, quàm signanter hæc cognomenta posuerit. Certé enim Psalmista hoc de patre ait, dicens: Spes omnium finium terræ: Et iterũ Paulus in alio loco: In hoc enim, inquit, laboramus & exprobramur, quoniam speramus in deo viuo & vero. Necessariò qui doctoris fungitur munere, pericula sustinet, & multo plura quàm discipuli. Percutiã enim, inquit, *Actor.16.a* *Galat.2.b* *Actor.16.a* *Philip.2.c* *1.Cor.4.d* *Hebr.13.d* *2.Tim.4.b* *Philip.4.a* † *Deest in Veronens.* *1.Tim.4.c* *Ibid.5.a* † *excellẽtia* *1.Time.3.a* *Actor.13.a* *Actor.22.c* *Ibid.23.c* † *spiritu habẽt Veronẽ.* *fortè Christo legendũ.* *Psal.64.b* *1.Tim.4.b*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Zach.13. & Matt.26.& Mar.14.c

inquit,pastorem,& dispergẽtur oues. Quoniam igitur ista rei natura est, diabolus vehementius aduersus eos armatur,maioríq; fertur insania:quippe cum ex eorum cæde, gregis quoque detrimenta sequuntur. Nam qui ouem iugulat,gregem quidem imminuit.Porrò qui pastorem ipsum de medio tulerit, totum simul gregem dissipauit: itaque minori cum labore maiora detrimẽta molitur:atque vna anima cuncta simul perdere, atq; vastare contẽdit,atque ideo illis acrius imminet: quocirca statim ab ipsis initiis ipsius erigit animum. Saluatorem,inquiens,habemus deum, & Christum spem nostram.Patimur multa,sed magna nitimur spe:pericula, insidiasque perpetimur, sed saluatorem habemus non hominem,sed deum. Neque igitur qui saluat,infirmus est: deus quippe est, & quantacunque pericula fuerint, nos superare non poterunt: neque spes nostra confunditur, Christus enim est. His igitur duobus iam adminiculis maximis freti, pericula ferimus, quòd scilicet aut celeriter liberamur atque saluamur:aut meliori spe nutriti,facilè cuncta toleramus.Quid autem causę est, quòd nusquam patris se apostolum dicit, sed Christi? Omnia communia facit. Euangelium quoque ipsum dei esse dicit. Quælibet, inquit, patiamur, nihil sunt præsentia omnia. *Timotheo* charissimo filio in fide.* Et hoc plenum consolationis est:nam si tantũ fidei ostenderat,vt Pauli filius fieret:neque id simpliciter, sed charissimus filius, futurorum quoque maximam fiduciam capit. Quippe fidei hoc proprium est, quantumlibet contraria promissis facta contingant, nunquam penitus decidit aut omnino turbatur. Sed ecce, inquies, & filium,& charissimum filium dicit, nec tamen eiusdem substantiæ est. Quid quæso? Nunquid brutum animal erat?Sed non erat,inquies,ex Paulo genitus.Non ideo tamen alterius erat substantiæ? Nihil minus:cum enim dixisset, filium, idcirco adiecit, in fide, vt quid vellet, apertius exponeret. Id quippe insinuat,illum & carissimum fuisse, & ex se genitum: nulla prorsus apparebat in fide diuersitas. Seruabat per omnia similitudinem, quod in humanis quoque contingere solet. Nempe enim est filius similis patri,verè lõgè amplius ac dignius ea similitudo in deo seruatur. Quippe in hominibus, etsi eadem substantia est,sed aliis plurimis differunt,colore,habitu, prudentia, tempore, voluntate, animi ac corporis motibus exterioribus,atque aliis plurimis.Lõgèque plura sunt,quæ illos abinuicem disiungũt, quàm quæ inuicem iungant.Porrò in deo nihil eiusmodi impedimẽtorum est, nihil quod intercipiat omnino eam similitudinem.Quod autem ait,secundum imperium, maioris longè efficaciæ esse videtur, quàm cum dicit, vocatus. Quemadmodum & alio in loco ait: In Christo Iesu ego vos genui : hoc est, in fide: † charissimum verò idcirco addidit, vt diligentissimam ipsius ad se similitudinem vltra cæteros panderet, & charitatem quam erga illum habebat, ac vehementem prorsus affectum. *Charissimo,*inquit,*filio in fide.* Iam verò inspice laudis eminentiam, quemadmodum ipsum non modo filium suum, verumetiam charissimum filium dixit. *Gratia, misericordia & pax,* inquit, *à deo patre nostro, & Christo Iesu domino nostro.* Quæ nam verò ratio est,cur in cæteris epistolis nusquam misericordiam imprecatus esse deprehenditur? At id quidem ex nimia indulgentia,& ex nimio amoris affectu. Quippe plurima imprecatur filio, veretúrque ac timet illi omnia : ita nanque veretur,vt quod nusquam alibi fecit, etiam de salubritate corporea ad eum scriberet, dicens : Vino modico vtere propter stomachum tuum & tuas frequentes infirmitates.Nempe enim doctores longè maxima misericordia indigent. *A deo,* inquit, *patre nostro & Christo Iesu domino nostro.* Et hæc rursum verba plena solatij, maximâque consolatione referta. Nam si pater deus est, filiorum profectò curam habiturus est: audi enim dicentem Christum, Quis in vobis homo est, quem si petierit filius panem, nunquid lapidem dabit ei? *Matt.7.b*

*Quemadmodum,*inquit,*orauite,vt remaneres Epheſi, cum irem in Macedoniam.* Audi quàm gratè, quàm placidè, quo modo non magistri vtitur voce, sed supplicis fermè. Neque enim dixit, præcepi, neque iussi, neque admonui:sed quid? *Quemadmodum,*inquit,*orauite.* Non tamen ad omnes discipulos passim affectus iste seruandus est, verum ad eos qui & mansuetudine & virtute sunt præditi: cæterum ad eos qui non sunt huiusmodi, neque charissimi appellari possunt, alia ratione affici necesse est: quemadmodum & ipse scribens ait, Argue eos cum omni imperio:& hîc vide quid ait,Vt denunciares quibusdam, non vt orares: sed, vt denunciares non aliter docere. Quid hoc quæso sibi vult? ita non sufficiebat Pauli epistola,quam Ephesiis scripserat? Nũquid literas fortè contempserant?An verò ante illas literas discipulo ista mandauit? Nempe & ipse in ciuitate hac plurimum temporis fuerat,in qua Dianæ erat tẽplum : hîc nempe magna illa, notáque certamina perpessus est: vbi postquam solutum est theatrum,conuocatis, exhortatíque discipulis, ita demum inde profectus est, & rursus ad eos postmodum venit. Dignum verò inquisitione est, an modo illic Timotheum præsulem constituerit: ait enim, *Vt denunciares quibusdam non aliter docere.* Non eos notat ex nomine,ne aperta reprehensione impudentiores fierent.Erant autem in ea ciuitate ex Iudæis quidam falsi apostoli,qui fideles rursus ad legem conabantur attrahere, quod ferè in omnibus epistolis illis pro crimine obiicit.Faciebãt autem hoc,non quasi conscientia impulsi,sed inani gloria inducti, quòd vellent hinc habere discipulos, atque aduersus beatum Paulum contenderent,zelóque ac liuore ducerentur:& hoc est quod ait,Aliter docere. *Neque intendere,* inquit, *fabulis & genealogiis interminatis.* Non hîc legem significare voluit, absit: sed falsas traditiones,pernicioſaque dogmata.Quippe ex hoc colligitur, pleroſque ex Iudæis in his quæ inutilia sunt,sermonem omnem consumere solitos, auos & proauos dinumerantes, vt scilicet peritiæ multæ atque scientiæ opinionem sibi cõquirerent. *Vt denunciares,*inquit, *quibusdam non aliter docere, neque intendere fabulis, & genealogiis interminatis.* Quid est,interminatis?Finem scilicet nullum,nullámque vtilitatem habentibus, aut perceptu difficilibus. Vidisti quo modo huiusmodi quæstiones culpat, ac resecare contẽdit? Vbi enim fides est,nulla quæstionis necessitas est.Vbi nihil oportet curiosè perquirere, quid opus est quæstione? Quæstio nempe fidem tollit. Qui enim quærit,nondum inuenit. Qui quærit,credere difficilè potest: idcirco inquit, Non vacemus huiusmodi quæstionibus: nam si quærimus, id fides non est. Fides enim animum cogitationémque facit cõquiescere.Sed inquies,quo modo igitur Christus:Quærite,inquit,& inuenietis:pulsate,& aperietur vobis:&,Scrutamini scripturas, quoniam in eis putatis habere vitam æternam?Nempe illic quod ait, Quærite,postulationes intelligi vult, vehemẽnsque desiderium. Porrò quod ait,Scrutamini scripturas:non quærẽdi labores inferre voluit,sed potius arcere: ait enim, Scrutamini scripturas:hoc

Matt.7.a & Luc.11.b Ioan.5.f

ἀνεψιὸς, i. germano, vero,nõ adulterino. & ita in sequẽtibus hîc reperitis anno tabis.

1.Cor.4.d

† germanũ

1.Tim.5.d

ras:hoc est,vt illarum per omnia diligentiam exactissimam discerent. Scrutari nanque iussit,non vt semper quæramus, sed vt inquirere desinamus: & ritè ait, *Vt denunciares quibusdam non aliter docere,neque intenderet fabulis & genealogiis interminatis, quæ præstant quæstiones magis quàm ædificationem dei,quæ est in fide.* Congruè*disp̃sationem dei appellauit. Magna nempe sunt, quæ dare nobis voluit deus,sed non capit anima disp̃sationũ ipsius magnitudinem.Fide igitur ad istud opus est: ea enim animarum medicamentum maximum ac saluberrimum est. Quæstio igitur dei disp̃sationi contraria esse perhibetur. Quid enim fides ipsa efficit,ac molitur in nobis? vt scilicet ipsius beneficia gratè suscipiam⁹, cuadamúsque meliores.Non permittit de re vlla contendere aut ambigere,sed requiẽ ab his omnibus p̃stat.Quæ enim fides peragit atque ædificat, ea quæstio prorsus euertit. Cur id quæso? Quia inquirendi nullum finem facit,& fidem prorsus eliminat. *Neque intendere*, inquit, *fabulis & genealogiis interminatis.* Sed dices,Quid,quæso,genealogiæ nocere poterunt? Admonuit Christus per fidem oportere saluari, illi contrà quæstiones mouebant dicentes,hoc non ita se habere.Quia enim sententia p̃sentis temporis erat, euentus verò sententiæ futuro seculo reseruatur,fide opus erat. At verò illi legalib⁹ obseruationibus præuenti, fidei impedimento erant. Arbitror autem illum hoc in loco etiam gentiles significare voluisse, cum dicit: *Fabulis & genealogiis.* quippe cum illi deorum suorum seriem enumerarent.

Vicauoeuλεα. ædificationẽ, disp̃sationẽ.

Morale.

Non igitur intendamus quæstionibus: fideles enim ideo vocati sumus, vt his quæ dicuntur, sine vlla hæsitatione credamus,vt nihil omnino dubitemus: nam si humana essent quę dicũtur,oporteret ea meritò discuti:quòd si diuina sunt,honoranda solummodo atq; credenda censentur:sin verò non crediderimus ea,neque †dei esse sciemus. ¶Quo enim pacto nosti,quia deus est, cum ab eo causas,rationẽsque requiras?Nam quòd deũ nouerimus,istud primum argumentum est,si omnibus quæcunque ille dixerit,absque argumentis probationibúsque credamus:hoc & gentiles nouerunt. Credebãt enim diis,& certè sine argumento ac probatione dicẽtibus.Quid quæso illi credebant? Deorum scilicet esse nepotes. Vides vt & gentiles hoc nouerint?Et quid me dicere necesse est de deo,diuinísque rebus? In homine quoque eos hoc feciſſe manifestum est, seductore atq; mago,Pythagora scilicet,†hoc ille dixit:¶ atque in templis supernè silentium inscriptum est,continebátque digito os,& labia comprimebat, prætereuntes omnes silentij admonens.An verò illa honestiora,quàm nostra sunt, vt in illorum comparatione ridicula esse nostra putentur? Gentiliũ nempe inuenta,atque instituta meritò discutiuntur:eiusmodi enim sunt, quæ pugnas cogitationum,& concertationes disceptationẽsque indicant.At verò nostra ab his omnibus longissimè remota sunt,& nimium quidem consequenter:illa enim humana adinuenit sapientia, hæc autem gratia spiritualis edocuit:illa fatuitate atque amentia plena sunt, hæc autem sunt verissimæ sapientiæ dogmata. Illic neque discipulus neque magister est, verum omnes quæstionib⁹ certant,siue discipulus ille, siue magister sit. A quo igitur illi discere possunt? Nempe enim qui addiscere cupit,obtemperare debet,non corrixari:credere, non ratiocinari. per fidem enim veteres omnes deo placuisse docentur, absque illa cuncta soluũtur in nihilum. Et quid de cœlestibus dicam?etiã si terrena scrutemur, in-

† deum esse credemus.

† ἑαυτὸς ἰφα.

A ueniemus ea fide tanquam vinculo contineri:neque enim commercia vlla, neq; artes, neque aliud quippiam sine illa esse potest.Sin verò hîc,vbi mẽdacij plena sunt omnia,ea op⁹ est:multo magis in illis,quæ diuina sunt. Hãc igitur arripiamus omnes,huic studeamus:ita enim omnia pernicioſa dogmata ex anima nostra procul eliminabimus,genesin scilicet ac fatum. Si enim resurrectionem credideris atque iudiciũ, omnia huiusmodi ex animo eiicere poteris. Crede deum esse iustum, nec credes esse iniustam genesin. Crede deum esse,qui cũcta prouideat:nec credes esse genesin,quæ cuncta contineat.Crede supplicium esse & regnum,& credere desistes esse aliquid genesin, quæ liberum arbitriũ tollat, & nos violenter necessitati subiiciat. Ne semines,neq; plantes,neque milites, neque aliud omnino quid agas. Prorsus enim velis nolis, ventura sunt quæ genesis ipsa B præfixerit.Quid iã nobis orare opus est?Quid Christianus effici cupis,si genesis est?Neque enim nisi sis, crimini eris obnoxius. Vnde igitur artes? A genesi?Ita sanè, inquies.Sed illi fato præfixum est,vt sapiens cum laboribus fiat.Ostendas igitur aliquem,qui absque labor⁹ didicerit artem:adeò nõ sunt ista genesi, sed laboribus adscribẽda.Vnde igitur ille diues est?inquies,quia sceleribus ac nequitiis plenus, paternæ hæreditati successit.Alius verò,cum quotidie innumeris laboribus exerceatur, in extrema perdurat inopia. Hæc enim iugiter exercẽt omnes,solis de diuitiis & paupertate verba mouentur,nihil de viciis atq; virtutibus.Verũ hoc interim omittamus, illud potius ostẽde, an aliquis studioſus ac probus per diligentiam euaserit malus, siue negligens quispiam bonus per desidiam factus sit. Nempe enim si quid habet virium fatum,in his quæ sunt maxima,quã- C tum posit oportebat ostẽdere, scilicet in virtute ac viciis,non in opibus ac paupertate.Sed vnde,inquies,ille cõsenescit morbo,ille verò in sanitate perdurat? Vnde ille probus,alter verò reprobus est? Vnde illi res ex sententia prouenit, alij verò innumera quotidie obsistunt impedimenta?A fato remoue animũ, & hæc omnia diligenter agnoscens.Crede deum esse,qui prouidẽtia sua cuncta disponit:& scies ista apertissimè.†Sed nę dictu- *† Sed non possum, dicens.*
rus es: ¶ Non enim permittit rerum confusio suspicari prouidentia res humanas agi.An verò ista dei opera dicenda sunt? Quo pacto credere possum deum, cum sit summè bonus,luxurioso inquinatoq; sceleribus,& auaro pecunias largiter dare,& bono cuiq; subtrahere?Vnde vis credam? Nẽpe enim ex rebus ipsis fides elicitur. Rectè tu quidẽ. Nõ igitur illa genesis sunt?Ita,inquies. Iustæ an iniustæ? Iniustæ prorsus. At hãc oro quis fecit? D Deus?Non,inquies,sed infecta est. Et quãnam ratione infecta cum sit,ista operatur?Hæc enim contraria sunt. Non igitur ista dei omnino sunt.Inquiramus ergo,qui fecit cœlũ?Genesis,inquies.Quis terram,quis mare,quis anni tempora,quis deniq; hæc omnia? An verò quæ in his,quæ sine anima sunt, tantum ostẽdit ordinem tantamq; congruẽtiam fecit:in nobis verò quorum gratia cuncta creauit,tãtam temeritatẽ inesse instituit? Veluti si quis domũ,vt sit præclaro opere atq; honesto mirabilis cautè prouideat:eosverò qui hãc habitaturi sunt,negligat.Quis successionis seriem seruat? Quis naturæ ordinatissimas imposuit leges? Quis diei noctisq; primũ instituit cursum? Nònne ista genesi illa superiora sunt? Nõ,inquies,sed vltrò atq; fortuitu facta sunt. Et qua ratione tantus ordo tam solers fortuitò fieri potuit? Vnde igitur,inquies, diuites ac sani, & gloria præstantes? Partim quidẽ ex immodica cupiditate, partim verò ex

hæreditate,partim item vi aliqua adepti.Cur igitur,inquies,deus ista permittit?Quia non est huius temporis meritorum retributio,sed futuri.Tunc velim mihi aliquid ostendas eiusmodi. Interim hac in vita mihi,inquies,da,& illic non requiro,idcirco non accipis.Si enim cum extra voluptatis sensum sis,ita ista inquiris,vt illis præferas: quanto magis si voluptate ipsa pura ac liquida fruereris? Ex his igitur admoneris,nihil ista esse, minimumq; expetenda,sed media: nisi enim illa essent media,nunquam profectò & reprobis ea dedisset. Dic enim aut nigrum esse,aut longum,aut breuem, nónne medium est? Ita & diuitiæ mediæ dicendæ sunt. Nam profectò in his, quæ sunt præstantissima atque optima, ac saluti necessaria,nihil tale reperies,sed æqualiter omnibus indulta sunt: puta habitus idoneus ad virtutem, spiritualiúmq; distributio munerum.Profectò si dei beneficia scires, cum ea æqualiter tibi atque illis fruenda data sint,istarum rerum, quas medias diximus,non indignè ferres inopiam, neque earum te cupiditas obtineret. Si æqualitatem illam dignissimam, totis animi medullis haurires: quemadmodum enim famulus qui escas à domino,& indumẽta,& habitacula, & alia omnia æqualiter cum aliis accipit, si quos crines habet superfluos in capite, vnguèsque maiores, plus aliquid se habere arbitratur:eodem modo qui huiusmodi est,frustra inflatur,magnúmque sapit: idcirco clemẽtissimus deus nos per inopiam huiusmodi à terrenis affectibus separat,vt hanc væsaniam prorsus extinguat, vt humanarum rerum desiderium ad cœlestia transferat. Nos autem ne sic quidẽ resipiscimus. Sicut enim paruulus,si quid habeat puerile,idque rebus necessariis præfert, pater ipsum puerilibus priuat, vt vel inuitum ad meliora traducat:ita & deus omnia facit,cunctáque molitur,vt vota nostra atque desideria ad cœlestia transferat.Cur igitur, inquies, pessimos quosque diuitiis permittit affluere? Quia scilicet † non æqua illi ipsorum atque tui cura est.] Quo modo igitur etiam iustos ditari permittit?Vt eos etiam per diuitias probet, atque ex illorũ largitate cæteri ad miserationis prouocentur exempla. Atque ista quidem nunc leuiter attigisse sufficiat: tanquam ad eos qui scripturas ignorant. Quòd si sciretis scripturas,si credere velletis,ac diuinis sermonibus animum intendere,ne ista quidem dicere opus fuisset:cũcta quippe nosse tis. Nã vt discas nihil esse diuitias,aut sanitatem, aut gloriam, plurimos equidem tibi ostendere possum, qui cum lucrari possent, ea lucra omiserunt: qui cum sani & vegeti essent, corpora sua sponte macerant atque affligunt: qui cũ possent gloria affatim perfrui,omnia gerunt, vt despectui sint. Nemo tamen bonus,malus esse studet.Hæc igitur æmulemur, quę vera sunt bona,vt illis quandoq; perfruamur,quæ æterna sunt in Christo Iesu domino nostro,cum quo est patri, vnà cum sancto spiritu gloria,imperiũ & honor, nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

† illas non magnifacit.

Homilia secunda.

FInis autem præcepti est charitas ex corde puro,& conscientia bona, & fide non ficta, à quibus quidam aberrantes conuersi sunt in vaniloquium,volentes esse legis doctores, non intelligentes,neque ea quæ dicunt,neque de quibus affirmãt.Scimus autem quia bona est lex,si quis ea legitimè vtatur:† scientes] hoc, quia lex iusto non est posita,sed iniustis & non subditis,impiis & peccatoribus,sceleratis & contaminatis,patricidis & matricidis, homicidis,fornicariis,masculorum concubitoribus,plagiariis,mendacibus & periuris,& si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur,quæ est secun-

† sciens

A *dum euangelium gloriæ beati dei, quod creditum est mihi.* Nihil ita humano generi nocere consueuit, vt amicitiam cõtemnere, neque eam magno cum studio & tota obseruatione seruare:sicuti è contra nihil est,quod ita res humanas moderetur ac dirigat,vt hanc omnibus viribus persequi : quod profectò Christus insinuans aiebat : Si duo ex vobis consenserint in vnum, quicquid petierint,accipient:& rursus, Cum abũdauerit iniquitas,refrigescet charitas multorum. Eiusmodi profectò contemptus omnes hæreses genuit, quippe ex eo quòd nõ diligerent fratres, secundis eorum successibus inuidebant. Ex ea autem inuidia, dominationis ambitu tenebantur:porrò ex ea ambitione hæreses nascebantur,idcirco & Paulus cum dixisset, Vt denuncies quibusdam non aliter docere:modum etiam suggerit, quo id fieri possit. Quínam verò hic est? Charitas. Quemadmodũ B denique dixit, Finis legis Christus,hoc est impletio:ita & præceptum istud charitati coniungitur, atque ex ea depẽdet.Medicinæ nempe finis sanitas est: itaque cum adest sanitas,curatione multa nihil opus est: etiã si adsit charitas,præceptis non est opus.Charitatem verò cuiusmodi dicit?Synceram, & quæ non verbis tãtum,sed quæ ex sentẽtia,& intimo cordis affectu,proximorúmque miseratione proueniat. Ex corde(inquit)puro,siue de recta conuersatione, siue de charissima amicicia intelligendum sit: quippe & vita impura schismata facit. Omnis enim qui malè operatur,odit lucem.Nam & in malis dilectio inuenitur:puta latrones latrones amant, & homicidæ homicidas: verum non est ea dilectio ex conscientia bona,sed mala:neque ea ex puro corde,sed ex impuro proficiscitur, neque ex fide non ficta. Fides enim quod verum est, indicat, & ex syncera fide charitas gignitur. Qui enim veraciter in deum credit,nũquam prorsus ab ea desistere poterit. *A quibus*, inquit, *quidam aberrantes,conuersi sunt in vaniloquium.* Rectè ait,aberrantes. Quippe arte opus est,ne quis incassum iacula dirigat,neu extra signum sagittas intorqueat,vt necessariò opus sit spiritus gratia. Sunt enim plurima,quæ à recto itinere nostros frustrẽtur conatus,cum ad vnum signum intentio tota dirigẽda sit. *Volentes*, inquit, *esse legis doctores.* Animaduerte & aliã ambitionis causam, idcirco & Christus aiebat: Vos autem neminem vocetis rabbi.& rursum : Neque enim ipsi legem custodiũt, sed vt in carne vestra glorientur. Ambiunt,inquit,dignitatis titulos,atq; ideo oculos à veritate detorquent.

C

Non intelligentes, inquit, *neque quæ dicunt, neque de quibus affirmant.* Hîc iam illos arguit imperitiæ,cum nesciant destinationẽ legis,ac tempus ignorent,quatenus ea rata futura erat. Quo igitur pacto, † si ex ignorantia peccant, dicis eos legis doctores esse velle? idcirco profectò,quia charitatem deseruere:] nam ex hoc ignorãtia gignitur.Nam cum anima seipsam negociis carnalibus penitus dederit,hebetatur illius acies, ac prorsus obtũditur.Vbi enim à charitate deciderit,necessariò ad cõtentionis deuoluitur studia,iámq; mentis acies nihil aliud quàm rixas conspicari potest. Nempe enim is,qui aliqua huiusmodi rerũ tẽporalium concupiscentia detinetur,eiusmodi vicio ebrius,nequaquã de iniusticia integrum atq; illibatũ valet proferre iudiciũ. *Nescientes*,inquit,*de quibus affirmãt.* Valde enim fieri poterat,vt de lege loquerẽtur,& plurima de purgationibus,aliisq; corporalibus rebus tumidè & cũ ambitione dissererẽt. Deinde illa arguere omittens,vt quæ nihil essent, vmbrámq; potius spiritualiũ rerũ prefignarẽt,id potius ait quod gratius futurũ erat.Hoc autẽ cuiusmodi est? Laudat legem

D

† si ex ignorãtia peccant

† scientes

† veritate

† legit

Laudat legem

†legem hic decalogum suã, quippe ex hoc]

dat legem †tantum, decem scilicet præcepta legis extollens, quippe ex his] & illa eiicere intendit. Nam si hæc ipsa quæ transgressores etiã puniũt, nobis inutilia sunt, longè magis illa quæ minus in se authoritatis habent.

†sicus

Scimus autem, inquit, *quia bona est lex, si quis ea legitimè vtatur,] scientes hoc, quia iusto lex non est imposita.* Quòd si quis ea minus legitimè vtatur, non idcirco bona non est, sicut quoque bona erit: Verum quod ait, huiusmodi est: laudat eam ex operibus. id quippe significat, *Si quis ea legitimè vtatur.* Sunt enim qui hac minime vtantur legitimè: puta cum eam verbis exponunt, operibúsq; transgredi non verentur. Id autem est ea vti non legitimè. Vtuntur enim & isti, sed non ad vtilitatem propriam. Aliud autẽ ex eo elici potest, quòd ait, legitimè. Siquidem tunc ea legitimè vtitur quispiam, cum illum trãsmittit ad Christum. Tota enim legis intentio, omniaq; illa sacramenta carnalia, ac figuræ omnes Christum loquuntur, Christum nobis insinuant: enimuero cum legis destinatio sit iustificare hominem, neq; id possit, ad eum trãsmittere studet, qui potest. Alio item modo legitimè vtimur lege, cum scilicet magna eam intentione seruamus. Quid est, magna intẽtione? Quemadmodum, inquit, fræno legitimè vtitur non is equus, qui lasciuit, neque qui mordet, sed qui illo pulchrè agitur: ita & is lege vtitur legitimè, non qui literæ necessitate sobriè, ac iustè viuere cogitur. Quis autem illa legitimè vtitur? Qui hoc nouit, quòd ipsa non indiget. Nam qui ad id virtutum culmen euasit, vt non legis metu rectè factis insistat, sed virtutis tãtum gratia: hic ea legitimè atque securè vtitur. Si quis ea ita vtitur, vt non metuat eam, neque penitus timeat, sed futurum magis supplicium semper ante oculos voluat: hic ea itidẽ legitimè vtitur: propterea iustum hoc in loco appellat eum, qui *virtutis actibus pollet: ille* quippe rectè lege vtitur, qui ab ea erudiri opus nõ habet. Quemadmodum enim literarũ apices pueris proponuntur: porrò qui eas docet, non ex ipsis excellit, verũ aliunde peritiæ gloriam promeretur, atque ex ea eruditione præstantius vtitur literis: ita & qui legem trãscendit, nihil opus habet doceri lege. Qui enim non metu ipsam exequitur, sed ex virtutis desiderio, hic illã dignius cæteris, ac præstantius implet: neq; enim pari conditione is, qui supplicium veretur, & qui honorem appetit, legem implet. Non similiter eam seruat, qui sub lege, & qui supra legem est: nam supra legem viuere, id tandem est ea legitimè vti. Ille enim ritè ea legitimè vtitur, qui maiora quàm ipsa præcipit, perficit: qui ab ea erudiri nõ patitur. Lex enim vt plurimum circa scelerum interdicta versatur. At id iustum neminem facit, sed sola bonorum operum exercitatio. Quicunq; igitur seruorũ more à malis abstinent, hi legis destinatione frustrãtur: idcirco enim ea imposita est, vt puniat transgressores. Illi itaque non ea vtũtur, nisi tantum ne pœnas exoluãt. Vis enim, inquit, nõ timere potestatem? Bonũ fac: ac si dixerit, lex enim malis suppliciorum denunciatrix est. Cæterũ ei, qui coronis digna peregerit, ad quid erit vtilis lex? Ad nihil profectò, quemadmodum & medicus, cõfecto vulneribus, non sano, neque bona valetudine prædito. *Iniquis autem*, inquit, *& non subditis, impiis & peccatoribus.* Iniquos ludæos vocat, & non subditos. Lex, inquit, iram operatur. Quid igitur ad eum, qui meretur honores? Per legem, inquit, peccati cognitio. Quid ergo ad eum qui iñstus est? Cur iusto lex imposita non est? Quia ille † cruciatu superior est: Jneque à lege, quę sint gerenda, discere expectat, cum habeat intrinsecus dictantem spiritus gratiam. Lex enim data est, vt metu atque comminatione terreantur, ac peccare desistãt. Nihil igitur fræno opus est mansueto & obtemperanti equo: nihil instructione opus est ei, qui pædagogo non indiget. *Iniquis autem, & non subditis, impiis & peccatoribus, sceleratis & contaminatis, patricidis & matricidis.* Neq; hactenus substitit, neq; peccata solummodo maiora notauit: verũ ea etiam per species prosecutus est, vt legis magisterio verecundiam faceret: & cum ea per species enumerasset, tum demũ †ab his arcere perrexit,] quanquam & ea quæ dicta sunt, ab huiusmodi amouere potuissent. Quid igitur? Iudæi plagiarij, & patricidæ, & matricidæ erãt? Huiusmodi profectò eos fuisse significat. Impij, inquit, scelerati & contaminati, tales illi erant, atque ideo lex data est. Nã dic, obsecro, nónne illi idola iugiter adorabãt? nõne Moysem lapidare volebant? nónne fraterna cęde illorũ madebant manus? nónne hęc atque huiusmodi illis quotidie prophetę exprobrabãt? At verò his qui cœlestia philosophantur, hæc cuncta superflua. *Patricidis*, inquit, *& matricidis, homicidis, fornicariis, masculorum concubituribus, plagiariis, mendacibus, periuris, & si quid* (inquit) *aliud sanæ doctrinæ aduersatur.* Rectè sanæ doctrinæ, inquit: illa enim omnia vicia sunt animæ penitus corruptæ. *Secundum euãgelium*, inquit, *gloriæ beati dei, quod mihi creditum est.* Itaq; & nunc ad confirmationem euãgelij lex necessaria est: cæterum his qui euangelio credunt, atq; obtemperant, minime necessaria. Euangelium autem gloriæ ipsum ideo vocat, nullam aliam ob causam, nisi vt eos qui in persecutionibus, ac passionibus Christi erubescunt, confirmaret. Igitur tum propter alia, tũ propter hæc ipsa euãgelium gloriæ vocat, quia & ipsa passio Christi gloria est: & persecutiones ipsæ, quas in nomine illi⁹ patimur, gloriæ sunt. Siue etiam fortasse futura significat. Nam etsi præsentia confusione, probrísq; plena videantur, at futura non eiusmodi sunt: porrò euangeliũ futura, non præsentia nunciat. Cur igitur angelus ait, Ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quoniã natus est hodie saluator? Natus est quidem saluator, cæterum postmodum saluator erit: neque enim simul atque natus est, signa etiam operabatur. *Secundum euangelium*, inquit, *gloriæ beati dei.* Siue hîc gloriæ euangelium, cultum dei appellauit: siue quòd præsentia omnia gloria ipsius plena sunt, longéq; dignius futura. Cum, inquit, subiecti fuerint sub pedibus eius omnes inimici ipsius, cũ nihil fuerit quod aduersetur, cum viderint iusti beatissima, atq; fœlicissima præmia, quæ neque oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascenderunt. Volo enim, inquit, vt vbi ego sum, & isti sint mecum, vt videant gloriam meam, quam dedisti mihi. Quinam ergo isti sunt, vt eis meritas laudes dicere possimus? quàm magnis illi tunc fruituri sunt bonis? qnàm excellentis erunt participes glorię? quanta claritate, ac beatitudine fœlices erunt? Quippe præsentis temporis gloria & nulla est, & instabilis, fluctuat: & si aliquandiu permaneat, repentè tamen extinguitur. Neque enim, inquit, descẽdet cum eo gloria eius. Plurimos autẽ neque ad finem vsque comitata est. At verò de illa immortali ac sempiterna gloria nihil tale suspicandum est, sed manet illa penitus, nullum vnquam finem habitura: quippe diuina omnia huiusmodi stabilitate sunt prædita, nullámque omnino mutationem admittunt, nulloq; fine cludũtur. Non enim ea tunc gloria de exterioribus, sed ex interioribus manat: puta non illam preciosa vestis, non famulorum, atque obsequentium multitudo, non habitus gloria facit illustrem: sed absq; his omnibus gloria erit,

†ꝑpteritiõe ĩ genere dixit] nẽpe & si quid aliud.

Rom.13.b

Ibid.4.c

Ibid.3.c

†supplicio non esse obnoxius.

Hebr.10.c.

1.Cor.2.c

Ioan.17.b

Psal.48.d

Luc.2.b

ria erit,vilisq; vestitus.Nunc enim si ista subducas, gloria videbitur nudus:nempe enim in balneis nudos cernimus diuites atq; inhonoros, intuemur autem & malos:at verò in foro plurimi sæpe periclitati sunt, cũ eos serui casu aliquo deseruissent:illic autem gloria nostra semper nos vbiq; comitatur.Et quemadmodum angeli vbicunque apparuerint,secum gloriam habent:ita & sancti. Immò verò quẽadmodum Sol non indiget vestibus,non aliis aliquibus opus habet, sed simul atq; illuxit,gloriam sui fulgoris ostendit:ita & tunc erit.

Morale.

Persequamur igitur hanc gloriam fratres, qua nihil dignius,nihilq; reuerentius est: relinquamus illam,qua nihil abiectius. In amictu,inquit, vestium ne glorieris. Ista pridem prædicabantur infantibus:nempe enim & saltator,& scortum,& † venator jgratiora te,& preciosiora indumenta circũfert.Tineæ præterea vbi preciosa illa inuaserint indumenta huius te gloriæ voluptate priuabũt. Vides quàm incerta, quàmq; instabilis sit vitæ præsentis gloria? Gloriantur in re, quam vermes & gignunt & perdunt. Feruntur enim quidam ex India vermiculi huiusmodi conficere vestes.Si vestem possidere cupis supernè intextam, amictum omnino mirabilem,atque clarissimum,indumẽtum penitus aureum acquirere stude. Nempe illud aurum,nõ metallum est, cuiusmodi damnatorum effoderunt manus, verum ex virtute generatur.Induamus nos stola illa,quã non homines inopes,aut serui conficiunt, sed ipse dominus se diligentibus præparat. Quid,oro,vestimento huic insertum est,quod te facit illustrem? Aurũ scilicet.Et hoc quid ad rem?Opificem enim mirantur omnes,nõ eum qui fuerit amictus:ille enim reuera admiratione dign⁹ est:quemadmodum & in simplicibus vestibus, non lignum in quo apud fullonem vestis tenditur, admiramur,sed opificem potius,licet ipsam lignum ferat. Sed quæ nam huiusce vestis vtilitas?quis vsus est? Vt scilicet excutiatur,ne corrodatur à tineis. Quantæ igitur amẽtiæ est,quàm irrationabilis fatuitatis, pro nihilo tãtum præferre studium,& cuncta moliri: salutem verò sempiternam prodere,gehennámque cõtemnere,atque in deum esse contumelioſum,& despicere esurientẽ Christum? Quid memorem precioſorum aromatum quæq; ex India,etiam quæ ex Arabia, & quæ ex Persíde cõuehuntur?Arida simul & liquida,vnguẽtorum, atq; odorum nimis delicatum vsum:quæ omnia sumptum afferunt inutilem prorsus,atque superfluum?Quid vnguẽtis ô mulier corpus vngis, quod intrinsecus immunditia plenum est? Quid putredine peruiũ corpus preciosis aromatibus condis, veluti si quis vnguẽtum iniiciat cœno,aut molli lateri balsamum? Sunt si vis vnguenta precioſa,sunt pleni cœlestis fragrantiæ odores, quibus inungere animum possis,quæ non ex Arabia, neque ex Aethiopia,neq; ex Persíde,sed ex ipso conuehuntur cœlo:emuntúrq; non auro, sed voluntatis præstantissimo instituto, & fide non ficta. Huiusmodi tibi vnguenta eme,quorum odor implere orbem possit. Huiusmodi fragrantiam apostoli spirasse noscũtur. Odor enim,inquit,suauitatis sumus,aliis quidem in mortem, aliis verò in vitam. Quid autem hoc sibi vult? Fertur nẽpe & sus fragrantia odoris suffocari. Nõ autem corpus apostolorum tantum, verum & indumenta ipsa vnguẽto spiritualis gratiæ plena erant.Ita enim Pauli indumenta suauissimum spirabant odorem, vt etiam dæmones pellerent Quod folium,quam casiam,quam myrrham huiusmodi odor non suauitate atque vtilitate transcẽdat?Nam si fugabant dæmones,quid aliud non potuisse credantur? Huiusmodi nobis conficiamus vnguentum. Cõficit autem ipsum per eleemosynam gratia spiritualis. Hanc odoris fragrantiam & cum hac si profecti fuerimus,spiraturi sumus: & quẽadmodum hîc omnes in se conuertunt hi,qui vnguentis delibuti sunt: & siue in balneum,siue in ecclesiam,siue in alium quemlibet populosum locum abscesserit, qui huiusmodi ex se emittit odorem,omnes ex eo pendent, omnes ad eum se conuertunt:ita & in futuro seculo, cum animæ hinc profectæ odoris spiritualis secũ intulerint gratiam,stupent omnes, omnes cedunt: in hac etiam vita dæmones, ac vicia omnia accedere ad huiusmodi animam non præsumunt,neq; sustinent,eo quippe odore suffocantur.Illa igitur aromata circũferamus:hæc enim nobis & lasciuiæ opinionem inferunt, & nocent plurimũ: illa verò fortitudinis, atque miraculi nos admiratione concelebrant,ingentémq; nobis fiduciam præstãt.Huiusmodi aromata non germinat tellus, sed virtus inclyta gignit. non marcescunt, sed florent: huiusmodi odoribus vngimur, cũ baptismatis fonte renascimur, tunc honestissimam hanc fragrantiam spiramus. Postea verò studij nostri sit necesse est, si huiusmodi odorẽ spirare velimus.Idcirco † & veteri j vnguento inungebantur sacerdotes,magnæ virtutis indicium præferentes. Quippe eum qui sacerdotio fungitur, odorem spirare optimum conuenit,cæterũ peccato nihil putidius est. Vide quàm signanter ipsius naturam propheta describat,dicens: Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ.Reuera enim putredine omni peccatum deterius est,atque fœtidius. Quid enim,quæso,fornicatione putidius?Non is tunc fœtor apparet,cum quis libidine cõtinetur,verum post peccati perpetrationem.Inspice,ac diligenter examina,quid fornicarius sit:& tũc animaduertes peccati pessimum odorem, *tunc immunditiam immensam,tunc execrabile scelus,tunc flagitium detestandum*. Huiusmodi nempe est natura peccati, habet antequam perpetretur aliquam voluptatem: vbi verò consummatum fuerit, voluptas illa cessat, atq; marcescit: subit autem continuò mœstitudo, ac tristicia ingens. Econtrà verò iusticia initiò quidem labores habet,in fine autem voluptatem, ac requiem: neque illic voluptas iucunda est expectatione infamiæ & pœnę:& hic labor molestus non est præmiorum spe.Quid de ebrietate dicemus? Nónne in hausto solo voluptatem præbet? Immò verò ne in bibendo quidem voluptas sæpe deprehenditur. Cum enim quis præ ebrietate in amentiam labitur, neminémque præsentium intuetur, sed insanis deterior effectus est: qui iam voluptati locus erit? Ne in ipsa quidem libidine voluptas vlla est. Cum enim præ morbo vicioso anima iudicium sensus amiserit,quæ nam huiusmodi voluptas est? Quòd si ea dici voluptas debet, & scabies itidem voluptatem habet, voluptatem illam equidem dixerim, quæ vera est, quum anima nulla perturbatione distrahitur,nulláque corporis impedimenta perpetitur. Quænam enim hîc voluptas dici potest, dentes feruore collidere, versare oculos,atque vltra debitum modum incalescere?Adeò autem non est illa voluptas, vt ab ea citius euadere studeamus, & postmodum dolore conficimur. Si itaque voluptas est, noli eam effugere, persiste in voluptate. Vides vt nomen tantummodo voluptatis sit? sed profectò nostra non huiusmodi sunt, verum omni iucunditate plenissima. Non illa cum obscœna flamma voluptatem prestant,verum & liberam subeunt animam, & lætificant,

Eccli.11.c *† historio* *2.Cor.2.d* *Actu.19.b* *† alias alium* *Psal.37.a*

& lætificant, ac suauitate perfundunt. Huiusmodi erat Philip.1.c Pauli voluptas, cùm diceret: Et in hoc gaudeo, sed & Ibid.4.a gaudebo. & rursum: Gaudete in domino semper. Illa nempe falsa voluptas & confusionem habet, & desperationem, clamque committitur, atque innumeris pestibus plena est: hæc autem nostra euasit his omnibus libera. Hanc itaque votis omnibus, ac studijs persequamur, vt & futuris bonis perfrui mereamur, gratia & benignitate domini nostri, &c.

Homilia tertia.

GRatias ago ei, qui me confortauit Christo Iesu domino nostro, quia fidelem me existimauit ponēs in ministerio. Qui prius fui blasphemus, & persecutor, & contumelios⁹: †sed misericordiam cō dulitate. Superabundauit autem gratia domini nostri, cum fide, & cha-

†sed misericordiam dei consecutus sum, quia ignorās feci in incredulitate. Superabundauit autem gratia domini nostri, cum fide, & sint⁹ sum] hæc dictio dei, in vetū. non habetur. *ritate, quæ est in Christo Iesu.* Humilitatem animi lucra quidem ferre ingentia cernimus, verùm ea non facilè inuenitur: sed humilitatem quidem verborum plurimam, & vltra quàm satis sit, absq; difficultate reperies: animi verò humilitatem difficillimè. At verò beatus hic vir eam ita vbiq; persequebatur, vt plurimas quoque omnibus in locis occasiones aucuparetur, animū suum huiusmodi fræno comprimere. Quia enim illis maximè laborare opus est, vt veram consequi humilitatem possint, qui magnarum sibi virtututum conscij sunt, magnam sibi vim inferāt necesse est, vt conscientiam rectè factorum sese semper efferētem obtundere queāt. Aspice deniq; & hoc in loco qnid agat. Dixerat sibi creditum euāgelium gloriæ dei, euangeliū scilicet cuius esse participes nequeūt hi, qui adhuc vtuntur lege. Quippe ex aduerso illi obiectū est, tantumq; vtriusque rei interuallum cernitur, vt qui sub lege tenentur, necdum euāgelij participes esse mereantur: quēadmodum si quis diceret eos qui adhuc carcere ac supplicio indigent, fas non esse inferri intra philosophorū chorum. Quoniam igitur ampla locutus erat, magnúmque sapere videbatur, simul & seipsum comprimit, & persuadet aliis, vt hoc ipsum imitentur: nam cùm dixisset, Quod creditum est mihi, citò semetipsum corripuit: vti ne existimes hoc ipsum ex arrogātiæ tumore dixisse. Intuere, obsecro, quánam emendatione vsus est: intulit prorsus, & ait: *Gratias ago ei, qui me confortauit Christo Iesu domino nostro, quoniam fidelem me existimauit, ponens me in ministerio.* Vides vt omnibus in locis suam semper iusticiam supprimat, totúmque deo adscribat: ita tamen, vt libertatem non tollat arbitrij. Dixisset enim profectò infidelis quispiam, si totum dei est, nihilque à nobis infertur, sed veluti ligna ac lapides ad virtutem à vicijs transfert: quid est quod Paulum quidem talem fecit, laudam verò longè dissimilem? huiusmodi igitur obiectis occurrens, vide quàm prudenti sermone vsus est.

Creditum, inquit, *mihi est euangelium.* Hoc iam ipsius rectè factum, ipsiúsque dignitas est, verùm non ipsius totum. Nam protinus subdit: *Gratias ago ei, qui me confortauit, Christo Iesu.* Hoc profectò iam dei est. Deinde rursus quod suum erat, adiecit: *Quoniam fidelem me existimauit.* Prorsus id, quia ex semetipso intulerat aliquid.

Ponens, inquit, *in ministerio, qui prius eram blasphemus, & contumelios⁹, & persecutor: sed misericordiā consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.* Vides vt etiam quod suum est, & quod itidem dei, cautè proponat. Dei scilicet prouidentiæ plurimum semper attribuens, sua verò rectè facta supprimens semper, atque occultans: ita tamen, vt dixi, ne libertatem arbitrij tolleret. Quid autē sibi vult quod ait, qui me cōfortauit? Onus ingens subierat, plenumq; periculi, & quod superno adiutorio plurimum indigeret. Considera denique quibus erat opus viribus aduersus quotidianas cōtumelias, iniurias, maledicta, insidias, pericula, iurgia, probra, mortesque persistere, neque lassescere, neque referre pedem: sed innumeris vndique telis diebus singulis lacessiri, & intentis ad superna luminibus fortiter stare, nullisque omnino terroribus cedere. Id profectò non humanarum virium erat, neque itidem diuini tantùm adiutorij, verùm & ipsius proposito voluntatis. Quia enim quidnam futurus esset, ipsum præsciuerat deus, audi quid de ipso testetur, antè scilicet quàm officium prædicationis attingeret: Quoniam, inquit, vas electionis mihi est iste, vt Act.9.c portet nomen meū coram gētibus & regibus. Quemadmodum enim hi, qui in bello regia signa circunferunt, vt moris est, magnis laboribus indigent & viribus, maximáque peritia, vti ne id hostibus prodant: ita & qui Christi nomen portant, non in bello solùm, verumetiam in pace summis viribus indigent, ne id maledicis linguis exponant, sed id strenuè ferant, vexillo crucis armati. Ingenti enim profectò opus est robore, vt quis dignè portet Christi nomen. Nam qui indignum aliquid vel dixerit, vel fecerit, aut etiam cogitauerit, Christi nomen non legitimè portat, neque habet in semetipso Christum. Porrò qui id congruè portat, is profectò triumphat, non in foro, sed in cœlis, omneśq; illi adstant angeli circundantes illum, atque admirantes. *Gratias*, inquit, *ago ei qui me confortauit Christo Iesu domino nostro.* Vide, vt etiam eorum quę ad ipsum pertinēt, ei gratias agat, quòd scilicet ipsum vas electionis effecerit. At id quidem tuum est ô beatissime Paule, neque enim personarum acceptor est deus: hoc autē est, quòd dignum me fecit hoc ministerio, hoc indicio, quòd me fidelem existimauerit. Quemadmodum enim in domo patrisfamiliàs dispensator illi non modò gratias agit, quòd sibi crediderit substātiam suam, verùm & quòd illi hoc imposuerit signum, aliisq; fideliorem arbitratus sit: eodem modo & hic intelligendum est. Deinde diligenter inspice, quo modo dei misericordiam, ac benignitatē prædicet, & verbis extollat, priorem suam exponēs vitam: *Qui prius*, inquit, *fui blasphemus, & cōtumelios⁹, & persecutor.* Nēpe cùm de Iudæis loquitur, qui eatenus erant infideles, pressiore vtitur verbo, semperque de culpa subducit. Testimonium enim, *Roma.10.a* inquit, reddo, quòd zelum dei habent. De se autem, *Qui*, inquit, *prius fui blasphemus & persecutor, & contumelios⁹.* Intuere diligētius quanto se deiiciat studio, quàm non sit amator sui, quàm non se palpet, vtq; humilem possideat mentē. Non sufficiebat se appellasse blasphemum, nisi etiam persecutoris sibi crimen iniungeret, rursumq; idipsum persecutionis augeret malum. Non enim, inquit, satis erat mihi meipsum lædere, neq; blasphemare suffecerat: verumetiam piè viuere volentes persequebar. Magna blasphemiæ væsania est. *Sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.*

Cuius ergo rei gratia Iudæi quoque alij misericordiam consecuti non sunt? Quia non ex ignorantia, verùm ex proposito malo, scientes, prudentesque peccauerunt: atque vt id diligentius noueris, euangelistam audias licet dicentem, quòd plurimi ex Pharisæis & Iu *Ioan.12.f* dæis credebant quidem, verùm confiteri minimè audebant. Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quàm dei. Et Christus iterum ad ipsos ait: Quo modo potestis credere, gloriam ab inuicem inquirentes? & *Ibid.5.g* rursum:

Ibid.9.c rursum:Hæc,inquit,dixerunt parentes cæci propter Iudæos,ne extra synagogam fierẽt.Et ipsi item Iudæi alio
Ibid.11.c in loco dicebant: Videtis, quia nihil proficimus, ecce mundus totus post ipsum vadit.Vbique enim ipsos dominationis vana perturbabat ambitio, nempe illi ipsi
Luc.4.c dixerunt: Nemo potest peccata dimittere, nisi solus deus: statimque ille, quod ipsi signum dei esse dixerãt, fecit.Non igitur ex ignorantia ista faciebant:Vbi nam verò tunc Paulus erat?fortasse illum ad pedes Gamalielis fuisse quis dixerit, nihilq; commune cum turbis seditiosis habuisse.Vbi nam verò Gamaliel ipse degebat? Erat vir ille ab hoc ambitionis fastu penitus remotus. Quo modo igitur post hæc Paulus inter turbas furentes fuisse deprehenditur? Aspiciebat dogma nostrum indies augeri,iámque obtinere,plurimósque obtemperare cœlestibus monitis. Nam sub Christo quidem interdum ipsum audierat,interdum verò doctores legis B adibat:tunc autem rebus in seditionem versis,cùm diuisa esset penitus de Christo plebis opinio, tunc iam nõ veluti reliqui ambitionis causa,sed zeli agebat,quæ egisse cognoscitur. Cur igitur Damascum proficiscebatur? Luem quandam, ac pestem esse prædicationem dogmatis nostri existimabat, [ac metuebat ne passim ista prædicatio diuulgaretur.] Verùm enim Iudęi,non eodem ducebãtur zelo,non vtilitate multitudinis,sed ambitionis fastu gerebant omnia.Deniq; intuere quid
Io.11.f dixerint: Ne fortè veniant Romani, & tollant locum nostrum & gentem. Eiusmodi eos concutiebat humanus metus.Illud verò meritò quisq; quæsierit:Cur Paulus,cùm diligentissimus circa legis studium fuerit, veritatem rei eatenus ignorauerit?Ipse est nempe qui ait:
Roma.1.a Quod antea repromisit per prophetas suos. Quo modo igitur ipse non nouerat,qui æmulator fuerat pater- C
Act.22.a næ legis,ad Gamalielis pedes eruditus? Sed hi quidem qui ex piscatione, ac telonio vocati sunt, protinus accurrerunt, fidémque promptè susceperunt: tu autem persequeris, hactenus legis studiosus, idcirco semetipsum redarguit,dicens: *Non sum dignus vocari apostolus.*

Idcirco ignorantiam confitetur,quam infidelitas parit: ideo ait, misericordiam consecutus sum. Quid est autem,fidelem me existimauit?Nihil penitus prodit ex his,quæ domini sunt: omnia ipsius esse ait, etiam propria, cunctáque refert ad gloriam dei. Audi denique
Act.14.c ipsum & alio in loco dicentem:Viri quid nobis intenditis? Nos enim homines sumus similes vobis passibi-
1.Cor.15.a les:hoc est, fidelem me existimauit. Nanque & alio in loco ait: Abundantius eis omnibus laboraui, non ego
Philip.2.b autem,sed gratia dei,quæ mecum est.Et rursus:Qui operatur in nobis & velle,& posse. Ostẽdit semetipsum D fuisse supplicio dignum:quippe misericordia huiusmodi hominibus solet inferri.Certè & alibi ait:Cæcitas ex
Roma.11.c parte in Israël cõtigit:sed gratia,inquit,dei superabundauit cũ fide & dilectione, quæ est in Christo Iesu. exaggerat delicta, ne fortè cùm audis,Misericordiã consecutus sum, rem simpliciter accipias. *Blasphemus*, inquit,*eram,& persecutor,& contumeliosus.* Igitur & supplicio dignus: verùm non pœna affectus, *Sed misericordiam sum consecutus.* Ergòne igitur hoc solùm dei misericordiã prædicat,quòd supplicia non intulerit?Minimè id quidem,verùm & alia plurima & magna:neq; enim solùm imminente pœna nos eripuit deus,sed & iustos fecit,& fratres,& filios,& amicos,& hæredes,& cohæredes.Idcirco,inquit: *Superabundauit gratia.* Excessit,ait, misericordia modum: quippe ista non miserentis, sed amantis sunt ac desiderantis,& nimia vi dilectionis affecti.Cùm itaque plurima,& magna de dei benignitate dixisset,quòd scilicet se cùm esset blasphemus,& cõtumeliosus,& persecutor,fuisset miseratus:neque id solùm, verùm & plurimis aliis, magnísque muneribus prosecutus esset.Rursus infidelium gratia dogma communiuit,ne dicerent liberum arbitrium esse sublatum. Denique addidit, *Cum fide & charitate, quæ est in Christo Iesu.* Id solùm,inquit,intulimus nos,quia credidimus Christum nos posse saluare. Diligamus igitur ip- Morale.
sum propter Christum, † ipse enim se nobis tradidit.] Vides quæ nam nobis Christus intulerit bona, & quæ item lex?Non simpliciter ait, abundauit gratia: sed,superabundauit. Re enim vera superabundasse dicitur, quæ innumeris suppliciis dignos,in adoptionem filiorum repentè traduxit.Vides iterum: In,Idem significare quod, Per. Neque verò fide solùm opus est, sed etiã B charitate:nam plurimi nunc vsque sunt, qui Christum deum quidem esse credunt, sed ipsum tamen non diligunt,neq; charitatis iura custodiunt.Ipsi nempe cuncta præferunt,pecunias scilicet,genesim,fatum, obseruationes,auguria,& vaticinia, & cætera christianæ religioni prorsus aduersa:& quæ dilectionis nostrę argumenta præferimus,qui in ipsius iniuriam viuimus?Habet quispiam amicum,quem ardenti amplectatur affectu. Vel sic saltem Christũ diligat, vel sic diligat eum, qui pro inimicis suum tradidit filium.nempe cùm nulla meritorum nostrorum indicia præcessissent.Et quid dicam,meritorũ?immò cùm per innumera scelera corruissemus,& per nefaria quęlibet temeritate illicitè diffluxerimus,post innumera beneficia,post ingẽtem dispositionis suę prouidentiã eatenus ingratos,ne sic quidem abiecit,aut repulit: verùm tum maximè filium tradidit,cùm maiora nostra feruebant scelera.Nos autem C cùm tam ingẽtibus beneficiis fruiti essemus,postquam ad amicorum euasimus dignitatem, postquam bonis omnib⁹ per ipsum perfrui meruimus,ipsum ne vt amicum quidem diligemus? Et quæ iam nobis erit salutis spes? Fortasis ad hæc verba exhorrescitis, sed vtinã rẽpotius exhorrescatis.Et quó nam,inquies,modo Christum neque vt amicos diligimus? Ego tibi conabor ostendere. Et cupio quidem atque oro, vt ea quæ dixero,deliramenta potius, quàm veritas sint. Sed vereor planè,ne verbis ipsis consentiant res:pro his qui re vera amici sunt,plurimi sępenumero damna perpeti elegerunt: pro Christo autem non dixerim sustineri detrimenta, verùm præsentibus contenti esse bonis vix pauci tolerant:pro amico sæpius & contumelias, & inimicicias susc ipimus, Christi verò gratia nullus inimi-
ciciam susc ipit. Amicum fame confectum nunquam D omnino despicimus:Christum verò quotidie venientem ad nos,neque pane dignamur:idque quum crapula distenti ructemus, ventríque omnino inseruiamus & hesternum spiremus vinum, atq; deliciis soluamur: plurimíque ex nobis meretricibus largiamur,alij parasitis,assentatoribus alij,alij item mõstris,& fatuis,& nanis:quippe & hi naturę defectus sunt quibus pro delectatione vtimur.Amicis,qui verè amici sunt, nũquam inuidemus, nunquam illorum fœlicitate mordemur: at in Christo hoc patimur, plúsque amiciciam valere, qui diligenter inspiciat,animaduertet,quàm timorem dei.Nanque simulator,& fascinator,& inuidus homines plus quàm deum reueretur. Quo pacto?iam dicã, quòd scilicet cùm deus inspiciat cor, fraudes concinnare non desinit: sin verò hominem se intueri perfiderit, pallet, erubescit, atque confunditur. Rursus ad

† *Quid autem est, propter Christũ: quia ipse vobis homo fuit mediator, non ipsa lex.*

amicum

amicum cùm aliqua afflictione vexatur, ſoliciti pergimus: at ſi modicum diſtulerimus, reprehenſionem expaueſcimus. At verò cùm Chriſtus ſæpe in carcere in ſuis membris moriatur, eum ne viſitamus quidem. Ad amicos autem fideles, non ideo quòd fideles ſint, ſed quia ſunt amici, proficiſcimur. Vides, vt nihil dei metu, nihilque ipſius amore perpetretur à nobis, ſed omnia partim amicicia, partim cõſuetudine facimus? Amicum peregrè cùm proficiſci cernimus, lugemus, ingemiſcimus, illachrymamur: & ſi mortuum videre contigerit, plãgimus, & quidem cùm certè nouerimus ipſum à nobis nõ perpetuò eſſe ſeparandum, propter reſurrectionis ſacramentum. Enimuero cùm Chriſtus quotidie ſeparetur à nobis, immò cum ipſum diebus ſingulis à noſtro arceamus ingreſſu, neque dolemus, neque durum aliquid & acerbũ nos pati arbitramur. Cæterùm cùm illum afficiamus iniuriis, cùm eum contriſtemus iugiter, atque irritemus, & contrà quàm ille iuſſerit faciamus omnia, neque ingemiſcimus, ſed inſenſibiles nõ ſecus ac lapides permanemus. Ne id quidem horroris ſatis eſt, ſi eo non ſaltem vt amico, vtimur: ego enim oſtendam nos illo vti veluti inimico.
Roma.8.b Quo modo, inquies? Prudentia, inquit: carnis inimica eſt dei. Atqui hanc circunferimus ſemper, illum fugamus ſi nobis velit accurrere, atque ex ianuis arcemus noſtris. Mala nanque opera hoc faciunt, authores ipſi ſumus, vt quotidie contumeliis exagitetur auariciæ noſtræ, rapinæq; cauſa. Laudatur quiſpiam virtute probatus, quæ ad ſanam pertinent doctrinam loquens, & eccleſiam verbo prædicationis ædificans, nos huic protinus inuidemus: quia quæ dei ſunt, gerit. Videmúrque inuidere illi quidem, verùm liuor ipſe noſter tranſit in dominum maieſtatis, dum ædificationem illam non per alios, ſed per nos fieri volumus: non propter Chriſtum, ſed noſtri gratia. Nam ſi Chriſti vrgeret affectus, ſiue id per nos ſiue per alios fieret, nihil moueremur. Dic enim, quæſo, ſi quiſpiã medicus filiũ habens cæcitati proximum, ipſe nihil remedij adhibere poſſet: aliũ verò fortaſſe reperiret, qui hoc poſſet, num illum repuliſſet? Nequaquam. Sed ipſi quodam modo ita loqueretur: Siue per te ſanitas, ſiue per me contingat, nihil refert. Cur id? Quia non quæ ſua ſunt, quærit: ſed quid filio expediat, ſtudioſè perſequitur. Ita & nos ſi Chriſtum toto animi affectu amaremus, diceremus profectò: ſiue per nos, ſiue per alios quoſlibet, quod expedit fiat, nihil ad rem: ſiue veritate, ſiue occaſione, in-
Philip.1.c quit, Chriſtus annunciatur. Audi denique dicentẽ ſanctum Moſen ad eos, qui eum irritare volebant, cùm
Nume.11.f Eldad & Medad prophetare nunciarentur: Nolite, inquit, pro me æmulari: quis mihi det, vt omnis populus domini prophetet? Nempe iſta omnia ex gloriæ vanitate procedunt: nonne hæc inimicorum atq; hoſtium ſunt? Maledixit te quiſpiam, tu illum dilige. Et quo pacto, inquies, id fieri poteſt? Poteris certè ſi velis. Quòd ſi benedicentẽ diligas, nulla tibi gratia eſt: neque enim propter Chriſtum id facis, ſed propter laudem tuam. Læſit te quiſpiam, tu illum beneficiis refoue. Quod ſi beneficium beneficiis remunerare volueris, nihil magni feciſti. Iniurias & detrimẽta maxima perpeſſus es, tu contraria operari ſtude. Ita quæſo, ita diſponamus noſtra omnia, deſinamus iniurias inferre, atque odiſſe inimicos. Ipſe nempe dominus noſter inimicos diligi iuſsit. Nos ipſum quoque perſequimur noſtri tam ſtudioſum amatorem: abſit, inquies. Hoc verbo omnes loquimur, cæterùm contraria factis oſtendimus. Ea eſt peccati obcæcatio, vt quæ ne dicto quidem tolerabilia ſunt, ea facto tolerabilia ſint. Deſeramus tãdem ea quæ ſalutem noſtram lædunt, ac penitus violant, vt eis perfruamur bonis, quibus frui amicos decet. Volo enim, *Ioan.17.b* inquit, vt vbi ſum ego, & diſcipuli mei ſint, vt videãt gloriam meam. Qua nos omnes frui cõtingat in Chriſto Ieſu domino noſtro, cum quo eſt patri gloria, vna cum ſancto ſpiritu, in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia iiij

Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus, quoniam Chriſtus Ieſus venit in mundum peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum. Sed idcirco miſericordiam conſecutus ſum, vt in me primò oſtenderet Chriſtus Ieſus omnem patientiam, ad † confirmationem] eorum, qui crediturí ſunt illi in vitam æternam. Adeo magna ſunt beneficia dei, atque in tantum humanam omnem expectationẽ, ac ſpem tranſcendunt, vt ea ſæpius vix credantur. Quæ enim nunquam humanus animus aut cogitare, aut ſperare potuit, ea nobis cuncta largitus eſt: vt fermè apoſtoli plurimum laborauerint, vt nobis perſuaderent credere dona à deo nobis indulta. Quemadmodum enim in excellentibus quibúſque bonis hoc patimur, vt dicamus: putáſne hoc ſomnium eſt? propterea quod nõ credamus, ita & in diuinis profectò muneribus. Quid igitur erat, cui difficilis habebatur fides? ꝙ inimici, quòd peccatores, quòd hi qui in lege non iuſtificabãtur, neque per opera, hi continuò ex fide ſola primas partes meritorum conſecuti ſunt. Plurima igitur & in epiſtola ad Romanos de huiuſmodi loquitur, plurima item hic diſſerit. *Fidelis*, inquit, *ſermo, & omni acceptione dignus, quoniam Chriſtus Ieſus venit in mundum peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum.* Quia enim Iudæi hoc maximè attrahebantur, perſuadet eis non intendere legi, quaſi poſsibile non ſit abſque illa ſaluari, cùm ſine fide quis ſaluus eſſe non poſsit. In hoc igitur tota eius verſatur intentio. Incredibile enim eſſe videbatur, ſi quidem homo, qui omnem priorem vitam fruſtra atque inaniter conſumpſiſſet, duxiſſetque per mala opera, poſtmodum ex fide ſola ſaluandus diceretur: idcirco ait,

Fidelis ſermo. Verùm quidam non modo non credebant, ſed etiam culpabant, id quod modò facere nõ deſinunt, dum dicunt: faciamus mala, vt veniant bona. Poſtquam enim dixerat, vbi abundauit peccatum, ſu- *Roman.5.b* perabundauit & gratia: quid aiunt? Faciamus mala, vt veniant bona: iſta enim maximè gẽtiles obiiciunt, carpentes noſtra: nam cùm illis de gehenna diſſerimus, & quo pacto, inquiunt, iſta deo digna ſunt? Si quidem homo ſeruum nactus, qui multa peccauerit, dimittit liberum, veniámque largitur: deus autem immortaliter punit. Rurſum cùm illis de ſacro regenerationis lauacro, ac de remiſsione peccatorum loquimur, quæ nobis baptiſmi ſalutaris gratia cõdonatur: ꝓtinus, quàm, inquiunt, hæc indigna ſunt deo, vt qui innumeris ſceleribus fuerit preſſus, criminib⁹ abſoluatur? Vides vbique animi, ac ſententiæ peruerſitatem ſemper contentionibus deſeruire? Nempe ſi malum remiſsio eſt, bonum ergo cruciatus erit: quòd ſi pœna bonum nõ eſt, bona ſit remiſsio neceſſe eſt (illorũ nunc more loquor) nam iuxta fidei veritatem bona vtraque ſunt, quod alio tempore oſtendendũ reſeruamus: neque enim preſentis temporis eſt, cùm profundum valde ſit, ac ideo operoſius perſcrutandum. Suo igitur tempore veſtræ hoc dilectioni proponere inſtitui. Vnde igitur fidelis eſt ſermo, & ex præteritis ſimul, & ex futuris apparet.

Vides

Vides vt præparet animum, atque suspendat, eámque rem, vt dignũ erat, diutius verset. Nam profectò quod ait, blasphemum se, ac persecutorem, & cõtumeliosum misericordiam consecutum, hoc præparantis. Nec modò miseratus est, inquit, verùm etiam fidelem fecit. In tantum, ait, fides deneganda non est, quòd etiam misertus sit. Nemo enim intuens eum qui vinctus fuerat in regia conuersari, misericordiam consecutum ambigere poterit, quod in Paulo cernere in promptu erat, rursumq; ex semetipso hæc indicia colligit. Non enim erubescit seipsum vocare peccatorem, sed inde potius gloriatur, quòd cùm peccator esset, tanta meruerat circa se diuinæ benignitatis indicia: ita enim vel maximè dei summam prouidentiam commendare potest. Et quo modo, inquies, alio in loco, cùm de se loqueretur, secundum iusticiã, quæ in lege erat, sine querela se fuisse testatur: hìc verò peccatorem se, & peccatorum omnium primum esse asseuerat? Quia ad eam iusticiam, quam deus operatus est, & quæ veraciter quæritur, peccatores & illi erant, qui in lege iusti videbãtur. Omnes enim peccauerunt, & indigent gloria dei: hanc autem non simpliciter iusticiam dixit, sed addidit, quæ in lege erat. Quemadmodum enim is, qui multũ pecuniarum possidet, dines quidem esse videtur: cæterum thesauris regiis comparatus pauper esse, atque inops primus cernitur: ita & hìc dum angelis conferuntur, peccatores esse etiam iusti deprehenduntur. Quòd si Paulus qui iusticiam legis fuerat operatus, primus peccator est, † qui ex omnibus aliis iustus meritò vocari possit.] Neque enim se ideo peccatorem ait, quasi vitam carperet suam, vt impudicè actam & per fornicationes, cupiditatesque fœdatam: Absit: verùm iusticiam illam huic conferens, non solùm nihil esse monstrauit, sed peccatores illos, qui in illa gloriarentur, ostendit. *Sed idcirco*, inquit, *misericordiam consecutus sum, vt in me primò ostenderet Christus Iesus omnem patientiam ad confirmationem eorum, qui crediturí sunt illi in vitam æternam.* Vides vt semetipsum rursus humiliet, ac penitus comprimat, alia etiam viliori adiecta causa? Nam quòd † prioris ignorantiæ veniam misericorditer consecutus sit,] non nimis illum indicat peccatorem, neque omnino reprehensibilem. Cæterùm idcirco misericordiam fuisse consecutum, vt nemo iam peccator quibuslibet sceleribus pressus de se desperet, immò eandem se cõsecuturum veniam hoc exemplo præsumat. Magnum valde ac re vera ingens est. Itaque cùm dixisset, Primus peccatorum ego sum, & blasphemus, & persecutor, & non sum dignus vocari apostolus, & quæque alia in hunc sensum dixit: nihil profectò tã humile locutus est, quod ex subiecto exemplo manifestius fiet. Sit enim, verbi gratia, ciuitas quædam populosa, cuius ciues omnes mali sint, alij plus, alij minus, omnes tamen peccatis obnoxij: vnus autem inter cæteros sit sceleribus clarus, ac præ omnibus supplicijs dignus, quippe qui omne genus nequitiæ exercuerit: si igitur dixerit quispiam regẽ omnibus culpas velle dimittere, non ita verbis fides adhibebitur, sicuti si videant eum, qui plus omnibus, grauiúsque deliquit, venia fuisse donatum. Nulla enim iam ambiguitas remanere poterit, quin omnibus ignoscere velle existimetur rex, qui eum absoluerit, qui erat præ cæteris peccatoribus insignis, hoc & Paulus ait: Cùm, inquit, vellet deus certiores homines facere, quòd omnia illis peccata donauit, elegit eum, qui plus omnibus deliquerat, cui scelera cuncta dimitteret. Me enim potito venia, nemo iam de se dubitare permittitur, quemadmodũ etiã habet consuetudo loquendi. Si huic ignouit deus, neminem puniet: vt per id ostẽdatur, ipsum venia quidem dignum non fuisse, verùm eam aliorum pro salute meruisse. Nullus igitur ambigat, inquit: nullus de se desperet, quandoquidem ipse saluatus sum. Et, quæso, diligẽtius intuere beatissimi viri prorsus humilẽ mentem. Non dixit, vt in me ostenderet patientiam, sed, omnem patientiam, ac si apertius diceret: Nullus est, in quo maior habenda sit patientia, neque inueniri facilè potest peccator, qui tanta abundantia miserationis indigeat. Omnem, inquit, ostendit in me patientiam, nõ partem, quemadmodum his qui modica deliquerunt. *Ad confirmationem*, inquit, *illorum, qui crediturí sunt ei in vitam æternam.* Hoc est, ad exhortationem, ad profectum incitamentúmque virtutis: quoniam verò magnum quiddam de filio fuerat locutus, quòd scilicet tantam vim dilectionis ostenderet, ne quis fortè putaret patrẽ ab ea charitate remoueri, & ipsi gloriã refert, cùm protinus addidit: *Regi autem seculorum immortali, inuisibili, soli sapienti deo honor & gloria in secula seculorum, Amen.* Pro his, inquit, non tantùm filio, sed & patri referimus gloriã. Interrogemus hæreticos, ecce, soli deo, dixit: Num igitur filius deus non est? Et, soli immortali: Nónne igitur & filius immortalis est? Et quod nobis postmodum dabit, ipse non habet? Ita sanè, inquies, & deus, & immortalis est filius: sed non talis, qualis est pater, Quid sibi vult, non talis? Minoris, inquit, substantiæ est, minoris igitur etiam immortalitatis erit. Quid autem est, immortalitas minor? Nẽpe immortalitas nihil aliud est, quàm morte nõ tangi, neque corrumpi. Gloria quidẽ maior, ac minor est: immortalitas verò maior, aut minor esse non potest: sicuti neque sanitas maior aut minor: † aut enim morbo tentamur,] aut non. Quid igitur, inquies? Immortalitatem nos ita vt deus habemus? Absit, vt id quispiam sentiat. Cur id? Quoniã ipse hanc per naturam habet, nos autem per gratiam. Sed nunquid ita & filius? Minimè verò, verùm & ipse hanc per naturam habet. Cuius igitur rei gratia huiusmodi differentia infertur? Quia ipse, inquies, à nemine talis factus est, filius autem à patre natus est. Et nos hoc ipsum gratè confitemur: neque enim negamus ex patre filiũ immortaliter natum. Et huius rei gratia, inquies, patrẽ glorificamus, quia talem genuit filium. Vides quòd tunc maximè glorificetur pater, cùm magna peregerit filius. Ad ipsum enim filij cuncta referuntur, itaque & cùm fortem genuerit, & eiusmodi qualis ipse est, non gloria filij magis, quàm patris est. Cùm item * temperantem, cùm sibiipsi sufficientem, cùm nõ imbecillum, nullo minor est patris quàm filij gloria. Regi autem seculorum: & ista de filio dicta intelligi possunt, per quẽ fecit & secula: idem est hoc loco. Nẽpe enim apud nos vtraque distincta res est, aliudq; ministri officium est, & aliud iubentis imperium: atque alius quidem constituit, laborat, fatigatur, alius autem imperat. Cur id? Quia is qui ministrat, inferior est: verùm non ita in diuinis personis accipiendũ est, non est ibi alterius creatio, & alterius dominatus: neque enim cùm audio, per quem fecit & secula, patrem denego condidisse: neque item cùm audio patrem regem seculorum, à filio dominatum tollo. Communia enim ista sunt & patris & filij vtraque: condidit enim deus, qui opificem genuit, regnat filius quòd sit creaturarum dominus: neque enim mercede operatur, quemadmodum apud nos: neque alteri obtemperans, sicut item fit apud nos, sed bonitatis ac benignitatis tantùm propter gratiam. Quid autem

Philip. 3. b

Roman. 3. c

† *quis ex omnibus aliis iustus meritò vocari possit?*

† *propter ignorãtiam misericordiam consecutus sit,*

† *vt enim de liquid interitus sit obnoxium necesse est.*

* *scilicet quum i. ex se sufficientem.*

Universidad de Deusto

autem filius? Visus est aliquando? Nemo id tutò dicere potest. Quid est ergo, immortali, inuisibili, soli sapienti
1.Tim.1.b deo? Quid item sibi vult, cùm dicit: Neque enim est nomen aliud in quo nos saluari oportet, & nō est in alio aliquo salus? Honor, inquit, & gloria in secula seculorum amen. Honor & gloria illi non verbis redditur, quia & ipse nos non verbis honorauit, sed rebus ac per opera, sic & nos ipsum honoremus per opera. Et certè hic quidem honor nos tangit, nobisque confert plurimum: noster autem honor illum minimè tāgit, neque enim nostris indiget, sed nos potius illo indigemus. Itaque etsi illum honoremus, nosipsos magis honoramus: quemadmodum enim is qui apertis oculis Solis intuetur lucem, sibiipsi prodest, admirans pulchritudinem syderis, neque illi aliquid confert: quippe clariorem facere ipse admirando non potest, sed permanet idem Solis fulgor: ita multò magis in deo. Is qui deum admiratur, eúmque honorat, sibiipsi acquirit salutem, maximáque emolumenta lucratur: quippe ex hac glo-
Matt.10.d rificatione virtutis sua prēmia promeretur. Ego enim, inquit, glorificantes me glorificabo. Quo modo igitur ipse glorificari se dicit, qui nihil ex huiusmodi officio nostro lucratur? Eadem profectò ratione, qua & esurire, & sitire se dixit. Omnia enim quæ conditionis nostræ sunt, propria sua esse facit, vt vel sic nos ad se attrahere possit, siue honores, siue contumelias in se perpeti dixit: vt hoc veluti fræno coërciti timeamus, atque ad
Morale. illum prompti accurramus. Glorificemus igitur deum, portemus deum in corpore & in spiritu nostro. Et quo modo, inquies, glorificat quispiam in corpore deum, quo modo item in spiritu? Spiritum hic appellat animam, ad distinctionem scilicet corporis. Quis igitur deum glorificat in anima, quis item in corpore? In corpore glorificat qui non se libidini subiicit, qui minimè inebriatur, qui ventri ac gutturi non studet, qui exteriorem non quærit ornatum, qui tantum curę circa se ostendit, quantum ad sanitatem sufficere potest, qui non mœchatur: quæ vnguentis delibuta non pergit, quæ faciem nequaquam fucis, atque coloribus pingit, quæ dei contenta opificio, nihil ex se addere quasi arte molitur. Quid enim studium tuum? quid artem cō summato à deo opificio admouere præsumis? Non tibi sufficit diuina formatio? An verò veluti excellētior opifex diuinum opificem corrigere impia moliris audacia? Atq; ad authoris iniuriam ornaris, vt post te greges iuuenū trahas? Et quid, inquies, ipsa facere possum? Neque enim ego hæc volo, sed viri gratia facere ista compellor. Adamari non potest quæ non vult. Pulchram te condidit deus, vt in hoc ipse laudetur, admirationiq; sit opificium suum, non vt iniurias patiatur. Noli ipsi huiusmodi referre vicē, verùm pudicicia atque verecundia te ornare contende. Pulchram ideirco te creauit deus, vt virtutis tibi adderet præmia: neq; enim idem est, speciosam & quæ amari à plurimis possit, studere pudicitiæ: & quæ huiusmodi careat, nullíq; sit expetēda, castitatem seruare. Audi denique quid de
Gen.39.b Ioseph scriptura dixerit. Erat, inquit, speciosus ac decorus aspectu. Quid nobis profuit audire decorum fuisse Ioseph? vt scilicet ipsius magis admiremur speciem, honestatémque laudemus. Speciosam te creauit deus: quid igitur teipsam deformem facis? Velut enim si quis aureæ statuæ illiniat lutum, ita sunt quæ fucis vtuntur, terram tibi illinis partim candidā, partim rubicūdam. At, inquies, hoc meritò faciunt quæ deformes sunt. Cuius rei gratia? Vt scilicet deformitatem occultent. At profectò incassum laborāt. Quando enim id quod naturale est, cuiusuis opificis studio atque arte superatur? Cur autē deformitas ipsa mœrori sit, si probro careat? Audi denique sapientis cuiusdam viri sententiam: Ne vituperes, inquit, virum in aspectu suo, neque item laudaeris virum in specie sua. Deum igitur admirare solum opificem optimum, non illius opus, neque enim pulchrum ipse se fecit. Quid enim lucri decor eiusmodi parit? Nihil profectò, verùm certamina magis intendit, maioréque calumnias, atque pericula, suspicionésque quamplures. Ea denique quam nō huiusmodi decor illustrat, suspicione carebit: quæ verò formosa est, nisi magno studio, & nimia vtatur continentia atque honestate, opinioni protinus pessimę locum dabit, virque ipse eiusmodi semper zelo mordetur. Quo quid dici grauius possit? Neque enim tantùm ex aspectu ipso voluptatis habet, quantum ex suspicione mœroris. Illa enim consuetudine solet extingui, at verò vbi lasciuiæ, libertatis, atq; impudiciciæ opinio manare cœperit, ipsius quoque animæ intima penetrat, atque penitus insitis sordibus squalescit indies. Ecce quibus incommodis pulchritudo subiecta est. Porrò eam quæ decore caruerit, impedimentis plurimis liberam facilè inueniemus: neque enim illi infesti sunt eiusmodi pulchritudinis aucupes, sed veluti agnus simplex in quiete atque in silentio pascitur, lupo nullo perturbante ipsius ocium, sed semper sibi assidente pastore, & ab huiusmodi incursibus protegente: ita nihil profectò habet amplius, quæ formosa fuerit, quàm deformis: neque hāc illa vllo priuilegio superat, sed ea meritò plus habere dicitur, quæ merito virtutis excellit. Nam, quęso, quæ nam oculorum virtus est? Num quòd liquentes, atque versatiles, rotundíque ac cærulei sunt, siue potius quòd acutissimo vigeant lumine? Hoc equidem reor, quod inde constabit. Quæ nam oro lucernæ virtus, quòd clarè fulgeat, omnémque illustret domum, an quòd pulchrè ficta atque rotunda? At nemo hìc dubitat, luciſque claritas iudicio omnium obtinet: cætera enim media sunt, atque communia: idcirco etiam semper ancillulæ dicere solemus, cui lucernæ concinnandæ officium sit: lucernam malè præparasti, adeò lucernæ illuminare proprium est: itaque & oculus qualiscūque fuerit, si officij sui ministeriū implere sufficiat, differentia nulla est. Sicuti etiā malus oculus dicitur, cùm obtusi aspectus fuerit, & naturalem compositionem minimè perfectam in se habuerit. Quippe & eos qui apertis oculis non vident, malis esse oculis dicimus: malum enim omne quod proprium non implet officium appellare consueuimus. atque ista de oculis. Quæ nam verò narium virtus est? An quòd rectè, atque ad lineam vtrinque formatæ sint, suáque proportione non careant: an quòd olfactu vigeant interrogo, ac cerebro subministrent? At nemo qui dubitet: nam vt exemplo vtar, ea instrumenta quibus aliquid rapimus, quæ nam dicemus optimè fuisse condita: eáne quæ diligenter rapere, atque continere possint, an quæ decorè fuerint fabricata? Illa scilicet quæ vsui commodiora sunt. Quid autem dentes, quales esse dicemus optimos, eósne qui mandere & concidere cibum facilè possint, an eos qui pulchrè, atque ad lineam compositi sunt? Illos scilicet, qui rectius, quod sui est muneris faciūt: prorsusq; in toto corpore, qui diligenter inquirat, eandem sequetur rationem, inueniemúsque omnes sanos, pulchros meritò dici, dum membra singula possunt propria officia persequi: ita & vasa singula, & animalia, & arbores, nō ex forma,

ex forma,aut ex colore prædicamus,verùm ex miniſte
καλόν.i. pulchrũ, honeſtum, bonum,laudabilem. rio,atque ex officio proprio:ita & ſeruũ vocamus * pulchrum eum,qui nobis aptè miniſtrat, nõ qui ſpecioſus atque mollis eſt. Vides quo modo pulchra poſsit euadere. Cùm igitur his quæ ſunt maxima & præſtantiſsima,pariter & formoſa fruatur,atque deformis, nihil altera plus quàm altera poſsidet: puta mundum hunc ſimiliter cernimus, Solem,lunam,ſtellas,ſpiramus pariter aërem, humoris atque nutrimẽti pariter participes ſumus, ſiue formoſi fuerimus,ſiue deformes. Immò vt aliquid mirabilius loquar,ſaniores ſunt quę forma huiuſmodi carẽt,quàm ſpecioſæ. illæ enim vt quibus ſpeciem ſeruare ſtudium ſit,ſeipſas minimè laboribus tradunt:ſed ocio, atq; deliciis, quibus ex rebus membrorum officia obtuſiora penitus fiũt:hæ verò vt quæ nulla huiuſmodi diſtendantur cura,paſsim laborare non deſinunt,atque ob id ſaniores,vegetioreſq; fiunt. Glorificemus igitur deum, portemus ipſum in corpore noſtro,non exteriorem quæramus ornatum. Superfluum id quidem ſtudium,atque inutile eſt: nõ erudiamus viros ſolas intendere facies. Nam ſi huiuſmodi ornatus deſeruiat ſtudio, citò vir tuus huiuſmodi amare facię conſuetus,vultu meretricio capietur. Quòd ſi illũ docueris amare in vxore mores, venuſtamq; dignitatem, non facilè conuolabit ad ſcorta:neq; enim hæc in meretrice reperiet,ſed contraria penitus.Noli docere virum riſus ſuauitate decipi, neque fracto, ſolutóque inceſſu capi, ne aduerſus teipſam illi arma miniſtres,inſtrue illum caſtitate gaudere:poteris autem id,cùm huiuſmodi habitum præfers. Nam ſi leuis,inconſtans, ac lubrica fueris, quo modo verbum honeſtum & graue proferre poteris? Quis te non rideat atque ſubſannet? Quo modo autem etiam in ſpiritu portare poſſumus deum:Si virtutem vbique teneamus, ſi animæ ſtudeamus ornamentis, quippe ille minimè prohibetur ornatus.Ita glorificamus deum, ſi omnibus ex partibus fuerimus bonì: glorificabimur autem & nos in die illa,nõ ſanè ſimiliter, ſed multò dignius, multóque excellen-
Roma.8.d tius. Exiſtimo enim, inquit, quòd non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis: cuius nos omnes contingat participes fieri in Chriſto Ieſu domino noſtro.

Homilia quinta.

HOc præceptum commẽdo tibi fili Timothee ſecũdum præcedentes in te prophetias,vt milites in eis bonam militiã, habens fidem & bonam cõſcientiam. Quam quidam repellentes circa fidem naufragium fecerunt, &c. Doctoris, ſacerdotiſq; dignitas magna eſt, atq; mirabilis, & quæ re vera diuina ſententia cõprobanda ſit,vt quis ea dignus adducatur in medium: ita & pridem fiebat, ita nunc quoq; fit,quoties abſque humana paſsione huiuſmodi electiones celebramus.cùm nihil omnino ſeculare,nihil temporale intuentes, neq; ad gratiam,neque ad odiũ facimus.Nam & ſi tanta nobis ſpiritus plenitudo non adeſt, ſufficit voluntas optima, vel ſola, deum vt ordinationi noſtræ concurrat attrahere:quippe ne apoſtoli quidẽ tunc ſpiritus gratiam adepti erãt,
Acto.1.d cùm Matthiam elegerunt:ſed orationi negocium permittentes, ipſum apoſtolorum numero adiecerũt: neque enim intuebantur humanæ amicicię gratiã:ita nobis quoque faciendum eſt: enimuero vbi ea quæ certa ſunt,omnibuſq; manifeſta, negligimus,quo pacto nobis deus reuelabit incerta? Si in modico,inquit,fideles non fuiſtis,quod magnum & verum eſt,quis dabit vo

A bis? Tunc autem quia nihil fiebat humanum, ſacerdotes etiam ex prophetia veniebant.Quid eſt,ex prophetia?Ex ſpiritu ſancto.Quippe munus eſt prophetię,non modò futura prædicere,verũ & præſentia dicere:quo- *1.Reg.9.d*
niam & Saũl prophetia oſtenſus eſt,qui inter vaſa latebat.Deus enim reuelat iuſtis.Prophetia itidẽ fuit, cùm dicit ſpiritus ſanctus: Separate mihi Saulum & Barna- *Actu.13.d*
bam:ita & Timotheus electus eſt. Prophetias autẽ hìc plurimas dicit,fortaſsis & illam per quam ipſum acceperat,quãdo eum & circuncidit,atque ordinauit,quẽ-
admodum & ipſe ſcribit: Noli negligere gratiam,quæ *Infra 4.d*
eſt in te.Igitur vt illum excitaret,ſobriumq; ac vigilantem faceret,admonet eum quis illum elegerit,atque ordinauerit:ac ſi apertius dicat,Deus ipſe te elegit, ipſe tibi eccleſiam credidit,nõ te iudicium promouit humanum:noli igitur ſententiam dei probro afficere:neque
B confundere.Deinde quoniam præceptum,inquit,grauius fortaſſe videbatur,adiecit: *Hoc præceptum commẽdo tibi fili Timothee.* Tanquam filio chariſsimo pręcepit,neque enim authoritate propria, neque dominationis faſtu,neq; ſua veluti libertate: ſed fili,inquit, Timothee. Quod autem ait,commendo,cuſtodiæ diligentiam ſignat,nihilq; noſtrum nos inferre ſignificat.Non enim nos eam rem acquiſiuimus, ſed deus hanc nobis largitus eſt & fidem, & bonã conſcientiam. Quæ igitur dedit,ipſa ſeruemus: niſi ipſe veniſſet, neque fides huiuſmodi inueniretur,neq; vlla vitæ munditia,quam à parua ætate ſuſcipimus:ac ſi dicat:Non ego ſum,qui præcipio,ſed is qui te elegit deus: id quippe ſignificat quod ait: *Secundum præcedentes in te prophetias:* Illas audi, illis obtempera. Quid autem præcepit deus? Vt milites in
C ipſis bonam militiã,illæ te elegerunt,in his quibus electus es,milita bonam militiam.Eſt enim & militia mala,de qua alio in loco ait:Sicut enim exhibuiſtis mem- *Roma.6.d*
bra veſtra arma peccato & immunditiæ.Illi ſub tyranno militant,nos æterno regi militamus. Cur autẽ eam rem militiam vocat? indicat profectò bellum excitatũ eſſe vehemẽs & atrox cum cæteris, tum maximè ei qui doctoris fungitur munere.In quo nobis armis opus eſt validis ſobrietate ſcilicet,temperantia,precibus,perpetuiſq; vigiliis, quia non aduerſus ſanguinem pugnare pergimus, quia prælia nobis cum atrociſsimis hoſtib⁹ conſerenda ſunt, vt nullum hìc locum habeat blanda & pernicioſa mollicies. *Vt,*inquit,*in eis milites.* Quẽ-
admodum enim in caſtris,non omnes eundem ſeruãt militiæ locum, ſed variis diſtribuuntur ordinibus: ita & in eccleſia, alius quidem magiſtri obtinet ordinem, alius autem diſcipuli,alius item rudis,tu verò doctoris
D fungeris munere. Ac ne quis iſtud ſufficere exiſtimet, vide quod ſequitur: *Habens fidem & bonam conſcientiam.*

Magiſtrũ quippe prius oportet docere ſeipſum:quẽadmodum enim dux, niſi antea miles optimus fuerit, ne dux quidẽ eſſe aliquando poterit:ita & doctor. hoc & alio in loco ait:Ne fortè aliis prædicans,ipſe repro- *1.Cor.9.d*
bus efficiar. Habens fidem & bonam conſcientiam, vt ſic cæteris præeſſe dignius poſſis.Hęc nos exemplo maiorum nõ aſpernemur monita, etiam ſi doctorum fungamur vice.Nam ſi Timotheus,cuius nos meritis longè impares ſumus,& monita ſuſcipit, & libenter addiſcit,idq; cùm in doctoris ordinem tranſiſſet,multò magis id nos facere conuenit. *Quam quidam repellentes,* inquit,*circa fidem naufragium fecerunt.* Et meritò ſanè. Nam vbi vita reprehenſibilis fuerit,dogma item huiuſmodi ſit neceſſarium eſt, ac videas plurimos in profundum malorum corruiſſe,atque ad gentilem ritum fuiſſe cõ-
uerſos.

uersos. Ne enim futurorum metu, & expectatione cruA cientur, persuadere sibi omni studio curant, falsa esse omnia, quæ nostra religio cõtinet, atque à fide quidam peruertũtur, dum rationibus omnia colligere quærũt. Naufragium quippe huiusmodi ratiocinatio gignit, fidésque velut nauis tutissima est. Igitur qui ex illa decidérint, necesse est naufragium facere: quod exemplo quoque perspicuum facit, quum dicit: *Ex quibus Hymenæus est, & Alexander:* Vt horum exemplo nos corrigat. Videtis vt illis quoque temporibus non defuerint, qui peruersè docerent, qui secreta diuina temeraria curiositate disquirerẽt, qui à fide longè discederẽt, qui rationibus propriis mysteria venerãda rimari præsumerent. Qui naufragium facit, nudus, omnibúsque destitutus euadit: ita & qui ex fide exciderit, nihil iam habet vbi figatur, non habet vbi seipsum recipiat, non habet vitã quæ ipsi prodesse valeat: Quippe capite perB dito, atque corrupto, quæ nam reliqui corporis vtilitas est? Si enim fides absque operibus mortua est, multò magis absque fide nihil proderunt opera. Si deus propter nos quæ sua sunt despicit, longè magis nos oportet nostra ipsius gratia spernere: ita enim est, cùm quis exciderit fide, nusquam cõsistit, sed aliàs aliter natat, donec rursus in profundo mergatur. *Quos tradidi,* inquit, *Satanæ, vt discant non blasphemare.* Vides vt blasphemia sit, rationibus diuina velle discutere? ita nihil commune habet humana ratio collata diuinis. Quo autem modo ipsos satanas nõ blasphemare docet? Nempe enim si alios docet, multò magis seipsum docere debuerat: si autem saipsum hactenus docere nõ potest, ne alios quidem. Non ait, vt doceat illos non blasphemare, sed, vt discãt non blasphemare: nõ ille hoc agit, sed hic euentus accidit: quemadmodum igitur & alio C *in loco* ait de eo qui fuerat fornicatus, tradere huiusmodi *hominem Satanæ in interitum carnis, non vt spiritum saluet, sed vt spiritus saluus sit*: hìc autem nulla persona notatur. Quo modo igitur istud contingit? Nempe quemadmodum carnifices innumeris sceleribus pleni, castigant alios: ita & hìc de nequissimo dæmone dicitur. Et cuius rei, inquies, gratia, non illos ipse punisti, quemadmodum Bariesum, sicuti Petrus Ananiam, sed eos Satanæ tradidisti? Non vt puniantur, inquit, sed vt discant. Et certè ipsi non deerat authoritas puniendi, sicut cùm dicit: Quid vultis, in virga veniã ad vos? Et rursus: Non vt nos probati simus, sed vt vos quod bonum est, faciatis. Atque iterum: Nõ in euersionem, sed in ædificationem. Quid igitur Satanã ad supplicium vocas? Vt scilicet vnà cum vehementia atque cruciatu esset contumelia maior, immò verò infideles D quidem ipsi docebant: eos verò qui à fide auersi essent, Satanæ tradere cõsueuerant. † Cur igitur? Propter infideles nanque. Ananias infidelis erat, qui tentabat adhuc vt igitur fideles] discerent se latere non posse, idcirco per seipsos illos puniebant: eos verò qui postquã ista didicerant, à fide aberrabant, Satanæ tradiderunt: vt per istud ostenderent, quòd non propriis viribus, sed ipsorum custodia continebantur, quicunque se in arrogantiæ tumorem extulissent: quemadmodum in regibus cernimus, qui hostes quidem etiam suis manibus iugulant, subditos verò carnificibus tradunt. Indicat autem istud propter apostolorum custodiam fieri: præterea non minimum erat posse imperare diabolo, ex eo quippe monstratur, illum apostolis vel inuitum seruire, ac cedere solitum. Istud itaque parui non erat momenti. Quo modo autẽ illum tradiderit, audi: Con

Iacob.2.d

1.Cor.5.b

Act.5.a

1.Cor.4.d
2.Cor.13.b
Ibid.10.c

† *Quid nã autem, infideles? quando quidem Ananias infidelis erat adhuc cum staret: vt igitur infideles,*

2.Cor.5.b

gregatis, inquit, vobis, & spiritu meo, cùm virtute domini Iesu Christi tradere huiusmodi hominẽ Satanæ. Eiiciebatur nempe à communi fidelium cœtu, abscindebatur à grege, fiebat nudus, atque ita destitutus, atq; ita lupis patebat, & prodebatur incursibus: sicuti enim dudum nubes Hebræorum castra tegebat, ita & eccle- *Exod.40.d* siam protegebat sancti spiritus gratia. Si quis igitur extra ecclesiam fieret, comburebatur: fiebat autẽ extra ecclesiam apostolorum iudicio: ita & dominus Iudã tradidit Satanæ, continuò enim post buccellam introiuit *Ioan.13.c* in illũ Satanas. Et hoc item dicere possumus, quòd eos quidem quos corrigi volebant, non ipsi pœna plectebant: qui autem emendationem admittere nolebant, eos ipsi supplicio subdebãt, vel certè quia terribiles ma- *Iob.1.c* gis ipsi videbantur, cùm ipsos aliis traderent puniendos: ita & Iob Satanæ traditus est, verùm ille non delic & 2.b torum causa, sed vt maiora referret virtutis præmia.

Plurima eiusmodi nunc quoque contingunt. Quia Morale. enim sacerdotes ignorant eos qui peccatis obnoxij, indignè mysteria veneranda percipiunt: deus hoc sæpius facit, eósque Satanæ tradit. Quoties deniq; morbi, quoties detrimenta, quoties luctus, calamitatesque contingunt, & alia quælibet huiusmodi, huius rei gratia fiunt: id Paulus quoque signanter expressit. Ideo inter vos, *1.Cor.11.g* inquit, multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Et quo modo, inquies, ista perpetimur, cùm semel tantùm per annum ea sacramenta sumamus? Hoc nempe est, quod vniuersa perturbat, quia nõ munditia animi, verùm interuallo temporis longiore constare meritũ putas, summámque arbitraris reuerentiam, ac religionem esse, si non sæpius cœlestem illam adeas mensam: ignoras quoniam indignè accedere, etiamsi semel tantùm fiat, te supplicio tradit: dignè verò etiã si sæpe accedas, salutem inde conquiris? Non est audaciæ sæpius *Nota.* accedere ad dominicam mensam, sed indignè accedere, etiam si semel tantùm quispiam toto vitæ tempore accedat. At nos adeò stolidi, adeò insensati sumus, vt cum innumera per totum annum scelera perpetremus, nihil ea curemus exuere: cæterùm satis esse arbitramur, si non assiduè præsumamus atq; contumeliosè Christi corpus attingere: neque intelligimus miseri, quòd hi qui cruci Christum affixerunt, semel tantùm id fecerunt. Non igitur quia semel crucifixerũt, minus idcirco delictum est: & qui Christum prodidit, semel tantùm prodidit: nunquid ergo hoc illum supplicio eripuit? Quid igitur hanc rem temporis lege metimur? Tempestiuum accedendi tempus munditia conscientiæ faciat, nihil habet amplius quod in Pascha consummatur mysterium, eò quòd cõtinuò celebratur. Vnum quippe atque idem est, eadem est sancti spiritus gratia, semper Pascha est. Nostis profectò qui initiati estis, id quod dicimus, siue sexta feria, siue sabbato, siue dominica die, siue in celebritate martyrum, eadem litatur hostia, idem sacrificium consummatur. Quotiescunq; *1.Cor.11.f* enim, inquit, manducabitis panem hunc, & calicem biberitis, mortem domini annunciabitis. Nulla obseruatione temporis sacrificium circunscribere voluit. Cur igitur, inquies, tunc solùm dicitur Pascha? Quia tunc pro nobis Christus mortuus est. Nemo igitur illo tempore aliter accedat, & aliter nunc. Vna virtus est, vna dignitas, vna gratia, vnum atque idem corpus. Non illud hoc sacratius, neque istud illo inferius est: atq; hoc vos etiã nostis, qui nihil nouitatis inspicitis, præter secularia ista velamina, & multitudinem solito lætiorem. Habent aliquid amplius dies illi, quòd scilicet ex illis

initium

initium cepit salus nostra, quia in ipsis immolatus est Christus: iam verò quod ad sacramẽtum attinet, nihil amplius habent, nullam dignitatem, nullum priuilegium. At tu cùm carnalem cibum sumpturus accedis, os antea ac faciem lauas: cùm verò ac spiritualem mensam accessurus es, animam lauare dissimulas, atque immunditia plenus accedis. Sed non sufficiunt, inquies, quadragesimæ sanctæ ieiunia sordem illam nostrorũ diluere peccatorum. Et quæ nam obsecro vtilitas est, cùm quis voluerit vnguenta deponere, si prius emundet locum, deinde cùm parum aliquid odoris iniecerit, etiam stercus adiiciat? Nónne fragrantia illa omnis abscedit? ita profectò & nobis contingit. Digni fortassis euasimus, cùm pro viribus mũditiæ studeremus, sed postmodum rursus nosmet inquinare perteximus: hoc & de his qui possunt intra quadraginta dierum numerum peccata diluere diximus: ne, quæso, negligamus salutem nostram. Homo enim, inquit, qui auersus fuerit à peccato suo, & rursus pergens eadem fecerit, veluti canis est, qui ad suum reuertitur vomitum. Curemus quantum possumus, ne sit labor noster inanis: ita enim præmia illa consequi poterimus, quæ finem nullum habent: quibus nos omnes perfrui contingat, gratia domini nostri Iesu Christi, cũ quo est patri, vnà cum sancto spiritu gloria, imperium & honor, nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Prouer.26.b

Homilia sexta.

Cap.II.

Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & pro omnib⁹ qui in sublimitate sunt constituti. Quasi communis quidam totius orbis pater, sacerdos est: dignum igitur est, vt omniũ curam agat, omnibusq; prouideat: sicut & deus, cuius ministerio seruit, & fungitur vice, idcirco ait: *Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes & orationes.* Duo enim hinc præcipua oriuntur bona, quòd odium omne quo alios prosequimur, deponimus. Nemo enim aduersus eum inimico esse animo potest, pro quo obsecrationes facit, & illiipsi meliores fiũt. Nihil enim ita doctrinam commendat, nihil magis eius vires insinuat, quàm huiusmodi charitas. Cõsidera denique cuiusmodi sit eos diligere, qui insidiis appetunt, qui flagellant, qui vndique exagitant, qui denique necant, dum hi qui ista patiuntur, deum pro his ipsis, qui se ita afficiunt, intentissimis orationibus pulsant, Vides vt superiorem omnibus Christianum euadere velit? Quemadmodũ enim in infantibus pueris, cùm is qui à patre portatur, infantulus patris cæciderit faciem, nihil ex hoc obtundetur dilectionis affectus: ita & nos cũ ab his, qui extra sunt, cædimur, nihil ex priore beneuolentia remittere omnino debemus. Quid autem sibi vult, quod ait, primũ omnium? In obsequio scilicet quotidiano, perpetuoq; diuinæ religionis ritu. Atque id nouerunt fideles, quo modo diebus singulis manè & vesperè orationes fundantur ad dominum, quo modo pro omni mundo, & regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt positi, obsecrationes ab ecclesia fiant. Sed fortè quis dixerit, pro omnibus quod ait, tantùm fideles intelligi voluisse. At id verum non esse, quæ sequuntur, ostẽdunt. Denique ait, pro regibus: neque enim tunc reges deum colebãt, verùm multis postea temporibus in infidelitate, quam per seriem successionis acceperant, perstiterunt. Deinde vt omnis assentationis suspicio tolleretur, cum premisisset, pro omnibus: tunc demum, pro regibus, addidit. Si enim tantùm pro regibus dixisset, fortassis non deesset qui adulationis gratia illum ita scripsisse putaret. Quoniam verò consequens esse cernebat, vt Christiani animus ad ista torpesceret, neque huiusmodi admitteret monita, siquidem pro gentili sacramentorum tempore preces oporteret offerri, vide quid secutus adiunxit, vt ex consideratione lucri admonitionem facilius libentiúsque susciperent. *Vt quietam,* inquit, *& tranquillam degamus vitam.* Ac si dicat, in illorum salute securitas nostra consistit. Quemadmodum & in epistola ad Romanos, cùm eos hortaretur obedire principibus, ait: Non propter necessitatem, sed propter conscientiam. Deus enim pro vtilitate communi huiusmodi principatus instituit. Quàm igitur absurdum est, cùm illi idcirco militent, & arma circunferant, vt nos in tranquillitate, atque ocio simus, nos pro periclitãtibus, ac nostri causa labores subeuntibus preces effundere detrectemus? Non igitur assentandi gratia huiusmodi mandatum dedit, verùm iusticiæ seruauit leges: nisi enim illi seruarentur, atque inter bella & hostes prosperè agerẽt, necessariò & nostra omnia turbis, tumultibúsque plena essent. Nam nos aut militare opus fuisset, ac per nosmet eadem subire pericula concisis illis, aut fugere vagósque per orbem terrarum ferri. Sunt enim, inquit, huiusmodi veluti obices quidam hostibus oppositi, per quos nos in pace seruemur. *Deprecationes,* inquit, *orationes, interpellationes, gratiarum actiones.*

Rom.13.b

Deo quippe oportet referre gratias, etiam pro successionibus aliorum: quòd scilicet Solem oriri facit super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos. Vides vt ille non modò per orationis studium, verùm etiam per gratiarum actiones nos coniungat, atq; conglutinet? Qui enim necessariò cogitur deo referre gratias pro fœlicibus proximorum successibus ipsum quoque amare compellitur, sibiq; familiarius iungi: quòd si pro fœlicitatibus proximorum gratiæ agendæ sunt, quantò magis pro his, quæ in nos siue clàm, siue manifestè proueniunt: pro his etiam quæ nobis inferuntur ad salutem nostram, etsi illa etiam tristia esse videantur? Deus quippe ad vtilitatem nostram cuncta dispensat. Omnis igitur oratio nostra gratiarum actione non careat. Si autem & pro his qui nobis familiaritate iunguntur orare iubemur, non fidelibus solùm, sed etiam infidelibus, cõsidera quantum malum sit aduersus fratres orare. Ille nempe te orare pro inimicis iussit, tu etiam aduersus fratrem oras: non aduersus illum, sed aduersus te ipsum orare conuinceris. Deum enim ad iracundiam prouocas, dum verba penitus stolida loqueris, ac dicis deo: ita illi fac, retribue ei, percute illum. Ista quippe à Christi discipulis mansuetis ac mitibus lõgè remota sunt, neque illo digna ore, quod sacris instructionibus deditum sit. Nihil amarum, nihil durum ea lingua proferat, quæ diuinis rebus assueta est: nihil ex illo ore prodeat crudele, quod dominico corpore sæpius saginatur. Mundam seruemus linguam, non per eã maledicta, non verba atrocia proferamus. Si enim maledici regnum dei non possidebũt, quantò magis hi qui contra proximorum salutem orant? Necesse est enim eum qui contra aliquem orat, etiam contumelias inferre. Contumelia autem & oratio multùm ab inuicem distant: maledictum item, atque oratio multùm ab inuicem distant. Accedis ad deum, vt illum tibi propicium facias, & contra alium oras? Nisi ipsi dimiseris, nec tibi omnino dimittetur. At verò tu nõ modò non dimittis, verumetiam deum

Matth.5.g

1.Cor.6.b

Morale.

Matth.6.b

ne dimittat

ne dimittat deprecaris. Vide ad quæ maliciæ prærupta acceſſeris, ſi ei qui non dimittit nō dimittitur, ei etiam qui dominum ne dimittat precatur, quo modo dimittetur? Non illi profectò noces, ſed tibi ipſi: nam etſi pro tuis orans delictis, fortaſſis audiendus eras, facit peſſima intentio, qua cōtra fratrem oras, vt neque pro teipſo audiri merearis: quippe impuro & contaminato ore preces offers. Nam re vera immundum huiuſmodi os rectè cenſetur, atque omni fœtore, omníque ſpurcicia plenum: nempe enim cùm debueras pro tuis metuere ſceleribus, & omni conatu, vt remiſſione potireris orare, accedis ad deum, vt eum concites aduerſus fratrem tuum: itáne obſecro paues ac trepidas, & pro tuis culpis ſolicitus es? Non vides quantum tibi incommodi parias? Imitare vel pueros, qui ſcholis traduntur, ac liberalibus diſciplinis, qui cùm viderint ſocios, & contubernales ſuos, rationem reddere cogi eorum, quæ didicerint, eósque qui negligentiores fuerint cædi, ac per ſingulos diſcuti, concidíque verberibus, admonentur quid de ſe ſperare debeant, & penè præ timore moriuntur: & ſi quis ex ſociis eos crebro pulſauerit, nequaquam iraſcuntur, cùm metus ille animum penitus occupauerit: neque magiſtrum interpellare habent, ſed vnum tantùm intuentur, quo pacto ſcilicet egredi, atque elabi abſque verberibus poſſint: ſolúmque id tempus ſemper verſatur ante oculos, & cùm exceſſerint ianuas, eo iam metu liberi, maxima tenentur voluptate: Tu verò ſtans, ac pro tuis ſceleribus deprecans, non exhorreſcis aliorum peccata animo voluere? Et quo pacto deum exorare poteris? Nempe enim dum contra proximos oras, aduerſus temetipſum illum amplius prouocas, nec permittis eum indulgentiam tuis præſtare criminibus. Nam, dicit tibi deus, Quo pacto vis, vt ea quæ in me peccaſti dimittam, *qui illorum quæ in te deliquit proximus, cupis atque oras vt vltor exiſtam?* Diſcamus tandem eſſe Chriſtiani. Si orare neſcimus, quod facillimum eſt, quid aliud nos ſcire putemus? Diſcamus orare, vt conuenit Chriſtianis. Gentilium illæ precationes ſunt. *Matth.5.g* Iudæorum huiuſmodi orationes eſſe cenſentur: Chriſtianis verò contrà penitus iuſſum, atque imperatum eſt, his qui in eos peccauerint, indulgentiam facilem dare, atque vt eis à deo ignoſcatur tota intentione depoſcere. *1.Corin.4.c* Maledicimur, inquit, & benedicimus: perſecutionem patimur, & ſuſtinemus: blaſphemamur, & obſecramus. Audi quid orans Stephanus *Act.7.g* dicat: Domine ne ſtatuas eis hoc peccatum. Non modò non contrà eos, verùm & pro eis orabat. Tu verò non ſolùm non pro eis oras, qui te læſerunt, ſed contra eos preces emittis. Quemadmodum igitur ille mirabilis eſt, ſic tu contra nequiſsimus. Quem verò admiramur omnes, quem dignum laudibus ducimus? eósne pro quibus orauit, an eum qui pro eis preces effudit? Hunc ſcilicet, qui opus tam grandis charitatis exercuit, idque diuino magis, quàm noſtro iudicio comprobatur. Vis inimicum percuti? pro illo ora: verùm non huiuſmodi animo, neque illi quicquam huiuſmodi penitus impreceris: hoc quippe illi contingit. Cæterùm tu bonum hoc ea intentione ne facias. Nempe enim beatiſsimus ille iniuſtè omnia patiebatur, ac pro eis ipſis, à quibus patiebatur, orabat: nos autem & ſæpe quidem ab inimicis iuſta perpetimur. Quòd ſi is, qui iniuſtè patiebatur, contra eos orare minimè auſus eſt, immò tutum ſibi fore arbitratus non eſt, niſi & pro eis oraret: nos qui cùm iuſta patiamur, non modò pro eis, à quibus patimur, preces effundimus, verùm & contra eos oramus: quibus non meremur ſuppliciis tradi? Videris quidem illi dum oras, intentare vulnus, re autem vera contra teipſum gladium impellis. Non permittis iudicem tecum in tuis ſceleribus mitius agere, dum illum aduerſus alterum prouocas. Nam qua menſura mēſi fueritis, remetietur, inquit, vobis: & quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Simus igitur ad veniam faciles, vt nobis deus quoque eiuſmodi fiat. Iſta vos non ſolùm audire cupio, & oro, verumetiam ſeruare diligenter. Cæterùm, quod dolens dico, verba ſolùm memoria tenetis, immò fortè nec verba. Quod ex eo conſtat, quòd ſæpe cùm hinc diſceſſeritis, ſi fortè quiſpiam ex his, qui non affuerunt, quid dixerimus, interrogare perrexerit: alij quidem nihil dicunt, quippe quibus omnia exciderint: alij verò qui ſcire videntur, quam ſolùm materiam tractauerimus, vix ſummis labiis proferunt: hortatus eſt, dicunt, iniurias obliuiſci, ac pro inimicis orare, omittúntque ea referre, quæ in eam rem dicta ſunt: neque enim ea memoria tenent, vixque pauca meminerunt. Quocirca moneo, ſi nihil ex verbis noſtris refertis lucri, ne ad audiendum quidem conueniatis: quid enim vtilitatis inde conſequimini? Maius inde vobis iudicium fit, grauiorêſque cruciatus promeremini, ſi poſt innumeras admonitiones noſtras in eiſdem perſiſtatis malis. Ideirco nobis orationem conſtituit deus: ideo orare iuſsit, vt nihil ſeculare, nihílque humanum poſtulemus. Noſtis qui fideles eſtis, quęnā in oratione petenda ſunt, quàm communis eſſe debeat omnis oratio. At fortè dicturus eſt aliquis, pro infidelibus orandum non eſt. Quia orationis vim omnino neſcitis, ideo nec altitudinē, theſaurúmque ipſius agnoſcitis. Nam ſi quis eam diligenter euoluat, inueniet & hoc in ipſa orationis formula nobis diuinitus tradita poſitum. Nam cùm quiſpiam orans dicit, Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra: nihil aliud omnino ſignificat. Quippe in cœlo, infidelium nullus eſt, nullus qui offendat. Si igitur de fidelibus tantùm diceretur, rationi profectò conſentaneum non eſſet. Nam ſi fideles voluntatem ipſius facerent, infideles autem non: iam non, vt in cœlo, ita in terra voluntas ipſius fieret. Nam quemadmodum in cœlo nemo malus: ita & in terra, vt nemo ſit malus, optandum eſt. Sed planè per illa orationis verba ſic loquimur: Omnes ad timorem tuum pertrahe, omnes homines angelos fac, ſiue illi inimici noſtri, ſiue perſecutores ſint. Non vides quot diebus ſingulis deus blaſphemiis impetitur? quot iniurias ſuſtinet, & à fidelibus & infidelibus, verbis ſimul atque operibus? Quid igitur? Num ideirco Solis extinxit radios. Num ideo lunam ſolito curſu coërcuit? num diſrupit cœlum, & terræ fundamenta concuſsit? Nunquid exiccauit mare, ac fontes aquarum areſcere fecit? Num aëra & cætera elementa permiſcuit? Nequaquam. Sed contrà penitus, & Solem oriri facit, & pluuias, imbréſque largitur, atque ex humo annua alimenta miniſtrat inſenſatis, blaſphemis, ſceleratis, perſecutoribus, non vno tantùm die, vel duobus, aut tribus, ſed per omnem penitus vitam. Hunc igitur imitare, hunc pro humanis viribus æmulare. Non potes Solem oriri facere? maledictis abſtine: non potes largos imbres effundere? conuiciis deſiſte: non potes alimenta indigētibus miniſtrare? violentiam fuge, ſufficit ſi hæc deo offeras munera. Dei nempe beneficia per opera in *Matth.6.b & Luc.11.d*

Universidad de Deusto
Biblioteca

hostes ipsius emanant: tu vel verbis hoc facito, pro inimicis ora: ita patri tuo, qui in cœlis est, similis fies. Millies iam huiusmodi monita dedimus, neque ea repetere vnquam desistemus, modò aliquis profectus eueniat. Nos quidem neque torpescimus, neque lassescimus, neque hæc vobis dicere defatigamur: reliquum est, vt vos dum hæc auditis, non ea molestè admittere videamini. Videtur autem quispiam ea molestè suscipere, cùm non ea facit quæ dicimus. Nam qui ea opere exequitur, ea iugiter audire cupit: quippe à quibus nihil molestiarum, & laudis plurimum se referre arbitratur, quod non consequuntur, nisi qui ea quæ dicimus faciunt: aliâs quippe qui dicit, oneroſus est. Si quis denique eleemosynam faciat, dum audit de eleemosynis differentem, non modò non lassescit auditu, sed exultat potius, audiens rectè facta sua dici, atque prædicari. Nos autem quoniam nullum patientiæ studiũ habemus, neque eam rem virtute quæsiuimus, idcirco cùm de his verba fiunt, ea molestè videmur admittere. Quòd si ei rei studeremus, nunquam profectò lassescere, cùm de illa verba fiunt, possemus. Igitur si nos minimè molestos esse atque oneroſos cupitis, sic facite rebus ipsis, quæ dicimus, implere curate. Nam nunquam eadem vobis repetere desinemus, donec penit⁹ insinuentur cordibus vestris, atque in opus erumpant. Nam summo profectò affectu, & eximia beneuolentia in vos istud agimus, partim etiã ob id, quòd nobis periculum imminet. Quippe tubicinẽ, etsi nemo ad bellum profecturus sit, tuba tamẽ canere oportet, suumq; munus implere. Non itaque vt vobis maiorem cruciatum præparemus, si negligatis, hoc facimus: sed vt & nostrum periculum cuitemus, & charitatis debito vestris commodis consulamus. Nam discerpuntur quodammodo viscera nostra, & nimio angore tabescimus, si quid eiusmodi fiat: sed absit id penitus. Non sumptibus opus est, non peregrinatione longiori, non aliquo eiusmodi ad ea implẽda quæ dicimus: velle tãtùm oportet, verbo solummodo opus est, atque integerrima voluntate. Seruemus os nostrum, ianuam illi ac vectes apponamus, vt nihil ex his, quę deo grata nõ sunt, loquamur. Nostris prospicimus commodis, dum pro inimicis oramus, non his pro quibus preces effundimus. Hoc semper versemus animo, quòd qui inimicum benedicit, seipsum benedicit: & qui illi maledicit, in seipsum maledicta detorquet. Et qui pro inimico orat, pro se magis, quàm pro illo orare cognoscitur. Ita poterimus huiusmodi virtutem consequi, & his quæ nobis promissa sunt bonis sempiternis perfrui: quibus nos omnes potiri cõtingat, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, Amen.

Homilia vij.

VT quietam & tranquillam vitam degamus in omni pietate & castitate. Hoc enim bonum & acceptum est coram saluatore nostro deo, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Quia cõmunia cupit bella dissolui, & pugnas agitationesq;, & armorum fremitus, atque ideo & pro regibus, & pro principibus sacerdotem offerre preces hortatur: longè magis & in priuatis bellis id necessariò sibi faciendum meminit. Quippe tria sunt bellorum genera grauiora. Vnum quidem commune, hoc cùm exercitus nostri aduersus Barbaros pugnant. Secundum, cùm etiam pacis tempore nos inuicem oppugnamus. Tertium, cùm vnusquisque aduersum se bella, seditionesq; concitat: hoc quippe omnium acerbissimum bellum est: nam profectò bellum quod excitatur à Barbaris nihil ferè nos lædere potest. Nam etsi hostes nos perimant, ac iugulent, nullum tamen ad animas periculum migrat, neque salutem illam sempiternam violare possunt: nec secundum illud belli genus, si velimus, quippiam nobis nocere poterit: quantumlibet enim alij contra nos pugnent, ipsi tamen esse pacifici possumus. Audi denique quid propheta dicat: Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi, ego autem orabam: & rursus. Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus, ac deinceps impugnabant me gratis, Porrò tertium illud belli genus absque periculo vix effugere possumus. Vbi enim corpus aduersus animam dissidens, seditiones, turbasque commouet, molestasque concupiscentias excitat, & voluptates corporum armat iræ atque inuidiæ, non possumus, nisi hoc soluatur bellum, promissis perfrui bonis: verùm necesse est, eum qui huiusmodi seditionem comprimere † pergit, ⌋ & cadere, & excipere vulnera, quæ mortem illam sempiternam pariunt. Magna igitur nobis cura, ingentique solicitudine quotidie opus est, vt huiusmodi nobis belum minimè excitetur: aut si fortè excitatum fuerit, non permaneat, sed prematur protinus, atque sedetur. Nam quænam, oro, vtilitas est, si pacato orbe, magnaque quiete vbique terrarum obtinente, tu aduersus teipsum excitare bella non desinas? Huic igitur intimæ ac penitus insitæ paci omnino studendum est: eam si habuerimus, nihil nos extrinsecus lædere aut violare poterit. Confert autem non parum ad eam conquirendam etiam communis omnium pax, idcirco ait: *Vt quietam & tranquillam vitam degamus.* Quàm verò ille infœlix est, qui profunda pace vbique regnante turbatur. Vides vt hanc pacem intelligi velit, quam tertio loco constituit. Idcirco sanè cum dixisset, vt quietam & tranquillam vitam degamus, non hactenus substitit, sed continuò adiecit:

† negligit.

In omni pietate, & castitate. Enimuero pietate atque castitate perfrui, nisi pax illa quæsita fuerit, fas omnino non est. Nam vbi disceptationes, inutilèsque quæstiones nostram perturbant fidem, quænam in nobis pax esse potest? Nam vti ne existimes illum hoc de temporali pace dixisse, cùm dixisset: Vt quietam & tranquillam vitam degamus: adiecit, In omni pietate, & castitate. Quo modo, inquit, fieri potest, vt quietam & trãquillam vitam degant gentiles quoque & intẽperantes, ac deliciis, impudicicisque solutis ne istud fortè suspiceris esse quod dixit, atque ea pace huiusmodi homines perfrui posse, idcirco subiecit: *In omni pietate ac castitate.* Nam vita illa gentilium atque huiusmodi turpium hominum, insidias atque rixas quotidie gignit, cùm anima perpetuis vulneribus afficiatur ex cogitationum turbis atque tumultibus. Non igitur huiusmodi vitam intelligi voluit, sed eam quæ in omni pietate, & castitate ageretur, Omne, inquit, dogma, nõ solùm pietate, verumetiam vitæ integritate perficitur: nanque pietas & in ea parte quærenda est. Nam quid conferre potest, si seruata fidei pietate, operibus impius sis? Nempe enim quòd vita, atq; operibus violari pietas possit, audi beatissimum hunc virum alio in loco rursus dicentem: Confitentur verbis se nosse deum, factis autem negant: & iterum, Fidem abnegauit, & est infideli deterior: ac rursum, Si quis frater appellatus fuerit fornicator, aut cupidus, quod est idolorum seruitus, huiusmodi non honorat deum: Rursumq;,

Psal.108. a
Ibid.119. b
ad Tit.1.d
1.Tim.5.a
1.Corin.5.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Ioan.2.b

† εὐσεβείᾳ
† pietate
† & castitate.

† & castitate. in sine bone fide.

sumque, Qui fratrem suum odit, ignorat deum. Vides quot sint impietatis species? Idcirco ait, *In omni pietate † & castitate.* Impudicus enim est, non modò fornicator, verum & auarus quoque, & impudicus, & intemperans meritò dici potest: quippe est ea concupiscentia, carnali libidine minimè inferior. Qui igitur non illa temperat, intemperans dicitur. Ex eo enim quòd huiusmodi cupiditate minimè abstineant, eo cẽsentur nomine. Ita fermè & iracundum intemperantem equidem dixerim, & inuidum atque auarum, & simulatorem, & omnem penitus peccatis obnoxium, turpem, inhonestum, atque impudicum. *Hoc enim bonum & acceptum est*, inquit, *coram saluatore nostro deo.* Quid illud est? Orare pro omnibus, hoc suscipit deus, hoc iubet: *Qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* Imitare deum tuum, si omnes ille vult saluos fieri, meritò pro omnibus oportet orare. Si omnes ipse saluos fieri cupit, illius & tu concorda voluntati: quòd si & ipse vis ora, quippe volentium est orare. Vides vt omni ex parte animam inducat ad orandum, etiam pro gentilibus ipsis? Nempe enim quid hoc pariat lucri, indicat cùm subiungit, *Vt quietam & tranquillam vitam degamus.* Et quod hoc longè maius est, quia deo id gratum est, ac per hoc illi euadimus similes, dum quæ ipse vult, eadem volumus. Sufficere & ista poterant ad exorandum quamlibet immanem beluam. Igitur pro gentibus orare non metuas, quandoquidem hoc ipse vult: time magis contra illos orare, quoniam hoc ipse nõ vult. Porrò si pro gentilibus oportet orare, constat profectò quòd & pro hæreticis ipsis, pro omnibus quippe hominibus orare necesse est. Hoc autem & alia ex ratione bonum honestumq; est, quòd scilicet eiusdem nos naturæ participes sumus, deúsque huiusmodi benevolentiam & laudat & suscipit, amplectitúrque affectum in alterutrum magnum. Si ergo, inquies, deus ipse dare vult, quid hoc me orare necesse est? Multum hoc omnimodis confert. Nam per huiusmodi orationis studium, te ad eum diligendum trahit, neq; sinit efferari, sufficiunt & hæc illos attrahere ad fidem. Plurimi nanque mortalium dum aduersus homines proteruè contenderent, à deo discesserunt. Salutem autem hanc modò appellauit, quæ ex huiusmodi oratione constaret. Qui omnes, inquit, homines vult saluos fieri, & hæc veraciter salus est. Nam sine hac magnum nihil assequimur, solúmque salutis nomen, & nuda appellatio reliquum erit. *Et ad agnitionem*, inquit, *veritatis venire.*

Veritatem, fidem in Christum synceram atque integram dicit. Nam in præcedentibus dixerat, præcipe non aliter docere: ne eis veluti inimicis intenderet, neu rixas ex huiusmodi occasionibus quereret: omnes, inquit, homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: ac protinus intulit: *Vnus enim deus, & vnus mediator dei & hominum. Et ad agnitionem veritatis venire*, inquit. Ostendit per hoc orbem tunc in veritate non esse: & item, vnus enim deus, non plurimi, vt isti putant, qui omnes saluos fieri vult, misitque mediatorem filium suum. Quid ergo filius? nõne deus est? Nulli profectò dubium. Quo modo igitur, inquit, vnus? Ad distinctionem scilicet idolorum, non ad filium retulit: nam de veritate & errore omnis illi sermo erat. Enimuero mediator vtrisque eis debet societate coniungi, quorum mediator est. Id quippe mediatoris est proprium, vtrorunque participem fieri, quorum fuerit mediator. Quòd si vnum quidem societate contingat, ab alio verò fuerit separatus, mediator iam dici non potest. Nisi igitur consors sit paternæ naturæ, mediator profectò non est, quippe cùm à patris sit substantia separatus. Quemadmodum enim humanæ naturæ consortium accepit, quando ad homines venit: ita & à dei substantia non abscessit, quoniam à deo venit. Nam quia duarũ naturarum medius fuit, ambarum oportuit esse participem. Quemadmodum enim loci cuiuslibet medium vtranque partem contingat necesse est: ita & naturarum ambarum medium oportuit vtrasque naturas contingere, atque connectere. Quemadmodum igitur homo factus est, ita etiam deus erat. Homo quippe purus mediator nunquam penitus fieret: oportebat enim huiusmodi mediatorem cum deo colloqui. Deus item solus mediator esse non posset, neque enim ipsum suscepissent hi, quorum mediator accederet. Quẽadmodum illic ait: Vnus deus pater, & vnus dominus Iesus Christus: ita & hîc, vnus & vnus. Nõ ponit duos: quia enim aduersus multorum deorum disceptabat errores, ne quis duorum numero deorum, multitudinem putaret inferri, vnus, inquit, & vnus. Vides quanta diligentia, quantáque vigilãtia, scriptura huiusmodi collocet verba? Vnus quippe & vnus duo sunt. At non istud dicimus, etsi ratio suggerat. Non dicis vnus & vnus duo, quemadmodum neque cogitatio suggerit vt dicas, si † gemit] passus est. *Vnus enim*, inquit, *deus, vnus & mediator dei & hominum Christus Iesus, qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus testimonium temporibus suis.*

1.Corin.8.b

† genuit.

Nunquid etiam pro gentilibus? Nemo id ambigit. Et Christus quidem etiam pro gentilibus mortuus est, tu pro illis orare non sustines? Et quo pacto, inquies, illi non crediderunt? Quia noluerunt: suas tamen ille partes executus est, † dum pro eis in cruce penderet.] Venit enim vt testimonium perhiberet paternæ veritati, atque occisus est. Itaque non illi tantùm pater testimonium perhibet, verumetiam & ipse patri: Ego enim, inquit, veni in nomine patris mei: & iterum, Vt cognoscant te verum & solum deum: & item, Spiritus est deus. Vsque ad mortem igitur testimonium perhibuit, temporibus propriis, id est, congruentibus *In quo positus sum ego prædicator & apostolus. Veritatem dico, non mentior. Doctor gentium in fide & veritate.*

† testimonium passio nem dicit:

Ioan.5.g
Ibid.17.a
Ibi. 4.c &
2.Corin.3.d

Quando igitur & ipse pro gentibus passus est, & ego doctor gentium constitutus sum, cuius rei gratia tu pro ipsis orare detrectas? Rectè hoc in loco fidem facere oportuit, quia gentium doctor, inquit, constitutus sum. Valde enim ad hoc apostoli diffidebant. Deinde adiecit, doctor gentium in fide & veritate. In fide iterum ait. Verùm noli putare, quoniam in fide dixerit, aliquid latêre fallaciæ. Etenim protinus in veritate subiunxit, vt omnem suspicionem mendacij prorsus auferret. Vides gratiam vbique diffusam? Iudæis nempe pro huiusmodi orare, solenne non erat. At nũc gratia propagata est. *Doctor*, inquit, *gentium in fide & veritate. Qui dedit*, inquit, *semetipsum redemptionem.* Quo modo igitur à patre traditus est? Magnæ profectò atque immensæ benignitatis huiusmodi precium fuit. Nam profectò excruciari illi merebantur, prorsúsque perituri erant: sed pro ipsis suum tradidit filium, vt prædicatio crucis exerescceret. Sufficere profectò ista poterant ad omnes attrahendos ad fidem, atque ad Christi dilectionem illam ineffabilem ostendendam. Est enim ipsa magna profectò, atque inenarrabilis: litauit semetipsum pro inimicis, pro his qui

Morale. Charitas dei immẽsa

se oderant,

se oderant, pro auersis à se. Id quod neque pro amicis, neque pro filiis, neque pro fratribus faceret quispiam, hoc fecit pro seruis dominus, atque pro huiusmodi deus. Deus enim pro hominibus, pro mortalibus immortalis, pro temporalibus sempiternus, pro inimicis denique dei filius. Nam si illi anteà conuersationis merito ac virtute placuissent, minus mirabilis charitas illa videri potuisset. Et certè ad illam ipsam nulla humana dilectio posset accedere. Quòd enim in hominibus eiusdem substantiæ non fit, vt pro se inuicem moriantur, tunc profectò magno excessu bonitatis factum est: & tamen nos cùm tanta ceperimus summæ illius charitatis indicia, tanta beneuolentia potiti simus, torpescimus, atque negligimus, neque amamus Christum. Ipse pro nobis semetipsum offerre dignatus est, nos illum necessario indigentem cibo miseri aspernamur infirmúmque ac nudum nec visitare dignamur: quanta hæc ira plectenda sunt? Quibus cruciatibus, quibus incendiis obnoxia sunt? Nempe enim si nihil aliud ille pro nobis egisset, vel hoc ipsum solum, quòd humanas passiones sibi assumere voluit, ac dicere dignatus est, esurio ac sitio: omnes profectò ad se vehementer amandum prouocare sufficeret. Sed ô infœlix pecuniarum, nimísque violenta dominatio: immò verius, ô nequitia singularis eorum qui sponte pecuniis seruiunt. Nam illæ profectò non nimis habent virium, verùm nos nimium dissoluti, lasciuíque sumus, nos deiecti in humum, atque terreni, nos carnales, nos stolidi atque insensati: illarum enim non nimia vis est. Quid enim, obsecro, possunt? Stolidæ sunt atque insensibiles. Si diabolus nihil præualet omnino, si impurus dæmon, qui ita nequam est, vt cuncta permisceat, omniáque confundat, nihil aduersus nos habet virium: quid pecuniæ ipsæ iam possint? Si argentum videris, stannum esse arbitrare. At non potes. quod est, id veraciter esse puta, quòd scilicet terra est. At neque fortasis hanc susscipis rationem. Considera quòd nos etiam quærimus, quod plurimi ex his, qui possedere diuitias, nihil ferè emolumenti ex ipsis retulerunt. Quòd innumeri, qui in his gloriabantur, in cinerem puluerémque conuersi sunt, núncque pœnas extremas expendunt, his qui testa & vitro vtuntur, longè & miserabilius affecti, atque his etiam pauperiores. Et hi qui in stratis eburneis dormiunt, eis multò infœliciores, qui in stercore iacent, esse comprobantur. At fortasse oblectat obtutus? Sunt quidem plurima, quæ maiorem vim oblectandi in se habeant. Nanque enim & flores, & lucidus aër, serenúmque cœlum, & Solis iubar, longè amplius mulcet, gratiúsque delectat. Habet quippe argentum sæpe & rubiginem. Vnde & plurimi nigrum ipsum esse definierunt, quod constat ex imaginibus vetustate nigratis. Enimuero in Sole obscurum nihil est, nihil in cœlo atque syderibus, quod offendat obtutus: longè gratior in huiusmodi floribus aspectus est, quàm in colore illo. Non ergo flos est, qui oblectat, sed auaricia atque iniusticia: hoc nempe oblectat animas hominum, non argentum illud. Eiice huiusmodi concupiscentiam ex animo, & protinus aspicies quod pretiosum esse putabatur, ignobilius cœno. Eiusmodi perturbationem prorsus elimina. Nam & qui febrium ardore fatigantur, etiam cùm cœnum viderint, illud ac si fontes purissimos appetunt. Qui verò vt congruit, sani sunt, neque aquam quidem sæpe concupiscunt. Morbum abs te arcere contende, rèsque ipsas inspicias, vt sese habent. Atque vt discas me ista non mendaciter prosequi, plurimos equidem ostendere possum, qui hoc fecerunt. Eiusmodi extingue ignem, & aspicies huiusmodi omnia floribus esse viliora. Bonum est aurum, verùm si indigentibus erogetur: bonum, si ex ipso pauperes nutriantur: bonum, nisi eo quispiam inutiliter vti velit, nisi domi seruare velit, atque humo subruere: ita enim profectò inutile est, plenúmque detrimenti. Nec minus, cum manibus ac pedibus, capitibúsque, quasi pro ornamento dependet. non ideo aurum effossum est, vt eo diuinam vinciamus effigiem, sed vt vinctos potius absoluamus. Ad hoc auro vtere, vinctum solue, non solutum vincire contendas. Cur enim, quæso, rem abiectissimam tanto honore dignam putas? Non enim quia aurum est, vinculum idcirco non est. Neque enim materia vinculũ facit, siue aurum, siue ferrũ sit. Idem profectò est, quanquã & hoc illo sit grauius. Verùm quid est, quod eam rem leuem existimari facit? Inanis scilicet gloria. Cùm scilicet gaudet infœlix mulier, vinctam se ab omnibus cerni, vnde potius erubescere debuit. Nam vt hoc verum esse cognoscas, si illi huiusmodi circunderis vincula atque in solitudine, vbi nullus inspector sit, manere permiseris, grauabitur vinculo, molestissimúmque putabit, atque à se quamprimùm excutiet. Timeamus dilectissimi, ne verba illa terribilia audire contingat: Ligate ipsi manus & pedes. Quid hoc tibi infœlix mulier iam conspicaris, manúsque & pedes vinciri permittis? Nemo ex vinculatorum numero manus pedèsque vincitur. Quid caput etiam obligas? Non sufficit manus pedèsque vinxisse? Quid ceruicibus quoque innumera imponis vincula? Omitto solicitudinem, quam ista secũ inuehunt, metum, anxietatem, rixásque cum viro, si quando ipsis indigeant, mortem quam sustinent, si quid ex his perire contingat. Hæccine obsecro voluptas est? Vt alius oblectetur, aspectu, tu teipsam, & vinculis & curis, atque periculis, & angoribus, quotidianísque corrixationibus subiicis? Quàm oro istud reprehensibile est? Ne igitur, quæso, ita faciamus, verùm soluamus omnem obligationem iniquitatis, frangamus esurienti panem, & alia omnia studiosè agamus, quæ fiduciam nobis ad deum præstare possint, vt promissis bonis perfrui mereamur, in Christo Iesu domino nostro, Amen.

Matt. 25. d

Matt. 20. b

Matth. 6

Homilia viij.

VOlo igitur viros orare in omni loco, extollentes puras manus, absque ira & disceptatione. Similiter & mulieres in habitu ornato cum verecundia, & pudicicia, seipsas ornare, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veste preciosa, sed quod mulieres decet pollicentes pietatem per opera bona. Cùm oratis, inquit saluator, nolite fieri sicut hypocritæ. Amant enim in synagogis & angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio tuo ora patrem tuum in abscondito, & ipse reddet tibi in manifesto. Quid igitur Paulus sibi vult, qui ait: *Volo orare viros in omni loco, extollentes puras manus, absque ira & disceptatione?* Num enim domino suo contraria imperat? Absit, immò illius dictis per omnia concors esse deprehenditur. Quônam autem modo? Tunc demum apertius innotescet, cùm prius explicauerimus quid sit, intra in cubiculum tuum. Nam profectò plenum absurditatis erit, si istud simpliciter

simpliciter acceperimus, quasi non liceat omnibus in locis, atque in ecclesia ipsa orare, vbi fideles in primis orationis causa conueniunt: ne in alia quidem domus parte est, nisi in cubiculo tantum preces effundere. Quid igitur hoc sibi vult? Euitandam prorsus inanem gloriam, stultissimámque iactantiam, omni studio Christus admonuit, dum non modò clàm, verùm & in abditiori domus parte vota atque preces offerendas admonuit. Sicut enim cùm dicit, Nesciat sinistra quid faciat dextera tua: non de manibus simpliciter disserit, sed magnitudinem vanitatis iugulare contendit: ita & hoc in loco cubiculi nomine, secretum intimi cordis expressit. Non igitur vnius loci orationem angustiis clausit, verùm id solùm imperauit fugiendam stultissimam vanitatem, orandúmque omnibus in locis patrem ex intimo cordis affectu. At verò Paulus, vt Iudaicæ obseruationis in orando dementiam confutaret, ait: *In omni loco extollentes puras manus.* Id nempe Iudæis fas seruare non erat, neque enim licebat, nisi vno in loco ad deum accedere, atq; litare hostias, & cætera obsequia legis inferre: atque ad ipsum locum vndique ex toto orbe concurrere necesse erat, omnemq; expiationis ritum in templo perficere. Contrariam igitur aduersa fronte obseruantiam infert, atque ea necessitate nos liberans: non inquit, eiusmodi nostra sunt, cuius Iudaica esse noscuntur. Nam quemadmodum pro omnibus orationes fieri iubet, quippe cùm & pro omnibus Christus mortuus sit: ita & omnibus in locis orare optimum est, vt iam huiusmodi obseruatio non in locis sit, verùm in ipso orationis affectu. Vbique igitur ora, inquit, vbique puras attolle manus: hoc enim est, quod in quæstione vexatur. *Puras*, inquit, *manus*:

Ibidem.

Id est, mundas, non aqua lotas, verùm cupiditate, rapina, cædibus, mũdas absq; ira & disceptatione. Quid, oro, hoc sibi vult? Quis enim irascitur orans? Cæterùm iræ nomine prophanam iniuriarum memoriam significare voluit. Munda, inquit, sit orantis intentio, huiusmodi memoriæ peste, vicio omni atq; perturbatione libera accedat ad eum: nullus adeò audax sit, vt inimicicias exercens, ad deum pergat orandum. Nemo cum angore animi, ac disceptatione orãs, exaudiri se putet. Quid sit autem disceptatio, intentius accipite. Non licet prorsus ambigere, si puras ad deum leuem° preces, nos exauditum iri. Quæcunque enim petieritis, inquit, credentes accipietis: & rursum, Cum statis ad orãdum, dimittite, & dimittetur vobis. Hoc nempe est absque ira & disceptatione orare. Et quo pacto, inquies, credere possum petitione potiturum? Si nihil ex eis postulaueris, quæ illius voluntati, tuæque saluti cõtraria sunt. Si maiestate tanta nihil indignũ, si nihil omnino mundanum, si spiritualia omnia, si absque ira accesseris ad orandum, si mundas extuleris manus, si sanctas. Sanctę quippe manus sunt, quæ eleemosynas faciunt. Si ita instructus accesseris, voti omnino compos eris, & quicquid postulaueris, impetrabis. Si enim vos, inquit, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quãtò magis pater vester qui in cœlis est? Disceptationem, vt dixi, ambiguitatem intelligi vult. Similiter, inquit, & mulieres orare volo absque ira & disceptatione, puràsque in cœlum manus intendere, non propria desideria sequi, non diripere, non studere auariciæ. Quid enim refert, si ipsa non rapias, & viri tui studio & manibus id facias? Plus aliquid diligẽtiæ à mulieribus expetit Paulus. Id autem cuiusmodi est? *Cum verecundia*, inquit, *& pudicicia in habitu ornato seipsas ornare, non in tortis crinibus, aut*

Matth.21.b
Marci 11.c
Matt.7. & Luce.11.b

auro, aut margaritis: sed quod decet mulieres, pollicentes pietatem per bona opera. Habitum profecto tunicam vndique honestam, compositam significare voluit. Ornatum non exquisitum intelligas, sed moderatum. Hic enim ornatus habitus est, ille autem etiam fœdus. Quid dicis? Deum præcatura pergis, & ornamenta aurea circunfers, flauósque crines & ipsos auro cõpositos. An verò saltatura ad ecclesiam pergis? Nunquid hic nuptias & lasciuiæ oblectamenta conquiris? Num vt tui spectaculum præbeas aduenisti? num tibi nunc instruendus est thalamus? Illic nempe monilia, illic ornamenta aurea, illic ornatus crinium, illic præciosa vestis locum aliquando fortasis habeat. At verò nunc nullo tibi huiusmodi ornatu atque apparatu opus est. Accessisti vt deum pro peccatis tuis suppliciter depreceris, vt tuis in illum sceleribus veniam cum gemitu ac lachrymis petas, accessisti, vt dominum tibi propiciũ facias: quid teipsam ornari improbo atque intẽpestiuo studio contendis? Non iste supplicis habitus. Quo enim pacto ingemiscere potes, ac lachrymas fundere, atque intentissimè, vt decet, orare, quæ eiusmodi ornatu cõpta procedis? Nam etsi lachrymas fuderis, risum cernentibus huiusmodi lachrymæ mouebunt. Neque enim auro amicta debet incedere, quæ lachrymas pro peccatis pro fundere intẽdit. Est enim potius scena quædam atque simulatio, si ex eodem animo, ex quo tãta sumptus magnificentia, tantáque ambitio prodiit, inde etiam profundi lachrymas viderint. Amputa omnem eiusmodi simulationem, circuncide abs te omnem illum scenæ atque histrionum gestum. Deus enim profecto non irridetur. Ista mimis & saltatoribus, & his qui in scena versantur, relinquenda sunt: sobriæ atque ornatæ mulieri nihil eiusmodi congruit. *Cum verecundia*, inquit, *& pudicicia.* Noli igitur eas imitari, quæ meretricio feruntur incessu. Nanque illæ per exteriorem cultum atque habitum, plurimos post se trahunt amatorum greges, atque hinc plurimæ pessima sæpius suspicione non carent: nihilque prorsus eiusmodi lucrantur ornatu, immò & plurimis ex ea opinione nocuerũt. Nam quemadmodum impudica, etiamsi pudica videatur, nihil ex huiusmodi opinione lucratur, cùm iudex ille noster occulta omnia tunc in medium producturus sit: ita ne pudica quidem, si per habitum studeat adulterij opinione notari, quicquam ex pudicicię opinione lucrata est. Plurimos enim & ipsa ex hac opinione violauit. Verùm quid agam, inquies, si alius de me pessimè suspicetur? Tu huic suspicioni, per habitum, per incessum atque aspectum, & omnem corporis motum fomenta ministras. Quocirca & Paulo ingens cura est, huiusmodi superfluum ornatum ad honestiorem modum componendi, ac tuendo pudori plurimum studij impendit. Quòd si ea quæ opum tantum indicia sunt, tanto studio circuncidit, aurum scilicet, margaritas, & vestimenta preciosa: quantò magis ea quæ immodico studio, & arte quærũntur cuiusmodi sunt, purpurisso vultus inficere, & stibio oculos pingere, fracto incedere gressu, vocem formare molliorem, lasciuum obtutum, & qui libidinis iaculetur incendia, superfluam pallij ac tunicæ iactationem, cingulum exquisita arte studióque confectum, stridentes soccos, & cætera irritamẽta lasciuiæ? Hæc enim omnia vno verbo signauit, cùm diceret, in habitu ornato, & cum verecundia ornare se. Ista quippe & à verecundia remotissima sunt, & plena dedecoris, turpitudinisque censentur. Sed quæso feratis æquanimiter. Nam idcirco

Morale.

ista aperta ac liberiori voce deprompsimus, non vt feriant, neque vt mœrore conficiant: verùm vt quod alienum est, à nostro grege omne simul amputetur. Enimuero si his quæ sub viro sunt, quæ in deliciis viuũt, quæ diuitiis circunfluunt, interdicit: quantò magis eis, quæ virginitatem professæ sunt? Et quæ nam, inquies, virgo monilia aurea, tortumque crinem circunfert? † tennis. Atqui tanta est † reliqui habitus cura, tâmque exquisita diligentia, vt omnem illum aureum cultum facilè transcendere videatur. Licet enim etiam vilibus pannis, eiusce compositionis opinione notari, nec minus quàm si aureas amiciretur vestes. Vbi enim pulla tunica fuerit, & pectori cingulo diligenter adstricta, ad earum instar, quæ in scena saltant, vt neque nimium turgens in latum excedat, neq; tenuè, astrictumq; immodicè contrahatur, verùm seruato medio inter vtrunque, modò rugas circa pectus intendant pariles, quam sericæ vestis illecebram hac arte non superet? Quid autem cùm calceus ipse pullæ vesti subiectus, maiorem sui decorem cernentibus præfert, atque ad imitationem antiquæ picturæ in acumẽ venustius desinat? Quid item cùm faciem fucis quidem ornare nõ pergis, sed eam nimio studio diligentiaq; circunluis, atque supernè à fronte velum facie candidius suspendis, ac demum pallium imponis, vt sub nigro colore facies decentior videatur, & gratior? Quid item oculorum illos innumeros iactus? Quid itẽ de collo, quod nunc quidem operitur, nunc autem de industria denudatur? Quid item de strophio, quod mammillis cõstringẽdis apponitur? & hoc enim sæpenumero nudãt, vt cingendi magis appareat diligentia, dum pallium omne circa caput agitur. Manus autem quemadmodum tragœdi, ita accuratè manicis induunt, vt naturaliter, ita effictæ videantur. Quid memorem tractam humi tunicam, incessumque infractum, & huiusmodi cætera studia, quibus longè magis quàm auri monilibus intuentes capi solent? Timeamus dilectissimi, ne nos quoque ea audiamus, quæ propheta Hebræis mulieribus huiusmodi ornatu exteriori gloriantibus cõminatur, dicens: Pro zona funiculo cingeris, & pro ornamento capitis tui caluicium habitura es. Adeò autem plus ista, quàm aurum, ad lasciuiæ illecebram valent, vt etiam scorta plurima ad hoc omni studio intendant, vt per aspectum sui capiant intuentes. Non minimum istud peccatum est, sed magnum prorsus, vt quidem ipsum deum irritare ad iracundiam possit, omnemq; virginitatis laborem absumere, gloriamque corrumpere. Christum habes sponsum, quid amatores post te homines trahis? Meritò tunc te ille adulterij damnat, quòd ornatum sibi gratum atque charum tibi conquirere negligis, verecundiam scilicet, pudorẽ, honestatem, habitm que orn atum: hic nempe habitus adulter est, atque adeò fœdus, vt meretrices, ac virgines ferè discernere nequeamus. Intuere huiusmodi virgines, ad quantam turpitudinem deuolutæ sunt. Simplicem esse, neq; accuratè compositam virginem decet, negligentiæq; potius, quàm eiusmodi curæ notari. Quippe eiusmodi exterior ornatus, ornamenta intima demolitur. Is enim qui eiusmodi fuerit studiosus, interioris ornatus negligens sit necesse est: quemadmodum & is, qui exteriorem aspernatur, studium omne, omnemq; diligentiam, ad componenda sua intima transfert. Nec velim dicas me miseram, attritum pallium fero, abiectosq; calceolos, nullius precij tunicam: cuiusmodi hic ornatus est? Noli teipsum fallere:

Esaiæ 3.d

licet, vt dixi, etiam per huiusmodi vilia magis ornari, quàm per aurea illa monilia, & exquisitissimas vestes. Quippe per attritum pallium, corpori decenter astrictum, impudentiam præfers magis, ac pulchritudinis gloriam aucuparis. Ista mihi nunc loqueris. Cæterùm deo quid dictura es, qui mentis rimatur arcana, nouitque qua ista intentione facias? Sed esto, non ista causa libidinis facias, neque vt post te gregem adolescentum trahas. Cur quæso id facis? Vt admirationi habearis? Non erubescis infœlix, neque pudore suffunderis in rebus huiusmodi admirationem humanam, & gloriam quærens? Sed dictura es, Simplici animo ista circunfero. Nouit profectò deus, quæ loqueris nobis: neque enim mihi rationem redditura es, sed illi qui & modò tuis omnibus actibus, & animi motibus adest, & tunc ista diligenti examinatione discutiet. Illi, inquam, cui nuda & aperta sunt omnia. Hæc idcirco nos dicimus nũc, vt vos pœnis illis quæ eiusmodi reis sunt propositæ, eripiamus. Et pedibus, inquit, simul ludentes: magnum profectò certamen subistis: pugnare hîc congruit, non ornari: luctari conuenit, non in molliciem solui. Non aspicis pugiles atque luctatores, vt illis nequaquam cura sit incessus & habitus? Verùm his omnibus omissis, vestem oleo madidam induant, atque ad vnam tantùm rem intenti sint, quo pacto scilicet & aduersarios feriant, & ipsi illorum ictus eludant. Stat ecce diabolus dentibus stridens, ac modis omnibus te prosternere cupiens, dum tu circa huiusmodi diabolicum prorsus ornatum versaris attonita: piget nunc de voce referre, cui maximo studio plurimæ seruiunt. De vnguentis itidem, cæteràque mollicie. Nempe idcirco irrident vos seculares mulieres, quòd honestissimum virginitatis nomen & insigne pulcherrimum perdidistis. Nemo iam virginem digno honore prosequitur, quippe seipsas huiusmodi honore priuarunt. Nõnne eas oportuit ita in ecclesia esse venerandas, atque mirabiles ac si de cœlo descenderent? At nunc despectæ penitus sunt sui vicij causa. Nam cùm viderit te, cuius professio est crucifixam esse mundo, ea quæ virum habet & liberos, & regimen domus, mundum muliebrem maiori studio persequi quàm se: quid mirum, si irrideat, & abiectam prorsus, ac despicabilem putet? Aspice quantum studij, quantumq; curæ superflue assumis, dũ vilibus vestibus precioſè amictam superare contendis: maiorique ambitu ornari quæris, quàm illa, quæ auro & gemmis compta procedit. Quæ tibi conueniunt, ea minimè conquiris: quæ autem à proposito tuo sunt remotissima, ea tota intentione sectaris, dum solis bonis operibus operam te dare conueniat: idcirco nempe secularibus fœminis ignobiliores virgines euaserunt, quòd indigna professione sua agere deprehenduntur. Ista non ad omnes dicimus, immò verius ad omnes, vt quæ huiusmodi reatu tenentur astrictæ, resipiscant: & quæ insontes sunt, emendare illas omni studio, & tota cura contendant. Sed agite quæso, vt huiusmodi correptio in opus erumpat. Neq; enim vt vos mœrore afficeremus, diximus: sed vt à culpa reuocemus, vtq; in vobis, ac de vestra emendatione gloriemur. Prouenìat autẽ nobis ex superno munere, vt omnes quæque deo grata sunt, agamus, atque in ipsius gloriam, honoremq; viuamus, vt etiam promissis bonis perfrui mereamur, in Christo Iesu domino nostro, cum quo est patri gloria, &c.

Hebr. 4.d

Esa. 3.d

Homilia ix.

Mulier

Mulier in silentio discat in omni subiectione. Mulieri autem docere non permitto, neque dominari viro, sed in silentio esse. Adam enim primus formatus est, deinde Heua: & Adam non est seductus, mulier autem seducta in præuaricatione fuit: saluabitur autem per filiorũ procreationem, si permanserint in fide & charitate, & sanctificatione cum sobrietate.

Magnam prorsus à mulieribus beatissimus Paulus verecũdiam exigit, summámque honestatem, dum eas nõ modo ad habitum vsque, amictúmque componit, verùm & silere perpetuo imperat. Nihil, inquit, loquatur in ecclesia mulier. Id quod & ad Corinthios scribẽs dixit: Turpe est enim mulieribus in ecclesia loqui. & rursus alio in loco: Lex, inquit, eas subditas fecit. Si quid autem discere volunt, domi viros suos interrogent. At nunc ingens vbique tumultus, maximus clamor, collocutio plurima atque cõfusa, neque vsquam alibi tantùm loqui mulieres, neque in foro, neque in balneis, quantùm intra ecclesiam videas: quasi ob hoc ipsum eò conueniant, vt quæ velint, licitè loqui possint, ita inutilib⁹ fabulis occupatæ sunt omnes: idcirco permixta sunt omnia, ordòque confusus est. Neque intelligunt miseræ, non se aliter vtile quippiam discere posse, nisi quietem agãt. Nam cum sermo doctoris incassum effunditur, nec est qui his quæ dicuntur, intendat: quid inde lucri prouenire possit? Adeo autem, inquit, oportet illam studere silentio, ne non modo de secularibus rebus, verùm ne de spiritualibus quidẽ loquendum sibi in ecclesia nouerit. Hic nempe ornatus, hic verecundiæ cultus, eam longè dignius ornare, quã preciosa vestis consueuit. Si se ita composuerit, atque ad hanc direxerit normam, poterit etiam magna cum facilitate vota deo, ac preces exoluere. *Mulieri*, inquit, *docere non permitto.* Quam, oro, hoc in loco his verbis consequentiam seruat? Profecto summam. De silentio differebat, de honestate, de pudore. Dixerat loqui eas nolo. Vnde igitur cupiens loquacitatis occasionẽ penitus tollere, ne doceãt quidem, inquit, sed obseruent discentium ordinem. Ita enim ex silentio ipso, quòd sint subiectæ monstrabunt. Est quippe fermè loquax muliebris sexus, idcirco omni ex parte fluentem restringit ac comprimit. *Adam enim*, inquit, *primùm formatus est, deinde Heua, & Adam non est seductus, mulier autem seducta in præuaricatione fuit.* Quid igitur hæc ad nostri temporis mulieres? plurimum sanè. Sed maiore virilis sexus honore potitus est, quia primò formatus, & alio item loco huiusmodi primatum ostendit, dicens: Neque enim propter mulierem factus est vir, sed mulier propter virum. Cuius autem rei gratia ista commemorat? Primùm quidem, vt ex his eius primatum doceret. Secundò, ex his quæ iam contigere, commonuit mulierem esse, quæ virum initio, cunctáque peruerterat, atque fecerat inobedientiæ reum: idcirco ipsam subdidit deus, quia honoris parilitate principiò sibi indulta, pessimè vsa fuerat. Ad virum, inquit, tuum, erit cõuersio tua: antehac autem nihil huiusmodi dictum fuerat. Quónam verò modo Adam non est seductus? Ergo neque inobediens fuit, siquidẽ seductus non est? Nempe mulier quidem crimen excusans, ait: Serpens decepit me. Adam verò non ait, mulier decepit me: sed, dedit mihi de ligno, & comedi. Par autem profecto non est ab ea, quæ sibi generis societate iungeretur decipi, & à bestia, quæ seruituti hominis fuisset addicta. Illud igitur seductio potius, ac verius dici potest. Ad comparationem ergo mulieris, dicit illum non fuisse seductum. Illa quippe ab irrationali animante decepta est, hic autem à libera muliere, & sibi naturæ copulata ratione. Rursum non dicitur de Adam, vidit lignum, quia bonum ad comedendum est, sed de muliere tantummodo. Comedit enim, inquit, & dedit viro suo. Non igitur iste concupiscentiæ cedens, sed obtemperans mulieri, simpliciter præuaricatus est. † Idcirco & Paulus semel, inquit, mulier docuit, & cuncta peruertit, idcirco Vltra non doceat. Sed dices: Quid igitur ad cæteras pertinet, si illa hoc passa est? Plurimum sanè. Est enim sexus ille infirmus ac leuis, quod iam in consequentibus differens, dum de sexu generaliter loquitur, ostendit. Non enim dixit, Heua autem seducta: sed, mulier, quod commune est nomen sexus, potius quàm proprium Heuæ. Quid igitur? Non sexus omnis muliebris per illam in præuaricationem factus est? Nẽpe quemadmodum ait de Adam in similitudinẽ præuaricationis Adę, qui est forma futuri: ita & hîc muliebris sexus præuaricatus dicitur. Quid ergo? Num ideo salute caret? Minimè id quidem. Quam verò salutem habiturus est? *Per filiorum*, scilicet, *procreationem.* Quod profectò de Heua non dicitur. *Si permanserint*, inquit, *in fide & charitate, & sanctificatione cum sobrietate.* Quánam fide, qua charitate, qua sanctificatione? Ac si apertè dicat, nolite tristes esse mulieres, quòd sexus vester probro & calumniæ pateat. Deus ecce vobis & aliam occasionem salutis confert, filiorum scilicet educationem: vt non modò per vosipsas salutem inueniatis, verùm per alia quoque salutis adminicula capiatis. Vides quàm multa hoc in loco quærenda dimiserit? Mulier autem, inquit, seducta, in præuaricatione fuit. Quę nam illa? Heua scilicet: hæc igitur saluabitur per filiorum generationem, neque ipsa modò, verùm & omnis fœmineus sexus inde saluabitur: præuaricata quidẽ illa est, verùm muliebre genus omne per filiorum generationem salutem consequetur. Cur enim non etiã virtutis propriæ merito? Nunquid enim illa cæteris quoq; præiudicat? Quid ergo ad virgines? quid ad steriles? quid item ad viduas, quæ priusquàm pârerent, viros amiserant? Ergòne illæ periere, omniq; spe salutis destitutæ sunt? Certè enim virgines maxima in gloria, summoq; in culmine constitutæ sunt. Quid igitur? His verbis significare voluit, quemadmodum à prima formatione genus omne subiecit, per ea quæ prima mulier præuaricata est. Quia enim Hæua secundò formata est, & reliquus, inquit, sexus subditus sit. Ita igitur quia etiam præuaricata est, & sexus itidem omnis in præuaricatione fuit. At illic quidem diuino muneri omnia accepta referuntur, hoc autem ex mulieris peccato in cæteras fluxit. Nempe idcirco, inquit, omnes mortui sunt, quia vnus antè peccauit, hoc est mulier. Nihil igitur doleat mulier, dedit illi deus solatium haud minimum, pârere filium. At natura istud, & illud itidem naturæ est. Neque enim naturę tantum iura, verùm & liberorum educatio diuinitus datur.

Si enim, inquit, *permanserint in fide & charitate, & sanctificatione cum sobrietate:* Hoc est, si ipsos postquàm genuerint, ad ista curauerint promouendos, maxima mercede donabuntur, quòd scilicet athletas nutrierint Christo. *Si permanserint*, inquit, *in fide & charitate.* Rectè profectò vitæ exprimit normam, quod ex sequentibus patet, dum sobrietatem honestatemq; subinfert. *Fidelis sermo.* Istud quidem ad superiora refertur, non ad ea quæ de episcopis protinus addit. Quia enim hoc videbatur ambiguũ, idcirco ait, fidelis sermo. Neque enim omnibus passim persuaderi posset, parentes filiorum

† *Semel docuit mulier, & cuncta peruertit. Ideirco inquit,*

1 Cor. 14. g *Ibidem.* *1 Corin. 11. b* *Gene. 3. c* *Ibidem.* *Roma. 5. c* *Cap. III.*

virtute ſalutem promereri, ſi illos ritè in fide inſtituerint. Quid igitur, ſi mater peſsima fuerit, atque innumeris ſceleribus plena, ex hac liberorum educatione lucrabitur? Nempe eos ſibi ſimiles neceſſariò faciet. Cæterùm de ea quę virtutibus polleat, iſta apoſtolus dixit ingentem illi remunerationem, mercedemq; fore teMorale. ſtatus. Audite iſta parẽtes, ac prorſus aſpicite huiuſmodi educationem, magnorum præmiorum cauſam fore. Hoc denique etiam in conſequentibus ait, dum matrem admonet teſtimonium in bonis operibus habere. Si enutriuit filios: id quippe & inter cętera poſuit. Neq; enim parui meriti eſt, indultos nobis à deo liberos, ad ipſius exercere militiã, eiq; ab ipſis infantię pannis dedicare. Nam ſi eiuſce educationis fundamenta iecerint, maximis afficiendi ſunt premiis: quemadmo-
1. Reg. 3. c dum ſi neglexerint, grauiſsimis cruciatibus. Nempe e-
& 4. c d nim & Heli propter filios perit: illos quippe cùm acri° coërcere debuiſſet, verbis tandẽ lenibus monuit. Quocirca dum illis moleſtus eſſe ſeuera increpatione recuſat, & illos & ſeipſum vnà perdidit. Audite hæc patres, veſtrosq; filios in diſciplina & correptione domini erudite ſumma cum diligentia. Eſt enim iuuentus fera, plurimisq; indiget inſtitutoribus, magiſtris, pædagogis, aſſeclis, atque nutritoribus. Votiq; res eſt, poſt adeò exactam diligentiam, eam continere poſſe, non ſecus, quàm equus quidam indomitus, veluti fera belua. Huiuſmodi quippe iuuẽtus eſt. Si igitur illi ab ipſis ſtatim initiis, atq; à prima ętate leges optimas imponamus, minimum poſthac laborabimus: verùm conſuetudo ipſa virtutis in legem trãſiet. Nihil eos agere permittamus, ex his quæ noxiè iucũda ſunt, neq; illis vt pueris indulgeamus: atq; ante omnia illos in pudore & ſobrietate ſeruemus, quippe huic inimica libido omnium maximè huiuſmodi turbat ætatẽ. Ad hoc igitur vicium cõpeſcendum, magnis nobis ſudoribus, magnaq; intentione opus eſt, maturè illos matrimonio iungamus, vt munda atq; integra illorum corpora ſponſæ admoueantur. Huiſmodi quippe amores feruentiores ſunt. Atque is qui ante nuptias pudicitiæ ſtuduit, longè magis poſtea pudicus erit. [qui autem aſſuerit ante nuptias ſcortari, etiam poſt nuptias iſtud faciet.] Viro enim, inquit, fornicario omnis panis ſuauis eſt. idcirco quippe coronæ imponũtur capiti, vt victoriæ ſigna ſint: quòd ſcilicet antea libidini impenetrabiles, ita demum cubiculum ingrediantur, quia ſcilicet à voluptate ſuperati nõ ſunt. Quòd ſi libidine ſuperatus quiſpiam ſeipſum ſcortis addixerit: cuius iam rei gratia coronatus incedat, qui tam fœdę libidini colla ſubdiderit? Admoneamus igitur illos, corripiamus, terreamus, minasq; intentemus & modò iſtud, modò illud faciamus. Magnũ habemus, precioſumq; depoſitum filios, ingenti illos ſeruemus cura, atq; omnia faciamus, ne fur id nobis aſtutus auferat. At verò nũc contrà penitus facimus. Nam vt fundus quidem ſit optimus, cuncta molimur, eumq; fideli viro magno cum ſtudio tradimus, & agaſonem atque mulionem, procuratoremq; ac diſpenſatorem, qui nobis magna beneuolentia afficiatur, inquirimus: cæterùm quod nobis chariſsimum omnium eſt, omnino negligimus: neque curamus, quo pacto filium noſtrum fideli cuipiã viro permittamus, qui ipſius tueri ac ſeruare pudiciciam poſsit? Et certè nulla nobis poſſeſsio, nullus fundus æquè nobis gratus atq; charus eſſe debet: quippe hæc omnia filiis quęruntur. Igitur maior nobis peſſeſsionum cura eſt, quàm eorum, quorum illæ gratia comparantur: quod profectò abſurdiſsimum atque ſtolidiſsimum eſt. Exerceamus igitur ad virtutẽ, atque pietatem molles filiorum animos, cætera omnia ſecundo loco quæramus. Nam ſi quidem illi improbi fuerint, nihil eis pecuniæ proderunt: ſin autem probi, nihil ex paupertate lædentur. Vis filium relinquere diuitem? Bonum illum ac benignum eſſe doce: ita enim etiam rem familiarem auctiorem facere poterit. Quòd ſi tenuis illi ſubſtantia fuerit, nihil deteriori in loco erit, q̃ hi qui plurima poſsident. Quòd ſi malus ille fuerit, etiamſi infinitam illi ſubſtantiam relinquas, nõ illi cuſtodem reliquiſti, ſed longè deteriore conditione feciſti, quàm ſi ad extremã deueniſſet inopiã. Quippe filiis non ritè inſtitutis præſtat pauperes eſſe, quàm diuites. Paupertas enim vel inuitos coërcet, atque intra virtutis limites continet: opes verò ne volentes quidem pudicè, temperanterq; viuere ſinunt: verùm exorbitare faciunt, atque peruertunt, maliſq; innumeris ſubiungũt. Matres item filiarum vobis curam aſſumite, eſt ea cura vobis perfacilis. Curate ſolicitè, vt domi iugiter ſint. Ante omnia pias eſſe, religioſasq; docete, aſpernari pecunias, exterioriſq; ornatus contemptrices eſſe, atque ita demum nuptiis tradite: eas ſi ita inſtitueritis, non ipſas modò ſeruabitis, verum & viros qui illas ducturi ſunt: neque viros tantùm, ſed etiam filios atque nepotes. Quippe ex radice optima ſurculi prodeunt firmiores, ac ſemper in meliora proficiunt, horumq; omnium merces vobis reddenda eſt. Non igitur tanquam vnius animæ commodis proſpicientes, ſed vt plurimis per vnam conſulẽtes, magno cum ſtudio omnia faciamus. Ita nempe paterna domo decet progredi virginem, ac matrimonio iungi, quemadmodum ex palæſtra luctatorem, vt omnem diligentiſsimè rei familiaris peritiam habeat: ſitq; veluti fermentum, quod maſſam omnem in ſuam transfert pulchritudinem. *Filij quoque adeò verendi ſint præ morum honeſtate, & ſingulari pudiciciæ laude, vt ab hominibus, & à deo laudes mereantur. Diſcant continere ventrem, abſtineant à ſuperfluis ſumptibus, & omni magnificentia apparatus, diſpenſare ſua probè nouerint, pij in parentes ſint, ſubiici, & dicto obtemperantes eſſe diſcant: ita enim & parentibus ipſis ingentes præmiorum adiicient cumulos: atque ita omnia in dei gloriam, ſalutemq; noſtram fient: cuius nos omnes cõpotes eſſe cõtingat, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo eſt patri gloria & imperium & honor, vnà cum ſancto ſpiritu, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.*

Homilia x.

SI quis epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. Oportet igitur epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, vnius vxoris virum, ſobrium, pudicum, ornatum, hoſpitalitatis amatorem, docibilem, non vinolentum, non percuſſorem: ſed mã- Poſt, nõ per-
ſuetum, non litigantem, non auarum, domui ſuæ bene præſidentem, fi- cuſſorẽ, Vt-
lios habentem ſubditos cum omni caſtitate. Dicturus de epiſ- *rorem. plus*
copatus officio, cuiuſmodi eſſe epiſcopum deceat, in- *habet, non*
dicat. Neque id quaſi Timotheum admonẽs dicit, ſed *turpiter lu-*
vt omnibus ſimpliciter loquens, ac per illum quid cõ- *cri cupidũ.*
ueniat omnibus, dictans. Quid autem ait? *Si quis*, inquit, *epiſcopatum deſiderat.* Non culpo, non improbo, opus quippe regiminis eſt. Si quis hunc idcirco appetit, non principatus ac dominationis faſtu, verùm cura regiminis & charitatis affectu, nõ improbo, inquit: bonũ quippe deſiderat opus. Quippe & Moſes eam rẽ appetiſſe cognoſcitur. Verùm ille huiuſmodi potentiam,

tiam,ambitumq; dominandi nequaquam quæsiuit,sed eam rem ita cupiuit,vt illi diceretur:Quis te constituit *Exod.18.c*
principem,& iudicem super nos? Si quis igitur ita desiderat, desiderat bene. Episcopatus enim ex eo dicitur,quòd omnes inspiciat,cunctaq; speculetur. *Oportet igitur episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum,*

Non hoc veluti sanciens dicit,quasi non liceat absque vxore episcopum fieri,sed eius rei modum constituens. Iudæis quippe licitum erat etiam secundo matrimonio iungi, & duas itidem habere simul vxores si *Deut.21.c.*
honorabiles enim nuptiæ. Quidam verò hoc ita intelligunt,vt scilicet ad episcopatũ is assumatur, qui vnius *Hebr.13.a*
fuerit vxoris vir. *Irreprehensibilem.* Hoc vnico verbo genus omne virtutis expressit.Itaque qui sibi vel leuis culpæ cõscius est,malè profectò facit, eam rem appetens, qua indignum se per opera fecit. Nõ enim decet huiusmodi regere,sed potius regi.Eum quippe qui
B regendos alios suscipit, tanta decet gloria virtutis excellere,vt instar Solis cæteros veluti stellarum igniculos,in suo fulgore obscuret. Debet huiusmodi vitam habere immaculatam,atque compositam,vt omnes in illum & in eius vitam, veluti in exemplar aliquod excellens intueantur. Facit autem hoc Paulus nõ absque ratione,qui huiusmodi monitis vtitur: verùm quia & Timotheo ipsi cura incumbebat episcopos ordinandi,
ad Tit.1.b. sicuti & Tito, quem etiam de huiusmodi admonet. Et quia par erat,plurimos eius rei desiderio allici,idcirco tanta illum diligẽtia pingit,vt qui se ad eam rem præparare vellent, ad quantam virtutis celsitudinem sibi euadendum esset, agnoscerent. *Sobrium*, inquit, *atque vigilantem.* Hoc est, clarissima mentis acie præditum, innumerosq; habentem omni ex parte oculos, quibus acutissimè cuncta prospiciat. Sunt quippe plura, quæ
C *incidant*,& mentis hebetent aciem: puta cõcupiscentiæ,quotidianæ curæ, rerumq; perturbatio,& plurima id genus vndique imminent. Vigilantem igitur esse necesse est illum,qui non tantum sui curam habet,verum etiam reliquorum. Decet esse peruigilẽ eum,qui eiusmodi est,ac spiritu viuere,& affectus sui flammam operibus ipsis ostendere, ducesq; omnes solicitudine atque industria superare, vt die noctuq; exercitum, & castra perlustret,laboret, & sui officij munus diligẽtissimè impleat, atque omnium curam ac solicitudinem gerat. *Pudicum*,inquit,*ornatum,hospitalitatis amatorem.* Ista & in subditis plerũque videas.Verùm quoniam oportet eum,& quæ sunt rectoris habere: idcirco subiũxit,
Aptũ ad docẽdum: hoc quippe à subditis nequáquam exigitur,cæterùm illi ante omnia adesse debet, qui hu-
D iusmodi suscepit officium. *Non vinolentum.* Hoc in loco non ebriosum,verùm cõtumeliosum atque elatum significare voluit. *Non percussorem.* Neque hîc manibus violẽter vtentẽ profectò significat:sed quid? Sunt nempe qui improbè nimium fratrum cõscientiam feriunt, quos mihi nunc significasse videtur. *Sed mansuetum*,inquit, *sine litibus, sine auaricia,domui suæ bene præsidẽtem, filios habentem subditos cum omni castitate.* Si igitur qui
1.Cor.7.f vxorem duxit, solicitus est quæ sunt mũdi: episcopum autem huiusmodi solicitudine tangi minimè cõuenit: quo modo superius dixit,Vnius vxoris virũ? Quidam, vt dixi,illum, qui post vxoris obitum cõstituetur episcopus,significasse intelligunt.Alioqui licet eum qui vxorem habeat,quasi non habentem esse. Tunc nempe istud ritè concessit pro tempore,ac pro rei natura,quę tunc inerat. Licet enim eam rem honestè ac licitè capere,si quis velit. Quemadmodum enim diuitiæ difficile in regnum cœlorum introducunt, sæpe tamen id diuites plurimi ingressi sunt: ita & nuptiæ, licèt difficultatis in se plurimum habeant,ita tamen assumi possunt,vt perfectiori vitæ impedimento nõ sint. Verùm id planè perquàm raró atq; difficilè. Verùm dicet fortasse quispiam:Quid sibi queso vult,quòd de episcopo differens,ipsum oportere non ebriũ esse dixit,sed hospitalem,cùm longè excellentiora pro celsitudine gradus exigere debuisse videatur?Cur enim nõ ait,Oportet autem episcopum angelum esse,nulli humanæ perturbationi,viciòve subiectum? Cur non item magna Christi illa præcepta ab episcopo requirit, quæ etiam subditis necessariò inesse debent, scilicet circunferre crucem suam, atque in manibus habere animam semper pro fratribus exponẽdam? Pastor enim,inquit,bo- *Ioan.10.b*
nus,animã suam ponit pro ouibus suis.& rursum: Nisi *Matt.10.d*
quis acceperit crucem suam, & secutus fuerit me, non est me dignus.Cæterùm his omnibus omissis, oportere ait non esse vinolentum.Præclara sanè spes,si de huiusmodi episcopum oporteat admoneri.Cur enim nõ dixit, Oportet autem ipsum iam ex terra migrare, humanisq; rebus euadere celsiorem? Verùm quæ secularibus iussit, ea episcopo implenda nõ iubet. Quid enim *Coloss.3.a*
illis ait? Mortificate membra vestra quæ sunt super ter- *Roma.6.a*
ram.& iterum: Qui autem mortuus est, iustificatus est *Galat.5.d*
à peccato. ac rursus: Qui autem sunt Christi, carnem *Lucæ 14.g*
suam crucifixerũt.Et Christus item:nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, nõ potest meus esse discipulus. Cur igitur hæc in episcopo requirenda non dixit? Quia per paucos huiusmodi inueniri fas erat, episcopis autem plurimis tunc opus fuit, qui per singulas ciuitates magistri constituerentur. Ne igitur ecclesiæ
C negocia fructusq; perirent,idcirco moderatam virtutem proposuit inquirendam, non supremam illam atque cœlestem. Quippe sobrium ac pudicum & honestum esse,multorum commune erat. *Filios*,inquit,*habentem subditos cum omni castitate.* Oportebat nempe vt ex vicino atque re domestica, virtutis suæ præberet indicia. Quis enim crederet illum alienos quosque subiectos habiturum,qui filios non habuerit subditos? *Suæ*, inquit,*domui bene præpositum.* Hoc & externæ sapientiæ authores aiunt, vt qui rem familiarẽ suam ritè administrauerit, rei quoque publicæ cõuenienter possit cõtrectare negocia.Est enim ecclesia,veluti domus quædam: ac sicuti in domo vxor est, & filij ac serui, omniumq; cura ac regimen incumbit viro:ita fermè & in ecclesia videas, nihil ibi est aliud quàm filij & vxores & serui.Quòd si administrationis habeat socios ecclesiæ rector,habet & domi vir vxorem consortem curarum suarum. At verò in ecclesia viduarũ,ac virginum alendarum solicitudo est:habet & domi vir & seruos, & filios.Est autem longè facilius domum,quàm ecclesiam regere:Qui igitur rem,vt dixi, familiarem dispẽsare congruè nescit,is quo pacto ecclesiæ præesse conuenienter posse putandus est? *Si quis autem*,inquit, *domui suæ præesse non nouit, quo modo ecclesiæ dei curam habiturus est? Non neophytum*,inquit. Hîc tamen ætatem adolescẽtiæ significare noluit,sed eum qui nouiter esset instructus,veluti quædam nouella plantatio. Ego enim, in- *1.Cor.3.b*
quit,plantaui,Apollo rogauit, sed deus incrementum dedit. Nam profectò si adolescentiam signare voluisset,nihil dicere prohibebat, non adolescẽtem. Ne ipse quidem cùm ad Timotheum scriberet,ætatem in episcopo summopere inquirẽdam monuit,cùm dicit:Ne- *1.Tim.4.c*
mo adolescentiam tuam contẽnat.Quia enim ex gentilibus

tilibus tunc plerique ad ecclesiam accedebant, ac baptizabantur, cauēdum admonuit, ne continuò nouiter imbutum ecclesiæ sacramentis, ad huiusce principatus onera ferenda proueheret. Si enim antequam discipulus esset, magister assumeretur, quàm primùm attolleretur in arrogantiæ fastum: si priusquàm subiici disceret, in rectorum ordine locaretur, citò intumesceret: idcirco subiungit, *Ne elatus in iudicium incidat diaboli.*

Hoc est, ne in eandem incurrat damnationē, quam ille per arrogantiam pertulit. *Oportet autem ipsum & testimonium habere bonum ab his qui foris sunt, ne in opprobrium incidat, & laqueum diaboli.* Quippe ab eis illi imminēt probra, si quid in se reprehensibile notari posset. Idcirco ait, vnius vxoris virum: cùm certè alio in loco dixerit, *1.Cor.7.b* Volo omnes homines esse sicuti & meipsum, cōtinentiæ scilicet ratione. Igitur ne in angustum nimis eam concluderet rem, si exactissimam virtutem expetisset, idcirco moderatiore admonitione maluit vti, ne ex desperatione perfectæ illius inueniendæ virtutis, ecclesiæ sine episcopis essent. Oportebat enim, vt antea dixi, per singulas ciuitates constitui præsules. Audi denique quid ipse ad Titum scribat: Vt constitueres per *ad Tit.1.b* ciuitates presbyteros, quemadmodum ego tibi præcepi. Quid igitur si testimoniū habeat bonum, bonamq; famam: & ipse huiusmodi non sit? At id quidem in primis difficile est. Vix enim obtineri potest, vt & qui boni sunt, apud inimicos bonum habeant testimonium. Cæterùm hoc ipse nunc quoq; cauit. Neque enim ait, oportet autem eum tęstimonium habere: sed, oportet autem ipsum & testimonium habere bonum, vt cum cæteris, quæ in illo requiruntur, ne istud quidem desit. Neque enim solum testimoniū sufficit. Quid ergo, inquies, si illum frustra, ac per inuidiam maledictis, probrisq; respersérint, cum maximè gentiles sint? At id quidem fieri non potest, quippe eum, qui irreprehensibilem duxerit vitam, & illi ipsi reuerentur. Quó nam, *2.Cor.6.b* inquies, modo? Audi ipsum dicentem alibi: Per infamiam, & bonam famam: neq; enim profectò ipsorum carpebant vitam, sed prædicationi derogabant, idcirco ait, per infamiam. Deniq; prædicationis causa, tanquam seductores, ac magi calumnias sustinebant. Ipsorum autem vitam nemo ferè vnquam fuit, qui vituperare præsumeret. Quocirca nullus vnquam apostolis, aut fornicationis, aut impudicitiæ, aut auaritiæ crimē obiecit: sed tantummodo seductores appellati sunt, quod solùm ad dogma refertur. Qui enim fuerit vitæ fulgore cōspicuus, & illis verendus sit necesse est: quippe veritas ipsis quoque ora obstruit inimicis. Quo autem pacto in laqueum incidit? dum scilicet in eadem *†in quæ & illi.* scelera incurrit, † quibus & ille implicitus est.] Nam si eiusmodi sit, protinus & alium illi laqueum diabolus parat, continuò ipsum repelliunt illi. Quòd si ab hostibus habere testimonium conuenit, multò magis ab amicis ipsis. Nempe enim, quòd eos maledictis & probris impeti fas non sit, qui irreprehensibiliter viuunt, *Matth.5.b* audias licet dicentem Christum: Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificēt patrem vestrum qui in cœlis est. Quid ergo, inquies, si casu aliquo probro ille, & calūniæ pateat? Fieri quippe & hoc facilè potest. Non is in medium adducendus est, neque episcopus eligendus, qui eiusmodi fuerit: nocet enim plurimum præcedens pessima, falsa licèt, opinio. Oportet ergo, inquit, ipsum habere & bonum testimonium. Luceāt enim opera vestra. Quemadmodum denique nemo obscurum diceret Solem, ne si cæcus quidem fuerit, erubescit quippe opinionibus omnium aduersari: ita & eum, qui nimio fuerit decore conspicuus, atque morum honestate illustris, nullus profectò culpare præsumit. Cæterùm, vt dixi, dogmatum quidem gratia detractionis in eum sæpe gentiles spicula intorquent, vitæ verò mūditiam nulla ex parte libare audent, verùm vnà cùm cæteris admirationi ac stupori habent. Ita igitur viuamus, ne nomen dei blasphemetur à gentibus, neque verò humanam aucupemur gloriam, neque iterum, † vt pessima opinione careamus, quod bonum ac rectum est faciamus,] verùm in vtroque modum honoremus. In quibus lucetis, inquit, quasi luminaria in mundo. Idcirco nēpe nos ille elegit, vt simus quasi luminaria, vt veluti fermentum euadamus, vt magistri cæterorum efficiamur, vt veluti angeli cum hominibus versemur in terris, vt tanquam viri cum infantibus pueris, quasi spirituales cum animalibus, vt ex contubernio nostro ingentia illi lucra conquirant, vt semina simus, vt fructū lætissimum afferamus. Nihil opus esset verbis, si in hūc modum vita nostra sanctitatis luce fulgeret. Nihil magistris opus esset, si virtutis probos actus præferremus. Nemo profectò gentilis esset, si ipsi, vt oportet, Christiani esse curaremus: si dei monitis, ac scitis obtemperaremus: si iniurias perpessi, vicem non referremus: si maledictis lacessiti, benediceremus: si pro malis bona redderemus. Nemo esset ita fera belua, vt nō statim ad cultū veræ religionis accurreret, si videret hæc ab omnibus fieri. Atque vt discas ita esse, vnus profectò erat Paulus, & tam multos ad dei attraxit noticiam. Si omnes essemus huiusmodi, quot terrarum orbes attrahere & ipsi possemus? Ecce enim plures Christiani, quàm gentiles sunt. Nempe in reliquis artibus centum simul pueros vnus docere sufficeret. Hîc autem cùm plurimi magistri sint, atque ideo discipuli longè plures esse deberēt, nullus tamē accedit, nullus attrahitur. Quippe discipuli semper doctorum vitam intuentur. At si quidem viderint nos quoque eadem secum appetere, eadem cōcupiscere, honoris atque primatus ambitum quærere, quando illi Christianam religionem poterūt admirari? Vident ecce reprehensibilem Christianorum vitam, terrestres animos atq; in humum abiectos, pecunias non secus quàm se admirari, immò & longe amplius, mortem similiter perhorrescere, paupertatem pariter metuere, morbos eadem impatientia tolerare, claritatem atque potentiam non minus quàm se amare, auaritiæ gratia seipsos concidere, tempori obsequi. Vnde ergo credere illi poterint? fortasse ex signis? At ista modò non fiunt. An verò ex sanctitate vitę? Sed illa planè periit. Num verò charitatis causa? At nusquā aliquod ipsius vestigium cernitur. Quocirca non modò peccatorū nostrorum, verùm & alieni incommodi, cuius ipsi causa sumus, rationē profectò reddemus. Resipiscamus tandem, euigilemus quæso, cœlestem in terris conuersationem præferamus. Dicamus cum apostolo: Quia cōuersatio nostra in cœlis est. certamen *Philip.3.d* in terris atque pugnam subeamus. At fortasse inquies, Fuerunt magni apud nos viri. Sed occurret gentilis & dicet: Vnde id credam? neque enim vos eadem gerere video, quæ illos fecisse prædicatis. Nam si huiusmodi narrationibus passim credere oportet, possumus & ipsi philosophos adducere in medium, magnos atque mirabiles, vitæ ac morum gratia. Cæterùm ostēde mihi Paulum, aliumq; Ioannē. Nunc enim vel pro *obolo* occîdi, atque occidere parati singuli estis: pro *terrena* gleba

Morale.

† *admittamus, vt mala opinione notemur.* *Philip.2.b*

gleba innumeras excitatis lites, pro morte filij miſeris omnia, & cuncta cõfunditis. Alia quippe referre omitto, lachrymis ac gemitibus digna, auguria ſcilicet, vaticinia, obſeruationes, geneſim, ſigna, ligaturas, diuinationes, atque incantationes, & cætera huiuſmodi, quæ omnia magno profectò ſcelere præſumũtur: denique iram prouocare conſueuerunt, atque eò magis, quòd poſt ingentis beneuolentię & inſignis miſerationis indicia, poſtquàm ille filium ſuum pro redimẽdis hominibus miſit, hæc nefario auſu admittimus. Quid ergo faciendum eſt? Ingemiſcendum ſcilicet. Vix enim orbis minima pars ſeruatur, omneſq; ferè ſunt æternæ mortis periculo expoſiti. Cæterùm quid agunt hi, qui ſenſum omnino doloris amiſerunt? Exultant dum iſta audiunt, quòd nõ ſoli pereant, ſed perditionis ſuæ plurimos habeant ſocios. Verùm id gaudium execrabile omnino eſt, ipſiuſq; vna cum ſceleribus cæteris perſoluẽt pœnas. Neque enim velim exiſtimes, quemadmodum hîc fieri ſolet, ita & in futura vita contingere, vt ſcilicet ſolatium aliquod ferat, ſocios habere miſeriæ. Vnde id conſtat? Ex ſubiecto ſcilicet exẽplo. Dic enim quæſo, ſi quis damnatus ignibus, filium quóque ſuum vnà intueatur, nidoremq; ex ipſius carne aſcendentem hauriat naribus, nónne morietur? Nam ſi hi quoq; qui ſani ſunt, dum hæc fieri vidẽt, penè reſoluuntur: multò magis id paſſuri ſunt, qui ea clade vexantur. At ne
» iſta mireris, audi quid dicat ſapiens quidam: Et tu cap-
» tus es quemadmodum & nos, & in nobis computatus es. Eſt enim ferè ad miſericordiã pronum humanum genus, aliorumq; calamitatibus facilè commouemur. Nam quo pacto pater, filiũ in eadem damnatione poſitum vidẽs, ſolatium capiat? Contrà penitus, pœna illa ex ea ſocietate auctior fiet. Eadem profectò ratione, ſi vir vxorem conſortem damnationis aſpiciat, & homo itidem hominem, ſolatij nihil, ſed ſupplicij plurimum accipiet cumulum. At tunc longè magis iſta patiemur quàm nunc: neque enim ſimiles ſunt cruciatus vtriuſque temporis, ſed tunc profectò erunt duriores. Erit quippe tunc gemitus omni conſolatione deſtitutus, cùm omnes ſe inuicem in ſuppliciis videbũt, omneſq; mugitum pariter dabunt. Quippe & hi qui fame tabeſcunt, non ſolatium capient, ſi calamitatis ſuæ ſocios habeant: & ſi item filij parẽtes, vel parentes itidem filios, vel vxorem vir, aut virum vxor, eadem clade ſecum affici viderint, num conſolari poterunt? neque ſi amicos quidem aſpicimus nobiſcum vnà pœna torqueri, vllum capiemus omnino ſolatium: immò ex ea ſocietate cruciatus noſter augetur. Præterea clades nonnullæ ſunt, quæ licẽt communes cum plurimis ſint, præacerbitate tamen nihil conſolationis admittunt. Nam exempli cauſa: Sit quiſquã igni impoſitus, & alius vnà vratur: quo pacto iſti ſe mutuò ſolari poterunt? Experti nempe id ſumus, ſi quando vehementioris febris ardore tenemur, tunc nempe nos omne ſolatium deficit: & meritò ſanè. Vbi enim ea inualuerit peſtis, difficilè iam animus aliquid cõſolationis admittit. An non vides eas, quæ amiſerunt viros, licẽt plurimas enumerare mulieres poſsint idem perpeſſas: nihilo tamen ſegnius luctu ac mœrore ſe conficere? Non igitur ea tam deteſtabili nutriamur ſpe, verùm vnico vtamur ſolatio, vt ſcilicet eorum quæ peccauimus, pœnitentiam agamus, atque iter illud rectum arripiamus, quod nos ferat ad cœlũ, vt cœleſti regno perfrui mereamur: gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cũ quo eſt patri & ſpiritui ſancto gloria, imperium, honor nũc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia xi.

Diaconos ſimiliter pudicos, noñ bilingues, non vino multo deditos, non turpis lucri appetitores, habentes myſterium fidei in conſcientia munda. Et hi autem probentur primum, deinde miniſtrent, ſi abſque crimine ſunt. Poſtquàm de epiſcopis dixit, eoſq; formauit, quídnam illos habere conueniat, à quo item abſtinere neceſſe ſit dictans, omiſſo interim preſbyterorum ordine ad diaconos trãſiit. Cur id quæſo? Quia ſcilicet inter epiſcopum atque preſbyterum intereſt fermè nihil. Quippe & preſbyteris eccleſiæ cura permiſſa eſt: & quæ de epiſcopis dixit, ea etiam preſbyteris congruunt: ſola quippe ordinatione ſuperiores illi ſunt, atque hoc tantùm, plus quàm preſbyteri habere videntur. Diaconos verò habere eadem monuit, vt ſcilicet irreprehenſibiles ſint, pudici, hoſpitales, modeſti, non litigioſi, nõ auari, non bilingues: hoc eſt, non ſimulatores, non doloſi. Nihil enim fermè nos ita degenerare à ſpirituali nobilitate facit, vt fraus atque dolus, nihilq; in eccleſia noceat magis, quàm verſuta ſimulatio. *Non vino*, inquit, *multo dedtos, non turpis lucri appetitores, habẽtes myſterium fidei in cõſcientia munda.* His profectò verbis irreprehenſibiles debere eſſe ſignificat. Iã verò intuere, quo modo & hinc neophytum arceat. Nam cum dicit, Et hi autẽ probentur primum, ſicuti & de epiſcopo dixerat: ita cõnexionem protinus addidit. Nihil enim mediũ ineſt, atque ideo & illic dixit, non neophytum. Perquàm enim ineptum & abſurdum eſt, ſi cum empticium ſeruum introducimus domum, non prius illi aliquid domeſticæ ſupellectilis tradimus, quàm longo experimento ſententiæ ſuæ atque voluntatis plurima indicia dederit: in eccleſia dei non eadem vtamur diligentia, cæterùm nouicium, adhuc in primo ſtatim conſtituimus ordine, antequàm fidei ſuæ atque vitæ dederit documenta.

Mulieres miniſtras ſimiliter, inquit, *caſtas, nõ bilingues, ſobrias, fideles in omnibus.* Plerique volunt apoſtolũ hoc de mulieribus ſimpliciter præcepiſſe, verum nõ ita eſt. Quid enim conſequentiæ haberet inter ea, quæ de epiſcopis atque diaconis monuit, mulierum vllam facere mentionẽ? Sed de his profectò ait, quæ miniſterij dignitate ſunt præditę. *Diaconi ſint vnius vxoris viri.* Eadem & miniſtris mulieribus cõgruunt, id eſt nimiũ neceſſarium, atque vtile in eccleſia. *Diaconi*, inquit, *ſint vnius vxoris viri.* Vides vt eandem & ab his virtutem requirat: Etſi enim epiſcopi atq; diaconi impar dignitas eſt, pari tamen ratione vtrunque eſſe irreprehenſibilẽ decet, atq; eadem ſanctimonia vitæ conſpicuum. *Filios*, inquit, *bene regentem, & proprias domos: qui enim bene miniſtrauerint, gradum bonum ſibi acquirunt, & confidentiam magnam in fide, quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Vbique filiorum curã diligentiſsimam ponit, ne ex hoc reliqui ſcandalum capiant. *Qui enim*, inquit, *bene miniſtrauerint, gradum bonum ſibi acquirunt.* profectum ſcilicet & confidentiam magnã in fide. Nempe enim qui in his quæ inferiora ſunt, diligentiam ſuam, vigilãtiãq; mõſtrauerint, facilè & ad ea quæ ſunt ſuperiora atque excellentiora peruenient. *Hæc ſcribo tibi, ſperans ad te venire celeriter. Si autem tardauero, vt ſcias quo modo oporteat in domo dei cõuerſari, quæ eſt eccleſia dei viuentis, columna, firmamentumq; veritatis.* Ne ex eo quod illi de huiuſmodi ſcripſerat, diſcipulum fortè mœrore conficeret, ait, non idcirco hæc ſcribo, quaſi non iam venturus ſim, veniam enim profectò: cæterùm ſi tardare contigerit, vti ne moleſtè id feras. Huic quidem leuandi cauſa mœroris

Universidad de Deusto
Biblioteca

mœroris hæc ſcribit, verùm aliis alia ratione, vt ſcilicet eos vigilantiores, ſtudioſioreſq; faciat. Nam & ipſius præſentia multùm poterat vel promiſſa. Nihil enim eſt cur admireris, ſi qui ſpiritu cuncta præuidebat, hoc ſe ignorare fateatur, dicens: Spero venire, ſi autem tardauero: hoc enim ignorantis eſt. Quia enim ſpiritu, non propria voluntate ducebatur, & ſpiritus ſententia gerebat omnia, idq; meritò ignoraſſe putatur. *Vt ſcias*, inquit, *quo modo oporteat in domo dei conuerſari, quæ eſt eccleſia dei viuentis, columna ac firmamentum veritatis.*

Non quemadmodum illud Iudaicum templum: hoc enim eſt, quod fidem cõtinet ac prædicationem, quippe veritas eccleſiæ & columna & firmamentum eſt.

Et reuera, inquit, *magnum eſt pietatis myſterium, Deus manifeſtatus eſt in carne, iuſtificatus eſt in ſpiritu.* Quibus profectò verbis diſpenſatio pro nobis aſſumptæ carnis exprimitur: nec velim mihi tintinnabula illa obiicias, neque ſancta ſanctorum, neque põtificem. Columna eſt orbis eccleſia. Animaduerte myſterium, & venerationis horrore moueberis. Myſterium eſt, magnumq; myſterium, & pietatis ſacramentum, & reuera abſque vlla quæſtione, indubitatum quippe eſt. Quia enim de ſacerdotibus diſſerens, nihil eiuſmodi ſtatuit, cuius in Leuitico præceperat lex, ad altiora profectò nos ſubuehit, quòd ſcilicet in carne manifeſtatus eſt conditor.

Apparuit, inquit, *in carne, iuſtificatus eſt in ſpiritu.* Siue hoc intelligi vult, quòd iuſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis, ſiue quia dolum nõ fecit, vt propheta teſtatur, dicens: Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Apparuit, inquit, angelis: ergo & angeli nobiſcum viderunt filium dei, quem antea non videbant. Reuera magnum myſterium eſt, vbique terrarum auditum atque creditum eſt. Ne enim exiſtimes verba eſſe ſimplicia. *Aſſumptus eſt*, inquit, *in gloria.*

Eſa.53.c

Nempe enim huic, quem aſſumptũ mortalium deduxerunt, acceſſerũt angeli, & miniſtrabant ei. In omnem terram exiuit ſonus eorum. Aſſumptus eſt, inquit, in gloria, dum ſcilicet in nũbibus ferretur in cœlum. Intuere autem ſapientiam Pauli, cùm enim eos monere pergeret, qui huius miniſterij dignitatem accepiſſent, non paſsim indulgere vino: non ait, non ebrioſos: ſed, neque vino multo deditos. Nam ſi illi, qui in templo illo carnali miniſtrabant, à vino penitus abſtinebant: quantò magis hos eſſe decet abſtemios? Nam vini vſus immodicus in amẽtiam deiicit, ac niſi ebrietatem inducat, animæ tamen robur exoluit, omnemq; illius virtutem, ac ſubſtantiam debilitat, & prorſus eneruat. Intuere autẽ quo modo omnibus in locis diſpenſationis aſſumptæ pro nobis carnis, myſterium vocat. Neque enim eſt omnibus hominibus cognitũ, immò ne angelis quidẽ ipſis manifeſtum fuit. Quo enim pacto cùm ipſis per eccleſiam manifeſtatum ſit? Idcirco ait, revera magnũ eſt, nam profectò veriſsimé magnum prædicatur. Homo enim factus eſt deus, & deus homo: homo apparuit abſque peccato, homo aſſumptus eſt, prædicatus eſt in mundo, viderunt eum angeli nobiſcum, myſterium igitur eſt. Caueamus propalare myſterium, neque ipſum vbiq; proferamus. Digni tanto myſterio viuere ſtudeamus. Hi nempe, quibus myſteria creduntur, magni vtique ſunt. Nam ſi rex nobis temporalis myſterium crederet, nõnne id ſingularis amiciciæ ac familiaritatis indicium, certumq; argumẽtum haberemus? At nunc deus nobis myſterium credidit. Et quo modo, inquies, myſterium dicitur, quod eſt omnibus notum? Sed id antea erat incognitum, nunc autem ſingularis gratiæ merito manifeſtatum eſt.

Pſal.18.a

Studeamus igitur digni fieri, quibus creditur tanti cuſtodia ſacramenti. Ipſe enim nobis myſterium tantę excellentię credidit, nos illi neque pecunias credimus. Cæterùm cùm ille hortetur ac dicat, Mihi veſtra omnia ſeruanda permittite, nemo ea diripiet, neque tinea demolietur, neque latro ſuffodiet, ac centuplum ſe daturum polliceatur, ne ſic quidem obtemperamus. Et certè dum apud aliquos quidpiam deponimus, nihil accipimus amplius, gratiaſq; agimus, ſi vel totum quod depoſuimus, receperimus: & ſi fur aliquid furetur, noſtro cum detrimento id faciet: at verò cœleſtis ille depoſiti noſtri ſaluator dicturus tibi non eſt, Latro accepit, neque corroſit tinea: ſed & hîc centuplum reddit, & illic æternam adiicit vitam, & nemo tamen apud illum deponere ſtudet. At inquies, ſero mihi iſta reſtituit: & iſtud illius magnifici muneris ſignum profectò maximum eſt, quòd hîc iſta non reddit, in hac ſcilicet vita, fluxa, & mortali: immò verò & hîc cẽtuplum reddit. Nam quæſo Paulus, nõnne hîc artis inſtrumẽta reiecit: nõnne Petrus calamum reteq; dimiſit? nõnne teloneum Matthęus reliquit? & tamen orbis totus illis longè magis quàm regibus, maioriq; cum ſecuritate patebat. Nõnne ad pedes ipſorum omnes pecunias deponebant: nõnne illos rerum ſuarum diſpenſatores, ac dominos faciebant? nõnne & animas ſuas in ipſorum manibus deponebant? nõnne toti ex illorum conſilio ac voluntate pendebant: nõnne & ſeipſos illorum ſeruos magna animi libertate fatebantur? Quid autem? nõnne nunc etiam huiuſmodi plura fieri cernimus? Nempe enim cõplures ſæpe obſcuro loco nati, & qui victum antea manuum ſuarum labore quærebant, neceſſariiſq; alimentis egebant, cùm ſe ad monachorum vitam cõtuliſſent, illuſtriores omnibus euaſere, atque à regibus ipſis honorati ſunt. Num parua iſta putabimus? Sed conſidera iſta pro additamento eſſe, cęterùm ſpei noſtræ ſummam futuro tempori reſeruari. Contemne pecunias, ſi pecunias habere vis: ſi ditari cupis, pauper efficere. Huiuſmodi quippe diuina ſunt munera, omnemq; tranſcendunt ſpem. Non vult ille proprio ſtudio, ſed gratia ſua diuitem fieri. Mihi, inquit, iſta permitte, tu ſpiritualium tantùm rerum curam habe, vt meam potentiam diſcas. Seruile pecuniarum iugum fuge, quippe ſi illas tenere volueris, inops eris: ſin autem eas aſpernatus fueris, duabus ex partibus diues euades. Tunc tibi omnia vndique affluent, ex eo maximé, quòd nihilo eorum indigeas, quibus plurimi egẽt. Neque enim poſsidere plurima, ſed plurimis non indigere diuitem facit. Itaque quandiu rex aliquo indiget, nihil meliore in loco, quàm pauper eſt: quippe indigere aliis, ea tandem paupertas eſt. Itaque neque reges ipſi ea ratione paupertatis nomen effugiunt, quia ſubditis indigent. At non ita qui ſe crucifixerit mũdo, nihilo enim indiget, ſufficiuntq; ei ad victum manus ſuæ. Mihi enim, inquit, & his qui mecũ ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ. Iſta ille dicebat, qui alio in loco: Quaſi nihil habẽtes, & omnia poſsidẽtes. Ille, inquam, iſta dicebat, qui deus ab his, qui Lyſtris morabantur, exiſtimatus eſt. Si cupis his, quæ in mundo ſunt, frui, cœlum quære: ſi vis etiam præſentia conſequi, toto illa ſtudio deſpice. Quærite enim primum, inquit, cœlorum regnum, & hæc omnia adiicientur vobis. Quid parua iſta miraris? Quid ad ea quæ abiectiſsima ſunt, inhias? Quandiu inops eris? quandiu pauper eſſe perſiſtes? In cœlum intẽde aciem, cœleſteſq; diuitias animo verſa,

Matth.6.a

Act.20.g
1.Cor.4.b
Act.14.b
Matth.6.b

versa,aurũ irride. Disce cuiusmodi sit illius vsus,quandiu nobiscum duret: vsque ad præsentem tantùm vitam fragilem, atque mortalem, illius vsus extenditur. Quantùm deniq; arena, immò verò quantùm stilla ab immenso abysso distat,tantùm vita præsens ab æternis atque immortalibus bonis. Non est hęc vera possessio, vsus est,nec ipse quidem satis proprius. Quo enim pacto? quandoquidẽ te expirante,velis nolis, alij tua omnia accipiunt, & ipsi rursus aliis tradunt, & illi itidem aliis. Omnes enim peregrini atque aduenæ sumus,atq; dominus domus fortè magis est mercenarius domus. Sæpe enim illo defuncto,hic permanet,plus quàm dominus fruitur domo. Quòd si iste mercede conducit domũ,& prior ille mercede item ædificauit, magnoq; cum labore & ærumna cõstruxit,verbo tantùm ea dominatio est: re autem vera omnes alienarum rerũ domini sumus. Illa tantùm nostra sunt,quæ illuc præmittere caute studemus: quæ autem hîc sunt,nõ nostra,sed viuentium sunt,immò viuẽtes sæpe derelinquunt. Illa sola nostra sunt,quæq; virtutis animæ propria sunt, eleemosyna scilicet,ac pia in pauperes miseratio. Porrò ista exteriora dicuntur,etiã apud ipsos externæ sapientiæ authores,quippe quæ extra nos sunt: ea igitur iuris nostri faciamus. Neq; enim possibile est hinc pecunia accepta migrare, sed planè possibile eleemosyna data proficisci: immò verò ipsa etiã præmittamus, vt nobis in æternis mansionibus tabernaculum præparent. Pecuniæ enim à Græco vocabulo ab vsu dicuntur, non quòd propriæ sint,immò & possessiones ipsæ, vsus,nõ dominatio sunt. Dic enim quæso, villa quælibet quot habuit dominos? quot itẽ habitura est? Dicitur quoddam vulgò prouerbium, & sapienter quidem. Neque enim passim contemnenda sunt,quæ vulgò dicuntur, "si quid in se recti habent. Ager,inquit,quàm multos habuisti, & quàm multos habiturus es dominos? hoc & ad domos, & ad pecunias ritè dici potest. Sola igitur virtus nobiscum migrare consueuit. Virtus sola ad æternam vitam pertrãsit. Euigilemus tandem, pecuniarumq; extinguamus appetitum, vt desiderium nostrum
Matth.6.d omne ad æterna transferre possimus. Nõ possunt duo
& Luc.16.c isti amores simul habitare, vnumq; possidere animum. Aut vnum,inquit,diliget,& alterum odio habebit: aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Si videris virum clientum stipatum multitudine in forum erumpere,sericis amictũ vestibus, atque equo vectum: noli stupescere, sed potius ride. Ac sicuti cùm pueros videris cõstituto inter se principe ludere,risum tenere non potes: ita & hîc facito. Nihil hoc illo deterius est,immò hoc longè gratius: quippe quòd à puerili ætate magna cum simplicitate & innocentia geritur. Hic nempe risus voluptati permixtus est: cõtrà,ille ridiculus, ac turpitudine plenus. Deo gratias age, quòd te huiusmodi scena fastuq; turgido eripuit. Nam siquidẽ ipse volueris,humili tu loco natus,celsior eo euades, qui vehiculo fertur. Quo pacto? Quòd ille scilicet corpore quidem humo modico superior est,cæterùm animo terræ
Psal.101.a affixus est. Adhæsit enim,inquit,virtus mea carni meæ: Tu verò mente in cœlo versaris. At clientes ille plurimos habet se deducentes: at incertum est,magis ille,an equus honoretur. Quid autẽ hac stoliditate deterius? Sequuntur homines,vt iumentum facilius transeat. At fortè equo vehi inter appetenda ducatur? Sed seruis istud quoque commune est. Quid autem dici irrationabilius possit, quàm velle ex equorũ ac preciosæ vestis,clientumq; apparatu putari illustrem? Quid ea gloria dici vilius atque abiectius potest,quæ in equis consistit,ac famulis? Virtutis studiosus es? nullo istorũ vtere,proprias habeto diuitias,propriumq; ornatum. Hæc enim & nequam homines,ac scelerati & rustici, latronesq; omnes,qui diuites sunt,habere valẽt. Mimi item, atque saltatores feruntur equis, famulosq; habent, qui ante se currant: mimi tamen atque saltatores sunt,& ex equis ac famulis nihilo honestiores euaserunt. Quoties enim eis qui huiusmodi sunt, nulla est animi virtus: frustra & incassum hæc extrinsecus apponuntur. Et quemadmodum caduco parieti, aut nimiũ fragili corpori quælibet quisque apposuerit, in sua imbecillitate perdurat: ita & hîc nullum anima emolumentũ ab his quæ sunt extrinsecus sumit,sed eadem permanet,quãtalibet ei quisque forinsecus ornamenta circundet. Non ista miremur attoniti,cæterùm animos à temporalibus, ac fluxis rebus, ad æterna ac digniora transferamus, cœlestium tangamur desiderio,spiritualia tantùm consectemur, quæ nos revera honestos faciunt, ac verendos, vt etiam futuris perfruamur bonis in Christo Iesu domino nostro, cum quo est patri & spiritui sancto gloria, imperium & honor in secula seculorum,Amen.

Homilia xij.

Cap.IIII. *Spiritus autem manifestè dicit, quòd in nouissimis temporibus recedent quidam à fide, intendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum in hypocrisi falsa loquẽtium,& cauteriatam habentium conscientiam, prohibentium nubere,abstinere à cibis, quos deus creauit, ad sumendum cum gratiarum actione fidelibus,& his qui cognouerunt veritatem: quia omnis creatura dei bona est,nihilq; reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sãctificatur enim per verbum dei & orationem.* Quemadmodum hi,qui fide subnixi sunt,in uto nauigant: ita & qui illa excidẽrũt, nusquam possunt consistere, sed longo errore circunacti, postremo in ipsa perditionis prærupta feruntur. Quod quidem etiam antè signauerat, cùm quosdam diceret circa fidem feciſſe naufragium. Et nunc item. *Spiritus autem manifestè dicit,quòd in nouissimis temporibus recedent quidam à fide,intendentes spiritibus erroris.* De Manichæis & Encratistis, & Marcionistis, omniq; illorum officina hîc loquitur,quòd scilicet recedent quidam à fide. Vides vt malorum omnium sit causa,à fide discedere? Quid sibi vult,manifestè? Planè,apertè,indubitatò. Ne,inquit, igitur mireris,si modò quidam à fide discedentes, adhuc ludaica superstitione detinẽtur. Tempus erit cùm hi qui fidei participes sunt, istud maiore cũ execratione facient, cùm non modò ad cibos vsq; pernicioſum consilium inferẽt, verùm nuptias quoque,& huiusmodi cuncta damnabunt. Non de ludæis hæc dicit: quo enim pacto locum haberet quod sequitur, In nouissimis temporibus? & illud item, Recedẽt quidam à fide? Verùm de Manichæis, ac de huiusmodi erroris ducibus ea prosequitur. Spiritus autẽ erroris meritò ipsos appellauit, quippe eiusmodi spiritibus afflati, ista loquuti sunt. Quid est autem, in hypocrisi falsa loquentium? nempe ipsa quæ mentiuntur, non per ignorantiam, neq; inscij,sed simulando loquuntur. Cùm certè veritatẽ non ignorent,verùm cauteriata conscientia, hoc est,vita flagitiosa sint. Cur autem solos istos hæreticos fore prædixit? cum Christus de aliis quoq; prædixerat,dicẽs: Necesse est vt veniant scandala,rursumq; *Matt.18.a* futura zizania prænũciauit? Tu velim Pauli prędictionem admireris, quippe ante tẽpora, quibus ista futura erant,

erant, ipsum indicat tẽpus. Noli igitur mirari, inquit, si modò quando initium accepit fides, ista quidã clàm inferre conantur perdita dogmata: quandoquidẽ longo pòst tempore cum firmissimis illa radicibus innixa fuerit, pleriq; à fide recessuri sunt: Prohibentiũ, inquit, nubere, abstinere à cibis. Quid oro? Num alias quoque hæreses tacuit? Et ipsas profectò signauit, dicens: *Spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum.* Neq; enim iam tunc ista voluit humanis inserere animis, sed id tantùm aperuit, quod iam initium cœperat abstinere à cibis,

† *Infidelib⁹ verò nõ? quo modo infidelib⁹? quando per leges à talib. seipsos arcent.*

Quos deus, inquit, *creauit ad sumendũ fidelibus, & agnoscentibus veritatem.* † Infidelibus verò necdum infideles erant, quando per leges sibi horum vsus interdicebatur. Quid ergo? Nonne deliciæ prohibitæ sunt? & nimis id quidem. Cur id, si ad sumendum condita sunt? Quia & panem creauit deus, & tamen vsus prohibetur immodicus: & vinum creauit itidem, atque eo immoderatè vti prohibuit. Non itaque delicias tanquam immundum aliquid cauere iubet: sed vt quæ, si deseratur modus, vigorem animi soluant. *Quia omnis creatura dei*, inquit, *bona est, nihilq; reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur.* Si creatura dei bona est: omnia enim bona valde, eò quòd creaturã dei dixit, edulia cuncta signauit. Iamq; tũc hæresim iugulauit eorum, qui materiam ingenitam introducũt, atque ex illa facta esse hæc dicũt. Si igitur bona est, quid est quod ait, *Sanctificatur per verbum dei, & orationem?* Non quia immundum est, ideo sanctificatur, absit: verùm hoc in loco illos alloquitur, qui cõmunia quædam ex ipsis esse arbitrãtur. Duo igitur capita ponit, vnũ quidem, quòd creatura nulla cõmunis est: secundò, quòd etsi cõmunis sit, medicamentum in promptu est. Signum illi crucis imprime, gratias age, deo gloriã refer, & protinus immunditia omnis abscesserit. Num verò, inquies, & quod idolis immolatum fuerit, eadem possumus ratione mũdare? Licet, siquidem nescias idolothytum esse: sin verò sciens ac prudens illud percipias, immundus iam eris: non ideo quia idolothytum est, sed quòd cùm tibi imperatum sit non cõmunicare dæmoniis, per id communicasse cõuinceris. Itaque neq; illud natura huiusmodi est, verùm ex sentẽtia tua, atque inobedientia immundũ fit. Num suilla caro immũda est? non, si cum gratiarum actione percipitur, crucisq; signaculo, nec aliud quicquam immundum est. Sola quippe voluntas erit immunda, quæ gratias nõ exhibet deo. *Ista fratribus dicẽs, bonus eris minister Christi Iesu, innutritus verbis fidei, bonæq; doctrinæ, quã assequutus es.* Quæ nam verò ista sunt? quòd scilicet mysterium magnum est, quòd his abstinere dæmonũ est, quòd per verbum & orationem dei cibi mundantur. *Innutritus*, inquit, *verbis fidei, & doctrinæ quam assequutus es: prophanas autem, & aniles fabulas deuita, exerce autem teipsum ad pietatem.* Ista suggerens, inquit. Vides vt nusquam hoc in loco authoritate imperantis, sed sola condescensione vtatur? Suggerens inquit, non ait, Imperans: non dixit, admonens, sed, suggerens. Ac si dicat, cõsulens hæc suggere, verbaq; de fide ac religione moue. Innutritus, inquit: perpetuã intentionem, & quasi diuinarũ rerum habitum indicat. Nam quemadmodum carnales cibos diebus singulis ex necessitate requirimus: ita & fidei pietatisq; doctrinã semper accipimus, eaq; iugiter enutrimur. Innutritus, inquit. hoc est, diuina eloquia perpetuò ruminans, & infatigabiliter animo versans, eaq; intentissimè quotidie meditans. Quippe ista nõ minimum animorũ alimentũ sunt. *Prophanas autem, & aniles fabulas deuita.* Quas hoc loco fabulas dicit? Iudæorum profectò ineptas obseruationes, & nimium id quidem cõgruè. Nam sunt revera fabulis etiam deteriores. Siue idcirco fabulas appellat, quia intempestiuè fiunt. Quod enim suo tẽpore fit, perutile est: sin verò intempestiuè fiat, non modò inutile, verùm & noxium est. Nam exempli gratia: Si quispiam post vigesimum ætatis annum vberibus inhiet, infantũ more, quàm ridiculus erit? Vides vt hæc immũda & anilia dixerit? partim quia antiquata sunt, partim quia impedimento fidei fiunt. Nam velle sub metũ legis inducere animam, quæ legalia cuncta transcenderit, & ad celsitudinẽ veræ gratiæ ac libertatis euaserit, & execrabile simul & immundum est. *Exerce autem teipsum ad pietatem.* Hoc est, ad fidem puram, vitamq; rectam. Id quippe significat pietatis nomẽ. Exercitatione igitur nobis opus est, sed digna, sed spirituali. *Corporalis enim*, inquit, *exercitatio ad modicum vtilis est.* Quidam hoc apostolum de ieiunio aiunt dixisse, sed profectò errant: neq; enim est corporalis exercitatio ieiunium, sed spiritualis. Nam si corporalis esset, corpus profectò nutriret: cùm autem illud maceret & extenuet, macieq; conficiat, corporalis dici omnino non potest. Igitur de corporis exercitatione ait inutili illa, & quæ nihil afferat lucri, soloq; corpori accommodata sit. Spiritualem igitur exercitationem nomine pietatis insinuat, quę lætissimos fructus in futuro seculo reddit, & hîc atque illic recreat.

Fidelis sermo. Hoc est, verus: quoniam in hoc seculo & in futuro huius sacrę exercitationis nobis pręmium redditur. Vides vt omnibus in locis hoc inferat: Nullo indiget apparatu, nihil persuasione opus habet, sed absolutè sententiam fert: quippe ad Timotheum illi sermo erat. Ergo & in hoc seculo iã prestantissima nutrimur spe. Nã *is*, qui nihil sibi mali cõscius est, plurimisq; virtutibus ornatus incedit, & hîc iam lætus exultat, ac spei suæ fructibus pascitur. *Sicut è contra malus quisq;* ac reprobus, non in futuro tantùm, verùm & in præsenti seculo cruciatur, dum metu perpetuò agitatur: & neminem aspicere fidenter audet, dum tremit iugiter, pallet atque anxius est. An verò non huiusmodi sunt etiam cupidi quique, ac fures, qui his quæ habent, fidere nequaquam possunt? Adulteri item atque homicidæ, nonne molestissimam viuũt vitam, qui Solem ipsum absque metu atque suspicione non hauriunt? Hęccine igitur vita dicenda est? Minimè verò, sed acerbissima mors. *In hoc enim*, inquit, *laboramus & exprobramur, quia speramus in deo viuente, qui est saluator omnium, maximeq; fidelium.* Cuius, inquit, rei gratia nosipsos affligimus, atque concidimus, nisi futurorũ recreemur spe? Cur omnes exprobrant nobis? Num frustra, inquit, ista perpetimur, qui iniurias, cõtumelias, maledicta, & mala quotidie innumera sustinemus? Si in deo viuente minimè speramus, cuius rei gratia hæc patimur? Quòd si infideles hîc saluat, quantò magis illic fideles seruare præsumitur? Quam verò salutem dicit? æternam scilicet. Qui est, inquit, saluator omniũ hominum, maximeq; fidelium: hoc est, longè plus studij circa fideles ostendit, interim & huius temporis salutẽ dicit. Et quo modo, inquies, fidelium saluator est, si præsentis temporis salus accipienda sit? Immò & hac in vita fideles suos protegere ac seruare nõ desinit. Nam nisi ille saluator esset, quo modo fideles sui obsistere possent, cùm impugnarentur ab omnibus, & nõ magis in interitũ deuenirent? His verbis discipulum etiam animat ad perferenda pericula, ne laxescat, neu soluatur metu, cùm saluatorẽ huiusmodi habeat deum, alienaq; protectione non

ne non egeat, quibus profectò ad ferenda omnia fortiter, atque constanter accéditur. Nam & hi qui temporalibus commodis inhiant, spe quæstus incitati, negociationis labores atque pericula constantius subeunt. Iam igitur nouissimum imminet tempus. *In nouissimis*, inquit, *temporibus recedent quidam à fide, intẽdentes spiritibus erroris, doctrinisq; dæmoniorum, in hypocrisi falsa loquentium, & cauteriatam habentium conscientiam, prohibentiũ nubere.* Quid igitur? Nos, inquies, nubere non prohibemus? Absit vt volentes prohibeamus, etsi nubere nolẽtes ad virginitatis celsitudinem confectãdam hortemur. Aliud quippe est prohibere, & aliud suæ voluntatis dominum relinquere. Nam alius quidem prohibet, atq; id totis viribus nititur: alius verò ad virginitatẽ, veluti digniorem hortari pergit, neque id nubere prohibens facit, sed celsioris virtutis merita sectanda proponit. *Prohibentium*, inquit, *nubere, abstinere à cibis, quos deus creauit ad sumendum cum gratiarum actione fidelibus, atque agnoscentibus veritatem.* Pulchrè ait, agnoscentibus veritatem, quippe vetera illa ac priora, omnia figuræ erãt: nihil enim naturaliter immundum est, verùm ex cõscientia sumentis efficitur, vt immundum sit. Cuius ergo rei gratia ciborum plurima genera illis per legem interdixit? Ea scilicet ratione, vt delicias amputaret immodicas. Cæterùm si quidem diceret apertius, delicias fugite, atque ab his cibis ideo abstinete, nunquam profectò tolerassent, neque obtemperassent: at nunc illos necessitatis lege constrinxit, vt maiori metu ab his sumendis arceret. Nam quòd suilla carne piscis immundior sit, omnibus profectò liquet: & tamen cùm illa interdicta sit, carnium non piscium interdicitur vsus. Quòd verò pernicioſè deliciis solui populus ille solitus sit, Mosen audias dicentem: Comedit, & impinguatus atque incrassatus, ac deliciatus est, & recalcitrauit dilectus. Est autem & alia causa: Vt enim angustati per legem iam boues mactandos acciperent, ouesq; immolarent, meritò propter apim ac vitulum à reliquis arcet: quippe ille immundus, ingratus, sceleſtus, prophanus, impurus est. Ista suggere, hæc meditare. Hoc quippe est quod ait, innutritus verbis fidei, ea nõ modò aliis meditanda propone, verùm & ipse in eis perpetua exercitatione versare. *Innutritus*, inquit, *verbis fidei, ac bonæ doctrinæ quam assecutus es: prophanas autẽ & aniles fabulas deuita.*

Cur, quæso, non ait, Sustine: sed, Deuita? Ne scilicet huiusmodi sibi exercitium sumeret aduersus eiusmodi friuolas obseruationes dimicandi. Neque enim fieri potest, vt qui contra peruersæ sententiæ homines pugnat, aliquid lucretur vnquam. Cæterùm si quando damnum aliquod ex nostra taciturnitate metuimus, quasi propter infirmitatẽ defectumq; rationis metuentibus nobis aduersus eos subire cõflictum, tunc necessariò retundenda illorum improbitas est. *Exerce autem teipsum ad pietatem.* Pietas autem rectissima vitæ norma est, & conuersationis optimæ disciplina. Porrò qui exercetur, etiam si tempus luctaminis deest, ipse tamen anxietate non vacat, & quasi in procinctu certaminis positus, omnia gerit, ab omnibus abstinet, totúsque in certamine est, & puluere semper, sudorèque respergitur. *Exerce autem*, inquit, *teipsum ad pietatem: corporalis*, inquit, *exercitatio ad modicum vtilis est, pietas verò ad omnia vtilis est, repromissionem habens vitæ præsentis ac futuræ.* Cuius, inquies, rei gratia corporalis exercitationis mentionem fecit? vt scilicet ex collatione huius ostenderet eminentiam. Illa enim cùm labores inferat plurimos, nihil habet lucri: hæc autem perpetua atque copiosissima emolumenta largitur. Sicuti cùm dicit, mulieres seipsas ornare, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veste preciosa: sed quod mulieribus conuenit, profitentibus pietatem per opera bona. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, in hoc enim laboramus, & exprobramur. Paulus afficiebatur probris, & tu ea grauiter atque indignanter fers? Paulus laborabat, & tu delicias quotidie meditaris? At profectò nunquam ille tam excellenti laude, æterniſq; bonis potiretur, si vitam in deliciis agere maluisset. Nam si secularia cõmoda, cùm sint mortalia & corruptibilia, homines non absque laboribus ac sudoribus assequuntur, multò minus illis spiritualia ac digniora prouenient, ocio desidiaq; torpentibus. Sed inquies, At plurimis ista sæpe hæreditario iure proueniunt. Et si sic illa proueniãt, horum tamen custodia laboribus perpetuis, angoribusq; non vacãt: verùm laborare illos, atque in ærumnis agere necesse est, & quidem non minus, quàm qui illa initio quæsierunt. Omitto enim interim referre, vt plurimi post labores plurimos, & ærumnas, spe sua frustrati sunt, in ipso portus ore vento contrario aliqua ex parte irruente, atque inter medias spes inferente naufragia. Verùm enim apud nos nihil huiusmodi est. Deus enim pollicetur, speſq; non confundit. An verò ignoratis & vos, qui negociis secularibus inuersamini, quàm multi post labores innumeros, fructus omnes studiorum suorum amiserunt: cùm autem morte prærepti sunt, aut rerum mutatione delapsi, aut morbo longiore vexati, aut calumniis inuidorum, atque aduersantium pressi, aut quoslibet casus alios perpessi sunt, cuiusmodi sæpe mortalibus obuenire necesse est? Ex quibus profectò omnibus id fit, vt vacuis proficiscantur manibus. Cæterùm tu mihi contra eos numerare perges, qui minimis laboribus multa bona quæsiere. Quæ nam ista bona sunt? pecuniæ scilicet copia, magnificentia domus, soli infinita iugera, mancipiorum greges, argenti atque auri pondus immensum, hæc tu appellare bona nõ erubescis, neque suffunderis, homo cùm sis, cui de cœlestibus philosophari fas sit? Non, inquam, erubescis terrenis solùm rebus, & cõmodis inhiare mortalibus, cui ad fruendũ patet, si volueris, cœlum, eaq; appellas bona quæ indignissima, simul atque vilissima sunt? Nẽpe enim si bona hæc dicimus, & eos qui ea possident, bonos itidem vocare debemus. Nam qui bonum aliquod habet, quo modo potest ipse non esse bonus? Quid ergo? Si qui ista possident, immodica habendi cupiditate aliena diripiant, num eos dicemus bonos? Si enim bonæ diuitiæ sunt, hæc verò ex cupiditate, iniquisq; compẽdiis oriuntur: quantò illę auctiores sunt, tantò qui eas possidet, melior fieri putandus est, atque ea ratione ille erit optimus, qui cupidissimus fuerit. Si autem diuitiæ bonæ sunt, quæ ex cupiditate incrementa suscipiunt, eò quisque bonitate præstabit, quò plura possederit. Quod quàm sit absurdũ, quamq; à ratione dissentiat, omnibus perspicuum est, nisi fortè absque cupiditate opes congeri possent, atque innoxiæ possideri. Sed id profectò fieri nulla ratione potest, vt pernicioſissima hæc perturbatio innoxia sit, atque id Christus dicens, definit sua sentẽtia: Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis. Quid igitur, inquies, si patri hæres quisque succesſerit? Iniustè profectò coactas accepit opes: neque enim ex Adam maiores sui traxere diuitias, fieriq; potest, vt & alij plures ętate præcesſerint, atque inter plurimos inuentum esse quempiam, qui iniustè aliena susceperit. Quid ergo dicemus, inquies,

Suprà. a. c

Morale.

Luc. 16. b

quies,de Abrahã:num iniquas ille possedit opes?Quid item de Iob,qui innocens,qui iustus,qui verax,qui dei cultor,qui à malis omnibus abstinẽs prædicatur? Opes illis non in auri argentiq; talentis,nõ in præclaris ædibus,sed in pecoribus erãt.Quæ profectò diuitiæ, & innocuæ,& diuinitus permissæ sunt.Nam quòd ex pecore illæ constarent,inde manifestum est. Cùm enim is, qui illius gesta conscripsit,ea quę illi contigerant,enumerasset,dixissetq; camelos,& equas,& asinas mortuas esse, non addidit auri quoque talenta direpta fuisse. Præterea Abraham quoque familiarũ diues fuisse memoratur.Quid ergo? inquies,has ille nõ emit?Nequaquam; quod scriptura signauit dicens, vernaculos illi
Gene.14.c fuisse trecentos decem & octo,& oues,ac boues.Vnde igitur aurum Rebeccæ transmisit? ex Aegypto id dono perceperat,nemine violato,aut iniuria affecto.Dic enim,quæso,vnde tu diues es? vnde ille? ex auita, inquies, hæreditate, alius itidem ex hæreditate paterna: potésne longam generis seriem repetẽs opes istas probare crimine carere iniusticiæ? Nunquam profectò id poteris,verùm necesse est harum initium, ac radicem ex aliqua iniquitate manasse.Vnde id cõstat?ex eo scilicet,quod deus ab initio nõ fecit, alium quidem diuitem,alium pauperem: neque huic thesauros effodiendos ostendit,illũ hac inuestigatione priuauit,sed eandem omnibus aperuit humũ. Quo igitur pacto, quum illa communis sit, tu illius permulta iugera possides, proximus verò nec vnius glebæ possessione lætatur? Pater,inquies,mihi ista reliquit:ille autẽ à quo ea suscepit?A maioribus scilicet. Sed necesse profectò est, per successionis lineam ascendendo inuenire principium, id autem iniusticia vacare nõ potest. Diues fuit Iacob, verùm laboris sui mercede ditatus est. Sed mittamus planè ista, neque ea diligentiori scrutemur examine. *Sint iustæ diuitiæ,& omni rapinæ crimine liberæ.* Neque enim tu eris obnoxius, quæ pater quæsiuit iniquo fortè compendio. Etsi enim quæ habes, ex rapina collecta sunt,non tu tamen ea rapuisti. Verùm vt concedamus,ne illum quidem rapuisse, sed effossum humo habuisse thesaurum: quid tandem? num idcirco sunt bonæ diuitiæ?Minimé id quidem. Sed neque,inquies, malæ sunt,nisi fuerint ex auaricia,& cupiditate congestæ.Non malæ sunt,si egenis fuerint distributæ: sin verò huiusmodi officiis pietatis non inseruiant, & malæ, & pernicioſæ sunt.Quãdiu enim quisque malum non facit, malus non est. Quid verò si bonum non fecerit, bonus erit?An verò id malum non est,solùm dominicas possidere diuitias? solùm frui his quæ cõmunia cõ-
Psal.23.a dita sunt? nõnne domini est terra & plenitudo eius?Si igitur communis domini sunt nostra omnia, nostrorum quoque cõseruorum nõ minus debent esse quàm nostra.Quæ enim domini sunt, omnia cõmunia sunt. An verò non videmus & in magnis domibus hæc ita constitui?puta omnibus æqualiter esca diuiditur,quippe ex thesauris dominicis promitur, communisq; omnibus est:& æqua ratione patet domini domus. Communia sunt omnibus itidem & regalia omnia, cõmunes vrbes,plateæ,porticus omnibus sunt, æquumq; ius in his omnib° est,nec alius plus alio possidet, quæ vsui publico patent. Tu velim dei dispositionem considéres omnino mirabilem,fecit quædam esse communia, vt vel ex ipsis genus miseretur humanum:puta aërem, Solem,aquam,terram,cœlum,mare,lucem,sydera:hęc omnia veluti fratribus omnibus ex æquo partitur,eosdem omnibus oculos condidit,corpus idem, eandem A animam, similem per omnia cunctis effigiem, ex humo produxit omnia,atque ex vno homine molitus est omnes.Cæterùm horum nihil inclusit,fecit & alia pleraque communia:vtputa,lauacra,vrbes,plateas,porticus, & cætera huiusmodi. Et intuere quæso, vti in his quæ communia sunt, nullæ resonant lites, sed pacata sunt omnia:ex quibus siquis aliquid vsurpare conetur, ac proprium facere, tunc iam continuò excitantur lites,veluti natura ipsa indignè ferente:quòd cùm deus nos vndique colligat, nos è contra ipsos diuidere nitimur,ac discerpere omnino cõtendimus: dum nobis communia vsurpare conamur, ac dicere: Hoc tuum, hoc meũ est.Ex hoc enim contentio omnis,atque omnis occasio mœroris oritur:vbi autem hoc nõ est, nulla lis,nulla contentio gignitur. Magis igitur communis rerum,& æqua possessio, quàm proprietas illa hæreditario iure prouenit, magisq; secundum naturam B est. Vt quid enim nemo vnquam de fori proprietate contendit? Quia commune omnium est. At verò de domus possessione omnes certare videmus, & de pecuniis itidem.Et ea quidem quæ necessaria sunt, nobis communia proponuntur: nos verò ne in his quidem quæ minima sunt,fœdus seruamus societatis humanæ, dum ea communicare negligimus. Et certè illa idcirco communia fecit, vt ex his discamus & ista possidere cõmuniter. At nos ne sic quidem discere volumus: verùm,vt dixi,bonus esse non potest, qui diuitias possidet solus: sed tunc bonus efficitur, si eas aliis quoque communicet.Si illas nõ habet,bonus erit:si & aliis tribuat,erit itidem bonus:cæterùm quandiu eas habuerit solus, bonus profectò non erit. Hoc igitur bonum dicendum,quod dum tenetur,malos ostendit: dum deponitur,bonos? Non igitur habere pecunias bonũ est, C verùm non habere,videri bonum facit.Nõ igitur sunt bonæ diuitiæ, cæterùm si eas dũ licet accipere, renuas, bonus itidem eris.Si igitur cùm eas habentes communicamus egentibus, & oblatas sponte renuimus, tunc boni sumus: sin verò eas vel oblatas sumpserimus, vel soli possidere velimus, boni non sumus: qua ratione diuitiæ bonæ dicendæ sunt? Noli igitur eiusmodi appellatione falli,nec bonas dixeris,quæ bonæ non sunt. Idcirco nempe bono, quod verum est,cares: quia bonas diuitias putas,quia illas miraris attonitus. Purgare animum stude, iudiciumq; diligentius adhibe: tunc profectò bonus eris,cùm iudicio minimè aberraueris. Disce quæ vera sint bona. Quæ nam verò ista sunt? Virtus scilicet,atque benignitas,eadem profectò norma si misericors fueris. Quantò ea re excellis magis, D tantò melior eris,atque putaberis:non sic autem,si fueris diues. Ita igitur boni esse studeamus, vt boni veraciter simus, futurisq; perfruamur bonis in Christo Iesu domino nostro,cum quo est patri gloria &c.

Homilia xiij.

PRæcipe hæc & doce. Nemo adolescentiam tuam contemnat: sed forma esto fidelium, in sermone, in conuersatione,in charitate,in fide, in castitate. Dum venio vaca lectioni,exhortationi,doctrinæ.Noli negligere gratiam quę in te est,quæ data est tibi per prophetiã, cum impositione manuũ presbyterij. Sunt quædam in rebus humanis,quæ doctrina indigeãt,sunt item quæ imperio.Si igitur peruerso ordine,vbi docere necesse est,imperare malueris:ridiculus profectò eris. Eadem ratione,si docere pergas, vbi imperio vti cõuenit,hoc ipsum similiter patieris.Verbi gratia:Malum non esse, docere minimé conuenit,sed

imperare,

imperare,& magna vi authoritatis prohibere: Iudaicis item non intendere fabulis similiter imperandum est. Cæterùm siquidem substãtias pauperibus distribuere, virginitatémque seruare opus sit, ac de fide disserere, hic iam doctrina & exhortatione agendum est. Idcirco vtrunque posuit Paulus, *Præcipe*,inquiens,*ac doce.*

Puta si quis ligaturus inanes, aut aliud quidpiam eiusmodi,sciens ac prudẽs sequitur,precepto atque imperio tantum arcendus est: sin verò ignarus in ea inciderit,docendus est. *Nemo*,inquit, *adolescentiam tuam contemnat.* Vides vt imperare sacerdotem necesse sit,summáque cum authoritate disserere,non semper docere. Nempe enim quoniam adolescẽtia ex præsumpta opinione communi fermè contemptibilis existimatur,idcirco ait: *Nemo adolescentiam tuam contemnat.* Oportet enim eum qui doctoris officium susci pit, ita se agere, vt despici contemnique non possit.Sed fortasse dictu- B rus es: Vbi modestia ac mãsuetudo sacerdotis eluceat, si semper in honore sit, neque cõtemptui pateat? In his quidem,quæ ad se pertinent,si contemnatur sanè, constantissimè ferat:ita enim per patientiam virtus prædicationis ostenditur. Verùm in his,quæ aliorum tangũt salutem,contẽptui omnino non pateat.Id quippe non mãsuetudinis est,sed stulticiæ. Nam siquidem iniurias in se,si maledicta, si insidias vlcisci velit, ritè omnino culpabitur. Verùm vbi alienę salutis negocium agitur, imperio vtatur,atque ex culmine authoritatis,ne quid noxium immineat gregi, summa cura prouideat: neq; enim hoc in loco mansuetudine, sed authoritate opus est,vti ne ecclesiæ vtilitas pereat.Aut fortè hoc significare voluit,dicens: *Nemo te adolescentiæ causa contemnat.*

Si enim ætatis defectum,indolis magnitudine,morumq; maturitate suppleueris,nullus iam te adolescen- C tiæ causa contemnet,verùm admirabitur magis. *Sed forma*,inquit,*esto fidelium,in sermone,in conuersatione,in charitate, in fide,in castitate,in omnibus teipsum præbens bonorum operum formam.* Hoc est,exemplar vitæ, atque morum ipse esto, tanquam imago propositus, tanquam animata lex,veluti regula,ac norma bene,rectèq; viuendi. Huiusmodi quippe doctorẽ esse necesse est. In sermone, inquit, vt facilè instruere per doctrinam possit: in conuersatione,vt ecclesiæ sit propositus ad imitandum: in charitate,in fide,in integerrima castitate,in sobrietate,cæteriſq; virtutibus,ex quibus norma sumitur bene, beatèque viuendi. *Dum venio*, inquit, *lectioni vaca, & exhortationi atque doctrinæ.* Timotheum ecce admonet lectioni operam dare.Audiamus omnes intentius,atque discamus diuinarum meditationem scripturarum minimè negligere. *Dum venio*,inquit. Prouidẽtissimè om D nino id posuit, solatúrque discipulum. Fieri enim necessariò debuit, ne desertum se, ac parente destitutum ille putaret, nisi ille suum polliceretur aduentum.

Dum,inquit, *venio,lectioni vaca diuinarum scripturarum, exhortationi mutuæ doctrinæq; ad omnes. Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam.* Doctrinam hic intelligi voluit. *Cum impositione manuum presbyterij.* Non de presbyteris hoc in loco, sed de episcopis loquitur. Neque enim profectò presbyteri ipsum ordinarant.

Ista meditare,in his esto. Intuere quæso diligentius, vt illum eadem de re sæpius moneat, id profectò ostendere volens, quòd eum qui doctrinæ ministerium sumit,in his maximè omnium studere necesse sit. Attende,inquit,tibiipsi, atque doctrinæ, & permane in ipsis: hoc est,attende tibi, & reliquos doce:hoc enim faciẽs, & teipsum seruabis,& eos qui te audiunt. Nam qui doctrinæ innutritur ministerio,prior sibi,inde aliis emolumenta cõquirit. Deus enim alios admonet, seipsum quoque compungit. Ista profectò Timotheo dum loquitur,omnes salubriter admonet.Quòd si ei qui mortuos excitabat,hæc monita edidit: quid iam nos miseri dicturi sumus? Sed & Christus eum qui proferret de *Matth.13. g* thesauro suo & noua & vetera,homini patrifamiliâs similem dixit. Et Paulus iterum alio in loco: Vt per pa- *Roma.15. b* tientiam,inquit,& consolationem scripturarum,spem habeamus. Id quippe ipse maximè omnium egisse deprehenditur, qui ad pedes Gamalielis paterna instru- *Actor.22.a* ctus est lege,ac postmodum lectioni intentissimè operam dedit:nam prior ipse fecit,quod alios monuit.Denique videas illum iugiter prophetarum vti testimoniis reconditósque in illis eruere sensus. At verò Paulus lectioni intendit,ex qua emolumentum sciebat nõ minimum elici posse. Nos contra negligimus,& somno desidiáque torpemus. *Vt profectus*,inquit, *tuus manifestus sit omnibus.* Vides vt in hoc quoque illum magnũ fieri velit,atque mirabilem, ex quo scilicet ecclesiæ cõmoda prouenire sciebat. Vt profectus,inquit,tuus manifestus omnibus sit. Non modò in vitæ rectitudine, ac sanctimonia, verùm in synceritate atque vbertate doctrinæ. *Seniorem*,inquit, *non increpaueris.* Non equi- *Cap.5.* dem reor hoc in loco illũ de dignitate dixisse, sed de ætate senili. Quid ergo,inquies, si & ille emendatione opus habet? *Tanquã patrem*, inquit, *suscipe*, Et modestè alloquere, mixtáque quadam reuerentia admone.

Anus,inquit,*vt matres,iuuenes vt fratres,adolescentulas vt sorores, in omni castitate.* Ea quippe rei natura est. Graue quiddam ac molestum,inquit,est argui,idque tunc maximè,cùm senex arguitur,atq; ab adolescente. Triplex temeritatis notatur effigies, quã profectò solatur modò hac lenitate. Possumus quippe ita delinquentes arguere, vt non grauiter, non molestè audiamur, si nos in hoc exercere velimus. Est enim illud magnæ prudentiæ, neque passim omnibus patet. *Iuuenes*, inquit, *vt fratres.* Cuius rei gratia & hic illum lenitatis admonuit:vt scilicet ætatis frenaret audaciam, faceretque leniter admonentem libentius susci pi. Oportet enim & hìc molestiam rei, mansuetudinis temperamento leni re. *Adolescentulas*,inquit,*vt sorores.* Et addidit, *In omni castitate.* Non modò ait, obscœni congressus vicium caue, verùm omnem suspicionis vel obscuræ aditum claude. Quia enim adulescentularum colloquia turpi suspicione difficilè carent, oportet autem episcopum & illas alloqui,ideireo ait: *Cum omni castitate.* Quid verò hoc sibi vult? Istáne Timotheo imperas? Ista sanè, inquit:per ipsum enim orbẽ alloquor vniuersum. Sin verò ista Timotheo præcipit,cõsideret iam quisque cuiusmodi debeat esse vt scilicet nullum suspicioni præbeat locum,ne vmbram quidem occasionis calumniari volẽtibus det. *Viduas honora,quæ verè viduæ sunt.* Cur obsecro,nihil de virginitate disserit,neque ait, virgines honora? Vt equidem reor, virgines tunc fortasse non erant, siue etiam proposito virginitatis exciderãt. *Hic infr.* lam enim,inquit,quædam retrò conuersæ sunt post sa tanam. *Viduas*,inquit,*honora, quæ verè viduæ sunt.* Ergo datur intelligi, fieri posse, vt aliqua sit quæ virum non habeat,nec vidua tamẽ sit.Quemadmodum enim virginem non hoc facit,viri ignorare cõcubitum, sed & aliis virtutibus plurimis illi opus est ad promerendam veræ integritatis laudẽ, vt scilicet sine querela sit,& diuinis rebus intẽta,domino semper assideat:ita & in viduitate magno honore necessariò indigẽt.Quia enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

viros non habent,ea res probro esse plerisque videtur, atque ideo illam à sacerdote iubet maiori cum studio honorari,neque ob eam tãtùm rem,verùm quia etiam digna est. *Si qua autem vidua filios aut neptes habet, discat primũ domibus suis cum pietate præesse,& vices parentibus reddere.*

Intuere prudentiam Pauli, quo modo plerisque in locis ex humanis rationibus admonet,& ex his quę plana atque perspicua sunt.Neque enim magnum aliquid ac sublime hoc in loco proponit:sed quod,vt dixi,plánum apertúmque est: & vices, inquit, parentibus reddere. Quó nam modo? Educarunt te illi,atque ad incrementa perduxerunt, magnóque honore prosecuti sunt.Migrarunt illi ex vita,nec vicem eis reddere potuisti:non enim & ipsa illos vicissim genuisti, neq; enutristi,hoc saltem nepotibus exhibe, vicésque redde.

Discant,inquit,*primũ domibus suis cum pietate præesse*. Hoc in loco beneficentiam intelligi voluit. Hoc enim, inquit,bonum & acceptum est in conspectu dei.Postquã autem dixerat,quæ verè viduæ sunt: quæ nam sit veraciter vidua,signanter expressit dicens: *Quæ autem verè vidua est,& desolata,sperat in deo,& perseverat in obsecrationibus, & orationibus nocte ac die:quæ autem in deliciis est, vivens mortua est.* Ea,inquit,quæ secularem penitus abiecit vitam,atque in viduitate persistit,verè vidua est: quæ in deum, vt conuenit, sperat: quæ obsecrationibus & orationibus intenta,permanet in eis nocte,ac die. Hæc nempe vidua est, atque ab illa longé discreta, quæ filiorum solatio nititur.Et illam quippe collaudat,quæ filios nutrit,vt decet: cæterum ea, vt diximus, veraciter vidua est, quæ liberis destituta sola persistit. Deinde eam ipsam consolatur, carentem filiis, dicens hoc esse, quod maximè viduam faciat, si non modò viri solatio, verùm filiorum quoque priuata sit: habet enim illorum vice omnium deum. Neque enim filiis orbata, minus aliquid habet, cùm ipsorum absentiam suppleat veræ, vt diximus, solátium viduitatis, ac meritum. Noli, inquit,molestè ferre,dum audis oportere filios educare, cùm ipsa filiis careas,quasi ex hoc minus dignitatis habitura sis. Tunc enim veraciter vidua es, cùm eo solatio destituta, ex deo solo pendes, rebúsque diuinis.

Quæ autem in deliciis est, vivens mortua est. Quia enim plurimæ idcirco viduitatem eligunt, non vt laxioris vitæ occasiones amputent, sed vt eas magis incendãt, vt scilicet maiori cum authoritate omnia gerant,liberiúsque seipsas voluptatibus tradant,ideo ait:Quæ autem in deliciis est, viuens mortua est. Quid, oro, hoc sibi vult? Etiámne mulier vidua deliciis arcenda est?Et nimium quidem necessariò. Si igitur vbi & ætas, & sexus infirmior est,deliciæ ita prohibentur,quippe quę mortis authores sunt, & mortis æternæ: quid dicturi sunt viri,qui se deliciis soluunt?Congruè profectò ait, quæ autẽ in deliciis est,viuẽs mortua est.Discamus planè,quódnam sit viuentium opus,quod etiam mortuorum: vt scire possimus, vbi hanc statuere debeamus. Viuentes profectò, quæ sunt futuræ vitæ, quæ sola verè vita est, gerunt. Quæ nam verò futuræ vitæ opera sunt, in quibus nos iugiter oporteat exerceri, audi dicentem Christum : Venite, percipite præparatum vobis regnum à constitutione mũdi: esuriui enim,& dedistis mihi manducare : sitiui, & dedistis mihi bibere. Viuentes non eo solùm à mortuis differunt, quòd Solem atque aërem cernunt,sed eò quód boni aliquid faciunt. Id quippe nisi assit viuentibus, nihilo defunctis meliores erunt. Atque vt id manifestius noueris, audi quo modo mortuos quoque idem ipse redemptor noster viuere prædicet. Deus, inquit, non mortuorum, *Exod.3.b* sed viuentium est. Sed istud quoque,inquies, ænigma *& Matth.* est:igitur vtrunque soluamus. Mortuus est quisque vi- *22.d &* uens,cùm in deliciis degit.Quónam modo? Ventri so- *Marc.12.c* lummodo viuit,sensibus cæteris mortuus: neque enim aspicit quæ aspicienda sunt, neque audit quæ necessariò audire conuenit, neque ea loquitur, quæ decet loqui, nihilque in se viuere præter solam ventris ingluuiem indicat:cæterùm quemadmodum mortuus quispiam in lectulo iacens,complosis palpebris,clausisq; luminibus,nullum omnino sensum habet: ita & hic,immò longè hic deterius quàm ille affectus est. Ille enim bona æquè,ac mala eadem ratione non sentit: hic autem malorum tantùm nõ amittit sensum,sed nihil boni penitus sentit. Nihil illum ex his, quæ in futura vita seruantur,mouet,sed ad omnia perstat immobilis,atq; ita mortuus est : quemadmodum in cuniculum quendam obscurũ,& tenebrosum antrum præcipitatus,atq; immunditia omni plenus, intimis & opacis viciorum sinibus cõditus, semper in tenebris instar mortuorum degit.Nam cùm per omne tempus,partim prandiis occupatus,ac cœnis,partim ebrius durat, nónne in tenebris est?nónne mortuus est?Ne tum quidem cùm vigilare videtur,nisi dormitare conuincitur,cùm necdum præteritæ noctis digesserit vinum,& futurę potationis immodica cupiditate teneatur. Videasq; illum serò,manè,meridie,semper cœnas comessationesq; versare,noctesque totas,& auroræ plurimam partem profundo sopore detineri. Huncecine igitur inter viuos statuere, ac numerare quispiam audeat?Iam verò quis possit dignè tempestatem illam ingentem eloqui,quæ ex huiusmodi pernicioso deliciarum vsu in animam simul & corpus irrumpit?Quemadmodũ enim vasta,ac perpetua nubium densitas radios *Solis* nunquam *sinit vim* sui fulgoris ostendere:*ita & vini,ac deliciarum euaporationes cerebrum non secus, quàm* scopulum nactæ, illúmque crassa nube tegentes, non permittunt liberè vsquam se *intendere*: verùm in tenebris perpetuis detinent eum, qui sic miserabiliter iacet affectus. Neque explicari potest omnino,quanta intus tempestate iactetur. Quemadmodum enim sæpe cùm inundatio vehementior facta fuerit, aquarumq; vis officinarũ aditum occupauerit,turbari eos qui intus sunt cernimus, & discos atque amphoras,& spõgias, & alia plurima ad exhauriendum aquam excogitata deferre,vti ne violatis fundamentis atque commotis, omnis posthac supellex inutilis fiat : ita & anima quoties nimis deliciis oppressa fuerit, perturbatur omnis intrinsecus ratio. Cæterùm quod iam coactum est,cùm exhaurire difficillimum sit,quod rursum aliud è vestigio ingrediatur,incredibile est quanta perturbatio, quantusq; fluctus immineat.Neque enim velim lætam,subridentémque faciem cernas,verùm ad interiora transgredere,eaq; diligenti examinatione perpende.Aspicies ea ingẽti mœstitia plena.Ac si quidem liceret animam exutam corpore subiicere oculis intuendam,videres profectò huiusmodi delicioforum animas deiectas,mœstas,tristes, fœdas,macieque confectas. Quantò enim corpus pinguedine, crassitudinéque distenditur, tantò illa extenuatur magis, atque imbecillior fit, tantò item magis obruitur,atque sepelitur. Ac sicuti in oculorum pupilla siquidem exterius impositas tunicolas crassiores effeceris,cernẽdi vim emittere ex se nequit,& clarius intueri, cùm radius ille oculorum ex ea pinguedine obtundatur, ac tenebris plena sint omnia : ita & *corpus*

Matt.25.d

cùm fuerit

cùm fuerit obesum, animam quoque obtusiorem eua-
dere necesse est. At mortui, inquies, in putredinem, ta-
bémque vertuntur, ingénsque ab eis sanies defluit. Id
profectò & in ea quę deliciis soluitur, fieri videas: quip
pe rheuma, pituita, purgamenta narium, ructus ac vo-
mitus ex ea profluunt: cætera enim omitto, quæ dictu
turpia sunt. Tantum enim habent deliciæ virium, vt quę
ne eloqui quidem ipsi possumus, ea delicias sibi perfer-
re suadeat. Quónam modo? Defluit vndique corpus, &
imbecillius fit. At comedit, ac bibit. Non est id huma-
næ vitæ argumentum, quippe & muta animalia hoc ip
so funguntur munere. Cum igitur mortua iaceat ani-
ma, quid ex eo cibo emolumenti, potúque perciptur?
Neq; enim si iaceat cadauer exanime pulchra veste cō-
tectum, ex eo flore vestis proficiet quippiam: ita neque
anima mortua venustiori amicta corpore aliquid ex
eo decore lucrabitur. Nam cùm omnis illi cura, omnis
que sermo, de cocis, & instructoribus mensæ, atque pi-
storibus sit, nihilque pium sentiat aut loquatur, nónne
mortua est? Videamus certè quid homo sit. Definiunt
illum externæ sapientiæ authores, animal esse rationa-
le, mortale, rationis ac disciplinæ capax. Nos ab illis ho
minis definitionem nequaquam mutuabimur. Sed vn
de? ex diuinis scilicet literis. Vbi nam igitur quid sit ho
« mo illæ definiunt? Homo, inquiunt, fuit iustus, verax,
« pius, abstinens ab omni opere malo, hoc nempe homo
« est. Et alibi iterum: Magnum quiddã est homo, & pre-
« ciosum vir misericors. Cæteros verò qui eiusmodi nō
sunt, quantumlibet rationis participes fuerint, disciplinæq; capaces non nouit scriptura appellare homines,
sed canes & equos, & viperas, & serpentes, & vulpes, &
lupos, & si quid etiam hisce feris ignobilius est. Si igi-
tur hoc homo est, quod scriptura definiuit: qui in delicias soluitur, homo profectò non est. Quo enim pacto,
cùm nihil ex eis curæ sit, quæ hominem faciunt? Neque
enim possunt deliciæ, atque sobrietas in eodem habitare domicilio. Hæc enim se inuicem perimunt, sicuti
« etiam externæ sapientiæ authores dicunt. Nam venter
pinguis non gignit sensum tenuem. Moris etiam scrip
turæ est homines inanimes dicere, cùm carnales eos si-
gnificare vult, & certè illis non deerat anima, sed mor
tua illa erat. Quemadmodum enim de his, qui virtute
clari sunt, licèt habeant corpus, dicere tamen solemus,
totus anima est: ita & de carnalibus, licèt illis per vitã
Rom. 8. b non desit anima, dicimus totus caro est. Sic & Paulus
aiebat his, qui carnis opera non perficiebant, vos au-
tem non estis in carne. Pari profectò ratione & qui in
deliciis viuunt, non in anima, neque in spiritu, sed in
carne sunt. Quæ autem, inquit, in deliciis viuit, viuens
Morale. mortua est. Audite vos ista, quæ tempus omne in
comessationibus, & ebrietatibus teritis, quæ pauperes
fame tabescere, atque emori cernitis, & negligitis, cùm
ipsæ iugiter deliciis intentæ moriamini. Geminæ quip
pe mortis authores estis, dum & eos qui fame vexan-
tur, mori permittitis, & vobis ipsis mortem per delicias sponte conscisitis, simúlque & vos & illos occiditis, dum modum seruare contemnitis. Nam si abundantiam vestram illorum indigentiæ misceretis, dupli
cem profectò vitam viueretis. Quid, quæso, ventrem
satietate distendis? Quid inopem contemnis inedia?
Considera, quæso, diligentius, quis nam sit escarum finis, quis ciborum exitus, in quod illi vertantur, quid
fiant. Nónne vel ad solum indignaris auditum? Quid
igitur, vt stercora plura conficias, elaboras? Nihil profectò aliud est ciborum illa superflua cura, quàm exag-

A geratio stercoris. Habet quippe natura modos suos,
quos si quis excedat, & amplius, quàm illa velit, viciat:
non iam cibus ille alimentum, sed pernicies fit. Enutri
sanè corpus, non eneca. Idcirco enim alimenta hęc di-
cimus, nō vt eis corpus perimamus, sed vt alamus. Ideo
vt reor, esca ipsa fine tam abiecto concluditur, ne si-
mus deliciarum amatores. Nam nisi illa hoc fine desi-
neret, neque in perniciem corporis immodicam ver-
teretur, etiam inuicem voraremus. Si enim totum ca-
pere quod immitteretur, venter tutò posset, atque in-
de corpori subministrare vires: quis esset bellorum, pu
gnarúmque finis? Nam si modò quoque cùm partim in
stercus egeritur, partim in sanguinem inutilem pitui-
támque conuertitur: sic quoque deliciis insistimus, &
sæpe substantias integras vna mensa consumimus: nisi
huiusmodi deliciarum finis esset, quò non erumperet
B nostra væsania? Maiore nos indies fœtore implemus,
cùm deliciis magis instamus, corpore nostro instar
vtris defluēte: & dum quispiam huiusmodi satietate di
stentus, crebris ructibus etiam cerebrum violat, vapo- „
res vndique ex corpore tetri exhalant, veluti ex forna- „
ce quadam calore intrinsecus feruescente, vt est sapien „
tum sententia. Quòd si & hi qui forinsecus sunt, ita in-
dignantur, & grauiter ferunt: quid pati existimas cere-
brum intrinsecus, dū iugiter eiusmodi vaporibus qua-
titur? Quid item feruentis sanguinis riuos, nec euapo-
rare valētis? quid lacunas illas, iecur ac lienem? quid ip-
sa receptacula stercoris? Et quod deterius est, latrinas
cautè curamus, vti ne obstruantur, stercúsque ad supe-
riora exhalet, atque omnia huius rei gratia facimus, im
pellentes contis, & instrumentis reliquis ad id negocij
accommodatis: ventris autē nostri latrinas non emun
C dare curamus, verùm obstruimus, atque oppilamus, &
fumo ipso ad superna ascendente, vbi rex ipse sedē ha-
bet, cerebrum scilicet, desidemus, nullāque mouemur
cura. Cur id, quæso. Nempe quia ipsum non vt regem
honestum ducimus, sed veluti immundum quempiam
canem. Idcirco nanque deus membra illa longè secre-
uit, ne qua ex eis pernicies emanaret: sed minimè per-
mittimus nos, qui omnia, modum non seruando, cor-
rumpimus. Taceo enim incommoda reliqua. Nempe
enim si latrinarū meatus obstruas, pestem videbis pro-
tinus gigni. Quòd si extrinsecus imminens fœtor pestē
gignit: is qui intrinsecus est, & vndique obstructus an-
gustiis corporis, nō habet vnde euaporet: nō innume-
ros & animæ, & corpori morbos inducet? Quódq; acer
bissimum omnium est, non desunt, qui in deum contu
melias referant, dicentes: Quid nam hoc est? Stercoris
D nos receptacula fecit, cū ipsi id potius augeant. At ideo
deus ita constituit, vt vel sic deliciarum vsu arceret
immodico, vt vel ita persuaderet non affigi secularibus rebus. Cæterùm nos ne sic quidem deliciis temperamus, sed ad fauces vsque, & vsque ad mensæ tempus, immò neque tandiu voluptate perseuerante, deliciis tamen dediti sumus. An verò non simulatq; præteriit linguam atque fauces, voluptas omnis extincta est? Sensus quippe omnis in gustu est. Cæterùm post hæc vbi voluptas illa pertransiit, magna prorsus tristicia lin
quitur, siue stomacho per cruditatem oppresso, siue qualibet alia difficultate lacessente. Merito igitur ait, Quæ in deliciis est, viuēs mortua est. Nihil enim vel lo
qui, vel audire cōuenienter potest deliciis obsessa anima: efficit nanq; mollis, ignaua, imbecilla, illiberalis, timida: interdū verò audacię, assentationis, imperitię ple
na: indignationis, iracūdię, malorūq; omniū receptacu

Universidad de Deusto
Biblioteca

lum,bonis virtutibusq; omnibus destituta. *Quæ in deliciis,* inquit,*est,viuens mortua est.Et hæc præcipe,vt irreprehẽsibiles sint.* Vides vti hoc legis iure constituat,non proprio permittat arbitrio?Præcipe,inquit,non vacare deliciis, quasi pro confesso malũ,pernicioſumq; habeatur:quasi nefas sit ,eum qui deliciis studeat , mysteriorum esse participem.Et hæc,inquit, præcipe, vti irreprehensibiles sint. Vides vt peccati ea res sit?Nam quod in volũtate consistit,etiam si omittatur, nihil prohibet irreprehensibile esse.Et nos itaque Paulo obtemperantes,præcipimus deliciis viduas abstinere . Nam si miles lauacris,ac spectaculis vacans,intentúsque negociis, veluti desertor militiæ,iure damnatur : multò magis viduæ, quæ deserto munere suo deliciis studeant . Non ergo quæramus hìc requiem,vt in futuro seculo illam inuenire possimus. Fugiamus huius vitæ delicias , vt veras æternæ vitæ delicias mereamur,delicias inquam æternas,ignaras mali,bonisque immortalibus plenas: quibus vtinam simul omnes perfruamur in Christo Iesu domino nostro,cui est cum patre,&c.

Homilia xiiij.

SI quis autem suorum , & maximè domesticorum curam non habet,fidem abnegauit, & est infideli deterior. Vidua eligatur non minus sexaginta annorum , quæ fuerit vnius viri vxor, in operibus bonis testimonium habẽs,si filios educauit,si hospitio recepit,si sanctorum pedes lauit ,si tribulationem patientibus subministrauit ,si omne opus bonum subsecuta est.

Plerique virtutem suam sibi satis esse ad salutem putant:& si vitam suam ritè disponant,deesse sibi nihil arbitrantur,sed hi pofectò falluntur. Idq; apertè satis indicat seruus ille,qui talentum vnum sibi à domino creditum fodit in terram . Neque enim imminutum illud,sed integrum,& huiusmodi quale acceperat,retulit.Euidenter & beatus Paulus hoc in loco idipsum asserit, dicens: Si quis autem suorum curam non habet. Curæ nomine,prouidẽtiam animæ corporisque significat:& hæc enim cura est. Qui verò suorum,& maximè domesticorum, hoc est genere ad se pertinentium curam non habet,infideli,inquit,deterior est.Idem fermè Esaias quoque prophetarum eximius admonet,dicẽs:Domesticos seminis tui ne despexeris. Nam si quis propinquos genere,atque affinitate coniunctos aspernetur,quo pacto erit in alienos clemens?Nónne vanitati, iudicio omnium erit obnoxius, si alienos beneficiis fouens, propinquos summa immanitate despiciat? Quid item si illos de fide instruat,hos in errore iacere permittat, quibus benefacere iure suo facilius, & commodius possit,quãtæ istud immanitatis erit?Quàm latè patet detractionis locus,dicentibus gentibus,Christianos sine affectione esse qui despiciant suos. *Et est,* inquit,*infideli deterior.* Cur id?Quia ille & si alienos despicit, propinquos tamen nequaquam aspernatur. Diuinas planè leges violat , & iura naturæ , qui negligit suos.Porrò si is,qui suorum nõ habet curam,fidem abnegauit, & infideli deterior est : qui suos etiam violat, vbi constituetur? Cum quibus assistet ? Quo modo autem fidem abnegauit?Deum,inquit,verbis se scire confitentur,factis autẽ negant.Quid autem præcipit is,cui credidimus,deus?Domesticos seminis non despiciendos . Quo modo autem huiusmodi credit , qui deum abnegauit?Cogitemus ista,qui pecuniis parcimus,propinquosque despicimus. Deus nempe idcirco vincula propinquitatis instituit , vt multiplex subesset occasio, nos mutuò diligendi,beneficiisque confouendi.Quan

Matt.25.c

Esa.58.b

ad Tim.1.d

do igitur quod infidelis facit,tu facere negligis,nónne fidẽ abnegasti?Non igitur in sola confessione,sed multò magis in effectu operis fides ostenditur.Possunt singuli,per omnia & credere, & fidem abnegare . Postea enim quàm verba de deliciis fecit,non,inquit,in eo solùm periit,quòd deliciis vacat,verùm & quòd propinquos despicere cogitur.Meritò qui ventri viuit,ac per id periit,fidem abnegasse dicitur, & infideli esse deterior.Neque enim idem est proprium,alienumq; aspernari,sed lõgè maioris est criminis,notum,quàm ignotum: amicum,quàm qui non sit iunctus amicicia spernere. *Vidua eligatur non minus annorum sexaginta, quæ fuerit vnius viri vxor , in operibus bonis testimonium habens.* Dixerat, discant primùm domum suam bene regere, & vices parentibus reddere. Dixerat,quæ in deliciis est,viuens mortua est.Addiderat infideli deteriorem esse,ni si domesticorum haberet curam . Quæ omnia nisi haberet, viduarum catalogo indigna esset: iam quid habere oporteat,dicit. Quid ergo? Num illam annorum metimur numero ? At id cuius meriti est? Neque enim in ipsa est , sexagesimum implesse annum . Non igitur sola ætas inspicienda est , immò si sexagenaria quoque sit maior , & bonis operibus careat , eligenda non est. Quid igitur tanta diligentia designat ætatem? Causam postea ponit , non à seipso, sed à viduis ipsis inuectam. Interim quid sequatur, audiamus: *In operibus* , inquit, *bonis testimonium habens.* Quibus operibus? *Si filios enutriuit.* Non parui profectò momenti est enutrire filios. Id verò non de alendis tantùm filiis dicitur, sed sicuti oportet alendis,sicut superius dixit, si permanserint in fide,& dilectione, & sanctificatione. Vides vt omnib⁹ in locis beneficentiam in suos præferat?Primùm enim si filios enutriuit ponitur, & tunc si suscepit hospitio,si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patiẽtibus necessaria ministrauit, si omne opus bonum assecuta est. Quid oro,si pauper illa sit? Ne sic quidem hisce muneribus omnibus fungi desistat : neque enim est illa pauperior,quæ duos obolos sacris thesauris ingesit.Nam licèt pauper sit, habet tamen domum,non enim sub diuo manet. *Si sanctorum,* inquit,*pedes lauit.* Cuius istud impensæ est? si omne opus bonum assecuta est.Corporale ministerium est omne quod præcipit . Sunt enim mulieres huiusmodi obsequiis in primis idoneę,lectulum sternere , ac fouere ministerio . O quantum diligentiæ requirit à vidua.Tantùm profectò,vt ab episcopo plus ferè nihil exigat. Si,inquit, omne opus bonum assecuta est: & si enim id exequi ipsa non potuit, particeps tamen accesit,& ministerij consors. Denique, vt delicias omnes abscinderet, curam suorũ ac prouidentiam habere imperauit , & orationibus semper insistere . Huiusmodi & anteà illa de euangelio fuit . Vides vt à viduis plus ferè diligentiæ,quàm à virginibus poscat,licèt ab illis eximiam exigat,exactissimámque virtutem : Nam quod ait, ad id quod honestum sit, & facit sine distractione vlla domino semper assistere,summatim virtutem fermè comprehendit omnem . Inspice diligentius, vt non secundis abstinere nuptiis , viduam faciat, sed aliis quoque plurimis illi opus sit.Cur enim,quęso,secundò matrimonium non quæsiuit?An quòd reprehensibile existimaret ? Absit, id quippe hæreticorum est,sed vt se iam spiritualibus deuoueret rebus, & virtuti instaret attentius. Neque enim immundæ sunt nuptiæ,sed occupationibus patent . Quippe & cùm dicit,vt vacent:non ait,vt purgentur. Ingentis enim planè occupationis occasio matrimoniũ est.Si igitur idcirco

Supr.2.a.d

Marc.12.d & Luc.21.a

Hic supra

Ibidem.

Anna. Luc.2.c

tur idcirco non nubis, vt timore dei vaces, & vacare detrahis, nihil tibi ea res profuit. Obsequiū igitur omne super hospites, & sanctos debes ostēdere: quod si facere negligis, matrimonio idcirco abstinuisse conuinceris, quòd reprehēsibile existimaueris. Ita fermè & virgo, nisi summa diligentia crucifixa sit mundo, connubium ideo repudiasse videbitur, quòd velut immundum, impurūmque exhorruerit. Vides vt peregrinorum susceptionem, non simplicem humanitatem, sed præcipuo studio, & tota animi voluntate, summaq; alacritate, ac deuotione, tanquam re vera ipsi Christo exhibitam, signet? Neque enim permittit huiusce in sanctos obsequia ancillulis imperari, sed ipsas per se illis
Ioan.13.b ministerium ferre iubet. Si enim ego, inquit, laui discipulorum pedes, multò magis vos debetis inuicem facere. Quantumlibet denique fueris opulenta, & in summa dignitate constituta, ac præcipua generis gloria fulgeas, non tanto harū rerum interuallo eos, quibus obsequeris, superas, quāto discipulos Christus. Si illos, vt Christum suscipis, nihil est cur erubescere debeas, immò ingens tibi gloria inde cōquiritur: sin verò non vt
Matt.10.d Christum suscipis, ne suscipis quidē. Qui enim, inquit, suscipit vos, me suscipit. Quòd si non ita suscipis, mercede cares. Prætereuntes homines viatores, vt putabat
Genes.18.a Abraham suscepit hospitio, neque tamen permittebat seruis omnia, sed vxori misceri farinam imperabat, & quidem cùm trecentos haberet & decem & octo vernaculos, quorum vxores itidem habuisse famulas dubium non est. Sed ipse cum vxore mercedem sibi comparare festinat, non impensæ tantum, verùm ministerij quoque. Ad hanc regulam hospitalitatis iura seruāda sunt. Nosipsos cuncta inferre oportet officia, vt ipsi sanctificari mereamur, vt benedicātur manus nostræ [etsi pauperi dederis, ne respuas tuis ipsius dare manibus.] Christo enim, non pauperi tribuis. Quis verò sit adeò infœlix, vt erubescat manū Christo porrigere? Istud vera hospitalitas est, istud verè de amore dei proficiscitur: cæterùm si superbè cæteris inferre ministerium imperes, quantalibet hospites humanitate foueantur, nequaquam hospitalitas ea res est. Ingenti nempe hospes eget obsequio, & ne sic quidem ille fiduciā sumit. Ea quippe rei natura est, vt erubescat, cui infertur hospitalitatis officium, nimióque ad eam tollēdam verecundiam est opus obsequio, vt & signo, & verbo ostendamus inter ista officia beneficium nos nō inferre, sed referre, plúsque longè recipere, quàm demus. In hunc modum, ex alacritate nostra quod agimus, incremēta susciepiet. Sicut enim qui detrimenti nomine, id officiū censet, omnia perdit, & qui beneficiū se putat inferre, mercedis multum amittit: ita & qui se accipere beneficium dum exhibet, existimat, fœcundioribus succesi-
1.Cor.9.b bus gaudet. Hilarem enim datorem diligit deus. Gratias magis pauperi debet, quia dignatur accipere. Nisi enim essent pauperes, peccatorum difficilè sarcinā poneres. Medici illi sunt vulnerum tuorum, manus eorū tibi medicamenta præstant. Non ita medicus, vt medicamenta imponat, extendens manum, curationem exhibet, vt pauper abs te vt accipiat, porrigens manum. Dedisti pecuniam, & peccata simul exuisti. Huiusmodi
Osee 4.b & sacerdotes: Peccata enim populi comedunt. Maiora igitur recipis, quàm lagiris, beneficiūq; potius accipere, quàm ferre probaris, deóque non hominibus fœneraris, diuitiásque non minuis, sed auges: minuis autem illas nisi eroges, nisi indigentibus des. *Si*, inquit, *hospitio susceptit, si sanctorum pedes lauit.* Quorum obsecro? eorum scilicet, qui in tribulatione sunt, non sanctorum simpliciter: possunt enim esse sancti, summóque obsequio ab omnibus foueri. Noli hos prosequi copia rerū afluentes, sed afflictos, incognitos, & qui à multis ignorantur. Qui fecerit, inquit, vni ex his minimis, mihi fe- *Matt.25.d*
cit. Noli præsuli ecclesiæ ista tribuere partienda, ip Morale.
se potius ministra, ne solius impendij, verùm obsequij percipias præmium: propriis eroga manibus, tu sulcum fere pietatis. Non hìc figendum est aratrum, non iungendi boues, non expectandum tempus, non proscindenda humus, non cùm algueris inclementiore cœlo luctandum, omni huiusmodi cura semē istud liberum est: quippe in cœlum seris, vbi neq; frigus, neq; hyems, neque aliud quippiā est. In animas spargis, vbi nemo, quod feritur, tollit: sed tenacissimè inhæret, magnáque diligentia, & summo studio colitur, tu fere: quid teipsum mercede priuas? Magna profectò merces est, posse etiam aliena disponere: non solùm dare merces est, sed & quæ data sunt, bene, prudentérque dispensare. Cur ipse huiusmodi nō occupas præmium? Nam quòd huic quoque operi merces dabatur, attende. Constituerūt, *Acto.6.b* inquit, apostoli Stephanum ad ministerium viduarū. Esto ipse quoque tuarum dispensator rerum. Ipsa te humanitas, dei quoque te ordinat timor: istud & vanitate vacat, istud animas recreat: istud sanctificat manus, istud inflatos animos deprimit: istud philosophiam docet, istud promptum, atque alacrem facit: istud te benedictionibus replet, proficiscitur caput tuum plenū benedictionibus viduarum. Sudiosior ad orationis opus *Vita mona-*
accurre solicitè, & sanctos viros inquire, qui re vera *chorum.*
sancti sunt, qui in solitudinibus sedent, qui mendicare non valent, qui deo semper ac iugiter vacant, in lōginquam abi peregrinationē, per teipsum eroga. Multum enim si dederis, emolumenti consequeris. Vides tabernaculum, ac diuersorium, cernis desertum, inspicis solitudinem: fitq;, vt sæpe dum pecunias distribuere pergis, animam deo integram offeras, capiátque te amor quietis, & socius sancti certaminis fias, atq; cum illo vnà valefacias seculo. Multum confert pauperum ipse quoque conspectus. Bonum est, inquit, in- *Eccles 7.a*
gredi domum luctus, quàm domum risus. Hic enim animus intumescit. Nam dum prouocaris ad risum, simul deliciarum lenocinio caperis. Vbi verò risus abest, tristiciæ pates. At in domo luctus nihil eiusmodi est, verùm & si desunt deliciæ, dolore non caperis: sin verò adsint disciplinæ, rigore te cōtines. Verè domus luctus monasteria sunt, vbi cinis, atque cilicium, vbi solitudo, vbi risus nullus, nullus negociorum secularium strepitus, vbi ieiunia, vbi terrenorum duricia lectulorum: ibi munda sunt omnia, nullus ibi nidoribus locus, absunt procul sanguinis riui, perturbationes, curæ, tumultus, tranquillo in portu nauigant, ac veluti luminaria sunt, sublimi de loco nauigantibus fulgore suo iter aperientes. In littore placido sedent, omnes ad quietem suam inuitantes, ac pertrahentes, neque naufragium pati sinentes eos, qui se intuentur, non permittunt in tenebris degere eos, qui suas aspiciunt sedes. Perge itaque ad illos, quære, hospitio suscipe, accede, tange sacros pedes. Longè enim honorabilius est illorum pedes, quàm aliorū caput attingere. Nam, quæso, si statuarum pedes plerique tenent, quòd effigiem habeant regiam: tu illi, qui Christum ipsum in se habet, pedes non tenebis vt saluus fias? Sancti sunt pedes, etiam si viles sunt: at verò profanorum ne caput quidem honorabile. Sanctorum enim pedes virtutis eximiæ sunt:

miæ sunt:idcirco etiam cruciant,quando pedum excu A tiunt pulueremꝰ. Cùm sanctus apud nos fuerit,nihil illius verecũdiæ nobis esse putemus. Sancti verò omnes sunt,qui fidem rectam sanctitati vitæ coniunctam habent: & si signa illi non faciant, neque eiiciant dæmones, sancti sunt. *Si sanctorum pedes laut*, inquit, Quasi enim de terra in cœlũ, ita ad sancti cuiuslibet viri monasterium de propriis domibus itur. Non ibi conspicis ea quæ domi,mundus est locus ille,alta ibi quies,atque silentium est. Meum & tuum inde prorsus eliminatum est. Illic vel si diem vnum,aut duos manseris, tunc verò voluptatis maiore sensu perfunderis. Lucescit, immò ante lucem gallus emittit vocem, non ibi velut in secularium domibus stertit familia, clausæ sunt ianuæ, omnes alto sopore prostrati,mortuis similes sunt,mulio tintinnabula quatit,nihil illic eiusmodi est: verùm omnes cum reuerentia, discusso sopore consurgunt, à B præsule excitati suo,adstántque sacro instituto choro, protinúsque expansis manibus sanctos cõcinunt hymnos. Neque enim illi vt nos,vt excutiant somnum horis plurimis indigent. Nos quippe simulátque surrexiꝰmus,diutius occupamur, imus ad requisita naturæ:deinde manus lauamus & faciem, postea calceamenta sumimus, ac vestes, multúmque in his temporis terimus:ibi nihil huiusmodi videas. Nullus illic famulum vocat,quisque enim sufficit sibi,non eget vestibus plurimis, nihil opus habet excutere somnum: simul enim atque oculos aperit,diutius vigilasse videtur: quod illi sobrietatis ratione contingit. Nisi enim cor prægraue cibis infrà mergatur, leui salubríque somno expergiscitur facilè: móxque precum repetit vices, manus puræ tenduntur, quia somnus præcessit honestus atque moderatus. Nemo stertẽtes audit hìc,aut hiantes somC no, nullus iactari quempiam per soporẽ videt, neque nudari, sed dormiunt honestius vigilantibus compositi. Hoc autem totum ex animi disciplina, & honestate proficiscitur. Isti profectò sunt sancti,atque inter homines angeli. Summus nanque dei timor nõ sinit hos profundo sopore demergi, animúmque à suo vigore laxari,sed fermè in superficie est,ipsósque reficit solùm. Huiusmodi illorum quoque sunt somnia, non phantasias, aut portentosas imagines referunt: sed vt dixi galli cantu continuo [præpositus] assistit,pulsatque modicè pede iacentem, sicq; omnes vnà protinus excitat: neque verò nudos ibi dormire fas est. Inde vbi surrexère,diuinis laudibus instant,hymnósque propheticos canunt, magno suauíque concentu,& conticis numerosis. Non fistulæ,non cithara,non vllum aliud instrumẽtum musicum tam dulces efficit modos,quàm san- D cti illi summa in solitudine, & quiete psallentes. Ipsa quoque illorum cantica, conuenientissima sunt, & amorem dei, diuinarúmque rerum studium spirant. In *Psal.133.a* noctibus, inquit, extollite manus vestras ad deum. Et *Esaiæ.26.b* rursus: De nocte mane vigilat spiritꝰ meus ad te deus, quia lux præcepta tua sunt in terra. Cantica item Dauidica fontes mouentia lachrymarum. Cùm enim psal *Psal.6.b* lit,dicens: Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum,lachrymis meis stratum meũ *Ibid.101.b* rigabo. Et iterum, Quia cinere tanquam panem man- *Ibid.8.b* ducabam. Item: Quid est homo, quòd memor es e- *Ibid.143.a* ius? &, Homo vanitati similis factus est. & illud, Dies *Ibid.101.b* nostri sicut vmbra trãseunt. &, Ne timueris cùm diues *Ibid.48.d* factus fuerit homo, & cùm multiplicata fuerit gloria *Psal.67.a* domus eius. Et iterum: Qui habitare facit vnius moris *Ibid.118.x* in domo. &, Septies in die laudem dixi tibi super iudicia iustitiæ tuæ. Ac rursus: Media nocte surgebam ad *Ibidem b* confitendum tibi, super iudicia iustitiæ tuæ. &, Deus *Ibid.48.d* libera animam meam de manu inferi. &, Si ambulaue- *Ibid.22.a* ro in medio vmbræ mortis,non timebo mala,quoniã tu mecum es. Itémque, Non timebo à timore noctur- *Ibid.90.a* no, à sagitta volante in die, à negocio perambulante in tenebris,ab incursu & dæmonio meridiano. &, Aestimati sumus, vt oues occisionis. Quando cum ange- *Ibid.43.d* lis canunt,nam & angeli tunc etiam psallunt, Laudate *Ibid.148.a* dominum de cœlis: nobis oscitantibus, prurientibus, atque stertẽtibus,siue etiam supinis iacentibus, & fraudes innumeras cogitantibus: quale est illos noctis totius spacium in dei laude consumere. Vbi verò lux diei iam vicina est, pausant illi pusillum, & quũ opera nos aggredimur,illi quietis sibi vendicant tempus. Iam verò vbi illuxit, quisque nostrum alium vocat, sermonémque de impendiis texit, inde irrumpit in forum, magistratui adstat, tremit, ac supplicia metuit. Alius in scenam abit,alius ad opus suum proficiscitur: illi cõtrà matutinis precibus, hymnísque peractis,ad sanctarum scripturarum studia se conuertunt. Sunt & qui libros scribere didicerunt. Vnusquisque verò prestitum habens domicilium, silentio perpetuo studet. Sicque nemine texente nugas,aut aliud aliquid loquente,tertiam, sextam, nonam, vespertinámque consummant synaxin:quippe quatuor in partes diem scindentes,impletis partibus singulis,psalmodiis, atque laudibus honorant deum:cæterísque prandentibus,ridentibus,ludentibus,cibóque distentis immodico,hi laudibus vacant. Minima his instruendæ mensæ cura, & omnium quæ sensui subiacent: post cœnam rursus diuinis inseruiunt laudibus, sicq; sobrij somnum capiunt. At secC culares quidem & die dormiũt, hi noctu quoque pernigiles durant, vt re vera lucis filij. Et illi vbi somno plus indulsere,grauati prodeunt:contrà,hi semper sobrij sunt sine cibo persistentes, & hymnis intendentes. Ad vesperam rursus inclinante die illi ad lauacra, & requiem properant: hi verò à seipsis laborem spiritualis exercitij laxantes, cibum sumunt, non famulorum excitantes gregem, non domum discurrentes, turbásque,& tumultus commouentes,neque precioſas dapes & coquorum arte laboratas apponẽtes: sed alij panem tantùm,& sal,alij & oleum sumunt,plerique infirmiores olera,atque legumina in cibum accipiunt. Inde vbi paululum sederint,tempus omne hymnis concludentes, singuli thoris requiescunt, ad quietem solùm, non ad delicias factis. Nullus ibi principum terror, nulla arrogantia dominorum,non seruorum timor,nõ turba mulierum,non paruulorum inquietus clamor,non scriniorum multitudo, non vestis superflua, non aurum, non argentum, nullæ custodiæ, non fiscus, non aliud huiusmodi quicquã: sed omnia orationibus feruent, hymnis omnia resonant, omnia spirituali fragrantia redolent. Nihil ibi carnale est, non latronum illic timetur incursus:neque enim habẽt quod eis possit auferri, pecuniis carent, corpus tantùm & animam possident. Ea qui tulerint,non modò læserũt nihil,verùm & plurimum profuerunt. Mihi enim, inquit, vi- *Philip.1.c* uere Christus est,& mori lucrum. Absoluerũt nexibus corporis: profectò enim Vox exultationis & salutis in *Psal.117.b* tabernaculis iustorũ. Non illic auditur vlulatus & gemitus, vacant his omnibus,tecta illa fœlicia, his tristibus,his clamoribus libera. Moriuntur quidem & in ipsis,neq; enim corpore sunt immortales:cæterùm mortem illi nec ducunt,nec existimant mortem,cum hymnis profe-

nis prosequuntur abeuntes,eamq; rem non elationem funeris,sed pompam,& præmissionem vocant. Denique vbi quisquam nunciatus fuerit mortuus, magna oritur exultatio,ingensque voluptas omniũ, Immò ne mortuum quidem aliquis appellare præsumit,sed consummatum. Inde gratiarum actio sequitur, & gloria, ingensque lætitia,singulis orantibus se hoc fine donari,sic exire certamine,& à laboribus sudoribusque quiescere, Christúmque videre. Quòd si quis infirmatus fuerit, non lamenta, non lachrymæ, sed perpetuæ funduntur preces: non ibi medicorum operatur manus, sed fides sæpe sola sanauit infirmum. Nempe & si opus fuerit medicis, magna & hìc ostenditur philosophia,ingensque ostenditur tolerantia. Non adstat solutis crinibus vxor, non parui pupillaris incommodi, quæ necdum contigêre mala deflentes, nõ familia expirantem importunis precibus pulsans vt se cuiquam tutò cõmendet:sed his impedimentis omnibus exutus animus, vnum inspicit solùm, quo pacto maiore cum gratia extremum deo spiritum fundat. Sed & si contigerit morbus,non ex gulæ prodiit vicio,non ex vinolentia, sed ipsæ quoq; morborũ occasiones plenæ sunt laudibus, non criminibus vllis obnoxiæ. Aut enim ex vigiliis iugibus, aut ex continuato ieiunio, aut ex aliquibus huiusmodi infirmitas nascitur: quocirca etiam facilè liberantur. Satis enim illis est ad euadenda languoris incommoda, si vel modicè de pristino rigore relaxent. *Si sanctorum,* inquit, *lauit pedes.* Et in ecclesiis eiusmodi quid inuenias, neq; enim quoniam illorum exposuimus vitam,eorum qui intra ecclesiam sunt,instituta despicimus. Plurimi sæpe huiusmodi & in mediis ecclesiis sunt,sed delitescunt. Non enim quia circumeunt domos, quia subeunt forum,ideo despiciendi sunt. Et hoc deus imperauit: Iudicate,inquit, pupillo:& iustificate viduam. Complures sunt virtutis viæ, quemadmodum denique vnionum magna differentia est,licèt omnes appellentur vniones: sed vnus quidem candens est, atque omni ex parte rotundus, alius verò huiusmodi specie caret, cæterùm alio decore nitescit. Nanque ad imitationem coralij veluti quadam arte effictam,oblongã præfert lineam,angulósque tornatos,habétque quiddam albo colore venustius,prasinum scilicet,omni virore iucũdius:alius coloris amœnitate præfert sanguinis speciem,alius mare colore cæruleo superat,alius purpurei fulgoris est æmulus, Solis quoq; colores inuenies:huiusmodi & sancti sunt.Nam alij quidem seipsos exercent, alij & ecclesias secum. Si sanctorum,inquit,pedes lauit, si in tribulationib⁹ subministrauit:percurramus hæc opera,vt ibi gloriari possimus,quòd sanctorum lauimus pedes.Certè si sanctorum oportet lauare pedes,multò magis & pecunias illis porrigere manu. Nesciat, inquit, sinistra tua quid faciat dextera tua.Quid mille aduocas testes?ne seruus quidem si fieri potest,neque vxor aspiciat: Multæ sunt artes hostis callidi. Sæpe fit, vt quæ nunquam impedimento fuit,tunc impedire contendat,siue vanitatis,siue alterius cuiuslibet perturbationis instinctu.Quippe & Abrahã mirę licèt fidei haberet vxorem,cùm tamen filium offerre instituere t, celare eam maluit: & quidẽ cùm ignoraret quod futurum erat, putaretq; illum absque contatione litandum. Quid putas dixisset,si quis ex vulgo censor accederet? nónne illum,vt summæ immanitatis, & feritatis arguisset? Quòd ne videre quidem filium vxor digna fuisset, neque extremam eius audire vocem,nõ aspicere palpitantem,sed veluti

Psal.81.a

Matth.6.a

Gene.22.a

A captum belli lege mactasset? At nihil huiusmodi iustus ille cogitauit,diuini amoris affectu ebrius. Nihil enim aliud,quàm quod sibi iussum fuerat,intuebatur, idque studebat compendio exequi. Non erat in illius animo filius,non vxor,immò neque ipse rei sciebat euentum: sed modis omnibus hostiam puram deo curabat offerre, non lachrymis illam, aut cõtradictione vlla inquinare. Denique cùm diceret ad illum Isaac, Ecce ignis *Gene.22.b*
& ligna,vbi est ouis? ait pater: Deus prouidebit sibi ouem in holocaustum fili. Dixit & hoc prophetico spiritu, quòd filium sibi deus prouideat fore holocaustũ, is denique & tunc rei fuit euentus. Cur obsecro, & ipsum iugulandum quid velis facere celas? Vereor, inquit,ne lassescat, aut deficiat animo, timeo ne per id videatur indignus. Vidisti quanta cũ diligentia gesse- *Matth.6.a*
B rit omnia, vt scriptura ait: Nesciat, inquit, sinistra tua, quid faciat dextera tua. Hoc est, quantumlibet quempiam habeamus vt proprium membrum, non illi, nisi summa necessitas sit, aperiamus quid facere velimus: multa enim inde gignuntur incommoda. Nam facilè inaniter gloriamur, & aliquo impedimento prohibemur, nisi clàm ista fecerimus. Quocirca & nosipsos, si fieri potest, lateamus:vt promissis bonis perfrui mereamur,in Christo Iesu domino nostro.

Homilia xv.

Adulescentulas autem viduas deuita. Cùm enim fornicatæ fuerint,in Christo nubere volunt,habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerũt. Simul autem & otiosæ addiscunt,circumeuntes domos: non solùm autem otiosæ, sed & nugaces,& curiosæ,loquentes quæ non oportet. Volo igitur adulescentulas viduas nubere, filios procreare, matresfamiliàs esse,
C *nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. Iam enim quædam conuersæ sunt retrò post satanam. Si quis fidelis habet viduas, subministret illis,vt non grauetur ecclesia,vt his quę verè viduæ sunt, sufficiat. Qui bene præsunt presbyteri,duplici honore digni habeantur,maximè qui laborant in verbo & doctrina. Dicit enim scriptura:* *Non alligabis os boui triturãti:& ,Dignus est operarius mercede sua.* *Deu.25.a.et*
Aduersus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus *1.Cor.9.b*
aut tribus testibus. Peccantes coram omnibus argue,vt & cæteri timo- *Luc.10.b*
rem habeant. Postquã de viduis multa disputauit Apostolus, & definita ætate non minorem sexagenaria dixit eligendam, & cuiusmodi esse oporteat viduas, docuit dicens:si filios enutriuit,si suscepit hospitio, si sanctorum lauit pedes.Rursus adiecit, *Adulescentulas autem viduas deuita.* De virginibus autem licèt ea res maioris ponderis sit,nihil tale signauit.Maximum quippe virginitas est, & à maiori mente proficiscitur. Nam
D quòd hìc ait:Si hospitio suscepit, si sanctorum lauit pedes,& huiusmodi cætera,illi oppositum,quod dixerat,& faciat domino semper assistere.& item:Quę autem innupta est,cogitat quę domini sunt:Quòd si de ætate ni- *1.Cor.7.f*
hil diligentius disputat, noli mirari: & illud enim ex hoc maximè patet,quod superius dixi,virginitatem illas maiore mente elegisse. Præterea hoc in loco iam quidam contigerant lapsus, hinque occasionem præsteterant huiusce ferendæ legis. Illic verò nihil tale reperis. Nam quòd quædam ante corruerint, ex eo liquet quod sequitur: *Cùm enim fornicatæ* †*fuerint,nubere volunt in* †*fuerũt aduersus Christo.*] Et paulò pòst: *Iam enim quædam abierunt retrò post satanam. Aduleſcentulas*, inquit, *viduas deuita.* Cur id? *Quia cùm fornicatæ fuerint,nubere volunt.* Quid est, cùm fornicatæ fuerint? Cùm in lasciuiam fuerint, deliciasq; resolutæ. Ita fermè & viro cuilibet modesto diceretur: Dimitte illam,alterius enim fuit. Ostendit ergo illas &

stium,nubere volunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

viduitatem ſimpliciter,& abſque iudicio vllo elegiſſe. Et vidua igitur Chriſto in viduitatis profeſſione conſentit. Ego,inquit,præceptor eram viduarum,& pupillorum pater. Inſinuat vt neque viduitatem ritè elegerunt,ſed fornicantur,& tamen fert. Nanque alio in loco ait: † Optaui vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. *Cùm*, inquit, *illi ſe denouerint, nubere volunt, habentes damnationem: quia primam fidem irritam fecerunt.* Fidem,pactum dicit. Contra veritatem mentitæ ſunt,inquit,ipſum irritauerũt, & fœdera violauerunt. *Simul autem & ociosæ addiſcunt.* Non itaque ſolis,vt operentur, præcipit viris,verùm mulieribus quoque. Omnẽ enim maliciam docuit ociositas, non huic damnationi tantùm obnoxiæ ſunt,ſed & criminibus aliis. Si igitur circumire domos mulieri non congruit, multò ſanè minus competit virgini. *Non ſolùm autem*, inquit, *ociosæ addiſcunt, ſed & nugaces & curioſæ, loquentes quæ non decet. Volo igitur iuniores nubere filios gignere, matresfamiliàs eſſe.* Quid ni loquaces,ocioſæ,curioſæq; fiant, quando viri cura decedente, dei diuinarúmque rerum non ſuccedit cura? Qui enim ſua non curat, aliena non curabit omnino: ſicuti cui ſua curæ ſunt, alienorum nulla ratio ſubeſt, cura nulla alterius obſtrepit. *Loquentes quæ non decet.*

† *Deſpondi. 2. Cor. 11. a*

Nihil minus conuenit fœminæ,quàm aliorum facta curioſè diſquirere,neque mulieri ſolùm, ſed etiam viro: quippe impudentiæ ſingularis potiſsimum id argumentum eſt. Volo igitur quia & ipſæ volunt,volo & ego,aduleſcentulas nubere,filios gignere, matresfamiliàs fieri,domi reſidere,longè enim præſtat hęc facere, quàm illa. Oportebat quippe ſolicitè curare, quæ dei ſunt, fidémque ſeruare: quoniam verò illa non fiunt, melius eſt iſta fieri quàm illa. Neque enim deus irritatur,neque mala iſta diſcuntur: quippe viduitas illa nihil parit boni,ex nuptiis verò plurima bona prodeunt: & illud ante omnia,quòd negligentiæ illarum, & animo reſupino conſulitur,dum viris ſe ſubditas norunt. Cur ergo non dixit, quoniam viduæ exciderunt? Magna oportet illas prudentia, diligentiáque tractari,ne illa quæ dixi patiantur. An verò matrimonium præcipit? abſit,ſed ne prohibet quidem. *Nullam*, inquit, *occaſionem dantes aduerſario, maledicti gratia, neque cauſam vllam. Quædam enim*, inquit, *conuerſæ ſunt retrò poſt ſatanam.* Prohibet igitur ab huiuſmodi viduas, atque deterret, non quòd aduleſcentulas eſſe viduas nolit,ſed quòd adulteras fieri vetet: nolens ocioſas eſſe,loquentes quę non decet,atque acioſas, nolens diabolo occaſionem dari. Ea cauſa ſublata,non prohibet iuniores viduas eſſe.

Si quis autem vir aut mulier fidelis habet viduas, ſubminiſtret illis: & nõ grauetur eccleſia, vt his quæ verè ſunt viduæ ſubminiſtret.

Veras iterum viduas illas dicit, quæ deſolatæ ſunt, nulláque ex parte ſolatium habent: hæc nempe doctrina ſaluberrima eſt, ex qua duo maxima bona proueniunt. Et illæ enim occaſionẽ beneficentiæ accipiũt, & iſtæ congruè nutriuntur,eccleſiáque non grauatur. Pulchrè autem addidit, ſi quis vir fidelis, aut mulier. Infidelium enim viduas, ab illis nutriri minimè decebat,ne illis indigere viderentur. Et vide quàm prouidè,non magnificentiam vllam indixit, ſed ſuppetentiam ſolùm. Subminiſtret, inquit,illis, vt eccleſia veris viduis ſubminiſtret. Mercedem ſibi & hac ex parte cõquirit, dum iuuat eccleſiam: neq; illam ſolùm adiuuat, ſed viduas quoque, dum eas nutriri larga ope permittit. Volo aduleſcentulas: quid? vacare deliciis? in laſciuiam ſolui? nihil eiuſmodi: ſed nubere,generare filios, matres eſſe familiàs. Quó nã modo? ne putes ipſum ad delicias eas hortari: audi quid ſequitur: *Nullam occaſionem dantes aduerſario, maledicti gratia.* Oportebat quidé ipſas ſecularibus euadere celſiores,quia verò humiliorem locum elegerunt, vel in ipſo permaneant. *Preſbyteri qui bene præſunt, duplici honore digni habeãtur, maximè qui laborant in verbo & doctrina. Dicit enim ſcriptura: Boui triturãti os non infrænabis. &, Dignus eſt operarius mercede ſua.* Honorem hoc in loco obſequium dicit,& neceſſariarum rerum largitionem. Nam quod ſequitur,non infrenabis os boui triturãti: &,dignus eſt operarius mercede ſua, hoc ſignat. Itaq; & cum honore viduas ali præcipit, ad neceſſarium victum referatur, vt his quæ verè viduæ ſunt, miniſtrare ſufficiat. & rurſus, honora viduas veras,hoc eſt in paupertate conſtitutas: quantò enim pauperior eſt,tantò magis eſt vidua. ponit teſtimonium legis,apponit & Chriſti, ambóque ſibi omnino conſentiũt. Nam lex ait: Non infrẽnabis os boui triturãti. Vides quo modo vult laborare doctorem? nõ ſanè eſt labor alius illi conferendus. addit & Chriſti teſtimoniũ: Dignus eſt enim,inquit,operarius mercede ſua: non ergo ſolam intueamur mercedem,verùm & modò præceptum audiamus. Dignus,inquit,eſt operarius mercede ſua. Itaque ſi quis delicatus, aut remiſſus fuerit, dignus profectò non eſt. Niſi quis fuerit bos triturans, & contra gelu & ſpinas iugum ſuſtinens traxerit, neque antè diſceſſerit,dignus non eſt. Oportet ergo doctoribus neceſſarium victũ affatim miniſtrari, ne deficiant, neque ſoluantur,neque minimis occupati,magnis ſeipſos atque alios priuent, vt ſpiritualia operẽtur, nullam ſecularium habẽtes rationẽ. Huiuſmodi Leuitæ erant, qui nullam ſecularium rerum habebant curam,quemadmodum laici. ipſis quoque Leuitarum erat cura permiſſa,& lege illis conſtituti fuerant reditus,decimæ,aurum, primitiæ,vota,& alia plurima: verũ illis lege, iſta meritò permittebantur, præſentia tantùm, & terrena quærentibus. Ego eccleſiæ præſules audenter dixerim, nil præter victum & veſtitum habere oportere, ne ad iſta trahantur deſiderio. Quid eſt autem duplici honore? putamus dictum, duplici, quod ad viduas, & miniſtros extenditur: an duplici pro eo poſitum, quod eſt magno? Non ergo id inſpiciamus tantùm, quòd eos duplici honore dignos dixit: ſed quòd addidit multò magis attendamus,qui bene præſunt. Quid eſt autem bene præeſſe? audi dicentem Chriſtum: Paſtor bonus animam ſuam ponit pro ouibus. Bene igitur præeſſe, hoc eſt nulli parcere illorum regiminis gratia. *Maximè*, inquit, *qui laborant in verbo & doctrina.* Vbi modò ſunt, qui dicunt ſermone ac doctrina opus non eſſe? quandoquidem tanto ſtudio Timotheum Paulus admonet dicens: Iſta meditare,in his eſto. Et iterum: Vaca lectioni,conſolationi: hoc enim faciens,& teipſum ſaluum facies,& eos qui te audiunt. Et hos omniũ maximè iubet honorari,cauſamq; addit,dicens: Multum enim laborem ſuſtinent. Quàm verò id iuſtè. Cùm enim alius non vigilet, neque curis maceretur, ſed paſſim ſecurus,& quietus in quotidianis fabulis,& conſeſſibus ſit: hic autem concidatur ſolicitudine, & meditationi perpetuò inſiſtat, idque maximè ſi exterioris diſciplinæ ſit rudis: quis non videat, quanto ſit cæteris in honore præferẽdus? quippe qui ſeipſum tot laboribꝰ & ærumnis expoſuit. Eſt enim linguis innumeris propoſitus ad lacerandum,alius culpat,alius laudat,alius detrahit,alius memoriã, alius compoſitionẽ in ius trahit, magnáque illi conſtantia ad iſta toleranda opus eſt. Multum enim omnino ad eccleſiæ ædificationem confert,ſi

Loan. 10. b

Supra 4. d

Ibidem.

fert,si præsules doctrinæ gratia polleant:quæ nisi adsit, plurima ecclesiasticæ disciplinæ peribunt.Idcirco post-
Supra 3.a quam dixerat,oportere doctorem esse hospitalem, mã suetum,irreprehensibilem, istud quoque connumerat additq; doctorẽ. Vt quid enim doctor appellatur, nisi vt doceat? Sed fortè dices, vt philosophiã vitæ doceat exemplo. Friuola hæc sunt: est enim necessariũ verborum quoque magisterium, ideo & Paulus ait: maximè qui laborant in verbo & doctrina.Cum enim de dogmatibus disseritur, quem hîc locum vitæ sanctitas habet? Quid habet virium? Neque verò eum sermonẽ laudauerim,qui fastu tumidus,externæ peritiæ iactantiam sequitur:sed qui virtutis,ac succi habeat plurimum,qui sensibus grauis,sit & sapientia plenus. Non ergo apparatu illi opus est,ac pompa dicendi:sed intelligentia ac viribus,ad id quod sentit eloquendum idoneis. *Contra presbyterum*,inquit,*accusationem non suscipias, nisi sub duobus aut tribus testibus.* Num contra iuniorem,aut quemlibet omnino accusatio est sine testibus admittenda? Nónne cum summa diligentia semper sunt exercẽda iudicia? Quid est ergo quod dicit? Ne contra alios quidem,inquit,minimè verò aduersus presbyterum. Porrò presbyterũ hîc non ex dignitate, sed ex ætate vocat. Quippe quòd facilius iuuenes delinquant,quàm seniores,liquet. Verũ quia Timotheo credita ecclesia fuerat,immò gens ferè tota Asiatica,idcirco illum & de senioribus admonet. *Peccantes*,inquit,*coram omnibus argue,vt & ceteri metum habeant.* Hoc est,non citò decide, sed omnia diligenti inquiras indagine: vbi verò apertè dideris,vehementer inuehere,ita vt alij resipiscant. Vt enim temerè & indiscusè iudicare pernicioſum est: ita manifesta peccata non persequi, viam aperit ad audenda facinora. Argue,inquit,nõ vtcunque,sed seuerè: ita
Matt.18.c enim & alij metuent.Et quo modo Christus ait:Vade, & corripe eum inter te,& ipsum solum,si peccauerit in te? Verum *illum* quoque permittit in ecclesia corripi. Quid ergo? Nónne maius scandalum facit, coram omnibus arguere? Minimè id quidem, magis enim scãdalizantur,si peccata non ignorantes, nullum inferri videant cruciatum. Sicut enim si impunè peccetur, plurimi delinquunt:ita si peccata puniantur,cõplures virtuti student.Ita & deus fecisse deprehenditur. Nã Pharaonem,& Assyriorum regẽ,& alios plures pœna multauit. Sed & homines, & ciuitates pœnam dedisse videmus:vult ergo episcopi omnes habere metũ,ipsumq; omnibus præficit. Quia enim multa sæpe ex suspicione fiunt:oportet,inquit,adesse testes,qui ipsum iuxta vete-
Deut.17.d rem arguãt legem. In duobus enim,aut tribus testibus
et Heb.10.c manet omne verbum. *Aduersus presbyterum*,inquit,*accusationem ne recipias.* Non ait, noli condemnare, sed ne accusationem, inquit, recipias, neque ad iudicium sedeas. Quid ergo, inquies, si duo quoque mentiantur? Istud quidem rarò cõtingit, liquebit autem si iudiciorum inspiciatur forma. Peccata nanque satis est si vel duos habeant testes, quòd ea clàm, & absque arbitris fiant:hoc ergo profectò magnæ probationis indicium est. Quid ergo si peccata quidem indubitata erunt,sed testibus careãt,soláque inalescat opinio? Dixi,inquit, superius oportere illum testimonium & ab his qui foris sunt,habere bonum. Cum timore igitur deum diligamus:
Sup.1.b iusto enim lex posita non est. At plures virtutem quoque necessitate,non voluntate eligentes, magnum ex timore percipiunt fructum, dum suas concupiscentias frẽnant:idcirco ergo de gehenna texitur sermo,vt ex ea comminatione, ac metu lucremur plurimum. Si enim traditurus æternis ignibus peccatores ea incẽdia non intẽtasset,plures profectò in illa incidissent. Nam si modo quoque quando gehennæ horror nostros cõcutit animos,non desunt,qui tam facilè delinquant,ac si nulla eius mentio fieret: si nihil huiusmodi prædictũ esset,nulla præcessisset comminatio,quò non erupisset nostra effrænata væsania? Non ergo minus,quod semper dico,dei prouidentiam gehenna cõmendat, quàm promissio regni. Quippe huic illa cooperatur,dũ metu ad id compellit homines:nec est sanè cur eam rem immanitatis,aut atrocitatis esse putemus,sed misericordię potius,ineffabilisq; clementiæ,prouidentiæ,& singularis in nos beneuolentiæ signum. Nisi enim sub Iona cõminatio euersionis præcessisset, proculdubio secuta es-
Ionæ 3.b set euersio. Nisi dixisset subuertendam Niniuen, Niniue profectò non staret. Nisi gehẽna intentata esset,omnes in gehennam laberemur: nisi præisset ignis, nemo cuasisset incendium. Prædicit contraria quæ vult age-
Ezech.18.g re,vt quæ cupit,efficiat. Non vult mortem peccatoris, & eam fore prædicit,ne præcipitemur in mortem. Nõ dixit verbo solum, verum & opus ostendit, vt caueamus. Porrò ne quis eam rem comminationem esse arbitretur,sed re eam esse veraciter credat,& quæ hîc cõtigére admonendus est. An non videtur tibi gehennæ esse indicium, diluuium illud, quo vniuersa periêre?

Quemadmodum enim,inquit,in diebus Noë nu- Morale.
bebant,& ad nuptias tradebant,ita & tunc: prædixerat Luc.17.c ante multos annos,& modo prædicit. Iam quadringẽtesimus annus excesit,& nemo applicat animum.Fabulam esse plerique putant,ac rident, nullus timore corripitur,nemo lachrymas fundit,nullus percutit pectus. Fluuius ignis ebullit, flamma succenditur, & nos risui deliciisque vacamus,ac sine vllo metu peccamus,Nulli vnquam dies illa in mentẽ venit,nullus transire præsentia cogitat, non considerat esse peritura: & quidem cum res quotidie clament, & tuba clariorem emittant vocem. Intempestiuæ mortes,mutationes rerum, quæ viuentibus nobis contingunt,nequaquã erudiunt nos: infirmitates,& reliquos non attendimus morbos: non modo autem in corporibus nostris,verum in ipsis quoque elementis mutationes videre est. Denique per singulas ætates,quotidie desæuire cõspicimus mortem, & in omnibus vbique rebus ipsis inconstantia, instabilitásq; signatur,nunquam hyems perstat,nunquam æstas figitur,fugit verna temperies, autumnúsque dilabitur, currunt,labuntur ac defluunt.Quid dicam flores? quid dignitates? quid reges,qui modo sunt, & eras esse desistunt? quid diuites,quid splendida ædificia? quid noctẽ ac diem? quid Solem? quid lunam? nónne & ista patitur detrimẽta? Ipse num Sol sæpe deficit? num obscuratur? num tegitur nube? Vllane res visibilis permanet semper? Nulla prorsus. Sola ex his,quę in nobis sunt,anima perpetua est,& eam negligimus: eorum verò, quæ immutantur, quasi mansura sint, curam ingentem habemus:cum sempiternè manentis animæ,ac si prætereuntis,nulla nobis ratio sit.Ille potens est,sed in crastinum vsque,posteà verò peribit. Constat id ex his, qui fuêre maiore potentia præditi, & modo nusquam apparent. Scena quædam est vita præsens,ac somnium. Sic enim in scena sublato velamine,varia illa soluuntur,vt somnia:vbi Solis illuxit radius,abuolant omnia: ita & modo cõsummatione propinqua & omnium & singulorum,cuncta soluuntur atque euanescunt. Ac arbor quidem abs te plantata permanet, & domus abs te condita durat:opifex verò,& agricola proficiscuntur,ac pereunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eunt. His ita contingentibus, ne sic quidē reuereamur, neque erubescimus: sed velut immortales hæc omnia præparamus, in luxum deliciásq; resoluti. Audi deniq; quid dixerit Salomon, qui præsentium rerū periculum fecerat: Aedificaui mihi domos, inquit, plantaui ortos atque pomaria, vineas & piscinas aquarum, argētum & aurum congregaui mihi, feci mihi cantores & cantatrices, greges & armenta possedi. Nullus vnquam tam in deliciis affluxit, nullus adeò fuit illustris, nullus tam sapiens, nullus maiore principatu, nullus cui tam ad vota cuncta succederent. Quid ergo? Nullum ex his retulit fructum. Sed quid ait post ista omnia? Vanitas vanitatum, inquit, & omnia vanitas. Non ait simpliciter, vanitas, sed magnitudinē vanitatis expressit. Credamus illi sanè, qui cuncta erat expertus, & illuc animos trāsferamus, vbi non vanitas, sed veritas est: vbi omnia firma, fixa, stabilia, vbi supra petram omnis structura consurgit, vbi senectus non est, neque transitus, vbi omnia florent, omnia vigent, vbi nihil vetustate, senioq; conficitur. Diligamus deum, quæso, toto affectu cordis, nō gehennę metu, sed desiderio regni. Quid enim, oro, visioni Christi conferendum est: nihil profectò. Quid æquè optandum, ac bonis illis æternis ac immortalibus frui? quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus diligentibus se. Studeamus illis perfrui, ista contemnamus: nónne sæpissimè ista reprehēdimus, humanam vitam nihil esse dicentes? Quid tanto studio, quod nihil est, quæris? quid labores pro nihilo sustines? At splendida ædificia conspicis, eorúmq; te fallit aspectus. In cœlum protinus attolle oculos, auersumq; à lapidibus & columnis obtutum, ad illam pulchritudinem dirige, animaduertes formicarum ista esse, & culicum opera. Sapiēter intuitum ad digniora conuerte, ascende cœlestia animo, inde præclaras istas intuere structuras, videbis nihil aliud esse, quàm paruulorum ludicra. Vidisti vt subtilior, vt leuior, vt nitidior, vtq; illustrior sit semper aër, quanto illius celsiora penetraueris? Ibi qui eleemosynas largiti sunt, domicilia sibi, tabernaculáq; construxere. Ista omnia in resurrectione soluentur, immò etiam ante resurrectionem, tempore omnia defluunt, pereūt, atque soluuntur. Et ante ipsam vero vetustatem, quanto maiorē sui gratiam cernentibus præbent, tanto repentino motu terrę prostrata sunt, aut incendio conflagrarunt. Nō solum enim in ætatibus hominum, verū & in structuris ædificiorum immatura mors furit. Et fit sæpius, vt quæ vetustate cariosa sunt, cōcussa humo immota perdurent: quæ verò insigni fulgore nitent, fixāq; ac nuper instructa sunt, solo tonitru agitata ruunt, deo (vt reor) disponente, ne structurarum molibus intumescamus. Vis alia quoque ex parte vacare tristicia, perge ad ædificia ipsa communia, quorum ęqua tibi sors est: neq; vero domus aliqua est, multum licet splēdida, publicis ædificiis clarior: quantumuis temporis illic remorare, tua illa sunt vnà cum cæteris, communiáque, non propria sunt. Sed non oblectant: primum quidem consuetudo in causa est, postea verò cupiditas quoq;. Itáne cupiditas, non pulchritudo delectat? An habet cupiditas oblectationem, & velle quæ omnium sunt, sui iuris effi cere? Quandiu istis affigimur? quousque terræ inhæremus, vt vermes, atque in luto versamur? Corpus nobis finxit deus ex terra, vt ipsum quoq; subuehamus in cœlum, non vt per ipsum animam detrahamus in terram. Terrenū illud est, sed si voluero cœleste sit. Vide quā to nos afficit honore, huiusmodi nobis potestate per-

Eccles.2.a

Ibidem.1.a & 12.c

1.Cor.2.c

A missa. Feci ego, inquit, cœlum & terram: eadem conditionis facultate te dono, vt terram facias cœlum, potes enim. Qui facit omnia, & transfert ea, de deo dictum est: hanc & hominibus potestatem dedit, veluti quispiā indulgentissimus pater pictura illustris, non ipse solus eam gloriam vult, sed filium quoque ad eandem peritiam cupit adducere. Feci ego, inquit, corpus pulchrū, do tibi præstantioris officium, fac tu animā pulchram. Dixi ego, producat humus herbam fœni, & omne fructiferum lignum: dic tu quoque, producat hæc terra fructum suum, & prodibit quodcunque operari volueris. Facio æstatem & nebulam, firmo tonitrum, & creo spiritum, finxi draconem, illudo ei, diabolo scilicet, neque tibi hāc inuidi potestatem: illude illi tu quoque, si vis, potes enim eum vt passerem capere. Oriri facio Solem super bonos & malos: imitare illum tu, bo-

B nâque tua bonis malisque communica. Iniurias tolero, & iniurios beneficiis foueo: imitare tu quoque, nam potes. Benefacio, non redhibitionis obtentu, imitare tu quoque: neque vt vicissitudinem capias, beneficium præstes. Accendi in cœlo luminaria, accende & tu clariora illis, nanque potes: his qui in errore sunt, lucem veritatis accende. Maius istud beneficium est, me scire, quàm Solem intueri: hominem facere non vales, at iustum, gratúmque deo potes efficere: ego substantiam feci, tu exorna propositū. Vide quàm te diligam, qui maiora faciendi tibi tribuo potestatem. Attēdite dilectissimi, quanto honore dignatur: & audent quidam stulti & ingrati conqueri, & dicere: Cur sumus liberi arbitrij conditi? hæc omnia, quæ diximus, cum deo esse nobis communia, nisi esset liberum arbitrium, nunquam possemus imitari. Dominor, inquit, angelorum ego, tu

C quoque per primitias itidem. In sede regia sedeo, & tu mecum per primitias sede. Conresuscitauit, & cōsedere nos fecit in dextera dei. Adorant te omnes Cherubin & Seraphin, omnis virtus angelica, principatus, potestates, throni, dominationes, primitiarum causa, †non imitare virtutes incorporeæ tremunt. Verum enim non his, quæ dixi solum, affectum mei in te amoris ostendo, sed in his quæ sum passus. Propter te sputa & alapas pertuli, gloria exutus, dimisso patre ad te veni, odientem atque auersantem me, neque audire volentem nomē meum, persecutus sum vt tenerem te, vniui te mihi, atque cōiunxi, dixi: me comede, me bibe: & in cœlo te habeo, & tibi in terra connector. Non tibi satis, quòd primitias tui in cœlo habeo? non istud consolatur affectum? Rursus ad inferiora descendi, non vtcunque commisceor

D tibi, sed connector, comedor, & in frusta concidor, vt summa coniunctio, & commixtio, atque vnio fiat. Quæ enim vniuntur, in suis terminis manent. Ego tibi contexor, nihil iam esse medij volo, vtraque vnum esse decerno. Ista itaque scientes, eiúsque ineffabilem erga nos charitatem amplexantes, omnia solicitè agamus, quæ nos illius singularibus donis non indignos ostendere valeant: quibus nos omnes vtinam perfrui mereamur in Christo Iesu domino nostro, cum quo est patri, vnà cum sancto spiritu gloria, imperium & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Matt.5.g

Gene.1.b

Ephes.2.b

† *noli insimulare cur pus quod*

Homilia xvi.

† *vigila custodias alios*

EStificer coram deo, & Christo Iesu & electis angelis, † vt quæ præmissa custodias, absque præiudicio nihil faciens, in alterā] dicio, nihil partem inclinando. Manus citò nemini imponas, neque cō facies in munices peccatis alienis. Teipsum casum custodi. Nolitā alter.m.

aguam

aquam bibere, sed vino vtere modico propter stomachum tuũ, & tuas frequentes infirmitates. Quorũdam hominum peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium, quorundam autẽ subsequuntur. Similiter & facta bona manifesta sunt, & quæ aliter se habẽt, abscõdi nõ possunt.

Cap.V.

Quicunque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen domini & doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habent dominos non contemnant, quia fratres sunt, sed magis seruiant, quia fideles sunt & dilecti, quia beneficij præcipes sunt.

Dixerat suprà de episcopis, de diaconis, viris ac mulieribus, de viduis, de presbyteris, de aliis omnibus, ostẽ deratq; quorum est episcopus dominus, & cùm de iudicio disputaret, adiunxit: *Contestor coram deo, & Christo Iesu, & electis angelis, vt hæc sine præiudicio serues, nihil faciens, in alteram partem inclinando.* Terribiliter profectò iam admonet. Non enim quòd Timothus filius esset dilectus, idcirco reueritus est. Qui enim de seipso non erubuit dicere, Timeo ne aliis prædicans, ipse reprobus efficiar: multo magis de Timotheo veritus non est, neque erubuit dicere. At patrem & filium ritè assumit in testimonium: electos angelos cur? Per summam id modestiam. sic enim & Moyses ait: Contestor vobis cœlum & terram, ob ingentem modestiam domini. & rursus: Audite valles fundamenta terræ. Vocat autem eorum quæ dicta sunt, testem patrem & filiũ, in extremo examine rationem illis redditurus, si quid præter debitum fieret, quod omnia dixerit. *Vt ista*, inquit, *custodias absq; præiudicio, nihil faciens, in alteram partem declinando.* Hoc est, vt communem & æquum te his, qui iudicãdi sunt prębeas, vt te nullus anticipet, nemo cõciliet. Quinam verò sunt electi angeli? quasi verò non sint quidam eiusmodi, & Iacob deum assumit testem, & collẽ. Ita & nos interdum magnas, minimásque personas, in testimonium sumimus: adeò magna res testimonium est. ac si diceret: Testem voco deum, eiúsque filium, ac seruos eius, quòd ista præceperim tibi. Coram ipsis præcipio tibi: Discipulum terret. Vbi verò hæc dixit illud intulit, quod omnium maxime periculosum est, & in primis ecclesiam cõtinet, de ordinationibus scilicet. *Manus*, inquit, *citò nemini imponas, neque communices peccatis alienis.*

Sup.5.d

1.Cor.9.d

Exod.19.d

Deut.32.a

Quid sibi vult, citò? non ex prima statim probatione, nec secunda, nec tertia, sed vbi consideratio diuturna præcesserit, exactissimáque discussio, tunc imponito manus. Neq; enim ea res periculo caret: eorum enim quæ ille peccauerit, tu quoq; pœnam dabis, qui initium dedisti etiam præcedentium delictorum. Qui enim improbè prima remisisti, etiã futuris eris obnoxius, quòd ipse quasi author extiteris pręteritorũ: quia ea flere non sciueris, vt possent per compunctionis gratiam relaxari. Quemadmodum enim rectè factis, ita peccatis quoque communicas. *Teipsum castum custodi.* De pudicicia illi sermo est. *Noli iam aquam bibere, sed vino vtere modico, propter stomachum tuum, & crebras infirmitates tuas.* Si autem viro vsqueadeo ieiuniis dedito, & in tantum aquæ assueto, vt infirmaretur, & crebras morborum molestias pateretur, pudicitiam præcepit, neque ille monita renuit: quanto magis cum à quouis de huiusmodi monemur, æquanimiter ferre debemus? Cur itaque illius stomachum non oratione firmauit? cuius enim vestes mortuos suscitabant, & hoc vtique facere poterat. Quânam ergo ratione? Vt si quoque viderimus viros magnos, & virtute præclaros infirmari, nihil moueamur: & illud enim fiebat vtiliter. Si enim illi datus est angelus satanæ, ne extolleretur: multo magis Timotheo oportuit dari. Poterant signa illum in arrogantiam tollere. Idcirco medicinæ legibus illum inseruire permittit, vt

Hũc locum, Vino modico &c. habes vlti. tomo, homil. 1. ad pop. Antioche. pulchrè explicatum.

2.Cor.11.b

& ipse humilior sit, & cæteri non scandalizentur, discántque quòd cum naturæ nostræ illi essent, virtutes tamẽ exercuere quas legimus. Videtur enim mihi aliàs quoq; infirmus fuisse, per id quod ait, Propter crebras infirmitates tuas. Licet autem ille & stomacho lassesceret, & aliis quoque morbis esset obnoxius: non tamen ipsum vino permittit impleri, sed ad sanitatem, non ad delicias præcipit bibere. *Quorundam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium: quosdam verò sequuntur.* Dũ de ordinationibus diceret, ne communices, inquit, peccatis alienis. Quid ergo, inquies, si ignorare contingat? *Quorundam*, inquit, *hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium: quosdam verò sequuntur.* Quorundam, inquit, peccata aperta sunt, quia præcedunt: quorundam non, sed sequuntur. Similiter & opera bona manifesta sunt, & quæ se aliter habent, abscondi non possunt.

Quicunque sunt sub iugo serui, suos dominos omni honore dignos existiment, ne nomen dei, & doctrina blasphemetur. Omni, inquit, honore dignos arbitrentur. Non enim quia fidelis es, liberum te esse putes: hoc enim libertatis documentum est, seruire magis. Quippe infidelis si viderit fidei causa illos superbire, blasphemabit dogma nostrum, tanquam seditionis causam: cum verò obtemperantes attenderit, citius credet, ac facilius quæ dicuntur, admittet: alioquin & deus, & prædicatio ipsa blasphemabitur. Quid ergo, inquies, si infideles sint domini? Sic quoque cedere oportet, pro diuini nominis gloria. *Qui enim fideles*, inquit, *habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt: sed magis seruiant, quoniam fideles sunt æque dilecti, qui beneficium sumunt.* Si enim, inquit, tanto honore digni fuistis, vt dominos haberetis fratres, ideirco maxime cedere debetis. Præcedentia, inquit, ad iudicium: hoc est, quia malorum operum alia latent, alia non: illic verò neque bona, neque mala latère queunt. Quid est, præcedentia ad iudicium? cum scilicet quis peccauerit, quę illius iam conscientia damnat, cum quis corrigi renuit, cum qui emendationem pollicitus est, opere implere non vult. Cur ergo istud dictum est? quia & si hîc lateant quidam, ibi tamen latère non poterunt, vbi nuda sunt omnia. Est autem hæc ritè agẽtibus permagna consolatio, postquam dixerat, nil faciens, in alteram partem inclinando. *Quicunque*, ait, *sunt sub iugo serui.* Quî hoc ad episcopum pertinet? Multum planè, vt admoneat. Videmus illũ vbique seruis magis quàm dominis imperantem. Illis quidem, vt cum magna mã suetudine seruiant dominis, maximámque huius rei habentem curam. Dominis autem remittentes, inquit, minas. Cur id? Infidelibus quidem ratio est. Nam his qui non intenderent, non debuit loqui: in his autem qui fideles sunt, cuius rei gratia? quia maiora longè à domino seruis inferuntur, quàm à seruis domino. Illi nempe sunt, qui aurum impendunt, & pro rebus ad victum necessariis comparandis, & pro indumentis, & cæteris omnibus, vt maiorem illis seruitutẽ seruis præstare dubium non sit. Idq; significat, dicens: quoniam fideles sunt & dilecti, qui beneficium sumunt, & laborant pro quiete vestra, & in ærumnis sunt. Non ergo multum honoris accipere à seruis debent?

Ephes.6.b

Sup.5.d

Morale.

Si autem seruis ita imperat obedire dominis, intuemini quo nos animo in dominum nostrum esse conuenit, qui nos de nihilo vt essemus effecit, qui nutrit, qui vestit. Et si ergo non aliter, saltem vt famuli nobis nostri, ita illi seruiamus. Nónne vitam illi omnem in hoc exponunt, vt nobis requiem parent? hoc illis opus est

istud

Universidad de Deusto
Biblioteca

istud studium, vt dominos curent. Nónne illi, quæ domini sunt, tota die curant, sua verò diei vix exigua parte? Contrà verò nos, nostra quidem semper: quæ verò sunt domini, neque minima curamus temporis parte, istûdq; cum ille obsequiis non egeat nostris, sicuti domini famulorum, sed hæc omnia nostris commodis cedant. Illic enim ministerium famuli domino prodest, hîc autem serui obsequium domino nihil, seruo autem
Psal.15.a plurimum confert. Bonorum enim, inquit, meorũ non eges. Dic enim, quæso, si ego iustus sum, deus quid inde lucratur? quid perdit, si fuero iniustus? Nónne immortalis illa natura est? nónne inuiolabilis, & omni superior labe? Serui nihil habent proprium, sed omnia domini sunt, quantumlibet illi diuites fiant: nos plurima habemus propria. Neque absque ratione à rege omnium tãtum honoris accepimus. Quis vnquam dominus pro seruo filium tradidit suum? nullus certè, sed omnes pro
Rom.8.f filiis seruos dare eligent. Contrà, hic filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnib⁹ tradidit illum, pro omnibus inimicis odientibus se. Serui, si grauia illis quædã imperentur, ne sic quidem indignantur, maxime si grati illi sint: nos autem grauiter plurima ferimus. Seruis domin⁹ nihil tale promittit, quale nobis de⁹. sed quid? Libertatem præsentem, omni sæpe seruitute duriorem. Sæpe enim vbi fames inualuit, libertas hæc omni seruitute acerbior fuit, idque pro summo munere habetur. Apud deum verò mortale nihil, nihil corruptibile est:
Ioan.15.b sed quid? Non vos, inquit, dicam seruos, vos amici mei estis. Erubescamus dilectissimi, atq; timeamus, si vt nobis famuli seruiunt, ita nos domino seruire studeamus, immò nos ne minimam quidem parte seruitutis oftendimus. Illi philosophantur necessitate coacti, victũ solum ac vestitum habẽt: nos inter ipsas quoque delicias iniurioſi sumus. Certè, si nulla alia ex parte, vel ab illis philosophię normam capiamus. Quippe nouit scriptura, non modo ad seruos, verum ad mutas animantes homines mittere: puta cum apes nobis, formicásq; pro-
Prouer.6.a ponit imitandas: ego vel seruos admoneo imitari: quæ illi ob nostri metum faciunt, ea nos timore dei faciamus: non enim vos facere ita comperimus. Illi ob metum nostrum contumeliis afficiuntur innumeris, philosophósq; omnes silentio superant. Iustè & iniustè anguntur iniuriis, & non contradicunt, sed deprecantur, & quidem cum nihil sæpe deliquerint. Nihil plus accipiunt, quàm necessarium victum, plerunque etiam minus, contentiq; sunt thoro seruili dormientes, & pane solo vescentes, vitâmq; reliquam summa cũ vilitate ducentes: non criminantur illi, neque indignè ferunt ob metum nostri: pecunias si eis credantur, integras reddunt: neque verò tu mihi seruos nequam velim adducas in medium, sed eos, qui non valde sunt mali. Si intentemus minas, protinus contrahuntur. Ergo non ista philosophiæ plena sunt? Neque tu quòd necessitate ista faciunt, dicas, & tibi non incumbit gehennę necessitas? & ne sic quidem respicis, neque tãtum honorem deo tribuis, quantum à seruis propriis accipis. Habet quilibet seruus cõstitutum habitaculum, nec proximi intrat domicilium, neque maioris substantiæ appetitu corrũpitur. Et ista videas à seruis dominorum timore seruari: raróque videre est seruum, quæ sunt socij rapere vel demoliri. Apud homines liberos contraria his penitus fieri cernas, mordemus inuicem atque deuoramus, nõ timemus dominum, quæ conseruorũ sunt rapimus atque furamur, percutimus vidente ipso: hoc non faceret seruus, sed siue cędat, non vidente domino: siue conuicietur, non audiente ipso id facit. Nos verò deo audiẽte cuncta & cernente ista præsumimus: domini timorante illorum semper versatur oculos, dei ante nostros oculos nunquam. Idcirco permixta sunt omnia, cuncta confusa atque corrupta, & ipsi quidem peccata nostra neque cogitare volumus: cum verò serui nostri delinquunt, diligenter omnia & parua disquirimus. Ista dicimus, non vt supinos seruos faciamus, sed vt supinum animæ nostræ conuertamus, negligentiámque excitemus, vt vel ita deo seruiamus, sicuti famuli nobis: ita creatori nostro sicuti consubstantiales serui nobis, qui nihil huiusmodi à nobis habent, natura & ipsi sunt liberi. Dominentur piscibus, etiam illis dictum est: non est *Gene.1.d* ista naturalis seruitus, & tamen ingẽti nos honore prosequuntur. Nos verò in eis quidẽ ministerij nostri gratia semper imminemus, deo autem neque minima parte ministramus, idq; cum eius operis in nobis redundet vtilitas. Quanto enim maiore studio deo seruierimus, tanto magis nobis ipsis emolumenta conquirimus, maiorâq; lucra capiemus. Non ergo nosipsos tanta vtilitate priuemus: deus enim sibi ipsi sufficit, nulliúsque egens est: remuneratio verò, & lucrum redit ad nos: quasi ergo † deo, sed nosbisipsis obsequentes, ita simus † *non deo* affecti, & ei cum timore ac tremore seruiamus, vt promissis bonis perfruamur, in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri gloria, vnà cum sancto spiritu nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia xvij.

HAec doce & exhortare. Si quis alterius doctrinæ est, & non accedit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ: inflatus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones, & verborum pugnas: ex quibus oriuntur inuidiæ, contentio, blasphemiæ, suspiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, qui veritate priuati sunt, arbitrantes quæstum esse pietatem. Discede ab huiusmodi: est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec auferre quid possumus.

Non solum authoritate doctori opus est, sed etiam lenitate multa: sicuti non sola lenitate, sed authoritate summa indiget. quæ omnia nos docet apostolus, dum aliquando dicit, Præcipe ista, & doce: aliquando verò, *Sup.4.c* hæc doce & exhortare. Si enim medici infirmos exhortantur, non vt ipsi potiantur sanitate, sed vt illos ægritudine liberent, iacentesq; subleuent: multo magis nos ea regula vti debem⁹, & eos exhortari, quos docere debemus. Neque enim seruus illorum esse refugit beatissimus Paulus, dicens: Non enim prædicamus nosmet- *2.Cor.4.b* ipsos, sed Christum Iesum: nos autem seruos propter Christũ. Omnia vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo: seruitq; hanc seruitutem omni libertate digniorem. Ille enim, inquit, seruus est, qui facit peccatum. *Si quis aliter docet, & non accedit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & doctrinæ quæ secundum pietatem est: inflatus est, nihil sciens.* *Ioan.8.d*

Non igitur scientia in superbiam attollit, sed ignorãtia potius. Nam qui sermones pietatis scit, hic omnium maxime humilis est. Qui sanam doctrinam nouit, ille non infirmatur. Quod enim in corporibus tumor, hoc in animabus superbia est. Deniq; sicut illic, quod immodicè turget, sanum non esse: ita & tumidos carere sanitate dicimus. Est igitur & aliquid scientem nihil scire. † *qui enim*
† Qui enim ignorat, quæ oportet scire?] Quod autẽ ex *ignæ qua* ignorantia fastus oriatur, hinc liquet. Christus semet- *scire oportet,* ipsum exinaniuit: qui hoc scit, quando superbire potest? Quid enim habet homo, quod á deo non acceperit? *nihil scit.* *Philip.2.a*

non ergo

Universidad de Deusto

1.Cor.4.b non ergo ſuperbiat. Quid enim habes quod non acce- A uites autem: ſed, qui volunt fieri diuites. Sunt & qui pe
Ierem.13.b pisti? Ipſe pedes diſcipulorum lauit: qui hoc nouit, quã- cunias habentes, eas ritè diſpenſent, ac adſpernentur,
Luce 17.c do ſuperbiet? Idcirco ait: Cũ feceritis omnia, dicite, ſer- eàsq; pauperibus diuidant: profectò nõ eos qui ſunt hu
Ibid.18.c ui inutiles ſumus. Publicanus ſola ex humilitate cõpla- iuſmodi, ſed cupidos notat. *Qui autem*, inquit, *volunt di*
cuit. Phariſeum iactantia perdidit: qui ergo inflatus eſt, *uites fieri, incidunt in tentationem, & laqueum diaboli, & deſideria*
Iuuen.18.d nihil horum nouit. Ipſe iterũ Chriſtus, Si malè, inquit, *multa, ſtulta & nocentia, quæ mergunt homines.* Bene ait, mer-
locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo: ſi autem be gunt, adeò vt emergere, & reſipiſcere nequeãt. *In in-*
ne, cur me cædis? *Sed languens*, inquit, *circa quæſtiones.* *teritum, & perditionẽ* & huius temporis & futuri. *Radix*
Ergo lãguere, quærere eſt. *Et verborum pugnas.* Me- *enim omnium malorum eſt auaricia, quam quidam appetentes, aber-*
ritò ſanè. Quãdo enim anima cogitationum vritur fe- *rauerunt à fide, & ſeipſos immiſcuerunt doloribus multis.* Duo po
bre, quando ambiguitatis iactatur fluctu, tunc quærit: nit extrema: ſed quod illis maximè durum videbatur,
cum verò illa ſana eſt, non quærit, ſed fideliter credit. hoc ſecundo poſuit loco, videlicet doloribus multis.
Nam ex quæſtione & cõcertatione verborum inueni- Quod illi in primis norunt, qui diuitibus vicini ſunt,
ri nihil poteſt. Quæ enim fides profitetur ſola, ſuccedẽs audiuntq; ſtrepitu, lamentatione & ploratu ſæpe cũcta
quæſtio neque oſtendit, neque permittit intelligi. Neq; reſonare. *Tu autem ô homo dei.* Magna laus ac digni-
enim ſi qui clauſis oculis quęrat, inuenire quid poterit: tas. Omnes quidem ſunt homines dei, ab eo ſcilicet cõ-
ſicut item ſi apertis illis ſeipſum humo obruat, auerſa- B diti: ſed iuſti proprié, qui non modo conditionis, verũ
tũsq; Solem ibi inquirat, inuenire aliquid nequaquam familiaritatis quoque iure illi coniuncti ſunt, dei homi
poterit. Adeò ſine fide nihil inuenire poteſt, eâque ab- nes merentur appellari. Si homo, inquit, dei es, noli ſu-
ſente pugnas naſci neceſſariò contingit. *Ex quibus* perflua quærere, & quæ ad deum non ducunt: *Sed fu-*
oriuntur blaſphemiæ, ſuſpiciones malæ. Hoc eſt, opiniones, & *ge, perſequere autem iuſticiam.* Vtrunque magna cum intẽ-
peruerſa dogmata ex quæſtione ducuntur. Denique de tione poſuit. Nõ ait, diſcede, & accede: ſed, fuge, & per-
deo quæ nõ oportet, opinamur, cum in quæſtiones in- ſequere iuſticiam, ne habendi immodica cupiditate ca
ζητήσεις cidimus, confricationes, ſiue demorationes: id eſt, ociũ piaris pietatem (dogmatum ſcilicet) fidem † quæſtui] † *quæſtioni*
ἐκζητήσεις & mora, ſiue cõfricationes ita intelligendæ ſunt. Quẽ- contrariam. *Charitatem, patientiam, manſuetudinem. Certa bo-*
admodum, inquit, ſcabioſæ oues, ſi confricentur cæte- *num certamen fidei, apprehende æternam vitam.* Ecce & premiũ
ris, etiam quæ ſanæ ſunt, morbo tentantur: ita & hi ho- ponit, *Ad quam vocatus es, & confeſſus es bonam confeſſio-*
mines nequam, ſi ſimplicioribus quibuſque inuerſen- *nem, in ſpe vitæ æternæ*, inquit, *coram multis teſtibus.* hoc eſt, no
tur, veneno eos ſuæ malignitatis inficiunt. *Qui veri-* li confundere illam confidentiam. Quid fruſtra labo-
tate priuati ſunt, inquit, *arbitrantes quæſtum eſſe pietatem.* Vides ras? Quam verò tentationem, aut quem laqueum dixit
quàm multa ex verborum pugnis dixerit naſci? Nefa- pati eos, qui volunt fieri diuites? Ea res illos à fide aber-
rium quæſtum, ignorantiam, ſuperbiam: quippe inſci- rare facit, exponit periculis, minuſque audentes facit.
1.Tim.3.c tia ſuperbiã gignit. *Diſcede*, inquit, *ab his.* Hæreticũ, C *Deſideria*, inquit, *ſtulta.* rectè ſanè. An non ſtulti, qui
inquit, hominem poſt vnam & ſecundam correptio- fatuos, qui nanos habent, oblectationis, non clementiæ
nem deuita: Oſtendit eos non modo ignorantes eſſe gratia, qui piſces includunt atriis, qui feras nutriũt, qui
verum & ipſam eorum ignorantiam ex negligentia gi canibus ſtudent, qui equos ornant phaleris, horũmque
gni: homines denique pecuniarum cauſa pugnantes, non ſecus ac paruuli affectu rapiuntur? hæc omnia in-
quando perſuadere poteris? Non ſanè perſuadebis hu- utilia ſunt, atque ſuperflua, nihil in his neceſſarium, ni-
iuſmodi, niſi quod cupiunt dederis, & ne ſic quidem il- hil vtile. *Deſideria*, inquit, *ſtulta & nocentia.* Quàm ve-
Eccli.14.b lorum ſatiare appetitum quibis. Auari enim, inquit, nõ rò noxia hæc ſunt, quando amoribus inſanis ſtudent,
impletur oculus: qui ergo corrigi nolunt, deuitandi proximorum ſubſtantiam appetunt, inſiſtunt deliciis,
ſunt. Enimuero ſi eum cui erat ſumma pugnandi ne- ebrietati deſeruiunt, aliorũmq; cædem ac pernicié mo-
† vt illorum congreſſum & cõſuetudinẽ vitet. ceſsitas, admonet † non præcipitem ferri:] quanto ma- liuntur: multi denique tyrannidem ſibi conſciſcere in-
gis nos, qui adhuc erudimur, qui in diſcipulorum or- ſanè cupientes, periere. Pulchrè autem ait, aberrauerũt
dine ſumus? Cum autem dixiſſet, arbitrantur quæſtum à fide: non enim ſinit cupiditas iter aſpicere oculos in
eſſe pietatẽ, protinus addidit: *Eſt autem quæſtus magnus* ſe attrahens, & ſenſim ſubducens. Sicut enim cum quis
pietas cum ſufficientia: non ſi pecunias habeat, ſed ſi non recto itinere gradiens, ſi in aliud aliquid intendat ani-
habeat. Ne enim in triſticiam cauſa paupertatis incide- mum, pergit quidem, ſed ſæpe dum neſcit, vrbem il-
ret, excitat eum, atque erigit. Arbitrantur, inquit, quæ- D lam pertranſit, ad quam properabat, pedesq; fruſtra ſui
ſtum eſſe pietatem. Eſt quidem quæſtus, non tamẽ ita, miniſterium præbent: ita fermè & in cupiditate cõtin-
ſed excellentiori modo. Inde cũ prius illam deieciſſet, git. *Et circumdederunt ſeipſos doloribus multis.* Vides quid
iſtam extulit laudibus. Quòd enim nihil ſit huiuſmodi ſignificare voluerit? Spinarum, inquit, in morem, qua-
quæſtus, hinc perſpicuum eſt, quòd hac in vita maneat, cunque ex parte tangantur, cruentant manus, & vulne
neq; nobiſcum migret, neque comitetur abeuntes. Vn- ra infligunt. Quibus enim curis anguntur auari, quibus
de id conſtat? *Quia nihil habentes, in mundum venimus, nihil* doloribus cruciantur, quis explicare queat? Idcirco, in-
item habentes proficiſcimur. Nuda nanque natura noſtra quit, *Fuge iſta, perſequere verò iuſticiam, pietatem, fidem, dilectio-*
prodiit, nuda diſcedit: non ergo ſuperfluis opus habe- *nem, patientiam, manſuetudinem.* Ex dilectione quippe man-
mus, ſi nihil intulimus, neque habentes aliquid proficiſcemur. *Habentes*, inquit, *eſcas & operimenta, his contenti eri-* ſuetudo oritur. Hîc iam ipſius confidentiam, fortitudi-
mus. Tanta comedere oportet, ac talia, quæ nos nutri- nẽmque commẽdat, quia cum fiducia coram omnibus
re ſufficiant: & ea induere, quæ nos ab iniuria nuditatis confeſſus eſt, inquit. Admonet eum primæ inſtructio-
tueantur, nosq; contegant ſolum, & nihil amplius. At nis, ac fidei. Apprehende, inquit, æternam vitam. Non
iſtud quidem veſtitus omnis conferre poteſt. Deinde itaque ſola confeſsione opus, verum tolerãtia quoque,
volẽs adhuc magis à preſentibus animos noſtros auer- vt ſemper in confeſsione permaneat, & certamine ve-
tere, *Qui autem*, inquit, *volunt diuites fieri.* Non dixit, di- hementi, infinitisq; ſudoribus, ne à recto auertamur iti-
nere: ſunt enim offendicula plurima quæ impediãt, an-
guſta nanq;

gusta nanq; & arcta via est. Omni igitur ex parte solicitè oportet circunspicere, accinctúmq; & expeditum ad certamẽ semper occurrere. Varia se vndique voluptatis aperit facies, quæ in se animæ oculos rapiat. Hinc amoris illecebra sese ingerit, inde pecuniæ solicitãt animum, alia ex parte deliciæ molliunt, negligẽtia soluit, blanditur gloria, ira præcipitat, potentiæ atque principatus studium prouocat. Videtur harum omniũ blandus & gratus aspectus, & qui carnales quoq;, neque studiosos veritatis amatores ad se possit illicere. Illa enim seuera est, nihilq; habet mortalis iucunditatis seu oblectationis. Cur id? Quia voluptatem omnẽ in seculo futuro pollicetur. Prætendunt hîc iam illę honores, delectationes, quietem: verum in se nihil habent veri, nihil solidi, sed ficta atq; fucata omnia. Si igitur quisquã delicatus est, ignauus ac mollis, quòd laborũ minimè patiens sit, eis protinus manus dabit. Ita fermè in exterioribus certaminibus, ei qui coronarum amore, & quidẽ vehementi non capitur, fas est conuiuiis se, ac temulentiæ dedere: sic deniq; & timidi atque ignaui pugiles faciunt. Porrò qui coronari votis omnibus cupiunt, † innumeris cædunt ictibus,] & libentissimè tolerant omnia: spe enim futurorum aluntur, atque excitantur.

† nullis cedit ictibus

Morale.

Fugiamus itaque malorum radicem, & omnia vitabimus. Radix autem ea cupiditas est: Paulus loquitur, immò in eo loquitur Christus. Videamus planè an ipsa quoque rerum experimenta testentur. Quid enim mali non pecuniæ faciunt, immò nõ pecuniæ quidem, sed mala voluntas ipsis vti nescientium? Fas enim est pecuniis sicut oportet vti, licet per ipsas regnũ cœleste possidere. At nunc quæ in vsum pauperum, in nostrorum remedia peccatorum, ad promerendam gratiã dei collatæ sunt nobis, eis nos cõtra inopum miseriam, immò verius contra nostras animas in offensionẽ diuinæ vtimur maiestatis. Nã qui pecunias tulit, alteriúsq; inopiæ est author, sibiipsi mortem consciuit. Et illum quidem impræsentiarum vexat inopia, seipsum verò supplicio exponit æterno. Num vlla est vtriusque rei comparatio? Cuius ergo mali illę causa non sunt? Nõnne harum gratia concupiscimus? non rapimus? nõ eiulatu perstrepimus? non inimicicias subimus? non conserimus rixas? non cõtentiones perpetuas teximus? nõne illæ ad mortuos vsque impias extendêre manus? nõnne inter parẽtes & fratres sæuierunt? nõnne iura naturæ ac præcepta dei, & omnia prorsus violarunt, qui illarum tenentur desiderio? nõnne harũ causa iudicia sunt instituta? Tolle itaque pecuniarum studium, & omnia mala sublata sunt. Conquieuit bellum, cessauit pugna, inimicicię in gratiam redeunt, sedatæ sunt hæreses & contentiones omnes. Oportebat huiusmodi veluti corruptores ac lupos, communèmque perniciem orbe toto pelli. Quemadmodum enim aduersi quidam ac furentes venti, si in mare placidum irruant, ipsum funditus vertũt, adeò vt arena profundi supernis misceatur vndis: ita & pecuniæ cupidi omnia penitus miscent, neminem qui huiusmodi est, amicum nouit. Quid autem amicum dicimus? ne ipsum quidem scit deum, ea rabie detentus insanit: non aspicitis ferro accinctos prodire Titanas? Sũt illa figmenta væsaniæ. At qui sunt huiusmodi, vera potius insania furiunt, atque excedũt. Denique si nudam illorum animam inspicere liceat: sic instructam inuenies, nõ vno aut duobus, sed mille præcinctam gladiis: nullum agnoscere, sed æquè furere in omnes, omnibus insilientem, & contra omnes oblatrantem, non canes, sed humanas animas necantem atque impiè in cœlum ipsum blasphemantem: hi sunt qui peruerterunt atque perdiderunt omnia, pecuniarum concitati rabie: quos enim alios insimulẽ, nescio, adeò hæc pestis omnes infecit, alios plus, alios minus, vt nullus fermè sit insons. Sicut enim flamma vehemens, vbi in syluam incidit, peruertit omnia, & desolatur: ita & ista orbem destruxit vniuersum. Reges, principes, priuati, pauperes, mulieres, viri, pueri, omnes æquè hac lue detinentur: ac veluti caligo quædam orbem totum obsederit, nemo est qui respiscat: etsi innumeris quotidie auariciã insectetur maledictis, nullus tamen emendare vicium studet. Quid ergo fieri oportet, vt huiusmodi extinguam° incẽdium? Possumus nempe, etiam si ad cœlum vsq; pertingat. Voluisse solum, superasse est flãmam: Sicut enim voluntate nostra aucta est, ita nihilominus nostra voluntate destruitur. Nõnne hanc nostra succendit electio? eandem prorsus extinguere poterit, si modo velimus. Vnde autem nobis huiusmodi velle proueniet? Si quàm sit inanis & superflua videamus. Denique nõ valet comitari ex vita abeuntes, & hîc quoque nos sæpe dimittit, & quidem cum hîc ipsa permaneat. Porrò vulnera quæ nobis infligit, nusquam deserunt nos. Si inspiciamus quàm sit ingens illic diuitiarum copia, quibus mortales istas conferentes, cœno abiectiores facillimè deprehendemus. Si attẽdamus, innumera his inesse pericula, momentaneamq; voluptatem, eámque tristibus sæpe permixtam: si diuitias illas æternæ vitæ, intenta cogitatione voluamus: tum demum has contemnere dabitur, si cogitemus nihil nobis prodesse illas, nõ ad gloriam, non ad sanitatem, non ad aliud quicquam, sed cõtrà nos in interitum mergere, pœnàmque perpetuam. Hîc diues es, plurimósq; in tua potestate habes? at illic desertus eris, destitutus & nudus: si hæc perpetua meditatione versemus, aliósq; docẽtes audiamus, erit & fortasis salubritas quædam, euademúsque sempiternos illos cruciatus. Candore lucentis margaritæ attraheris: cogita maris esse aquam, & in eius finibus antè iacuisse deiectam. Rapit animum auri fulgor, & nitor argenti: cogita & terram ac cinerem & fuisse prius, & modo esse. Placet preciosa & serica vestis: at vermium ille contextus est, opinio est, & humana præsumptio, nihil habet in se naturalis pulchritudinis. Nam quę sunt per naturam pulchra, admonitore opus non habent. At tu si videas æreum numum inauratum, admiratione primũ fului metalli raperis, aurúmque appellas: vbi verò peritiores quique in huiusmodi te erroris admonuerint, & miraculum vnà & error abiit. Vides vt in natura non habeat speciem? Eadem argenti ratio est. Nam si stannũ videas, veluti argẽtum admiraris, opúsque doctore habes, ne te rerum species fallat, adeò non sufficit ad ea dignoscenda oculus. Non huiusmodi profectò sunt flores, sed illis longè præstant. Rosam enim aspiciens, absque doctore per teipsum odorem speciẽmque discernis: ita & violas, & lilia, & flores reliquos. Sola igitur opinio istis precium facit. Nanque si imperatori visum fuerit argentum auro precioſius statuere, per leges cõtinuò miraculum, affectúsque transfertur: adeò auariciæ, opinioniq; seruimus. Quòd verò ita se habeat res, rarum quoq; omne precioſum est, & qui fructus apud nos viliſsimi sunt, in Cappadocia sunt precioſi, ac longè his, qui apud nos habentur in precio, chariores. In Syria item prouincia abundè indumenta ista, in aromatum ferace Arabia, & India precioſis lapidibus plena plurima inuenire est. Adeò præsumptio, & humana

opinio

opinio inualuit, nihilque iudicio agimus, sed temerè ac passim omnia. Resipiscamus igitur tandem ex huiusmodi temulentia, videamus quod verè bonũ est, quod natura pulchrum est, pietatem scilicet atque iusticiam, virtutesque reliquas, vt promissis perfruamur bonis: quæ vtinam consequi nos omnes contingat, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, vnà cum sancto spiritu nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia xviij.

PRæcipio tibi coram deo, qui viuificat omnia, & domino Iesu Christo, qui testificatus est sub Pontio Pilato bonam cõfessionem, vt serues mandatum immaculatum, irreprehensibile, vsque ad aduentum domini nostri Iesu Christi, quem temporibus suis ostendet, beatus, & solus potens, rex regum, & dominus dominantium, qui solus habet immortalitatẽ, & lucem habitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, neque videre potest, cui honor & imperium æternum, Amen. Rursus deum adducit testem, & quidem cum paulò antè hoc fecerit, simul vt metum augeat, & discipulum tutiori in loco constituat: ostendátque non humana esse præcepta, vt ea veluti ab ipso domino accepta custodiat, sempérq; testem ante oculos habens, sub quo hæc audit, commoueatur animo. *Præcipio tibi*, inquit, *corã deo, qui viuificat omnia.* Hîc & cõtra pericula solatium est, & resurrectionis admonetur auditor. *Et Christo Iesu*, inquit, *qui testificatus est sub Pontio Pilato.* Iterum ad magistri prouocat imitationem, sicut ille testificatus est, inquit, & nos vestigiis eius imitemur bonam confessionem. Hoc & Hebræis scribens, ait: Intuentes ad fidei authorem, & consummatorem Iesum, qui propositi sibi gaudij vice sustinuit crucem, confusione contempta, & sedit ad dexteram sedis dei. Recogitate enim eum, qui talem passus est à peccatoribus in seipsum contradictionem, vt non deficiatis animabus vestris resoluti. Ita & nunc discipulum admonet: ac si dicat, Noli timere mortem, dei enim seruus es, qui omnia viuificare potest. Ego, inquit, veni, vt testimonium perhibeam veritati. Quę nam verò est bona confessio? Dicente Pilato: ergo rex es tu. Ego, inquit, in hoc natus sum. Ecce isti me audierunt. Illi autem filium, inquiunt, teipsum dei facis, & alia plurima testatus atque confessus est. *Vt serues*, ait, *mandatum immaculatum, irreprehensibile, vsque ad aduentum domini nostri Iesu Christi.* Hoc est, vsque ad consummationem tuam, vsque ad exitum. At non ita dixit, sed vsque ad aduentum ait, vt illum magis exuscitet. Quid est, vt serues mandatum immaculatum? Vt neque vitæ, neque dogmatum gratia aliquid maculæ contrahas. *Quem temporibus*, inquit, *suis ostendet beatus, & solus potens, rex regum, & dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, lucémque habitat inaccessibilem.* De quo ista dicta sunt? De patre, an de filio? De filio scilicet, quem suis, inquit, temporibus ostendet beatus, & solus potens. Et hoc rursus ad solatium discipuli, vti ne admiretur, neque metuat mortales reges: quem temporibus suis, id est cõgruis, debitis, ne ferat grauiter, quod nondum venerit. Ostendet vero, qui solus est potens, ostendet beatus immò beatitudo ipsa. Nihil ibi triste, nihil iniucundum est, inquit, vbi beatus & solus potẽs est. Ad differentiam hominum dicitur, siue quia ingenitus est: quod & nos rursus de hominibus dicimus: qui solus, inquit, habet immortalitatem. Quid ergo? filius hanc non habet? nónne ipse immortalitas est?

Lucem habitat inaccessibilem. Aliud ergo lux est, aliud qui inhabitat lucem? ergo loco circunscribitur deus? Vides vt cum magnum aliquid loqui gestit, linguę deficit vsus. *Quem nemo*, inquit, *hominum vidit, neque videre potest, cui honor & imperium æternum, Amen.* Conuenienter omnino, ac necessariò hoc in loco de deo plura disseruit: quia enim ipsum adduxerat testem, plurima de testis dignitate proloquitur, vt eũ discipulus amplius reuereatur. *Ipsi*, inquit, *honor.* Hoc est, gloria, hoc solum dicere possumus, hoc solum facere: neque enim quis sit, curiosè debemus inquirere. Si igitur æternum eius imperium est, noli metuere: etsi enim modo nõ appareat, semper illi honor, semper imperium est. *Diuitibus huius seculi præcipe non altum sapere.* Aptissimè huius seculi, dixit: sunt enim & alij in futuro seculo diuites. Nihil enĩ ita supercilium attollit, nihil ita superbiam & arrogantiam gignit, vt opes: atque ideo protinus ab illis auertit, adiiciens: *Neque sperare in incerto diuitiarum.* Ex eo enim in primis arrogantia nascitur, sicut contrà qui in deum sperat, à fastu semper alienus est. Quid in eo speras, quod repentè transfertur? Id quippe diuitiæ sunt, quid in illis spem ponis, quibus confidere omnino non potes? Quo modo verò cauere superbiam poterunt? Si viderint quàm infirmæ illæ, quàm instabiles sint: si attenderint quàm omnes opes exuperet firma in deum spes, si intelligant harum etiam authorem esse deum.

Sed in deo, inquit, *viuo, qui præstat nobis omnia affluenter ad fruendum.* Pulchrè dixit, affluenter omnia, conuersationes annuas, vicèsque significans, aërem, aquam, lucem, & cætera omnia. Vides vt affluenter præstet omnia cum ineffabili copia? Si opes inquiris, illas quære, quæ permanent, quæ firmæ perdurant, quæ ex operibus bonis oriuntur. Quibus? *Benefacere*, inquit, *diuites fieri in operibus bonis, facilè tribuere, communicare.* Aliud opum, aliud charitatis est. Communicare, sociales esse, placidos, lenes intellige. *Thesaurizare sibiipsis fundamentum bonum in futurum.* Vbi nihil incertum est, vbi stabilia fundamenta sunt, nihil infirmum, sed firma omnia, inconuulsa, perpetua, fixa. *Vt apprehendant*, inquit, *æternam vitam.* Bonorum enim operum actus, vt ea perfruamur, efficere potest. *O Timothee depositum custodi.* Caue ne minuas, non enim tua, sed aliena sunt quæ seruanda accepisti, nihil imminuas. *Deuitans*, inquit, *profanas vocum nouitates, & obiectiones falsi nominis scientiæ.* Rectè omnino: vbi enim fides non est, ne scientia quidem. Quãdo aliquid propriis cogitationibus gignitur, scientia non est. Ita enim quidem seipsos tunc fore gnosticos, id est, scientes appellabant, quasi qui plus aliquid cæteris nossent. *Quam quidam profitentes circa fidem exciderunt.*

Vides vt rursus admoneat, non cum huiusmodi passim conferendas manus? *Deuitans*, inquit, *obiectiones.* Sunt igitur obiectiones, quibus neque respondẽdum est. Cur id? Quia deiiciunt à fide, neque fortiter ac firmiter stare permittunt.

Morale.

His itaque omissis, fidem teneamus, quæ petra fixa, & infracta est. Neque enim flumina, neque venti si irruant, nobis officere aliquid poterunt, supra petrã quippe inconcussi stamus: ita & in vita ista, si verum illud fundamentum elegerimus, absque vllo detrimẽto persistemus: qui illas diuitias eligit, nihil aduersi patietur: qui gratiam, qui gloriam, qui honorem, qui voluptatem illã, euadet innocuus. Omnia ibi fixa & firma sunt, nullam omnino mutationem admittentia: præsentia cuncta variãtur, & mutationi obnoxia sunt, omnia migrant atque dilabuntur. Quæris gloriam? At non descẽdet, inquit, cum eo gloria eius. Sæpe viuentes etiam deserit.

Heb.12.a

Iam.18.5

Psal.48.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

ferit. Enimuero non ea virtutis conditio est, sed immò ea durant omnia. Qui præsenti magistratu inclytus est, succedente alio fit ignobilis, vnusq; de vulgo. Qui dives, aut latronum impetu, aut potentiorum insidiis repentè fit pauper. Non ita contingit in nobis. Nam qui pudicus est, si attendat sibiipsi, nullius insidiis pudicitiā perdet. Principem qui sibiipsi dominetur, priuatum facere nemo qui possit, nemo subiicere. Nam quòd iste illo sit maior principatus, adhibito diligenti examine discres. Quid enim oro, iuuat integris gentibus dominari, si serui perturbationum sumus? Quid nocet nulli hominum principari, & si viciorum tyrannide celliores sumus? Istud summa libertas, istud imperium, istud regnum atque potestas: illa verò omnia misera seruit⁹, quantumlibet coronas innumeras quis habeat. Quando enim illi intus dominorum multitudo imperat, auaricia scilicet, ira, libido, & perturbationes reliquæ, B †viciorum Diadema quid prodest? Acriore tutior tyrannide premitur, quādo illum quò minus subditus sit, corona nequit eripere. Quemadmodum si apud Barbaros detineretur seruus quispiam rex, & illi ad maioris seruitutis indicium, neque purpuram, neq; diadema auferant, sed cū illis insignibus & aquas ferre, & coquere, & alia inferre ministeria iubeāt, ad maiorem & sui honorem, & ignominiam illius: Ita Barbaris omnibus immanius vicia ista imminent nobis. Nam qui illa cōtemnit, Barbaros quoque irridebit: qui verò succumbit, longè diriora ab his quàm à Barbaris patietur. Quippe Barbari cum prævalent viribus, concidunt corpus: hæc verò animam cruciant, & omni ex parte dilaniant. Barbarus victor temporali tradit neci, hæc autem in æternā præcipitāt mortem. Solus ergo liber est ille, qui libertatem intrinsecus habet: sicut ille seruus est, qui succumbit irrationabilibus viciis. Nullus quātumlibet dominus adeò crudelia & indigna præcipit. Incassum, inquit, & sine causa confunde animam tuā, deum offende, ignora naturam ipsam: siue pater, siue mater, omni verecundia deposita, te aduersus illos instrue: huiusmodi sunt auaricię præcepta. Immola, inquit, mihi non vitulos, sed homines. Sacrificate, ait propheta, homines, vituli enim defecerunt. Nō sic ista, sed cum adsint vituli, immola homines: macta eos qui te nihil violarunt, etiam si beneficiis affectus sis, iugula, omnibus esto aduersarius, communisq; inimicus, omnes circūueni, naturam ipsam atque deum: aurum collige non vt fruaris, sed vt serues, vt maiore cruciatu torquearis. Neque enim frui auarus potest cōgregatis, dum semper ne minuatur aurum timet, dum metuit solicitus, ne thesauri deficiant. Esto, inquit, vigil, omnes suspectos habe & seruos & amicos. Esto alienorum custos: si pauperem videas fame D deficere, caue miserearis: immò si potes, ipsam illi detrahe cutem, periura, mentire, iura, maledictis insectare, calumnias strue, etiam si in ignes eundum sit, si mille subire oporteat mortes, si fame corrumpi, si morbo consenescere, noli ab instituto resilire: nónne huiusmodi leges auaricia statuit? Esto impudens, inuerecūdus, temerarius, audax, impurus, nequam, ingratus, sensum omnē & affectū amicitiæ pone, parricida, & fera magis quàm homo esse cōtende, amaritudine serpentes omnes trāscende, rapina lupos, omnémq; feritatem magnitudine immanitatis exupera: & si ad dæmonis malignitatem peruenire opus sit, noli retrahere pedem, ignora beneficium: nónne ista & suadet, & auditur? Deus verò cōtraria præcipit: Amicus esto omnibus, sis bonus, sis modestus, & qui diligaris ab omnibus, neminē sine ratione offendas, honora parentes, opinione optima fruere, esto non homo, sed angelus, nihil inuerecundum, nihil indecens non modo nō facias, sed ne cogites quidem. Opem egentibus feras, noli rapere, ne tibi molestias aggreges, noli iniuriosus esse, atque audax: neque tamen auditur. Ergo nónne istè gehenna desquit? nōne ignis æternus, & vermis qui nunquam moritur, meritò intē- *Marc.9.g* tatur nobis? Quandiu per præcipitia nosipsos impellimus? Quousque in spinis incedimus? Quousq; nosmet clauis affigimus? atrocibúsque, quibus subiicimur tyrānis, gratias agimus, dulcémq; dominum deuitamus, qui nihil molestum dicit, nihil onerosum, nihil barbarum, aut inutile præcipit: sed vtilia omnia, multúmq; nobis lucri & emolumenti conferentia? Euigilemus tandem obsecro, & deserto crudeli & immanissimo tyranno conuertamur ad mitissimum dominum & regem nostrum: obtemperemus præceptis illius & monitis, cuius B & suaue iugū est, & onus leue: vt promissis ab eo æter- *Matth.10.d* næ vitæ bonis perfruamur, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

IN SECVNDAM AD TIMOTHEVM EPISTOLAM

homilia prima.

Paulus apostolus Iesu Christi, per voluntatem dei secundum promissionem vitæ, quæ est in Christo Iesu, Timotheo charissimo filio, gratia & misericordia & pax à deo patre, & Christo Iesu domino nostro. Gratias ago deo meo, cui seruio à progenitoribus meis in C *conscientia pura, quòd sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis nocte ac die, desiderās te videre: memor lachrymarum tuarum, vt gaudio implear: recordationem accipiens eius fidei, quæ est in te non ficta, quæ & primum habitauit in auia tua Loide, & matre tua Eunice.* Quid sibi vult, quòd secundam quoque ad Timotheum epistolam scribit? Dixerat, Spero celerius venire ad te. Frustratus ille fue- *1.Tim.3.d* rat spe & expectatione sua, consolatur eum literis, corporalis præsentiæ vice, fortasis ob hoc ipsum mœrentem, & quòd iam gubernationis subiisset onus. Quantalibet enim quisque animi virtute polleat, cum tamen clauum & ecclesiæ gubernacula suscipit, insperatis fluctibus quatitur, & variis vndique negociis æstus, penè submergitur. Quod cum semper aliàs ferè contingit, tum in ipso prædicationis initio necessariò fiebat, cum omnia essent plena periculis, cum maria vndique, & vndique cœlum cū persecutionibus & inimicitiis cuncta feruerent, cum omnia simul obsisterent, cum præterea ex Iudaicis obseruationibus hæreses inchoarent, D quas & in priore signauit epistola. Non modo autem ipsum solatur literis, verum & ad se aduocat, dicens: Festina venire ad me celeriter, & veniens affer libros, *2.Tim.4.d* maxime membranas. Videtur autem tunc scripsisse epistolam, cum esset proximus fini. Ego enim, inquit, iam *Ibidem.a* delibor. Et iterum, In priore mea defensione nullus mi- *Ibidem.c* hi adstitit. His igitur ita præmissis, ad ipsam iam epistolam veniamus. Consolatur discipulum ex tentationibus propriis dicens: *Paulus apostolus Iesu Christi per voluntatem dei, secundum repromissionem vitæ, quæ est in Christo Iesu.*

Ex ipsis statim initiis ipsius erigit animum. Noli, inquit, metuere præsentis vitæ pericula: hæc enim æternam nobis pariunt vitam, in qua nihil eiusmodi est: vbi aufugit dolor, tristicia, & gemitus. Non enim ideo, inquit, nos Apostolos fecit solum, vt periclitemur, verum etiam vt moriamur, vt talia patiamur: alioqui

proprias enumerare clades non modò nihil cõsolationis afferret, verùm mœroris adiiceret plurimum. Confestim igitur ab ipsis exordiis solatium infert, dum di-
Rom.8.c cit, *Per repromissionem vitæ quæ est in Christo Iesu*. Si autem hæc repromissio est, noli eam hîc quærere. Spes enim quæ videtur, non est spes. *Timotheo charissimo filio.* Non modò filio, sed charissimo filio: possunt enim esse filij non charissimi. At tu nequaquam talis es, inquit, quocirca te nõ modò filium, sed & charissimum filium voco. Nempe enim Galatas appellat filios, pro quibus ta-
Gala.4.c men adhuc mœret, Filioli, inquiens, mei, quos iterum parturio. Magnum verò virtutis illi, & eximiæ indolis testimonium ita illum appellãdo perhibuit. Nam cùm ea charitas à natura non proficiscitur, ex virtute omnino materiam sumit. Qui enim ex nobis nati sunt, non virtutis tantùm gratia, sed etiam ex naturæ necessitate charissimi sunt. Porrò qui ex fide sunt geniti, nullam aliam ob causam, quàm ob virtutem solam charissimi sunt. Nam vnde essent aliunde? Id'que cùm apud nos, tum apud Paulum in primis, qui nullo mortali tenebatur affectu. Ostendit igitur se non iratum discipulo, neque illum aspernatum, non odisse, cùm dicit, charissimo filio. *Gratia, misericordia, & pax à deo patre, & Christo Iesu domino nostro.* Quæ in priori epistola, hæc eadem illi in secunda imprecatur: & vide vt protinus rationem reddat, quòd non ad illum ierit, neque viderit ipsum.
1.Tim.3.d Nam antea dicendo, Dum venio, & festino ad te venire celeriter, vt mox affuturam illius præsentiam sperare effecerat. Ad hoc ergo antè respondet, neque tamen continuò causam cur non venerit dicit, vti ne illum maiori dolore conficeret. Erat autẽ illa, quòd vinctus detineretur à Cæsare. Cæterùm illam prope finem apposuit, cùm illum ad se accersiret, tuncq; quid erga se ageretur, apertius posuit: sed in initio statim, nihil triste proposuit, verum spem dedit, fore vt ab ipso videre-
2.Tim.4.d tur, dicens: Desidero te videre: & iterum, Festina venire ad me celeriter. Mox igitur illum exordiens in spem erigit, ac tum cætera cum laude prosequitur. *Gratias*, inquit, *ago deo, cui seruio à progenitoribus in conscientia munda, quòd indeficientem memoriam tui habeo, in obsecrationibus meis, nocte ac die desiderans te videre: memor lachrymarum tuarum, vt gaudio implear.* Gratias, inquit, ago deo, quòd memor tui sum, ita te diligo. Hoc enim excellentissimæ charitatis indicium est, cùm quis ex amicicia ornari se putat. Itaque deo gratias ago, inquit, cui seruio. Quo modo? *In conscientia munda à progenitoribus.* Nihil enim habebat noxium, nihil subdolum ipsius conscientia: & aliter hoc in loco de vitæ munditia dixisse intelligi potest. Vbique enim conscientiam vitam dicere illi moris est, siue hoc dicit, quòd nihil ex his quæ concupiui bonis, causa nulla humana impulsus, prodidi, ne tum quidem quando persequebar ecclesiam. Idcirco enim ait: Sed
1.Tim.1.c misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate mea: ac si dicat, noli eam rem †maliciam] arbitrari. Perquam sanè rationabiliter suum commendat institutum, vt fidem faciat excellentiæ charitatis, nihilque sibi mentiri persuadeat, quasi aliud loquatur, aliud in corde habeat. Quippe vt in Actibus apostolorum legitur, & sæpe seipsum laudare compulsus, cùm illum vt seditionis, nouarúmque rerum authorem insi-
Actor.22.d mularent, dicens: Et ait Ananias ad me, Deus patrum nostrorum præordinauit te scire voluntatem suam, & videre iustum, & audire vocem ex ore eius, quoniam testis illi eris ad omnes homines, eorum quæ vidisti & audisti. Ita fermè & hîc, ne putaretur alienus ab amoris

†adulationem.

A gratia, conscientiæq; munditia, oblitúsq; discipuli, meritò seipsum laudat ac dicit: Quòd indeficientem tui memoriam habeo: neque id simpliciter, sed in obsecrationibus meis: hoc est, per omne tempus, iugiter, nocte ac die. Quocirca orabam deum cupiens te videre. Vides immensum feruoris affectum? vidisti dilectionis insaniam? vidisti humilitatis magnitudinem, per quam se discipulo purgat, rationẽmque cur non venerit, affert? quæ quàm sit plena rationis, etiam suprà monstrauerat, sed & in consequentibus indicat, dicens: *Memor lachrymarum tuarum.* Fieri enim potuit, vt gratus discipulus à magistro separatus fieret, ac lamentaretur non secus quàm infans distractus ab vberibus matris, atque lactis alimonia destitutus. *Vt*, inquit, *gaudio implear, desidero te videre.* Nunquam itaq; meipsum tanta voluptate sponB tè priuassem, etiam si vehementer absque sensu, crudelisque ac immanis essem, lachrymæ illæ tuæ, cum redirent in memoriam, flectere eiusmodi rigorem potuissent, atque in mansuetudinem, lenitatémque conuertere. At non huiusmodi sum, sed seruio deo purè, atque ideo multa me ad te necessariò pertrahũt. An verò adhuc persistit in fletu? & aliam apponit causam, ipsamq; plenam consolationis. *Reminiscens*, inquit, *fidei quæ in te est sine simulatione.* Deinde & aliam adiecit laudem, quòd scilicet non ex gentilibus, neque infidelibus, sed ex ea esset domo, quæ dudum Christo seruisset. *Quæ*, inquit, *inhabitauit in auia tua Loide, & matre tua Eunica.* Erat enim, ait, filius mulieris Iudææ fidelis. Quo pacto? Ex Iudæis illa fidelis erat, non ex gentilibus. Nam de patre eius quòd gentilis fuerit, scribitur: ac propter Iudæos, qui in illis locis erant, assumens circuncidit eum. Vides vt iam tunc lex cœperit solui, cùm huiusmodi contra illius veC titum commixtio fieret? Vide quàm multa congessit. Ego, inquit, seruio deo, bonamq; habeo conscientiam, & tu lachrymas: non autem te lachrymarum causa diligo tantùm, sed & propter fidem: †es enim amator verus,]nihilq; doli in te est. Cùm igitur & tu te talem præstes, qui diligi merearis, atque adeò ad pietatem pronus, tanquam fidelis discipulus Christi: cúmque & ipse non inclemens, & absque affectu sim, sed deo in veritate seruire studeam, quid me venire ad te prohibere potuisset? *Confido autem*, inquit, *quòd & in te.* Habes, inquit, hæreditarium, & à maioribus fidei bonum, accepisti ab eis pius hæres fidem absque simulatione. Maiorũ quippe merita, cùm eorum studuerimus esse participes, nostra etiam sunt: sin verò ab illis aberrauerimus, non modò nihil ornamenti, sed dedecoris ac damnationis plurimum ex illis acquirimus. Idcirco subiunxit: Confido autem quòd & in te. Non, inquit, coniicio: sed, cõfido, D certúsque sum. Si igitur te ad hoc, humanum nihil adduxit, nihil te immutare poterit. *Ob quam causam admoneo te, vt excites gratiam dei, quæ in te est per impositionem manuum mearum.* Ostendit ex his profectò, magna illum doloris mœrorisque vi detineri. Non igitur, inquit, existimes, quòd te despexerim, cęterum scias apertius, me tui obliuisci nequiuisse. Et si alium neminem, at animam, matrémque considera. Idcirco quoniam fidem tuam integerrimam non ignoro, alacritate tibi opus, vt excuscites gratiam dei. Quemadmodum ignis indiget lignis: ita & gratia alacritate nostra opus habet, vt feruere perpetuò possit. *Admoneo te, vt excites gratiam dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum.* Hoc est, gratiam spiritus, quã accepisti ad ecclesiæ institutionem, ad perpetranda miracula ad omne religionis obsequium: quippe hanc vel extinguere, vel excitare in nobis est. Idcirco & alibi ait:

†quoniam tu veritatẽ operaris.

1.Thes.5.d Spiritum nolite extinguere. Is enim angore animi, & negligentia extinguitur: vigilantia verò & intentione ſuſcitatur. Ineſt quidem intra te, cæterum tu vehementiorem illum efficere ſtude: hoc eſt, maiorem indies aſſume confidentiam, ampliorique gaudio & exultatione perfundere. Perſiſte viriliter. *Neque enim dedit nobis deus formidinis ſpiritum, ſed fortitudinis, charitatis, ac ſobrietatis:* Id eſt, idcirco accipimus ſpiritum, nō vt pauidi ſimus, aut contrahamur metu, ſed vt celſiores per virtutem, conſcientiámque euadamus. Plurimis quippe dat formidinis ſpiritum, vt in regum voluminibus legimus. Et cecidit ſuper eos, inquit, ſpiritus formidinis: hoc eſt, metum illis incuſſit: ſed tibi contrà penitus charitatis in ſe ſpiritum dedit: & hoc gratiæ eſt, [non autem ſimpliciter gratiæ] ſed cùm nos quoque ſtudia voluntatis oſtendimus. Qui enim clamare nos facit, Abba pater, ipſe quoque amoris ſui nobis largitur affectum, charitatémque cum proximis inſerit. Vt diligamus inuicem, inquit. Quippe ex virtute, abiectioneque formidinis, charitas prouenit. Nihil enim fermè ita charitatem ſoluere conſueuit, vt formido, & proditionis opinio. Neque enim, inquit, dedit nobis deus ſpiritum formidinis, ſed virtutis & charitatis, ac ſobrietatis. Sobrietatem, ſiue ſanitatem mentis atque animæ dicit, ſiue per quam ipſi reſipiſcimus, cùm quid aduerſi contingit, quod & caſtiget nos, & noſtra ſuperflua amputet.

Exod.15.b

Ioan.13.d & 1.Thes. 4.c

Morale. Non itaque in his quæ contingunt triſtia, feramus grauiter: quippe illa noſtra eruditio ſunt. Ne feſtines, inquit, in tempore inductionis. Complures enim domi habent, quæ ferant triſtia. Accedamus doloris ſocij, miſerationis affectu. Non ſunt caſus omnes cōmunes omnibus, cæterū alius ex vxore, alius ex filio, ex ſeruo alius, alius ex amico, alius ex inimico, alius ex vicino, alius ex quouis detrimento cauſam mœroris ducit. Plurimæq; ſunt doloris cauſæ, atque differentes, prorſusq; neminem inuenies triſticiæ ac doloris exortem, etſi alius magis, minúſque alius doleat: non itaque feramus grauiter, neque nos tantummodo triſtia pati arbitremur. Neque enim fas eſt, vt homo qui ſit: mortalémq; hanc agat vitam, doloris angoriſq; ſit expers. Sed niſi hodie, cras ſe ingeret mœſticiæ cauſa: quòd ſi non cras, poſtea certè mœſticia. Quemadmodum denique fieri non poteſt, vt qui nauigant, abſque cura ſint: ita & qui vitam hanc fragilem viuunt, abſque ſolicitudinis angore eſſe non poſſunt. Nam ſiue quiſpiam dives ſit, plurimæ illi mœſticiæ occaſiones cauſæq; non deſunt: ſiue rex, curis deſtinatur innumeris. Neque enim vel illi omnia ex ſententia proueniunt, ſed plurima quæ minimè velit, perpeti cogitur. Ille verò in primis eſt, qui contra voluntatem ſuam gerit omnia, habetq; qui accipere parati ſunt quæq; illius ſunt. Conſidera deniq; quanta illi ſuppetat mœroris cauſa, cùm velit quidpiam, neq; agere valeat, ſiue metus obſiſtat, ſiue ſuſpicio, ſiue hoſtes, item ſiue amici impedimento ſint. Sæpe item etiam cùm aliquid agere nititur, pro voto; ſuccedit: omnem tamen actus illius voluptatem obſcurat aduerſantiū multitudo. At vel illos fortaſſe putas mœroris exortes, qui vitam curis ac negociis vacuam elegerunt? Minus quidē illi quàm reliqui perturbantur, non tamen penitus vacare poſſunt, ſicuti immortalem eſſe hominem poſſibile non eſt. Quantum verò moleſtiarum, hi qui ſeculo addicti ſunt, perpeti cogantur, quis explicet? Soli profectò id nouerunt qui patiuntur. Quàm multi ſæpe inter illas opes, atque [diuitias] mori optauerunt: neque enim vel ipſę deliciæ mœrore penitus vacant, immò & innumeras quotidie doloris, morborum ac mœſticiæ occaſiones gignunt. Nam cùm animus in huiuſmodi tranſierit habitum, etiamſi nulla cauſa ſubſiſtat, conſueuit doloribus affici. Aiunt denique & medici, ex diſpoſitione ſtomachi dolores intempeſtiuos gigni. An verò id non apud nos quoq; cōtingit, cùm dolemus, neq; vllam materiam doloris aſpicimus? Neminem itaque prorſus inuenies dolore ac mœſticia vacantem. Quòd ſi qui minorem habere videntur doloris cauſam quàm nos: ita enim quiſque arbitratur, magisq; incommodis noſtris, quàm alienis afficimur: quemadmodum enim hi, quibus pars aliqua corporis dolet, putant ſe plus dolere, quàm proximos: & qui oculum dolet, nullum putat ſibi æquari poſſe dolorem. Rurſus qui ſtomachi languore tenetur, illum putat dolores omnes excedere. Singulique quibus detinentur incommodis, omnia vi ſuæ magnitudinis tranſcendere exiſtimant. Ita & in angore animi ac mœſticia cōtingit, vt quo quiſque premitur, eum putet cæteros ſua acerbitate ſuperare, quippe qui hoc ſuo experimento diiudicat. Sicuti qui filios nō habet, nihil ea infœcunditate putat eſſe moleſtius: & qui inter paupertatis anguſtias filiis angitur, nihil æquè atque eam liberorum multitudinem execratur. Et qui item vnum habet filium, hoc plenum doloris exiſtimat, cùm ille hinc & negligentior fiat, & patrem ſummo in mœrore conſtituat: quippe qui, quia illi vnicus chariſſimus ſit, neque patiatur conuerti ad meliorē frugem. Qui item habet vxorem eximiæ pulchritudinis, nihil ea re putat eſſe deterius, cùm ea pulchritudo ſuſpicioni atque inſidiis maximè prębeat locum. Et qui deformi coniungitur, pari ratione vexatur, putátque eam rem eſſe molęſtiſſimam: [†]ſin rex quiſque ac priuatus, nihil ea vita inutilius ſuſpicatur aut viliùs. Miles nihil militia laborioſius, nihil periculoſius putat: meliúſque arbitratur pane tantùm, & aqua in cibum vti, quàm tantas perferre moleſtias. *Qui in principatu eſt conſtitutus, nihil eſſe durius autumat, quàm aliorum neceſſitates curare.* Qui verò ſubditus perſiſtit, nihil indignius cenſet, nihil abiectius, quàm alienæ ditioni ſubiici. Qui vxorem duxit, nihil vxoria cura dicit eſſe moleſtius. Qui nō duxit, nihil liberali viro ducit indignius, quàm vxoris carere ſolatio, familia, quietéque deſtitui. Negociator agricolam, quòd in tuto res illius ſit, beatum prędicat: ille hunc è contra, opum gratia fœliciſſimum putat. Prorſus verò perdifficile hominum genus vbi acquieſcat, inueniet, cùm ſemper ad quærimonias, indignationeſque ſit pronum. Quando omnes homines ſimul reprehendit quis, tunc dicit, nihil eſt homo, in vtroque ſcilicet ſexu, niſi animal infœlix, laboribus & ęrumnis expoſitum. Complures ſæpe ſenectutem admirantur, alij è contrà iuuentutem laudibus efferunt, ita ne in ipſis quidem ętatibus deeſt mœroris occaſio. Nam cùm ætatis gratia, [†]in culmine nos videmus poſitos, ſenes tunc eſſe mallemus: quum verò iam canis caput aſpergitur, inueniles ſuſpiramus annos, innumeræq; ſe doloris cauſæ vndique ingerunt. Vna igitur & ſola via eſt hanc inæqualitatē euadendi, ea ſcilicet, quæ ad virtutem ducit: quanquam ne ipſa quidem triſticia vacet, ſed quæ vtilis ſit, & lucra vtilitatémque parturiat. Nam ſi qui poſt peccatum triſticia, ac dolore cōpunctus, ſcelerum diluit ſordes, ſalubriter profectò triſtatus eſt. Si quis item lapſo fratri condoluit, ingenti item mercede dōnatur. Quippe illorum dolere vicem, qui calamitatum premuntur anguſtiis, magnā nobis apud deum fiduciam parit. Andi quāta de illo viro beato Iob *diuina* ſcriptura

†qui priuatus, vinit:

†contemni nos videmur,

†delicias

scriptura studioſè recenſeat. Audi denique quid Paulus dicat: Flere cum flentibus, & humilibus conſentientes. Solet enim ſocietas eorum, qui mœroris noſtri participes ſunt, doloris maximam partem auferre. Quemadmodum enim cùm qui ferendo oneri accedit ſocius, cum qui ſolus ferebat, leuiaſſe dicitur: ita & in aliis omnibus huiuſmodi ſocietas, ex miſeratione profecta, vim maximam alleuiationis habet. At verò nunc peruerſo ordine, ſi quis ex propinquis noſtris defunctus fuerit, plurimi aſſident, vt conſolentur lugentes, lapſumq; aſinum ſæpe erigimus: †amicorum verò noſtrorum lapſas animas plus quàm aſinum ſpernimus, atque negligimus. Neque ſi quem fœdè cauponã ingredi cernimus, rugamus frontem: neque ſi viderimus ebrietati ſtudentem, prohibemus, neque ſi quid aliud turpiter agentem, coërcemus, ſed cooperamur in omnibus. Idcirco ſanè Paulus ait: †Non ſolùm qui iſta faciunt, ſed & qui B conſentiũt facientibus. Societates item potus & ebrietatis ineunt plurimi. Conuerte homo ad præſtantiora id ſtudium, ponendæq; ebrietatis ini potius fœdera. Ad eos qui vincti ſunt, & qui variis premuntur anguſtiis, humanitatis ſtudia transfer. Eiuſmodi quiddam etiam Corinthiis imperat Paulus: Ne cùm venero, inquit, tunc collectæ fiant. At nunc pro ebrietate, laſciuia, atque deliciis cuncta molimur, omnia agimus, dũmque his fruamur, & communem lectum, & menſam communem, commune vinum, ſumptúmque patimur habere communem: vt autem eleemoſynam faciamus, in commune iſta conferre detrectamus. Huiuſmodi nempe amica, gratáque communio ſub apoſtolis erat, quando omnes in medium facultates conferebant. Et quidem non omnia, ſed partem aliquam conferri iubeo. Quodcunque enim cuique placuerit, ac definierit, per C vnam ſabbatorum, pro ſeptem omnibus diebus in medium inferat ac deponat. Etiam ita eleemoſynam det, ſiue parum, ſiue multùm. Nõ apparebis enim, inquit, coram deo vacuus. Iudæis iſta dicebantur, quantò magis nobis? Idcirco nempe pauperes ante fores adſtant, vt nemo vacuus ingrediatur, vt miſericordia comite ſecurus introëat. Intras vt miſericordiam conſequaris, prior ipſe miſerere: qui autem poſterior venit, amplius debet. Nam cùm cœpimus nos, ſecundus amplius ponit. Fac tibi debitorem deum, & ita demum illum exige. Fœnerare primò, tunc repete, vt cum vſura recipias. Vult ſanè ita deus, nec fœnus ſoluere renuit. Si cum eleemoſyna poſtules, gratias agit: ſi cum eleemoſyna repetas, fœneraris vſuras, quæ accipis. Ita obſecro faciamus. Nõ ſola ac ſimplici extenſione manuum exaudimur. Expande manus tuas, non in cœlum modò, verùm ad pauperum manus: ſi ad pauperum manus extendas manum, ipſum cœli cardinem attigiſti. Nam qui illic ſedet, eleemoſynam accipit: quòd ſi ſteriles manus extendas, nihil penitus proficis. Dic enim quæſo, ſi accedens ad te rex purpuratus aliquid peteret, nónne promptè & alacriter omnia dares? Non ergo in extenſione manuum, neque in verborum multitudine, ſed in operis exhibitione nos exaudiri meminerimus. Audi nanq; quid propheta dicat: Si extẽderitis manus veſtras, auertam aculos meos à vobis: & ſi multiplicaueritis preces, non exaudiam. Tacere quippe illi conuenit, neque in cœlum aciem intendere, qui miſericordia indiget. Sed enim, quid ait ſcriptura? Iudicate pupillo, & humili, & iuſtificate viduam, & diſcite bonum facere. Ita exaudiri merebimur, quantũlibet manus infrà habeamus, etſi nihil loquamur, nihilque poſtulemus. Iſta ergo imitari, hęc æmulari ſtudeamus, vt promiſſis bonis frui mereamur, in Christo Ieſu domino noſtro, cum quo eſt patri, & ſpiritui ſancto gloria, imperium, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Rom.12.c

†ſtatum

Rom.1.d †Non ſolũ ea facimus, verũ etiam aſſentiũr iis qui faciunt.

1.Cor.16.a

Exod.23.b & 34.c Deut.16.d

Eſaiæ 1.d

Pſal.81.a

Homilia ſecunda.

NOli ergo erubeſcere teſtimonium domini noſtri, neque me vinctum ipſius: ſed collabora euangelio ſecundum virtutem dei qui ſaluauit nos, & vocauit vocatione ſua ſancta: non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum propoſitum ſuum, & gratiam quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu, ante tempora ſecularia: manifeſtata eſt autem nunc per apparitionẽ domini noſtri Ieſu Chriſti. Nihil eſſe deterius poteſt, quàm velle diuinas res humana ratione diſcernere, atque metiri. Ita enim ex fidei fundamento quiſq; decidit, & longo errore iactatur vagus, atque à luce deſeritur. Si enim qui ſolis radios corporeis cupit haurire luminibus, non modò quod quærit, non efficiet, neque quod inſtituit, peraget: verùm ipſo quoq; quo viget, priuabitur lumine, innumeraq; ſuſtinebit incommoda: multò ſanè magis, qui in æternam illam lucem defigere obtutus quærit, eamq; rationibus conſequi mortalibus, hoc patietur. Denique ſi Marcionem & Manetem, & Valentinũ, & cæteros qui impias hæreſes, pernicioſaq; dogmata eccleſiæ dei inuexerunt, conſideres humanis rationibus diuina metitos: ita demum diuinæ incarnationis, diſpenſationisq; myſterium erubuiſſe comperies. Et certè illa in ſe nihil habet quod erubeſcendum ſit, verùm potius ob quod gloriandũ. Nam vt de cruce Chriſti loquar, quid eſt, quæſo, quod illius clementiam cõmendare excellẽtius poſſit? Nempe enim neq; cœlum, neque mare, neque terra, neque rerum omniũ creatio, neque aliud omnino aliquid, ita vt crux illa venerabilis, diuinæ bonitatis magnitudinem prædicat. Quocirca Paulus quoq; in ipſa gloriatur, dicens: Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. Sed enim animales quique, & qui deo nihil amplius, quàm hominibus tribuũt, decidunt, & erubeſcunt. Idcirco iamdudum admonet diſcipulum, ac per illum omnes: Noli, inquiens, erubeſcere, quòd crucifixum prædicas: hoc enim teſtimonium eſt, mors ſcilicet Chriſti. Nam iſta quidem ſi per ſe cogitentur, mors, carceres, vincula, confuſione ac probro digna ſunt: cæterùm ſi quis appoſita cauſa, diſcuſſoq; myſterio ſingula decenter edoceat, pleniſſima gloriæ, diuinæq; honeſtatis cauſa cognoſcet. Mors enim illa pereuntem ſeruauit orbem, mors illa cœleſtibus terrena coniunxit, mors illa diaboli profligauit tyrannidem, hominẽſque angelos ac dei filios fecit. Mors illa mortalitatis noſtræ naturã ad ſolium cœleſte ac regale proD uexit. Vincula iſta ſoluerunt plurimos, & ad fidei gratiam conuerterunt. *Noli igitur*, inquit, *erubeſcere teſtimonium domini noſtri, neque me vinctum eius, ſed †collabora euangelio.* Hoc eſt, etſi ipſe patiaris eadem, noli erubeſcere. Nam quòd hoc ſignificare voluerit, etiam ex ſuperioribus conſtat, cùm dicit: Dedit nobis deus ſpiritum virtutis, & charitatis, & ſobrietatis. Ex cõſequentibus quoque id liquet. Sed collabora, inquit, hoc eſt, non modò noli erubeſcere, ſed ea ipſa perpeti non erubeſcas. Neque ait, noli metuere, neque formides: ſed maiore illum virtute corroborãs. Noli, inquit, erubeſcere. Nihil quippe periculi ſupereſt, ſi ruborem quis, confuſionẽmque calcauerit. Ea enim tantùm oneroſa eſt. Noli ergo erubeſcere, ſiquidẽ ego qui mortuos ſuſcito, qui innumeris ſignis illuſtris ſum, qui orbem totum excurro, nunc vinctus ſum: neq; enim quaſi malè operans vincior, ſed

†συνγκακοπάθησον τῷ θείῳ γελίῳ. i. ſimul afflige re cũ euangelio.

Galat.6.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

crucifixi gratia his vinculis astringor. Si crucem non erubuit dominus meus, ego hęc vincula erubescere debeo? Et congruè sanè, cùm illum hortaretur non erubescere, primùm illum crucis admonuit, ac si diceret: Si crucem, si vincula non erubuit dominus ac magister noster, quantò minus nos vincula debemus erubescere? Qui enim, quæ ille sustinuit, erubescit: ipsum quoque erubescit, qui cruci affixus est. Ego, inquit, per meipsum hæc vincula fero. Nihil itaq; patiaris humanum, sed eisdem passionibus socius accede, collabora euangelio, [non tamen tanquam euangelium ipsum laboret, afflictionémq; patiatur. *Secundum virtutem dei, quæ saluauit nos, & vocauit vocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, & gratiam quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia.* Quia videbatur onerosum quod dixerat, collabora, rursus ipsum consolatur. Non enim virtute tua, inquit, sed virtute dei ista toleras. Tuum quippe est eligere, & proposito ostendere alacritatem. Deinde etiam virtutis eius argumenta subiungit. Quo modo saluus factus es, inquit, quo modo vocatus es? *1 Thes.3.b* Sicut & alio in loco ait: Secundum operationem eius, quæ operatur in nobis. Ideo maioris virtutis erat persuadere orbem totum, quàm cœlum facere. Quo modo vocatus est, inquit? vocatione sancta: hoc est, sanctos effecit, qui peccatores & inimici eramus, & hoc non ex nobis, sed ex diuino munere est. Si igitur ille & potens est vocando, & bonus, idq; per gratiam, non ex debito *Roma.5.b* faciendo, nihil est cur metuamus. Qui enim nos, cùm perditi, inimiciq; essemus, saluos per gratiam fecit: multò magis cùm operantes viderit, cooperator accedit. *Non secundum opera nostra*, inquit, *sed secundum propositũ suum.* Nemine cogente, neminęque consulente, sed ex proposito suo, sola vi suæ bonitatis impulsus, saluos nos fecit. *Secundum propositum suum*, inquit, *& gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia.* Hoc est absque vllo principio, sempiternè in Christo ista præfixa erant vt fierent. Non autem & hoc parum est, deum salutem nostram à principio voluisse. Non igitur vlla ex pœnitentia, & ex hoc filius quoque indicatur æternus, & ipse enim hæc sempiterne cum patre disposuit. *Manifestatam verò nunc*, inquit, *per apparitionem saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam, & immortalitatem per euangelium.* Vidisti potentiæ magnitudinem? vidisti muneris largitatem? Non per effectum operum, sed per euangelium: spei autem hæc sunt. Nam in corpore quidem suo hæc vtraque contigere, in nostro autem per euangelium fient. *In quo positus sum ego prædicator, & apostolus, & doctor gentium.* Quæ nam verò ratio est, cùm seipsum iugiter gentium magistrum vocet? Persuadere quippe vult, gentes quoque in hæreditatem dei esse vocatas, quarum se magistrum assiduè appellat, atque ideo à consortio fidei non repellendas. Noli, inquit, in passionibus meis lassescere animo, deiectum est omne robur mortis, neruique illius decisi omnes sunt. Non quasi malè operans ista perpetior, sed quia doctorem me profiteor gentium. Simul & fidem sermoni facit. *Propter quam*, inquit, *causam & ista patior, sed non confundor. Scio enim cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meum seruare in illum diem.* Sed non confundor, inquit: nam quæso num erubescenda sunt vincula? Num passiones ipse confusioni sunt? noli ergo erubescere. Vide vt ex operibus ipsis magisterium doceat. Ista patior, inquit, in carcerem mittor, exagitor, affligor, expellor. *Scio enim cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem.*

A Quid est, oro depositum? Fides atque prædicatio. Hoc ipsum qui deposuit, inquit, integrum, inuiolatumq; seruabit. Omnia patior, vti ne huiusce thesaurus expiletur. Nullo super his rubore suffundor, dum fides seruetur inuiolabilis. Siue fideles ipsos depositũ dicit, quod apud se deus ipse deposuit, aut certè quod ipse apud deum. Et nunc enim inquit, Ecce commendo vos domino: hoc est, nihil vobis ista nocebunt, sed conferent plurimum. Eius profectò depositi fructum Timotheus ostendit. Vides vt mala, pressuráque non sentiat, ob discipulorum spem? Eiusmodi doctorem esse con- Morale.
uenit, atque ita discipulorum profectum cautè curare, eos arbitrari sibi esse omnia. Nunc, inquit, viuimus, si *1.Thess.3.c*
vos statis in domino: & rursus, Quæ est enim spes no- *Ibid.2.d*
stra, & gaudium, & corona gloriæ? nónne vos ante dominum nostrum Iesum? †Intuere quàm accuratè circa *†Videsq̃ sit*
B ista solicitum non minus quàm erga charissimos quos- *circa ista so*
que discipulos. ¶ Oportet enim naturales patres affectu *licitus? non*
ac dilectione transcendere, sed & spirituales filios non *minus soli-*
segnius affici, quàm illi sibi necesse est. Obedite enim, *citè res cu-*
inquit, præpositis vestris, & subditi estote illis, scien- *rat discipu-*
tes quoniam ipsi vigilant pro animabus vestris quasi *lorũ, quàm*
rationem reddituri. Nam dic oro, ipse tanto periculo *domestico-*
tui gratia subditus est, tu illi obtemperare detrectes in *rum.*
his, quæ tibi vtilia sunt? Etsi enim ille sua omnia ritè *Heb.13.c*
disponat, quandiu tu minus rectè vales, angoris vacuus esse non potest, cùm duplex ab eo ratio sit exigenda. Iam verò considera, quantum periculi sit, per singulos subditorum discuti, rationémque pro omnibus reddere. Quantum vis illi honoris impendas, quantumlibet obsequij deferas, nihil his periculis referre par poteris. Nam etsi animam ponas, ipse hoc pro te iugiter
C facit: †etsi id minus hac in vita facit, quòd persecutio- *†quod si nõ*
nis non adsit tempus, eam tamen periculo æternæ mor- *facit in hoc*
tis exponit. ¶ Tu contrà, neque ad verba vsque illi subii- *seculo, quũ*
ci vis. Hoc nempe est malorum omnium causa, quòd *tempus po-*
rectorum authoritas periit, nulla illis reuerentia habe- *situlat, per-*
tur, nullus honor, nullus metus. Obaudite, inquit, præ- *dit ipsam?*
positis vestris, & subditi estote illis. At nunc peruersa *futuro.*
& confusa sunt omnia. Neque istud prępositorum gratia dico. Quid enim illi de nostro honore lucrantur, nisi inquantum obtemperantes habebunt, idque pro vtilitate nostra? Hi enim licet honorentur, nihil ex eo honore in futurum lucrantur, maiorémque damnationem inde suscipiunt. Etsi patiantur iniurias, nihil ex eis detrimenti in futurum acquirunt: immò & meritorum illis accedit cumulus, atque defensio. Nostri
D denique causa cuncta illi faciunt. Nam siue honorantur à subditis, & hoc illis fieri iubet, quemadmodum dicebat Heli: Assumpsi te de domo patris tui: Siue iniuriis *1.Reg.2.c*
afficiantur, hoc in se deus ipse perpetitur, sicut ad Samuelem ait: Non te spreuerunt, sed me. Itaque illis contumelia lucrum, honor verò onus est: non ergo hæc illorum gratia, sed vestri causa dico. Qui honorat sacerdotem, deum quoq; honorat: qui verò sacerdotẽ spernit, ad id sensim prolabitur, vt in deum ipsum aliquando contumelioſus euadat. Qui vos, inquit, suscipit, me *Mat.10.d*
suscipit. Et sacerdotes, ait, eius in honore habete. Hinc Iudæi deum aspernere didicerunt, quia Mosen cõtem- *Num.16.f*
pnere, quia lapidibus illum impetebant. Nam qui pié sacerdoti afficitur, longè maiore pietate deum reuerebitur. Etsi enim malus fuerit sacerdos quispiam, attendit deus, quòd sui gratia illũ etiam, qui dignus honore non est, obsequiis foues, ipseq; tibi præmia exoluet. Si enim *Mat.10.d*
qui prophetã in nomine prophetæ suscipit, mercedem

prophetæ

prophetæ accipiet: profectò & qui cedit,& obtemperat sacerdoti, mercede sua non destituetur. Nam si vbi de hospitalitate agitur tantùm, vbi quem susc ipis ignoras, tantum præmiorum accipis: si ei subiiciaris, cui imperat deus, non multò magis mercede donaberis? Super cathedram, inquit, Mosi sederunt Scribæ & Pharisæi: omnia ergo quæcunque dixerint vobis facere, facite, secundum autem opera eorum ne faciatis. An ignoras quid sit sacerdos? Angelus vtique domini est. Non ex seipso loquitur: si despicis, non illum despicis, sed deum qui illum ordinauit. Sed vnde, inquies, constat deum fuisse illius ordinationis authorem? Nempe nisi tu hanc habeas opinionem, spes tua inanis facta est. Nam si nihil per illum operatur deus, neque lauacrum habes, neque mysteriorum particeps es, neque benedictionibus frueris. Non ergo Christianus es. Quid ergo? deus omnes ordinat, etiam indignos? Non omnes quidem ille ordinat, per omnes tamen ipse operatur, salutem populi moliens, non illorum intuens merita. Nam si per Asinæ os, si per Balaam scelestum hominem, populi causa locutus est: multò magis loquitur per sacerdotem, plebis suæ gratia. Quid enim non agit deus, salutis nostræ causa? quid non loquitur? per quem non operatur? Si enim per Iudam operatus est, & per prophetas, quibus dicturus est: Non noui vos, discedite à me qui operamini iniquitatem: perq; illos qui dæmones in nomine suo eiecerunt: non magis per sacerdotes diuino ministerio famulantes operabitur? Nanque si præpositorum vitas discutere pergimus, ipsi doctores nostros ordinare cõtendimus, peruersoq; ordine naturali, quæ suprà sunt, infrà esse volumus, vt superius pedes, inferius verò sit caput. Audi quid Paulus dicat: Mihi autẽ pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die: & iterum, Tu quid iudicas fratrem tuum? Si fratrem iudicare nõ expedit, quantò minus magistrum? Nam si quidem hoc statuit deus, bene facis, peccasq; ni facias: sin verò contraria præcipit, noli præsumere, neque ea coneris quæ super te sunt. Insurrexerunt aduersus Aaron, post vituli formatam effigiem Chore, Datan, & Abyron. Quid ergo? Nonne illi periêre? Quilibet, quæ ad se pertinent, solicitè curet. Nam si quidẽ fidei dogma peruertat, etiã si angelus sit, obaudire noli: sin verò recta docet, noli vitæ, sed verbis intendere. Habes Paulũ verbis te operibusq; moderantem. Nõ distribuit pauperibus, inquies, non bene dispensat ecclesiæ res. Vnde tibi id cõstat? Noli illum culpare, antequam discas. Reatum caue. Plurima quippe ex simplici suspicione iudicantur. Imitare deum tuum, audi ipsum dicentem: Descendens videbo, si secundum clamorem suum cõsummantur: sin autem, vt sciam. Quod etsi didicisti, & examinasti, & vidisti, iudicem sustine. Noli præripere Christi iudicis ordinem: illius est munus ista discutere, non tuum. Tu seruus vltimus, non dominus es. Ouis ipse es, Pastorẽ noli curiosè discutere, ne eius quoque criminis reus tenearis, quòd illũ accusare præsumis. Et quo modo, inquies, id mihi dicit, quod ipse non facit? Non tibi ipse dicit: nam si illi obtemperas, mercede priuaris: Christus hæc admonet. Plus aliquid dicam, ne Paulo quidem obedire oportet, si quid dixerit proprium, si quid humanum, sed apostolo Christum in se loquentem circunferenti. Non igitur aliena iudicemus, sua quisque discutiat, vitámque diiudicet suam. At debet ille, inquies, melior esse quàm ego. Cur obsecro? Quia sacerdos est. Et quid non habet ille amplius, quàm tu? Non labores, non angores, non ærumnas? Debet esse te melior? Quid ergo?

Matt.23.a

Sacerdos est angelus domini.

Num.22.c

Psal.6.b & Matt.7.d

1.Cor.4.a

Roma.14.a

Num.16.a

Gene.18.c

A Nisi sit melior, teipsum perdis ac perimis? Sunt verba ista plena arrogantiæ. Vnde enim nosti illum te non esse meliorem? Furatur, inquies, & sacrilegus est. Vnde hoc nosti ô homo? cur teipsum per præcipitia impellis? Nempe si quis dixerit, ille purpuram habet, quanuis id scias, aurem obruis: etsi arguere possis, protinus resilis, tèque scire dissimulas, nolens gratis subire periculum. Quid ergo hoc in loco periculum minimè necessariũ suscipis? Non carent reatu hæc verba. Audi quid dixerit Christus: Dico autem vobis, quòd omne verbum ociosum quodcunq; loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Cur teipsum quouis arbitraris esse meliorem? Cur non ingemiscis magis, ac pectus tundis, atque in humum respicis, imitando fœlicem publicanum? Etsi enim melior sis, hac fœda existimatione tua cuncta perdidisti. Melior es, tace, vt persistas esse melior: quòd si loquaris, omnia exinanisti. Si te putas esse, desisti: si non putas, multùm sanè profecisti. Si enim qui peccator aduenerat, vbi confessus est, iustificatus descendere meruit: qui peccator non est, & esse se putat, quid oro non lucrabitur? quantûm ex ea humilitate suis adiiciet commodis? Vitam tuam diligentius discute. Fur non es, at rapis, at violas, at innumera huiusmodi perpetras: neque id vt furtum probem, dixerim, Absit: immò illud valde execror, & eum, qui est huiusmodi defleo: nam dici non potest, quàm sit sacrilegium malum. Sed vobis parco. Nolo enim virtutem vestram alios accusando minuere. Quid oro publicano deterius? At quum esset innumeris peccatis obnoxius, phariſæúsque id solùm diceret, Non sum sicut publicanus iste, omnia perdidit: tu de sacerdote dicis, nõ sum sicut iste sacrilegus, & non omnia prorsus amittes? C Ista necessariò dicere, ac plurimis verbis prosequi cogor, non sacerdotum tantùm gratia, sed vestri. Nam vereor ne hac elatione virtus exhauriatur vestra, in iudiciúmque decidatis. Audi denique quid dicat admonens Paulus: Opus autem suum probet vnusquisque, & tunc in semetipso tantùm habebit gloriam, & non in altero. Nam dic oro, si saucius proficiscaris ad medicum, num omissa cura vulneris tui, studiosè medicum percunctaris, vulnus ille habeat necne? An verò & si ille sit saucius, vulnus tuum idcirco non curas, dicisq; sanum illum esse oportuit, medicus cùm sit? Quando verò sanus medicus non est, abscedo, vulnus mecũ insanabile referens? Nunquid enim si sacerdos malus sit, inde solatium capiet subditus? Nihil minus. Cæterùm dabit ille quidem scelerum suorum debitas pœnas: dabis autem & tu tuorum criminum pœnas. Etenim magister solum iam ordinem implet. Erunt enim, inquit, omnes docibiles dei. neque dicent, Agnosce dominũ. Omnes enim agnoscent me à minimo vsque ad maximum eorum. Cuius ergo rei gratia, inquies, præsidet? Cur præpositus est? Ne quæso doctores nostros maledictis impetamus, vti ne nosmet potius ledamus. Nostra, vt dixi, omnia discutiamus, & neminem penitus maledicemus. Reuereamur diem illam, qua illuminati ab illis sumus. Patrem qui habet, etsi mille patiatur incommoda, omnia patris reuerentia conteget. Noli enim, inquit, gloriari in ignominia patris tui, neq; enim tibi tam gloria, quàm probrum est. Etsi sensum amiserit, veniam habe: longè hæc magis in patre spirituali dicenda sunt. Reuerere illum, quòd tibi diebus singulis diuina ministrat, scripturas relegi facit, tui gratia exornat domum, propter te vigilat, propter te vota persoluit, pro te deum precaturus adstat, tui causa preces exoluit,

Matt.12.c

Luc.18.b

Galat.6.a

Esa.54.d & Ioan.6.e

Hiere.31.f

Eccli.3.b

exoluit, pro te apud illum religio, cultusq; & obsequiũ est, pro te ista omnia. Reuerere hæc ergo, atq; considera, accede ad ea summa cum reuerẽtia. At malus ille est, & hoc ad te quid? Nunquid enim qui malus nõ est, ipse tibi magna ista & diuina largitur? Absit. Fides enim tua ad omnia valet, neque tibi iustus quispiam proderit, nisi ipse fidelis sis: neque nocebit malus, si fueris ipse fidelis. *1.Reg.6.b* Per vaccas in arca operatus est deus, cùm populum saluare vellet: num enim sacerdotis vita, num virtus tantùm conferre potuisset? Non possunt quæ deus ipse largitur, velut sacerdotali virtute perfici: omnia quippe diuinæ sunt gratiæ. Huius tantùm munus est aperire os, cæterum deus cuncta operatur: symbolum iste tantummodo implet. Intuere quantum inter Ioannem & Iesum interest, & audi dicentem Ioannem: Ego opus habeo à te baptizari. *Matth.3.d* &, Non sum dignus soluere ipsius corrigiam calceamenti. *Lucæ 3. & Ioan.1.d* Sed tamen cùm tantùm interest, descendit spiritus, quem non habebat Ioannes. *Ioan.1.b* De plenitudine enim, inquit, ipsius nos omnes accepimꝰ. Prius tamen quàm baptizaretur, non ille descendit, neque Ioannes ipsum descendere fecit. Cur ergo istud fit? Vt scias sacerdotem symbolum implere tantũmodo. Nemo homo tantum distat ab homine, quantùm à Christo Ioannes. Descendit tamen spiritus, vt discas deum omnia operari, deum omnia facere. Volo quiddam adiicere planè mirabile, & nolite mirari, neque turbemini, Quid verò istud est? Sacra ipsa oblatio, siue illam Petrus, siue illam Paulus, siue cuiusuis meriti sacerdos offerat, eadem est, quam dedit Christus ipse discipulis, quamq; sacerdotes modò quoq; conficiunt. Nihil habet ista quàm illa minus. Cur id? Quia nõ hanc sanctificant homines, sed Christus qui illam antè sacrauerat. Quemadmodum enim verba quę locutus est Christus, eadem sunt quę sacerdotes nunc quoque pronunciant: ita & oblatio eadẽ est, eadémq; baptismi ratio est, adeò omnia in fide cõsistunt. Cornelium spiritus repentè repleuit, quia prius ipse alacritatem voluntatis ostenderat, fidemque plenissimæ deuotionis obtulerat. Et hoc igitur Christi corpus & illud est: qui autem hoc illo minus aliquid habere putat, ignorat Christũ esse, qui nunc etiam adest atque operatur. Ista vobis non absque certa ratione diximus, sed vt sentẽtiam vestram, sensumq; corrigamus, cautioresque in posterum faciamus. Verùm vos ea seruate, quæ diximus. Nam si semper audimus, & nunquam audita perficimus, nihil ex his quę dicuntur, emolumenti percipimus. Attendamus ergo nobismetipsis quæso diligenter, & quæ dicta sunt, magno studio implere curemus. Describamus ea mentis nostræ tabulis, conscientiæq; affixa teneamus, ac iugiter gloriam referamus patri, & filio, & spiritui sancto, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia tertia.

FOrmam habe sanorum verborum, quæ à me audisti in fide & charitate, quæ est in Christo Iesu. Bonum depositum custodi per spiritum sanctum, qui inhabitat in nobis. Nosti hoc, quòd auersati sunt me omnes, qui sunt in Asia, ex quibus est †Phygelus †Philetus] & Hermogenes. Det misericordiam dominus Onesiphori domui, quoniam sæpius me recreauit, & catenam meam non erubuit: sed cùm venisset Romam studiosius me requisiuit, & inuenit. Det illi dominus inuenire misericordiam apud deum in illa die, & quanta mihi Ephesi ministrauit, ipse melius nosti. Non modò per literas, sed etiam verbis discipulo, quæ essent agenda, dictauit: quod plurimis & aliis in locis ostendit, dicens: *2.Thess.2.b* Siue per verbum, siue per epistolam, quasi per nos missam. Hoc & hîc multò magis fecit: ne igitur minus aliquid doctrinam habere putemus, plurima illi absque scripto tradidit, quæ illi modo ad memoriam reuocãs, dicit: *Formam habe sanorum verborum, quæ à me audisti.* Quid autem hoc sibi vult? Pictorum, inquit, more imaginem tibi virtutis impressimus, & omnium quæ deo grata sunt, veluti normam, primitiuámque formam, tuæ indidimus animæ. Hæc igitur habeto firmiter, & siue de fide, siue de charitate, siue de castitate opus sit aliquid loqui, ac definire, inde tibi exemplaria accipe. Non tibi necesse erit ab aliis mutuari virtutis imaginem, cùm intra te omnia posita serues. *Bonũ depositũ custodi.* Quònam modo? *Per spiritum sanctum, qui habitat in nobis.* Neque enim humanæ animæ, humanæq; virtutis est tam multa deposita dignè posse seruare. Cur id? Quia seruent cuncta latronibus, densissimæ imminent tenebræ. Instat præterea diabolus, atque insidiatur, nescimus qua hora, quo immineat tempore. Quo modo igitur, inquit, custodire sufficimus? Per spiritum sanctum: hoc est, si spiritum habeamus apud nos manentem. Aderit autem, nisi gratiam repellamus. Nisi enim *Psal.126.a* dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam: &, Nisi dominus custodierit ciuitatem, *Ibidem.* frustra vigilant qui custodiunt eam. Hic nobis murus est, hoc præsidium atque refugium. Si igitur inhabitat, & ipse profectò custodiet, quid ergo præcepto opus? Vt ipsum scilicet teneamus, vt seruemus intra cordis nostri hospitium, ne illum malis actibus effugemus. Deinde tentationes exponit, non discipuli animum deiicere intendens, sed magis erigere: vt si quando & ipse in easdem inciderit, non rei nouitate turbetur magistrum intuens, & quæ illi contigere memoria repetens. Quid ergo ait? Quoniam fieri poterat, vt eisdem & ipse comprehensus desereretur, atque nullius humanitate, *nullius ope aut auxilio niteretur*: verùm ab ipsis quoque fidelibus, amicisque proderetur, audi quàm sua signanter enumeret. *Nosti*, inquit, *quòd me auersati sunt omnes, qui sunt in Asia.* Erant fortè tunc Romæ plerique Asiatici: sed nemo, ait, adstitit mihi, nullus me recognouit, omnes à me alieni effecti sunt. Et videas, quæso, ipsius sapientissimum animum, †dixit quod factum erat illis quemadmodum imprecatus est,] atque eum quidem qui ritè erat operatus, laudat, bonáque illi imprecatur omnia. Illis autem nequaquam maledixit: sed quid ait? *Ex quibus est Philetus & Hermogenes. Det misericordiam dominus Onesiphori domui, quia sæpius me recreauit, & catenam meam non erubuit: sed cùm venisset Romam studiosius me requisiuit, & inuenit.* Intuere quo modo vbique confusionis verbum non periculum ponit, ne discipulus trepidet. Et certè ea res erat plena periculis. Infensum enim tunc habebat Neronem, quòd quendam ex familiaribus eius fidei religioníque iunxisset. Sed cùm venisset, inquit, Romam, non modò non refugit colloquium meum, sed etiam requisiuit me, atque inuenit. *Det illi dominus inuenire misericordiã apud dominum in die illa: & quanta Epheſi ministrauit, ipse melius nosti.* Tales esse fideles decet, vt neque minis, neque metu, neque cõfusione vlla prohibiti, sibi inuicem cooperentur, seque mutuò foueant, ac veluti in bello sibi adsistant inuicem, & opem ferant. Neque enim plus periclitantibus, quàm sibimet prosunt, dum pietatis instinctu, illis accedũt socij, coronarúmque participes fiunt. Verbi gratia: in pressura constitutus est aliquis eorum, qui deo se deuouerunt, aduersisq; plurimis quatitur, magnáque tolerantia colluctatur: tu nunquam eiusce certaminis experimenta cepisti, †*dixit qđ cuenerat, nõ autem ipsis est malè imprecatus.*

licet

Etiamsi in fidutia ipsum nõ fuerint gressi, *Philip. 4. c*

licet tibi, si velis, & præter studium, coronarum, quæ illi debentur, participem esse, si illi assistas, si inungas, si horteris, si assiduè excites. Atque vt hoc ita se habere discas, audi quid alio in loco dicat apostolus: Veruntamen bene feci stis communicantes tribulationi meæ. & iterum, Thessalonicam quoque & semel, & bis in vsum mihi misistis. Et quo modo qui non aderant, absenti in pressuris cõmunicarunt? Quia misistis: inquit, mihi necessaria & semel, & secundò. Et rursum de Epaphrodito: Quoniam, inquit, appropinquauit vsque ad mortẽ, non parcens animæ, vt suppleret defectũ ministerij vestri aduersum me. Nam si in regibus fieri solet, vt non modo qui pugnant, sed & qui vasa custodiunt, honoris participes sint: sæpe contingit vt paria bellatoribus acciperent præmia, quanuis nõ fœdassent cruore manus, neque arma cepissent, immò ne prælium quidem aspexissent: multò magis id in tribulationibus fit. Qui enim athletam fame confectum cibo recreauerit, qui illi adstiterit, & verbo fuerit hortatus, qui obsequia reliqua intulerit, pari cum illo mercede donabitur. Neq; enim velim Paulum aspicias inuictum, atque insuperabilem pugilem: sed alium quẽuis ex multis, qui nisi magno solatio & magna consolatione frueretur, fortè concideret, neque vnquam certaret omnino. Sæpe igitur fit, vt qui extra certamen sunt, illi qui certamen ingreditur, sint causa victoriæ. Qui verò victoriæ fuerint causa, eos coronas quoque victori præparatas promereri certum est: & sanè nihil est cur admireris, si stantibus quisque communicans, atque certantibus, eadem meretur præmia: quandoquidem & vita functis victoribus coronatis nihilo egentibus licet, si velimus, virtutum atq; meritorum accedere socios. Audi deniq; quid dixerit Paulus: Memoriis sanctorum communicantes. Quónam, inquies, modo? Quando cuiusquam admiraris virtutem, quando illum imitaris: & ex eis aliquid studes æmulari, quę illum clarum illustrémque faciunt præmiorum profectò, atque coronarum accedis consors. *Det illi dominus inuenire misericordiã apud dominum in die illa.* Misertus est mei, inquit, igitur, & retributionẽ habebit in die illa terribili, atq; metuenda. Quando misericordia nimium omnes egebimus, Det illi, inquit, dominus inuenire apud dominũ misericordiam. Duo ergo domini? Absit: Sed nobis vnus est dominus Iesus Christus, & vnus deus. Hoc in loco, qui Marcionis laborant morbo, ex hoc verbo hæresim suam se tueri putant: sed discant vsitatũ esse in scripturis hoc dicendi genus. Sæpe enim, cùm fuerit de aliquo facta mentio, ea locutione vtitur: vt cùm dicit, †Et ait Abraham, quoniam nõ ingreditur Abraham: & cætera in hunc modũ.] neq; verò ait, Det illi dominus aliud quicquã: sed misericordiam.

Ibidem.

Ibidem 2. d

† Dixit dominus domino meo.

Morale.

Enimuero si Onesiphorus, qui sese periculis obiecerat misericordia saluus fit: quantò magis nobis misericordia necessaria est? Terribiles nempe illæ pœnæ sunt, & nimium illa metuenda supplicia, magnaq; egemus diuinæ misericordiæ largitate, ne horroris plenam sententiam audiamus: Discedite, non noui vos, qui operamini iniquitatem. &, Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. & illud item: Chaos magnum inter nos & vos est. itemque: Tollite illum, & mittite in tenebras exteriores. atque illud: Serue male & piger. Horrendũ quippe est, nimisq; metuendum extremi iudicij examen. Et certe deus mansuetus est, lenis est, placidus est: deus enim misericordiarũ dicitur, & pater totius consolationis, & bonus, & benignus, & mitis, & multæ misericor-

Matth. 7. d

Ibid. 25. d

Luc. 16. g

Matt. 22. b

Ibid. 25. c

2. Corin. 1. c

A diæ. Et non vult mortem peccatoris, sed vt cõuertatur & viuat. Vnde igitur quæso, vnde dies illa sic anxia, sic plena terroris? Igneus nempe fluuius ante illius faciem ducitur. Aperiuntur operum nostrorum libri, dies illa vt ardens clibanus est. Discurrunt angeli, fornaces succensæ, & paratæ sunt multæ. Quo modo ergo clemens, quo modo misericors, quo pacto bonus est? Sic quoque plenus clemẽtiæ ac bonitatis est, immò ex hoc maximè discitur ipsius clementiæ magnitudo. Nam ex istis terrorem incutit nobis, vt vel ita coacti metu, ad æterni regni desideriũ excitemur. Iam verò inspice, quàm locuples Onesiphoro testimoniũ præstet, dum ait: Quoniam sæpius recreauit me: ac si athletã, inquit, æstu, pressurisq; fatigatum recreauit, atque roborauit. *Et quanta Ephesi ministrauit, ipse melius nosti.* Nõ modò, inquit, Ephesi, verùm & hîc. Huiusmodi enim oportet, vt sit sobrius B quisque, vigil, & excitus non semel, aut secundò, aut tertiò, sed per omnem vitam illi operandũ est. Quemadmodum enim corpus nostrum, non si semel nutriatur, habet totius vitæ substantiam, sed quotidiano indiget cibo: ita & in religione atque pietate, diebus singulis operum egemus auxilio. Magna nãque nobis miseratione opus est: propter peccata enim nostra deus omnia illa facit, cùm sit summè bonus ac benignus, immò bonitas ipsa atque benignitas: cùm sanè ipsis nihil indigeat, salutis nostræ causa cuncta molitur: ob hoc enim cuncta nobis exposuit, omnia enunciauit: neque enunciauit modò, verùm & operib⁹ ipsis asseruit, dignus planè cui fides habeatur, etiamsi diceret tantùm. Cæterùm ne quis fortasse verba existimaret terrendi, aut comminandi solùm causa desæuire, rebus ipsis, quæ dixit, asseuerat: dum priuatim, ac publicè pœnas inducit: atque vt C id apertius discas, rebus ipsis certis, Pharaonem quandoque cruciauit, aliàs aquarũ generalem illam induxit illuuiem, per quam omnia perderet: aliàs verò imbrem igneum cœlitus demisit, quo scelestos extingueret. Modò item cernimus pleroſque malos cruciari, & pœnas exoluere: quæ profectò omnia gehennæ nobis exempla exposita sunt. Ne enim obdormiamus, ne desidiæ lãguore teneamur, obliuiscamurq; verborũ, ipsis nos rebus excitat, admonet, ostenditq; & in hac vita iudicia, supplicia, mulctas, variáq; pœnarum genera, perterrendis malis constituta. Quòd si apud homines tanta iustitiæ seruandæ cura est, deo qui has constituit leges nulla erit iustitiæ ratio? Quis non videat quàm id absurdum, quàm impium sit? Nempe enim & in priuata domo, & in foro, & omnibus omnino in locis leges ac iudicia videas. In domo paterfamiliãs seruos quotidie iudicat, pœnasq; peccantibus infert, peccatáq; partim punit, parD tim remittit. In villa rursus villicus, & vxor diebus singulis iudicia exercent. In naui gubernator de vectoribus iudicat, in castris dux milites discutit, plurimáq; in hunc modum iudicia inuenies. In artibus magister iura discipulis dictat. Omnes deniq; & seorsum, & communiter seinuicem iudicant. Nusquam videas iuris rationem nõ haberi, sed omnes vbiq; pœnas scelerum dare. Si verò hîc tanta cura & diligẽtia per ciuitates, per domos, per singulos deniq; ius ita disseminatũ est, vt eius tuẽdi gratia omnia fiant: illic vbi iusticia plena est dextera dei, & iusticia eius sicut montes dei: illic inquam, nulla erit iusticię ratio? Et quo modo erit deus iudex iustus, fortis & patiens, si feratur, vt non peccatorũ exigat pœnas? Habes hîc causam quòd patiens est. Expectat patienter, vt te ad pœnitentiam attrahat: sin verò peccare persistas, secundum duritiam tuam, & cor impœnitens,

Exech. 18. g

Psal. 47. b

Psal. 7. c

Roma. 2. b

thesaurizas tibi iram. Si ergo iustus est, secundũ merita reddit: neque patitur, vt qui hîc aduersa patiuntur ab impiis, †immunes sint.] Fortis autem est, qui etiam post mortem iustè retribuit: id quippe virtutis est, & in resurrectione item. Et patiens, inquit. Si igitur patiens est, non perturbemur, neque dicamus, cur hic non supplicijs afficit? Quippe si hoc fieret, iamdudum præreptum esset mortalium genus: si diebus singulis eorum quę peccamus, pœnas à nobis exigeret, vix vel paucis annis viuere permissi essemus: neq; enim dies vlla omnino pertransit nostris sceleribus vacua, sed innumeris quotidie modis offendimus, vt nemo nostrum ætatis vigesimum attigisset annum, nisi ingens esset patientia, summáque benignitas, quæ nobis pœnitentiæ spacium daret, vt peccata diluere valeamus. Vnusquisque igitur ingrediatur conscientiæ suæ cubiculum, & quæ à se gesta sunt cuncta dispiciat, vitámq; suam omnem discutiens, animaduertet innumeris se pœnis ac suppliciis dignum. Et cùm illi cogitatio impia dixerit, cur nam ille mille sceleribus plenus non pœnas luit? ex suorum consideratione factorum desistet indignari. Illa enim ideo videntur magna, quia palàm sunt: cæterùm si sua illis conferat, plura & maiora fortassis inueniet. quippe rapere, & cupidum esse, idem fermè est, siue aurum, siue argentum quisq; diripiat: eodem enim ex animo vtrunq; proficiscitur, & is qui minora diripit, maiora quoque diripere non detrectabit, si se illi occasio obtulerit: quòd si desit occasio, non tamen pessimum institutum, etiam sine effectu operis, vacat à culpa. Si pauperiorem se pauper iniuriis violat, diuitem quoque si posset, violare non desinet. Verùm obstat infirmitas, non deest malicia voluntatis. Ille, inquies, princeps est, & subiectorum fortunas diripit. Quid ergo ipse non rapis? Neq; enim velim dicas, ille auri talenta diripit: tu vel si decem obolos rapias, eiusdem eris criminis reus. Totum quippe in voluntate consistit. Nam & eleemosynis dandis, alij aurum offerebant, paupercula vidua duo minuta in gazophylacium misit, nihilque minus diuitibus intulit. Cur id? quia voluntas propositúmq; discernitur, non datum ipsum. Enimuerò cùm in eleemosynis erogandis deum vis ita iudicare, vt nil minus reddat tibi, si duo minuta distribuas, quàm his, qui mille auri talenta distribuunt: in auaricia verò, & rapina nõ idem censes? Nonne omni ratione id caret? Quemadmodum denique vidua illa, quæ duo minuta miserat, pro alacritate voluntatis, nihil minus diuitibus intulit: ita & tu si vel duo minuta diripias, nihilo meliori in loco es, quàm hi, qui multa diripiunt: immò vt mirabilius aliquid loquar, illos iniquitate transcendis. Sicut enim quisque, siue regis violaret vxorem, siue pauperis, siue serui, pari ratione adulter est: cùm peccatum non personarum differentia, verùm ex voluntate improba id scelus admittentis iudicetur: ita & hîc. Immò equidẽ illum magis adulterum dixerim, qui quãlibet ex vulgo, quàm qui reginam ipsam violauerit: illic enim plurima irritamẽta sunt: puta opes, elegantia formæ, & eiusmodi cætera, quorum hîc nihil inuenias. Eadem profectò ratione illum magis ebrium dixerim, qui quolibet vino, quàm qui optimo inebriatur: ita & cupidum eum potissimum censeo, qui ne minima quidem rapere omittit. Nam qui maxima diripit, minima fortasse cõtemnet: qui autem parua non despicit, quo modo his maiora despiciet? Fur igitur hic magis, quàm ille est. Nam qui non aspernatur argentum, nunquam profectò aurum aspernabitur. Itaq; cùm principes insimulamus, nostra nobiscum reputemus: in-

Marc. 12. d & Luc. 21. a

† inulti sint.

A ueniemus nosipsos plus auariciæ, rapinæque studere, quàm illos: si ista non re, sed voluntate metiamur. Ita enim discernere ac iudicare debemus. Die enim, quæso, si quis rem pauperis furto sustulisse deprehenditur, alius verò diuitis substantiã expilat: nónne simili vterque plectitur pœna? Quid item homicida? nónne perpetrati homicidij æquè pœnas dabit, siue ille debilem ac pauperem, siue diuitem valentémque necarit? Cùm igitur in mentem venerit, quòd ille huius prædium rapuit, nosipsos, nostráq; omnia diligentius inspiciamus, atque ita alios damnare desinemus, deique longanimitatem admirabimur: neque indignè feremus, quòd iudicium super illos mittere differat, ipsiq; ad malè operandum segniores, tardioréque reddemur. Nam cùm nosmet eisdem obnoxios teneri animaduerterimus, nõ iam indignabimur: verùm ipsi potius peccare desistemus, futurisq; perfruemur bonis: quæ vtinam nos omnes cõsequi mereamur, in Christo Iesu domino nostro, cui est cum patre & spiritu sancto gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

B

Homilia quarta.

TV ergo fili mi confortare in gratia, quæ est in Christo Iesu: Cap. II. & quæ audisti à me per multos testes, ea commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Tu ergo collabora vt bonus miles Iesu Christi. Nullus militans deo †, implicat se negotijs secularibus, vt ei placeat qui se elegit. Sed †Hanc di- & si certauerit quis, non coronabitur, nisi legitimè decertet. Laboran- ctionẽ, deo, tem agricolam oportet primùm de fructibus sumere. Intellige quæ di- nũ habet ex co. †Dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum. Memor esto do- emplar Ve minum Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid secun dum euangelium meum, in quo laboro vsque ad vincula quasi malè †Det operans: sed verbum dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu cum gloria cœlesti. Fert magnum discipulo in mari solatium, magnámq; fiduciam, cum meminit magistrũ ferè naufragium fecisse, & fuisse seruatum. Neque enim arbitratur iam fluctus illos, atque tempestates, ex propria imperitia, insciticque, sed ex ipsius rei natura contingere. At id permagnum est ratione solatij. Fert item in bellis tribuno, vel cuiusuis agminis duci, maxima incitamenta virtutis, quum imperatorem viderit vulneratum primo tum demum euadere ex vulnere: ita & fidelibus quibusque multum affert solatij, quòd apostolum cernunt toleraisse plurima. Quippe ille hac intentione quæ fuerit perpessus, enunciat. Nã audiens Timotheus, quòd is qui potentissimus fuerat, orbémque subegerat omnem, haberetur in vinculis atq; pressuris: neq; ferebat indignè, aut grauiter, quòd à suis fuisset desertus: profectò si & ipse eadem perpessus esset, eam rem infirmitatis humanæ esse nunquam putauisset: licet esset ille discipulus, atque inferior Paulo, quandoquidẽ & magister eadem toleraisset: verùm & diuinæ dispositioni, & rei naturæ adscriberet omnia. Et ipse enim hoc fecit, atque ideo ita exposuit, vt roboraret discipulum, atque recrearet: vt scilicet intelligens ille sui gratia hoc eum facere, suásq; pressuras, ac tentationes recensere, meliore esset animo. Atque ideo adiecit: *Tu ergo fili mi confortare in gratia, quæ est in Christo Iesu.* Quid dicis? itáne metu nos liberas? Dixeras te vinctum esse, pressuráque pati, atque ab omnibus fuisse desertum, & quasi nihil te passum dixisses mali, aut ab vllis esse derelictum, ita demum addis: *Tu ergo fili mi confortare.* Meritò sanè ita facio, quoniam ex his plus roboris accipis, quàm si nihil passus fuissem. Nam si Paulus ego ista patior, multò magis ea pati tu debes: si magister, longè discipulus

C

D

magis

magis. Summo verò affectu eam admonitionē infert, dum dicit, fili: neque id tantum, sed adiicit, fili mi. Si filius es, inquit, patrem imitare: si filius es, ex his confortare, quæ dixi: neque ex his tantùm, sed ex gratia Christi. *Confortare, inquit, in gratia, quæ est in Christo Iesu.* Hoc est, per gratiam Christi. ac si dicat, persiste fortiter, prælium non ignoras, quod alio in loco significantius positum est ab eo, cùm diceret: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem. Neque tamen ob id deterruit auditores, verùm excitauit magis. Et hoc itaque in loco: Sobrius esto, inquit, & vigila, habes adiuuantem gratiam dei, vnaq; certantem. Magna propositi alacritate, magna constantia voluntatis, tuum munus aggredere. *Et quæ audisti à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus.* Fidelibus, inquit, non quæstiones ratiocinationesq; sequentibus: fidelibus, qui prædicationis non prodant gratiam. Quæ audisti, non quæ discussisti. Nam fides ex auditu, auditus autem per verbum †Christi.] Quid est autem, per multos testes? Non ea, inquit, clàm audisti, neque in secreto, sed palàm adstantibus omnibus. Neque ait, dic & ipse, sed cōmenda veluti thesaurū regium, qui tuto loco deponitur. Rursus autem ex superioribus, & ex consequentibus discipulum terret, non solùm ait, fidelibus cōmenda. Nam quæ nam esset vtilitas, si fidelis quispiam sit, nec tamen possit docere alios? Si item ipse non †prædicat] fidem, neque tamen alios sui similes efficere possit. Duo itaq; magistro necessariò inesse debēt, vt & fidelis sit, & docere alios possit: idcirco ait, Qui idonei erunt & alios docere. *Tu ergo labora, vt bonus miles Christi Iesu.* Quanta verò dignitas est esse militem Christi, considera terrenos reges, vt magnū quiddam putent, qui sub eis militant. Si ergo laborare, regij militis est: non laborare, militis non est. Non itaque grauiter, aut molestè ferre militem labores decet, sed cōtrà, penitus gratè ac libenter, ac tum magis dolere, cùm non laborat. *Nemo militans deo, †implicat se negociis secularibus. Nam & qui certat, non coronabitur, nisi legitimè decertet.* Dicta sunt quidem ista ad Timotheum, dicuntur autem per illum quoq; magistris omnibus, atque discipulis. Nullus ergo episcopatu præditus, hæc audire detrectet, sed agere ea planè detrectet. Nam & qui certat, non coronatur, nisi legitimè decertet. Quid est legitimè? Non sufficit, inquit, si quis in certamen tantummodo descendat, si solùm vngatur, aut congrediatur tantùm: sed nisi per omnia certaminis seruauerit legem, vt sobrius, grauis, constansq; sit, omniaque prorsus obseruet, quæ certantibus congruunt, nunquam profectò coronabitur. Et intuere quæso sapientiam Pauli, certaminis ac militantium mentionem facit, partim vt promptos atque alacres ad cædes, sanguinem ac mortem suaderet fieri: partim vt constanter ac fortiter omnia perferre hortaretur, ac semper in exercitatione esse. *Laborantem agricolam oportet primùm de fructibus sumere.* Dixerat de se, dixerat & de magistro: dicit iam & de his, quæ cōmuniter accedunt, de certantibus atque militibus, apponitque rebus singulis præmia: dum de altero loquitur, vt ei placeat qui se elegit, de altero dicit, vt coronetur. Addit autem & tertium exemplar sibi maximè congruum. Nam illud militis atque athletæ, subditis conuenit: agricolæ verò, magistro solummodo: vt nō tantùm sicut miles & athleta, verùm & vt agricola sit. Quippe agricola nō suiipsius curam habet, sed fructuum terræ: hoc est, non minimam laborum retributionē capiet agricola. Hoc in loco deū nihilo egentem, doctrinæq; præmia, ostendit, dum rem communem dicit. Quemadmodum, inquit, agricola, nō absque vtilitate laborat, verùm prior ipse ante omnes laborum suorum percipit fructum: ita & doctorem frui laboribus suis consentaneum est. Siue hoc fortasse de honorandis doctoribus dicit, †quod tamen ratione non caret.] Cur enim non simpliciter dicit agricolam, sed laborantem agricolam: neque vtcūque laborantem, sed acri intentione laborantem, aduersus eos, qui moræ impatientes sunt. Ac ne quis, inquit, molestè ferat præmiorum moram, iam hìc ea recipere incipit, siue quia in ipso labore retributio est: postea verò quàm exempla proposuit militum, athletarum, agricolarum, eáque omnia figuratè: Nullus, ait, coronatur, nisi legitimè decertet. Cumq; dixisset, *Laborātem agricolā primùm oportet de fructibus capere.* Protinus addidit, *Intellige quæ dico. Dabit enim dominus in omnibus tibi intellectū.*

†Cuius] rei gratia hæc in prouerbiis, similitudinibúsque dicta sunt? Deinde affectum suum indicans, non desinit bona illi imprecari, quippe veluti charissimo filio metuens, & ait: *Memor esto Iesum Christum à mortuis resurrexisse, ex semine Dauid secundum euangelium meum, in quo & laboro vsque ad vincula, quasi malè operans.* Cur hoc in loco sic admonet? Maximè quidem hæreticos iugulat, simul autem & discipulum recreat: ostendens passionum lucra, quandoquidem ipse quoque magister noster Christus passione sua prostrauit mortem. Hoc, inquit, recole, vt consolationem cumulatiorē habeas. *Memor esto, inquit, Christum Iesum resurrexisse ex mortuis, ex semine Dauid.*

Ita enim tunc cœperant quidam mysterium diuinæ dispensationis euertere, magnitudinem diuinæ bonitatis †nō capientes.] Talia quippe in nos beneficia contulit deus, vt ea homines deo applicare erubescerent, neq; illum ad infirma nostra descendisse, eaq; suscepisse crederent. *Secundum euangelium meum, inquit.* Vbique per epistolas hoc vtitur nomine dicens, Secundum euangelium meum, cui scilicet obtēperare & credere oportet. Erant enim & qui alia euangelizarent, quos alio in loco notat ac reprobat. *In quo laboro, inquit, vsque ad vincula, quasi malè operans.* Rursus ex seipso solatium infert, rursus hortatur, dum nihil ex pressuris detrimēti prouenire, & emolumēti plurimum indicat. Multùm enim profectò confert ab irritamenta virtutis, magistrum luctantem indesinenter aspicere, nec cedentem. *Sed verbum, inquit, dei non est alligatum.* Nam si quidem, inquit, seculi milites essemus, si bella carnalia bellaremus, haberent aliquid virium vincula, quæ manus obligassent nostras. At tunc tales nos fecit deus, vt nihil nos deiicere possit. Vinciuntur manus, sed manet lingua libera, quam nemo ligare possit, nisi formido sola, atque infidelitas. Quandiu ea abest, quantalibet quis iniiciat vincula, prædicationis vox alligata non est: puta si quis agricolam vinciat, sementem profectò impedit: manu enim ille serit. Doctorem verò si vinxeris, verbum dei compedire non vales: lingua quippe, non manu seritur verbum, quod nullis subiacet vinculis. Nam & si vincti ipsi simus, illud solutum est, & liberè currit. Ecce enim, inquit, & nos qui vincti sumus, prædicamus, vt & qui soluti sunt, promptiores ad id fiant. Nam si vincti ipsi prædicamus, quantò magis vos, qui soluti estis, id facere oportet? Audisti quòd quasi malè operās hęc patior, noli animo deiectus esse. Est quippe miraculi plenissimum, quòd is qui vinctus est, solutorum exercet munus, vinctus omnia vincit, vinctus eos qui se vixerant, superat. Verbum quippe dei, non nostrū est. Porrò humani nexus dei verbum ligare non possunt, & hæc patior

Ephes.6.

Rom.10.d

†dei.

†prodiderit

†rursus deest, deo.

A

B

C

D

†Huius] sine interrogatione.

†puduri dentes.

1.Cor.15.a & 2.Ti.1.b Philip.1.c

tior propter electos. *Idcirco enim, inquit, omnia tolero propter electos, vt & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu, cũ gloria æterna.* Adiicit adhortationis cumulum, dum nõ pro se, sed pro salute aliorum ista pati se dicit. Cùm, inquit, liceret absque periculis viuere, nihilque huiusmodi pati, si quidem mea essem contentus salute: alienis tamen commodis consulo, vt alij æternam consequantur vitam. Quid polliceris? non ait, simpliciter, propter hos aut illos, sed propter electos. Si deus, inquit, illos elegit, & nos omnes pro illis pati oportet, vt & ipsi salutẽ
Eph.1.a & 2.Thes.2.c consequantur, quemadmodum & nos. Et nos enim elegit deus. Sicut igitur propter nos passus est deus, ita & nos pro illis conuenit pati. Est ergo ea res non gratia, sed retributio. In deo quidẽ gratia est, nullis enim præcedẽtibus bonis nostris in eum, sed sola gratia nos redemit: in nobis verò retributio est, prequẽti enim diuinis beneficiis pro fratribus patimur, vt & ipsi salutem consequantur. Quam oro, salutem dicis? An verò, qui B tibiipsi non salutis, sed periculorum author es, salutis causa cæteris esse potes? Non huius, inquit, salutis momentaneæ, fluxæ, mundanæ: sed eius quæ in Christo est veræ salutis cum gloria æterna, idem author illis sum. Angunt vitæ huius aduersa, at temporalia sunt: doloris, afflictionisq; sunt plena, sed vix vsque in crastinum durant. Non sunt talia verę salutis munera, sed æterna, sed cœlestia: illa planè glorioſa sunt, hæc autem plena
Morale. dedecoris. Et inspice quæso, vt non sit illa gloria quæ de terra est, sed vera gloria in cœlis sit. Porrò si quis gloriam cupit, ignominiam quærat: si quis requiem appetit, sese pressuris exerceat: si quis probatus, ac spectatus esse desiderat, æternisque deliciis frui, respuat tota intẽtione animi temporalia omnia. Nam quòd ignominia gloria sit, & gloria item ignominia, agè iam pro viribus demonstrare curemus, vt quę nam sit vera gloria, C videamus. Fas non est in terra gloriam quærere, cæterùm si eius amore tenearis, ea per ignominiam quærẽda est. Id autem in duabus, si placet, personis inquiramus, Nerone scilicet, ac Paulò: ille mundi gloriam, hic ignominiam habuit. Quo nam modo? Tyrannus ille erat, multa peregerat, hostes fuderat, opibus deliciisque circunfluebat, infinitus eum stipabat exercitus, maior illi orbis pars obtemperabat, regia illi ciuitas, senatúsq; omnis procidebat supplex, procedebat regia exquisitissimo cultu insignis: ac siquidem armari opus esset, auro lapidibúsque preciosis armatus incedebat: In pace
†hastatorũ illi, ac propugnatorũ. purpuram, regni insigne præferebat: †adstatorum illi, ac purpuratorũ J magna semper multitudo aderat: terræ marisque potiebatur. Imperator, Augustus, Cæsar, Rexque dicebatur, aliisque nominibus quæ assentatio, blanditiæq; obsequium adinuenerant, appellabatur, nihilque ad gloriam defuit. Illúmque & sapientes, & reges, & iudices tremebant, pauebántque virum. Præterea ferocis erat ingenij, atróxque & impudens esse dicebatur: & qui deum se putari vellet, idolaque contemneret omnia, ipsúmq; omnium deum, atque vt deus ipse colebatur. Quid hac potius gloria, immò quid ea ignominia peius? Verùm nescio quo modo vi veritatis impulsa, pręcucurrit lingua, & ante diligẽs iudiciũ sententiã tulit. Interim ex opinione multitudinis discutiamus hanc rem iuxta infideliũ errorem, assentatorumq;
†ration. morem. Quid maius, quid excellentius gloriæ †Romanæ J dici potest, quàm deum ipsum putari solũ? At summum id profectò dedecus est, homo cùm sis, in tantam insaniam, rabiemq; prorumpere, Cæterùm, vt dixi, humano hoc diiudicamus ingenio. Nihil igitur ei ad gloriam deerat, sed vt deus colebatur ab omnibus. Enimuero ex aduerso, si placet, Paulum quoque discutiamus. Cilix homo erat: quantum verò & Cilicia à Romana *Acto.22.a* vrbe distet & vię spacio, & gloriæ merito, nouerũt omnes. Coriarius fuit inops, imperitus externæ peritiæ. He *Ibidẽ 9.g* bræam tantùm nouerat linguam, quę cum cæteris, tum Romanis maximè despectui erat. Neque enim aut Barbaram, aut Græcam, aut aliam quanlibet, ita vt Syram oderant linguam: est autem huic illa finitima. Si enim plerique ex his Græcã adeò pulchram, adeò celebrem respuunt, quantò magis Hebræam? Homo, inquam, erat, qui sæpe cum fame luctatus est, dormiitque incœnatus, homo nudus, & cui vestitus ipse sępe necessarius deerat. In frigore, inquit, & nuditate. Neque hoc so- *2.Cor.11.f* lùm, sed in vinculis quoque cum latronibus, cum magis, cum sepulchrorum effractoribus, cum homicidis, illo ipso iubente, cõiectus est: cædebatur tanquam maleficus, sicut & ipse ait. Quis ergo videtur illustrior? *Ibidem c* Nónne illius nomen obscurum est, & apud plerosque ignoratur? hunc autem & Græci, & Barbari, & Scythæ, & qui ipsos orbis incolũt fines, quotidie celebrant laudibus. Verùm nondum quid modò sit, sed tunc quid fuerit, inquiramus. Quisnam erat clarior, quis gloriosior, qui catenam circunferebat, vinctúsque trahebatur ex carcere, an qui purpura amictus procedebat ex regia? Vinctus profectò ille excellit gloria. Quõnam modo? iam dicam. Rex nempe ille purpuratus, tantóque septus militum agmine, quæ volebat efficere, nequibat: at verò vinctus iste, reorum more, humili abiectóque habitu, summa cum authoritate gerebat omnia. Quo pacto? Inhibebat ille, ne doctrinam pietatis dissemimare præsumeret, obsistebat hic, dicens: Non cedo, verbum enim domini nõ est alligatum. Respuebátque Cilix, pellium sutor, vinctus, pauper, fameq; cõfectus: Romanæ opulentiæ regẽ imperantem omnibus, innumeris infinita præstãtem, & cùm tanti sibi exercitus essent, nihil omnino prævalebat. Quis ergo clarior, quis honestior erat? qui vincebat in vinculis, an qui superabatur in purpura? qui infrà stãs intorquebat iacula, an qui celsius residens, vulneribus impetebatur? qui cõtemnebatur imperans, an qui iussus, nihil curabat iubentis imperium? qui solus cùm esset, vicit, an qui innumero vallatus exercitu victus est? Abiit imperator à vinculato superatus, atque in fugam conuersus. Dic agè, si cui optio detur, quà nã in parte esse malit, vt de præsenti rerum statu interim loquar. Cuius, inquam, sortem quispiam cupiat magis, Neronis an Pauli? Nihil de fide, & religione nunc agitur, quia ea res manifesta est, sed de gloria, honestate, atque claritudine. Nempe qui sanum sapit, sortem præferret Pauli. Nam si vincere, quàm vinD ci clarius est, ille profectò longè illustrior est: neque id modò admiratione dignum est, quòd ille vicit, verùm quia sic abiecto habitu, tanta gloria suffultũ vicit. Rursus enim eadem repetam, nec ea dicere vnquam desistam. Vinctus catena, diadematum prostrauit regem. Huiusmodi quippe virtus Christi est, catena illa regiũ diadema deuicit, longèque maiore luce cõspicuus, vilis ille habitus ostensus, quàm regius est. Pannis obsitus squalentibus, quippe carcerem habitans, in se magis oculos omnium, affectúsque rapiebat, atque ad vincula sua cõuertebat, quàm rex ille sublimis. Stabat oculis in humum depressis, omissoq; illo, qui aureo inuehebatur curru, huic intendebant omnes, & nimium quidẽ conuenienter. Solenne quippe erat, cernere candidis equis inuectum aspicere imperatorẽ: sed illud planè nouum,

atque

atq; mirabile, inuieri vinctum, tãta licentia regem alloquentem, quãta rex ipse ne vile quidem mancipium esset allocutus. Adstabat ingens lictorum turba, seruique regis omnes: admirabanturq; nõ dominum suum sed eum à quo ille vincebatur: & quẽ contremiscebant omnes, hunc ille pessundabat solus. Vidisti quanta vel inter ipsa vincula claritas? Quis verò, quæ postea contigerunt, dignè explicet? †Illius nempe neque habitus cuiquam notus. JAt contrà hic regibus omnibus splendidior regia in vrbe, in qua & certauit & vicit, conditus est. Ille si quando in memoriam venit, probris, contumeliisque exagitatur etiam à domesticis, impudicissimus enim fuisse memoratur. Huius cum eximia laude omnes vbique meminerunt, non modò apud nos, verùm apud ipsos quoque inimicos. Nãque vbi sese aperuerit veritas, ne ipsi quidem inimici queunt impudenter obsistere: & si enim illum, non fidei gratia admirantur, at summæ cõstantiæ, fortitudinisque merito extollũt. Hic per ora omnium indies vbique celebratur, coronatúsque prædicatur: ille contrà conuiciis, maledictísque lacessitur innumeris. Vbi nam ergo fulgor elucet gloriæ? Sed leonem profectò imprudens ex vngue descripsi. Illa illa cœlestia, illa sanè diuina, quis concipiat animo? Quis promat eloquio? Quando ille cum imperatore cœlesti, amictus gloria comes aduenier, adstabit Nero tunc tristis, mœrens, demissus. Hæc qui ridẽda putat, est planè ipse ridiculus. Nempe enim si futuris denegas credere, vel ex præteritis consilium fiat. Necdum aduenit coronarum tempus, & tanto iam honore fruitur athleta diuinus: quanto putas fruetur, quũ dominus ipse, qui certamen proposuit, venerit? In alieno dum esset hospes atq; peregrinus, tantæ admirationi habitus est: in patria positus, quis dignè cogitare sufficiat, quibus fruiturus est bonis? Nunc vita nostra abscõdita est cum Christo in deo, & tamen mortuus, plus quàm viuentes omnes operatur, atque honoratur: cùm venerit vita ipsa nostra quàm ille insigni fœlicitate potiturus est: Quis nã erit illius gloriæ cumulus? Ideo autem hoc eum honore frui voluit deus, nõ quòd ille eo indigeret. Si enim in corpore constitutus, seculi omnẽ despexit gloriam, quantò magis corporeis nexibus liber? Neque vt eo tantùm frueretur, sed vt hi qui futuris non credunt, vel ex præsentibus admoneantur. Veniet ergo Paulus cum rege cœlesti, quum aderit resurrectionis dies, bonísq; fruetur æternis. Id si infidelis nõ credit, vel ex præsentibus admonitus discat. Longè est imperatore clarior, & absq; vlla comparatione honoratior pellium sutor. Nullus vnquam ex Romanis regibus tanto in honore fuit, quãto hic est. Cæterùm imperator foris alicubi iacet abiectus, hic autem vrbis medium, veluti viuens ac regnans tenet. Ex his futura cõiiciens, crede. Si enim hic vbi agitatus iniuriis, persecutionésque perpessus est, tantis honoribus fruitur: quid putamus cùm iudicis nostri comes, iudex & ipse futurus aduenerit? Si vbi fuit pellium sutor tanto splẽdore collucet, quid erit quum Solis quoque radios vi sui fulgoris obscurans, in gloria venerit? Si cum abiectione tanta potẽtiam tantam prostrauit, ac vicit: quid faciet, quum immortalitatis stola vestitus, & gloria coronatus illuxerit? Non queunt ista negari, neque prudentiæ fuerit euidẽtissimis rebus contradicere. Quem non vis miraculi moueat, cùm videt vilem opificem, eum honore superare, qui fuerit summa potentia præditus? Si hîc res supra naturam fiũt, quantò magis in futuro fiẽt? Crede homo præsentibus, si futuris fidem adhibere non vis: crede his quæ videntur, si que non videntur, credere dedignaris. Immò visibilibus crede, ita enim inuisibilibus quoque crediturus es. Sin autem credere penitus renuis, opportunè tibi illud apostoli dicemus: Mũdi nos sumus à sanguine vestro. Omnia enim cõtestati vobis sumus, nihilque omisimus ex his quæ oportuit dicere, vos iam vobis imputate gehẽnæ supplicium. Nos autem vt filij charissimi Paulum imitari studeamus, non modò fide, verùm & vitæ mũditia, vt cœlestem gloriam cõsequamur, despiciamus toto animo præsentem gloriam, nihil nos mortale terrenumq; seducat. Visibilia contemnamus omnia, vt cœlestia adipisci mereamur: immò si fuerit his intẽta mens, & omne studium nostrum exemplo Pauli, mortalem quoque gloriam consequemur. Atque eò excellentius, quò illã maiori studio atque acriori intentione fugerimus, solisque cœlestibus & æternis inhiauerimus. Ea nobis superna pietas largiri dignetur, in Christo Iesu domino nostro, cui est cum patre & spiritu sancto honor, imperium & gloria, in secula seculorum, Amen.

Tillius nẽpe neque sepulchrum cuiquã notum.

Act. 20. f

Homilia v.

Fidelis sermo. Si enim commortui sumus, & conuiuemus: si sustinemus, & conregnabimus: si negauerimus, & ipse negabit nos. Si non credimus, ille fidelis permanet. Negare enim seipsum non potest. Hæc admone, testificans coram deo. Noli verbis cõtendere, ad nihilũ enim vtile est, nisi ad subuersionem audientium. Plerique infirmiores fratres ad fidei robur nõ assurgunt neque spei dilationem patiuntur, presentiaque inquirunt tantùm, & ex his futura coniciũt. Quoniam igitur quæ hîc ille tolerabat, mors erat, & supplicia, & vincula, ipse autem vitam pollicebatur ęternam: fidem verbis eius difficilè quis habuisset, diceretq;, In morem animalium morior, & quum fuero mortuus, viuam: In terra nihil mihi polliceris, & in cœlo dabis? Quæ sunt parua non exhibes, & maiora præstabis? Ne quis igitur ambigeret, istáque secum cogitaret: se ad id comparat, vt omne tollat ambiguum, atque hinc iam illos præstruit, argumentáque colligit. Nam quod ait, Memor esto Christũ Iesum resurrexisse ex mortuis: hoc est, quia post mortem resurrexit. Fidelis ergo sermo est, quòd is qui vitam assecutus est cœlestem, æternam quoque cõsequetur. Vnde verò fidelis? *Si enim commortui sumus*, inquit, *& conuiuemus*. Si enim in his quæ tristia sunt, laborisque plenissima, communicamus illi: in his quæ plena fœlicitatis sunt, non communicabimus? At id ne homo quidem faceret, vt qui secum mori, affligique delegisset, si quando quiete ac secundis rebus frueretur, eum nollet fœlicitatis habere consortem. Vbi autem commortui sumus? Eam dicit profectò mortem, quæ per lauacrum, & quæ per passiones fit. ait enim: Mortificationem domini Iesu in corpore circũferentes: &, Consepulti sumus ei per baptismum: &, Vetus homo noster simul crucifixus est: &, Conformes facti smus similitudini mortis eius. Hîc autem tentationẽ dicit potius mortem, propter ipsum mortui sumus, non viuemus æquè per ipsum? nihil ambigi potest. *Si sustinemus*, inquit, *& conregnabimus*. Non satis est semel mori, diebus singulis beatus iste moriebatur: sed tolerantia opus est magna, eáque in primis Timotheo erat necessaria, deinceps omnib⁹ semper acriter. Deinde alia ex parte ad tolerantiã prouocat, non scilicet ex bonis, verùm ex malis. Nam si eadem cum bonis consequerentur & mali, nulla esset consolatio. Et si qui sustinerent, conregnaturi essent: qui verò non sustinerẽt, hoc solùm passuri

2. Cor. 4. c

Rom. 6. a

Ibidem.

ſuri dicerentur, vt non cõregnarent? graue quidem & hoc eſſet, ſed plurimos tamen minimè angeret, idcirco quod eſt terribilius addit: *Si negauerimus eum*, inquit, *& ipſe negabit nos.* Bonis itaque & malis digna pro meritis viciſſitudo reddetur. Quem verò ille in regno ſuo negauerit, quid pati conſentaneũ ſit conſiderate. Qui me, *Matt. 10.d* inquit, negauerit, negabo ipſum & ego. Non tibi videtur æqua retributio? Deinde nihil ei nocemus, ſi nõ credimus: fidelis quippe ille manet: negare ſeipſum nõ poteſt. [Hoc eſt, ſi non credamus quòd reſurrexerit, nihil ex hoc læditur.] Verax ille eſt, firmus eſt, ſiue ipſi hoc dicamus, ſiue non. Si igitur nihil noceri à nobis poteſt, cùm illum negamus, nullam aliam ob cauſam confeſſionem exigit noſtram, niſi vtilitatis noſtræ gratia. Ille enim idem manet, ſiue ipſi negemus, ſiue nõ, negare ſeipſum non poteſt. [Hoc eſt, non eſſe.] Etſi res ita ſe habeat, cùm ſit illi per naturam eſſe, nõ poteſt ad id venire, vt non ſit. Semper manet, ſempiterna illius ſubſtantia eſt. Non itaque vt gratificantes illi, ita affecti ſimus, aut violare aliqua ex parte nolentes, ſed vt veritati inhærentes. Deinde ne putaret quiſpiam Timotheum his indigere monitis, addidit: *Admone teſtificans coram domino, noli verbis contendere: ad nihilum enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium.* Plenum profectò terroris eſt, hoc ſub deo teſte tunc dicere, ac diſcipulo tradere. Nam ſi teſtimonium hominis dicimus pleniſſimam fidem, quæ ex verbis fit, idq; irritũ facere nemo præſumit: quantò magis dei? Verbi gratia: Si quis fœdus inierit, aut teſtamenti tabulas ſcripſerit, teſtes adhibet, quib⁹ ſemper habeatur fides: putáſne audebit quiſpiam id violare, aut aliâs prodere? Minimè id quidem, etiamſi velit, arguetur enim teſtium fide. Teſtem igitur eorum quæ dicuntur, aut geruntur deum vocat. *Noli verbis contendere: ad nihilum enim vtile eſt, niſi in ſubuerſionem audientium.* Non modò, inquit, lucri nihil eſt, verùm & detrimenti plurimũ eſt: etſi illi contempſerint, deus eos iudicabit. Eſt enim ea res illecebris plena, ſemperq; geſtit humanus animus rixari, atque litigare. *Feſtina teipſum probatum exhibere deo, operarium inconfuſum, rectè tractantem verbum veritatis.* Omnibus in locis vt non erubeſcat hortatur. Quid, oro, tanta illi verecundiæ calcandæ cura eſt? Videbatur fermè metuendum, ne plures erubeſcere inciperent, & Paulum ipſum, vtpote ſutorem pellium, & prædicationis verbum, cùm prædicatores periclitarentur, ac perirent. Chriſtus cruci fuerat affixus, Paulus capite truncandus erat, † Petrus itidem agendus in crucem: jidq; ab homi- *† Petrus deorſum in crucem fuerat ſubactus:* nibus improbis, ſceleſtis, impuris. Quoniã igitur hi rerum potiebantur, Noli, inquit, erubeſcere, nihil ex his quæ pertinent ad pietatem ac religionem agere verearis, ſiue ſeruire opus ſit, ſiue quodlibet aliud pati. Quo autem modo ſit quiſque probatus operarius: Si erubeſcere non nouerit. Operarius enim nihil erubeſcit operari, ita neque euangelij miniſter: omnia nanque tolerare debet. *Rectè tractantem verbum veritatis.* Complures enim illud vndique lacerant, atque diſcerpunt, plurimáq; illi imminent noxia germina. Non ait dirigentem, ſed rectè tractantem. ac ſi dicat, Amputa quæque adulterina oriuntur, & cætera huiuſmodi ſumma cum vehementia incumbe vt reſecentur. Atque veluti in loris atque corigiis ſuperflua quæque, atque à prędicatione aliena, gladio ſpiritus abſcinde. Prophanas autem vocum nouitates deuita. Neq; enim eatenus ſubſiſtent. Nam cùm quid noui fuerit inuentum, ſemper noua id parturit, infinitúſque fit error eius, qui tranquillam, fidámque ſtationem littoris egreſſus, per deuia cœperit vagari. *Amplius enim proficient impij, & ſermo eorum vt cancer ſerpit.* Morbus vtique horrendus, & qui medicina contineri nequit: ſed omnia indies corrumpit ac perimit: ideo nullum ei remedium valet adhiberi. Oſtendit per hæc eos corrigi, emendaríque non poſſe, qui ſpõtè à veritate aberrarunt. *Quorum eſt*, inquit, *Hymenæus, & Philetus qui circa veritatem aberrauerunt dicentes reſurrectionem iam factam eſſe, & peruertentes quorundã fidem.* Et rectè ait, amplius proficient. Nam cùm hoc ſolum incommodum ſit, vide quàm multa ex eo naſcantur incommoda. Nã ſi iam reſurrectio facta eſt, nõ modò hoc afficimur detrimento, quòd magna illa priuamur gloria, verùm & iudicij metus excluditur. Quippe ſi reſurrectio facta eſt, meritorum quoq; retributio tollitur. Gratis itaq; iuſti preſſuras dolorèſq; tolerarunt. At id ita falſum eſt, vt contrà penitus hac etiam in vita & boni ſpe ſua nutriãtur, & æternæ fœlicitatis percipiãt guſtum, ſereno ſemper, tranquilloq; animo perſeuerantes: & mali conſcientiæ ſuæ flagellis exagitati, quod ſemper paſſuri ſunt, hîc iã incipiant pati. Melius fuerat pro erroris magnitudine, dicere non eſſe reſurrectionem, quàm iam factam eſſe.

Et peruertunt, inquit, *quorundam fidem.* Non omnium, ſed quorundam. Nam ſi reſurrectio non eſt, fides noſtra omnis euanuit: ſi reſurrectio non eſt, inanis eſt prędicatio noſtra: ſi non eſt reſurrectio, neque reſurrexit Chriſtus: quòd ſi non reſurrexit, neque natus eſt, neque in cœlum aſcendit. Vides vt cùm ſolam reſurrectionem videatur euertere, plurima fidei fundamenta concutiat? Quid igitur? Nihil ne igitur contrà moliendum eſt? Nempe Chriſti ſtabile fundamentum nutare non poteſt, quod huiuſmodi eſt ſignaculo præditum: *Nouit dominus qui ſunt eius. Et recedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini.* Oſtenditur ex his, eos qui peruerſi ſupt, antea ſtabiles nõ fuiſſe. Neque enim primo ſtatim impulſu euerſi fuiſſent: ſicut neque Adam ante inſultum ſtabilis fuit. Qui enim firmi in fide, & fixi ſunt, non modò nihil ab huiuſmodi ſeductoribus violantur, verùm ipſa ſua conſtantia admirationi habentur magis. *Et ſtabile*, inquit, *& fundamentum.* Ita tenenda eſt fides, huiuſmodique ſignaculum cautè ſeruandum: *Nouit dominus qui ſunt eius.* Ex Deuteronomio huiuſmodi teſtimonium ſumpſit, ac ſi dicat, Stant fixæ atque immobiles, conſtãtes animæ. Vnde verò illæ noſcuntur? Ex eo ſcilicet, quòd huiuſmodi teſtimonium in ſuis operibus præferunt, quòd à deo noſcuntur, quòd non ſimul pereunt, quòd ab iniquitate diſcedunt. *Et recedat*, inquit, *ab iniquitate omnis, qui nominat nomen domini.* Hæc indicia fundamenti ſunt, quæ non ſecus, quàm fundamentum firma perdurant: atq; veluti lapidi ſunt incidenda, vt ſint nobis literarum vice. Porrò hæ literæ operibus oſtenduntur. *Habens*, inquit, *ſignaculum iſtud affixum. Omnis*, inquit, *qui inuocat nomen domini, recedat ab iniquitate.* Igitur cùm quis fuerit iniuſtus, alienus à fundamento eſt, cùm & hoc proprium ſignaculi ſit, iniqua nõ agere. Caueamus itaque ne ſignaculum regium perdamus, ne ſalutis deponamus indicium, ne nõ ſignati ſimus, neu ſtulticiæ & inconſtantiæ denotemur. Sudeamus fundamẽta eſſe, & fundamenta firmiſſima, vti ne circumferamur omni vento doctrinæ. Hoc nempe eos, qui dei ſunt, indicat, & qui ab iniquitate diſcedunt. Nam quo pacto quis dei eſſe poteſt, qui iuſtus eſt, cùm ſit ipſe iniuſtus, & iniqua operetur, atque aduerſus eum operibus pugnet, ipſúmq; per actus illicitos irriteť? Sed ecce nos dum aduerſus iniuſticiã loquimur, plurimos in noſipſos concitamus. Quippe hęc peſtis cunctorum animas,

1. Cor. 15. b

Morale.

Epheſ. 4. c

tyranni

tyranni in morem occupauit: quòdque grauius est, nō id necessitate, aut vi, sed suadendo ac blandiendo effecit, vt illi gratas habeant huiusmodi seruitutes. Nam si quidem vi, non amore tenerentur, quàm primùm ab ea seruitute resilirent: quocirca eis iucūda esse videtur ea res, quæ amarissima est, & amara iusticia, quæ dulcissima est, si intimo sensu hauriatur. Ea quippe ratione & mel amarum quidam esse putarunt, & aliud quodlibet noxium cum voluptate perceperunt. Causa verò nō ex rerum natura, verùm ex peruersitate sententię ducitur. Laborat enim morbo nostræ rationis iudicium. Sicuti etiam statera, si lancem loco motam habeat, pondera iustè non iudicat: ita & anima nisi habeat rationis lancem stabilem, ac firmiter vi diuini timoris affixam, res syncerè diiudicare non valet, sed circunfertur iugiter atque deprimitur. Nam si quis diligenter inquirat, aspiciet ingentem iniquitati amaritudinem inesse, eámque non modò patientibus, verùm & agentibus, immò his maximè esse pernicioſissimam. Nihil modò de futuris, sed de præsentibus interim loquimur. Nónne huius germina sunt lites, rixæ, iudicia, reprehensiones, accusationes, inuidiæ? Quid verò his omnibus dici amarius potest? Nónne hæc inimicicias, bella, odia gignit? Nónne conscientiam, quæ nos iugiter flagellis cædat ac mordeat? Vellem, si fieri posset, iniqui animam corpore exutam, cernendam omnibus in conspectum dare: videres eam profectò pallidam, trementem, rubore & confusione plenam, anxiam, semetipsam condemnantem. Quanlibet enim quis ad ipsa viciorum profunda corruerit, animi iudicium nunquam corrūpitur, atque inuiolabile perstat. Nullúsque est qui dum malum operatur, bonum id esse putet, sed occasiones fingit, & omnia facit: cæterū ille, etsi verbis crimen fortassis diluat, conscientiam tamen ipse suam effugere nequaquam poterit. Nam hîc quidem & oratio arguta & callida, & inconstantia principum, & assentatorū greges, ius fortè obnubere queant: intra verò conscientiam nil horum admitti potest. Non adulatores adsunt, non pecuniæ, quæ iudicia corrumpunt: insitum quippe nobis est à deo naturale iudicium. Id verò cùm à deo collatum sit, nihil eiusmodi patitur, sed ipsi quoq; somni inquieti & tetræ rerum imagines, & iugiter animū cædens mali memoria, quietem intercipit nostram. Puta, domum quispiam ab aliquo per nefas abstulit: non is modò cui sublata est, gemit, verùm & qui eam tulit: siquidem futurum credit esse iudicium, immò is maximè ingemiscit, ac lamentatur: sin verò futuris derogat fidem, sic quoque confusus erubescit. Sed planè nullus est, siue Gentilis, siue Iudæus, siue hæreticus sit, qui futuram retributionem non metuat, & expauescat. Nónne quàm sæpe cernimus in nos variis modis supernam animaduersionem desæuire, siue cùm ad extremam deuenimus inopiam, siue cùm filios, & charos amittimus, siue cùm corpore aut animo lædimur, quàm multa huiusmodi sæpe infert deus? Quia enim resurrectionis fides, ac iudicij æterni metus, omnes coërcere non potest, & hac in vita iusti iudicij sui plurima nobis argumenta præstat, & in medium affert. Ille cùm opes congessisset innumeras, absque liberis moritur: hic in bello moritur, alius corpore debilis fit, alius amisit vnicum filium: ista cogitat, hæc mente pertractat, perpetuóque metu agitatur. An verò ignoratis, quàm multa patiantur iniqui? An hęc amaritudine plena non sunt? Et si nihil illis huiusmodi contingat, nónne iniquum hominem omnes carpunt, omnes oderunt, detestantur omnes, ac beluis

A omnibus stultiorem, immaniorémque arbitrantur, etiam iniqui ipsi? Nā si seipsos cōscientiæ impulsu damnant, multò magis alium eiusdem criminis reum, raptorem illum, & cupidissimum, perditúmque appellantes. Quid ergo habet ille amplius? Nihil profectò aliud, quàm solicitudinis cumulum, & molestissimā curam, ad ea seruanda quę rapuit. Quantò enim quis pecuniarum plus acquisierit, tantò maiores sibi vigilias, acriorémque solicitudinem parat. Quid illorum maledicta memorem, qui opprimuntur iniuriis? Quid angorum per singula cumulum? Porrò si morbus ingruerit, quāto curarum absorbebitur baratro? Neque enim potest quamuis impiissimus, non solicitè versare animo futura, quando iam nihil operari potest. Nam quādiu quidem hîc sumus, anima voluptatum illecebris delinita, tristia ægrè admittit animo: cùm verò migratura ex
B corpore est, tunc iam maiore continetur metu, quippe quæ ad ipsa iudicij peruenerit limina. Ita fermè & latrones, quandiu in carcere viuunt, absq; metu degunt: vbi verò ad velum sisti cœperint, soluūtur metu. Cùm enim pulsare animam metus mortis incipit, ignis instar præsentis vitæ omnia succidens, philosophari eam cogit, & futura solicita mente versare. Nullus iam pecuniæ incessit amor, nullum vrget auariciæ studium, nulla stimulat libido concubitus. Hæc igitur, vt dixi, vbi præteriere, iudicium esse †liberum gratia] sinunt, succedente mœrore, duriciámque molliente. Nihil enim æquè vt deliciæ, philosophiæ aduersatur: sicut è contra pressura ad philosophiam accōmodatissima est. Inspice quæso, quid nam tūc auarus erit. Afflictionis, inquit,
C tempus obliuionem facit abundantis voluptatis. Quo animo futurus est, cùm eos cogitabit, quorum diripuit bona, quos affecit iniuriis, quos immodica cupiditate prædatus est? quando alios cernet auaricia frui, seipsum verò è vicino pœnas exigendum. Neque enim fieri potest, vt morbo quis detentus, non ista conspicetur. Sæpe nanque ipsa in semet vertitur anima, fit anxia, pauida, tremens. Porrò id quàm sit mœroris, atque amaritudinis plenum, quis eloquatur? Hæc autem per singulos morbos fieri necesse est, & ista quidē hîc. Quæ verò futuri temporis sunt, explicari omnino nequeunt, pœnæ illæ, supplicia, cruciatus, tormenta, quæ cogitationem omnem fugiunt. Ista nos assiduè dicimus: Qui habet au- *Luc. 8. d*
res audiendi audiat. Idcirco autem ea assiduè dicimus, quia cogimur. Nam gratissimum esset, si nulla nos hæc vel semel dicere necessitas cogeret: quoniam verò id datum non est, cupimus vel hoc medicaminis genere vos eripere morbo, sanitatique restituere. Quòd si in morbo perstiteritis, dissolutę prorsus, atque obtusæ, immò crudelis, immanisque animæ erit, vel medicinæ artem repellere. Si enim cùm medici corporum, charos nostros desperauerint, eos tamen oramus, ne curare omittāt: sed vsque ex extremam respirationem, omnem artis adhibeant diligentiam: non multò magis eadem in nobisipsis vtemur diligentia? Fortassis enim postquàm ad ipsas inferni ianuas, ipsaque nequitiæ peruenerit limina, resipiscere quis poterit, & recreari, & cōualescere, atque capessere æternam vitam. Quàm multi enim cùm sępius auditoriū spirituale frequentarent, nullúmque eorum quæ dicuntur, perciperent sensum, repentè vnico doctoris verbo conuersi sunt? immò nō vnico illo. Etsi enim nullū præteriti studij perceperant sensum, lucrati tamen sunt, fructúmque perseuerantiæ suæ repentè ostenderunt. Nam sicuti arbor, cùm plures ictus acceperit, & vno postmodum repentè corruerit,

† sincerum.

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non vni illi tãtùm,sed cæteris pariter imputatur:quod A ille animaduertit, qui radicẽ intuetur. Qui enim ex alto conſpicit,nihil tale valet cõſpicari: ita & hîc.Et medici ſæpe plurimi,cum plura medicamenta ægroto obtuliſſent,nihil profecerunt, cùm demum repentè quiſpiam accedens, totum perfecit: non eſt autem ea curatio,illius tantùm munus,qui poſtremus acceſſit: verùm illorũ etiam,qui remedia priores morbo adhibuerunt. Igitur & ſi modò perceptæ doctrinæ minimè afferimus fructum, cum poſtmodum afferemus. Cuius profectò rei certa omnino tenemus indicia. Neq; enim fieri poteſt,vt flagrantiſſimum hoc veſtrum decidat ſtudium, quo ad audiẽdum dei verbum tanto affectu,atq; amore concurritis: abſit id penitus.Præſtet autem omnipotens deus gratiæ ſuæ cumulum, vt eius monitis obtemperantes æternæ fœlicitatis præmia cõſequi mereamur, in Chriſto Ieſu domino noſtro,Amen.

Homilia ſexta.

IN magna autẽ domo non ſunt tantùm vaſa aurea,& argentea: ſed & lignea,& fictilia, & alia quidẽ in honorem,alia verò in contumeliam. Si quis emundauerit ſeipſum ab his,erit vas in honorem ſanctificatum,& vtile domino in omne opus bonum præparatum. Pleroſq; mortalium ea cogitatio ſæpe turbabat, cur mali permaneant,& nõ penitus pereant. Eius autẽ rei & aliæ cauſæ plurimæ afferri poſſunt: puta,vt conuertantur,& pœnitentiam agant: ac niſi reſipiſcant, pœna ſua poſtmodum cæteros moneãt.Hîc autem plenam rationis cauſam Paulus affert,dũ dicit: In magna domo eſſe vaſa, non modò argentea & aurea, ſed etiam lignea & fictilia. ac ſi dicat: Quemadmodũ in maiori domo, neceſſaria eſt magna differẽtia vaſorum, ita & in orbe toto. Non enim eam ſimilitudinem ad eccleſiam refert, verùm ad mundum C vniuerſum. Quippe in eccleſia nullum vult eſſe vas ligneum,aut fictile,ſed argẽtea omnia & aurea.Ibi enim *Epheſ.5.f* eſt corpus Chriſti, virgo caſta, non habens maculam, neque rugam. Noli, inquit, perturbari,ſi ſunt homines nequam, & ſcelerati. In magna enim domo ſunt vaſa huiuſmodi.Sed non eodem,inquies,honore fruuntur, verùm alia in honorem, alia in contumeliam ſunt. Ita ſanè, ſed vaſa illa vilia licèt, miniſteriũ tamen aliquod in domo implent,vſũmque ſui præſtant:in mundo verò non his ipſis ad alia vtitur deus? Verbi gratia:Inanis gloriæ cupidus plurima ædificat: cupidus,itẽ negociator,caupo,princeps.Sunt quædam in mũdo opera,quæ illis cõgruunt.Porrò aureum vas nihil huiuſmodi eſt, ſed circa regiã verſatur mẽſam. Non itaq; inter neceſſarias res malicia eſt. Quo enim pacto? Sed mali quoque ipſi ſuum implent munus. Nam ſi argentei & aurei fuiſſent omnes,nihil eis profectò opus eſſet.Denique ſi D omnes laborum, ærumnarũmque patiẽtes eſſent, nihil opus haberemus ædificiis: ſed delicias ſinguli aſpernaremur, ac fruſtra varia ciborum genera, præclaráſque ædes inquireremus, cùm earum tantùm rerum,quæ eſſent ad victum neceſſariæ, curam haberemus omnes.

Si quis ergo, inquit,*ſeipſum his emundare ſtudeat, erit vas in honorem ſanctificatum.* Vides vt non naturæ, carnaliſve neceſſitatis ſit, aureum eſſe,vel fictilem,ſed noſtræ tantummodo voluntatis? Ibi nempe neque fictile vas aureum fieri poterit,neque hoc in illius naturam conuerti. At verò hîc magna huius mutationis, & emigrationis facultas volenti datur. Vas erat fictile Paulus,ſed euaſit in aureum: vas fuit aureũ Iudas,ſed in fictile conuerſum eſt. Sunt igitur fictilia immunda, luxurioſus, nepos, auarus, fictiles erunt. Et quo modo alio in loco ait: Habentes theſaurum hunc in vaſis fictilibus?Natu- *2.Cor.4.b* ram hîc noſtrorum corporum ſignificauit, quæ fictilia vocauit vaſa. ac ſi dicat,Vas fictile corpus noſtrum eſt. Sicut enim fictile vas nihil eſt aliud, quàm coctum lutum: ita & corpus noſtrum nihil aliud eſt,quàm lutum animæ calore ſolidatum. Huiuſmodi denique, ſi ſæpius decidat, defluit atque conteritur.Quid enim oſſa, quæ adeò valida ſunt, & arida, à teſta figuli differunt? Quid à luto carnes? nónne æquè ex humore materiam trahunt? Cæterùm, vt dixi, illic de natura, quam minimè vituperat, loquitur: hîc de voluptate, quæ in vicio eſt. Si quis ergo, inquit,emundet ſeipſum. non ſimpliciter ait, mundet, ſed emundet: hoc eſt, penitus purget, erit vas in honorem ſanctificatum, & vtile domino. Illa ergo inutilia ſunt, & ſi vſum quendam ſui præbeant, ſed non in omne opus bonum. Quod autem in B honorem eſt, in omne opus bonum vtile dicitur præparatum: & ſi non operetur, idoneũ tamen eſt, & præparatum. Oportet igitur ad omnia paratum eſſe, ſiue ad mortem,ſiue ad martyrium, Prõpto animo ad omnia eſſe neceſſe,ſiue ſit amplectenda virginitas, ſiue genus aliud quodlibet virtutis,glorioſiq; laboris ſubeundum. *Iuuenilia verò deſideria deuita.* Iuuenilia deſideria, non ea modò quæ ad libidinem pertinent,ſed quæque caſtigari conuenit,dixit. Audiant ſenes quam ſibi fugienda ſunt iuuenilia omnia. Siue enim quis iniurioſus ſit,ſiue potẽtiæ ſtudeat,ſiue pecuniarum, aut corporum amore teneatur, iuuenile deſiderium eſt, ac ſtolidum, cordiſque necdum ſatis cõſtantis,ſenſuq; parum firmi, & qui nõ altis radicibus fixus ſit, ſed feratur leuis & vagus, certum documentum. *Hæc ergo,*inquit,*fuge, perſequere autem iuſticiam,fidem,charitatem,pacem cum his,qui inuocant dominum ex mundo corde.* [Iuſticiam dicit quanlibet virtutem, pietatem ſcilicet quæ in recta vita conſiſtit.fidẽ, charitatem, manſuetudinem cum inuocantib⁹ dominum ex mundo corde.] Hoc eſt, illis ſolũ confide, non qui temerè, ſed abſque dolo & ſimulatione inuocant, quibus nihil ineſt fraudis, qui cum pace ad inuocandũ pergunt, qui nõ litigant: illis itaque tantùm accede ſocius, & cum eis preces miſce,à cæteris abſtine.Manſuetum eſſe oportet, atque pacificum. Cæterùm ea manſuetudo ita ſeruanda eſt, vt non ex ea pietas, fidéſq; lædatur: quam qui violare quærunt, durius corripiendi ſunt. *Stultas autem, & imperitas quæſtiones deuita.* Vides vt vbique illum quæſtionibus arceat,nõ quòd ille idoneus non fuerit eas euertere: alioqui dixiſſet, cura idoneus fieri ad eas euertendas, ſicuti cùm dicit: Intende *1.Tim.4.d* lectioni, hoc enim faciens, & teipſum ſaluum facies,& eos qui te audiunt. Verùm nouerat eſſe prorſus inutile, huiuſmodi ſubire certamina, nullúmque finem habitura, niſi rixas,odia, iniurias,maledicta: has ergo,inquit,quæſtiones deuita. Sunt autem aliæ perutiles quęſtiones de ſcripturis, de aliis neceſſariis, à quibus ille nos minimè prohibet: ſed ita, vt in conquirendo ceſſent lites,iurgia,rixæ.Procul enim iſta eſſe debẽt ab eo, qui dei pacis ſeruus eſt. *Seruum,*inquit, *domini non oportet litigare, ſed mitem eſſe ad omnes.* Quo modo ergo dicit: *Tit.2.d* Argue eos cum omni imperio?&, Nemo adoleſcẽtiam *Infrà.4.c* tuam cõtemnat?Et rurſus: Argue eos durè? quia & hoc *Tit.2.c* manſuetudinis eſt. Nam vehemens reprehenſio,quando ita fit, vt à manſuetudine non diſcedatur, ea maximè eſt, quæ operari conſueuit egregiè, quod ſuum eſt. Licet enim profectò acrius cum mãſuetudine carpere, quàm cũ audacia,& feritate confundere. *Doctorem.* Ad

omnes,

omnes,qui discere cupiunt. Hæreticũ enim,inquit, ho- *Tit.3.c*
minem post vnam,& secundam correptionem deuita.
Patientem. Id quippe prorsus necessarium est, alioqui
cætera incassum fiunt. Si enim piscatores cùm sæpe die
tota frustra iactauerint retia, non tamen desistunt, ne-
que desperant; multò magis nos id facere conuenit.Et
vide quàm id vtiliter fiat. Sæpe fit,vt dum assiduæ do-
ctrinæ fructus illabitur animo,vicio quo ille perturba-
tur, excidat. Prorsus enim qui milies audierit aliquid,
patietur: nã fieri non potest, vt qui iugiter cœlestis do-
ctrinæ excipit verba, nihil patiatur.Interdum igitur is,
cui persuadere persistẽdo poteramus,desperatione no-
stra totum perdit. Non secus,quàm si quis imperitus a-
gricola,vbi plantauit vitem, priore illam anno diligẽ-
ter curet, & fodiat: secundo verò, ac tertio fructum se
percepturũ speret: idque nisi obuenerit,desperãs,quar-
to iam anno quo laborum suorũ præmia percipere po- B
terat, curam vitis omittat. *In mansuetudine*,inquit,*corri-*
pientem eos qui contradicunt. Hoc enim in primis mansue-
tè magistrum facere oportet. Neque enim potest ani-
ma,quę opus habeat discere,si corrixãdo,& altercando
doceatur, quippiã vtile,ac necessarium quantalibet in-
tentione vtatur conspicari, nihilq; inde referet, præter
mœrorem, atque tristiciam. Expedit hoc illi ante om-
nia, qui vtile aliquid addiscere vult, vt gratè magistro
afficiatur. Nisi enim hoc præstetur, nihil commodè,
nihil vtiliter fieri poterit. Gratè verò illi affici, qui se
iniuriis audaciter impetat,nemo fermè potest.Quo mo
do igitur ait: Hæreticum hominem post vnam & secũ-
dam correptionem deuita?Hoc de illo monet,qui cor-
rigi nõ vult, quem insanabili morbo detineri viderit.
Ne fortè, inquit, *det eis dominus resipiscere à diaboli laqueo.*
Ac si dicat,fortassis aliqua sequetur emendatio. For-
tassis autem in rebus dubiis ponitur. Igitur ab illis so-
lis discedendum est,de quibus apertam possumus ferre
sententiam, certique sumus quantalibet fiant,eos nun-
quam ad veritatis viam esse reuocandos. *In mansuetu-*
dine, inquit, *corripientes eos, qui contradicunt.* Vides vt hi
qui addiscere cupiũt, ita gratè & intentè accedere de-
beant, vt ante demõstrationem, minimè à disputatio-
ne resiliant? *A quo*,inquit, *captiui tenentur pro illius volũtate.*
Bene ait, captiui: interim enim in errore natant.In-
tuere quàm cautè illum de se humilia sentire moneat.
Non ait,ne fortè possis:sed quid?Ne fortè det illis deus
resipiscere,vt si quid fiat, ad dominum cuncta referan-
tur. Tu plantas, tu rigas: ille seminat, & fructus pârere
facit, atque ad incrementum perducit. Nunquam igi-
tur ita simus affecti, ac si ipsi cuiquam persuaserimus,e-
tiam si ille nobis obaudiat,sed ad deum referamus om- D
nia. *Et captiui*, inquit, *ab ipso tenentur ad ipsius voluntatem.*
Hoc autem non modò de dogmatibus, sed etiam de
vita intelligitur. Voluntas eius est rectè viuere. Sunt
autem quidam in laqueo diaboli, vitæ quoque gratia.
Itaque ne in huiusmodi quidem lassescere debemus a-
nimo: ne fortè, inquit, resipiscant capti ab eo ad ipsius
voluntatẽ. Quod ait. Ne fortè, magnæ patientiæ indi-
cium est. Nam voluntatem dei nõ facere, laqueus pro-
fectò diaboli est. Quemadmodum enim auis, & si non
toto corpore, sed vno tantùm pede capta teneatur, in
potestate eius est, qui laqueum tetendit: ita & nos,cùm
& vitæ,& fidei peruersitate capi valeamus,si vita solùm
Matt.7.e oberrauerimus,in ius diaboli labimur. Non enim om-
Ibidem. nis, qui dicit mihi,Domine domine,inquit,intrabit in
regnum cœlorum. Et rursum: Nescio vos, discedite à
me omnes qui operamini iniquitatem. Vides vt nullũ
A sit fidei lucrum,quandoquidem dominus nos ignorat.
Virginibus quoque hoc ipsum ait,nescio vos.Quid er- *Matt.25.A*
go virginitas profuit, cæteríque sancti certaminis la-
bores, quando ignorantur à domino? plurimis deniq;
in locis reperies solo ex vitæ reprobæ,non ex fidei me-
rito, plerosque damnari. Sicut alibi quoq; sola ex per-
uersitate dogmatum, absque vlla vitæ culpa alios ple-
cti. Hæc nempe sibi inuicem cohærent.Itaque cùm vo-
luntatem dei non facimus, sub laqueo diaboli sumus.
Neque modò ex vita tota,verùm ex vno tantùm defe-
ctu solo,in gehennam mittimur,nisi alia suppleant bo-
na. Quippe & virginibus, non incestus, non adulterij,
non inuidiæ,non liuoris, non ebrietatis, non infidelí-
tatis,aut peruersæ fidei crimẽ inuritur, sed olei tantùm
defectus, quia scilicet misericordiam non exercuerãt,
neque eleemosynas fecerãt:id quippe significat oleum. *Oleum.*
B Et illi item qui supremæ damnationis sententiam luẽt,
quibus dicitur: Discedite maledicti in ignem æternũ, *Ibidem d*
solùm quòd Christum non pauerint,crimine exagitan
tur,nullaque cæterorum mentio fit. Vides certè vt Morale.
eleemosyna sola neglecta gehennæ ignibus tradat? Ad
quid enim eris vtilis, qui non facis eleemosynam? ieiu-
nas quotidie? at virginibus nihil profuit eiusmodi stu-
dium.oras? at sine eleemosyna infructuosa erit oratio:
absque illa immunda sunt omnia,& inutilia,maiórque
pars virtutis exciditur.Qui non diligit,inquit,fratrem *Ioan.4.b*
suum,ignorat deum.Illũ quo modo diligis, qui ne mi-
nima quidem ista, & vilia pateris ei tecum esse commu
nia?Sed castè,ac temperanter viuis. Cuius rei gratia id
facis? num supplicij metu? minimè id quidem,sed qua-
dam bonitate naturæ. Nam si id agis timore supplicij,
tantamq; incendij vim, ac libidinis tyrannidem supe-
C ras,multò magis studere eleemosynis debes:neq; enim
idem labor est, pecunias contemnere, atque frenare li-
bidinẽ,sed longè maior hic labor est.Cur id?Quia vo-
luptas illa naturalis est,nostrisq; insita & innata corpo-
ribus,non sic autem cupido pecuniæ.Solum deniq; pie-
tatis ac miserationis est studium, quo deo æquales eua-
dere possumus: quo si careamus,cũcta simul amisimus.
Non enim ait, si ieiunaueritis, aut virginitatem obser-
uaueritis, aut oraueritis, patri vestro similes eritis:nihil
enim huiusmodi in deum cadit,neque aliquid tale ope
ratur deus. Sed quid? Estote,inquit, misericordes,sicut *Luc.6.c*
pater vester, qui in cœlis est. istud dei opus est, hoc si
desit, quid habes? Misericordiam volo, & non sacrifi- *Matt.9.b*
cium.Fecit deus cœlum,fecit terram,mare:magna pro-
fectò ista sunt, deique sapientia digna:verùm nihil ho-
rum ita naturam attraxit humanam,vt illius misericor-
dia & suprema benignitas. Ea profectò cùm in cæteris
elucet,quæ ille potentissimè, optimè,clementissimè no
stri gratia fecit: tum in eo maximè, quòd propter nos
seruus fieri dignatus est. Nihil itaque deum nobis ita
propicium,vt misericordiæ studium facit: plurimáque
de hoc vltro citrôque prophetæ dixerunt. Misericor-
diam autem non eam dico, quæ de rapina fit: neque e-
nim est ea misericordia,neque spinæ radix, aliquando
oleum gignit, sed oliuæ tantùm. Ita neque auariciæ ra-
dix,neque iniusticiæ, neque rapinæ misericordiam pa-
rit. Noli eleemosynam sua honestate nudare,noli eam
omniũ probris exponere: nam si ideo rapis,vt eleemo-
synam facias, nihil est ea miseratione deterius. Quic-
quid ex rapina prouenerit,non est id misericordia,im-
manitas illa est,& contumelia,atque crudelitas: neque
simpliciter,sed in deum. Denique si Cain, qui deterio- *Gen.4.a*
ra ex suis obtulit, ita offendit: qui aliena offert, quantò
magis

magis offendet? Oblatio nihil aliud, quàm sacrificium est. Cumq; sordidis manibus orare non audeas, sordes ipsas atque immunditiam offerens ex rapina, nihil graue esse putas? manus ipsas non finis impleri immunditia, sed eas primùm abluens, ita demum offers: & certè cùm illæ sordes crimine careant, sed sola immunditia animi in culpa est. Non itaque inspiciamus, quàm mundis manibus hostias, precèsque offeramus: sed id potius curemus, vt quæ offerimus, munda sint semper, alioqui ridiculam rem faciemus. Veluti si quis dilutam diligẽtius tabulam immundis muneribus impleat, nónne hęc fœda esset irrisio? Sint mundæ manus, non eas aqua solùm diluamus, sed iusticia prius emundare studeamus, hæc vera mundatio manuum est: quòd si pleni iniusticiæ simus, quamuis eas milies abluas, nihil inde lucraberis. *Esa.1.d* Lauamini enim, inquit, mundi estote. Nũ ait, pergite ad fõtes, ad balnea, ad stagna, ad flumina? nihil horũ dixit. Sed quid? Auferte malicias vestras ab animabus vestris. hoc est, mundũ esse: hoc est, ab inquinatione euadere liberũ, hæc vera munditia est. Illa enim minimum prodest, hæc autem fiduciam nobis ad deum, confidentiámque largitur. Illam & adulteri, & fures, & homicidæ habere possunt, mollèsque ac lasciui, nepotésque ac fornicarij, huiusmodi munditiæ in primis studiosi sunt: quippe qui ante omnia corpus diligentissimè curant, vnguenta spirãtes, corpúsque perpetua cura tergẽtes. Eis quippe corpus sepulchrum est, animam habens intrinsecus mortuam. Hanc ergo munditiam & illos consequi fas est: ad eam verò quę intima, & vera est, aspirare penitus nequeũt. Nihil egisti magnum, si corpus abluas. Iudaica illa purgatio est, inanis ac prorsus inutilis, interior si munditia desit. Sit quispiã putredine plenus, absq; vulneribus, quantunlibet circunluat corpus, nihil proficiet, nullúsque erit casli laboris finis. Quòd si purulentum corpus nil iuuare potest, cùm exterior cutis circunluitur, assidueq; respergitur: quando fuerit putredo animæ insita, quid nobis proderit munditia corporis? Nihil profectò. Orationibus nobis opus est mundis. Illæ verò quo pacto mundæ esse possunt, cùm anima ex qua prodeunt, ipsa immunda sit? Porrò nihil animam ita immundam facit, vt auariciæ, ac rapinæ labes. At sunt qui cùm per diem innumera admiserint scelera, vesperè lauant, nimiúmque fidenter ac temerè ingrediuntur ecclesiam, manúsque ad orationem extendunt, quasi sordes animi aquarum diluerint lauacro: quod si verum esset, quotidiano hoc lauacro multùm profectò lucraremur: ne ipse quidem aliquando desisterem balnea frequens adire, si mũdos efficere, ac peccata diluere possent. Sed ridicula ista, & deliramenta, atque ludibria, puerorum sunt ludus. Non execratur deus corporum sordes, sed immunditiam animorum. *Matt.5.a.* Audi deniq; ipse quid dicat: Beati mũdo corde. non ait simpliciter, mundi, sed addit, corde: quoniam ipsi deum videbunt. *Psal.50.c* Propheta quoque: Cor mundum, inquit, crea in me deus. Et rursus: Ablue à malicia cor tuum. *Hiere.4.d* Multùm profectò confert bonis assuescere. Vide quàm sint ista modica & inutilia: & tamen eõsuetudine inducta, anima ea non deserit, neque ad orandũ pergere sustinet, nisi ea prius impleuerit. Puta assuefecimus nos lauare, & orare, & quasi id non liceat illotis manibus facere, non libenter oramus, nisi antè lauerimus: perinde ac deum offensuri, violaturiq; conscientiæ bonum, nisi ita faciamus. Si modicum istud tantum habet virtũ, vt quasi necessariò diebus singulis impleatur: quis iam ambigat, si dandis eleemosynis itidem assuefacti essemus, neque ingredi orationis domũ vacuis manibus constituissemus, id quoq; effecturos? Multùm quippe & in bonis, & in malis valet consuetudinis vis. Non iam laborabimus, si illa nos ceperit. Plerique consuetudinẽ fecerunt, seipsos assiduè signandi, neque admoneri opus habẽt, sed animo quoque alibi sæpe occupato, ipsa cõsuetudine, veluti quodam animato magistro impellente, manus sponte formãt ad salutaris impressionem signi. Assuefecerunt se quidam non iurare, nunquã illi nec spontè, nec inuiti hoc facient: assuescamus nos quoque eleemosynis dãdis, & id citò peragemus. Quantis laboribus nobis opus esset, vt hîc medicamentũ reperire possemus tam salubre, tam potẽs? Nam quæso, nisi esset eleemosynæ solatium, postea quàm innumeris sceleribus supplicio nos feciissemus obnoxios, nónne multùm ingemiscceremus multisq; suspiriis optaremus pecuniis posse peccata redimere? Nónne illas omnes própto exhausissemus animo, cunctámq; omnino substantiã impẽdissemus, vt superni iudicis irã possemus effugere? Nã si hoc in morbo facimus, atq; impẽdente morte dicimus. Si mortẽ redimere fas esset, bona ille sua dedisset omnia: multò magis id in illa ineuitabili necessitate fieret. Et vide quęso quanta sit diuina clementia, non tibi dedit vt temporalẽ mortẽ, sed æternam redimere posses. Noli, inquit, breuẽ hanc redimere vitam, sed ęternam tibi comparare stude: illam tibi vendo, non istam: non illudo tibi, hanc si acceperis, nihil accepisti, ego noui illam quanti sit precij. Non ita caupones, mortalisque vitę negociatores faciunt: illi enim si quos fallere queant, vilia quæque carius vendũt: at ego non sic. Nam dic obsecro, si profectus ad negociatorem quempiam, duabus propositis gemmis, vili vna, alia precios issima, preciũ pro vili poneres, precio-sámque susciperes, num illum rideres? Absit, immò admirareris magis, & gratias ageres: *ita & nunc duæ vitæ propositæ sunt, temporalis alia, alia æterna: vendit illas deus, cæterùm æternam nobis vili precio dare mauult. Quid indignamur infantium more stultorum, quòd eam quæ precios ior est pro vilissimo accepimus?* Et potest, inquies, vita pecuniis emi? Potest, si nostra non aliena in precium demus. At mea, inquies, sunt. Nõ sunt tua quæ diripis, sed aliena quantunlibet illorum te dominum dicas: neque enim si depositum accipias, eo tẽpore quo abest, scilicet qui deposuit, tua illa esse dicis, licèt penes te sint. Si igitur quæ volentibus, & agentibus gratias eis qui deposuerunt, nostra non sunt, ne illo quidem tempore quo ea habemus: multò minus ista quæ inuitis, ac nolentibus rapimus: ille nanque eorum dominus est, cui direpta sunt, quanuis penes te sint cõdita: illa enim vera nostra sunt, quæ nobiscum perpetuò durant, eiusmodi virtutes sunt: nã pecuniæ ne nostræ quidem nostræ sunt, nedum alienæ: sed hodiæ nostræ, cras verò non nostræ. At verò virtus semper nostra est, neq; enim hæc illarum more minuitur: sed cùm adsit omnibus, integra permanet. Hanc ergo nobis cõparare studeamus, pecuniásque despiciamus, vt veris æternisque bonis frui mereamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

Homilia vij.

Hoc autem scite, quia in nouissimis diebus instabunt tẽpora grauia: & erunt homines sui amatores, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, Cap.III.

tes, immites, sine benignitate, proditores, protervi, tumidi, voluptatis amatores magis quàm dei, habentes speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes, & hos deuita. Ex his enim sunt, qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis & voluptatibus, semper discentes, & cętera.

1.Tim.4.a In priori epistola dixerat spiritum manifestè dicere, quòd in nouissimis temporibus recedent quidam à fide. & rursus alibi in ipsa epistola prædicit tale quiddam postea futurum, atque hoc ipsum hûc facit dicens: *Hoc autem scito quòd in nouissimis diebus instabunt tempora*

Exod.7.b *grauia.* Neque id ex futuris tantùm, verùm ex præteritis indicat, dicens: Quemadmodum Iannes & Iam-

Supra.3.c bres restiteruut Mosi. Et ex rationibus item cùm dicit: In domo autem magna non sunt tantummodo vasa aurea, & argentea. Hoc autem cur facit? ne scilicet turbetur Timotheus, nec quispiam nostrum, si sint homines mali: quandoquidem sub Mose illi fuerunt, & B postea futuri sunt. Nihil ergo mirum si nostra quoque ætate sunt. *In nouissimis diebus*, inquit, *instabunt tempora grauia.* Hoc est, pessima. Quo modo autem erunt tempora grauia? Non dies profectò, neque tempora, sed homines qui tunc futuri sunt carpit: quippe & nos ita loqui consueuimus, cùm tempora, vel mala, vel bona ex his quæ in illis contigere, appellamus. Causam quoque malorum omnium atque radicem, ac fontem protinus addidit, vnde alia gignuntur omnia: cùm nõ ea quæ proximi, sed quæ sua sunt, singuli quærunt: ex quo fit, vt vtrunque pariter negligant, ita enim ne sua quidẽ aspiciunt: sicuti enim qui ea quæ proximi sunt quærit, sua quoque ritè disponit: ita & si quæ illius sunt, negligit, sua quoque despiciet. Nam si sumus inuicem membra, proximi salus non illius tantùm est, sed & corporis reliqui: illiusque detrimentum non ad ip- C sum pertingit solùm, sed & corpus omne doloribus occupat. Si ædificatio sumus, si qua patitur pars reliqua constructio titubat: sin verò firma, & inuiolabilis durat, structuram ferre reliquam potest: ita & in ecclesia, si fratrem despicis, teipsum neglexisti. Quo pacto? Membrum tuum iacturam haud exiguam pertulit. Si qui pecunias connumerare non vult, in gehennam mittitur: qui in rebus necessariis periclitantem videt, manúmque non porrigit: nónne multò magis, quàm ille hoc patitur, atque eò amplius, quò de maioribus detrimentum id fiet? *Erunt enim*, inquit, *homines sui amatores.* Qui seipsum amat, ille in primis est, qui se non amasse conuincitur. Qui verò diligit fratrem, hic maximè seipsum amat. Ex hoc auaricia nascitur: charitatem enim quę per naturam lata est, & vbique diffunditur, contrahit atque constringit: hæc pestis medio- D cres quoque ac tenues auariciæ subigit: ex eo elatio gignitur, ex elatione superbia, cuius proles blasphemia est, ex qua arrogantia prodit quæ non obtemperandi est. Qui enim contra homines se effert, facilè in deum ipsum impius est: ita denique peccata nascuntur, vt sæpius ab inferioribus ad superna conscendant. Qui fuerit in homines pius, multò magis in dum erit: qui in socios, atque conseruos erit mansuetus, quantò magis in dominum? Qui verò aspernatur conseruos, ad hoc sensim pertinget, vt ipsum quoque despiciat dominum.

Morale.

†siquidẽ alios cõtemnendo, deũ ipsum contemnimus:

Non ergo despiciamus inuicem. Ea quippe doctrina pessima est, quæ deum nos contemnere docet, † si inuicem cõtemnimus,] cùm ille iusserit in alterutrum nos esse studiosos: aliter quoque si vultis exemplo scilicet hoc perspicuum faciam. Cõtempsit fratrem Cain,

A contempsit continuò & deum. Quò nam id modo? Vide quàm contumeliosè responderit deo: Nunquid *Gene.4.b* custos fratris mei sum? Despexit itẽ Esaü fratrem, despexit & deum. Idcirco dicit deus: Iacob dilexi, Esaü au- *Roma.9.c* tem odio habui. Ideo & Paulus ait: Ne quis fornicator, *Hebr.12.d* aut prophanus sicut Esaü. Spreuerunt Ioseph fratres eius, spreuerunt deum quoque. Israëlitæ quoq; Mosen aspernati sunt, atque ideo deum †offenderunt:] ita & †*spreuerũt:* filij Heli cùm negligerent, & peccare facerent popu- *1.Reg.2.c.* lum, in deum impij fuere. Vis id ex aduerso etiam inspiciamus. Abraham pepercit fratris filio, obediuit & *Gene.14.b,* deo, constatq; id ex obedientia, quam ostendit in filio, *& 22.a.* & reliqua virtute eius. Rursus Abel mansuetus erat in *Ibidẽ.4.b* fratrem, pius item erat in deum. Non ergo contemnamus inuicem, ne deum quoque cõtemnere discamus: honoremus nos mutuò, vt discamus & deum honorare: qui in homines temerarius est, in deum quoque erit temerarius. Vbi verò auaricia, & amor proprius, & arrogantia coëunt, quid iam deesse ad interitum potest? Omnia simul periere, peccatorumq; labes, ac cœnum plurimum influit. *Ingrati*, inquit. Quo pacto enim auarus gratus esse iam possit? Cui habiturus est gratiam? Profectò nemini. Omnes arbitratur inimicos, omnia quærit accipere: & si omnem illi substantiam tribuas, nullas refert gratias: indignatur, quòd non plus habueris, multorumq; eum feceris dominum: ne si orbis quidem totius, te donante potiatur, vllas tibi gratias aget: nihil enim se accepisse putat. Est quippe pestis huius inexplebilis appetitus, neque à morborum concupiscentia dissimilis est: talia enim sunt ægrotorum desideria. Denique is qui febris caloribus vritur, impleri nunquam potest, sed semper in desideriis est. C Ebrius item nunquam mero satiatur, sed siti semper anhelat: ita & qui pecuniarum insano tenetur studio, desiderium suum exatiare nulla opum poterit copia: quantalibet illi præstes, nullas vnquam tibi habebit gratias. Habebit autẽ ei tantùm, qui sibi quanta voluerit, dederit: id autem facere poterit nemo: neque enim habet modum cupiditas eius, estq; immensa habendi voluntas, nulli igitur gratias aget. Nihil æquè ingratum vt auarus, nihil ita absque vllo gratitudinis sensu est, vt pecuniæ cupidus: orbis ille totius inimicus est, indignatur quòd vlli sint homines. Cupit enim deserta esse omnia, vt omnium ipse potiatur solus, & multa secum talia cogitat: Vtinam vi terræmotus concussa, & euersa ciuitate, cunctisque oppressis, solus ipse relinqueretur, vt fortunas accipere omnium posset: vtinam pestis præter aurum absumeret omnia, vtinam terræ hiatu, aut inundatione maris perirent omnia: & alia in hunc modum innumera cogi- *†fulmina,* tat, nihil boni versat animo, solos terræmotus, & † flumina,] & bella, atque pestilentias reputat, & huiusmodi cætera contingere cupit, atque orat. Dic age infœlix, atque miserrime, & mancipiis omnibus vilior, si cuncta aurum essent, num sacram ideo auri euaderes *† fame.* famem? Nónne vel† peste] confectus interires? Si terræmotu agitatus orbis, funditus euerteretur, non ideo pernicioſa hac cõcupiscentia liber euaderes? Nam nisi homo esset in terris, vnde tibi necessaria vitæ suppeterent? Ponamus sanè omnes repentè orbe toto deletos esse mortales, aurúmque illorum & argentum in tuum ius migrasse, quanquàm fatua planè & inepta consector, opesque illis, aurum scilicet, argentum, pretiosam sericam atque auream vestem, in tuas sponte veniſſe manus, quid inde lucrarere? Ita enim te maxi-

mè inuaderet mors eis destitutum, qui panem conficerent, amotis agricolis, feris cuncta vastantibus, dæmonibusq; metu cõcutientibus animam tuam, quam quidem nunc etiam possident, & plurimi quidem: tũc autem te in stuporem quoque, amentiamq; perduxissent, siue etiam prorsus perdidissent. At vellem, inquies, & agricolas, & pistores esse superstites: enimuero illi si tecum superessent, opes illas tecũ partiri vellent: sed non id patienter admitteres, adeò inexplebilis est cupido huiusce modi. Quid verò his dici ridiculosius possit? Vidisti summam rerum difficultatem. Vult quispiam ministros habere quàm plurimos, nec patitur eos vel necessariũ habere victum, quasi per id ipsius opes imminuantur. Num quæso lapideos vis esse homines? Quàm sunt irrisione ista digniss ima, quæ fluctus, & procellas, & tempestates ac turbines, ingentemq; perturbationem animis excitant. An verò non istos miserebimur, atque lachrymis, gemitibusq; prosequemur, qui semper esuriunt, semperq; sitiunt? Atqui corporibus humanis acerrima hæc lues est, quæ à medicis pro insatiabili appetitu † σβελυκία] Græco vocabulo dicitur, cùm quis ciborum nimietate distentus, ne sic quidem fame liberatur: huiusmodi nempe lues in animabus auaricia est, quæ quantalibet immittas, nunquam prorsus impletur, sed semper cupiditati vastior laxatur sinus: nempe si elleborũ sumere, aut quodlibet & grauius perpeti opus fuisset ad eam euadendam pestem, nõnne ferre omnia prompto animo oportuit? Nulla profectò multitudo pecuniarum inexplebilem † vterum]implere potest. Non pudet cùm plerique adeò circa opes insaniant, nos in deum ne minimam quidem partem huiusce dilectionis ostendere, deumq; apud nos viliorem esse pecuniis? Auri nanque gratia, & vigilias, & peregrinationes, & altera pericula, & odia atque insidias, & omnia deniq; tolerant homines, nos pro deo ne verbum quidem, vel tenue perferre volumus, odiaq; subire. Cæterùm si cui oppresso opem ferre opus sit, potentium inimicicias vitamus, atque periculà, prodimusq; miserum: cumq; vim opitulandi à deo acceperimus, ipsam prorsus amittimus, dum odia & inimicicias perferre nolumus. At id continuò obiiciunt plurimi, frustra odium quærere consilij non fuerit. Frustra ne id quæso facis? Et quid hoc præstantius odio? Quippe amiciciam ex deo fœderatam longè antecellit ipsius gratia susceptum odium. Nam si propter deum diligamur, honoris impẽsi debitores illi sumus: sin verò eius causa odio habemur, debitor ipse fit nobis. Quantumlibet nempe aurum diligant auari, nullum eius dilectionis recipient modum: nos si quid vel parum egerimus, omnia perfecisse arbitramur. Nõ ita nos deum, vt illi aurum diligimus, ne minima quidem ex parte: multùm illi reprehensioni patent, quòd circa aurum ita vehemẽter insaniunt: nos culpa vacabimus, qui in deum non eundem feruorem charitatis ostendimus? Non quantum illi terræ (quippe aurum terra effosa est) tantum nos omnium domino honoris impendimus. Erubescamus sanè, dum illorum intuemur insaniam. Quid enim est si nos auri non rapiat amor, neque tamen omni studio precemur, atque ambiamus deum? Hi etenim homines, vxorem, ac liberos, & omne patrimonium, postremò salutem ipsam contemnũt, idq; cùm nec sciant, an incrementa percepturæ sint illorum opes. Sæpe nanque inter medias spes animam quoque posuerunt, frustraq; laborasse deprehensi sunt. Nos cùm nouerimus eo quẽ amamus potituros, siquidem illum vt oportet dilexerimus, ne sic quidem ad amorem exardescimus, atque ideo vtraq; in nobis charitas planè refrixit, proximi scilicet ac dei: dum enim à proximi dilectione frigescimus, ad hoc sensim pertingimus, vt diuinæ etiam dilectionis in nobis feruor extinguatur. Neq; enim fieri potest, vt qui amare nescit, quicquam illustre concipiat animo, virilíq; mente sit præditus: quippe bonorum omnium amicicia aptissimum instrumentum est. In hoc, inquit, pendent lex & prophetæ. Sicut enim ignis vbi syluam occupauerit, *Matt.22.d* omnia purgare consueuit: ita & charitatis feruor, quocunque inciderit, omnia perimit, atque perrumpit, quę diuinam segetẽ demoliuntur, emundatq; humũ suscipiendis atque fouẽdis altè seminibus. Vbi charitas est, omnia sublata sunt mala: nõ est ibi auaricia, malorum radix, nulla ibi elatio est. Quid enim aduersus amicum se quispiam extollat? Nihil itaque sic humilem facit vt charitas, per quam seruorum ministeria amicis impendere non erubescimus, immò & gratias illis pro huiusmodi seruitute referimus: per hãc pecunias large profundimus, corporibusq; ipsis postremò non parcimus, perquàm enim sæpe pro amico periculis se quisque exposuit. Nulla denique inuidia, nullum crimen locum habet, vbi fuerit vera & germana dilectio: non modò enim amicis non detrahimus, verùm & si qui detrahere velint, eis silentium imponimus. Omnia in charitate sunt leuia, suauia, mitia: litis aut contentionis nullum ibi vestigium cernitur, pacisq; plena sunt omnia. *Roma.13.c* Plenitudo enim legis est charitas. cuncta nempe scelera, quæ pacem perturbent: vt sunt auaricia, rapina, inuidia, accusatio, arrogantia, periurium, mendacium, vbi charitas fuerit, soluuntur: periurat enim quisque vt rapiat. Quis autẽ eum quem diligit, diripere queat? cui contrà sua quoque largitur libens, gratiáque illi magis, quàm si ab eo accipiat refert? Nostis ista profectò quicunque amicos habetis, non solo nomine, neque simplici appellatione: sed si quis ita dilexerit, sicut diligere oportet. Si quis amoris vinculo connexus alicui est, hoc nouit: qui verò experti non sunt, ab his qui experti, discant. Exponam vobis de scripturis amiciciam profectò mirabilem. Dilexit Ionathas Saülis filius sanctum Dauid, & colligata est illi anima ipsius: *1.Reg.18. & 20.a.* quod indicat illa eius lamẽtatio, qua defunctum prosecutus est, dicens: Cecidit super me dilectio tua, sicut *2.Reg.1.d* dilectio mulierum. In mortem vulneratus es mihi. Quid ergo, num illi inuidit? Minimè, cùm certè inuidendi necessitas indicta videretur ex rerum euentu: cernebat enim regno illum potiturum, quod sibi per successionum seriem debebatur, nihilque tale passus. Non ait, hic est, qui me patrio priuabit regno, sed imperij quoque cooperator accessit, patriq; amici gratia non pepercit: verùm enim nemo illum parricidam arbitretur. Non enim ille in aliquo patrem violauit, sed insidias tantùm eius iniusticiámque cohibuit, ac per id peperciisse magis, quàm læsisse cẽsetur, dum illum non permisit ad inuidiam prorumpere iniustam: voluit sæpius pro illo etiam mori. Non accusauit, sed patrem quoque prohibuit. Non inuidit, immò (vt dixi) imperij quoque cooperator accessit: non modò illi opes præstitit, verùm salutem quoque seruauit, animámque pro illo posuit suam. Nihil parentem reueritus est amici gratia: ille enim iniqua moliebatur, hic autem nihil eiusmodi sibi conscius erat. Ea fuit Ionathæ cum iusto amicicia, talisque coniunctio. Videamus qualis fuerit Dauid in referenda gratia, nõ licuit illi vicem reddere: quippe

† βελιμία

† animum.

re: quippe qui ante imperiũ quidem morte præreptus est, periitq; priusquàm ille peruenire ad regnũ, quem beneficiis foverat: in his quæ tamen facere potuit, libet *Ibidem.* inspicere, cuiusmodi se in amando præstiterit. Bonus, inquit, mihi Ionathas, in mortem vulneratus es mihi. Putas hoc solũ reperiemus eius amoris indicium: non istud quidem est minimum, sed alia quoque non desunt: nam & filium eius, & nepotem eripuit sæpe periculis, ob gratiam patris, ac iugiter veluti filij cuiusdam natos seruare perstitit. Huiusmodi ergo amicicià omnes habere cupio, & in viuos, & in defunctos. Audiant ista mulieres, maximè quæ secundas appetunt nuptias, ac defuncti viri maculant thorum, quæq; priorem dilexerunt virum. Non ista nunc loquor, quòd secundas prohibeam nuptias, aut immundas esse putem, neque enim permittit Paulus, qui ori meo frenum imposuit, *1.Cor.7.c* dicens: Si autẽ & nupserit, non peccauit, cæterùm beatior erit, si sic permãserit. hoc est, multò istud excellentius est quàm illud, multis ex causis. Nam si non nubere, multò melius quàm nubere est: pari ratione, melius est id semel tantùm facere, quàm sæpius. At nõ tulerũt, inquies, quædam viduitatis incommoda, sed in varias calamitates inciderunt: nõ enim quid sit viduitas nouerunt, quæ profectò in eo non constitit, si secundas nuptias non appetant: sicuti neque virginitas hoc tantùm est, viri experimenta nõ nosse: sed quid? Quemadmodum virginẽ facit honestam habitus, orationisq; perseuerantia: sic & viduam indicat desolatã esse, per- *1.Tim.5.a* seuerare in obsecrationibus, abstinere à deliciis. Quæ enim, inquit, in deliciis est, viuens mortua est. si vidua permanens eundẽ apparatum, eandemq; pompam habitura es, quam viuẽte adhuc viro habuisti, melius est nubere: neque enim mala est coniunctio illa connubij, sed curiositas habetur in crimine. At tu quod malum non est, non agis: quòd verò crimini tenetur ob- *Ibidem.c.* noxium, id agere sustines: idcirco quædam reuersæ sunt retrò post satanam, quia viduitatem ritè seruare nescierũt. Vis nosce quæ sit viduitas, & quod viduitatis insigne? Audi apostolũ: Si filios, inquit, educauit, si *Ibidem.b.* suscepit hospitio, si sanctorum pedes lauit, si his qui in tribulatione sunt, subministrauit, si omne opus bonum secuta est. Nam si mortuo viro ingentem opum præferas fastum, viduitatem congruè non fers. Transfer in cœlum diuitias tuas, & erit tibi tolerabile viduitatis onus. Quid ergo, inquies, si liberos habeam paternæ hæredes substãtiæ? Doce & illos aspernari pecunias, illuc quæ tua sunt transfer, eisq; quantum sit satis impertiẽs, erudi & illos opibus suis superiores esse. Quid si circunfluunt mancipiorũ greges, si negociorum examen immineat, si argentum, si aurum? quo pacto sufficere possum ad ista seruanda, nisi adsit viri gubernatio? Simulas ista, occasioneq; inquiris: quod multis ex locis constat. Si enim pecuniarum nõ teneris affectu, neque opes tuas augere cupis, leuis tibi fit sarcina. Est enim profectò multò grauius atque onerosius ostentare, quàm custodire diuitias. Si igitur huiusmodi amputes ostentationes, & ex his quæ habes indigẽtibus tribuas, deus suam tibi porriget manum, atque te proteget: quòd si veraciter pupillorum prospiciens hæreditati, hæc loqueris, non occasione cumulandæ pecuniæ: nouit qui scrutatur corda, in tuto illorũ seruare diuitias, qui filios educare præcepit. Neque enim fieri omnino potest, vt ea domus, quæ pauperum miseratione fundata sit, mali quippiam patiatur: immò si quid fortè perpessa fuerit, melior eam euentus excipiet, idq; erit familiæ, ac domui pro clypeo, & hasta. Audi quid de Iob diabolus ait: Nõne tu circũdedisti eum interius, *Iob.1.b.* & exterius? Cur id? Audi & ipsum Iob dicentem: Oculus, ait, eram cæcorum, pes claudorum, & pupillorum pater. Quemadmodum is, qui se ab alienis cladibus minimè auertit, ne in suis quidem aliquid vnquam pátiatur aduersitita & qui alienę tristiciæ cõsors fieri renuit, in suis casibus acrius afficietur: ac sicut in corpore, putrescente pede, manus ni compatiatur, expurgetq; vulnus, & imponat medicamẽtum, ac diluat saniem, hoc ipsum in suis patietur malis: & quæ ministrare alteri noluit, cum esset morbo libera, morbo ipsa quoq; erit obnoxia: quippe serpẽs inde malum ad ipsam quoque perueniet, iamq; non de officio, ac ministerio, sed de cura & euasione periculi erit illi ratio: ita sanè & hîc, qui condolere aliis negligit, ipse dolebit. Circunuallasti, inquit, eum interius & exterius, neque audet irrumpere. Sed dura, inquies, ille perpessus est: nẽpe dura illa & grauia, ingẽtium illi bonorum fuere causa. Duplicata substantia est, merces auctior, iusticia cumulatior facta est. Clarissimis coronis, & amplissimis præmiis affici meruit, spiritualia deniq;, & corporalia omnia largissimis incrementis profecere. Filios perdidit, recepit non eosdem, sed alios illorum vice illisipsis sibi in resurrectione seruatis. Nam si eosdem recepisset, numerus ille esset imminutus: nunc autem quia alios pro illis ei dedit, & illos in resurrectione restituet. Hęc omnia idcirco illi contigere, quia promptus ad eleemosynas fuit: quod nos quoque omni studio implere curemus, vt eisdem cumulatissimis præmiis affici mereamur, cum gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, Amen.

Homilia viij.

Hoc scito, quòd in nouissimis diebus instabunt tẽpora grauia: erunt enim homines sui amatores, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, preterui, tumidi, voluptatis amatores magis quàm dei, hãbentes formam pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Si quis nũc indignatur quòd hæretici sint, consideret eos à principiis atque primordiis fidei erupisse, diabolo semper veritati mẽdacium clàm inserere moliente. Promiserat initiò deus primis hominibus bona, accessit diabolus promittens itidem bona: plantauerat paradisum deus, †pollicitus est ille, dicens: Eritis sicut dij. & qui rebus nihil poterat, verbis promittit ingentia: huiusmodi quippe seductores sunt. Post fuerunt Cain & Abel, deinde filij †dei & filiæ hominum, †Seth. postea Cham & Iaphet, Abraham & Pharao, Iacob & Esaü, Moses & magi, prophetę & pseudoprophetę, apostoli & pseudoapostoli, Christ⁹ & antichristus: & prius igitur atq; ab ipsis incunabulis mũdi, & apostoli tẽporibus ista contigere: tũc enim Theudas & Simon. & apostoli, & Hermogenes ac Philetus. Nũquã igitur fuit, quin mẽdacium veritati se latenter insereret. Nõ itaq; feramus grauiter, iamdudum ista prædicta sunt, vnde hîc dixit: *Scito, quòd in nouissimis diebus instabunt tempora grauia: erũt enim homines sui amatores, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione.* Ingratus ergo scelestus est: & meritò sanè. [qui enim erga beneficiũ ingratus est, qualem se erga alios præstabit? qui ingratus est, idem sine pace, sine affectione est. *Criminatores.* hoc est, maledici.] Qui enim sibiipsis nihil boni conscij sunt, veluti solatij cuiusdam vice, aliorum †seduxit. *Gene.3.b.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

opinionẽ violare nituntur,ac per id innumeris se peccatis,atque sceleribus implicant. *Incontinentes.* Scilicet linguæ, ventris, cæterorumq; omnium. *Immites.* hinc profectò crudelitas, hinc immanitas surgit, cum quis auarus,& cupidus,suiq; amator,ingrat⁹,lasciuusq; fuerit. *Absque benignitate,proditores,protervi.* proditores, cuius? Amiciciæ scilicet. *Protervi.* hoc est,nihil habentes fixum,ac solidum. *Tumidi.* arrogãtia pleni. *Amatores voluptatis magis quàm dei, habentes formam pietatis, virtutem autem eius abnegantes.* In epistola quoque ad Romanos
Roma.1.c. ita fermè ait:Habentes formam scientię ac veritatis in lege. Quod quidem illic in laudis parte constituit, hîc autem peccatis omnibus grauius id scelus ostẽdit. Cur id? Quia hoc vtrobiq; non in eodem sensu accepit, sicut imaginem interdum pro similitudine, interdum pro re inanimata accipimus: sicut & ipse alio in loco
1.Cor.11.b scribit, dicens: Vir non debet velatum habere caput,
Psal.38.b imago & gloria dei cùm sit. Et rursum propheta: Veruntamen in imagine pertransit homo. Leonem quo-
Deut.33.c. que interdum pro regio accipimus fastu. Dormisti enim, inquit, vt leo, & catulus leonis, quis excitabit eũ?
Ezech.22.e Interdum pro rapina. Vt leo, inquit, & rapiens, & rugiens:ita & nos facimus, quia enim negocia sunt composita,& varia,conuenienter multiplices imagines,atque exempla sumuntur. Vtpotè cùm speciosam mulierem admirari volumus,picturis illam comparamus:& cùm item pictã prædicamus, dicimus spirare ac loqui videtur. Nõ autem vtrunque pari ratione accipimus, sed alterum quidem, quia prope similitudinem accessit: alterum, quia pulchritudini quam dicimus, appropinquauit: ita ferè & in forma dicimus: illic quidem, quia figura & imago & doctrina, primitiuũq; pietatis exemplar est:hîc autẽ, quia rem inanimatam, ac mortuam figuram,& simulationem insinuat. Fides ergo sine operibus, figura solùm absque virtute est: rectè ergo pulchro & venusto corpori virtute destituto, pi-
† *adsimili.* cturæq; † assimilari,] fides recta absque operibus comparatur. Esto autem,quispiam his omnibus viciis sit inquinatus, recteq; credat, ac sentiat: quid ex fide vera lucrabitur,si nihil habet ex his quæ debet habere Christianus? Si nihil agat quod exprimat pietatem, gentilesq; potius impietate transcendat, si ad intuentium, sociorumq; perniciem, si ad dei blasphemiam viuat, si operibus religionis contaminet dogma? Quid ergo de huiusmodi facere oportet? *Et hos,* inquit,*deuita.* Si ergo in nouissimis temporibus homines huiusmodi futuri sunt,quo modo ait,& hos deuita? Intelligi profectò datur & tunc huiusmodi fuisse quosdam:& si nõ tam multos, fuisse tamen: sed verius fortasse dicimus, per illum admoneri omnes, vt hos deuitent. *Ex his enim,* inquit, *sunt qui penetrant domos,& captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur concupiscentiis variis, semper discentes, & nunquam ad agnitionem veritatis venire valentes.*

Vides vt antiqui seductoris astu & arte vtantur,armaq; arripiant, quibus & diabolus vsus est aduersus Adam. Qui,inquit,penetrant domos. Quàm signãter hoc verbo impudentiam expressit singularem, ignominiam quoque,fallaciam,atque blanditias. *Et captiuas ducentes mulierculas.* Eiusmodi & in virili sexu est,
†*immo non mulierum, sed mulierculorum.* qui facilè fallitur: quippe mulierum est falli.† Non autem ait mulieres,sed mulierculas.] *Oneratas peccatis.* Vides vnde illæ quoque faciles ad fallendum sint? A peccatis, ex eo scilicet, quòd nihil boni sibi sunt conscię. Et satis quidem propriè dixit, Oneratas, vt peccatorum commendaret multitudinem, & inconstantiam, atque confusionem. *Quæ ducuntur concupiscentiis variis.*

Non accusat hîc sexum:neque enim simpliciter ait, mulieres:sed, tales mulieres. Quid sibi vult, Variis? Plurima hoc verbo signauit,delicias, turpitudinem,atque lasciuiam. *Variis,* inquit, *concupiscentiis.* Hoc est, pecuniarum,gloriæ,iactantiæ, honoris, deliciarum: fortasis & fœdiores alias concupiscentias signat. *Semper discentes, & nunquam ad agnitionem veritatis venire valentes.*

Non ista illis parcens, sed ea vehementer insinuans dicit. Quia enim seipsas desideriis illis & peccatorum oppressere molibus,excæcata est illorum mens. *Quem-* *Exod.7.b*
admodum autem, inquit, *Iannes & Iambres restiterunt Mosi: ita & isti veritati, homines mente corrupti.* Qui nam isti sunt? Magi scilicet,& qui signa in Aegypto fecisse leguntur. Quo modo autem nusquam alibi ipsorũ nomina inueniuntur? Ea vel ex traditione, vel ex spiritu Paulum didicisse fas fuit. *Ita,* inquit,*& isti resistent veritati, homines mẽte corrupti, reprobi circa fidem, sed nõ proficient amplius.* Quippe illorum amentia cunctis perspicua erit, sicuti illorum fuit. *Sed non proficient.* Et quo modo alibi dicit: *Supra.1.c*
Et proficient amplius in impietate: hîc verò,non proficient? Illic ita locutus,quia hi qui nouitatibus studẽt, nusquam erroris finem inuenient, sed noua semper commenta, & corruptum dogma proferent: ea est enim erroris vis, vt sisti non queat. Hîc autem dicit, nõ fallent,neque secum rapient: licèt initiò quosdam decepisse videantur, sed facillimè deprehendentur: quod ex consequentibus patet. *Eorum enim,* inquit, *amentia cunctis erit perspicua, sicuti & illorum fuit.* Quanuis enim omni ex parte videatur error inualescere ad tẽpus,ad finem tamen vsque non permanet: huiusmodi quippe sunt, quæ per naturam bona non sunt, sed bona esse videntur: ad tempus florent, sed citò deprehenduntur. At†natura] talia non sunt, horumq; tu te- † *nostra.*
stis es. Abest enim à nobis error omnis. Quis enim velit pro errore mori? *Tu autem assecutus es meam doctrinam.* [Itaque fortis esto,ac virum te præbe.non enim simpliciter accessisti,sed assectatus es.hîc multo ipsum tempore adfuisse significat,ex eo quod dicit,assectatus es doctrinam.Id autem]de verbo prædicationis intelige. *Institutionem.* de vita loquitur. *Propositum.* De prompta voluntate, & alacritate animi dicit. Non enim,inquit, ista locutus sum, & opere minimè impleui, neque verbis tantummodo philosophatus sum.

Fidem,longanimitatem. Quo pacto? Nihil me,inquit, horum perturbauit. *Charitatem.* Quam profectò isti non habuerunt. *Patientiam.* Non hoc ipsum significat,quod supra,dum longanimitatem dixit. Magna, inquit, aduersus hæreticos longanimitate vsus sum, patientia aduersus persecutiones. *Persecutiones, passiones.* Duo enim ista in primis doctoris animum perturbant, hæreticorum scilicet multitudo,& impatientia passionum: sed de his multa iam diximus, quòd dudum fuerint, & futuræ postmodum sint, nullumq; tempus his vacuum est: & quòd nobis nocere nil poterunt, quòdque in mundo vasa aurea & argentea sunt. Iam verò intuere illum dẽ pressuris differentem suis. *Qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconij, Lystris.*

Cur autem hæc pauca ex plurimis dixit? Nota erant discipulo reliqua, & fortasis ista, vt recentia omissis prioribus memoret: neq; ista per species numerat: non enim gloriæ, honorisque cupidus est,quippe ad consolationem discipuli,non ad iactantiam loquitur. Antiochiam Pisidiæ dicit, Lystram, ex qua Timotheus erat oriundus. *Quales persecutiones sustinui.* Vtraque con-

Universidad de Deusto

que cõsolationis plena sunt, quòd alacritatẽ eximiam præstiti, neq; derelictus sum. Nec dici potest quòd me prodiderit deus, sed coronã mihi texuerit clariorem. *Quales persecutiones*, inquit, *sustinui, & ex omnibus eruit me dominus. Et omnes qui piè viuere volunt in Christo Iesu, persecutionem patientur.* [Quid autem de me dico? omnes qui piè viuere volunt in Christo, persecutionem patientur.] Persecutiones hic dicit pressuras, dolores. Neque enim fas est hominem pergentẽ virtutis viam, tristicia, pressuris, doloribus, tentationibus immunem esse. Quo enim pacto, cùm arctam pergat viam, audiatq;, in mundo pressuram habebitis: Si ætate sua dicebat Iob, Tentatio est vita hominis super terram: quantò magis tũc? *Mali autem & seductores*, inquit, *homines in deteriora proficient, fallentes atque falsi.* Nihil, inquit, horum te perturbet: siquidem illi in quiete, tu in tentationibus viuis. Ea quippe rei natura est: ex me discere potes, non esse possibile, vt vir qui malis indixerit bellũ, pressuris careat: non est ille profectus. Nemo itaque certans requiem quærat, nemo amplectatur quietem. Nefas est pugilem dei vacare deliciis, nõ licet epulari luctantem. Luctamen quidem sunt præsentia omnia, certamen, bellum, pressura, angustia, stadium. Aliud est quietis tẽpus, hoc ærumnis deputatum est, atque sudoribus: nullus vbi ad certamen se exuit, vnctusq; est, requiẽ quærit. Si enim inquris requiem, quid te exuisti? Cur iactasti manum? Qua enim ratione hîc requiem speres, cùm libidinibus indixeris bellum, atque aduersus naturã pugnare perrexeris? *Tu verò in his permane quæ didicisti, & quæ credita sunt tibi, sciens à quo didiceris: & quia ab infantia sacras literas nosti, quæ possũt te instituere ad salutẽ per fidẽ, quæ est in Christo Iesu.* Quod antè propheta Dauid admonuit: Noli, inquiens, æmulari in malignãtibus. hoc & Apostolus admonet, dicẽs: Tu autem permane in his quæ didicisti, quæ credita sunt tibi. nõ tantùm ea didicisti, sed & credita sunt tibi: hoc est, credidisti hanc esse vitam. Si igitur impræsentiarum contraria his quæ credidisti, euenire perspexeris: noli turbari. Nam & Abraham cõtraria promissis euenire cernebat, neq; tamẽ aliquid patiebatur. Audierat, In Isaac vocabitur tibi semen. & ipsum Isaac, immolare iussus, nihil perturbat⁹ est, aut impeditus quò minus id tota deuotione patraret. Morale.

Iuuen.16.g *Iob.7.a* *Psal.36.a.* *Gene.21.b* *Ibidẽ.22.b*

Nullus itaque in malis scandalũ patiatur, hoc iampridem scriptura præmonuit. Quid ergo, inquies, erit, & si hîc boni lætioribus in rebus sint, mali verò cruciẽtur? Alterum ex his fieri potest, alterum non. Nam malos quidẽ cruciari possibile est, bonos verò semper lætari non sic. Nemo Paulo æqualis erat, qui omnem ætatem in pressuris vixit, in lachrymis, in gemitibus nocte ac die. Triennium cum lachrymis corripere diu, nostuq; nõ destitit. Instantia, inquit, mea quotidiana. Nõ erat illi vicissitudo mœroris & gaudij, vt nunc istud, nunc illud adesset, sed quotidie mœrens perstitit. Quo modo ergo, inquit, mali in deterius proficient? Non ait, fruentur quiete, sed in deterius proficiẽt: erit quippe profectus ipse deterior: non ait, in rerum abundantia erunt: quòd si illi cruciẽtur, ideo hoc patiuntur, vti ne tu existimes impunita esse peccata: quia enim gehẽnæ metus nõ sufficit nos à malo coërcere, parcens nobis, excitat & suberigit nos. Si nul⁹ malus supplicio afficeretur, nemo putaret deo humanarũ rerum curam imminere: si omnes punirẽtur, nullus resurrectionem speraret futuram, quòd quasi merces hîc omnibus redderetur: idcirco hîc punit quosdam plerosque nõ punit. Ideo hîc premuntur iusti, quia peregrini & aduenæ sunt, atq; aliena in patria viuunt. Iusti ergo probationis causa hæc tolerant, audi denique dicentem ad Iob deum: Putas me aliter tibi respondisse, quàm vt appareres iustus? Peccatores verò & si quid aliquando patiantur, huiusmodi peccatorum pœnas expendunt. In omnibus igitur gratias agamus deo, siue sic, siue sic faciat. Vtraque enim pro nostra vtilitate molitur, nihil odiens, aut auersans nos, sed curã nostri ac prouidentiam gerens. *Scies*, inquit, *quòd ab infantia sacras literas nosti.* Hoc est, à prima statim ætate sacras literas didicisti. Quid sunt, sacræ literæ? Scripturæ diuinæ. In his, inquit, educatus es, vt per eas quoque maior tibi fidei virtus accesserit, adeoq; inualuerit, vt nihil iacturæ possit incurrere, altissimis radicibus nixa, longo tempore solidata. *Quæ possint*, inquit, *te instruere ad salutem.*

Act.20.d

Hoc est, non permittent in te vllum stultitiæ locum, vt plerisque contingit. Qui enim scripturas ita scit, vt sciri oportet, nullo rerum euentu vllum scandalum patitur, fert omnia cõstanter & fortiter, partim fidei committens, partim incomprehensibili dispensationi dei adscribens, quorundam verò rationes noscens, & exempla in scripturis inueniens. Nam nolle omnia [curiosè inquirere, & non cupere omnia] scire, magnum præclaræ scientiæ argumẽtum est: placet exemplo vti. Sit flumen, immò sint flumina, non sunt æqualis omnia profunditatis: sed alia minus, alia maius habent profundum, & quod suffocare ignaros possit: hîc vndarum vortices sunt, ibi non sunt. Nolle omnia æquè tentare, prudentiæ fuerit: profundaq; omnia scire nolle, scientiæ non paruum argumentum est: sicut qui omnes fluuij partes æquè trãsire vult, hic maximè fluminum proprietates ignorat: & sæpe dũ nimis præsumit secreta penetrare omissis planioribus locis perit temeritate sua: Ita & in deo, qui scire omnia vult, & cuncta improba temeritate rimari, hic qui sit deus, ignorat. Quemadmodum igitur in fluminibus maior pars tuta est, pauciq; sunt fluctus, atq; profunda: ita in deo pars maior occulta est, neque inuestigari possunt opera ipsius. Quid ergo teipsum præcipitare moliris? Hoc solum scito, quòd deus omnia prouidet, quòd liberi arbitrij cõditi sumus, quòd alia quidem operatur, alia verò permittit: quòd nihil mali vult fieri, quòd nõ ex sola ipsius voluntate fiunt omnia, sed ex nostra quoque: mala omnia ex nostra tantummodo fiunt, bona omnia ex voluntate nostra, & ipsius adiutorio. Quòd nihil ipsum latet: non tamen quia nihil ipsum latet: idcirco omnia operatur ipse: hæc sciens quæ nam sint bona, quæ mala, quæ media disce: vt puta bonum virtus, nequitia malum: media verò, diuitiæ, pauperras, vita, mors. Cùm ista didiceris, adde quòd ideò premuntur iusti, vt coronẽtur: peccatores verò, vt pœnas exoluãt. Non autem omnes peccatores hîc pœnas dant, ne resurrectioni plerique non credant. Non omnes vexantur iusti, ne malũ putes esse laudabile: idq; loco virtutis accipias: hæc tibi sit norma, hæc regula, & sub ipsa molire quod vis, & periclitari non poteris. Quemadmodum enim sub Grammaticis nunc etiã est sex milium numerus, vt sub illum ducantur omnia, cunctaq; diuidi ac multiplicari possunt in sex milium regula, & per hunc numerum cuncta vertuntur: quod nõ ignorant, quicunq; literas didicerunt: ita regulas istas, quas rursus breuiter exponam, qui probè tenuerit, nũquam scandalizari poterit. Quæ nam istæ sunt? Quòd bonũ est virtus, malumq; vicium: quòd media sunt morbus, inopia, infidię, calũnię, & cætera huiusmodi: quòd iusti

tin deo verò.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hîc premuntur anguſtiis: ſi qui verò nõ patiantur, ideo fit, ne odioſa videatur virtus: quòd mali lætãtur, vt illic puniantur: ſi qui verò & hîc cruciantur, ideo ne vicium bonũ eſſe videatur, neu impunita quis exiſtimet ſcelera: quòd ſi non omnes patiuntur, neque exultant omnes, ideo ne reſurrectioni derogetur fides. Nã ſunt pleriq; boni, qui mali aliquid habent admixtum, quòd hîc deponunt: & mali itidem qui bonorum aliquid operum habeant, quorum hîc recipiant vices, vt illic æternè puniantur: quòd incomprehẽſibilia ſunt pleraq; dei opera, quòd multùm inter nos & illũ intereſt, tantumq; quantũ exprimi ſermone non poſsit. Si hęc omnia nobiſcũ reputauerimus, nihil nos lædere poterit, aut perturbare. Si ſcripturas ſanctas aſsiduè audierimus, reperiemus huiuſmodi exempla permulta. *Quæ*, inquit, *inſtruere te poſſunt ad ſalutem.* Quippe & quæ agenda ſunt, docent ſcripturæ, [& quæ non agenda.] Audi denique quid alibi hic idem apoſtolus dicat, Confidis teipſum ducem eſſe cæcorum, lumen eorum qui in tenebris ſunt, eruditorem inſipiẽtium, doctorem infantium. † Vides vt lux in tenebris ſit, is qui literas docet? Si lux litera eſt quæ occîdit, quid erit ſpiritus, qui lucẽ facit? ¶Si vetus teſtamentum lux eſt, quid putamus nouum, vbi tanta reſerata ſunt? Velut enim ſi quis nihil aliud ſcientibus quàm terram, aperiret cœlum, & quæ in eo ſunt omnia conſpicanda proponeret: tanta eſt vtriuſque inſtrumenti differentia, de gehenna, de regno didicimus, de iudicio: non itaque credamus irrationabilib⁹ rebus, fallacia ſunt illa omnia. Quid ergo, inquies, ſi quæ illi prædicunt eueniant? ideo eueniunt, quia tu credis, ſi tamen eueniunt. Captiuum te ille accepit, vitæ tuæ dominus eſt, ipſe diſpẽſat vt vult. Nam dic oro, ſi quis latronum princeps, regis filium ad ſe in ſolitudinem fugiẽtem, illiuſq; ſocietatem cupientem, ſub iure ſuo, ac poteſtate accipiat, dicere illi num poterit, vtrũ victurus, an moriturus ſit? Poterit ſanè. Quid ergo? Num ideo quia futura præſciuit? Nihil minus, ſed quia vtriuſque rei conſtitutus eſt dominus, perdendi ſcilicet puerum, atque ſeruandi, illo ſibi hanc de ſe poteſtatem permittente, vt vtrumuis facere poſsit, cum ſponte in illius iura conceſſerit. Siue illi dicat, diues eris, aut pauper, vtriuſq; rei ipſe dominus eſt: ita & maior mũdi portio diaboli manibus ſe ſubiecit. Præterea vbi conſueuerit homo his fidem adhibere, multùm ipſis deductoribus confert. Nemo cùm falluntur, attendit: ſed ſolùm ſi quid verè prędixerint, aſpicit: cęterùm ſi quam habent prænoſcendi vim, eos ad me qui fidelis ſum, affer. Non magniloquẽtius iſta profiteor, quippe hiſce liberare nihil magnum eſt: ſed licèt peccatis plenus ſim, conſilij non fuerit hac in re humiliari. Omnes huiuſmodi præſtigias, Chriſti gratia irrideo: adduc ad me magum, ſi quam habet præſciendi vim, dicat quid mihi cras eueniet, quid mihi erit: ad id profectò non dicet. Sum enim ſub ditione regis, neque habet ille in me vllum imperij ius, procul ab eius cuniculis, ac ſpelæis ſum: regi milito Chriſto. Ille, inquit, furatus eſt, & ille eum nunciauit, ac prodidit. At id quidem non vbique verũ eſt, ſed mendax irriſio, nihil enim norunt: nam ſi quid noſſent, quæ ad ſe pertinent, ſcire ac prædicere magis debuerunt. quo modo ſcilicet multa donaria ſimulachrorũ furto ſublata ſunt, quo modo auri plurimum liquatum eſt. Cur autem iſta ſacerdotibus ſuis non prædixere? Nihil ergo nouerũt, neque ſaltem ſeruandarum opum gratia prædicere valent, quando incendio ſua conflagratura ſunt phana, multiq; ex eis vnà perituri, vt ne illorum quidem pareant ſaluti: enimuero fortè potius fit, ſi quid ex his quæ prædixerũt, emergat. Sunt prophetæ apud nos, ſed illi nunquam falluntur, vt aliud prænuncient, aliud eueniat: ſed per omnia veraces comprobantur, iſtud veræ præſcientiæ indiciũ eſt. Verùm deſiſtite quæſo à tali inſania, ſi quidem creditis Chriſto: ſi verò nõ creditis, quid vos fruſtra ſeducitis? Quandiu claudicabitis vtroque poplite veſtro? Cur, quæſo, accedis? Cur interrogas? Simul atque acceſsiſti, ſimul ac rogaſti, teipſum ſeruum conſtituiſti: quippe vt credens rogaſti. Non, inquies, credẽs, vera illos proſequi, ſed tentans an vera proſequerentur, acceſsi. Non eſt hoc credentis certò eos fallere, ſed ambigẽtis. Cur enim quid erit interrogas? Nam ſi quidem dicat, hoc erit, hoc age, & effugies: ne ſic quidem oportet ſimulachris credere, ſed ad vlteriora procedit amentia. Si enim quid futurum ſit, verè prædicunt: nihil inde lucraris, niſi mœrorem ſuperfluũ: cumq; nullus futurus euentus ſit, rem tamen mœroris ipſe iam ſuſtines, teq; ipſum inani dolore concidis. † Non nobis inuidet deus, nullo liuore tangitur, qui cœleſtia nobis aperuit. ¶Quęcunque enim audiui, inquit, à patre meo, nota feci vobis: & omnia quæ audiui à patre meo, annunciaui vobis: &, Non dicam vos ſeruos, ſed amicos: vos amici mei eſtis. Cur igitur iſta nobis non dixit? Quia ea nobis curæ eſſe non vult. Nam quòd non inuideat, antiquis iſta dicebantur, & de aſina, & de aliis quibuſdam, quia paruuli erant. Nobis autem quia iſta curæ eſſe prohibuit, ne nota quidem facienda putauit. Sed quid ipſi diſcimus? quæ illi addiſcere non meruerunt. Minima profectò erant illa omnia: quæ verò nos diſcimus eximia ſunt. Quòd reſurgimus, & immortales efficimur, quòd incorruptione veſtimur, quòd vita illa finem nullum habitura eſt, quòd tranſibunt omnia, quòd rapiemur *in nubibus*, quòd mali pœnas exoluent, & præter hæc innumera alia, in quibus nulla falſitatis ſpecies eſt. Nõnne multò melius eſt hęc noſſe, quàm quòd inuentæ ſunt aſinæ perditæ? Quid enim lucri inde refers? Nõnne eas alio quoque modo perditurus es? Et ſi enim te illæ minimè relinquant, tu eas tamen in morte dimiſſurus es: cæterùm quas modò diximus res, ſi tenere velimus, nobiſcum perpetuò habebimus. Illa ergo perſequamur, illa apprehendere ſtudeamus, quæ fixa & ſtabilia ſunt: non vates, non diuinos, non oracula, aut reſponſa dæmonum quæramus, ſed ſoli intendamus, qui nouit omnia, qui habet ſcientiam omnium: atq; ita ſciemus omnia, quæ ſcire oportet, boniſq; fruemur omnibus in Chriſto Ieſu domino noſtro, qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

Roma.2.c

† *Vides vt lumẽ eorum qui in tenebris verſantur, ſit ipſa lex? Quòd ſi lumẽ ſit qui literam declarat, literã inquam accidentem: quid erit ſpiritus ille vificans?*

† *Si enim hoc nobis cõduceret, neq; quaquã nobis deo inuidiſſet, non tiquam per linorẽ celaſſet, qui cœleſtia aperuit.*

Ioan.15.b

Ibidem.

Homilia ix.

SOmnis ſcriptura diuinitus inſpirata, eſt vtilis ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad eruditẽdum in diſciplinã, vt perfectus ſit homo dei ad omne opus bonum inſtructus. Teſtificor coram deo & Ieſu Chriſto, qui iudicaturus eſt viuos & mortuos, & per aduẽtum ipſius & regniũ eius, prædica verbum, inſta oportunè importunè, argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus, cùm ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacernabunt ſibi magiſtros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac euangeliſtæ, miniſterium tuum imple, ſobrius eſto: Ego enim iam delibor, & tempus reſolutionis meæ inſtat. Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui: in reliquo repoſita eſt mihi

† *&. & ſic*

Cap.IIII.

mihi

mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Non solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius.

Postquàm illum vndique exhortatus, consolatusq; est, infert & ex scripturis solatia omnibus perfectiora: iustè autem omnino tanta illi eius exhortandi & consolandi cura est, quia magnũ quiddam ac triste dictu-
4.Reg.2.a.b rus est. Nam si Heliſæus ad extremum vsque magistro coniunctus, illumq; intuens nouo ac peregrino modo mundo excedentem, scidit vestimenta sua: quid hunc passurũ putas, cùm audiret quem ita diligebat, & à quo sic amabatur, magistrum ex vita migraturum, & quòd ipso ne vicino quidem mortis tempore frui meruisset, quod omnium maximè vel mœstissimum est? Non enim ita præterito tempore gratificamur contuberniis, sicut grauiter ferimus, cum defunctis propinqua mortis hora destituimur: idcirco vbi affatim illum consolatus est, tunc de morte proxima loquitur, neque id facit temerè, sed eis vocabulis vtitur, quæ illum maximè solari possint, & gaudio implere, dum sacrificium eam rem potius arbitratur esse, quàm mortẽ, peregrinationemq;, & ad meliora transitum. Ego enim, inquit, iam delibor. Ideo scribit, dicẽs: *Omnis scriptura diuinitus inspirata, est vtilis ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum.* Omnis scriptura, sacra scilicet, de qua dixerat, quòd ab infantia sacras literas nosti. Omnis ergo huiusmodi scriptura vtilis & diuinitus inspirata est, nihil ergo dubites. *Est vtilis*, inquit, *ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, vt sit perfectus homo dei, ad omne opus bonum instructus.* Ad docendum, si quid vel discere, vel ignorare opus sit, illic addiscemus: si arguere falsitatem, inde hauriemus: si corrigi, si castigari ad exhortationem, ad solatium, si quid desit, & oporteat adipisci, ex ea nihilominus discimus. *Vt perfectus sit homo dei.* Non ergo sine illa perfici potest. Pro me, inquit, scripturas habes, si quid addiscere cupis, hinc poteris. Si autem Timotheo ista scribit, sancto spiritu pleno: quantò magis nobis dicta putare debemus? *Ad omne opus bonum instructus.* Non simpliciter particeps, sed diligenter instructus. *Testificor ergo coram deo & domino nostro Iesu Christo, qui iudicaturus est viuos & mortuos.* Siue peccatores dicit & iustos, siue mortuos atque superstites, quòd multi viui relinquendi sunt. Terruerat illum in
1.Tim.6.d priori epistola, dicens: Præcipio tibi coram deo, qui viuificat omnia. hîc autem etiam terrori addidit, dicens: *Qui iudicaturus est viuos & mortuos.* Hoc est, qui rationẽ exacturus est. *Et aduentum ipsius in gloria & regnum eius.* [Quando iudicaturus est: In aduentu suo, qui erit cũ gloria & regno.] Non ita veniet, vt antea venit in humilitate, sed in gloria & regno. Siue testificator tibi aduentum ipsius & regnum, testem illum voco, quòd & horũ te admonui. *Prædica verbum, insta opportunè importunè, argue, increpa, obsecra in omni patientia & doctrina.* Quid est, opportunè importunè, tempestiuè intẽpestiuè: hoc est, nullum habeas definitum tempus, semper tibi tempus sit, non solùm in pace & quiete, neque in ecclesia tantùm sedens, verùm & inter ipsa pericula, siue carceri inclusus, siue catena constrictus, siue mortis lata sententia ad mortem properes, ipso etiam tempore argue, neque increpare dissimules. Tunc enim increpationi tempus etiam est, cùm arguendo profeceris, cùm opus ostensum fuerit. *Obsecra*, inquit. Ita fermè in medicis dicimus: Vulnus inflixit & secuit, medicamẽtumq; intulit: nam quodlibet horum desit, alterum inutile fit. Nam si absque argumentis increpes, temerarius esse videberis, nullusq; te perferet: vbi verò præcesserit probatio, tunc & increpationem facilius suscipit, alioquin impudens fiet. Quòd si arguas vehementer, & increpes, obsecrationemq; subducas, rursus omnia perdis. Quippe reprehensio per se intolerabilis est, nisi habeat admixtam obsecrationem: sicut & sectio, salutaris licèt sit, nisi plurima dolorem consolentur, non eam sustinet languidus: ita fermè & hîc. *In omni*, inquit, *patientia & doctrina.* Itaque & qui arguit, patientia & longanimitate opus habet, ne temerè & passim credat. Et increpatio, & obsecratio, & doctrina, ait, cum patientia sunt exercenda, ne quasi irascens, neque vt aduersans, neque vt immodico fruens impetu, aut inimicum reputans, id facias: verùm his omnibus omissis, quasi amans & dolens, magis quàm ille ipse lugẽs, atque in illius casibus tabescẽs, cuncta exequãris. *In omni*, inquit, *patientia.* Non in qualibet, sed in omni, vt nihil patientiæ desit. *Erit enim tempus, cùm sanam doctrinam non sustinebunt.* Priusquàm †nudentur & pateant,] omnes ipsos anticipa: idcirco opportunè importunè dixit, hoc est, omnia age, vt habeas obtemperantes, atque discentes. *Sed iuxta sua desideria coacernabunt sibi magistros.* Nihil dici significantius potuit: quippe dum coacernabunt, ait, indiscretam, confusamq; doctorũ significauit multitudinem, ex eo item quòd à discipulis ad magistrorum ordinem promouendo aperuit. *Coacernabunt*, inquit, *sibi magistros prurientes auribus.* [Voluptatis gratia loquentes, & auditum oblectantes.] *Et à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.* Hæc idcirco prædixit, non vt in mœrorem præcipitet audiẽtes, sed vt paratiores ad perferẽda cõstanter omnia, cùm contigerit, faciat: sicut & Christus fecisse cognoscitur, cùm ait: Tradent enim vos, & flagellabunt, & ad synagogas ducent propter nomen meum. Et alibi autem beatus idem apostolus ait. Ego enim scio, quia post recessum meũ intrabunt in vos lupi graues, non parcẽtes gregi. Ista illis dicebat, vt vigilantiores redderet, & eos excitaret, vt præsenti tempore prouidè vterentur. *Tu verò vigila in omnibus.* Vides vt huius rei gratia ista prædicat, nãq; & Christus ait: In fine erũt pseudochristi, & pseudoprophetæ: ita & hîc quãdo erat migraturus, ista dicebat: *Tu vero vigila in omnibus, & labora.* Hoc est, præuenire luem illã stude, atq; in tuto oues cõstitue: †quãdiu lupi vbiq; adsunt, labora. *Opus fac euangelistæ, ministerium tuum imple.* [Igitur hoc opus est euangelistæ, vt affligatur tum à seipso, tum ab aliis. *Ministerium tuũ imple.*]

Matt.10.& Marc.13.b Act.20.f Matt.24.a †quãdiu lupi non adsunt, vbiq; labora.

Ecce & alia laborãdi necessitas. *Ego enim iam delibor*, inquit, *& tempus meæ resolutionis instat.* Non ait, mei sacrificij, sed quod maius ac dignius est. Nam hostia quidẽ non tota deo offertur, libamen verò totum. *Bonum certamen certaui, cursum consummaui.* Sæpe ego cùm apostolũ in manibus sumerem, & locũ istum inspicerem, hærebam ambigens, cuius rei gratia sic magnificè loquitur Paulus, vt dicat, *Bonum certamen certaui.* Nunc dei gratia causam mihi inuenisse videor, per quam tunc loqui sic maluit. Mœrorem profectò discipuli solari cupit, bono illum esse animo iubẽs, quasi ipse ad coronam pergat, omnibusq; ritè peractis, præclarum repererit finem. Gaudendum, inquit, non dolendum est. Cur? *Bonum enim certamen certaui.* Veluti si quis indulgentissimus pater, paruulum sibi assistentem, & orbitatem non ferentem consoletur, ac dicat: Noli flere fili, bene enim viximus, peruenimus ad senectutem, atque in ea ætate relinquimus te. Fuit irreprehẽsibilis vita nostra, cum gloria hinc proficiscimur: †eris & ipse minutulus pro his, Jquæ gesta sunt à nobis. Sæpe rex ipse nobis

†corrumpitur, †paueris & ipse admirationi esse ob ea,

gratias egit: ac si diceret, trophæa sæpe retulimus, hostesq; superauimus, nō ista magniloquentiæ studio, sed vt erigeret puerum, laudibusq; erudiret orbitatis suæ casum leuius ferre, melioresq; esse iam spe prosequeretur, ne putaret eam rem molestam esse atque grauem. Est enim revera perquàm dura ea separatio. Audi denique quid idem apostolus dicat: Nos autem destituti à vobis ad tempus horæ, facie, non corde. Si igitur ipse cùm à discipulis separaretur, ita affectus erat animo; quid putas Timotheum passum esse, si viuente illo ad tempus separatus, ita lachrymabatur, vt diceret: Memor lachrymarum tuarum vt gaudio implear: quantò magis vita functo? Hæc itaque consolandi eum gratia scribit, totaq; epistola cōsolatione plena est, quam sibi ille testamenti cuiusdam vice seruaret. *Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui.* Certamen, inquit, bonum, & tu ergo ipsum apprehende. Itāne vbi catena, vbi vincula, vbi mors denique, ibi certamē bonum est? Ita sanè, pro Christo enim fiunt omnia, coronas habent eximias. *Certamen bonum.* Nihil hoc certamine melius, nihil illustrius, nullo corona hæc fine concluditur, non ea ex oleastri floribus texitur, nō habet editorem munerum hominem, neque homines spectatores. Ex angelis cōflatum est theatrum. In certaminibus seculi laborant dies plurimos, & in ærumnis degunt, vnius horæ momēto accepta corona, protinus voluptas omnium emarcuit: hîc autē nō sic, sed semper claritas, semper gloria, semper honor augetur. Iam gaudere oportet, quia ad requiem propero, † ad stadium exeo. Audisti quia dissolui, & cū Christo esse sit melius. *Cursum consummaui.* Et certare enim oportet, & currere: illud tribulationes perferendo, hoc non absq; ratione, sed ad vtile aliquid † faciendo. Bonum profectò certamen, quod non modò voluptatem, verùm vtilitatem quoque spectantibus præstat. Cursus ille non in nihilū desinit, neque roboris ostentatio, vel aucupatio gloriæ est, sed omnes ad cœlum subuehit. Cursus hic Sole purior est, quem Paulus currebat in terra, pluſq; illustrat orbem, quàm Solis igneum iubar: quo modo autem cursum cōsummauit? Orbē totum peruagatus est, incipiēs à Galilæa & Arabia, & vsque ad fines terræ progrediens. Vt à Hierusalē, inquit, & in circuitu vsq; Illyricum impleuerim euangelium Christi, omnemq; orbem peruolans, volucris cuiusdā instar, immò volucre omni pernicius, atq; vehemētius. Nam siquidē auis fuisset, simpliciter peruolasset: nō sic autem ille egit, sed pennis spiritus præditus innumera impedimēta transiliit, mortes, calamitates, insidias, fuitq; omni, vt diximus, aue pernicior: si fuisset auis, quandoq; delapsa caperetur, quia vbi in sublime ferebatur à spiritu, veluti auis igneis suffulta alis, retia omnia & impedimēta trāscendit. *Fidem*, inquit, *seruaui.* Plurima illum violare cupiebāt, nō modò amicitiæ hominum, verùm & cōminationes, & mortes, & alia innumera: verùm his omnibus restitit. Quo pacto? Sobrius scilicet, ac perigil durans: sufficere quidē & ista poterāt discipulis cōsolandis, sed ipse præmia quoq; subiecit. Quæ nam verò illa sunt? *De reliquo reposita est*, inquit, *mihi iustitiæ corona.* Iusticiam hîc totam simul virtutē dixit. Nō ergo dolēdum, inquit, est, quòd proficiscor percepturus coronam quā imponat capiti meo dominus Iesus Christus: quòd si exciderem, ac perirem, dolendum profectò, & ingemiscendum esset. *Quam reddet mihi iustus index. Non solum autem mihi, sed & omnibus qui diligunt aduentū eius.* Ex his item illū erigit verbis: nam si omnibus, multò magis Timotheo. Non ait, & tibi, sed, omnibus: multò magis & tibi. Quo nam autem modo quis diligat aduentū Christi? Si de eius præsentia gaudet: qui verò in eius gaudet præsentia, digna gaudio facit. Opes omnes si opus sit, atque ipsam animam ponet, vt bonis fruatur æternis, vt secūdum ipsius aduentum congruo habitu mereatur aspicere cum fiducia, cum gloria, cum claritate: hoc est, diligere aduentum eius. Qui illius aduentum diligit, omnia faciet, vt ante vniuersalē illum singularis fiat ad eum quidā saluatoris aduētus. Quis verò iste est? Audi dicentem ipsum dominum nostrum: Qui diligit me, mādata mea seruabit, & veniemus ego & pater, & mansionem apud eum faciemus. Considera quàm magnum, quàm singulare sit eum qui cōmuniter omnibus aduenit, singulariter nobis aduētū suum pollicēri. Veniemus enim, inquit, & mansionem apud eum faciemus. Si quis diligit aduentum eius, omnia agat, vt ipsum ad se inuitet & habeat, vt illi perpetuum luceat lumen, nihil in nobis resideat præsentia tantæ maiestatis indignum, & continuò ad nos veniet, nobiscumq; morabitur. Dicitur autē aduentus iste Græco vocabulo ἐπιφάνεια, quòd scilicet appareat desuper, ac ἐπιφάνεια supernè oriatur. Inquiramus ergo quæ sursum sunt, & διὰ τὸ ἐ- radios illos celeriter ad nos attrahamus: nullus qui ad πάνω φαί- inferiora defigat obtutus, ac seipsum in humum suffo- νεσθαι. diat, Solis lucē aspicere poterit. Nemo qui seipsum seculi negociis inquinat, intendere aciem valebit in liquidissimum iusticiæ Solem, nulli ex his lucis suæ largitur gratiam, qui in hisce versatur: resipisce parūper, & ex huiusmodi profundo, atq; ex seculi turbine & tēpestate te recipe, si Solem intueri cupis, si superni aduētus gratiā appetis: si hoc interim suauissimo fruaris aduentu, magna postmodū fiducia illum aspicies. Nunc itaq; philosophare, atque cōtende, ne sit apud te arrogantiæ spiritus, ne te vehemēter colaphis cædat atque deiiciat. Non sit tibi lapideū cor atque tenebrosum, ne illic allidas plenā mercibus nauem, nō aliquis in te lateat dolus: quippe & scopuli & cæca saxa, naufragia grauissima operātur. Caue nutrire feras beluas, vicia scilicet, ac perturbationes, quæ feris omnibus immaniores sunt. Noli fluxis rebus cōfidere, vt possis firmiter subsistere: nullus in aqua stet, sed in saxo omnes securè ac firmiter stēt. Aqua enim secularia negocia indicat fluxa, mortalia. Venerunt enim, inquit, aquæ vsq; ad animam meā, quasi torrens præterfluens. Petra spiritualia sunt: in petra enim, inquit, exaltasti pedes meos. Cœnū ac lutum sunt secularia omnia: euellamur ab istis, ita enim frui poterimus aduētu Christi: feramus quodcūq; superuenerit fortiter, atq; constanter: summa in omnibus cōsolatio est hoc ipsum, quod propter Christū patimur: huiusmodi carmē [diuinum] voluamus iugiter, omnisq; vulneris cessabit dolor. Et quo modo, inquies, propter Christū? Iniuria te quispiā lacessiuit nō propter Christū, si fortiter, si gratè perferas, si pro illo ores; hęc omnia propter Christum facis: si maledicas, si feras grauiter, si iniuriam coneris vlcisci, nō modò propter Christum ista non pateris, verùm & detrimentum pateris, fructuq; te per impatientiā priuas. In nobis enim est ex aduersis lucrari, iacturamq; perferre: non hoc facit tristium euētuum natura, sed nostra voluntas. Exempli causa: Quàm multa pertulit Iob, gratè sustinuit omnia, iustificatus est, non quia passus est, sed quia cōstanter tulit. Alius eadem passus, immò non eadem, nemo enim talia passus est, sed multò minora: blasphemauit, indignè tulit, maledixit, in mundum omnem

atque

Supra.1.a

1.Thess.2.d

Roma.15.e

Morale.

Ioan.14.e

Psal.68.a

Ibidē.39.a

† *à stadio exeo.*

Philip.1.c

† *currendo.*

atque aduersus deum commotus est:iste iudicatus atq; damnatus est,non quia passus est,sed quia blasphemias protulit: blasphemauit autem non vlla vi necessitatis impulsus. Nam si id aduersorum casuum necessitas faceret,Iob quoque necessariò blasphemasset. Quòd si ille diriora passus,nihil tale patrauit,nõ necessitate vlla, sed voluntatis infirmitate ista contigêre. Forti igitur, ac robusto animo opus est, & nihil graue nobis, durúmque videbitur:sicut è contra,si ille infirmus sit, nihil erit quod non grauissimũ videatur. Ex nostro itaq; proposito & voluntate, & tolerabilia, & intolerabilia videntur. Hanc itaque muniamus, & cuncta feremus constanter ac fortiter. Nam & arbor cùm in altum radices miserit,ne vehemens quidem illam procella agitare poterit: si verò superficie tenus fibras, porrexerit, neque ad profunda descenderit,paruus licèt venti flatus irruat, eam à radicibus euulserit: ita & in nobis, si affixerimus diuino timore carnes nostras, nihil mouere nos poterit:si autẽ verbo tantùm diuinæ religionis sacraméta percepimus, exigua impulsio totum perimit ac perdit. Quocirca moneo magna cum alacritate cuncta feramus, prophetámque imitemur, dicentem: Adhæsit anima mea post te. Non tantùm appropinquauit, sed etiam adhæsit, ac sitiuit te, non desiderauit solùm. Et cõfige, inquit, timore tuo carnes meas. Si ita deo appropinquauerimus, si illi affigamus nos, si ipsius sitiamus desiderio, omnia fient nobis quæcunque volumus,futurisque fruemur bonis: in Christo Iesu domino nostro, cum quo est patri, & spiritui sancto gloria, imperium & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Psal.62.c

Ibid.118.f

Homilia X.

FEstina venire ad me celeriter. Demas enim me reliquit diligens seculum,& abiit Thessalonicam,Crescens in Galatiam,Titus in Dalmatiam, Lucas est mecum solus, Marcum assumens adduc tecum:est enim mihi vtilis in ministerio. Tychicum autem misi Ephesum. Penulam quam reliqui Troade apud Carpum,veniens affer,& libros,maximè membranas. Quæri meritò potest, quo modo Timotheum ad se vocet, cui ecclesiæ,gentisque totius crediderat gubernacula? Nihil hîc arrogãtiæ est:ipse enim ad illum ire paratus erat. audi denique quid ipse dicat: Si autem tardauero, vt scias,quo modo oporteat te in domo dei conuersari. Cuius autem rei gratia id fecit? Necessitate constringebatur ingenti,pergendi huc atq; illuc facultas illi nõ erat,habitabat carcerem,à Nerone scilicet inclusus:idcirco illum vocat ad se, cupiens antequàm excederet vita,plurima fortasis illi commendare,idcirco ait:Festina ante hyemem venire ad me. *Demas me deseruit diligens hoc seculum.* Non dicit, vt te videam prius quàm de hac vita migro,quod certè maximo illi mœrori erat:sed quia solus sum,inquit,neminem habeo adiutorem in euangelio. *Demas me deseruit diligens hoc seculum, & iuit Thessalonicam.* Hoc est,quietem & requiẽ amãs, & esse in tuto absq; periculo:maluit domi deliciis frui, quàm mecũ ærũnas pati,præsentiáq; perferre pericula: huic soli detrahit, non derogãdi illi,sed confirmandi nos studio,ne inter pericula,laborèsque mollescamus: hoc est enim quod ait, *Diligens hoc seculum.* Simul autem & discipulum attrahere volens. *Crescens,* inquit, *abiit in Galatiam. Titus in Dalmatiam.* His iam nihil derogat,nanque & Titus erat virtute mirabilis, adeò vt insulam pergrandem ei crediderit,totã Cretam scilicet. *Lucas est solus mecum.* Is quippe distrahi ab illo,auellique non poterat,qui & euangelium scripsit,& apostolorum Actus,summæ vir industriæ, discẽdi studiosus, patientissimusq; laboris. De quo alio in loco ait: Cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. *Marcum assumens adduc tecum.* Cur id? *Est enim mihi vtilis in ministerio.* Non in suam dicit requiem, sed in euãgelij ministerium: nanque & inter vincula prædicare nunquã euangelium destitit. Itaque & Timotheum,nõ sui causa,sed euangelij vocat, vt nullam in ipsius morte fideles perturbationem paterentur,cùm adessent plerique ex discipulis eius, turbasq; prohiberent, eosq; consolarentur, qui illius necem æquanimiter ferre non poterant:quippe eos qui Romæ crediderant,singulares esse,memorabilesque crediderim. *Penulam quam reliqui Troade apud Carpum,veniẽs affer,& libros,maximeq; membranas.*

2.Corin.8.c

Pallium hîc penulã dicit:alij loculos putant, in quibus libri condebãtur. Quid autem illi libris opus erat, cùm esset migraturus ad dominum? At tunc eis maximè egebat,vt eos fidelibus commendaret habẽdos,atque seruandos ab his doctrinæ illius vice. Nanq; fideles quidem omnes maximũ in illius morte vulnus accepisse fas est, sed eos in primis qui (illi morienti) aderant,tuncq; ipso fruebantur. Penulam quærit,ne hanc ab aliis accipere sit opus. Vides enim cũ magno id studio curantem,cùm alibi dicit,Ephesiis loquens: Scitis quia necessitatibus meis, & his qui mecum erant, subministrauerunt manus istæ. & rursus: Beatum est dare magis,quàm accipere. *Alexander æramius multa mihi mala ostendit,reddet illi dominus secundum opera ipsius.* Hîc rursus tentationum meminit, non vt illum culpet solùm, aut accuset,verùm vt discipulum ad certamina vngat ferenda constanter:quanlibet humilis cõditionis sint, qui tentationes admouẽt, quanlibet viles atque inhonori. *Multa mihi mala ostendit.* Afflixit me,inquit,variis modis. Qui enim à magno aliquo premitur, nonnihil solatij videtur admittere, quòd persona sit eminens,à qua id patitur. Qui autem à vili atque abiecto, maiore afficitur mœsticia,sed hęc illi impunè minimè, inquit, succedent. Sicut enim scribens paulò superius dixit: Quales persecutiones sustinui,& ex omnibus me eruit dominus:ita & hîc dupliciter discipulum consolatur,& quia malè & iniustè patitur, & quia ille recipiet vicem. Non quòd sancti pœnis delinquentiũ gaudeant, sed quòd prædicationi opus sit, vt infirmiores quique etiam ex hac parte solatium capiant. *Quem & tu,* inquit, *denita: valde enim restitit sermonibus nostris.* Hoc est,aduersatur,& bella excitat. Neq; verò ait,puni, crucia,afflige,exagita, cùm certè posset licitò per gratiam facere:sed his omnibus omissis, cedere eum humiliter iubet deòque permittere cruciatum:& ad infirmorum consolationẽ istud valet,quod prophetia est, dum dicit: Reddet ei deus secundũ opera sua. Porrò quòd cõfortandi discipuli gratia hæc dicat, etiã ex consequentibus liquet. Iam verò aspice,vt alias quoque suas tentationes enumeret. *In priore,* inquit, *defensione mea omnes me reliquerunt, non eis imputetur.* Vides quo modo familiaribus parcit,durè licèt in ipsum peccauerint: neque enim idem est ab his qui extrà sunt,& à domesticis despici. Intuere incredibilem mœsticiæ vim: dicere non potest,licèt ab extraneis oppugner, habeo tamen solatium & obsequium, atque auxilium meorum, & illi enim me prodiderant. *Omnes me reliquerunt,* inquit, Nõ igitur paruum istud crimen est: nam si is qui in bello periclitantem deserit, & seipsum hostili subducit manui,à suis digna increpatione, & mulcta plectitur, quasi

Actor.20.g

Ibidem.

Suprà 3.c

omnia

1.Tim.3.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnia corruperit atque perdiderit: multò magis in prædicatione id fit. Quam vero dicit primam defensionem? Neroni iam adstiterat, & illæsus effugerat: vbi verò pincernam eius instituit, ac fidei sacramentis instruxit, tunc iam ipsum capite truncauit. Rursus autem discipulum ex consequentibus consolatur, dicens:

Sed dominus mihi adstitit, & confortauit me. Quippe eum qui ab hominibus relinquitur, durum aliquid pati nõ sinit deus. *Et confortauit me*, inquit, Hoc est, fiduciam dedit, neq; concidere omnino permisit, vt per me impleatur prædicatio. Et inspice illius altissimam humilitatem: non tanquam dignum ipsius munere confortauit me, inquit, *Sed vt prædicatio impleatur*, quæ mihi credita est: ac si quis purpuram, & diadema regis insigne ferens, per ipsum seruetur. *Et audiant*, inquit, *omnes gentes.* Vt omnibus manifesta sit gentibus, prædicationis eximia lux, prouidentiæq; ipsius in me dispositio.

Et eripuit me de ore leonis, & liberauit me dominus ab omni opere malo. Ecce quasi fuit ipsi proximus morti, & in ipsas penè leonis decidit fauces. Leonem Neronem ait, proferitate & imperij robore, summaq; potentia. *Et eruit me*, ait, *dominus, & eruet.* Si eruet rursus: quo modo ait,

Hic sup. b Ego enim iam delibor? Sed attende quid dixerit:

Eripuit me, inquit, *de ore leonis.* Et rursum eripiet, non iam ex ore, sed quid? *Ex omni opere malo.* Tunc enim me periculis eruit. Quando verò satis euangelio factũ est, eripiet me iterũ de omni peccato: hoc est, non permittet vlla cũ reprehensione proficisci. Nam posse vsque ad sanguinem stare aduersum peccatum, nec cedere, ab alio leone, videlicet diabolo, erui est: maior itaque ista salus quàm prior est, quando videtur exponi, atque ad mortem dari. *Et saluabit in regnum suum cæleste, cui gloria in secula seculorum, Amen.* Hæc est igitur salus, quando ibi fulgebimus. Eripiet me, inquit, ab omni peccato, ibiq; custodiet: hoc est enim saluũ fieri in re-

Ioan. 12. d gnum, si hîc illius gratia moriamur. Qui enim, inquit, odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodiet eam. ecce hoc ad gloriam pertinet filij. *Salutate Priscillam & Aquilam, & Onesiphori domum.* Ipse enim

Supra 1. d Romę tunc erat, sicut alibi dicit: Det ei dominus inuenire gratiam à domino in die illa. hac autẽ salutatione promptiores eius domesticos facit ad patrisfamiliâs virtutes imitãdas. *Salutate*, inquit, *Priscillam & Aquilam*,

Act. 18. a Hi sunt quorum assiduè meminit, apud quos hospitatus est vnà cum Apollo. Præmittit autem vxorem, vt mihi quidem videtur, quòd feruentior fuerit atq; fidelior, & ipsa quippe tunc Apollo ipsum assumpserat, siue hoc indifferenter facit: non modica autem his erat cõsolatio ex ista salutatione, verùm honoris atque charitatis indicia, magnamq; gratiæ communionem præferebat: sufficit enim vel sola tanti viri salutatio, magna gratia implere eum, qui ita salutatur. *Erastus mansit Corinthi, Trophimum autem reliqui Mileti infirmum.* Videamus in actibus apostolorum, quinam cum illo ex Iudæa nauigauerint, aliquid fortassis operantes. *Trophimum autem*, inquit, *reliqui Mileti infirmum.* Cur, obsecro, non il-

2. Cor. 12. b lum sanasti? Cur reliquisti? Nonne omnia apostoli poterant? Nónne per gratiam omnia dispensabant? Ne quis existimaret supra id quod videretur: hoc in vete-

Exod. 4. c ribus iustis contigisse videmus, sicut in Mose, erat gracili voce. Cur non in vocis transiit firmitatem? Sæpe dolore, mœsticiáque contabuit, quòd in terrã promissionis minimè ingressurus esset. Plurima enim permittebat deus huiusmodi fieri, vt infirmitatẽ naturę mortalis ostenderet: nam si his quoque contingentibus, dicebant Iudæi: Vbi est Moses, qui eduxit nos de terra Aegypti? quid non putassent, si illos in terram quoque promissionis induceret? Nisi permisisset illum Pharaonis metu cõstringi, nónne ipsum deum existimassent? Ita de Paulo & Barnaba eos qui in Lystris morabantur, sensisse videmus, deósque putasse illos, quando illi scissis vestibus exilientes, in turbis clamabant, dicentes: Viri quid ista facitis? Nos homines similes vobis *Act. 14. c* passibiles sumus. Et Petrus item quando claudum à natiuitate curauit, stupentibus omnibus in eo quod factũ fuerat, respondit dicens: Viri Israëlitæ, quid admira- *Act. 3. b* mini in hoc, aut quid nobis intenditis, quasi propria virtute, aut potestate eum ambulare fecerimus? Audi item dicentem beatissimum Paulum: Et datus est mihi *2. Cor. 12. b* stimulus carnis, vt non extollar. Non ita est, non enim idcirco datus est stimulus: hoc enim humilia sentiens dixit, sed multas ob causas. Denique vide vt non hoc illi dixerit deus, Ne extollaris: sed quid? Virtus enim, *Ibidem c* inquit, in infirmitate perficitur. Duo igitur vnà fiebãt, & aperta enim quæ fiebant, ostendebantur, & totũ deo adscribebatur: idcirco & alibi dixit, Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus: hoc est, in corporibus in- *2. Cor. 4. b* firmis, & passionibus subditis. Cur hoc? Vt excellens magnitudo virtutis sit dei, & non ex nobis: nempe nisi essent subiecta passionibus corpora, illis omnia adscriberentur. Et alio item in loco videmus in aliena infirmitate mœrentem, Nam de Epaphrodito ait: Etenim *Philip. 2. d* infirmatus est vsque ad mortem, sed deus misertus est eius. & alia pleraque ignorasse vtiliter pro sua, discipulorumq; salute conspicimus. *Trophimum*, inquit, *reliqui Mileti infirmantem.* Miletus Epheso vicina est: aut igitur in Iudæam nauigans reliquit illum, aut cùm fuisset Romæ rursus in Hispaniam profectus est. An autem inde iterum ad has partes venerit, ignoramus. Vides vt vndique desolatus sit. *Demas enim*, inquit, *me deseruit, Crescens abiit in Galatiam, Titus in Dalmatiam, Erastus mansit Corinthi: Trophimum autem*, inquit, *reliqui Mileti infirmantem. Festina*, inquit, *ante hyemem venire. Salutat te Eubulus, & Pudens, & Linus, & Claudia.* Hunc Linum aiunt quidam, secundũ post Petrum Romanæ ecclesiæ episcopum fuisse. *Et Linus*, inquit, *& Claudia.* Adeò mulieres quoque feruebant circa fidem, ardentesq; erant: vt fuit Priscilla, vt hæc Claudia, iam crucifixę mundo, iamq; ad omnia subeunda etiam paratæ. Quid autẽ hoc sibi vult, quòd cùm tam multi fideles essent, horum tantùm meminit? quia iam mundana omnia excesserant animo, maiorisq; virtutis luce fulgebant. Neque enim à fidei virtute infirmior sexus excluditur: immò id quoque diuini muneris est, quòd hic etiam sexus seculi curis minimè à virtutis proposito impediatur: neque enim minimã in rebus humanis administrationis partem mulier suscipit, domi sedulè residens, cùm absq; illa nullæ res publicæ constare possint: nam si res familiaris turbis, tumultibusq; misceatur, quisque ciuium domi se continebit, atq; ita respublica pessimè habebit: itaque nihil minus habet honoris, ac rationis, neque in seculi curis, neque in spiritualibus rebus. Ne ab ipsa quidem martyrij gloria hic sexus prohibetur. Plurimæ nanque pro fidei confessione glorioßissimè coronatæ sunt. Pudicitiam quoque seruare magis etiam quàm viri possunt: quippe quas non æquè, vt viros libidinis flamma sollicitat: modestiam item, ac sobrietatem perferre, ac sanctificationem, sine qua nemo videbit deum: pecunias autem si velint, æquè contemnere, & reliqua omnia.

Festina, inquit, *ante hyemem venire.* Vrget illum valde,

neque

neque tamen rem tristiciæ subiicit, vt dicat, antequàm moriar: sed, ante hyemem, ne te illa impediat. *Salutat te, inquit, Eubulus & Pudens, & Linus, & Claudia, & fratres omnes.* Nominatim illos memorat, quos nouerat magis in fide feruere. *Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo.* Nihil hac oratione præstantius. Noli mœrere, inquit, quia discedo, dominus tecum est: neq; simpliciter tecũ, sed cum spiritu tuo. Duplex auxilium gratię commendatur, cui spiritus opitulatur, ac deus: præterea nobiscum deus esse non potest, nisi adsit gratia spiritualis. Nam si ab illa deseramur, quo modo nobiscum erit? *Gratia † nobiscum,] Amen.* Iam sibimet quoq; imprecatur: hoc est, vt semper grati illi simus, vt gratiam cum dono habeamus: hęc enim si adsit, tristia cuncta dissilient. Sicut enim is qui regi adstat, gratiámque apud illum habet, nihil triste sentire potest: ita & si nos amici deserant, etsi in aduersa quæq; incidamus, nihil sentiemus ingratum, gratia illa sua præsente & nos muniente. Enimuero gratiam hanc promereri quo modo possumus? Si quæ sunt deo grata, faciamus, eique in omnibus obtemperemus. An verò nõ in maiore domo cernimus, vt illi famuli gratiam adipiscantur, qui non ea quæ sibi, sed quæ dominis placent tota animi alacritate sectantur, neque dura imperij necessitate, sed libera ingenuitate, atque affectione præcipua in domo omnia ritè disponũt? Cùm semper alacres aduolant, cùm semper adsunt illorum obtutibus, cùm versantur domi, cùm nihil proprium quærunt, cùm dominorum commoda propria deputant. Qui enim sua omnia domini sui esse constituit, non sua illius, sed illius planè omnia sui iuris effecit, & æquè vt dominus illius omnium potitur, atque illius omnibus imperat: seruorum etiam plurimi hunc maximè timent: quòdque ille dixerit, ab eo non iste dissentit, omnesq; iam inimici in metu cõsistunt: quòd si in rebus mundanis, is qui contemptis commodis propriis, domini commoda quærit, nõ sua despicit, sed maiora consequitur: multò magis in spiritualibus rebus. Contẽne tua, si quæ dei sunt assequi cupis: vult ipse hoc, Despice terras, vt cœleste diripias regnum: in cœlis sit conuersatio tua, non hîc: inde non hinc poteris esse terribilis, inde si terribilis fueris, non hominibus modò, verùm & dęmonibus, ipsiq; diabolo metuendus eris: quòd si ex terrenis opibus metui velis, & illis eris despectui, & hominibus item sæpe contemptui. Quæcunque in terris acquisieris, seruilia sunt: sin illa despicias, in regia eris illustris. Huiusmodi apostoli fuêre, qui spreta seruili domo, calcatisque diuitiis, domini sui imperio potiti sunt. Ille, aiebant, morbo liber euadat, ille dęmonibus, illum liga, hunc solue: in terris † sed tanquàm in cœlis perficiebantur. Quæcunque enim ligaueritis super terrã, erunt ligata & in cœlo. Maiorêmque illis dedit potestatem, quódque mentitus non sit, ipsum audias dicentẽ, Qui credit in me, maiora his faciet, quæ ego facio. Cur id quæso? Quia sic quoque honor omnis redundat in dominum: quia in nostris quoque rebus quò fuerit potentior famulus, eò maiori admirationi dominus est. Si enim tanta seruus potest, quanta serui dominus poterit? Quòd si qui neglecto seruitio domini, vxoris suæ ac filij, & serui curam habeat, velitque ditari, & vel furto, vel fraude, quæ domini sunt, conscisceere: citò seipsum vnà & pecunias perdet. His igitur exemplis instructi, ne quæso quæ sunt nostra, curemus, vt sic maiorem illorum curam habeamus: despiciamus ea, vt maiori illa quiete possideamus. Si ea ipsa despiciamus, deus illa curabit: si ea nos curare velimus, ipse illa contemnet. In his quæ dei sunt, nõ in nostris, immò in nostris lasscscimus, atq; deficimus: quippe illius omnia nostra sunt, nõ cœlum dico, non terram, non ea quæ in mundo sunt, hæc enim indigna illo sunt, hæc nobis fidelibus atque infidelibus communia sunt. Sed quid? Gloriam illam regnúmque cœleste, hæc ipsius & nostra per ipsum sunt. Quo modo? Si commortui sumus, inquit, & viuemus: si sustinebimus, conregnabimus, cohæredes facti sumus, & fratres dicimur. Quid nosipsos ad inferiora deiicimus, cùm nos ipse ad superna, & ad seipsum pertrahat? Quandiu pauperes, quãdiu inopes sumus? Cœlum nobis proponitur, & circa terrena versamur: patet cœlorum regnum ad diripiendum, nos terrenam malumus paupertatem. Immortalis aperitur vita, & nos circa ligna & lapides, villásque consumimur. Esto dines, hoc enim & ipse volo, posside, affatim dirripe, nulla hîc culpa est: hîc non abundare, crimen est: hîc non diripere, culpa est. Quid ergo istud est? Regnum cœlorum, inquit, vim patitur, & violẽti diripiunt illud. Esto illic violentus, esto rapax, non minuitur quod rapitur: neque enim scinditur virtus: non minuitur neque pietas, neque cœlorum regnum: tũe virtus augetur, dum rapis: tunc minuuntur temporalia, dum diripis; quod inde constabit: Sint in ciuitate decem milia viri, hi si quidem virtutem omnes, iusticiámque rapiant, vberiorem illam fecere: quippe in decem milibus fit, & decem milia viri fiunt iusti: enimuero nisi rapiant, minuunt, nusquam enim apparet. Vides vt bona dum rapiuntur, abundant magis: terrena verò dum fuerint direpta, minuuntur. Non itaque consenescamus inopia, sed diuitias ambiamus. Diuitiæ dei sunt, si plures sint, qui cœlesti regno fruantur. Diues, inquit, in omnes, qui inuocant eum. Augere illius opes contẽde: augebis autem si abũdas, si inferas vim. Vi enim re vera opus est. Cur id? Quia plurima sunt impedimenta, vxores, liberi, curæ, mundana negocia, atque vnà dęmones, & diabolus ipse dæmonum princeps. Vi ergo opus est, & tolerãtia: qui viribus agit, in laboribus est: quippe omnia sustinet, atque aduersus necessitatem stat. Quo pacto? Fermè impossibilia conatur: huiusmodi ergo sunt veri, fœliceśque violenti, nos ne possibilia quidem conamur. Quo modo itaque conatus nostri potiemur effectu? Quando ea quæ cupimus, consequemur? Violenti, inquit, rapiunt cœlum. Violẽtia & rapina opus, neque enim in promptu atque ad manus est cœlorũ regnum. Raptor huiusmodi semper sobrius, vigilque perdurat, & in cura, cogitationibúsque versatur, vt rapere opportunè possit. Nónne aspicitis, vt qui in bello rapere aliquid cupit, noctem totam peruigil duret in armis? Si igitur qui secularia rapiunt, noctem in armis & vigiliis ducunt: quantò studio egemus nos, qui molimur spiritualia, quę sunt digniśima, rapere? At contrà, quibus cœlestia consequi propositum est, etiam die media dormimus ac stertimus, sempérque nudi & inermes sumus. Qui enim peccatis inuersatur, inermis & nudus est: sicuti qui iusticiam fouet, armatus. Non eleemosynis munimur, non nobis accensas lampades præparamus, non vndique tegimur armis: non iter quò illuc pergatur, addiscimus: non sobrij, vigilantesq; persistimus, atque ideo nil rapere possumus. Si quis regnũ inuadere nititur, nónne innumeras antè sibi mortes proponit? nónne cùm sese instruxerit armis, cùm rei bellicæ peritus euaserit, cùm omnia huius rei gratia cõparârit, ita demum inuadere pergit: Non ita nos agimus, sed

1. Tim. 2. b

Matth. 11. b

Rom. 10. c

Mat. 11. b

Morale.

† nobiscum.

† sed tanquàm in cœlis perficiebantur.

Matth. 18. c

Ioan. 14. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus, sed dormitantes rapere volumus, atque ideo vacuis manibus abimus. Non vides raptores quo modo fugiant, quo modo currant, quo modo omnia impedimenta dirumpãt? Cursu opus est: nam protinus aduersum te diabolus currit, & his qui præcesserint, tenere te iubet: sed si fortis, si excitus fueris, omnia abiecisti, omnes auis instar euasisti: ac licèt hinc iam proficiscaris, siue forum, forensesq; transcendas tumultus, seculum scilicet præsens, etiam ad ea quæ superiora sunt, pertinges, quod est futurum seculum: nam veluti in solitudine nullus ibi tumultus, nemo qui perturbet, nemo qui tentet, conquiesces: cum rapueris, minimum laborabis ne tibi parta tollantur. Si ita curramus, vt nil eorum quæ nostris sunt obiecta luminibus, inspiciamus: si nil curemus aliud, quàm impedientium conatus euadere, poterimus quę diripuimus, tutò possidere. Rapuisti pudiciciam, ne sistas gradum, fuge, longè post te diabolum relinque: si viderit quòd te deiicere nequeat, ne persequetur quidem: ita ferè & nos facimus, qui cùm raptores nostris se subduxerunt oculis, quasi desperantes, neque ipsi insequimur, neque alios ad eos tenendos hortamur, sed abire permittimus: sic tu quoque initiò vehementi vtere cursu: cùm longè à diabolo discesseris, nihil iã contrà conabitur, sed in tuto eris, bonisq; frueris æternis: quibus nos omnes vtinam potiri contingat, in Christo Iesu domino nostro, cum quo est patri & spiritui sancto gloria, imperium & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homiliarum decem sancti Ioannis Chrysostomi, super epistolam Pauli ad Timotheum secundam, finis.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI EPISCOPI Constantinopolitani, in epistolam beati Pauli ad Titum explanatio, Ambrosio Camaldulẽsi interprete. Homilia prima.

Caput. I.

Paulus seruus dei Apostolus autem Iesu Christi, secundum fidem electorum dei & agnitionem veritatis, quæ est secundum pietatem in spe vitæ æternæ, quam repromisit is, qui non mentitur deus, ante tempora secularia: manifestauit autem temporibus suis verbum suum in prædicatione, quæ credita est mihi per saluatorem nostrum deum: Tito charissimo filio secundum communem fidem, gratia, misericordia, & pax à deo patre & Christo Iesu saluatore nostro. Vnus ex Pauli sociis hic fuit vir probatus: neq; enim profectò illi integrã insulam permisisset, neq; ea quæ deerant præcepisset implenda: [ait enim, vt quæ desunt, corrigas:] & tam multorũ episcoporum iudiciũ cõmisisset, nisi multùm illi confideret. Aiunt autem quidam hunc iuuenẽ fuisse, idcirco quòd ad eum scribẽs Paulus eum filium vocet: sed hoc sanè non satis manifestũ est. Arbitror autem ipsius etiam in
Act.18.b actibus Apostolorũ fieri mentionẽ. Erat autem fortasse Corinthius, nisi alius aliquis apud eos fuerit eodem nomine: & Zenam quidem ad se aduocat, atq; Apollo mitti cupit, hunc autem non: nanque coram Cæsare plus illis fortitudinis atque virtutis fore testatur. Videntur autem mihi tempora quædam media interceſſisse: Paulumq; dum ista scriberet, in libertate fuisse. Nihil enim de tentationibus loquitur, cæterùm assiduè deo gratias versãt, quæ credentibus erat sufficiens consolatio ad incitamentum virtutis: nanque cùm discerent, quæ suis meritis deberentur, & ad quæ per gratiã vocati essent, quæ etiam ex gratia meruissent, non minimum ex hoc solatium capiebant. Inuehitur etiã aduersus Iudæos: quòd si in gentem totam inuehitur, nihil est quod admireris: & hoc enim ipsum scribens ad Galatas facit, O insensati, inquiens, Galatæ. Porrò hoc *Gala.3.a* non contumelioſi erat affectus, † sed interrogãdo ista dicebat.] Nam si sui gratia istud fecisset, meritò quis illi crimen inureret: sin verò ignitus, & zelo fidei feruens, & gratiam prædicationis insinuans, ita loquitur, non iniurioſè id facit. Nanque & Christus multa, & sæpenumero pharisæis, ac scribis criminatur: verùm non fui ipsius gratia, sed ideo quòd omnes alios perderent. Breuem scribit epistolam, meritò: quod virtutis testimonium fuit ipsius Titi: neq; enim is ille erat, cui verbis plurimis opus esset, sufficiebãtque illum tantum breuiter admoneri. Videtur autem mihi eam præcedere, quam ad Timotheum scripsit: † illam enim cùm iam finisset, proximè scripsit:] hic autem liber & absolutus esse deprehenditur. Nam quod ait, Decreui hyemare Nicopoli: certum argumentũ est quòd nec dum fuerit in vincula coniectus, illic autem vinctum se assiduè vocat. [Videamus igitur quid hîc dicit:] *Paulus seruus dei, Apostolus autem Iesu Christi secundum fidem electorum dei.* Vide quàm ista indifferenter ponit, dum se interdum quidem dei seruum, & Christi apostolũ dicit: aliâs verò Christi se appellat seruum, dicens: Paulus *Roma.1.a* seruus Iesu Christi, adeò nullam inter patrem & filium differentiam nouit. *Secundum fidem electorum dei & agnitionem veritatis, quæ secundum pietatem est.* Secundum fidem electorum dei, quid est? Vtrum quòd ipse credideris, an quòd tibi ea fides credita fuerit? Quantum ego coniicio, electos dei sibi creditos dicit: ac si dicat, non ex rectè factis, neque ex laboribus, ac sudoribus hanc cepi dignitatem: sed totũ eius, qui mihi hæc crediderit beneficij est. Deinde ne irrationabilis gratia fieret, neque totum ipsius esset, cur non hanc & aliis crediderit, idcirco subiũxit, Et agnitionem veritatis, quæ est secundũ pietatẽ: ex hac creditus sum, immò & hoc ex ipsius gratia mihi creditũ est, & huius enim dignitatis ille author est. Quocirca & Christus ipse dicebat: *Ioan.15.c* Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Et ipse idem beatus apostolus alibi ait: Cognoscam sicuti & cogni- *1.Corin.13.c* tus sum. Et rursum: Si quo modo apprehẽdam, in quo *Ibid.d* apprehensus sum à Christo Iesu, prius ipsi cogniti sumus, & postremò cognouimus: prius vocati sumus, & tunc demum obediuimus. Quod autem dicit, secundum fidem, hoc totum illis acceptum refert: quòd si illorum gratia esset apostolus, non quasi hoc ipse mereatur, sed electorum causa: quod etiã alio in loco dicit, Omnia enim vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo. *Ibid.3.d*

Et agnitionem quidem veritatis, quæ est secundum pietatem.

Quippe & rerum veritas est, sed non secundum pietatem: puta rei rusticæ peritiam nosse, scire artẽ aliquã † *Ex fide* veraciter, hæc scire dicuntur. Verùm ea secundũ pie- *vtiq; agni-* tatem veritas est tantùm, quæ secundum fidem credi- *tio hæc est,* dit, quemadmodum reliqui electi, qui etiam veritatis *nõ à ratiocinationibus.* noticiam habuerunt. † Ex fide igitur agnitio in spe vi- *In spe vitæ* tæ æternæ,] dixit præsentem in gratia dei, dicit etiam *æternæ.]* & futurã in spem vitæ æternæ, nobisque præmia proponit, in

ponit,in his etiam beneficiis, quæ ab ipso consecuti sumus,quia enim credidimus, & laqueos erroris euasimus, coronari nos cupit. Intuere,obsecro, quàm istud exordium beneficiis dei refertum sit,totaq; prorsus epistola huiusmodi est. Qua ex re sanctum illum virũ excitat magis ad labores pro fide ac pietate subeundos: nec ipsum modò, verùm & eos qui ab eo docerentur. Nihil enim fermè ita nobis vtile est, vt meminisse iugiter beneficiorum dei, siue quæ communiter omnibus, siue quæ seorsum singulis tribuit. Si enim cùm ex amico beneficium aliquod sumimus,siue cùm verbum aliquod gratum, placidumq; audimus, in amorem exardescimus: quantò magis cùm viderimus quibus periculis impliciti fuimus,ex quibus omnib⁹ nos eruit deus promptiores ad obedientiã erimus? *Et agnitionem veritatis.* Veritatem autẽ hoc in loco ad figuram refert, & illa enim agnitio erat,& pietas erat: non tamen veritas,neq; item mendacium,sed figura atque imago.In spe vitæ æternæ,illa in spe vitæ præsentis.Qui enim ea fecerit,inquit,viuet in eis.Vide quàm ex ipsis initiis iã indicet gratię legisq; distantiam,illi nõ electi,sed nos: nam & ipsi aliquando dicebantur electi, iam huiusmodi gratiam amiserunt. *Quam repromisit is, qui non mentitur deus ante tempora secularia:* Hoc est,non modò ex pœnitentiæ remedio prouenit,sed olim, atq; ab ipso principio ista prefixa sunt.hoc ipsum plurimis in locis posuit, puta cum dicit:Segregatus in euangelium dei. Et rursum:Quos præsciuit & prædestinauit.Ostenditur profectò ex his nobilitas nostra,quòd nõ nuper, sed olim, atq; ab ipsis initiis dilecti sumus. [Neq; enim hoc parui ducendum, quòd iam olim diligamur, & ab initio.] Quam repromisit,inquit,is qui non mentitur deus.[Si is non mentitur,prorsus erunt quæ promisit is qui non mentitur: neq; est] cur ambigere debeamus,etiãsi post mortem pollicitis perfruamur. *Ante tempora secularia.*

Etiam ex eo,quod ait ante tẽpora secularia:promissum commendat immobile, dignissimumq; cui fides adhibeatur.† Et quoniã,inquit,ante tempora secularia non prodiere Iudæi,idcirco hæc ita se habẽt,] sed quia ista supernè,atq; à principio præfigurata erant.Itaq; audi quid ait: *Manifestauit autem temporibus suis.* Quæ nam igitur huius ratio dilationis est?Prouidentiæ profecto gratia,& vt omnia opportunè, ac suis temporibus fierent. Tẽpus enim, inquit propheta, faciẽdi † domine.] Quod enim ait,suis, idem profectò est, ac si diceret,cõ petentibus,debitis,congruis. *Manifestauit*,inquit, *temporibus suis verbum suũ in prædicatione, quæ credita est mihi.* Hęc est prædicatio. Omnia enim euangelium continet, & præsentia & futura,honorem,pietatem,fidẽ,simul omnia prædicationis verbo concluſit. [*In prædicatione*: Hoc est,apertè cũ magna loquẽdi libertate,hoc vtiq; est,in prædicatione.] Sicut eni prẽco præsentibus omnibus in theatro prędicat:ita & nos,inquit,publicè prędicamus ea ratione,vt nihil addamus,sed ea tantũ quę audiuimus,prædicemus.Ea quippe virtus prẽconis est, veraciter quæ sibi credita sunt,omnia prosequi,non aliquid addere aut immutare,aut auferre. Si igitur prædicare oportet,magna id fiducia atq; constantia faciẽdum est:alioqui nulla erit prędicationis virtus.Idcirco & Christus non ait,Dicite in auribus:sed,prædicate super tecta.Nempe & ex dicendi modo, & ex loco prædicationem apertam,atque illustrẽ oportere esse commendat. *Quæ mihi credita est, secundum imperium saluatoris nostri dei.* Et ex eo quod ait, credita est, & ex eo quod addidit, secũdum imperium,dignam esse prædicationem,cui fides adhibeatur,ostẽdit, vt nullus iam supersit,qui indignè ferat,siue negligenter admittat, siue ad verba prædicationis obtorpeat.Si igitur imperium est, non iam ego huiusce rei sum dominus, quippe imperium impleo.Nam quę agenda sunt,alia sunt in nostra potestate, alia non . Et ea quidem quæ imperans dicit, nõ in nostra potestate sunt:quæ verò permittit, in nostrum ius cadunt : puta si quis dixerit fratri suo , fatue, reus erit gehennę ignis:hoc iam imperium est.Rursusque cùm obtuleris munus tuum ad altare, & ibi agnoueris, quòd frater tuus habet aliquid aduersum te, dimitte ibi munus tuum ante altare,& vade, ac reconciliare fratri tuo, & tunc veniens offer munus tuum : & hoc imperantis est.Et eum qui præuaricatus fuerit, necesse est suppliciis subdi.Cùm verò dicit : Si vis perfectus esse,vende substantias tuas.& iterum : Qui potest capere,capiat.non iam imperantis vtitur voce:quippe auditorem exequendorum constituit dominũ, & quæ agenda sunt, in eius arbitrio ac voluntate constituit. Hæc enim & facere, & obmittere in nostra potestate est:cæterùm quæ imperantur, omittere nobis minimè tutum est:sed necessariò aut ea facienda sunt, vel si nõ fecerimus,nobis supplicium imminet. Hoc igitur & alio in loco Paulus insinuat,cùm dicit:Necessitas enim mihi incumbit,væ autem mihi est, si non euangelizauero.Quid autem hoc sibi velit,apertius eloquar,vt euidens omnibus fiat.Is quidem cui ecclesiæ principat⁹ est creditus,quiq; dignitate episcopatus ornatus est,nisi populo quæ agenda sunt, dictet, non erit innoxius: at laicus quidem nulla huiusmodi necessitate cõstringitur.Quid igitur ait Paulus? *Secundum imperium saluatoris nostri dei.* [Et vide q̃ bene posteriora ad id quod dixi,quadrent.Superius enim dixerat qui non mentitur deus: hîc autẽ secundũ imperium saluatoris nostri dei.] Si itaq; saluator est,ipseq; studio,ac voluntate saluandi ista præcipit, non itaq; officium huiusmodi ambitionis est res:fides enim est & imperiũ est, idq; & dei saluatoris. *Tito charissimo filio.* Sunt enim etiam non huiusmodi filij, quemadmodum is, de quo idem apostolus ait:Si quis quum frater appelletur,sit fornicator, aut auarus,aut idolis seruiẽs, aut maledicus, aut ebriosus,cum isto neq; edere.Ecce & filius est,nec tamen huiusmodi filius , qui charissimus dici mereatur. Filius nempe est, ideo quòd semel susceperit gratiam, ac regeneratus sit:sed profectò charissimus non est,qui à patris dignitate degenerat, atque ad alterum tyrannum sponte deuoluitur.Nã in naturalibus quidem filiis charissimum facit vtriusq; parentis affectus, hîc autẽ non sic.Verùm ex proposito vnusquisq; id munus assequitur.Fieri enim potest,vt quis charissimus fuerit,nec tamen in ipsa suę dignitatis prerogatiua permãserit:fieri item, vt qui charissimus nõ est, virtutis merito huiusmodi fiat:neque enim sub naturæ necessitate concluſa sunt,sed ex arbitrij libertate dependent, [vnde & subinde mutantur.] Fuerat Onesimus charissimus filius, verùm cùm iam amiserat dignitatẽ, ideo quòd factus esset inutilis:sed rursus charissimus fact⁹ est filius,adeò vt ipsum sua viscera vocaret apostolus. *Tito charissimo filio secundum communem fidem.* Quid sibi vult,secundum communem fidẽ?Cur,obsecro, postquàm dixerat charissimo filio, atque in patris transierat ordinem,huiusmodi minuit,& contrahit dignitatem?Audi, & secundum communem fidem intulit, ac si apertè dicat : Secundum fidẽ nihil habeo equidem amplius, quàm tu. Communis quippe est, ac per eandem & ego sum genitus,

Roma.1.b
Ibidem 8.f
Matt.10.c
Matth.5.c
Ibidem.
Ibid.19.c
Mat.19.b
1.Corin.9.c
1.Corĩ.5.d
Ad Phile.c

† Nõ equidẽ, inquit, hæc ita se habẽt quòd Iudæi non nunc accessere: Psal.118.q † domine.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitus,& tu.Qua ergo ratione ipſum filium vocas?Non ideo vt affectum ſolum patris oſtenderes, an quia ſuperior in prædicatione præceſſeras, an quia per te ipſe lumen fidei ac veritatis acceperat? Hinc profectò & filios,& fratres vocare non renuit, quoniam ex eadem fide ſunt geniti fratres:filios autem, quia per illius miniſterium regenerati. Quod ergo ait, ſecundū cōmunem fidem,fraternitatis ſignauit affectum. *Gratia, miſericordia, & pax à deo patre, & domino Ieſu Chriſto ſaluatore noſtro.* Quoniam dixerat,filium, pulchrè intulit, à deo patre, vt ipſius animū ad celſitudinē deitatis erigeret, dum diſceret cuius eſſet filius.Non igitur dicēdo communem fidem,ſed inferendo patris noſtri,parilitatem honoris inſinuat. Intuere autē quàm multa & magna diſcipulis,& plurimis imprecatur,ea profectò talia ſūt, quæ videntur conuenire doctoribus: hi quippe huiuſmodi precibus indigent,ac longè plus cæteris, vt quibus † neceſsitatis] plus imminеat, plusq; periculi diuinæ offenſionis incumbat.Nam quātò fuerit celſior dignitas, tantò ſacerdotis maiora ſunt pericula. Sufficit quippe vel vnum epiſcopatus rectè factum authorem ſuum in cœlum attollere, vnumq; peccatum in ipſum iniicere gehennę profundum.Cæterùm vt alia omnia omittam,quæ diebus ſingulis incidunt, ſi quando contingat,vt quempiā, ſiue amicus, ſiue alterius cuiuſlibet occaſionis gratia indignū, ad epiſcopatus promoueat apicem, & magnum illi permittat regimen ciuitatis, quantis ſe ignibus facit obnoxium? Neq; enim animarum pereuntiū ſolùm,quas perdit à religione & timore dei alienus,verùm & omnium,quæ ab illo gerūtur, ipſe pœnas exoluet.Nam qui in ordine priuato parum religioſus erat, multò profectò magis id patitur, cùm eccleſiæ gubernacula regēda ſuſceperit. [Votis itaque omnibus optandum,vt qui antea pietate prędītus fuerit, talis permaneat ſuſcepto munere adminiſtrationis.] Quippe tunc & inanis gloria vehementius imminet,& pecuniarum amor & faſtus: cùm principatus ipſe præſtet licentiam offenſionis & contumelię,atque maledicta,& alia prorſus innumera. Si quis igitur, vt antea dixi, parum religioſus fuerat, multò erit irreligioſior,huiuſmodi adminiculis nixus.Tum igitur huiuſmodi eccleſiæ, omniúmque quæ ille peccauerit, & quæ ſubiecta plebs offenderit, erit obnoxius. Quòd ſi is,qui vnam animam ſcandalizat, expedit ei, vt mola aſinaria ſuſpendatur circa collum eius, & demergatur in profundum maris: qui tot animas ſcandalizat, & vrbes integras,& plebes,viros,mulieres, pueros, ciues, ruſticos,incolas ſuæ ciuitatis,aliarúmque vrbium, quæ illi ſubiectæ ſunt, quid pati merebitur? Nempe verò ſi plura triplo,quàm diximus addas,nihil dicturus es,adeò vehemens pœna atque cruciatus huiuſmoni hominibus imminet. Hic itaque longè maximè dei gratia & pace opus habet: nam niſi hac ſubnixus regere populum ſtudeat, omnia pereunt, ac prorſus intereunt. Quantumlibet enim fueris peritus gubernādi, niſi inter huiuſmodi gubernacula gratiam habeas, & pacem quæ à deo eſt:& nauiculam ſimul atq; nauigantes procella inuoluet,mergetq; profundo. Quocirca magna me tenet admiratio eorum, qui huiuſmodi onera appetunt.Infœliciſsime hominum atque miſerrime, non aſpicis cuius rei deſiderio teneris?Nam ſi ſolus ac priuatus ſis,& ignobilis atq; obſcurus, quantumlibet multa peccaueris, vnius abs te animæ ratio exigenda erit, huiusq; tantummodo neglectæ ac perditæ pœnas exolues.At verò ſi ad huiuſmodi regimen promouearis, cōſidera quot capitum tibi pœna debetur.Audi denique dicentem Paulum:Obedite præpoſitis veſtris,& ſubiacete illis, quoniam ipſi inuigilāt pro animabus veſtris, quaſi rationem reddituri.Honoris ac principatus dulcedo te allicit?Et quæ nam,obſecro, huiuſmodi honoris voluptas eſſe poteſt? Omittā enim interim dicere, poſsibile non eſſe huiuſmodi dici veraciter principē. Cur obſecro?Quia in poteſtate ſubiectorum poſitum eſt obedire,vel non.At ſi quis rei veritatē diligēter exploret,nō ad principatum promouetur, qui huiuſmodi eſt,verùm potius ad ſeruiendum innumeris dominis,qui contraria cupiūt ſemper & dicunt. Nam quod laudabit ille,culpabit alius: rurſumq; quod iſte vituperabit,alius admirabitur. Quē igitur audire magis,cuive potius obtemperare oporteat, diſcernere facile nō eſt.Et ſeruus quidem empticius, etiamſi contraria dominus imperauerit,vel indignari,& ferre grauiter poteſt:tu verò ſi tam multis dominis contraria imperantibus,quò te vertas non habeas, mutusq; ſis,huius quoque rei dabis pœnam,ora in te omniū aperiens.Hoccine,quæſo,honor exiſtimatur,hoc principatus, hoc poteſtatis inſigne? Agè,imperat epiſcopus ſibi pecunias inferri:ſi noluerit,non ſolùm non id ſeruus exequitur, verùm ne videatur iſtud cauſa deſidiæ facere, accuſat iubentis imperium,atq; ad maledicta conuerſus, furatur,inquit,diripit,deuorat pauperum res,abſorbet ſubſtantias inopum.Parce,obſecro,maledictis: quouſque iſta proſequeris?Nō vis inferre pecunias:nullus cogit, nullus impellit. Cur etiā in admonentem atq; conſulentem intorques maledicta?Neceſsitate quiſpiam detinetur,non porrigis manum, ſiue id nequeas, ſiue alia occupatione diſtētus,nulla dabitur venia: ſed rurſum crimina peiora prioribus.Iſtud,quæſo, principatus appellari poteſt?nec ſanè potes vlciſci,viſcera quippe tua ſunt:ac ſicuti cùm intumuerint viſcera, doloresq; ingeſſerint, [& capiti, &] reliquo corpori, vlciſci minimè audemus,neq; ea gladio aſſumpto diſcindimus: ita & ſubiectorum,ſi quis huiuſmodi fuerit, moleſtiáſque nobis intulerit, atq; huiuſcemodi maledictis fuerit infeſtus,minimè audemus vlciſci:quippe id à paterna indulgentia longiſsimè remotum eſt, ſed ferre oportet, atque ſorbere huiuſmodi ſtulticiam hominum,donec illi planè reſipiſcāt. Habet empticius ſeruꝰ opus quodpiam imperatū, id vbi perfecerit, iam ſui dominus eſt. At verò iſte per multa diſcinditur, atq; ea ab eo exigūtur,quę ſæpe vires exuperant,ac niſi dicēdi peritus fuerit,hinc rurſus maledictis impetitur. Si verò id fuerit conſecutus, inanis illi gloriæ crimen inuritur, & niſi excitet mortuos, nullius ferè momenti exiſtimabitur. Cōtinuè huiuſmodi voces exaudit.Ille religioſus atq; perfectus eſt: hic verò noſter non ita eſt.Quòd ſi modico ac ſobrio fruatur cibo, rurſus crimina reſonant: Oportebat,inquiunt,illum cibo ſuffocare.Si lauantem viderit quiſpiam, plurima in eum intorquentur conuiciorum ſpicula. Indignus protinus iudicatur, qui aſpiciat Solem,quando quidem illa gerit,quæ ille. Atq; ille lauat,inquit, vt ego,comedit,bibit, veſtimentis operitur,domus curam gerit atque familiæ: cuius ergo rei gratia ille mihi prælatus eſt? Sed & famulos habet, qui illi miniſtrent, & aſello vehitur: cur præeſſe mihi debet? Vide,quæſo,quanta rerum abſurditas? num ille debet carere miniſtro, vt ſibi neceſſe ſit & incendere ignem, & aquas afferre, & ligna perfringere, atque in forū ſæpe neceſſariò ingredi? Et poteſt eſſe maior peruerſitas, maiórque confuſio? At ſancti quidem illi viri apoſtoli,

† *inimicitiarum.*

Matt.18.c

Heb.13.c

Universidad de Deusto

apostoli,cum qui doctrinæ insisteret, neque ad viduarum ministerium applicari voluerunt: verùm id opus illi indignũ arbitrati sunt. Tu verò ipsum etiam in famulorum ordinem atque officium redigis. Cur igitur tu qui talia imperas,non tuam impendis operam,& ipse ea imples? Nonne lõgè maius,ac dignius ille tibi ministerium infert? Ille tibi spiritualia prouidet,tu illi vel corporalia exhibe. Cur ipse nõ, vel seruum mittis tuũ, qui huic tui vice ministret? Christus discipulorũ lauit pedes,tu scilicet vel obsequium magistro exhibeas, magnum aliquid te facere putas? Verùm enim neque ipse præstare obsequium vis, & ipsum sibi illud parare vetas? Quid ergo? Num è cœlo vitã ille ducere debet? At non ita vult deus. Sed inquies, Nunquid apostoli liberos homines qui sibi seruirẽt, habuerũt? Vis nosse quẽadmodum se apostoli habuerint,dũ essent in vita? Peregrinationes obibant, & viri nobiles, illustresq; mulieres, pro illorum refrigerio & quiete, & animas suas & capita sua sæpe porrigebant. Audi deniq; quid beatissimus iste cõmoneat. Huiusmodi, inquit, in honore habetote, quoniã propter opus Christi vsq; ad mortẽ appropinquauit,non parcens animæ suæ, vt impleret, quod ex vobis deerat aduersum me in ministerio. Diligenter,obsecro,ista considera,vide quàm honorabiliter habendos censeat eos, qui doctrinæ deseruiunt. Contrà tu pro patre, ne verbum quidem proferre, vt non dicam subire periculũ sustines. At, inquies, lauare minimè oportet. Cur obsecro? Vbinam hoc prohibitũ est? neq; enim sordes honesta est. Nusquam talia cernimus,siue crimini data,siue admirationi habita. Alia enim sunt,quæ episcopis habenda præcepit. Iubet hunc esse sine crimine,sobrium,ornatum,hospitalem, docibilẽ: hæc apostolus exigit. Ista tu quoq; in ecclesiastico principe inquire,& nihil vlterius. Non es tu Paulo diligentior, immò verò ipso spiritu, qui loquebatur in Paulo. Si percussor fuerit,si ebriosus, si crudelis,atq; immitis, accusa, indigna hæc profectò episcopo sunt. Si deliciis inseruit,& hoc licitè culpare poteris. Porrò si corpus curat,vt ministeriũ tibi exhibere possit: si curã eius habet,vt tibi sit vtilis: huius rei gratia culpandus profectò non est. An ignoras corpoream imbecillitatẽ non minus, quàm animæ infirmitatem nobis nocere, & ecclesiæ intercipere emolumenta? Eius sanè rei gratia eiusmodi imbecillitatem Paulus emendare cupiebat,dum Timotheo discipulo scriberet: Modico vino vtere propter stomachum tuum,& tuas frequentes infirmitates. Nam si quidem sola anima virtutis opus exequi posset, corporis cura minimè necessaria videretur. Quòd si eius cura plurimum confert: nõnne est extremæ demẽtię illud omnino negligere? Sit autem vir aliquis episcopatu honoratus, cui ecclesiæ totius cura credita sit, atque is quidem virtute clarus, omniáque habeat, quæ habere congruit sacerdotem, verùm præ nimia ægritudine semper lectulo decumbet: quid iste prodesse aut proficere poterit? Quam subire peregrinationem? Quo pacto visitare ecclesias? Cui intentare terrores? Quem omnino corripere? Hæc dixi, vt discatis non passim culpare pastores, eósque potius cum benecuolentia suscipiatis. Præterea vt & si quis huiusmodi principatus desiderio tenebitur, dum accusatorum multitudinem, & criminum congeriem conspicit,huiusmodi omnino extinguat appetitum. Magnũ enim re vera periculum est,& quod dei maximè indigeat gratia & pace,quam vt nobis imprecemini obsecro. Nos enim eam vobis vicissim imprecamur,vt omnes simul virtute consummati, ita demum promissis perfruamur bonis,in Christo Iesu domino nostro, cũ quo est patri & spiritui sancto gloria, imperiũ, honor nunc & semper,& in secula seculorum, Amen.

Philip.2.d

1.Tim.5.d

Homilia secunda.

HVius rei gratia reliqui te Cretę, vt quæ deerant corrigeres, & constitueres per ciuitates presbyteros, sicut ego tibi constitui. Si quis est sine crimine, vnius vxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut nõ subiectos. Oportet enim episcopũ sine crimine esse, sicut dei dispẽsatorẽ: non superbũ, nõ iracundũ, nõ vinolentũ, nõ percussorem, nõ turpis lucri cupidũ, sed hospitalẽ, benignũ, sobriũ, iustũ, sanctum, continentem, amplectentẽ eum, qui secundũ doctrinã est, fidelẽ sermonẽ, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicũt arguere. Sũt enim multi etiã inobedientes, vaniloqui, & seductores, maximè qui de circuncisione sunt, quos oportet redargui, q̃ vniuersas domos subuertũt, docẽtes quæ nõ oportet turpis lucri gratia. Antiquis quidẽ viris vita omnis erat operosa,totaq; in labore,atq; in certamine: nobis autem non sic, sed tẽpus omne per negligẽtiam ducimus. Nouerant profectò illi, ideo se in hunc mundũ fuisse deductos, vt placita ei, qui se cõdiderat, gererẽt, illiq; per bona opera placere studerent: nos quasi idcirco fuerimus conditi, vt comedamus & bibamus,ac deliciis operam demus,ita nullam spiritualium rerum rationem habemus. Nõ autem de solis apostolis loquor, verùm & de his,qui post illos fideles euasere: denique eos omnes inspicias,præsentem vitam viatorum more percurrere,idq; sibi opus peculiare fecisse, vt semper veluti peregrini atq; hospites essent, non habẽtes in terra ciuitatem. Audi nempe quid beatus hîc dicat: *Huius rei gratia reliqui te Cretæ.* Veluti domum vnam,orbẽ totum inter se distribuentes, ita vniuersa officia peragebant, vt omnium qui essent vbiq; terrarum, curam gererent: dum hic quidem hanc orbis partem, ille aliam acciperet disponendam. *Huius rei gratia,* inquit, *reliqui te Cretæ, vt quæ deerant supercorrigeres.* Non imperantis iure vtitur, sed interim admonet. Vt supercorrigeres, inquit. Intuere quæso,animam omni inuidia liberam, & omnibus in locis discipulorum vtilitati consulentem, nec satis curantem,siue id per se,siue per alium fiat. Nã ea quidem in quibus periculi plurimum & difficultatis erat, præsens ipse peragebat: quæ verò honoris magis, quàm laboris habebant, locum discipulo permittebat, episcoporum scilicet ordinationes,& cætera talia, quæ aliqua correctione indigebãt,atq;, vt ita dixerim, perfectione maiore. Quid istud, oro, sibi vult? Num ipse quæ egeras,correctione opus habent? An verò nõ eam rem turpem esse arbitraris, & tibi verecundiam ferre? Minimè sanè, nam commune tantùm intueor lucrũ, id siue per me,siue per alterum fiat, nihil mea interest: ita prorsus ita pastorem affici necesse est,nec honorem proprium quærere,sed communem vtilitatem prosequi debet. *Et constitueres,* inquit, *per ciuitates presbyteros.*

Episcopos hîc intelligi vult, quemadmodũ aliâs sæpius diximus. *Vt ego tibi constitui, si quis est sine crimine.*

Per ciuitates, inquit. Neque enim profectò volebat insulam totam vni viro permitti, sed vnicuiq; propriã curam ac solicitudinem indici: ita enim sibi laborem fore leuiorem sciebat, & subditos maiori diligẽtia gubernandos, siquidem doctor non multarum ecclesiarum regimine distraheretur, sed vni tantùm regendæ vacaret,eámque componere moribus atq; ornare studeret. *Si quis,* inquit, *est sine crimine, vnius vxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos.* Cuius rei

ius rei gratia etiam huiusmodi homines in mediũ adducit? Obstruere prorsus intẽdit hæreticorum ora, qui nuptias damnant, ostendẽs eam rem culpa carere, immò ita esse precioſam, vt cum ipsa etiã possit quispiam ad sanctum episcopatus solium subuehi. Castigat hoc ipso etiam impudicos, dum non eos permittit post secundas nuptias ad ecclesiæ regimen, dignitatemq; pastoris assumi. Nam qui defunctę vxori beneuolentiam nullam seruasse deprehenditur, quo pacto hic ecclesiæ præceptor esse optimus poterit? Immò quibus criminibus non subiicietur indies? Noſtis enim profectò omnes, quòd etsi per leges secundæ nuptiæ permittuntur, multis tamen ea res accusationibus patet: nullam ergo occasionem præbere subiectis præsulẽ vult. Quocirca hîc ante omnia posuit, *Si quis est sine crimine:* Hoc est, si vita illius omnis immunis à culpa, si mores eius nemo carpere potuit. Audi deniq; dicentẽ dominum nostrũ:

Matth. 6. c Si enim lumen, inquit, quod in te est, tenebræ sunt, ipsę tenebræ quãtæ erunt? *Filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subiectos.* Inspiciamus, oro, diligẽtius, quàm multa de educandis liberis prouidet. Nam qui filiorum suorũ magister esse nõ potuit, quo pacto alios docere posse putãdus est? Si quos ab initio secum semper habuit & nutriuit, peruerti permisit, & quorum sibi & per leges, & iure naturę potestas omnis indulta erat, eos regere, moderariq; non potuit: quo modo alienis prodesse valebit? Nam nisi summa esset negligentia patris, nunquã profectò quorum sibi ab initio regendorum facultas omnis fuit, eos nunquam neglexisset, aut malos fieri sineret. Neq; enim vlla ratione fieri potest, vt qui ab ipsis initiis magna cũ diligentia summoq; studio fuerit educatus, malus euadat: neq; enim naturalia sunt peccata, vt tantum curæ, tantumq; diligẽtiæ superare prævaleant. Quòd si secundo in loco filiorũ habuerit curam, pecuniisq; congerendis potius studeat, plusq; huic rei diligentiæ, quàm educãdis filiis impertiatur, & hic vt indignus sacerdotio est remouendus. Nã si in his rebus, in quibus vrgebat naturalis affectus, ita negligens fuit, atq; ita stultus, vt pecuniariæ rei plus studeret, quàm curæ filiorum: quo iure hic ad episcopalem thronum promoueatur, tantumq; subeat regiminis onus? At fortè nequiuit. Magnum profectò desidiæ id supremæq; stulticiæ crimen est. Si verò id studij non adhibuit, ingens duriciæ atq; impietatis indicium. Qui igitur proprios filios negligit, quo modo alienorum, vt ante iam diximus, habebit curã? Nec simpliciter ait, luxuriosos, verùm eos huiusmodi carere calumnia voluit, neq; pessimæ opinionis esse permisit.

Oportet enim, inquit, *episcopum sine crimine esse, quasi dei dispensatorem, non elatum, non iracundum, non ebriosum, non percussorem.*

Nam is, qui exteriore ac mũdana potestate subnixus est, quoniam lege imperat, ac necessariò illi obtẽperatur: meritò sæpius contra subiectorũ voluntatem atq; sententiã dominatur. Porrò is, qui volentibus atq; hortantibus, & gratias agẽtibus præesse vult, si ea lege præsumit, vt consilio proprio tantũ omnia faciat, quasi nemini rationẽ redditurus, tyrãnicè potius, quàm popularitèr huiusmodi exercet officiũ. *Oportet enim*, inquit, *esse sine crimine, quasi dei dispensatorem, non elatum, non iracundũ.*

Nam qua hic ratione docebit alios hoc vicio temperare, qui seipsum antè non docuit? Quippe plurima indies huiusmodi principatus parit crimina, molestũq; & ingratum facit, etiam si quis modestissimus fuerit, innumerasq; quotidie necessitates iracundia suggerit. Nisi igitur quisque ad hoc longè præmeditatus accesserit, molestissimus erit, plurimàque corrumpet ac perimet ex his quæ sui muneris sunt. *Non ebriosum, non percussorem.* Hoc in loco contumelioſum significare voluit. Nam corripiendo potius, quàm percutiẽdo, aut inferendo contumelias, omnia agere oportet. Quid enim obsecro, iniuria opus est? Gehẽnæ comminatione terrere oportet, atq; huiusmodi emendare terroribus. Nam cui infertur contumelia, audacior, atq; impudẽtior fit: & cũ qui se ita affecerit, vt contẽnat magis inducitur. Nihil fermè ita contemptũ facit, sicuti cõtumelia & iniuria: neq; enim huiusmodi contumelioſum sinit esse venerabilẽ, & eam quã decet à subditis, reuerentiã assequi. Magna necesse est huiusmodi cum religione loquantur, omnisq; illorũ sermo diuina sapiẽtia cõditus, peccãtes terrere debet memoria futuri illius supremiq; iudicij: vacare enim iniuria sermonẽ huiusmodi decet. Sin verò fortasse fuerint aliqui, qui prohibeant ea, quæ sunt nostri muneris exequi, magna cũ † austeritate tractãda ea res est. *Non percussorem*, inquit. Medicus quippe est animarũ doctor, porrò medicus minimè percutit, verũ & si fortè se æger percusserit, corrigit, emẽdat & curat. *Non turpis lucri appetitorẽ, sed hospitalem, benignũ, pudicum, iustum, sanctũ, continentẽ, possidentem tẽ, qui secundum doctrinã est, fidelẽ sermonẽ.* Vidisti quantũ culmẽ expetit virtutis: Non turpis, inquit, lucri cupidum, hoc est, vt magnũ pecuniarũ contemptũ præferat. *Hospitalem, benignũ, sobrium, iustum, sanctũ.* Bona sua scilicet omnia indigentibus impertientẽ. *Continentem.* Nõ enim cum qui ieiunio studeat, hîc significare voluit, sed qui vicio omne superauerit, & linguam & manũ, impudicosq; castigauerit oculos. Hæc quippe est continentia, nulli vicio subiici. *Obtinentem eum, qui secundũ doctrinam est, fidelẽ sermonẽ.* Fidelẽ hîc veracẽ dixit, qui nobis per fidei gratiã traditur, neq; argutis conclusiunculis indiget, neq; inanibus quæstionibus seruit. Obtinentem, id est curantẽ, hoc est summopere molientẽ. Quid ergo si secularis eloquentiæ fuerit imperitus? Nihil inde penitus lædi*tur*, idcirco ait: Eum, qui secundum doctrinã est, fidelem sermonẽ. *Vt potens sit exhortari, & contradicentes arguere.* [Non itaq; illis fastuosis verbis, sed] summa illi opus est peritia scripturarũ, vt absconditos sensus, intelligẽtiasq; rimetur. Nõ vides vt Paulus orbẽ conuerterit vniuersum, longeq; maiora perfecerit quàm Plato, & omnes huiusmodi cæteri? At fortè dicturus es, signorũ gratia hoc illũ potuisse peragere. Non ex signis tantũ hoc ille potuit: nam si apostolorum euoluas Actus, sæpius illum vi doctrinæ obtinuisse cõperies, q̃ virtute signorũ, eadẽq; iugiter vtitur. Vt possit exhortari in doctrina sana, hoc est ad suorũ custodiã & euersionem hostiũ. *Et contradicentes arguere.* Nam nisi hoc possit, omnia pereunt: nisi enim quis aduersus hostes pugnare didicerit, & captiuare omnem intelligentiã in obediẽtiam Christi, cogitationesq; destruere. Qui, inquit, ignorat rectam, sanamq; doctrinã, vt oportuerit tradere, longè à sede episcopali arceatur. Nam alia quidem & in subditis inuenire facile est: puta esse sine crimine, filios habere subiectos, hospitalem esse, iustum & sanctum. Cęterùm hoc est quod maximè doctorem exprimit, posse scilicet verbis instruere & confutare aduersarios: cuius rei nullam fermè nunc curam haberi videmus atque ingemiscimus. *Sunt enim plerique non subditi, loquaces, mentium deceptores, & hi maximè, qui ex circuncisione venerunt, quorum os oportet obstruere.* Vide quàm signanter expresit, vnde huiusmodi sunt. Nolunt, inquit, regi, sed regere, illud quippe intelligi voluit. Cùm igitur

† *authoritate.*

igitur persuadere nequiueris, huiusce modi ne paueas neque formides, sed eos ob aliorum vtilitatem argue, eisque silentium impone. Quod ergo lucrum hinc referes, si nõ subditi sunt? Cuius rei gratia illorum os obstrui præcipis? *Quia domos*, inquit, *totas peruertunt, docentes quæ non oportet turpis lucri gratia.* Nam siquidem doctrinæ quis percipit gratiam, non autem sufficiens est illis obsistere, neque eis silentium imponere, qui adeò impudentes sunt, percũtium in se attrahit damna, ac per singulos author perditionis erit: nam si rectè quidam admonet, dicens: Ne quæras fieri iudex, nisi valeas iniustitiam tollere. longè profectò dignius hoc in loco quisque admonebitur. Noli quærere magister fieri, si virtutem eius rei à te alienam esse consideras: verum & si traharis, inde resilire cõtende. Vides vt vbique dominandi amor, turpísque lucri appetitus his causa sit, vt subiici nolint? Docentes, inquit, quæ non oportet turpis lucri gratia. Nihil est, quod huiusmodi vicia, perturbationésque non † perimat. ¶Cæterum quemadmodum venti quidem feri & immanes, cum in serenũ irruerint pelagus, ipsum totum à fundo perturbant, adeò vt & arena sæpius vndis immisceatur: ita & hę perturbationes, cum in animam irruperint, cuncta permiscent, & quæ superiora erant ad infima detrahunt, excæcántque mentis clarissimum lumen, atque in primis gloriæ væsana cupido. Nam pecunias quidem facilè quisque contemnet, dum id instituerit. Porrò honoris esse negligentem, laudémque nõ affectare multorum, maximo labore indiget. Magnæ philosophiæ, & animæ cuiusdam angelicæ, & quæ ipsum verticem cardinis cœlestis attigerit, certum argumentum. Nullum enim profectò perniciosius vicium est, nulla magis violenta perturbatio, & quæ ita fermè omnib⁹ in locis obtineat, alibi amplius atque alibi minus, vbique tamen. Quo modo igitur ipsam superare poterimus, & si non penitus, tamen ex parte aliqua? Si in cœlum semper nostros defigamus obtutus, si deum habeamus ante oculos, si cogitationes, sensumq; nostrum terrenis omnibus celsiorẽ facere studuerimus. Quoties te gloriæ desiderium tangit, finem consídera, & eam nihil esse reperies. Inspice quantum in se habeat detrimenti, quantis qualibúsque priuet bonis. Nam labores quidẽ subisti, & pericula, dum eam consequereris: cęterum fructibus, præmiísque caruisti. Intuere quòd ingens sit turba malorum, eorúmque gloriam despice, vnumquenque recogita quis nam sit, & videbis ridiculam penitus rẽ: animaduertas eam confusionem potius esse, quàm gloriam. Post hoc in cœlum attolle animum, atque ad cœlestes choros cogitatione subuehere, & cum boni aliquid agis, animaduerte quòd & hominibus id oportet innotescere, vtilitatis ipsorum gratia, non ipse tamẽ id appetas quod & hominibus id oportet innotescere. Et quos, oro, inquiris inspectatores operis tui? Quoties videri cupis, attende quòd hæc deus omnia inspicit, & protinus omnis illa concupiscentia extinguitur. Attollere ab humo, cœleste versa animo theatrum. Homines etsi impræsentiarum laudent, post modicum vituperabunt, inuidebunt, carpent: & si hoc minimè fecerint, nihil tamen illi penitus proderunt, quem laudant. At non ita deus, gaudet ille profectò, cum iusticias nostras, actúsq; collaudat. Dixisti aptè, plausibúsq; excepᵗ es, quid inde obsecro lucri retulisti? Nam si quidem huiusmodi laudatores inde vtilitatem consecuti sunt, egerúntq; pœnitentiam, & ad meliorem frugem euaserunt, prioráq; mala deseruerunt, meritò gaudendum est: non ideo quòd ipse laudatus sis, sed quòd mutatio illa præclara, atque admirabilis inde secuta sit. Cæterũ si illi quidem perpetuò laudent, turbásque excitent, & plausibus perstrepant, nullum verò inde referant fructum: dolendum potius est, quòd illi hoc ad iudicium sibi damnationis potius fecerint. At verò ex religionis habitu actúq; gloriaris? Siquidem reuera religiosus fueris, nihilq; tibi mali conscius sis, gaudere conuenit, nõ quòd huiusmodi videaris, sed quòd huiusmodi sis. Porrò si multitudinis gloriam aucuparis, bonúsque ac religiosus videri appetis, cum non sis, considera huiusmodi homines laudatores tuos die illo iudicij non fore iudices tuos, sed eum qui occulta diligentissimè nouit. Quòd si tibi conscius peccatorum, bonus religiosusq; putaris, non solum inde gaudere non decet, verum & dolere plurimum, acritèrque ingemiscere, diem illam perpetua meditatione versando, in qua reuelãtur omnia, in qua occulta quælibet illustrantur à lumine. Honore perfrueris? Abiice illum, atque ex animo prorsus elimina, non ignorãs ex huiusmodi te fieri debitorem. Nemo tibi honorem impendit? At in eo quidem gaudendum est, neque enim tibi inter cætera huiusmodi quoque honorem deus obiiciet. An non vides, vt inter cętera beneficia, & hoc deus enumeret per prophetam? Assumpsi, inquit, de filiis vestris in prophetas, & ex adolescentibus vestris in sanctificationem. Vel istud ergo lucraberis quòd maiori supplicio non eris obnoxius: nam is quidem, qui in præsenti seculo honore caret, magísque despicitur, atque vilis ab omnibus existimatur, iniuriis affligitur, respuitur, exagitatur, abiicitur: & si nihil aliud lucretur, vel istud certè cõsequitur, quòd reus non erit honoris ab omnibus præstiti: plurimaq; lucratur, aliáque emolumenta virtutis: cõtrahitur, premitur, humiliatur, neque si velit magnum aliquando sapere permittitur, sed magis sibiipsi semper intendit. Qui enĩ fruitur honore mortali, ingẽtémque ab hominibus cõsequitur gloriam: præter id quod maioribus debitis obnoxius fit, in arrogantiæ sæpe tumorem, atque inanem gloriam tollitur, efficitúrque hominum seruus. Deinde cum huiusmodi dominatus increuerit, plurima iam agere cogitur, quæ non vult. Scientes igitur hoc illo esse præstantius, longèque nobis plura conferre, non quæramus honores: immò eos cum oblati fuerint, repellamus, & abiiciamus à nobis, & huiusmodi concupiscentiam extinguere modis omnibus studeamus. Ista nos & ad principes, & ad subditos dicim⁹. Anima omnis quæ honoris tenetur appetitu, & gloriam ab hominibus quęrit, non videbit cœlorum regnum. Non mea hæc ratio est, à meipso ista non loquor. Hæc verba dei spiritus profert. Nõ videbit gloriam dei, qui huiusmodi est, etiamsi virtutis opus exerceat: receperunt enim, ait, mercedem suam. Qui igitur ista non ceperit, consequenter cœlorum fruetur regno. Non prohibeo gloriã appeti, sed illa volo ambiatur gloria, quæ vera est, quæ ex deo est. Cuius, inquit, laus non ex hominibus, sed ex deo est. In occulto, abditóq; religiosus, timoratusq; persistens, non tibi inanem fastum, serpentinámq; simulationem circundes. Abiiciamus ouinam pellem, ipsi potius oues simus. Nihil profectò humana gloria vilius, nihil abiectius. Dic enim obsecro, si videre contingat multitudinem paruulorum, eorum scilicet qui subiecti vberibus sint: nunquid ab his gloriam cupis? ita te necesse est gloriæ causa ad omnes homines affici, idcirco nempe ea res inanis gloria dicitur. Nõ aspicis vt in scena sibi personas imponunt histriones, quàm præclaras,

Eccli.7.a — *Morale.* — † *vicient.* — *Amos 2.c* — *Matt.5.g & 6.a c* — *Roma.2.d*

quàm honestas, quàm ad extremam, quàm ad exactissimam formæ diligentiam effictas? Potésne huiusmodi aspectum mihi verũ esse mõstrare? Minimè sanè. Quid igitur? Non eas aliquando adamasti? Nõ. Cur id? Quoniam inanes sunt imitãturque decorem, sed nullus ibi solidus decor: ita & gloria inanis est, imitatúrque gloriam, nõ vera gloria est. Illa quippe sola permanet, quæ naturalis est, quæ in intimis conditur: porrò hæc quæ extrinsecus adhibetur, †obtulit sæpius facultatem,] sed id apud homines, & vsque ad vesperam. Cæterum soluto theatro, sublatisq; personis, vnusquisque quod est, id quoque videtur. non igitur veluti in scena atque ludo, veritatem arripiamus. Dic enim, quæso, quid in se præclari habet à multitudine inspici? Inanis est hæc gloria, nihilq; in se habet solidi, atque veri. Nam vbi te receperis domum, solusq; fueris, id omne prorsus effuxit. † Irrupisti in forũ, præsentium oculos in te conuertisti: Irrumpe in forum, auersare præsentes:] quid amplius? Nihil: extincta est penitº eiusmodi gloria, absces sit, atque in fumum resoluta est. Rem igitur adeò instabilem amare quo pacto inducimur? quàm magnæ est istud amentiæ, quantæ stulticiæ? Vnũ igitur intueamur solum, ad id tota nostra dirigatur intentio, quo scilicet pacto dei mereamur ore laudari. Si hoc intentè inspiciamus, humana semper omnia nihil existimabimus, vt non dicã non appetemus, parati semper ea si adsint despicere, non secus quàm lutum in auri cõparatione reuentes. Nõ laudat te ille aut ille, nihil inde amittis: & si vituperet quispiam, nihil omnino te læsit: siue enim laus, siue vituperatio, ex deo tantum aut emolumẽtum habet, aut detrimentum. Cęterum humana omnia sunt prorsus inania, atque in hoc deo æquales euadimus. Ille quippe mortali non indiget gloria. Gloriam, inquit, ab hominibus non accipio. An parum id tibi videtur? Quoties difficile existimas cõtemnere gloriam, ista tecum versa. Si hanc despexero, deo æqualis efficiar, protinúsque subibit contemptus ex animo: neque enim fieri potest, vt homo mancipium gloriæ, non sit omnium seruus: immò omnibus seruis abiectior: neque enim talia nostris imperamus seruis, qualia † illi his qui amore gloriæ capiuntur. Turpia, fœda, confusionísque plenissima, & loqui, & facere, & perpeti iubẽt, idq; magis cum eos sibi obedire perspexerint, iubent prorsus impia: & quò illi obtemperarint magis, eò imperant confidentius.] Fugiamus igitur, obsecro, fugiamus huiusmodi seruitutem. Quo autem pacto eam poterimus effugere? Si de præsentibus, atque mortalibus vera sapiamus, si animaduertamus, præsentia omnia somniũ esse & vmbram, nihilque aliud: illam cum omni facilitate superabimus, & nec parua nec magna nos capient: cęterum ea nisi in his quæ parua sunt, despicere discamus, in ea quoque quæ maxima sunt, facilè incidemus: longè igitur illius laqueos reiiciamus. Sunt autem illi amentia, abiectúsque animus: quòd si ad mentis celsitudinem euaserimus, nulla difficultate multitudinis negligemus honores, inanèmque repudiabimus gloriam, atque ad cœlum animum dirigemus, vt cœlestibus bonis, gaudiísque fruamur: quibus nos omnes vtinam perfrui cõtingat in Christo Iesu domino nostro, cum quo est patri & spiritui sancto gloria, & imperium, & honor in secula seculorum, Amen.

† occulit deformitatem

† illa his quæ ab ipsa capti sunt. Turpia cõfusionisq; plenissima & loqui, & facere, & ppeti iubet: ac tũ maximè inuẽdit augetq; mãdata, cũ eos sibi obedire perspexerit.

1. Thess. 2. a

Homilia tertia.

Epimenides.

DIxit quidam ex ipsis proprius ipsorum propheta, Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. Testimonium hoc verum est: ob quam causam argue eos durè, vt sani

A *sint in fide, non attendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auersantium se à veritate. Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum, sed inquinatæ sunt eorum & mens & conscientia. Confitentur se nosse deum, factis autem negant, cum sint abominati, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.*

Plurima hoc in loco quærenda sunt: Primum quidẽ, quis hoc dixerit. Secundò, quam ob causam Paulus huiusmodi testimoniis sit vsus. Tertiò, cur testimonium adduxit in medium quòd non rectè se habeat. Agè ergo & aliqua adiiciamus, ac tum demum opportunam absolutionem inferamus. Cum aliquando Atheniensis alloqueretur, inter concionandum ait, Ignoto deo, & cætera. Et rursus: Huius enim & genus sumus, sicut & quidam vestrorum poëtarum dixerunt. † Quis ille & vnde fuerit, qui hoc dixerit, necessariò ad vos dicẽdum est. Ea est autem huius dicti occasio: Cretenses se- B pulchrum habent Iouis ita inscriptum: Hîc iacet Iupiter. Poëta igitur ait:]Etenim sepulchrum ô rex Cretenses fabricati sunt tuum, tu autẽ minimè obisti, es enim semper. Si ergo hoc testimonium verum est, intuere quantum periculi suboriatur: nam si poëta vera prosecutus est, dicens mentitos esse Cretenses, qui Iouẽ mortuum esse dixerunt, vt ait Apostolus, periclitatur veritas ipsa. Attendite dilectissimi magna cum diligentia, poëta mentitos esse Cretenses ait, qui defunctum dixêre Iouem. Eius testimonium apostolus approbat, & sua authoritate confirmat. Ergo, inquies iuxta Apostolum, immortalis est Iupiter? Huius enim, inquit, testimonium verum est. Et quo modo huiusmodi soluemus nodos? Non istud ait Apostolus, verum simpliciter testimonium accepit, ac protulit propter cõsuetudinem C mentiendi, quibus Cretenses notauit. Cur enim non addidit: Nam tuum ô rex sepulchrum Cretenses fabricati sunt? Non igitur hoc dixit Paulus, verum id tantum approbauit testimonium, quo Cretenses semper mendaces esse dicuntur. Vnde igitur probamus deum non esse Iouem? At id quidem, & aliis plurimis ex locis probare perfacile est: neque enim ex Cretensium testimonio probandum id nobis est. Præterea non eos in hoc dixit esse mentitos, sed ex generali testimonio cõiiciendum reliquit, in eo quoque fuisse mentitos: [etenim alios deos existimabant, propterea ipse eos dixit esse mendaces.]Verũ hoc omisso quod quæstione non indiget, illud potius inquiramus, quam ob rem gentilium testimonia producit in medium. Sed hæc profectò ratio est, quòd illos his maximè reuincimus, cũ suorum in eos retorquemus maledicta, quoties eos qui apud eos fuere mirabiles, accusatores illorum constituimus, idcirco & alio in loco his testimoniis vtitur dicens: Ignoto deo. Athenienses nãque quoniam ab initio deos omnes non acceperunt, verum per tempora illorum sacra, vrbem ingressa sunt, sicuti quæ ex † Hebræis]allata referũtur, sicuti Pan ex Arcadia, sicuti parua quælibet, ac magna mysteria: coniicientes ex hoc fieri posse, vt esset & alius deus, qui ab ipsis nesciretur, vt etiam illi seipsos deuouerent, eam aram instituerunt, quam inscriberẽt, Ignoto deo: [propemodum id significãtes, & si quis ignotus sit deus.]Ex hac igitur inscriptione sumpta materia, dicit Apostolus: Quem ergo vos ignorantes colitis, hunc ego vobis annuncio. Verum testimonium aliud, videlicet: Huius enim & genus sumus, de Ioue dictum est [ab Arato.] Nam cum dixisset poëta, Iouis omnia plena: post paululum intulit: huius enim & genus sumus. Hæc sunt quæ in ea cõcione Paulus ex gentibus protulit. Quo modo igitur quæ de Ioue dicta

Actor. 17. e

Ibidem. f

† Epimenides igit est qui hoc ptulit, Cretensis & ipse: verũ qua ratione motus id dixerit, necessarium est vobis rẽ plani⁹ explicare. Res an tẽ sic se habet: Cretẽses habẽt Iouis sepulchrũ, ita inscriptũ: Hic iacet, quẽ Iouẽ appellitant. Propter hũc igit inscriptionẽ poeta eos mẽdacij perstringẽs, rursus subiicit, augens magis cõmœdiam:

† Hyperbæus

Actor. 17. e

dicta erant, ea ad deum omnium refert? At iustissimè id quidem, nam quæ dei sunt propria, cum Ioui peruersè omnino, nec propriè adscripta essent, deo ipse restituit, nam & dei nomen ipsius tantum est, atque idolis peruersè imponitur. Quid ergo? Num ex prophetis sibi sumenda erant testimonia, cum gentiles alloqueretur? At nunquam illi credidissent, quippe & Iudæis nihil ex euangelio loquitur, sed prophetarum testimonia sem-
1.Cor.9.d per adducit in medium: idcirco inquit, Factus sum Iudæis tanquam Iudæus, his qui sine lege erant, tanquam sine lege essem: & his qui sub lege, quasi sub lege sim. Fecit hoc & deus in Magis, non illos per angelum ducit, non per prophetam admonet, non Apostoli, non
Matt.2.a euangelistæ ministerio vtitur, sed stellæ illis signum quò ducerentur, ostendit. Quippe in huiusmodi doctrinis, atque artibus periti erant, faciliúsque vernaculo signo admoniti sunt. Rursus in arca dei cum fuisset ab alienigenis capta, maximísque plagis gens illa diuinitus percussa esset, dum remittendi consilium inirent:
1.Reg.6.a b si hanc, inquiunt, semitam vaccæ perrexerint, vera est dei indignatio, quemadmodum suggesserant vates. Num verò vates vera prosequuntur? Absit. Sed deus eos suo ore corripuit, atque redarguit: hoc ipsum & in
1.Para.10.d Pythonissa muliere dicendum est: quia enim ei fidem adhibebat, idcirco per hanc Saül audire fecit, quæ se deprehensura essent mala. Cuius ergo rei gratia, dæmoni silentium Paulus imposuit, dicenti: Isti verè serui dei altissimi sunt, qui annunciant nobis viam salu-
Mar.1.c & Luc.4.f tis? Cur & Christus dominus prohibet dæmones loqui? Meritò id quidem: signa nanque illic præcesserant, & hîc iam non stella erat, sed ipse seipsum dei filium prædicabat: [dæmones autem non se prosternebant. Non etenim idolum erat locutum vt prohiberetur. Et
Num.23.a Balaam itidem permisit benedicere, nec prohibuit: adeò vbique & in omnibus condescendit. Et quid tibi mirum est, cum de seipso opininiones erroneas, suaq; maximè indignas maiestate is permittat adstrui? Veluti, quòd corpus prius erat, quòd visibilis. Hac nanque
Ioan.4.c & 2.Cor.3.d gratia dicit, quia spiritus est deus. Rursus, quia gaudet victimis, quod vtique ab ipso erat prorsus alienum: quódque sermones profert dissonos & professioni suæ minimè consentientes, & alia id genus permulta. Nusquam enim ad suam respicit dignitatem: quod vtique totum ad fidei nostræ robur communiendum apprimè vtile est. Nam si pater nullam habet suæ maiestatis rationem, sed cum puerulis suis lingua torta balbutit quęuis, & alimoniam quidem & edulia: pocula quoque vocabulis appellat non elegantibus & doctis, sed puerili nescio qua, atque peregrina prorsum loquutione: multo magis deus. Et exprobrat elementer eò se demittens, cum per Prophetam dicit: Si mutabunt gentes deos suos. Huius condescensionis diuinæ argumenta inuenire liceat in sacris literis, tum verba tum res ipsas. Itaque ait, *Increpa eos durè: vt sani sint in fide.* Eóque sic loquitur, quòd istis sint mores admodum impudentes, subdoli & profligati. Hæc autem & alia innumera superstitionum mala mordicus tenebant. Quãdo autem ad confingenda mendacia dolósque nectendos sunt promptissimi, præterea ventri atque inerti ocio supramodum addicti: opus est acri atque obiurgatorio sermone. Neque enim qui istiusmodi moribus præditus est, ad imperium facilè reducitur. *Increpa igitur ipsos.*

Hoc loco non alienos vtique, sed qui peculiariter sibi crediti erant, hoc est Cretẽses indicat. *Durè.* Profundiorem, inquit, inflige plagam. Neq; enim pari eo-

A démque modo omnibus infligendum est vulnus increpationis, sed discretim, variè, & habita vniuscuiusque subditorum ratione. Nequaquam præsenti loco consolatoris vtitur verbis: nam quemadmodum qui mansuetum & ad opera pietatis strenuum durius increpat, ipsum vtique perimit ac perdit: sic qui blandius eum demulcet, qui opus habet verborum acrimonia, vtique illum corrumpit, nec sinit ad meliorem vitæ frugem exurgere. *Vt sani sint in fide.* Et hoc vtique sanitas, nihil illegitimum, nihil item alienum inducere. Quòd si hi qui cibos obseruant, iam non sani sunt, sed valde in- *Rom.14.a*
firmi:] (infirmos enim, inquit, in fide suscipite, non in disceptationibus cogitationum.) quid de illis dicemus, qui cum illis vnà ieiunant, simul sabbata celebrãt, ad loca illis dedicata conueniunt, eum scilicet qui in Daphne est, atque ad spelunCam, quæ Matronæ dici-
B tur, & eum locum Ciliciæ, qui Saturni appellatur? Quo autem pacto isti sani dicendi sunt? Quocirca vehementiori illis flagello opus est, atque alio tempori hæc materia reseruanda. Cur igitur hoc in Romanis non facit? Quia non huiusmodi illi erant moribus, sed longè nobiliori ingenio, mentísque ingenuitate pollebãt.

Non attendentes, inquit, *Iudaicis fabulis.* Dupliciter fabula dici possunt Iudaica omnia, siue quum simulatè fiunt, siue quum intempestiuè. Nam si fiant quando facienda non sunt, & facta nocent: fabula inutilis, & noxia sunt. Quemadmodum igitur illis obtemperare non expedit, ita nec istis quidem. Neque enim salubritas fidei seruaretur. Si enim credis fidei, cur alia infers, quasi fides iustificare non sufficiat sola? Quid teipsum spõtaneæ subiicis seruituti, & legis iugo collum submittis? Non fidis gratiæ? Id profectò infidelitatis, atque dif-
C fidentiæ indicium est, id infirmi atque increduli & infidelis certum argumentum. Nam fides præcipua animi virtus in eo est, vt non ambigas: ambigit autem, qui eiusmodi est. *Sunt quidem,* inquit, *omnia munda mundis.*

Vides quid sibi hoc dictum velit? *Inquinatis verò,* inquit, *& infidelibus nihil mundum.* Non igitur per naturam munda aut immunda sunt, sed ex accipientium voluntate, atque proposito. *Et inquinata sunt,* inquit, *illorum & mens, & conscientia. Deum se scire fatentur, & factis negant. Abominabiles atque inobedientes, atque ad omne bonum opus penitus reprobi.* Num igitur & suilla caro munda est? Vti-
que. Cur ergo quasi immunda lege prohibetur? Non *Leuit.11. &*
per naturam immunda est, omnia quippe munda sunt. *Deut.14.a*
Nam nihil immundius pisce, vbi humana attigerit corpora, sed quia permissus est, mundus esse videtur. Rursus, gallina nihil immundius, vermes enim comedit.
D Nihil item ceruo, † qui ab eo quòd serpentes come- † ἔλαφος.
dat, apud Græcos nomen accepit. Sed tamen hæc omnia fas erat per legem manducare. Cuius ergo rei gratia suem, & alia quædam ex animantibus interdicit? Non ideo quòd immunda essent hoc fecit, sed delíciarum partem maximam amputare contendit. Cæterum si quidem hanc obiecisset causam, nunquam omnia persuasisset: nunc autem immunditiæ eos terrore coërcuit. Quid item, si diligentius inquiramus, immundius vino? Quid aqua impurius, qua maximè mun-
dabantur? Mortuum cadauer vetabantur attingere, *Leuit.19.f*
& mortuo mundabantur. Quippe quod mactaba- *& 21.b*
tur in sacrificium, profectò mortuum erat: atque idcirco præstabat, quòd ex eo expiabantur: adeò puerilis erat ista doctrina. Inspice item vinum ipsum, nónne ex stercore constantiam habet? Quemadmodum enim ex humo attraxit vitis humorem, ita ex adia-

cente ſtercore. Prorſusq; ſi omnia diſcutere diligentius velimus, immunda erunt. At nihil immundum [ſi non accuratius curioſiusq; diſcutiamus,] ſed omnia mũda. Nihil enim deus fecit immũdum, ſed peccatum ſolum eſt quod inquinat omnia, & facit immũda: quippe animam tangit, & penetrat, eamq; ſordibus inquinat. Hoc autem humanæ electionis eſt vicium. Inquinatis verò, & infidelibus nihil mũdum, ſed eorum immunda ſunt & mens, & conſcientia. Quo pacto enim in his † quæ immunda ſunt, reperiatur mundum? Qui animo infirmus eſt, omnia inquinat. Nam ſi iſta diſcutiat, & quid ſit mundum & immundum vt requirat, nihil penitus tanget. omnia enim, vt ſuprà monſtrauimus, immunda erunt. *Inquinata ſunt*, inquit, *eorum & mens, & conſcientia.*

† quę mũda ſunt, reperiatur immundum?

Sed nunquid inquinata ſunt omnia? Abſit. Non hoc ille dixit. Sed quid? † Intrant in os omnia. Nihil enim, inquit, immundum eſt, ſed ipſi tantum, & mẽs illorum, atque conſcientia: horum quippe nihil † mundum eſt: ſunt autẽ dei opera: mala tantũ voluntas immunda eſt.

† Totius rei ſummam in ipſos cõtorſit.

† immũdum

Confitentur ſe noſſe deum, factis autẽ negant. Abominabiles & inobediẽtes, atque ad omne bonum opus reprobi. *Tu autem loquere quæ decent ſanam doctrinã.* Hoc eſt, iſti quidem immundi ſunt, cæterum tu eorum cauſa ne taceas: etſi illi non ſuſcipiant, inquit, tu tamẽ quod tui eſt muneris, perfice: & ſi illi non obtemperẽt, tu admone, conſule. Hîc amplius illos inſimulat. † Nam qui detinentur his malis, nihil conſiſtere putant. Verum id non ex eorum quæ cernuntur natura, ſed intuẽtium infirmitate contingit. Quia enim illi inſtabiles ſunt pauore attoniti, [& oculos vertentes,] terram quoq; verti ſub pedibus ſuis iugiter putant. At non vertitur illa, ſed ſtabilis, firmáque perſiſtit, quippe ex illorum vicio ſuſpicio huiuſmodi gignitur, non id facit elementi vlla mutatio: ita fermè & hîc, quoties anima fuerit immũda, omnia etiam immunda arbitratur. Itaque non eiuſmodi obſeruatio, munditiæ argumentum eſt, verum cuncta præſumere. Nam qui per naturam mũdus, omnia omnino præſumit, qui verò inquinati ſunt ſordib°, nihil. Hoc & aduerſus Marcionem nobis dicẽdum eſt. Vidẽſne ſigna munditiæ? Ea profectò ſunt omni ſorde euadere celſiorem, nullámque immunditiam tangere. Iſtud & in diuina diſpenſatione animaduerti facillimè poteſt. Ille quippe humanam aſſumpſit carnẽ, hoc profectò eſt ſupremæ munditiæ. Nam ſi veritus fuiſſet immunditiam carnis, nunquam eam omnino cepiſſet. Nã qui ea quæ videntur eſſe immunda non comedit, ille immundus atque infirmus: qui verò comedit omnia, mundiſsimus eſt. Non igitur eos mundos appellamus, qui huiuſmodi ſunt, hi quippe immundi potius dicendi ſunt. Qui verò cuncta præſumit, ille mundus eſt. Huiuſmodi quippe obſeruãtiam religionis in his quæ animam inquinant, oſtendere oportet. Id quippe immunditia, id ſordes eſt: at hîc nihil tale conſpicitur. Nam & hi qui os putidum habent, quæ offeruntur, omnia putẽre arbitrantur: id verò oris vicio adſcribendũ eſt. Quid ergo? Eorum quæ immunda ſunt, natura omnino noſcenda eſt. [Quid igitur eſt immũdum?] Peccatum, nequitia, cupiditas, & huiuſmodi cætera veraciter immunda ſunt. Lauamini, inquit, & mundi eſtote, auferte nequitias veſtras de manibus veſtris. Cor mundũ crea in me deus. Exite de medio eorũ, & ſeparamini, inquit, & immundum nolite tãgere. Nempe obſeruationes illæ veræ præceſſerunt ſigna munditiæ. Mortuum, inquit, nolite tangere: At peccatum eiuſmodi eſt, mortuũ prorſus, ac putridum. Leproſus, ait, immundus eſt. At nulla lepra deterior quàm peccatũ eſt. Id quippe variũ, ac multiplex cernitur. Nam quòd hoc iſta ſignificent, ex conſequentibus liquet. Si enim lepra ſemper & per omne corpus fuerit, mundus habebitur: ſin autem in parte, cenſetur immundus. Vide vt varietas illa, atque mutatio habeatur immunda. Rurſus qui fluxum ſeminis patitur, immundus in anima eſt: huiuſmodi exiſtima, qui diuini verbi ſemina, quantum in ſe eſt, perire permittit. Item qui circunciſus non fuerit, immundus eſt. Et ex hoc inſpice non allegorias iſta, ſed figuras eſſe. Qui, inquit, non circunciderit nequitiam animi ſui, immundus eſt. Qui operatur in ſabbato, lapidari præcipitur: hoc eſt, qui deo non iugiter vacat, hic perit. Videamus quàm multi ſint immunditiæ modi. Quæ in menſtruis eſt mulier immunda eſt, inquit. Cur obſecro? Nónne & ſemen, & generationem ipſe conſtituit? Cuius rei gratia immunda eſt mulier? ſed aliud profectò ſignificat. Quid verò illud eſt? Metum animæ indidit, ac longè à fornicatione remouit. Nam ſi ea quæ peperit, immunda eſt, longè magis quæ fuerit fornicata. Si vxori propriæ congredi mundum valde non eſt, alienæ miſceri, quantò erit immundius? [Qui à conuicio immundus eſt, inquit, multo magis qui à bello.] Plurima inſuper immunditiæ genera, qui quærit, inueniet: quæ omnia altiori intelligentia indigent. Verum non huius eſt temporis omnia proſequi, ſufficit vt ſola animæ immunditia vitanda teneatur. Corporales autem figuræ idcirco præceſſerunt, quia corpora nobis propinquiora, magiſque familiaria ſunt, atque ideo ex ipſis facilius ad altiora dirigimur. Sed non modo corporalia iſta quærenda ſunt, neque enim figuris inſiſtẽdum eſt, neque circa vmbras inuerſandum: verum arripienda eſt veritas, cáque omnino retinenda. Immunditia verò peccatum eſt, hoc nitamur effugere, ab eo modis omnibus abſtineamus. *Si*, inquit, *acceſſeris ad illam, ſuſcipiet te. Nihil profectò auaricia fœdius, nihil immundius.* Vnde id cõſtat? Ex rebus ipſis ſcilicet. Quid enim illa nõ inquinat? Manus, † animámque ipſam, cui inſidet, omnino commaculat. At Iudæis id nihil eſſe videtur. Et certè Ioſeph oſſa patris tulit, & Moyſes: & Sampſon ex maxilla bibiſſe deſcribitur, atque ex leonis cadauere comediſſe. Helias item à coruis, & vidua muliere nutritur. Quid obſecro, ſi omnia diligenter inquiras, nónne membranæ librorum vel † ſanctiſsimæ appellari poſſunt? At ex mortuis animalibus & ipſæ confectæ ſunt. Non igitur ſolus fornicator immundus eſt, verum & alij plurimi. Et adulter item immundus, verum neuter concubitus cauſa. Nam eadem ratione, & qui vxori propriæ congreditur, immundus profectò diceretur: ſed ob violatum ius, & propter auariciam, quia ſcilicet fratrem in his quæ ſummè ſunt neceſſaria, ſuperare contendit. Vides vt nequitia immunda ſit ſola? Nam is qui duas habuiſſet vxores, non erat immundus. Et Dauid cum haberet † plurimas, immundus non erat. Vbi verò vnam violato iure quæſiuit, immundus prorſus eſt habitus. Cur id? Quia nequitiæ dederat manus, quoniam plus habere voluerat, quàm ex lege liceret. Itaque & quiſque fornicator concubitus cauſa immundus non eſt, ſed modus ipſe facit immundum, qui ſcilicet mulierculam violat: & ſe inuicem lædunt, qui mulierem fecère communem, naturæ peruertentes leges: vnius quippe ipſam eſſe oportuit coniugem. Maſculum, inquit, & fœminam creauit deus, & dixit: Erũt duo in carne vna. [non plures, ait, ſed duo.] Et hîc igitur nequitia in cauſa eſt, quòd malus fit actus ille concubitus.

† animã, ipſamq; deus videtur. Et certè Ioſeph oſſa patris tulit, & Moyſes: & Sampſon ex maxilla bibiſſe deſcribitur, atque ex leonis cadauere comediſſe. Helias item à coruis, & vidua mulierе nutritur.

† ἀγγελίαν. legiſſe tamẽ videtẽ interpres, ἀστιωτικ.

† pellices,

Morale.

Eſa.1.
Pſal.50.
Eſa.52
Leuit.19.f
Nume.19.b
Leuit.14.f
Gen.1.d
3.Reg.17.a.b
Leuit.12. & 15.a
ὁ ἀφὸ κώμου διώκ.

cubitus. Ita ira cum exceſſerit modum, immundum ho- A
minem facit. Cuius rei non ira ipſa, ſed modus in cau-
Matt.5.c ſa eſt. Nam & illud adiectum eſt, dicente domino: Qui
iraſcitur ſine cauſa. Neq; enim ſimpliciter dixit, iraſci-
tur: ſed, ſine cauſa, protinus addit. Atque omnibus in
locis immoderatus appetitus immũdus eſt. Quippe ex
auiditate inſanabili ea res gignitur. Vigilemus itaque
obſecro, & ſobrij ſimus, mundiq; efficiamur vera mun-
Ibidem.a ditia, vt deum videre mereamur, ipſo domino dicen-
te: Beati mundo corde, quoniam ipſi deum videbunt:
in Chriſto Ieſu domino noſtro, cui & patri vnà cũ ſan
cto ſpiritu, gloria, imperium & honor, nunc & ſemper,
& in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia quarta.

SEnes vt ſobrij ſint, pudici, caſti, ſani in fide, in charitate
& patientia. Anus ſimiliter in habitu ſanctо, non crimi- B
natrices, non vino multo ſeruientes. Quod bonum eſt do-
centes, † vt ſobriæ ſint adoleſcentulæ amare viros ſuos,]
† Quò poſſint modeſtas reddere tas viris ſuis, ne verbum dei blaſphemetur. *& filios, pudicas eſſe, caſtas, domus curam gerentes, benignas, ſubdi-*
Iuuenes ſimiliter hortare, adoleſcẽtu- *vt ſobrij ſint. In omnibus teipſum præbe exemplum bonorum operum,*
tas, vt mari in doctrina, in integritate, in grauitate. Verbum ſanum irreprehenſi-
bile, vt is qui ex aduerſo eſt vereatur, nihil habens malum dicere de
gam, *vobis. Seruos dominis ſuis ſubditos eſſe, in omnibus placentes, non cõ-*
tradicentes, non fraudantes: ſed in omnibus fidem bonam oſtendentes,
vt doctrinam ſaluatoris noſtri dei ornent in omnibus. Habet ſe-
nectus vicia quædam propria, & morbos quibus iuuẽ-
tus caret. Et ipſa quippe ſenectus morbus eſt, ineſt illi ta
men præterea ſegnicies quędã, ac tarditas, obliuio pro-
funda, & obtuſio ſenſuum, atque iracundia. Quocirca
de his admonẽs Paulus: Senes, inquit, admone vt ſobrij
ſint. Sunt enim plurima, vt dixi, quæ in huiuſmodi æta- C
te vix fieri patiantur. Primùm quòd obtuſio vndiq; ſen
ſibus ſit, difficilęq; quòd excitetur, & cũ labore moueа-
tur: idcirco ait, *Honeſti, pudici.* Hîc prudentes intelli-
σωφρόσύ- gi vult, quippe Græco verbo *σωφροσιών*, inde pruden-
νη, ἡ τῶν tia dicitur quòd animũ ſeruet: ſunt enim & inter ipſos
φρενῶν ſenes, qui rabie ferantur immodica, atq; in ipſam præci-
σωτηρία. pitentur amentiam,, partim quidem ex vino, partim ex
rabie, quippe ſenect° puſillanimes facit. *Sanos*, inquit,
in fide, & charitate, & patientia. Rectiſsimè omnino ſubiũ-
xit, Et patientia, id quippe maximè ſenibus congruit.

Anus ſimiliter in habitu ſancto: Videlicet vt ex ipſo ha-
bitu, atq; amictu interior oſtẽditur ornatus. *Non crimi*
natrices, non vino multo ſeruientes. Idem quippe mulierũ, atq;
ſenectutis propriè vicium eſt. Nã quòd ætate frigeſcãt,
magno potationis inſeruiũt ſtudio. Quocirca eas hinc
maximè admonet, vt omnibus ex partib° ebrietatis vi- D
cium amputet, eas ab hoc morbo eſſe remotiſsimas cu-
piens, atq; irriſionem, quæ hinc exurgit effugere. Nanq;
facilius vapores ex infimis ad ſuperiora feruntur, ac ce
rebrum occupant, & caput hinc lædi tur, [eo quòd iam
ætate confectæ ſint ipſæ,]atq; inde maximè ebrietas fit.
Habet quidem vino opus hæc ætas, cum maximè infir-
ma ſit, cæterum temperato. Eadẽ admonitio adoleſcẽ-
tulas tangit, verum non eadem ex cauſa, ſed ideo quòd
ex vini potatione vehemens libidinis incenditur flam-
ma. *Quod bonum eſt docentes.* Et certè mulieres docere
prohibuit. Qua ratione igitur docendi miniſterium eis
1.Tim.2.d hoc loco permittit, cum alibi dicat: Mulieri docere nõ
permitto? Sed audi quod ſequitur: Neq; præeſſe viro.
Viris nempe docere permittitur & viros, & mulieres.
Cæterum mulieri domi tantum exhortationis permit-
tit verbum, nunquam tamen præſidere concedit, nec
prolixum omnino ſermonem intendere. Idcirco ſubiunxit, neq; præeſſe viro. *Vt adoleſcentulas moneant.* Vi-
des quanta cura connectit, & cõgregat populum, quo
modo adoleſcentulas ſubiiciat mulieribus ætate proue
ctis? Neque enim de filiabus hîc loquitur, verum ſimpli
citer pro ætate. Anus quælibet, inquit, adoleſcentulam
moderetur, ac regat. *Amare viros.* Præcipuum illud
eſt domeſticæ pacis, ac bonorum omnium fundamen-
tum, ſi vxor viro per omnia conſentiens ſit. Nam vbi
hoc fit, nihil triſte cõtingere poterit. Quo pacto enim;
cum caput corpori connexum, cõiunctumque ſit, vlla
ibi ſeditio, vlla diſſenſio poſsit exoriri? Neceſſariò pro-
fectò reliqua omnia in pace ſunt. Principibus nanq; pa-
catis, quis iam pacem diuidere poſsit, atque diſcindere?
Quemadmodum è contra, his inuicem diſſentiẽtibus,
nihil ſalubre eſſe poterit, totáq; ſimul nutabit familia.
Nihil igitur hac re maius, nihilq; magis neceſſariũ, ve-
rum præſtat id & pecuniis, & ingenuitati, atq; potẽtiæ,
& cæteris omnibus longè vtiliſsimum eſt. Neque enim
ait ſimpliciter, in pace eſſe: ſed, amare viros. Ea quippe
dilectionis eſt vis, vbicunq; illius fragrantiæ odor aſpi-
rat, nihil omnino triſte, nihil ingratũ irrũpere poterit.
Ex hac enim & reliqua oriũtur bona. *Amare*, inquit,
filios. Quæ enim radicẽ diligit, multo magis & fructus
amatura eſt. *Pudicas eſſe, caſtas, domus curam gerentes, beni-*
gnas. Hinc (vt iam dixi) omnia proueniũt bona: etenim
benignę & curatrices domus, ex charitate & amore vi-
ri facillimè fiunt. *Subiectas propriis viris, ne verbũ dei blaſ-*
phemetur. Nempe enim quæ virum cõtemnit, etiam rei
domeſticæ negligens erit: ex ea autem dilectione viri
etiam pudicicia naſcitur. Ex ea charitate omnis cõten-
tio tollitur. Et ſi ille gentilis ſit, facillimè obtemperabit,
& pronus ad redamandum erit. Si verò Chriſtianus, ci
tò ad meliorem euadet frugem. Intuere, quæſo, Pauli
ſummam conformitatem, ineffabilèmq; diligentiam: is
qui omnia gerit, & cuncta molitur, vt nos penitus à ſe-
cularibus negociis & tumultib° auferat, domeſticæ rei
magnam nunc oſtendit curam, magnamq; prouiden-
tiam facit. Quippe ea ritè diſpoſita, ſpiritualis quoq; gra
tia locum habitura eſt, alioquin omnia ſimul interẽũt.
Vxor enim quę domus curam habet, pudica quoque ſit
neceſſe eſt, huiuſmodi diſpenſationi & curæ inſeruiẽs,
nũquam vel circa delicias, vel circa intempeſtiuos im-
probosq; proceſſus, aut aliud aliquid huiuſmodi ſe oc-
cupabit. *Ne verbum dei*, inquit, *& doctrina blaſphemetur.*

Vides vt principaliter prædicationis ei cura ſit, nõ ſe-
cularium rerum. Deniq; ad Timotheum etiam ſcribẽs
ait: Vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni 1.Timot.2.A
pietate & honeſtate: hîc autem, Ne verbũ dei ac doctri
na blaſphemetur. Nam ſi cõtingat, vt fidelis mulier in-
fideli viro coniuncta ſit, & virtutis non deſeruiat ſtu-
diis, blaſphemia protinus in deum tranſmitti cõſuevit.
Quòd ſi fuerit ornata virtutibus, prædicatio gloriæ in-
crementa conquirit, ex merito illius, & earum, quæ ab
illa geſtæ ſunt rerum. Audiãt mulieres quæque, quę ma
lis, aut infidelibus coniunctæ ſunt viris, audiant atque
diſcant moribus probis ac virtutis operibus, eos ad dei
cultum, religionẽmque adducere. Quòd ſi nihil aliud
lucrata fueris, neque virum ad conſortium fidei, recto-
rũmque dogmatum traxeris, illius tamen ora obſtru-
xiſti, neque blaſphemare permiſiſti Chriſtianæ religio-
nis honorem. Hoc autem non minimum eſt, ſed maxi-
mum, atque omnino mirabile, ſi conuerſationis veſtræ
gratia religio quoq; admirationi infidelibus ſit. *Ado-*
leſcentieres ſimiliter hortare, vt ſobrij ſint. Vides quo modo

vbique doctrinæ ſeruet decorem? Nam docendas mulieres mulieribus magna ex parte permiſit, anus adoleſcentularum magiſtras eſſe cõſtituens. Porrò virilis ſexus inſtruẽdi curam omnem ipſi permittit. Nihil enim ita difficilè, tamq; durum ætati huic eſſe poteſt, vt ſuperare noxias, ac mortiferas voluptates. Neq; enim aut pecuniarum amor, aut gloriæ ſtudium, aut cuiuſlibet rei alterius concupiſcentia, ita hanc perturbat ætatẽ, ſicuti corporum amor, væſanáq; libido. Idcirco omnib⁹ aliis omiſsis, circa id quod vrgebat magis, plúsq; erat neceſſarium, verſatur admonitio, deinde nec cætera negligit: ſed quid ait? *In omnibus teipſum præbe formam bonorum operum.* Doceant quidem, inquit, anus adoleſcentulas. Tuipſe adoleſcentes hortare, vt pudici ſint. Sit omnibus doctrina, exemplárq; virtutis tuæ, ſpeculum vitæ, quod omnibus proponitur ad imitandũ, veluti primitiua quædam imago, omnia in ſe habens, quę bona atq; honeſta ſunt: quæ magna cum facilitate volentibus aliquid ſui decoris imitari, exempla ſemper præbere parata ſit. *In doctrina*, inquit, † *copiam*,] *honeſtatem, ſermonem ſanum, irreprehenſibilem, vt is qui ex aduerſo eſt, reuereatur, nihil habens mali, quod de nobis dicat.* Quid ait ex aduerſo? ſignificare diabolum voluit, omnèmque illi obſequentem. Nam cum & vita claruerit, & ſermo conueniens fuerit, modeſtus, manſuetus, ac placidus, nihílque aduerſarios læſerit, magnum inde atque ineffabile conquiritur emolumentum. Magna igitur huiuſce † myſterij] vtilitas, cum ex ore prædicatoris verbum reſonat, non qualecunque, ſed probatum atque irreprehẽſibile, & quod nullam vlla ex parte volentibus præſtet occaſionem.

† *integritatem,*

† *miniſterij*

Seruos ſuis dominis ſubiici in omnibus beneplacentes eſſe. Vides quòd anteà dixerit, vt is qui ex aduerſo eſt, reuereatur, nihil habens de nobis dicere mali. Dignus eſt igitur reprehenſione, qui vxores à viris occaſione continentiæ ſeparat, atque diſiungit, ſeruósq; à dominis itidem aufert religionis obtentu. Non eſt eius ſermo, atque doctrina irreprehenſibilis, † qui plurima etiam infidelibus detrimenta molitur:] Hæc omnia ſunt quæ eorum aduerſum nos aperiunt ora, linguásq; relaxant. *Seruos*, inquit, *dominis ſuis ſubiici, in omnibus, gratos eſſe, non contradicentes, non fraudantes, ſed omnem fidem oſtendentes, vt doctrinam ſaluatoris noſtri dei in omnibus ornent.* Conuenientiſsimè enim alio in loco dixit: Quaſi deo ſeruientes, & non hominibus. Nam ſi domino cum beneuolẽtia ſeruias, eius tamen ſeruitutis occaſio à dei timore proficiſcitur: qui igitur cũ timore eiuſmodi miniſtrat domino, maximis omnino prẹmiis potietur. Nam ſi manum non cõtineas, neque impudicam coërceas linguã: qua ratione admirabitur is qui gẽtilis eſt noſtræ fidei dogma? Quòd ſi ſeruum fortaſſe cõſpexerit apud ſe in Chriſto philoſophari, † atque vberem continentiæ fructum præ ſe ferre,] ſummáque cum modeſtia, atque beneuolentia dominis miniſtrare: profectò vim prædicationis, ac religionis noſtræ mirabitur. Neque enim ex verbis dogmata, verum ex ipſis rebus, atque vita gentiles iudicare conſueuerunt. Sint igitur illis & vxores, & ſerui in magiſterium rectiſsimæ conuerſationis norma. Quippe & apud eos, & vbique terrarum iſtud pro confeſſo habetur, ſeruorum genus impudẽs fermè eſſe, formatúque difficile, laſciuum, lubricum, parúmque idoneum ad virtutis doctrinam capeſſendam. Nõ id quidem naturæ cauſa, abſit, verum propter cõuerſationis, vitæq; negligentiam. Solẽt enim huiuſmodi in his quæ mores tangunt à dominis negligi. Nihil enim fermè aliud curant hi, in quorum poteſtate ſunt, quàm miniſterium ſuum. Quòd ſi mores illorum aliquando componere ſtudeant, & hoc ſui gratia tantũ faciunt, ne iſtis negocia præbeant, moleſtique ſint, ſi fornicationi, furto, aut ebrietati deſeruiant: cum itaque ſic negligantur, neminèmq; habeant, cui componendi illos, ac formandi ſtudium ſit, meritò ad ipſa nequitiæ prærupta, atque præcipitia deuoluuntur. Si enim vbi pater inſtat, & mater, & pædagogus, ac nutricius, & magiſter, & æquales; ipſaq; libertatis opinio, & alia plurima, perdifficilé quiſpiam malorum contubernia, cõſortiáque deuitat: quid putas his omnibus deſtitutos, qui quotidie ſceleſtis cõmiſcentur hominibus, & quibus volunt licenter congrediuntur, cum ſit nemo qui ipſorum amicicias ſocietatéſque diſquirat? Quid, inquam, arbitraris huiuſmodi homines fore? Nònne ad ſupremos ſcelerum vertices euaſuros? Idcirco profectò difficilè eſt ſeruum fieri bonum. Præterea neq; doctrinę adminiculo perfruuntur, neque externa, neque noſtra erudiuntur ſapientia. Non cum viris liberis educantur, & honeſtate præſtãtibus, & quibus opinionis ſuæ, ac gloriæ magna ſit cura. Ex his omnibus datur intelligi, difficile eſſe, atque mirabile, vt ſeruus aliquando bonus atque vtilis fiat. Cum igitur perſpexerint genus adeò impudens, adeò illiberum, veluti frænis impoſitis ex religionis noſtræ cultu honeſtius omnibus euaſiſſe, atque modeſtius, etiã ſi valde ſtolidi fuerint, atq; irrationabiles domini, magna profectò concipient de fidei ac religionis noſtræ dogmatibus. Conſtat enim reſurrectionis ſpem, ac iudicij metum, & omnium [poſt mortem] reliquorum, quæ apud nos in ſtudio ſunt, prius illos altius imbuiſſe animos, atque ita nequitiam ab ſe arcere voluiſſe, timorem quendam vitioſis voluptatibus opponendo, animabus ſuis penitus inſerendo. Non igitur ſimpliciter, neque abſq; certa ratione omnibus in locis de his multa præcepit, & magna cura diſpoſuit. Quanto enim deteriores illi fuerint, tanto magis ſi conuertantur ad bonam frugem, virtus prædicationis eminebit. Nam & medicum tunc in primis admiramur, cum deſperatum ab omnibus, & omni auxilio deſtitutum, neque ab improbis concupiſcentiis ſe continere valentem, verum illis ipſis inuolutum atque inuerſantem, ad ſanitatem reuocauerit, morbúmque correxerit. Et vide, quæſo, † quid ab ipſo] exigit: Ea profectò quæ omnium maximè dominis quietem præſtent, pariántq; tranquillitatem. *Non contradicentes*, inquit, *neque fraudantes.* Id eſt, profectò & magnam in his rebus, quæ ſibi creditæ fuerint, beneuolentiam oſtendere, atque aduerſum dominos eximia bonitate præſtare cedentes imperiis.

Ephes.6.a & Col.3.d

qui magnã infidelibus calũniandi anſam præbet.

† *quę ab ipſis.*

[Ne igitur exiſtimetis me temerè poſt hæc nũc trãſire.] Iam etenim ad ſeruos ipſos ſermo dirigitur. Noli igitur inſpicere qui eiuſmodi es, quòd homini ſeruias, ſed deo te ſeruire exiſtima, prædicationiſque eſſe ornamento, & omnia facilè patieris obtemperans domino, indignantémq; ferens, atque intempeſtiuè iraſcentem. Conſidera ſemper te non illi præſtare gratiam, ſed dei imperiis obſequi, & omnia facillimè tolerabis. Nempe quod ſæpe iam dixi, & ſemper dicere propoſitum eſt, ſi ſpiritualium rerũ nobis cura erit, præſentis vitæ neceſſaria tribuentur. Eadem profectò ratione ſeruum qui eiuſmodi fuerit, adeò beneuolum, adeò obſequentem, atque modeſtum, non modo ſuſcipiet deus, coronisq; donabit, & præmiis ſempiternis: verum ipſe quoq; dominus, etiamſi belua fuerit, etiamſi lapideus, immanis atque atrox, laudabit & admirabitur, ac cæteris omnibus in honore præferet, & præficiet reliquis, etiamſi ipſe gen-

Morale.

ſtas,

ipſe gentilis fuerit. Porrò quòd gentilibus dominis ſeruum huiuſmodi oporteat ſubiici, ac præ ſe ferre virtutis exempla, ex conſequentibus addiſcetis. Ioſeph profectò ille caſtiſsimus, coquorum principi venditus eſt, alteriúſque erat fidei religioniſq; quàm dominus. Quid ergo ille? Cum videret adoleſcentem actibus virtutis illuſtrem, differētiam religionis minime cogitauit: ſed ipſe illum diligebat, amabat, mirabatur, rerúmque omnium ſuarum poteſtatem, illi omnem diſpoſitionē permiſerat, nihilque nouerat domeſticæ rei ſuę, quòd non is gubernaret, ac regeret omnia, ſecundúſque eſſet dominus: immò & ipſius domini dominus. Siquidem ille quidem ignorabat quæ ſua erant, hic autē melius omnia nouerat, quæ ad ditionem domini pertinebant. At mihi quidem videtur etiam poſtmodū, quando illi mulierculæ credidit nequiſsimam illam, impudentémque calumniam aduerſus pudicum adoleſcentē concinanti, priori ex reuerentia & honore iuſtum honoraſſe, dū iram ſolum ad carcerem ſæuire vſque permiſit. Nā niſi vehementer reueritus fuiſſet virum, atque ex prioribus ipſius operibus admirationi habuiſſet, ſtatim ſuperaſſet illum protinus, & ferro furori ſatisfeciſſet. Plenus enim, inquit, zelo furor viri, nulla redemptione inimiciciam ſoluet, neque ſoluetur muneribus plurimis. Porrò ſi cui iuſlibet viri talis eſt zelus, longè magis illius qui & Aegyptius erat, & ab eo quem honorauerat, iniuriis ſe affectum exiſtimabat. Noſtis enim profecto omnes, vt nos non ſimiliter mordeant illatæ nobis contumeliæ, ſed multo vehementius angunt, acriúſque conficiunt, quas ab eis patimur, qui maiori nobis beneuolentia cōiuncti videbantur, multíſque nobis beneficiis coniuncti erant. Nō cogitauit ille apud ſemetipſum, neque dixit: Seruum hunc accepi, omnem rei domeſticæ ſupellectilem illi tradidi, liberum feci, ac meipſo maiorem: tales verò ille mihi reſtituit vices? Nihil horum penitus dixit, adeò ipſius animum prior reuerētia continebat. Et quid mirum, ſi domi tanto honore perfrui meruit? In ipſo etiam carcere intuere quanta libertate fruatur, quantáq; agatur prouidentia. Noſtis quippe, vt hi, quibus carceris cuſtodia permiſſa eſt, ad ſupremam atrocitatem atque immanitatem ſeſe exercere ſint ſoliti, atq; fructum ex aliena calamitate percipiunt: & quos alij afflictos miſerantur, & nutriunt, ab eis iſti lucra exigunt, plurimis lachrymis digna, feris profectò omnibus immaniores. Qui vnde carceri addictos maxime miſereri debuerāt, lucra inde ſectantur. Porrò eos qui ita crudeles ſunt, non hac tantum ex parte penſemus, verum id etiam cogitemus, quòd hi nō ſimiliter omnibus vinculatis vtuntur. Nam eos qui calumniæ cauſa, vel leuis cuiuſq; facinoris vincti ſunt, fortaſſe miſericordius tractant: eos verò qui turpiſsimis immaniſsimíſque ſceleribus obnoxij, detenti illic fuerint, innumeris quotidie cædibus laniant. Itaque non modo ex more, atque inſtituto crudelis futurus erit ille carcerum cuſtos, verū & cauſa, ob quam fuerat in vincula coniectus. Quis enim non fuiſſet aduerſus adoleſcentem magno furore concitatus, qui cum ita fuiſſet honoratus à domino, in ſuſpicionem veniſſet adulterij, dominámq; ſuam violare tentauiſſe putaretur, ac huiuſmodi vices domino reddidiſſe? Iſta conſiderans carcerarius ille, & eius qui eum iniecerat honorem, cauſamq;, ob quam ille iniectus erat, nónne omni fera immanius adoleſcente illo vſus eſſet? Sed profectò his omnibus ſuperior fuit ſpes in deum, firma atque inuiolabilis, adeò virtus animę feras quoque immites manſuefacere conſueuit. Nam eadem modeſtia, qua dominum ceperat, atque in ſuū ſtudium, amorémque conuerterat, eadem etiam carcerarium ipſum: rurſumq; princeps euaſerat Ioſeph, atque in carcere æquè, vt in domo dominus erat. Quia enim ad regiam prouehendus erat dignitatem, meritò prius didicit ſubiici, quo tum in gradu domus, carceriſque præfectus eſt. Nam ſi ab eo qui ad eccleſiæ regimen trahitur, hoc expetit Paulus, dicens: Si enim quis propriæ domui præeſſe non nouit, quo modo eccleſiæ dei curā habebit? & qui fuerat ad imperium promouendus, eum prius optimum præſidē domus fuiſſe neceſſe erat. Præfuit domui, præfuit carceri, non tanquam carceri, ſed veluti domui. Omnium quippe calamitates ipſe leuabat, & eorum qui intus clauſi tenebantur, non ſecus curam habebat, quàm ſi membra ſua eſſent, necnon ipſorum calamitates curioſius perquirebat, & cōſolabatur. Verum & ſi triſtem quempiam vidiſſet, cauſam protinus ſciſcitabatur, mœſtū vel leuiter videre nō patiens: neque antea deſiſtebat, quàm illum anguſtiis mœroris abſolueret. Tale profectò ſtudium, vel erga filios rarus admodum eſt, qui deprehendatur oſtendere. Ex his denique bonorum illi omnium initium fluxit: oportet enim prius quæ noſtra ſunt nos inferre pro viribus, & tūc dei præſtolari opem. Nempe enim quòd erga vinctos tam diligens, támq; ſolicitus fuerat, ex conſequentibus patet. Vidit, inquit, eunuchos à Pharaone incluſos, pincernarum principem, atque piſtorum, & ait: Cur triſtes ſunt hodie vultus veſtri? Neq; ex hoc ſolum, ſed ex his que illi fecerunt, virtutem viri addiſcere poſſumus. Non enim vt regis miniſtri illum reſpuerunt, nō quaſi in mœrore conſtituti repulerunt: verum tāquam fratri chariſsimo, & qui condolere nouiſſet, omnia reuelarunt. Hæc autem ideirco dixerim, vt oſtenderem quòd ſiue in ſeruitute, ſiue in captiuitate, ſiue in carcere, ſiue ſub terram ipſam fuerit virtutis ſtudioſus, nihil omnino ipſum ſuperare ac deiicere potuerit. Hęc mihi ad ſeruos ideo dicta ſunt, vt norint quòd etiā ſi beſtias habuerint dominos, ſicuti Aegyptium Ioſeph: ſiue crudeles, ſicut ipſe cuſtodem carceris, eos facilē capere poterunt: etiamſi illi gentiles fuerint, quemadmodum & iſti, facillimè eos mulcere, atq; obtinere valebūt. Nihil quippe virtute ſuauius, nihil probis actibus dulcius, nihil iucundius manſuetudine, atq; modeſtia, & obediētia. Omnibus vtilis eſt, omnib⁹ aptus, qui eiuſmodi fuerit. Non verentur, qui tales ſunt, ſeruitutis iniurias, non pauperem fugiunt, non infirmum atque imbecillem. Omnia nanque ſuperat virtus, omnia obtinet. Quòd ſi in conditione ſeruili ea res tantum virium habet, quāto magis in hominibus liberis? Ad hanc igitur omnes exerceamur, & ſerui & liberi, & mulieres ac viri: ita enī erimus & deo & hominibus chari, nō modo probis ac virtute præclaris, ſed etiā ipſis peſsimis, immò illis maximè: hi quippe ſunt qui virtutem velint nolint, honorare, reuereriq; cogūtur. Nam quemadmodum modeſtos dominos ſubditi maximè tremunt, ita & impudici quilibet & intēperantes, eos qui virtute ſunt clari, ſciētes quibus ipſi exciderunt. Quoniam igitur tantus, taliſq; eſt virtutis fructus, hanc proſequamur omnes, hāc arripiamus, hanc ſtudiis omnibus teneamus. Si hanc ſectari voluerimus, nihil iam nobis graue videbitur. Leuia erunt omnia, cūcta facilia, & ſi per ignem & aquam nobis tranſeundum ſit: quippe virtuti cedunt omnia, atque concedunt, & ipſa etiam mors. Eam igitur votis omnibus æmulemur, vt futuris quoq; bonis perfrui mereamur, in Chriſto Ieſu domino noſtro, Amen.

Gen. 37. & 39. a

occidiſſet Prouer. 6. d

1. Tim. 3. b

Gen. 40. b

Homilia quinta.

APparuit enim gratia dei & ſaluatoris noſtri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & ſecularia deſideria, ſobriè, & iuſtè, & piè viuamus in hoc ſeculo, expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni dei, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt redimeret nos ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum. Hæc loquere & exhortare, & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat. Poſtquam à ſeruis magnum virtutis exegerat ſtudium: eſt enim reuera ingẽtis operis, doctrinam dei, & ſaluatoris noſtri ornare in omnibus, nullámq; dominis vel in minimis rebus præbere occaſionem, cauſam profectò intulit iuſtam, †per quam huiuſmodi aſſequi debeant homines.] Quæ nam verò hæc eſt? Apparuit enim gratia dei & ſaluatoris. † Qui deo magno promeruerant perfrui, quid mirũ ſi tales euaſerant,]quales nuper ipſe deſcripſi, quibus innumera fuerant remiſſa delicta? Noſtis certè vt inter cætera illud quoque non mediocriter hortetur, premat, & comprimat animam: cũ ipſa innumeris peccatis obnoxia, non ſolum pœnas nõ dederit, verum & venia potita fuerit, ac bonis innumeris. Nam ſi quis ſeruum nactus, qui in multis offenderit, illum non flagris ceciderit, verũ peccatis indultis, futura vitare monuerit, atque cauere in poſterum ne in eadem decidat, magnis quoque muneribus præterea illuſtrauerit, ac beneficiis fouerit: quæ nam obſecro futura eſt tam perfida mens, tam ingrata anima, quæ huiuſmodi gratia nõ ad meliora ſectanda prouocari ſufficeret? Cæterum nolite æſtimare huiuſmodi gratiam ſolum in priorum peccatorum remiſſione conſiſtere, verum nos & in futurũ illa præmunit: & id quippe ſingularis eſt gratiæ. Nam ſi in malis operibus perſiſtentibus ſemper pœna non plecteret, non eſſet ea res gratiæ, ſed incitamentum quoddam, irritamẽtúmque nequitiæ. *Apparuit enim*, inquit, *gratia dei & ſaluatoris noſtri erudiens nos, vt abnegantes impietatem & ſecularia deſideria, ſobriè, iuſtè, ac piè viuamus in hoc ſeculo, expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni dei, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti.* Intuere obſecro, vt virtutẽ præmiis iungat. Etenim illud eſt gratiæ, cum à ſecularibus cupiditatibus liberamur, atq; ad cœlum digni ſubuehimur. Duos in hoc loco oſtendit aduentus: duo enim reuera ſunt, gratiæ prior, ſequens verò retributionis atque iuſticiæ. *Vt abnegãtes*, inquit, *impietatem & ſecularia deſideria.*

†ob quãtales eſſe debeant ſerui.

†Qui diminũ illũ præceptorẽ ſunt aſſecuti, quomodo nõ tales meritò eſſe debeãt,

Ecce virtutis totius argumentum, Non ait, vt abnegemus: ſed, vt abnegantes. Abnegatio quippe huiuſmodi magnam diſtantiam indicat, ingẽs interuallum, plurimam execrationem, vt videlicet quanto ſtudio idôla auerſati ſumus, cum tanto ſecularia itidem deſideria fugiamus. Et hæc enim idôla nuncupauit, quippe auariciam idolorum ſeruitutẽ eſſe dixit: & quæq; in præſenti ſeculo vtilia eſſe videntur, ſecularia deſideria ſunt: quæq; item in hoc ſeculo deficiunt, atque dilabũtur, ſecularia deſideria ſunt. Nihil igitur nobis ſit commune cum ſeculo. Venit Chriſtus vt abnegemus impietatem, peruerſa ſcilicet dogmata, & ſecularia deſideria, hoc eſt ſceleſtam atque improbam vitam. *Sobriè, & piè, & iuſtè viuamus in hoc ſeculo.* Vides, quòd ſemper dicere ſoleo, ſobrietas non modo abſtinẽtiam fornicationis indicat, verum perturbationum quoque reliquarum: igitur & qui pecunias amat, ſobrius non eſt. Nam ſicut eſt corporum amor, ita & pecuniarum: immò longè hic impotentior, qui nõ tantam habet vim, qua poſſit impellere. Nanque & auriga ille impotens diceretur, non qui ſuperbum, aut infrænem equum non cõtineret, ſed qui manſuetiorem ſubiicere, moderarique non poſſet. Sed vnde, inquies, pecuniarum concupiſcentia, amore corporum minor atque inferior eſt? At omnibus conſtat: Primum quidem, quia corporum concupiſcentia neceſſariò nobis inſerta eſt. Quod autẽ huiuſmodi eſt, conſtat proculdubio quòd maiore cum labore corrigitur, quippe quod naturæ eſt inſitum. Secundò quòd pecuniarum quidem apud veteres non magna habeba tur ratio, mulierũ vero magna omnino pudicitiæ gratia, atque eum qui vxori legitimæ cõgrederetur, ad ſenectutem vſque nemo culparet: qui verò pecuniis cõgerendis inſtaret, execrabilis omnibus eſſet. At plurimi quidem ex philoſophis pecunias contempſerunt, mulieres non ita: adeò amor iſte, violentior quàm ille eſt. Cæterum quoniam ad eccleſiam nobis ſermo eſt, non extrinſecus quæramus exempla, ſed ex ſcripturis ipſis. Hoc igitur etiam ex parte præceptum beatus Paulũs fermè conſtituit, ſic dicens: Habentes cibos & tegumenta, his cõtenti ſimus. De virginibus verò quid ait? Præceptum domini nõ habeo. Ac rurſus ad ipſum reuertimini, plurimisq; in locis videas ipſum de concubitu legitimo ferre leges, eáque voluptate perfrui ſinere. Secundas quoque permittit nuptias, & magnam vbiq; huius rei curam oſtendit, atque diligentiam, ac nuſquã ipſius gratia ſupplicia infert. Qui verò pecuniarũ tenetur appetitu, illum locis omnibus damnat. Et de pecuniis quidẽ Chriſtus multa ſæpe præcipit, vt ea labes vitari cautius poſſet: non ſic autem de abſtinentia congreſſus, & reſciſsione concubitus. Audi nanque quid de pecuniis ait: Niſi quis renunciauerit omnibus quæ poſsidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Niſi quis renũciauerit vxori, nuſquam eum dixiſſe reperies. Nouerat enim profectò quanta eſſet naturæ huiuſmodi inſerta violẽtia. Et beatus hîc itidem honorabiles, inquit, nuptiæ, & cubile immaculatum: nec tamen ait, honorabilem eſſe pecuniarum concupiſcentiã, ſed contrà penitus dicens: Qui autem diuites eſſe volunt, incidunt in tentationem, ac laqueum diaboli, & deſideria multa, & noxia. Non dixit plus habere, ſed diuites eſſe. Cæterum, vt diſcatis etiam ex communi ſenſu, atque iudicio iſta diſcernere, [neceſſarium eſt, vel hunc eundem ſermonem in medium adducamus.] Is quidem, qui pecuniis omnino caruerit, ea concupiſcentia nõ ferè turbatur. Nihil enim ita pecuniarum deſiderium infert, vt pecuniarum ipſa poſſeſsio. Non ſic autem in corporum amore contingit, verum & plurimi ex his, qui abſciſsi ſunt, interiorẽ tamen cupidinis flammam non amiſerunt. Nanque ea concupiſcentia in aliis inſtrumentis poſita eſt, ac naturæ penitus inſita. Cuius ergo rei gratia iſta nos dicim⁹? quia ſcilicet auari & cupidi fornicatorib⁹ fœdiores atque impotentiores ſunt, ex eo maxime, quòd † maiori] concupiſcentia exagitantur, immò verò nec concupiſcentia quidem illa dicenda eſt, ſed negligentia potius quædam. Nam mulieri quidem, etiãſi quis minimè appropinquauerit, natura tamen quod ſuum eſt facit, atq; operatur: illic verò nihil tale contingit. *Et piè*, inquit, *viuamus in hoc ſeculo.* Et quæ nam eſt ſpes? quod laborum præmium? *Expectantes*, inquit, *beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni dei.* Reuera nihil illa fœlicius, nihil beatius, nihil cui maiori deſiderio ſtudendum ſit. Et hæc quidem ſermo nullus explicare ſufficeret: exuperant enim mentem, atque omnem intelligentiam noſtram.

†minori

Heb.13.a

1.Tim.6.b

Luc.14.f

1.Cor.7.e

1.Timo.6.b

Expectantes, inquit, *beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni dei, & ſaluatoris noſtri.* Vbi ſunt qui patre minorem filiũ dicunt? Magni, inquit, dei & ſaluatoris. [Qui inimicos proprios

proprios seruauit, quid non faciet, cùm eos acceperit, qui malę erant opinionis? Magni, inquit, dei:] Magnus in deo cùm dicitur, non relatiuè ad aliquid, sed absolutè omnino dicitur magnus, post quē magnus ritè nemo dicitur: non enim ad aliquid dicitur: quòd si ad aliquid diceretur, per comparationem, non per naturam magnus esset: at nunc magnus incōparabiliter dicitur. *Qui dedit*, inquit, *semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem.* Immutatum scilicet, nihilque habentem commune cum cæteris. [*Sectatorem bonorum operum.*] Vides vt non simpliciter à nobis opera virtutis exigantur? addidit nempe, sectatorem, hoc est magna cum alacritate, atque ingenti studio & animo virtutis opera capescentem, qua in re vehementia quædam adsit necesse est omnino laudabilis. Nam eos quidem, qui malis pressi sunt, atq; desperabiliter languēt, eripere, illius benignitatis est proprium: quæ verò sequuntur opera, profectúsque virtutis, nostra simul atque illius sunt. *Hæc loquere & exhor-*
1.Tim.4.a *tare.* Vides quo modo Timotheo quidem præcipit dicens, argue, obsecra, increpa: hìc autem, hæc, inquit, loquere, & exhortare, *& argue cum omni imperio.* Quia enim horum ingenium pigrius erat, idcirco & seuerè, & cum omni imperio præcipit arguendos. Sunt enim peccata quædā, quæ etiam imperiis arcere oportet: vtputa, vt pecunias contemnant, homines admonendo persuadere oportet. Modestia item & mansuetudo, & cætera huiusmodi, sola admonitione verborum indigent. Porrò adulterum, [fornicatorem,] & pecunię cupidum, omni cum imperio cōpescere necesse est: [insuper & auguria obseruantem, consulentémque diuinaculos, cæteráque id genus tractantem:] neque simpliciter cum imperio, sed cum omni imperio. Vides quanta cum authoritate atq; licentia hæc illi imperan-
Cap.III. da permittit? *Nemo te contemnat. Sed admone eos principatibus ac potestatibus subiici.* Neminem conuiciis lacessere, sine rixa ac pugna esse. Quid igitur? malis operibus insignes, maledictis incessere fas non est? minimè, eos corripi ac salubriter coërceri satis est. *Sed ad omne opus bonum paratos esse. Neminem blasphemare.* Quicunque ille fuerit, inquit, neminem omnino insectemur maledictis. Audiamus quid nos salubriter moneat. Neminē, inquit, blasphemare. Oportet os nostrum seruare mundum à maledictis, atque conuiciis. Siue enim vera maledicta sunt, ea non nostra interest dicere, sed iudici
Roma.14.b examinanda permittere. Tu enim, inquit, quid iudicas fratrem tuum? Siue illa vera non sunt, cernis profectò ingens imminere periculum. Audi dicentem latronem ad socium criminis, qui conuicia intulerat domi-
Luc.23.c no maiestatis: Nam & ipsi, inquit, in eadem damnatione sumus, idem omnino certamē habemus. Si aliis exprobras, eadem in te continuò intorquebuntur, idcir-
1.Cor.10.c co beatus hic admonet dicens: Qui se putat stare, videat ne cadat. *Non pugnantes*, inquit, *modestos, omnem ostendentes mansuetudinem, ad omnes homines*, Gentiles, Iudæos, malos atque nequissimos. Atque illic quidem ex futuro incerto præmonuit, quod etiam in epistola ad Galatas facit. Itaq; qui se putat stare, videat ne cadat. hic autem non ex futuris, verùm ex præteritis id suadere molitur. Nemini, inquit, exprobraueris, eiusmodi enim eras & tu. *Fuimus enim & nos*, inquit, *insensati, increduli, errantes, seruientes concupiscentiis & voluptatibus variis, in malicia*
† *inuidia* *& † cæde] degentes, odibiles, inuicem odientes.* Tales igitur ad omnes esse oportet, & mānsuetudinem modestiámque seruare. Nam qui eiusmodi anteà fuerat, eo errore liberatus, eos qui sunt eiusmodi probris afficere non debet, sed pro illis orare, & gratias referre deo, qui & sibi & illis dedit, vt liberi prioribus malis euaderent. Nemo glorietur, omnes quippe peccauimus. Quoties igitur cuiquam exprobrare volueris, teipsum prius, priorémque tuam inspice vitam, incertúmque futuri considera: is, impetum cōtine. Etsi enim à prima statim ætate cum virtute vixisti, habes tamen peccata plurima. Quòd si fortè non habes, vel potius habere te non putas, animaduertas id opus non esse tuæ virtutis, sed diuinæ potius gratiæ. Nisi enim maiores tuos, proauósque vocasset, & ipse profectò infidelis atque incredulus perstitisses. Vides quo modo omnem prorsus excluserit maliciam, omnem arrogātiæ, ac prę sumptionis aditum prorsus obstruxit? Nonne, inquit, innumera per prophetas, sanctósque omnes deus nobis ostendit beneuolentiæ signa, nec tamen audiuimus? *Eramus enim & nos errantes aliquando. Cùm autem benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri dei.* quo modo? *Non ex operibus, inquit, iustitiæ, sed secundū suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrū regenerationis, & renouationis spiritus sancti.* Vides vt ipsi malis immersi eramus, adeò vt nō purgatione, sed renouatione opus esset: id quippe regeneratio signat. Quemadmodum in domo vetere putredine carieque consumpta, nemo † pulchra] supponit, neque antiquis † *fulcra* structuris connectit: verum à fundamentis euersam, demum illam de nouo erigere, atque renouare cōtendit: ita & ipse fecit in nobis. Non ille superædificauit nos, sed prius euertit, quod pessimè steterat: hoc enim est quod ait, per renouationem spiritus sancti nonos iterum fecit: Quo modo? per spiritum sanctum, quod consequenter ostēdit, cùm diceret: *Quem effudit in nos abundè per Christum Iesum saluatorem nostrum.* Nimirū nobis opus est huiusmodi spiritu. *Vt iustificati*, inquit, *ipsius gratia.* Rursus gratia, non debito, inquit. *Hæredes simus, secundum spem vitæ æternæ.* Ex his profectò verbis & humilitatis studium, & futurorum spem elicere possumus. Si enim adeò desperatos, vt denuo oporteret nasci, & saluari gratia necesse erat, cùm nihil boni haberemus, saluare dignatus est: multò magis hoc in futuro faciet. Nempe enim ante aduentum Christi nihil erat humana feritate deterius. Omnes quippe aduersus seinuicē velut inimici, atque hostes, feralia exercebant inter se odia. Filios mactabant parentes, atq; in ipsa viscera sua per summam insaniam ferebantur. Nihil tum erat stabile ac firmum: non naturalis ac conscripta lex arcendis sceleribus quicquam habebat momenti, sed peruersa erant omnia, vbique feruebant adulteria, cædes, & si quid grauius dici & excogitari potest. Furta nempe, vt ait quidam, virtutis habebantur loco, & nimium quidem id congruo, quādoquidem huiusmodi deum venerabantur. Monebant quotidiana oracula illum atq; illum perimi. Dicam aliquid ex illius historia temporis admonēdi causa? Androgeus quidam Minois filius, cū Athenas profectus esset, atque in luctaminis cōtentione vicisset, exoluit pœnas, atque interemptus est. Apollo igitur malum maiore malo curare pergens, bis septē pueros pro eo abduci iussit, ac perimi. Quid hac tyrannide grauius? quid ea immanitate dici potest acerbius? At id factum est, atque homo dæmonis insania concitatus, vt oraculo obtemperaret, abiit necauitque viros. Vides quàm necessariò error inualuit? Quid enim nō præsumerent homines? quid non iniquitatis admitterent, qui tam scelestos, inuentoresque malorum colerent deos? Nam siquidem ea ludicra iustè fierent, prohibenda

hibenda non erant: quòd si iniusta, vt re vera nequissima, & ne initio quidem fuerant imperanda. At infœlix hominum genus, vbi luctatores ac pugiles coluit, bella perpetua, & cædes variæ per vrbes, per vicos, per domos gerebantur indies. [Pueros lasciuè amabāt.] Fuit quidem apud illos præclari nominis, opinionisque philosophus, qui leges tulit, ne seruo liceret amare pueros, aut cute arida inūgi, quasi ea res virtutis esset, magnóque in honore haberetur. Apertè denique, ac in publico plerisque cum vxoribus congredi legitimum erat. At si quis illorum cuncta prosequi velit, inueniet illos in ipsam naturam impiè fuisse contumelioſos. Et cùm tantis errorum tenebris orbis obsitus esset, nemo contrà ferebat leges, nemo prohibebat: sed omnia illorum poëmata his sceleribus plena sunt, adulteriis, impudicitiis, puerorúmque violationibus omnia feruent, pernoctationes execrandæ fiebant, mulieréque ad ea spectacula vocabantur. O scelestum illud nocturnum, funestúmque spectaculum. In theatro fiebat ea pernoctatio, & virgo inter adolescentes insanos, atque ebriam turbam sedere cogebatur. Tenebrosa profectò celebritas, & execranda omnino opera, quæ ab ipsis in ea celebritate gerebantur. idcirco ait: *Fuimus aliquando & nos insensati, increduli, errantes, seruientes concupiscentiis, & voluptatibus variis.* Amauit, inquit, ille nouercam, & illa priuignum suffocauit. Nam puerorum amores quos illis pædica vocare moris est, neque dicere licet, ac dignis lamentationibus prosequi. Quo modo igitur nō isti vehementer erubescunt? Visne scelestos audire omnino cum matre concubitus? At istud apud eos, & quidem sæpe reperies, & gemitu lachrymísque dignissimum est, ex ignorantia veri tantum scelus præsumebatur impunè: neque id ipsorum deus prohibebat, verū despiciebat naturam, cùm illa tāta violaretur insania, idque ab his, qui videbantur insignes. Quòd si hi (quos si nihil ob aliud, certè vel ob multitudinis opinionem, gloriámque captādam operam dare virtuti decuit,) adeò præcipites ferebantur in vicia: quid vulgus ignobile, cuius erat obscura operatio, fecisse putādum est? Quid obsecro ea libidine durius? Amauit illa illum, reuertentem iugulat virum adulterij gratia. Forté non desunt ex vobis plurimi, quibus hęc nota sunt. Adulterum necauit interfecti filius, illámque insuper interfecit: postmodum & ipse in insaniam versus est, & furiarum tedis ardentibus agitatus: deinde hic ipse væsanus occidit alterum, illiusque duxit vxorem. Quid oro, his calamitatibus dici deterius possit? Huius rei gratia ex eorum literis ista perstrinxi, vt Gentiles animaduerterēt, quantáque tunc mala, quantáque flagitia orbem occupauerint. Certè si vultis, & ex nostris id probare pergā. Immolauerūt, inquit, filios suos, & filias suas dęmoniis. *Psal.105.f* *Gene.19.c* Sodomitæ item ob nullam perierunt aliam causam, nisi quòd in pueros væsano amore ferebantur. Sed rursus nónne inter ipsa quoq; diuinæ prędicationis exordia, dum dei filius illuxisset terris, regis filia in medio conuiuio saltauit inter homines ebrios? Nónne saltationi præmium prophetę caput accepit? Quis loquetur potentias domini? *Odibiles*, inquit, *sunt*, †*qui oderunt inuicem.*] Omnino necesse est, cùm animæ liberę voluptatis fræna laxamus, magnum inde cōflari odium. Cur id? Quoniam quoties charitas virtuti cōiuncta est, nemo aliquem iniuriis afficit. Vide quid & Paulus dicat: Nolite errare, neque fornicatores, neque idololatræ, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque auari, neque maledici, neque ebriosi *Matt.14.a* *& Mar.6.c* *Psal.105.a* *† & inuicē nos odio p-sequentes.* *1.Cor.6.b*

regnum dei possidebunt. Et hoc quidem eratis. Vides vt omnis nequitię species inundabat, ingénsque & atra nebula cuncta possederat, iúsque omne & fas violabatur. Si enim hi, qui prophetia perfrui digni habiti sunt, & tam multa hostibus, ac sibiipsis mala, tantásque clades contigisse cernebant, viciorum suorum ac scelerū causa, nec sic tamen se continebāt, sed innumera quotidie agebant mala, quid alij fecisse putandi sunt: Nempe apud illos nudas quippe virgines luctari iubebant in virorum conspectu. Magnas vobis gratias habeo, bonaq; imprecor omnia, ꝙ nec verbum quidē huiusmodi patienter audire potuistis, cuius opus philosophi non erubescebant. Alius autem apud eos philosophus omnium facilè princeps, eas ad bella etiam armat, communésque esse iubet, vt qui planè leno deterrimus fuerit perductórque. *In malicia*, inquit, *& inuidia degentes.* Si enim hi qui apud eos philosophiæ studiis eminebant, eiusmodi ferebant leges: quid de illis dicturi sumus, quibus minor inerat authoritas? Si illi qui prolixa barba erant, pallióque circundati, ista sanxerunt: quid de aliis dicere possumus? Non ideo facta est mulier ô homo, vt communiter omnibus esset exposita? O nimium peruersi homines, qui cuncta euertitis, & maribus non secus, quàm fœminis commiscemini, fœminásque vt viros ad bella producitis: hoc profectò diaboli opus, atque inuentum est. Omnia ille confundere ac peruertere studet, & eos terminos commouere, qui ab initio positi sunt: metásque transferre, quas naturæ imposuit deus. Nanq; mulieri quidem domi sedere præcipit, viro autem tractare negocia publica. Tu autem caput in pedes conuertis, & pedes in caput: mulieres armas, neque erubescis. Cæterùm ista cur dico? Introduc̄t †apud eos mulieres ac pueros,] neq; verentur, neq; erubescūt, adeò scelestas eiusmodi fabulas in hominis aures inferre. *Quando autem*, inquit, *benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abundè per Christum Iesum saluatorem nostrum, vt iustificati illius gratia hæredes simus, secundum spem vitæ æternæ.* Quid est, secundum spem? Quemadmodum, inquit, sperauimus, ita perfruemur: [aut quòd iam hæredes etiam estis.] †*quandam apud eos mulierē pudores etiam filios interimentem.*

Fidelis sermo. Quia enim de futuris non de præsentib⁹ loquimur, ideo intulit, fidelis sermo: quòd scilicet hæc vera sint, etiam ex præteritis cōstat. Qui enim nos tanta iniquitate, tātísque malis eripuit, liquet profectò quòd futura quoque nobis bona omnia largietur, in ea quam præstitit gratia † præseruans.] Quippe eadem prouidentia, eadémque cura cuncta operatur. †*permanentibus.*

Agamus igitur gratias deo, nihílque aliis probro, ni hil crimini demus: sed exhortemur omnes, ac pro illis magis oremus, consulamus, moneamus, hortemur, etiamsi illi in nos contumelioſi fuerint, [etiamsi calcitrarint:] tales enim insanos esse manifestum est. Cæterùm hi, quibus illorum sanitas curæ est, omnia ferunt, omnia faciunt, vt illi salute potiantur, etiam si nihil fortè proficiant: certè illis negligētiæ crimen impingi nō poterit. Num ignoratis quòd sæpe medicus postquam desperauit infirmum, alius quispiam ex coniunctis ita illum hortatur: Rursum curam adhibe, ac nihil omittas, vt nullus contra me detur crimini locus, vt nemo queratur, atq; ipse culpę non pateā. Non videtis quanta sit hominibus seculi, necessarij cuiuslibet cura, quanta prouidentia, quàm multa quotidie gerant? Orant medicos, pecunias impendunt, assident semper infirmis, atque Morale.

mis,atque in ea diligentia perseuerãt. Nos vel eos,qui A sunt eiusmodi imitemur, quanquam non pro eisdem rebus est cura: multùm enim inuicem differunt. Languet ecce corporaliter filius,nemo erit qui longinquã peregrinationem subire detrectet, vt illum absoluat morbo. Infirmatur anima,nullus est cui ea res curæ sit, verùm omnes desidemus,omnésque negligimus: vxores,filios,ac nosipsos morbo tabescere videmus, atque negligimus,atque vtinam vel serò resipiscamus. Considerate quàm turpe, quámque ridiculum sit postmodum dicere:nõ expectabamus, neque sperabamus hoc fore. Nec modò turpe est,verùm etiam graue,plenúmque periculi. Nam si & in hoc seculo stultorum, atque amentium est nõ prouidere futura, multò sanè magis ille in suam perniciem stultus erit,qui ea quæ ad salutẽ conferant,prospicere negligit. Nam & nunc audimus plurimos admonentes,plurimósque consulentes, quæ B agenda sunt, vel quæ vitãda dictantes. Arripiamus igitur, & teneamus illam spem, salutísque nostræ curam habeamus,atque in omnibus precemur deum, vt manum porrigat conatibus nostris. Quandiu, quæso,negligimus? quandiu torpore detinemur? Quandiu nosipsos, nostrósque conseruos stolida immanitate despicimus? Abundè effudit in nos spiritus gratiam. Consideremus igitur quantum gratiæ saluandis nobis ostẽdit: dignum studium ostẽdamus,immò dignum equidem possibile non esset ostendere, vel minus saltem preferre conemur. Nam si etiam post huiusmodi gratiam in- †Si
sensibiles sumus,maior nos pœna suscipiet. †Nisi enim, Ioan.15.d
inquit, non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent. Sed auertat deus,vt nobis ista dicantur, conce dátque gratiam, vt nos omnes mereamur perfrui bo- C
nis, quæ diligentibus eum repromissa sunt, in Christo Iesu domino nostro,cum quo est patri, vnà cum spiritu sancto gloria, imperium & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia sexta.

ET de his volo te affirmare,vt curent bonis operibus præesse hi qui crediderunt deo. Ista sunt bona, & vtilia hominibus. Stultas autem quæstiones,& genealogias,& cõtentiones,& pugnas legales deuita: sunt enim inutiles,& inanes. Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita, sciẽs quoniam peruersus est qui huiusmodi est, & peccat, cùm sit à seipso damnatus. Cùm misero ad te Artemam, aut Tychicum, festina ad me venire Nicopolim. Ibi enim statui hyemare. Zenan legisperitum,& Apollo solicitè præmitte, vt nihil illis desit. Discant autem & †vestri] bonis operibus præesse ad vsus necessarios, vt non sint infructuosi. Salutant te qui mecũ sunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia dei cum omnibus vobis, Amen. Postquam de dei benignitate, atque ineffabili eius erga nos disseruit prouidentia,docuítque nos quales antè fuerimus,qualésque ipsius effecerit gratia,subiunxit,& ait: Et de his volo te affirmare,vt curent bonis operibus præesse hi,qui crediderunt deo. Hæc loquere atque ad eleemosynam impendendam hortare. Non enim ea quæ dicta sunt, ad id tantùm pertinent,siue id solùm admonent,vt humiles simus,neque extollamur, aut aliis exprobremus: verùm vt & ad omnem aliam virtutis speciem indefesso studio,& labore exerceamur. Ita nempe & Corinthios 2.Cor.8.b
cùm alloqueretur: Scitis,inquit,quoniã dominus pauper factus est,cùm diues esset, vt nos illius inopia ditaremur. Cum itaque diuinam prouidentiam,excellentissimámque clemẽtiam cõmendasset, eos ad studium impendendæ miserationis hortatur, neque id simpliciter, neque ocioſe: sed quid? Vt curent, inquit, bonis operibus præesse. Hoc est, & oppressis iniuria ferre opem,non pecuniis tantum,sed etiam exhortatione, salubrique doctrina: sed viduis idem, ac pupillis auxilium ferre,omnibúsque,qui in afflictione, aut angustia sunt, prospicere miserationis affectu. Id quippe est bonis operibus præesse. *Hæc enim,* inquit, *sunt bona & vtilia hominibus. Stultas autem quæstiones,& genealogias,& contentiones legales deuita: sunt enim & inutiles, & inanes.* Quid sibi volunt genealogiæ? nanque & in epistola ad Timotheum eo 1.Tim.1.a
vsus est verbo dicens, Fabulas & genealogias interminatas. Contentiones autem aduersus hereticos dixit esse vitandas,quando nullum fuerit lucrum. Quoties enim quisque peruersus fuerit, ac decreuerit animo, quodcunque contigerit, non mutare sententiam, cur eius gratia frustra laboras,atq; inter saxa seminare contendis? Quantò vtilius laborẽ hunc docendi tuis membris impenderes, eis de eleemosyna, cæterisq; virtutibus dissertãdo? Quo modo igitur alio in loco ait: ne forte deus illis det pœnitentiam: cùm hìc dicat, *Hæreti-* 3.Tim.4.d
cum hominem post vnam, & secundum correctionem deuita, sciens quoniam peruersus est huiusmodi, & peccat, cùm sit à seipso dãnatus?

Nempe illic de his loquebatur, de quibus corrigendis supererat spes, ac de his qui simpliciter reluctabantur,non aduersandi affectu, sed studio discendæ veritatis. Vbi verò manifestus fuerit omnibus, atque conspicuus aduersarius veritatis,cur obsecro pugnas incassum? Cur aërem cædis? Quid verò est,quòd ait, cùm sit à seipso damnatus? Quia scilicet profectò dicere nõ potest, nemo corripuit. Cùm ergo post admonitionem in ea infidelitate perstiterit, ex seipso damnatus efficitur. *Cùm misero ad te Artemam, aut Tychicum, festina ad me venire Nicopolim.* Quid sibi hoc vult,cùm iam eum præficeras insulæ, & rursus ad teipsum vocas? Non, inquit, hoc ago, vt illum à suo remoueam studio, atque ministerio, sed vt à me instructior doctiorq; discedat. Nam quòd illum non ideirco ad se vocet, vt secum circunducat, & vbique comitem habeat, audi quid sequitur:

Illic enim hyemare decreui. Nicopolis Thraciæ ciuitas est. *Zenam legisperitum, & Apollo solicitè præmitte, vt nihil eis desit.* His necdum credita fuerat ecclesiastici cura regiminis, sed illius tantum comites erant. Fuit autem Actio.18.f
Apollo vehemẽtior, potens in scripturis, & eloquiis diuinis. Si ergo ille legis erat peritus, nihil aliena instructione illi opus erat: verùm hoc in loco legisperitum ait Iudaicæ legis peritia clarum. Præmitte, inquit, eos: hoc est, vt vberiore doctrina perfruantur, nihilque eis
D desit. *Discant autem & †vestri] bonis operibus præesse in vsu necessarios, & vt non sint infructuosi. Salutant te hi, qui mecum sunt omnes: saluta eos, qui nos diligunt in fide.* Amatores, inquit, suos aut fideles scilicet viros. *Gratia dei cum omnibus vobis, Amen.* Quo modo igitur ipse iubes contradicẽtes arguere, si cauendos hos admones? Quoties, inquit, †in subuersione omniũ iuncta facere deprehensi fuerint, & nullum lucrum inde sequitur, id quod præcipuè intenditur, vitandi huiusmodi sunt. Neque enim eos lucrari vnquam poterimus, qui peruersi sunt, peccantq; non ex ignorantia, verùm ex peruersitate sententiæ. Quid si isti alios quoque doctrinæ suæ venenis infecerint? stare ex aduerso oportet, atque pugnare, eósque magna cum fortitudine atque authoritate reuincere. Si igitur huiusmodi fuerit indicta necessitas, videriſq; alios huiusmodi tabe corrumpi, iam caue ne taceas, sed ora istis obstrue, curam pereuntium gerens. Prorsus verò fas

† nostri

† nostri

† in suã ipsorum perniciem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rò fas non est, vt is cui studium est piè & ritè viuendi, pugnæ & contentionibus operam det. Cęterum vt dixi per omnia facito, quietique stude. Quippe ex ocio, & vberiore philosophia id consequeris, scrutādisque intelligentiis scripturarū te occupari tantum decet. Nanque ex locutione superflua detrimēti plurimum nascitur, cùm potius docere, aut orare, aut gratias referre oporteat. Neque enim plus debemus pecuniis temperare, quàm verbis, immò maior hìc habenda est cura, exactiorq; diligentia, vt nō passim nosipsos omnibus exponamus. Quid autē est, vt curent bonis operibus præesse: ne scilicet expectēt, dum se inopes adeant. Verùm illud per se studiosè requirant, eos qui suo auxilio indigent. Id quippe curare rectissimè dicitur, ita enim diligenter, & magno cum studio istud operabitur. Nanq; ea res non tantum emolumenti eis parit, qui beneficiū sumunt, quantum eis qui impendunt: quippe confidentiam illis ad deum vberrimam præstat, & lucra acquirit ingentia. Illic verò pugnæ fructus nullus est, hæreticum enim dicit difficilè corrigi. Quemadmodum verò magnæ desidiæ, magnæq; socordiæ est, eos despicere, quos immutandos in melius nō desperamus: ita eos qui desperabiliter languent curare contendere, stulticię ingentis est, atq; extremę dementiæ. Quippe ex hoc plus illis audaciæ, ac temeritatis adiicitur. *Discant autem*, inquit, *&* †*vestri*] *bonis operibus præesse in vsus necessarios, ne sint infructuosi.* Vides vbiq; vt illorum magis quàm accipientium beneficiū illi curæ sit. Licebat enim, inquit, illos fortassis multis ex partibus enutriri, sed nostrorū curam habeo. Quánam, quæso, vtilitate? Nempe enim si thesaurum effodientes, doctores alij enutrirent, his nihil emolumenti acquireretur, infructuosi enim permanerent. Nam poterat Christus, qui ex quinque panibus tam multos fecerat, atq; ex septem item innumeros multiplicauerat, nutrire seipsum, & eos qui secū erant.

Morale.

Cur igitur à mulieribus pascebatur? Sequebantur enim cum, inquit, nonnullæ mulieres, quæ illi ministrarunt: vt nos profectò doceret, se illorum in primis curam gerere, qui beneficia inferrēt. Nō poterat Paulus, qui & aliis manuum suarum ministerio victui necessaria suppeditabat, vllis aliis ex locis accipere? At vides ipsum & accipientem, & exigētem. Sed audi quare: quærit enim non datum, sed fructum. Et in ipsis quoq; initiis fidei, cùm fideles omnia sua venderent, & ad pedes apostolorū precia ponerent, vide vt apostoli ipsorum magis, quàm accipientium habuerint curam. Si enim tantummodo pauperum curam habuissent, nullā profectò Sapphiræ, & Ananiæ vltionem expetissent, quando illi pecunias fraude subduxerant, nunquam prohibuissent iniustè quæsita suscipere, nūquam præcepissēt Paulus, dicēs: Non ex tristicia, aut ex necessitate. Quid dicis Paule? Num pauperū beneficentiam impedis? Absit. Non enim, inquit, quæ illorum sunt hinc cōsidero, sed largitatem præstātium. Intuere autem & prophetā cùm Nabuchodonosor regi consuleret, optimámque illi sententiam promeret, non pauperū tantum curam habuisse: neque enim dixit simpliciter, Pauperibus da: sed, peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas miserationibus pauperum. Pecunias, inquit, exhauri, nō vt alij nutriantur solùm, sed libereris ipse supplicio. & iterum ipse Christus: Vende inquit, quæ tua sunt, & da pauperibus, & veni sequere me. Vides vt illic quoque † necessario intelligēdum relinquatur.] Quia enim pecuniæ impedimenta sunt, idcirco dandas pauperibus iussit. Docet animam clemētem esse & misericordem: pecunias contemnere admonet, instruit à cupiditate discedere. Qui enim didicerit non habenti dare, tempore ipso docebitur ab his, qui habent, minimè accipere. Hoc deniq; deo similes facit. Et certè virginitas plus habet laboris, ieiuniúmque, & reliqua sancti propositi austeritas: verùm nihil tantum habet virium ad extinguenda peccatorum incendia, quantum eleemosyna. Hæc nempe maior est omnibus, ad ipsum regis solium amatores cōstituit suos. Et meritò sanè: virginitas nanque, & ieiunium, & terrenus lectulus faciēti solummodo prodest, neminem verò alium saluat: at verò eleemosyna ad omnes vsque pertingit, membraq; complectitur Christi. † Porrò eorum, quę vbique vagantia cō plectitur in vnum, maior longè virtus est.] hæc enim charitatis est mater: charitatis inquam, quæ est propriū Christianæ religionis insigne, per quam discipuli Christi noscūtur. Hæc nostrorum scelerum medicina est, hæc animæ nostræ sordes emundat, hæc scala, quæ in cœlum vsq; porrigitur, hæc Christi cōnectit corpus. Vultis nosse, quantum hæc in se habeat boni? Sub apostolis ipsis vendentes hæc omnia quæ sua erant, distribuebant vnicuique secundum quod opus habebat: vt interim futura omittamus, nec de cœlesti regno verba faciamus, cæterùm secundum præsens seculum cōmuni quodam sensu iudicemus. Dic obsecro, qui sunt qui lucrantur? Qui dant, an qui accipiunt? Illi nempe murmurant, & corrixantur adinuicem: hi verò vnam animam habent. Erat enim, inquit, cor vnū, & anima vna, & gratia erat in omnibus illis, magnoq; & profectu & vtilitate viuebāt. Vides quòd & hinc illi potius lucrabantur. Dic agè, quorum ipse esse velis, ex numero eorum, qui sua abiiciunt, & nihil habent, an qui aliena suscipiunt? Intuere eleemosynæ † materiam.] Quæ antea disiuncta erant conuenēre, atque impedimenta omnia sublata sunt, & continuò ipsorum animæ coniunctæ, atque connexæ sunt. *Omnium, inquit, erat cor vnum, & anima vna*: ita etiam sine eleemosynæ fructu, exinanire pecunias non minimum in se habet lucri. Ista interim dixi, vt qui hæreditatem à maioribus per successionis seriem non acceperunt, minus doleant, minusq; tristes sint, quasi minus aliquid quàm diuites habeant: longè quippe, si velint, maiora habituri sunt. Nanq; & eleemosynam facilius erogabunt, quemadmodū & illa euangelica vidua dedit duo minuta, & nulla aduersus proximum illis inimiciciarū occasio subest, suntq; omnibus liberiores. Nullus ei, qui huiusmodi est, bonorū publicationem intentare poterit, quippe celsior euasit, quàm vt id perpeti queat. Et quemadmodū eos, qui nudi effugiunt, nemo facilè tenere potest: qui verò vestimenta post se trahit, eum quilibet citò apprehēdit: eadem ratione & diues, & pauper existimandus est: nam ille quidem etiamsi capiatur, diffugere facillimè poterit: hic autem & si non teneatur, suis compedibus irretitur, curis innumeris, desideriis, ac perturbationibus reliquis, quippe omnia ista obruunt animum: neq; ista solùm, verùm & alia plurima, quæ ex diuitiis oriuntur. Nanq; & difficilius diues modestus erit, quàm pauper: & simplicem agere vitam, atq; iram euadere longè hic facilius poterit, quàm ille. Sed fortasse, inquies, maiorē hunc mercedē habiturum: absit. Cur id? Quia istas ipse sibi difficultates imposuit. Neq; enim imperatum est diuitem fieri, sed contrà penitus. Si igitur ipse innumera scandala, & impedimenta quæsiuit, alij nō modò pecunias deponūt, verùm & corpus, vt plurimum macerāt, vt angustam incedant viam: tu autem prętер illas difficultates,

quæretur?

Luc.6.a

†*Officia autem in malorū vtilitatem collata, longè sunt præstantiora, quàm quæ in vnum cō trahuntur.*

Act.4.g

†*nostri.*

Ioan.6.a

Matt.15.d

Act.17.a

Act.5.a

2.Cor.9.b

Dan.4.f

Mat.19.c et Marc.10.b & Luc.18.d

† *ideo præceperit, vt Christū sequamur.*

Ibidem f

†*fructum.*

Marc.12.d

& Luc.21.a

cultates,etiam viciis fomenta miniſtras,& alia tibi circundas.Latam igitur ingrediaris viã,illa enim eſt,quæ huiuſmodi ſuſcipit.Porrò anguſta eos accipit,qui premuntur,qui anguſtantur,qui nihil oneris ferunt.Cęterum hæc ſola onera per ipſam tranſire fas eſt,eleemoſynam,benignitatem, humilitatem, manſuetudinem. Si iſta comportes,facilè ingredi poteris.Quòd ſi tumorẽ animi,& ſpinarum ſarcinã,diuitias ſcilicet inferre volueris,magna tibi latitudine opus erit. Neque enim in turbam irrumpere poteris,quin alios ferias, ſi huiuſmodi premaris oneribus, magnoq; interuallo neceſſe eſt vt diſiungaris à cæteris.Etenim qui aurum & argẽtum defert,nõ virtutes ſcilicet,& actus probos,hic nõ modò non fugiẽtes proximos offendit,ſed ſpontè propinquantes,atq; vna ſeruare ſtudentes.Porrò ſi diuitiæ ipſæ ſpinæ ſunt,quid cupiditas erit? Cuius rei gratia eam tecum infers? Vt maiorem incites flammam,& igni fomenta miniſtres . Quæſo, non ſufficit gehennæ ignis? Conſidera tres pueros,quo modo fornacis incẽdia ſuperauerunt,ignem illum puta fuiſſe gehẽnam, angore & preſſura circundati in eam inſilierunt . Vincti erãt, atque compediti, ſed plurimam intus inuenerunt latitudinem. Non ita ſanè, qui extrinſecus prope fornacẽ adſtabant.Eiuſmodi profectò quidem & hęc vita parturiet. Si volumus aduerſus tẽtationes perſiſtere fortiter,atq; viriliter , ſi intẽdamus in deum ſpem omnem, atque ad eum animum dirigamus, erimus nos quaſi in latitudine:qui verò nos in huiuſmodi preſſuras iniecerint, ipſi peribunt. Qui enim fodit foueam,ait, incidit in eam.Siue illi manus, ſiue pedes vinxerint , preſſura nos abſoluere poteſt.Intuere,quęſo,miraculũ,quos homines vinxerant,eos ignis abſoluit. Quemadmodum enim ſi quis amicorum ſeruis commẽdauerit aliquos, illi amicitiam reuerĩti domini,ipſos non modò nõ lędunt,ſed maximo honore proſequuntur:ita & ignis ille, poſtquam domini ſui amicos eſſe cognouit pueros illos,& eorum dirupit vincula, & ipſos abſoluit, atque dimiſit:ipſe illis pauimentum fuit,atque ab eis calcabatur.Et nimium id quidem conuenienter.Nam pro gloria dei in illum fuerant coniecti.Quicunq; igitur inter preſſuras ſumus, hoc teneamus exemplum . At illi, inquies,preſſura liberati ſunt,nos autem nõ. Digniſſimè omnino . Quia enim illi non ita in fornacem immiſſi erant quaſi liberandi,ſed omnino morituri. Audias enim eos,licet dicentes:Eſt deus in cœlo,qui eruet nos: & ſi non , notum ſit tibi rex quòd deos tuos non colimus,& imaginem auream,quam ſtatuiſti, non adoramus. Nos autem veluti curioſe agẽtes,dei diſciplinam diſcutere audemus,tempuſq; preſſuris præfigere,dicentes: Niſi vſque ad id temporis miſertus fuĕrit , idcirco minimè liberamur. Nempe enim & Abraham nõ quaſi incolumem filium recepturus,dei monitis obtemperare pergebat:ſed vt re vera illum deo libaturus,atque ideo prẽter ſpem,incolumem recipere meruit.Et tu igitur cùm in preſſuras incideris , ne feſtines in tempora eductionis,præpara animam tuam ad omnem tolerantiam,& citò ea preſſura liberaberis. Idcirco enim hanc inducit deus,vt erudiat. Cùm igitur ab ipſis initiis ferre abſq; mœrore didicerimus,remittet iam, requiemq; preſtabit,quaſi omnibus conſummatis.Volo vobis exempli gratia narrare aliquid vtile,nimiũmque neceſſarium. Quid igitur hoc eſt ? Cùm perſecutio aliquando ferueret,bellumq; immane,atq; vehemens aduerſus eccleſiam concitatum eſſet,duo comprehẽſi ſunt viri: ex his alter quidem paratus,ac promptus erat omnia peti:alter quidem & ipſe ſibi abſcindi quidẽ caput alacriter paſſurus erat:cæterũ tormẽta alia metuere,ac tremere videbatur. Intuere obſecro,diuinæ bonitatis ineffabilem diſpoſitionem . Cùm iudex pro tribunali ſediſſet , eum quidem , qui paratus erat ſubire tormenta omnia,capite truncari iuſſit:illum verò,qui trepidaturus ad tormenta videbatur,attolli in ſublime, & vngulis laniari præcepit. Neque id ſemel,aut ſecũdo,ſed per omnes ferè ciuitates,cùm eum vinctum ſecum iugiter duceret.Cur id,quęſo,permiſſum eſt? Vt ſcilicet animi ipſius negligentiam,atque ſocordiam per tormenta fugaret:vt formidinem,omnemq; excluderet metum,vt iam non trepidaret , aut tremeret,fortiorq; per quotidianas perſecutiones euaderet.Ioſeph item cùm carcerem egredi properaret , tunc maximè illic immorari permiſſus eſt.Audi nanq; ipſum dicentem: Et ego furto ſublatus ſum de terra Hebræorum,& memento,inquit,mei apud regem . Meritò & ipſe hoc paſſus exiſtimatur,quoniam dixit,memento mei: vt diſceret, hominibus non eſſe confidendum , ſed ſpem omnem in deum dirigendam.Iſta igitur ſcientes, gratias agamus deo,& omnia faciamus,quę expedire cognoſcimus,vt futuris bonis perfrui mereamur in Chriſto Ieſu domino noſtro,cum quo eſt patri, & ſpiritui ſancto gloria, & imperium,& honor in ſecula ſeculorum,Amen.

Eccleſi 10.b

Daniel.3.c

Genc.40.c

Explanationis beati Ioannis Chryſoſtomi
in epiſtolam beati Pauli apoſtoli ad Titum,finis.

AD PHILEMONEM
argumentum.

DRimùm neceſſariò dicendũ,quod ſit epiſtolæ huius argumentũ : tum ad ea quoque veniendum , quæ in quæſtione ſunt.Id igitur eſt:Philemon quidam vir fidelis ac nobilis . Quòd enim fuerit virtute mirabilis,ex eo in primis cõſtat,quòd domus quoque eius omnis fidelis erat , atque adeò fidelis, vt eccleſia etiam appellaretur . Quocirca ſcribit ad illum apoſtolus: Saluta & eccleſiam, quæ eſt in domo tua. atteſtatur autem & illi ſingularis obedientiæ meritum, & quòd in eo viſcera ſanctorum quieuerũt: ipſe quoque in hac epiſtola admonet,vt ſibi hoſpitium paret,ideo mihi videtur illius domus,ſanctorum fuiſſe diuerſorium. Huic igitur viro virtute præſtanti ſeruus erat Oneſimus, qui fugerat dominum, quibuſdam rei domeſticæ compilatis.Nam quòd furatus quædam ſit,audias apoſtolum ſic dicentem: Si quid autem te læſit,aut debet, ego perſoluam . Hic ergo profectus Romam, cùm Paulũ carcere incluſum inueniſſet, doctrina firmatus apoſtoli , baptiſmatis quoque illic promeruit gratiam.Quòd enim baptiſma ibi ſuſceperit,ex eo liquet,quod ait:Quem genui in vinculis meis . Scribit itaq; Paulus,cõmendans illum domino,vt †omni gratia, quæ in ſe fuerant admiſſa,dimitteret, eumq; vt nu perrimè regeneratum gratè ſuſciperet . Sed enim quia non deſunt,qui hanc epiſtolam ſuperfluò adiectam putent: quandoquidem pro re adeò parua, pro viro vno ſcilicet cõſcripta eſt:diſcant planè qui huiuſmodi ſunt, innumeris ſe criminibus dignos. Nõ modò enim tam paruas epiſtolas,& pro rebus adeò neceſſariis oportuit ſcribi:ſed vtinam nõ defuiſſet, qui nobis apoſtolorum hiſtoriam

ad Phile.a

Ibidem c

Ibidem b

†omnium gratia

historiam diligẽtissimè traderet,non tantũ quid scripserint,quid ve locuti sint:sed vt sese per omnem vitam habuerint,quid & quando comederint, quando sederint,quò ierint,quid dieb⁹ singulis gesserint, & in quibus partibus vixerint,quam introierint domũ,quò nauigauerint,vbi nã applicuerint,atq; omnia diligenter exponeret, adeò illorũ omnia eximia vtilitate referta sunt. Verùm quoniam ignorant plurimi,quantùm hìc lateat lucri,idcirco culpare contendunt. Si enim cùm loca tantùm cernimus vbi sederunt,seu vincti sunt,loca inquam inanima,illuc sæpe dirigamus animũ, virtutesq; illorum cõspiciamus,& expergiscimur,& promptiores euadimus:multò id profectò magis fieret,si verba illorum,& reliqua gesta audire contigisset. Certè de amico perlibẽter quis interrogat, vbi nam degit, quid facit,quò procedit:nõ longè dignius de communibus orbis magistris id fieri decuit? Cæterùm quòd hęc epistola nimium necessariò cõscripta sit,hac præterea ratione discetis. Cùm quis enim spiritualiter viuit, huius habit⁹ ipse & incessus,& verba,& actus,& omnia prorsus audientibus prosunt, nihilq; id impedit, aut prohibet fieri. Verum quàm necessariò hæc epistola missa sit, hinc iam animaduertite,quantúmque in se habeat vtilitatis. Primum quidem nihil negligere hoc monemur exemplo. Si enim Paulus pro fugitiuo fure, pro seruo tantum prouidentiæ ostendit,nec dubitat illum cumulatum tot laudibus mittere,nihilq; veretur: quantò magis nos conuenit in huiusmodi quoq; non esse negligẽtes? Deinde seruilem conditionem desperandam non esse,etiamsi viciis omnibus dederit manus,quãdoquidem fur iste,atque fugitiuus adeò virtutibus claruit,vt illum voluerit & Paulus habere socium, scribensq; ad dominum dixerit,vt pro te mihi ministret:quantò magis liberos non esse desperandos? Tertiò, seruos à dominis nõ oportere abstrahi. Nam si Paulus,qui ita Philemoni confidebat,Onesimum sibi adeò vtilem & necessarium ad ministerium tenere noluit præter sententiam domini: multò sanè magis id nobis quoq; seruandum est. Si enim seruus virtute clarus est, ideo in primis oportet illum in seruitute durare, dominatúmque recognoscere,vt omnibus qui sunt in domo,commodo & vtilitati esse possit. Quid enim lucernam de candelabro sub modium redigis? Vtinam & eos,qui solitudines habitãt,intra vrbes possemus includere,vt ex eis exempla salutis liceret haurire. Quid verò,inquies,si & ipse malus fiat? Cur,quæso,fiet malus? Nempe qui intra domum malus est,extra domũ deterior fiet. Nam qui sub cura domini virtutem seruare nequit,longè illam minus seruaturus est,cùm à cura solertis domini euasit liber. † At verò domi seruile munus à maioribus ildem à rerũ lum, à dignioribus} fortassis abducet. Audiat beatissimum Paulum optimè sibi consulentem,cùm dicit: Seruus vocatus es, noli curare: si autem etiam potes liberi fieri,magis vtere: hoc est, in seruitute persiste, vt id sedulo:foris vero istarũ iugo serui,dominos suos honore omni dignos arbitrẽtur,ne nomen dei,ac doctrina blasphemet. Dicturi enim & gentiles sunt,quòd posit seruus placere deo:aliàs enim illis necessitas fermè induceretur blasphemandi, ac dicendi Christianæ religionis cultum ad euertenda omnia in hanc vitam fuisse inuectum, cùm serui auferentur à dominis, & nimium quidem violenter. Addam & aliam huius epistolæ vtilitatẽ,docet nos seruos non erubescere, si probi sint. Nam si Paulus excelsior,atque excellẽtior omnibus tanta de seruulo loquitur,multò sanè magis nos de nostris id facere conuenit. Cùm ergo tam multa nobis commoda largiatur epistola, & certè necdum omnia diximus, audet quis adhuc superfluam dicere? Quantæ istud,quęso,temeritatis est? Intentè igitur audiamus obsecro,quæ Paulus scribit. Si enim tanta in ipso vestibulo lucrati sumus, plura profectò ex ipsa lectionis lucrabimur serie.

HOMILIA PRIMA IN epistolam ad Philemonem.

Paulus vinctus Iesu Christi & Timotheus frater,Philemoni dilectissimo,& cooperatori nostro, & Appiæ sorori charissimæ, & Archippo commilitoni nostro, & ei quæ in domo tua est ecclesiæ, gratia vobis,& pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Pro seruo hæc ad dominum scribit,in quibus ab ipso statim exordio illius † prudẽtiam suscipit, } nec sinit erubescere: Extinguit iram,vinctúmque seipsum vocans,compungit & contrahit,atq; ad cognitionẽ sui penitus reuocat,præsentiaq; omnia nihil æstimare persuadet. Si enim iniecta pro Christo vincula, non pudori, sed gloriæ sunt: quantò minus seruitus probro erit? Hæc autem loquitur,non vt seipsum prędicet,aut merita suę virtutis extollat,sed vt illius commodis cõsulat. Ostendit dignitatem suam,non sui gratia, sed vt gratiam facilius referat. ac si dicat: Propter vos hæc vincula tolero, quemadmodum & alio in loco dixit. Verùm illic prouidentiam,curámque monstrauit: hìc autem dignum se,cui fides haberetur, ostendit. Nihil ea gloriatione sublimius. Ego enim,inquit, Christi stigmata porto. *Vinctus Christi.* Propter ipsum quippe fuerat vinctus. Quis iam non reuereatur? quis nõ exhorreat, Christi audiens vincula? quis non & animam poneret, huiusce reuerentia nominis,nedum seruulum vnum? *Et Timotheus frater.* Assumit & alterum secum, vt à pluribus oratus facilius cedat,& gratiam tribuat. *Philemoni charissimo, & cooperatori nostro.* Si charissimus,non audaciæ, neque temeritatis est fidere, sed amicitiæ singularis indicium. Si cooperator itidẽ est, nec pro huiusmodi exorari facilè debet, verùm & gratias agere. Nam sibiipsi profectò largitur, cùm commune,atque idem ædificet opus, vt etiam si non rogeris,alia te necessitas vrgeat præstare,quod posceris. Si enim euangelio vtilis est, cùm tu euangelij minister sis,non rogari,sed rogare debes.

Et Appiæ dilectissimæ. Vxor Philemonis,quãtum ego arbitror,hæc fuit. Intuere diligẽtius humilitatem Pauli. Timotheum assumit secum precatorem, nec modò virum deprecatur, sed etiam vxorem, & alium quendam necessarium. *Et Archippo commilitoni nostro,* inquit.

Non ista imperio, & authoritate impetrare vult, & quidem cùm iure suo posit: neque dedignatur, si non continuò sibi pareatur, verùm ac si ignotus ignoto seriberet,& alios item rogat, vt se pro seruulo precantem inuent. Non modò enim à plurimis rogari, verũ & ad plurimos offerri preces multum habet virium ad impetrãdum. Idcirco ait: Et Archippo commilitoni nostro. Si militiæ socius es,in his quoq; te socium exhibeas necesse est. Archippus autem iste est,de quo scribit Colossensibus, dicens: Dicite Archippo, vide ministerium, quod accepisti in domino, vt illud impleas. Videtur autem

† animi fœcitatem detrahit,

Phil.1.b & 2.Tim.1.b

Gal.6.g

Coloss.4.d

1.Cor.7.d

1.Tim.6.a

autē mihi inter cæteros ecclesiastici ordinis viros fuisse numeratus: hunc itaque assumpserat secum,& commilitonem vocat,vt opem pro viribus ferat. *Et ecclesiæ quæ in domo tua est.* Nec seruos quidem hic omittere voluit. Sciebat enim sæpe fieri vt seruorum verba domini sententiam immutarent,idq; tunc maximè, cùm pro seruo rogatur,cùm illi fortassis in primis aduersus eum irritauerint dominum. Non ita permittit eos dare inuidię manus,dum eadem appellatione,qua dominos honorat: sed ne dominum quidē indignari sinit, dum illos nominatim appellare omisit. Nam si seruos quoque notasset ex nomine, forte indignationis causa domino non defuisset. Et vide quanta sit vsus prudentia,vt illos memorando ita honoraret,vt dominus nihil haberet,quod succensere posset. Nanque non sinit ecclesiæ nomen indignari dominos,si seruis connumerantur. Non enim nouit ecclesia,domini ac serui differentiam. Cæterùm ex probis & improbis actibus vtrūque discernit. Si igitur ecclesia est, noli ferre indignè, *Galat.3.d* quòd tecum appellatus est seruus. In Christo enim Iesu non est seruus,neq; liber. *Gratia vobis & pax.* Admonet illum per hæc peccatorum suorum. Considera, inquit,quanta tibi donauerit deus, quo modo gratia sal- *Matth.6.b* uus effectus sis,imitare dominum tuum. Dimittere ille debitoribus nostris in oratione nos docuit,si volumus ab ipso & nostra nobis dimitti. Si igitur imitari illum studeamus, permanet in nobis gratia: sin autem, illam *Ibid.18.d* amittimus. Nam & seruus ille quandiu immittis in cōseruum non fuit,neq; centum denarios exegit,permansit dominica in eo gratia: vbi verò debitum summa improbitate requisiuit,tunc iam sublata gratia tortoribus

Morale. traditur. Ista cogitantes,misericordes esse studeamus,& his, qui in nos peccāt,ignoscere facile assuescemus. Centum quippe denarij sunt,quicquid in hoc seculo admitti in nos potest: quæ verò in deum peccauimus,ipsa decem milia talenta sunt. Nostis enim peccata etiam pro personarum qualitate discerni, Exempli causa: Non enim æqualiter peccat,qui priuatum,& qui principem iniuriis violat, eò quòd maior offensa sit, quò is qui contumelias patitur,principibus cęteris eminet,ac longè grauior,si is fuerit rex. Atque iniuria quidem eadem est,cæterùm augetur pro dignitate personę. Quòd si is,qui in regē iniurioſus est,pro excellentia personæ meritò intolerabiliter cruciatur: qui in deum peccat,quantis afficiēdus est pœnis? Itaque & si eadem in deum peccauimus, quæ in homines, ne sic quidem vlla peccati parilitas est: sed tanta est vtriusque culpæ differentia,quantum inter deum & hominē distat. At † *quæ nō tā tū ob perso- nę dignitatem magna sint,sed etiā ipsa natura.* † nunc plura esse peccata comperio, † nō tantùm dignitate personæ, sed numeri quoque ipsa cumulatione.] Et licet terribile nimium sit, pauendúmque quod dicimus: necessariò tamen dicendum est, vt animum nostrum concutiat, & magis, magisq; perterreat. Longè enim magis hominem, quàm deum & metuere & honorare conuincimur. quod ita cōsidera: Qui adulterij scelus admittit, deum se videre non ambigit, sed eum sanè contemnit. Sin autem homo aliquis videat,libidinis impetum cohibet: nónne præfert homines deo: nō impiè in deum est cōtumelioſus? At quod multò funestius est,contemnit istum,illos reueretur: Nam siquidē ab illis videri se putat,cōcupiscentiæ continet flammā, immò non flamma illa,sed contumelia dicenda est. Si † *nō liceret nuliere vti,* enim † mulieri congredi esset licitum,] meritò ea res flamma diceretur: at nunc insania,& cōtumelia verius dicitur. Videt igitur homines,& insania desistit: dei autem patientiam spernit, longanimitatemq; non curat. Alius item furari pergit,sceleris sibi conscius est,& homines quidē fallere nititur, purgare se criminibus pergit,ac defensioni suæ probabilem faciē adiicit. Deum verò quem fallere nequit, non curat, neque honorat, neque reueretur. At si quidem iusserit rex alienis abstinere pecuniis,immò nostras exponere,omnes promptē ac libenter obtemperamus: iubet autem deus aliena non rapere,nec paremus. Vides vt homines deo in honore præferimus? Grauia sunt hæc,audituq; molestissima: sed opere ostendite, quàm grauia sint, crimenque horrendū vitare curate. Alioqui quo pacto vobis credere possum,dicētibus verba ista: Metuimus,& aggrauas nos. ipsi vos magis prægrauatis criminum onere: nam verba non grauant. At ego si quidē verbis annuncio,quæ vos factis ostēditis, indignè & grauiter fertis: id verò quàm sit iniquum, cernitis. Atque vtinam ego ista mendaciter prosequar: cupio nempe ipse in die illa mihi crimē impingi,quòd vos frustra culpauerim, quàm cernere tanti criminis reos. Non solùm autem ipsi homines præfertis deo, verū & alios cogitis. Nam & seruos plerique compulerunt & liberos. Alij quidem matrimonio nolentibus copulauerunt,alij verò ministeriis pessimis obsequi, & impuris amoribus, rapinis, cæterisque sceleribus cogunt,ac duplici se onerant crimine, vt iam neque necessitatis præsidio se tueri possint. Nam si ipse perperam inuitus facias,principis quoque imperiis obsequens,ne sic quidem erit iusta defensio: sin verò cogas alios perpetrare eadem, peccatum longè grauius,ac funestius fit. Quam enim iste iam sperare veniam potest, qui alienæ etiā perditionis author est? Hæc dixerim,non damnare aliquem volens,sed ostendere,quàm multa deo debeamus. Si enim cum pari honore hominem,deúmque prosequimur,iniuriam facimus deo: quantò magis cùm illi homines in honore præferimus? Quòd si ea quoque peccata, quæ in homines fiunt, † in deum potius admissa noscuntur: quā- † *in deum admissa,* tò magis peccatum ipsum,quo in deum peccamus,mole sua nos obruit?] Seipsum quisque si diligēter exami- *multò maiora esse osten* net,inueniet se cuncta hominum gratia facere. Quàm *dātur: quā-* verò fœlices essemus, quàm beati,si quanta propter homines gerimus, tanta propter deum ageremus? Et ibi *tò magis tūc* certè nihil aliud quærimus,quam gloriam,reuerentiā, *cū etiā peccatum ipsa* fluxa omnia,& temporalia: ex deo autem nihil nisi æter- *qualitate* num,nisi immortale referimus. Si igitur deo tam multa debemus, dignum est, vt tota animi alacritate his, *maius sit?* qui nos læserint, peccata donemus, vt maiorem inde gratiam referamus. Pellatur ex animo rancor omnis, malorúmque memoria perpetua oblitione deleatur. Nanque ad impetrādam nostris sceleribus veniam,nō pecunias impendere,nec aliud aliquid huiusmodi facere necesse est: sola sufficit bonæ voluntatis integritas. Non opus est in longinqua peregrinādo tranire, nec ad remotissimas ire nationes, nō pericula, nec labores tolerare,sed velle tātummodo. Quam ergo excusationem habituri sumus in his,quæ videntur esse difficilia, quando rem tanti lucri, tantæq; vtilitatis, nullíusq; laboris perpetrare negligimus? [Non potes pecunias cōtemnere?] non potes egenis res tuas distribuere: nō potes boni aliquid velle: nō vales remittere in te peccanti? Nam si tantorum nō esses sceleru reus,solumq; iuberet deus in te peccāti dimittere, nónne protinus obtemperare debueras? Nunc autē cùm tanta debeas deo, proximo dimittere negligis, iubente deo. Si fortè nos venerimus ad debitorem nostrum, omni ille nos officio susciꝑit,

cio suscipit, honorat, & largissimè officia humanitatis impendit: idq; cùm à fœnore nõ absoluatur, vt nos scilicet morans ad prorogandum sibi huiusmodi officiis prouocet. Tu qui tã multa deo debes, dimittere iuberis, vt plura recipias, & detrectas? Cur id, quæso? Me miserum, quanta est in nos benignitas dei? quanta nos ingratitudinis signa præferimus, quàm tepidi, quàm segnes sumus? Facillima profectò virtus est: non hic viribus corporis, non opibus, non pecuniis, non potentia, non amicicia, nõ alia quauis re opus est, solùm velle sufficit, resque tam vtilis, tamq; necessaria protinus mandatur effectui. Contristauit te quispiã, & probris ac iurgiis affecit, cogita quàm multa similia tu in alios, atque in ipsum dominum admiseris: sicq; eris ad veniã pro-
Matth.6.b nior. Considera quid orans loqueris: Dimitte, inquis, nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Animaduerte quo te pacto cõstringas. Nisi dimittas, dicere hoc tutè nõ præuales. Porrò si dimiseris, hoc quasi debitum repetis, non ex natura rei, sed
†Et vbinã ex bonitate donãtis. † Et vbi non] illuxit æqualis benignitatis indicium, vt qui conseruis dimittit, eorũ quæ ipse peccauit in dominum, veniam referat? Hac tamen tam singulari benignitate nos fruimur, quia creditor noster diues est in misericordia, & miserationibus. Cæterum vt ostendã tibi, & absq; his, etiã si non remissione potiaris, multùm te solùm remittendo lucrari: cogita qui huiusmodi est, quàm multos habeat amicos, vtq; per ora omniũ eiusce versentur laudes. Quàm bonus vir, quàm ad reconciliationem & misericordiam facilis, iniurias obliuisci gloriosum existimat: simul atq; vulnus excipit, curatus est huiusmodi vir: si quis fortè casus & tristis euentus excipiat, quis non misereatur? quis non peccanti protinus indulgeat? quis pro aliis petẽti, gratiam deneget? quis tam boni animi amicus, atq; obsequens esse non cupiat? Ita obsecro, cuncta huius causa faciamus, neq; modò in amicos & proximos, verum
Ephe.6.b & in famulos quoque misericordes simus. Remittentes enim, inquit, minas, scientes quia & vester dominus in cœlis est. Nempe enim si proximis nostris peccata dimittamus, si faciamus eleemosynas, si humiles simus, quippe & hoc nos peccatorũ onere leuigat: si enim pu-
Luc.18.c blicanus cùm diceret solùm, Deus propicius esto mihi peccatori, iustificatus descendit: & nos quoque si humiles, contritiq; fuerimus, magnã diuinæ pietatis promerebimur gratiam, si confiteamur peccata nostra, nosq; ipsos reprehendere non desistamus. Si inquã, hæc omnia fecerimus, multum scelerum ac sordium nostrarũ diluemus. Sunt enim plurimæ quę nos expurgant viæ. Omni igitur ex parte diabolũ expugnare studeamus. Nihil difficilè dixi, nil graue, nil molestum. Remitte ei qui te læsit, egeno miserere, humilia animã tuam. Quãlibet maximꝰ peccator sis, audeo dicere, cœlesti regno donaberis, cùm per huiusmodi opera & ipsa expies crimina, & omnium scelerum maculam diluas. Cõtingat vtinam nos omnes, enudata per confessionẽ conscientia, omniq; detersa criminũ labe, repromissis illic perfrui bonis, & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo sit patri sanctoq; spiritui gloria, honor, imperium, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia secunda.

GRatias ago deo meo semper, memoriam tui faciẽs in orationibus meis, audiẽs charitatem tuam, atque fidem, quã habes ad dominum Iesum, & in omnes sanctos, vt societas fidei tuæ efficax sit in agnitione omnis boni, quod no-

bis est in Christo Iesu, & cætera. Non statim ab exordio, ipsisq; principiis gratiã flagitauit, sed anteà virum admiratus, eiusq; virtutes dignis prosecutus laudibus, cùm charitatis & in eum suæ non paruũ addidisset argumẽtum: quòd semper in orationibus suis eius meminisset dixissetq; quòd multi in eo requiescerent, quódque in omnibus obtẽperaret & cederet: tunc & ipsam postremò postulat gratiam, eo ipso facilẽ sibi aditum parans. Nam si alij ex illo, quæ postulant, consequuntur: longè id magis debuit Paulus. Si ante alios veniẽs audiri meruerat: multò sanè magis cum aliis, & post alios pergẽs, cùm in primis non pro se rogaret, sed pro alio. Deinde ne videretur huius tantùm gratia scribere, quasi nõ aliàs scripturus, nisi Onesimus impelleret: vide quàm prudenter & alias epistolę adiecit causas. Primùm quidem ipsius charitatem insinuat, Deinde parari sibi etiã iubet hospitium. *Audiens*, inquit, *charitatẽ tuam.* Non vulgaris hæc laus est, sed insignis planè, maiorq; quàm si coram se vidisset. Constat enim hanc virtutem, nisi in eo fuisset eximia, non adeò potuisse innotescere, vt ad eius quoque aures perueniret, cùm tanta vtrunque terræ marisque intercapedo dirimeret. Nam hic, vt mihi quidem videtur, in Phrygia fuit, cuius rei indicium Archippus est, de quo scribit Colossensibus. Quippe Colossenses Phryges sunt, ad quos scribens Apostolus *Coloss.4.d* ait: Cùm lecta fuerit apud vos epistola, facite vt & in Laodicensium legatur ecclesia, & eam quæ † ad Laodi- *†ex Laodicenses*] ipsi legatis. Porrò hęc Phrygię ciuitas fuit. Oro, *cea est* inquit, vt societas fidei tuæ efficax fit. Vides vt antequã gratiam postulet, maiorem longè ipse præstiterit:

Vt, inquit, *societas fidei tuæ efficax sit in agnitione omnis boni, quod in vobis est in Christo Iesu.* Hoc est, vt omnem virtutis speciem impleas, nihilque tibi deesse patiaris. Ita enim fides efficax est, si habeat opera. Nam sine operi- *Iacob.2.d* bus fides mortua est. Nec ait, fides tua: sed, Societas fidei tuæ: illum sibiipsi coniungens, & vnum corpus ostendens, atque hoc ipso illum maximè, aptissimèque † conueniens.] Si socius, inquit, es in fide, debes esse & *†placãs & exorans* in cæteris socius. *Gaudium enim habemus, & multam consolationem in charitate tua: quoniam viscera sanctorum requieuerunt per te frater.* Nihil ita mouere eius animum potest, vt beneficia in alios communicata retexere, maximè cùm eis hic longè dignior, & venerabilior sit. Non quidem ait, cùm hæc aliis facias, quantò magis mihi denegare non debes, quod cæteris præstas: sed hoc ipsum tamen aliis verbis admonuit, lenius id quodam modo, & gratius expetens. Tu mihi, inquit, dedisti fiduciam postulandi ex his quæ in alios contulisti. *Et multam*, inquit, *consolationem.* Id est, nõ solùm lætamur, sed etiam consolamur: membra enim nostra illi sunt. Si igitur tantam oportet esse cõcordiam, consonantiámque membrorum, vt in aliorum requie, hi quoque qui in tribulatione sunt, quietis exortes, illorum tamen gratia exultent, quasi in totum corpus manante quietis beneficio: quantò magis & tu nobis requiem tribuisti? Neque verò ait: quoniam cedis, quoniã obtemperas: sed multò quidem vehementius, atque expressius: *Quoniam*, inquit, *viscera sanctorum per te requieuerunt.* Ac si enim paruulus charus nimium, atque amabilis parẽtibus sit: ita charitas & affectio, & indulgentia liberalis, eum indicat à sanctis nimiũ fuisse dilectum. *Idcirco*, inquit, *magnam habens in Christo fiduciam.* Inspice, quæso, quàm cautus incedat. Ne quid enim, maxima licèt vi charitatis expressum, auditorem fortè feriret, atq; ideo grauiter ferret: Ideo antequam diceret, imperãdi tibi, quia id graue

id graue videbatur, ac licèt ex charitate prolatũ curare potius posset, ex abundantia tamen magis secura præmunit, dicens, fiduciã habens: quod profectò Philemonem magni esse meriti indicantis est. ac si dicat: fiduciã tu nobis dedisti, neque hoc solùm, sed in Christo. Non ideo quòd sis in seculo clarior atque potẽtior, de te ista præsumimus: sed propter fidem, quam habes in Christum. Sicque demum addit, *Imperandi tibi*: etiam ne id quidem solùm, *sed etiam quod expedit*: hoc est, rationabilem rem. Et inspice obsecro, quàm multis ex locis sibi ad cor eius aditũ parat. Alios, inquit, & meipsum beneficiis foues, & propter Christum: & quia res rationabilis est, & quia charitas dat, *Propter quam magis obsecro.* ac si dicat: Scio quidem quòd etiam imperans facilè efficiam quod intendo, quod ex præcedentibus tuis operibus colligo: sed quia mihi huius rei magnũ studium est, obsecro. Vtrunque simul ostendit, quòd & †sibi Jcõfideret, quia imperauit: & quòd ea cura vehementer sibi cordi esset, obsecrat enim. *Talis*, inquit, **existẽs vt Paulus senex.* O ineffabilem bonitatem. quantis hũc modis aggreditur, quot ex partibus exorare pergit: ex personæ qualitate, Paulus enim: ex ætate, quia senex: ex eo quòd omnibus iustius, potentiúsque persuadet, *Quoniam vinctus Iesu Christi.* Quis oro, huiusmodi athletã innumeris victoriis clarum non obuiis exciperet manibus? Quis intuens vinctum pro Christo, non ei innumeras deferret gratias? Cùm itaque tam multis modis illius præparasset, ac mitigasset animum, non continuò adiecit nomen: sed post huiusmodi adeò insignẽ admonitionem differt adhuc. Nostis quippe dominorum aduersus fugitiuos seruos indignationem, & maximè si re familiari expilata diffugerint: quãlibet illi mites fuerint, ex accepto detrimẽto ira succrescit. Hanc igitur modis omnibus lenire contendit. Ac primum persuadẽs omnia, quecunq; illa sint alacriter subministrare. Cùm iam animum ipsius ad omnem parasset obedientiam, tunc iam quid velit, adiũgit, & dicit: *Obsecro te.* Et adiicit laudes, cùm infert, *Pro filio meo, quẽ ego genui in vinculis meis.* Rursus vincula quæ placãdi ac exorandi vim habent, & tũ demum nomen apponitur. Non modo enim extinxit iram, verùm & magna iucũditate repleuit. Nequaquã, inquit, illũ vocarem filium, nisi esset valde approbatus, & vtilis. Illum deniq;, ac Timotheũ eodem appello nomine. Vbi verò plurimis in locis suum declarasset affectum, ex partus quoq; tempore sui reuerẽtiam indicit. Vinctus, inquit, illum genui: vt ex hoc amore dignior honore censeatur, quòd esset inter ipsa certamina, & in ipsis pro Christo tentationibus editus. *Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit.* Vide quàm prudenter ipsius delictũ confitetur, vt eo ipso extinguat iracundiam domini. Scio, inquit, quòd inutilis fuerit, *Nunc autem & tibi & mihi vtilis erit.* Non ait, nunc autem tibi vtilis erit, ne ille non crederet: sed personam quoq; introduxit suam, vt ex hoc ille dignius sperare meliora potuisset. Nunc autẽ, inquit, & tibi & mihi vtilis. Si enim Paulo futurus est vtilis, qui tantã virtutis & perfectionis diligentiam exigit, quantò amplius domino? *Quẽ remisi ad te.* Et hac ex parte iracundiã mitigat, cùm illum in manus domini tradit. Tunc enim maximè domini indignari solet, cùm sibi pro absentibus preces porrigũtur. Hoc igitur ipsum in primis est, quod eius animũ, furorémque compescit omnem. *Tu autem ipsum suscipe*, †vt Jviscera mea. Et hîc rursus non simpliciter posuit nomen, sed etiam vocem adhortantis adiecit, quæ longè plus habet virium, quàm si filium diceret. Dixerat filium: dixerat, quem in

ipsi.

**ἀγαπητὸς γὰρ, id est, cũ talis sis, vel, cùm talis sim, in prima persona: vt Chrysost. accipit atque etiam Theophyl.*

†hoc est,

A vinculis genui, vt ex eo maximè videretur amabilis, q̃ esset in pressuris & in tẽtationibus genitus. Quòd enim illis maximè filiis afficiamur, quos inter pericula, vel etiam post euitata pericula gignimus, testimonio scripturæ comprobatur, quæ Beniamin delicatũ patri Iacob filium ex eo manifestat, quòd hũc moriens mater ediderit, appellauitq; Beniamin: hoc est, filiũ doloris mei. Tu autem ipsum, inquit, †vt Jviscera mea suscipe. Et ex his verbis magnitudinem charitatis ostendit. Non ait, recipe: non dixit, ne irascaris: sed, suscipe: hoc est, nõ modò veniam, sed honorẽ quoque promeretur. Est enim Pauli filius effectus. *Quem ego volebam pro te retinere, vt ministraret mihi in vinculis euangelij.* Vides quàm multa †perstrinxerit, vt illum domino venerabilẽ faciat? Et inspice, quæso, quàm id sapienter efficiat. Inuenisti, ait, quo pacto mihi per illum ministrare possis. Ostẽdit his verbis †sibi J potius, quàm seruo prospicere, cùm se illo nimis egere significat. *Sine consilio autem tuo nihil volui facere.*

Gen.35.c

†præstiturus, & tunc in domini honorẽ perduxerit? *ipsi.*

B

Istud est quod in primis dominum flectit, quando & res vtilis est, & sine illius tamen sententia non attentatur: & addit, *Vt ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium.* Sciebam enim, inquit, quòd si nõ fuisses prænonitus, sed repẽtè factum cognouisses, ne sic quidem ægrè, aut indignè ferres: verùm te malui ex abundanti commonere, vti ne veluti ex necessitate bonum tuum esset. *Forsitan ideo discessit ad tempus, vt in æternum illum reciperes, non iam vt seruum.* Rectè, Forsitan, posuit, vt facilius crederet dominus. Quia enim ex elatione, aut peruerso corde, nec ex voluntatis rectitudine fuga illa processerat, dicit Forsitan: neq; ait, ideo fugit: sed, ideo separatus est, honestiori vsus vocabulo. Neque seipsum separauit dixit. Non enim hoc ille molitus est, vt huius rei gratia

C

discederet. Quod & Ioseph cùm fratres alloqueretur, eorumq; causam ageret, ait, Deus huc me misit: hoc est, malicia vestra bene vsus, atque vtiliter: ideo, inquit, ad horam separatus est. Et tempus contrahit, & peccatum confitetur, illúdque in dispensationem vertit. Vt in æternum illum reciperes, ait. Nõ in præsenti tantùm seculo, sed in futuro etiã. Vt eum semper habeas, iam nõ vt seruum, sed vt seruo longè chariorem. Seruus quidẽ est, sed maiori illum beneuolentia fouebis, quàm si frater esset. Itaque & temporis, & qualitatis ratione lucratus es: iam enim abs te vltrà non resiliet. *Vt in æternum*, inquit, *illum recipias, iam non vt seruum, sed* †*pro seruo* Jcharissimũ *fratrem, maximè mihi.* Seruum ad modicum amiseras, & fratrem perpetuò reperisti, fratrem nõ modò tuum, sed etiam meum. Magnum ex hoc eximiæ virtutis testimonium. Si meus, inquit, frater est, profectò non erubesces & tu illum habere fratrem. Ex eo igitur quòd hunc filium dixit, singularis affectus indicium dedit: ex eo autem quòd & fratrem appellauit, magna illum beneuolẽtia, & pari secum honore dignũ profectò declarauit.

Gen.45.b

†supra seruum.

D

Ista non sine certa ratione scripta sunt, sed vti ne †seruos peccãtes despiceremus, Jneque illis domini nimis immineãt: sed crimina discamus ignoscere eis, qui sunt huiusmodi, ne semper seueri, semper asperrimi simus, ne seruitutis prætextu, si boni fuerint, socios illos in omnibus assumere erubescamus. Si enim Paulus nõ erubuit huiusmodi appellare filium, & viscera, & fratrẽ, atq; charissimũ: cur obsecro, nos erubescamus? Et quid dicam Paulus? Pauli ipse dominus nõ erubescit seruos nostros fratres suos appellare, & nos erubescimus? Vide quanto honore nos prosequitur. Seruos nostros vocat fratres suos, & amicos, & cohæredes. Ecce, vbinam res deducta est? Quid nos fecisse putabimus, dũ cuncta

Morale.

†de seruis peccãtibus desperaremus.

Matth.22.d & Rom.8.f

Universidad de Deusto
Biblioteca

gesserimus? Nihil omnino promouimus, sed quantunlibet nos humiliauerimus, magna ipsius virtutis pars adhuc reliqua erit. Cur id quæso? Quia tu quæcunque gesseris, erga conseruos facis: at verò dominus seruis omnia facit. Audi & exhorresce, & nunquam de humilitate eleueris. Fortè ridetis, quia diximus humilitatem attollere, sed desinite mirari. Extollit illa, nisi vera & germana fuerit: quo nam id modo? Est ea ars profectò diabolica, vt quemadmodum plures, eò quòd inanem gloriam vicerunt, gloriantur inanius: ita & quia se humiliauerunt, extolluntur. Verbi gratia: Venit quispiam frater, aut etiam seruus, suscepisti eũ, lauisti pedes, continuò magna sapere cœpisti. Fecisti quod nemo, humilitatem consecutus es. Ea te cogitatio extollit, immò ex alto potius deiicit. Vnde igitur possit quis solidè in humilitate persistere? Si præceptum domini semper animo versetLuc.17.c quo ait: Cùm feceritis omnia, dicite, serui Philip.3.c inutiles sumus. Et rursus si orbis magistrum dixisse meminerit, Ego me non arbitror comprehendisse. Ille solus humilitatem animi verè consecutus est, qui sibiipsi persuaserit, quãtunlibet peregerit, nihil se magnum gessisse, qui nec ad finem peruenisse arbitratur. Complures ex humilitate in superbiã elati sunt, sed nos ne obsecro id patiamur. Fecisti aliquid humile, noli magnum Luc.18.c sapere, alioquin omnia perdidisti. Eiusmodi fuit pharisæus ille elatus, intumuit quòd pauperibus decimas daret, totúmq; amisit. Non sic publicanus ille, qui quoniam se humiliter agnoscebat, iustificari præ illo me- 1.Cor.4.d ruit. Audi rursus dicentem Paulum: Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Vides quàm se nõ extulerit, sed modis omnibus presserit, atque humilior euaserit, idque cùm ad supremum virtutis culmen peruenisset? Tres etiam pueri ignib⁹ iniecti, quid Daniel.3.c in media fornace dicebant? Peccauimus cum patribus nostris, iniquitatem fecimus. Istud contriti cordis indicium est, idcirco dicere poterant: Sed in corde contrito, & spiritu humilitatis susceipiamur. Ita & cùm in fornacem incidissent, humiliores, quàm anteà fuerant, †euaserunt. †claruerunt. Nam postquàm miraculum illud circa se patratum viderunt, seipsos salute indignos arbitrãtes, ad humilitatem protinus conuersi sunt. Nam vbi penitus hæserit animo nos multa præter meritum percepisse beneficia, tunc maximè angimur, si fuerimus grati. Sed enim illi quid vltra meritorum perceperunt modum? Seipsos fornacis incendiis tradiderũt, peccantibus aliis, ipsi in captiuitatem fuerant adducti: iuuenes adhuc, nec murmurauerunt, non irati sunt, neque dixerunt: Quid putas? hæccine ex diuino famulatu lucrati sumus? regi impio, & crudelissimo traditi sumus, nihil profecimus, debitam illi cultus impendentes reuerentiam, vnà cum idololatris ab impiissimo rege torquemur, in captiuitatem deuenimus, excidimus patria libertate, atque omni ritu patrio priuati sumus, captiui & serui facti sumus, immiti ac barbaro seruimus domino. Nunquid huiusmodi aliquid dixerunt? Non. Sed quid? Peccauimus, iniquitatem fecimus. Nec pro se tãtùm, sed pro aliis fundunt preces, & dicunt: quia regi immitissimo, & iniquissimo traditi sumus. Daniel item Dan.14.g secundò in lacum leonum iniectus, ait: Recordatus est enim mei deus. Cur obsecro Daniel, tui recordatus Ibidem.2.d non esset? Nónne illum glorificasti coram rege, dicẽs: Et ego non in sapientia, quæ est in me? Non ideo in lacum missus es, quia nequissimo illi decreto non obtemperasti? Nónne ipsius gratia nunc quoque in lacum iniectus es? Ita sanè, inquit, sed multorum tamẽ illi debitor sum. Quid iam nos dicturi sumus, qui multis peccatorum ruderibus pressi, humilitatis tamen gratiam, & singulare præsidium occupare negligimus? Audi quid & Dauid dixerit: Quòd si dixerit mihi, nolo te, ecce e- 1.Reg.15.f go, faciat mihi quod acceptũ est coram se. Poterat certè sua plurima rectè facta proferre, sed humilia sentire & dicere maluit. Heli etiã, Dominus, inquit, est: quod gra 1.Reg.3.d tum est coram se faciat. Istud satis cõgruit fidelibus seruis, non modò inter beneficia, sed in ipsis quoque suppliciis & cruciatibus deo gratias agere, eique omnia accepta referre. Quàm verò inepti sumus nos, qui cũ dominos seruis plagas inferre viderimus, parcere illis cũ sint iuris sui non ambigimus: deum verò his, in quibus fuerit castigandis seuerior, iustis parciturũ dubitamus? Hoc sanè Paulus significans ait: Siue viuimus, siue mo- Roma.8.c rimur, domini sumus. Non vult sibi quis †opus} immi- †opes. nui, nouit quo hunc verberis genere cædat, filium huic spem posteritatis tollit. Nemo nostrum sibimet illo amplius parcit, qui cùm non essemus, nos esse cõstituit: qui Solem oriri facit, & pluit, qui inspirat animam, qui filiũ suum pro nobis dedit. Verùm vt ad id redeã, vnde digressus sum, & cuius gratia hæc omnia dixi. Si humiles simus, vt decet: si mites ac mansueti, vt oportet, non sit nobis ea humilitas elationis occasio. Humilis es & cunctis abiectior, noli idcirco inflari, neque exprobres cęteris, ne perdas gloriam tuam: ideo nempe te humilias, vt arrogantiam fugias. Quòd si per hanc in arrogantiam corruas, melius fuerat non humiliari. Audi enim quid apostolus dicat: Et per ipsum, inquit, mihi opera- Rom.7.b tur mortem, vt fiat nimium peccans peccatum per mãdatum. Quoties tibi subrepit elata cogitatio, quòd quasi humilitatis culmen occupaueris: considera quo nam vnde descenderit dominus tuus, & tũc desines teipsum admirari & laudare: immò te, & tua omnia ridere cogeris, cùm ex collatione dominicæ humilitatis, nihil te omnino profecisse cognoueris, debitorẽ te semper existimans. Quæcunque operatus fueris, illam semper parabolam animo versa: Quis ex vobis habẽs seruum, in- Luc.17.b quit, qui ingresso dicat recumbe, nõ dico vobis, sed sta, & ministra mihi: nunquid gratias habemus seruis nostris ministrantibus nobis? At verò deus nobis gratias habet, non seruiẽtibus sibi, sed quod expedit nobis agẽtibus. Veruntamen non ita afficiamur, aut hac illi intentione famulemur, vt nobis ille gratias habeat, sed vt quod est muneris nostri impleamus, debitumq; persoluamus. Nam re vera omnia, quæ agimus nos, ac si debitum deo tenemur exoluere: nam si cùm seruos pecunia emimus, semper illos nobis viuere volumus, & iuris nostri esse quæ habuerint omnia: quantò magis is, qui nos ex nihilo cõdidit, & esse qui antè non fuimus, fecit, qui postmodum proprio nos ac precioſissimo redemit sanguine: tantumq; se deiecit nostri gratia, quantũ nemo pro filiis chariſſimis faceret: qui de summa cœli arce, ac paternis sinibus ad nostra infirma descẽdit, qui sanguinem effudit suum, sui nos iuris esse vult? Si igitur mille haberemus animas, eásq; pro illo poneremus omnes, putâsne dignum aliquid illius charitati retribuere posſemus? Minimè id quidẽ. Cur, quæso? Quia cùm ille nihil deberet nobis, hoc fecit ex gratia: nos autem ex hoc illi debitores sumus. Atque ille deus cũ esset, seruus factus est, neq; morti obnoxius in mortẽ venit, carne susceptа. Nos verò, etsi pro illo animas non poneremus, naturę lege posituri eram⁹, ac etiã inuiti paulò pòst excesſuri ex vita. Eadẽ & in pecuniis ratio. Has enim etsi illius gratia non demus, mortis tamẽ necessitate linquemus.

Ita &

Ita & de humilitate sentiendum. Nam etsi ipsius gratia humiliari renuimus, pressuræ nos, & clades, potentiorúmque metus vel inuitos humiliabunt. Vides gratiæ singularem eminentiam? Non dicit, quid enim magnũ faciunt martyres? & si pro meo nomine non moriantur, omnino morituri sunt. Sed magnas illis gratias habet, quia sponte deponunt, quòd paulò pòst naturæ iure deponerent. Non ait, quid enim magni agũt, qui pecunias sponte dispergũt, quas velint nolintve, relicturi sunt: Sed multam his quoque habet gratiam, neque erubescit fateri coram omnibus, quòd à seruis cibatus fuerit dominus. Est enim & hoc ad gloriam domini, si seruos habeat gratos, & illum sic diligant serui: quòd item quæ illorum sunt, suis iuris efficiat, idque coram omnibus non erubescat confiteri. Reuereamur immẽsam charitatem Christi, incalescat animus, excitetur affectus. Audiuimus quòd nos ille maximè omnium diligat, accẽdamur & nos ad amorem eius. Honoremus illum præ omnib⁹, reddamus vel ex parte amori eius vicem. Dominus noster nos adeò diligit, & torpore frigescimus, nec expergiscimur. Ne, quæso, simus adeò desides circa nostrarum salutem animarum, sed totis viribus illum diligamus, omniáque pro illius dilectione impendamus, animam, pecuniam, gloriam, & alia omnino omnia, gaudentes, gestientes, prompti, alacres, nõ quasi illi, sed vt nobisipsis præbituri, quæ illius amore gesserimus. Ea quippe est amãtium lex, vt se tum demũ fœlices putent, cùm aduersa pro his quos diligũt, sustinent. Ita igitur & nos erga dominum nostrum afficiamur, vt futurorum bonorum participes esse mereamur, in Christo Iesu domino nostro, cum quo est patri, sanctóque spiritui gloria, & honor, & imperium, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia iij.

SI igitur habes me socium, suscipe illũ sicut & me. Si quid verò te læsit, aut debet, hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi manu mea. Ego reddam, vt ne dicam tibi, quòd & teipsum mihi debes. Ita frater ego te fruar in domino: refice viscera mea in Christo. Confidens in obedientia tua scripsi tibi, sciens, quoniam & super id quod dico facies. Simul & para mihi hospitium: nam spero per orationes vestras donari me vobis. Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu, Marcus, Aristarchus, Demas, & Lucas coadiutores mei. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro, Amen. Nihil tantam impetrandi vim habere solet, quantam non simul omnia petere. Vide enim post quantas laudes, post quantum apparatũ, magnum hoc posuit. Cum dixisset illum filium suum & euangelij socium, cùm sua eũ appellasset viscera, & dixisset, Vt fratrem illum recipe, & vt fratrem illum habe: tunc addidit, Sicut & me. Nec istud erubuit Paulus, quia enim fideliũ seruus non erubescit appellari, nec modò erubescit, verùm id & liberè, & gratis cõfitetur: multò minus ita profiteri de se renuit. Id autem est: Si mecum eadem sentis, si eãdem curris viam, si amicum arbitraris, suscipe illum, quem & ego meũ suscepi. Et vide quàm cautè postremò addidit culpam: quia enim maximè rei pecuniariæ iactura angi homines solent, ne quid huiusmodi obiiceret, consupta quippe fortè erat pecunia furto sublata. Non ait, Si quid furatus est: sed, si quid te læsit. Simul & peccatum confitetur, & non veluti serui peccatum, sed quasi amici ad amicum, iniuriæ magis vsus, quàm furti nomine. Hoc, inquit, mihi imputa: id est, à me debitum exige. Quanta verò cum spirituali gratia id agit: *Ego*, inquit, *Paulus scripsi manu mea.* Gratè nimium illi verecũdiam incutit, siquidem ipse illum detrectaret admittere, pro quo Paulus literas huiusmodi scribere non renuisset. Atque ex eo quod sequitur, omnem ab eo sensum iracundiæ repulit: manu, inquit, mea scripsi. Nihil hisce visceribus gratius, vel vehementius, nihil quod maiorem vim studij, & alacritatis ostendat. Pro viro vno quàm eximiam ostendit prouidentiam. Vt non dicam, inquit, quòd & teipsum mihi debes. Deinde ne putaretur cõtumelia in eum, qui rogabatur admitti, si pro furto non ausus esset orare, & quod orabat consequi desperasset, quàm pulchrè & istud cõsolatur: vt non dicam, inquit, quòd & teipsum mihi debes, non modò tua, sed & teipsum. Et hoc ex charitate, & ex amicitiæ lege, & quòd illi valde confideret, dixit. Et inspice quàm vbiq; vtriusque rei curam gerat, & quòd magna cum fiducia roget, & vt hoc vehementis fiduciæ illius argumentum sit. *Ita frater.* Quid sibi hoc vult? suscipe eum. Omisso interim grato illo verborum vsu, ad priora rursus ac seria vertitur, quãquam & ista seria sunt, Quæ enim sancti protulerũt, grata licèt ac dulcia, seria sunt. *Ita*, inquit, *frater ego te fruar in domino, refice viscera mea in Christo.* Hoc est, non mihi, sed domino gratiam des. *Confidens de obedientia tua scripsi tibi.* Quem lapidem ista non flecterent, non emolirent? Quam immanem licèt beluam hæc non in mansuetudinem verterent, ipsúmque humanissimè suscipere persuaderent? Cùm tanta virtutum testimonia illi præstitisset, nõ renuit etiam denuò causam ipsius tueri. Neque verò imperio vsus, atque authoritate hæc scribo, sed confidens de obedientia tua scripsi tibi: quod etiam in principio dixerat, fiduciã habens: hoc & modò, cùm signaret epistolam. *Sciens, quoniam & super id quod dico, facies.* Habẽt ista magnam hortandi atque exorandi vim. Erubesceret enim profectò, & si ob nihil aliud non id faceret quod admonet, vel ex eo certè, quòd hanc ille de se habet opinionem, super quam diceret ipse esse facturum. *Simul autem & para mihi hospitium, spero enim per orationes vestras donari me vobis.* Et hoc vehementer confidentis erat indiciũ, immò & pro Onesimo in primis faciebat, ne illi negligerent: sed scientes illum omnino venturum atque auditurum, vt sese habuerint aduersus eum, omnem iniuriæ memoriam deponerent, & proptiores ad gratiã essent. Grandis enim erat præsentis Pauli honor & gratia: Pauli, inquam, post ætatem senectutis expressam, post commendata sæpius vincula. Rursus hoc ipsorum charitatis argumentum est, vt orent ipsum sibi iterũ dari. Etsi enim, inquit, modò in periculis sum, tamen si oratis videbitis me. *Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu.* Hic fuerat à Colossensibus missus, vt ex hoc etiam constet inde fuisse Philemonem. *Coloss. 1. b*
Concaptiuum etiam vocat, ostendens & ipsum in multa esse pressura. Itaque & si non propter illum ipsum, propter hunc saltẽ debuit audiri. Qui enim in afflictione positus seipsum negligit, vt aliorum prospiciat commodis, omnino meretur audiri. Præterea & ex hoc illi verecundiam adducit, si ciuis eius & cõcaptiuus simul affligitur, ipse verò pro seruo rogatus, gratiam præstare nolit. Addit, concaptiuus meus in Christo Iesu: ac si dicat, propter Christum. *Marcus, Aristarchus, Demas, Lucas, cooperatores mei.* Quid ergo Lucam extremum ponit in ordine? Nempe alibi dicit: Lucas solus est mecũ. *2. Tim. 4. c*
Et Demas quid hic ponitur, vnus ex his qui reliquerãt eum, & præsens seculum dilexerunt? Hæc autem etiam alio in loco dicta sunt: indiscussa enim dimitti minimè oportet. Neque enim simpliciter, aut fortuitu posita sunt. *Ibidem.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta sunt. Quo pacto autem illum eos salutare dicit, qui A
Ibidem.d se deseruerat? Eraſtus enim, inquit, mansit Corinthi. Epaphram vt eis cognitum, & inde oriundum addidit: & Marcum itidem qui erat & ipse mirabilis. Sed Deman quid? Fortassis postmodum negligentior factus est, cùm pericula plurima cerneret. Lucas itaque qui vltimus erat, factus est primus. Et ex his ergo illum salutat, vt ad dandam gratiam pronior sit. Cooperatores autem vocat, vt ei ad id stimulos addat. *Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro, Amen.*

Epistolam oratione concluſit.

Morale. Est autem magnum quoddam, & salutare bonum oratio, animarumq; nostrarum firma custodia, tutissimumq; præsidium: sed ita demum si dignè vixerimus, neque nos per mala opera omni merito ac virtute priuemus. Et tu igitur cum accesseris ad sacerdotem, illeque dixerit, miserebitur tui deus fili: noli verbo solo confidere, verùm opera adiice, fac opera misericordia digna. Benedicet te deus fili, si quidem digna benedictione peregeris: benedicet, si pauperi eleemosynã tribuas. Nam quæ à deo cõsequi volumus, ea prius proximis debemus impendere. Quòd si proximis opem de-
Matth.5.a negamus, quo modo dei imploramus auxilium? Beati enim, inquit, misericordes, quoniam ipsi misericordiã consequentur. Si enim homines miserentur eorum qui sunt huiusmodi, multò magis deus: eis verò qui nõ mi-
Iacobi.2.c serentur, non sic. Iudiciũ enim absque misericordia ei, qui non fecit misericordiã: Bona res misericordia. cur igitur hanc non exhibes alteri? Vis tibi ignosci delicta, quid ergo in te peccanti ipse non ignoscis? Accedis tu ad deum, regnum cœlorum postulas, cùm ipse pecuniã deneges postulanti. Idcirco misericordiã minimè consequimur, quoniam non miseremur. Sed dices: At istud quoque ad misericordiam pertinet, eis qui non miserẽtur misereri. Cur id quæso? Nempe qui crudelem & immittem, & qui proximũ *mille affecerit incõmodis*, humanitatis officiis fouet, quo pacto misericors erit? Quid ergo, inquies? Nonne & lauacrũ nos innumeris peccatis obnoxios abluit atque saluauit? Eripuit nos illis quidem, verùm nõ ideo, vt malum faciamus. Si enim mortui sumus peccato, quo modo adhuc viuemus in illo? Quid ergo? Peccabimus, quia nõ sumus sub lege? Absit. Idcirco te illis eripuit, vt nõ ad eam ignominiã redeas. Quippe & medici, febre laborãtes eo incendio liberãt, nõ vt sanitate abutãtur in malũ atq; in perniciem suã. Nam præstaret morbo consenescere, quàm ea ratione sanum fieri, vt in lectum deterius decidat: sed vt discẽtes infirmitatis incommoda & mala, nõ iam in eadem D incidant, vt sanitatem charius amplexi, omnia gerant, quæ ad eam conferre possint. Vbi est igitur, inquies, dei
† saluet? Sæpius enim audio illa infinita clementia, nisi & malos † sæpius saluet? Audio enim plerosque ista dicere: Quia benignus est, omnino saluabit omnes. Ne itaq; nos frustra fallamus, memini quippe hac de re locuturum aliàs fuisse pollicitũ. Agè hinc hodie verba faciamus, superioribꝰ diebus ad vos de gehenna disserui, differens in aliud tẽpus de dei clemẽtia loqui, hodie debitũ reddere conuenit. Quòd itaque gehenna sit, satis, vt reor, ostendimus, diluuio in medium adducto, maliſque prioribus, cum diceremus possibile non esse, vt qui illa intulisset, peccantes modò impunitos esse permitteret. Si enim eos, qui ante legẽ peccabant, tanta seueritate puniuit, eos qui post gratiam deteriora peccarunt, qua ratione impunitos dimissurus est? Quærebamus igitur, quo modo igitur bonus, quo modo clemens diceretur: sermonèmque distulimus, ne prolixitate nimia vestras obrueremus aures. Hodie ergo reddamus quod discutere promisimus, quo modo sit bonus deus, atque vnde bonus, si quidem cruciat. Nãque & aduersus hæreticos hic sermo cõuenit. Itaque intentè accipite. Cum nihil nostri indigeret deus, sola bonitate condidit nos. Quòd enim nullo egeret, ex eo liquet, quòd postremò creauit hominem. Nã si nostri eguisset, profectò longè antè fecisset. Si autem & sine nobis prius erat, nos autem sumus posterioribus temporibus conditi, nos vtique cùm nostri non egeret, fecit. Cœlum quoque, terram, mare, & quæ in eis sunt, propter nos condidit omnia. Quantæ hoc benignitatis indicium? Plura quidem in hanc partem dicere possemus, sed breuitatis causa paucis cõtenti erimus. Qui Solem suum facit oriri super bonos & malos, & *Matt.5.g* pluit super iustos & iniustos, nõnne supremę bonitatis? B Non, inquiunt. Nam cùm aliquando cum quodã Marcionita contenderem, eumq; ita compellarem: asseruit hoc bonitatis illius indicium videri posse, si peccatorũ rationem minimè exigeret: si autem hanc exigit, nõ esse illa bonitatis indicia. Non ille quidem modò adest. Agè ergo, quę tunc dicta fuere repetamus, atque illis etiam plura. Ego enim ex abundanti ostẽdam illum, nisi rationem exigeret, non esse bonum: atque ideo in primis esse bonũ, quia hanc exigit. Dic enim quæso, nisi ille à nobis rationẽ exigeret, essẽtne vita humana? Nõnne feris quoque ipsis immaniores euaderent homines? Si enim metu quoque pœnarum ac iudiciorum imminente, pisces transgressi sumus inuicem deuorãtes, leones ac lupos quoque transcendimus, dum singuli quæ C sunt aliena diripimus, nisi rationem à nobis exigẽdam pro indubitato teneremus, quanta confusio res humanas inuolueret? Quis iam labyrinthus mũdanas perplexitates posset æquare? Quàm plena omnia iniquitatis ac temeritatis vidisses? Quis esset reueritus patrẽ? Quis pepercisset matri? Quis vllum voluptatis, vllum vicij genus omisisset. Quòd autem hæc ita se habeant, ex vestra sola domo conabor ostẽdere. Si seruis alicuius vestrũ, qui ista proponitis, persuadeatur, quælibet in vos patrauerint, siue illi iugum dominationis excutiant, siue in corpora ipsorum dominorum effrenata ferãtur audacia, siue asportent omnia, siue singulà moueant loco, & vniuersa cõfundant, & deteriora etiam hostibus faciãt, illi non intentabunt minas, nec cruciatus admouebũt, nec digna plectent pœna, nec verba quidẽ molesta audient: num ista bonitatis esse videntur? At ego summę immanitatis esse monstrabo, non modò per hanc planè insulsam benignitatem vxores ac filios prodere, verùm illosipsos prę cæteris perire permittere. Nanque & ebriosi, & impudici, ac petulantes, & iniurioſi, bestiisq; omnibus stolidiores euadent. Hæccine oro benignitatis est ingenuam pessundare animam, & nosipsos atque alterutrum perdere? Vidésne vt pœnas repetere, id tandem clementiæ plenum sit opus? Et quid seruos dicam per huiusmodi impunitatem ad scelera promptius currere? Et filios si quis impunè permittat cũcta præsumere, neque castiget errantes, ad quę non prærupta viciorum euasuri sunt? Quòd si corã hominibus ea castigatio meretur laudem, ac bonitatis insigne est, esset autẽ non castigare crudelitatis: quantò magis id in deo erit? Igitur quoniã supremè bonus est, idcirco gehennę prę-parauit incendia. Vultis & alia ex parte diuinam agnoscere benignitatem? Non modò eo metu coërcet improbos, verùm & qui boni sunt, nõ eos sinit fieri malos. Nam si nulla esset meritorũ discretio, neque secundum

opera

opera cuique præmia recompenſarentur: omnes profectò mali fierent. At nunc quoque iſtud non mediocriter conſolatur bonos. Audi denique quid propheta
Pſal.57.b teſtatur: Lætabitur iuſtus cùm viderit vindictam impij, manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris. Nõ gratulando inſultans, abſit, ſed metuens, ne patiatur eadẽ, emendare intima ſua, vitámque omnem corrigere ſtudet. Quantæ verò iſtud ſolertiæ, quantæq; prudentiæ eſt? Ita ſanè inquies, ſed ſi tantummodo comminatus eſſet, non etiam ſupplicia inferret, ſatis eſſe poterat. Si modò, quando ſupplicia infert, minas tamen eſſe arbitraris, atque ideo negligentior fis: ſi reuera tantummodo minatus eſſet, tũc omnino deſidiæ manus dediſſes.
Ion.3.b Niniuitæ ſi ſciſſent minas ſibi tantùm intẽtari, nunquã profectò pœnitentiam egiſſent. Quoniam verò pœnituerunt, ad verba vſque minæ illæ peruenerunt. Si vis eas minas ſiſtere, in tua poteſtate eſt. Melior euade, & ad verba vſque minæ deſæuient: ſi autẽ contemnis minas, quod abſit, rem ipſam experieris. Hi qui ſub diluuio fuere, ſi minas timuiſſent, nũquam ad experimentum rei perueniſſent. Et nos itaq; ſi timuerimus minas, facta nõ ſuſtinebimus. Præſtet omnipotẽs & miſericors deus, vt nos omnes ita hîc reſipiſcamus, atque ita pœnitentiæ præſidium arripiamus, vt bonis illis ſempiternis frui mereamur: quibus vtinam nos digni inueniamur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cũ quo eſt patri, ſanctoq; ſpiritui gloria, imperiũ & honor, nũc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Expoſitionis diui Ioannis Chryſoſtomi epiſcopi Cõſtantinopolitani, in epiſtolam beati Pauli apoſtoli ad Philemonem, Ambroſio Camaldulenſi interprete, finis.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI *Archiepiſcopi Conſtantinopolitani expoſitio in epiſtolam ad Hebræos, ex annotationibus & commentariis ipſius, poſt eius obitum à Conſtantino presbytero edita, Mutij Scholaſtici interpretatione, nunc denuo ad Græcum exemplar per Philip. Montanum recognita. Verũ quandoquidẽ illud plerúmque corruptum eſſet, quædã ex Mutij interpretatione, qui fortaſſe emẽdatius græcum exẽplar nactus fuerat, retinuimus, & margini adſcripſimus præfixo aſteriſco.*

PRAEFATIO.

BEATVS Paulus ad Romanos ſcribẽs dicit: Quatenus ego ſum gentiũ apoſtolus diligenter miniſterio meo perfungor, ſi quo modo ad æmulandum prouocem carnem meam. Et rurſum alibi: Nam qui efficax fuit in Petro ad apoſtolatum circunciſionis, efficax fuit & in me erga gentes. Si igitur gentium apoſtolus erat: nanque & in

A Actis ad ipſum dicit deus, Vade, quia ad gẽtes longinquas mittam te: quid ei negocij cum Hebræis fuit? aut cur etiam ad ipſos epiſtolam miſit? præſertim cum illis exoſus eſſet, vt ex multis locis perſpicuũ eſt. Audi enim quid Iacobus ad eũ loquatur: Et hi omnes audierunt de te, quòd defectionem doceas à lege: & multæ ſæpe queſtiones ea de re ſunt ei exhibitæ. Roget igitur aliquis, cũ legis eſſet peritus, vtpote ad pedes Gamalielis edoctus, & magno erga eam zelo affectus, ac proinde valde idoneus ad confundendum aduerſarios, cur nõ ad Iudæos à deo miſſus ſit? nempe quòd eo nomine præcipuè ipſi erant infenſi. Non enim te ferent, inquit ad eũ deus, ſed proficiſcere ad gentes longinquas, quia nõ accipient teſtimonium tuum de me. tum ille. Etiam domine ipſi ſciũt quòd ego vinciebam & verberabam per
B ſynagogas credẽtes in te, & cum effunderetur ſanguis Stephani teſtis tui, ego quoque aderam approbãs eam cædem, cuſtodiens veſtes interimentium illum. atque hoc ait ſignum eſſe & argumentum, quòd non creditури ſint ſibi. Sic enim ſe res habet. Quando quis à gente quapiam defecerit, ſi ſit ex infimis & nullius exiſtimationis non admodum moleſtum eſt his quos deſeruit. quòd ſi idem faciat eximius aliquis & ſuſpiciẽdus, quiq; res eorum probè calleat, id verò illos malè haber, & ſupra modum mœrore cõficit, vt quod maximè illorum opinionem apud vulgus cõuellat. Quin & aliud quiddam ei inerat. Quid nam hoc? quòd Petrus & reliqui cum Chriſto cõuixerant, & prodigia eius ac miracula viderant. huic autem nihil tale contigit, ſed cum eſſet in partibus Iudæorum repentè trãſfugit ad noſtros, id quod valde res noſtras cõfirmauit. Illi enim vel ad gra
C tiam teſtimonium ferre videri poterãt, quaſi ob magiſtri deſideriũ atteſtarentur talia. nunc verò rediuiui teſtis, vocem ſolam eius audiuerat. quapropter vides eos huic ex animo infeſtos, ſeditiones concitantes, & nihil non in perniciem eius molientes. Cæterùm incredulos Iudæos hæc cauſa abalienauerat, credẽtes verò quænã? Quia neceſſe habebat gentibus prædicare Chriſtianam religionem, & quoties in Iudæorum regione verſaretur, nihil eos curabat. Petrus enim & ſocij, vt qui Hieroſolymis prædicabant, vbi legis feruens ſtudium erat, neceſſe habebant eam iubere ſeruari. at hic noſter multa libertate vtebatur, & pleriq; ex gentilibus erant profeſſione Iudæi, qui quòd apud exteros degerent, non tanta legis religione tenebantur, cõque facilius ſe ab illa abſoluebant, Paulo omnia pura prædicante. Et hoc eſt quod ei obiiciunt, multitudinis reuerentiam incutientes. Vides, inquiunt, frater quot milia huc conuene
D rint? qui ob hoc hominem oderant & auerſabantur, quòd audiuiſſent eum defectionem à lege docere. Cur igitur Iudęis ſcribit, cum non ſit eorũ doctor: aut quõnam ad eos epiſtolam mittit? Mea opinione Hieroſolymam & in Paleſtinam. ſed quo modo ſcribit? Quemadmodum & baptizabat, non habens mandatũ vt baptizaret. ait enim ſe non miſſum ad baptizandum. Nec tamẽ vetitus erat, ſed operę auctariũ hoc fecit. Et qui poterat his nõ ſcribere, pro quibus vel deuoueri volebat? Quapropter dixit: Noſtis fratrem Timotheum ſolutũ, cum quo ſi maturius venerit viſam vos. Nõdum enim cõprehenſus erat. Cum igitur biennium Romę exegiſſet in vinculis, tãdem dimiſſus eſt: deinde in Hiſpanias profectus inuiſit illic Iudæos quoq;: ac tum fortaſſe Romam reuerſus eſt, quando & ſupplicium iuſſu Neronis pertulit. proinde epiſtola ad Timotheũ antiquior hac apparet. illic enim dicit: Nam ipſe iam immolor. Et rurſum:

sum: In prima mea defensione nemo mihi adfuit. Multum autem certaminum vbique erat, quemadmodum & Thessalonicẽsibus scribit: Imitatores facti estis ecclesiarum Iudææ. quin & ipsis scribẽs, Cum gaudio, inquit, direptionem facultatũ vestrarum accepistis. Vides eorum certamina. Quod si apostolos ita tractabãt, non in Iudæa modo, sed vbicunq; inter gentiles degebãt, quid non facturi erant cæteris fidelibus: quam ob rem vides eum horũ curam gerere præcipuam. Cum enim dicit: Proficiscor ministraturus sanctis Hierosolymæ: & rursum cum adhortatur Corinthios ad beneficẽtiam, scribens Macedonas iam collationẽ fecisse, addens se quoque si opus sit profecturum: hoc ipsum dicit. Et cum dicit, Tantũ vt pauperum memores essemus: id quod dili gẽter curaui: idem dicit. Rursum dicens dextras dederunt societatis mihi & Barnabæ, vt nos quidẽ ad gentes, ipsi autem ad circunciſos: idem dicit. At non sic de pauperibus illic agentibus, sed vult nos participes esse B erga illos beneficentię. non enim quemadmodũ prędicandi sic pauperum curam ita inter se cõparauerunt, vt hi gentilibus, illi Iudæis prospicerẽt. Vides quàm sit solicitus: Et meritò. Aliud enim erat apud cæteras gentes, vbi Iudæi cum Græcis promiscuè versabãtur. In Iudæa verò quoniam etiam tum quædã libertatis species manebat, nec vetabantur suis legibus viuere, nõdum Romanis ad plenum subditi, non mirum si quandam sibi vindicabant tyrannidem: quãdo & in alienis vrbibus, sicut Corinthi pulsabant archisynagogum ante ipsum tribunal proconsulis, Gallione quasi rem nihil ad se pertinentẽ dissimulante. Vides igitur quo modo in externis vrbibus apostolos ad magistratus adducunt, & profanorum opẽ contra eos postulãt: domi verò nihil tale faciunt, sed ipsi conuocato cõsilio in quoscũque libuerit animaduertunt. Sic Stephanum interfecerũt, sic apostolos flagris castigauerunt inconsultis præsidibus. Sic & Paulũ occisuri erãt, nisi tribunus eis se obiecisset. Hæc enim fiebant manente adhuc authoritate pontificum, incolumi templo cum suis ceremoniis. Aspice ipsum Paulum iudicio sacerdotis subiici, dicentẽ, nesciebam esse pontificem: idq; in prouincia Romana. Tanta illis tum erat licentia. Cogita igitur quàm misera fuerit tunc fidelium Hierosolyma cæterámque Iudææ habitantium conditio. Quare nil mirum si is qui deuoueri pro incredulis cupiebat, & de conuersis ad fidem tam erat solicitus, vt si ita res poscceret, profectionem non detrectaret ad ministrãdum eorum necessitatibus, dignatur eos consolatione per literas, & labantes fulcit suis adhortationibus. Intantum enim opprimebãtur, vt penè deficerent: id quod circa epistolæ finem his verbis indicat. Quapropter manus remissas & genua soluta surrigite. Et rursum: Adhuc perpusillum temporis, & qui venturus est veniet, & non tardabit. Et iterum: Si alieni estis à castigatione, igitur spurij estis, non filij. Quoniam enim Iudæi erant, & à patribus suis didicerant, in hac vita expectandas esse malorum & bonorum vicissitudines: tunc verò spe bonorum post mortem dilata, mala tantum erant in manibus, non immerito post lõgam tolerantiam quidam reddebantur pusilanimes: ad quos præsentem sermonem dirigit. Sed hæc suo tempore differemus prolixius, nunc satis sit indicasse, quòd necesse illi fuerit ad eos scribere, de quibus erat tantopere solicitus. Licet enim certis de causis ad ipsos missus non sit, nihil tamen vetabat eum scribere. Quòd autem ad pusillanimitatem vergebant, indicat his verbis: remissas manus & soluta genua surrigite, & gressus re- A ctos facite. Et iterũ. Non enim iniustus est deus vt obliuiscatur operum vestrorũ & charitatis. Nam anima ipsorum crebris quassata tẽtationibus dimouebatur à soliditate fidei. Quamobrẽ confirmat eos talibus adhortationibus, ne sint corde incredulo. atque hæc est causa cur in hac potissimũ epistola multa de fide disserat: vbi circa finem ostendit, patribus quoque non repræsentata quæ promissa sunt. Ad hæc ne se putarent derelictos in aduersitatibus, duob⁹ modis eos instruit: primò quęcunque acciderint iubens ferre fortiter, deinde sperare certum prẽmium. Deum enim nõ negłecturum inhonoratum Abelem, & reliquã deinceps iustorum seriem. Et triplicem illis consolationem adhibet. Vnam exemplo passionis Christi, dicens non esse potiorẽ seruum quàm sit ipsius dominus. alterã ostentato credentium præmio. tertiam dum docet qualisnam sit hęc aduersitas. nec per futura solùm eos cõfirmat, quibus minus moueri poterant, verum etiam per præterita, quæ acciderunt ipsorum patribus. Idem & Christus facit, nunc negans seruum maiorem esse suo domino, nunc multas esse mansiones apud patrem suum asseuerans, & nunquam non incredulis væ denuncians. Porrò apostolus crebram mentionem facit testamenti noui simul & veteris, quòd id animaduerteret ad resurrectionis persuasionem valde conducibile. Ne enim propter passionem domini de resurrectione eius dubitẽt, prophetarum eam testimoniis astruit, docens nostris rebus venerationem deberi non Iudaicis. adhuc enim templum stabat cum suis sacrificiis. Quapropter dicit: Exeamus igitur extra castra opprobrium eius portantes. Poterat autem hac parte contradici, Si hęc vmbra tantum sunt & imago, qui fit vt non prætereant, neque cedãt iam exortæ luci veritatis, sed in suo vigore perseuerent? Ideo hoc quoque euenturum suo tempore C subindicat, hoc ipso eos confirmans, quòd iam antè longo tempore per fidem in afflictionibus constanter perduraverint, Cum debeatis, inquit, pro temporis ratione doctores esse. Et, ne fortè sit in aliquo vestrum cor malum infidelitatis. Et, Imitatores facti estis eorũ, qui per fidem ac patientiam hæreditatem promissionũ consecuti sunt.

MVltifariam multisque modis olim deus locutus patribus in prophetis, in nouissimis diebus hisce locutus est nobis in filio, quem constituit hæredem omnium, per quem etiam secula fecit. Cap. I.

Homilia prima.

D RVera vbi abũdauit peccatum, superabũdauit & gratia. Quod quidem etiam hic in ipso exordio, beatus Paulus scribens ad Hebræos, insinuat. Quoniam enim tot malis vexatos verisimile erat valde afflictos esse, & ob hoc inferiores sibi omniumque miserrimos videri: ostẽdit eos maiori ob id gratia perfrui, vt ex ipso sermonis initio erigat auditores. Propterea ergo dicit: *Multifariam multisque modis olim deus locutus patribus in Prophetis, in nouissimis hisce diebus locutus est nobis in filio.* Quare prophetas nominans semetipsum non opposuit, idque cum tanto maior esset, quanto sibi fuerat dispensatio commissa præclarior? Sed hoc non fecit. Quid ita? Primum quia de seipso maiora dicere noluit. Secundò verò, quia nondum erant auditores perfecti. Rom. 5. d

fecti. Tertiò, quia volebat eorum mentes erigere & ostendere magnã præsentis temporis eminentiam, veluti si diceret: Quid magnum si prophetas misit patribus nostris? Nobis enim filium suum vnigenitum misit. Et rectè exorsus est in hũc modum, Multifariam multisq; modis. Ostendit enim quoniã neque ipsi prophetę deũ viderunt, filius autem vidit. Multifariam multisq; modis, hoc est, variè. Ego enim, inquit, visiones multiplicaui & in manibus prophetarum assimilatus sum. Proinde non secundum hoc solũ eminentia declaratur, quia illis quidem prophetæ missi sunt, nobis autem filius sed etiam quod illorum nemo vidit deũ: filius autem vnigenitus vidit. Et hoc quidem statim non ponit, sed in consequentibus adstruit, cum de humanitate eius loquens, Quem enim angelorum sic appellauit, inquit, filius meus es tu, & sede à dextris meis. Contemplare prudentiam multam. Primo enim ex prophetis eminentiã declarat, deinde, tanquàm consentaneum hoc adstruxisset, ostẽdit quòd illis quidem per prophetas locutus est, nobis autem per vnigenitum, deinde quia illis per angelos. Hoc iterum non ab re confirmat: siquidem & angeli locuti sunt Iudæis. Verum & hic nos illos superamus, tantóque magis excellimus, quanto maius est quòd nobis dominus locutus est, illis verò serui, & prophetæ cõserui. Et bene dixit, in nouissimis diebus. Nam & hoc eos erigit, & animos quos in posterum deiecerant, consolatur. Quemadmodum enim alibi dicit: Quia dominus propè est, nihil soliciti sitis. Et iterum: Nunc enim propior est nostra salus, quàm cum credidimus. Sic etiam hic. Quid igitur est quod dicit? Nempe hoc: Qui fuerit certando fatigatus, cum audierit finẽ instare certaminis, respirat paululum, videns quod iam laborum finis instet & requiei principiũ. In nouissimis hisce diebus locutus est nobis in filio. Ecce iterum, in filio, pro, per filiũ, dicit, aduersus eos qui id non filio, sed spiritui competere dicũt. Vidésne quod, in, pro, per, capitur? Vides etiam: aliud, olim, aliud, in nouissimis diebus, significat. Quoniam cum multum temporis interceßisset, dum castigandi sumus, dum omnia nos diuina dona destituũt, dum salutis expectatio nulla superest, dum vndiq; nihil aliud præstolamur, quàm vt pessum nobis semper res eant, ibi progredi cœperunt. Et animaduerte quàm prudẽter hoc dixit: Non enim, inquit, deus locutus est, tametsi hic vtique fuit qui locutus erat: sed quoniam animi eorum imbecilles adhuc erant, & nondum ferre quæ de Christo dicerentur, poterant, deus per ipsum locutus est, inquit. Sed dicat aliquis, At nondum temporis huius eminentiam doces. Hic enim ostendisti †quæ illi iam olim, & quæ hic nunc locutus est,† vnius eiusdémque esse dei: eminentiam verò non magnam ostendisti. Itaque hoc oratione deinceps declarat, dicens, Locutus est nobis in filio. Vide quo modo seipsum apostolis socict & exæquet beatus Paulus, dum ait, locutus est nobis: quanquam ipsi nõ fuerit locutus, sed apostolis, & per apostolos aliis. Extollit autem eos, & ostendit quod & ipsis sit locutus, & nec dum Iudęos adhuc vllo sermone contigit. Nã fermè omnes quib⁹ prophetæ locuti sunt, malignos fuisse nefariòsque constat. At nondum de istis loquitur, sed interim de beneficiis disputat, diuina largitate concessis. Quẽ constituit, inquit, hæredem omnium. Quid est, quem constituit hęredem omnium? Hic omnẽ carnem significat, sicut etiam in secundo dicitur psalmo: Pete à me, inquit, & dabo tibi gentes hæreditatem tuã. Non iam portio domini tantum Iacob, & sors eius solus Israël, sed omnes nationes: hoc est, hunc filium dominum constituit vniuersorum. Quod etiam in Actibus apostolorum Petrus loquitur dicens: Et dominum eum & Christum deus fecit. Hæredis autem vtitur nomine, vt duo quædam per hoc ostendat: &, quòd proprius sit filius, & quòd dominationis illi nulla contingat amissio. Hæredem autem omnium dicit, mundi totius. Deinde sermonem suum ad priora conuertit.

Per quem & secula fecit. Vbi sunt qui dicunt, erat quando non erat? Post hæc gradationibus quibusdam vsus quod omnibus istis multo maius est, loquitur, dicens.

Qui cum sit splendor gloriæ, & character substantiæ eius ferátque omnia verbo potentiæ suæ, per semetipsum mundatione peccatorum nostrorum facta, consedit in dextera maiestatis in excelsis: tanto, melior angelis factus, quanto præ illis differentius nomen sortitus est.

O apostolica sapientia, magis autem non Pauli sapientia, sed spiritus sancti admiranda est gratia. Non enim ex intellectu hæc proprio locutus est, nec humano hanc sapiẽtiam inuenit ingenio. Vnde enim illic hoc? Num ex cultro sutorio, aut pellibus, aut in officina illa hæc potuit edoceri? Nequaquam: sed diuinæ fuit hæc operatio maiestatis. Non enim has intelligentias sua mente procreabat, quę tunc erat tam humilis ac tenuis, vt nihil amplius haberet à plebeiis & popularibus. Quomodo enim habuisset quum circa commercia confectionẽmque pellium cõsumeretur? Sed gratia spiritus sancti per quos vult potentiæ suæ virtutes ostendit. Sicut enim si aliquis infantulum quempiam in excelsum quendam locum, & pertingentem ad ipsum verticem cœli subducere volens paulatim sensimq; hoc faciat ab inferioribus ad superiora conscendens: deinde in ipso vertice cõstitutum, iubeat deorsum in inferiora despicere: despicientem verò cum videat hæsitare, & obscuritatibus ac vertigine fatigari, iterum ad humiliora deponat, quo respirare valeat, atque animũ recreare: deinde cum refectus fuerit, eum iterum ad superiora sustollat, & iterum ad inferiora reuocet: ita & circa Hebræos beatus faciebat Apostolus, & sic eum vbique reperies magistri sui in docendo vestigia consequutum. Nam & ipse sic fecit: aliquãdo quidem in altiora discipulos suos subleuauit, aliquando autem eos ad inferiora reuocauit, nequaquam prolixo tempore in alterutrã permanere parte permittens. Et cõtemplare etiam hoc loco sapientiam Pauli, per quales eos subleuauerit gradus, & qualiter eos ad ipsum apicem pietatis adduxerit: & quo modo antequam deficiant, & eos obscuritas occupet ad inferiora, quò paululum recreari queãt reuocans, dicat, loquutus est nobis in filio suo, quem posuit hæredem omnium. Filij quippe nomen commune est. Vbi verò proprius intelligitur filius, superior est & excellentior vniuersis. Sed interim quo modo libet se habeat, adstruit, illũ desursum esse. Et vide quo modo hoc dicat: Quem posuit, inquit, hæredem omnium. Quod dixit, hæredem posuit, humilitatis est indicium. Deinde ad superiorem gradum, altiorémque transcendens. Per quem, inquit, & secula fecit. Postea ad excelsiorem omnibus venit, post quem altiorem alterũ gradum inuenire non possis. Qui cum sit, inquit, splendor gloriæ, & character substantiæ eius. Reuera in ipsum eos inaccessibile lumen induxit, & in ipsum splendorẽ immensę summæq; claritatis: & antequam eos obscuritas vlla corripiat, attende quo modo iterum pedetentim ad inferiora & consueta loca deponat, dicens: Ferátque omnia verbo virtutis suæ, per semetipsum mundatione peccatorũ nostrorum facta, cõsedit in dextra maiestatis.

Philip. 4. a
Rom. 13. d
Act. 2. f
Psal. 2. b.
†nouum & vetus testamentum]

maiestatis. Non simpliciter dixit, consedit, sed post mũ-
dationem, inquit, consedit. Incarnationẽ enim appre-
hendit, deinde humilia loquitur, & post hęc interlocu-
tus paululũ, in dextra, inquit, maiestatis in excelsis. Ite-
rum ad humilia narranda reuertitur. Tanto melior fa-
ctus angelis, quanto præ illis differentius nomen hęre-
ditauit. Hic iam de eo, qui est secundum carnem, dispu
tat. In eo enim quod dixit, melior factus est, non essen-
tiæ quam patri conformem habet declarat indicium.
Illa enim nõ est facta, sed nata. Loquitur autẽ de carna-
li substantia: ipsa enim facta est. Sed nunc nõ de essen-
Ioan.1.b tia eius sermo peragitur: sed sicut Ioannes dicit, Qui
post me venit, ante me factus est, hoc est, honorabilior
atque celebrior: sic etiam hic. Tanto melior, inquit, fa-
ctus angelis: hoc est, præclarior, quanto differẽtius prę
illis hæreditauit nomen. Vides quòd de eo, qui est se-
cundum carnem sermo versatur? Hoc enim nomen
†, *deus ver* †deus, verbum semper habuit, ǁnon postea hæredita-
bum semper uit: neque postea eum angelis meliorem constat effe-
habuit, ctum, quando mundatione sua abstulit nostra peccata:
sed semper melior fuit, & non solum melior, sed etiam
*χ ελεγχος, incomparabiliter melior vniuersis. Verũtamen de eo,
id est à de- qui est secundum carnem, ista dicũtur. Sic enim & no-
teriori scili- bis vsus est, cum de natura humana differimus, & subli-
cet parte: sic mia loquimur, & submissa. Quando enim dicimus, ni-
& mox: à hil est homo, terra est homo, cinis est homo, totum à
meliori, ab *deterioribus appellamus: quando vero dicimus, im-
inferiori, in mortale animal est homo, & rationale, & supernis co-
singulari gnatũ, à melioribꝰ vocamus vniuersum: Sic & in Chri-
numero om- sto aliquando quidem ab inferioribus, aliquando autẽ
nia græcè à melioribus loquitur Paulus, & dispensationẽ cupiens
habentur. confirmare, & perfectam commendare naturam.

Morale. Quoniam itaque mundationem peccatorũ nostro-
rum fecit, perseueremus mundi, nihil sordidum, vel
pollutum anima nostra suscipiat, sed pulchritudinem,
quam nobis indidit, decorémque seruemus. Munda
mens & inuiolata permaneat, non habeat maculam,
neque rugam, vel aliquid eiusmodi. Macula quippe, vel
ruga, minora peccata sunt. Verbi gratia: Detractio, in-
iuria, mendacium: magis autem neque minora sunt
hæc, sed valde magna, & à cœlestibus nos alienare va-
Matt.5.c lentia. Qualiter hoc, & quo pacto? Qui enim appellat
fratrem suum fatuum, reus erit gehennæ ignis. Si ergo
sic punitur qui fatuum vocat, quod videtur leuioris es-
se, vel potius infantilis iniuriæ: qui malorum morum
cuiquam crimen imponit, & iniquum atque inuidum
dicit, & mille aliis non dubitat fratrem iaculari crimi-
nibus, quæ non patietur tormentorum supplicia? Quid
hoc terribilius? Sed rogo vt patienter sermonem meũ
Ibid.25.d paululum toleretis. Si enim quæ facit vni ex minimis,
ipsi facit: quo modo non & in benedictionibus, & in
maledictionibus similis sententia perseueret? Qui con-
uicium ergo facit fratri, deo conuicium facit: & qui ho
norat fratrem, deum honorare declaratur. Assuescamus igitur linguam nostram ad benedicendũ esse pro-
Psal.33.c cliuem. Abstine, inquit, linguam tuam à malo. Nõ enim
propterea illam deus tribuit, vt maledicamus, vel con-
uiciemur, vel accusandi mutuo geramus studium: sed
vt per eam deum laudemus, vt illa loquamur, quæ gra-
tiam audientibus conferant, quæ ad profectum, & ad
ædificationẽ proficiant proximorum. Maledixisti hunc
aut illum: quid ex hoc rogo, lucratus es? Nónne tibiip-
si pariter cum illo nocuisti? Siquidem opinionem ho-
minis maledici incurristi. Nullũ est enim prorsus ma-
lum, quod vsque ad eum tantum consistat qui patitur,
& non etiam illum qui facit, vnà comprehendat: sicut
verbi causa, inuidia. Inuidus enim putatur quidem in-
sidiari aliis, sed ipse primus illo malo consumitur, & ta-
bido corde maceratus: & odio cunctis habitus. Item cu
pidus, vel auarus, aufert quidem pecuniam aliorũ, sed
etiam sibi aufert gratiam, aufert charitatem, facit vt ab
omnibꝰ accuset. Multo quippe melior est opinio bona
pecuniis. Illa enim si mala fuerit, non facile ablũitur, pe
cunias autem nihil est laboris acquirere. Magis autem
pecuniæ & cum adsunt, non satis adiuuant: & cum de-
sunt, nihil protinus obsunt: opinio autem bona si adsit,
prodest plurimũ: si vero absit, facit probrosum totum
hominem, facit infamem, & ridiculum constituit om-
nibus, & exosum. Similiter iracũdus seipsum primum
dilanians punit, & tunc illum cõtra quem indignatio-
ne corripitur. Sic & maledicus primo seipsum confun-
dit, & tunc illum cui videtur maledictionis importare
cõuicium, quod fortasse quidem nec poterit: hoc est, vt
ille lædatur, si tolerans patienter abscedat: ipse vero re-
cedit, cum scelesti cuiusdam nomine, & dispuendi pe-
nitus, illum vero contrà amabilem faciens. Quando is
enim cum male audiat, neque sic tamen seipsum pari-
bus vlciscitur cõuiciis: sed laudat potius & celebrat nõ
illum quidem, sed seipsum laudat. Sicut enim iam dixi,
maledictiones quæ diriguntur in proximos, maledicẽ-
tes primitus vexant: sic & bona quę circa proximos ge-
runtur, eis primum qui operantur, iucunditatis vberes
proferũt fructus. Enimuero qui alicuius, siue boni, siue
mali procreator existit, ipse primus aut illo bono frui-
tur, aut illo malo punitur, & merito. Sicut enim aqua,
siue salsa sit, siue sit illa potabilis, & vasa replet hauri-
entium, & suũ fontem ex quo manat nequaquam vacuum
remanere permittit: sic & nequitia, sic & virtus, vnde
processerit procreatorẽ suum primitus illa lætificat, &
illa consumit. Et hæc quidẽ in hac vita, cæterũ in futu-
ro seculo, quis sermo valeat enarrare, quę bona, vel quę
mala reseruantur? Nõ est sermo qui hoc explicet. Siqui-
dem bona illa, non tantum sermonẽ, sed etiam omnem
intuitum mentis excedunt: contraria verò, hoc est ma-
la, appellata quidem sunt nominibus vsitatis. Verbi gra
tia: Quia ignis, inquit, ibi est, & tenebræ, & vincula, &
vermis immortalis: sed non hæc sola istis nominibus,
nec talia demonstrantur, sed alia multo peiora, & mul-
to sæuiora. Quod vt agnoscas, hoc primum considera:
Si enim ignis, quo modo tenebrę sunt? Vides quoniam
ille ignis sęuior isto est? Non enim habet lumen, aut vl-
lam luminis claritatem. Si ignis est, quo modo semper
ardet? Vides quoniã & in hoc sæuior est: non enim ex-
tinguitur, propter hoc etiã inextinguibilis appellatur.
Cogitemus igitur quantũ sit malum, per omnia secula
vri, & in tenebris permanere perpetuis, & infinitos ge-
mitus edere, & stridere dẽtibus, & nequaquã exaudiri.
Si enim in hac vita aliquis eorũ qui nobili genere nati
sunt, in custodiã retrudatur, fœtorem ipsum tantum, &
tenebrarum caligines nõ valet sustinere, & cũ homici-
dis vnà ligari, morte peius existimat: intellige quale sit,
si quando cum omnibus totius seculi comburemur ho
micidis, neq; ipsi alios videntes, neque aliorum visibus
apparentes, sed in tanta multitudine solitarios nos esse
putantes. Siquidẽ tenebræ, & absentia luminis non nos
sinet proximos nostros agnoscere, sed veluti si solita-
rius vnusquisq; nostrũ patiatur, sic afficietur oppressus
caligine tenebrosa. Si autem solæ tenebræ tantum af-
figunt nostras animas, tantúmque perturbant: quid e-
rit iam, quando & cum tenebris dolores, & tormenta

combustionis

combustionis afferint? Idcirco deprecor, vt hæc semper apud vos versetis,& patienter tristiciam quę ex verbis nascitur toleretis, ne ipsis rebus supplicia sentiatis. Omnibus modis enim vniuersa ista futura sunt, & eos qui suppliciis digna gesserunt, nullus poterit liberare, non pater, non mater non frater. (Frater enim non liberat, inquit, liberabit homo?) licet multam fiduciam quis possideat, licet multum valeat apud deum. Ipse enim reddet vnicuique secundum opera eius: atque ex eo tam salus,quam pœna consequitur. Faciamus igitur nobis amicos ex mammona iniquitatis: hoc est, operemur eleemosynas,euacuemus in istos pecunias nostras, vt euacuemus etiam illic, & extinguamus ignis ardorem,vt fiduciam mentis habeamus.Illic etenim non ipsi erunt,qui nos excipient,sed opus nostrum. Quod enim non simpliciter istud quòd istos amicos habebimus,saluare nos poterit, attende quid addit. Quamobrē enim non dicit, facite vobis amicos, vt suscipiant vos in habitacula sua æterna, sed tantum in habitacula æterna, & modum ipsum adiicit: dicendo enim. Ex mammona iniquitatis: ostendit quoniam de pecuniis oportet istos amicos præparare. Apparet igitur quoniā non ipsa nobis amicicia eorum patrocinabitur, si bona opera non habeamus, si nō cum iusticia refundamus diuitias, quas inique congessimus. Iste nobis sermo de eleemosynis, non ad diuites solum,sed etiam ad pauperes simul aptatur: Et si quis fuerit qui mendicando nutriatur, etiam ad ipsum hæc oratio pertinebit. Non enim in tantum quisque pauper existit, vt duo minuta non habeat. Potest ergo & de paucis pauca tribuere, & plurima possidentes,largientésque plurima superare,sicut illa vidua. Non enim quantitate datorum, sed facultate & voluntate dantium, eleemosynæ magnitudo ponderatur. Vbique voluntate opus est, vbique charitate, quæ circa deum pura syncerāque consistat. Si ergo cum hac sancta charitate cuncta geramus, licet parua possidentes, parua tribuamus faciem suam dominus non auertet: sed suscipiet sicut magna & admiranda donaria.Enimuero voluntatem deus semper, non ea quæ dantur, attendit: & si illam videat magnam, iuxta eam iudicat & pronunciat, futurorúmque bonorum participes facit. Quæ nos vniuersos cōtingat adipisci,gratia & clementia domini nostri Iesu Christi, cum quo sit patri vnà cum sancto spiritu gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Psal.48.b
Ibid.16.c
6 Reg.2.a
Iacob.4.b
Luce 16.b
Matth.12.d

Homilia secunda, ex cap. primo.

VI *cum sit splendor gloriæ,& character substantiæ eius, sustinéque omnia verbo potentiæ suæ,per seipsum mundationē peccatorum nostrorum facta.* Vbique quidem religioso nobis opus est intellectu, maxime autem vbi de deo vel aliquid loquimur,vel audim⁹: quoniam neque ad loquendum digne de deo lingua sufficit, neque ad percipiendū prævalet intellectus. Et quid dico linguam & intellectum, cum nec ipsa mens, quæ eis multo superior est, aliquid integre valeat comprehendere, quando aliquid de diuinitate differere volumus. Si enim pax dei transcendit omnem mentem, & ea quæ præparata sunt diligentibus eum, in cor hominis non ascendunt: multo amplius ipse qui pacis deus est, qui omnium est opifex rerum, inæstimabiliter nostras cogitationes exuperat. Oportet ergo cum fide & religiosa pietate cuncta suscipere: & quando forte sermo deficit,& nō potest exacte,quod molitur,exprimere,tunc magis glorificare nos conuenit deum,quòd tale deum habemus, qui & intellectum transcendit, & cogitationis intuitum. Multa enimuero de deo intelligimus, quæ eloqui penitus non valemus: multa item loquimur, quæ tamen intelligere non sumus idonei. Verbi gratia:Vbique deum esse scimus quo modo autē vbiq; sit,intellectu non ita capimus. Item: Quod sit incorporea quædam virtus, quæ omnibus sit causa bonorum, scimus: quo modo autem, vel quæ ista sit ignoramus. Ecce dicimus, & non intelligimus. Dixi quippe, quia vbiq; est,sed non intelligo. Dico quia est sine principio, sed nō intelligo. Dico quoniam filium genuit ex seipso,sed nescio qualiter intellectu hoc percipiam.Sūt ergo etiam quędam,quę dici non possunt,quāuis mente capiantur. Exempli gratia: intelligit mens, sed non valet dicere. Et vt ipsum Paulum videas in quibusdam infirmari,non exacta & plane apposita exempla proponentem, contremiscásque nec altiora perquiras. Audi, Postquā appellauit filium, & opificem nominauit,quid dicit? Qui est splendor gloriæ, & character substantiæ eius. Hoc religiosē debemus accipere, & si quid absurdum fortassis occurrerit, ab acie mentis abigere.Splendor, inquit,gloriæ. Sed vide secundum quid hoc accipiat,vt etiam tu sic accipias.Hoc ergo dicit,quod ex ipso, quod impassibiliter, quod neque diminutus sit, neque in aliquo minoratus. Quidam enim absurda quædam proferunt, exemplorum consideratione decepti: Splendor enim,inquiunt, substantiuum aliquid nō est, sed aliunde habet vt sit. Noli ô homo sic istud accipere,neque Marcelli aut Fotini morbo laborare. Nam te de proximo curat,ne in istum morbum incurras,neque te sinit in ægritudinē illam exitialem incidere. Et quid iuquit? Et character substantiæ eius, vtpote. Quemadmodum ipse pater in seipso subsistit, nullius indigus:ita & filius. Nam hic illud ideo dicit, vt omnimodā similitudinem& propriam exemplaris imaginem ostendat, quo modo in persona sua per seipsum ipse quoque filius subsistat. Cum enim suprà dixisset: quia per ipsum fecit omnia, hic ei nunc summam authoritatis attribuit. Nam vide quid subnectit: Ferâtque,inquit,omnia verbo potentiæ suæ,vt ex eo non solum eum characterem esse accipiamus paternæ substantiæ, sed etiam eum qui cum authoritate cuncta gubernet. Attende igitur quo modo, quod patris est proprium,coaptat & filio. Propterea non absolute dixit, Ferâtque omnia: neque dixit potentia sua,sed verbo potentiæ suæ. Sicut enim in anterioribus paulatim & ascendebat & descendebat: sic & hic veluti quibusdam gradibus nunc ad alta fastigia subleuatur, nunc item deuergit ad infima. Per quem, inquit, & secula fecit. Attende quo modo etiā hic duas vias ingreditur. Et vna quidem reuocans nos à nefando errore Sabellij: alia vero ab Arianæ impietatis errore, ne putetur vel *initium habere (quod & ipse sursum ac deorsum versat)vel extraneus à deo patre subsistere. Si enim etiam post tanta magnalia, sunt quidam qui eum extraneum esse delirant,& alterum illi patrem tribuere moliuntur, quem huic rebellare contendunt: si hæc non scripsisset Apostolus, quid isti non dixissent? Quo modo ergo hoc facit? Quando talibus vulneribus remedia cogitur adhibere. Tunc cōpellitur etiam humilia prædicare,sicut est illud quod dicit,Quem cōstituit hæredem vniuersorum,per quem & secula fecit. Deinde ne alij noceat parti, summam ei authoritatis attribuit, & ostendit eum eiusdem honoris esse cum patre, & intantum eiusdem honoris, vt plurimi suspicentur eundem ipsum esse patrem. Et contemplare plurimam

1.Corin.2.c

ἀναρχον id est, principio carere, vel principij expers esse, vt quidem habet editio veron.

Hîc sup.a Sapien.7.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

rimam ſapientiam Pauli. Primum illud ponit, & diligenter communit. Quod cum certo conſtiterit, quod dei filius ſit, nec ab eo alius exiſtat, tunc iam ſecurus atque munitus libere quæcunque ſublimia eloquitur. Et quoniam magna, quæ de eo dixerat, in eam cogitationem pleroſque deduxerant: propterea primum ad humilia cum ſumma cautela ſeſe demittit, tunc ad ſublimia pro voto aſcendit. Poſtquam enim dixit: quem poſuit hæredem vniuerſorum, &, per quem ſecula fecit, tunc deinde ſubiungit: Ferénſque omnia verbo potentiæ ſuæ. Qui enim ſolo verbo gubernat vniuerſa, nequaquam ad fabricam vniuerſitatis eguit alicuius. Et quod ita ſit, intuere quo modo iterum authoritatem ei contribuit vniuerſam, auferens etiam quòd ſupra dixerat, Per quem, quoniam enim per illud quæ voluit operatus iam eſt: relicto deinceps eo ſermone, vide quid
Pſal.101.d dicat: In principio tu domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli. Hic nuſquã ſonat illud, per quem, vel quia per eum fecerit ſecula. Quid ergo, dicat aliquis, nónne ab ipſo facta ſunt? maxime. Sed nõ ſicut tu dicis, vel inaniter ſuſpicaris, tanquam per aliquod inſtrumentum, neque tanquam facere non poſſet, ſi ei non porrexiſſet dexteram pater. Sicut enim neminem iudicat, ſed dicitur iudicare per filium, quem iudicem genuit: ſic etiã dicitur operari per filium, quia eum conſtat opificem genuiſſe. Si enim cauſa eius pater eſt ſecundum quod pater eſt: multo amplius eorum cauſa eſt, quæ per filium facta declarantur. Quando ergo vult oſtendere, quia ex illo eſt, neceſſariò quæ ſunt humilitatis eloquitur: quando vero altiora vult inſo-
†ansam arripiunt nare, tam Marcellus quam Sabellius† vulnerantur: Sed
interpres pro eccleſia immoderationem vtrorũque refugiens, medio
λαθὼν, videtur calle perambulat. Neque enim ſemper in humilibus re-
βλάβω legiſſe. manet, ne Paulus †Samothraceus nanciſcatur aditum
†alias Samoſatenus, vel Samotanus. ſubintrandi: neque in excelſis perdurat ſed iterum multam propinquitatem eius oſtendit, ne Sabellius fraudulenter inſiliat: Quippe cum dixiſſet filium, confeſtim Paulus Samothraceus inſurrexit, dicens eum ita eſſe filium, ſicut & plurimos: ſed cum conto valido è regione proſtrauit, appellans hæredem. Sed adhuc cum Ario impudenter obnititur, nam illud, quem conſtituit hæredem, ambo ſuſcipiunt, ille quidem velut infirmitatis indicium: iſte autem adhuc in conſequentibus inſidiari deſiderans. Cum enim dixiſſet apoſtolus, Per quem & ſecula fecit: eliſit quidem Samoſatenum impudentiſſime renitentem, ſed Arius adhuc ſibi fortior eſſe videtur. At vide qualiter etiã iſtum perimat, dicens: Qui cum ſit ſplendor gloriæ eius. Sed ecce iterum reclamat & inſilit Sabellius & Marcellus atque Fotinus, verum etiam iſtos ſimul vno vulnere cũctos edomuit, dicens: Character ſubſtantiæ eius, & ferens omnia verbo potentiæ ſuæ. Hic iterum Marcionem quoque percutit, non quidem valide, veruntamen percutit, ne illæſus exiliat. Et ſic eum iſtis hoſtibus per totam epiſtolam videas repugnantem, & ſtrenua bella peragentem. Sed relictis illis audi & Chriſtum ipſum, quemadmodum
Ioan. 8.b & 9. ſuprà dixi, ſplendorem ſeſe gloriæ vocantem. Ego, inquit, ſum lux mundi. Propterea eum etiam iſte ſplendorem gloriæ nominauit, oſtendens, & illud, lumen de lumine, ita dictum eſſe, & non ſolum oſtendit iſtud, ſed quia etiam animas noſtras illuminauit, & patrem nobis inſinuauit. Per ſplendorem quoq; propinquitatem declarauit eſſentiæ. Intellige ergo ſubtilitatem dictorum. Vnam ſumpſit eſſentiam, vnámq; ſubſtantiam, vt duas ſubſiſtentias aperiret, quod etiam circa ſcientiam ſpiritus facit. Sicut enim vnam ſcientiam dicit eſſe patris & ſpiritus, vt vere vnam, & nihil ad ſeipſam habentem diuerſum: ſic etiam hic vnam rem ſumit ad demonſtrandam duorũ ſubſiſtentiam. Vnde etiam ſubiungit: Qui character eſt. Character quippe alter eſt, ab ipſo ſuo exemplari: alter autem non in omnibus, ſed ſecundum quod per ſeipſum ſubſiſtit. Nam & hic character ſimilitudinis omnimodæ præbet indicium, ad illud cuius eſt character, & ſuſpicionẽ vel paruæ diſſimilitudinis omnino non recipit. Quando ergo eum & formam vocitat, & characterem, quid dicunt, aut quid nituntur opponere? Sed etiam imaginis, inquiunt, imago appellatus eſt homo. Quid ergo num eo modo ſicut filius? Nõ inquiunt, ſed quia imago non eſt ſimilitudinis indicatrix. Quanquam & homo ſecundum quòd imago ap- *Quo modo homo ſit imago dei.*
pellatus eſt, demonſtrat ſimilitudinem, ſicut poteſt in homine demõſtrari. Quod enim eſt deus in cœlo, hoc homo eſt in terris, ſecundum principatum dico. Sicut enim omnibus quæ in terris ſunt iſte dominatur: ſic & deus omnium cœleſtium & terreſtriũ dominatur. Verum vt iſta non vrgeamus, homo non eſt dictus character, non eſt appellatus forma: quod declarat eſſentiam, aut eſſentiam ſimul & ſimilitudinem, quæ eſt ſecundum eſſentiam. Sicut enim forma ſerui nihil aliud ſignificat, quàm hominem propriè: ſic & forma dei nihil aliud manifeſtat, quàm deum. Qui cum ſit, inquit, ſplendor gloriæ. Attende quid agat Paulus: Qui cum ſit, inquit, ſplendor gloriæ: & ſubiungit deinde, Conſedit in dextera maieſtatis. Vide qualibus, vtitur nominibus, nuſquam eſſentiæ ipſius proprium nomen inueniens. Neque enim maieſtatis nomine, neque gloriæ quod deſiderabat expreſſit: hoc eſt enim quod ſupra iam dixi, quia ſæpius quædam nobis occurrunt, quę intelligimus quidem, ſed indicare oratione non poſſumus. Nam nec dei vocabulum nomen eſt eſſentiæ, neque omnino illius eſſentiæ proprium poteſt vllum vocabulum reperiri. Et quid mirum, ſi in deo ſic eſt, cum neque in angelo proprium nomen inuenias, quod eius declarat eſſentiam? fortaſſis neque in anima. Non enim videtur mihi hoc nomen ψυχὴ, tale eſſe quod integrè ſubſtantiam eius, quod animam vocamus exprimat, ſed quod magis refrigerationem ſignificet. Nam eandem rem, & animam, & cor, & mentem inuenies nominari. Cor, inquit, mundum crea in me deus. Sed etiam ſpiri- *Pſal.50.c*
tum dictam frequenter inuenies: Ferâtque, inquit, omnia verbo potentiæ ſuæ. Solent Ariani proponere, quia *Gene.1.a*
cum dixiſſet deus. Fiat lux: pater præceperit, filius obedierit: ſed ecce & hic, idem ipſe verbo ſuo cuncta facit. Ferâtque, inquit, omnia, hoc eſt gubernet omnia. Siquidem cadentia, & ad nihilum tendentia continet. Non enim minus eſt continere mundum quàm feciſſe: ſed ſi oportet aliquid quod admireris dicere, adhuc amplius eſt. Nam in faciendo quidem, ex nullis extantibus rerum eſſentiæ productæ ſunt: in continendo vero, ea quæ facta ſunt, ne ad nihilum redeant cõtinentur. Hæc ergo dum reguntur, & ad inuicem ſibi repugnantia coaptantur, magnum & valde mirabile, plurimæq; virtutis indicium declaratur. Verbo autem ferendi, facilitatem continendi voluit deſignare. Non enim gubernandi verbo, ſed metaphora eorum vſus eſt, qui ſine vllo labore digito vel mouent aliquid, vel efficiunt. Hic etiam molem creaturæ magnitudinẽmque ſignificat: & quanuis magna ſit, illi tamen veluti nihil eſſe oſtendit. Sed etiam dicendo, Verbo potentiæ ſuæ, ſignificauit iterum quòd ſine labore cuncta cõtineat. Et bene dixit,

verbo

verbo potentię ſuæ: Quoniam enim apud nos verbum, nudum ac leue quiddam eſſe videtur, oſtendit quòd in in deo non ita ſit. Qualiter autem verbo virtutis ſuæ cuncta contineat, non addidit, quia poſſibile non eſt iſtud ſcire. Deinde intulit quod ad eius maieſtatem pertinet. Sic etiam Ioannes fecit: cum enim dixiſſet, quia deus eſt, intulit quòd etiam creaturæ opifex ipſe
Ioan.1.a ſit. Quod enim ille ſignificauit dicendo, In principio erat verbum: &, omnia per ipſum facta ſunt: hoc iſte ſignificauit, dicendo: Verbo potentiæ ſuæ, & dicendo: Per quem etiam ſecula fecit. Vnde etiam iſte & ante omnia ſecula, exiſtentem & opificem eum eſſe declarat. Quid ergo quando de patre quidem dicit prophe-
Pſal.89.a ta, A ſeculo & vſque in ſeculũ tu es? de filio vero, quòd ante omnia ſecula, & omnium fabricator exiſtat, quid reſpõdebunt? Magis autem cum dicitur de patre, Quia ante omnia ſecula conſiſtit, & hoc idem etiam de filio B dici ſimiliter inuenimus. Et quod ille dicit, quia vita erat, conſeruationem creaturæ declarat, quia cunctorum vitam ipſum eſſe conſtat: ſic etiam iſte dicit, Ferens omnia verbo virtutis ſuæ: nõ ſicut Græci, qui eum & conditione rerum, & prouidentia quantum in ipſis eſt priuant, vſque ad lunam eius potentiam limitantes. Per ſemetipſum, inquit, mundatione facta peccatorum noſtrorum. Poſtquam dixit ſuperius illa magna, valdéque miranda, dicit nunc & de cura eius ac ſolicitudine, quam de hominibus gerit. Et quanuis illud vniuerſale ſit, quod omnia continet, veruntamen hoc multo amplius eſt: nam & hoc vniuerſale eſt: quantum enim in ipſo eſt, omnes crediderũt. Nam etiam Ioannes cum dixiſſet, Vita erat: & prouidentiam eius manifeſtaſſet: iterum dicit, & lux erat. Per ſemetipſum, inquit, mundatione facta peccatorum noſtrorum, conſedit in dextera maieſtatis in excelſis. Duo quædam hoc loco prouidentiæ ipſius maxima indicia ponit, cum quòd à peccatis nos mundauerit, tum quòd per ſeipſum hoc opus impleuerit. Et in multis locis inuenies eum in hoc maxime gloriari, non ſolum quoniam reconciliati ſumus cum deo, ſed etiam quòd hoc per filium eſt effectum. Et verè magnum hoc munus eſt, & maius ex eo redditum quod per filium eſt contributum. Cum vero dixiſſet, & conſedit in dextera maieſtatis, purgatione per ſemetipſum facta peccatorum noſtrorum: & cum nos commonuiſſet crucis eius, deinde confeſtim de reſurrectione atque aſſumptione ipſius inſtituit diſputare. Et intuere inenarrabilem eius prudentiam. Nõ dixit quia iuſſus eſt ſedere: ſed conſedit. Deinde ne putes eum ſtare, ſubiungit: *Cui enim angelorum vnquam dixit, Sede à dextris meis?* Conſedit, inquit. *In dextera maieſtatis in excel-* D *ſis.* Quid eſt in excelſis? Num loco includit deum? Abſit, ſed ſicut cum dixit in dextera, non figuram humani corporis deo tribuit, ſed ſimilitudinem demonſtrauit honoris, quem filius æqualem habet cum patre, ita cum dicit: In excelſis, non eum loco includit, ſed oſtendit omnibus altiorem, & omnibus eminentem: hoc eſt, quoniam vſque ad ipſum peruenit thronum paternæ claritatis. Sicut ergo pater in excelſis eſt, ſic & filius. Confeſſus enim nihil demonſtrat aliud, niſi honoris æqualitatem. Si autem dicunt: quoniam pater iuſſit vt ſederet, cum dixit, ſede: interrogamus & nos, Quid ergo? Num ſtanti dixit, huc accede? At propheta non dixit, quòd vel iuſſerit, vel præceperit: ſed quòd tantum dixerit, ſede, ad nihil aliud, niſi vt eum non putes eſſe †à principatu & adminiſtrando regno exortem.† Quod vero propterea dictum ſit, manifeſtum ſit ex ipſa

†ἀποστερῆ σε τῆς ἐξουσίας ἢ τοῦ ἄρχειν.

A cõditione confeſſus. Si enim minorationẽ vellet oſtendere, nunquam diceret à dextris, ſed potius à ſiniſtris.

Tanto, inquit, *melior factus angelis, quanto differentius præ illis nomen ſortitus eſt.* Hoc quod dixit, factus, idem eſt hoc loco quod declaratus, vt ita dicam. Et vnde hoc aſſeueret, ex ipſo nomine animaduertis, quia ſolet filij nomen ingenuitatem oſtendere. Et ſanè niſi eſſet ingenuus filius (ingenuus autem filius nihil eſt aliud, quàm de ipſo genitus) quo modo poſſet ex hoc amplitudinem honoris aſſerere? Si enim gratia eſſet filius, non ſolum non excelleret angelos, ſed illis etiã minor eſſet. Quo modo hoc? inquis. Quia & homines iuſti appellati ſunt filij. Proinde nomen filij, niſi ingenuitatem oſtendat, non poterit excellentiam probare. Et vt declaret quandam eſſe differentiam inter creaturas & conditorem: aduerte quid dicat: Cui enim vnquam angelorum dixit? Filius meus es tu, ego hodie genui te? *Et iterum: Ego* Pſal.2.b
ero ei pater, & ipſe erit mihi filius. [Hæc quidem dicta ſunt 2.Reg.7.a
& de carne, hoc eſt, ero ei pater, & ipſe erit mihi filius.] Quòd vero dixit, Filius meus tu es, ego hodiẽ genui te, nihil aliud manifeſtat, niſi quia ex ipſa eſſentia patris eſt genitus. Sicut enim exiſtens dicitur à præſenti tempore (hoc quippe magis deo conuenit) ita quod dictum eſt hodie, præſentis eſt temporis, poteſt tamen & ſecundum carnem hoc accipi dictum. Cum enim illam apprehendit, iam ſine vllo timore cuncta deinceps eloquitur. Etenim caro communicat altioribus, ſicut & diuinitas humilibus communicare dignata eſt. Qui enim non eſt homo fieri dedignatus, & qui rem ipſam non abnuit, quo modo ipſa repudiaturus eſt verba?

Morale.

Hęc itaque cognoſcentes, nihil impudenter agamus,
C neque in ſuperbiam ſubleuemur. Si enim ipſe cum deus eſſet & dominus, deiq; filius, non reſpuit formam ſerui ſuſcipere: multo amplius nos oportet cuncta perficere, etiamſi humilia & abiecta ſint. Dic enim mihi ô homo, ex qua re, vel cur ſuperbis? Num de proſperitate ſeculi? Sed hæc antequam compareat, ſicut fumus euaneſcit. Num ex ſpiritalibus in ſublime ſuſtolleris? Sed etiam hoc vnum eſt ſpiritalium rerum, vt altum non ſapias. Cur ergo altum ſapis? An te aſſecutum cunctas virtutes exiſtimas? Aduerte Chriſtum dicentem, Luc.17.c
Quia cum feceritis hæc omnia, dicite: quoniam inutiles ſerui ſumus: nam quę facere debebamus, omnia perfecimus. An propter diuitias in ſuperbiam ſubleuaris? Nõnne vides omnes qui ante te fuerunt, nudos hinc ac deſtitutos rebus omnibus diſceſſiſſe? Nõnne nudi ingreſſi ſumus in hanc vitam, nudi quoque ſumus exituri? Nunquid debet quiſquam qui poſſidet aliena, ſuperbus exiſtere? Qui enim voluerint illis ad propriam voluntatem vti, amittunt ea etiam nolentes: & quidem ſæpius ante mortem, in ipſa vero morte inuitabiliter. Sed nos eis, inquis, viuentes ſicut volumus vtimur. Ego autem econtrà dico, quia magis nullum facile poteris inuenire, qui planè pro voto rebus extantibus abutatur. Quòd ſi etiam quis vtatur, vt velit, nihil hoc magnum putare debemus. Breuis eſt nanque vita præſentis temporis in comparatione ſeculi ſempiterni. Altum ſapis ô homo, quia dives es? Cur, obſecro, vel qua cauſa? Hoc enim poteſt etiam latronibus vſuuenire, vel furibus, vel homicidis, vel mollibus, vel fornicariis, vel etiam peſſimis vniuerſis. Cur ergo altum ſapis? Si enim ad quod opus eſt facultatibus tuis vteris, non debes altum ſapere, ne præceptum domini peſſundes. Si autem non ad quod opus eſt vteris, multo minus altum

ſapere

sapere debes: quoniam pecuniarum tuarum seruus effectus es, & sub earum dominatu detineris. Nam dic mihi, si quispiam febrium calore correptus, multum aquæ bibat, & modico quidem tempore sitim extinguat, ipsam vero flammam denuo validius accendat, num propterea debet altum sapere? Quid item si quis per plurima quidem, sed superflua curas suas exerceat, num, propterea debet altum sapere? Quamobrem dic obsecro? Num quia plurimos habet dominos? Quomã plurimis solicitudinibus angitur, quia plurimi homines adulantur? Enimuero seruus ille est, & dura fungitur seruitute. Quod vt agnoscas, parumper auscultа. Aliarum in nobis passionum interdum demonstratur vtilitas. Verbi gratia: Iracundia plerunque vtilis est: indignatio, inquit, iniusta non erit innocens: proinde potest quis etiam iuste indignari. *Matth.5.c* Et iterum: Qui irascitur, inquit, fratri suo sine causa: & non dixit, simpliciter, sed addidit, sine causa, reus erit gehennæ: qui ergo iuste irascuntur, nullo reatu tenentur obnoxij. Iterum æmulatio, vel cupiditas non sunt omnifariam noxiæ: hęc quidem cum ad opus procreandorum assumitur filiorum, illa vero cum studio imitandi bona suscipitur: sicut dixit & Paulus: Bonum est, inquit, æmulari semper in bonum. Et iterum: Aemulamini charismata meliora. Vtraq; ergo habent vtilitatem suam. Et sic etiam in cæteris passionibus inuenitur, si per eas considerantis peruigil currat intentio. Arrogantia vero nusquam bona potest existere, sed vbiq; inutilis, & noxia reperitur. Sanè vero si oportet altum sapere, in pauperie hoc oportet, non in diuitiis facere. Quare? Quia si potes in paucis vitam tuam bene disponere, eo qui hoc non potest, multo maior multôque melior haberis. Dic enim mihi, Si vocatis quibusdam ad regiam ciuitatem aliqui eorum nec iumentis indigeant, neque pediſsequis, neque tentoriis, neque diuersoriis, neq; calceamentis, vel vasis aliis cæteris, sed eis sufficiat panis tantum, & aqua sumpta de fontibus: quidam vero dicant, Quia nisi vehicula, eaq; molliter strata dentur, nisi etiam plurimos pediſsequos habeamus, nisi sæpius liceat requiescere, nisi fuerint & iumenta complura, nisi etiam & parum itineris peragere per dies singulos, quin & adhuc plura administrentur quibus opus habemus, non poterimus venire: quos, rogo, amplius admiremur, vtrum ne illos, an istos? Nimirum illos qui nullius indigent. Sic etiam in hac causa, quam habemus in manibus. Plurimi quippe ad peragendam huius vitæ viam pluribus indigent: alij vero, vt ita dicam, nullius. Proinde si oportet altum sapere, de pauperie hoc oportet, si tamen oportet. Nam qui bene sapit, altum sapere nunquam debet. Sed contemnitur, inquis, pauper. Non ille contemnitur, sed qui pauperem cõtemnunt, illi magis merito contemnuntur. Nam cur non magis ego contemnam illos, qui nesciunt admirari, quæ digna sunt admiratione? Nam & pictor, si ab omnibus irrideatur atque reprehendatur, donec eos indoctos perspicit, & suæ artis expertes, illorum verba penitus non attendit, sed solo suo ipsius testimonio contentus est. Nos vero sinemus nos multorum opinioni subiacere? Propterea digni sumus qui contemnamur ob id, quòd non magis eos vicissim contemnimus & miseros æstimamus, qui nos paupertatis gratia contẽnunt. Pertranseo quanta peccata ex diuitiis generantur, quantorum bonorum sit causa pauperies. Magis autem neque diuitiæ, neque paupertas secundum seipsas bonæ sunt, sed ex vtentibus qualitatem accipiunt. Christianus ergo in pauperie constitutus, quàm in diuitiis magis irradiat. Quo modo hoc? Quia excludit à se peccatum, non erit arrogans, sed potius temperans, & pudicus, & mitis, & sapiens: qui vero in diuitiis constitutus est, multa illum ab his bonis prępediunt. Inspiciamus ergo quę sunt quę diues operatur, immò qui male vtitur diuitiis. Quid ergo agit? Rapit aliena, æstuat cupiditate, vim infert, sordidis amoribus agitatur, nefandos non desinit perpetrare concubitus, incantationes & maleficia cuncta cõmittit, & cætera nequiora: nõnne vniuersa hæc ex diuitiis conspicias generari? Intueris quod in pauperie magis, quàm in diuitiis virtutes facilius possideamus. Nec mihi, quia hac in vita diuites nullam vindictam suscipiunt, ideo illos neque peccare putabis. Quòd si facile esset in diuites vindictam procedere, videres ex eis repleri carceres vniuersos. Sed cum omnibus malis suis etiam hoc malum habent diuitiæ, quod in malignitate peccantes, ab vltionibus tuentur: & qui diuitias possidet semper peccans, nulla pœna reuocatur: sed semper sine vllis remediis vulnera suscipit peccatorum, & frænum illi nullus imponit. Si autem quis voluerit, etiam ad iucunditates plus inueniet accommoda paupertatis officia. Quo modo hoc? qui curis & solicitudinibus est liber, vacat ab odio, litibus, contentione, iurgiis, & cæteris pessimis. Proinde ne ditescere quæramus, nec diuites æmulemur, sed habentes ad quod opus est, diuitiis vtamur: non habentes autem, non propterea doleamus, sed gratias magis vniuersorum deo ac domino referamus: quia nos paruo labore eandem mercedem poterimus, quam diuites, promereri: si autem volumus, etiam ampliorem dignos facit accipere, & ex paruis magna lucrari: nam & qui duo talenta protulit, *Matt.25.b* approbatus est, & similiter honoratus, sicut qui quinque protulerat. Quare hoc? Duo nanque erant illi talenta commissa, sed ipse totum quod ex se debebat, impleuit & quæ ei commissa fuerant, duplicauit. Quid ergo festinamus, vt nobis plurima cõmittantur, cum possimus & in paruis eosdem fructus adipisci? Quin fortassis adhuc quoque & maiores. Nam quàm gratum est, vt labor quidem sit minor, merces autem multo maior existat? Facilius †ergo, si voluerit, pauper plura & maiora diuite possidebit.] An ignoratis, quoniam quanto quis plura congesserit, tanto magis ampliora desiderat? Ne igitur etiam nos idem patiamur, non quæramus diuitias, neque ægrè afficiamur pauperie, neque ditescere festinemus: & qui diuitias possidemus, ita eis vtamur, sicut prącepit Apostolus: Qui habent, inquit, sint tanquam nõ habentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtentes. Vt adipiscamur bona quæ promissa sunt: quæ nos omnes percipere contingat vniuersa, gratia & clemẽtia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri vnà cum sancto spiritu gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

†enĩ pauper bona sua relinquet q̃ dines qui multa & magna possidet. 1.Cor.7.f

Homilia tertia ex cap. primo & secundo.

Matth.3. Psal.96.c Ibid.103.a Ibid.44.b

IT cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes angeli dei. Et ad angelos quidem dicit: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis: ad filium autem, Thronus tuus deus in seculum seculi, virga æquitatis, virga regni tui. Dominus quidem noster Iesus Christus aduentum suum carnalem, exitum vocat, sicut habes cum dicit: Exiit qui seminat ad seminandum. *Matt.13.a* Et iterum: Ego à patre exiui & veni, &c. *Iean.16.f* Et hoc in plurimis scripturarũ locis poterit inueniri. Paulus autem introitum Christi vocat aduentum, dicens:

Cum

Cum iterum introducit primogenitū in orbem terræ. Introitum istum assumptionē carnis appello. Sed quæris fortasse, cur talibus, vel diuersis vtatur nominibus. Significationes quidem dictorum manifestæ sunt, & secundum quid dicantur, apparet. Christus quidem merito exitum vocat. Foris enim eramus à deo, sicuti qui sunt extra regales aulas in vinculis colligati, & qui habent apud regem pro culpis aliquibus offensam, huiusmodi quippe à regali aula foris excluſi sunt: qui vero voluerit istis veniam impetrare, non primum ipsos in aulam regis introducit, sed ipse foras egreditur, ibique cum eis cōmiscet sermocinandi negocium, vsque dum eos correctos reddat, & dignos efficiat, quo regis vultui repræsentari mereantur. Sic etiam Christus effecit, egressus quippe ad nos, hoc est carnem sumens: & collocutus nobiscum, præcepta nobis regis indicauit, & sic nos à peccatis emundatos, & ad deum conuersos, in aulam regalem velut mediator optimus introduxit. Propterea ergo exitum vocat suæ incarnationis aduentum. Paulus autem introitum nominat, ex metaphora hæreditantium, & ius dominandi in aliqua possessione sumentium. Dicendo enim, Iterum introducit primogenitum in orbem terrarum: hoc significat, cum ei committit ac possidendum tradit orbem terrarum. Tunc enim totum orbem terræ possedit, cum ab vniuersis est agnitus. Non de deo †verba] ista dicuntur, sed de carne. Si enim in mundo erat, iuxta Ioannem, & mundus per ipsum factus est: quo modo alio modo introducitur, nisi secundum carnem? Et adorent eum, inquit, omnes angeli. Quoniam enim magna quædam, & altiora dicturus est, præstruit illa primum, & susceptibilia reddit, dum dicit patrem introduxisse filium. Supra dixerat, quia non per prophetas nobis locutus est, sed per filium, & quia filius melior est angelis, quod ex ipso argumentatus est nomine: hic autem iam ex alia re vult argumenta deducere. Ex qua ista? Ex adoratione, videlicet. Nam tanto eum meliorem esse demonstrat, quanto dominum seruis constat esse meliorem: quo modo si quis in quandam domum introducat aliquem, & confestim omnes eius domus principes iubeat, illum pronos simul omnes adorare: ita & Christum secundum carnem iussit à cunctis angelis adorari, dicens: Et adorent eum omnes angeli dei. Sed quæret aliquis, Num angeli tantum adorare præcepti sunt? Non, aduerte itaque quæ sequuntur. Et ad angelos quidem dicit: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis: ad filium autem, Sedes tua deus in seculum seculi. Ecce maxima differentia: quia illi quidem creati sunt, hic autem increatus. Ad angelos autem inquit: Qui facit angelos suos spiritus: ad filium autem qua ratione non dixit, qui facit? Et sanè potuisset, si voluisset istam sic exprimere differentiam, dicendo, & ad angelos quidem dicit, Qui facit angelos suos spiritus: ad filium autem, Dominus creauit me. Siquidem eum dominum & Christum deus fecit. Sed neque illud de filio dictum est, neque hoc de deo †vero,] sed de eo qui est secundum carnem. Vbi enim veram differentiam significare desiderat, non iam solos angelos comprehendit, sed omnes virtutes ministeria superna fungentes. Intueris quo modo diuidit, & cum quanta claritate creaturas à creatore discernit, ministros à domino, hæredem & genuinum filium à seruis. Ad filium autem dicit: Sedes tua deus in seculum seculi. Ecce habes regni symbolum. Et virga æquitatis, inquit, virga regni tui. Ecce habes & aliud regni symbolum. Deinde ad eum qui est secundum carnem reuertitur. *Dilexisti iusticiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te deus, deus tuus.*

Quid est, quod dicit deus tuus? Quoniam magnum quiddam locutus est, iterū illud mitigare festinat, Sed & hic Iudæos, & Paulum Samosatenum, & Arianos, & Marcellum, & Sabellium, & Marcionē percussit. Quo modo? Iudæos quidem, ostendens eis esse duas personas & deum, & hominem. Pauli vero Samosateni discipulos, dum ista de æterna loquitur & increata substātia: Nam ei quod suprà dixit, per quem & secula fecit, illud, thronus tuus deus in seculū seculi, opposuit. Arianos autem percutit, ostendens quoniam neque seruus est Christus neque creatura. Marcellum vero & cæteros, quoniam duæ sunt istæ personæ, secundū subsistentiam ab inuicem separatæ. Marcionistas autē percussit, dum ostendit quia non deus, sed humanitas vngitur. Post hæc subiungit, inquiens: *Præ consortibus tuis.* Qui sunt isti consortes alij præter homines? Hoc est, quod alibi dicitur, Quia non ad mensuram Christus accepit spiritum. Contemplaris quo modo semper coaptat sermonem dispensationis, sermoni quē de natura increata eloquitur. Quid hoc clarius dici potest? Animaduertis quo modo nō est id ipsum creatura & *proles? Non enim ita diuideret, si idem esset vtrunque, nec ad differentiam eius verbi, quod dixerat, fecit, inferret: ad filium autem dixit: Sedes tua deus in seculum seculi: neque differentius appellaret filij nomen, si eiusdem esset significationis cum nomine creaturæ. Nam quæ, rogo, differentia remanebit, si idem est proles & creatura? Nam illi facti sunt, ille vero genitus est. Et quid differentius est? Ecce iterum quod dixit, deus, cum articulo posuit, deinde subiungit: *Et tu in principio terram domine fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli.* Ne fortè audito eo quod dixit cum introducit primogenitū in orbem terræ velut munus quoddam illi postea donatum existimes, ista subiunxit: Nam & in superioribus hoc annotauit, & iterum ad ipsum recurrit dicens. In principio, non nūc, sed ab initio: Ecce iterum Paulum Samosatenum simul & Arium interemptorio percutit vulnere. Nam quæ sunt patri propria, hæc etiam filio coaptat: & post hæc etiam quiddam aliud tetigit, quod isto maius est. Nam & transformationem mundi subsignificauit, dicens: *Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes vt vestimentum veterascent, & velut amictum circumuolues eos, & mutabuntur.* Quod etiam in epistola ad Romanos dixit, quia transformaturus est mundum: & facilitatē significans, intulit: Sicut quilibet amictum inuoluit atque permutat: sic & ipse mundum & complicaturus & mutaturus est. Ergo cum transformationem & conditionem, quæ fit in melius, tam facile poterit operari: quis dicat quòd in inferiori opere, alterius eguerit adiutorio? Vsquequo non erubescunt taliter insanire? Simul etiam consolatio maxima est, cognoscere quòd non in eodem statu cuncta permaneant: sed illa quidem mutabuntur, ipse autem idem permanet in æternum, & sine fine viuens. *Et anni tui,* inquit, *non deficient. Ad quem autem angelorum dixit vnquam: Sede à dextris meis, donec posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Ecce iterum eos confidentes facit, siquidem futurum ostendit, vt eorum superentur inimici: & quia inimici eorum, ipsi erunt etiam Christi, in hoc iterum & regni declaratur indicium, & honoris æqualitas. Nullam autem imbecillitatem aliquatenus arbitreris, eo quòd dicit patrem indignatum iri, pro his quæ filius indigne perpessus est, hoc multum patris erga filium dilectionis & honoris ostendit. Qui enim indignatur

Ioan. 3. d

Psal. 109. a

Psal. 44. b

Supra 1. a

Ioan. 1. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnatur pro eo, quo modo extraneus ab illo esse conten A
Psal.2.a ditur? quod etiam in secundo dicitur psalmo: Qui habitat in cœlis irridebit eos, & dominº subsannabit eos: Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo cóturLuc.19.d babit eos. Et iterum ipse dixit: Eos autem qui me regnare noluerunt super se, adducite in conspectu meo, & interimite. Quod vero eius sint hæc verba, audi quid Luc.13.g dicat & alio in loco: Quoties volui congregare filios tuos, & noluistis? ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Et iterum: Auferetur à vobis regnum, & dabiMatt.21.d tur genti facienti fructus eius. Et iterum, Qui ceciderit Ibidem. super lapidem istum, confringetur: super quem vero ceciderit, conteret eum. Huc accedit, quia si ipse iudicaturus est eos in futura: multo amplius & in hac vita ipse illis digna retribuit. Proinde honoris duntaxat est patris erga filium quod dicitur. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. *Nónne omnes sunt ad-*
B *ministratorij spiritus qui in ministerium mittuntur propter eos qui hæreditatem percepturi sunt salutis.* Quid miraris, inquit, si filio suum ministerium exhibent, cum etiam pro nostra salute ministros eos constat effectos? Intuere quo modo eorum subleuat mentes, ostendens nobis honorem à deo plurimum condonatum: siquidem etiam angelos qui nobis superiores sunt, ad nostram salutem ministerium suum exhibere præcepit: tanquam si diceret, ad hoc eis vtitur: hoc est, angelicæ functionis officium, ad salutem nostram ministerium deo persoluere. Proinde hoc est opus angelicum, omnia facere pro salute proximorum, magis autem hoc est opus Christi. Ipse enim sicut dominus saluat, isti vero sicut serui: & nos itaque etiam si serui, angelorum tamen conserui sumus. Quid igitur suspicitis, inquit, ad angelos? Serui sunt filij dei, & propter nos sæpius mittuntur, & pro salute nostra
C ministeria sua persoluunt, quæ cum ita sint, constat angelos nostros esse conseruos. Considerate tamen, quo modo non multam differentiam creaturis attribuit. Quanuis enim multum interfit inter angelos & homines, veruntamen propinquos eos nobis facit, vt penè dicere videatur, quia nobis laborant, propter nos discurrunt, nobis suo funguntur officio: hoc est, eorum ministerium, vt propter nos vbique mittantur. Et harum rerum exemplis pleni sunt libri veteris testamenti, pleLuc.2.b ni etiam noui. Nam & pastoribus angeli euangelizaueIbid.1.c runt, & ad Mariam angelus venit, & Ioseph sæpius abMatt.28.c angelo visitatus est, & in monumento sedentes angeli Act.1.b apparuerunt, & ad discipulos angeli missi sunt dicentes: Viri Galilæi, quid statis intendentes in cœlum, &c.
Ibid.12.a Et Petrum angelus absoluit ex carcere, & Philippo angeli colloquuti sunt. Intellige igitur nunc quantus nobis honor exstitit, vt sicut ad amicos ita ministros angelos
Ibid.10.d suos destinat deus. Nam & Cornelio angelus adstitit, D & omnes apostolos angelus de custodia eduxit, dicens:
Ibid.9.a Euntes state, & loquimini in templo populo omnia τῷ δὲ πκὸ verba vitæ huius. Paulo vero ipse dominus, non anλω χῆ αὶ- gelus apparuit. Intueris ergo eos ministerium nobis τῷ φαίνε- propter deum reddentes: & magna nobis officia persταί ἄγγε- soluentes, idcirco dicit Paulus: Omnia vestra sunt, siue λῳ. vita, siue mors, siue mundus, siue præsentia, siue futura.
1.Cor.3.d Missus est quidem & filius, sed non sicut minister, neque vt perfuncturus quibuslibet officiis: sed sicut filius vnigenitus, eadem cum patre volens atque desiderans, magis autem neque missus est: neque enim de loco ad locum pertransiit, sed carnem sumpsit: isti autem loca permutant, & prima loca in quibus fuerant deserentes, ad alia veniunt transeundo, in quibus non erant antea.

Sed & hoc etiam cõfidentiam eis excitat, dicens: Quid veremini? Nam nobis etiam angelicum ministrat officium. Postquam ergo locutus est de filio dei tam secundum dispensationem carnis, quàm secundum quod vniuersitatis est opifex: locutus etiam de regno eius, & æqualitate honoris eius ostensa: & quia dominatur non solum hominibus, sed etiam supernis virtutibus, iam deinceps hortatur eos, vt animaduertant ea quæ illis annunciata sunt, dicens: *Propterea abundantius oportet at-* Cap.11.
tendere nos iis, quæ audiuimus, ne forte perfluamus. Quare abundantius dixit? Hoc est quàm in lege solebamus: sed nomen legis obticuit. Nam & in adstructione sua manifestũ hoc facit. Noluit ergo hoc nunc ponere, cum admonet & hortatur, sic enim cõducibilius arbitratus est.

Si enim, inquit, *qui per angelos dictus est sermo, fuit firmus, & omnis transgressio, & inobedientia iustam accepit mercedis retributionem: quo modo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem, quæ cum initio cœpisset enarrari per dominum, ab iis qui audierunt in nos confirmata est.* Quare abundantius nos oportet attendere iis quæ audiuimus? Nónne & illa dei sunt, & ista? Abundantius ergo dixit, aut quàm solebant in lege, aut certe amplius, non comparans, absit: sed quia per multa tempora magnum apud eos authoritatis pondus vetus habebat testamentum: hæc autem ab ipsis velut noua quædam contemnebantur, ostendit ex abundantia, quod hęc amplius obseruari debeant propemodum dicens: Dei quidem sunt & illa præcepta, & ista, sed non similiter, & hoc quidem postea demonstrat: nunc autem superficietẽus illud adstruit, in posterioribus autem manifestius confirmat, dicens: Si enim primum illud, inquit, esset inculpabile, & alia huiusmodi plurima.
Et iterum: Quod enim veterascit, & interitui propin- Infrà 8.d
quum est: sed nondum audet tale aliquid loqui in ipsis exordiis, vsquequo præoccupet, & obtineat pluribus adstructionibus auditorem. *Propterea*, inquit, *abundantius oportet nos attendere iis, quæ audiuimus, ne forte perfluamus.* Hoc est, ne forsitan pereamus ne forsitan excidamus. Et demonstrat *in hoc loco*, quantum malum in se ruina ista possideat. Siquidem difficile est quod effluxerit iterum resaluari, quoniam ex negligentiæ contigit vicio: sumpsit autem hoc verbum ex prouerbiis: Fili, inquit, non perfluas: Sed etiam facilitatem lapsus & malum perditionis ostendit: quasi dicat, inobedientia vobis à periculo non erit libera: & per ea ipsa quæ adstruit, approbat, quoniam maius erit in cadente supplicium: & iterum relinquit huius inquisitionem rei, ne ex conclusione suam disputationem grauem illis efficeret. Hæc est quippe modestia disputantis, vt nulla generetur audiẽtibus ex differentis sermone molestia. Hoc autem imitatur, cum non vbiq; quæ sequuntur ipse in conclusione constituit: sed ipsum auditorem dominũ facit & iudicem, vt ipse sua libratione conspiciat quæ sequuntur, & spontanea proferat voluntate sententiam. Hoc enim modo etiam ingenuos animos cõficit auditorum, dum nullo cogente assuescunt rectum sentire iudicium. Facit hoc etiam in veteri testamento propheta Nathan, 2.Reg.12.a
facit etiam in Euangelio secundum Matthæum Christus, dicens: Quid faciet operariis vineæ illius? Et ipse Matt.21.d
tacens illos compellit decretum proferre. Hæc quippe maxima victoria in disputationibus solet existere. Deinde dicens: *Si enim qui per angelos dictus est sermo fuit firmus.*
Non intulit, multo amplius qui per Christum, sed hoc quidem prætermisit, dixit autem quod minus est: *Quo modo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem?* Et intuere qualiter faciat comparationem. Si enim qui per angelos

los dictus est, inquit, sermo. Illic quidem per angelos, hic autem per dominum: & illic quidem sermo, hic autem salus. Deinde ne fortasse diceret aliquis: O Paule ista quę loqueris, ipsius Christi sunt, proinde ergo vt fidem dictorum probabilem reddat, significat nō solum â Christo dicta esse, sed etiam nunc â deo dici: non simpliciter voce per aërem prolata, sicut ad Mosen, sed signis atque virtutibus factis, & ipsis attestantibus rebus. Quid autem est? Si enim qui per angelos dictus est sermo, fuit firmus? Nam & in epistola ad Galatas ita quo- *Galat.3.c*
dam modo dicit. Dispositа per angelos in manu me- *Actо.7.g*
diatoris. Et iterum: Accepistis legem in mandatis angelorum, & non custodistis: & vbiq; per angelos datā esse dicit. Quidam autem dicunt, quòd in hoc loco Mosen intelligat, sed nō habet rationem. Angelos enim hoc in loco plurimos dicit, & præterea de angelis cœlestibus loquitur. Quid ergo? Aut enim decalogum signat, illic B enim Moses loquebatur, & deus respondebat: aut quia præsentes erant & angeli dei cum lex daretur, aut certe de omnibus his, quæ in veteri testamento (vtpote angelis in ministerium communicantibus) vel dicta vel *Iuan.1.& 7.b*
facta sunt loquitur. Et hic quidē ista dicit, sed quo mo- *Exod.16.c*
do alibi dicit: Lex per Mosen data est, hic autē per angelos? Et descendit, inquit, deus in nube. Si enim qui per angelos, inquit, dictus est sermo, fuit firmus. Quid est, fuit firmus? videlicet verus: tanquā si diceret, fidelis in opportuno tēpore. Et cuncta quæ prædicta sunt, perceperunt ipsis rebus effectū. Siue ergo hoc dicit, siue quia obtinuit sermo, & quicquid cōminando dixit, rebus cōstat impletum, siue sermonem dixit, præcepta veteris testamenti. Plurima quippe & præter legem sunt mādata per angelos, qui ad illud ministeriū mittebantur: sicut
εἰσὶν λειτ. κ. κληρονομῶ σω. missi sunt ad Loth in montē, & ad iudices, & ad Sāson. Propterea enim nō dixit, lex, sed sermo: vnde magis mihi videtur illa significare, quæ per angelos dispensata sunt. Quid ergo dicemus, nisi quia præsentes erant & angeli, quibus fuerat gens illa cōmissa, & ipsi erant qui tubis & buccinis personabant, & cætera faciebant, hoc est, ignem, fumum, & nebulas? *Et omnis*, inquit, *transgressio & inobedientia.* Non dixit quia aliqua punitur, aliqua vero non, sed omnis: hoc est, quia nihil remansit inultum: sed, *Percepit iustam mercedis retributionem.* Quare dixit mercedis retributionem? Merces autem in bono poni solet, sed iste mos est Apostolo, vt non magnam verborum habeat rationem, sed indifferenter, vel quæ in bono dicuntur, vel quæ in malo, pro alterutro ponere: *2.Cor.10.b*
sicut & alibi dixit: In captiuitatem redigentes omnem sensum ad obediendum Christo. Et iterum mercedis retributionem posuit pro supplicio: sicut & in præsenti D loco suppliciū mercedem nominauit. Item alibi dixit: *1.Thes.1.c*
Siquidem iustum est apud deum retribuere tribulantibus vos tribulationem, & vobis qui tribulamini, requiē: hoc est, non est corrupta iusticia, sed executus est deus, & conuertit iudicium suum super peccatores: quanuis non omnia sint manifesta peccata, nisi quādo præcepta dispositа contemnuntur. Et quo modo nos, inquit effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? Per hæc verba significat, tantam nō fuisse salutem in veteri testamento. Bene autem addidit, si tantam neglexerimus salutem. Non enim nunc nos de præliis liberabit, non nobis terram vel terrena bona largietur, sed mortis interitum, diabolicq; perditionem, regna cœlorum, vitam & beatitudinem sempiternam. Hæc quippe omnia breuiter innuit, dicens: Si tantam neglexerimus salutem. Deinde importat, vnde fide digna, quæ dicuntur efficiat,

A dicens: *Quæ cum initio cœpisset enarrari per dominum:* Hoc est, ab ipso fonte hæc quę dicimus, habuere principium, non ab hominibus nobis allata sunt, non ab aliqua virtute, vel creata, vel cōdita, sed ipse nobis ea filius vnigenitus impertiuit. *Ab iis*, inquit, *qui audierunt in nos confirmata est.* Quid est, confirmata est? credita aut perfecta, Pignus, inquit habemus: hoc est nō extincta, non diminuta est salus, quā nobis attribuit: sed permanet & præualet in æternum. Causa vero huius rei est diuinæ potētiæ operatio: hoc est, qui à domino audierunt, ipsi nos confirmauere. Magnum hoc opus, omniq; fide dignissimum, quod etiam Lucas dixit in principio Euangelij *In præfatione.*
sui: Sicut tradiderunt nobis qui ab initio præsentes viderunt, & ministrauerūt verbo. Sed dicet aliquis: Quo modo hæc confirmata est salus? Quid enim si ab his, qui primi audierunt ista, conficta sunt? Hoc ergo refutat, & B ostendit non esse humanam hanc gratiam. Neq; enim si ea confinxissent, testimonium illis perhibuisset diuina potentia: propterea ergo intulit, dicens: *Attestante deo.*
Testificantur quidem & illi, testificatur & deus. Et quo modo testificatur deus? Non verbo, neque voce (esset quidem hoc etiam dignū fide) sed quo modo? *Et signis, & prodigiis, & variis virtutibus.* Bene dixit, variis virtutibus affluentiā significans donorum, quæ non erat apud antiquos, neque tanta signa, neque tam diuersa prodigia. Hoc ergo dicit, quia non simpliciter illis credimus, sed per signa & prodigia. Proinde non illis, sed deo credimus. *Et spiritus sancti*, inquit, *distributionibus secundū ipsius voluntatem.* Sed fortasse dicet aliquis: Quid ergo? an nō & Magi signa faciunt, & Iudæi in Beelzebub Christum *Luc.11.b*
dæmones exclusisse dicebant? num propterea credendum est magis? Sed illi nō talia signa faciunt, propterea C subiunxit Apostolus dicens: *Variis virtutibus.* Illa enim non virtuti, sed infirmitati potius tribuenda sunt: quippe quæ phantastica & inania demōstrantur. idcirco ergo intulit, dicens: Et spiritus sancti distributionibus secundum ipsius voluntatem. Morale.

In hoc loco aliud etiam quiddam eum significare puto: arbitror enim intra eos non fuisse plures diuina charismata possidentes, sed cessasse illa apud eos, velut qui segniores facti erant & negligentiores: vt ergo eos consolaretur, ne aliqua desperatione decidерent, diuinæ voluntati cuncta contribuit, diuinoq; consilio. Veluti si diceret, ipse nouit quid cuique prosit, vel cui quid sit adcommodum, & ipse gratiam, quæ conducat, vnicuiq; distribuit: quod etiam ad Corinthios facit, dicens: *1.Cor.12.b*
Deus posuit vnumquēque nostrum sicut voluit. Et ite- *Ibidem a*
rum: Vnicuiq; datur manifestatio spiritus ad vtilitatem, secundum voluntatem eius. Ostendit ergo quòd donum, quòdq; secundum voluntatem dei patris sit. Sæpenumero autem & propter immūdam vitam & ignauam, multis dona diuina negata sunt: aliquando autem pleriq; vitam habentes honestam & mundam, non accipiunt illa. Quare? Ne in superbiam subleuentur, ne inflentur ventositate iactantiæ, ne altitudo muneris negligentiores efficiat. Si enim & sine peculiari charismate ipsa per se mundæ vitæ cōscientia idonea est, vt faciat arrogantem: multo amplius, quando cum recta vita charismatis quoque munus affuerit. Proinde humilibus magis, atque simplicibus charismata condonantur, & maximè simplicibus. In simplicitate, inquit, & in exul *2.Cor.1.c*
tatione cordis. Hoc itaque sermone exhortatus est eos amplius, etsi negligentes erant, cōpunctos reddidit, ac attentos. Qui enim humilis est, & non de se maiorem concipit existimationem, studiosior efficitur, cum charismatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

risimatis munus acceperit: dum enim iudicat, præter dignitatem suam munus illud esse tributum, debitorem se factum esse putat: qui vero compotem se virtutis existimat, non sibi ex gratia largientis adueniſſe munus illud arbitratur, sed ex suorum debito meritorum. Proinde huiusmodi homo inflatur vētositate superbiæ: idcirco ergo deus vtiliter cūcta dispensat, quod in ecclesia vsuuenire videas. Alius quidem habet facultatē sermonis ad docendum, alius autem neque os aperire valet. Non contristetur, inquit, iste, quia similem non habet gratiam: vnicuique enim datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Si enim homo paterfamilias nouit, quod cuique negocium cōmittat: multo amplius deus, qui nouit cunctorum mentes hominum, qui cuncta cognoscit, antequam fiant: Vnum est tantum tristicia dignum, hoc est peccare, aliud verò nihil. Ne dicas: Quare non habeo pecunias? si haberem, pauperibus impartirer. Nescis ô homo: fortassis enim si haberes, amplius auarus existeres. Nunc quidem hæc dicis, sed si te ipsa probaret experientia, alius forsitan appareres. Nam & quando sumus cibis saturati, putamus nos posse longa tolerare ieiunia: cùm verò nos cœperit saltem leuis esuries, alia nos desideria subintrant. Iterum quando sumus ab ebrietate liberi, putamus illam nos superare posse passionem: cum verò fuerimus illius morbi capti libidine, minimè nobis primum iudiciū remanebit. Non ergo dicas, Quare non accepi gratiam docendi? Si enim haberem, decem milia hominum ædificarem. Nescis quia si fortassis haberes, ad iudicium maius haberes: fortassis enim inuidia, fortassis desidia compelleret te talentum sub terra defodere. Nunc autem istis omnibus liberatus es, nec culparis, si non distribueris annonæ singulis quibusque mensuram: si autem haberes illud charisma, plurimis culpis esses obnoxius: sed & nūc non es sine charismate, in paruo demonstra qualis esse posses, si munus illud haberes. *Si enim, inquit, in paruo fideles non fuistis, maiora quis dabit vobis?* Ostende ergo sicut illa vidua. Duos habuit obolos, & totum quod habuit, misit: totum quod possidebat cōtulit. Pecunias quæris, ostende te contemnere quæ parua sunt, vt credam tibi de maximis: si verò nec ista, multo minus illa contempseris. Similiter etiam in sermone tuo demonstra, quod eo competenter vtaris in admonitione, vel consilio circa fratres. At non habes eloquentiam, non habes abundantiam sententiarum: veruntamen scis ista communia, si filium habes, si vicinum, si amicum, si propinquum, si seruos, admone, doce. Si non vales in ecclesia publice longum protelare sermonem, istis tamen semotim potes consulere: ad hoc non rhetorica opus est, neque longa præceptione: ostende in his, quoniam si haberes facultatem sermonis, negligentia te nulla deprimeret: si autem in paruo non geris vllum studium, quo modo tibi maiora promittenti credamus? Quod enim hoc vnusquisq; valeat implere, adde uerte quid dicat Apostolus, quo modo hoc & laicis sic imperet: Vnusquisque inquit, ædificate inuicem, sicut & facitis, & consolemini alterutrum in sermonibus istis. Nouit deus quid & quo modo vnicuique distribuat. Nunquid nam tu melior es Mose? Aduerte ergo quo modo respuebat muneris amplitudinem. Num ego, inquit, illos portare possum? quoniam dixisti mihi sume illos, sicut sumit nutrix paruulum ad vbera pendentem. Quid ergo deus? Sumpsit de spiritu eius & dedit aliis: ostendens quia neque dum eos ipse portaret, eius erat charisma, sed spiritus sancti. Si enim haberes charisma

Luc.16.c *Matt.12.d* *1.Thess.5.b*

A ô homo, fortasse superbiæ te ventus extolleret, fortassis mutareris in peius. Non ita temetipsum cognoscis sicut te deus agnoscit. Non ergo dicamus: Quare hoc, & pro qua causa hoc? quando deus aliquid dispensat atque disponit, non ab eo rerum rationes exigamus. Hoc enim extremæ impietatis est, sceleratæq; superbiæ. Serui sumus, & serui multum distantes à domino, neq; quæ ante pedes nostros aguntur scientes. Non ergo curiosè perscrutemur diuina consilia, sed quod nobis donare dignatus est, hoc seruemus, siue paruum sit, siue minimum. Hæc enim agentes probabiles apparebimus: magis autem quicquid venerit de diuini muneris largitate, nequaquam paruum esse iudicemus. Doles quod charisma docendi non possides? Dic mihi, quid tibi maius videtur, charisma docendi, an charisma morbos & ægritudines effugandi? Item dic mihi, nōnne maius est oculos restituere cæcorum? Item mortuos suscitare,
B nōnne videtur tibi maius esse? Quid? nōnne maius est tactu sudarij, vel vmbra sola corporis quàm verbo istud perficere? Quid ergo dic mihi? sudario ne, aut vmbra tui corporis mortuos suscitare mauis, an docendi charisma possidere? Vtique illud eliges, vt mortuos tactu sudariorum tuorum, & vmbra corporis tui resuscites. Si igitur tibi monstrauero, quoniam isto charismate est aliud charisma multo superius, quod tibi dum sumere liceat, non appetis, nōnne iuste cæteris charismatibus priuatus es? Hoc autem charisma, quod dico, non vni, non alteri, sed cunctis concessum est possidere. Scio quippe quòd attenti facti estis, & stupore possessi. Si ergo audieritis, quia licet vobis maius charisma possidere, quàm mortuos suscitare, quàm cæcorum oculos restituere, quàm & cætera facere, quæ ab apostolis facta memorantur, fortassis etiam credibile non puta-
C tis. Quid ergo est hoc charisma? scilicet charitas. Sed credite mihi, quia iste sermo non est meus, sed Christi, per Paulum apostolum nobis loquentis. Quid ergo dixit? *Æmulemini charismata meliora, & adhuc eminentiorem viam vobis demonstro.* Quid dicit eminentiorem viam? Corinthij altum sapiebant super donis muneribūsq; charismatum, & qui linguarum habebant charisma, quod est minimum, circa reliquos arrogantius inflabātur. Dicit ergo: Si omnino charismata quæritis, ego vobis ostendam viam charismatum eminentem: non simpliciter superiorem, sed eminenter cæteris præstantem: deinde dicit: Si linguis angelorum loquar, *Ibid.13.a* charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si habeam fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam nihil sum. Ecce tibi charisma quod cunctis eminet, æmulare illud: hoc quippe charisma maius est,
D quàm mortuos suscitare: multo melius quàm reliqua dona virtutum. Et vt sic esse intelligas, aduerte quid dixerit ipse Christus, discipulis suis loquens: In hoc *Ioan.13.d* cognoscent omnes quòd discipuli mei sitis: & ostendit in quo, non dicens: Si miracula feceritis: sed si charitatem, inquit, habueritis adinuicem: & iterum ad patrem dicit: In hoc cognoscent, quia tu me misisti: si fuerint vnum: & iterum ad discipulos suos dicebat: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem. Qui ergo talis est, etiam iis qui mortuos suscitant, melior est atque præclarior: & meritò. Illud enim totum diuini constat esse charismatis, hoc autem & ad tuum studium pertinebit. Hoc vere opus est Christiani, hoc declarat Christi discipulum hoc manifestat quēque crucifixum esse mundo, hoc ostendit aliquem nihil in hac terra possidere: sine hac nanque neque martyrium proderit.

Ibid.13.d *Ibid.14.d* *Ibid.13.d* *1.Cor.12.d*

Et vt

Et vt cognoscas,intuere hoc manifestius. Sumpsit beatus Paulus duas summas excelsasq; virtutes, magis autem tres: vnam ad miracula pertinentem, alteram ad scientiam, tertiam vitæ conuersationisq; meritum possidentem: & tamen quanquam magnæ sint, sine charitate nihil eas esse determinat. Et quo modo nihil sunt, ego dico: Si distribuam, inquit, omnia mea pauperib⁹, charitatem autem non habeam, nihil sum. Potest enim fieri, vt sit aliquis suæ distributor substantiæ, & sit vacuus charitatis. Et hæc quidem sufficienter à nobis in aliis dicta sunt, vbi proprius locus de charitate nos cõpulit disputare. Ad illa ergo mittimus auditores, interim nunc, sicut iam dixi, æmulemur hoc charisma, diligamus nos inuicem, & nullius doctrinę erimus indigi ad conquirenda virtutis insignia: sed omnia nobis facilia sine vllo sudore constabunt, & magna diligentia cuncta perficiemus. Sed ecce, inquis, & nunc diligimus inuicem: vnusquisque enim habet amicos, alius quidẽ duos alius autẽ tres: sed hoc nõ est propter deũ diligere. Qui nanque propter deum diligit non habet tale dilectionis initium, sed erga omnes sicut circa fratres afficitur: & quos quidem fidei eiusdem esse cognouerit, vt vere germanos fratres amplexatur ac diligit. Hæreticos autem vel Paganos vel Iudæos propter cõmunionem quidem naturę, fratres æstimat: misereatur autem propter quod in eis cernit errorem, & contabescit pro eis, & lachrymas fundit: in hoc erimus similes deo, si cunctos amabimus, etiam inimicos nostros, nõ autem si signa, vel miracula fecerimus. Nam & dominum ipsum admiramur quidem miracula facientem, sed amplius admiramur miserantem & longanimiter sustinentem. Si igitur & in ipso deo illud est amplius admirandum, quanto magis in homine? Vnde clarum est, quòd nos hoc faciat magis admirabiles. Hoc igitur æmulemur, & nihil vel à Paulo, vel à Petro, vel aliis mille mortuos suscitantibus, minus habebimus, etiam si febrem fugare, vel morbos pellere non valeamus. Enimuero sine charitate etiam si ipsis apostolis excellentiora miracula fecerimus, si nosmetipsos propter fidem in mille pericula contradiderimus, nihil nobis vtilitatis accesserit: & hæc non ego dico, sed ipse charitatis alumnus. Ipsi ergo credamus, ipsum protinus audiamus. Sic enim poterimus bona quæ promissa sunt, adipisci, quæ nos vniuersos contingat accipere, gratia & clementia domini nostri Iesu Christi, cum quo sit patri gloria, vnà cum sancto spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

1.Cor.13.b

Homilia quarta ex cap. secundo.

NOn enim angelis subdidit orbem terræ futurum, de quo loquimur: Testatus est autem aliculs quidam dicẽs: Quid est homo, quòd memor es eius, aut filius hominis, quòd visitas eum? Minorem eum paulò fecisti angelis. Vellẽ manifeste cognoscere, num aliqui competẽti studio ea quæ dicuntur aduertant: an nõ iuxta viã semina iactemus: studiosius quippe etiam nos docebimus, si vos studiose audire sentiamus. Dicemus tamẽ, etiamsi nullus audire velit, propter incumbẽtem nobis timorem dei. Contestare, inquit, plebem hanc, etsi non audiãt, tu absolutus eris. Si autem certus essem de vestro studio, nõ solum propter timorem, sed & cum iucunditate dicerem. Nunc autem si nullus audiat, etiam si mihi res sine periculo sit, quod meum est implenti, attamen sine delectatione aliqua labor iste perficitur. Quid enim profuerit, quod ego quidem culpa vaco, si interea animo vestrum iuuatur. Si autem animaduerterint quidam, non tanta nobis vtilitas erit ex eo, quòd de pœna liberabimur, quantum nobis accommodabit charitatis vestræ profectus. Quo modo igitur hoc cognoscã, Intendam vnumquenq; vestrum: & quos ex vobis admodum attentos cognouero, hos seorsum nactus interrogabo: & si reperero vel aliqua ex his quæ dicta sũt retinere, non dico omnia: hoc enim vobis non satis est facile, sed etsi pauca ex multis, de reliquis non ambigam vltra. Et oportebat quidem, vt absq; præmonitione incautos aggrederer, veruntamẽ etiam sic gratum mihi erit, si vos secundum votum meæ mẽtis inueneritis. Quin & sic quoque possum vos incautos adoriri. Quod enim interrogaturus sim prædixi quidem, quãdo autem nondũ certo constitui: fortasse enim hodie, fortasse crastina, fortasse post viginti, forsan post triginta dies, fortasse post pauciores, fortasis post plures: sic etiam deus diem defunctionis nostræ incertum effecit, & neq; hodie, neq; crastina die, neq; post annũ totum, neq; an post plures annos immineat, certum nobis esse permisit, vt expectationis incertitudine moti, semper in virtute nosipsos cõtineamus: & quòd commeaturi simus ex hac vita, dictum est nobis: quãdo verò, nequaquam: sic etiam ego, interrogaturum me quidem dixi, quando verò, non addidi, volens vos hãc curam semper habere. Et nemo dicat quoniam ante quatuor hebdomadas, & quinq;, & amplius hæc audiui, & retinere nõ possum. Si quis enim audierit, taliter eum retinere volo, vt eius memoria nullum obliuionis furtum patiatur, neque diluta sit, neque quæ dicta sunt respuat. Volo enim vos retinere quæ dico, non vt mihi ea dicatis, sed vt vos lucrum habeatis. Hoc mihi totum studium est: itaq; nemo hoc dicat. At necessarium iam est, vt ad consequentia reuertamur. Quid ergo hodie propositum nobis est ad dicendum? Non enim angelis, inquit, subdidit orbem futurum, de quo loquimur. Nunquid nam de altero aliquo orbe disputat? non ita est, sed de isto præsenti, propter hoc etiam addidit, de quo loquimur. Ne mentem auditoris errare relinqueret, dum alius quæreretur orbis. Quo modo ergo eum futurum vocat? Nempe quemadmodum & alibi dixit, qui est forma futuri: de Adam & Christo loquens in epistola ad Romanos, respectu temporũ, in quibus vixit Adam, futurum secundum carnem vocans Christum. Et enim futurus erat: sic etiam nunc, quoniam dixit: Quando autem introducit primogenitum in orbẽ terrarum, ne putares alium orbem eum dicere, ex multis hoc confirmat, eoipso quòd dicit futurum. Futurus quippe erat orbis, filius autem dei semper erat, hũc ergo orbem futurum non angelis subdidit, sed Christo. Quod autem ad filium dictum sit, inquit, manifestum est. Nõ enim quis dixerit quod ad angelos dictum sit: deinde aliud affert testimonium, & dicit: Testatus est autem in quodam loco quidam dicens. Cur nõ ipsum nomen prophetæ posuit, sed abscondidit? Fecit hoc etiam in aliis testimoniis: sicut cùm dicit: Quando autem [introducit] primogenitũ in orbem terrarum: dicit, Et adorẽt eum omnes angeli dei. Et item, Ego ero ei in patrem: & ad angelos quidem dicit: Qui facit angelos spiritus: &, Tu domine in principio terram fundasti. Sic etiam hic, inquit, Testatus est in quodam loco quidam dicens: Et hoc ipsum existimo non abscondentis esse, sed ostendentis eos multam habere scientiam scripturarum, vt nec opus haberet nomen ponere dicentis: sed veluti de re admodum trita & manifesta, in-

Roma. 5.c

Psal.8.c

Ezech.3.c

t *rursum introducit.*

Psal.96.b
2.Reg.7.c
Psal.103.a
Ibid.101.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibidem 8.b sta, inducere testimonia. Quid est homo quòd memor es eius, aut filius hominis quòd visitas eum? Minorem eum paulò fecisti angelis, gloria & honore coronasti eum. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Hoc enim etsi de communi humanitate dictum est: veruntamē propriè aptatur ad Christum secundū carnem. Nam illud omnia subiecisti sub pedibus eius, ad illum magis pertinet, quàm ad nos. Filius quippe dei quum nihil essemus nos inuisit, & carne ex nobis assumpta, sibiq; adunata, omnibus superior est effectus: *In eo enim quod subiecit ei omnia, nihil reliquit illi non subiectum. Nunc autem nondum videmus illi omnia subiecta esse.* Quod autem dicit, tale est: quoniam dixit, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Fieri poterat, vt adhuc mœrore afficerentur, deinde post hæc paucis quibusdam interpositis, hoc testimonium intulit prius illud confirmans. Etenim ne dicerent. Quo modo inimicos eius posuit sub pedibus eius, tanta nobis patientibus? Sufficiēter quidem & in anterioribus hoc significauit: quod enim dixit, donec, faciendum significauit, sed tempore procedente: hic autem hoc exequitur. Ne putes, inquit, quoniam necdum subiecti sunt, planè non subiiciendos: Quòd autem oporteat subiici, manifestum est: etenim prophetia propter hoc dicta est. *In eo autem quòd subiecit ei*, inquit, *omnia, nihil reliquit ei non subiectum.* Quo modo ergo non omnia subiecta sunt? quoniam futurum est, vt subiiciantur: si ergo omnia oportet subiici, nec dum autem subiecta sunt, nihil contristeris neque turberis. Si enim fine quidem præsente omnibus iam subiectis hæc patereris, quæ pateris, rectè doleres.

Nunc autem necdum videmus ei omnia subiecta. Necdum imperator noster manifestè cūcta obtinuit: quid ergo turbaris, dum aliqua mala pateris? Necdum omnia obtinuit prædicatio nostra, necdum tempus, in quo perficitur subiectio: deinde alia consolatio. Si enim etiam ipse, qui omnes subiectos habiturus est, mortuus est, & innumera passus: quid tu contristaris, cùm pateris?

Eum verò qui modicum quiddam diminutus fuerat infra angelos, videmus Iesum propter passiones mortis. Deinde rursus intulit bona & prospera. *Gloria & honore coronatum.*

Vides quo modo illi omnia coaptauerit? Etenim idipsum quod dixit, modicum, cui magis aptū quàm ei, qui tres duntaxat dies in inferno fuit? Veruntamen nobis qui tanto tempore contribulamur, non potest aptari. Et illud quoque, gloria & honore, illi multò amplius congruit, quàm nobis. Iterum eis in mentem reducit passionem crucis, duo faciens, & quantam curā de omnibus habeat ostendens, & persuadēs omnia fortiter tolerare in magistrum aspicientes. Si enim qui ab angelis adoratur, inquit, sustinuit paululum infra angelos minorari, propter te, multò amplius tu, qui angelis minor es, cuncta tolerare debes propter ipsum. Deinde ostendit crucem gloriam & honorem esse, sicut ipse semper eam vocat, dicens: Vt glorificetur filius hominis, & glorificatus est filius hominis. Si igitur ille ea quæ pro seruis passus est, gloriam vocat: multò amplius tu, quæ pro domino pateris. Vides crucis fructus quantus sit? Amato ergo hanc rem: triste quidem tibi videtur, sed innumera generat bona. Ostendit itaque ex hoc tentationis vtilitatem. Deinde dicit, vt gratia dei pro omnibus gustaret mortem: vt, gratia dei, inquit. Et ille quidem propter dei gratiam, quæ erga nos est, hæc passus est. Qui proprio, inquit, filio non pepercit, sed illum pro nobis omnibus tradidit. Cuius rei gratia? non debebat hoc nobis, sed gratia illud fecit. Et iterum in epistola ad Romanos, dixit: Multò magis gratia dei, & donum per gratiam vnius hominis Iesu Christi in multos abundauit, Vt gratia dei pro omnibus gustaret mortem, non pro fidelibus tantum, sed & pro mundo vniuerso. Nam ipse quidem pro omnibus mortuus est. Quid autem si non omnes credunt? Ille quod suum erat impleuit. Et propriè dixit, pro omnibus gustaret mortem, non dixit vt moriatur. Re vera enim sicuti qui gustat, sic breue interuallum in illa faciens, confestim surrexit. Dicendo ergo mortem & passionem mortis, manifestè mortem significauit: dicēdo autem quoniam angelis melior, resurrectionem declarauit. Sicut enim medicus non habens necessitatem ex cibis, qui ægroto proponuntur gustare, sed illi consulēs, primus ex illius cibo degustat, vt persuadeat ægroto promptius illos cibos accipere: sic etiam dominus, quoniam omnes homines mortem timebant, persuadens eis, vt fiducialiter ad mortem accederent, & ipse gustauit mortem, nullam habēs necessitatem. Venit etenim huius mundi princeps, inquit, & in me inuenit nihil: sed & ex eo quod dicit: gratia dei, &, pro omnibus gustaret mortem, istud commendat. *Decebat enim eum, propter quem sunt omnia, & per quem omnia: vt multis filiis in gloriam adductis principem salutis eorū per passiones perfectum redderet.* De patre hîc loquitur. Vides quo modo iterum ei illud, per quem, coaptat? non enim hoc faceret, si alicuius diminutionis esset: & filio soli conueniret. Quod autem dicit hoc est, Digna, inquit, clementia sua fecit, quod primogenitum clariorem omnibus ostendit, & sicut athletam fortem, & cæteros superantem exemplum aliis constituit. Principem salutis eorum, hoc est, causam salutis eorum. Vides quantùm sit differentiæ? & ipse filius, & nos filij: sed ille saluat, nos saluamur. Vides quo modo nos & coniungit, & discernit? Multis filiis, inquit, adductis in gloriā. Hîc coniunxit: principem salutis eorum, atque iterum discreuit. Per passiones, inquit, perficeret. Ergo passiones perfectio sunt, & causa salutis. Vides quòd mala pati non sit derelictorum? si verò in hoc primum honorauit filium deus, vt per passiones eum induceret, re vera multò melius est carnem suscipere, & pati quæ passus est, quàm hunc mundum facere, & ex nullis existentibus proferre: hoc quidem clementiæ est, illud multò amplius, quod etiam ipse ostendens dixit: Vt ostenderet in seculis aduenientibus eminētes diuitias bonitatis suæ, simul cum eo resuscitauit, & simul cum eo sedere fecit in cœlestib⁹ in Christo Iesu. Decebat enim eū, propter quem omnia, & per quem omnia, vt multis filiis in gloriam adductis principem salutis eorum per passiones perficeret. Decebat enim curam de nobis agentem, & omnia vt essent proferentem, tradere filiū pro cæterorum salute, vnū pro multis. Verùm non sic dixit, sed vt per passiones, inquit, perficeret: ostendens eum qui patitur pro aliquo, nō solùm illum iuuare, sed etiam seipsum clariorem efficere, & perfectiorē. Hoc autem ad fideles dicit, confidentiores eos efficiens. Etenim Christus tunc glorificatus est, quādo passus: quādo autem dico, glorificatus est, non putes quòd ei gloriæ quicquam accesserit. Illam quippe gloriam naturæ suæ habuit semper, nihil accessionis in illa capiēs. *Qui enim sanctificat*, inquit, *& qui sanctificantur, ex vno sunt omnes: propter quam causam non erubescit fratres eos vocare.* Ecce quo modo iterum coniungit, honorans eos & consolās, & Christi fratres eos efficiens, secundū quod ex vno eos esse dicit: deinde muniens sermonem suū, & ostendēs

quoniam

Ioan.11.d *Ibid.13.a* *Roma.8.f* *Roma.5.c* *Ephes.1.b* *Ioan.14.d*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoniam de eo, qui secundū carnem est dixit, intulit: Qui enim sanctificat, hoc est Christus: & hi qui sanctificātur, hoc est nos. Intueris quantū interſit? Ille quidē sanctificat: sanctificamur autem nos: sed & supra, principem, inquit, salutis eorū. Vnus enim est deus, ex quo sunt omnia: Propter quā causam non erubescit fratres eos vocare. Vides quo modo iterū ostendat illius eminentiam? In eo enim quod dixit, Non erubescit, demōstrat non rei naturæ esse, sed misericordiæ esse totum eius qui non erubescit, & modestiæ multę. Etsi enim ex vno, veruntamen ille sanctificat, nos autem sanctificamur, & multùm interest: ille quidem ex patre, sicut filius, & proprius, hoc est, ex eius essentia: nos autem vt creatura, hoc est, ex nullis extātibus. Multùm igitur ab eo distamus. Propterea dicit non erubescit fratres eos vocare, dicens: *Annunciabo nomen tuū fratribus meis.* Carnem enim indutus, indutus est & fraternitatem, & introducta est simul etiā fraternitas: sed hoc quidē rectè profert, illud autē, *Ego ero fidens in illo.* Quid sibi vult? Quæ sequuntur cōmodè quidē ponit, vtpote. *Ecce ego & pueri, quos dedit mihi deus.* Sicut enim hîc patrem seipsum ostendit, sic illic fratrē. Annunciabo, inquit, nomen tuum fratribus meis. Iterū eminentiā demōstrat, & multam differentiā per ea quæ sequuntur. *Quoniā igitur pueri commercium habuerūt cum carne & sanguine.* Vides qua in re sitam esse dicat similitudinem istam? In carne videlicet. Et ipse similiter particeps factus est eorundē. Erubescant omnes hæretici, cooperiantur confusione qui putatiuè dicunt eū aduenisse, & nō verè. Nō enim dixit. Quoniā particeps factus est tantùm eorundē, & tacuit: quāuis & sic sufficienter dixisset, sed aliud amplius quiddā posuit, hoc est, similiter, non putatiuā aut imaginariam, sed verā ostendens fraternitatē, deinde & causam etiā ponit dispensationis: *Vt per mortem, inquit, aboleret eum, qui imperium habebat mortis, hoc est diabolum.*

Hîc admirabile quiddam demōstrat, quia per quod imperium obtinuerat diabolus, per hoc & victus est, & arma quæ illi fuerunt fortia aduersum mundū, hoc est mors, per ea illum Christus percussit. Hîc magnitudinem virtutis eius, qui vicit, insinuat. Intueris quantum bonum operata sit mors? *Et liberaret, inquit, eos, quotquot metu mortis per omnem vitam obnoxij erāt seruituti.* Quare tremitis? quare timetis eā, quę iam inanis facta est? Iam terribilis non est, sed conculcata est, contēpta est, extrema facta est, & nullius momenti. Quid autē est, metu mortis per omnem vitam obnoxij erant seruituti? aut hoc dixit, quia qui mortem timet seruus est, & omnia patitur, ne moriatur: aut illud, quia serui omnes erāt mortis, & quia illa nondum erat soluta, dominabatur eis: aut quia cū in timore perpetuo viuerent homines semper se mori expectantes, nullum voluptatis sensum capere poterant, hoc metu apud eos manente. Hoc enim significauit, dicens, Per omnem vitam. Hîc demōstrat contribulatos, persecutionem passos, & patria, & substantia, & cæteris omnibus priuatos iucundius ac liberius degere, illis, qui in deliciis iam diu constituti sunt, qui nihil tale passi sunt, qui in lætitia degunt. Siquidē illi quidem per omnem vitam sub metu mortis agebant, & serui erant: isti verò ab eo sunt liberati, & deridēt quod illi horruerunt. Tale enim est nunc quale si quispiā vinctum aliquem producendum ad mortē, & semper hoc expectantē, pinguē reddat ex multis deliciis: tale aliquid erat etiā mors antiquo tempore, nunc autem veluti si quispiam metu illo pariter cum deliciis ejecto certamen denunciet, & proponat agonē vt iam

non ad mortem, sed ad regnum adducatur, ex vtris esse velles? Ex his qui in custodia pinguescerent, singulis diebus sententiam sui interitus expectantes: an ex illis pugnaturis quidem multum, & laboraturis vltronea voluntate, vt diadema tandem regni suscipiāt? Intueris quo modo excitarit eorum animum, erectósque ac sublimes effecerit? Ostendit autem non mortem tantū quieuisse, sed per hanc etiam illum, qui aduersum nos bellum sine fœdere semper instituit, diabolū dico inanem esse factum, ac viribus suis spoliatum. Qui enim mortem non timet, extra tyrannidem diaboli constitutus est. Si enim pellem pro pelle, & omnia dat vnusquisq; pro anima sua: quādo etiam istam quispiam statuit contemnere, cuius erit de cæterò seruus? Nullum metuet, nullum timebit, omnibus erit superior, omnibus liberior. Qui enim animam suam contemnit, multò amplius etiam alia: quando enim inuenerit talem animam diabolus, nihil in illa suorum operum poterit operari. Quid enim? dic mihi, minabitur damnū pecuniarum? inhonorationem, ejectionē ex patria? sed hæc parua sunt ei, qui neq; animam suam preciosam existimat, iuxta beatum Paulum, Vides, quòd qui mortis tyrannidem excludit, simul etiam diaboli virtutem dissoluit? Qui enim de resurrectione multa philosophari nouit, quo modo timebit mortē? quo modo deinceps illam horrescet? Non itaq; contristemini dicentes: Morale. quare hæc, atque illa perpessi sumus? sic enim victoria clarior perficitur: non enim esset clara, nisi mortē mortе soluisset: hoc autem est mirabile, quòd per eadem eā vicit, per quæ prævaluit, facilitatem eius & solertiam vbiq; demonstrans. Non ergo prodamus datum nobis donum. Nō enim accepimus, inquit, spiritum seruitutis, sed spiritum virtutis, & charitatis, & temperantiæ. Stemus ergo fortes, irridētes mortem. Sed compellor gemere amarissimè. Nam quo nos queso Christus euexit, quo verò nosipsos deiecimus? Cùm video enim luctus in plateis, & lamētationes super eos qui ex hac vita migrarunt, & vlulationes, & ineptias alias, credite mihi, erubesco, & paganos & Iudæos & hæreticos ista videntes, & omnes qui nos irridēt. Quęcunque enim iam dico, inaniter dico, de resurrectione philosophās. Cur hoc? Quia non quæ à me dicuntur attendunt Græci, sed illa quæ fiunt à vobis: confestim enim dicunt, Quo modo ex istis aliquis contemnere poterit mortē, qui neq; alterum mortuū potest videre patiēter? Bona sunt quę dicta sunt à Paulo, bona sunt, inquam, cœloq; & benignitate dei digna. Quid enim dixit? Vt liberaret eos, quotquot metu mortis per omnē vitam obnoxij erant seruituti. Sed non permittitis, vt ista credantur: quandoquidem diuersis operibus vestris illis repugnatis, quanuis nos deus plurimū cōmunierit, veniens ad hoc, vt hanc amputaret pessimā consuetudinē. Dic mihi, quid sibi volunt istæ lāpades tam splendidæ? Nōne sicut athletas mortuos comitamur. Quid etiā hymni? nónne vt deum glorificemus, & ei gratias agamus, quod iam coronauit discedētem, quod à laboribus liberauit, quod à timore liberatum, apud se habet? Nónne propter hoc hymni? nónne propter hoc psalmodia? omnia ista gaudentium sunt. Aequo animo est aliquis, psallat inquit Apostolus: sed non ad hæc attendūt Græci. Nolo mihi dicas, inquit, quenquam extra passionē philosophantem: hoc enim nihil magnum est, neq; mirabile. Ostende mihi in ipsa passione, in dolore philosophantem, & tunc credam resurrectioni. Et quidem mulieres seculares hoc facere mirum non est: quanuis

1.Corin.3.b

Psal.21.e

Psal.17.a

Esa.8.d

Iob 2.b

Roma.8.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam hoc malum sit. Etenim ipsæ eandem exiguntur
1.Thes.4.d philosophiam: propter quod & Paulus dicit: De dormientibus autem nolo vos ignorare: vt non contristemini, sicut & cæteri qui spem non habent. Non enim monachis scripsit hæc, neque in virginitate manentibus, sed secularibus: Veruntamen hoc non ita malum est. Cùm verò quis aut mulier, aut vir crucifixum se mundo dicit: & eorum hic quidem capillos dissipat, illa verò vlulat, quid hac re turpius? Credite mihi dicenti, Si quemadmodum oportebat, fieret, multo tempore debebant huiusmodi ab ecclesiæ limine prohiberi. Isti enim sunt, qui verè digni sunt luctu, qui mortem timent adhuc & horrescunt, qui resurrectionem adhuc non credunt. Sed resurrectioni, inquit, non diffido, sed consuetudinem quæro. Quare ergo, dic mihi, quando in longinquum ac peregre proficiscitur, non eadem facis? Sed ploro, inquis, & tunc, & consuetudinem requiro: Verum illud quidem verè consuetudinem quærentium est: hoc autem de reuersione desperantium. Cogita quid psallas in illo tempore, Reuertere,
Psal.14.b inquis, anima mea in requiem tuam, quia dominus
Ibid.31.b benefecit tibi. Et iterum non timebo mala, quoniam tu mecum es. Et iterum: Tu es refugium meum à tribulatione, quæ me continet. Intelligis quid sibi velint isti psalmi? sed non animaduertis, & inebriaris ex luctu. Vel in aliorum sepulturis diligenter perpende, vt habeas remedium in tuis. Reuertere, inquis, anima mea in requiem tuam: quoniã dominus benefecit tibi. Dic mihi, dicis: Quoniã dominus benefecit tibi, & lachrymaris? Nõnne scena sunt ista? nõne hypocrisis? Si enim verè credis verbis, quæ dicis, superuacuè luges: si autem ludis & fingis, & fabulas esse putas, quare psallis? quare susci pis ad te venientes? quare non repellis psallentes. Sed furor, inquis, esset hoc facere. Atqui quod facis multò maiorem furorem habet. Interim igitur moneo, quia accedente tempore vehemẽtius vtar hac causa: etenim valde timeo, ne isto modo pessimus quidam morbus in ecclesiam subintret. Itaq; de luctibus quidem postea corrigam, interim tamen hoc præcipio, & contestor & diuites & pauperes, & mulieres & viros. Contingat quidem nos omnes sine luctu ex hac vita migrare, & secundum competentem naturæ legem patres à filiis senes deduci, & matres à filiabus, & nepotibus, & pronepotibus in pingui senectute, & nusquam contingere immaturam mortem. Contingat quidem hoc, & hoc opto: & præsidentes, & omnes vos rogo, vt alius pro alio deum precemini, votumq; istud commune faciatis. Si autem, quod absit, & quod non contingat, amara quædam mors accidat (amaram autem dico, non natura: neque enim iam amara est mors, à somno nihil distans: sed amaram dico accidere, ad vestram affectionem respiciens) & aliqui lamentatrices istas conduxerint, credite mihi dicẽti (nõ enim aliter dicam, quàm vt possum & affectus sum, irascatur, si cui libet,) per multum tempus eum ab eccle
Coloss.3.a sia arcebo, sicut idololatram. Si enim auarum idololatram vocat Paulus, multò magis eum, qui super fidelem mortuum, ea quę sunt idololatrarum inducit. Pro qua re, dic mihi, presbyteros vocas, & psallentes? Nõnne vt consolationem recipias? Nõnne vt honores discedentem? Quare igitur illum cõtumelia afficis? Quare eum infamas? Quare ludis sicut in scena? Nos venimus de resurrectione philosophantes, vniuersos docentes, & eos qui necdum percussi sunt, per honorem qui mortuo tribuitur, si quando aliquid tale contige-

A rit, ferre fortiter: tu autẽ adducis eos, qui nostra, quantùm in ipsis est, subuertunt. Quid hac irrisione, & isto ludibrio peius? Quid hac inæqualitate molestius? Con- 1.Tim.5.c
fundimini & erubescite, si autẽ non vultis, nos non patimur amplius tales mores, ecclesiæ pernicioſos, induci. Peccantes, inquit, in cõspectu omnium argue: & mulieribus illis miseris per vos denunciamus, vt nunquã in mortibus fidelium, aut exportationibus ingrediantur, ne re vera propria mala eas cogamus lugere, & doceamus, vt non in alienis hæc faciant, sed proprias magis calamitates lamententur: etenim & pater misericors, quando filium inordinatum habet, non illum solum monet, vt non coniungatur malignis, sed etiam ipsos terret. Ecce igitur & vobis, & illis mulieribus per vos admonens dico, vt neq; vos conuocetis tales, neq; illæ adueniant: & contingat quidem hoc verbum am-
B plius operari, & has minas prævalere. Si verò, quod absit, contemnemur, compellemur deinceps in actum deducere minas: vos quidem legibus ecclesiasticis coërcentes, illas autem sicut tales coërcere competit. Si verò aliquis peruicax inuentus contempserit, audiat Christum nunc etiam dicentem: Si quis peccauerit in Matt.18.c
te, vade, argue illum inter te & ipsum solum: si autem Luc.17.
nõ obaudierit, assume tecum vnum, aut duos: si etiam sic restiterit, dic ecclesiæ: si autem & ecclesiam contempserit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Si ergo eum qui in me peccauerit, cùm non obaudierit, sic auersari iubet: qui in seipsum peccauerit, & in deũ, quo modo habere debeo, vos iudicate: vos enim nos non culpatis sic molliter agẽtes vobiscum. Si autem aliquis contẽpserit ligationes, quæ à nobis fiunt, iterum ipsum Chri-
stus docebit, dicens: Quæcunq; ligaueritis in terra, erũt Matth.16.c
C ligata & in cœlo: & quæcunq; solueritis super terram, Ioan.20.e
erunt soluta & in cœlo. Etenim etsi nos miseri & nulli sumus, & cõtemptu digni, sicut & digni sumus, non tamen nosipsos vindicamus, neq; iram reddimus, sed de vestra salute cogitamus. Pudeat vos rogo, & verecundemini: si enim amicum quis fert, vehementius quàm oportet secum agentem, intentionem eius discutiens, nempe quod benignè, non ex iactantia hoc faciat: multò amplius doctorem feret & ipsum neq; ex sua authoritate dicentem, neq; vicem iudicis, sed patris curã gerentem: non enim potestatem nostrã demonstrare volentes, hæc dicimus. Quo modo nanq; ista hoc animo diceremus, qui neq; ad experimentum eorum, quæ dicimus, optamus venire, sed pro vobis dolem⁹ & lugemus? Ignoscite autem, & nemo contemnat vincula ecclesiastica: non enim homo est qui ligat, sed Christus
D qui nobis hanc potestatem dedit, & dominos fecit homines tanti honoris. Nam & nos quidem ad soluendũ volumus vti hac potestate, magis autem neq; huius rei necessitatem habere vellemus. Neminem quippe desideramus ligatum esse apud nos: non enim tantùm sumus miseri & infœlices, etiam si nullius momenti sumus: sin verò coacti fuerimus, ignoscite: non enim vltro, neq; volentes, sed plus vobis qui ligamini dolẽtes, ligationes inferimus. Si autem aliquis contempserit istas, instabit tempus iudicij, vbi docebitur: cætera autem modò dicere nolo, ne percutiam mentes vestras. Nos enim primum quidem non optamus ad hanc necessitatem venire: si autem venerimus, quod nostrum est, implebimus, iniiciemus vincula. Si autem quispiam hæc ruperit, ego quod meũ est fecero & innoxius ero: de cętero autem erit tibi ratio apud deũ reddenda qui mihi iusserit ligare: neq; enim si imperatore præsidente

satellitum

satellitum quispiam adstantium iubeatur aliquē ex ordine officij ligare, & vincula iniicere, ille autem non solùm repellat illa vincula, sed etiam confringat: nunquid satelles ille est, qui iniuriam passus est & non magis imperator qui iusit? Si enim quæ circa credentes sunt, ipse sua propria ducit: quantò magis quando ille, qui docere constitutus est, iniuriam patitur, veluti si in se committatur accipiat? sed non contingat quēquam eorum qui in hac ecclesia sunt, ad necessitatem horum vinculorum venire. Sicut enim bonum est, nō delinquere: ita correptionē ferre, vtile est. Toleremus itaque increpationem, & festinemus quidem non peccare: si autem peccauerimus, feramus correptionē. Sicut enim bonum est non vulnerari, si autem contingat, medicamentū imponere vulneri necessarium est: sic & hic, sed non contingat quenquam talibus egere medicamentis. Confidimus enim de vobis meliora, & ad salutem pertinentia: tametsi sic loquimur, vehemētius fortasse locuti sum⁹ pro ampliore cautela. Melius quippe est asperum me & durum & audacem putari à vobis, quàm vos † quæ deo placent non facere.] Credimus autem deo, quoniam non erit vobis inutilis hęc increpatio, sed sic mutabimini, vt sermones istos nostros in laudes vestras expendamus, vt obtinere cūcti mereamur bona, quæ promisit deus diligentibus eum, in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, vnà cū sancto spiritu, gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

† quæ deo non placēt, facere.

Homilia quinta ex cap. secundo.

NOn enim videlicet angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. Vnde debuit secundum omnia fratribus similis reddi, vt misericors esset, & fidelis pontifex ad deum, &c. Multam dei benignitatem volens Paulus demōstrare, & charitatem, quam circa genus humanum habuit, postquàm dixit, quoniam ergo pueri communicarunt carni & sanguini, & ipse similiter particeps factus est eorundem, exequitur amplius hunc locum. Non enim simpliciter audias, quod dictū est, neque nudum aliquid hoc esse putes, quod carnem ex nobis assumpsit: angelis hoc non donauit. Non enim quenquam angelorum apprehendit, sed semen Abrahæ. Quid est quod dixit: Non angeli naturam suscepit, sed hominis? Quid autem est, quod dicit, apprehendit? Ille, inquit, non aprehendit naturam angelorum, sed nostrā. Quare non dixit, suscepit, sed isto verbo vsus est, apprehendit? Ex metaphora insequentium eos qui auersi sunt, & omnia facientium, vt fugientes occupent, & vt resilientes apprehendere valeant. Au- D fugientem quippe ab ipso naturam humanam, & procul aufugientem (eramus autem lōgè profugi) insecutus apprehendit: ostendit quoniā misericordia sola, & gratia, & cura, quā de nobis habuit, hoc fecit: Quēadmodū igitur cùm dicit, Nōne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos qui hæreditaturi sunt salutem? Vehemens dei studium erga naturam humanam ostendit: & quòd multam illius curam habeat, sic etiam hoc loco quod multo amplius est ex comparatione ponit. Non enim † angelorum quenquam] apprehendit. Et re vera magnum & admirabile, & stupore plenum est, carnem nostram sursum sedere, & adorari ab angelis & archangelis, & cherubin & seraphin: hoc sæpius ego in mente versans, excessum patior, & magna de genere humano imaginor: magna quippe video, & clara exordia, multumq; deo

Supra 1. ad

† *angelos.*

studij esse pro natura nostra. Et non dixit, homines simpliciter apprehendit, sed volens eos erigere, & ostendere magnum esse genus eorum, & honorabile, dixit: Sed semen Abrahæ apprehendit. Vnde debuit secundum omnia fratribus similis reddi. Quid est secundum omnia? Natus est, inquit, educatus est, creuit, passus est omnia quæ oportuit, postremò & mortuus est, hoc est secundum omnia fratribus similis reddi. Quoniā quippe multa dixit de maiestate ipsius, & cœlesti gloria, iam de dispensatione mouet sermonem. Et contemplemur cum quanta potentia, quo modo illum ostendit multum studium habentem, vt nobis similis redderetur, quod fuit curam de nobis plurimam gerentis: Cùm enim suprà dixisset, quoniam pueri cō- *Suprà.c* mercium habuerunt cum carne & sanguine, & ipse similiter particeps factus est eorundem: & hîc illum dicit secundum omnia fratribus similem reddi: quasi dicat, Qui tam magnus est, qui est splendor gloriæ, qui est character substantiæ, qui secula fecit, qui sedet in dextera patris, iste voluit & studuit frater noster in omnibus fieri, & propter hoc angelos reliquit, & alias supernas virtutes, & ad nos descendit, & nos apprehendit: & innumera operatus est bona: mortem destruxit, è diaboli tyrānide nos exemit, à seruitute liberauit, neque solum fraternitate honorauit, sed & alis innumeris: siquidem & summus sacerdos noster fieri voluit apud patrem: infert enim, vt misericors esset, & fidelis pontifex in his quæ sunt ad deum: propter hoc, inquit, carnem assumpsit nostram, propter misericordiam solam, vt misereretur nostri: non est enim alia quæpiam causa dispensationis, quàm hæc sola. Vidit quippe humi iacere proiectos, pereuntes, mortisq; tyrannidem patientes, & misertus est. *Ad expiandum*, inquit, *peccata populi, vt misericors esset, & fidelis pontifex.* Quid est fidelis? verus, potens: fidelis enim pontifex est filius, eos quorum pontifex est à peccatis liberare valens, vt ergo offerret sacrificium, quod posset nos mundare, propter hoc factus est homo. Intulit igitur in his quæ sunt ad deum: hoc est earum rerum gratia, quæ pertinent ad deum. Inimici enim eramus, inquit, Deo, condēnati, inhonorati, nemo erat qui offerret pro nobis sacrificium, vidit nos in his constitutos, & misertus est, non constituens nobis sacerdotem, sed ipse factus est sacerdos. Et vt declararet quo modo sit fidelis, intulit, Ad expiandum peccata populi. In quo enim passus est inquit, ipse tentatus potest & eos qui tentantur iuuare. Satis humile est hoc minimū & indignum deo: in quo enim passus est, inquit, ipse. De incarnato hic & ad certam persuasionem audientium loquitur, & propter eorum infirmitatem: hoc est, per experimentum, inquit, eorum, quæ patimur, venit. Iam non ignorat passiones nostras: non sicut deus solùm nouit, sed etiam sicut homo cognouit per experimentum, per quod tētatus est. Passus est multa, nouit cōpati: licèt impassibilis sit deus: Sed ea quæ sunt carnis hîc narrat, veluti si diceret, Et ipsa caro Christi multa mala passa est: nouit quid sit tribulatio, nouit quid sit tentatio, nō minus quàm nosipsi qui patimur: etenim & ipse passus est. Quid est ergo quod dicit, Potest eos qui tentantur adiuuare? Tanquā si quis diceret, cū multa animi alacritate porriget manum compatieturq;: Quoniam enim Iudæi volebant magnum aliquid, & amplius habere præ illis qui erant ex gentibus: ostendit in hoc plus eos habere in quo nihil nocebat eis qui erant ex gentibus. Quid est autem hoc? Quòd ex ipsis est salus, quòd eos apprehendit primùm,

Universidad de Deusto
Biblioteca

mùm,quòd ex ipsis assumpsit carnem. Nó enim angelos,inquit,apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit.Honorat & patriarcham per hoc,& ostendit, quid sit semen Abrahæ. Admonet enim eos promissionis,
Gene.13.d quæ illi facta est, per quam dictum est: Tibi & semini tuo dabo terram hanc.In modico ostẽdit propinquitatem:quia ex vno sunt omnes:sed non erat multa illa propinquitas, venit iterum ad eandem immoraturq; dispensationi,quæ est secundum carnem,ac dicit: Erat quidem & ipsum velle fieri hominem multæ curæ diuinæ & charitatis,nunc autem non hoc solum est, sed etiam bona immortalia,quæ per eũ nobis tradita sunt. Ad expiandum enim,inquit,peccata populi.Quare nõ non dixit mundi,sed dixit populi? Nam omnium peccata sustinuit.Quoniam videlicet hoc loco de ipsis ludæis loquebatur:nã & angelus ad Ioseph dicebat: Vo-
Lucæ 1.a cabis nomen eius Iesum, ipse enim saluabit populũ suum : hoc quippe primum oportuit fieri:& propter hoc venit,vt istos saluaret,& tũc per istos & gentes, tametsi contrarium contigit: hoc etiam apostoli ab ipso ini-
Act.3.d tio dicebant: Vobis suscitans filium suum misit bene-
Ibid.13.d dicentem vos:& iterum:Vobis sermo salutis huius missus est.Nobilitatem hîc ostendit Iudaicam,dicens: Ad expiandum peccata populi.Interim sic dixit: Quod enim ipse sit qui peccata omnium dimittit,manifestauit
Matth.2.a in paralytico dicens:Dimittũtur tibi peccata tua. Et in
Matt.28.d baptismate: dixit enim ad discipulos suos, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij,& spiritus sancti. Cùm autem carnem apprehenderit,Paulus omnia iam humilia loquitur,nihil formi-
Cap.III. dans.Attende enim quid iam dicat. *Vnde fratres sancti, vocationis cœlestis participes considerate apostolum, & pontificem confessionis nostræ Iesum Christum, fidelem existentem ei qui ipsum constituit,sicut & Moses in tota domo eius.* Præpositurus Christum Mosi secundum comparationem,ad legem sacerdotij sermonem transtulit: non enim exiguam opinionem habebant de Mose omnes: & præmittit iam semina excellentiæ: & incipit quidem à carne, ascendit autem ad diuinitatem, vbi iam nõ est comparatio. Cœpit interim à carne quod æquale est,ponere,& dixit: Sicut & Moses in omni domo eius: & non statim in initio demonstrat excellentiam,ne auditor resiliat, & obturet auditum : tametsi enim fideles erant, verũtamen adhuc magnificam opinionẽ habebant de Mose. Fidelem,inquit,existentem ei qui ipsum apostolum constituit & pontificem:nihil hîc de essentia loquitur, neq; de diuinitate,sed interim de dignitatibus humanis. Sicut & Moses in omni domo eius : hoc est,in populo,aut in templo.Hic enim,in domo eius,dixit,tanquam si quis dicat de his qui sunt in domo . Sicuti aliquis curator ac dispensator domus,sic erat & Moses in populo : quia verò domum populum dixit, intulit:

† *cuius domus*] *Excellentia Christi.*

† *Dei domus sumus nos* : hoc est, in creatura eius sumus. Deinde etiam excellentiam Christi ponit, dicens: *Maiori enim dignus factus est gloria, quàm Moses.* Iterum redit ad carnem, secundum quod ampliorem honorẽ habet,quàm domus,qui construxit eam.Et ipse,inquit, de domo erat: & nõ dixit, iste quidem seruus, ille autẽ dominus,sed hoc latẽter significauit.Si domus erat populus,& ipse de populo erat, & ipse igitur de domo erat . Sic enim & nobis vsus est dicere : ille ex domo illius est. Hîc quippe domum nõ ipsum templum dicit: non enim illud deus construxit, sed homines : qui verò fecit eum,deus est, Mosen dicit. Et intuere quo modo ostendit excellentiã latenter.Fidelis,inquit,in omni domo eius. Et ipse est ex domo, hoc est, ex populo: maiorem habet honorẽ artifex, quàm opera ipsius: & qui domum fabricauit, quàm ipsa domus. *Qui autem omnia condidit, deus est.* Vides quoniam non de templo dicit,sed de omni populo. *Et Moses quidem fidelis fuit in omni domo eius,sicut seruus in testimonium eorum quæ dicenda erãt.*

Ecce alia excellentia quæ est à filio,& à seruis . Attẽdis iterum quoniam proprietatem per filij appellationem significat. *Christus autem sicut filius administrat domum ipsius.* Vides quo modo facturam, & factorẽ discernit:quo modo seruum, & filium?& ille quidẽ in paternas res sicut dominus ingreditur: iste autẽ sicut seruus.

Cuius domus sumus nos: si quidem fiduciã, & gloriationem spei vsq; ad finem firmam tenuerimus. Hîc iterum eos hortatur, stare fortiter & non decidere . Domus quippe dei erimus, inquit, quod erat Moses, si fiduciã & gloriationẽ spei vsq; ad finem firmã tenuerimus . Qui enim dolet, inquit,in tentationibus, & decidit,non gloriatur : qui erubescit,qui absconditur,fiduciã non habet:qui mœret,non gloriatur.Deinde laudat etiam eos,dicens: Si quidẽ fiduciam & gloriationẽ spei vsq; in finem firmã tenuerimus.Ostendit eos,cœpisse. Oportet autem vsq; ad finem,& non simpliciter stare,sed firmã habere spẽ in certa fidei persuasione,nõ nutabundos aut loco motos à tẽtationibus: * Si enim scriptura de patre, qui nõ est incarnatus dicit.De cœlo prospexit dominus, & vidit omnes filios hominum : hoc est, omnia exactè cognouit.Et iterũ: Descendens videbo an secundum elamorem eorũ perfecerint. Et iterum : Non potest deus ferre nequitias hominũ, magnitudinem iræ diuinæ ostendens:multò magis de Christo, qui etiam passus est in carne,dicuntur ista: Quoniam enim plerique; mortalium ipsam experientiã omniũ putant certissimam adferre rerum cognitionẽ,vult ostẽdere,quòd qui passus est, probè sciat quid patiatur humana natura. *Vnde fratres sancti:* Quòd dixit,vnde,pro, quapropter, posuit. *Vocationis cœlestis participes.* Nihil hîc quæratis, si ad cœlestia vocati estis:illic est merces, illic est retributio:quid ergo. *Considerate apostolum & pontificem confessionis nostræ Iesum Christum fidelem existentem ei, qui ipsum constituit, sicut & Moses in omni domo eius.* Quid est,fidelem existentem ei qui ipsum constituit ? hoc est prouidum,defendentem ea quę eius sunt,non permittentem illa temerè ferri,sicut & Moses in omni domo eius.hoc est,Cognoscite quis sit pontifex,& qualis,& non habebitis opus consolatione alia.Apostolum autem illum vocat, propterea quòd missus est. Pontificem, inquit, confessionis nostræ,hoc est fidei. Et isti populus cõmissus est, sicut & illi commissum erat regimen populi : sed huic maiora & in maioribus commissa sunt. *In testimonium eorum quæ dicenda sunt.* Quid dicis? Nunquid testimonium hominis accipit deus?Admodum. Si enim cœlũ contestatur,& terrã,& colles,dicens per prophetã:Audi cœlum,& auribus percipe terra,quoniã dominus locutus est:&,Audite valles,fundamenta terrę,quoniam domino iudicium est cõtra populũ eius : multò magis homines,hoc est, vt sint testes, quando † confundẽtur isti.]Christus autẽ sicut filius : Moses quidem alienorũ curã gessit,hic autem propriorum. *Et gloriationem spei:*

* *Ad id refert quod supra dixit, In eo ĩ quo passus est.* *Psal.13.a* *Gene.18.c* *Ibidem 6.a*

Esaiæ 1.a *Mich.6.a*

† *isti impudenter decebabũt.*

Bene dixit,spei:quoniã omnia bona in spe sunt cõstituta.Oportet autem illam ita certam tenere, vt nõ secus gloriemur,quàm si iam confecta essent, quæ speramus:propter hoc dicit gloriationẽ spei,& infert: *Vsque ad finem firmã tenuerimus.* Spe enim salui facti sumus:si ergo spe salui facti sumus,& per patientiã expectamus,

Roma.8.c

nullo

Universidad de Deusto

nullo mœrore affligamur in præsentibus,neq; iã in hac
Ibidem. vita quæramus,quæ futura nobis promissa sunt.Spes enim,inquit,quæ videtur,non est spes: Quoniam enim magna sunt illa bona hîc ea percipere nõ possumus in ista fragili vita.Quare ergo nobis ea prædixit,si non erat hic daturus? Vt promissione animas nostras recrearet,vt sponsione confortaret desiderium,vt erigeret nostrã mentẽ, idcirco enim omnia ista facta sunt.

Morale. Quid ergo turbamur?Nemo videns malignos prosperitatem habere,turbetur: nõ est hîc retributio neq; malignitatis,neq; virtutis:at si aliquando contingit,vt aliqua sit retributio vel maliciæ,vel virtutis,non tamẽ secundum quod dignum est,sed simpliciter, veluti gustus quidam iudicij,vt qui resurrectioni non credunt, vel talibus doceantur. Quando itaque videamus malignum ditescere,non decidamus animis: & quando videmus bonum mala pati,nõ turbemur:in futuro coronæ,in futuro supplicia.Est & alia ratio, quia non potest vel malus in omnibus malus esse,sed habet aliqua bona:neque bonus in omnibus bonus esse,sed habet aliqua peccata: quando ergo prosperitatem habet malus,malo capitis sui habet:Quoniã enim pro illis paucis bonis retributionem hîc accipit, illic iam plenius punietur:propter hoc autem hic recipit.Et iterum,Beatus est ille maximè, qui hic punitur, vt omnibus abiectis delictis,probatus & purgatus hinc exeat, & innocens:& hoc nos Paulus docẽs, dixit:Propter hoc in vo
1.Corĩ.11.g & 5.a bis multi infirmi,& ægroti,& dormiũt plurimi. Et ite-
Esa.40.a rum: Tradidi huiusmodi satanæ, & propheta, inquit: Quia suscepit de manu domini duplicia pro peccatis:
Psal.24.d & iterum Dauid: Vide inimicos meos, quia multipli-
† super me cati sunt † super capillos capitis mei,]& odio iniquo o-
Esaiæ 26. c derunt me,& dimitte omnia peccata mea: & rursus alius,domine deus noster.Pacem da nobis,omnia enim reddidisti nobis:sed hæc quidem ostendentis sunt bonos supplicia pro peccatis hîc recipere.Vbi autem doceatur bona malos hîc recipere,illic plenius puniri:audi
Lucæ 16.f di Abraham dicentem ad diuitem: Recepisti bona in vita tua,& Lazarus similiter mala. Qualia bona?Hic enim,in eo quod non dicit accepisti,sed recepisti, ostẽdit secundum debitum vtroq; passos, & illum quidẽ in prosperitate,illum autem in aduersitate versatum, & inquit: Propterea iste hîc consolatur:vides enim illum purgatum à peccatis,& te in doloribus. Non igitur doleamus quando bonis potiri videmus in hac vita peccatores, sed quando nos malè patimur, gaudeamus:peccatorum quippe est expiatio. Non ergo quæ-
Ioan.16.g ramus relaxationem,tribulationẽ quippe denunciauit
2.Tim.3.c Christus suis discipulis:nã & Paulus dicit: Omnes qui volunt piè viuere in Christo, persecutionem patiẽtur. Nemo fortis athleta in stadio lauacra requirit:& mensam repletam cibis & vino:Hoc enim non esset athletæ,sed delicati: athleta nanque pugnat cum puluere, cum oleo,cum radio solis,cum sudoribus multis,tribulationibus,& angustia. Certandi hoc est, & pugnandi tempus: proinde etiam vulnera suscipiendi, & sanguinem effundendi, & dolendi. Audi quid dicat beatus
1.Corin.9.d Paulus:Sic pugno,non velut aërem cædens. Omnem vitam in agone esse constitutam putemus, & nunquã requiem quæramus,nunquam tribulati mœreamus: siquidem neq; pugil mœret,cùm se in agone viderit. Aliud est remissionis tempus.Oportet autem nos per tribulationes perfici.Quanquam enim iam nec persecutio aliqua sit,neq; tribulatio: tamẽ sunt aliæ tribulationes quæ per dies singulos nos adobruunt: si autẽ istas

A non ferimus,illas vtique nullatenus tulerimus. Tenta- *1.Corĩ.10.c*
tio,inquit,vos non comprehendit,nisi humana. Oremus itaq; deum,ne intremus in tentationem: si autem intrauerimus,feramus fortiter:Illud quidem temperãtium hominum est,vt seipsos in pericula non præcipitent:hoc autem fortium,& philosophorum.Non itaq; nosipsos,præcipitem⁹ quomodolibet,temeritatis quippe esset:neq; iterum aduersis iactati,& rebus sic vocantibus, cedamus: timoris nanq; hoc esset, sed si quidem prædicatio verbi nos vocauerit,non renuamus: temerè verò,neq; existente causa, neq; vtilitate aliqua, neq; necessitate,quæ ad pietatem pertinet,vocante, non irruamus:ostentatio quippe esset & ambitio honoris superflui.Si autem aliquid eorum, quæ lædunt pietatem, contingat,etiã si mille mortes sustinere nos oporteat, nihil renuere debemus.Non prouoces tẽtationes,quã-
B do tibi ea quæ ad pietatem pertinent,pro voto procedunt:vt quid,superflua tibi accerseres pericula,nullum lucrum habentia?Hęc dico,volens vos custodire leges Christi iubentis orare,ne intremus in tentationem, & *Matt.6.b*
iubentis vt crucem nostram tollamus, ipsumq; sequa- *Marc.8.d*
mur.Hæc quippe non sunt contraria, sed valde conuenientia.Tu quidem esto præparatus, sicut miles fortis,in armis perpetuò,sobrius, vigilans,semper hostem expectans. Bella sanè non excites: hoc quippe militis non est, sed seditiosi. Si verò tuba pietatis vocauerit, confestim procede,& contemne animam,& ingredere cum multa alacritate in agonem, rumpe aciem aduersariorum,concide faciem diaboli, statue tropharũ. Si autem pietas nihil lædituꝛ, neque depopulatur aliquis nostra dogmata: dico autem ea quæ ad animam pertinẽt, neq; cogit aliquis facere quod deo non pla-
C cet,noli esse superfluus.Sanguinis oportet esse plenam Christi vitam: sanguinis autem dico, non vt aliorum effundamus,sed vt parati simus nostrum effundere.Cũ tanta igitur animi alacritate proprium sanguinem effundamus,si quando pro Christo opus fuerit, cũ quãta aquam quis effundit: etenim aqua est sanguis irrigans corpus:& cum tanta facilitate carnem exuere debemus,cum quanta & vestimentum: hoc autem erit, si non fuerimus pecuniis dediti, si non domibus, si non affectioni,si ab omnibus fuerimus separati. Si enim qui militarem vitam viuunt, omnibus renunciant,& vbicunque bellum vocauerit, illuc sese recipiunt, atque itinera magna conficiunt,& omnia cum alacritate sustinent: multò amplius nos Christi milites sic præparatos esse oportet, & dispositos ad bellum passionum. Nunc non est persecutio, neque contingat fieri ali-
D quando,sed aliud bellum est cupiditatis,pecuniarum, inuidiæ,cæterarumq; passionum. Istud bellum narrãs Paulus dixit: Non est nobis colluctatio aduersus car- *Ephes.6.b*
nem & sanguinem. Istud bellum semper instat, propter hoc semper nos armatos stare vult: State, inquit, *Ibidem.a*
succincti lumbos vestros:quod etiam ipsum præsentis est temporis: & significauit, semper oportere armari: multum enim bellum per linguam, multum per oculos:istud bellum vincamus: multum bellum est cupiditatum, idcireo inde incipit armare militẽ Christi:State,inquit,sucincti lumbos vestros,& intulit, In veritate.Quare in veritate? † Illusio quippe est, falsitas, & cu- † *Ipsa quip*
piditas:]propterea dixit propheta: Lumbi mei impleti *pe cupidi-*
sunt illusionibus.Non est voluptas ista res, sed vmbra *tas illusio*
voluptatis.Succincti,inquit,lũbos vestros in veritate: *est ac men-*
hoc est,in vera voluptate,in temperantia,in honestate *dacium.*
propterea ista monet,videns absurditatem peccati, vo *Psal.37.b*

lens omnia membra noſtra muniri. Iracundia quippe iniuſta nõ inſtificabitur. Et thorace nos circũdari vult & ſcuto. Beſtia nanque eſt, facilè inſiliens iracundia, & mille maceriis, & munitionibus nobis opus erit, vt ſuperemus, & reprimamus: propterea nobis hanc maximè partẽ veluti ex quibuſdam lapidibus, hoc eſt, oſsibus ædificauit deus, munimenta ei conſtituens, ne diruptis illis facilè, vel inciſis totũ animal lædatur. Ignis, inquit, eſt, & tempeſtas magna, & nulla alia pars hanc valet ſuſtinere. Dicunt etiam medicinæ ſtudioſi, propter hoc pulmonem ſuppoſitum eſſe cordi, vt in mollicie iacens, veluti in quadam ſpongia poſt aſſultationẽ requieſcat, ne aduerſo ac duro pectori illiſum, ſanguinis impetu lædatur. Opus eſt igitur nobis forti thorace, vt ſemper in tranquillitate hanc beſtiam conſeruemus: opus verò eſt nobis etiam galea: quoniam ibi ratio noſtra cõſiſtit, & inde aut ſaluari poſsibile eſt, ſi fiãt quæ oportet: aut perire: propter hoc dixit, Et galeam ſalutis. Cerebrum, inquit, natura molle eſt, propterea etiam ipſum veluti quadam teſtudine cranio cooperitur deſuper. Omnium autem nobis cauſa bonorum efficitur, & malorum, dum aut quæ oportet cognoſcimus, aut quæ contraria ſunt. Sed & pedes noſtri & manus opus habent armis: non iſtæ manus, neque iſti pedes, ſed animæ: illæ quidem exercẽtes quæ oportet, iſti autem vt progrediãtur, quo oportet. Armemus igitur nosipſos iſto modo, & poterimus præualere hoſtibus, & corona potiri in Chriſto Ieſu domino noſtro, cum quo patri ſit gloria, vnà cũ ſancto ſpiritu, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia ſexta ex cap. tertio.

QVapropter ſicut dicit ſpiritus ille ſanctus: Hodie ſi vocem eius audieritis, ne obduretis corda veſtra, ſicut in exacerbatione iuxta diem tentationis in deſerto, vbi tentauerunt me patres veſtri, probauerunt me & viderunt opera mea quadraginta annis. Ideo iraſcebar generationi huic, & dicebam, Sẽper errant corde. Ipſi autem non cognouerunt vias meas, ſicut iurauí in ira mea, ſi introibunt in requiem meam. Locutus de ſpe Paulus, dicens, quia domus eius ſumus, ſi tamen fiduciam & gloriationem ſpei vſq; in finem firmã teneamus: oſtendit deinde, quòd firmè nos oporteat expectare, & huic rei fidẽ ex ſcripturis facit: ſed animaduertite: obſcurius enim quodãmodo illud locutus eſt, & eſt difficilius ad intelligendum, propterea oportet, poſtquam quæ nobis videtur, dixerimus, argumentũq; huius loci totũ vobis tradiderimus, ſermonẽ iſtum illis quæ ſcripta ſunt tandẽ applicare, † eaq; excutere: Jtũc etenim me opus non habebitis, ſi apoſtolicã intentionẽ didiceritis. De ſpe illi erat ſermo, & quòd oporteat ſperare, quę futura ſunt: & quòd omnibus modis futura ſit eis, qui hîc laborauerunt, aliqua merces & fructus, & requies: hoc igitur ex propheta cõprobat. Et quid dicit? Quapropter ſicut dicit ſpiritus ille ſanctus: Hodie ſi vocẽ eius audieritis ne obduretis corda veſtra, ſicut in exacerbatione iuxta diẽ tentationis in deſerto, vbi tẽtauerunt me patres veſtri, probauerũt me, & viderunt opera mea quadraginta annis. Ideo iraſcebar generationi huic, & dicebã, Semper errant corde. Ipſi autẽ non cognouerũt vias meas, ſicut iuraui in ira mea, ſi introibũt in requiẽ meam. Tres requies eſſe dicit: Vnam ſabbati, qua deus requieuit ab operibus ſuis. Secundã in Palæſtina, in quam ingreſsi Iudæi, requieturi erant, ex miſeria multa & laboribus. Tertiã, quæ re vera eſt requies, hoc eſt, regnum cœlorũ, ad quam quos peruenire contigerit, re vera requieſcunt à laboribus, & difficultatibus ſuis. Harum trium igitur hîc mentionem facit. Cur autem de vna diſputans, trium mentionẽ fecit? Vt oſtendat prophetam de hac dicere. De prima enim, inquit, non dixit. Quo modo nanq; diceret? Vtpote quæ olim facta ſit, ſed neq; de ea quæ in Palæſtina fuit. Quo modo nanq;? Non enim introibũt, inquit, in requiem meam. Reſtat igitur tertiam hanc eſſe reliquam. Verũtamen neceſſarium eſt etiã hiſtoriam explicare, vt manifeſtior fiat oratio. Cùm enim egreſsi eſſent de terra Aegypti, & multam viam perambulaſſent, & multa indicia virtutis dei accepiſſent in Aegypto, in mari rubro, in eremo, conſilium fecerunt amãdare ſpeculatores, qui deberẽt inſpicere naturam terræ: illi verò profecti, tandem reuerſi ſunt, prouinciam quidem valde commendantes, & magnorũ fructuum procreatricem eſſe dicentes: virorũ verò inexpugnabilium eſſe illam prouinciam, & fortiũ. Iudæi verò ingrati, & inſenſati, quos oportebat recordari tantorum dei beneficiorũ, & quo modo eos concluſos in medio tanti exercitus Aegyptiorum eripuerit de periculis, & ſpoliorum præda potiri fecerit, rurſus petram ruperit, aquarumq; abũdantiam largitus ſit, manna dederit, aliaq; miranda facinora operatus ſit, atq; ita deo credere: horũ nihil cogitauerunt, ſed timore quaſi nihil vidiſſent ita obſtupuerunt, vt dixerint: Iterum in Aegyptum intrare volumus, eduxit enim nos huc deus, vt hîc pereamus cũ filiis noſtris, & mulieribus. Deus igitur iratus, quòd tã cito obliti eſſent tanta quæ facta erant, iurauit vt non introiret generatio illa, † quæ hîc dicta eſt, ſ in requiẽ, & omnes perierũt in eremo: Quia ergo, inquit, Dauid poſt iſta, poſtq; generationem illorum dixit: Hodie ſi vocem eius audieritis, ne obduretis corda veſtra, Ne ſimilia patiamini, qualia progenitores veſtri, ne priuemini requie: hinc clarum eſt, quia eſt quædam requies: nam ſi iam acceperant requiem, quæ erat in Palæſtina, quare eis iterũ dicit, Hodie ne obduretis corda veſtra, ſicut patres veſtri: quæ eſt ergo alia requies, niſi regnũ cœlorum, cuius imago & typus eſt ſabbatum? Deinde ponit totum teſtimonium: eſt autem: Hodie ſi vocem eius audieritis: ne obduretis corda veſtra, ſicut in exacerbatione iuxta diem tentationis in deſerto, vbi tentauerunt me patres veſtri, probauerunt me & viderũt opera mea quadraginta annis. Ideo iraſcebar generationi huic, & dicebam, Semper errant corde. Ipſi autem non cognouerunt vias meas, ſicut iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam: tunc infert:

Videte fratres, ne quando ſit in aliquo veſtrum cor prauum infidelitatis, vt recedat à deo viuo. Quippe ex duricia infidelitas naſcitur. Et ſicut ſolidata corpora & dura non obſequuntur manibus medicorum: ſic & animæ obduratæ non obſequuntur verbo dei. Fortaſſe enim aliqui iam etiam non credebant, tanquam non eſſent vera ea quæ facta ſunt, idcirco dixit: Videte ne fortè ſit in aliquo veſtrum cor malignum infidelitatis, vt recedat à deo viuo. Quippe quoniam ſermo de futuris non eſt ita credibilis, ſicut de præteritis, commonefacit eos hiſtoriæ, in qua fide opus habebant. Si enim patres veſtri, inquit, quia non ſperauerunt, ſicut oportebat ſperare, hæc paſsi ſunt: multò amplius vos: ad illos enim iſte ſermo factus eſt. Hodie nanq; illud, inquit, ſemper eſt, donec conſtat mundus: *propterea exhortemini vos inuicẽ quotidie, quoad appellatur dies hodiernus*: hoc eſt, ædificate inuicem, corrigite vosipſos, ne contingant vobis ſimilia.

Ne obduretur quiſpiam ex vobis ſeductione peccati. Vides, quod

† *ibique relinquere:*

Pſal. 94. c

Num. 20. b

† *quæ hæc dixerat,*

infidelitas item. des, quod [infidelitas] peccatum faciat. Sicut enim infidelitas vitam prauam procreat, sic etiam anima,
Prouer.18.a quando in profundum malorum venerit, contemnit:
Psal.95.b contemnens autem, neque credere sustinet, vt seipsam
Ibidē.11.a timore liberet. Dixit nanque, inquit, nō videbit dominus, neque intelliget deus Iacob. Et iterum: Labia nostra apud nos sunt, quis est noster dominus? &c. Et ite-
Ibidem.9.f. rum: Cuius rei gratia irritauit impius deū? Et iterum:
Ibidē.13.a Dixit insipiēs in corde suo, non est deus: corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis. Nō est timor dei ante oculos eorum: quoniam dolum operati sunt in conspectu eius ad inueniēdam iniquitatem eius, & vt odio illum prosequantur. Christus quoq; hoc idem
Ioan.3.c dixit: Omnis qui malè agit, odit lucem, & nō venit ad lucem. Deinde infert Apostolus, *Participes enim facti sumus Christi.* Quid est, participes facti sumus Christi? Participamus ex eo, inquit, vnū facti sumus nos & ipse. Siquidem ipse caput est, nos corpus, cohæredes & cōcorporales, vnum corpus sumus ex carne eius, & ossibus eius. *Si tamen principium substantiæ vsque ad finem firmum tenuerimus.* Quid est, principium substantiæ: Fidem significat per quam subsistimus, & nati sumus, & essentiales, vt ita dicam, facti sumus. Deinde infert, *In eo quod dicitur, Hodie si vocem eius audieritis, ne obdurtis corda vestra, sicut in amaritudine.* Per hyperbaton dictum est, in eo quod dicitur, Hodie si vocem eius audieritis, ne ob-
Cap.IIII. duretis corda vestra. *Timeamus ne forte derelicta promissione, introeundi in requiem eius, videatur aliquis vestrū frustratus esse: etenim nobis annunciatū est: sicut & illis.* In eo quod dictum est, hodie si vocem eius audieritis: hodie enim semper est, Deinde. *Sed non profuit illis audisse sermonem quòd is non esset cum fide coniunctus, iis qui audierant.* Et quo modo non profuit? Posteaquàm eos terrere voluit, ostendit hoc ipsum, dicens: Quidam enim cum audissent exacerbauerunt, sed non omnes qui exierunt ex Aegypto per Mosen. Quibus autem iratus est quadraginta annis? Nónne iis qui peccauerant, quorum cadauera ceciderunt in eremo? Quibus autem iurauit, quia non intrarent in requiem eius, nisi infidelibus? Et videmus quòd non potuerint intrare propter infidelitatem. Cùm iterum testimoniū dixisset, interrogationē quoque subinfert, quòd facit sermonem apertum. Dixit enim, inquit, Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione. Quorum mentionem facit obduratorum? Quorum infidelium? Nónne Iudæorum? Quòd autem dicit tale est. Audierūt & illi, inquit, sicut & nos audimus, sed nihil profuit illis. Non ergo putetis, quia ex auditu tātū prædicationis iuuabimini: quia & illi audierunt: sed nihil vtilitatis habuere, quoniam non crediderūt. Caleph autem & Iesus, quia non consenserunt infidelibus, effugerunt pœnam quæ illis illata est. Et inspice quàm mirabiliter: nō dixit, non consenserunt, sed non* commixti sunt, hoc est, sine seditione dissenserunt, illis omnibus vnam atq; eandem sententiam habentibus: hic mihi tamen videtur etiam seditionem quandam significare. *Introibimus*, inquit, *enim in requiem, nos qui credidimus.* Et vnde hoc liqueat, subiicit. *Secundum quod dixit: sicut iurani in ira mea, si introibunt in requiem meam.* Quanquam operibus eius à constitutione mundi factis, & tamen hoc† non nos nō introituros] manifestauit, sed illos non ingressos esse. Id ergo festinat ostendere interim, quia sicut requies illa non prohibet aliam requiem dici, sic neque hæc illam cœlorum requiem: interim ergo vult ostendere, quòd non venerint illi ad requiem: quia enim hoc dicit, addidit. Dixit enim alicubi de die septima sic: Et requie- *Gene.2.*
uit deus in die septimo ab omnibus operibus suis: & in hoc iterum: Si introibunt in requiem meam. Vides quo modo non prohibeat illa, istam esse requiem? Quia ergo relinquitur, inquit, quosdā introire in illam, & quibus prius annunciatum fuit, non ingressi sunt propter infidelitatem: rursum quandam definit diem, hodie in Dauid dicens, post tantum temporis, sicut prædictum est. Quid autem est quod dicit? Quoniā enim debent, inquit, aliqui introire, vtique illi non introierūt: Quod verò oporteat introire & debeant aliqui introire, audiamus vnde hoc certum sit. Quoniam post tātos annos, inquit, dicit iterum Dauid: *Hodie si vocem eius audieritis, ne obduretis corda vestra.* Si enim eos Iesus requiescere fecisset, nequaquam de alia die loqueretur postea: certum est ergo, quòd propter quosdam aliquam adepturos retributionem, hæc dixit. Proinde relinquitur sabbatismus populo dei, Vnde? ex eo quòd præcipitur: Ne obduretis corda vestra. Nō enim præciperetur, nisi esset sabbatismus: neque iuberentur talia nō facere, ne eadem etiam ipsi paterentur, nisi futurum esset eos eadem passuros. Quo modo verò eadem passuri erant. Palæstinam prouinciam possidentes, nisi alia quædam esset requies? Et bene concluſit hunc sermonem: non enim dixit, requies: sed, sabbatismus, proprium nomen, ad quod gaudebant & cōcurrebant, sabbatismum, regnū vocans. Sicut enim sabbato ab omnibus malis abstineri iubetur, & illa tantum fieri, quæ ad obsequium dei pertinēt, quæ sacerdotes efficiebāt, & quæ animam iuuabant, & nihil aliud: sic & tunc. Ipse verò non ita, inquit, Sed quid? *Qui enim ingressus est in requiem eius, & ipse requieuit ab operibus suis, sicut à propriis deus.* Sicut enim deus requieuit ab operibus suis, sic qui ingressus est in requiem eius. Quia enim de requie illis loquebatur, atque illi cupiebāt audire quando futura esset, propterea sermonem concluſit, in eo quod dictum est, hodie, vt non desperarent se intraturos. Adhortemini, inquit, vosipsos per singulos dies: hoc est, etiā si quisquā peccauerit, vsquequo est hodie spem habeat: Nullus igitur desperet quo ad vixerit, maximè autem, inquit, neque sit cor prauum infidelitatis: Si verò fuerit etiam nemo desperet, sed refoueat seipsum: † vsquequo enim est hodie] habet opportunitatem. Hic autem non solam infidelitatem dicit, sed etiam murmurationes. Quorum membra, inquit, ceciderunt in eremo: deinde ne putet aliquis, quia tantum requie fraudabūtur, infert & supplicium, dicens: *Viuus quippe est sermo dei, & efficax & penetrātior quauis machæra vtrinque incidente, & penetrans vsque ad diuisionem animæ, & spiritus, compagum ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis.* Hic de gehenna disputat, ac de supplicio. In abscondita, inquit, penetrat cordis nostri, & animam secat: non enim hic cadunt membra, neque terræ fraudatio est sicut illic: sed regni cœlorum, & gehennæ hic æternæ traditur & supplicio immortali & pœnæ, *sed adhortemini vosipsos.* Attende mansuetudinem & lenitatem Pauli: non dicit, increpate, sed adhortemini. Sic nos oportet eis qui per tribulationem angustantur accommodari, hoc & in epistola sua ad Thessalonicenses scribens, dixit, Monete inquietos: de pusillanimis autem nō sic, sed quid? vide: Sed consolemini, inquit, pusillanimes, suscipite infirmos, longanimes estote ad omnes: hoc est, ne desperetis, animum ne despondeatis. Eum enim qui per tribulationem angustatur, qui non cōsolatur, duriorem facit. Ne obduretur quisquam ex vobis, inquit, deceptione peccati.

† *Quandiu enim sumus in hoc seculo istud hodie]*

1.Thess.5.

* *Aliter hunc locum quàm nos legisse videt Chrys. cuius interpretationem etiā admiratur Theophil.*

† *nō nos introituros.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne peccati. Aut enim deceptionem diaboli dicit: deceptio quippe est reuera, vt nihil quis speret futurorũ, putando quod in iudicium non sint trahẽdi actus nostri: & quod de factis nostris quæ hic agimus nullam reddituri simus rationem, neque futura sit resurrectio. Siue aliter, deceptio est sine vllo esse dolore, aut desperare. Dicere quippe, quid iam potero, qui semel peccaui: non habeo spem recuperandi memetipsum, deceptio est. Deinde spem illis excitat dicẽs: Participes facti sumus Christi, tantum nõ dicens. Qui ita nos amauit, qui tãtis nos dignatus est, ita vt suum nos faceret corpus, non despiciet pereuntes. Intelligamus, inquit, qualibus rebus digni habiti simus: nos & Christus vnũ sumus, nõ ergo increduli ei existamus: & iterum illud significat quod dictum est alibi, quia si tolerabimus, & conregnabimus: hoc quippe est, quod dicit participes facti sumus, eorundẽ participes sumus quorũ & Christus: hortatur quippe ex vtilibus. Participes, inquit, facti sumus Christi. Deinde rursus hortatur ex tristibus: Timeamus ne fortè relicta promissione intrandi in requiem eius videatur aliquis vestrum frustratus esse. Illud autem manifestum est, & omnibus cõfessum, probauerunt me, inquit, & viderũt opera mea quadraginta annis. Vides quòd nõ oporteat expetere dominum factorum rationes, sed siue tueatur, siue non, credere illi: illos enim nunc culpat in hoc, quod tentauerunt dominũ. Qui enim vult probationes accipere vel virtutis, vel prouidentiæ, vel procurationis eius, necdum credit, neque potentem eum esse, neque erga homines amanter affectum: hoc etiam ad istos scribens significat, *volens fortasis iam virtutis eius, & quantam pro illis prouidentiam gereret, examinationẽ & argumentum sumere in tentationibus. Vides quia ex infidelitate vbique offenditur deus, & ad indignationẽ adducitur? quid ergo, inquit, Remanet ergo sabbatismus populo dei. Vide autem quo modo totum istum sermonem ratiocinatus est. Iurauit, inquit, illis prioribus, nõ ingressuros eos in requiem, & non intraueruht. Deinde post illos multo post tempore loquens Iudæis. Ne obduretis, inquit, corda vestra, sicut patres vestri. Certum ergo est quoniam est alia requies. De ea enim quę in Palæstina fuit non posset dici: habebant enim illam: iam de septima die non posset dici: non enim de ipsa disputat, siquidẽ multò antè iam facta erat: aliam igitur quandã significat, quæ vera est requies. Reuera enim illa est requies, vbi fugit dolor, tristicia, gemitus, vbi neque solicitudines, neque agones, neq; timor obstupescere faciens & cõmouens animam, sed solus dei timor est voluptate plenus. Nõ est illic, In sudore vultus tui comedes panem tuum: neque spinæ, neque tribuli. Non est illic, In tristitiis paries filios, & ad virum tuum cõuersio tua, & ipse tui dominabitur. sed omnia pax, gaudium, iucunditas, voluptas, bonitas, mãsuetudo. Non est illic zelotypia, neque inuidentia, neque morbus, neque mors corporis, neque illa quæ est animæ. Non ibi tenebræ, neque nox, semper dies, semper lux, semper clara dies. Non est ibi fatigari, non est ibi fastidium accipere, semper in desiderio bonorum perseuerabimus. Vultis vt dem vobis similitudinẽ quandam illius status? Non est quidẽ possibile, veruntamen in quantũ possum conabor dare vobis quandam imaginem. Suspiciamus in cœlum, quando nulla se interponit nubes, & clara est omnis eius corona: deinde ad pulchritudinem aspectus eius considerãdam aliquantulum temporis perdurãtes intelligamus quoniam & solum habebimus, non quidem tale, quale nũc est, sed tanto melius effectum, quanto luteis tectis aureum est melius. Et post illud item superius tectum, deinde angelos, archangelos, innumerabiles populos incorporearum virtutum: deinde ipsam dei regiam thronum paternum. Sed non valet, sicut dixi, sermo exprimere totum, experimento opus est, & ea quæ per experientiã est cognitione. Quo modo putas, dic mihi, Adam fuisse in paradiso? At illa multò erit melior ista cõuersatio, quantò tellure melius est cœlũ: Attamen & aliam similitudinem inquiramus. Si contingat eum qui modò imperat, omnem mundum obtinere: deinde neque bellorum, neq; curarum habere vllam molestiam, sed in honore esse tantum, & deliciari, & multa quidem habere tributa vndique, & aurum illi affluere, & spectabilem ac celebrem esse: qualem illum putatis animum habiturũ, si omnia bella totius terræ quiescere videat? Tale aliquid erit. Immò ne sic quidẽ ad similitudinem illius regni peruenit: propter quod oportet & aliam inquirere. Attende mihi: Quemadmodum infantulus regius, vsquequo quidẽ in vtero materno est, nihil sentit: si autem cõtingat eum inde egredi, & in thronum regalem ascendere, non paulatim, sed confestim cuncta accipit: Sic est etiam ille status. Aut si quis vinctus, & multa mala passus, repente ad regale solium rapiatur: sed neque sic integre pertingere poterit ad illius regni similitudinem. Hic quippe quæcunque quis perceperit bona, etiamsi regnum aliquod adipiscatur, in prima quidem die viget in eo amor & gaudium, & in secunda forsan, & tertia: tempore verò procedente permanet quidem in voluptate, non tamen tanta: minuetur quippe semper ex consuetudine qualiscunque sit. Illic autem non solum non decrescit, sed etiam augmentum accipit. Cogita nanque quantum sit animam illuc pergẽtem, nequaquam finem bonorum illorum expectare, neque mutationem: quin potius incrementum, & vitam finẽ non habentem, & vitam omni periculo liberã ab omni mœrore & cura alienam, plenam gaudiis & mille bonis. Si enim hic in campum exeuntes, & tabernacula militum spectantes ex velaminibus confecta, & tela & galeas, & vmbilicos scutorũ resplẽdentes, rapimur spectaculi miraculo: si verò etiam Imperatorem nobis contingat in medio exercituum videre, siue currentem, siue equitantem in armis aureis, omnia nos adeptos esse putamus: quid putas erit cum videris sanctorum tabernacula æterna in cœlo cõfixa. (Suscipient, inquit, vos in tabernacula æterna) cum vnumquenque eorũ plus quàm radios solis videris refulgentem, non ex ære & ferro, sed ex illa gloria, cuius candorem & coruscationes oculus humanus non potest inspicere, & illa quidem ad homines attinẽt. Quid autem iam dicam multã militiam angelorum, archãgelorum, cherubin, seraphin, sedium, dominationum, principatuum, potestatum? Quorũ pulchritudo inexplicabilis omnem mentem excedit: Sed quousque quę incomprehensibilia sunt persequor? Neque enim oculus, inquit, vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus diligentibus eum. Proinde nihil miserabilius illis, qui ab istis excidunt, neque beatius istis qui bona illa assequẽtur sed nos efficiamur ex parte beatorũ, vt obtinere mereamur bona æterna in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, vnà cum sancto spiritu gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

*βελόμενος, sed vide num potius legendum sit βελομένους, id est volentes, nempe ipsos Hebræos.

Morale.

Gene. 3. d.

Ibidem. c.

Luc. 16. c.

1. Cor. 2. c.

Homilia

Homilia vii. ex cap. iiij.

FEstinemus igitur intrare in illam requiẽ,ne in ipsum quisquam incidat infidelitatis exemplum. Viuus enim est sermo dei,& efficax, & penetrantior quóuis gladio vtrinque incidente,& pertingens vsque ad diuisionem animæ & spiritus, compagium quoque & medullarum,& discretor cogitationum & intentionum cordis: & non est aliqua creatura occulta in cõspectu eius: omnia autẽ nuda & aperta sunt oculis eius, ad quem nobis sermo est.

Magna quidem res est fides, & salutaris, & sine hac non licet vnquam saluari quemquam,verum per seipsam non est illa sufficiens, opus est & cõuersatione recta:proinde etiam Paulus admonet eos, qui dignationem mysteriorum susc ipere meruerunt, dicens. Festinemus igitur intrare illam requiẽ.Festinemus, inquit, quoniam non sufficit fides, sed debet addi & vita, & multũ studium adhiberi. Opus est quippe reuera, magno studio vt intremus in regna cœlorum.Si enim in terram intrare non meruerunt, qui tantas calamitates pertulerunt in eremo:& terram apprehendere nõ potuerunt,quia murmurauerũt & fornicati sunt:quo modo nos cœlum merebimur indifferẽter ac socorditer viuentes. Opus igitur nobis est & studio & fide. Et vide,damnum negligentiæ istius, nõ in eo tantum cõsistit,quod ab ingressu prohibebimur. Non enim dixit: festinemus intrare in requiem,ne excidamus de tantis bonis,sed quod maxime homines erigit, hoc addidit. Quid autem est hoc? Ne in idipsum exemplum quisquam incidat infidelitatis. hoc est,vt mẽtem nostram, spem & expectationem, habeamus ad futurã requiem ne similiter excidamus:quod autem excidemus,exemplũ manifestat. Ne in idipsum,inquit, incidamus. Deinde ne audiens quis in idipsum, eandem ipsam putet pœnam,audi quid subiũgat: Viuus enim est sermo dei & efficax & penetrantior quóuis gladio vtrinque incidente, & pertingens vsque ad diuisionem animæ & spiritus,compagum quoque & medullarum,& discretor cogitationum,& intentionum cordis. Hic ostẽdit quoniã & illa idem ipse operatus est, dei sermo & viuit & nõ est extinctus. Igitur quoniam sermonem audisti, ne simpliciter accipias: Gladio enim, inquit, est penetrantior. Attende quo modo sese demittat & accommodet Paulus,& hinc considera pro qua causa opus habuerint prophetæ dicere, gladium, rhõphæam, & arcum.Nisi cõuertamini,inquit, rhomphæam suam vibrauit, & arcum suum tetendit, & parauit illum. Si enim nunc post tanta tempora, & post perfectionem, non potest nomine sermonis tantum terrere,sed opus habet etiam istis verbis, vt ostendat eminẽtiam ex cõparatione:multo magis tunc.Pertingens,inquit,vsque ad diuisionem animæ & spiritus. Quid est hoc?Terribilius aliquid significauit, aut quia spiritum diuidit ab anima:aut quia & ipsa incorporea penetrat,non tantũ, sicut gladius, corpora. Hic ostendit quia & anima punitur,& quia interiora examinantur, propterea quod totum omnino hominem iste gladius penetrat. Et discretor est cogitationum & intentionũ cordis, & non est aliqua creatura occulta in conspectu eius. Hic eos maxime terruit. Nolite,inquit, securi esse,si fide quidẽ adhuc statis, non tamen cum certa animi persuasione coniuncta. Quæ in corde vestro sunt, gladius iste discernet. Nam eò vsque penetrabit & puniẽs, & examinans.Et quid dico de hominibus? Etiamsi angelos dicas,si archãgelos,si cherubin,si seraphin,si aliam quamlibet creaturam,omnia reuelata sunt oculo illi, omnia aperta & manifesta, nihil est quod eum possit latere.

Psal.7.c

A Omnia nuda & aperta sunt oculis eius,ad quem nobis sermo est. Quid autem est,*aperta? Ex metaphora pellium, quæ de pecudibus detrahuntur. Sicut enim cum pecudes occiderit quis,& ex carnibus detraxerit pellẽ, omnia interiora reuelantur, & aperta sunt oculis nostris:sic & deo aperta subiacent omnia. Tu autẽ attẽde etiã hoc,quo modo semper opus habet corporeis imaginibus,quod fit ex infirmitate audiẽtium:quòd enim infirmi fuerint declarauit, dicens tardos eos esse,& opus habẽtes lacte, non solido cibo. Omnia nuda sunt, inquit, & aperta oculis eius, ad quem nobis sermo est. Quid verò est,in idipsum exemplũ infidelitatis? Tanquam si diceret,quare non viderunt illi terrã promissionis? Acceperant diuinæ potentiæ pignus, & cum oporteret diuino illi terrori credere,amplius meticulosi facti,nihil magni de deo imaginabãtur, animo existẽtes pusillo,atque ita perierunt.Potest autẽ & aliud dici, B quia & maxima parte itineris perfecta, cum ad ipsa limina peruenissent, cum ad ipsum portũ intrarent,demersi sunt.Hoc etiam in vobis,inquit,timeo:hoc est,in idipsum exemplum infidelitatis,quia & isti multa passi sunt,sicut & post paululum testificatur,dicens: Recordamini priorũ dierum, in quibus illuminati magnum certamen passionum sustinuistis. Nemo igitur pusillanimis sit,neque termino iam proximus animo despõso cadat.Sunt enim,sunt qui in principio cum ingenti desiderio arripiunt aliquid, postea verò paululũ quiddam quod adhuc deest vniuerso adiicere nolẽtes, totum amittunt: sufficienter, inquit, ex parẽtibus nostris doceamur,ne in similia incidamus, ne eadẽ patiamur, quæ illi passi sunt: hoc est, in idipsum exemplũ infidelitatis. Ne resoluamur,inquit, quod etiam circa finem C dicit: Dissolutas manus, & dissoluta genua erigite, ne in idipsum exemplum quis incidat: hoc enim est reuera cadere.Deinde, ne cum audieris quemquam in idipsum exemplum incidere, eãdem mortem susp iceris, quam & illi passi sunt,attende quid dicat. Viuus enim est sermo dei,& efficax, & penetrantior quóuis gladio vtrinque incidente.Quóuis enim gladio sęuius,in eorum animas incidit sermo, plagas quasdã operans sæuas, & letales incisiones importat, & harum rerũ demonstrationem adhibere non opus habet, neque probare necessarium putat, habens tam horrẽdam narrationem. Quod nanque bellum, inquit, illos perdidit? Quis gladius?Nónne vltro corruebãt? Non autẽ quia talia nõ sumus passi,securi esse debemus. Vsquequo enim hodie dicitur,licet nobis recreari: & ne audiẽtes, quæ ad animam pertinebant negligentes efficerentur, addidit ea quæ ad corpus attinerent: tunc enim sic fit: D sicut rex aliquis iudices suos maiora peccãtes, primum quidem spoliat militia,& cingulum aufert ac dignitatem,& tunc vleiscitur: sic etiam hic gladius spiritus operatur.Post ista iam de filio disputat.Ad quem nobis, inquit, sermo est. Quid est, ad quem nobis sermo est? Cui,inquit,reddituri sumus rationem actuum nostrorum vtique.Et quo modo? Vt nõ cadamus,inquit, neque pusillanimes efficiamur: sufficiẽter quidem etiam illa nos,inquit,docent. Habemus autem & pontificem magnum qui penetrauit cœlos Iesum filiũ dei. Quod enim propterea illud adiecerit,subiunxit.Nõ enim habemus, pontificem non valẽtem compati infirmitatibus nostris.ideirco superius dicebat: In quo passus est ipse,& tentatus,potens est eos qui tentantur adiuuare. Intuere ergo quo modo & hic idipsum facit. Quod autem dicit,tale est: Venit,inquit,per viam qua & nos,

**πεφαχλωμένα cernicata, excoriata, aperta.*

Infrà.10.f

Infrà.11.d

Suprà.11.d

magis

Universidad de Deusto
Biblioteca

magis autem per asperiorem. Nam omniũ hominum experimentum accepit: dixit illic: Nõ est creatura occulta in conspectu eius,diuinitatem significans: nunc autẽ quia de carne loquitur, humiliter disputat, dicẽs: Habentes igitur põtificem magnũ qui penetrauit cœlos.Et ostendit maiorẽ illi esse curam de nobis,& quia sicut propriis adest,& nõ vult eos cadere.Moses enim, inquit,non intrauit in requiem,ipse autem intrauit.Et quo modo hoc nusquã posuerit, mirum est. Ne viderentur sibi excusationem inuenire, comprehendit autem etiã ipsum Mosen, & ne videatur accusare illum virum,aperte illud non dicit. Si enim nihil huiusmodi dicentem talia aduersus illum proferebant,dicẽtes: contra Mosen & contra legẽ iste loquitur: multo amplius si dixisset,nõ est Palæstina,sed cœlum, maiora de illo conquesti fuissent:non autem totum pontifici tribuit,sed etiam à nobis quæ nostra sunt quærit,confessionem videlicet. *Habentes*,inquit,*pontificem magnum qui penetrauit cœlos,Iesum filium dei,teneamus confessionem.* Quam cõfessionẽ dicit? Quòd sit resurrectio, quòd retributio,quod innumera sint futuræ vitæ bona,quòd Christus sit deus,quòd iam fides recta sit, hæc confiteamur: quòd verò hæc vera sint, manifestũ est ex eo quòd põtifex,in interioribus constitutus est,nõ excidamus igitur,confiteamur,etiamsi res ipsæ non adsint iam, confiteamur tamẽ.Si enim modo adessent: falsus esset qui promisit: proinde etiam hoc ad veritatem facit,quod differuntur.Etenim pontifex noster magnus est. *Non enim habemus pontificem,qui non possit cõpati infirmitatibus nostris.*

Non, inquit, ignorat, quæ nostra sunt, sicut multi pontifices,qui ignorant eos qui in tribulationibus cõstituti sunt, & neque quid sit tribulatio in hominibus, sciũt.Impossibile quippe est mortalibus scire afflictiones afflictorum, eum qui experimẽtum afflictionis nõ habuit,& sensibiliter omnia non sustinuit: põtifex autem noster omnia sustinuit. Nã huius gratia primum sustinuit & tunc ascendit, vt possit compati. *Sed tentatum*,inquit,*per omnia secundum similitudinem sine peccato.* Inspice quo modo etiam supra idipsum similiter posuit, & hic iterum,secundum similitudinem: hoc est,persecutionem passus est,sputa suscepit, accusatus est,detractionem sustinuit,calumnias passus est, repulsus est, in fine crucifixus est.Iuxta similitudinem,inquit,sine peccato.hic etiam aliud significat. Possibile est sine peccato etiam in tribulationibus cõstitutum degere: itaque etiam cum dicit,in similitudine carnis, non hoc dicit, quòd similitudinem carnis, sed quod carnem susceperit. Quare ergo dixit,in similitudine? Quia de peccatrice carne loquebatur. Similis enim fuit carni nostræ. Natura quippe eadem cum nostra: peccato verò nequaquam eadem est. *Accedamus ergo cum fiducia ad sedem gratiæ eius,vt accipiamus misericordiam,& gratiam inueniamus ad opportunum auxilium.* Quam dicit sedem gratiæ? Sedem ipsam regalem,de qua alibi dicitur: Dixit dominus domino meo sede à dextris meis. Quid est, accedamus cum fiducia?Quia põtificem sine peccato habemus,qui mundum deuicit.Confidite,inquit, ego enim vici mũdum.Nam quòd dictum est: oportet eum omnia pati, mundum autem eum esse à peccatis, hoc significat, etiam si nos sub peccato sumus, inquit, ipse tamen sine peccato est.Quo modo accedemus cum fiducia? Sedes gratiæ nunc est,non sedes iudicij: propterea accedammus cum fiducia,vt accipiamus misericordiam qualẽ quærimus.Largitas quippe eius est hæc causa,& donum regale.Et inueniamus,inquit,gratiam ad auxilium opportunum.Bene dixit ad opportunum auxilium:si enim nunc,inquit,accedas,accipies & gratiam & misericordiam, opportune quippe accedes. Si autem tunc accesseris,nequaquam:Intempestiua quippe erit accessio tunc.Non enim erit tunc sedes gratiæ, vsque tunc sedebit rex gratiam largiens: cum autẽ venerit finis,tunc surget ad iudiciũ:Exurge,inquit,Deus iudica terrã.Accedamus ergo cum fiducia.Aut iterum illud dixit, vt nihil habeamus in conscientia malignũ, hoc est,non dubitantes. Non enim potest cum fiducia talis accedere,idcirco dixit: Tempore opportuno exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Nanque & nunc quod post baptismum peccantes inueniunt pœnitentiam,gratiæ est.Ne autem audiẽs pontificem, putes ipsum stare,statim eum ad sedem adducit:pontifex verò non sedet,sed stat.Vides quoniam quòd factus est põtifex,non naturæ est,sed gratiæ,humilitatis & exinanitionis: hoc & nobis nunc opportunum est dicere. Accedamus cum fiducia petentes. Tantum fidem afferamus,& omnia tribuit.Modò tempus est donorum,nemo de seipso desperet: tunc est desperationis tempus, cum thalamus fuerit clausus, cum intrauerit rex videre discumbentes, cum venerint ad sinum Patriarchæ, qui eo facti fuerint digni:nunc autem nondum,adhuc quippe theatrũ consistit,adhuc agon permanet,adhuc palma pendet. Festinemus igitur:nam & Paulus dixit:Sic curro,non quasi in incertum.Cursu opus est,& cursu valido:qui currit, neminem occurrẽtem sibi videt,siue per prata,siue per aspera loca trãseat.Qui currit,non ad spectatores attẽdit,sed ad palmam, siue diuites sint,siue pauperes,siue detrahat quis,siue cædat,siue cõuicietur,siue lapidet,siue domum diripiat, siue filios videat,aut vxorem,siue aliud quid,ad vnum tantum festinat currẽdo,hoc est,vt accipiat palmam. Qui currit nusquam cõsistit:nam si vel modicum negligat, totum amittit. *Qui currit nõ solum nihil ante metam diminuit,sed tum potissimum cursum intendit*: hoc à me dictum est *ad eos,qui* dicunt:in iuuentute quidem *mea studium habui, in iuuentute ieiunaui,* nũc autem senui: maxime nunc pietatem intẽdere oportebat. Ne mihi veteres virtutes enumeres. Nũc quoque iuuenis esto,nũc etiam floridus ac vegetus esto. Qui corporalem istum currit cursum, rectè quidẽ postcaquam canicies eum apprehendit, non valet similiter currere, quia omnis agon in corpore constitutus est. Tu verò ob quam causam cursum minues? Hic enim animo opus est,animo erecto: Animus verò in senectute potius confortatur, tunc viget,tunc exultat. Sicut enim corpus vsquequo febribus detinetur, & subsequẽtibus inuicem ægritudinibus,etiam si sit validum tamen affligitur:cum autem liberatum fuerit ab obsessione illa morborum,recreat propriam virtutem: sic etiam animus in iuuentute febribus laborat, & amor gloriæ & deliciarum,& venerearum rerum,& aliarũ multarum imaginationum illum potissimũ occupat: cum autem senectus aduenerit, omnes has passiones effugat, alias per satietatem,alias per philosophiam. Vigorem enim corporis relaxãs senectus,nec,si velit, animam illis vti permittit: sed sicut hostes varios reprimens, veluti in loco à turbis libero collocat, & multam ei operatur tranquillitatem, & timorem inducit ampliorem. Etsi enim nemo alius dicat,tamen qui cõsenescunt, sciunt, quoniam morituri sunt, & quia vtiq; appropinquauerunt morti. Quando igitur cupiditates huius seculi amisso vigore languescũt, tribunalis autem expectatio subintrat,

Roma.8.a

Psal.109.a

Ioan.16.g

Morale.

1.Cor.9.d

Psal.73.d

Esaiæ.49

subintrat, & intractabilem animæ duritiem emollit, nónne magis attētior efficitur,si voluerit? Quid ergo, inquis,cum viderimus iuuenibus seniores peiores? Nimietatē malitiæ mihi dicis. Nam & furiosos, videmus nullo impellente vltro ire per præceps. Quando ergo senex eodē morbo cum iuuenibus laborat malitię excellentiam ostendit,& ne in iuuentute quidem qui talis est excusationē habet.nō enim potest dicere. Delicta iuuentutis meæ,& ignorantias ne memineris. Qui enim in senectute ita furiosus est, ostēdit quia & in iuuentute nō per ignorantiam, nō per imperitiam, non per ætatem talis fuit,sed per negligentiam. Iste quippe potest dicere,delicta iuuētutis meę,& ignorātias meas ne memineris, qui in senectute competentia facit, qui procedente ætate mutatur.Si autē & in senectute eandem turpitudinem cōmittit, quo modo dignū est huiusmodi senem appellari, qui neq; ætati reuerentiā exhibet? Qui enimdicit:peccata iuuentutis meæ & ignorantias meas ne memineris, veluti in senectute correctus,hæc dicit. Non igitur ex his quæ in senectute cōmittuntur,fraudes teipsum venia etiam eorum,quę in iuuentute fecisti.Quo modo enim non est absurdum, & quōd ignoscī nequeat quod fit, vt senex in taberna sedeat,senex ad circū festinet, senex ad theatrum ascēdat,instar pueri currens cum plebe? Vere cōfusio est, & irrisio, vt canicie quidem ornētur extrinsecus, intrinsecus autem animum habeāt puerilem:& si quidem vituperauerit illum iuuenis, statim canos in mediū profert:tu illos reuerere primus: si vero tu eis non exhibes reuerētiam iam senex, quo modo iuuenem tuos canos reuereri desideras? Nō reuereris,inquis,hos canos, sed tu eos dedecore afficis. Deus te honorauit, candorem capilli dedit,multam prærogatiuam cōtulit.Quid honorem illum prodis? Illum honorem quo modo reuereatur iuuenis,cum te viderit se quoque amplius lasciuiæ deditum? Canicies quippe tūc est venerabilis, quādo ea gerit quæ caniciem decēt: cum vero iuueniliter ineptit, plus iuuenibus ridiculosus erit. Quo modo poteritis istorū iuuenes admonere vos senes dum inebriamini per incontinentiam vestram? Nō enim nunc accusans seniores hæc dico,sed iuuenes, Qui enim hęc agitis,& si ad centesimū veniatis annum, mihi iuuenes videmini,& similes pueris. Quemadmodum iuuenes, & si mediocri ætate quidem,sobrij tamen sint,senioribus meliores sunt.Et nō iste sermo meus est,sed & scriptura hanc nouit discretionem. Senectus enim, inquit, honorabilis,nō multi temporis: & ætas senectutis vita immaculata.Etenim canos honoramus, nō quia colorem candidum nigro colore amplius honoramus:sed quia indicium est vitæ in virtute prouectæ, & vidētes ex hoc coniicimus interiorem caniciem:si vero cōtraria senectuti gesserint,deridendi fiunt propter hoc potius.Nam & regē honoramus,& eius purpuram,& diadema:quoniā ista signa sunt principatus: si vero viderimus illū cum purpura conspui,ab armigeris suis conculcari,præfocari,in custodiam mitti,dissipari,nūquid reueremur tunc purpuram,aut diadema? Nónne & ipsum schema plorabimus? Noli ergo propter canos velle honorari,quando ipse illos cōtumelia afficis:nam & ipsi vlcisci se debent,quoniam schema splendidū adeò & honorabile pudore afficis: Nō aduersus omnes hæc dicimus, neque aduersus senectutē absolute nobis sermo est:Non ita insanio: sed aduersus animam iuuenilem,quæ senectutem confundit.Neq; contra senes ista dolentes dicimus,sed contra eos qui canos suos ignominia afficiunt. Rex quidem est senex si voluerit,& eo qui purpuram habet,regalior,si quidem passiones animi vincit,& velut armigeros subiicit passiones. Si vero abstrahatur,& deiiciatur à solio,& amoris,pecuniarum,& ornandi corpus, & deliciarum, & ebrietatis & iracundiæ,& venerearum rerum seruus effectus,& crines habeat oleo cōptos, & totam ætatem suam per malam voluntatem ignominia afficiat, quali pœna nō sit dignus huiusmodi? Sed nō efficiamini tales ô iuuenes: neque enim vobis peccātibus venia tribuetur. Quare? Quoniam licet tibi senem esse in iuuētute, sicut in senectute,sunt iuuenes:sic etiam è contrario.Sicut enim illic neminē capillus albus saluat, sic neq; hic nigellus capillus impedit.Si enim inhonestiorem hęc quæ dixi, senem faciunt,multo amplius† iuuenem: Jveruntamen nec iuuenis alienus est à culpa. Iuuenis quippe ibi tantum habere veniam poterit,si quando ad rerū dispensationem vocatus fuerit dum imprudēs est, dum tempore indiget,& experientia:cum autem opus erit temperantiam aut fortitudinem demōstrare,nequaquam: neque quando opus erit à pecuniis abstinere. Nam est vbi plus sene iuuenis culpatur. Ille quippe multa curatione opus habet,debilitante illū senectute: iste autem cum fortis sit,si noluerit seipsum regere: qualē veniam merebitur: vtpote si rapit amplius quàm senex,si tenet malum in corde,si non præest diligentius sene: si multa superflua loquitur,si iniuriat,si male dicit,si inebriatur? Si autem de tēperantia putat non posse culpari,attende illum,& ibi multa adiutoria habentem,si tamen voluerit:Et si enim validius eum,quàm senem cupiditas stimulet, tamen sunt multa in quibus magis, quàm senex poterit efficere,& bestiam illam incantare. Quæ sunt ista? Labores, lectiones, vigiliæ, Ieiunia. Sed quid ad nos hæc,inquis,qui non sumus monachi? Hæc mihi dicis? dic Paulo,cum dicit: Vigilantes in omni patiētia & oratione:cū dicit:Carnis curam ne feceritis in concupiscentiis.Nō enim monachis tātum ista scripsit,sed omnibus qui erant in ciuitatibus. Num enim secularis homo debeat aliquid amplius habere monacho,quàm cum vxore cohabitare tantū? Hic enim habet veniam, in aliis autem nequaquam, sed omnia æqualiter, sicut monachi agere debet. Nā & beatitudines quæ à Christo dicuntur,non monachis tantū dictę sunt:alioquin totus mundus perierit,& accusabimus crudelitatē dei. Si vero beatitudines solis monachis dictę sunt:secularem autem hominem impossibile est eas implere,cum ipse nuptias permisit ipse ergo omnes perdidit. Si enim non potest ea cum nuptiis, quæ monachorū sunt, implere,omnia perierunt,& corrupta sunt,& in angustum conclusit ea quæ virtutis sunt. Et quo modo honorabiles sunt nuptię,& thorus immaculatus,si nos tātopere impediunt? Quid ergo? Possibile est, & valde possibile etiam habentes vxores virtutem aggredi, si voluerimus.Quo modo? Si habentes,tanquam nō habentes simus,si non gaudeamus in his quę possidemus, si mundo vtamur,tanquam non vtentes.Si autem aliqui impediti sunt ex nuptiis,sciant quoniam non nuptiæ illis impedimentum fuerunt,sed voluntas quę male vtitur nuptiis. Nam neque vinum facit ebrietatem, sed mala volūtas,& excessus moderationis.Vtere cum moderatione nuptiis,& primus eris in regno,& omnibus frueris bonis:quę omnia nos contingat acquirere, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi,cum quo patri,vnà cum sancto spiritu gloria, imperiū, honor,nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

† quàm iuuenem.

Hemilia

Psal.24.b

Sapien.4.b

Esaiæ.9.c

Coloss.4.a

Roma.13.d

Hebr.13.a

1.Cor.7.f.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Homilia viij. ex cap. v.

Cap. V.

OMnis namque pōtifex qui ex hominibus assumitur, pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Qui condolere possit his qui ignorant & errant, quoniam & ipse circundatus est infirmitate, & propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. Vult ostendere deinceps beatus Paulus quàm multo melius sit testamētum hoc, quàm vetus. Facit hoc ergo, è longinquo præseminans ratiocinationes. Etenim nihil erat corporeū, neque imaginarium, vtputa non templū, non sancta sanctorum, non pontifex tam magnū habens apparatum, non obseruationes legales: sed altiora & perfectiora omnia, & nihil corporeum: Totum autem in spiritualibus erat: spiritualia vero non sic introducunt infirmos, sicuti corporalia: propterea omnem istum mouet sermonem: & intuere sapientiam. Primo à pontifice facit initium, & frequenter eum pōtificem vocat, & ab ipso primum ostendit differentiam: idcirco diffinit primum, quid sit pōtifex, & demonstrat quæ pertineāt ad pontificem, & quæ sint symbola pōtificatus. Occurrebat autē ei, quòd neque nobilis esset, neque ex tribu pontificali, neque in hac terra sacerdos: quo modo ergo pōtifex, inquit? Et sicut in epistola ad Romanos incredibili ad probandum sermone suscepto, nempe, fidem efficere, quod non valuit labor legis, neque conuersationis legalis sudor, refugit ad Patriarcham, & ad illud tempus totū redegit: sic etiam hic ad alteram sacerdotij viam pergit, ex precedētibus, eam proponēs. Et sicut in suppliciis non solum gehennam proponit, sed etiam quæ in patribus cōtigerunt: sic etiam hic primum ex præsentibus hoc cōfirmat. Oportebat quidem à cœlestibus fidem facere terrenis: sed quando infirmi sunt auditores, econtra fit. Interim quæ sunt communia ipsa ponit prima, & tunc ostendit quam emineant spiritalia. Eminentia quippe quæ est secūdum comparationem, sic fit, vt in quibusdam communicet, in quibusdam autem excellat: si vero non, nequaquam secundum cōparationem fit. Omnis sacerdos qui ex hominibus assumitur: Hoc commune est Christo, pro hominibus constituitur: & hoc: vt offerat dona & sacrificia pro populo: & hoc, sed non totum: reliqua vero nō sunt communia. Qui possit condolere his qui ignorāt & errant. Hic iam excellentia est. *Et ipse quippe circūdatus est infirmitate, & propter hanc debet, sicut pro populo, sic pro seipso offerre pro peccatis. Deinde & alia ab alio dicit fieri, & non ipse insilit in hoc munus: est etiam hoc commune. Et nō ipse sibi assumit honorem, sed vocatus à deo, sicut & Aaron. Hic rursus aliud præstruit accurate: nempe quod à deo sit missus. Sursum enim atque deorsum cum Iudæis disputans, etiā Christus hoc dicebat: Qui misit me maior me est, & à meipso non veni. Hic mihi videtur etiam Iudæorum sacerdotes taxare tanquam præter vocationem insilientes, & legem ac sacerdotium corrumpentes. *Sic & Christus non seipsum glorificauit, vt pontifex fieret.* Vbi ergo ordinatus est, inquis? Aaron quippe ordinatus est sæpius in signo virgæ, & quando ignis descendit & consumpsit eos, qui insilire sacerdotio voluerunt. Hic autem contrarium fit, non solum nihil passi sunt sed etiam celebres habentur. Vnde ergo? Ex prophetia hoc ostendit, Nihil habet sensibile, nihil visibile: idcirco ex prophetia & ex futuris adstruit. *Sed qui locutus est ad eum,* inquit: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Et quid hoc ad filium? multum, inquit. Præstructio est, eo quòd ordinatus à deo sit, *sicut & alibi dicit: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinē Melchisedech.* Ad quem dictum est hoc? Quid est, secūdum ordinem Melchisedech? Nullus alius: omnes enim sub lege erant, omnes sabbatizabant, omnes circuncidebantur, nullum potuerunt alium quenquam ostendere. *Qui in diebus carnis suæ preces & supplicationes ad eum, qui poterat illum saluare de morte, cum clamore forti, & lachrymis offerens, exauditus est pro reuerentia. Et quanquam esset filius, didicit ex his, quæ passus est, obedientiam.* Vides quoniam nihil aliud facit, nisi quod curam de nobis illum habere asserit, & excellentiam charitatis eius ostendit? Quid enim sibi vult quod dicit, cum clamore forti? Nusquam hoc Euangeliū dicit, neque quòd lachrymatus sit orans, neque quòd clamorem emiserit. Intueris quo modo humilitatis erat descensio? Nō enim dixit, quia orauit, sed quia cum clamore forti. Et exauditus est, inquit, pro reuerentia. Et quanquam esset filius, didicit ex his, quæ passus est, obedientiam: *Et perfectus factus est omnibus obaudientibus sibi causa salutis æternę appellatus à deo pontifex secundum ordinem Melchisedech.* Esto, quia cum clamore: quare autem & forti, & lachrymis? Offerens, inquit, exauditus est pro reuerentia. Quid dicis? Erubescant hæretici, filius dei pro reuerentia exaudiebatur. Et quid amplius de prophetis quis dixerit? Qualis autem ordo est quod dixit, exauditus est pro reuerentia? Et quāquam esset filius, didicit ex his quæ passus est obedientiam. Hæc de deo quis dicat? Quis ita insaniat? Quis ita demēs ista loquatur. Exauditus autem pro reuerentia, didicit ex his, quæ passus est, obedientiam. Quàm obedientiam? Qui vsque ad mortem antea fuit obediens: sicut patri filius, quo modo postea didicit? Vides quia de † incarnatione dictum est? Quod autem dicit, tale est. Dic mihi, Num patrem orabat, vt saluaretur à morte, & propter hoc tristis erat, & dicebat: Si possibile est, transeat à me calix iste: Nusquam autem pro resurrectione orauit patrem, sed è contra ipse pronunciat, dicens: Soluite templum hoc, & ego in tribus diebus suscitabo illud: &, potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Nemo auferet eam à me, ego à meipso ponā eam. Quid ergo est, pro quo orabat? Et iterum dicebat: Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur pontificibus & scribis, & damnabunt eum morte, & tradent eum Gentibus ad illudendum & flagellandum & crucifigendum, & tertia die resurget: & non dixit, quoniam resuscitabit me pater. Quid ergo? Non pro hoc orabat, sed pro aliquibus orabat, qui credideran in eum. Quod autem dicit, tale est, exauditur facile: quoniam quippe necdum de eo opinionē habebant competentem, ideo dixit: & exauditus est, sicut & ipse consolans discipulos suos, dixit: Si diligeretis me, gauderetis vtiq;, quia vado ad patrem, & pater meus maior me est. Quo modo autem nō seipsum glorificauit, qui seipsum exinaniuit, qui seipsum tradidit: seipsum, inquit, tradidit pro peccatis nostris. Et item: Qui seipsum dedit redemptionem pro omnibus nobis. Quid ergo est? Intueris quia propter carnem, quæ humilia sunt loquitur de seipso: sic etiam hic. Et quanquam esset filius, pro reuerentia, inquit, exauditus est. Vult ostendere eius esse magis effectum, quàm gratiæ dei. Tanta, inquit, erat eius reuerentia, vt etiam propterea cum reuereretur deus. Didicit, inquit, obedire deo. Hic iterum ostendit quantum lucrum passionum sit. Et perfectus, inquit, factus est obedientibus sibi cunctis causa salutis. Si autem ille filius existens, acquisiuit ex passionibus

* ἐαυτὸ © ἀυτὸς habet editio veron. sed prò legendū videtur ὀυκ. vt habet Theophyl. vt sit, Neq; enim habebat peccatorum infirmitatē, neque propter hāc &c.

Roma.4.a
Ioan.8.c
Exod.8.d
Nume.16. & 17.
Matt.26.d
Ioan.2.d
Ibidē.10.d
Matt.20.c
Ioan.14.d
Galat.1.a
1.Tim.2.b
† carne

passionibus obedientiam, multo magis nos. Intueris quanta de obedientia disputat, ita vt ad obedientiam eos adducat. Videntur enim mihi rebellare: Ex his quę passus est, inquit, frequenter didicit obedire deo, & perfectus per passiones. Hęc est igitur perfectio, & hac via veniendum est ad perfectionem. Non enim solum ipse saluatus est, sed etiam aliis †facta est iabundantia salutis. Perfectus enim, inquit, factus est obedientibus sibi causa salutis. *Appellatus, inquit, à deo pontifex secundū ordinem Melchisedech. De quo plurimus nobis habendus esset sermo, & difficilis ad interpretandum.* Venturus ad differentiam pontificatus: primo eos increpat, ostendens lac esse tantam istam humilitatis descēsionem. Et quia adhuc paruuli erant, amplius immoratur huic sermoni, qui est secundum carnem, & veluti de aliquo iusto disputat. Et attēde, quia neque tacuit omnino de verbo, neque locutus est. Illud quidem vt eorum intelligentiam subleuaret, & persuaderet etiam ipsos perfectos esse, & nō fraudarētur magnis dogmatibus: Istud autem, ne obrueret eorum mentem. De quo plurimus nobis sermo habendus esset, inquit, & difficilis ad interpretandum, quia imbecilles facti estis auditu. Quia illi non audiunt propterea difficilis ad interpretādum est eius sermo. Quando enim quis cum hominibus loquitur non valētibus assequi, neque quæ dicuntur intelligere, bene interpretari eis non potest. Sed forte quisquam vestrum qui hic adstant, obstupescens hæsitauerit, & iniuriam esse putauerit, si propter Hebræos ipse impeditus est perfectiorem loqui sermonem. Fortasis enim etiam hic præter paucos multi sunt tales, ita vt posset hoc & de vobis dici: veruntamen propter paucos dicam. Ergo siluit aliquid, aut iterum idipsum repetiuit in consequentibus, & idem ipsum egit, sicut in epistola ad Romanos? Etenim & ibi primū posteaquam compescuisset contradicentes, & dixisset: O homo, tu quis es qui respondeas deo? tunc solutionem infert. Ego vero cum neque omnino siluisse, neque dixisse arbitror, vt ad desideriū adduceret auditores. Mentionem quippe faciens, & dicens quædā maiora contineri in hoc sermone, attende quo modo cum laude struat increpationem. Hoc quippe est semper sapientiæ Pauli, †difficilia bonis intermiscere, quod etiam in epistola ad Galatas facit, dicens: Currebatis bene, quis vos impediuit? &, sine causa tanta passi estis, si tamen sine causa. Et item: certus sum de vobis in domino. Hoc etiam & circa istos facit. Persuasus autem sum de vobis meliora, & cum salute coniuncta. Duo nanque ista facit, neq; dimittit eos decidere quidem: si enim aliorum exempla auditorem erigere, & ad æmulationem adducere valent, quando aliquis à seipso exemplum habet, & seipsum æmulari iubetur, tam possibile quiddam introducitur: & hoc etiam ostendit: nec dimittit veluti valde accusatos decidere, neque veluti semper malos existentes, sed quia & aliquando fuerunt etiam boni. *Etenim debebatis esse doctores*, inquit, *propter tempus.*

Hic ostendit ante multum tempus eos credidisse: ostendit etiam quia & alios debent docere. Attende ergo eum frequenter parturientem, ad introducēdum sermonem de pontifice, & semper differentem. Audi quippe quo modo cœpit: Habentes pontificem magnum cœlos ingressum. Et omisso, quo modo sit magnus iterum dicit: Omnis enim pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus cōstituitur, in his quæ sunt ad deum. Et iterum: *Sic & Christus non seipsum glorificauit, vt fieret pontifex: rursus cum dixisset, tu es sacerdos in æternum secūdum ordinem Melchisedech,* iterum suspendit quod dicendum erat dicens: *Qui in diebus carnis suæ preces & supplicationes offerens.* Quia igitur toties distulit, veluti excusans, inquit: Causa ex vobis est. Papæ quanta differentia? Debentes alios docere, neque simpliciter discipuli sunt, sed inter discipulos postremi. Etenim cum debeatis esse doctores propter tempus, *Iterum opus habetis, vt doceat vos aliquis elementa principij sermonum dei.* Hic humanitatem dicit. Sicut enim in literis secularibus primum elementa discuntur: sic etiam hic primum de humanitate docebantur. Intueris quæ sit causa, vt humilia loquatur. Sic etiam cum Atheniēsibus fecit Paulus disputans ac dicens: Tempora quidem ignorantiæ cum dissimulauerit deus, nunc præcipit hominibus omnibus vbique vt pœniteant, secundum quod constituit diem, in qua iudicaturus est mundum cum iustitia in viro in quo definiuit, fidem tribuēs omnibus, exuscitans eum à mortuis. Propterea si aliquid altum dicit, breuiter hoc dicit: humilia vero plurimis epistolæ locis insperfit, & sic quæ alta sunt, ostendit. Nam quod ita humiliter loquitur, non permittit, vt ista de diuinitate suspicemur: sic & hic cautelam seruauit. Segnitiem autem istam quid operetur maxime in epistola ad Corinthios significauit, dicens: Cum enim sint in vobis æmulatio & contentio & dissidia, nónne carnales estis? Intuere itaque mihi sapientiam Pauli quam magna est, quo modo proportionaliter semper, & apte ad subiectas passiones accedit. Illic enim infirmitas ex ignaua ruditate quamplurimum contingit, magis autem ex peccatis: hic autem non ex peccatis tantum, sed etiam ex tribulationibus frequentibus. Ideirco & verbis vtitur quibus hæc ostendatur differentia: non dicens, carnales facti estis, sed segnes. Illic carnales, hic autem maior dolor. Illi enim non poterant sustinere, vtpote carnales, isti autem poterant. Dicere enim quia segnes facti estis auditu, significantis est olim sanos fuisse, fortes, alacritate feruentes, quod etiam illis postea testificatur. *Et facti estis opus habentes lacte, non solido cibo.* Semper enim lac humilem sermonem vocat & illic, & hic. Cum debeatis enim, inquit, doctores esse propter tempus. Propter quod magis dissoluti estis, & supini effecti, propter hoc maxime debebatis esse fortes, nimirum propter tempus. Lac autem vocat, quia rudioribus congruit: hoc autem perfectioribus contrarium est, & noxium, vt in istis immorentur. Proinde non oportebat legalia nunc inferre, neque ex eis facere comparationem, quia pontifex sacrificauit, & orauit voce & deprecatione. Attende igitur quo modo nobis ista contraria sint & nociua, sed illos tunc nutriebant, & nequaquam contraria erant, igitur cibus verus sunt eloquia dei. Dabo enim illis, inquit, famem, non panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbum domini. Lacte vos potaui, non esca. Non dixit, nutriui, ostendens quoniam lac non est cibus, sicut in pueris minoribus qui non possunt pane nutriri: tales enim cibum non accipiunt, sed ipse potus illis pro cibo datur. Non dixit, opus habetis: sed effecti estis opus habentes lacte, nō solido cibo. Hoc vos voluistis, vos metipsos ad hoc redegistis, & ad hanc necessitatem. *Omnis enim qui particeps est lactis, rudis est sermonis iustitiæ. Infans enim est.* Quid autem est, rudis sermonis iustitię? Quid est sermo iustitiæ? Hic mihi videtur & vitam significare, quod etiam Christus dicebat: Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam scribarum & pharisæorum. Hoc etiam iste dicit, rudis sermonis iustitiæ, hoc est su-

Rom.9.d
†ipsum factum est.
†asperabilibus
Galat.5.b
Ibidem.3.a
Ibidē.5.b
Supra.4.d
Amos.2.d
Matth.5.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

est supernæ philosophiæ rudis, non potest suscipere vitam sublimem & exactam. Aut iusticiã hic dicit Christum, & sublimem de Christo sermonem: Quod ergo segnes facti sint dixit, Vnde autem, non addidit, ipsis sciendum relinquens, nolensq; molestum facere sermonem. In epistola vero ad Galatas, & miratus est, & hæsitauit, quod multo amplius est ad solatiũ, tanquam nunquam tale aliquid fieri speransset: hoc enim est dubitatio. Vides aliam esse *pusillanimitatem? aliam perfectionem? efficiamur hac perfectione perfecti: licet enim & paruulis, & iuuenibus ad illam venire perfectionem: non enim naturæ est, sed virtutis. *Perfectorum autem est solidus cibus, eorum qui propter assuetudinem exercitatos habent sensus ad discernendũ bonum & malum.* Non habebant illi sensus exercitatos, neque sciebant bonum & malum. Nunc non est ei sermo de vita, quando dicit ad discretionem boni & mali: hoc enim omni homini possibile est scire & facile: sed de dogmatibus sanis, atque excelsis, & corruptis, atque humilibus. Paruulus nescit viciosum inter & probum cibum discernere: sæpius enim & cinerem in os suum mittit, & quod noxium est suscipit, & omnia indiscrete facit: sed non est hoc perfectorum: Sunt qui omnibus simpliciter intendunt, & indifferenter auditus suos tradunt: quod mihi videtur etiam in istis culpare veluti qui simpliciter circunferebantur, & nunc quidem istis, nũc autem illis se præbentes, quod & circa finem huius epistolę significauit, dicens: Doctrinis variis & peregrinis non circunferamini, hoc est, ad discretionem boni & mali. Palatum enim sapores discernit ciborum: anima vero probat sermones: Et nos igitur hoc discamus. Nec si audieris, quia non est paganus, non est Iudæus, statim putes esse christianũ, sed examina & alia cuncta. Nam & Manichæi, & omnes hæreses hanc sibi personam induerunt, vt hoc pacto seducant rudiores. Sed si habuerimus sensus animæ exercitatos ad discretionem boni & mali, poterimus huiusmodi discernere. Quo modo autem fiunt sensus nostri exercitati? Ex vsu scripturarum, ex frequenti auditione. Quando enim proponimus eorum errores, & hodie audieris, & crastina probaueris non bene se habere cuncta doceris, cuncta cognoscis & si hodie non assequeris, cras assequeris. Sensus, inquit, exercitatos habentes. Vides quod oporteat exercitari auditum nostrum frequenti auditione diuinarum scripturarum, vt nulla nouitate expauescamus? Exercitatos, inquit, ad discretionem: hoc est, peritum esse. Alius quidem dicit non esse resurrectionem, alius autem nihil futurorum expectat, alius aliũ dicit deum, alius ex Maria dicit eum habere principium. Intuere confestim, quo modo ex immoderatione omnes ceciderunt: alij quidem semper modum excedentes, alij autem infra modum se coartantes: vtputa prima quidem omnium hæresis fuit Marcionis, illa alium deum introduxit qui non erat, excesit modum. Post illam Sabellij, filium & spiritum & patrem vnum esse dicẽs. Deinde Marcelli & Fotini, etiam ista hæc eadem prædicans. Et pauli Samosateni, de Maria dicens eum habere principium. Deinde Manichæorum: ista enim omnibus præmissis est recentior: post illas Arij: sunt autem & aliæ. Propter hoc fidem suscepimus, vt non cogamur innumeris hæresibus adhærere, negociumq; habere: sed si quid addere aut detrahere illi quis molitus fuerit, hoc nothum esse iudicemus. Sicut enim qui regulas certas exhibent, non compellunt decem milia metra scrutari, sed illud quod traditum est eu-

*ὑπὸτὴν ἀρτιότητα, id est infantiam, puerilitatẽ.

Infrà.13.b

Morale.

Opiniones hæreticorũ.

stodire iubent: sic & in dogmatibus. Sed nemo vult ad scripturas attendere. Si enim aduerteremus, non solum non incideremus in fallaciam, sed etiam alios deceptos inde liberaremus, & de periculis abstraheremus. Miles enim fortis non sibi tãtum sufficere potest, sed etiam iuxta se existentem custodire, & ab hostium malicia liberare: nunc autem neque an sint scripturæ quidam sciunt, sed spiritus quidem ita dispensauit, vt custodiantur. Et attendite vt discatis antiquitus dei in nos misericordiã: inspirauit Mosi, & tabulas lapideas scripsit, detinuit eum quadraginta diebus in monte, & iterum totidem vt daret illi legem. Post hæc autem prophetas misit, qui innumera mala passi sunt, irruit bellum, quosuis sustulit & trucidauit, incensi sunt libri. Inspirauit iterum alium virum, vt mirabiles illas scripturas repararet: Esdram dico, & ex reliquiis illarum componere fecit. Post hæc dispensauit, vt interpretarentur eas Septuaginta: interpretati sunt illi. Venit & Christus, suscepit eas, apostoli disseminauerunt eas per omnes. Signa & miracula fecit Christus. Quid autem post tam negocioſam diligentiam? scripserunt etiã apostoli, sicut & Paulus dixit: Ad admonitionem nostram scripta sunt, in quos finis seculorum deuenit. Et Christus iterum dicebat: Erratis nescientes scripturas. Et iterum: Scrutamini scripturas. Et paulus ite dicebat: Per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Et iterum: Omnis scriptura diuinitus inspirata, vtilis est. Item Sermo Christi habitet in vobis abundanter. Et propheta: in lege eius meditabitur die ac nocte. Et alibi iterum: omnis expositio tuo sit in lege altissimi. Et item quàm dulcia faucibus meis verba tua. Non dixit, auditui meo: sed, faucibus meis, super mel & fauum ori meo. Et Moses: Meditaberis, inquit, in illis semper, exurgens, sedens, & dormitũ iens, in eis persiste, inquit. Et innumera quisque reperiet de his. Et tamen post tanta sunt quidam, qui neque sciunt an sint scripturæ: propterea igitur nihil sanum, nihil vtile apud nos fit. Etenim si aliquis ea quæ ad militiam pertinent scire voluerit, necesse est, vt leges militares is discat. Et si quis gubernatoriam disciplinam, vel fabricam lignariam discere voluerit, aut aliquid aliud, necesse est eum quæ ad artem pertinent, discere: hic autem nihil tale volunt, cum hæc potissimum disciplina plurima vigilantia opus habeat. Quod enim hæc ars sit doctrina opus habens, aduerte prophetam dicentem: Venite filij audite me, timorem domini docebo vos. Vere doctrina opus habet timor dei. Deinde dixit: Quis est homo qui vult vitam, & cupit videre dies bonos? &c. Vitam futuram dicit. Et iterũ: Abstine linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. diuerte à malo & fac bonum: quære pacem, & sequere eam. Nunquid scitis quis hæc dicit? An propheta, an historiographus, an apostolus, an euangelista? Non arbitror, præter paucos, sed & isti ipsi, iterum si proferamus testimonium, aliunde, idem quod vos patientur. Etenim dico eundẽ ipsum sermonem aliis verbis: Lauamini mundi estote, auferte malignitatem vestram ab animabus vestris in cõspectu oculorum meorum: discite bonum facere, exquirite iudicium, abstinete linguam à malo, & facite bonum, discite bonum facere. Intueris quia doctrina opus habet virtus? Iste quidem dicit, Timorem domini docebo vos: ille autem, Discite bonum facere. Nunquid nam scitis vbi hæc posita sint? Non arbitror præter paucos. Licet per vnamquãque septimanam, secundo aut tertio hæc vobis legun-

Exod.31.d

Roma.15.a
1.Cor.10.
Marc.12.b
Ioan.5.f.
Roma.15.a
2.Tim.3.d
Coloss.3.c
Psal.1.a
Eccli.9.d
Psal.118.

Deu.6.b

Psal.33.c
Ibidem.

Ibidem.

Esaiæ.1.d

tur.

tur. Ascendes enim qui legit, primo dicit librum cuius est, illius, verbi gratia, vel illius prophetæ, & tunc profert quæ is dicit. Proinde clariora vobis esse debebant, & non solum ipsum textum debebatis scire, sed & causas eorum quæ scripta sunt, & quis hęc dixerit: sed omnia frustra & sine fructu. Omne enim studiū in his quæ ad vitam hanc pertinent, euacuatur: de spiritalibus autem nulla ratio est: propterea nobis neque terrena illa pro voto proueniunt, sed plurimæ etiam ibi difficultates. Christus quippe dixit: Petite regnū dei & hæc omnia apponentur vobis. Et hæc quidem in appositionis parte tanquam adiecticia dicit datum iri: nos autē ordinem peruertimus, & petimus terram, & bona in terra, quasi cœlestia additionis loco nobis denturideirco neque ista, neque illa habemus. Euigilemus aliquando, & efficiamur futurorū desideratores: sic etiam ista sequentur, Impossibile est nanque eum qui quæ dei sunt quærit, non etiam quæ humana sunt, assequi. Sententia est ipsius Veritatis hoc dicentis. Nequaquam igitur aliter faciamus, sed amplectamur cōsilium Christi, ne ab omnibus excidamus. Deus autem potens est expeditos nos ac meliores facere in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, vnà cum sancto spiritu, gloria, imperiū, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Matth. 6. d

Homilia ix. ex cap. vi.

Cap. VI.

QVapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectionem feramur, non iterum fundamentum ponentes pœnitentię ab operibus mortuis, & fidei in deum, baptismatum, doctrinæ, impositionis quoque manuum, ac resurrectionis mortuorum, & iudicij æterni. Et hoc faciemus, siquidem permiserit deus. Audistis de quantis Hebræos culpauerit Paulus, volentes semper discere eadem: & merito. Cum debeatis enim, inquit, esse doctores propter tempus, iterum opus habetis qui vos doceat, quæ sint elemēta principij sermonum dei. Timeo ne etiam ad vos ista dicendi tempus sit: quia cum debeatis esse doctores propter tempus, neque discipulorum gradum habetis: sed semper eadem, déque iisdem, audientes, tanquam si nihil audieritis, sic dispositi estis. Et si vos quisquam interrogauerit, nemo vestrum poterit respōdere, præter admodum paucos, & facile numerabiles: hoc autem non paruum damnum, Sæpius quippe doctorē volentem ad vlteriora procedere, & secretiores altiorésque sermones attingere, non permittit segnicies discentium. Sicut enim apud magistros ludi, si semper puer elementa audiens non teneat, semper illi necessitas erit eadem insonare puero: & non cessabit antea docendo vsquequo illa integre valuerit discere. Enimuero stuticię magnę est, vt qui prima non bene imposuerit, ad alia velit puerum adducere: sic itaque & in ecclesia, si semper eadem dicentibus nobis nihil amplius ediscatis, nunquam eadem dicendo cessabimus. Si enim ostentationis nobis esset ratio, & amor laudis, necesse esset semper transilire & præterire, nihil curantes vestri gratia, sed plausus vestros tantum appetentes. Quia vero non hoc studium nobis proposuimus, sed omnia pro vestro iuuamine molimur, non quiescemus de eisdē vobis semper disputare, donec ea perficiatis, Cæterum possem plura & de Paganorum superstitione dicere, & Manichæorum, & Marcionistarum, & fortiter eos percutere, gratia dei adiuuante: sed non habet tempus is sermo. Eis enim qui necdum quæ sua sunt, integrè sciunt, & necdum didicerunt, quod auarum esse malum sit, quo modo quis dicat huiusmodi sermones, & ad alia deducat ante tempus? Nos ergo nō cessabimus eadem dicere, siue persuadeamus, siue non. Timeo tamen ne frequēter eadem ipsa dicendo, si non audiatis, maiorem inobedientibus condemnationem operemur. Non quidem ad omnes hoc dicitur. Scio enim plurimos adiutos ex isto cōuentu, qui iustissime forsitan illos culpent, veluti incommodātes eis propter propriam indocilitatem, & segniciem. Speramus tamen, quod ne sic quidem lædentur. Frequenter enim eadem audire, & scientibus prodest: quod enim nouimus, si sæpius audiamus, amplius compungimur: vtputa scimus quia bonū est humilitas, & quia sæpius de illa locutus est Christus, sed quando etiam ipsa verba audimus, & disputationes eorum, amplius quid patimur, licet milies audiamus: opportunum itaq; est & nos vobis sic nunc dicere. Quapropter relinquentes initium sermonis Christi, ad perfectionem feramur. Quid est, initium sermonis? Ipse in consequentibus ponit, dicens: Ne iterum fundamentū, inquit, constituentes pœnitentiæ ab operibus mortuis & fidei in deum, baptismatum doctrinæ, impositionis manuum, resurrectionis mortuorum, & iudicij æterni. Si autem hoc initium est, quid aliud est doctrina nostra, quàm pœnitere ab operibus mortuis, & per spiritum sanctum accipere fidem, in resurrectionem mortuorum, & iudicij ęterni? Quid autem est initium? Nihil aliud quàm hoc. Initium, inquit, est, cum vita nondum est perfecta. Sicut enim eum qui ad doctrinam literarum inducitur, elementa oportet primum audire: sic & Christianū hæc scire exacte, & nihil dubitare de ipsis. Si autem iterum opus habuerit horum doctrina, necdum fundamentum habet. Firmum enim, oportet & fixum esse, & stare, & non transferri. Si autem quisquam verbum veritatis audiuit, & baptizatus est, & post annos decem de fide iterum audire opus habet, quod credere oporteat resurrectionem mortuorū, nondum fundamentū habet, iterum initiū Christianismi quærit. Quod enim fides fundamētum sit, cætera vero superædificationes, aduerte ipsum dicentem: Ego fundamentum posui, alius superædificat. Si quis superædificat super fundamētum hoc aurum, argentum, lapides precioſos, ligna, fœnum, stipulam. Ne iterum, inquit, fundamentum constituentes pœnitentiæ ab operibus mortuis. Quid est, ad perfectionem feramur? Ad ipsum, inquit, trāseamus iam cacumen, hoc est, vitam optimam habeamus. Sicut enim in elementis vniuersum apex primus, hoc est alpha, & fundamentum ædificium totum continet: sic & vitæ munditiam certa fidei persuasio. Sine ista enim non potest esse Christianus, sicut nec sine fundamento ædificium, neque sine elementis peritus literarum fieri potest. Sed si quisquam semper circa elementa cōuersetur, & non circa ædificium, nihil omnino profecerit. Tu autem ne putes diminutam esse fidem, propterea quod elementum vocata est. Omnis enim potentia ipsa est: cum enim dicit: Omnis qui participatur lacte, expers est sermonis iusticiæ, paruulus enim est, non lac eam appellat, sed ambigere adhuc de his, quæ in illa sunt, hoc est, infirmi animi, & sermonum plurimorum indigentis. Dogmata enim ista sunt sana. Perfectum enim illum vocamus, qui cum fide vitā habet rectam. Si autem quisquam fidem habet, agat autem maligna, & de ista ipsa fide ambigat & iniuria afficiat ipsam doctrinam: merito eum dicimus parunlum ad initium redeuntem. Proinde & si mille annos in fide habeamus, & firmi non sumus in ea, paruuli sumus: quando

1. Cor. 3. c

Græcum exemplar habet, διὰτις πολὺ τὴν ὀικοδο μὴν Supra 5. d

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus: quando vitam fidei non conuenientem ostendimus, quando fundamentum adhuc constituimus. In istis autem non solum vitam, sed etiam aliud culpat, veluti loco motis, & opus habentibus fundamentum pœnitentiæ cõstituere ab operibus mortuis. Eum quippe qui ab alio in aliud transmutatur: & hoc quidem dimittentem, illud autem assumentem, primum oportet culpare, vt à tali affectione recedat, & tunc venire ad aliud. Si autem denuo priori adhæsurus est, quo modo ad aliud veniet? Quid ergo, inquit, de lege? Culpauimus illam & iterum ad ipsam recurrimus, hoc non est mutabilitas. Etenim etiam hic legem habemus: legem ergo, inquit, euacuamus per fidem? Absit, sed legem statuimus. Ego autem de malis actionibus dixi. Qui enim ad virtutem iturus est, primum maliciam debet culpare, & tunc illam aggredi: non enim valuerit pœnitentia mundos eos ostendere: propter hoc confestim baptizabãtur, vt quod impossibile illis erat operari per se, hoc per Christi gratiam fieret. Neque ergo pœnitentia sufficit ad mundationem, sed opus est suscipere baptisma: Igitur ad baptisma venire oportebat, eum, qui iam peccata sua iudicauerat ac damnauerat. Quid autem est baptismatum doctrinæ? Non tanquam multorum baptismatum, sed vnius. Quare ergo pluraliter hoc dixit? Quia dixerat. Non iterum fundamentũ constituentes pœnitentiæ. Opus enim habuit hoc dicere, veluti opus habẽtibus iterum baptizari, & iterum catechizari, & iterum post baptismum doceri quid agere deberent, quid non deberent, propterea vero pluraliter dixit, volens eis significare, quia si iterum opus haberent mundari, incorrigibiles permanerent. Et impositionis, inquit, manuum. Sic quippe sanctum spiritum acceperant imponẽte illis Paulo manus, inquit. Resurrectionis quoque mortuorum. Hoc enim in baptismate fit & in cõfessione firmatur. Et iudicij æterni. Quare autem hæc dixit? Quoniam fortassis poterant cum iam credi dissent à fide dimoueri, vel male viuere, & negligẽter, dicit, euigilate, non licet dicere si negligenter vixerimus, iterum baptizabimur, iterum catechizabimur, iterum accipiemus spiritum sanctum. Si enim nunc à fide deciderimus, iterũ poterimus baptizari, peccata abluere, & eadem bona percipere, quæ primo acceperamus, erratis, inquit, ista putantes. *Impossibile nanque est eos qui semel illuminati sunt, gustauerunt quoque donum cœleste & participes sunt facti spiritus sancti: & bonum gustauerunt verbum dei, virtutésque seculi futuri, & prolapsi sunt, rursus ad pœnitentiam renouari, denuo crucifigentes filium dei sibimetipsis, & ludibrio habentes.* Sed vide quàm increpatoriè & spem omnem excludendo incipit: Impossibile est, inquit. Non iam speres quod impossibile est. Non enim dixit, non decet, neque prodest, neq; licet: sed impossibile est, vt in desperationem inducat: Si semel illuminati estis, inquit, deinde adiungit: Et gustauerũt donum cœleste. Si gustastis, inquit, donum cœleste, hoc est, remissionem. Et participes facti estis spiritus sancti, & bonum gustatis verbum dei. Hic doctrinam dicit, Et virtutes futuri seculi. Quid dicit virtutes? aut miracula facere, aut pignus spiritus sancti? Et *prolapsi sunt, iterum renouari ad pœnitentiam, crucifigentes sibi filium dei, & ludibrio habentes. Renouari dixit ad pœnitentiam, hoc est, per pœnitentiam. Quid ergo? Excluſa est pœnitentia? Non pœnitẽtia excluſa est, absit, sed renouatio per lauacrum regenerationis. Non enim cum dixisset, impossibile est renouari in pœnitentia, tacuit: Sed cum dixisset impossibile, adiunxit: iterum crucifigẽtes. Renouari, hoc est, nouum fieri: nouos quippe facere, lauacri est tantum. Renouabitur, inquit, sicut aquilæ iuuentus tua. Pœnitentiæ autem est, vt qui innouati fuerunt, & postea veterauerunt in peccatis, liberare à vetustate, & consolidare. Ad illam tamen claritatem adduci eos impossibile est: illic nanque totum gratia est. Crucifigẽtes iterum, inquit, sibimetipsis filium dei, & ludibrio habentes. Quod dicit, hoc est. Baptisma crux est, & simul crucifixus est vetus homo noster. Cõformes enim facti sumus similitudini mortis eius. Et iterum: Consepulti igitur sumus cum illo per baptismum in mortẽ. Sic enim impossibile est secundo crucifigi Christum: hoc enim est ostẽtui eum habere. Si enim mors ei iam non dominabitur, si resurrexit, resurrectione victor factus est mortis, si morte mortẽ expugnauit, deinde iterum crucifigeretur, fabulæ essent cũcta illa & ludibriũ. Proinde qui secundo seipsum baptizat, secundo eum crucifigit. Quid autẽ est, iterum crucifigẽtes? Ab integro iterum crucifigẽtes. Sicut enim mortuus est Christus in cruce, sic & nos in baptismate, nõ carni, sed peccato. Intuere nunc mortem & mortẽ. Ille mortuus est in carne nostra, vetus homo sepultus est, & resurrexit nouus, conformis factus similitudini mortis eius. Si ergo necesse est baptizari iterum, necesse est rursum eundem ipsum mori. Baptisma enim nihil aliud est, quàm interitus eius qui baptizatur, & resurrectio illius. Et bene dixit: Sibimetipsis crucifigentes. Qui enim hoc facit veluti prioris gratiæ oblitus, & negligenter suam vitã disponens, tanquam si sit secundum baptisma, sic omnia gerit, idcirco animaduertere opus est & cautelam exhibere. Quid est: Et gustauerunt donũ cœleste? Nonne hoc est remissionẽ peccatorum gustare? Hoc quippe soli° dei est præstare, & gratia semel est gratia. Quid ergo? Permanebimus in peccato, vt gratia abũdet? Absit: Si autem semper per gratiam saluandi sumus, nunquam erimus boni. Cum enim vna sit gratia, & sic negligẽtes sumus, si sciremus, quia iterũ possibile esset lauari à peccatis, quando cessaremus peccare? Omnino nõ, arbitror. Multa hic ostendit dona, & vt cognoscas: Digni facti estis, inquit, tanta remissione. Qui enim in tenebris sedebat, qui inimicus erat & hostis, qui alien° erat à deo, qui deo odibilis & perditus, iste repente illuminatus, spiritu dignus effectus, dono cœlesti, † adoptione regni cœlorũ, ‖ & aliis bonis mysteriis inenarrabilibus: & neq; sic melior factus est, sed dignus *permanet perditione, adeptus autem salutem & honorẽ, veluti qui multa laborauerit, quo modo poterit huiusmodi iterum baptizari? Duobus igitur modis hãc causam impossibilem esse dixit, & fortiorẽ modum postremò posuit. Vno quidẽ modo, quia non est dignus, qui cum talibus dignus factus sit, & cuncta perdidit quæ sibi donata fuerant, iterum renouari: & quia possibile non est eum iterũ crucifigi, hoc enim est ostentui habere Christum: nõ est igitur secunda lauatio: nam si est, est & tertia, est & quarta. Prima nanq; à secunda dissoluitur, & hoc semper ab altera, & hoc in infinitũ procedat necesse est. Et gustauerunt, inquit, bonũ dei verbum. Et non aperit quid sit hoc. Virtutes etiam futuri seculi. Viuere quippe sicut angeli, & nullius egere eorũ quę in ista vita sunt, scire quoniã futuri seculi fructuũ † prouisio ‖ nobis efficitur, per spiritũ sanctum hęc discere cõceditur: & inde abdita illa ingredi. Quæ sunt virtutes futuri seculi? Vita æterna, angelica conuersatio. Horum quippe iam pignus accepimus per fidẽ, à spiritu. Die igitur mihi, si in regnum cuiusdã regis introducto, cuncta tibi quæ ibi

*παραπεσόντας *plapsi sunt, vel potius, plapsi estis, & mox, vobisipsis ad secũdã per-*

sonã vt & præcedẽtia verterat.

Psal. 102.a

Roma.6.d

Ibidem a

Coloss.2.b

Roma.6.a

† *filiorum adoptione, regno cœlorum,*

* *ἄξιος δὲ ὢν ὁ. qui dignus erat, interpres legisse videtur μένων.*

‖ *reconciliatur*

quæ ibi sunt crederentur: deinde proderes omnia, crederentur tibi iterum?

Morale.

Quid ergo est, inquis? Non est pœnitentia? Est pœnitentia, sed baptisma alterum non est. Pœnitentia verò est, & multam habet potentiã, etiam in eum qui peccatis valde demersus est. Si voluerit, potest eum liberare ex onere peccatorum, & periclitantem in tuto constituere etiam si ad ipsum fundum iniquitatis peruenerit: & hoc ex multis manifestum est. Nũquid enim qui cadit, inquit, non resurget? aut qui auertitur, non reuertetur? licet ergo, si voluerimus formari Christum in nobis iterum. Audi enim Paulum dicentem: Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus reformetur in vobis. Tantum intremus in pœnitentiam: Vide enim dei elementiam. Oportebat nos puniri ab ipso initio, quia cum & legem acceperimus naturalem, innumerisque bonis potiti simus, & dominum nostrum ignorauimus, & vitam immundam viximus: & non solum non puniuit, sed etiam innumera bona largitus est, tanquam si multos labores perfecerimus. Et iterum excidimus, & neque sic punit, sed dedit pœnitentiæ medicinam, quæ possit omnia peccata nostra delere & exterminare: tantum si consideremus hoc medicamentum quale sit, aut qualiter oporteat apponere. Quale ergo est istud medicamentum pœnitentiæ, & qualiter conficitur? Primo condẽnando & confitendo propria peccata. Delictum meum cognitum tibi feci, & iniusticiã meam nõ abscondi: &, Pronunciabo aduersus me iniquitatem meam domino, & tu abstulisti impietatẽ cordis mei. Et iterum: Dic tu iniquitates tuas prius, vt iustificeris. Et iterum: Iustus seipsum accusat in initio sermonis. Secundo autẽ ex humilitate multa. Habet enim illa instar catenæ aureæ, quæ si initium sumpserit, omnia consequentur. Si enim confessus fueris peccatum tuum, sicut oportet confiteri, humiliatur anima. Conscientia quippe eam conuertens, humilem facit. Oportet autem & alia addere humilitati, si talis erit, qualem beatus Dauid habebat, dicens: Cor contritum & humiliatum deus non spernit. Quod enim contritũ est, non erigitur, non percutit: sed ad mala patiẽdum paratum est, ipsum vero non erigitur. Talis est cõtritio cordis, siue enim iniurietur, siue patiatur, silet, & non impellitur ad vindictam. Post humilitatẽ autem oratione intenta opus est, lachrymis multis per diem & noctem. Lauabo, inquit, per singulas noctes lectum meum & lachrymis meis stratum meum rigabo, laboraui in gemitu meo. Et iterum: Quia cinerem sicut panem comedi, & potum meum cum fletu miscebam. Post orationem autem sic intentam, opus est eleemosyna multa. Medicamentum enim validum, quod maxime operetur ad pœnitentiam hoc est: & sicut in præceptis medicinæ, & adiutoriis, est medicamentum, multas quidem herbas accipiens, vnam autem dominantissimam: sic & in pœnitentia ista herba dominantior & potẽtior est, & vniuersum ipsa efficit. Audi enim quid dicit diuina scriptura: Date eleemosynam, & erunt vobis omnia mũda. Et iterum: eleemosynis & fide mundantur peccata. Et, Ignem inflãmatum extinguit aqua, & eleemosyna extinguit peccata magna. Deinde opus est non irasci, neque iniuriæ memoriam tenere, omnibus dimittere peccata. Homo, inquit, homini custodit irã, & à deo quærit salutẽ? Dimittite, vt dimittatur vobis, opus est etiam conuertere fratres ab errore. Vade enim, inquit, & cõuerte fratres tuos, vt dimittãtur peccata tua. Et vt circa sacerdotes germane se quis habeat. Et si peccatum, in-

Hier.8.b *Galat.4.c* *Psal.37.d* *Ibid.31.b* *Esa.3.d* *Prou.18.c* *Psal.50.d* *Psal.6.b* *Ibid.101.b* *Luc.11.f* *Tob.4.b* *Eccli.3.d* *Ibid.28.a* *Luc.6.f* *Ibid.22.d* *Iacob.5.d*

quit, quis fecit, dimittetur. Ad hæc oportet opem ferre iniusticiam patienti: non habere furorem, omnia mansuetè portare. Vide quo modo antequã discceretis, quia potest per pœnitentiã dimitti peccatum, velut in agone eratis? cum intelligeretis nõ esse aliud lauacrum, & desperabatis de vobis: nunc vero cognito, tot modis pœnitẽtiam & remissionem perfici, & quod poterimus omnia effugere, si voluerimus ea competenter vti: quã merebimur veniam, qui neque in cogitationem venimus peccatorum nostrorum? Si enim hoc esset, omnia perficeremus. Sicut enim ianuã ingressus iam intus est: sic qui propria cogitat mala, etiam ad curationem eorum vtique veniet. Si autẽ dicat, peccator sum, non autem ad peccatorum suorum species descendat, dicens: quia hoc & hoc peccaui, nunquã cessabit, semper quidẽ cõfitens, correctionis vero curam nunquã faciens. Si enim principium posueritis, vtiq; etiam cætera consequentur, si semel initium quis fecerit. Vbiq; enim principia & exordia difficilia sunt. Hæc ergo primum constituamus, & omnia facilia erunt & leuia. Incipiamus igitur rogo, alius quidem orationes protelando, alius sæpius lachrymando, alter mœrendo: neque enim hoc adeo paruum est, vel inutile. Vidi enim, inquit, quia cõ *3.Reg.21.g* tristat° est, & processit tristis, & curaui vias eius, omnes vero eleemosynas faciendo, delictaq; proximis remittendo, & neq; iniuriæ memoriam retinẽdo neque vindicando animas nostras humiliemus. Si cogitemus frequenter, quę peccauimus, nihil nos rerum externarum in superbiam poterit eleuare, non diuitiæ, non potentia, non principatus, nõ honor, sed etiam si in ipso curru regali sedeamus, gememus amare. Nonne & beatus Dauid rex erat, & dicebat: Lauabo per singulas noctes *Psal.6.b* lectum meum: & tamen nihil ex ostro, vel diademate læsus aut inflatus est. Sciebat quippe seipsum hominem esse, & quia conterebatur corde, lugebat. Quid enim sunt humanæ res? Cinis & puluis, & tanquã puluis ante faciem venti, fumus & vmbra, & folia cadentia, & flos, & somnium, & narratio, & fabula, ventus, & aër mollis temere † corruptus, penna mobilis, vnda decurrens, & *†diffluens* si quid istis inferius. Quid enim, dic mihi, magnũ putas? Quam æstimas dignitatem consulis? Nihil enim ea dignitate maius putant plurimi, si quidem in tantam claritatem peruenit, & ad tantam admirationem: qui autẽ non est cõsul, nihil habet minus in tanta dignitate cõstituto. In eadem sunt dignitate iste & ille, vtriq; similiter post paululum nõ erunt. Quando factus est? Quantum tempus durauit die mihi? duorum dierũ est: Hoc & in somniis solet fieri: sed somniũ est, inquit. Et quid hoc? Illa quippe quę in die sunt, nõ sunt somnia? Dic mihi, quare non magis ista dicimus esse somnia? Sicut enim somnia adueniente die, nihil esse conuincuntur: æqualitatem nanq; temporis siue nox, siue dies acceperunt, & ex æquo distributa sunt per omne seculũ: sicut ergo in die eis quę per noctẽ fiunt non aggaudet quis: sic neq; in nocte eis quæ in die contingunt frui potest. Fact° es cõsul, & ego: sed ego in nocte, tu in die. Quid hoc? Neq; sic præ me amplius habes, nisi forte quod dete dicat, Ille est cõsul, & quod habes ex istis verbis aliquã delectationem plus te habere aliquid facit: vtputa (manifestius enim loquar) si dicã: Ille cõsul est, & prestẽ illi hoc nomen, nõnne mox atq; dictum est, iam transiuit? Sic etiam ipsę res sunt: simul apparuit consul, & statim non est. Ponamus autem annum, & duos annos, & tres, & quatuor, sed & hi trãseunt. Vbi nanque sunt x. consules qui facti sunt? Nusquam. Sed Paulus non sic.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fuit nanque,& tamen viuit ſemper, non vnum diem, non duos,non decem & viginti,non annos decem,& viginti,neque triginta ſed & mortuus eſt.En quadringenteſimus iam annus pertrãſiit, & adhuc etiam nunc eſt clarus,multóque clarior, quàm cum viueret,& hæc quidem in terra.Claritatem autem ſanctorum quæ eſt in cœlis,quis valeat explicare ſermo? Ideirco obſecro, hanc claritatem quæramus, hanc inſequamur, vt eam aſſequamur:vera nanq; claritas iſta eſt.Deſiſtamus iam ab iſtis ſecularibus, vt inueniamus gratiam, & miſericordiam in domino noſtro Ieſu Chriſto cum quo patri, vnà cum ſancto ſpiritu, gloria, imperium, honor, nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum.Amen.

Homilia x. ex cap. vi.

TErra enim ſæpe venientem ſuper ſe bibẽs imbrem,& generans herbam opportunam illis, à quibus colitur, accipit benedictionem à deo: proferens autem ſpinas & tribulos, reproba eſt, & maledicto proxima, cuius conſummatio in combuſtionem. Cum timore audiamus ſermones dei, cum timore & tremore multo. *Pſal.2.c* Seruite enim, inquit, domino in timore,& exultate ei cum tremore. Si autem & gaudium veſtrum,& exultatio cum tremore debet eſſe: quando terribilia dicuntur, qualia ſunt quæ nunc dicuntur,quali pœna nõ erimus digni, ſi nõ cum tremore quæ dicuntur audiamus? Cum dixiſſet, quia impoſſibile eſt eos,qui ceciderunt,baptizari iterũ, & per lauacrum remiſsionẽ accipere,oſtendiſſetq; terribilitatem rei,infert: Terra enim ſæpe venientem ſuper ſe bibens imbrem,& generans herbam opportunã illis,à quibus colitur, accipit benedictionẽ à deo: proferens autem ſpinas & tribulos, reproba eſt, & maledicto proxima, cuius cõſummatio in combuſtionem. Timeamus ergo dilectiſſimi, non ſunt hæc minę Pauli,non ſunt hominis verba,ſpiritus ſancti ſunt, Chriſti ſunt loquentis in eo. Quis nanq; eſt ab iſtis ſpinis mundus?At ſi eſſemus mundi,neque ſic confidentes nos eſſe oporteret, ſed timere & tremere, ne forte pullulent in nobis ſpinæ.Cum autem toti per totum ſpinæ ſimus & tribuli,vnde præſumimus,dic mihi,& remiſſi efficimur?Quid eſt,quod nos facit negligentes?Si qui ſe ſtare putat debet timere ne cadat. Qui ſe putat,inquit,ſtare,videat ne cadat:qui cecidit,quo modo debet ſolicitus eſſe,vt valeat reſurgere?Si Paulus timet,ne forte aliis prędicans,ipſe reprobus fiat:qui ſic erat probabilis, & tamen timet,ne efficiatur reprobus: nos qui facti ſumus iam reprobi,quam veniam habebimus,nullum timorem habentes,ſed velut conſuetudinem quandam, ſic implentes Chriſtianiſmum, & perfunctorię præter animi intentionem debitum ſoluentes? Timeamus igitur dilectiſſimi:reuelatur enim ira dei de cœlo. Timea *Roma.1.b* mus: Reuelatur enim nõ ſolum ſuper impietatem, ſed etiam ſuper omnem iniquitatem. Quid eſt,ſuper omnẽ iniquitatem?Et minorem & magnam. † Hic miſericordiam dei ſignificat, imbrem autem doctrinã, inquit. Et quod ſuprà dicebat, Cũ debeatis eſſe doctores propter tempus,hoc etiam hic dicit. Et in plurimis locis imbrem doctrinã ſcriptura dicit.Mandabo enim,inquit, nubibus,vt non pluant ſuper eam imbrem,de vinea loquuta,quòd alibi famem panis,& ſitim aquæ vocat. Et iterum: Fluuius dei impletus eſt aquis. Terra enim bibens,inquit,ſæpe venientem ſuper ſe imbrem. Hic declarat,quia ſuſceperunt & combiberunt verbum, & ſæpius hanc rem perceperunt, & nec ſic aliquid profecerunt.Si enim nõ excolereris,inquit,ſi non potireris imbribus,non eſſet tantum malum.Si enim nõ veniſſem, *Ioan.15.d* inquit,& locutus eis eſſem,peccatum non haberent.Si vero ſæpius bibiſti & excepiſti, qua ratione pro fructibus alia protuliſti? Expectaui enim, inquit, vt faceret *Eſa.5.a* vuas,fecit autem ſpinas. Vides quia vbiq; ſcriptura ſpinas dicit peccata?Etenim etiam Dauid,inquit:Conuer *Pſal.31.a* ſus ſum in miſeria,dum infigeretur mihi ſpina.Non enim ſimpliciter penetrat,ſed infigitur.Et ſi parum peccati remaneat,& nõ totum euellamus, ipſum parum facit dolorẽ, ſimiliter ſicut in ſpinis. Et quid dico ipſum parum?Et poſtquam ſpina exempta fuerit,per multum tempus plagæ dolorem relinquit, & opus habet curatione multa & medicina, vt tandem à dolore liberemur:nõ enim ſufficit euellere tãtum peccata,ſed etiam curare locum qui percuſſus eſt. Verũ timeo ne ad nos iſta potius dicta ſint, quàm ad alios. Terra enim bibẽs, inquit,ſæpe venientem ſuper ſe imbrem.Semper bibimus,ſemper audimus,ſed confeſtim humorem amittimus ſole exorto,propter hoc ſpinas proferimus. Quæ ſunt igitur ſpinæ?audiamus Chriſtum dicentem:Quia *Luc.8.& Marc.4.b* cura ſeculi huius, & deceptio diuitiarũ præfocant verbum,& infructuoſum efficitur.Terra enim bibens,inquit,ſæpe venientem ſuper ſe imbrem,& generans herbam opportunam.Nihil ſic opportunum,ſicut vita optima,nihil ſic opportunum ſicut virtus.Et generãs,inquit,herbam opportunam,illis à quibus colitur,percipit benedictionem à deo.Hic deum dicit cauſam omnium eſſe:percutiens ſenſim paganos,qui terræ potentiæ fructuum generationem adſcribunt. Neque enim agricolarum manus,inquit,ſunt, quæ terrã ad afferendos fructus excitant,ſed imperium dei.Propter hoc enim,inquit,percipit benedictionem à deo. Intuere autem quo modo in ſpinis non dixit,generãs ſpinas: neque vtili hoc nomine vſus eſt. Sed quid? Et proferens ſpinas,veluti ſi dicat quis,ebulliens,eiiciens. Reproba, inquit,& maledictioni proxima. O quantam habet cõſolationem hic ſermo. Maledictioni,inquit,proxima, nõ maledicta. Qui autem necdum in maledictionem incidit,ſed proximus eſt, & longe fieri poterit. Et non hoc ſolo conſolatus eſt,ſed etiam in eo quod ſequitur. Nõ enim dixit,Reproba,& maledictioni proxima,quę comburetur.Sed quid? Cuius cõſummatio in aduſtionem.Si vſque ad finẽ permaneat,inquit.Proinde ſi abſcindamus, ſi aduramus ſpinas, poterimus mille bonis perfrui,& fieri probabiles,& benedictionis participes. Recte autem peccatum tribulũ appellauit,dicens:Proferens autem ſpinas & tribulos.Vnde enim tenere volueris, percutit & pungit, & eſt moleſtum etiam ad videndum. Poſtquam eos igitur increpauit ſufficienter, & terruit & percuſſit,curat eos iterum,ne amplius deiiciat,& remiſſos efficiat.Tardum enim qui percutit,tardiorem efficit. Neq; ergo in omnibus adulatur, ne remiſſiores efficiat:neq; in omnibus percutit,ſed aliquantulum quidem percuſſoria apponens, multum autem curatoria affert per ea quæ ſubiiciuntur.Quid enim dicit:Non veluti cõdemnantes vos hæc dicimus neq; veluti putantes vos ſpinis eſſe plenos,ſed timentes ne tales efficiamini.Melius quippe eſt verbis vos terrere,ne rebus ipſis doleatis.Et hoc potiſsimum ſapientiæ Pauli eſt.Et non dixit putamus,neque coniicimus, neq; expectamus,neq; ſperamus.Sed quid? *Confidimus autẽ de vobis dilectiſſimi meliora,& cum ſalute cõiuncta tametſi ſic loquimur.*

Quod etiam ad Galatas ſcribens, dicebat: Confido *Galat.5.b* autem de vobis in domino,quoniam nihil aliud ſapietis. Illic enim quia valde culpabiles erant, & non erat

vnde eos

1.Cor.10.c
1.Cor.9.d
Amos 8.d
Pſal.64.c
† primũ de benignitate dei locutus, mox de ipſorũ doctrina ſubiicit]
Supr.5.c
Eſa.5.b

vnde eos de præsentibus laudaret, ex futuris hoc facit. Quoniam nihil aliud, inquit, sapietis. Hic autẽ ex præsentibus. Confidimus autem de vobis dilectissimi meliora, & cum salute coniuncta etiamsi sic loquimur. Et quoniam ex præsentibus non habuit tanta quæ diceret: ex præteritis adstruit hanc consolationem, & dicit: Non enim iniustus est deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quam ostendistis in nomen eius, in eo quod ministrastis sanctis, & ministratis: papę, quomodo recreauit animas eorum, & cõfortauit: antiqua eis in mentem reuocans, & eò inducens vt necessariò nequeant cogitare, apud deum se in obliuionem venisse. Necesse est enim peccare illum, cui non satisfactum est de spe, deúmque iniusticiæ arguere. Proinde coëgit eos omnib⁹ modis expectare illa futura. Eum enim qui desperat à præsentibus & animo cõcidit, ex futuris con
Galat.5.a fortare quis poterit. Sicut & ipse Galatis scribens dice-
Ibidem 3.a bat. Currebatis bene. Et iterũ: Tanta passi estis sine causa? si tamẽ sine causa. Sicut enim hic cum increpatione ponit laudem, dicẽs: Cum debeatis esse doctores propter tempus. Sic & illic, Miror, quia sic citò transducimini. Cum increpatione dicit, quod laudis est. De maioribus enim cum ceciderint, miramur. Intueris latenter inditam laudem accusationi, & non de seipso hoc solum dixit, sed & de omnibus. Non enim dixit, confido: sed, confidimus de vobis meliora & optima, inquit. Siue de cõuersatione, siue de fructuum redditione hæc dicit. Deinde quoniam supra dixerat, quia reproba est & maledictioni proxima, & quia in combustionem erit. *Non vtique* (inquit) *de vobis hoc dicimus. Nõ enim iniustus est deus, vt obliuiscatur operis vestri & charitatis.*

Pro qua re ergo hæc dicimus? Desideramus vnumquenque vestrum idem demonstrare studium ad plenam certitudinem spei vsque ad finem, ne imbecilles efficiamini: imitatores autem sitis eorum qui per fidem & patientiam hæreditatem promissionum accipiunt. Desideramus autem, inquit. Non ergo studemus tantum neq; vsque ad verba volumus hoc. Sed quid? desideramus circa virtutem vos versari, non veluti priora vestra culpantes, inquit, sed pro futuris soliciti. Et non dixit, quia non sicut priora vestra culpantes, sed præsentia. Soluti estis enim, & negligentiores effecti. Sed vide quo modo mansuete significauit, & non increpauit. Quid enim dixit? Cupimus autem vnumquẽque vestrum idem studium ostendere vsque ad finem. Hoc enim mirabile est in Pauli sapientia, quoniam nõ ostendit, remissiores esse factos, vel opus aggressum reliquisse, Dicendo enim, Cupimus vnumquenque vestrum, hoc est, veluti si quisquam dicat: Volo te studere semper, & qualis fuisti primum, talem esse & nunc, & in futurum. Hoc enim redargutionem eius & faciliorem, & tolerabiliorem reddit. Et non dixit Volo, quod est authoritatis doctrinæ, sed quod erat paternæ dilectionis, amplius quàm velle, cupimus, inquit, tantũ non dicens, ignoscite, etiamsi graue quid loquamur. Cupimus vnumquenq; vestrum idem studium ostendere vsque ad finem, & plenam certitudinẽ spei. Spes,
Rom.5.a inquit, sustinet, ipsa est quæ recreat ne dissoluamini, ne desperetis, & superflua sit vestra spes. Qui enim bona operatur, & bona sperat, & nunquam desperat de seipso. Ne imbecilles efficiamini. Adhuc efficiamini, quan-
Supr.5.d quam suprà dicebat, quoniam imbecilles facti estis auditu. Sed intuere quo modo vsque ad auditum imbecillitatem statuerit. Hic autẽ idipsum significat, prout si diceret: Ne perseueretis tales. Sed iterum idipsum in

A futurum profert tempus, quod non est obnoxium dicens: Ne imbecilles efficiamini. Tempori enim necdũ præsenti obnoxij esse non possumus. Qui enim in præsenti ad studium admonetur, velut negligens fortassis & segnis est: qui vero in futurum, non sic. Cupimus autem vnumquenque vestrum, inquit, Magna dilectio, & maiorum & minorum similiter curam gerit, & omnes nouit, nullum despicit, sed eandem circa vnũquẽque curam demonstrat, & æqualem honorem ad omnes. Vnde & maxime persuadebat suscipere quicquid graue esset in verbis. Ne imbecilles efficiamini, inquit. Sicut ocium corpus lędit, sic & animam ocium à bonis remissiorem reddit, & infirmam. Imitemini autem, inquit, eos qui per fidem & patientiam hęreditatem promissionum accipiunt. Et qui sint isti, deinde dicit. Primum dixit, imitemini priores vestros labores. Deinde
B ne dicerent quos? reuocat eos ad Patriarcham, exemplum eis laborum & virtutum domesticum afferens: ne se putarent nihil iam ad patriarcham pertinere, cõtemptósque derelinqui: sed vt possent scire, quia magis fortium virorum est istud, vt per tentationes iter huius vitæ pertranseant & quia admirandis & magnis viris sic vtitur deus. Oportet autem, inquit, cum patientia omnia tolerare, hoc enim est etiam credere. Si vero dicat, quia dat, † & accipias confestim quod credidi- † *& accipias confestim, quid credidisti?*
sti,] nequaquam tuę fidei erit istud, sed meę gratiæ, hoc est dantis. Si vero dicam. Quoniam do, & post cẽtum annos dabo: tu vero nõ desperes, tunc me fidelem exi-
C stimasti, tunc competentem de me opinionem habes. Vides quia sæpius infidelitas non ex desperatione contingit tãtum, sed etiã ex pusillanimitate, & ex eo quòd non longanimiter fert quisquam, & nõ ex eo qui promiserat? Non enim iniustus est deus, inquit, vt obliuiscatur charitatis vestrę & studij, quod ostẽdistis in nomine eius in eo quod ministrastis sanctis, & ministratis. Magna illis testificatur, non opera tantum, sed etiã alacritatem operum: quod & alibi dixit, Non solum au- *2.Cor.8.a*
tem, sed etiã seipsos dederunt domino & nobis. Quod ostendistis, inquit, in nomine eius in eo quod ministrastis sanctis, & ministratis. Intuere quo modo iterum eos curat, inferens, Et ministratis adhuc, etiam nunc, Et erigit eos, ostendens, quia non illis fecerũt, sed deo. Quod ostendistis, inquit: & nõ dixit in sanctos, sed in deum: hoc enim est in nomine eius, propter nomẽ eius omnia feciſtis. Qui igitur tanto vestro studio à vobis dilectionẽque perfruitus est, non contemnet vnquam vos, neque obliuiscetur. Hæc audientes rogo, mi- Morale.
nistremus sanctis. Omnis enim fidelis sanctus est, secũ-
D dum quod fidelis est, siue enim secularis est, sanctus est. *1.Cor.7.c*
Sanctificatus est enim, inquit, vir infidelis in muliere, & mulier infidelis in viro. Vides quo modo sanctificationem fides facit? Siue igitur secularem videas in perturbatione aliqua, porrigamus manum: nec in eos tantum, qui montibus sedent, efficiamur studiosi: sancti quidem sunt illi & vita & fide, sancti autẽ & isti fide, multi autem & vita. Nec si viderimus monachũ in custodia, tunc intremus: si vero secularem, nõ intremus, sanctus est & iste, & frater. Quid ergo, inquis, si autẽ sit immundus aliquis, aut pollutus? audi Christum dicentem: Nolite iudicare, ne iudicemini. Tu propter deum *Matth.7.a*
fac. Et quid dico? Etiamsi paganũ videamus in fluctuatione, oportet benefacere: & simpliciter omnẽ in perturbatione cõstitutum, multo amplius autem fidelem secularem iuuare debemus: Audi Paulum dicẽtem: Fa- *Galat.6.c*
cite bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos

Universidad de Deusto
Biblioteca

fidei. Sed nescio vnde hoc introductũ est,& vnde ista consuetudo obtinuit:Qui enim monachos tantũ quærit,& illis solum benefacere vult,etiam ipsos scrutatur,
† *nisi sit dignus,nisi sit iustus,* dicens: †Si est dignus,si est iustus,‖ nisi fecerit signa,nõ porrigo manum,maximam partem eleemosynę amputauit,& hoc ipsum tempore procedente iterum amputaturus est.Atqui illa demũ eleemosyna est,quę in peccatores fit,quę in fontes.Eleemosyna enim est,nõ eorũ qui iam perfecti sunt,sed qui deliquerunt misereri. Et
Luc.10.c vt discas aduerte parabolam:Descendit quis,inquit,de Hierosolymis in Hiericho, & incidit in latrones, qui exsum reliquerũt iuxta viam semiuiuũ. Venit quidam Leuita & viso eo præteriuit. Venit quidã sacerdos qui & ipse viso illo præterijt. Venit vero quidam Samaritanus,& multam eius curam fecit,ligauit vulnera eius, infudit oleum, imposuit in iumentum suum, perduxit eum ad diuersorium,dixitque hospiti,adhibe illi curã. Et intuere liberalitatem magnam.Et ego tibi dabo,inquit,quicquid erogaueris. Quis ergo est proximus huius?Qui fecit misericordiam,inquit.Vade ergo,inquit, & tu & fac similiter.Et intuere qualem dixit parabolã. Non dixit quia Iudæus in Samaritam fecit,sed quia Samarita liberalitatem illam totam exhibuit.Audítis igitur his omnibus,nõ solum fidei domesticorum curam ita geramus,vt cæteros negligamus.Si igitur,inquit,& tu videas quenquam male pati,nihil iam in eo curiose scruteris: dignus est enim quẽ adiuues, hoc ipso quod male affligitur.Si enim videas asinum præfocari,erigis ipsum, & nõ scrutaris cuius sit:multo magis hominem non oportet scrutari cuius sit.Dei quippe est,siue paganus sit,siue Iudęus,sed adiutorio indiget.Si quidem discutere & iudicare iussus esses, bene ista diceres: nunc autem calamitas illius non te permittit hæc discutere. Si enim nec de sanis nos scrutari oportet neq; aliorum causas inquirere:multo amplius eos qui male patiũtur. Alioqui quid?vidisti abundantem ac celebrem:tum dicas eum esse malum ac vilem. *Si vero male patientem videris,noli dicere,quia malignus est.* Cum enim placet hominibus quisquam,bene hoc dicimus:cum vero in calamitate est,& adiutorio indiget,non oportet dicere,quia malus est.Crudelitatis hoc quippe est, & inclementiæ, & superbiæ. Quid Iudæis iniquius fuit, dic mihi? Et tamen vltus est eos deus, & iuste & valde iu-
† *ob illorum mala gaudebant‖* ste,& tamen cõdolentes eis suscepit:eos vero qui † aduersum eos insurrexerunt‖ vltus est. Nihil patiebãtur, inquit,in cõtritione Ioseph.Et iterum,inquit: Redime
Amos 6.b occidẽdos. Ne parcas pecuniis. Non dixit Scrutare,&
Prou.24.d cognosce quis est,licet plerunque mali sint qui ad necem ducuntur: hoc quippe est maximæ misericordiæ. Qui enim amico benefacit,nõ propter deum omnino facit:qui autẽ ignoto,iste pure propter deum facit. Noli parcere pecuniis,& si omnia sint insumenda,da.Nos autem videntes qui strangulantur ac lamentantur, & peiora mille mortibus patiũtur,& iniuste fortassis,parcimus pecuniis,& contemnimus fratres. De inanimatis quidem curam gerimus, animas vero negligimus,
2.Tim.2.d cum Paulus dicat: In mansuetudine docete eos qui cõ
† *si quando* trarij sunt, † ne forte det eis deus penitentiã ad cognoscendam veritatẽ,& resipiscant de diaboli laqueis, captiuati ab eo secundum eius voluntatem. †Ne forte,inquit,intueris quanta lõganimitate plenum sit hoc verbum:hunc & nos imitemur,de nullo desperantes.Etenim piscatores sæpius retia mittentes aliquandiu voto
† *Si quando* frustrati tandem compotes illius fiunt:sic & nos speremus, quoniam repente ostendet nobis fructum matu-

A rum.Etenim agricola cum seminat, primũ diem & secundum sustinet,& multũ tempus expectat,& repente vndiq; videt fructus germinantes: hoc etiã in nobis futurum esse expectemus,gratia domini nostri Iesu Christi,cui cũ patre,vnà cum sancto spiritu,gloria,imperiũ, honor,nunc & semper,& in secula seculorum, Amen.

Homilia xi. ex cap. vi.

Abrahæ nanque pollicitus deus,cum non posset per quenquam maiorem iurare, iurauit per seipsum, dicens, Nisi benedicens benedixero † te ‖ & multiplicans multiplicauero te. Et sic cum longanimiter expectasset, adeptus est repromissionem. Homines enim per maiorem iurant, & omnis controuersiæ eorum finis ad confirmationem est iuramentum. *Gene.22.c*

Postquam increpauit fortiter Hebræos,& terruit eos sufficienter,primum quidem laudibus eos consolatur: B secũdo autem,quod etiam fortius est,per id quod omnino percepturos eos ostendit quæ sperabant: & hanc consolationem non ex futuris facit,sed iterum ex præteritis,quod magis eos credere faciebat. Sicut enim in supplicio per illa magis terret, sic etiam in præmiis per hæc consolatur,ostendens cõsuetudinem dei.Hæc autem est,vt nõ celeriter exhibeat promissa, sed per multum tempus.Facit autem hoc,maximum potentiæ eius proferens argumentum,& nos ad fidem adducens, vt qui in tribulationibus viuimus,& promissiones necdũ accepimus, non desperemus mercedem laborum nostrorum: Relictis autem omnibus, quanquam multos haberet, Abraham in medium adduxit tum propter dignitatem personæ, tum propterea quod maxime in eo istud cõtigerat, † cum etiã in fine epistolæ dicat,‖ quia
Infra.11.c hi omnes de longinquo illas videntes,& salutantes,nõ
† *Atqui in fine epistolæ dicit,‖* C receperunt promissiones, ne sine nobis perficerentur. Abrahæ,nanq;,inquit,pollicitus deus, quoniam neminem habuit,per quem iuraret maiorem, iurauit per semetipsum, dicens: Nisi *benedicens* benedixero te, & *multiplicans multiplicauero* te.Et cum sic longanimiter *expectasset*, adeptus est repromissionem. Quo modo nõ accepit?Quo modo adeptus est?Non de eisdem ipsis dicit & hic & illic, sed duplicem facit consolationem. Promisit Abrahæ,inquit, & quædam quidem hic post multum temporis dedit,quædam autem illic necdum:& sic cum lõganimiter tulisset,adeptus est repromissionem.Vides quia non repromissio sola totum operata est,sed & longanimitas?Hic terret eos,ostendẽs quia sæpius impeditur repromissio per pusillanimitatem:& hoc ostendit quidem per plebem. Quoniam enim pusillanimes erant, propter hoc repromissiones D non sunt adepti:contrarium autem ostendit per Abraham:deinde circa finem etiam aliquid plus facit: quoniam & longanimiter ferentes non sunt adepti,& neque sic tamen contristantur.Homines enim per maiorem iurant,& omnis controuersiæ eorum finis ad confirmationem est iuramentum. Deus autem qui non habuit maiorem per quem iuraret, per semetipsum iurauit.Optime.Quis igitur est qui iurauit Abrahæ?Nonne filius?Non,inquit,magis autem ipse. Esto,non contendo. Quando vero ipse iurat, Amen amen dico vobis, idem scilicet iusiurãdum,nonne manifestum est, quia non habet maiorem per quem iuret hoc illum pacto iurare? Sicut enim pater iurauit, sic & filius per semetipsum iurat, dicens: Amen amen dico vobis. Hic eos commonefacit & iuramẽtorum Christi, quibus sæpius dicebat: Amen,amen dico tibi, qui credit in me, non *Ioan.11.c* morietur in æternum.Quid est,& omnis controuersię

eorum

eorum finis ad confirmationem est iuramentum? Perinde si diceret, ex hoc soluitur omnis controuersiæ disceptatio, nō illius vel illius, sed omnis. Oportebat quidem & sine iuramento credere deo. *In quo deus cum vellet abundantius ostendere promissionis hæredibus, immobilitatem consilij sui, interposuit iusiurandum.* Hic & fideles includit. Propterea etiam huius promissionis mentionem facit, prioris scilicet, quæ communiter facta est. * Interposuit iusiurandum. Iterum hic filium dicit inter homines & deum mediatorem esse factum. *Vt per duas res immobiles in quibus impossibile est mentiri deum.* Per quas? Videlicet quod dicit & promittit, deinde & iuramētum addidit promissioni. Quoniam enim apud homines hoc videtur certius esse, cui iuramentum interfuerit: propterea etiam hoc addidit: vides quo modo dignitatem suam nō attendit sed vt hominibus persuadeat, indigna de se patitur dici: hoc est, satisfacere volens. Et in Abraham quidem ostendit dei esse totum opus, nō longanimitatis illius. Siquidem & iuramentum passus est addere & per quem iurant homines, per hunc iurauit & deus, hoc est per semetipsum. At Homines vt per maiorem, Ipse autem non sicut per maiorem, & tamen fecit. Non æquale est hominem per se iurare, & deum. Homo enim sui potestatem non habet. Intueris igitur, quia non ad Abraham magis, quàm ad nos dictum est.

Fortissimum (inquit) *solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem.* Et hic iterum: cum longanimiter expectasset, adeptus est promissionem. Nunc, inquit, & non dixit, quia iurauit. Iuramentum autē quod sit, aperuit, dicens: † cum non posset per maiorem iurare.] Sed quia incredulum est humanū genus, ad eadem se nobiscum demittit. Sicut igitur iurat propter nos, (quanuis indignum ei sit non credi) ita & illud: & didicit ex quibus passus est, dixit. Quoniam homines hoc putant maxime esse dignū fide, vt per experimentum quis transeat. Propositam spem. Quid est propositam spem? Ex his, inquit, futura cōiicimus. Si enim ista post tantum temporis facta sunt, vtique & illa. Proinde ea quæ ad Abraham facta sunt, credere nos faciunt & de futuris. *Quam sicut ancoram, inquit, habemus animæ tutam ac firmam, & introeuntem vsque in interiora velaminis, vbi præcursor pro nobis introiit Iesus secundum ordinem Melchisedech, pontifex factus in æternum.* In mundo adhuc constitutos, & necdum translatos ex hac vita, ostendit iam quoque in rebus esse promissis. Per spem enim in cœlo sumus, dixerat, Persistite, omnino enim futura sunt. Deinde certos reddens, dicit: Magis autem spe. Et non dixit: Nos sumus in interioribus, sed quia ipsa spes velut ancora ingressa est in interiora: quod verius erat & credibilius. Sicut enim ancora iacta de naui non permittit eam circunferri, licet innumeri venti commoueāt, sed iacta firmam facit: sic & fides. Intuere, quo modo valde conuenientem inuenit imaginem, Non enim dixit fundamentum quod dissonaret, sed ancoram. Quod enim in fluctu marino est, & non valde videtur supra mare fixum esse, sicut quòd super terram stat, & mouetur, & nō mouetur. In valde firmis enim & philosophis merito illam similitudinem posuit Christus, dicens: Si quis ædificat domum suam super petrā. In eis vero qui dubitabant, & debebant per spem portari, proprie hoc posuit Paulus. Tempestas enim, & multus imber commouet ratem: spes autem non permittit eam circunferri, etiam si mille cōcutiant venti. Proinde si hanc non haberemus, olim demersi fuissemus: non autem in spiritalibus tantum, sed etiam in secularibus multam quis spei inuenerit fortitudinem: vtputa in negociando, in agricultura, in militia. Nisi hanc quisquā primo proponat, nunquam aliud attingit. Non simpliciter dixit ancoram, sed tutam, & firmā, quę nō mouetur, ingredientem vsq; ad interiora velaminis, ac si diceret penetrantem cœlos. Deinde etiam fidem intulit, vt nō sola spes sit, sed & vera valde. Post iuramētum enim aliam quoque ponit, per res ipsas approbationem. Quia iam præcursor pro nobis introiit Iesus. Præcursor autem quorundam est præcursor sicut Ioannes Christi. Et nō dixit simpliciter, introiit, sed vbi præcursor ꝓ nobis introiit, veluti oporteat & nos cōsequi. Non enim multum est spacij inter præcursorem, & consequentē alioqui præcursor non esset. Præcursorem etenim & consequētes in eadē ipsa via esse conuenit, & eucstigio assequi præcedentem, eos qui subequuntur. Secundum ordinem Melchisedech, inquit, pontifex factus in eternum. Ecce & alia consolatio. Siquidē supra pōtifex noster, & multo melior eo qui apud Iudæos, non modo tantum, sed etiam loco, & tabernaculo, & testamento, & persona. Hoc autē de eo, qui secundum carnem est dicitur.

Oportet itaque & illos quorum est pontifex admodum esse meliores. Et quātum est inter Aaron & Christum, tātum inter nos & Iudæos. Intuere quippe, in cœlis habemus sacrarium, in cœlis sacerdotē, in cœlis hostiam: talia etiā nos offeramus sacrificia, quæ in illo sanctuario possint offerri. Non iam pecudes, vel boues, nō iam sanguinem & vaporem omnia hæc soluta sunt, & pro eis introductum est rationabile obsequium. Quid autem est rationabile obsequium? Quæ per animā, quæ secundum spiritum offerūtur. Spiritus est, inquit, deus, & eos qui adorant eū, in spiritu & veritate oportet adorare. Quicquid non indiget, corpore, quicquid non indiget instrumentis, neq; locis in quibus ipse quidem est pontifex: veluti est mansuetudo, temperantia, misericordia, patiētia, longanimitas, animi modestia. Sacrificia enim hęc & in veteri testamento inueniet quis olim †præfigurata.] Sacrificate, inquit, deo sacrificiū iusticię. Et: Sacrificate sacrificiū laudis. Et: Sacrificium laudis glorificabit me. Et: Sacrificium deo spiritus cōtribulatus. Et quid dominus exquirit à te, nisi vt audias eū. Holocaustomata pro peccatis non probasti, tunc dixi: Ecce venio, vt faciam voluntatem tuam. Et iterum: Vt quid mihi libamen de Sabba? discede à me. Aufer à me sonitum cantilenarū tuarum, & psalmum organorum tuorum nō audiam, sed pro istis misericordiā volo & nō sacrificiū, Intueris qualibꝫ sacrificiis placatur deus: vides & iam ab initio, alia quidē discedentia, alia succedentia sacrificia? hæc igitur offeramus. Illa quidem diuitiarum sunt & diuitum, hæc autē virtutis: illa extrinsecus, ista intrinsecus: illa & quilibet operari potest, hęc autem pauci. Quanto enim melior est pecore homo, tanto hoc sacrificium melius est illo. Hic enim animā tuam oblationē offers. Sunt etiam aliæ oblationes, quę verè sunt holocaustomata, martyrum corpora. Ibi & anima & corpus offeruntur: illa sacrificia odorem suauitatis habent maximum. Potes & tu, si volueris, tale sacrificium offerre. Quid enim si non igni comburatur corpus? sed alio igni potest, vtputa paupertatis volūtariæ, tribulationis. Cum enim liceat delicioſe & optime degere, si eligatur laboriosa vita, & amara, mortificánſque corpus, nónne holocaustoma est? Mortifica ergo corpus tuum, & crucifige, & accipies & tu huius martyrij coronā. Quòd enim illic gladius operatur, hoc hic animi alacritas faciat. Non incendat, neq; occupet pecuniarum

Morale.

ἐμεσίτευσεν ὅρκῳ, id est, interposuit iusiurandum. vel mediator fuit iureiurando. vide Oecumenium

†*nempe per maiorem iurare.*

Matth. 7. d

Iohan. 4. c

{*firmata*} *Ger.*

Psal. 4. b
Ibid. 106. c
Ibid. 49. d
Ibid. 50. d
Mich. 6. c
Psal. 39. b
Hiere. 6. c
Amos. 5. f
& Ose. 6. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

cuniarum amor, magis extinguatur cupiditas ista importuna igne spiritali, excidatur gladio spiritus. Istud sacrificium est bonum, non opus habens sacerdote, nisi ipso offerente, hoc est sacrificiū bonum. Inferne quidem perficitur, sed sursum in cœlis confestim assumitur. Nónne miramur, quia in antiquo tempore ignis descendens omnia consumebat: licet tibi & nunc, vt descendat ignis multo mirabilior illo, & omnia consumat quæ offeruntur: magis autem non consumat, sed sursum leuet in cœlum. Hæc enim non vertunt in cinerem, sed dona offerunt deo: tales etiam erant Cor-
Actо.10.a nelij precationes. Orationes tuæ, inquit, & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam, in conspectu dei. Intueris coniugationē optimam. Tunc exaudimur, quan-
Prouer.21.b do & nos audimus pauperes accedentes. Qui autē obturat, inquit, aures suas, vt non audiat pauperem depre-
Psal.40.a cationem eius non exaudiet deus. Beatus, item, inquit, qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dominus. Quæ vero mala dies est, nisi quæ mala erit peccatoribus? Quid est, Qui intelligit? hoc est qui cognoscit quid sit pauper, qui tribulationē eius percipit. Cognoscēs enim tribulationem eius, vtique confestim miserebitur eius. Si videris pauperem, non petranseas: sed statim cogita quis sis, & si tu esses in illo, quid nam velles omnes facere. Qui intelligit, inquit, cogita quia similis tibi liber est, & eandem tecum participatur generositatem, & tanta tecum communia habet: & fortassis nec canibus tuis æqualis est: sed illi quidem saturantur, iste autē sæpius dormiuit esuriens: & seruis tuis inhonorabilius tractatur, qui liber est. Sed illi tibi necessaria officia complent. Quæ ista? Seruiunt tibi bene. Si autem ostendero illum necessarium officium tibi implere, multo amplius quā seruos tuos? Ad-
Actо.9.g erit tibi, quippe in die iudicij & eruet te ex igne. Quid tale omnes serui faciunt? Quando Tabitha defuncta erat, quis eam resuscitauit? Serui circunstantes, an pauperes? Tu autem neque seruis liberum æqualem facere voles. Frigus est, & iacet laceris circūdatus pauper moriturus, dentes quatiens, & vultu & habitu deprecans: tu autem calefactus & ebrius pertransis. Et quo modo vis deum, in calamitatibus te constitutum liberare? Sæpenumero autem etiam hoc dicis: Ego si essem & assumerem quenquam qui multa peccauit, dimitterem eum, & deus non dimittit. Non hoc dicas, eum qui nihil in te peccauit, non potes liberare, Sed despicis. Et quo modo te peccantem in se dimittet deus? Nónne hæc gehenna digna sunt? Et quid mirabile? Sæpius quidem corpus mortuum sine sensu, nec iam honorem sentiens, plurimis, & variis auro textis vestibus induis: corpus autem quod frigore afficitur, & concidit-
tur, & cruciatur, & distenditur ex fame & gelu, despicis, & amplius vanæ gloriæ subministras, quàm timori dei. Et vtinam vsque ad hoc tātum insaniæ progredereris. Sed confestim accusatio aduersus interpellantē. Quid non operatur, inquies? Quid vacās pascitur? dic mihi, tu per operationem habes, quæ habes? Nónne ex hæreditate paterna illa accepisti? Si vero etiam ex labore, num ideo exprobras alteri? Nónne audis Paulum di-
2.Thess.3.c centem: Postquam enim dixit, Quia qui non operatur, neque manducet, vos autem bonum, inquit, facientes, non deficiatis? Sed quid, inquis, impostor est? Quid dicis ô homo, propter vnum panem & vestimentum impostorem eum vocas? Sed confestim vendet illud, inquis. Tu autem cuncta tua bene disponis? Quid autem? num omnes ex ocio egent? Nemo per naufragium? nemo per iudicia? nemo per furta? nemo per pericula? nemo per ægritudines? nemo per aliam calamitatem? Sed si audierimus aliquem talia deplorantem, maiora clamantem, & nudum cœlos inspicientem, & capillos demittentem, & pannis circundatum, confestim eum impostorem, fallacem, simulatorem vocamus. Non erubescis? Quem impostorem vocas? Noli dare, & noli accusare hominem. Sed habet, inquis, & fingit. Hoc tua est accusatio, non illius. Scit enim cum crudelibus se habitare, cum bestiis magis, quàm cum hominibus. Et quia etiamsi miserabile proferat verbum, nullum ad misērandum adducit: & propter hoc compellitur & habitum miserabiliorem sibi circumponere, vt tuam frangat animam. Si viderimus aliquem in habitu liberi interpellantem nos, iste, inquis, impostor est: & vt putetur ex generosis esse, isto modo interpellat: si viderim⁹ in contrario habitu, & illum culpamus. Quid agant de cætero? O crudelitatem, ô arrogantiam. Quare, inquis, aliqui mutilata membra denudant? Propter te, si misericordes essemus, istis eis artibus opus non esset, si prima interpellatione persuasissent, non tanta commenta exquisissent. Quis est ita miser, vt velit tantum clamare, vt velit ad confusionem venire, vt velit publice deplorare, cum nuda coniuge, cum filiis puluere cōspergi? Hæc qua paupertate non sunt peiora? sed pro his nō solum misericordiam nullam à vobis accipiunt, magis autem etiam accusantur. Adhuc autē & indignamur, quoniā deum deprecantes non exaudimur: adhuc graiter ferimus, quoniam nō impetramus rogantes. Non cōtremiscimus dilectissimi. Sed sępius dedi, inquis. Tu autem num semper vesceris? infantulos sæpius petentes num abigis? O inuerecundiam. Pauperem inuerecundum vocas: Tu cum rapias non es inuerecundus? ille autem pro pane deprecans, inuerecundus iudicatur. Non intelligis quanta sit necessitas ventris? Nónne omnia illius gratia facis? Nónne spiritalia propter hoc negligis? Non cœlum tibi propositum est, & regnum cœlorum? tu autem ventris timens tyrānidem, omnia sustines, & illa contemnis: hæc est inuerecundia. Nónne tuipse vides senes mutilatos? O nugas. Ille, inquis, tantos aureos fœneratur, ille tantos, & mendicat? Puerorum hæc fabulę sunt, & vanitates. Etenim pueri tales fabulas à nutricibus audiunt. Non mihi persuadetur, non credo, absit. Ad vsuram dat quis, & in abundantia constitutus mendicat? Qua causa? dic mihi, quid est mē dicitate ignominiosius? Melius quippe est mori, quàm mendicare: Quandiu ita immites sumus? Quid ergo? omnes ad vsuram dant? omnes impostores sunt? nullus reuera pauper est? Etiam, inquis, & multi. Quid ergo vel eis non exhibes auxilium? Vt quid existis scrupulosus vitæ eorum enucleator? Sed ista prætextus sunt, & excusationes. Omni petenti te da, & volentem à te mutuari non auerseris. Extende manum tuam, non sit *Luc.6.d* contracta. Non enim vitarum constituti sumus discussores, alioqui nullus hoc modo miserebitur. Quare quando deum rogas, dicis: Peccatorum meorū ne memineris? Proinde & si valde sit ille peccator, hoc ipsum & in ipso cōsidera, & noli reminisci peccatorum eius: tempus est misericordiæ, non scrupulosæ discussionis: misericordiæ, non ratiocinationis. Nutriri vult, siquidem vis, tribue: si autem non vis, dimitte nihil disceptans quare miser sit & infœlix. Quare nec tu misereris, & volentes auertis? Quādo enim ille audierit à te, quoniam iste deceptor est, quoniam ille fictor est, quoniā ille ad vsuram dat, incipit neque istis dare, neque illis.

Omnes in

Omnes in ſuſpicione habebit, tales eſſe putabit. Scitis enim, quia quæ mala ſunt facilè ſuſpicamur: quæ verò optima, non ita. Efficiamur miſericordes, non quomodocunque, ſed quo modo pater noſter cœleſtis. Ipſe & adulteros, & meretrices, & maleficos nutrit. Et quid dico? omnem ſpeciem iniquitatis habētes. In tanto enim mundo neceſſe eſt eſſe tales & plurimos. Veruntamen omnes nutrit, omnes veſtit. Nullus fame periit aliquādo, niſi forte ſponte. Sic efficiamur etiam nos miſeratores: ſi quiſquam opus habuerit, & in neceſſitate fuerit, illi auxiliare. Nunc autē ad hoc irrationabilitatis venimus, vt nō ſolū circa pauperes hoc faciamus, qui per vicos ambulant, ſed etiam circa viros monachalem vitā agentes. Ille impoſtor eſt, inquis: Non hoc dicebāt priſci: quia ſi indifferenter omnibus demus, ſemper miſerebimur. Si autem cœperimus ſcrutari, nunquam miſericordiam præſtabimus. Quid dicis? vt panem accipiat, impoſtor eſt? Si quidem auri talenta quæreret & argenti, aut veſtes precioſas, aut ſeruos, vel aliud quicquam, merito quis iſtum diceret deceptorem. Si autem nihil horum, ſed nutrimentum & veſtem, quæ philoſophiæ ſunt, nunquid hæc deceptoris ſunt, dic mihi? Quieſcamus ab hac abſurda curioſitate, & diabolica, & perniciosa. Si enim in clero electum ſe eſſe dicat, ſi ſacerdotem nominet, ſcrutare: non enim ſine periculo in talibus indiſcuſſa communicatio eſt. Circa maiora periculum vertitur: non enim das, ſed accipis. Si verò pro nutrimento poſtulat, nihil examines. Inquire quo modo Abraham hoſpitalitatē circa omnes tranſeuntes oſtendebat. Si ſcrutator fuiſſet circa refugientes ad ſe, nunquam angelos hoſpitio recepiſſet. Fortaſsis enim nō putans eos angelos eſſe, cum reliquis repuliſſet: ſed quoniam omnes ſuſcipiebat, ſuſcepit & angelos. Non enim ex vita accipientium à te mercedem tibi retributurus eſt deus: ſed ex voluntate tua, ex liberalitate multa, ex miſericordia, ex bonitate. Hæc ſi ſint in te, omnia adipiſceris bona: quæ nos omnes cōtingat adipiſci, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cū quo patri, vnà cum ſancto ſpiritu, gloria, imperium, honor, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Gene.18. & Hebr.13.a

Homilia xij. ex cap. vij.

Cap.VII. Gene.14.d

Hic enim Melchiſedech rex Salem, ſacerdos dei ſummi, qui obuiauit Abrahæ, regreſſo à cæde regum, & benedixit ei, cui decimas omnium diuiſit Abraham. Qui primum quidem ex interpretatione dicitur rex iuſticiæ. Deinde autem rex Salem, quod eſt rex pacis: ſine patre, ſine matre, ſine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens, aſſimilatus autem filio dei, manet ſacerdos in perpetuum. Volens Paulus differētiam demonſtrare noui & veteris Teſtamenti, in multis hoc diſſeminat, & præludit, & explorat etiam aures auditorum, & exercet. Confeſtim quippe ab ipſo exordio hoc quaſi fundamenti loco præiecit, dicens: Quia illis quidem locutus eſt in prophetis, nobis autem in filio: & illis quidem multifariam & multis modis, nobis autem per filium. Deinde de filio locutus, quis iſte ſit, & quid operatus ſit, & admonens credendum illi eſſe, ne eadem† patiamur, quæ & Iudæi, &: Quia pontifex eſt ſecundū ordinem Melchiſedech. Et ſæpius in hanc differentiam ingredi volens, & multa antè diſpēſans, & increpans, veluti infirmos, & iterum recurans, & recreās, vt confidentiam reciperent, tunc iam introducit differētiæ rationem vegetis iam & exercitatis auditoribus. Qui enim deſperat, nō facile quicquam aduertit. Et vt cognoſcas, audi ſcripturam dicentem: Et non audierūt Moſen propter puſillanimitatē. Propter hoc primum excluſo mœrore eorum, multis & terribilibus, & benignis ſermonibus, tunc demum aggreſſus eſt de differētia vtriuſque teſtamenti ſermonem. Et quid dixit? Hic enim Melchiſedech rex Salem erat & ſacerdos dei altiſsimi. Et quod eſt mirabilius, in ipſo typo demonſtrat multam eſſe differentiam. Quod enim dicebam, ex typo, ſemper fidem facit veritati & ex præteritis propter infirmitatem audientium. Hic enim, nquit, Melchiſedech rex Salem ſacerdos dei altiſsimi, qui obuiauit Abrahæ remeanti à cæde regum, & benedixit eum, cui etiam decimas diſtribuit ab omnibus Abraham. In paucis totam narrationem poſuit, & myſticè eam contemplatus eſt, & primùm à nomine. Primum quidem, qui ex interpretatione, inquit, dicitur rex iuſticiæ. Sedech quippe iuſticia dicitur, Melcha verò rex, Melchiſedech ergo rex iuſticiæ. Vides & in nominibus adhibitam diligentiam? Quis verò eſt rex iuſticiæ, niſi dominus noſter Ieſus Chriſtus? Deinde rex Salem: ex ciuitate, hoc eſt rex pacis. Quod iterū pertinet ad Chriſtum: iſte nāque nos iuſtos effecit, pacificauit quæ in cœlis ſunt, & quæ in terris. Quis homo rex eſt iuſticiæ & pacis? Nullus niſi ſolus dominus noſter Ieſus Chriſtus: Deinde alteram differentiam introducit. Sine patre, ſine matre, ſine genealogia, neque initium dierum habens, neq; finem vitæ, aſsimilatus autem filio dei, manet pontifex in perpetuum. Quoniam igitur occurrebat illi quod dictum eſt: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, Ille autem mortuus erat, & nō fuit ſacerdos in perpetuum, Intuere quali contemplatione iſtud expoſuit. Et quis hoc vnquam de homine dixerit? Non re ipſa, inquit, dico: hoc eſt, neſcimus quem patrē habuit, vel quam matrem, neq; quando ſuſcepit initiū, neq; quādo defunctus eſt. Et quid hoc inquis? Num enim quia nos neſcimus, ideo defunctus non eſt? non habuit parentes? bene dicis. Et defunctus eſt, & parentes habuit. Quo modo ergo ſine patre, ſine matre? quo modo neque initium dierum, neque finē vitę habuit? Quo modo? propterea quòd ſcripturæ nō inſeratur. Et quid hoc? Quemadmodum in illa non eſt narrata genealogia eius, ſic & Chriſtus ipſa natura rei, & ſine initio, & ſine fine eſt. Sicut enim iſtius neſcimus neque initium dierum, neque finem vitę, propterea quod nō eſt ſcriptum: ſic & neſcimus filij dei, vel initium vel finem, non quia non eſt ſcriptum, ſed quia initium non habet vel finem. Nam ille quidem typus eſt, atq; ideo ex eo quòd nec de initio nec de fine vitę quicquam ſcriptum eſt, talis dicitur, hic verò ex ipſa veritate, & propterea quod non ſit ei vel initium vel finis, ſicut etiam in nominibus. Hic enim appellationes erant rex iuſticiæ & pacis, illic autem rerum veritas. Quo modo ergo initium habet? Intueris ſine initio filium, non quia non habet cauſam ex qua ſit: hoc enim impoſsibile eſt. Habet nanque patrē, alioqui quo modo filius? Sed quia non habebat initium vitæ, neque finem, aſsimilatus autem filio dei. In quo eſt ſimilitudo? Quia & huius & illius finē ignoramus, & initium. Sed huius quidem, quia nō eſt ſcriptum, illius autem, quia omnino non eſt: in hoc eſt ſimilitudo. Si autem in omnibus eſſet ſimilitudo, non iam typus eſſet & veritas, ſed typus eſſet vtrunque. Sicut & in imaginibus eſt aliquid ſimile, eſt etiam aliquid diſsimile. In lineis quippe, eſt ſimilitudo quædam in charactere, diſsimilitudo autem in impoſitione colorum: & ſic differentia manifeſta monſtratur, & quiddam quidem ſimile,

Exod.34.d

Pſal.109.b

Suprà 1.a

†patiantur

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem simile, quiddam autem dissimile. *Considerate autem, inquit, quantus iste fuerit, cui etiam decimas dedit de* †*præcipuis Abraham patriarcha.* Interim coaptauit typum cum fiducia, deinceps ostendit eum etiam veris rebus, quæ erant apud Iudæos, clariorem: Si verò is qui typum habuit Christi, in tantum non solum sacerdotibus, sed etiam ipso progenitore sacerdotum melior est, quid dixerit quispiam de veritate? Intueris cum quanta abundantia ostendit excellentiam? Considerate autem, inquit, quantus iste sit, cui etiam decimas dedit Abraham patriarcha ex præcipuis. *Præcipua exuuiæ dicuntur, & nõ potest dici quòd veluti cõsorti belli dederit. Propter hoc enim dixit: Obuiauit remeanti à cæde regum. Domi quippe federat, inquit, & de laboribus suis dedit ei primicias Abraham. *Atque ij quidem qui de filiis Leui existentes sacerdotium sumunt, mandatum habent, vt accipiant decimas à populo secundum legem, hoc est, à fratribus suis: quamquam & ipsi exierint ex lumbis Abrahæ.* Tanta quippe erat, inquit, sacerdotij excellentia, vt etiam qui similis à progenitoribus honoris erant & eundem habent progenitorem, tamen multo amplius meliores fuerint aliis. Decimas igitur ab illis accipiunt. Cum ergo aliquis inuentus fuerit ab illis ipsis decimas accipiens, an non isti quidẽ ordinem tenebunt laicorum, ille verò sacerdotij? & non hoc solum, sed neque similis in honore fuit, sed ex alio genere. Proinde nullo modo dedisset alienigenæ decimas, nisi eius plurimus honor esset. Papæ quid efficit Paulus? plusquam credibile est, in epistola ad Romanos sermonem mouens declarauit, & nostrę, & Iudaicę cõuersationis Abraham progenitorem esse: hic autẽ multum aduersus eum ausus est, ostendens incircumcisum multo esse meliorem. Quo modo ergo hoc ostendit? Quia ei Leui decimas dedit. Abraham, inquit, decimas dedit. Et quid ad nos hoc? Multum, inquit, ad vos: non enim contendere potestis Leuitas esse meliores, quàm Abraham sit. *Ille autem cuius genus non ex illis est, decimas accipit ab Abraham.* Deinde non simpliciter trãsiuit, sed adiunxit, *Et habentem promissionem benedixit* Quoniam sursum, atque deorsum hoc honoris illorũ gratia voluebatur, ostendit ipsis honorabiliorem esse illum, ex cõmuni omnium iudicio. Et sine vlla contradictione, inquit, hoc est, omnibus sic videtur. *Quod minus est à meliore aliquo benedicitur.* Proinde melior est typus Christi, etiam eo qui promissiones habebat. *Hic quidem decimas homines morituri accipiunt: illic autem testimonium perhibetur, quia viuit.* Sed ne dicamus, quid ad antiqua reuerteris? dic nobis, inquit, *Et, vt ita loquar, per Abraham & Leui, qui decimas accepit decimatus est.* Quo modo? *Adhuc enim in lumbis patris erat cum ei occurreret Melchisedech.* Hoc est in eo erat Leui, quanquam natus nondum esset. Et non dixit Leuitæ, sed Leui. Vides eminentiam? vides quantum interest inter Abraham & Melchisedech, qui typum gerebat pontificis nostri? Et ostendit excellentiam potestate, non necessitate factam. Ille quippe dedit decimas, quod pertinet ad sacerdotem, iste benedixit, quòd melioris est. Ista excellẽtia & ad posteros omnes pertransiit. Mirabiliter & fortiter excluſit Iudaicas rationes. Propterea dicebat, Quia imbecilles facti estis: quia hæc euertere volebat, ne gloriarentur in eis. Talis enim est sapientia Pauli, præstruit primũ, & tunc ingreditur ad ea, quæ vult ostendere. Difficile tractatu est genus humanum & quod multa indigeat diligentia, & ampliore quàm arbusta vel surculi. Illic enim natura corporum est, & terræ, obediens agricolarum manibus: hic autem voluntas est plurimas mutationes ac-

† *spoliis*) *sic & in sequẽ. accipe.*

* ἀκροθίνια, *spolia opima.*

Gene.14.c

Rom.4.a

Supr.5.c

cipiens, & nunc quidem istud, nunc autem illud eligẽs, procliuis enim est ad maliciam: Propterea oportet vndique cautelam exhibere, ne forte obdormiscamus. Ecce enim, inquit, nõ obdormiet, neque obdormiscet, qui custodit Israël, & ne des in commotionem pedem tuum. Non dixit, ne commouearis, sed tu ne des: igitur in nostro arbitrio est dare, & nullo alio. Si enim voluerimus stare firmi, & immobiles, non commouebimur. Quid ergo? Nihil dei est? omnia quidem dei sunt, sed non ita, vt liberum arbitriũ lædatur. Si igitur dei sunt, inquit, omnia, quid ergo nos culpamur? Propterea dixi, vt liberum arbitrium nostrum non lædatur: in nostro itaque arbitrio est & in deo. Oportet nos quippe eligere primũ quæ bona sunt, & tunc ipse, quæ sua sunt, introducit. Non antecedit nostras voluntates, ne læda tur liberum arbitrium: cum autem nos elegerimus mul tam tunc nobis adfert auxiliationem. Et quo modo ergo Paulus, inquit: Neque volentis, neque currentis, sed miserentis est dei? Primum quidem nõ sicut propriam sententiam introducit, sed veluti ex his quæ proposita erant, hoc collegit & ex his quæ antè præmiserat. Cum enim dixisset Miserebor cuiuscunq; misereor, & commiserabor, quemcunque commiserear, subiicit. Itaque, Neque volentis, neque currentis, sed miserentis est dei. Dicis ergo mihi, quid adhuc quæritur? Secũdum illud autem est dicendum. Quia cuius est amplius, totum esse dixit. Nostrum enim eligere tantum est & velle, dei autem efficere, & ad perfectionem perducere: quia ergo illius est quod amplius est, eius dixit esse vniuersum, secundum consuetudinem hominum: sic quippe etiam nos facimus. Verbi gratia: Videmus domum bene ædificatam, & dicimus quia totum artificis est: & tamen nõ omne opus eius est, sed etiam operariorum, & qui materiam tribuit † domui, & aliorum plurimorum: verũtamen quoniam amplius ille contulit, illius vniuersum opus esse dicimus: sic etiam & hic. Iterum in multitudine, vbi plurimi sunt, omnes esse dicimus: vbi autem pauci, nullum: sic & Paulus dixit, Neque volentis, neq; currentis, sed miserentis est dei. Adstruit autem hic duo quædam magna, vnum quidem ne in superbiam erigamur: siue, cucurreris, siue sategeris, inquit, nõ putes tuũ esse effectum. Si enim desuper non adueniat adiumentum, omnia in vano erunt. Veruntamen quicquid adeptus fueris eorum ad quæ festinas, manifestũ quia currendo, & volendo adipiscceris. Nõ ergo hoc dixit, quoniam inuanum currimus. Sed quid? Quoniam inuanum currimus, si nostrum esse vniuersum putauerimus, si non plurimam partem deo tribuerimus. Neque enim deus totum suũ esse voluit, ne videatur sine causa nos coronare: neque iterum nostrum, ne in superbiam inci damus. Si enim minimam partem habentes, alta sapimus, quid si totius nos operis nostri domini essemus? Multa quippe deus vt ambitionem nostram recideret, fecit. Et adhuc altissima illa manus, quantis nos passionibus circundedit, vt nostram recidat arrogantiam, quantis circũuallauit bestiis? Etenim quãdo dicũt quidam, quid hoc, aut cur hoc? contra quod deo placet ista loquuntur. In tanto te timore cõstituit, & neque sic humilia sapis, sed si modicam prosperitatem arripias, ad ipsum cœlum pertingis alta sapiendo. Propterea etiam celeres mutationes existunt, & ruinæ, & neque sic corripimur. Propterea mortes frequẽtes & immaturæ: nos autem veluti immortales sapimus, velut nunquam morituri. Sic rapimus aliena, & sic ampliora cupimus, velut nunquam essemus reddituri rationem. Sic ædificamus

Morale.

Psal.no.4

Ibidem.

Liberum arbitrium.

Rom.9.c

Exo.33.d

Philip.2.b

† *domini,*

tanquam

tanquam hic perpetuò permansuri. Et neque dei verbum per singulos dies nobis insonans, neque ipsæ res nos corripiunt. Non est dies, non est hora, in qua non videantur mortui frequẽter efferri: sed omnia sine causa. Duriciam enim nostram nihil mitigat, neq; ex alienis calamitatibus meliores effici possumus, magis autẽ nolumus. Sed quando soli lugemus, tunc humiliamur. Et si item manum suam remiserit deus, nos manũ nostram erigimus. Nemo diuina sapit, nemo contemnit quæ in terra sunt, nemo ad cœlum attendit: sed sicuti sues deorsum proni sunt, ad ventrem inclinati, in volutabris deuoluti: sic & plurimi hominum deterioribus volutabris se polluunt, & non sentiunt. Melius quippe est luto immundo pollui, quàm peccatis. Qui enim illic polluitur, paruo tempore delauatur, & efficitur simi lis ei, qui illic non cecidit: qui verò in barathrum ceciderit peccatorum, talem pollutionẽ accipit, quæ aquis nequeat dilui, sed multo tempore opus habeat, & pœni tentia diligenti, & lachrymis, & luctu feruentiore, amplioreque tempore, quàm in dilectissimis nostris solemus ostendere. Istæ quidem sordes extrinsecus nobis adueniũt, propterea & citius eas amittimus: Illæ autem intrinsecus generantur, propterea & vix delauantur, & *Matt.15.b* expurgantur. De corde enim, inquit, exeunt cogitationes malignæ, fornicationes, adulteria, furta, falsa testi- *Psal.50.* monia: ideireo & propheta dicebat: Cor mũdum crea *Hierem.4.d* in me deus, &c. Alius autem: Laua à malicia cor tuum Hierusalem. Vides quia & nostrum est & dei opus bonum? Et iterum: Beati mundo corde, quoniam ipsi deũ *Matt.5.a* videbunt. Efficiamur mundi quantum valet virtus nostra: abstergamus à nobis peccata. Quo modo autẽ possint abstergi, Propheta docet, dicens: Lauamini, mundi *Esa.1.d* estote, auferte malicias vestras ab animabus vestris in conspectu oculorum meorum. Quid est, in conspectu oculorum meorum? quia putantur esse quidam nõ ma ligni, sed hominibus, deo autem manifesti sunt. Sepulchra sunt dealbata, propterea sic dixit: auferte, sicut ego *Ibidem.c* video. Discite bonum facere, exquirite iudicium, iustè iudicate egenum & pauperem. Et venite disputemus, dicit dominus. Et si fuerint peccata vestra sicut fœnicium, sicut niuem dealbabo: si verò fuerint sicut coccinum, sicut lanam alba faciam. Intueris quia prius nos à nobis ipsis oportet mundari, & tunc deus mundat? primo quidem dicens: mundi estote, tunc intulit ego dealbabo. Nemo igitur etiam eorum qui in profundum iniquitatum deuenerunt, desperet de seipso. Et si enim in habitum, inquit, venias, & penè in naturã ipsius iniquitatis, non timeas: propterea enim colores non tenues nominauit, sed penè qui consubstantiales videntur subiectis in quibus sunt. Quos dixit in contrarium statum & habitum conuertere, non enim simpliciter se lauare dixit: sed sicut niuem & sicut lanam dealbare, vt nobis spem meliorem proponat. Magna itaque est pœnitentiæ virtus, siquidem nos sicut niuem efficit, & sicut lanam dealbat, etiamsi antecedens peccatum inficiat animas nostras. Festinemus itaque mundi effici, nihil graue nobis imperauit: iudicate pupillo & iustè iudicate viduã. Vides quo modo vbique multa cura est deo, & multa ratio misericordiæ, & patrocinij exhiben di eis qui opprimuntur: hæc & nos aggrediamur opera, & poterimus gratia dei, bona futura adipisci: quorum contingat nos omnes dignos effici in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri vnà cum sancto spiritu gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia xiij. ex cap. vij.

Si ergo consummatio per sacerdotium Leuiticum erat (populus enim sub ipso legem accepit) quid adhuc necessarium secundum ordinem Melchisedech alium surgere sacerdotem, & non secundum ordinem Aaron dici? Translato enim sacerdotio necesse est, vt & legis translatio fiat. De qua enim hæc dicuntur, ex alia tribu est, de qua nullus altario præsto fuit. Manifestum est enim quòd ex Iuda ortus est dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moses locutus est. Si ergo consummatio per Leuiticum sacerdotium erat, inquit, cum de Melchisedech dixisset & ostendisset quantum melior esset quàm Abraham, & multam differentiam prædicasset: hinc iam incipit ipsius testamenti differẽtiam ostendere, & quo modo illud quidem imperfectũ est, istud autem perfectum. Et necdum in ipsas res ingressus est, sed ex sacerdotio interim pugnat, & ex tabernaculo. Hæc B enim credibiliora erant infidelibus, quando ex eis quæ antecesserant & credita sunt, probatio fit: ostendit ergo, quia multum & Leui, & ipso Abraham melior Melchisedech in ordine sacerdotali factus est. Ex alio iterũ argumentatur. Quo modo? Cur, inquit, non dixit, Secundum ordinem Aaron? & considera mihi excellentiam. Vnde enim videbãtur sacerdotes illius repudiaturi sacerdotium, nempe quoniam non secundum ordinem Aaron fuit: inde istud quidem statuit, illos autẽ excludit. Hoc ipsum, inquit, dico: cur non secũdum ordinem, inquit, Aaron factus est? Sed etiam quod dixit, quid adhuc necessarium, multam habet emphasim. Si enim Christus secundum carnem antè fuisset secũdum ordinẽ Melchisedech, deinde lex facta esset, & ea quæ circa Aarõ dispositа sunt: meritò quis dixisset, quia istis tanquã perfectioribus illa soluta sunt, & ex istis ingressis, illa discesserunt. Si verò Christus postea venit, & aliam sacerdotij formam suscepit: manifestum est id factum esse tanquam imperfectioribus existentibus illis quæ præcesserunt. Ponamus autem, inquit, omnia perfecta esse, & nihil imperfectum remansisse in sacerdotio antiquo: quid ergo opus erat secundum ordinem Melchisedech dici, & non Aaron? pro qua re relicto Aarõ, aliud introduxit sacerdotium, nempe ipsius Melchisedech? Si equidem cõsummatio, hoc est, rerum, dogmatum vitæ perfectio per Leuiticum sacerdotium erat. Et attende quo modo recta via progreditur. Postquã dixit, quia secundum ordinem Melchisedech. ostenditq; quia melius sacerdotium secundum ordinem Melchisedech (multum quippe melius est) deinceps ex tempore quoq; hoc demõstrat, quia post Aaron fuit, vnde certum est, quia fuit melior. Quid sibi vult quod sequitur. D Populus, inquit, *in illo legem accepit? Quid est, in illo? ipsi obedit, per illud omnia gerit. Nõ enim dici potest, quia perfectum quidem erat, non autem præpositũ erat populo. In illo enim legẽ accepit, hoc est, eo vsus. Quid ergo alio sacerdotio opus erat? Trãslato quippe sacerdotio, necessario & legis translatio fit. Si verò aliũ oportet sacerdotem esse, magis autẽ aliud sacerdotium, necessario & legem alteram. Hoc ad eos qui dicunt, quid opus erat nouo testamento? Poterat quidem adducere testimonium etiam ex prophetia: nempe, hoc est testamentum, quod dispositi patribus vestris. Interim nunc ex sacerdotio dimicat. Et intuere quo modo ex superioribus dicat. Dixit, secundum ordinem Melchisedech. Hoc dicto excluſit sacerdotium Aaron: nequaquam enim secũdum ordinem Melchisedech diceret, si illud sacerdotium melius esset. Si igitur sacerdotiũ introductum est, aliud oportet & testamentum esse. Neq; enim

*ἐπ' αὐτῇ, *in illo, sub illo, p illud, nempe sacerdotium.*

potest

poteſt ſacerdos ſine teſtamento eſſe,& ſine lege, & ſine præceptis:neque aliud accipere ſacerdotiũ,ſed illo vetere vti oportuit. Deinde quod opponi poſſet, tractat, quo modo ſacerdos eſſe poſsit,qui non eſt Leuita.Hoc in ſuperioribus præſtruens, neque ſoluẽdo dignum putauit,ſed in tranſcurſu hoc introducit, dixit quia trãſlatum eſt ſacerdotium,ergo & teſtamentum. Tranſlatum eſt autem non ordine tantummodo,neq; præceptis,ſed etiam tribu. Oportebat quippe, vt etiam tribus mutaretur.Et quo modo?trãſlatum eſt ſacerdotium ex tribu ad tribum,de ſacerdotali ad regalem, vt eadẽ ipſa ſit & regalis & ſacerdotalis.Et intuere myſteriũ, primo fuit regalis,poſtea facta eſt ſacerdotalis:ſic etiam in Chriſto,rex quippe erat ſemper,ſacerdos autem factus eſt quando carnem ſuſcepit, quando ſacrificium obtulit.Vides mutationem? Quæ quidem obiectionem habebant hæc veluti ex rerum conſequentia poſcerentur introducit.In quo enim iſta dicũtur,inquit, alterius tribus particeps erat, & ego noui, quia nihil ſacerdotale habuit,tranſlatio quippe eſt. Ego autem etiã aliam,inquit,oſtendo differentiam,non ſolum ex tribu, neq; ſolum ex perſona,neq; † ex domo, neq; ex teſtamẽto,ſed ab ipſo etiam typo. *Qui non ſecundum legem præcepti carnalis factus eſt,ſed ſecundum potentiam vitæ inſolubilis.* Factus eſt, inquit,pontifex non ſecundum legem præcepti carnalis.Lex quippe illa ex multa parte carnalis erat.Quid eſt præcepti carnalis?Circuncide,inquit,carnem:vnge,inquit,carnem: laua carnem,munda carnem, tonde carnem,liga carnem,nutri carnem,ocium agito carni. Bona autem retributionis quę erant?Multa vita carni,mel & lac carni,pax carni, deliciæ carni. Ex hac lege ſacerdotium ſuſcepit Aaron: Melchiſedech autẽ non ſic.Et amplius adhuc manifeſtum eſt,ſi quidem ſecundũ ſimilitudinem Melchiſedech exurgit pontifex alter. Quid eſt,manifeſtum eſt? Quanta inter vtrunq; ſacerdotium differentia,quantum melior qui non ſecundum legem præcepti carnalis factus eſt.Quis iſte?nũ Melchiſedech? non,inquit,ſed Chriſtus: ſed qui ſecundum potentiam vitæ inſolubilis. *Teſtificatur enim, quia tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.* Hoc eſt,nõ temporalis,neque finem habens, ſed ſecundum potentiam vitæ inſolubilis: hoc eſt per vitam, per potentiam inſolubilem.Quanquam non eſt hoc conſequens ad illud, Qui non ſecundum legem præcepti carnalis factus eſt:conſequens enim erat dicere,ſed ſecundum legem ſpiritalem:verum per hoc quod dicit,præcepti carnalis,temporalem veteris teſtamenti legem eſſe demonſtrat: ſicut & alibi dicit:Vſque ad tempus correctionis impoſitas iuſtificationes carnis. Secundum potentiam vitæ: hoc eſt,quia propria virtute viuit. Dixerat legis trãſlationem factam eſſe,& oſtenderat quo modo: deinceps quærit & cauſam,quod maxime omnium hominũ animis ſatis facit, ſi cauſam planè cognouerint: & ad fidẽ nos adducit amplius, cũ cauſam & rationẽ percipimus ſecundum quam fiat quod efficitur. *Reprobatio enim fit,* inquit, *antecedentis præcepti, propter infirmitatem ſuam & inutilitatem.* Hic hęretici inſurgunt,ſed aduerte integrè:non dixit,propter malignitatẽ, neque propter maliciã, ſed propter infirmitatem & inutilitatem. Nã & alibi oſtendit infirmitatem eius cũ dicit: In quo infirmabatur per carnem. Non ergo ipſa infirmata eſt, ſed nos. *Nihil enim perfecit lex.* Quid eſt,nihil perfecit?Nullum perfectũ reddidit,dum ei non obeditur:his adde,quia neq; ſi audiretur,perfectum quenquam faceret,& virtutis cõpotem.Interim autem nõ hoc dicit hic, ſed quia nihil valuit.Etenim literę erant propoſitæ:hoc fac,illud non facias.Propoſita erant hæc tantum,non autem & virtutẽ inſpirabant,ſpes verò nõ eſt talis. Reprobatio quid eſt? excluſio.Reprobatio quippe,eorũ,quæ obtinent reprobatio eſt.Itaq; oſtendit antecedẽs præceptum obtinuiſſe quidem,ſed poſtea reprobatum eſſe & contemptum, quia nihil proficit.Nihil ergo profuit lex? Profuit quidem,& valde profuit, ſed ad faciendos perfectos nihil profuit.Nihil ergo perfectum fecit lex, iuxta hoc quippe dicit omnia legis typos fuiſſe,omnia vmbras vtpote circunciſionem,ſacrificium,ſabbatum. Non valebat ergo penetrare ad animam vſq;, propter hoc etiã cedit, atq; diſcedit. *Introductio verò melioris ſpei,per quam appropinquamus deo, & ſecundum quod non ſine iureiurando.* Intueris quia ſic neceſſarium hîc fuit inſiurandũ, vt propter hoc multa ſuperius philoſopharetur:quia iurauit dominus, & iurauit ad maiorem noſtram ſatisfactionẽ. Introductio,inquit,melioris ſpei. Habuit quippe & illa ſpẽ,ſed non talem. Sperabant enim bene placentes poſsidere terram, nihil ærumnoſum pati:hic autẽ ſperamus,quia bene placentes non terram poſsidebimus, ſed cœlum. Magis autem quod cœlo multo melius eſt, ſperamus, nempe proximos apud deum nos cõſtituros, ad ipſum paternum ſolium peruenturos, miniſtraturos ei cũ angelis. Et vide quo modo hæc ſenſim & pedetẽtim proponit.Illic nanq; intrantem in interiora velaminis: hic autem extra velamen. Per quam appropinquamus,inquit,deo,& ſecũdum quod non ſine iureiurãdo. Quid eſt,& ſecundum quod non ſine iureiurãdo?hoc eſt:Ecce & alia differentia, & non ſimpliciter hæc promiſſa ſunt. *Illi quidem ſine iureiurando ſunt ſacerdotes effecti,iſte cum iureiurando per dicentem ad eum:Iurauit dominus,& non pœnitebit eum,tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. In tantum melioris teſtamenti ſponſor factus eſt Ieſus.* Duas ponit differentias,quia non habet finem ſicut legalis, hoc autem facit ex perſona mediatoris Chriſti: ſecũdum virtutem,inquit, vitæ inſolubilis. Facit autẽ hoc etiam ex iureiurãdo,quod iurauit,& ex re. Si enim quoniam infirma erat illa, excluſa eſt, iſta quoniam valet & fortis eſt,manet.Facit autem hoc & ex pontifice.Quo modo? Quia vnus eſt: non enim vnus eſſet,niſi eſſet immortalis.Sicut enim multi ſacerdotes ſunt,quia mortales ſũt: ſic vnus quia immortalis eſt. In tantum melioris teſtamenti ſponſor factus eſt Ieſus.Secundum quod iurauit ſemper eum eſſe manſurum. Nequaquam enim hoc faceret, niſi viuus eſſet. *Vnde & ſaluare ad plenum poteſt eos qui per ipſum adeunt deum ſemper viuens ad interpellandum pro eis.*

Vides quia de eo, qui ſecundum carnem eſt iſta dicit? Quando enim ſicut pontifex eſt,tunc etiam interpellat:vnde & quando dicit Paulus,qui etiã interpellat pro nobis,hoc idẽ ſignificat: hoc eſt,vt pontifex interpellat. Alioqui qui reſuſcitat mortuos,quos vult & viuificat,ſicut pater: quo modo vbi ſaluatione op° eſt interpellat,qui omne iudicium habet omnium,quo modo interpellat. Qui mittit angelos, vt alios quidem in caminum mittant, alios autem ſaluent, quo modo interpellat? Vnde,inquit,etiã ſaluare poteſt.Propterea ergo ſaluat, quoniã nõ moritur, quia ſemper viuit, & nõ habet ſucceſſorem.Si verò non habet ſucceſſorem,poteſt etiam omnibus adeſſe:In hac enim vita pontifex etiam ſi celebris fuerit eo tempore in quo pontificatum gerebat,offerabat: vtpote Samuël,& ſi qui tales: poſtea verò nequaquam,ſiquidẽ moriebantur. Hic autem nõ ita eſt,ſed ſaluat ad plenũ. Quid eſt ad plenum? Myſterium quoddam ſignificat, nõ hîc ſolum, ſed etiam *illic* ſaluat:

† ἀφ' τῦ ζόου ex modo.

Infrà 9.c

Philip.2.d

Roma.8.g

Pſal.109.b

saluat: accedentes per ipsum ad dominum. Quo modo saluat? Semper viuit ad interpellandum pro eis. Vides humilitatem, vides humanitatem? Nō enim dixit eum in humilitate constitutum duntaxat istud adeptum esse, sed semper & quandocūque opus fuerit, interpellare pro eis. Quid est, ad plenum? Non ad tempus tantū, sed etiam illic in futura vita. Semper ergo opus habet deprecari? Et quo modo hoc rationem habebit? Et homines enim iusti sæpius ex vna petitione totum impetrant, ipse autem semper postulat? Quare ergo cōsidet? Intueris quia ad captum illorum sese demittit, ac si dicat, nolite timere: nec dicatis, etiam, diligit quidē nos, & fiduciam habet ad patrem, sed nō potest semper viuere. Semper enim viuit. *Talis enim decebat vt nobis esset pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus.*

Vides quia de humanitate totū hoc dictum est? Quā- † humanitatem. do autem † totum] dico, humanitatem dico diuinitatē habentem: non diuidens, sed permittens, quę condecet inspici. Vides differentiam pontificis? Recapitulauit quæ dicta sunt. Tentatus in omnibus iuxta similitudinem sine peccato. Talis enim decebat, inquit, vt nobis esset pontifex, sanctus, innocens. Quid est, innocens? Esa.53.c Sine malignitate, quod dicit alius propheta: Nec dol⁹ inuentus est in ore ipsius: hoc est nō est subdolus. Num hoc quisquam de deo dixerit? & non erubescet, dicēs, quia deus non est subdolus, neq; dolosus? De eo autem qui secundum carnem est, habet rationem. Sanctus, inquit, impollutus. Num & hoc quisquā de deo dixerit? Num habet naturam, quæ pollui possit? Segregatus, inquit, à peccatoribus. Hoc itaq; solum ostendit differentiam, quanuis etiam ipsum sacrificium idem ostendit. Quo modo? *Non habet*, inquit, *quotidie necessitatem quēadmodū pontifex, prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. Hoc quippe semel fecit seipsum offerendo.* Hic iam distinguit spiritualis sacrificij eminentiam, & quantū differat pontifex, quantum ipsum testamentum, dixit: non quidem totum, attamen dixit. Hic deinceps præmittit & ipsum sacrificium. Noli igitur putare cum pōtificem eum audis, quòd semper pōtificali fungatur officio. Semel quippe functus est pontificatu, deinde consedit patri. Ne putes eum sursum stare, & ministrum esse, ostendit, quia dispensationis res ista est: sicut enim seruus factus est, sic & pontifex, & minister: sed sicut seruus factus non māsit seruus, sic & minister factus, nō mansit minister. Nō enim ministri est sedere, sed stare. Hoc ergo hic significat & magnitudinē sacrificij, in eo quòd sufficit, quanuis vnum esset, & semel oblatum, & tantum præualuit, quantum omnia cætera non valebant. Sed necdum de istis loquitur. Hoc enim fecit, inquit, hoc quid. Necessarium enim fuit, inquit, & hūc habere aliquid quod offerret, non pro se (quo modo enim pro se offerret?) sed pro populo. Quid dicis? Et valet hoc? Etiam, inquit,

Lex enim homines constituit sacerdotes, infirmitatem habentes.

Iste autem nō pro se offerre opus habuit? Non, inquit. Ne enī putes in eo quod dixit, semel fecit, etiā de ipso dici: audi quid dicat. Lex, inquit, homines constituit pōtifices, habentes infirmitatem. Propterea & semper pro se offerunt: iste autem potens, qui non habet peccatum, † aut p aliis frequenter? quare ergo pro se offerret? † Pro aliis autem fortasis habet rationem.] *Sermo autem*, inquit, *iurisiurandi, qui post legem est, filium constituit in perpetuum perfectum.* Quid est, perfectum? Non ponit Paulus proprias distinctiones. Postquam enim dixit habentes infirmitatem, non dixit filiū potentem, sed perfectum: hoc est, potentem. Tanquam si diceret: Vides quoniam filij nomē ad distinctionem

A seruí dictum est? Infirmitatem autem aut peccatum dixit, aut mortem. Quid est, in perpetuum? Non nunc solū sine peccato, sed semper. Si igitur perfectus est, si nūquam peccat, semper viuit, cur pro nobis offerret multa sacrificia? Sed interim de hoc non contendit, sed pro eo quod pro se sacrificium non offerat, hoc affirmat. Quoniam itaque talem habemus pontificem, imitemur eum, eius vestigia sequamur. Non est aliud sacrificium, vnum nos purgauit, post istud ignis & gehēna. Etenim propterea sursum atq; deorsum reuoluit, dicens: vnum sacerdotem, vnum sacrificium, ne quis putans multa esse, sine timore delinquat. Quotquot igitur digni Morale. facti sumus signaculo, quotquot sacrificio potiti sumus, quotquot immortalis mensæ participes sumus, permaneamus custodientes generositatem nostram, & honorem. Nō enim sine periculo est nobis ruina. Quotquot B autem necdum digni facti sunt istis, neq; ipsi propterea præsumant. Quando enim quis propterea peccat, vt sanctum baptisma in nouissima sua expiratione suscipiat, fortasis non adipiscitur. Et credite mihi non terrēs vos dico, quod dicturus sum. Multos noui, qui hoc passi sunt, qui spe baptismatis multa peccabant, circa diem autē mortis discesserunt vacui. Deus enim propter hoc baptisma tribuit, vt abluat peccata, non vt addat. Si verò quis ad hoc baptismate vtitur vt ampliora delinquat, ipsum fit negligentiæ causa. Si enim non esset lauacrum munitius viuerent, vtpote non habentes remissionem. Intueris, quia quod dictum est, faciamus *Roma.3.b* mala, vt veniant bona, nos sumus, qui facimus vt dicatur. Idcirco obsecro, vt & vos qui necdum estis imbuti, euigiletis. Nemo sicut mercenari⁹, nemo sicut ingratus, aggrediatur virtutem, nemo sicut graue quiddam C & importabile. Cum alacritate igitur hanc aggrediamur, & gaudentes. Si enim merces nobis non esset proposita: nónne oportebat bonos esse? Saltem cum mercede iam efficiamur boni. Et quo modo non erubescis? In hoc maior est reprehēsio ista. Nisi mihi dederis mercedem, inquis, non efficior modestus. Proinde audeo aliquid dicere: Nunquam eris modestus, neq; tum quādo modestus es, si quidem pro mercede facis: nihil æstimas virtutem, si nō ipsam amas. Sed deus propter multam nostram infirmitatem interim vel propter mercedem eam fieri voluit: nos autem neque sic eam aggredimur. Constituamus autem si vultis, quia homo quidā mille mala operatus discedit, & dignus factus est baptismate, quod non facile arbitror contingere: quo modo illuc pergit? dic mihi. Veluti qui pro eis quidem quę operatus est nō culpetur, sed interea merito sit sine vl- D la fiducia. Qui enim centum annos viuēs nullum opus bonum demonstrauit, sed tantum quia non peccauit, magis autem quia neque hoc, sed quia gratia sola saluatus est, alios autem videt coronatos, splendidos & probabiles, etiamsi non eat in gehennam, nūquid sustinebit mœrorem? dic mihi. Vt autem sub exemplo hanc rem manifestiorem faciamus, proponamus duos milites: & vnus quidem furetur & appetat aliena, alius autē nihil horum operetur, sed benignitatem solam ostendat, virtutes plurimas operetur, in præliis trophæa multa constituat, dexteram suam efficiat ex hostibus cruentatam: deinde tempore adueniente, ille quidem ex illa dignitate militiæ, in qua & fur ille erat, repente ad regale solium & ad purpuram prouehatur, ille quidem ilic permaneat vbi erat: sed ex misericordia sola imperiali non luat supplicia eorum quæ gessit, sit autē in loco nouissimo, & sub imperatore constituatur: nō sustinebit

nebit mœrorem,dic mihi,cum viderit illũ quidem,qui cum eo erat ad ſummam aſcendiſſe dignitatem, & ita clarum factum, & totum mundum obtinere, ſe autem in infimis perdurantem, & idipſum quod non ſuppliciis afficitur ſine aliquo honore habentem, ſed ex gratia ſola,& miſericordia imperatoris? Nam etiam ſi eum dimittat imperator,& à criminibus liberet, veruntamẽ ignominioſus viuet. Non enim alij eum mirabũtur. In talibus enim indulgentiis non eos,qui dona percipiũt, ſed eos qui bona tribuunt admiramur. Quanto maiora donauerint, tanto magis confundentur qui percipiũt, quanto eorũ erant delicta maiora. Qualibus ergo oculis intueri poteſt huiuſmodi eos, qui ſunt in imperiali aula conſtituti, vt illis infinitos ſudores, & vulnera ſuſtinentibus, ipſe nihil habens quod oſtendat, ſed etiam ipſũ quod ſaluatur, ex ſola dei miſericordia poſsideat? Quo modo enim ſi quis hominem homicidam, furem, adulterum,& qui iam ad mortem ducatur, donari ſibi poſtulet,& iubeat eſſe ante limina regalis aulę vt is nullum valebit reſpicere, licet etiam à ſuppliciis liberatus ſit: ſic & iſte. Non enim quia regnũ dicitur, putetis omnes eadem adipiſci. Si enim hic & præfectus,& omnes qui circa imperatorem ſunt in aula regali, & alij valde infimi,& qui locum, qui dicitur decanorum obtinent, in aula regali ſunt: quanuis tantum interſit inter prçfectum & decanũ: multo amplius in ſuperioribus regnis hoc idem erit. Et hoc nõ ex me dico. Etenim aliam his maiorem ponit differentiã Paulus: Quantæ quippe differentiæ, inquit, à ſole vſque ad lunam, & ad ſtellas, & minimam ſtellam, tantæ erunt differẽtiæ & eorum, qui in regno dei erunt. Et quòd multo amplius ab eo, qui decanus dicitur & à præfecto, ſolis & lunæ & ſtellæ minimæ extat differentia, manifeſtum eſt omnibus. Sol quippe omnem ſimul illuſtrat mundum, & feſtiuum facit,& lunam & ſtellas obſcurat: iſta autem fortaſsis nec apparet in tenebris conſtitutæ. Multæ quippe ſunt ſtellarum, quas non videmus. Quando ergo alios viderimus ſoles effectos, nos autem ſtellarum minimarum locum habentes: penè non apparentium, quale nobis erit ſolatium? Nolite obſecro, nolite ita graues corde fieri, nolite ita ſegnes. Non pertractemus ſalutẽ dei ad deſidiam,& negligentiam: ſed nundinemur eam & multiplicemus. Nã etiamſi catechumenus ſit aliquis, ſed Chriſtum nouit, ſed fidem percepit, ſed oracula diuina aduertit, ſed non eſt longè ab intellectu, nouit voluntatẽ domini eius, quare differt? Pro qua cauſa vult tale differre negocium? Nihil melius quàm vita bona & hic,& illic,& in baptizatis,& in catechumenis. Quid enĩ graue eſt, dic mihi, quod nobis imperatur? Habeto, inquit, vxorem tuam,& caſtus eſto. Non hoc difficile eſt. Quo modo? Multi enim ſine vxoribus caſtitatẽ ſeruant, non ſolum Chriſtiani, ſed etiam pagani. Et quod excellit, paganus propter vanam gloriam, tu autem neque hoc cuſtodis propter timorem dei. Da, inquit, pauperibus ex his quæ ſunt tibi. Num hoc graue eſt? Sed hic accuſant nos pagani, dicentes: Integras ſubſtantias exinaniunt propter vanam gloriam. Noli, inquit, turpia loqui. Nũ hoc difficile eſt? At ſi non eſſet imperatum, nõne debebamus hoc implere ne inhoneſti appareamus? Quia verò magis contrarium huius difficile eſt, hoc eſt turpia loqui, manifeſtum eſt ex eo quod reueretur,& confunditur anima, cum tale aliquid dicere fuerit concitata, quo nec gaudet, niſi forte cum eſt ebria. Quare enim in publico nõ loqueris aliquid turpe, ſed in domo hoc facis, & ſecretò? illic non facis propter præſentes. Quare ante coniugem tuam non facile turpia loqueris? Ne ad iniuriã eius hoc facere videaris. Ne iniuries igitur mulierem, non facis: Deum qui vbiq; præſens eſt, iniuriãs: non confunderis? Vbiq; enim præſens eſt, & omnia audit. Noli, inquit, inebriari, Hoc enim & per ſeipſum iã ſupplicium eſt. Nõ dixit, coarta corpus tuum. Sed quid? Non ita illud luxuriare facias, vt auferas ab anima principatum. Noli ad replẽdam cupiditatem eius procurationem facere. Non rapias, inquit, quæ tua non ſunt, noli auarus eſſe, noli peierare. Qualibus laborib⁹ hæc opus habent, qualibus ſudoribus? Non accuſes, inquit, neque calumnieris. Ecõtra autem magis labor eſt, cum maledixeris, ſtatim enim in periculũ deuenies & in ſuſpicionem, ne fortè audierit, de quo maledixeris, ſiue magn⁹ ille ſit, ſiue minimus. Si enim magnus fuerit, reipſa confeſtim periclitaberis: ſi autem minor, ſimilibus te vlciſcitur, magis autem & peioribus, & maioribus te maledictis afficiet. Nihil difficile eſt, nihil graue eſt quod nobis imperatur, ſi voluerimus. Si autem noluerimus, etiã quæ facilia ſunt, grauia nobis videbũtur. Quid facilius quàm veſci? Ex multa vero diſſolutione plurimi etiã in hoc difficultates patiuntur. Multos autẽ audio dicẽtes, quia & audire,& comedere labor eſt. Horum autẽ nihil habet laborem. Si volueris, in voluntate omnia cõſtituta ſunt, per gratiam duntaxat, quæ deſuper eſt. Feſtinemus igitur ad bona, vt etiã æterna bona adipiſcamur in Chriſto Ieſu domino noſtro, cũ quo patri, vnà cum ſancto ſpiritu, gloria, imperium, honor nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum, Amen.

Tobiæ 4.b *Ephes. 4.d*

Homilia xiiij. ex cap. viij.

Caput autem in his quæ dicũtur illud eſt, Talem habemus pontificem qui ſedet ad dexteram ſedis maieſtatis in cœleſtibus, miniſter ſanctorum, & tabernaculi veri, quod fixit deus & non homo. Cap. VIII. Commiſcet humilia cum excelſis apoſtolus Paulus ſemper magiſtrum ſuũ ſequens, vt per humilia iter pararetur,& per illa ad excelſa quaſi manu ducerentur, & in magnis cõſtituti diſcerent iſta accommodationis ac demiſsionis fuiſſe, & per hæc ad illa deducantur. Poſtquam itaque dixit, qui obtulit ſeipſum, poſtquam eum oſtendit pontificem, quid intulit? Caput autem in his quæ dicuntur illud eſt. Talẽ habemus pontificem, qui in dextera ſedet maieſtatis. Et tamen hoc non põtificis eſt, ſed eius cui ab illo miniſtrari oportet ſacerdotij functione. Miniſter ſanctorũ. Neque miniſter ſimpliciter dictus eſt, ſed ſanctorum miniſter. Et tabernaculi veri, quod fixit deus, nõ homo. Vides deſcenſionem? Nõnne paulo antè diſcernit, dicẽs: nõnne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus? & propterea dixit, non audiũt, ſede à dextris meis: vtpote illo, qui ſederit miniſtri conditionem non gerẽte. Quo modo ergo hic miniſter dictus eſt,& miniſter ſanctorum? Tabernaculum quippe hic dixit. Vide autẽ quo modo excitauit animas eorum, qui ex Iudæis crediderant: quoniam enim fortaſsis imaginabãtur, quia tabernaculum tale non habemus. Ecce, inquit, pontifex & magnus,& multo maior illo,& ſacrificiũ mirabile obtulit. Sed intuere an non gloriationem hic ſermo habeat, an nõ ſolatium. Propterea primo fidem fecit ex iureiurãdo, deinde ex tabernaculo. Nam erat quidem ipſa differentia manifeſta. Ipſe autẽ & aliam adinuenit. Quod fixit, inquit, deus non homo. Vbi ſunt qui dicunt moueri cœlum? Vbi ſunt, qui ad ſpheræ formam illud eſſe pronunciant? Vtraq; enim iſta: excluſa ſunt in hoc loco. Caput autem, inquit, in his quæ dicuntur. Caput ſemper quod maximum

maximum est dicitur. Iterū demittit sermonem suum
postquam dixit quę alta sunt, deinceps sine timore iam
loquitur. Deinde vt agnoscas, quia minister de huma-
nitate dictus est, intende quo modo iterum hoc ipsum
annotat. *Omnis enim pontifex*, inquit, *ad offerēda munera, &*
hostias constituitur, vnde necesse est & hunc habere aliquid, quod of-
ferat. Ne forte quia audis quod sedeat, nugas esse putes,
quod pontifex esse dictus est. Illud quidem dignitatis
est diuinę, hoc est, sedere: hoc autem misericordiæ mul
tæ & amoris, quem nobis impendit. Propterea hoc in-
culcat, & in hoc amplius cōmoratur. Veretur enim ne
illud subuertat, propterea iam ad hoc suū demittit ser-
monem, quoniam quærebāt quidam cur mortuus sit:
Pontifex, inquit, erat. Pontifex autē sine hostia non est.
Oportet igitur & hunc habere hostiam. Et aliter post-
quam dixit: quia sursum est, dicit & ostendit vndique,
quia pontifex est, ex Melchisedech, ex iureiurando, ex
offerendo hostiam. Deinde etiam ex hoc, & necessariū
constituit alium syllogismum. *Si enim esset super terram,*
inquit, *nequaquam esset pontifex, existentibus sacerdotibus qui offe-*
rant secundum legem munera. Si igitur est pōtifex, sicuti est,
oportet eum locum alium quærere: super terrā quippe
si esset, nequaquā esset pontifex. Quo modo? Quia neq;
obtulit, neq; sacerdotio functus est. Et meritò. Erant e-
nim sacerdotes. Ostendit ergo quoniam neq; posibile
est super terram esse sacerdotem. Quo modo? Resurre-
ctio non erat, inquit. Hic necessarium est eleuare men-
tem nostram, & contemplari apostolicam sapientiam.
Iterum nanq; differentiam demōstrat sacerdotij. *Qui*
exemplari & vmbræ deseruiunt cœlestium. Quæ hic dicit cœ-
lestia: spiritalia. Tametsi enim & in terra gerūtur, cœlis
tamen hæ dignę sunt functiones. Cum enim dominus
noster Iesus Christus fuerit occisus, cū spiritus sanctus
aduenerit, cū qui sedet in dextera patris præsens affue-
rit, cum filij efficiantur per baptisma, cum ciues sint eo-
rum qui in cœlis sunt, cum patriam supernam ciuitatē
& rempublicam in cœlis habeamus, cum peregrini si-
mus in terris, quo modo nō sunt illa cœlestia? Sed quid
sunt hymni, nonne cœlestes? Nōne quę in supernis cho
ri incorporearum virtutum canunt, eadem etiā & nos,
qui deorsum sumus, consonantia illis eloquimur? Nō-
ne & altare cœleste consistit? Quo modo? Nihil habet
carnale. Omnia spiritalia fiunt, quæ proponuntur. Non
in cinerē resoluuntur, non in fumos extenuantur, non
in vaporationes diffunduntur sacrificia, sed clariora &
festiuiora efficiuntur, quæcunq; proponūtur. Quo mo-
do itaque non sunt cœlestia sacra quæ celebramus? Cū
enim dicitur, Et quorūcunque tenuerint peccata detē-
ta sunt, & cuicunq; dimiserint dimittuntur, & cum cla
ues habeant cœli, quo modo non sunt omnia cœlestia?
Qui exemplari, inquit, & vmbrę deseruiunt cœlestium,

Sicut responsum est Moysi cum consummaturus esset tabernaculum.
Vide, inquit, *vt omnia facias secundum exemplar, quod tibi ostēn-*
sum est in monte. Quoniam auditus noster minus aptus
est ad disciplinam percipiendam, quàm visus: nō enim
ita animo commendamus quæcunq; audimus, quo mo
do illa quę ipso visu perceperimus, ostendit illi omnia.
Siue ergo hoc vult quod dicit exemplar, & vmbram,
siue de templo dicit: subiunxit enim, Vide, & facito, in-
quit, omnia, secundum exēplar quod tibi ostensum est.
Vtrúmne de constructione templi tantum vidit, an &
de hostiis, & cæteris omnibus? Quin puto minime quis-
quam errauerit & hoc dicēs: cœlestis est enim ecclesia,
& nihil aliud est quàm cœlum. *Nunc autē tanto excellen-*
tius sortitus est ministerium, quanto & melioris testamēti mediator est.

Vides, inquit, quāto sit ministerium istud altero præ-
stantius? Siquidem illud exemplar & forma, istud vero
veritas. Sed nihil hoc proderat auditoribus, nequæ læ-
tificabat. Propterea igitur quod maxime eos lętificabat,
dixit: *Quod in melioribus promissionibus sancitum est.* Post-
quam testamentum nouum extulit & à loco & à sacer-
dote, & à sacrificio, tunc demum & differentiam illius
ponit. Dixerat quidem & primum, quod infirmū sit &
inutile. Et intuere qualia ponit munimēta accusaturus
illud. Illic enim cum dixisset secundum potentiam vi-
tæ insolubilis, tūc intulit: quoniam reprobatio fit ante-
cedentis mādati. Deinde & postremo magnum quid-
dam posuit dicēs, per quod appropinquamus deo. Hic
autem postquam ad cœlum nos eleuauit, & ostendit,
quia pro templo cœlum habemus, & quod vetera exē-
plaria fuerint nostrorum, & ministerium & cultum no
strum istis rebus extulit, meritò deinceps extollit & sa-
cerdotiū: sed sicut dixi quod maxime eos lætificat hoc
ponit dicens, quod in melioribus promissionibus san-
citum est. Vnde hoc certum est? Quoniam illud quidē
exclusum est, istud autem pro illo introductum. Prop-
terea enim & obtinet quia melius est. Sicut enim dicit:
Siquidē perfectio per illud est, quid adhuc opus est se-
cundum ordinem Melchisedech alium suscitari pōti- *Suprà 7.c*
ficem: sic etiam hic eodem vtitur syllogismo; dicens.

Si enim primum culpa vacasset, non vtique secundi locus fuisset
quæsitus. Nam increpans eos dicit. Hoc est, si inculpabiles fe-
cisset. Quoniam enim de hoc dixit, non dixit, incusans
illud, sed eos, proinde dicit: *Ecce dies venient, dicit domi-* *Hiere.31.f*
nus, & consummabo super domum Israel, & super domū Iuda testa-
mentum nouum non secundum testamētum quod feci patribus eorum,
in die qua apprehendi manum illorum, vt educerē illos de terra Ae-
gypti. Quoniam ipsi non permanserunt in testamēto meo, & ego negle-
xi eos, dicit dominus. Etiam, & vnde certum est, quia finē
accepit? Ostendit quidem & ex sacerdote, ostendit au-
tem nūc & manifestius ipso verbo, quoniam exclusum
est. Quo modo hoc? in melioribus promissionibus. Et-
enim vbi æquæ cōditionis & æstimationis sunt, dic mi-
hi, terra & cœlum? Tu autem contemplare quo modo
& illic promissiones dixit, ne in isto hoc ipsum accuses.
Etenim illic, per quam meliorem spem, inquit, approxi *Sup.7.c*
mamus deo, ostendens quia & illic spes, & hic promis-
siones meliores, significans, quia & illic promisit. Quo-
niam autem culpabant semper, Ecce enim dies veniēt,
inquit, dicit dominus, & consummabo super domū Is-
raël, & super domum Iuda testamentum nouum, non
antiquum. Etenim ne forte hoc possent dicere, & tem-
pus definiuit. Non enim dicit simpliciter secūdum te-
stamētum, quod testatus sum ad patres eorum: ne illud
quod ad Abraham factū est, ipsum esse dicerent, aut ad
Noë. Sed quale dicit? Nō secundum testamētum, quod
constitui patribus eorum, cum exirēt de terra Aegypti.
Propterea etiam intulit: in die qua apprehēdi manum
eorum vt educerē eos de terra Aegypti, & ipsi non mā
serunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit do-
minus. Intuere à nobis primum incipere mala: ipsi, in-
quit, primi non manserunt. Ex nobis est negligētia, bo-
na verò à deo, quę ad beneficia pertinent dico. Hic ve-
luti excusationem constituit, causam ostēdens propter
quam dereliquit eos. *Quoniam hoc est testamentum*, inquit,
quod constituam domui Israel, post dies illos, dicit dominus, dans le-
ges meas in mentibus eorum, & in cordibus eorum cōscribam eas, &
ero illis in deum, & ipsi erunt mihi in populum. Ad eum modū
de tabernaculo ista loquitur, quando quidem dicit, nō
secundum testamentum, quod cōstitui: Quæ est autem

alia

alia differentia quàm ista: Si autem differentiã esse quis dicat, non secundum hoc, sed secũdum quod datur in cordibus eorum. Is non iam præceptorum inducit differentiam, sed modum dandi ostendit. Non iam in literis, inquit, erit testamentum, sed in cordibus. Ostẽdat itaque hoc factum aliquando Iudæus, sed nõ inueniet. Iterum enim in literis factum est, post regressionem ex Babylonia. Ego autem ostẽdam apostolos, qui nullum scriptum, sed in cordibus acceperũt spiritum sanctum, propter quod etiam Christus dicebat: Ille cum venerit in mentem reuocabit vobis omnia, & docebit vos. *Et non docebunt*, inquit, *vnusquisque * proximũ suum, & vnusquisque fratrem suum, dicens: cognosce dominum, quoniam me omnes scient à minore vsque ad maiorem eorum quia propicius ero iniquitatibus eorum, & peccatis eorum, & iniquitatum eorum non recordabor amplius.* Ecce & aliud signum: à minore, inquit, vsq; ad maiorem eorum scient me, & non dicẽt, cognosce dominum. Quando istud cõtigit, nisi modo? Manifestum quippe est, quòd circa nos actum est: quod autem circa illos, non erat manifestum, sed reclusum in angulum. Nouum tunc dicitur, quando aliud ostendit, vel quando plus aliquid habet, quàm habuerit vetus. Ecce, inquit, & istud nouum existit, cum quædam eius remota sunt, quædam autem manẽt: vtputa si quis domum vetustam & casuram, †totam immutet, & fundamenta noua constituat,]confestim dicimus, fecit eam nouam: cũ videlicet, aliqua quidem eius auferat, aliqua vero † immutet:]Etenim cœlum nouum dicitur sic, quando nequaquam æreum erit, sed cum pluuiam dederit, cũ infructuosum non fuerit, non quando mutabitur, non quando aliqua quidem eius excluſa fuerint, aliqua permanserint. Proinde testamentum, inquit, istud bene nouum dixit. Vt itaq; ostẽdam inueteratum esse vetus illud testamentum, secũdum quod nullum fructum adfert, & vt agnoscas integrè, lege quid dixerit Aggeus, quid Zacharias, quid angelus, necdum reditu eorũ impleto. Quid etiam Esdras increpet, quo modo excepe-
rint eum, quo modo nemo interroget dominum, vbi etiam ipsi transgressi sint, † & neq; ipsi cognouerint. Intueris quo modo quod tu volebas destructũ sit, ego autem meum ostendam: quod istud testamẽtum proprie nouum dicatur. Aliàs vero neq; illud concedo de hoc dictum esse, quoniam erit cœlum nouum: quare enim nõ magis quod dicitur in Deuteronomio, quia erit cœlum æreum, hoc posuit ad differentiam significandam? Si autem audieritis, erit nouum: & quidem propterea, inquit, aliud testamẽtum dare repromittit, quoniam in primo non manserunt. Hoc ergo demõstro per ea, quę dixit: quia quod impossibile erat legis, in quo infirmabatur per carnem. Et iterum: Quid tẽtatis imponere iugum super collum discipulorum, quod neq; patres nostri, neque nos valuimus portare: sed illi quidem non manserunt, inquit, hic autem ostẽditur, quia maioribus nos dignos facit & spiritualibus rebus. In omnem, inquit, terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Hoc est, non dicet vnusquisq; ad proximum suum, cognosce dominum. Et iterum: Implebitur terra cognitione domini, sicut aqua multa cooperuit mare. *In eo quod dicit*, inquit, *nouum, antiquauit prius. Quod autem antiquatur & senescit, proximum est interitui.* Vide quo modo quod absconsum erat, reuelauit, & ipsam mentẽ Prophetæ aperuit? Honorauit legem, & noluit eam dicere vetustam nominatim, veruntamen hoc dixit. Si enim illud nouum esset, nequaquam etiam istud testamẽtum postea nouum vocaret. Proinde amplius quid-
dam & aliud dans, antiquatũ est, inquit. Ergo soluetur, & peribit, & iam non erit. Sumpta igitur à propheta fiducia, paulo amplius in illud testamentum, inuehitur, commode ostendens, quoniam nostra nunc florẽt, hoc est, ostendit illud vetustum esse. Deinde sumpto nomine vetustatis, & alio de suo adiecto, hoc est senectutis: quod reliquum erat ex aliis sumpsit, & dixit, proximũ est interitui. Itaq; nõ simpliciter cessare fecit vetus testamentum, nouum quod secutum est, sed veluti quod seniuisset, veluti inutile, propterea dicebat: Propter infirmitatem, & inutilitatem, & nihil perfecit lex: & quia si primum inculpabile esset, nequaquã secũdi locus quæreretur. Non veluti obnoxiũ criminibus, sed veluti effectum non habens, vulgarius locutus est: veluti si quis dicat, non est inculpabilis hæc domus, hoc est, habet vicium, debilis est. Non est inculpabile hoc vestimẽtum, hoc est sciſſum est, iam putre est: Nõ veluti malum igitur hic accusauit, sed veluti habẽs querelam, & vicium.

Ita sanè & nos noui sumus, magis autem noui aliquando fuimus, nunc vero antiquati sumus, propterea proximi sumus interitui, & perditioni. Quo modo expoliemus istud senium? Lauacro quidem iã impossibile est, sed pœnitẽtia dum hic sumus possibile est: si quid vetustum est in nobis abiiciamus, si qua ruga, si qua macula, si qua sordes, delauemur, efficiamur boni, vt cõcupiscat rex pulchritudinem nostram. Licet enim & his, qui ad extremam deformitatem deciderũt recuperare pulchritudinem illam, de qua dixit Dauid: Cõcupiscet rex pulchritudinẽ tuã, audi filia, & vide, & obliuiscere populi tui, & domum patris tui, & concupiscet rex pulchritudinem tuam, & tamen obliuio pulchritudinem non facit inesse, hoc est, pulchritudinẽ animæ. Sed qualis obliuio facit pulchritudinem? Obliuio peccatorum. Ad ecclesiam quippe, quæ ex gentibus est loquitur, admonens eam parentum suorum nõ recordari, hoc est, sacrificantium idolis. Ex talibus quippe cõgregata est. Et non dixit, ne appetas: sed quod amplius est, neque in mentem recipias. Quod & alibi dixit: Non recordabor nominum illorum per labia mea. Et iterum: Vt non loquatur os meum opera hominũ. Sed necdum hæc magna virtus est. Magna quidem, sed non talis. Illic enim quid dixit? Nõ dixit, Et non loquaris, quæ patrum tuorum sunt: neque, ne dicas, quæ sunt patrum tuorum: sed quid dixit? Ne recorderis eorum, neq; in mẽtem tuam veniant. Vide quãto interuallo nos separari vult à malicia: Qui enim non recordatur, neq; cõsiderat, qui non considerat, neq; loquitur: qui non loquitur, neq; operatur. Intueris quantis nos circunsepsit munimentis, & quãtis interuallis separauit? Audiamus igitur & nos, & obliuiscamur malorum nostrorum, † eorum quæ peccauimus dico. Recordare enim, inquit, tu primus, & nõ recordabor ego. Veluti quod dico nõ recordemur rapinæ, sed etiam quæ rapuimus reddamus: hoc est, obliuiſci maliciæ, & excludere cogitationẽ rapacem, & nũquam susc ipere, sed etiam peccata quæ sunt à nobis diluere. Et vnde nobis cõtingat, fortasse quæritis, obliuio malignitatis? ex memoria bonorum, ex memoria Christi. Si dei semper recordati fuerimus, non poterimus illorum etiam reminiſci. Recordabor, inquit, tui in stratomeo, & in matutinis meditabor in te. Oportet igitur semper quidem, maximè autẽ tũc recordari dei, quãdo in silentio cogitatio nostra est, quando per memoriam illius condemnare seipsam potest, quando in memoria retinere potest. Per diẽ enim si recordemur, subintroeuntes aliæ curæ, & perturbationes iterum excludunt eam co-

Ioan.14.d — ** πολίτην, ciuem, vt etiam habet Theoph. alij legũt πλησίον. i. proximum.*

Suprà 7.c

† totã relinquẽs fundamenta repauet, † eorum loco inducat:

† Suspicor legendum: Et neq; ipsum, Esdrã scilicet, reuersi sunt.

Deut.18.c

Roma.8.a

Act.15.b

Psal.18.a

Abac.2.c

Psal.44.c

Psal.15.b

Ibid.16.b

† non eorum

Psal.62.b

Morale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eam cogitationem. Per noctem ſemper poterimus recordari,quãdo in tranquillitate eſt,& in requie anima, quando in portu,quãdo in ſereno. †Loquimini, ſinquit, in cordibus veſtris,& in cubilibus veſtris cõpungimini. Oportebat quidẽ & per diem ſemper iſtam habere memoriam:ſed quia aliis curis occupamini ſemper,& multa cogitatio veſtra diſpergitur propter ſecularia,ſaltem tũc recordamini dei †in cordibus] veſtris, in matutinis meditemini in illo. Si in matutinis talia meditemur, cũ multo munimine procedemus ad actiones noſtras, ſi propiciũ deũ nobis primitus faciamus interpellatione & ſupplicatione,atque ita procedamus,nullum habebimus inimicum:at ſi habeas,irridebis eum,deum habens propicium. Bellum eſt in foro,pugna ſunt actiones illæ quotidianæ,inundatio ſunt & tempeſtas.Opus itaq; nobis eſt armis. Bona autẽ armatura eſt oratio. In proſperitate ventorũ oportet nos diſcere omnia, vt poſſimus longitudinẽ diei ſine naufragio pertranſire,& ſine vulneribus. Multi quippe per ſingulos dies ſcopuli oppoſiti ſunt,& ſæpius in illos eliſa ratis demerſa eſt.Propterea opus eſt nobis oratione, maxime autem matutina & nocturna. Olympiaca certamina plurimi veſtrum ſpectauerunt,& nõ ſolum ſpectauerunt, ſed & ſtudioſi cultores & admiratores certantium fuerunt.Et alius quidem illius, alius autẽ iſtius amator fuit. Scitis ergo quo modo & dies certaminis, & noctes illas per omnẽ noctem præco nihil aliud curat, de nullo alio ſolicitus eſt, niſi quo modo in egreſſu indecorũ nihil agat qui certatur° eſt. Illi enim qui aſſident tubicini,monent, ne loquatur alicui quidem,neque ſpiritũ ſuum aliò expendens deriſui fiat.Si igitur ille,qui inter homines certatur° eſt,tanta prouidentia vtitur, multo amplius nos cõuenit ſemper curam habere & ſolicitudinem, quibus omnis vita certamen eſt.Omnis igitur nox ſit nobis peruigil,& curam geramus,quo modo pertranſeamus diem,ne forte deriſui habeamur,atque vtinam ſolũ deriſui. Nunc autem ſedet in dextera patris ſpectator certaminis, audiens diligenter, ne forte aliquid abſonum proloquamur,ne aliquid præter modulamen:non enim rerum ſolarum,ſed etiam verborũ iudex eſt. Vigilemus itaq; dilectiſſimi, habemus & nos certaminum noſtrorum, ſi voluerimus,ſtudioſos. Vnicuique noſtrum angelus aſſidet. Nos autem ſtertimus per totam noctem, atque vtinam hoc ſolum. Multi autem & flagitia plura committunt, alij quidem ad ipſa proſtibula euntes, alij autem domos ſuas domos fornicationis facientes, meretrices illuc adducendo: Iſti ſatis]bene cogitant de certamine, quod cũ diabolo certaturi ſunt Alij ebrij ſunt, ita vt aliena loquantur: alij perturbationes faciunt,alij tota nocte vigilant,ſed malè,ita vt dormientibus peiores ſint plectentes dolos,alij vſuras numerantes,alij curis & ſolicitudinibus cruciantur,& omnia magis faciũt, quàm ea quæ pertinent ad certamen. idcirco obſecro, vt omnia relinquentes vnum attendamus,qualiter poſſimus palmam accipere,& corona adornari. Omnia ergo propter hoc faciamus, per quæ poterimus adipiſci, quæ nobis promiſſa ſunt bona, quæ nos contingat percipere in Chriſto Ieſu domino noſtro, cum quo patri, vnà cum ſancto ſpiritu, gloria, imperium,honor nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Ibid. a. b †*quæ dicitur.*

tin cubilibus.

†*admodũ quidem: nõ enim.*

Homilia decimaquinta.

Cap. IX. Exa. 26. & 36. a

TAQVE habuit quidem & prius illud iuſtificationes cultus, & ſanctum ſeculare. Tabernaculum enim conſtructũ fuit primum, in quo erat candelabrum, & menſa, & propoſitio

A *panum,* †*quæ dicuntur ſancta.*] *Poſt velamentum autem ſecundum tabernaculum quod dicebatur ſancta ſanctorum, aureum habens thuribulum & arcam teſtamenti circuntectam ex omni parte auro, in qua erat vrna aurea habens manna, & virga Aaron quæ fronduerat: & tabulæ teſtamenti,* †*ſuper quæ ſerãt Cherubin gloriæ obumbrantia propiciatorium: de quibus non eſt modo dicendum per ſingula.* Oſtendit hactenus ex ſacerdote, ex ſacerdotio & ex teſtamento, quia finem habiturum erat illud: oſtendit autem deinceps iam ex ipſo tabernaculi ſchemate. Quo modo? Hoc quidem, inquit, ſancta, & ſancta ſanctorũ habebat. Et ſancta quidem prioris ſunt ſymbola temporis: ibi quippe per hoſtias omnia fiebant: ſancta autem ſanctorum huius temporis ſigna ſunt nũc præſentis. Dicit autem ſancta ſanctorum eſſe cœlum, & velamentũ cœli, & carnem intrantem in interiora velaminis: hoc eſt

B per velamen carnis eius. Bonum vero eſt vt ex paulo ſuperioribus iſto loco reſumpto dicamus. Quid ergo, inquit? Habuit quidem & prius illud. Quod prius? Teſtamentum, ſcilicet. Iuſtificationes culturæ. Quid eſt iuſtificationes? Symbola & leges quæ tunc erant. Tanquam quod nunc, inquit, non habeat, oſtendit illud ceſſaſſe. Tunc enim habuit, inquit: proinde nunc etiamſi adhuc ſtaret non haberet. Tunc ſanctum ſeculare dicit: quoniam omnibus licebat intrare, & manifeſtus erat ille locus in illo tabernaculo, vbi ſacerdotes ſtabant, vbi Iudæi, vbi proſelyti, & Gentiles, & Nazaræi. Quoniam ergo & Gentibus acceſſibile erat, ſeculare illud appellat: non enim Iudæi totus mundus erant. Tabernaculum enim, inquit, cõſtructum fuit primum, *quod dicebatur ſancta, in quo erat candelabrum & menſa, & propoſitio panum. Hæc ſymbola erant mundi. Poſt ſecundum velamen vero, non erat vnum ve-

C lamen: ſed etiam foris velamen erat tabernaculum, quod dicitur ſancta ſanctorũ. Attende quo modo vbique tabernaculum vocat, ex eo quòd ibi habitetur. Aureum, inquit, habens thuribulum, & arcam teſtamenti circunſeptam ex omni parte auro: in qua vrna erat aurea, habens manna, & virga Aaron quæ fronduerat, & tabulæ teſtamenti. Omnia iſta venerabilia erant & clara, ingratitudinis Iudaicæ monumenta. Et tabulæ, inquit, teſtamenti. Fregerat quippe eas. Et manna. Murmurauerunt enim, & vt deduceretur ad poſteros memoria, imperauit illud in vrna aurea reſeruari. Et virga, inquit, Aaron quæ fronduerat, ſuper quę erant Cherubin gloriæ. Quid eſt Cherubin gloriæ? ſiue glorioſa, ſiue quæ ſub deo ſunt conſtituta. Obumbrantia, inquit, propiciatorium. Sed & extollit hæc ſua oratione, vt oſtendat, quia maiora ſunt quæ poſt iſta ſunt. De quibus, inquit, non eſt nunc dicendum per ſingula. Hic ſignificauit quoniam non hæc ſola erant quæ videbantur, ſed ænigmata quædam erant: de quibus, inquit, non

D eſt nunc dicendum per ſingula, fortaſſis quia opus multo ſermone haberent. *His igitur ita conſtructis,* inquit, *in prius quidem tabernaculum ſemper ingrediuntur ſacerdotes, culturæ officia conſummantes:* Hoc eſt, erant quidem iſta, ſed non eis fruebantur Iudæi. Non enim videbant ea. Proinde non illis magis erant conſtituta, quàm illis quibus prophetabantur. *In ſecundum autem ſemel in anno ſolus pontifex non ſine ſanguine quem offerret pro ſe, & pro populi ignorantiis.*

Intueris iam formas ante præmiſſas. Ne enim diceret, quo modo vnum eſt ſacrificium, oſtendit illud iam inde ab initio eſſe. Siquidem quod ſanctius erat, vnum erat, & terribile, Et quo modo pontifex ſemel hoc offerebat, [ſi conſuetudinem ab initio acceperant? Etenim tunc pontifex, inquit, ſemel offerebat.] Et bene-

†*quod dicitur ſancta*] *vt illuc referat ſcilicet quod. ſ. tabernaculũ.*

†*ſuper hãc antẽ*] *& ſic paulo poſt.*

**id eſt quod: nempe tabernaculũ, vt paulo ante notauimus. qđ miror Eraſmum nõ animaduertiſſe.*

hæc in vetuſtis de hoc offerebat, ſi conſuetudinem ab initio acceperant? ronenſi de ſunt:

dixit, non ſine ſanguine, non quidē ſine ſanguine, ſed iſto ſanguine. Non enim tantum erat negocium, oſtendit quia erit ſacrificium, quod igni non cōſumatur, ſed ex ſanguine quidem demonſtrandum ſit. Quoniam enim ſacrificium vocauit crucem, neque ignem habentem, neque ligna, neq; †oblationem:] ſed ſemel in ſanguine oblatum, oſtendit, quia & vetus ſacrificium tale erat, & ſemel offerebatur in ſanguine. Quem offerret, inquit, pro ſe, & pro populi ignorantiis: non dixit peccatis: ſed, ignorantiis, ne magnum ſapiant. Si enim non volens peccabas, ſed nolens ignorabas, & ab hoc nullus eſt mundus & vbique quod ſuum eſt oſtendit: quoniam Chriſtus multo maior eſt pontifex. Si enim ſeparatus eſt à peccatis noſtris, quo modo pro ſe obtulit? Quare ergo iſta dixiſti, inquit? Hoc enim quod melioris ſit, nuſquam hic ſpectatur. Deinceps vero hoc contemplatur ac dicit: *Hoc*, inquit, *ſignificante ſpiritu ſancto nōdum manifeſtam eſſe ſanctorum viam, adhuc priore tabernaculo ſtatum habente*. Propterea, inquit, iſta ita conſtructa ſunt, vt diſcamus, quia ſancta ſanctorū, hoc eſt, cœlum, adhuc eſt inacceſſibile. Ne putemus ergo quoniam ingredi illud, inquit, non poſſumus, ideo nō eſſe: nam neque ſancta ingreſſi ſumus. *Quæ ſimilitudo erat*, inquit, *pro tempore tunc †præſente.*] Præſens tēpus quale dicit? Ante præſentiam Chriſti. Poſt aduentum enim Chriſti non iam eſt †præſens. Quo modo? Nam vrgens eſt, & finem habens.] Aliud item ſignificans hoc dixit: Quæ cōparatio præſentis eſt temporis: hoc eſt, forma facta eſt. *Secundū quam munera & hoſtiæ offeruntur, quæ non valent ſecundū conſcientiam perfectum facere cultorem.* Noſti quid hoc eſt, nihil perfecit lex. Et inculpabile erat prius illud, Quo modo? Secundum cōſcientiam. Hoſtiæ enim, inquit, non ſordes animæ dimittebant: ſed adhuc circa corpus erant ſecundum legem mandati carnalis. Non enim adulteriū, non homicidium, non ſacrilegium dimittere poterant. Intueris quid dicat: hæc comede, illud non comedas? Quæ ſunt indifferentia. *In cibis duntaxat & in potibus, & variis baptiſmis*. Hoc pota, inquit, hoc noli. Et tamen de potu nihil erat diſpoſitum, ſed vt iſta extenuet, dicit. Et variis baptiſmis, *Et inſtificationibus carnis vſque ad tempus correctionis impoſita*. Hęc enim erat iuſticia carnis. Deiicit hic hoſtias, oſtendens quia nullam habebant virtutem, & quia vſq; ad tempus correctionis erant, hoc eſt, tempus ſuſtinebant corrigens omnia. *Chriſtus autē adueniens pontifex bonorum, quæ facta ſunt per maius, & perfectius tabernaculum, non manufactum*. Carnem dicit in hoc loco. Bene & maius & perfectius dixit: ſiquidem & deus verbum, & cuncta ſpiritus operatio habitat in ea. Non enim ad menſuram dat deus ſpiritum. Perfectius autem dixit, vtpote, incomprehenſibile, & maiora perficiens: Hoc eſt non huius ſtructuræ. Ecce quo modo maius. Non enim ſine ſpiritu eam conſtruxit, neque ex hac creatura eſt: hoc eſt: non eſt ex his creaturis, ſed ſpiritalis ex ſpiritu ſancto. Intueris quo modo & tabernaculum & velamen, & cœlū illud corpus vocat, per maius & perfectius tabernaculum, per velamen, hoc eſt, carnem eius, & iterum in interiora velaminis, & iterum intrantem in ſancta ſanctorum, vt appareat vultui dei. Quare ergo hoc facit? ſecundum aliam & aliam ſignificationem: vtputa, Velamen cœlū eſt. Sicut enim muro quodam diſcernit ſancta velamen: ſic & caro abſcondens diuinitatem, ſimiliter & tabernaculum habens in ſe diuinitatem, & tabernaculum iterum cœlum eſt: illic enim eſt intus pontifex. Chriſtus autem, inquit, veniens pontifex. Non dixit, factus, ſed veniens: hoc eſt, ad hoc ipſum veniens, non alij cuipiam ſuccedens. Non primo aduenit, & tunc factus eſt, ſed ſimul aduenit Et non dixit, adueniens pontifex hoſtiarum, ſed bonorum quæ facta ſunt: veluti non valens ſermone vniuerſum exprimere. *Neque per ſanguinem*, inquit, *hircorum, aut vitulorum.* Omnia immutata ſunt. Per proprium, inquit, ſanguinem introiuit ſemel in ſancta. Et hic cœlum vocauit. *Semel*, inquit, *introiuit in ſancta æterna redemptione reperta*. Et quod dixit, reperta, oſtendit eorum eſſe, quæ admodum difficilè parantur, & præter expectationem eueniunt, nempe, quo modo per vnum ingreſſum æternam redemptionem reperit. Deinde probationem adiungit. *Si enim ſanguis taurorum & hircorum, & cinis vitulæ aſpergens immundos ſanctificat ad emundationem carnis: quanto amplius ſanguis Chriſti, qui per †ſpiritum æternum] ſeipſum obtulit immaculatum deo, mundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, vt ſeruiamus deo viuo?* Si enim carnem, inquit, poteſt mundare ſanguis taurorum, multo amplius animæ ſordem diluet ſanguis Chriſti. Ne enim cum audis, ſanctificat, magnum aliquid putes, annotat & oſtendit vtriuſque mundationis differentiam. Et quo modo hoc? Iſta quidem excelſa, illa autem humilis. Et dicit, quia merito: ſiquidem ille quidem ſanguis taurorum erat, iſte autem Chriſti. Et non ei ſufficit nomine tantum hoc ſignare, ponit etiam modum †differentiæ. Qui per ſpiritum, inquit, ſanctum ſeipſum obtulit immaculatum deo, hoc eſt, ſacrificium immaculatum erat, mundum à peccatis. Hoc enim eſt per ſpiritū ſanctum, non per ignem, non per aliena quædam. Et mundabit conſcientiam noſtram, inquit, ab operibus mortuis. Bene dixit, ab operibus mortuis. Si quis enim tangebat mortuum polluebatur: & hic ſi quis tetigerit opus mortuū, contaminatur per conſcientiam. Ad ſeruiendū, inquit, deo viuo. Hic manifeſtat, quia opera mortua habentes, non poſſunt ſeruire vero & viuo deo, quia illa mortua ſunt & falſa: & meritò. Nullus igitur opera mortua habens ingrediatur huc. Si enim eum, qui corpus mortuum tangebat, nō oportebat intrare in templum, quanto magis eum, qui opera mortua habet? Pollutio quippe eſt peſſima. Mortua quippe omnia opera ſunt, quæ vitam non habent, quæ putorem ſpirant. Sicut enim mortuū corpus ad nullum ſenſum eſt vtile, verum etiam contriſtat appropinquantes: ſic & peccatum cōfeſtim rationem noſtram percutit, & non permittit neque mentem ipſam quieſcere, ſed perturbat, & commouet. Dicitur autem, quia & peſtis cum generatur, corrumpit corpora. Tale quiddam eſt & peccatum: à peſte nihil differt, non quia aërem corrūpat primum, deinde corpora, ſed cōtinuò in animam inſilit. Non vides eos qui peſte laborant quo modo tumore quodā occupantur, quo modo cōuertunt ſe, atque reuertūt, quo modo fœtoribus ſunt repleti, quo modo turpes ſunt eorum facies, quo modo per totum immundi ſunt? Tales quippe ſunt etiam peccantes, etiamſi nō videant. Dic enim mihi, nónne quouis febricitante peior eſt, qui cupiditate pecuniarum, vel corporum captus eſt? Nónne immundior iſtis omnibus eſt, omnia turpia faciens & patiens? Quid enim turpius viro pecunias amante? Quæcunque enim meretrices mulieres faciunt, quæcunque in ſcena committuntur, non euitat efficere, ſed tam abſurda & iſte operatur. Magis autē fortaſſis illæ aliquid euitant, quàm iſte. Nam iſte etiam ſeruilia, indecenti adulandi modo perpetitur, rurſus audax vbi nō oportet. Vbique varius eſt, malignis hominibus, & ſenibus, fortaſſis etiam perditis, & multo pauperioribus & vilioribus aſſidens

†quod ſæpius offerretur.

†inſtāte] ſic in ſequentibus.

†inſtās. quo modo enim inſtaret cū aduenerit & finem habeat?

Chryſ. legit τῷ γενομένον ἀγαθῶν, *alij* τ' μελλόντων.

Ioan. 5. d

†oblationis

†ſpiritum ſanctum.

Leuit. 11. a

Deut. 14. b

Immūdi nō poſſunt ſeruire deo.

Morale.

assidens adulatur, & alios bonos ex omni parte virtutem habẽtes vituperat ferociter. Intueris ex vtraq; parte turpitudinem & impudentiam? & humilis est præter modum & gloriosus. Sed prostant in ædibus meretrices, & hoc est earum crimen, quia corpus suum venundant pecuniæ causa. Sed paupertas & fames cõpellit, licet neque hoc idoneum sit ad excusationem, poterant enim opus facientes enutriri. Hic vero stat auarus, non in domo, sed in media ciuitate: nõ corpus, sed animam suam prostituens diabolo, vt & voluptuetur cum ea, & intret ad eam veluti ad meretricem, & impleta omni cupiditate egrediatur, & videat tota ciuitas, non duo viri aut tres: & hoc proprium est meretricum, quia eius sunt qui aurum dat, sit ille seruus, sit monachus, sit quilibet, proponat autẽ mercedem, suscipiũt, liberos vero, & si omnium sint nobilissimi, sine argento non admittunt: hoc etiam isti faciunt. Rectas quidem cogitationes, quando pecuniã non habent, auersantur: malis autem, & deo vere repugnantibus commiscentur, & pulchritudinẽ animæ perdunt. Sicut enim illæ, quæ natura deformes ac nigræ sunt, & agrestes, & crassæ, & turpes, & malè formatæ, & ex omni parte fœdæ: sic etiam istorum efficiuntur animæ, & neque externa politione deformitatem suam possunt contegere. Cum enim extrema sit deformitas quęcunque adinueniant, quæcunque excogitent, neque sub fictione latere poterunt. Quoniã vero impudentia facit meretrices, audi Prophetam dicentem: Impudens facta es ad omnes, facies meretricis facta est tibi: hoc etiam ad auarum dici potest, Impudẽs factus es ad omnes. Non ad istos, aut ad illos, sed ad omnes: Quo modo? Non patrem, non filiam, non coniugem, non amicum, non fratrem, nõ benefactorem, nullum, vt absolutè dicam, reueretur huiusmodi. Et quid dico amicum & fratrem, & patrem? ipsum non reueretur deum, sed omnia fabulæ illi videntur, & ridet ex multa cupiditate ebrius, & neque auditu percipit aliquid, quæ illi prodesse possunt. O absurditatem: & qualia loquuntur? Væ tibi mammona, inquiunt, & ei qui te non habet. Dissipor ex indignatione. Væ quippe ista dicentibus, etiamsi per risum hæc dicant. Dic mihi talem comminationem, cõminatur deus dicens: Non potestis duobus dominis seruire: tu autem eludis comminationem? Nónne idololatriã hanc dixit Paulus? Et auarum, idololatram vocat, tu vero rides, secularèsque mulieres ad risum concitas, nempe in scena constitutas, hoc est quod omnia subuertit, hoc omnia deiicit. Omnia nostra risus sunt, ciuilitas & vrbanitas, iam nihil est stabile, nihil graue. Non ad seculares viros ista loquor tantum, sed noui quos significo. Risu enim repleta est ecclesia. Si ille & ille facetum quiddam loquatur, risus confestim sedentes occupat: & quod adhuc mirabilius est, in ipso tempore orationis non quiescunt multi à risu, vbique vagantur. Diabolus omnes illigauit, omnes occupauit, omnibus dominatur, exhonoratus est Christus, contẽptus est, nullius momenti habetur ecclesia. Nónne audistis Paulum dicentem: Turpitudo & stultiloquium, & scurrilitas abiiciatur à vobis? Cum turpitudine & scurrilitatem posuit, tu autem rides? Stultiloquium quid est? Quod nullam habet vtilitatem. Omnino vero rides & effundis faciem tuam, qui monachum profiteris, qui crucifixus es, qui luges. Rides, dic quæso, Vbi Christus hoc fecit? Audisti hoc alicubi? Nusquam, sed contristatum quidem sæpius legisti. Etenim quando Hierusalem vidit, lachrymatus est: & quando traditorem intellexit, turbatus est: & quando Lazarum susci-

Hier.3.b *Matt.6.c* *Ephes.5.b* *Ephes.5.a* *Matt.23.d* *Ioan.11.c*

taturus erat, plorauit, tu autẽ rides. Si qui propter aliorum peccata non dolet, accusatione dignus est: qui in suis sine dolore existit, & ridet, qua venia dignus erit? Tempus est luctus & tribulationis, sub afflictione & seruitute certaminum, & sub doloribus res agitur, & tu rides? Non intueris quo modo increpata est Sara? Non aduertis Christum dicentem: Væ vobis, qui ridetis, quoniam plangetis? Ista psallens per singulos dies, quid dicis? Dic mihi, num alicubi dicis, quoniam risi? Nequaquam: sed quid? †Defeci in gemitu meo. Fortasse etiam sunt aliqui ita dissoluti, & remissi, vt etiam in hac increpatione rideant, quoniam de risu disputamus. Etenim talis est dementia, talis est stupor, neque increpationem sentit. Stat sacerdos dei orationem offerens cunctorum, tu autem rides, nihil timens: & ille quidem tremens orationem pro te offert, tu autem cõtemnis. Non aduertis scripturam dicentem: Væ contemptoribus? Non contremiscis? non colligis temetipsum? Et in aulam quidem regiam intraturus, & habitu, & oculis, & incessu, & in cunctis aliis componis & ornas temetipsum: huc autem ingressurus, vbi vere est aula regia, & talis, qualis cœlestis est, rides? Et tu quidem scio, quia non vides. Audi tamen quia angeli præsentes sunt vbique, & maxime in domo dei adstant regi, & omnia plena sunt incorporeis illis virtutibus, Iste mihi sermo etiam ad mulieres dicitur. Illæ inter viros quidem non cito audent hoc facere: & si faciunt, non tamen semper, sed in tempore remissionis, hic autem semper. Velas & obnubis caput tuum, dic mihi, & rides, ô mulier in ecclesia sedens? Ingressa es confiteri peccata tua, procidere deo, postulare & deprecari pro delictis tuis, & cum risu hoc facis? Quo modo ergo cum propiciare poteris? Et quid? Malum est risus, inquis? Non est malum risus, sed malum quando fit importuno tempore & immoderatè. Risus enim inditus est nobis, vt quando amicos post multum temporis viderimus hoc faciamus: quando aliquos delinquentes, & timentes, vt refoueamus eos risu, nõ vt cachinnemur, & semper rideamus. Risus inest animæ nostræ, vt remissionem aliquando habeat anima, non vt diffundatur. Nam & cupiditas corporum inest nobis, & non necesse est vtique, quia inest nobis, aut vti illa, aut immoderatè vti: sed retinemus eam, & non dicimus, quoniam inest, vtamur. Cum lachrymis serui deo, vt possis diluere peccata tua. Noui quia multi nos subsannant, dicentes: ecce statim lachrymæ. Propterea & tempus est lachrymandi. Scio quia & contradicunt nobis qui dicunt, manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Vanitas vanitatum, omnia vanitas. Non ego dico, sed ipse, qui experimentum cunctarum rerum accepit, hæc dixit: Aedificaui mihi domos, plãtaui vineas, instituit & natatorias aquæ, feci mihi pocillatores, & cyathos: & quid post hæc? Omnia vanitas, inquit, vanitatum, omnia vanitas. Lugeamus ergo dilectissimi, lugeamus, vt reuera rideamus, vt vere gaudeamus in tempore gaudij syncerioris. Huic enim gaudio omnibus modis etiam tristicia permixta est, & nunquam purum inueniri potest. Illud gaudium syncerum quiddam est, & sine fraude, & nihil habens subdolum, neque permixtum. Illud ergo gaudium gaudeamus, illud insequamur, alias neque adipisci potes istud gaudium, etiamsi velis. Proinde non quæ voluptuosa sunt, sed quæ prosunt, eligamus, & paululum affligamur volentes, & cum gratiarum actione omnia tolerantes. Sic enim poterimus & regnum cœlorum adipisci, cuius nos contingat omnes

Gene.18.b *Luc.6.d* *Psal.6.b* †laboraui *Tobiæ 13.c* *1.Cor.15.d* *Eccles.1.a* *Ibid.2.a*

dignos efficiei, in Christo Iesu domino nostro, cum quo deo patri gloria, vna cum sancto spiritu, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Homilia xvj. ex cap. ix.

ET propterea Testamenti noui mediator est, vt morte facta ad redemptionem earum transgressionum, quæ fuerant sub priori testamento repromissionem accipiant hæreditatis æternæ, ij qui vocati sunt. Vbi enim testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum quippe in mortuis confirmatur, aliàs nunquam valet dum viuit qui testatus est. Vnde neque primum sine sanguine dedicatum est. Lecto enim omni mandato legis, à Mose, vniuerso populo, accipiens sanguinem vitulorum & hircorum, cum aqua & lana coccinea & hyssopo, ipsum quoque librum & omnem populum asperfit dicens: hic sanguis testamenti quod mandauit ad vos deus, &c. Possibile erat multos, qui infirmiores erāt, ex eo quòd mortuus est Christus, maxime non credere promissionibus eius. Paulus igitur ex abundanti hoc posuit exemplo ex communi consuetudine sumpto. Quale autem hoc est? Propter hoc ipsum igitur, inquit, oportet confidere. Quare? Quia nō viuentibus testatoribus, sed mortuis, firma sunt testamenta, & fortitudinem accipiunt. Propterea, inquit, noui testamēti mediator est. Testamentum enim circa nouissimum diem fit defunctionis. Tale autem est testamentum. Alios quidem hæ-
Ioan.17.d redes habet, alios autem exhæredat, Sic etiam hic, Volo vt vbi ego sum, inquit Christus, & isti sint. Et iterum
Ioan.17.b de exhæredatis audi illum dicentem: Non de omnibus rogo, sed pro credentibus, per verbum eorum in me. Iterum testamentum quædam habet testatoris, quędam eorum qui suscipiūt, ita vt quædam suscipiant, quædam faciant. Sic etiam hic. Postquam enim promisit innu-
Ibid.8.e & 13.d mera bona, exegit & ab eis dicens: Mandatum nouum do vobis. Iterum, testes debet habere testamentū. Aduerte illum iterum dicentem: Ego sum qui testimoniū perhibeo de memetipso, & testimonium perhibet de
Ibid.15.d me, qui me misit. Et iterum, *ille* testimonium perhibebit de me, de paracleto dicens: & duodecim apostolos misit, dicens: Testificamini in conspectu dei. Et propterea, inquit, testamenti noui mediator est. Quid est mediator? Mediator enim non est dominus rei cuius est mediator, sed & alia quidem res, alius est mediator: vtputa, mediator nuptiarum fit, non sponsus, sed adiuuans sponsum qui ducturus est. Sic etiam hic mediator filius factus est patris, & noster. Nolebat nobis dimittere pater hæreditatē istam, sed irascebatur nobis, & indignabatur tanquam abalienatis. Mediator autem factus est noster & patris, & persuasit illi. Et quid igitur? Quo modo mediator factus est? Sermones detulit, & attulit ea quæ à patre mittebātur perferens ad nos. Addidit etiam mortem. In offensione quippe eramus, mori nos oportebat, mortuus est pro nobis, & fecit nos dignos testamento. Hoc modo firmum factum est testamentum.

†quod non iam deinceps in indignos factum est. †An non in indignos iam factum?] In ipso quidem initio, tanquā pater in filios afficiebatur. Sed quia indigni facti sumus, non iam testamento nobis opus erat, sed pœna. Quid igitur gloriaris, inquit, in lege? In tantum peccatum quippe nos illa constituit, vt saluari non posse mus aliquando, nisi pro nobis dominus moreretur. Nequaquam valuit lex, siquidem est infirma. Et non tantum ex communi consuetudine hoc confirmat: sed etiam ex his quæ in veteri testamento contingebant, quod plurimum ad eis persuadendum valebat. Nullus fuit qui mortuus est illic. Quo modo ergo firmum est testamentum? Per eundem ipsum modum, inquit. Quo modo? nam & illic sanguis sicut hic sanguis. Si autem non erat Christi sanguis, non mireris, typus enim erat. Vnde dixit: Neque primū sine sanguine dedicatum est. Quid est dedicatum est? Firmum factum est, roboratum est. Quod autem dixit, vnde, tale est quale si diceret. Propterea oportebat testamenti symbolum esse & mortis. Cur enim, dic mihi, codex testamenti aspergitur? Dixit enim, Lecto omni mandato secundum legem Mosi omni plebi, accipiens sanguinem vitulorum, cum aqua & lana coccinea, & hyssopo, & ipsum librum, & omnem populum asperfit, dicens: Hic est sanguis testamenti quod mandauit ad vos deus. Cur ergo, dic mihi, liber testamenti, & populus aspergitur, nisi quod preciosus ille sanguis ab initio illo schemate prænunciabatur? Quare autem hyssopo? spissum quiddam est, & tenax. Quare aqua? Ostendit mundationem per aquam. Quare lana? Et illa ad hoc assumebatur vt retineret sanguinem. Ostendit in hoc loco idem esse & sanguinem, & aquam. Baptisma enim eius etiam passio eius est. *Et tabernaculum*, inquit, *& omnia vasa ministerij sanguine similiter asperfit, & penè omnia in sanguine mundantur secundum legem, & sine sanguinis effusione non fit remissio.* Quare autem dixit penè? quare illud sic temperauit? Quoniam in illis non erat perfecta mundatio, neque remissio perfecta, sed semiperfecta, & in minima parte. Nunc *Matt.26.c* autem, hic est, inquit, sanguis noui testamenti, qui pro vobis effunditur in remissionem peccatorum. Vbi est igitur liber? Mundauit mentes eorum. Ipsi igitur erant libri noui testamenti. Vbi etiam vasa ministerij? Ipsi sunt. Vbi est tabernaculum? Ipsi etiam hoc sunt. Inha-
2.Cor.6.d bitabo, inquit, in illis, & inambulabo: Verum nec lana coccinea, nec hyssopo aspersi sunt. Quid ita? Non enim corporalis erat mundatio, sed spiritalis, & sanguis spiritalis. Quo modo hoc? Non ex corpore manauit? Ex corpore quidem sed quod fuerat à spiritu sancto fabricatum. Hoc vos sanguine non Moses, sed Christus asperfit, ver verbum quod dictum est: Hic est sanguis noui testamenti in remissionem peccatorum. Hic sermo pro hyssopo sanguine infectus omnes aspergit. Et illic quidem corpus extrinsecus mundabatur: corporalis quippe erat mundatio: hic autē quia spiritalis est mundatio, in animam ingreditur ista mundatio, Non simpliciter asperfus, sed velut fons emanans in animabus nostris (Sciunt quæ dicuntur, qui imbuti sunt) & in illis quidem ipsam superficiem aspergebat, & iterum abluebatur asperfus. Non enim cruentatus semper deambulabat. In anima vero non ita est, sed ipsi essentiæ commiscetur sanguis, fortem illam faciens & mundam, & ad illam inenarrabilem pulchritudinem perducens. Ostendit autem deinde mortem non firmitatis causam esse solum, sed etiam mūdationis. Quoniam enim mors polluta res esse videbatur, & maxime quæ per crucem fiebat, dicit quia hoc magis mundauit, & quia preciosa mundatio est, & maioris habetur. Propterea sacrificia antecesserunt propter istum sanguinem, propterea agni, & cuncta propter hoc fiebant. *Necessarium ergo vt exempla*, inquit, *eorum quæ in cœlis sunt, per hæc mundentur: ipsa autem cœlestia melioribus sacrificiis, quam ista sunt.*

Et quo modo exempla sunt eorum, quæ in cœlis habentur? Quæ autem nunc vocat cœlestia? num cœlum, aut angelos? Nihil tale, sed ista quæ apud nos geruntur. In cœlis ergo sunt ista quæ nostra sunt, & hæc nostra cœlestia sunt, quanuis in terra celebrentur. Siquidem & angeli in terris sunt, sed tamen cœlestes vocantur. Nam & Cherubin in terris apparuerunt, & tamen cœlestia sunt.

Philip.3.d sunt. Et quid dico apparuerunt. In terris etiam conuersantur, sicut in paradiso. Immò neque hoc. Ista enim cœlestia sunt: conuersatio etiam nostra in cœlis est, quãuis hic conuersemur. Quæ est ista conuersatio nostra? Hæc est philosophia scilicet, quæ apud nos est, qui ad cœlum vocati sumus. Melioribus, inquit, sacrificiis, quàm hæc sunt. Quod melius est, bono aliquo melius est. Bona ergo fuerunt etiam exempla eorum quæ in cœlis sunt, nequaquam enim exempla illa mala erant, alioquin etiam
Morale. mala essent, quorum exempla sunt. Si igitur cœlestes sumus nos, & tantum sacrificium adepti sumus, timeamus, & non permaneamus in terra: potest enim nõ esse in terra & nunc, quicunque voluerit. Esse enim in terra & non esse, modo quodam, & voluntate fit: vtputa exempli gratia: Deus dicitur esse in cœlo, quare? Non loco cõciusus, absit, neque terram sua præsentia destitutam derelinquens, sed habitudine quadã & familiaritate, quã habet ad angelos, dicitur esse in cœlo. Si ergo & nos appropinquamus deo, in cœlo sumus. Quid enim mihi curæ esset cœlum, cum videam deum cœli, cum
Ioan.14.c ego efficiar cœlum? Veniemus, inquit, & ego & pater, & mansionem apud eum faciemus. Faciamus igitur animam nostram cœlum. Clarum quidem & festiuum est cœlum propria natura. Neque enim in hyeme nigrum efficitur, non enim ipsum est quod cõuertit faciem, sed nubes concurrentes illud obtegunt. Cœlum autem solem habet, habemus & nos solẽ iusticiæ. Dixi iam, quia licet nobis fieri sicut cœlum. Video autem, quia & meliores fieri cœlo licet nobis. Quônam modo? Quando dominũ solis habemus. Cœlum vbiq; mundũ est, & sine macula, non in hyeme, non in nocte mutatur. Proinde & nos neq; in tribulationibus, neq; in versutiis diaboli hoc patiamur, sed maneamus immaculati & mũdi. Cœlum altum est, & multum distans à terra. Hoc etiã nos faciamus, separemus nos à terra, & in excelsum illud leuemur, & multum nos à terra extollamus. Cœlum superius est, & ab imbribus, & à pluuiis, & à nullo cõsumitur: hoc & nos poterimus, si voluerimus. Cœlum quidem putatur pati, veruntamen nihil patitur ipsum. Sic igitur & nos, etiam si putamur pati, tamen nõ patimur. Sicut enim in hyeme multi quidem pulchritudinẽ eius non agnoscunt, sed putant illud mutari: philosophi vero sciunt, quia nihil passum est: sic & de nobis in tribulationibus. Multi quidem putant nos immutatos, & tribulatione cor nostrum esse tactum, philosophi autem sciunt quoniam nos non tetigit. Efficiamur itaque cœlum, ascendamus in altitudinem illam, & ita videbimus homines, vt putemus à formicis, nihil differre.
†diuites Non pauperes dico tantum, neque †plebeios, sed etiam si magistratus, si imperator sit, non videbimus imperatorem, neque priuatum agnoscemus. Quid aurum, quid argentum, quid vestis serica, quid ostrum? Cuncta tanquam muscas videbimus, si in illa altitudine sederimus, Nullus illic tumultus, nulla illic perturbatio, neque clamor. Et quo modo, inquis, fieri potest vt ad illam altitudinem subleuetur qui in terra ambulat? Non tibi verbo quidẽ dico, sed ego tibi ipsis operibus ostendam eos qui ad illam altitudinem peruenerunt. Quos istos? Paulum dico, & eius similes, qui in terra constituti, in cœlo conuersabantur. Et quid dico in cœlo? Altiores cœlo erant, etiam alio cœlo, & ad ipsum peruenerunt dominum. Quis nos separabit, inquit, à charirom.8.g tate Christi? tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Et iterum:
1.Cor.4.d Non attendentes quæ videntur, sed ea quæ non viden-

A tur. Intueris quia neque videbat, quæ videntur, sed quæ non videntur? Intueris quia neque videbat, quæ in præsenti sunt? Vt autem tibi ostendam, quoniam cœlis superior erat, audi illum dicentem: Certus sum enim, Rom.8.g quoniam neque mors, neque vita, neque præsentia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque alia creatura poterit nos separare à charitate Christi. Intueris quo modo cuncta pertransiens eius animus, superiorem eum fecit: non hac tantum creatura, non his cœlis, †sed aliis etiam quicunque sunt. Vides altitu- †sed & si dinem mentis? vides tabernaculorum opificem quid quæ alij fue factus sit? quoniam voluit, qui in foro totam vitam rint. transigebat: Nihil est enim impedimenti, nihil est quo minus liceat omnia transcendere, si tamen voluerimus. Si enim artes eas, quæ multos superant, ita percepimus:
B multo amplius quod tanto non indiget labore. Quid enim, dic mihi, difficilius, quàm super funem extensum ambulare, veluti super æquale solum, & sursum ambulantem, & vestiri, & spoliari, tanquam in lecto sedeat? Nõnne mirabilis nobis ista res videtur, & terribilis, vt etiam videre nolimus, sed timeamus & tremamus ad ipsum aspectũ? Quid autem, dic mihi, difficilius, quàm contum in fronte portare, & impositum puerum variis modis gesticulantem, ibidem baiulare, & delectare spectantes? Quid autem difficilius, quàm gladiis pilarum more ludere? Quid autem grauius, dic mihi, quàm profundum pelagi scrutari? Et innumeras alias artes quis dicere posset: sed omnibus istis facilior est virtus, si voluerimus & in cœlum ascendere. Velle enim hic opus est tantum, & omnia sequuntur. Non potes enim dicere, non possum: neque accusare potes
C conditorem. Si enim impotentes nos fecit & deinde imperat, culpa eius est. Quo modo ergo inquis, multi non possunt? Quo modo ergo multi nolunt? Si enim voluerint, omnes poterunt: propter hoc & Paulus dixit: Volo omnes homines esse sicut meipsum. Quo- 1.Cor.7.b niam sciebat quòd omnes poterant esse sicut ipse. Nequaquam enim hoc diceret, si impossibile esset. Vis fieri? Principium tantum apprehende. Dic autem mihi: in artibus cunctis, cum voluerimus in eis perfecti fieri, num sufficit nobis velle, an non etiam aggredimur ipsas res? Veluti quod dico: Vult aliquis fieri gubernator, non dicit volo, & hoc ei sufficit, sed etiam rem ipsam aggreditur. Vult fieri negociator, non dicit volo tantum, sed etiam rem ipsam aggreditur. In longinqua vult proficisci, non tantum dicit volo, sed etiam rem ipsam aggreditur. Et sic in omnibus non sufficit velle tantum, sed etiam opus oportet addere. In cœlum
D autem volens ascendere, dicis tantum, volo? Quo modo ergo dicebas, inquis, quia velle sufficit? De voluntate dixi, cui sit adiunctum opus ipsum, quæ laboranti in ipsa re concertet. Habemus quippe cooperatorem & adiutorem deum, tantum velimus, tantum opere accedamus ad rem ipsam, tantum curam geramus, tantum in mentem ponamus, & cuncta sequentur. Si vero dormierimus, & stertentes speremus intrare in cœlũ, quando poterimus hæreditatem cœlorum apprehendere? Velimus ergo, obsecro, Velimus. Quid omnia ad præsentem vitam negociamur, quam cras derelinquemus? Assumamus igitur virtutem, quæ nobis in perpetuum sufficiet, in qua erimus semper, & æternis bonis fruemur: quæ nos omnes contingat adipisci in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, vnà cum sancto spiritu, gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Homilia xvij. ex cap. ix.

NON enim in manufacta sancta introiuit Christus exemplaria verorum, sed in ipsum cœlum, vt appareat nũc vultui dei pro nobis. Neque vt sæpe offerat seipsum, quemadmodum põtifex intrat in* sancta per singulos annos in sanguine alieno, alioquin oportebat eum sæpius pati à constitutione mundi. Nunc autem semel in consummatione seculorum ad destructionem peccati per hostiam suam apparuit. Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium: sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata, secundo sine peccato apparebit omnibus expectantibus se in salutem. Alta sapiebant Iudęi de templo & tabernaculo, propter quod dicebãt: Templum domini, templum domini, templum domini. Neque enim alibi in terra constructũ erat tale templum, siue quod ad sumptum, siue quod ad pulchritudinem, aut aliud quicquam attinet. Deus enim qui imperauerat, iusserat illud cum multa magnificentia fieri, quia & illi corporalibus magis attrahebantur & allicie- B bantur. Capitella quippe columnarum habebat aurea in parietibus, & licet vnicuique volenti in secundo libro Regum, & in Ezechiele hoc cognoscere, & quanta auri talenta expensa sunt in illo tempore. Secundum vero ædificium, clarius factum est, & in pulchritudine, & in aliis omnibus. Et non ex hoc solum erat venerabile, sed etiam quod vnicum erat. Omnes quippe à finibus terræ illuc veniebant, siue ex Babylonia, siue ab Aethiopia. Et hoc manifestans Lucas in Actibus dicebat: Erant illic habitantes, Parthi, & Medi, & Elamitæ, & qui habitant Mesopotamiam, Iudæam, & Cappadociam, Pontum, & Asiam, Phrygiam, & Pamphiliam, Aegyptum, & partes Libyæ, quæ est iuxta Cyrenem. Ex omni ergo vndique mundo illuc conueniebant, & multum erat nomen illius templi. Quid ergo Paulus facit? Quemadmodum enim in sacrificiis ita & hic facit. Sicut enim illic mortem opposuit Christi, sic etiam & hic cœlum totum opponit templo. Et non hoc solum differentiam ostẽdit, sed etiam hoc quod pontificẽ quàm proximè ad deum constitutum esse subiicit: Vt appareat, inquit, vultui dei. Proinde non ex cœlo tantum, sed etiam ex ingressu rem venerabiliorem facit. Non enim simpliciter sicut hic per signa quædam, sed ipsum deum videt illic. Intueris quia accõmodationis ac demissionis gratia vbique humilia dicta sunt? Quid iam admiraris si interpellat, cum eum cõstituat veluti sacerdotem? Neque vt frequenter semetipsum offerat, sicut pontifex. Neq; enim in manufacta sancta ingressus est, inquit, Christus exẽplaria verorum. Igitur illa sunt vera, hæc autem exemplaria. Etenim templum ita constructum est, sicut cœlum cœli. Quid dicis? Nisi intauerit in D cœlum, non apparebit deo, qui vbique est, & omnia implet? Intueris quia carnis sunt hæc omnia? Vt appareat, inquit, vultui dei pro nobis. Quid est, pro nobis? Cum sacrificio ascendit, inquit, quod potuit propiciare patrem. Quid enim, dic mihi? Ipse erat inimicus? Angeli inimici erant, ipse non erat inimicus. Quia enim angeli inimici erant, audi quid dicit: Pacificauit quæ in terris, & quæ in cœlis sunt. Proinde & ipse introiuit in cœlum, nunc vt appareat vultui dei pro nobis, nunc vt appareat, sed pro nobis. Neque frequenter offerat semetipsum quemadmodum põtifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno. Intuere quãtæ differẽtiæ, sępe & semel, in sanguine alieno & sangũine proprio multum interest. Ipse ergo & sacrificium, & sacerdos, & hostia. Si enim non hoc esset, multa oportebat etiam sacrificia offerri, sæpius oportebat crucifigi. Alioquin oportebat eum, inquit, sæpius pati à constitutione mundi. Hic etiam quiddã velauit. Nunc autem, inquit, semel in consummatione seculorum. Quare in cõsummatione seculorum? Post multa peccata. Si enim à principio facta fuissent & postea nemo credidisset, nõ oportuisset autem secundo eum mori: infructuosa fuissent omnia. Quia vero postea multa erant peccata, merito tunc apparuit: quod etiam alibi dicit: Vbi abundauit peccatum, superabũdauit & gratia. Nunc autem, inquit, semel in consummatione seculorum ad destructionem peccati per sacrificium suum apparuit. Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium deinde dicit: Et semel mortuus est. Quia vna morte redemptio facta est. Institutum est, inquit, hominibus semel mori. Hoc ergo est, semel mortuus est pro omnibus. Quid ergo? Non morimur morte illa? Morimur quidem, sed nõ permanebimus in illa, quod etiam neque mori est. Mortis enim tyrannis, & mors reuera est illa, quando nunquam permittitur mortuus ad vitam reuerti. Quando vero post mortem viuendum erit, & vitam meliorem, non est mors illa, sed dormitio. Quoniam ergo omnes retentura erat mors, propterea mortuus est, vt nos liberaret. Sic & Christus, inquit, semel oblatus est. A quo oblatus est? Manifestum quòd per semetipsum. Hic neque sacerdotem eum dicit solum, sed & victimam, & sacrificium, propter hoc oblatus est. Ad multorum auferenda peccata. Quare multorum & non omnium? Quia non omnes crediderunt. Pro omnibus quidem mortuus est, hoc est, quantum in ipso est. Sufficiebat mors illius ad medendum omnium mortalium perditioni: non autem omnium peccata abstulit, propterea quòd noluerunt. Quid autem est, sustulit peccata? Sicut enim in oblatione sursum offerimus peccata, & dicimus, siue volentes, siue no- C lentes peccauerimus, indulge: hoc est, mentionem eorum facimus primum, & tunc remissionem petimus: sic etiam & hic factum est. Et vbi hoc fecit Christus? Audi eum dicentem: Et pro illis ego sanctifico meipsum. Ecce obtulit peccata, sumpsit ea ab hominibus, & obtulit illa sursum patri: non vt aliquid decernat aduersus eos, sed vt ea dimittat. In secundo sine peccato videbitur, inquit, expectantibus se in salutem. Quid est sine peccato? Vtpote qui non peccauerat. Non enim debitor mortis mortuus est, neque propter peccatum. Sed quo modo videbitur? Puniens, inquit. Sed non hoc dixit, sed quod festiuum & gratum est. Sine peccato videbitur expectantibus se in salutem. Vt iam de cætero non opus habeant sacrificio, vt saluentur, sed ipsis hoc faciant operibus. *Vmbram enim habens*, inquit, *lex bonorum futurorum, non ipsam imaginem rerum.* Hoc est, non ipsam veritatem. Vsquequo enim veluti in pictura circunducat quis colores, vmbra quædam est: cum vero flores ipsos colorum inunxerit & imposuerit, tunc imago efficitur. Tale quiddam etiam erat lex. Vmbram, inquit, habens lex bonorum futurorum, non ipsam imaginem rerum, hoc est, †sacrificium remissionis. *His hostiis quas easdem offerunt indesinenter, nunquam *potest accedentes perfectos facere. Alioqui cessassent offerri, ideo quòd nullam haberent vltrà conscientiam peccati, cultores semel mundati, sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit: Impossibile enim est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Ideo ingrediens mundum, dicit: Hostiam & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi: holocautomata & pro peccato non tibi placuerunt, tunc dixi: Ecce venio, in capite libri scriptum est de me, vt faciam deus voluntatem tuam. Superius dicens,*

*Codex græcus veron. habet ī sancta sanctorum, & paulo post idem iterum repetit.

Hier. 7. a

1. Reg. 12. g

Ezech. 4. a

Act. 2. b

Ephes. 1. b

Cap. X.

† sacrificium remissionis.

* Deest, id est, non sunt in plurali vt ibi habet Theophryl.

Psal. 39. b

Ioan. 17. c

dicens, quia hostias & oblationes & holocautomata, & pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi, quæ secundum legem offeruntur, tunc dixit: Ecce venio vt faciam deus voluntatem tuam. Aufert primum vt sequens statuat. Vides iterum præcellentiam? Vna est, inquit, ista hostia, illæ autem multæ sunt: propterea enim nec fortes erant, quia multæ. Quid autē opus erat multis, dic mihi, vna sufficiente? Proinde quòd multæ & semper offerebantur, ostendit quod nunquam qui offerebant purgabantur. Sicut medicamentum quando fuerit forte, & salutis efficax, & valens cunctam valetudinem repellere, semel impositum totum perficit. Si ergo semel impositū totum perfecerit, ostendit suam virtutem, vt non vlterius apponatur: & hoc est eius opus, vt iam non apponatur. Si vero semper apponitur, manifestum indicium est, nihil illud præualuisse. Medicamanti quippe illa virtus est, vt semel imponatur, & non frequenter: sic etiam hic. Qua tandem ratione eisdem sacrificiis semper curabantur. Si enim ab omnibus fuissent liberati peccatis, nequaquam per singulos dies obtulissent sacrificia. Etenim erant definita, vt semper offerrentur pro omni populo & in vespera, & in die. Proinde accusatio peccatorum fuit, non solutio, quod fiebat: accusatio infirmitatis, non virtutis ostensio. Quoniam quippe prima hostia nihil valebat, etiam secunda offerebatur: quia etiam ipsa nihil proficiebat, altera item: proinde redargutio peccatorum istud est. In eo enim quòd offerebantur, redargutio peccatorum: in eo autem quòd semper, redargutio infirmitatis. In Christo autem contrarium habetur. Semel oblatus est. Nam quæ formam habent alicuius, tantum exemplar ostendunt, non autem virtutem: sicut in imaginibus, exemplar hominis habet imago, non etiam virtutem. Proinde veritas & exemplar cōmunicant inuicem. Exemplar enim æquale est: virtus autem nequaquam: sic etiam in cœlo, & in tabernaculo, quippe æquale exemplar est. Sancta enim erant: virtus autem, & cætera non
Suprà 9.g eadem. Quid autē est ad destructionem peccati, per sacrificium apparuit, Quid est destructio? Hoc est, contemptus. Non iam fiduciam habet. Reprobatū est enim peccatum, debens quidem recipere vltionem, non accipiens autem, hoc est, violentiā passum est, quando sperabat se omnes interempturum, tunc ipsum interemptū est. Per sacrificium suum apparuit: hoc est, manifestus est effectus deo, ad quem accessit. Non enim quia sacerdos sæpius hoc faciebat in anno, propterea frustra iam hoc efficitur, si tamen fit. Quid enim opus erat medicamentis, non existentibus vulneribus? Propter hoc imperauit, inquit, semper offerri propter infirmitatem, vt & memoria peccatorum fieret: Quid ergo nos? Nōnne per singulos dies offerimus? Offerimus quidem, sed ad recordationem facientes mortis eius. Et vna est hęc hostia, non multæ. Quo modo vna est & nō multæ? Quia semel oblata est, oblata est in sancta sanctorum: hoc autem sacrificium exemplar est illius, idipsum semper offerimus. Nec nunc quidem alium agnum, crastina alium, sed semper eundē ipsum. Proinde vnum est hoc sacrificium, hac ratione. Alioquin quoniam in multis locis offertur, multi Christi sunt? Nequaquam, sed vnus vbique est Christus, & hic plenus existens, & illic plenus, vnum corpus. Sicut enim qui vbique offertur, vnum corpus est, & non multa corpora: ita etiam & vnum sacrificium. Pontifex autem noster ille est qui hostiam mundantem nos obtulit: ipsam offerimus & nūc, quæ tunc oblata quidem, consumi non potest. Hoc autem quod facimus, in commemorationem quidem fit

A eius quod factum est. Hoc enim, facite, inquit, in meam *Luc.22.b* commemorationem. Non aliud sacrificium, sicut pontifex, sed idipsum semper facimus: magis autem recordationem sacrificij operamur. Sed quia sacrificij Morale. huius mentionem feci, volo pauca ad vos initiatos dicere, pauca quidem mensura, magnam autem habentia virtutem, & vtilitatem. Non enim nostra sunt, sed diui- *De eucha-* ni spiritus, quæ dicuntur. Quæ ergo sunt? Plurimi ex *ristico sa-* hoc sacrificio semel accipiunt in toto anno, alij bis, alij *crificio.* sæpius. Ad omnes ergo nobis sermo est, non ad eos qui hic sunt tantum, sed etiam ad eos qui in eremo sedent. Illi enim semel in anno participantur, fortassis enim & post duos annos. Quid ergo est? Quos magis acceptabimus? Eōsne qui semel, an eos qui sæpius, an illos qui raro accipiunt? Neque illos qui semel, neque qui sæpius, neque qui raro: sed eos qui cum munda conscien-
B tia, qui cum mundo corde, cum vita irreprehensibili, isti semper accedant. Qui vero tales non sunt, neque semel. Quid ita? quia iudicium sibi accipiunt, & damnationem & supplicium. Et non mireris. Sicut enim cibus naturaliter nutritorius existens, si in eum, qui prauis cibis corruptus est incidat, omnia perdit & corrumpit & efficitur occasio morbi: sic etiam ista quæ ad hæc terribilia pertinent sacramenta. Frueris mensa spiritali, mēsa regali, & iterum polluis cœno os tuum? perungis vnguento precioso, & iterum fœtoribus illud imples? Dic mihi, rogo, cum demū annuo reuoluto tempore communices: quadraginta dies putas tibi sufficere ad mundationem peccatorum totius temporis? & iterum septimana transeunte tradis teipsum sordibus primis? Dic enim mihi, si saluus factus quadraginta diebus ab ægritudine longa, iterum te illis morbificatoribus cibis tra-
C das, nōnne & primum laborem perdes? Si enim naturalia sic mutantur, quanto amplius voluntaria? Vtputa, naturaliter videmus, & sanos habemus oculos secundum naturam: sed aliquando ex mala quadam affectione lęditur noster obtutus. Si igitur naturalia mutantur, quanto amplius quæ ad volūtatem pertinent? Quadraginta dies tantum tribuis saluti animæ tuæ: arbitror autem, quia neque quadraginta dies, & speras propiciari deum? Iocaris ne, dic quæso, Hæc dicens non ab vna *De exclu-* in anno perceptione vos veto, sed volo semper vos ac- *dendis ma-* cedere: sanctis hæc concessa sunt. Hoc etiam diaconus *lis.* insonat in illa hora sanctos vocans, & per hanc vocem veluti maculas inspiciens. Sicut enim in grege, vbi multæ quidem sanæ sunt pecudes, multæ autem scabie plenæ sunt, necesse est vt hæ prohibeantur à sanis: sic etiam in ecclesia, quoniam aliæ quidem sunt sanæ pecudes, aliæ autem viciatæ: per hanc vocem dirimit has ab il-
D lis, penetrans vbique per vocem illam tremendam sacerdos sanctos vocans, & attrahens. Quia enim impossibile est hominem scire interiora proximi, quis enim scit hominum, inquit, quæ sunt hominis nisi spiritus ho- *1.Cor.2.c* minis, qui in ipso est? hanc emittit vocem postquam sacrificium perficitur, vt nullus simpliciter & quo modolibet ad fontem spiritualem veniat. Etenim in grege, nihil prohibet eodem iterum exemplo vti, morbidas quidē intrò recludimus, & in tenebris habemus, & alia nutrimenta tribuimus neque ex aëre mundo, neque ex pascuis puris, neque ex fonte, qui foris est, eas permittimus sumere. Et hic igitur ipsa vox pro vinculis quibusdam est. Non potes dicere: Nesciebam, ignorabam: quia periculum sequitur hanc causam. Maxime autē & Paulus testificatus est hanc causam. Sed dicis, non legi: non est hæc excusatio, sed crimen. Per singulos dies intras

ecclesiam, & adhuc istud ignoras? Veruntamen vt neq; hanc tibi excusationē inuenias, propterea in altiori loco vans magna voce & trementi cōclamat, veluti quidam præco, manus sustollens in altum, altius etiam ipse stans, omnibus manifestus efficitur, †& manu illa tremenda, & continua voce reclamans, alios quidem vocat, alios autem prohibet, non manu hoc faciens, sed lingua clarius, quàm si manu hoc faceret. Vox enim illa in auditū irruens nostrum, veluti manus, alios quidem expellit, & excludit, alios autem introducit & repræsentat. Dic enim rogo, in Olympiacis certaminibus, nōnne stabat præco, & magnum atque altum clamans, & dicens: Si quis hunc accusat, ne forte seruus est, ne forte fur, ne forte malignorū morum, quanuis certamina illa non sint animæ, neque morum, sed fortitudinis corporalis. Si itaq; vbi corporum versatur exercitatio, multa inquisitio efficitur voluntatis: quanto magis hic vbi totum certamen gerit anima? Stat igitur nunc etiam præco noster, non caput vniuscuiusque continens & producens: sed omnia simul capita interiora continens & non eis constituit alios accusatores, sed ipsos sibi. Non enim dicit: Si quis forte hunc accusat. Sed quid? Si quis seipsum accusat: quando enim dicit sancta, sanctis hoc dicit. Si quis non est sanctus, non accedat. Non simpliciter dicit à peccatis mūdus: sed, sanctus. Sanctum enim non mundatio peccati tantum facit, sed etiam præsentia spiritus, & bonorum operum opulentia. Non enim, inquit, volo à cœno vos solum mundos esse, sed etiam albos esse, & pulchros. Si enim rex Babylonius ex captiuitate eligens iuuenes, honestos forma, & decoros facie elegit: multo amplius & nos adstantes mensæ regali honestos specie animæ esse oportet, ornatum habentes aureum, stolam mundam, calceamenta regalia, vultū animæ formosum, oportet eam ornatu aureo circundatam esse, cingulum veritatis habere. Talis accedat, & calicem tangat regalem. Si autem quis pannis est sordidis obsitus, & illuuie plenus, & ingredi mensam regalem voluerit, attende quanta patietur, non sufficientibus quadraginta diebus mundare illum ab his, quæ in toto tempore deliquit. Si enim gehenna non sufficit, quanuis æterna est (propterea enim æterna est) quanto minus breue istud tempus. Neque enim pœnitentiam validam demonstrauimus, sed debilem. Eunuchos maxime oportet adstare regi: eunuchos dico albos mentem, nullam habentes sordem, neque maculam, excelsos intelligentia, oculum animæ mansuetum habentes, & acutum videntem, circunspectum & agilem: sed nō somnolentum, neque supinum, honestate multa plenum, longe ab impudentia & à supinitate, vigilem, sanum, neque tristem valde & à mœrore deiectum, neque diffusum, & humidum. Hunc nos oculum efficere possumus & ad videndum acutum facere, & pulchrum: quando cum non ad fumum adducimus, neque ad puluerem. Tales quippe sunt cunctæ res humanæ. Sed ad auram tenuem, ad leuem aërem, & conspicuum, & excelsum, & silentio multo plenum, & munditia, & multa delectatione recreamus illum velociter, & confortamus ex deliciis tantæ contemplationis. Vides opulentias & diuitias multas, non adducas illuc oculū tuum: cœnum est hęc res, fumus est, vapor malignus, tenebræ, & angustiæ multæ, & curarum præfocatio. Vides hominem cultorem iusticiæ & suis rebus contentum, & multam habentem latitudinem & remissionem, nihil curantem, nullas solicitudines huius vitæ habentem, huc oculum tuum dirige, huc extolle, multo meliorem illum facies & clariorem: non terræ floribus ei delicias faciens, sed virtutis, hoc est, temperantia, manuetudine, & cæteris omnibus. Nihil enim sic perturbat oculum, sicut conscientia mala. Turbatus est, inquit, in ira oculus meus: nihil sic tenebrosum facit. Ex ista cum libera offensione, & facies eum vehementem & fortem, qui semper nutriatur †rebus bonis. Contingat autem omnes nos & istum eundem oculum, & alias animæ nostræ operationes, tales præparare & habere, quales vult Christus, vt imposito nobis capite nostro digni efficiamur, & ambulemus quo voluerit, qui dixit: Volo vt vbi ego sum, & isti sint mecum, vt gloriam meam videant: qua cunctos nos contingat perfrui, in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, vnà cū sancto spiritu, gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

†& alta voce in tremēdo illo silentio exclamans,

Ab exēplo Olympiacorum certaminum.

Psal.6.b

†spe bona.

Ioan.17.d

Hemilia xviij. ex cap. x.

SVperius cum dicit sacrificium & oblationem, & holocautomata, & pro peccato noluisti, neque placita sunt tibi quæ secundum legem offeruntur, tunc *dixi: Ecce venio vt faciam voluntatem tuam deus. Tollit prius vt secundum cō firmet, in qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel oblatam: & omnis quidem sacerdos adstabat quotidie ministrans, & easdem ipsas hostias frequenter offerens, quæ nunquam possunt auferre peccatum. Ipse autem vnam pro peccatis offerens hostiam, in perpetuum sedet in dextera dei: de cætero expectans donec ponantur inimici eius scabellū pedum eius, &c. Anterioribus quidem ostendit inutiles esse hostias ad integram mundationem: & formam magis eas esse, & in multis deficere: sed quia occurrebat ei hoc, id est si formæ erant, quo modo veritate veniente, vniuersæ non cessauerūt, neque discesserunt, sed adhuc celebrantur. Hoc ergo hic agit, ostendens quia iam nō celebrantur, neque velut formæ: non enim eas acceptabiles habet deus. Et hoc non ex nouo iterum testamento, sed ex prophetis ostēdit, ex superioribus temporibus proferens testimoniū, quòd iam desināt & cessent, & vanè cuncta hæc agant, qui semper spiritui sancto resistunt. Et ostendit ex abundanti nō nunc eas quieuisse, sed statim ex ipsa præsentia Christi. Et quo modo in nouissimis non eas soluerit Christus, sed iam antea solutæ sint, & tunc venerit? Ne fortè enim dicerent, quia & sine hoc sacrificio poteramus deo placere: *per illa expectauit ea redargui, & tunc aduenit. Sacrificium, inquit, & oblationem noluisti. Omnia quippe abstulit per hoc, & cum generaliter dixisset, dixit etiam & specialiter: Et holocautomata, & pro peccato noluisti. Oblatio autem erat quicquid extra sacrificium erat: Tunc dixi, ecce venio. De quo istud dictum est? De nullo alio, nisi de Christo. Hic nihil causatur de offerentibus, ostendens quia hæc non propter malignitates eorum non susceperit, sicut alibi dixit. Sed quia redarguta erat hæc res, & reprehensa erat, nullam habens virtutem, neque tempus aliquod opportunum: Quid ergo hoc sibi vult ad illud, quod sæpius offerebantur sacrificia? Non solum ex eo quod sæpius manifestū est, inquit, quia debilia sunt, & quia nihil profecerunt: sed etiam ex eo, quòd non ea acceptabilia habeat deus, veluti infructuosa & inutilia. Et alibi, inquit: Quia si voluisses sacrificium, dedissem vtique: ergo & propter hoc manifestat quia non vult. Proinde sacrificia nō sunt volūtatis dei, sed sublatio sacrificiorum: Ergo præter voluntatem dei sacrificant. Quid est, vt faciam voluntatem tuam? Meipsum, inquit, tradere, hoc est dei voluntas. In qua voluntate sanctificati*

Hebr.10.a

**δι' ἐναν. i. per illa, vel, per illos nempe prophetas.*

Psal.39.b

Psal.50.d

sanctificati sumus. Aut etiam aliud dixit. Quoniam sacrificia non mundant homines, sed voluntas dei. Proinde igitur sacrificare non est volũtatis dei. Et quid miraris, si nunc non est voluntatis dei, quando nec ex initio diuinæ voluntatis fuerit? Quis enim exquisiuit, inquit, ista de manibus vestris? Quo modo ergo ipse imperauit? Condescendens. Sicut enim dixit Paulus: Volo omnes homines esse, sicut & meipsum, in continentia. Et iterum, inquit: Volo iuuenes nubere, filios procreare: duas voluntates constituit, sed non ambæ eius sunt, etiamsi imperet: sed hæc quidem eius est, idcirco etiam sine cautione eam constituit, Illa autem non est eius, etiãsi ipse velit: propterea & adiũcta ratione proponitur. Primum enim cum accusaisset eas, quia luxuriabantur aduersus Christũ, tunc dixit: Volo iuuenes nubere, filios procreare: sic etiam hic non erat eius voluntas præcedens, vt sacrificia fierent. Sicut enim dicit: Nõ volo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Et alibi dicit, quia non solum voluit, sed etiam desiderauit hoc, quanuis contra sit, quæ superdispositа est voluntas. Quo modo ergo nõ vis? & quo modo alibi desideras? Quod validæ voluntatis est indiciũ. Sic & hic: In qua voluntate, inquit, salui facti sumus. Quo modo salui facti sumus? Per oblationem corporis Iesu semel. Et omnis quidem sacerdos stat per singulos dies ministrans, & easdem ipsas hostias frequenter offerẽs. Nam stare signum est ministrationis: ergo sedere signum est, vt ei ministretur. Iste autem cum vnã pro peccatis obtulisset hostiam, in perpetuũ sedet in dextera patris, de cætero expectans donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius. *Vna quippe oblatione perfecit in perpetuum eos, qui sanctificãtur, testificatur autem nobis & spiritus sanctus.*

1.Cor.7.b
1.Tim.5.c
Exec.18.g

Dixit, quòd illæ non offeruntur: & argumẽtatus est & ex scripturis, & sine scripturis, sed & dictum propheticum adhibuit dicẽs: Quia sacrificium & oblationem noluisti, dicit quidem quia dimisit peccata. Iterũ & hoc ex scripto testimonio approbat. Testificatur quippe nobis, inquit, spiritus sanctus. *Postquàm enim dixit. Hoc testamentum, quod testabor ad eos post dies illos, dicit dominus, dans leges meas in cordibus eorum & in mentibus eorum scribam eas: & peccatorum eorum, & iniquitatum iam non ero memor amplius. Porrò vbi est remissio horum, non est amplius oblatio pro peccato.* Ergo dimisit peccata quando testamentum dedit: testamentum autem per sacrificium dedit: si igitur dimisit peccata per vnam hostiam, non iam amplius opus est secũda. Sedet, inquit, in dextera dei de cætero expectans. Pro qua causa est ista dilatio? Vt ponantur, inquit, inimici eius sub pedibus eius. Vna quippe oblatione perfecit in perpetuum eos, qui sanctificãtur. Sed fortassis dicet aliquis, quare non confestim posuit? propter fideles nascituros. Vnde ergo certum, quia ponentur? Ex eo quòd dixit, quia sedet: Mentionem iterum facit testimonij illius, dicentis: Donec ponam inimicos eius sub pedibus eius. Inimici autẽ eius Iudęi sunt. Deinde quoniam dixit: Donec ponantur inimici eius sub pedibus eius. Vehementer autem vrgebant, huius gratia omnia quæ sequuntur ponit, quæcunque de fide loquitur. Qui sunt autem inimici? Infideles omnes & dæmones. Et hîc multam subiectionem significãs: non dixit: vt subiiciantur: sed, vt ponantur sub pedibus eius. Non igitur efficiamur ex numero inimicorum. Non enim soli inimici, qui infideles sunt: sed etiam isti, qui vita immunda pleni sunt. Prudentia autem carnis inimica est in deum. Legi enim dei nõ subiicitur, neque potest. Quid ergo, inquit? Non est hoc crimen: Et valde quidem crimen est. Malus enim vsquequo est malus, non subiicitur quidem, mutari autem & fieri bonus potest.

Hiere.31.f
Rom.8.a

Abiiciamus igitur intelligentias carnales. Quæ sunt autem carnalia? Quæcunque corpus quidem florere faciunt, & luxuriari, viciant autem animam: vtputa, diuitiæ, deliciæ, gloria, cuncta hæc carnis sunt, amor corporum. Nõ igitur amemus ampliora, sed paupertatẽ semper consectemur. Ista enim magnum bonũ est. Sed humilem facit, inquis, & infimum. Hoc quippe opus nobis est: multùm nãque nobis hoc cõducit. Paupertas quippe, inquit, humiliat virum. Et iterũ Christus dixit: Beati pauperes spiritu. An ideo doles, quòd viã habes ad virtutem ducentem: nescis quia ista multam fiduciam nobis tribuit? Sed sapientia, inquis, pauperis pro nihilo habetur. Et iterum alter quidam dixit: Diuitias & paupertatem ne dederis mihi, & ex camino paupertatis libera me. Quo modo autem si diuitiæ, & paupertas ex deo sunt, malum est paupertas aut diuitiæ? Quare ergo hæc dicta sunt? Hæc dicebantur in veteri testamento, vbi multa ratio diuitiarum habebatur, vbi paupertatis plurimus erat cõtemptus, vbi hoc quidem maledictum erat, illud benedictio: sed nunc nequaquam ita est. Sed vis audire paupertatis prædicamenta? Ipsam professus est Christus, & dixit: Filius autẽ hominis non habet vbi caput suum reclinet. Et iterum discipulis dicebat: Nolite possidere aurum, neque argentum, nec duas tunicas. Et Paulus scribens, dicebat: Tanquam nihil habentes, & omnia possidẽtes. Et Petrus dicebat ei, qui ex natiuitate sua claudus erat: Argentum & aurum non est mihi. Et in ipso veteri testamento, vbi in admiratione habebantur diuitiæ, quinam erant mirabiles? nonne Helias, qui præter melotidem nihil habebat? nonne Heliseus, nonne Ioannes? Nemo igitur sit humili & deiecto animo propter paupertatem: non est paupertas quę facit humilem, sed diuitiæ quæ cogũt quenquam opus habere plurimis, multis gratias habere compellentes. Quid Iacob erat pauperius, dic mihi? qui dicebat: Si dederit mihi dominus panem comedere, & amictum indui. Nunquid sine fiducia erant Helias & Ioãnes? Nonne ille quidẽ Achab redarguebat, hic autem Herodẽ? Iste quidem dicebat, non tibi licet habere vxorem Philippi fratris tui. Helias verò ad Achab cum fiducia dicebat: Nõ ego peruerto Israël, sed tu & domus patris tui. Vides quia hoc maximè facit fiduciam, hoc est paupertas? Nam diues seruus est, obnoxius existens damnis, & tribuens omni volẽti eum nocere. Ille autem nihil habens, proscriptionem non timet, neque condemnationem. Nequaquam ergo paupertas facit sine fiducia esse. Christus enim cum paupertate mittebat apostolos in causam fiducia opus habentem multa. Valde enim fortis est pauper, & non habet vnde iniuriam patiatur, vel lædatur. Diues vndique facilis est ad captiuandum: cõtingit eidem veluti si aliquis funes trahat multos, & lõgos, & facile sit eum apprehendere: sic etiam in diuite contingit. Sunt enim serui, aurum, argentum, & decem milia rerũ, & innumerę curæ, & discrimina multa, necessitates plurimæ, quæ omnibus eũ captu facilem reddunt: nudum autem haud facile quis capiat. Nullus igitur iam paupertatem calamitatis causam esse putet: si enim virtus assit: omnes diuitię mundi, neque vt lutum, neque vt stipula erunt illi comparatæ. Hanc igitur consectemur, si voluerimus intrare regnum cœlorum. Vende enim omnia tua, inquit, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo. Et iterum: Difficile est diuitem intrare in regnum cœlorũ. Vides quo modo etiamsi non adsit

Morale.
Matth.5.a
Prou.30.b
Matth.8.c & 10.a
2.Cor.6.b
Act.3.a
Gen.18.d
Marc.6.c
3.Reg.18.e
Matt.19.c
Ibidem.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

adsit accersi debeat? Tantum videlicet bonum est pau- A pertas. Est enim manuductrix quædã in via, quæ ducit ad cœlum, vnctio athletica, exercitatio quædã magna & admirabilis, portus tranquillus. Sed opus habeo plurimis, inquis, & nolo ab aliquo gratis accipere quicquã. Sed & hoc diues te miserior est: tu quidem fortassis cibum gratis postulas, ille autem pro decẽ milibus causis impudens existit, vt plura habeat. Proinde diuites magis sunt, qui †multa petunt, & quibus sæpenumero digni non sunt, Jvtputa, sæpius eos, qui in ordine militari sunt, & sæpe eò rediguntur vt iis qui serui sunt, opus habeãt: pauper autem neque ipso imperatore indiget, ac si opus habeat, magis in admiratione erit, quoniã ad hoc semetipsum demisit, cùm possit etiam diues fieri. Nemo igitur causetur de paupertate, tanquã causa sit multorũ malorum: neque contradicat Christo, qui perfectionem illam dixit esse virtutis, dicens: Si vis perfectus esse. Hoc enim ipse & verbis dixit, & operibus ipsis ostẽ- B dit, & per discipulos suos docuit. Sectemur ergo paupertatẽ. Maximum quippe bonum est paupertas vigilantioribus: fortasse nonnulli ex audientibus contradicunt, & non est mihi incredibile. Multus quippe est morbus apud plurimos hominum, & tãta pecuniarum tyrannis, vt nec vel verbis patiantur ei renũciare, quin & isti renunciationi contradicant: longè absit hoc ab anima Christiana, nihil enim opulentius eo, qui paupertatem sponte diligit, & cum alacritate suscipit. Quo modo autem hoc, inquit? Dicam: & si vultis ipso imperatore ditiorem esse pronũcio, eum qui sponte paupertatem elegit. Ille quidem opus habet pluribus, & in curis est constitutus, & veretur ne minus ei fiat, ad ea quæ necessaria sunt stipendiis militaribus: iste autem omnia affluenter habet, & de nulla re timet, & si timet, nõ pro tantis tamen. Quis, dic mihi, ditior est, qui per singulos C dies exigit, & festinat plura colligere, & timet ne aliquid ei deficiat: an ille, qui nihil colligens in affluentia multa consistit, & nullius eget? Fiduciam quippe virtus tribuit, & dei timor, non pecuniæ. Illæ nanque & in ser-
Eccli. 20. d uitutem redigunt. Munera, inquit, & dona excęcant oculos sapientium, & quasi frænum in ore auertunt correptiones. Considera quo modo pauper Petrus Ananiã diuitem vltus est. Nónne ille quidem diues erat, iste autem pauper? sed vide illum quidem cum authoritate lo-
Actor. 5. b quentem, & dicentem, Dic mihi, si tanti vendidisti agrum? illum autem cum subiectione dicentem, ita est, tanti. Sed quis dabit, inquis, mihi esse sicut Petrus? Licet tibi, sicut & ille fuit, esse, si volueris, proíice quæ possides: distribue: da pauperibus, sequere Christum, & eris talis. Quo modo, inquis? Ille signa faciebat. An istud est, dic mihi, quod Petrum fecit celebrem, an non fiducia, quæ erat ex conuersatione? Non aduertis Christum di-
Luc. 10. c centem. Nolite gaudere, quia dæmones vobis subiecti
Actor. 3. a sunt? Si volueris perfectus esse, audi quid dixit Petrus: Argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo, tibi do. Si quis habet argentum & aurum, illa nõ habet. Quid ergo? inquis, plurimi neque illa, neque ista habẽt. Quotquot sponte pauperes sunt, omnia bona habẽt. Si enim mortuos non resuscitant, neque claudos curant: attamen quod omnibus maius est, fiduciam habent ad deum. Audient enim in die iudicij, beatam illã vocem:
Matth. 25. c Venite benedicti patris mei (quid isto melius?) possidete præparatum vobis regnum à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi mãducare: sitiui & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me: nudus eram, & operuistis me: infirmus erã, & in carcere, & visitastis me. Possidete præparatum vobis regnum à cõstitutione mũdi. Fugiamus igitur cupiditatẽ, vt adipiscamur regnũ: nutriamus pauperes, vt nutriamus Christũ, vt cohæredes eius efficiamur, in Iesu Christo domino nostro, cũ quo patri, vnà cum spiritu sancto gloria, imperiũ, honor nũc & semper, & in secula seculorũ, Amẽ.

†multos rogant, & sæpius etiam indignos.

Homilia xix. ex cap. x.

Habentes ergo fratres fiduciam in introitum sanctorum, in sanguine Iesu Christi, quam nobis dedicauit viam nouã & viuam, per velamentum, hoc est †carnis suæ: & sacerdotem magnum in domo dei, accedamus cum veraci corde, in certitudine fidei, aspersa habentes corda à conscientia mala, & lauatum corpus aqua munda: retineamus confessionem spei non vacillantem. Habentes ergo fratres fiduciam in introitũ sanctorum, in sanguine Iesu Christi, quam nobis dedicauit viam nouam & viuam, Ostendit distantiam pontificis, & hostiarum, & tabernaculi, & testamẽti, & repromissionis, & multam differentiam. Siquidem illa quidẽ temporalia, hęc autem æterna: illa quidem de proximo pereuntia, hæc autem permanẽtia: illa quidem infirma, hæc autem perfecta: illa quidem figuræ, hæc autem veritas. Non enim iuxta legem mandati, inquit, carnalis: sed iuxta virtutem vitæ insolubilis, & tu es sacerdos in perpetuum. Ecce perpetuitas sacerdotis, & de testamento illo dixit, quod vetustum est. Quod autẽ veteratscit atque senescit, proximum est interitui. Hoc autẽ testamentum nouum, & remissionem peccatorum habens, illud autem nihil huiusmodi. Nihil quippe perfecit lex, *Supra. 7. c* inquit. Et iterum: Sacrificium & oblationem noluisti. *Psal. 39. b* Illud quidẽ manufactum, hoc autem nõ manufactum: illud quidem sanguinem hircorum habebat, hoc autẽ domini: illud quidem stantem sacerdotem, hoc autem sedẽtem. Quoniam igitur cuncta illa minora sunt, hæc autem maiora, propterea inquit: Habẽtes igitur fratres fiduciam, Vnde? sicut enim confusionem faciunt peccata, sic fiduciam omnium remissio peccatorum, & quòd cohæredes facti sumus, & quòd tanta dilectione fruimur. In introitum, inquit, sanctorum. Introitum hîc cœlum dixit, & accessum ad spiritalia. Quã dedicauit, hoc est, quam construxit, quam præparauit, & quam initiauit. Dedicatio quippe dicitur initium vtendi. Quã præparauit, inquit, & per quam ipse perrexit viam nouã & viuam. Et hîc certitudinem spei declarat, nouam dicẽs. Conatur enim ostẽdere cuncta maiora nos habere. Siquidem nunc apertæ sunt portę cœli, quod neque tempore Abrahæ contigit. Viam nouam, inquit, & viuentem. Prima enim mortis erat, ad infernum ducens: Ista verò vitæ, & non dixit vitæ, sed viuentem illam vocauit, hoc est, præcepta. Per velamentum, inquit, *carnis D suæ. Hæc quippe caro secabat primò viam illã ipsi, Dedicauit autem illã hac ratione, quoniam ipse in ea perrexit. Velamentum autem meritò vocauit. Cùm enim eleuatus esset in altum, tunc apparuerunt cœlestia. Accedamus itaque, inquit, cum veraci corde. In quo accedamus? Sanctitate, fide, spiritali cultura. In veraci corde, In certitudine fidei: quia nihil est visibile horũ: neque sacerdos iam, neque sacrificiũ, neque altare: quanquam nec ille sacerdos visibilis esset, sed intus staret: illi autem foris, hoc est, vniuersus populus. Hîc autẽ non solùm hoc effectũ est, quia sacerdos ingressus est in sancta, sed etiam quia nos intramus: propterea, inquit, in certitudine fidei. Potest quippe credi & simpliciter cũ hæsitatione, quales sunt nunc plurimi, dicentes: quoniã quorundam erit resurrectio, quorundam autem non.

carnis, vel, carnẽ, per appositionem

Hoc

Hoc non est fides. In certitudine, inquit, fidei. Sic oportet credere, quo modo certi sumus de visibilibus, & adhuc amplius. Hîc enim aliquãdo erratur, hoc est, in his quæ videtur: illic autem nequaquam: hic quidem sensu percipimus, illic autem spiritu. Aspersi corda nostra à conscientia mala. Ostendit quia non fides sola, sed etiam vita cum virtute quæritur, & vt nihil sibi quisque conscius sit malignitatis. Sancta enim ista non cum certitudine suscipiunt eos, qui non ita afficiuntur. Sancta enim sunt, & sancta sanctorum. Hîc autem homo nullus prophanus ingreditur. Illi autẽ corpus aspergebant, nos conscientiam. Proinde possumus etiam nũc aspergi eadẽ ipsa virtute. Et abluti, inquit, corpus aqua munda. Lauacrum baptismatis in hoc loco dicit: Baptismus enim corporum mundatio non est, sed animæ. *Fidelis enim est qui promisit.* Quid promisit? Quòd oporteat ire illuc, & intrare in regnum. Nihil igitur scruteris, neque rationes expetas. Fide opus habent nostræ causæ. *Et consideremus*, inquit, *inuicem ad prouocationem charitatis, & bonorum operum, non derelinquentes congregationem nostram, sicut cõsuetudo est quibusdam: sed exhortantes, idq; hoc magis, quod videtis appropinquantem diem.* Philip.4.a Et iterum alibi dicit: Dominus prope est, nihil soliciti sitis. Nunc autẽ propinquior est nobis salus. Tempus iam abbreuiatum est. Quid est nõ derelinquentes cõgregationem nostram? Scit ex cœtu & Matth.18.c congregatione multam esse fortitudinẽ. Vbi enim fuerint duo, vel tres, inquit, cõgregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Et iterum: Vt sint vnum, sicut & Ioan.17.b nos. Et iterum: Omnium erat cor vnum, & anima vna. Actor.4.f Nõ autem hoc solùm, sed quia etiam charitas augescit per cõgregationem. Charitatem autem auctam, necesse est etiam quæ dei sunt consequantur. Oratio autem, Actor.12.a inquit, intenta à populo fiebat, & rursum, vt sint vnum sicut nos, inquit, Secundum quod consuetudo est quibusdam. In hoc loco nõ solùm commonuit, sed etiam culpauit. Consideremus nos, inquit, inuicem ad prouocationem charitatis, & bonorum operum. Scit etiã hoc solere fieri ex congregatione. Sicut enim ferrum aliud ferrum reddit acutum, sic etiam cœtus charitatis facit augmentum. Lapis ad lapidem contritus, ignem emittit: quantò magis anima animæ commixta. Sed non ad æmulationem, inquit, sed ad prouocationem charitatis. Quid est ad prouocationem charitatis? Et amplius diligere & diligi. Et bonorum operum. Vt in hoc habeant æmulationem. Si enim facere, quàm dicere maioris virtutis est, quãtùm ad doctrinam pertinet, multos habetis etiam vos doctores in vestra multitudine per opera ipsa hoc facientes. Quid est, accedamus cum veraci corde? hoc est, sine simulatione. Væ enim, inquit, timido cordi, & manibus dissolutis. Nihil sit, inquit, falsum in nobis: nõ alia quidem dicamus, alia verò cogitemus, hoc enim mendacium est: neque simus pusillanimes, neque hoc enim cordis est veracis. Nõ credendo enim pusillanimitas efficitur. Quo modo autẽ erit hoc? Si certos per fidẽ nosipsos reddiderimus. Aspersi corda. Quare non dixit mundati? differentiam aspersionis volens ostendere, aliud quidem esse dei dicit, aliud autem nostrũ. Abluere quippe, & aspergere cõscientiam, dei est: cum veritate autem accedere, & in certitudine fidei, nostrũ est. Deinde etiam fidei dat propriam virtutem ex veritate & ex promittente. Quid est, abluti corpus aqua munda? Quæ mundos faciat, aut quæ non habeat sanguinem. Deinde subiungit iam quod perfectũ est, hoc est, charitatem. Non derelinquentes, inquit, cõgregationem nostram: quod facientes nonnulli, congregationes scindunt. Frater quippe à fratre adiutus, sicut ciuitas munita est. Sed consideremus nos inuicem ad prouocationem charitatis. Quid est consideremus nos inuicem? Si quis fuerit virtute præditus, hunc imitemur, in eum intendamus, vt diligamus & diligamur, Ex dilectione quippe bona opera fiunt. Magnum quippe bonum est ipsa cõgregatio: ipsa nanque charitatem reddit feruentiorẽ, & ex ea cuncta optima generantur. Nihil nanque bonum est, quod non per charitatem fit. Prouer.18.b

Istam igitur confirmemus inuicẽ. Plenitudo quippe Morale. legis charitas est: non enim labore opus habemus, aut Rom.13.c sudoribus: si dilexerimus inuicem, spontanea nobis via sternitur ducẽs ad virtutem. Sicut enim in via publica cõtingit, si quis initium eius apprehendat, recta via ducitur, & nõ habet opus vt manu ducatur: sic etiã in charitate, tantùm arripe principium, & statim manum tibi prębẽs ipsa te deducit, & dirigit. Charitas proximo ma- Ibidem.e lùm non operatur, non cogitat malũ. Consideret quisque semetipsum, quo modo afficitur erga seipsum, non sibi inuidet, omnia sibi comprecatur bona, omnibus se præhonorat, omnia sub se vult constituere. Si igitur & circa alios sic afficiamur, omnia mala soluuntur. Non erunt inimicitiæ, nõ cupiditas. Quis enim seipsum circunuenire volet? Nullus. Sed econtra habebimus communiter cuncta & cessabimus congregantes nobisipsis. Et hoc si fecerimus, retentio mali in corde locum non habebit. Quis enim velit retinere malum? quis velit sibiipsi irasci? nónne omnium maximè nobisipsis ignoscimus? Si ergo sic in proximos afficiamur, nũquam remanebit in corde mali retentio. Et quo modo possibile est hoc, inquis, diligere proximum sicut seipsum? Si non fecerunt etiam hoc alij, bene putas impossibile: si autem fecerunt, manifestum est, quia per negligentiam à nobis non efficitur: sed & aliâs nihil impossibile imperat Christus, in tantum vt etiam multi supergressi sint eius prœcepta. Quis ergo, inquis, fecit hoc? Fecit hoc Paulus, Petrus, omnis chorus sanctorũ. Sed si dicam, quia proximos dilexerũt, nihil magnum dico. Inimicos sic amauerunt, quo modo non amauit quisquam suos vnanimes. Quis enim suscipiat pro vnanimis in gehennã ire, cùm ire possit ad regnum? Nullus. At Paulus pro inimicis hoc susceptum habebat, pro lapidantibus & flagellantibus eum. Qualis ergo nobis erit venia, qualis excusatio, si ne minimã quidem charitatis portionem, quam ostendit circa inimicos Paulus, nos erga amicos ostenderimus? Et beatus item Moses ante istum pro inimicis Exod.32.g voluit lapidantibus eum, deleri de †libro dei. Et Dauid †libro vitæ rebellantes aduersus se videns interemptos, dixit: Ego 2.Reg.24.c pastor peccaui, & isti quid fecerunt? & Saulem inter ma- 1.Reg.24.a nus habens, occidere noluit, quin etiam saluauit, idque cùm ipse in periculo esset constitutus. Si autem hæc in veteri testamento, qualẽ veniam nos habebimus in nouo testamento conuersantes, & neque ad mẽsuram illorum peruenientes? Nisi enim abundauerit, inquit, iu- Matth.5.c sticia vestra plusquàm scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorũ. Cùm ergo etiam minus habeamus ab illis, quo modo intrabimus? Diligite, in- Luc.6.c quit, inimicos vestros. Dilige igitur inimicum, non enim illi præstas, sed tibi. Quo modo? Similis efficieris deo: ille igitur si ametur à te, nihil lucratur, à conseruo quippe dilectus est: tu autem si dilexeris cõseruum, magnum lucrum facies, & efficieris similis deo. Vides quia nihil gratiæ illi præstas, sed tibi: ipsum meritum enim non illi, sed tibi comparas. Quid ergo, inquis, si sit malignus? Tantò maior erit & merces, & pro malignitate sua

Universidad de Deusto
Biblioteca

sua debes illi gratiã,non secus quàm si impendisset tibi multa milia beneficiorum.Si enim non esset valde malus,neq; tibi merces valde crescceret.Proinde quòd procausa non amandi dicis, quia malignus est, hoc ipsum est causa amandi. Aufer contrarium certatorem, & auferes occasiones coronarũ. Non intueris athletas quomodo sacculos arena replentes ita exercitantur? tu autem opus non habes studium his impendere. Plena est vita humana exercitantibus te & faciẽtibus fortiorem: non vides quia & arbores quantò magis ventis cõmouentur,tantò amplius fortiores efficiuntur,& densę?Et nos igitur si fuerimus lõganimes, fortiores erimus. Vir longanimis,inquit,multus est in sapiẽtia: qui autem est pusillanimis,fortiter est stultus. Intueris quãta illius viri laus est,& quãta huius accusatio?fortiter,inquit,stultus,hoc est,valde stultus. Proinde non simus pusillanimes adinuicem.Non enim hoc ex inimiciciis cõtingit, sed ex pusillanimitate animæ.Si verò fuerit fortis, omnia facilè tolerabit,& nihil eam poterit demergere, sed ad tranquillos eam portus adducet:quod cõtingat nos omnes adipisci, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi,cum quo patri,vnà cum sancto spiritu gloria,imperium,honor,nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

Homilia xx. ex cap. x.

Postè nanque peccantibus nobis postquàm accepimus veritatis cognitionem, non relinquitur vltra hostia pro peccatis.Sed terribilis quædam expectatio iudicij,& ignis zelus consumpturus aduersarios,&c. Arbores quę bene plantatæ sint, & reliquam habuerint diligentiam,agricolarũ adhibitam manibus atque laboribus, si nullã referant laborum vicissitudinem,radicitus euulsæ,igni traduntur.Tale quiddam & in causa cõtigit baptismatis. Cùm enim nos Christus plantauerit, & irrigatione spiritali potiti fuerimus:si deinde nullum fructum afferamus, ignis nos expectabit gehennæ, & flamma inextinguibilis.Paulus igitur hortatur ad charitatem,& fructificationem bonorum operum, ex vtilibus inuitans. Quæ sunt autem hæc vtilia?Quoniam introitum habemus ad sancta,quam dedicauit nobis viam nouã.Postquã ex vtilibus inuitauit ad opera bona,vult etiam nũc ex metuendis,& tristibus idipsum facere. Postquàm enim dixit, Non derelinquentes congregationem nostram, quemadmodum quibusdam vsus est: sed,exhortãtes hoc amplius,quod videtis appropinquantem diẽ, intulit dicens:Sponte nanque peccantibus nobis,postquàm accepimus veritatis cognitionem. Opus est, inquit,bonis operibus,opus est, & valde opus. Spõtè nãque peccantibus nobis postquã accepimus veritatis cognitionem, vltra non relinquitur hostia pro peccatis. †Mundatus es, liberatus es à criminibus,factus es filius. Si ad primum vomitum reuersus fueris,iterũ te abdicatio expectat,& ignis,& huiusmodi alia:nõ enim est hostia altera.Hic iterum aduersum nos insurgunt qui pœnitentiam auferunt, & qui ad baptismum segnes accedunt. Illi quidem dicentes,quoniam nõ est tutum nos ad baptismum accedere,siquidem non est altera remissio. Isti autem dicentes, non est tutum dare peccatoribus sacramenta,siquidem non est altera remissio: quid ergo ad vtrosque dicemus? Quoniam in hoc non pœnitentiam excludit, neque propiciationem, quæ fit per pœnitentiam: neque repellit,& deiicit per desperationem delinquentem: non enim ita inimicus est salutis nostræ. Sed quid? secundum excludit lauacrum. Non enim dixit, non est vltra pœnitentia, neque dixit, non est vltra remissio:sed hostia,inquit,vltra nõ est:hoc est, crux secunda vltra non est, hostiam quippe hãc vocat. Vna nanque hostia perfecit in perpetuum eos qui sanctificantur, non sicut Iudaica. Propterea enim sursum ac deorsum tam multis disputauit de hostiis, quoniam vna est: non hoc solùm volens ostendere, quoniã differt à Iudaicis isto modo: sed etiam cautos nos volens efficere,ne speremus vltra,secundum Iudaicam legem, aliam hostiam. Sponte quippe peccantibus nobis, inquit.Vide quo modo pronum se ostendit ad veniã tribuendam. Sponte,inquit, peccantibus nobis. Proinde non sponte peccantibus,datur venia.Post cognitionẽ, inquit, veritatis, siue Christi, siue cunctorum dogmatum: vltra non remanet hostia pro peccatis. Sed quid? Terribilis, inquit, expectatio est iudicij, & ignis zelus consumpturus contrarios. Contrarios enim, non infideles dicit tantùm, sed etiam fideles contraria virtuti agentes, siue quia & domesticos ac familiares idem ipse ignis accipiet, qui & cõtrarios. Deinde consumpturum eos ostendit,dicens: Ignis zelus consumpturus est contrarios. Sicut enim bestia prouocata quæ est valde sæua & agrestis non cessat, donec apprehendat aliquẽ, & deuoret: sic etiam ille ignis tanquam aliquis zelo stimulatus,quemcunque apprehenderit,non dimittit,sed deuorat & dilacerat. Deinde etiam sermonem infert comminationis, quod istud meritò fiat, quod iustè id quod ad fidem proficit, cùm ostenderimus, quia iustè aliquid fit. *Irritam nanque quis faciens legem Mosi*, inquit, *sine miseratione coram duobus vel tribus testibus moritur.* Sine miseratione, inquit,vt nulla sit venia, nulla misericordia, quanquàm Mosi esset illa lex.Plurima nanque ipse disposuerat. Quid est coram duobus vel tribus? Si duo vel tres testificati fuerint, confestim iudicium dant. Si igitur in veteri testamento, vbi lex Mosi irrita fit, tantum est ac tale supplicium: *Quantò putatis,peius merebitur supplicium: qui filium dei conculcauerit,& sanguinem testamenti cõmunem existimauerit, & spiritum gratiæ contumelia affecerit?*

Deut.17.

Et quo modo conculcat quisquam filium dei? Quando qui ipsius est particeps in mysteriis, peccatum committit, inquit, nónne illum conculcat? nónne ipsum contẽnit? Sicut enim ea quæ conculcamus,nullius momenti pendimus: sic & qui peccant, Christum nullius momenti existimant, & sic peccant. Factus es corpus Christi, & tradis teipsum diabolo, vt conculces Christum? Et sanguinem, inquit, communem iudicauerit. Commune quid est? Immundum, siue quod nihil amplius à cæteris habet.Et spiritum gratiæ contumelia affecerit.Qui enim beneficium non susceperit,iniuria afficit benefacientem: fecit te filium,tu autem vis fieri seruus:venit ad habitandum apud te: tu autem adducis ei cogitationes malignas. Christus habitare voluit apud te, tu autem eum conculcas per crapulam, per ebrietatem. Audiamus qui indignè sacramẽtorum participes sumus, audiamus qui indignè ad mensam illam accedimus. Nolite,inquit,sanctũ dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos,ne fortè conculcẽt eas pedibus suis: hoc est, ne contemnant, ne respuant. Sed nõ hoc dixit,sed quod terribilius est, ex terribilioribus coartat animas audientium Sufficiens enim erat etiam hoc ad conuertendũ eos,non minus quàm consolatio,& simul differentiam & supplicium ostendit,& iudicium ipsis relinquit, vtpote de re clara, & quæ manifestè constaret.Quantò ergo arbitramini,inquit, peius mereri supplicium. In hoc loco videtur mihi & de mysteriis aliquid significare.Deinde & testimoniũ subiungit

Matt.7.a

† renouatus es

Deut.32.c & Rom.12.d Psal.134.c

iungit dicens, *Horrendum est incidere in manus dei viuentis: scriptum est enim: Mihi vindictam, & ego retribuam. Et iterum: Dominus iudicabit populum suum.* Incidemus, inquit, in manus domini,& non in manus hominum. Sed nisi pœnitentiam egeritis,in manus domini incidetis.Istud horrendum,illud verò,nempe incidere in manus hominũ nihil est. Cum viderimus igitur quenquam hîc puniri non contremiscamus ad pœnam præsentem, sed contremiscamus ad futuram.Secundum misericordiã eius, & indignatio eius est, & super peccatores requiescet furor eius.Simul etiam aliud significat in hoc loco.Mihi, inquit,vindictã,& ego retribuam. De inimicis hoc dictum est,qui malè faciunt, non de his qui malè patiuntur. Hîc autem & consolatur eos, tantum non dicens, permanet in sempiternũ deus & viuit. Proinde etiamsi nunc nõ recipiunt, postea recepturi sunt: illos oportet cõgemiscere,nõ nos.Nos enim in illorũ incidimus manus, illi autem in manus dei. Neque enim qui patitur, aliquid malum patitur, sed qui facit:neque beneficium

Morale.

percipit,qui iniuatur,sed qui beneficium præstat. Hęc igitur scientes patientes efficiamur ad patienda mala, & prompti ad benefaciendum. Hoc autem poterimus, si pecunias, & gloriam contemnamus. Et qui has exuerit passiones,omnibus hominib⁹ erit liberior, & eo qui purpura induitur,locupletior. Intueris quanta fiãt mala propter pecunias:non dico quanta propter auariciã, sed in eo quòd affectione & passione quadam tenemur circa pecunias. Verbi gratia: si perdit aliquis pecunias, vitam ducit omni morte peiorem. Quid doles ô homo? quid lachrymas? quia te à cura custodiendi superflua liberauit deus?quia non sedes tremens & metuens? Dic itaque, si te quisquam alliget ad thesaurum, præcipiens vt illi semper assideas,& vigilem curã alienis impendas:nónne doleres,& difficulter ferres?Tu teipsum alligaueras vinculis pessimis, & quia illa seruitute liberatus es, doles? Verum quippe est, quoniam ex opinione veniũt & mœrores,& gaudia,veluti si aliena habeamus, sic ipsa custodimus. Nũc ad mulieres mihi sermo est: habet quædam mulier forsitan vestimentum ex auro cõtextum,& hoc excutit,& expuluerat, inuoluit linteaminibus mundis,cum cautela custodit, tremit super illud, & nõ eo fruitur. Aut enim moritur,aut vidua facta est,aut si horum nihil cõtingat, metuens ne assiduo vsu atteratur, & eo fraudetur, alio modo seipsam eo fraudat, cũ ei parcit. Sed dicis, quia illud dimittit alij: sed neque hoc certum est. Si verò etiam & alij dimittat,& illa similiter eo vtetur. Et si quis scrutetur in domibus, inueniet ex maxima parte preciosa vestimenta, quæ aliis excellũt, in maiori honore haberi, & non aliter quàm animatos dominos coli:Non enim vtitur eis assiduè, sed veretur, & tremit tineas, & alia huiusmodi rodere & comedere solentia.Remouet plurima,in vnguẽtis,& aromatibus ponit,& neque permittit,vt quorumuis conspectui pateant, sed ipsa sæpenumero illa cum viro suo diligenter ordinat,& cõtinet.Nónne rectè, dic mihi idololatriam, auariciam vocauit Paulus? Quantum enim illi honorẽ circa idola ostendunt,tantum & isti erga vestimenta sua, & circa ea quæ habent ex auro confecta.Vsquequo non cœnum istud euacuamus? vsquequo luto & lateribus adhærebimus? Sicut enim illi Aegyptiorum regi laborabant,sic & nos diabolo laboramus, & flagellamur multò grauioribus flagellis, quantò enim anima præstantior est corpore, tantò grauius curis flagellamur per singulos dies, & timore concutimur curam gerentes,& tremẽtes. Sed si voluerimus ingemiscere ad deum, si voluerimus ad eum respicere,mittet nobis non Mosen,neque Aaron,sed verbum suum & compunctionem donabit. Hoc autẽ verbum veniens, & apprehendens animas nostras, liberabit nos à seruitute amara,& educet nos de Aegypto infructuosa & inutili,& de studio nostro vanum habentẽ labórem,& de seruitute quæ nullũ habet lucrum. Illi quidem saltem aureis ornamentis sumptis,tanquã mercede laboris capta egressi sunt: nos autem nihil, atque vtinam nihil. Etenim etiam nos sumimus nõ aurea,sed Aegypti mala, hoc est peccata, & supplicia, & pœnas. Discamus igitur quid nobis sit vtile, discamus iniuriã pati,hoc enim est Christiani.Contemnamus pecunias, ne salutem nostram contemnamus. Contemnamus pecunias,& non contemnemus animã,ipsa est quæ subiicietur suppliciis: ipsa est quæ afficietur tormẽtis:illa hîc remanent,ista descendit illuc.Quare ergo,dic mihi,luges,& non sentis?hæc ad auaros dico, Ad eos verò qui ab auaris læduntur, ferte fortiter auaras illas impostu-

Psal.22.a

ras:seipsos interimunt illi,non vos.Vos quidem priuãt pecuniis, semetipsos autem propiciatione dei, & adiutorio. Qui autem illa nudatur,& si circundetur omnibus mundi diuitiis,omnibus erit egentior. Sicut & qui omnibus pauperior est,si istã habeat,omnibus erit opulentior.Dominus,inquit,pascit me,& nihil mihi deerit. Dic autẽ mihi,si haberes aliquem virum magnum, atq; mirabilem,& valde te amantem, & tui curam gerentẽ: deinde cognosceres quoniam semper victurus esset,& quòd non eum morte prẽuenires,& cuncta tibi impertiens, cum fiducia suis rebus nõ aliter quã tuis frui permitteret,nũ velles aliquid possidere? num etiam si omnibus nudus esses, ditiorem tamẽ te esse putares, illum habendo? Quid ergo luges, quia pecunias non habes? Sed cogita, quia ablatæ tibi sunt occasiones peccandi. Sed dices,quia quod habebã,amisi,sed acquisisti propiciationem dei.Et quo modo acquisiui,inquies? quia dictum est: Quare nõ iniuriam magis patimini? Dictum

1.Cor.6.b

est,quia beati qui omnia gratè suscipiunt.Intellige igitur quãto dei fauore potiturus sis, siquidẽ ista operibus ipsis ostenderis. Vnũ quippe tantùm à nobis quæritur, vt in omnib⁹ gratias agamus deo,& omnia habebimus abundãter. Vtputa: Perdidisti auri libras decem milia, age gratias confestim deo,& cẽtum milia acquisisti per vocem illã,& gratiarũ actionem.Dic enim mihi,quando beatum iudicasti Iob? Quando habuit illos multos camellos,& pecudũ greges,& armenta boum:an quando illam vocẽ emisit, Dominus dedit, dominus abstu-

Iob.1.d

lit?Etenim diabolus propterea nobis damna facit, non solùm vt pecunias nobis auferat, scit enim quia nihil sunt, sed vt propter has cogat nos dicere aliquid blasphemũ.Sic etiã in causa beati Iob,non hoc agebat tantùm,vt eum pauperem faceret,sed vt is blasphemiã ore proferret. Cùm ergo omnibus eum nudasset, attende quid dixerit ad eum per mulierem. Dic aliquid aduersus deum,& morere.Iniquissime,omnib⁹ eum nudasti, quid amplius quęris?Sed non hoc agebam,inquit:aliud est propter quod ista feci omnia, nondum ad quod volebam, profeci. Conabar enim nudare eum diuino auxilio,propterea eum pecuniis nudaui.Hoc est quod volo,illud autem nihil est,si hoc nõ fecerit:non solùm nihil læsus est,sed etiam iustior effectus. Intueris quia scit etiam malignus dæmon ille,quantum damnum est huius rei. Et adhuc vide illum per mulierem insidias consuẽtem. Aduertite omnes viri qui vxores habetis amatrices pecuniarum, & cogẽtes blasphemare deum. Recordamini

cordamini Iob. Sed videamus, si placet, eius etiã multã manſuetudinem, quo modo eam obmuteſcere fecerit: †& quid inquit? Velut vna ex inſipientibus mulieribus locuta es.] Verè corrumpunt mores bonos colloquia mala. Semper quidem, ſed maximè in ęrumnis, & in clades, tunc qui mala ſuadent, habent virtutem. Si enim etiam à ſeipſa anima prona eſt ad mœrores & anxietates: quantò magis cùm cõſultor, & ſuaſor affuerit? nõnne ad ipſum infernum demergitur? Magnũ quippe bonum eſt mulier, ſed etiam malum magnum: quòd verò malum magnum ſit, attende ex qua parte voluerit ſuffodere murum tam fortem. Non eum domuit, inquit, ablatio pecuniarum, nihil magnum operatum eſt hoc damnum. Propterea, inquit, Niſi in faciem tibi benedixerit. Intendis ad quid feſtinabat, ad quam rem aſpirabat? Si igitur gratè feramus, & hæc recipiemus: Etſi non receperimus, maior erit merces. Cũ enim certaſſet fortiter, tunc ei & hæc reſtituta ſunt. Cùm oſtendiſſet diabolo, quoniam non propter hæc eum coleret, tunc & iſta ei tribuit. Talis enim eſt deus noſter, cum nos viderit non affixos rebus ſecularibus & caducis, tunc nobis eas largitur. Cùm nos viderit ſpiritalia præponentes, tunc & carnalia donat: antè autem nequaquã, ne quando auellamur à ſpiritalibus. Cuſtodiens autem nos, nõ dat carnalia, vt vel volentes nolẽtes ab eis ſeparet. Nõ, inquis, ſed ſi accepero, ſaturabor, & magis gratias agã. Falſum eſt, ô homo, tunc enim maximè eris negligens. Quid ergo eſt, inquit, ꝙ plurimis tribuit? Vnde certum eſt, ꝙ ipſe tribuat? Et quis, inquit, alius tribuit? Auaricia eorum & rapina. Et quo modo, inquit, permittit hęc fieri? Sicut & homicidia, & furta, & violentias cæteras. Quid ergo, inquit, dicimus de his, qui ex parentibus ſuscipiunt hæreditates, qui & ipſi multis malis pleni ſunt? Quid hoc eſt, inquis, quo modo eos permittit deus his perfrui? Permittit eos ſicut & fures, & homicidas, & cæteros malè facientes. Non enim eſt tempus iudicij nũc, ſed conuerſationis bonæ. *Sicut iam dixi, & nunc iterum dico*, quia amplius luent ſupplicium, quando cunctis perfruuntur bonis, neque meliores efficiuntur. Nõ enim omnes æqualiter punientur, ſed hi qui etiam poſt beneficia mali permanſerunt, amplius punientur: qui autem cum paupertate vixerunt, non ita. Et quòd hoc ita ſit, audi quid dixerit ad Dauid: Nõne dedi tibi omnia domini tui? Cùm ergo videris iuuenem ſine laboribus hæreditate paterna ſuſcepta in malicia perſeuerantem, certè ſcito, quia ſupplicium ei adiicietur, & pœna creſcet. Nõ ergo hos æmulemur, ſed eos potius, qui virtutem ſuſcipiunt, qui diuitias ſpiritales poſſident. Vę enim, inquit, qui confidunt in diuitiis ſuis: Beati omnes qui timẽt dominum. Ex vtris eſſe mauis? dic mihi. Vtique ex his qui beatificantur: ergo hos æmulare, non illos, vt poſſis etiam illa bona, quæ eis repoſita ſunt, nanciſci: quæ contingat nos omnes cõſequi in Chriſto Ieſu domino noſtro, cum quo patri, vnà cum ſancto ſpiritu gloria, imperium, honor nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

†vt quid, inquit, velut vna ex inſipientibus mulieribus loquuta es? *Ibidem.* 2.c
1.Cor.15.d
Iob.2.b

Homilia xxi. ex cap. x.

Redeant autem vobis in memoriam priſtini dies, in quibus illuminati magnum certamen ſuſtinuiſtis paſſionum. Et nũc opprobriis & tribulationibus affecti ſpectaculum facti eſtis: nunc autẽ ſocij taliter patientiũ, nam & †vinctis compaſſi eſtis, & rapinas ſubſtantiarum veſtrarum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem in cœlis ſubſtantiam, & permanentem. Nolite itaque amittere confidẽtiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis neceſſaria eſt, vt voluntatem dei facientes, reportetis promiſſionem. Adhuc enim modicũ tem Abac.2.a poris, & qui venturus eſt veniet, & non tardabit: iuſtus autem meus ex fide viuit. Quòd ſi ſubtraxerit ſe, non placebit animæ meæ. Nos autem non ſumus ſubtractionis filij in perditionem, ſed fidei in acquiſitionem animæ. Optimi medicorum cùm altè fecuerint, & per inciſionem fecerint doloris augmentum, ſolatium ſtatim afferũt, & remedium illi loco, vbi dolor ineſt, & perturbatam refouent animam: poſtquàm autem recreauerint, alteram iam non adiiciunt ſectionẽ, quin etiam illa quę facta ſunt, medicaminibus mitioribus, & valentibus magnitudinem mitigare doloris, confouẽt: hoc etiam Paulus fecit. Poſtquàm enim concuſſit animas eorum, & compunxit mentione gehẽnæ: & fidem fecit, quia omnib⁹ modis oportet perire iniuria dei gratiam afficientem, & hoc ex lege Moſi docuit, quia perirent, & aliis teſtimoniis amplius hoc affirmauit dicens: horrendum eſt incidere in manus dei viuẽtis, ne multo timore deſperantem animam abſorberi faceret, conſolatur eos per laudes, & hortationes, æmulationẽ domeſticam eis proferens. Rememoramini, inquit, priſtinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen ſuſtinuiſtis paſſionum. Multa eſt conſolatio, vel hortatio, quæ ipſis fit operibus. Eũ enim qui aggreſſurus eſt rem aliquam, proceſſu temporis promouere oportet, tanquam ſi diceret, Mox atque in fidem inducti, & in ordine diſcipulorum eratis, tantam alacritatem demonſtraſtis, tantam fortitudinem, nunc autem minimè: & qui conſolatur vel hortatur, ex domeſticis ac familiaribus rebus maximè hoc agit. Et non ſimpliciter dixit, certamen ſuſtinuiſtis: ſed addidit, magnum. Et non dixit, tentationes, ſed certamen, quod eſt maximus titulus laudis, & maximarum prædicatio laudum. Deinde & exequitur minutatim, dilatans ſermonem ſuum, & laudes plurimas proferẽs: Quo modo hoc? Nunc quidem, inquit, opprobriis & tribulationibus ſpectaculũ facti. Grauis quippe res eſt opprobrium, & idonea ad animã ſubuertendam, & ad excæcandam mentem: Nam audi quid dicat propheta, Cùm dicunt mihi, inquit, per ſingulos dies, vbi eſt deus tuus? Et iterum: Si inimicus exprobraret mihi, ſuſtinerem. Quoniam enim valde appetens eſt gloriæ genus humanum, propterea etiam facilè opprobriis captiuatur. Et nõ ſimpliciter dixit. Opprobriis, ſed etiam cum multa fide hoc fecit, dicẽs, ſpectaculũ facti. Cùm enim quis ſecretò exprobratur, contriſtatur quidem: ſed multò amplius, cum coram omnibus. Dic enim mihi, quantum erat malum diſcedẽtes ab infirmitate Iudaica, & ad optimam vitam tranſeuntes, & paternas traditiones cõtemnentes, vt ab ipſis domeſticis paterentur multa mala, & nullam haberẽt defenſionem? Nõ poſſum, inquit, dicere, iſta quidem vos eſſe paſſos, doluiſſe tamen, immò magis gaudebatis. Et hoc ſignificauit, dicens: Socij taliter patientium facti. Et ipſos apoſtolos producit in medium. Nõ ſolùm, inquit, in propriis paſſionibus non erubeſcitis, quinetiam aliis taliter patientibus ſocij facti eſtis. Hoc & conſolãtis eſt & hortantis: non dixit, *ſuſtinete tribulationes meas, efficimini ſocij mihi: ſed, & veſtras adflictiones boni conſulitis, & vinculis meis compaſſi eſtis. Vides quia de ſeipſo dicit, & de aliis vinctis? Non enim putaſtis vincula eſſe illa vincula, ſed ſicut athletæ fortes, ſic ſtetiſtis: quia non ſolùm in veſtris opus non habuiſtis hortatione, vel conſolatione, verum etiam aliis hortatio & conſolatio facti eſtis. Et rapinas ſubſtantiarum veſtrarum cum gaudio ſuſcepiſtis. Papæ quanta fidei certitudo,

Hîc ſup.f

*φέρετε, id eſt, ſuſtinete, vel ſuſtinuiſtis.

†vinculis meis.

Pſal.48.b
Ibidẽ.11
1.Reg.9.c
Pſal.41.c
Ibid.54.c

titudo,deinde cauſam quoque ponit,nō ſolùm ad certamina eos exhortans, ſed etiam vt non commoueren tur in fide. Veſtras,inquit,diuitias diripi vidētes,ſuſtinuiſtis: quòd necdum apparet,tanquam præſens appareret,cernebatis:quod ſynceræ fidei eſt, & eā ipſis operibus oſtendiſtis. Nā rapina illa fortaſſis violentiæ raptorum adſcribitur, nullus enim forſitan potuit violentos prohibere. Proinde necdum hoc certum eſt. Et an propter fidem illam rapinam ſuſtinueritis.Quāuis hoc quoque certum ſit : Poteratis quippe, ſi voluiſſetis non ferre rapinam,abnegantes fidem. Sed quod iſto multo eſt amplius,hoc feciſtis, vt cum gaudio iſta toleraretis. Quod erat totum apoſtolicū opus, & dignum illis fortibus animabus, qui flagellati gaudebant. Reuertebantur enim, inquit, à facie concilij gaudentes, quia digni facti erāt pro nomine Ieſu inhonorari. Qui enim cum gaudio fert,oſtendit quia habet mercedem: & quia †patitur damnum: ſ fructus illi magnus fit illa res. Sed etiā quòd dixit ſuſcepiſtis, vltroneam eorum patientiā declarauit.Quoniam ſuſcepiſtis,inquit,cognoſcentes vos habere meliorem ſubſtantiam in cœlis, & permanentem: ac ſi diceret,firmam & ſtabilem:& quæ perire non poſſit, ſicut iſta terrena perit. Deinde laudans eos, dicit: Nolite itaque amittere confidentiam veſtram,quæ magnam habet remunerationem.Quid dicis? Non dixit, quoniam abieceratis & receperatis eam. Sed quid dixit?Quòd magis eos faceret fortiores,quia habetis illam, inquit, Quod enim amittitur, vt iterum acquiratur, labore multo indiget : quod autē tenetur ne amittatur,non item.Ad Galatas autem è contrario dicit:Filioli mei quos iterum parturio , donec formetur Chriſtus in vobis. Et meritò. Illi enim remiſſiores erant facti, propterea opus illis erat increpatiuo ſermone: iſti autem animo puſilliore erant, vnde mitiore magis ſermone opus habebant. Nolite itaq; amittere,inquit,confidentiam veſtram. Apparet ergo , quia in confidentia multa erant ad deum.Quæ magnā,inquit,habet remunerationem.Et quādo eam ſumemus, inquit?Ecce quæ ex nobis erāt, omnia facta ſunt. Propterea præoccupat eorum cogitationem, tantùm non dicēs, ſi in cœlis intelligitis vos habere ſubſtātiam meliorem,nihil in terra requiratis, ſed tantùm hîc patientia opus eſt : & non vt addatis,ſed vt in eiſdem ipſis permaneatis,vt nō abiiciatis quod vobis impertitum eſt. Nullo vobis alio opus eſt , niſi vt ſtetis ſicut ſtabatis , vt ad finem venientes,participetis repromiſſionem. Patientia,inquit, vobis neceſſaria eſt,vt voluntatem dei facientes,reportetis repromiſſionem. Vno opus habetis tantùm, vt perſeueretis , & expectetis futura , non vt iterum certetis, ad ipſam iam coronam proximi facti eſtis : certamina cuncta ſuſtinuiſtis, vincula,tribulationes,ſubſtātiæ veſtræ direptæ ſunt : quid eſt ergo, niſi quia de cæterò ad hoc ſtatis, vt coronemini ? hoc ſolùm, tolerate aduentū coronæ. O quanta magnitudo exhortationis & conſolationis,veluti ſi quis ad athletā hoc diceret,qui cunctos ſuperaſſet, ac deieciſſet, & nullum reliquum haberet,qui ſibi concertaret: & deinde futurum non niſi vt coronaretur,& dilationem ferre non poſſet,dum arbiter certaminis aduenire, qui coronā daret: ille autem impatienter ferens,vellet exire & fugere,non tolerans ſitim, & flammam æſtuationis. Hoc igitur & ipſe ſignificauit,dicens : Adhuc enim modicum temporis & qui venturus eſt veniet , & non tardabit . Et ne fortè dicerent, quando veniet, ex ſcripturis eos conſolatur. Etenim,†inquit,prope eſt ſalus noſtra. Ergo hoc dicit, ſcō-

Act.5.g

†nō patitur dānum,ſed

Galat.4.c

Ezech.13.d

†tum alibi dicit propior eſt noſtra ſalus,

A ſolatur eos tanquā paruū ſit tempus , adhuc reliquū. Et hoc nō ex ſeipſo dicit, ſed ex ſcripturis: ſi enim iam diu eſt, ex quo dicitur: adhuc enim modicum aliquantulū, qui venturus eſt veniet , & non tardabit : manifeſtum eſt,quia nunc multò propior eſt. Proinde & perſeuerare, & expectare non minima merces eſt. Iuſtus autem meus, inquit, ex fide †viuit.Quòd ſi ſubtraxerit ſe, non placebit animæ meæ . Magna eſt iſta conſolatio , & exhortatio,quando quis oſtendit eos qui totum iam perfecerunt, per modicam negligentiam,totum amittere: Nos autem,inquit,non ſumus filij ſubtractionis ad perditionem, ſed fidei, in acquiſitionem animæ. *Habac.2.a* *Ibidem.* *†viuet.ſic & poſtea*

Eſt autem fides ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum eorum quæ nō videntur : in hac enim teſtimoniū conſecuti ſunt ſeniores. O quàm mirabili verbo vſus eſt , dicens: Argumentum eorum quæ non videntur. Argumentū quippe eſt in rebus admodum manifeſtis:fides igitur viſio eſt,inquit,non apparentium,& ad eandem certitudinem ducit,ad quam etiam quæ videntur. Proinde neque circa ea quę vidētur, incredulitas locum habet: neque iterum fides dici poteſt,niſi cū circa ea quę non videntur,amplius quàm circa ea quæ videntur, certitudinē quis habuerit:Quoniam enim ea quæ ſunt in ſpe, ſine ſubſtantia eſſe putātur, fides eis tribuit ſubſtantiam : magis autem eis non tribuit,ſed ipſa eſt eſſentia eorum. Vtputa , reſurrectio necdum facta eſt, & necdum eſt in ſubſtantia , ſed ſpes facit eam ſubſiſtere in anima noſtra,hoc eſt quod dixit, ſubſtantia. Si igitur eſt argumentum eorum quæ non videntur : quid eſt quòd ea vultis iam videre, vt excidatis à fide, & deſinatis iuſti eſſe? Siquidem iuſtus ex fide viuit,vos autē ſi volueritis ea videre,iā non eritis fideles.Laboraſtis,inquit,certamina plurima ſuſtinuiſtis, etiam ego hoc dico,inquit,ſed expectate: hoc enim eſt fides.nolite hîc quęrere quę ſperatis. Hęc dicta quidē ſunt ad Hebræos,cōmunis eſt autem admonitio,etiam ad plurimos eorum, qui hîc congregati ſunt. Qualiter, inquit,& quali modo?ad puſillanimes & impatiētes iſta dicuntur.Cùm enim viderint malignos proſperitatem habere temporalem,ſemetipſos autem aduerſitatē,affliguntur, & impatienter ferunt, & deſiderant vltionem corū & vindictam, & ſibi mercedem laborum ſuorum iam reddi cupiūt.Adhuc enim modicum,inquit,& aliquantulum,qui vēturus eſt veniet.Et nos igitur ad negligentes iſta dicimus , quia omnibus modis erit vltio, omnibus modis ventura eſt , in ianuis eſt iam reſurrectio.Vnde hoc dicis,inquit? Nō dico ex prophetis,neq; enim ad Chriſtianos ſolos nunc ſermo eſt, ſed etiam ſi paganus ſit, confido valde , & approbationes affero, & eum doceo. Quo modo,inquit? Multa nanq; prædixit Chriſtus,ſi non euenerunt illa,neque iſtis credas: ſi autem euenerūt omnia illa,quid de reliquis dubitas? Eſſet fortaſſis difficile ad credendū,cùm adhuc nihil euenisſet illorū: nunc autem cùm illa euenerint vniuerſa, his reliquis nō credere,irrationabile eſt . Magis autem ſub exemplo hanc rem faciam clariorē:dixit Chriſtus,quia Hieroſolyma ad captiuitatem ventura eſt,& captiuabitur captiuitate,qualis non fuit antea, & quia nunquam reſurget vel inſtaurabitur:hoc iam euenit,& ipſo opere percepit effectum.Dixit itē,quia tribulatio erit magna: & ſimiliter euenit. Dixit, quia ſicut granum ſinapis ſeminatum,ita dilatabitur verbi prædicatio:& hoc videmus per ſingulos dies, per totum mundum diſcurrere. Dixit,quia qui derelinquunt patrē,aut matrem,aut fratres,aut ſorores,habebunt & patres,& matres: hoc ipſis operibus intuemur impleri. Dixit, quia tribulationem habebitis,

Abac.2.a

Luc.19.f

Matt.13. & Luc.13.d

Matt.19.d

Ioan.16.g

Moralē.

habebitis,ſed cõfidite,quia ego vici mundum: hoc eſt, nemo vobis prævalebit,& hoc rebus ipſis eueniſſe conſpicimus. *Matt.16.c* Dixit,quia portæ inferni non prævalebũt aduerſus eccleſiam, licèt perſecutionem patiatur: & quia nullus extinguere poterit eius prædicationẽ: huic prophetiæ teſtificatur experimẽtum ipſarum rerum, & tamen valde erat hoc incredibile,cùm diceretur. Quare? quia ſermones erant tantũ,& verba,& necdum illa demonſtratio prolata erat dictorũ: proinde valde credibilia nũc facta ſunt. *Ibidẽ.24.a* Dixit,quia cùm prædicatum fuerit hoc euangelium in omnibus gentibus,tũc veniet finis: ecce iam ad finẽ peruenimus. Maxima quippe pars mũdi euãgelizata eſt. Iam ergo finis inſtat,& imminet. Metuamus igitur dilectiſſimi. Quid autẽ eſt? dic mihi. Define tu ſolicitus es, & ecce finis prope eſt, ſed & vitæ finis vniuſcuiuſque prope eſt. *Pſal.89.c* Dies,inquit,annorum noſtrorũ in ipſis ſeptuaginta anni: ſi verò in potentatibus octuaginta anni. Prope eſt dies iudicij, timeamus itaq; fratres dilectiſſimi. *Pſal.48.b* Frater non liberat,liberabit homo? Multorum nos illic pœnitẽtia capiet,ſed in morte nullus cõfitebitur illi: idcirco dicit: Præoccupemus faciem *Ibid.44.a* eius in confeſſione: hoc eſt,aduentum eius, & præſentiam. Hîc enim quodcunque fecerimus, prævalet: Illic autem nequaquam. Si quis nos,dic mihi,in camino flãmante vel paruulo conſtituat tempore, nõnne cuncta tolerabimus vt liberemur? ſiue pecunia proferenda,ſiue ſeruitus toleranda ſit. Quot ſunt eorum qui in morbos acerrimos incidũt,& omnia dare prompti ſunt, vt ſaluentur, ſi eis optio proponeretur? Si igitur in hac vita morbus parui temporis ita nos afficit,& cõtriſtat: quid faciemus illic,vbi nulla erit vtilitas pœnitentiæ? Quantis nunc repleti ſumus omnes malis,& nõ ſentimus,inuicem mordemus,inuicem cõſumimus: iniuriantes,accuſantes, incuſantes, mordemur gloria proximorum. Et attende,quod peius eſt, cum voluerit quiſquàm ſuffodere opinionem, & famam proximi, dicit: hoc dixit ille de illo: Deus ignoſce mihi, noli me de hoc diſcutere, auditionis debeo rationem: quid ergo dicis? Quid dicis omnino, ſi non credis? quid dicis. Quid ex multo rumore certũ reddere conaris? Quid deportas vbique ſermonem, qui verus non eſt? tu ipſe non credis,& deũ poſtulas, vt te non de hoc diſcutiat. Noli ergo dicere, ſed potius tace, & omni timore liberaberis: ſed neſcio vnde morbus hic in homines incidit. Verboſi nanque & ſuſurrones facti ſumus, nihil nobis remanet in animo. Audi ſapientem quendam monentem,& dicẽtem: *Eccli.19.b* Audiſti verbum,in te moriatur,confide,non te dirumpet. *Ibidem.* Et iterum: Audiuit verbum ſtultus, & parturiuit ſicut à facie infantis mulier quę generat. Parati ſumus ad maliloquia,ad condẽnationes inſtructi: at ſi nihil aliud mali operaremur, hoc idoneũ eſſet ad perdendos nos, & in gehennam mittendos, & vt infinitis malis adobruemur. Et vt integrè cognoſcas, aduerte prophetam *Pſal.49.* dicentem: Sedebas, inquit, & loquebaris aduerſus fratrem tuum. Sed non ego,inquis,ſed ille,immò quidem tu: ſi enim tu non diceres,alius non audiret: Et ſi ab alio auditurus eſſet,tu tamen illius peccati non eſſes occaſio. Oportet quippe obumbrare,& contegere delicta proximorum: tu autem in pompam deducis ſub prætextu bonitatis,& non efficeris accuſator,ſed ſuſurro & delirus,& ſtultus. O calliditatẽ,teipſum confundis cum illo, & non ſentis: intuere autem quanta mala ex hoc propagãtur: Ad indignationem prouocas deum: nõnne aduertis Paulum dicentem de viduis & mulieribus *1.Tim.5.b* verboſis? Non ſolùm ocioſę diſcunt,inquit,ſed & verboſæ,& curioſæ circuneuntes domos,& loquentes,quę non oportet. Proinde & ſi quando credideris ea quę dicuntur aduerſus fratrem tuum, ne ſic tamen ea dicere oportet, ne dum ſi incerta fuerint: ſed vbique quæ tua ſunt inſpicis,metuis examinari à deo. Metue ergo,ne etiam pro verboſitate diſcutiaris: hic enim nõ potes dicere, quia non me diſcutiet deus pro verboſitate: hæc enim res verboſitas eſt. Quid publicaſti malum? quid augmentaſti? hoc enim exterminaturum eſt nos: propterea dicebat Chriſtus: Nolite iudicare,ne iudicemini. *Matt.7.a.* Sed de hoc nobis nulla ratio eſt, neque nobis phariſæi *Luc.18.c* parabola illa imponit moderationem: atqui ille veram rem dicebat,quia non ſum ſicut & hic publicanus. Et dicebat nullo audiente, & tamen damnatus eſt: ſi ille verum dicebat,& nullo audiente,& tamen damnatus eſt: qui falſa dicit, & quæ nec ipſe credit vbique deportat, ſicut verboſæ mulieres,quid mali nõ patietur? quid mali nõ ſuſtinebit? Imponamus iam ori noſtro oſtium atque cuſtodiã. Infinita enim mala ex verboſitate ſæpius acciderunt,domus euerſæ ſunt,amicicię diſſipatæ,& alia multa peſſima contigerũt. Noli ſcrutari ô homo causas proximi tui, ſed ſi loquax es, & hoc vicio detineris, loquere quæ tua ſunt ad deum: ſic enim nõ erit vicium illud vicium,ſed virtus. Loquere quæ tua ſunt ad amicos,qui tibi valde amici ſunt, & iuſti,in quos habes cõfidentiã,vt orent pro peccatis tuis. Si enim alienas cauſas dixeris, nihil tibi proderit, neque aliquid lucraris, quinetiam damnificaberis: ſi verò quæ tua ſunt pronũcies,à domino tuo multam habebis mercedem. *Pſal.31.b* Dixi enim, inquit, pronunciabo aduerſum me iniquitatem meam domino, & tu abſtuliſti impietatem cordis mei. Vis iudicare? quæ tua ſunt iudica. Nullus te culpat, ſi te condemnaueris: culpaberis autem, ſi non te condẽnes: culpaberis,ſi non te redarguas: culpaberis,ſi nõ dolueris. Vidiſti illum iraſcentem,indignantẽ,aut aliud quid abſurdum facientem, conſidera cõfeſtim etiam tu,quæ tua ſunt. Et ſic neque tu illum validè condemnabis, & teipſum liberabis pondere peccatorum. Si ſic noſtra vicia moderemur,ſi ſic negociemur vitam noſtrã, ſi condemnemus noſipſos, non peccabimus. Fortaſſis etiam plurima bona operabimur in manſuetudine, ac modeſtia conſtituti, & omnibus fruemur quæ promiſſa ſunt diligentibus deum: quæ contingat nos omnes adipiſci, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri,vnà cùm ſancto ſpiritu,gloria,imperium,honor nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum,Amen.

Homilia xxij. ex cap. xi.

Fide intelligimus perfecta eſſe ſecula verbo dei, vt ex non apparentibus viſibilia fierent. Fide amplorem hoſtiam Abel quàm Cain obtulit deo, per quam teſtimonium conſecutus eſt eſſe iuſtus: teſtimonium perhibente muneribus eius deo, & per illum defunctus adhuc loquitur. *Gen.1.a* *Ibid.4.a* Fides forti animа & virili opus habet, & omnia ſupergrediente ſenſibilia, & infirmitatem ratiocinationum hominũ tranſeunte. Non enim poteſt aliter quiſquam fidelis fieri, niſi ſeipſum à conſuetudine cõmuni abducat. Quia ergo animæ Hebræorũ debiles erãt, & à fide quidem initium ſumpſerant, ex paſſionibus autẽ tribulationum puſillanimes efficiebantur, & minus patienter ferebant, & cõcutiebantur, primò eos ex eis ipſis adhortatus eſt, dicẽs: Redeãt ad memoriam dies priſtini. Deinde ex ſcriptura diuina dicẽte: Iuſtus ex fide †viuit: deinde ex ratiocinationibus dicens: Fides eſt ſperandarum ſubſtãtia rerum, argumentũ eorum, quę non videntur. Nũc autem ex proge- *Supra.10.f* *Abac.2.a* †vivet

ex progenitoribus incipit loqui, magnis viris, & mirabilibus, tantum non dicens: si illic vbi ante pedes erant bona, omnes fide saluati sunt, multo amplius nos. Cum enim inuenerit anima in eisdem passionibus sociũ, requiescit & respirat: hoc & in fide, hoc & in tribulatione solet accidere. Proinde sit in vobis consolatio, inquit, per mutuam fidem. Valde enim incredulum est genus humanum, & neque de seipso confidens, & timens pro his, quæ se habere iudicat: sed multam habet curã gloriæ, quæ ex plurimis defertur. Quid ergo Paulus facit? Ex patribus eos hortatur, & primò ex communi intellectu. Dic enim mihi, inquit, quia fides accusatur veluti res quæ non possit ostendi, & quæ deceptio magis sit, propterea ostendit, quia maximæ res per fidem, & non per ratiocinationes perfectæ sunt. Et quo modo hoc ostendit, dic mihi? Manifestum, inquit, est, quia ex non existentibus quę sunt deus effecit, & ex non apparentibus apparentia, & ex non subsistentibus subsistentia. Et vnde hoc? Quia & verbo hæc fecit. Ratiocinatio quidem in hoc nihil nobis suffragatur: sed & contrà, veluti ex apparentibus apparẽtia putet esse facta. Propterea maximè philosophi nihil dicunt ex nullis existentibus esse, animales existentes, & nihil fide percipientes. Reprehenduntur autem etiam ipsi, quando magnum aliquid & validum dixerint, fide dicunt percipiendũ, veluti quòd deus sine initio dicitur, & ingenitus. Ratiocinatio quippe in hoc nobis non suffragatur, sed & contra se habet. Attende nunc mihi multam vanitatẽ ipsorum, deum sine initio dicunt, & ex nullis existentibus. Multo autẽ hoc mirabili° est, quàm dicere, quia ex nullis existentibus quæ sunt deus fecit. Nã dicere sine principio est deus, quia ingenitus, quia neque à seipso, neq; ab alio genitus est, amplius est hæsitabile, quãtum ad ratiocinationem attinet, quam dicere ex nullis existentibus deus fecit quæ sunt. Hic enim multa sunt credibilia: hoc est, quia fecit aliquis, quia initiũ habuit quod factum est: illic autem sponte ingenitus, neque initiũ habuit, neq; tempus. Nónne magis hæc fide indigent, dic mihi? Sed nõ posuit hoc, quod multo erat amplius, sed

† quod minus erat,

† & contrà: J vnde, inquit, habemus quia deus hæc fecit? Ratiocinatio non suffragatur, Nemo enim quãdo hæc fiebant aderat. Vnde ergo certum est? Manifestum est, quòd fidei res sit. Fide intelligimus, inquit, perfecta secula esse verbo dei. Quare fide? Quia ex non apparentibus facta sunt quæ videntur, hoc autem est fidei. Postquam autem dixit, quod cõmune est: deinde & in personis hoc enucleat. Etenim vir glorioſus mũdo æquãdus est: hoc autem & postea significauit. Quia ergo in

Hic infrà. g

personis centum, vel ducentis hanc causam constituit, deinde videns paruam numeri quantitatem, subiunxit: quibus dignus non erat mundus. Et cõtemplare quem primum ponat. Eum, qui mala passus est, & hoc à fratre.

† cõgrua & accommoda 1. Thess. 2. c

† Propria J istorum erat hæc passio: etenim, vos, inquit, eadem passi estis à cõtribulibus vestris. Abel occisus est à fratre, nulla iniuria affecto, sed propter deũ inuidente: ostendens quia & ipsi inuidiam patiebantur. Honorauit ille quidem deum, & mortuus est pro honore dei, & necdum resurrectionem adeptus est: sed desiderium quidem eius manifestum est: & quæ ab illo fieri debebant, facta sunt: quæ vero à deo necdũ illi collata sunt. Hostiam vero in hoc loco dicit honorabiliorẽ, & clariorem, & necessariam. Et non possumus dicere, inquit, quia non est suscepta, Suscepit quidem deus, & dixit ad

Genes. 4. a

Cain, Si recte offeras, recte autem non diuidas: ergo Abel & recte obtulit, & recte diuisit. Sed pro his quam

A retributionem accepit? Interemptus est manu fraterna, & condemnationem, quam pater propter peccatũ promeruit, hanc ipse primus excepit, rectus existẽs. Et hoc crudeliora passus est, quod & à fratre, & primus, & tam probabiliter & recte viuendo nullius exẽplum habens, quem imitaretur, occisus est. Ad quem enim attendens imitatus est hic, vt sic honoraret deum? Ad patrẽ & matrem? Sed illi magis contumelia affecerunt deum pro tantis beneficiis. Num ad fratrem attendit? Etiam ipse deum cõtumelia affecit. Proinde ex seipso hoc bonum inuenit. Qui ergo tanto dignus erat honore, quid patitur? Interimitur. Qualiter autem? Etiam aliud testimonium cõsecutus est, quòd esset iustus. Dicitur ignis descẽdisse, & assumpsisse hostias eius. Pro eo siquidem, ad

Ibidem.

Abel aspexit dominus & ad sacrificia eius, incendit dixit. Cum & in verbis, & in operibus eius testificatus sit

B de iusticia, & cum eum propter se extinctum videret, necdum ei retribuit, sed adhuc sic dimisit. Nostræ autẽ res non tales sunt: Quo modo inquis? Nos enim & exẽpla multa habemus, & hortamenta, atque consolationes, innumera & signa & miracula facta. Proinde illud erat vera fides. Quæ enim miracula ille vidit, vt crederet, quia erit à deo aliqua retributio bonorum? Nónne ex fide sola habuit hanc virtutem? Quid est, & propterea mortuus adhuc loquitur? Ne in multam eos desperationem adduceret, ostẽdit eum ex parte perfrui tum retributione. Quo modo? Cura & ratio deo super illo multa est, & adhuc loquitur: hoc est, interemit quidem eum, sed non cum eo interemit eius gloriam atq; † memoriam. Non est ille mortuus, ergo nec vos moriemini. Quanto enim quis acerbiora passus fuerit, tanto magis gloria excrescet. Quo modo adhuc loquitur. Hoc

C enim indicium est quod viuat, quod in ore omniũ versatur, quòd omnes eum admirantur, & beatificant. Qui enim admonet alios, vt iusti sint, loquitur, nõ enim tãtum proficit sermo, quantũ passio illius. Sicut enim cœlum tantum apparens loquitur, sic & ille dum in memoriam venit. Nũquam enim in tanta esset admiratione, si mille linguas haberet, si viueret, in quanta nũc admiratione est. Idem est ac si diceret, ista non fiũt impune, aut simpliciter, neq; differetur eorũ vltio. *Fide Enoch translatus est, vt non videret mortem: nec fuit inuentus, propterea quòd transtulerat illum deus.* Maiorem iste fidem quàm Abel ostendit. Qua ratione? Quoniam etiamsi post illum fuit, illa tamen quæ circa illum prouenerunt, idonea erant ad reuocandũ eum, & dehortandum. Quo modo? prouidebat deus, quoniam periturus erat, Dixit enim ad

Gen. 5. c. & Eccli. 44. c

Cain, peccasti, nõ adiicias adhuc. Honoratus quidẽ est

Eccli. 22. a

ab Abelo, sed nõ est vltus eum. At neq; hoc Enoch istũ ad segniciem adduxit, non dixit, quid opus est laboribus & periculis. Ecce Abel honorauit deũ, & non vltus est eũ. Quid ei vtilitatis accessit interfecto ex supplicio fratris, quo cõdemnatus est? Quid illi ex hoc proderit? Ponamus, quia frater acerbam recipiet vltionem, quid ad occisum? Nihil tale apud seipsum dixit, neque cogitauit: sed hæc & huiusmodi cuncta pertransiens, intellexit, quoniam si est deus, omnibus modis etiã retributio erit, cum nihil adhuc de resurrectione scirent. Si autem illi qui de resurrectione nihil sciebãt, & in hac vita contraria videbant, sic placuerunt deo: quãto magis nos? Illi enim neq; de resurrectione aliquid sciebãt, neque exempla, quæ intenderent, habebant. Et hoc ipsum magis eum placere fecit, quia nihil retributum illi erat. Sciebat enim, quoniã mercedis retributor est deus. Vnde hoc? Abel enĩ retribuit, inquit. Proinde ratiocinatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

alia ſuggerebat:fides autem, contraria his quæ videbā-
tur. Et vos igitur,inquit,attēdite vobis,& ſi videtis ni-
hil vos hic recipere,nō perturbemini. Quo modo hoc?
Fide tranſlatus eſt Enoch. Vt enim transferretur cauſa
fuit,quòd placuerat. Vt autem placeret deo,cauſa erat
fides:niſi enim agnouiſſet,quia recepturus eſſet retribu
tionē,quo modo placuiſſet deo? Sine fide enim impoſ-
ſibile eſt placere deo. Quo modo hoc? Credebat enim
quia ſi quis crediderit eſſe deum, etiam retributionem
habebit. Vnde ergo placetur deo? Credere,inquit,op⁹
eſt eum qui ad deum accedit,quia eſt,non quid eſt:fide
enim non ratiocinationibus opus habet:Si autem quia
eſt,fide non ratiocinationibus opus habet,ita nec quid
ſit ratiocinatione comprehēdi poteſt, Si quòd ſit retri-
butio mercedis fide opus habet nō ratiocinationibus,
quo modo ea quæ ſubſtātiæ diuinæ ſunt ratione com-
prehendi poterūt? Qualis enim eſt ratiocinatio quæ po
terit ad iſta pertingere? Quidam enim caſu & ſpōte di-
cunt omnia,quæ ſunt,extitiſſe. Vides quia niſi crederē-
mus de omnibus,non tantum de retributione,ſed etiā
de eo ipſo quòd ſit deus,labuntur nobis omnia,& non
ſtant. Multi autem quærunt,quò trāſlatus ſit Enoch,&
quare tranſlatus ſit,& quare non fuerit mortuus,neque
ipſe,neq; Helias:& ſi adhuc viuunt,quo modo viuunt,
& in quali habitu. Sed ſuperuacaneum eſt iſta require-
re. Quia vero tranſlatus eſt iſte,& quia aſſumptus eſt il-
le,ſcripturæ dixerunt: vbi autem ſint,& quo modo,nō
addiderunt. Nihil autem amplius,quàm quę neceſſaria
ſunt,dicunt. Hoc enim factum eſt,quod de trāſlatione
dicitur,ipſis initiis ſtatim, vt anima humana ſpem acci-
peret, & quia ſolueretur mors, & dānaretur diabolica
tyrannis. Tranſlatus eſt enim,nō mortuus,immò vt ne
videret quidem mortē. Propterea addidit,viuus tranſ-
latus eſt, quia placuit deo. Sicut enim pater quiſquam
comminatus filio,cupiens quidem confeſtim remitte-
re comminationem: ſuſtinet tamen ac patiēter tolerat,
vt interim illum corrigat,& moneat,permittens firmā
permanere comminationem: Sic & deus,vt penè dicā
humano more non ſuſtinuit:ſed cōtinuò oſtendit,quia
ſoluta eſt mors. Et primum permittit fieri mortem,ter-
rere volens per filium patrem. Volens quippe oſtēde-
re,quia reuera permanet firma ſententia,nō malos ſta-
tim,ſed etiam cū qui placuerat ſubiecit ſupplicio, bea-
tum illum Abel dico, & penè poſt illū confeſtim tranſ-
tulit Enoch, & non reſuſcitauit illum, ne præſumerēt,
nec confidentes efficerentur,ſed tranſtulit illum viuū.
Per Abel quidem perterrens,per iſtum autem excitans
ad æmulationem placēdi ſibi. Proinde qui caſu regi ac
ferri cuncta dicunt,& non ſperant retributionem,non
placent deo,ſicuti pagani. Inquirētibus nanq; eum per
opera bona,& per ſui cognitionē retributor efficitur.

Morale. Quia ergo habemus mercedis retributionem,ſic cū-
cta geramus,vt non priuemur mercedibus,quæ virtuti
ſunt conſtitutæ. Etenim multis lachrymis eſt dignum,
ſi tàlis repenſio deſpiciatur, talis retributio contemna-
tur. Sicut enim eum inquirētibus, mercedis retributor
efficitur:ita etiam non inquirentibus deum, econtrà e-
Matt.7.a ueniet. Quęrite,inquit,& inuenietis. Quo modo autem
poteſt dominus inueniri? Intellige quo modo inueni-
Pſal.76.a tur aurum,cū multo labore. Manibus meis quæſiui,in-
quit,nocte in conſpectu eius, & non ſum defraudatus,
hoc eſt,ſicut quærimus quod perierat, ſic deum requira
mus. Nónne cū aliquid perdiderimus, mentem noſtrā
illuc conuertimus? Nōne omnes examinamus? Nōne ſi
opus fuerit per itinera longa peregrè vadimus? Nónne

A pecunias promittimus? Verbi gratia: Pone filium nobis
periiſſe,quid nō agimus? Quam terram,quod mare nō
pererramus? Nónne & pecunias erogamus, & cuncta
† poſtremò facimus,] vt illum inueniamus? At ſi inue- † poſtpeni-
nerimus,continemus, conſtringimus,amplexamur,nō mus,
derelinquimus,& inquiſituri omnia molimur,vt inue-
niamus quod quærimus,& inuenientes plurimum gau
demus:quanto magis ergo in inueniendo deo, hoc fa-
cere cōuenit? ſicut cum aliquid neceſſariorum requiri-
mus,magis autem nec ſic,ſed multo amplius. Veruta-
men quia infirmi ſumus, ſaltem ſicut pecunias tuas in-
quiris,vel filium,ita require deum. An nō filij gratia in
itinera prolixa commeas? Rogo, num aliquando per-
egrè profectus es pro pecuniis? An non omnia curioſè
perquiris? An non cum eas inueneris,confidens effice-
ris? Quærite,inquit,& inuenietis:quæ quæruntur enim, *Matt.7.a*
B multa cura opus habent, maxime in cauſa dei. Multa
quippe ſunt impediētia,multa prohibentia,multa obū-
brantia intellectum noſtrum. Sicut enim ſol eſt quidē
clarus,& in medium cunctis propoſitus,& nō opus ha-
bemus eum quærere:ſi vero noſmetipſos in terram de-
foderimus, & vndiq; adumbrauerimus, multo labore
opus habebimus,vt ſolem videre poſsimus:ſic & in hac
cauſa,ſi in profundo cupiditatū malarum,ſi in tenebris
paſsionū, & ſecularibus rebus defoderimus noſmetip-
ſos, vix poterimus oculos aperire, vix reſpiciemus,vix
intuebimur. Qui infernè defoſſus eſt quāto ſurſum at-
tenderit oculos,tāto appropinquat ad ſolem. Excutia-
mus igitur pulverem,dirūpamus ſuperiacentem,& de-
primentem nos nebulam: denſa quidem eſt,& arcta, &
non permittit vt ſuſpiciamus. Et quo modo dirūpitur,
inquis,hæc nubes? Si ad nos attrahamus radios ſolis iu-
C ſticiæ. Eleuatio,inquit,manuum mearum ſacrificiū ve- *Pſal.140.a*
ſpertinum. Cum manibus etiam mētem eleuemus. Sci-
tis qui imbuti eſtis,quid dicam, forſan agnoſcitis quod
dicitur,& intelligitis quid ſignificauerim. Eleuemus in
altum mentem noſtram. Noui plures viros ego, penè
ita pendentes, vt terram non attingant, & vltra men-
ſuram manus extendentes,dolentes etiā quia non poſ-
ſunt in aërem ſuſpendi: & ita cum alacritate orare. Ita
& vos eſſe deſidero ſemper,& ſi non ſemper,ſaltem ſę-
pius: ſi non ſæpius vel plerunque, vel in matutinis,vel
in veſpertinis. Dic enim mihi, extendere manus non
potes,extende voluntatem, quantumuis iſtam extēde:
ſi vis vſque ad ipſum cœlū,& ſi vis ipſum verticem cō-
tingere: quin & in ſuperioribus ſi voles incedere, lice-
bit. Omni nanque penna leuior & ſublimior mens no-
ſtra eſt. Cum autem & à ſancto ſpiritu acceperit gratiā,
D papę quantum efficitur velox & pernix? quo modo cū-
cta circuit? quo modo non fertur deorſum, neque ad
ſolum decidit? Has nobis pennas præparemus, per iſtas
& pelagus peruolare poterimus, & fluctuationes huius
vitæ euadere. Auium celerrimæ, & montes,& colles,&
maria, & ſcopulos in paruo momento temporis ſine
vllo impedimento tranſuolant: talis eſt etiam mens,
cum pennas acceperit,cum à ſecularibus abſceſſerit,ni-
hil eam apprehendere poterit,omnibus erit eminētior
iaculis ignitis diaboli. Non eſt ita perfectus ſagittator
diabolus,vt poſsit ad illam altitudinem pertingere:ſed
emittit quidem iacula,eſt enim impudens:non autē at-
tingit,ſed reuertitur ad eum inane iaculum. Et non ſo
lum inane,verūetiam in eius caput reuertitur. Oportet
quippe vt iaculū, quod ab eo emittitur omnibus percu
tiat modis. Sicut enim ab hominib⁹ iaculū emiſſum,aut
illum aduerſus quem emittitur,percutit: aut auem for-

talsis,

taſsis,aut veſtimẽtum,aut lignum, aut aërem ipſum ſecat: ſic etiam diaboli iaculum oportet quidem omnib⁹ modis percutere, & ſi illum ad quem dirigitur nõ percuſſerit,omnibus modis percutit dirigentem. Et licet hoc ex multis agnoſcere,quia quando nos nõ fuerimus percuſſi:omnibus modis ille percutitur. Vtputa exempli gratia,inſidiatus eſt Iõb,non eũ vulnerauit, ſed vulneratus eſt ipſe. Inſidiatus eſt Paulo,non vulnerauit illum,ſed vulneratus eſt ipſe. Vbique ſi euigilemus iſtud fieri videre licet. Et quando quidem percuſſerit,percutietur,& multo amplius tunc,quando ſtrictis il illũ gladiis,& ſcuto fidei noſmetipſos armantes atque muniẽtes,cum cautela obſeruamus,ne captiui efficiamur. Iaculum autem diaboli eſt cupiditas mala: maximè iracundia ignis eſt,flamma eſt,corripit,conſumit,comburit. Nos autem longanimitate & ſuſtinentia eum extinguimus. Sicut enim ferrum ignitum cũ in aqua tingitur,amittit ignem:ſic iracundia in longanimẽ incidens nihil eum lędit,ſed etiam iuuat. Nam inde redditur cõtinentior huiuſmodi homo. Nihil enim longanimitati ſimile eſt. Nunquam conuiciis lædítur huiuſmodi homo,ſed ſicut adamantina corpora non vulnerãtur: ſic etiam animæ tales: ſuperiores quippe iaculis inueniuntur. Eminentior nanq; eſt, & tantum eminentior lõganimis, vt neque percuſſus vulnus aliquod accipiat. Si quando iracundus quiſquam ferocit,tu ride,ridere autem noli palàm,ne illum irrites amplius: ſed ride apud teipſum,tui gratia. Etenim pueros cũ nos percuſſerint cum indignatione, tanquam vlciſcentes ſeipſos,ridemus. Si igitur rideas, tantum erit inter te & illum,quãtum inter puerum & virum. Si autẽ & tu exacerbaris, factus es puer. Et reuera,ſtultiores ſunt pueris, qui iraſcuntur: ſi enim attendat aliquis ad puerum exacerbatum,nõnne irridet? Puſillanimis,inquit,fortiter inſenſatus eſt. Qui igitur inſenſatus eſt,paruulus eſt:& lõganimis,inquit,multus in ſapientia. Hanc igitur multam ſapientiã conſequamur,vt adipiſcamur bona,quę promiſſa ſunt nobis, in Chriſto Ieſu domino noſtro, cum quo patri vnà cum ſancto ſpiritu,gloria,imperium,honor nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum,Amen.

Homilia xxiij. ex cap. xi.

Gene.6.c & Eccli 44.c

Matt.24.d

Fide Noe oraculo accepto,de his quæ nondum videbantur, metuens conſtruxit arcam ad ſalutem domus ſuæ,per quã damnauit mundum:& iuſticiæ,quæ per fidem eſt, factus eſt hæres. Fide,inquit,Noë oraculo accepto. Sicut filius dei de aduentu ſuo loquens dicebat: In diebus Noë nubebant,& nuptum dabãt. Idcirco etiam Apoſtolus eos familiaris exempli admonuit. Exemplum enim Enoch, fidei tantum fuit: exemplum autem hoc Noë,& incredulitatis. Hæc eſt perfecta cõſolatio,& exhortatio,quãdo non ſolum qui crediderunt inueniuntur fœlices ac celebres facti,ſed etiam infideles contraria paſsi. Quid ergo inquit? Fide Noë oraculo accepto. Quid eſt oraculo accepto? hoc eſt,prædictum eſt ei. Oraculum autẽ † pro qua cauſa dicitur?] Etenim alibi dixit, Oraculum illi datum erat à ſpiritu. Et iterum: Et quid dixit oraculum diuinum? Contemplaris æqualitatẽ honoris in ſpiritu ſancto: ſicut enim deus dat oracula, ſic etiam ſpiritus ſanctus. Quare autem ſic dixit? Prophetia enim dicitur oraculum. De his quæ nondũ videbantur,inquit: hoc eſt,de imbribus timens conſtruxit ſibi arcam. Ratiocinatio quippe nihil in hac cauſa ſuggeſsit. Nubebant,inquit,& nuptum dabant: aër mundus & ſerenus, ſigna nulla erant, veruntamen timuit ille. Fide,inquit,

† *cuius eſſe dicitur*] *vt pro ἔνεκεν, legamus ἕνεκα.*

Luc.20.d

Rom.11.a

A Noë oraculo accepto,de his quę nondum videbantur, timens conſtruxit arcam ad ſalutẽ domus ſuæ: per quã damnauit mundum. Quo modo? Oſtendit enim eos dignos hoc ſupplicio,qui neque per illam conſtructionẽ corrigebantur. Et iuſticiæ quæ per fidem eſt, factus eſt hæres. Ex hoc enim apparuit iuſtus, ex eo quòd credidit deo: hoc enim animæ eſt, quæ ſe germane habet ad deum,& verbis illius nihil fidelius iudicat. Sicut etiam incredulitas contra ſe habet: fides autẽ,certum eſt,quia iuſticiam operatur. Sicut enim oraculum nos accepimus de gehenna,ſic & ille. Tametſi irridebatur,tametſi probris petebatur, nihil tamen iſtorum attendebat.

Fide vocatus Abraham obedíuit deo,vt exiret in locum,quem acceptarus erat in hæreditatem. Et exiit neſciens quò iret: fide demoratus eſt in terra promiſſionis,tanquam in aliena, in tabernaculis habitando cũ Iſaac & Iacob cohæredibus promiſſionis eiuſdem. Quẽ B enim vidit,dic mihi,vt imitaretur? Nam patrem paganum habuit,& idololatrã. Prophetas non audierat neque ſciebat quò iret. Quoniam enim in iſtos intuebantur,qui crediderãt ex Hebræis, veluti innumeris bonis potitos: oſtendit quoniam nullus eorum dum aliquid recepit,omnes ſunt ſine præmio,nullus adhuc retributionẽ accepit. A patria ſua ille, & à domo excidit,& egreſſus eſt,neſciens quò iret. Et quid mirũ,ſi ipſe ita,cũ etiam ſemẽ eius ſic habitarit? Vidẽs ergo redargui promiſsionem: dictum enim erat, Tibi dabo terram hãc,& ſemini tuo: vidit filiũ ibi vt peregrinum habitantem: filius item vidit patrẽ in aliena terra peregrinantẽ,& nihil turbat⁹ eſt. Et circa Abrahã fortaſsis merito ſic actũ eſt, vtpote quòd poſtea ad effectũ promiſsio eſſet †perducenda: in prole autẽ eius ſatis erat mirum:] quanquã etiã ad ipſum dictũ eſſet: Quia tibi dabo,& ſemini tuo: C non per ſemẽ tuum tibi, ſed tibi & ſemini tuo, & tamẽ neq; ipſe,neq; Iſaac, neq; Iacob potiti ſunt hoc promiſſo. Ille quidẽ ſeruiuit mercenaria ſeruitute, hic autẽ exagitabatur: iſte vero penè exciderat timens. Et partim quidem ſuos è bello liberauit, partim autẽ niſi dei adfuiſſet præſidiũ,fortaſsis etiã ipſe periſſet. Propterea dixit: Quia cũ cohæredibus promiſsionis eiuſdẽ. Nõ ipſe ſolus,inquit, ſed etiã hæredes. *Secundum fidẽ mortui ſunt,* inquit, *hi omnes,non reportantes promiſsiones.* Duo quædã hic dignum eſt quærere, quo modo cũ ſuprà dixiſſet, trãſlatus eſt Enoch, & nõ inueniebatur, ne videret mortẽ: hic dicit,ſecundũ fidem mortui ſunt hi omnes. Et iterũ cum dixiſſet ſuprà, nõ reportãtes repromiſsiones, dicit Noë recepiſſe mercedẽ ad ſalutẽ domus ſuæ, & Enoch trãſlatum eſſe,& Abel adhuc loqui,& Abrahã accepiſſe terram: & dixit, ſecũdum fidem mortui ſunt hi omnes, D nõ reportantes repromiſsionẽ: quid ergo eſt? Neceſſarium itaq; videtur, primũ primo ſoluere deinde & ſecundum. Iuxta fidẽ,inquit,mortui ſunt hi omnes. Hoc in loco omnes dicit, non quia omnes mortui ſunt, ſed quia præter illũ ſolũ hi omnes mortui ſunt, quos ſcim⁹ mortuos fuiſſe. Quod autẽ dixit, Nõ reportantes repromiſsiones, verũ eſt. Non enim hæc promiſsio erat Noë. Quales autẽ promiſsiones dicit? Iſaac enĩ, & Iacob fortaſsis,inquit,acceperunt repromiſsionis terrã: qui vero cum Noë vixerũt & Abel & Enoch quid retributionis acceperũt? Aut igitur de trib⁹ iſtis dixit,aut etiã de illis, nõ erat repromiſsio, vt in admiratione eſſet Abel, vt trãsferretur Enoch, vt ſaluaretur Noë: & hæc quidẽ illis propter virtutem prouenerunt, libamina vero quædam erãt,& primæ deguſtationes futurorũ. Deus enim ex initio ſciens genus humanum multa ſubmiſsione & accõmodatione opus habere, non ſolũ quæ futura ſunt

Gene.5.& Eccli.44.c

perducenda in prole ipſius:

Universidad de Deusto
Biblioteca

nobis largitur,sed etiam quę huius vitę sunt nobis prę-
Matt.19.d & 6.d stat, sicut & discipulis suis dicebat: Qui dimiserit domos,aut fratres,aut sorores,aut patrem, aut matrem,cẽ tuplum accipiet,& vitam æternam hæreditabit. Et iterum:Quærite primum regnum dei, & hæc omnia adiicientur vobis. Intueris,quia hæc adiectionis,& additamenti loco ab eo dantur,vt non defatigemur. Sicut enim athletæ perfruuntur quidem omni curatione, & eo tẽpore quando sunt in certamine constituti: sed nõ omni quiete, nec plena remissione perfruuntur sub legibus viuentes,sed postea omni,plenaq; fruuntur:sic & deus non ita præstat, vt omnem hic quietem percipiamus,tribuit quidem etiam hic. *De longe*, inquit, *eas videntes & salutantes*. In hoc loco quiddam mysticum significat,quoniam omnia complexus est,quę de futuris dicta sunt,de resurrectione, de regno cœlorũ, de aliis, quæ veniens Christus prædicauit. Promissiones enim istas intelligit: aut hoc dixit, aut certe quia nõ quidem eas acceperũt,sed persuasi de illis hinc discesserunt. Cõfidebant enim sola fide,de longe eas vidẽtes ante quatuor generationes.Post tantas quippe generationes reuersi sunt de Aegypto. Et salutantes,inquit,& gaudentes.Ita confidebant de illis, vt etiam salutarent eas. Ex metaphora nauigantium hoc dixit:qui à longe prospiciunt ciuitates desideratas, quas antequam ingredian-
† *concilium* tur,salutatione pręueniunt,atq; ita inhabitant. *Expectabant enim fundamenta habẽtem ciuitatem,cuius artifex & opifex deus est*. Vides quòd hoc quod dicit, acceperunt promissiones:idem est, quod expectarũt & persuasi de illis fuerunt.Si igitur cõfidere accipere est,possumus & nos sic accipere. Isti enim & si nihilo potiti sunt horum,tamen desiderio intuebãtur ea. Quare hoc fiebat?Vt nos erubescamus, quia illi quidẽ promissionibus in terra fa
Esa.1.e ctis non attendebant, sed futurã ciuitatem requirebãt: nobis autem sursum atq; deorsum deus de superna loquitur ciuitate,nos tamen terrenã quærimus.Dixit eis, quia dabo vobis præsentia, quoniã videbat eos: magis autem quia exhibuerunt seipsos maioribus dignos, nõ eos permisit hæc accipere,sed illa maiora eis tribuit:nobis volens ostendere,quia maioribus digni sunt, qui se nolũt alligari ad ista terrena: sicuti quisquam puerulo sapienti promittat puerilia,non vt accipiat,sed vt ostẽdat eius philosophiam,dum ille maiora postulat. Hoc enim est ostendentis,quod cũ tanto studio abduxerint animos suos à terra, vt neq; quæ dabantur acceperint. Etenim propterea nepotes eorum accipiũt. Illi quippe erant terra digni, Quid est ciuitatẽ fundamenta habẽtem?Ista enim non erant fundamẽta,quæ ad comparationem eius non sunt, cuius artifex & opifex deus est.
† *Sara.* O qualis laus illius ciuitatis. *Fide*, inquit, *& ipsa Sara sterilis.*] In hoc loco verecundiam eis excitãs dicit,siquidem muliere pusillanimiores apparuerunt. Sed fortassis dicat aliquis,quo modo fide,quæ risit?Risus quidem est ex incredulitate,timor autem ex fide: quòd enim dixit,non risi,ex fide factum est.Proinde euacuata incredulitate introducta est fides. Fide,inquit, & ipsa Sara

Virtutem ad suscipiendum ac retinendum semen,suscepit, ac præter ætatis rationem peperit. Quid est, ad susciendũ semen? Ad retinendum semen & ad recipiendum,Virtutẽ accepit,quæ iam mortificata erat & sterilis. Duplex enim erat præclusio,vna ex tẽpore,senuerat quippe iam: alia vero ex natura,sterilis etenim erat.Idcirco etiã ex vno geniti sunt omnes, sicut stellæ cœli in multitudine, & sicut arena, quæ est ad oram maris innumerabilis. Idcirco,inquit, ex vno geniti sunt omnes: nõ hoc solum

A volens significare.quia genuit, sed etiam quia tam multorum mater effecta est,quàm neq; fœcũdę.Sicut stellę, inquit,cœli.Quo modo ergo sępius eos enumerat cum dixerit, Quemadmodum non numerantur stellæ cœli, sic neq; semẽ vestrum?Aut igitur hyperbolicè dixit,aut certe omnes significauit,qui semper ex illa origine procreantur.Vnius autem domus progenitores numerare facile est.Ille illius pater,aut filius,& ille illius. *Si in Morale.*
hac vita talès promissiones dei sic facile implentur, si quæ additionis loco promisit,ita mirabilia sunt, & gloriosa,& ita magnifica: qualia erũt illa,quorum ista additamenta sunt,quibus hęc ex abundanti dantur ad cumulum?Quid igitur aut adipiscentibus beatius?aut nõ
B adipiscentibus infœlicius?Si enim patria quis expulsus, ab hominibus miserabilis iudicatur:& quisquis hęreditatem amiserit,videtur omnibus esse dolendus:qui cælo priuatur, qui illis repositis bonis, quantis lachrymis iste plangendus est?Immò non plangendus? Plangitur enim quisquã cum passus fuerit aliquid, cuius ipse causa non est: cum autem ex propria volũtate semetipsum quisquam afflictione confixerit,neq; lachrymis dignus est,sed lamentationibus, magis autem etiam tũc luctu. Nã & dominus noster Iesus Christus Hierosolymã, licet impiè agentem,luxit,& lachrymatus est.Reuera infinitis lachrymis digni sumus, innumeris lamẽtationibus.Si omnis habitatio terræ extollat vocẽ suã, & lapides,& ligna,& arbores, & bestiæ, & volatilia,& pisces, & vt simul dicam, totus mundus si vocẽ extollat ad lamentandum nos, qui ab illis bonis excidimus nihil dignum lamentabũtur.Qualis enim sermo exprimere poterit,qualis mẽs illam beatitudinem, illamq; virtutem,
C illam delectationem,illam gloriam,illam iucunditatẽ, illam claritatem?Quæ oculus,inquit,non vidit,nec auris audiuit, & in cor hominis non ascendit. Non dixit *1.Cor.2.e*
quia transcendit cor hominis, sed quia neq; intellexit quisquam aliquando, quæ præparauit deus diligẽtibus se.Quorum honorũ pręparator,& opifex deus est,qualia esse possunt? *Si enim faciẽs nos,statim adhuc nobis nihil agẽtibus tanta bona largitus:paradisum, confabulationem suam,immortalitatẽ,promisit vitam beatam,* & à curis liberam:eis qui tanta fecerint, & qui certauerint,& qui pro eo sustinuerint,quid nõ præstaturus est? Vnigenito filio suo nõ pepercit,propter nos filiũ suum *Rom.8.f*
proprium in mortem tradidit, propter nos dũ inimici essemus,quibus rebus non dignabitur,amicos iam effectos?quid nobis non tribuet sibi reconciliatis?Est enim
D diues,& infinitus, & desiderat, & satagit nostrã amicitiam habere, nos autẽ non satagimus. Et quid dico nõ satagimus? neque volumus adipisci eius bona,sicut ille vult,& quod amplius cupiat ex his quæ fecit, ostendit. Nos enim pro nobis ipsis vix paucos contemnimus aureos: ipse autem pro nobis etiam filium suum tradidit. Vtamur igitur ad commodum nostrum charitate dei, fruamur eius amicitia. Vos enĩ,inquit,amici mei estis, *Ioan.15.b*
si feceritis quæ dico vobis. O inenarrabilis misericordia,inimicos & infinito interuallo ab eo distãtes,à quibus incõparabili eminentia in omnibus differebat, hos amicos & fecit, & vocat amicos. Quid igitur pati non debemus?quid non libenter tolerare pro hac amicitia? Pro amicitia etenim hominum sæpe periclitamur,pro dei amicitia nec pecunias patienter amittimus. Luctu vero dignæ res nostræ sunt,luctu & lachrymis,& lamẽtationibus,& vlulationibus magnis. De spe nostra decidimus,De sublimitate nostra ad humilia lapsi sumus, indigni honore dei apparuimus,perfidi etiam post beneficia&

Universidad de Deusto
Biblioteca

neficia & ingrati facti sumus,nudauit nos omnibus bo A
nis diabolus, qui dignitatē filiorum acceperamus, qui
fratres,qui hæredes eramus,ab inimicis eius nihil diffe-
rimus iniuriantibus eum:quod nobis erit de cætero so
latium? Ipse nos vocauit ad cœlum, nos autē nosipsos
in gehennam impulimus. Mendacium,& adulterium,
& furtum diffusa sunt super terram. Alij quidē sangui-
nem super sanguinem fundūt,alij causas agunt sangui-
ne peiores. Plurimi vero eorum,qui iniuriis afficiūtur:
multi quibus imponitur, innumeras sibi mortes optant
magis,quàm illa pati:& si non timore dei reuocarētur,
seipsos interimerent. Hæc igitur non sanguine peiora
sunt?Heu mihi anima,quoniam periit iustus de terra,&
rectum agens in hominibus non est.Nunc etiā nos cla
memus de nobisipsis primum,sed mihi cōsocieminī ad
luctum.Fortasis quidam abnuunt,& irridēt. Propter-
ea oportet magis extendere luctum, quia ita insani & B
dementes facti sumus:& neq; quia ita insanimus,agno-
scimus,sed in quibus oportebat gemere,ridemus. Re-
Roma.1.b uelabitur, ô homo, ira dei de cœlo super omnē impie-
Psal.49.a tatem & iniquitatē. Omnibus deus manifestus veniet,
& ignis ante ipsum præcedet, & circa eum tēpestas va-
lida. Ignis in conspectu eius consumet, & conflamma-
bit inimicos in gyrum. Dies domini veniet,vt cliban*
ardens.Et nemo hæc in mentem suam mittit,sed velu-
**πρόγμα τα. res metuēdas &c. inter.legit δόγματα* ti fabulas contemnimus hæc terribilia & metuēda*de-
creta.Nemo audiens obstupescit,omnes irrisores,& il-
lusores facti sunt. Quis nobis erit aditus?vnde salutem
reperiemus?Periuimus,cōsumpti sumus, facti sumus ir-
risio inimicorum nostrorum,& illusio paganorū, simul
& dæmoniorum. Quantum exultat nunc diabolus, &
gestiens lętatur:angeli vero quibus commissi sumus,in
confusione & mœrore sunt. Nemo conuertitur,super- C
fluo cuncta nobis expensa sunt, nos quoq; videmur vo
bis delirare. Opportunum est etiam nūc aduocare cœ-
lum,quoniam nullus est audiens,testificariq; elementa.
Esa.1.a Audi cœlum, & auribus percipe terra, quia locutus est
dominus.Date manum,porrigite manum qui necdum
demersi estis his qui in ebrietate iniquitatis perierunt,
vos qui sani estis laborantibus, qui sobrij estis furenti-
bus & bacchantibus.Nemo obsecro quidpiam saluti a-
micorum præponat, & castigatio & increpatio ad vnū
tantum attendant:hoc est,ad vtilitatem proximi.Cum
febris occupauerit quenquam, etiam serui dominātur
dominis. Quando enim illa imminet, animam adob-
ruens, & mancipiorum adstat cœtus, nemo in læsione
domini, dominica iura agnoscit. Conuertant nos igi-
tur obsecro,bella quotidiana, demersiōes, perditiones
innumeræ circumcirca. Vndique ira dei nos circūsep- D
sit:nos vero veluti complacentes deo, summa cum cō-
fidentia manus ad auariciam præparamus.Nemo ad iu
uandum,omnes ad rapinam: nullus ad patrocinādum,
vnusquisque festinat quo modo substantiā suam faciat
ampliorem. Nemo quemadmodum adiuuet indigen-
tem,vnusquisque quo modo addat pecuniis suis excо-
gitat, & multam habet solicitudinem. Nemo qualiter
animam suam saluet, timor vnus continuit omnes,ne
ad pauperiem redigantur: vt autem non incidamus in
gehēnam,nemo laborat,nemo tremit. Hæc luctibus di
gna sunt,hæc accusatione,hæc incusatione. At ista no-
lebam dicere,sed dolore cōpellor. Ignoscite,nimio lu-
ctu compellor, multa etiam, quæ nolo, cogor ore pro-
ferre,sæuissimam intueor plagā, & sine remedio video
cladem cōsolatione vel exhortatione superiorem. Ma
Hiere.9.d iora mala sunt,quæ nos occupauerūt,peribimus, Quis

dabit capiti meo aquam,& oculis meis fontem lachry- A
marum,vt lugeam?Ploremus igitur dilectissimi,plore-
mus, & ingemiscamus. Fortasis enim sunt hic modo
aliqui dicentes, Semper iste nobis luctū nominat,sem-
per lamētationes,semper lachrymas. Credite mihi nol
lem quidem hæc, sed predicationes vestras, & laudes
percurrere mallem, nunc autem tempus hæc expetit.
Non,lamentari, dilectissimi malum est, sed lamētatio-
nibus digna facere. Non deploratio euitanda est, sed
deploratione digna facere. Non tradaris suppliciis, &
non lugeo:non moriaris,& nō deploro. Si enim cor-
pus iaceat mortuum, omnes conrogas, vt congregen-
tur,& sine compassione reputas, qui forte nō luxerint:
Anima vero periit,& dicis,non lugeas? Sed non valeo
pater esse,& nō lachrymari: pater sum affectu circa vos
& amore confectus. Audite que clamat Paulus:Filioli *Galat.4.a*
mei,quos iterum parturio. Veluti mater parturiens,ita B
amaras voces emittit:sicut enim †illa,& ego. Atque vti- *† ille,*
nam posibile esset ipsum incendium mentis vobis in-
notescere,vt agnoscceretis,quia quauis muliere,& puel-
la vidua immature viduata,amplius ardeo.Non sic illa
virum suum luget, neque pater filium, sicut ego popu-
lum istum nostrum. Nullum video profectū, omnia in
calumnias,& accusationes cōuersa sunt, nullus propo-
situm habet placendi deo:sed illi,inquit,& illi obloqua
mur,ille indignus est clero,ille turpiter viuit. Qui de-
bebamus mala nostra lugere, alios iudicamus: Etiamsi
mundi essemus à peccatis, non tamen deberemus hoc
facere. Quis enim te discernit, inquit? Quid enim ha- *1.Cor.4.b*
bes,quod non accepisti?si autem accepisti, quid gloria- *Ibidem.*
ris,quasi non acceperis? Tu autem quid iudicas fratrem *Roma.14.b*
tuum,malis decem milibus cumulatus? Cū dixeris, ille
malignus est,& prodigus,& pessim°,intellige teipsum,
& examina cum diligentia quæ tua sunt,& pœniteat te
de dictis tuis. Non enim est omnino,non est ad virtu-
tem vlla talis exhortatio, qualis est peccatorum recor-
datio.Si hęc duo in mente nostra versemus,poterimus
adipisci bona,quæ promissa sunt, poterimus mundari,
& extergi. Tantum constituamus in mētem dilectissi-
mi solicitudinem huius rei habendam esse: doleamus
hic animo, ne doleamus illic supplicio: sed potius vt
fruamur sempiternis bonis, vbi nullus erit dolor, nul-
la tristicia,nullus gemit°,vt percipiamus illa bona, quæ
excedunt humanam mentem in Christo Iesu domino
nostro,ipsi sit gloria in secula seculorum,Amen.

Homilia xxiiij. ex cap. xi.

IVxta fidem defuncti sunt omnes isti, cum non accepissent promissiones, sed è longinquo eas aspexissent, & salutassent, & confessi sint, quia peregrini sunt, & hospites in terra. Talia enim dicentes, significabant, quoniam patriam inquirunt. Et siquidem illius memmissent de qua exierunt, habebant vtique tempus reuertendi: nunc autem meliorem appetunt, id est,cœlestem. Ideo non confunditur deus, vocari deus eorum: parauit enim illis ciuitatem. Prima virtus est, & tota virtus, peregrinum esse mundi huius, & hospitem, & nihil commune habere cum rebus huius seculi sed remoueri ab eis sicut peregrinum:sicut etiam illi beati,de quibus dicit:Circumibant in melotis,in pellibus caprinis, egen- *Hebr.11.g*
tes, tribulati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. Illi quidem peregrinos seipsos esse dicebant, Paulus au tem aliquid amplius dixit,non peregrinum seipsum di xit,sed mortuum mundo,& mūdum sibi. Mihi,inquit, *Galat.6.d*
mūdus crucifix° est,& ego mūdo. Nos vero sicut huius mundi ciues viuētes, ita cūcta in hac vita negociamur:

Universidad de Deusto
Biblioteca

& quod erant isti mundo, hoc est peregrini & mortui, hoc sumus nos cœlo: quod autē erant illi cœlo, hoc est, viuentes & ciues, hoc sumus nos mūdo. Propterea mortui sumus, quia vitam, quæ vere vita est, abnegauimus, & istam tēporalem elegimus: propterea irritamus deū, quia proposito nobis cœlesti fructu, & gaudio, nos terrenis inhiamus, & à terrenis nolumus abscindi: sed veluti vermes quidam ex terra in terrā, & iterum ex alia in aliam circumrepimus, nec modicum respicere volumus, nec auferre nos à causis hominum: sed veluti quadam crapula & ebrietate demersi, ac perculsi obstupemus imaginantes: & sicut qui graui, & dulci somno detinentur, non solum nocte, sed etiam ipsa luce, & claro die iacent in lecto, & non erubescūt voluptati suæ indulgentes, & tempus operationis & studij: tēpus somni & segniciei facientes: sic etiam nos die appropinquāte, nocte discedente, magis autem die (Operamini, inquit, *Ioan.9.a* dum dies est.) die ergo existente, cuncta quę noctis sunt operamur, dormientes, somnia videntes, imaginantes, deliciantes, & clausis oculis mentis & corporis insanimus, aliena loquimur, etiamsi nos quisquam alto cōfodiat vulnere, neq; sic sentimus, etiamsi omnē nobis diripiat quisq; substantiam, etiamsi ipsam nobis incendat domum. Magis autem non expectamus alios, qui hoc faciant, sed nosipsi hoc facimus, stimulantes nosmetipsos per singulos dies, & percutientes, turpiter iacentes, & nudati omni gloria, omni honore, & opera nostra turpia, neq; nos celamus, neq; alios, vt ea obcelēt postulamus: sed in media turpitudine trāseuntibus, & videntibus, propositi sumus, ad risum & crimen. An putatis, quia & ipsi maligni nō irridēt similes morum suorum, & culpant eos? Indidit quippe nobis deus, iudicium inuiolabile, quod nunquam corrumpi valeat, etiamsi ad fundum iniquitatis veniamus. Idcirco etiam qui maligni sunt, cōdemnant seipsos: & si eos aliquis vocet hoc ipsum quod sunt, erubescunt, indignantur, iniuriam putant: tametsi non operibus, sed verbis cōdemnant, quæ agunt in conscientia sua: magis autem & ipsis operibus. Cum enim latēter & absconsè faciunt, magnum indicium proferunt sententiæ suæ, quam de illa re habent. Sic enim manifesta est malicia, vt omnes eā accusent, etiam hi, qui eam exercent, & in ea versantur. Talis autem est virtus, vt ea apud illos, qui eam non sectātur, in admiratione sit. Etenim fornicator laudat pudicum, & auarus accusat iniquitatem, & iracundus admiratur patientiam, & culpat pusillanimitatem, & luxuriosus luxuriam. Quo modo ergo ista exercent, inquis? Nō quia bonum iudicant esse, sed ex negligentia multa: aliàs non erubescerent, non se cōmisisse negarēt, cum accusantur ab alio. Plurimi autem præoccupati confusionē non ferentes, laqueo se suspenderunt. Tantum nobis inest boni, honestiq; testimonium, sicut honesta clariora sunt etiam sole, & contraria eorum deformia. Peregrini, inquit, & hospites erant sancti. Qualiter, & quali modo? Vbi autem cōfitetur Abraham, quòd peregrinus & hospes sit: fortassis enim etiā ipsum hoc confessum esse reperiemus. Cōfessus est tamen Dauid: Quia peregrinus *1. Par.29.d* sum, inquit, sicut & omnes patres mei, qui in tabernaculis habitabāt, qui sepulchra pecuniis comparabant: certum quoniam peregrini erāt vt etiā nec vbi sepelirent suos, haberent. Quid ergo est? Num illius terræ, quæ in Palæstina est, dicebant se peregrinos esse? Nequaquam, sed totius mundi. Et meritò. Nihil quippe conspiciebāt in eo eorū quæ volebant, sed omnia peregrina, & aliena. Ipsi quidem virtutem colere desiderabāt, in hoc autem mundo erat iniquitas multa, & peregrina eis erant omnia. Nullum amicum, nullum familiarem habebāt, præter paucos. Quo modo, inquit, peregrini erant? Nō erat cura eorum circa ea quæ huius mundi sunt: & hoc non verbis solum, sed etiam rebus ipsis, & operibus demonstrabant. Quo modo? Dixit deus Abrahę. Dimitte *Gen.12.a* patriam, quæ putabatur esse patria, & veni ad alienā terram: & non est retentus amore propriorū, sed sicut peregrinus egressurus de aliena terra, sic sine aliqua animi molestia illam patriā dereliquit. Dixit ei, offer mihi fi- *Ibid.22.a* lium tuum: & veluti non habēs filium, sic eum obtulit: tanquā si non haberet humanam naturam, sic eū obtulit. Pecunias cum transeuntibus cōmuniter possidebat, pro nihilo eas existimabat. Primatū aliis cedebat, in pericula seipsum dabat, decem milia mala patiebatur, nō domos cōstruebat claras, nō deliciabatur, nec circa vestimenta diligēs erat, quæ omnia in hac vita esse solēt: sed cuncta, quæ ad supernam pertinēt ciuitatem gerebat, hospitalitatem exhibebat, fraternam dilectionem, eleemosynas, patiētiam, contemptum pecuniarum, cōtemptum præsentis gloriæ, & cæterorum omnium, quę in hoc mundo sunt. Filius etiam eius talis erat, exagitabatur, persecutiones patiebatur, debellabatur, & cedebat, & obsequebatur, vt in peregrinis constitutus. Peregrini quippe quæcunq; patiuntur tolerant, vtpote qui in patria non sunt. Et vxore ablata, & hoc toleranit, vtpote peregrinus. Omnia vero quæ ad supernā patriam pertinebant exercebat, pudicitiā & honestatem demōstrans. Etenim postquā adeptus esset filium, nō est amplius conuersatus cū illa muliere: & transeunte vigore iuuentutis, tunc eam accepit: ostendens quoniā non libidinis causa hoc fecit, sed ministrās & deseruiens promissioni diuinæ. Quid autem Iacob? nōne panem tantū quærebat, & vestimentum, quæ pertinent ad peregrinos, qui in paupertatē deueniunt multam? Nōne persecutionem patiens discessit, sicut peregrinus? Nōne mercenarius erat? Nōne decem milia vbiq; patiebatur mala, sicut peregrini? Hæc autem, inquit, dicebant patriam quęrentes. O quanta differentia? Illi quidē parturiebant per singulos dies, liberari volentes de hac vita, & ad patriam suā remeare: nos autem ecōtrà facimus. Si febris accedat, omnia relinquimus, sicut pueruli planctuosi mortē timemus. Et meritò hoc patimur: nō enim quasi peregrini conuersamur in hac vita: & nō veluti, qui festināt ad patriam, sed veluti ad pœnas ituri. Propterea dolemus & timemus, quoniā istis rebus non sumus vsi sicut oportet, sed peruertimus ordinē. Propterea lamētamur quando magis gaudere nos oportebat. Idcirco pertimescimus veluti homicidæ quidā & duces latronum cum perducendi sunt ad tribunal, cū omnia mala considerant quæ gesserunt, & propterea timent & tremunt. Illi vero patres nō erant tales, sed festinabāt. Paulus autem & congemiscebat. Nosipsi, inquit, in hoc ta- *2.Cor.5.a* bernaculo congemiscimus grauati. Tales erant Abraham, & illi alij: peregrini quippe erant in hoc mundo vniuerso, & patriā quærebant. Quámnā istam vel qualem? Num illam, quam reliquerant? Nequaquam. Quid enim illos prohibebat, si voluissent iterū reuerti, & effici ciues? Sed illam quærebant, quæ in cœlis est, & sic festinabant, vt hinc discederēt, & sic placuerūt deo. Vnde nō erubescit deus, vocari deus eorum. O quanta dignitas, vt dignaretur vocari deus eorū. Quid dicis? Dei terræ vocatur, & deus cœli, & veluti magnum aliquid posuisti quod dicis: non confunditur deus vocari deus eorū? Magnum est hoc? & reuera magnū, & multæ beatitudinis

titudinis indicium. Quo modo? Quia terræ quidem,& cœli vocatur de⁹ sicut vocatur & paganorũ deus, quia ipse condidit,& construxit omnia. Sanctorum vero illorum non sic dicitur deus,sed sicut amicus aliquis germanus. Exemplo vobis hoc,quod dico, clarum faciam, Verbi gratia:tanquam in magnis domibus, cum aliqui probabiles fuerint eorũ,qui in domo primi sunt,& admodum fuerint approbati, & omnia ipsis credita fuerint, & multam circa dominos suos fiduciã habuerint, †tamen dominus eorum dicitur,] & multos quis inueniet ita vocatos:quid autem dico? Sic enim dici potest deus,non gentium solum,sed totius mũdi:ita posset dici deus Abraham. Sed nescitis quanta est ista dignitas, quia neq; adipiscimur illam. Sicut enim nũc dominus deus Christianorum dicitur, & tamen excedit hoc nomen dignitatem nostram: quanto magis si vnius vocatur deus? Intellige quanta est magnitudo,qui mũdi vocatur deus,non erubescit trium vocari deus:& meritò. Non solum mundo æquales, sed mille talibus æquiparantur meritorum momenta sanctorum. Melior quippe vnus faciens voluntatem domini, quàm decem milia iniqui. Quod vero sic se peregrinos vocabãt,manifestum est. Sed esto,isti forte propter peregrinationem dicebant seipsos peregrinos:quid autem etiam Dauid? nõnne rex erat:nõnne propheta:nõne in sua patria degebat? Quare ergo dixit:peregrinus & hospes sum? Dic sancte Dauid,quo modo es peregrin⁹? Sicut patres,inquit,mei,quia & illi peregrini erant. Habemus,inquit, patriam reuera patriã. Quo modo ergo tu peregrinus es? In terra,inquit. Proinde etiam illi in terra. Sicut illi, inquit, sic etiam ego. Sicut ergo iste,sic etiam illi. Efficiamur itaque etiã nos peregrini,ne confundatur deus vocari deus noster. Confusio quippe illi est,quãdo malignorum hominum vocatur deus, & confundit illos etiam ipse. Sicut glorificatur, quando benignorum & optimorum hominum vocatur,& colẽtium virtutem. Si enim nos recusamus vocari domini malorũ seruorum,& relinquimus eos: & si nos appellans aliquis dicat,quia ille multa mala operatur, num seruus tuus est? nõnne confestim dicimus, quia nequaquam,repellentes opprobrium? Habitudo enim quædam est seruo ad dominum,& transit ignominia ab illo ad illum. Sed illi ita erant clari,ita confidentia pleni, vt non solũ non cõfunderetur, cum ab illis vocabatur deus eorum, sed etiam ipse vltrò dicebat: quia ego sum deus Abraham, & deus Isaac,& deus Iacob. Efficiamur igitur nos, ô dilectissimi,efficiamur peregrini, vt non confundatur de nobis deus & nos gehennæ cõtradat. Tales quippe erant illi,qui dicebant: Domine, nõnne in nomine tuo prophetauimus? nõne in nomine tuo virtutes multas fecimus? Sed attendite quid dicit ad eos Christus: Non noui vos, Quod faciunt vtique domini seruis malignis concurrentibus ad se, volentes à se opprobrium amoliri:nescio vos inquiũt. Quid ergo punis,quos nescis? Nescio aliter dixi,hoc est,abnego vos,& euito. Sed absit à nobis, vt hanc audiamus vocem abnegatoriam, & peremptricem,& tremẽdam. Si enim qui dæmones excludebant, & prophetias operabantur, quia vitam non habebant conuenientẽ,abnegati sunt:quanto magis nos? Quo modo possibile est, dicit aliquis, vt qui prophetias & signa fecerunt, & dæmones excludebãt, abnegẽtur? Fortassis fideles erãt,& postea mutati sunt, & facti sunt praui,propter quod nihil eis profuit prima virtus. Nõ enim exordia sola oportet habere clara,sed etiam & finem clariorem. Dic enim mihi,nõne rhetor

†ab ipsis dominus vocatur

Exod.3.b Morale.

Matt.7.d

A circa finem orationis satagit clarior apparere, vt cum plausibus discedat? Nõnne circa finẽ perfunctionis suæ actionem clariorem demonstrat? Nõne athleta nisi finem ostẽdat clariorem,& vsque ad consummationem semper exuperet, & si omnes vicerit, vincatur autem à nouissimo,nõnne omnia illi infructuosa fient? Nõnne gubernator,si pelagus totum pertrãseat, circa portum autem confringat ratem,omnem perdidit anteriorẽ laborem? Quid etiam medicus, nõne si liberauerit ægrotantem morbo, cum autem ad perfectionẽ salutis peruenturus erat ægrotus, tunc eius corrumpat valetudinem,nõnne,inquam, totum opus corrumpit & perdit? sic etiam in virtute cõtingit. Quotquot exordiis finem non posuerunt cõpetentem,& consequentem,& concinnum,perierũt & corrupti sunt. Tales nanq; sunt,qui ex carceribus ipsis clari,& gestientes prosiliunt: postea B vero dissolutius laxiusq; mouentur:idcirco palma fraudantur,à domino non agnoscuntur. Audiamus igitur hæc,qui amamus pecunias: Maxima quippe est cupiditatis iniquitas. Radix enim omnium malorum est auaricia. *1.Tim.6.b* Aduertamus qui volumus maiorem substantiam nostram facere: aduertamus & quiescam⁹ sub auaricia, ne audiamus quod illi quoq; audierunt. Nũc ea audiamus,& cõtremiscamus,ne tunc ea male audiamus. Nũc aduertamus cum timore,ne tunc cum suppliciis aduertamus: Discedite à me nunquam agnoui vos,neq; tum, *Matt.7.d* inquit,quando prophetias ostẽdebatis, & dæmones effugabatis. Fortassis etiam in hoc loco & aliud quiddã significat: quòd etiam tunc vitæ erant pessimæ,in ipsis quippe initiis,& per indignos operabatur gratia. Si enĩ per Balaam operata est, multo magis & per indignos, *Num.24.a* propter alios lucrandos. Si autem signa & prodigia nõ C valuerunt à suppliciis liberare,multo amplius etiã si in sacerdotali dignitate quisquam sit constitutus,etiãsi ad superiorem honorem pertingat, etiãsi in ordinatione eius operetur gratia,propter eos qui præpositis opus habent:audiet tamen etiam ipse,nũquam te cognoui,neque tunc,neq; quando in te operabatur gratia. O quãta est quæ illic quæretur vitæ munditia? Quo modo ipsa sufficit in regnũ nos introducere? Si vero abfuerit prodet virum, etiamsi decẽ milia possit signa & prodigia demonstrare. Nihil ita lætificat deum,sicut optima cõuersatio. Si enim diligitis me,inquit,non dixit, signa fa *Ioan.14.b* cite:sed inquit,mandata mea seruate. Et iterum:Amici *Ibid.15.b* mei eritis,nõ si dæmones excluseritis: sed si custodiatis verba mea. Illa quidem diuini sunt muneris:hęc autem post dei donum etiã nostri sunt studij. Satagamus itaq; fieri amici dei,& non permaneamus inimici. Sẽper hęc dicimus,semper hæc monemus & vos, & nosmetipsos: D sed nihil proficimus. Ob quam rem etiã timeo,& vellẽ quidem tacere,ne vobis periculũ cresceret. Sæpius quidem audiendo & neq; sic faciendo,exacerbatur dominus. Sed timeo etiam ipse aliud periculum:hoc est,silẽtij mei,si quidẽ tacuero in verbi ministerium constitutus:quid faciemus, vt saluemur? Aggrediamur virtutẽ cum tẽpus habemus,distribuamus virtutes nobis, sicut sibi distribuunt agricolturã agricolæ:in hoc mense vincamus detractiones,iniurias,iracũdiam,iniusticiam: & dicamus,Hodie ab hoc nos vicio corrigam⁹, in illo autem mense patientiã nosipsos doceamus,& in alio aliã virtutem:& cũ hanc virtutem in habitu perceperimus, ad aliã transeamus:sicut solẽt discipuli, qui quæ acquisierunt,custodiunt:quæ vero necdũ didicerunt, discẽdo acquirunt. Discamus etiã nos post istã virtutẽ,& veniamus ad cõtemptum pecuniarum. Ac primo abstra-

hamus manus à cupiditate ampliora habẽdi,& tunc faciamus eleemosynam. Nõ omnia passim cõfundamus, vt eisdem manibus & rapiamus, & eisdem iterum miserearmur. Post hanc etiam virtutem ad aliã transeamus,
Ephes.5.a & ab illa ad aliam. Turpitudo & vaniloquium,& scurrilitas neq; nominetur in vobis. In his interim nos corrigamus.Nõ sunt negocia,laboribus aut expẽsis,aut sudoribus indigentia:sufficit velle tãtum, & omnia promouentur.Non opus est longam viã pergere,neq; pertransire pelagus infinitum:sed satagere tantũ: alacritatem exhibere,& frænum imponere linguæ,iniurias vanas, iracundias, cupiditates, absurdas delicias, inanes sumptus repellamus, cupiditatem pecuniarũ ex animis nostris abiiciamus, periuria, iuramenta frequẽtia vitemus.Si tali nosipsos agricultura colam⁹,& priores spinas extirpantes, & semen cœleste iactantes, poterimus adipisci bona quæ promissa sunt. Veniet quippe verus agricola,& nos recõdet in horreis,& merebimur omnia:quæ nos omnes contingat percipere, gratia & clementia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri,vnà cum spiritu sancto gloria,imperiũ,honor nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

Homilia xxv. ex cap. xi.

Gene.22.a *Ide obtulit Abraham Isaac cum tentaretur, & vnigenitũ*
Ibid.21.b *offerebat,qui promissiones acceperat, ad quem dictum est:*
recepit. *in Isaac vocabitur tibi semen, existimans quia & à mortuis resuscitare potens est deus,vnde & eum in parabolis † reduxit.*

Vere magna erat fides Abrahæ. In Abel quippe, & in Noë, & in Enoch rationis erat pugna tantum, & opus erat humanas ratiocinationes superare:hic autem non solum opus habet humanas ratiocinationes excedere, sed etiam quiddam amplius demõstrare.Nam præcepta quippe dei,cum præceptis dei litigare videbantur,& fides fidei repugnabat, & mandatum dei erat promis-
Gene.12.a sioni contrarium.Verbi gratia: Dixit deus,Exi de terra tua,& de generatione tua, & dabo tibi terram hanc, & non ei dedit in illa hæreditatem, nec passum pedis. Intueris qualiter quæ præcipiebantur,promissionibus vi-
Ibid.21.a debantur esse cõtraria:Iterum dixit,Quoniam in Isaac
Ibid.22.a vocabitur tibi semen:& credidit.Et iterum dicit, * Sa-
** Sacrifica, & quidẽ ni si illũ ex cuius semine totus mũdus est replendus.* crifica mihi illum, ex cuius semine totus mũdus est replendus. Vides litem præceptorum & promissionum? contraria quippe promissionibus imperabat, & neque sic obstupuit iustus ille, & neque deceptum se dicebat. Vos enim non potestis,inquit,hæc dicere, quod requiẽ vobis pollicit⁹ tribulationem intulerit. Hic enim quæ promisit,hæc etiam facit. Quo modo hoc?In mũdo,in-
Ioan.16.g quit,tribulationem habebitis,&,Qui nõ acceperit cru-
Matt.10.d ce em suam,& secutus fuerit me,non est me dignus.Qui
Ioan.12.d non oderit animam suam, non inueniet eam: &, Qui
Luc.14.g non abnegauerit omnia sua, & secutus me fuerit, non
Marc.13.b est me dignus. Et iterum:Ante reges,& præsides indu-
Mich.7.b cent vos propter me.Et iterũ: Inimici hominis domestici eius. Quæ vero ad promissionẽ pertinent & quietem,in futuram vitam promissa sunt.Abrahę vero ecõtrà factum est. Contraria quippe promissionum ei imperabantur,vt faceret: & neque sic turbatus est, neque obstupuit, nec se deceptum arbitrabatur. Vos autẽ nihil extra promissionem patimini & turbamini: ille vero contraria promissis audiebat ab eodem ipso, qui illa promiserat,& non turbabatur:sed veluti consona gerebat,& reuera consona erant. Contraria quidem humanis ratiocinationibus videbantur: consona vero erant fidei, Et quo modo, inquis? Ipse nos docuit Apostolus. Cum enim dixisset, existimãs quòd & à mortuis resuscitare potens est deus, vt ostenderet ex eadem ipsa fide,ex qua crediderat, quoniam eadem potẽtia qua non existentem dederat, hac etiam & mortuum resuscitare posset,adiecit, quia eadem ipsa fide etiam occisum resuscitari credidit. Similiter quippe dubium erat humanæ ratiocinationi,vt ex vulua emortua, & senili, & ineptæ iam facta ad generandum, donaret filium, & interemptum iterum suscitaret. Sed dux est fides præcedens ad futura. Et intuere,quæ prospera erãt prima, aduersa vero posteriora circa senectutem intulit. Nobis autem econtrà promisit. Quæ tristia nanque sunt, prima erũt:nouissima prospera & fœlicia. Hoc dictum est propter eos,qui dicere audent, quia post mortẽ nobis bona promisit.Fortasis enim,inquiunt,fefellit nos. Ostendit quippe, quia etiam ex mortuis suscitare potẽs est deus.Si enim ex mortuis suscitare potens est: vtique cuncta repræsentabit,quæ promisit. Si enim Abraham credidit primus ante tot annos, quia ex mortuis suscitare potens est deus: multo amplius nos credere debemus.Vides quia sicut iam dixi, necdũ intrauerat mors, & iam eos ad spem resurrectionis adduxerat: & ad tãtam eos certitudinem perduxit,vt etiã interimere suos filios iussi,ex quibus sperabant repleri mundũ, non hęsitauerint. Hic etiam aliud ostendit in eo quod dixit: Tentabat deus Abraham. Quid ergo?Ignorabat deus, *Gene.22.a* quia fortis erat ille vir, & animo generoso? Quare ergo eum tentabat? Non vt ipse cognosceret,sed vt aliis demonstraret, & manifestam eius fortitudinem cõstitueret vniuersis. In hoc loco etiam ostendit causam tẽtationum, ne putarent tanquam derelicti à deo illa se perpeti. Nunc enim necesse est tentari,quia multi sunt persecutores,multi insidiatores:tunc autem quæ necessitas erat,non existentes tentationes excogitare? Et ista quidem tentatio manifesta fuit,quoniã deo præcipiente ei facta est: aliæ vero tentationes ipso permittente eueniebant,ista vero etiã ipso iubente. Si igitur ita probatos tentationes reddunt, vt etiam non existente causa,Deus tamen exerceat suos athletas:multo magis nos cuncta oportet fortiter tolerare. Hic autem significanter dixit,quia fide obtulit Isaac,cum tentaretur. Nulla quippe altera causa fuit oblationis illius,nisi hæc.Deinde exequitur tentationis huius sensum.Non potuit,inquit,quisquam dicere,quia alium filium habuit,& ex illo sperabat promissionem impleri, & propterea confidẽs istum obtulit: etiam vnigenitum, inquit,offerebat, qui promissiones acceperat. Quid dicis vnigenitum? Quid Ismahel, ex quo erat? Vnigenitum, inquit, dico quantum attinet ad rationem promissionis.Propterea cum dixisset vnigenitum,addidit,Isaac. Volens ostendere vnigenitum illum esse,de quo dictum est:Quia in *Ibidẽ 21.a* Isaac vocabitur tibi semen,hoc est ex eo.Vides quo modo celebret quod à Patriarcha factum est? In Isaac, inquit,vocabitur tibi semen. Et offerebat occidẽdum filium. Deinde ne quis putet,quòd desperãs hoc fecerit, & per hoc præceptum fidem illius promissionis amiserit,sed cognoscat, quod reuera & hoc fidei fuerit, atq; etiam illã habuerit fidẽ, licet videretur huic repugnare,cũ tamen non repugnarit. Nõ enim humanis ratiocinationibus virtutẽ dei pensabat, sed fide cũcta gerebat.Propterea nõ veretur dicere:quia & ex mortuis potens est deus suscitare. Vnde eũ & in parabolis recepit, hoc est,in exẽplo,in ariete inquit,Quo modo hoc?Ariete quippe occiso,iste saluatus est. Proinde per arietẽ eũ accepit,illũ pro isto occidens.Hęc autẽ typi quidã erãt:

hic enim

hic enim filius dei est, qui occisus est. Et contemplare mihi elementiam dei quanta sit. Quoniã enim magna quædam danda erat hominibus gratia: volens nõ quasi ex gratia, sed velut ex debito illud facere, persuasit primum homini, vt filium suum traderet pro præcepto dei: vt nihil magnum ipse videatur facere, filium suum tradendo. Si quidem homo ante ipsum hoc fecerit, vt hoc non ex gratia facere existimaretur, sed debito recompensaret: Quos enim diligimus, & hoc eis donare volumus, vt putemur ab eis primum aliquid accepisse: † & si illis nos cuncta donauerimus,] & gloriamur ex illo magis quod accepimus, quàm ex illo quod donamus: & nõ dicimus, quia hoc ei donauimus, sed hoc ab eo accepimus. Vnde cum in parabola, inquit, recepit. Hoc est veluti in similitudine. Velut enim in parabola erat aries Isaac, aut velut typus. Quoniã enim absolutũ erat sacrificiũ, & occisus Isaac, quantũ attinebat ad voluntatem illius, propterea illum redonauit Patriarchę.

† & sic nos illis cuncta donare,

Morale.

Intueris quia quod semper dico, hoc etiam nunc ostenditur. Cum enim constituerimus mentẽ nostram perfectam, & ostẽderimus quoniam contemnimus res terrenas, tunc nobis etiam terrena donantur, ante autẽ nequaquam, ne accipiendo qui iam colligati eramus, terrenis reb⁹ amplius illigemur. Solue teipsum, inquit, primo seruitute, & tũc accipe: ne sicut seruus accipias, sed sicut dominus. Cõtemne diuitias, & eris locuples: contemne gloriam, & eris glorioſus: contemne supplicia inimicorum, & tunc ea obtinebis: contemne remissionem & quietẽ, & tunc eam accipies, vt cum eam acceperis, non ligatus accipias, neq; sicut seruus, sed sicut liber: sicut etiam infantulis paruulis fieri cernimus. Infantulus quippe cum aliquid puerile desiderat, cũ omni festinatione abscondimus: vtputa sphæram, & quæcũque talia, ne impediatur, à necessariis: cum autem ea contempserit, & non iam eorum desiderio detinetur, sine solicitudine ei damus, sciẽtes quoniam nulla læsio de cętero ei cõtinget, illa cupiditate cessante, quæ eum à necessariis poterat auocare. Sic etiã deus, cum viderit nos iam non concupiscere ea quæ terrena sunt, tunc iam ipsa nobis ad vtẽdum largitur: Tum enim sicut liberi, & viri ea possidebimus, non sicut pueri. Quod enim si cõtempseris vltionem de inimicis sumere, tunc

Roma. 12.d eam obtenturus sis, audi quid dixerit: Si esurierit inimicus tuus ciba illum: si sitierit, potum da illi, Et intulit: Hoc enim faciens, carbones ignis cõgregabis in caput eius. Et iterum: Quod si contempseris diuitias, tunc eas

Matt. 19.d adepturus sis, audi Christum dicentem. Non est qui dimittat patrem, & matrẽ, aut domum, aut fratres, & non centuplum accipiat, & vitam æternã acquirat. Et quod si contempseris gloriam, tunc eam accepturus sis, audi

Marc. 9.c eundem ipsum Christum dicentem: Qui vult in vobis

† minister. Luc. 14. & 18.c primus esse, erit vester † nouissimus. Et iterum: Qui enim se humiliauerit, exaltabitur. Quid dicis? Si dedero potum inimico meo, tunc eum magis punio: si dimisero ea quæ habeo, tũc ea habebo: si me humiliauero, tũc sublimis efficior? Ita est, inquit: talis est enim mea virtus. Per contraria, quæ contraria sunt præsto. Valde dives sum, & industrius, non verearis: meę quippe voluntati obsequitur rerum natura, non ego obsequor naturæ. Ego cuncta operor, non ego ab illis regor. Idcirco & transformare & transmutare, & trãsordinare ea possum. Et quid miraris, si in istis hoc possum: hoc idem & in aliis cunctis inuenies. Si aliquem læseris, etiam ipse læderis: si autem læsus fueris, tunc nequaquam læderis: si te vindicaueris, tunc ego non vindico, sed teipsum vindico. Qui enim diligit iniquitatem, odit animam *Psal. 10.b* suam. Vides quoniam non es læsus, sed magis tu lædis. Propterea etiam Paulus inquit: Quare non magis iniu *1. Cor. 6.b* riam patimini? Vides quia nõ est hoc lædi, sed cum iniurias infers, tunc magis illas pateris: Et hoc etiã ex parte norunt plurimi, vtputa, cum dicunt adinuicem, discedamus hinc, noli teipsum iniuriare. Quare? Quia multum interest inter te & illũ. Quantumcunq; enim iniuries, ille gloriam arbitrabitur. Hoc in omnibus intelligamus, & efficiamur altiores iniuriis. Quo modo hoc, inquis? Ego dicam: Si enim ad ipsum, qui purpura induitur, litem habebimus, si illũ vituperauerimus, nos ipsos vituperari putamus. Quid enim, dic mihi, qui cœlorum ciuis es, & superiorem philosophiam colis, cum eis qui terrena sapiunt te cõmisces? Nam etiamsi innumeras pecunias possideat, & in potestate, ac potentia sit, necdum tamen scit bonum tuũ: noli ergo iniuriare teipsum, dum illum iniurias. Tibiipsi parce, non illi: teipsum honora, non illum. Nõne prouerbium tale est? quia qui alium honorat, seipsum honorat: & merito: non enim honorat illum, sed seipsum. Audi sapientem quendam dicentem: Fac animæ tuæ honorem secundum dignitatem eius. Quid est hoc? Si tua diripuit, inquit, noli eius velle diripere: iniuriauit, nõ iniuries. Die mihi obsecro, si quisquam pauper lutum iacẽs in atrio tuo tolleret, num propterea eum ad iudiciũ traheres? Nequaquam. Quare? Ne teipsum iniuries, ne te omnes inculparẽt. Hoc etiam fac. Pauper quippe est ille diues, & quanto ditior est, tanto pauperior existit, paupertate quę reuera paupertas est: lutum est aurum in atrio proiectum, non in domo tua. Domus quippe tua cœlũ est. Propterea itaq; si moues iudicia, putas quòd non te culpabunt ciues superioris patriæ? Non te excludent à sua patria, te tam humilem, tam sordidum, tam infimum, tam abiectum, vt etiam pro modico luto eligas litigare? Si enim mundus ipse tuus esset, deinde quisquam tibi illum auferret, an istud curare oporteret? Ignoras quia etiamsi decies mundum, vel cẽtuplum, vel decies milies, vel duplo toties ponas, neq; minimo bono cœlesti comparandum est? Qui igitur res huius seculi miratur, cœlestes contemnit. Siquidem ista appetẽda esse arbitratur, quæ plurimum inferiora illis sunt: magis autem neq; mirari illa poteris. Quo modo? Quippe quia ad ista sic affectus es. Abscindamus igitur funes, quibus ligati sumus, & implicamenta: hoc quippe sunt omnes res terrenæ. Vsquequo deorsum inclinati sumus? vsquequo inuicẽ insidiamur sicut bestiæ, sicuti pisces maris? Magis autem bestiæ non insidiantur inuicem, sed alienigenis: vtputa vrsa vrsam nõ facile interimit, neque serpens serpentem, cognationem generis reuerentur. Tu autem cum indigena etiam decem milia habẽs iura naturæ: cognationem, rationem, cognitionẽ dei, & alia decem milia, interimis eum, qui eandem tecum cognationem habet naturæ, & in omnibus quę naturę sunt, tecum communicat, eum tu interimis, & inuoluis decẽ milibus malis. Quid enim fit? Tu quidem gladiũ non mergis, neque tingis in iugulo, & in sanguine eius dexteram tuam, alia vero fœuiora committis, cõtinuis eum mœroribus inuoluens. Illud enim si operareris, simul cum curis omnibus liberares: nũc autem fame, seruitute, deiectione, & aliis multis iniquitatibus affligis. Hæc dico, nec dicere cessabo, non ad homicidia vos prouocans, veluti ad minora mala descendere vos exhortans: sed vt non dicatis, quia minora sunt ista quæ facitis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

facitis,quasi illorum gratia non sitis daturi pœnas. Qui impeditur, inquit, in victu necessario, & panem petit, affligitur. Contineamus itaque manus nostras aliquando,magis autem non contineamus,sed extẽdamus eas bene,non ad aliena auferenda,sed ad eleemosynam faciendam:non habeamus manum infructuosam,neque aridam. Manus quippe non faciens eleemosynam,arida est:quæ vero etiam aliena aufert, sceleſta est & impura. Nullus cum talibus manibus cibum sumat, iniuria quippe est hæc discumbentium. Dic enim mihi si quis in tapetis, & straminibus mollibus, & auro textis linteaminibus discumbere nos faciat in domo ampla & splendida, & multitudinem ministrãtium ante nos constituat,deinde vas aureum,vel argentũ pręparans, & cibis plurimis,& opiparis cumulãs,& facultatem nobis vescendi tribuat: si modo patiamur eum manus cœno,vel simo humano perũgere,& sic nobiscum ad comedendum simul discumbere,quæso an quis molestiã istam sustineret,& contumeliam non iudicaret?Ego enim existimo,quia statim exiliret & effugeret. Nunc autem cœno,reuera cœno non solum manus vides repletas,sed etiam ipsos cibos, & non exilis, nõ refugis,non increpas,sed si in potestate,vel potentia fuerit, etiã magnum aliquid arbitraris,& animam tuam deliciari existimas talibus vescens,quę omni cœno peiora sunt:auaricia enim quouis cœno deterior est. Animam quippe nõ corpus polluit,& facit eam vt difficile diluatur: vides ex hoc cœno discumbẽtem perunctum, & manus, & vultum,& repletam eius domum,& repletam etiam mensam stercore:& quicquid aliud adhuc immũdius, & spurcius dici potest,illi cibi pollutiores, & sceleſtiores sunt. Tu autem veluti honoratus sic afficeris, & veluti deliciaturus,& neq; Paulum reuereris,ad mensam quidem Paganorum si volueris ire, non prohibẽtem: ad mensam autem auarorum, & aliena auferentium, ne volentes quidem permittẽtem. Si enim qui frater, inquit,nominatur inter vos.Fratrem in hoc loco omnem fidelem simpliciter intellige,non monachum tantum. Quid autem est quod facit fraternitatem, nisi lauacrum regenerationis,quod facit posse vocari deum, patrem?Proinde qui catechumenus est,etiamsi monachus sit,non est frater:qui vero fidelis est, etiamsi secularis sit,frater est.Si quis,inquit,frater nominatur.Neque vestigium tunc monachi erat, sed omnia ad seculares tunc loquebatur beatus Paulus.Si qui,inquit,frater nominatus fuerit fornicator, aut auarus,aut ebriosus,cum huiusmodi nec cibum sumere.Cum autem de paganis ageret nõ ita: sed,Si quis vos vocauerit ex infidelibus,paganos significãs:Si vultis ire,omne quod apponitur vobis comedite. Si is qui frater nominatur sit ebriosus. Papæ quanta diligentia & integritas requiritur. Nos autem non solum non fugimus ebriosos, sed etiam imus ad eos, participantes cum eis. Ob hoc vniuersa mala fiunt,cuncta cõfusa sunt & peruersa,omnia perierũt.Dic enim mihi,si te vocauerit talium quisquã ad conuiuium,te pauperem,& qui putaris infimus:deinde si à te audiat, quia hæc quæ apposuisti ex auaricia sunt acquisita,non patiar ex illis contaminari animam meam:nónne reuerebitur?nónne erubescet? nónne cõfundetur?Hoc solum sufficiens erat corrigere,& facere vt ille quidem cum diuitiis suis infœlicẽ seipsum iudicet,te vero admiretur in illa paupertate,siquidem videret seipsum cum tanto studio à te contemni?Sed facti sumus serui hominũ,ignoro qua ratione,cum Paulus sursum atq; deorsum clamet: Non efficiamini serui hominum. Quare ergo nos effecti sumus hominũ serui?Quia primum ventris serui facti sumus,& pecuniarum,& gloriæ,& aliarum omnium rerum, & perdidimus libertatem,quã nobis largitus est Christus. Quid ergo manet eum, qui seruus factus est,dic mihi? Audi Christum dicentẽ:Seruus non manet in domo in sempiternum.Habes sententiam plenam atque perfectam, quoniam nũquam intrabit in regnum. Domus quippe hoc est. In domo, inquit, patris mei multæ mansiones sunt. Seruus igitur nõ manet in domo in sempiternũ. Seruum illum dicit,qui peccati seruus est: qui vero nõ manet in domo in sempiternum, in gehẽna permanet in sempiternum,& ex nulla parte habebit solatium.Ad tam malum habitum humanæ res deuenerũt, vt etiam ex his quæ rapiunt,eleemosynas faciant, & multi suscipiant.Propter hoc fiducia nostra cecidit, neq; iam aliquem increpare possumus, Saltẽ & nunc fugiamus læsionem,quæ ex hoc nascitur. Vos autẽ qui in hoc cœno inuoluimini,aliquando quiescite,cessate à tali morbo, & abstinete cupiditatem vestram à talibus conuiuiis,si quo modo vel nũc valeamus propiciũ reddere dominũ,& adipisci bona,quæ promissa sunt:quę nos contingat omnes percipere in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri,vnà cum sancto spiritu gloria,imperiũ, honor nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

Cum rapacibus cibus non est sumendus

1.Cor.5.c

1.Cor.10.f

Homilia xxvi. ex cap. xi.

Fide de futuris benedixit Isaac Iacob & Esau,fide Iacob moriens benedixit vnumquemque filiorum Ioseph,& adorauit fastigium virgæ eius.Fide Ioseph moriens de exitu filiorum Israel meminit,& de ossibus suis mandauit.Fide Moses natus,occultatus est mensibus tribus à parentibus suis,eo quòd vidissent elegantem infantem,& non timuerunt regis edictũ.Fide Moses grandis factus negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo dei,quàm temporalem peccati habere iucunditatem,maiores diuitias existimans thesauro Ægyptiorum improperium Christi: aspiciebat enim in remunerationem.Fide reliquit Ægyptum,non veritus ferociam regis. Perinde enim tanquam vidisset inuisibilem obduruit. Multi,inquit,prophetæ,& iusti desiderauerũt videre quæ videtis,& non viderunt,& audire quę auditis & non audierunt.Quid dicimus: num omnia futura sciebant iusti?Et valde.Si enim propterea non reuelabatur filius quibusdam propter infirmitatem eorũ, quia eum non poterant capere:sed illis,qui virtutis claritate fulgebant,meritò reuelabatur.Et hoc etiã Paulus dicit,quia futura sciebant: hoc est,resurrectionem Iesu Christi.An non hoc dicit?Sed fide de futuris dicit.Nõ futurum seculũ significans,sed futura huius seculi.Quo modo quippe homo peregrinꝰ tales benedictiones daret?Sed iterum adeptus est benedictionem, & nõ eam sumpsit.Intueris quoniã quod † dixit de Abrahã,& de Iacob dici potest? quoniam non receperũt benedictiones,nepotibus eorum redditæ sunt illæ benedictiones, ipse autem futura adeptus est. Inuenimus autem fratrẽ eius magis potitum esse seculo. Ille autem in seruitute mercenaria,& periculis,& insidiis,& deceptionibus,& timoribus omne trãsegit tempus.Interrogatus etiam à Pharaone:Modici,inquit,& mali facti sunt dies mei.Illo autẽ in primatu & fiducia fuit multa,& postea fuit illi terribilis. Vbi ergo ei prouenerunt bona,nisi in futuro?Vides quia mali primũ rebus secularibꝰ perfruũtur, iusti autẽ econtrà?Non quidẽ omnes.Ecce enim Abraham iustus erat,& potitus est rebus secularibus,verũtamen cum tribulatione,cum tentationibus. Etenim diuitiæ tantum erant illi, cæterum plena illi erant tribu-

Gen.17.d f
Ibid.48.c
Ibid.50.d
Exod.2.a
Ibid.1.c
Ibid.2.b
Luc.10.d
† dixi
Gen.47.b

lationibus

Ioan.8.d
Ibid.14.a

lationibus omnia. Non potest iustus nō tribulari, etiāsi A diues sit. Cum enim paratus sit damna perpeti, iniurias ferre, & alia multa pati, necesse est eum tribulari. Proinde etiamsi perfruatur diuitiis, non tamen est sine tristicia. Quid ita? Quia in tribulatione est, & dolore. Si autem in tribulatione tunc erāt iusti, multo amplius nūc sunt. Fide de futuris benedixit, inquit, Isaac, Iacob, & Esau. Licet maior sit Esau, tamen præponit Iacob propter virtutem. Intueris quāta erat fides, & vnde promittebantur filiis eorum tanta bona? Vtiq; ex fide, hoc est, credendo deo. Fide Iacob moriens, vnumquenq; filiorum Ioseph benedixit. In hoc loco necessarium est ponere benedictiones omnes, vt etiam fides & prophetia eius manifesta fiat. Et adorauit, inquit, † fastigiū virgæ eius. Hic non solum, inquit, pronūciauit, sed etiam ita confidebat de futuris, tanquam si ea opere demonstraret. Quoniam enim surrecturus erat ex Effren rex alius B propterea dixit: Et adorauit fastigium virgæ eius. Ecce cū iam esset senex, †adorabant Ioseph vniuersi populi: adorationē significans quæ illi erat futura. Et hoc iam sumpsit effectū, quando eum adorauerunt fratres eius: futurum autē erat iterum postea per decem tribus. Intendis quo modo futura prædixit? vides quantā habuit fidem, quo modo de futuris credebat? Quædam enim in hac vita patientię sunt solius exempla, & qualiter patienda sunt mala, & quia non hic recipiuntur bona, sicut cōtigit in Abraham, sicut in Abel. Quædam autem fidei sunt exempla, sicut contigit in Noë: quoniam est deus, quoniam est retributio. Fides quippe multimoda est in hac vita qua creditur, quoniam est retributio: & quia non eodem modo sustinēda est, & ante munera, vel coronas certandum est. Illud autem quod circa Iacob cōtigit, solius est fidei: quoniam promisit Abrahæ. C

Gene.15.d Quia tibi dabo & semini tuo terram hanc. Audiuit Ioseph etiam inter alienos constitutus, & necdum vidēs iam processisse promissionem, & neq; sic concidit animus eius: sed sic credidit, vt etiā de exitu eorū loque-

Ibid.50.d retur, & de ossibus suis mandatum daret, Et non tantū ipse credidit, sed etiam alios ad fidē introduxit, vt semper memores essent, quia nequaquam de suis ossibus præcepisset, nisi plena fide speraſſet reditum eorū. Proinde quando quidam dicunt: ecce iusti quoque curam gerebant sepulchrorū: dicamus ad illos quia non propter hoc. Nam sciebat, quia domini est terra & plenitudo eius.

Psal.23.a Nequaquā enī in tanta cōuersatus philosophia hoc ignorauit, qui tantum tempus vixit in Aegypto: Alioqui licebat illi, si voluisset ad patriam repedare, & non lugere, nec ægre ferre. Verum cum & patrem illuc euexerit, cuius gratia & ossa sua ex Aegypto transferri præcepit, nisi quod manifestum est, quia propter eandem causam? Quid autē, dic mihi? Num ipsius Mosi ossa inter alienos iacēt? & Aaronis, & Danielis, & Hieremiæ? Apostolorum autem plurimorū ossa nescimus, vel vbi iacent: Petri & Pauli quidem, Ioannis & Thomæ, manifesta sunt sepulchra. Aliorum vero cum tanti sint, minime cognitū est vbi sint. Nihil igitur pro hac re lugeamus, neque pusillanimiter feramus. Vbicūque

Psal.23. enim sepeliamur, Domini est terra, & plenitudo eius: Omnino fit, quod oportet fieri. Lugere autē, & deplorare, & lamentari eos, qui de hac vita discedunt, ex pu-

Exod.2.a sillanimitate cōtingit. Fide, inquit, Moses natus, absconditus est tribus mensibus à parentibus suis. Contemplaris quia hæc post mortem sperabant impleri in terra, & multa quidem effecta sunt post mortem ipsorum. Hoc autem dictū est propter aliquos qui dicunt: post mortem ea implentur illis quę nō sunt adepti viuentes: quę neque post mortem se credebāt adepturos. Non enim dixit Ioseph, quia me viuente hanc terram non dedit, neque patri meo, neque auo meo, cuius virtutem reuereri debebat, istos vero malignos dignos facturus est, vt percipiāt quæ illi non sunt digni facti percipere? Nihil horum dixit, sed fide cūcta & superauit, & transcendit. Itaque percurrit Abel, Noë, Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph, & omnes glorioſos & admirabiles viros: deinde augmētum facit cōsolationi & exhortationi suæ, ad personas infimas deducens orationem. Vt enim admirabiles personæ hæc fortiter paterentur, mirū nihil est, & inferiores eos apparere claris illis viris nō ita graue est. Obscuris autem inferiorem videri, id demū graue est. Orditur vero à parentibus Mosi, ignobilibus quibusdam viris, & nihil tale habentibus, quale filius eorū: propterea & progrediēdo auget absurditatem, meretrices mulieres, & viduas enumerās. Fide, inquit, Raab meretrix non periit simul cum infidelibus, susciplens exploratores cum pace. Et non solum fidei, sed etiā incredulitatis ponit præmia, sicut † in persona Noë,] Interim de parentibus Mosi necessariū est dicere. Omnes quippe infantulos masculos interimi Pharao iusserat, & nullus effugit hoc periculum. Vnde igitur speraverunt isti, vt saluarent puerum? Ex fide, inquit. Qua fide? Quia viderunt elegātem infantulum, & ipse vultus ad fidem eos attraxit, Sic iam inde ab initio ex ipsis incunabulis multa erat illi iusto infusa gratia, non natura hoc operāte. intuere enim statim, vt genitus, honestus apparebat infantulus, non erat deformis. Cuius ergo erat hoc opus? Non naturæ, sed gratiæ diuinę, quę etiam barbaram illam mulierē Aegyptiam excitauit, vt amaret, vt sumeret, vt arriperet, & tamen fides in istis non habuit idoneum argumentum. Quid hoc, & quantum erat vt ex ipso vultu crederēt? Sed vos, inquit, ex rebus ipsis credite, & multa habebitis fidei pignora. Vt enim cum gaudio rapinam rerum vestrarum susceperitis, & quæcunque talia passi estis, fide actum est, & patientia. Sed quoniam & isti crediderunt, deinde & pusillanimiter afficiebantur, ostēdit quia & fides illorum plurimum protendebatur, sicut contigit in Abraham, quanuis viderentur sibi res ipsę repugnare. Non timuerunt, inquit, præceptum regis, quanquam illud quidē opere exercebatur: hoc autem tenuis quædē erat expectatio, & hoc quidem parētum erat, ipse vero Moses quid attulit? Deinde familiare illis, & domesticū profert exemplum, illo maius & amplius. Fide, inquit, Moses magn⁹ factus, abnegauit dici filius filiæ Pharaonis: magis eligens affligi cum populo dei, quàm temporalem habere D iucunditatem peccati: maiores diuitias existimans thesauris Aegyptiorū improperium Christi. Respiciebat quippe in remunerationem. Tāquam si diceret ad eos, nullus vestrum dimisit aulam regalem amplam, & claram, neque tales thesauros, neq; cum posset filius regis esse, contempsit, sicut Moses fecit. Et quia non simpliciter dimisit, significauit dicens: Abnegauit. Hoc est, horruit, auersatus est. Cœlo quippe proposito, superfluum erat aulam admirari Aegyptiaci regni. Et vide quàm mirabiliter illud posuit Paulus. Non dixit maiores diuitias existimauit thesauris Aegypti cœlum, & ea quæ in cœlis sunt. Sed quid dixit? Improperium Christi. Pro Christo enim improperiū sustinere melius iudicauit, quam in deliciis esse. Sic etiam hoc ipsum per se solum merces erat. Eligens magis affligi cum populo dei. Vos enim pro vobismetipsis patimini, ille autē pro aliis hoc elegit, &

† ἐπὶ τὸ ἄκρον .i. *ad fastigiū. Sic & sup.*

† *adorabat Ioseph, vniuersi populi adorationē significans,*

† *in tempore ipsius Noe. Exod.1.c*

git,& vltrò ſeipſum proiecit in tãta pericula,cum ei liceret & piè viuere,& ſecularibus perfrui bonis. Quàm temporalem habere peccati iucunditatem. Peccatũ duxit,nolle affligi cum aliis,hoc peccatum eſſe putauit. Si igitur ille non alacriter affligi cum cæteris peccatũ eſſe iudicauit:magnum ergo bonum eſt afflictio, ad quam ex faſtigio regali ſeipſum proiecit. Hæc enim faciebat, magna quædam proſpiciens. Maiores, inquit, diuitias exiſtimans theſauris Aegyptiorum improperium Chriſti.Quid eſt improperium Chriſti?Hoc eſt,improperia talia ſuſtinere,qualia nunc vos:quale Chriſtus etiam ſuſtinuit improperium. Et quo modo pro Chriſto ſuſtinuit Moſes:Petra enim erat Chriſtus: ſic etenim & ille improperium ſuſtinuit,ſicut & vos.Quid autem eſt improperiũ Chriſti? Quia reſpuimus paternos errores,improperium ſuſtinemus, quia patimur mala concurrentes ad deum. Sic etiam ille improperium Chriſti ſuſtinebat,quando audiebat: Nunquid interimere me vis, ſicut interfeciſti heri Aegyptium? Hoc eſt improperiũ Chriſti,vſque in finẽ,& nouiſsimum ſpiritum pati mala:ſicut etiam ipſe improperia ſuſtinebat,& audiebat:Si filius dei es. Et ab eis audiebat pro quibus crucifigebatur,id eſt,à contribulibus.Hoc eſt improperiũ Chriſti, quando quiſquam à domeſticis, quando quiſquam ab his,quibus beneficium præſtitit,ſuſtinet improperium. Etenim ille quoque pro beneficio ſuo hæc patiebatur. Hic eos excitauit, oſtendens quia & Chriſtus eadẽ paſſus eſt & Moſes.Duæ perſonę claræ,& diuulgatæ.Proinde Chriſti magis eſt improperium iſtud,quàm Moſi, quoniam à propriis iſta paſſus eſt.Sed neq; ille fulmina emittebat,neq; iſte malignè quicquam tulit,ſed improperium ſuſtinebat, & patienter cuncta ferebat,illis mouentibus capita ſua: quia ergo potuerũt fortaſſe his auditis deſiderare etiam ipſi retributionem,dicit:Quia & Chriſtus & Moſes talia paſsi ſunt. Proinde deliciæ,inquit,& remiſsio peccati ſunt:improperia vero Chriſti. Quid enim vis:improperium Chriſti?an remiſsionem & delicias:Fide reliquit Aegyptum, nõ veritus ferociã regis.Perinde enim tanquam vidiſſet inuiſibilẽ,obdurauit. Quid dicis quia non timuit? Et tamen ſcriptura hoc dicit,quia audiens veritus eſt,propterea fuga ſalutem quæſiuit, & in fugam verſus eſt, & furatus ſeipſum de medio,& poſt hæc in timore erat.Intende igitur diligẽter dicto.Quod dicit:Non veritus ferociam regis, ad hoc dicit,quod iterum cõparebat.Timentis quippe erat,non reuerti iterum ad patrocinium, neq; rem aggredi: ſed tamen quòd reuerſus eſt iterum, animi erat deo ſe cõmittentis. Non enim dixit,quia quærunt me, & ſcrutantur,non me igitur iterum eiſdem ipſis cõmittam. Proinde etiam quòd à fuga reuerſus eſt,fidei fuit. Quid ergo non permãſit,inquit,ne ſe in apertum præcipitaret periculum:quia hoc iam tentantis eſſet,inſilire in media pericula, & dicere: videamus ſi me liberet deus.Hoc etiam Chriſto dixit diabolus:Mitte te deorſum. Intueris quia hoc diabolicũ eſt, vt ſuperuacuè ac ſuperflue ſe quiſquam in periculũ iactet, & tẽtet deum ſi ſaluet?Et enim præeſſe iam illis ad regimen eorũ non poterat,ita ingratè affectis illis,quibus tãta præſtiterat. Stultum itaq; erat,& inſenſatum permanere illic. Hæc autem omnia facta ſunt, quia veluti vidẽs inuiſibilem ſic ſuſtinebat. Si igitur videmus mente ſemper deũ, ſi ſemper in recordationem eius conuertimus mẽtem noſtram,omnia nobis facilia apparebunt, omnia portabilia, omnia leuiter ſuſtinebimus, omnibus ſuperiores efficiemur, Si enim quiſquam dilectũ videt, magis autem recordatus illius,erigit animam ſuam,& mente ſublimis efficitur, vt omnia facile toleret, delicians ex memoria illius:qui in mente habuerit eum,qui nos diligere vere dignatus eſt,& recordatus fuerit eius:quando poterit aliquam ſentire triſticiam, aut terribile aliquid,aut periculoſum timere? quando puſillanimitate afficiatur?nunquã ſcilicet.Omnia quippe nobis difficilia vidẽtur,quia dei memoriã non habemus,ſicut oportet habere: quia non eum ſemper in mente noſtra portamus.Iuſte quippe nobis dixerit: oblitus es mei, obliuiſcar & ego tui.Et duplum efficitur malũ: quia & nos eius obliuiſcimur, & ille noſtri. Hæc enim mala duo ſunt,alternis quidem complicata,duo tamẽ ſunt. Magnum quidẽ operatur memoria dei:magnũ autem etiã cum & nos eius habemus memoriã:hoc quippe facit eligere bona,illud autẽ impetrare,& ad effectũ perducere.Propterea dixit Propheta: Recordabor tui de terra Iordanis,& Hermoniim de mõte paruo. Hæc dixit populus in Babylonia conſtitutus,recordabor tui.Et nos igitur tanquã in Babylonia cõſtituti, etiamſi in medio hoſtium nõ conſidemus, veruntamẽ inter inimicos ſumus.Alij quidẽ tanquam captiui ſedebant,alij autẽ neque ſentiebãt captiuitatẽ ſicut Daniel, ſicut tres pueri, qui in captiuitate quoq; conſtituti,ab ipſo rege,qui eos captiuos habebat,clariores erãt effecti, in ipſa illa prouincia,qua captiui erant, adorabantur. Vides quãtum virtus poſsit? In ipſa captiuitate conſtitutos curabat vt dominos.Rex itaq; magis erat captiuus quàm illi.Non adeò mirabile fuiſſet,ſi in ſua ipſorũ patria regnãtes acceſsiſſet & adoraſſet. Hoc autẽ mirabile demum erat, quod cum eos vinculis ſtrinxiſſet,captiuos cepiſſet, haberetq; in ſua poteſtate, omnibus videntibus non eruebuit adorare,& agnũ immolare. Intuemini quia reuera res illæ claræ ſunt, quæ ad deum pertinent: res vero humanæ, vmbræ ſunt. Ignorabat igitur quòd ſibi dominos adducebat, & quos adoraturus erat. Miſit eos quippe in caminũ:ſed ſicut ſomnium hoc illis erat.Timeamus itaq; dilectiſsimi dominũ,timeamus,ac ſi etiã in captiuitate fuerimus,omnibus erimus clariores. Timor adſit dei,& nihil erit triſte.Tametſi paupertatẽ dicas,tametſi ægritudinem, tametſi captiuitatem,tametſi ſeruitutẽ:& ſiquid aliud triſtium,non ſolũ grauia non erunt, ſed immò magis adiumenta nobis erunt in aduerſis.Captiui erant iſti,& adorauit eos rex, Tabernaculorum erat factor Paulus, & ſacrificabant illi ſicuti deo.In hoc loco quęſtio occurrit,cur apoſtoli quidem ſacrificia prohibuerunt, & veſtimenta ſua ſcindentes, abduxerũt eos à molimine ſuo,& cum fletu clamabant dicẽtes: Viri quid hęc facitis?Similiter enim & nos homines paſsibiles ſumus. Daniel vero nihil tale fecit: Quod enim & ipſe humilis fuerit, & non minus quàm iſti deo obtulerit gloriã,ex multis cauſis manifeſtũ eſt: maxime autẽ ex eo clarum eſt, quòd amabatur à deo. Non enim ſibi aſſumẽtem honorẽ dei permitteret ſaltem viuere:necdum celebrẽ fieri.Deinde quia cũ multa fiducia dicebat:O rex,nõ in ſapientia mea mihi reuelatum eſt myſteriũ iſtud.Et iterum,in lacu erat propter deum.Et quia cibũ ei attulit Propheta,dixit: Recordatus eſt mei deus.Ita erat humili corde,& cõtrito. In lacu erat propter deum, & indignũ tum ſe iudicabat, vt recordaretur eius,vel vt exaudiretur ab eo:nos autem cum innumera ſceleſta, cum præſumptione cõmittamus,& omnib⁹ ſceleſtiores ſimus,nuſquam prima oratione exauditi fuerimus,diſcedimus.Reuera multũ intereſt inter illos & nos, & quantũ inter cœlum & terram intereſt,

Murmurauerunt contrà Moſen apud Petrã in Raphidim. *Exod.17.a* *1.Cor.10.a* *Exod.2.c*

Matt.vlt.c

Matth.4.a

Morale.

Act.28.a

Act.14.a

Dan.6.a

Ibid.vlt.f

intereſt,etſi quid amplius.Quid dicis?poſt tantam virtutem, poſt factũ illud in lacu miraculum, ſic ſeipſum humilem exiſtimabat?Ita eſt,inquit:quantacunq; enim operati fuerimus, inutiles ſerui ſumus. Sic ille antecedens euangelicũ præceptum implebat,& nihil ſeipſum iuſtificabat. *Danie.5.e* Recordatus eſt,inquit,mei deus. Sed & oratio eius quanta humilitate plena eſt? Et iterũ tres pueri ſic dicebant:Peccauimus,iniquitatẽ fecimus,Et vbique humilitatẽ ſuam demonſtrãt, Quanquam habeat Daniel innumeras occaſiones, quibus in ſuperbiã efferretur:ſed ſciebat quoniã ipſę cauſæ,pro quibus poſſet extolli,propterea illi erant, quia nõ extollebatur, & quia non corrumpebat theſaurũ ſuum. Apud omnes enim homines, & in toto mundo non iucundabatur, quod procidiſſet rex in faciẽ,& immolaſſet ei,& deum illum eſſe putaſſet, qui vbiq; terrarũ ſicut deus honorabatur. Omnem enim terrã ipſe obtinebat,& manifeſtum hoc B *Hiere.27.a* eſt ex Hieremia.Cõplicans,inquit,terrã ſicut veſtimentum:Et iterum:Ego dedi eam Nabuchodonoſor ſeruo meo.Et ex his quæ omnibus ſcribebat,hoc approbatur: & quia non ibi ſolum vbi erat,admirabilis habebatur, ſed vbiq; & maius erat,quàm ſi reliquæ gentes eorã illum præſentes vidiſſent:quando etiã per literas confeſſus eſt & ſeruitutẽ & quod factũ erat miraculũ.Quine- *Ezech.28.a* tiam in ſapientia admirabilis erat. Nec ſapiẽtior es,inquit,tu Daniele. Et poſt hæc omnia tamen admodum erat humilis.Decies milies propter deum mortificatus eſt.Quid ergo?quod cum ita humilis eſſet, non prohibuit,neq; adorari ſe à rege,neque immolationes? Hoc non dico:ſufficit enim mihi quæſtionẽ propoſuiſſe,cætera vero vobis relinquo, vt vel ſic excitẽ mentem veſtram.Illud autẽ moneo,vt omnia pro timore domini ſuſcipiatis. Exempla quippe habemus talia, quia reuera C etiam in hac vita adipiſcimur bona,ſi de futuris germane & integre curam geſſerimus.Quod vero nõ hoc ſuperbia,vel arrogantia fecerit,manifeſtũ eſt ex eo quod *Danie.5.e* dixit:Dona tua tibi ſint. Etenim etiam hic alia quæſtio eſt,quo modo ſermone pellẽs,operibus ſuſcepit illũ honorẽ,& indutus eſt torque. Et Herodes quidẽ cũ audiſſet vox dei & nõ hominis:quia nõ dedit gloriam deo, *† dei honorem admiſit* crepuit,& effuſa ſunt viſcera eius: iſte autẽ & † honorẽ deo exhibuit,] non verba tantũ. Sed neceſſarium eſt dicere,quid hoc ſit. Illic quidẽ ad idololatriã immaniorem homines decidebant, hic autẽ nequaquam. Quo modo hoc?Quod enim iſte putabatur talis,honor erat *Daniel.2.d* dei.Propterea enim præoccupans hoc dicit:Mihi autẽ non in ſapientia reuelatũ eſt, quæ eſſet in me. Deinde neq; apparet alicubi, quia ſuſcepit illas immolationes. Dixit enim,inquit,quia oportet immolare,ſed non eſt D manifeſtũ vtrum etiam opus conſecutũ ſit. Illic autem adduxerunt tauros,vt immolarent,& vocabant illum quidem Iouem,iſtum autẽ Mercurium. Torquẽ itaque ſuſcepit,vt clarũ ſe faceret,immolationẽ autem cur nõ repulerit?Etenim illic non fecerunt,ſed conati ſunt,& prohibuerũt apoſtoli.Proinde hic etiam oportebat celeriter & cõfeſtim prohibere.Item illic populus vniuerſus erat,hic autẽ tyrannus.Cur ergo eum non reuocauit?In præcedẽtibus dixit, quia non ſicut deo immolabat,ad euerſionẽ culturę dei,ſed propter magnũ miracu- *Ibid.3.g* lum.Quo modo hoc? Propter deum.Edictũ quippe poſuerat,vt nõ minueretur honor dei.Illi autẽ non ſic, ſed Apoſtolos putabãt eſſe deos, propter hoc prohibebantur. Hic autem poſtquam adorauit,tunc hoc fecit. Neq; enim ſicut deum adorauit,ſed ſicut hominem ſapientem.Clarum autem non eſt,quod immolauerit.Si A autem & immolauit,at nõ ſuſcipiente Daniele. Quid quòd etiam Balthaſar eum nominauit nomine dei ſui? Ita nihil magnum exiſtimabat deos ſuos, quãdo etiam captiuũ ſic vocabat,qui cunctos iuſſerat imaginẽ adorare variam, & multifariam, qui & draconẽ coluerat. Illis autẽ qui erant in Lyſtra, multo erant ſtultiores Babylonij: idcirco nõ licebat ſtatim reuocare eos in hoc. Et multa alia in hac quæſtione dici poſſũt,interim hęc modo ſuffecerint.Si igitur volumus adipiſci omnia bona,quæ ad deum pertinent,quæramus. Sicut enim qui ea quæ huius ſeculi ſunt quærunt,ab iſtis,& ab illis excidunt:ſic qui quæ dei ſunt,pręponunt,vtraq; adipiſcuntur.Non itaq; iſta quæramus,ſed illa,vt bona quæ promiſſa ſunt, percipere mereamur in Chriſto Ieſu domino noſtro,cum quo patri, vnà cũ ſancto ſpiritu gloria, imperium,honor, in ſecula ſeculorum,Amen.

Homilia xxvij. ex cap. xi.

Fide celebrauit paſcha, & ſanguinis effuſionem ne is qui interimebat primogenita, tangeret eos,Fide tranſierũt mare rubrum tanquã per aridam terrã,quod cum tentaſſent Aegyptij,abſorpti ſunt,Fide muri Hiericó corruerũt circundati diebus ſeptem:fide Raab meretrix nõ perijt cum infidelibus, Ibidem d cum excepiſſet exploratores cum pace. *Exod.14.e* *Ieſue 6.a*

Plurima Paulus inter ipſa quæ loquitur,ſolet argumentari, & denſus eſt in ſententiis. Talis quippe eſt ſpiritus ſancti gratia. Non in abundantia verborũ paucas continet ſentẽtias, ſed in breuitate verborũ magnum habet & plurimũ intellectum.Intuere igitur quo modo ſub occaſione exhortationis, de fide diſputãs, magni typi meminit & magni myſterij,cuius habemus veritatẽ: Fide,inquit, celebrauit paſcha,& effuſionem ſanguinis, ne is qui interimebat primogenita,tangeret eos.Quid eſt autẽ ſanguinis C effuſio?Agnus mactabatur per ſingulas domos, & ſanguine perungebantur poſtes,& hoc erat tutamẽ à perditione Aegyptia. Si igitur ſanguis agninus in medio Aegyptiorum,& in tanta deuaſtatione illęſos ſeruabat Iudæos:multo amplius ſaluabit nos,non poſtes,ſed animas noſtras Chriſti ſanguis perungens. Etenim etiam nunc qui deuaſtat in profunda hac nocte circumit,ſed armemur illo ſacrificio. Effuſionem ſanguinis perunctionẽ appellat.Ex Aegypto enim eduxit nos deus,hoc eſt ex tenebris,& idololatria. Quanuis quod fiebat,nihil eſſet:quod vero per illud perficiebatur,magnum erat: quod enim fiebat,ſanguinis erat effuſio: quod autẽ perficiebatur, ſalus,& cõmunitio, & prohibitio perditionis.Timuit illũ ſanguinem angelus:ſciebat enim cuius erat typus, horruit, dominicã mortem intelligens, propterea nõ tetigit poſtes.Dixit Moſes:Vngite,& vnxerunt,& ſecuri fuerunt.Vos autẽ ipſius agni habentes ſanguinem,nõ confiditis.Fide tranſierunt mare rubrũ, ſicut per aridam terram.Iterum populũ vniuerſum cõparat plebi,ne dicant: quia nõ poſſumus ſanctis ſimiles fieri.Fide,inquit, tranſierunt per mare rubrũ, ſicut per aridam terram:quod cum tentarent Aegyptij abſorpti ſunt.In hoc loco cõmonefacit eos paſsionum, quas in Aegypto paſsi ſunt. Quo modo fide? Quia ſperabant per mare tranſire,propter hoc orabant:magis autẽ Moſes erat,qui orabat.Vides quia vbiq; fides ratiocinationes humanas excedit, & infirmitatem atq; humilitatẽ hominũ ſuperat?Intueris quia iam ſimul vt credebant, etiam ſupplicia declinabant? Nunc quidem in ſanguine poſtium,nunc autẽ in mari rubro,& hoc manifeſtabat aquã eſſe,quod Aegyptij ſuffocabantur.Ex hoc apparebat nõ eſſe phantaſiã, ſed ſicut in leonibus illis,qui ab eis deuorati ſunt,oſtendebant veritatem rerum, & ſicut in

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicut in camino,qui incensi sunt: sic etiam nunc inspicis eadem res,aliis quidem ad salutem, & celebritatē, aliis autem ad perditionem valuisse. Tantum bonū est fides. Et quando ad desperationem aliquā venerimus, tunc quoq; liberamur:etiamsi vsq; ad ipsam mortē veniamus,etiamsi de nobis ab omnibus desperetur. Quæ nanq; iam spes erat? Hinc Aegyptij, inde mare, & ipsi inermes.Aut enim in mari erant perituri,si vellent fugere, aut in manus Aegyptiacas casuri. Veruntamē ex ista desperatione eos liberauit. Idipsum mare istis est substratum: sicut terra: hos autem demersit sicut mare. Illic oblitum naturæ suæ,hic autem etiam armatum est aduersum eos.Fide,inquit,Muri Hierico ceciderūt circundati per septem dies. Non enim tubarum sonitus murorum saxa deiicit,etiāsi per innumeros annos quis tubis insonet,sed fides omnia valet.Intueris vbiq; neq; sequela vlla rerum,neq; naturę lege mutationem fieri, sed præter spem cuncta geri?Proinde etiam hic pręter spem cuncta fiunt. Quoniam enim sursum atque deorsum dicebat,quia oportet credere,& spebus futuris regi,omnem istum sermonē mouit, ostendens quia non tunc,sed etiam ex initio omnia miracula per fidem impetrata sunt,& perfecta sunt. Fide inquit, Raab meretrix non periit vnà cum infidelibus,cum excepisset exploratores cum pace. Proinde admodum turpe fuerit, si apparueritis meretrice infideliores. †Quanquā enim illa homines audiret nunciantes, confestim tamen credidit.] Ergo & effectum consecuta est: omnibus quippe pereuntibus, sola saluata est. Non dixit ad seipsam, quia cum plurimis meis ero. Non dixit,num ego prudentior istis esse possum sapientibus viris,qui non credunt,& ego credā? Nihil tale dixit, sed credidit dictis eorum quòd possent illa cōtingere. Et quid adhuc,inquit,dico? Deficiet enim me tempus enarrantem. Iam non ponit nomina, sed cum finem fecisset in meretrice,& in verecundiam eos excitasset qualitate personę, non iam dilatat historiarum cōmemorationem,ne videatur sermonē suum protelare. Tamen non eas omittit, sed percurrit, sapienter valde vtrunque faciens, & †tempus fugiens, & densitatem sententiarū non auferens. Neq; enim omnino tacuit, neq; dicēdo molestus effectus est,vtrunq; enim fecit.Cum enim fortiter quisquam decertat, †si in certamine] perseuerauerit,defatigat auditorem. Qui enim iam credenti longitudine sermonis molestus esse voluerit, opinionē ambitionis incurrit. Oportet enim vtilitati prospicere,& coaptari. *Et quid adhuc* (inquit) *dico? Deficiet enim me tempus enarrātem de Gedeon,Barac,& Sampson,& Iepte,& Dauid,& Samuele,& prophetis.* In hoc loco culpant quidam Paulū,quoniam Barach,& Sampson,& Iepte inter istos cōstituit. Quid dicis? Cum meretricem posuerit,istos nō ponat? Nec mihi nunc dicas aliam vitam eorū,sed si non crediderunt,etsi non claruerunt in fide. Et prophetis, inquit, *Qui per fidem expugnauerunt regna.* Intueris quia nō vitæ eorum hic testificatur,quod clara fuerit, neque enim hoc quærebatur: sed de fide erat ratio. Dic enim mihi,an nō cuncta fide perfecerint? Per fidem, inquit, expugnauerunt regna.Qui cum Gedeone fuerunt.

Operati sunt iusticiam. Qui sunt isti quos dicit? Misericordiam scilicet dicit in hoc loco, quā habuit Dauid: de eo enim hoc eum dicere arbitror: *Adepti sunt promissiones.* Quas? eas,de quibus dictum erat, quia semen eius sedebit super solium eius. *Obturauerunt ora leonum, extinxerunt vim ignis, effugerunt acies gladij.* Contemplare quo modo in ipsa morte erant. Daniel circundatus à leonibus,tres pueri in camino deambulātes:Abraham, Isaac,& Iacob in variis tentationibus,& neq; sic desperauerunt.Hoc enim est fides, vt cum res nobis in contrarium exeunt,tunc credamus:quia nihil contrariū factum est, sed cūcta consequentia & ordinata venerūt. Effugerunt acies gladij.De tribus pueris eum iterū puto dicere. *Conualuerunt ex infirmitate,robusti facti sunt in bello,incursiones verterunt exterorum.* Hoc loco quæ circa reuersionem ex Babylone acta sunt significat.Ex infirmitate enim hoc esse puto, id est ex captiuitate, quādo iam in desperatione erant Iudaicę res,quando iam ab ossibus mortuorum nihil distabant. Quis enim non desperabat de Babylonia eos posse reuerti? Et non dico reuerti solum,sed etiam fortes effici, & incursiones exterorū auertere? Sed vobis nihil tale contigit, inquit. At hæc formæ sunt futurorum. *Acceperūt mulieres ex resurrectione mortuos suos.* Ea quæ circa prophetas prouenerunt,dicit,Helisæum & Heliam significans qui mortuos suscitarunt. *Alij vero* (inquit) *distenti sunt, non susceptæ redemptione, vt meliorem resurrectionem adipiscerentur.* Sed nos non adepti sumus resurrectionem, sed possumus ostendere & illos,inquit,excisos,& non suscepisse, vt meliorē resurrectionē adipiscerentur.Nam cur,dic mihi,in præsenti vita cùm licuisset, nolebant viuere? nónne quia meliorē expectabant? Et qui alios suscitabāt, ipsi mori desiderabant vt meliorem resurrectionem adipiscerētur:non talem,qualem resurrectionem acceperant filij illarum mulierum. In hoc loco videtur mihi Ioānem & Iacobum significare.Distentio quippe dicitur decollatio.Nam licebat illis videre solem,licebat non redarguere,& elegerunt magis mori,& cum ipsi alios suscitarent,ipsi abire eligebant, vt meliorem resurrectionē adipiscerentur. *Alij autem ludibria,& verbera experti sunt, insuper & vincula,& carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt.*

In istis facit finem, quia maxime isti familiari similitudine iungebantur,& maxime illis ista afferebant cōsolationem.Quando enim quis in eadem causa,vel in eadem passione,aut tristicia detinetur, solatiū ex similitudine cōpatientis accipit. Alioquin etiamsi peiorem aliquam passionē dicas, si non ex eadem causa orta sit, nihil effecerit.Propterea in hoc sermonem suum concludit,vincula nominans,& carceres, & verbera,& lapidationes,Stephanū significans,& Zachariam. Propterea adiunxit: *In occisione gladij mortui sunt.* Quid dicis?Alij quidem effugerunt acies gladij, alij vero in occisione gladij mortui sunt. Quid est hoc? vtrū horum laudas?vtrum admiraris? hoc an illud? Ita, inquit, hoc quidē vobis familiare est, illud autē laudabile est: quia & circa ipsam mortem prævaluit fides, & typus est futurorum.Duo quippe sunt miracula fidei,quia &†impetrat magna, & patitur magna, & nihil reputat pati. Et non potestis dicere,inquit,quia peccatores quidam erant,& infimi.Si enim ex alia parte totum mundū opponas, illos inuenio virtutis pondere meliores,& trutinam attrahentes, & honorabiliores valde extantes. Quid igitur possent hic recipere? In hoc loco excitat eorum mentem,vt non adhæreant præsentibus,sed superiora sapiant, & eminentiora omnibus quæ sunt in hac vita. Siquidem omnis mundus non est dignus illis.Quid igitur vis in hac vita recipere? Iniuria quippe est,si in hac vita mercedem recipias. Non itaque secularia sapiamus,neque in hac vita quæramus retributionem,neq; adeò simus pauperes. Si enim omnis mūdus nō est dignus eis,cur partem aliquam quæris? Et meritò.Amici quippe sunt dei.Mundum autem in hoc loco dicit,an

† *Atqui illa vt audiit viros nū ciantes,confestim credidit.*

† *satiet.item*

† *qui adhortari] germ.*

† *perficit*

dicit,an multitudinẽ hominum, an ipſam creaturam? Vtraque.Solet enim ſcriptura, vtraq; mundum appellare.Si cuncta creatura,inquit, cum omnibus hominibus conſtituatur, nunquam in cõparatione iſtis digna eſſet:& merito. Sicut enim decem milia põdera palearum, vel fœni in comparatione decem margaritarum
Eccli.16.a digna non eſſent:ſic neque illi.Melior,inquit,vnus faciens voluntatẽ dei,quàm decemmilia iniqui.Decemmilia enim,non plurimos,dixit,ſed multitudinem infinitam:intellige ergo quantus eſt iuſtus. Dixit Ieſus Na
Ioſue 10.c ue:Stet ſol circa Gabaon, & luna circa vallem Haylõ: & factum eſt. Veniat igitur omnis mundus, magis autem duo,aut tres,aut quatuor,& decẽ,& viginti mundi dicant & faciant hoc,ſed non poterunt. Amicus vero dei creaturis amici ſui imperabat,magis autẽ amicũ ſuum poſtulauit, & obedierunt ſerui. Et ille qui deorſum erat,ſuperioribus imperabat.Intueris,quia hæc ad B ſeruitutem facta ſunt, curſum diſpoſitum peragentia?
Exod.14.g Hoc etiam illo opere Moſi maius eſt.Quid ita?Non enim æquale eſt mari imperare, & eis qui in cœlo ſunt. Magnum quidẽ & illud eſt,& valde magnũ, veruntamen nihil ſimile.Quid igitur? typus erat Ieſu illud nomen,idcirco igitur hoc factũ eſt. Etiam propter ipſum vocabulum reuerita eſt creatura.Quid ergo?Alter aliquis nõ eſt vocatus Ieſus,niſi iſte?Sed iſte ad hoc vocatus eſt in typo,etenim Auſes dicebatur.Propterea mutatum eſt nomẽ eius. Prænunciatio quippe fuit,& prophetia,quippe introduxit populũ in promiſsionẽ, ſicut Ieſus in cœlũ :non ita lex, neque Moſes ita, ſed deforis permãſit.Non valet lex introducere,ſed gratia. Intueris formas iã inde ab initio deſcriptas. Imperauit creaturæ,vel potius,præcipuę creaturarum parti,ipſi capiti deorſum ſtãs:vt quãdo vides in hominis habitu Ieſum C eadem ipſa dicentẽ,non turberis,neq; mireris.Ipſe etiã Moſe viuente ſuperauit bella:ſic etiam lege viuente ipſe cuncta diſpenſat,ſed non manifeſte attamen videamus quanta virtus eſt ſanctorum.In hac vita tanta ope
Morale. rantur. Si hic tanta faciũt,quæ & angeli:quid iam illic,quantã habebunt claritatem?Arbitror quod vnuſquiſq; veſtrũ vellet eſſe talis,vt poſſet imperare ſoli, & lunæ. In hoc loco qui dicunt ſphærã eſſe cœlum, quid dicũt?quare enim nõ dixit,ſtet ſol: ſed addidit, ſtet ſol circa Gabaon,& luna circa vallem Haylon?hoc eſt ma
4.Reg.10.b iorem diem operentur. Hoc etiã in Ezechia contigit, repedauit ſol. Hoc enim illo mirabilius eſt, vt contrariam viã pergeret,qui nondũ ſuum curſum peregerat. Sed his maiora adipiſcemur, ſi voluerimus. Quænam ſunt,quæ nobis Chriſtus promiſit? Non ſolẽ ſiſtere,nõ lunam,non repedationes ſolis: ſed, veniemus ad eum, D inquit, ego & pater,& mãſionem apud eum faciemus.
Ioan.14.c Quid mihi opus eſt ſole,& luna, & iſtis miraculis, ipſo domino cunctorum apud me habitante,& permanente:Quid mihi opus eſt cæteris?Ipſe mihi erit ſol, ipſe lumen. Dic enim mihi, quid velles regnum cœlorũ ingreſſus?Poſſe cõmouere aliquid eorum,quæ in cœlo fixa ſunt,& tranſmutare de loco ad locum?an ipſum regem ſic tibi familiarem efficere,vt impetrares ab eo,vt ad te ſeſe demitteret? Multo amplius arbitror ꝙ iſtud eligas,quàm illud. Quid autem mirum eſt,inquit, ſi ea quæ homo imperat,hæc etiam Chriſtus? Sed Chriſtus, inquit,nõ rogat patrem, ſed ex authoritate propria facit.Bene dicis, proinde confitere primum hoc, & dic: quoniam non rogat patrem,ſed ex authoritate facit:& tunc interrogabo.Oratio igitur demiſsionis,& diſpenſationis eſt?(non enim inferior eſt Chriſtus Ieſu Naue) A & vt nos doceret?Sicut enim cum magiſtrũ audis balbutientem,& ſingulas literas dicentem,non eum dicis ignorare,cum interrogat, vbi ſit illa vel illa litera: ſcis quia non ignorans interrogat, ſed diſcipulum volens inſtituere,Sic & deus non opus habens oratione, orabat:ſed te volens inſtituere,vt aſsiduus ſis ad orationẽ, vt ſine prætermiſsione,vt ſobrie,& cum multa vigilantia ores.Vigilare autem non in hoc dico,vt nocte tantum ſurgatur, ſed etiam in die ſobrium eſſe in oratione.Vigilans quippe vocatur, qui talis eſt. Nam poteſt quiſquam & noctibus orans, dormire,& in die orans, vigilare: quando fuerit anima ad deum intenta,quando intelligit cui loquitur,ad quem illi ſermo eſt: quando mente percipit, quia angeli ſunt præſentes cum timore,& tremore,ipſe autem accedit oſcitans,& pigreſcens. Fortis munitio eſt oratio, ſi cum integra mente
B fiat: & vt agnoſcas eius virtutem, etiam impudẽtiam, & iniquitatem, & crudelitatem, & violentiam frequẽs vincit oratio.Audiſtis enim,inquit,quid dixerit iudex iniquitatis?Sed etiam pigritiã ſuperauit. Et quòd amicicia promereri nõ potuit,hoc promeruit aſsidua oratio.Et ſi non,inquit,propter amiciciam dabit illi,verũ- *Luc.18.a*
tamen propter improbitatẽ eius exurgẽs dabit illi. Sed etiam indignam,dignã facit oratio continua.Non,in- *Matth.15.c*
quit,eſt bonũ accipere panẽ filiorum, & dare canibus. Etiã domine,inquit,nam & catelli comedunt de menſis dominorum ſuorũ. Inſtemus igitur orationi. Fortis armatura eſt oratio,ſi cum intẽtione fuerit,ſi ſine vana gloria,ſi cũ animo ſyncero.Ipſa bella deuicit,ipſa gentem integram,& indignã beneficium promereri fecit. Audiui,inquit,gemitũ eorum, & deſcẽdi liberare eos. *Exod.2.d*
Iſta medicamentũ eſt ſalutare, & prohibitio peccatorum, & medicina delictorũ. Cum hac vidua deſolata *Luc.18.c*
C ſedulo incumbebat & vrgebat.Si cum humilitate oremus, ſi pectus tundamus, ſicut publicanus: ſi illa loquamur,quæ ille loquebatur:ſi dicamus,propicius eſto domine mihi peccatori, omnia adipiſcemur. Tametſi *Ibidem c*
enim non ſumus publicani, alia tamen plura habemus non minora peccata.Nec mihi dicas, quoniã in paruo aliquo peccaui:eandem enim naturã habet hæc res.Sicut enim ſimiliter homicida dicitur,qui ſiue puerũ,ſiue virum occidat: ſic & auarus & qui plura, & qui parua diripuit:& tenere malum in corde nõ eſt paruum, ſed etiam grande peccatũ. Nam eorum,qui tenent,inquit, *Zach.7.c*
in corde malũ, via ad mortẽ eſt: & qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa,reus erit gehennę.Et qui dixerit fratrem *Matth.5.d*
ſuum fatuũ,& ſtultum,& innumera alia: Participamus vero indigne tremendis, & terribilibus ſacramẽtis, & inuidemus,& detrahimus: quidã autem veſtrũ etiam ſæpius ebriantur.Horũ vnumquodq; etiam ſolum per ſe ſufficit ad excludẽdum de regno. Cum autẽ in vnũ coaceruata fuerint,quod ſolatiũ habebimus?Multa nobis opus eſt pœnitentia fratres dilectiſsimi, multa oratione,multa perſeuerantia, vt poſsimus adipiſci bona, quæ promiſſa ſunt. Dicamus ergo & nos: Deus propicius eſto mihi peccatori. Magis autẽ non dicamus tantum,ſed etiã ſic ſapiamus:quin etiamſi nos alter ita appellet,non indignemur. Audiebat enim ille,quia non ſum ſicut hic publicanus:& non eſt irritatus,ſed magis compunctus eſt.Suſcepit improperiũ,& caruit improperio.Dixit ille vulnus,& quæſiuit iſte remediũ. Dicamus iterũ:Propicius eſto mihi peccatori. Veruntamen etiamſi alius dicat, nõ iraſcamur: ſi enim noſipſos quidem innumeris ipſi modis malos vocauerimꝰ, ab aliis autem id audiẽtes ægre tulerimus,nõ erit hoc humilitas neque

tas neq; confessio,sed ostentatio,& vana gloria.Osten A
tatio,inquis,est,vocare seipsum peccatorẽ?vtiq; humilitatis quippe opinionẽ captãtes, celebramur,& laudamur. Nam si è contrario dicamus nosipsos iustos,contemnimur.Proinde etiã hoc propter gloriam facimus. Quid est autem humilitas? Vt cum ab alio improperiũ audimus,toleremus, agnoscamus peccatũ nostrum,& patienter feramus accusationem.Et neq; hoc adhuc humilitatis est,sed ingenuitatis. Nunc autẽ nosmetipsos quidem dicimus peccatores,indignos,& cætera plura: si vero alius quisquam nobis vnum horũ impingat,sæuimus,exasperamur. Intueris,quia non est hoc confessio,neque ingenuitas?Dixisti temetipsum esse talẽ,non indigneris etiam cum ab alio audis, & cum redargueris.Sic enim tibi peccata leuigabuntur,cum alij improperant.Sibimetipsis quidem onus imponunt,te autem
ad philosophiam inducunt. Aduerte quid dixerit bea- B
2.Reg.15.b tus Dauid,cum ei malediceret Semei. Sine illũ,inquit, dominus præcepit ei quatenus agnoscat humilitatem meã, & retribuat mihi dominus bona pro maledictione hac huius diei.Tu autem cum de teipso dicas excessum malorum, nisi ab aliis magnorum iustorũ laudes audias,exasperaris?Intueris quoniã ludis in rebus non ludieris?Etenim laudes cupiditate aliarum laudum repellimus, vt maiores iterũ mereamur, vt magis in admiratione simus.Proinde dum encomia non petimus, hoc ideo facimus, vt laudes nostræ amplificẽtur atque omnia propter gloriam facimus, nihil propter veritatem: propterea cuncta vana sunt,cuncta inania.Ideirco obsecro, vt vel nunc recedamus à matre malorum omnium,hoc est à vana gloria, & viuamus secundum quod deo placet, vt valeamus futura bona adipisci, in
Christo Iesu domino nostro, cũ quo patri gloria, vnà C
cum sancto, & bono eius spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum,Amen.

Homilia xxviij. ex cap. xij.

Circumierunt in melotis,in pellibus caprinis,egentes,tribulati,afflicti,quibus dignus non erat mundus iste:in solitudinibus errãtes,& montibus,& in spelunceis,& cauernis terræ &c. Semper quidem,maxime autẽ cum sanctorum recogito virtutes,tunc mihi occurrit desperatio mei:quia neque vel in somnis experimentum accepimus bonorum,quæ illi per totum vitæ suę tempus gerebant,viri,qui non pro peccatis luebant supplicia:sed semper quæ recta sunt agebãt & semper tribulabãtur. Cogita quippe Heliam, ad quem hodie sermo noster peruenit.Ipsum quippe hoc in loco intelligit,& in ipso definit exempla:quod erat familiare istis,& propriũ.Et cum dixisset ea quæ circa apostolos gesta sunt, quia in occisione gladij mortui sunt,lapidati sunt, recurrit ad D
Heliam, qui cadẽ passus est: fortasis enim quia necdũ de apostolis tantam opinionẽ habebant,meritò ex illo qui assumptus est,& maxime in admiratione erat, adhortationem & consolationẽ adfert. Circumierũt,inquit,in melotis,& in pellibus caprinis,egentes,tribulati,afflicti,quibus dignus non erat mundus iste.Neq; vestimentum habebãt,inquit,ex nimietate tribulationis, neque ciuitatẽ, nec domum, nec receptaculum, quod
Luca.9.g etiam Christus dicebat:Quoniã filius hominis non habet vbi caput suum reclinet. Quid dico receptaculum non habebãt?nec cõsistere permittebantur. Neq; enim vel cum ad ipsas solitudines veniebãt,ocioси erant.Nõ enim dixit,in solitudinibus sedebant,sed etiã ibi fugiebant,& inde exagitabantur,nõ ex terra habitabili tantum,sed etiã ex inhabitabili.Et admonet eos locorũ in quibus sederunt illi,& eorũ quæ illic acta sunt.Deinde dicit,Accusant vos propter Christum?Heliam vero,in quo potuerũt culpare?Exagitabãt illum,& insequebantur,& cum fame pugnare cogebãt,quod etiam isti tũc patiebantur. Decreuerunt, inquit, illis mittere fratres, *Roma.15.c* eis qui tribulabantur discipulis,secundũ quod facultatem vnusquisq; habebat. Definiuit vnusquisq; eorũ in ministerium mittere habitantibus in Iudæa fratribus: quod etiam ad istos pertinebat.Afflicti,inquit, & male patiẽtes,in itineribus & in periculis. Quòd autẽ dixit: Circumierunt,quid est?in solitudinibus errantes,& in montibus & speluncis & cauernis terræ, sicut profugi, & perfugæ,inquit:tanquam essent in rebus turpissimis deprehensi,tanquam indigni essent ipso Solis conspectu,ne in eremo quidẽ refugium inueniebant, sed semper cogebantur fugere, opus habebant ferarum lustra inquirere,opus habebant viuos in terram seipsos defodere, semper in timore esse. Quæ est ergo merces,vel quæ tanta retributio & vicissitudo? *Necdum*, inquit, *receperunt mercedem.* Sed adhuc permanẽt,& ita mortui, & in tanta tribulatione, necdum receperunt, tantum tempus habent ex quo vicerunt, & necdũ receperunt: vos autem in certamine cõstituti mœrore afficimini. Intelligite itaq; & vos quale & quantum est Abrahã sedere,& apostolum Paulum, expectantes quando & tu consummeris,vt possint tunc mercedem recipere.Nisi enim etiam nos illuc venerimus, prædixit eis saluator non dare mercedem. Sicut pater bonus, amator filiorum,probis & genuinis filiis,& opus perficientibus, dicit non se daturum comedere, nisi venerint etiam alij fratres:tu autem anxius es,quia necdum mercedẽ accipis? Quid itaque faciet Abel, qui ante omnes vicit, & adhuc sine corona sedet? quid Noë? quid cæteri illorũ temporũ? qui & te & alios, qui post te futuri sunt præstolantur? Vides quia nos in hoc superamus eos? *De nobis enim*, inquit, *melius aliquid prouidit deus.* Ne aliquid præ nobis plus habere viderentur,si primi ante nos coronarentur,vnũ definiuit tempus omnium coronarũ: & qui ante tantos vicit annos,tecum accipiet coronã: Contẽplaris curam & dilectionẽ diuinã?Et non dixit, ne sine nobis coronarentur:sed, *Ne sine nobis cõsummarentur.* Proinde etiam perfecti tunc apparebunt, præuenerunt nos in certaminibus, sed non præueniunt in coronis.Non iniuriam illis intulit,sed nos honorauit: nam & ipsi fratres libenter nos expectant.Si enim corpus vnum omnes sumus,maior ex hoc efficitur corpori iucunditas,cum simul & communiter coronatur,& non per partes. Etenim iusti etiam in hoc sunt mirabiles:quia sicut de propriis bonis,sic gaudent & de bonis fratrum. Proinde etiã in illis hoc iuxta votũ procedit, vt cũ fratribus coronẽtur.Simul enim glorificari, magna iucunditas est. *Ideoq;* (inquit) *& nos tantam habentes* *Cap.XII.*
circumpositam nubem testium. In multis consolationẽ scriptura assumpsit malorum,ex accidẽtibus rebus: vt quando propheta dicit ex æstu ex duricia,ex imbribus. Hoc igitur etiã hic dicit. Quia memoria illorum sanctorũ, sicut nubes inflãmans ex radio igneo, sic animam malis oppressam excitat & recreat.Et non dixit,super nos apparentẽ:sed,circumpositã nobis:quod amplius erat. Proinde in maiori nos fiducia esse facit. * Quæ est ista *Nubes testiũ & males. Etmerita testes.*
nubes testiũ?Meritò testes eos appellauit,nõ qui in nouo testamento fuerunt tantũ,sed etiã illos qui in veteri erant. Etenim etiã illi testificati sunt maiestati diuinæ,sicut tres pueri, sicut Helias, sicut omnes prophetæ.
Deponentes omne põdus. Quid omne dicit?Hoc est,sonum,anxie-

num,anxietatem,cogitationes infimas,omnia humana.
Et quod nos circumstat peccatum. *Circunstans dixit, siue quòd nos facile circumueniat,siue quòd ipsum circũuenire & vinci facilè possit:magis autem hoc arbitror dici:facilè enim si velimus,prævalemus peccato. *Per patientiam,* inquit, *curramus propositum nobis certamen.* Non dixit, certibus dimicemus, neque athletico more pugnemus, neque bella geramus:sed quod omnibus est leuius, hoc nominauit,cursum appellans. Neq; dixit,addamus cursui nostro:sed,in eodem ipso permaneamus, nõ dissoluamur. Curramus, inquit, propositum nobis certamen. Deinde summã & caput orationis: quod scilicet primũ est ac postremum ponit,hoc est Christum. *Aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum.* Quod etiam ipse Christus discipulis suis sæpius commendat. Si patremfamilias, inquit, Beelzebub vocauerunt, quantò magis domesticos eius? Et iterum: Nõ est discipulus super magistrum, neque seruus super dominum suum. Aspicientes, inquit, hoc est vt discamus currere. Sicut enim †filij parentes, & discipuli in certaminibus ‖magistros attendunt, informantes mentem ex parte doctorum, per visum regulas quasdam sumẽtes: sic etiam hîc, si volumus currere, & discere vt bene curramus: ad Christum attẽdamus, authorem, inquit, fidei nostræ, & consummatorem Iesum. Quid est hoc? hoc est, quia ipse nobis fidem infudit: etenim ad discipulos suos dicebat: Nõ vos me elegistis, sed ego elegi vos. Et Paulus item dixit: Tunc cognoscam, sicut & cognitus sum. Ipse initium nobis imposuit, ipse etiam finem ponet. *Qui pro gaudio sibi proposito sustinuit crucem, confusione contempta.* Hoc est, licebat illi nihil pati si voluisset. Non enim peccatum fecit, neque dolus inuentus est in ore ipsius: sicut & ipse dixit in euangelio: Venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquã. Erat igitur arbitrij illius, si voluisset non venire ad crucem. Potestatem quippe habeo, inquit, ponere animam meam, & potestatem habeo iterũ sumendi eam. Si igitur qui nullam habuit necessitatem, vt crucifigeretur, crucifixus est propter nos: quãtò magis nos iustum est omnia fortiter tolerare? Qui pro gaudio sibi proposito, inquit, sustinuit crucẽ, confusione contempta. Quid est confusione contempta? Probrosam, inquit, sustinuit mortem. Esto igitur moriebatur: quid etiam opus erat vt probrosè moreretur? Pro nulla alia causa, nisi vt nos doceret, nihil existimare gloriã, quæ ab hominibus defertur. Idcirco non subiectus morti susceptit mortem, docens nos præsumere contra mortem, & eam nullius existimare momenti. Quare non dixit, tristicia contempta: sed, cõfusione contempta? Quoniam non cum tristicia mortem sustinuit. Nouissimè autem quid factum est? *In dextera,* inquit, *sedis dei consedit.*

Vides præmium, quod etiam Paulus scribens, dicit: Propter quod & deus illum superexaltauit, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur. Quod secundum carnem est dicit. Maximè igitur etiamsi nullum esset præmium, ipsum solum exemplum idoneum erat ad persuadẽdam omnium tolerantiam. Nunc autem etiam præmia promittuntur, non quælibet, sed valde magna & ineffabilia. Proinde etiam nos cùm aliquid tale passi fuerimus, ante apostolos Christum cogitemus. Quare? quia tota vita eius probris plena fuit. Etenim semper audiebat, quòd insanus esset, & seductor & magus. Et nunc quidem dicebant Iudæi: Nõ, inquit, sed seducit populum. Et iterum: Seductor ille dixerat adhuc viuẽs, quia post triduum resurget. Iterum eum de arte magica crimi-

ἐυτόνως· sæpe facile circũstãs, vel quod sa facilè sistatur & vincatur.

Philip.2.b

Ioan.7.b

Matt.27.g

nabantur, dicentes: In Beelzebub expellit dæmonia, & quia insanit & dæmonium habet: Nõne bene dicimus, inquiunt, nos, quia dæmonium habet & insanit: Et hæc audiebat ab illis, ipse beneficia præstans, mirabilia faciens, opera dei demonstrans: & si quidem nihil faceret, & sic ista audiret, nihil esset mirabile. Cùm verò docens quæ ad veritatem pertinebant, audiebat quòd seductor esset: & dæmones excludens, dæmonium habere dicebatur: & omnia mala subuertens, magus appellabatur, (sic quippe eum sæpius accusabãt.) Si autem vis & scommata & irrisiones agnoscere, quas aduersus eũ faciebant, quæ solent maximè animas nostras mordere, aduerte. Primum ex genere illi detrahebant: nõnne hic est filius fabri, cuius nouimus nos patrem & matrẽ? Nõnne fratres eius omnes apud nos sunt? Iterum detrahebant illi de patria, dicentes ex Nazareth illum esse. Et iterum: Interroga, inquit, & vide, quia ex Galilea propheta non surgit. Et tolerabat tantas calumnias patiens. Et iterum dicebant: Nõnne scriptura dicit, quia Christus ex Bethlehem vico venturus est? Vis etiam audire irrisiones quas faciebant? Venientes, inquit, ad ipsam crucem, adorabant illum, & cædebant, & colaphizabant, & dicebant ei: Die nobis, quis est qui te percussit? Et acetum dabant ei, dicentes: Si filius dei es, descẽde de cruce. Adhuc etiam & seruus principis sacerdotum alapam dedit ei: cui Christus dixit, Si malè quidem locutus sum, testificare de malo: si autem bene, quid me cædis? Et illudentes chlamydem coccineam circumderunt ei, & spuebant in faciem eius. Sed etiam tentamenta ei sæpius ingerebant, tentantes eum. Vis etiam accusationes audire, siue quæ secretò, siue quę palàm ab eius discipulis fiebant? Nũquid & vos, inquit, vultis abire? Sed etiam, dæmonium habes, à fidelibus iam dicebatur. Nõnne & ipse semper fugiebat? Et nunc quidem in Galilæam, nũc autem in Iudæam? Nõnne ab incunabulis ipsis plurimæ illi tentationes factæ sunt? Nõnne adhuc infantulo constituto mater eius eum accipiens descendit in Aegyptum? Propter hæc igitur omnia dixit: attendentes in authorem fidei, & consummatorem Iesum, qui pro gaudio sibi proposito sustinuit crucem, confusione contempta, in dextera sedis dei consedit.

Ioan.11.b *Ioan.10.d* *Ibid.8.f* *Matt.13.g* *Ibid.11.b* *Ioan.7.g* *Ibidẽ.f.&* *Mich.5.a* *Matt.26.g* *Marc.15.c* *Ioan.18.d* *Matt.27.c* *Ioan.6.g.*

Nunc igitur in eum intendamus & in ea, quæ discipuli eius perpessi sunt. Legamus dicta Pauli, & audiamus eum dicentem: In tolerãtia multa, in tribulationibus, in angustiis, in plagis, in carceribus. Et iterum: Vsq; ad hãc horam esurimus & sitimus & nudi sumus, & colaphizamur, & inquietamur, & laboramus operãtes manibus nostris. Maledicti benedicimus, passi persecutionem patienter ferimus, blasphemati obsecramus. Rogo quis vel minimã partem horum passus est? Sicut seductores, inquit, sicut inhonorati, sicut nihil habentes. Et iterum: Quinquies quadragenas vna minus accepi à Iudæis, ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, die & nocte in profundo maris fui, in itineribus sæpe, in tribulationibus & angustiis fui, & fame. Et quia hæc deo placebant, audi eum dicentem: Propter hoc tertiò dominũ rogaui, & dixit mihi: sufficit tibi gratia mea. Virtus enim mea in infirmitate perficitur. Propterea, inquit, glorior in infirmitatibus meis, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, vt inhabitet in me virtus Christi. Sed etiam audi Christũ dicentem: In mundo, inquit, tribulationem habebitis.

Morale.

2.Cor.6.a *1.Cor.4.c* *2.Cor.6.b* *Ibidẽ.11.c* *2.Cor.12.c* *Ioan.16.g*

Recogitate, inquit, *talem contradictionem eum à peccatoribus esse passũ, ne fatigemini animis vestris dissoluti.* Si enim proximorum passiones erigunt nos, quantam alacritatem nobis

Universidad de Deusto
Biblioteca

nobis effecerint domini passiones? Quid ex nobis non facient? Prętermittens omnia, per contradictionem totum significauit. †Addendũ etiam tale, hoc est plagas, quas accipiebat in capite, irrisiones, iniurias, impropria, illusiones. Omnia hæc nomine contradictionis intimauit: & non illa tantũ, sed & alia, quę circa omnẽ docentis Christi vitã contigerunt. Magnam enim reuera, magnam consolationem habent, & Christi & Apostolorum passiones. Sic enim sciebat meliorẽm hãc viam esse virtutis, vt etiam ipse qui ea opus non habebat, per eam pergeret, in tantum nouerat tribulationem cõducibilem nobis esse, & magis causam esse quietis. Audi enim ipsum dominum dicentem: Nisi enim quis tulerit crucem suam, & venerit post me, non est me dignus. Si discipulus es, inquit, magistrum imitare, hoc quippe est discipuli. Si verò ipse quidem per tribulationes perrexit, tu autem per requiem vis ire, non eandem viam vis pergere, quam ille perrexit, sed aliam. Quo modo ergo sequeris non sequens, quo modo eris discipulus nõ sectans magistri vestigia? hoc etiam Paulus dixit: Nos infirmi, vos autem fortes: non ignobiles, vos autem nobiles. Et quo modo, inquit, hoc habet rationẽ, si contraria æmulamini? Et vos quidem estis discipuli, nos autẽ doctores. Magnum itaque bonũ fratres dilectissimi est tribulatio: duo nanque perficit magna, & à peccato mundat, & fortiores reddit. Quid ergo est, dicet aliquis, si subuertat aliquẽ, & perdat, nónne tribulatio hoc facit? Sed si hoc contingit, nostra hoc ignauia facit. Quo modo, inquit? Si sobrij sumus, si deum deprecemur, vt nos non derelinquat tentari supra quàm ferre possumus: si semper illi adhæserimus: si stemus fortiter, & aciẽ componamus. Quandiu ipsum habebimus auxiliatorem, & si omnibus ventis vehementius irruant tentationes, ve luti stipula nobis erunt, & foliũ quod fertur in aëre. audi Paulum dicẽtem: In his omnibus superuincimus. Et iterum: Existimo enim, quoniam non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriã quæ reuelanda est in nobis. Et iterum: Momentaneum enim & leue tribulationis, excellens põdus æternę gloriæ in nobis operatur. Attende igitur qualia pericula, quãta naufragia, & continuas tribulationes, & alia huiusmodi leuia esse dicit. Aemulare hunc adamantem, qui veluti si iam superuacuè & frustrà indueretur corpore, ita gerebat hanc vitam. In paupertate es, sed non es in quanta fuit Paulus, qui etiam in fame examinatus est, & siti, ac nuditate. Sed neq; vno die hæc passus est, sed perpetuò talia sustinebat. Vnde hoc certum est? Aduerte illum dicentem: Vsque in hanc horam & esurimus & sitimus & nudi sumus. O rem admirabilem, cum tantã in prædicatione gloriam possideret, tãta patiebatur, & fortassis vicesimum annum in prædicatione agebat quãdo ista scribebat. Scio enim hominem, inquit, ante annos quatuordecim, siue in corpore, siue extra corpus, nescio. Et iterum: Post tres annos, inquit, ascendi Hierosolymam. Et iterũ audi eum dicentẽ: Melius mihi est mori, quàm vt gloriam meam exinaniat quisquam. Non solùm autem hoc, sed etiam iterum dicebat, scribens: Sicut purgamenta mundi facti sumus. Quid est, inquam, fame & siti deterius? quid frigore sæuius? quid fratrum insidiis periculosius? quos etiam falsos fratres appellat. Nónne corruptor mundi vocitabatur, atque deceptor? Nónne subuersor? Nónne verberibus concidebatur? Hæc in mentem sumamus fratres dilectissimi, hæc consideremus, hæc in memoria teneamus, & nunquam dissoluemur: etiamsi iniurias patiamur, etiamsi rapinas, etiamsi innumera mala patiamur, contingat nos in cœlis probos haberi & acceptos, & omnia hæc portabilia sunt, contingat nos illic bene agere, & res huius vitæ nullius momenti sunt. Vmbræ sunt ista, & somnium qualiacũque sint, illa speremus & spectemus: ista nobis mala nulla apparebunt, vel ex naturæ consideratione, vel temporis. Quid enim vis, ad mala illa futura cõferamus? Quid ad ignem inextinguibilem? Quid ad vermem qui non moritur? Quid ex huius vitæ rebus æquale possis edicere stridori dẽtium? vel vinculis, vel exterioribus tenebris? Quid illi iræ? quid tribulationi? quid angustiæ? Præterea tempori infinito, quid conferes? Quid sunt decem milia annorũ, cum secula cogitas infinita? Nónne quantum est stillicidium minimum abysso comparatum? An fortè illis bonis hæc bona comparanda putantur? Sed illic immensitas est bonorum, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non ascenderunt: sed hæc etiam per infinita secula protendũtur. Pro his itaque milies concidi quis non eligat, occidi, comburi, & mille mortibus subiici, & quicquid dici potest sæuissimum tolerare vel verbo, vel opere? Si enim in ignis combustione esset viuendum, nónne tolerandum erat, vt possemus adipisci illa, quæ nobis repromissa sunt bona? Sed quid hęc loquor penè delirãs, ad homines loquens, qui necdum pecunias contemnere patiuntur, sed veluti immortales ita custodiunt, & si parua ex plurimis dederint, integrum opus se existimãt perfeciśe? sed non est hæc eleemosyna: eleemosyna enim illa est, qualis fuit illius viduæ, quæ totam vitam suã euacuauit. Si autem non poteris tantũ dare, quantum illa vidua dedit, saltẽ quod tibi superabundat non dubites impartire. Habe quæ necessitati sufficiant, quid tibi superuacaneis opus est? sed nullus est, qui vel illud quod superabundat, offerre velit. Donec enim habes seruos plurimos, & vestimenta serica, cuncta hæc cognosce superflua: necessarium horum nihil est, ne ad vsum quidem. Sine quibus viuere valemus, illa superflua sunt, & frustrà vsurpantur: Sine quibus itaque non valeamus viuere, si placet, videamus. Viuere poterimus, etiamsi duos tantùm seruos habeamus. Nónne sunt plurimi, qui sine seruulis viuunt? Qualem ergo nos excusationem habere possumus, quibus non sufficiunt duo serui? Possumus etiam domum ex lateribus habere constructam, duo vel tria habitacula concludentem, quæ vsui nostro sufficiant. Nónne sunt etiam plerique, qui cum filiis & vxore vnum habitaculum possident? Sint tibi etiam, si volueris, pueri duo. Sed pudor, inquit, est, si cum duobus seruulis matrona procedat. Non est pudor, sed magis pudor est cum plurimis ambulare: fortassis enim etiam irridetis hæc audientes. Credite mihi, quia istud pudor est. Sicuti nũdinatores pecorum, vel sicut caupones vęnalium seruulorum, ita magnum hoc putatis cum seruis plurimis ambulare. Fastus est istud, & vana gloria: illud autem philosophia & honesta moderatio. Matronam quippe nõ ex numerositate seruorum cõdecet conspicuam esse. Quæ nanque vel virtus, vel laus est seruos plurimos possidere? hoc quippe ad animam non pertinet. Quod autem ad animam non pertinet, nullum ostendit libertatis vel honestatis indicium. Quando enim paruis contenta est, tunc se veram liberam esse declarat: quando verò multis indiget, tũc verè ancilla est, ancilliśque deterior. Dic enim mihi, nónne angeli soli totum mũdum circumeunt, & pediśequis nullis egent? Num propterea nobis inferiores exiśtunt indigentibus non indigẽtes? Si

† *& prætermittens addere talem, nempe,*

Matt. 10. d

1. Cor. 4. c

2. Cor. 11. a

Galat. 1. d

1. Cor. 9. c

Ibidem. 4. c

Rom. 8. g

Ibidem. d

2. Cor. 4. d

1. Cor. 4. c

1. Cor. 2. c

Mar. 12. d

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes? Si itaque nequaquã indigere pediſſequo angelicum quiddã eſt: vtra eſt ergo quæ angelicæ vitæ propinqua eſt? Illáne quę plurimis indiget ſeruis, an quę paucis? Nõ eſt hoc pudor. Pudor nanq; eſt, abſurdũ aliquid operari. Dic enim mihi, vtra ad ſe conuertit ſtantes in publico? eáne quę habet ſeruorum obſequium plurimorũ, an illa quæ paucorũ? Sed etiã hac quę perpaucos ſecũ adducit, nõnne illa honeſtior eſt, quę ſola procedit, & improuiſa occurrit? Vides illud magis eſſe turpe? Vtra nãque cõuertit in ſe oculos adſtantium in plateis? An quę pulchris & precioſis vtitur veſtimentis, an illa quæ ſimpliciter & ſine ſingulari ſtudio ſuum contegit corpus? Rurſus vtra in ſe cõuertit ſtantes in foro? An quę mulis fertur, & deauratis ſtragulis cõſpicua eſt, an quę ſimpliciter, & vteũque licet, cum decoro incedit? Nõnne iſtã penè nec videmus, etſi viderimus, oculos reuocamus? illã autem non ſolum compelluntur plurimi contueri, ſed etiam interrogant, quæ nam illa ſit, & vnde? Et prætermitto dicere, quãta ex hoc inuidia generatur. Quid ergo eſt turpe? videri, vel non videri? Quãdo confuſio maior eſt? an quãdo illam omnes attendũt, an quando nullus attendit? Quando de illa ſciſcitãtur, an quando nullam illius rationẽ habent. Vides quia non pro confuſione, ſed propter vanam gloriam gerimus vniuerſa? Veruntamen quia impoſſibile eſt mentes veſtras abducere, ſufficit mihi interim, vt doceamini, non eſſe hoc turpe quod putatis. Solum quippe peccatum iudicandum eſt eſſe turpe, quod nemo putat eſſe turpe: ſed omnia potius quàm hoc turpia eſſe decernimus. Veſtimenta habenda ſunt neceſſaria, num etiã ſuperuacanea? Veruntamen ne vos in multã anguſtiam retrudamus, illud admoneo, deauratis veſtib⁹ ac ſubtilibus, vobis nõ eſſe opus. Et hæc nõ ego dico, & quia non mea ſunt iſta
1.Tim.2.c verba, audi beatum Paulũ dicentem, & admonentẽ mulieres, vt ornent ſeipſas, non in tortis crinibus, vel auro, vel margaritis, vel veſtib⁹ precioſis. Sed qualiter ornari pręcipis mulieres ô apoſtole? dicito. Fortaſſis enim dicunt, quoniã quæcunque aurea ſunt, illa ſunt precioſa, ſerica vero non ſunt. Dic ergo qualibus veſtibus vis
1.Tim.5.b mulieres ornari? Habẽtes, inquit, victũ & tegumentum, his cõtenti ſimus. Tale ſit ergo hominis veſtimentũ, vt tãtummodo contegatur. Propterea enim nobis iſta tribuit deus, vt operiamus nuditatem: hoc autẽ qualecunque veſtimentũ valet efficere, quod parui ſit precij: fortaſſe ridetis, quæ ſericis circundatæ eſtis veſtimentis. Oportet quidẽ ridere, ſi attendamus quid Paulus præcipiat, quid nos è contrario faciamus. Non enim mihi ad ſolas mulieres ſermo dirigitur, ſed etiam ad viros. Omnia enim reliqua quę habemus, ſuperuacua ſunt. Soli pauperes ſuperuacanea, & vana nõ poſſident, fortaſſis autem etiã ipſi ex neceſſitate. Cæterùm ſi liceret, neq; illi prorſus abſtinerẽt. Veruntamen ſiue per occaſionẽ, ſiue per veritatẽ, interim illi ſuperflua non habent. Et talibus quippe debemus indui veſtimẽtis, quæ neceſſitatẽ ſuppleant. Quid enim ſibi vult plurimum illud aurum? Eis enim qui in ſcena ſunt, iſta conueniunt: hæc illarum ſunt indumenta mulierũ, hoc eſt meretricum, quæ omnia ad hoc faciunt, vt ſpectentur. Illa igitur quæ deſcẽdit in ſcenam, cõponatur, quæ ingreditur in orcheſtrã, omnes enim cupit ad ſe attrahere. Quæ autẽ pietatem profitetur, nõ ita ſe debet ornare, ſed aliter. Habet nanque ornatũ multo illo maiorem. habes & tu ſpectaculum, ad illud te ſpectaculũ compone, illo te ornatu circundato. Quod ergo tibi eſt ſpectaculum? Cœlum, Angelorũ innumera multitudo, non virginum tãtum di-

co, ſed etiam ſecularium mulierum, omnes qui in Chriſto crediderũt, illud habent ſpectaculum. Talia fabulemur, vt iucunditatẽ illis ſpectatoribus afferamus. Talibus circũdator veſtimentis, vt illos exhilares. Dic enim mihi, ſi mulier meretrix dimiſſis aureis ornamentis, & precioſiſſimis indumentis, & riſu, † & facie iã turpitudine infecta, & vrbanitate condita, ſvili circũdetur indumento, & ſine aliquo ſtudio cõponat ſe & ingrediatur, & verba quæ ad pietatẽ pertinent eloquatur: & de pudicicia ſermonem faciat, nihil turpe permiſcens: nõnne cõfeſtim vniuerſi conſurgẽt? nõnne ſpectaculũ dimittetur? nõnne abiicietur, velut inepta, & neſciens populo coaptari, & extranea loquens, quę nihil theatro conueniunt? Sic etiã te, ſi illius ornatu volueris decorari, & ingrediaris ſpectaculũ cœli, cõfeſtim ſpectatores abiiciunt. Illic enim nõ eſt opus aureis indumentis, ſed aliis
B opus eſt rebus, iſtis de qualibus dixit Propheta: In fimbriis deauratis circunſepta varietate: non vt cãdidum corpus efficias, vel vt nitorẽ & ſplendores adiicias: ſed vt animã tuam aureis reddas virtutibus decoratã: ipſa quippe eſt quę in illo ſpectaculo certamen aggreditur: Omnis quippe gloria filiæ regis intrinſecus, His indue te, & laboribus te plurimis liberabis. Nam & virũ tuum cura exoneras, & te ſolicitudinis reſoluis angorib⁹. Sic enim eris venerabilis viro cum rebus non egueris plurimis. Omnis enim homo conſueuit contemnere indigentes ſe: cum autẽ viderit aliquos non ſe opus habere, contrahit faſtum ſuum, vt eis in locutione pari honore reſpondeat. Cũ verò viderit vir, quoniã in nullo eo indiges, quia contemnis eius munera, etiamſi ſit valde ſuperbus, tamen te magis venerabitur, quã ſi vtaris aureis ornamentis, & iam non eris eius ancilla. Solemus enim
C nos ſubmittere illis quorũ opera indigem⁹: ſi verò noſipſos abſtineamus, nequaquã erimus ſeruili humilitate ſubiecti. Sed cognoſcit, quia propter timorẽ dei, obedientiæ illi munus exoluimus, nõ propter illa quæ poſſit ipſe nobis tribuere. Nunc autẽ velut magnum aliquod nobis præſtãs, quantumcunq; à nobis honoris accipiat, non ſe putat pro merito recepiſſe. Tunc autem etiamſi parua illi honorificẽtia deferatur, cũ gratia magna ſuſcipiet: nõ exprobrat, † neq; compellitur propterea ſalienna diripere. Quid enim ineptius, quàm vt aurea confi-
cias ornamenta, † quæ in balneis, & in plateis ſordibus maculentur? ſed in plateis fortaſſe, vel in balneis inquinari non eſt mirum. ‖ In eccleſia verò ita ornatam procedere valde ridiculũ: quid enim ſibi vult, vt cum aureis ornamentis ingrediatur in hunc locum, vel veſte precioſa? Nõnne audiunt, vt ſeipſas ornent, non auro, non margaritis, nõ veſtibus precioſis? Cur ergo ingre-
D deris ô mulier, niſi velut repugnãs Paulo, & oſtendens quoniam etiam ſi milies hoc dicat, tu minus aduertis? An ingrederis veluti volens nos doctores redarguere, eo quòd vane iſta loquamur? Dic enim mihi, ſi quiſquã paganus & infidelis audiat, cum legitur locus iſte, in quo hæc beatus præcepit Paulus, quid de nobis exiſtimet? Aut ſi quiſquam paganus habens mulierem fidelẽ, cognoſcat quoniam multam curam gerit componendi ſe vel ornandi, & circundari aureis ornamẽtis: pergat autem ad eccleſiam, & aduertat apoſtolum commonentem, neque auro, neque margaritis, neque veſtibus
1.Tim.2.c precioſis debere mulierem ornari: nõnne ſtatim dicit ad ſeipſum, videns eam in thalamo ſuo tam variis modis, ornari & venuſte componi, quid intus mulier præſtolatur in thalamo? quid tardat? quid auro textis induitur? Quonam ambulare diſponit? Num ad eccleſiã?

† & verbis vrbanis & impudicis,

Pſal.44.c

Ibidem.

† neque compelletur propter te

† quibus in palatio & foro vtaris? ſed in foro & palatio fortaſſe minus nõ fuerit, ‖ pro βαε λαγελοις lego, βαεσιλειοις.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ipſe non deberes.

Quare? Vt audiat ſe debere] veſtibus ornari precioſis? Nónne ridebit? Nónne cachinnos altius eleuabit? nónne Chriſtianorum religionem deceptionem & ſeductionem eſſe iudicabit? Propterea, obſecro, vt auro textas veſtes, aureáque ornamenta pompis relinquatis, & ſcenis, & eis quæ in ſuis officinis talia venundanda proponunt. Dei autem imago non vult talibus adornari. Honeſta mulier honeſtate decoretur. Honeſta autem illa eſt, quæ *typhum non habet, quæ ornatum nō habet ſecularem. At ſi volueris gloriam quæ eſt apud homines adipiſci, iſto magis eam adipiſceris modo. Nam viri diuitis mulierem non ita ſolemus admirari, quum aureis ornamētis, vel ſericis veſtibus adornatur, hoc quippe commune cūctarum eſt fœminarum, ſicut admiramur quum puris & ſimplicibus & laneis vtitur veſtimētis. Hoc vniuerſi maxime mirabūtur, hoc plauſibus ſublimabunt. In illo quidem ornatu, hoc eſt auro textarum, & precioſarum veſtium, plurimas ſimiles ſibi reperiet: etiamſi iſtam ſuperet, ab illa ſuperatur: etiamſi cunctas excedat, ab imperatrice vincitur. Hæc autem ſuperat vniuerſas, etiam ipſam imperatoris vxorē. Sola nanque in magnis diuitiis conſtituta eligit habitum pauperum. Proinde ſi gloriā cupiamus adipiſci, etiam in hoc maior eſt gloria. Non ad viduas tārum loquor, aut ad opulentas: nam in viduis videtur viduitas afferre neceſſitatem, ſed etiam ad cōiugatas hæc loquimur. Sed non placebo, inquit, viro meo. Non viro placere deſideras, ſed mulierum multitudini pauperum: magis autem non placere, ſed eas contabeſcere cupis, afficere dolore, macerare tormentis, & ex cōparatione tua pauperatem illis ſuam facere grauiorem. O quātam propter te blaſphemiam loquuntur. Non ſit, inquiunt, paupertas: Deus inquiunt odio habet pauperes, deus nō diligit in pauperie conſtitutos. Quod enim ſic non viro placere deſideres, & nō ob hāc cauſam te cupias ornari, ex iis quæ facis manifeſtū cunctis apparet. Cum limē tui thalami fueris ſupergreſſa, confeſtim cuncta illa deponis, & veſtimenta, & auramēta, & margaritas, & in ędibus potiſſimū nihil horum geſtas. Si autē viro cupis omnino placere, eſt vnde complaceas, per māſuetudinem, per placiditatē, per pudiciciā. Crede mihi mulier, etiamſi multū ſit vir ille inferiora ſapiens, hæc illum magis illiciūt: hoc eſt, manſuetudo, pudicicia, habitus ſine typho, ſine multis expenſis, vilis & humilis. Impudicum quippe virum, etiamſi multa excogites ornamenta, nō obtinebis. Et hoc norūt quotquot huiuſmodi viros habuere. Quantūlibet enim tu ſtudeas adornari, ille ſi incontinens eſt, ad alterā pergit. Pudico vero & caſto talibus minime complacebis, ſed magis horum cōtrariis. His autē eum etiam cōtriſtabis, cum de te ſuſpicionem facis appetentis ornatū. Quid enim? Etiamſi vir ille reuerentia māſuetus, hoc tibi ſicut pudicus & mitis dicere noluerit, ſed intra ſe plurimū reprehendit: & zelū & inuidentiā non cohibet, an non omnē voluptatem & iucunditatē illi in poſterum eximis? inuidentiā contra teipſam excitans? Forſan autem ægre iſta auditis, & moleſte fertis dicentes, quoniā iſte virorum animos cōtra mulieres magis iritat, & inſtigat. Non ego viros irritādo hæc verba profundo, ſed à vobis hæc fieri volo ſpōtanea volūtate. Propter vos, nō propter illos iſta dicuntur: nō vt illi ab inuidia liberentur, ſed vt vos ſecularibus liberemini phātaſiis. Vis apparere pulchra, ego etiā hoc cupio: ſed pulchritudinē volo, quam deus inquirit, pulchritudinē quam deus rex gloriæ cōcupiſcit. Quem habere deſideras amatorē, deum an homines? Si ſecundum illam pulchritudinē fueris pulchra, deus tuam pulchritudinē concupiſcet: ſi verò ſecūdum iſtam, ille quidem te horrebit, amabunt autē homines ſceleroſi. Nullus quippe bonus eſt, qui mulierem amarit cōiugatam. Hoc etiā de exteriori ornatu cognoſce. Ille nanque ornatus qui eſt animę, deū ad ſe pertrahit, iſte autem ſceleratos. Vide quoniam de vobis curam gerens, pro vobis ſoliçitus hunc ſermonē propoſui, vt vera pulchritudine plus creſcatis, & efficiamini glorioſæ, illa, quæ verē eſt gloria iudicāda, vt pro ſceleroſis viris deum cūctorum dominum habeatis veſtræ pulchritudinis amatorem. Quæ autē illum habuerit amatorem, cui erit ſimilis? In choro tripudiabit angelico. Si enim cum à rege amatur aliqua, ſuper vniuerſas iudicatur eſſe beata: quæ à deo diligitur dilectione maxima, quāta ſublimabitur dignitate? Et ſi totū mundum conſtituas, nihil in comparatione illius pulchritudinis deputatur. Hanc itaque colamus pulchritudinē, hoc ornatu decoremur, vt digni efficiamur ingredi in cœlos, in ſpiritalia habitacula recipi, & thalamum ſponſi ſpiritalis intrare. Huius quidem corporis pulchritudo plurimis rebus abſumitur, etiam quando videtur incolumis permanere, etiā quando non moleſtatur ægritudine, neque cura maceratur: quod quidem impoſſibile eſt. Verūtamen etiamſi non ſeneſcamus, nunquā annos viginti perſeuerat: illa vero pulchritudo ſemper floret, ſemper viget. Non eſt illic vlla timenda mutatio, nō ſenectus adueniens rugas afferet, nō ægritudine vlla marceſcet, non ſolicitudinibus aut mœroribus pallidatur: ſed his omnibus ſupereminet ſuperior, & incōtaminata perdurat. Huius verò corporis pulchritudo fugit antequā clareat, ſed etiam cum apparet, non habet plurimos admiratores. Pudici quippe non admirantur, qui vero admirantur, cum libidine delectantur. Nō itaque æmulemur hāc pulchritudinem, ſed illam appetamus, vt cum lampadibus honeſtate præclaris pergamus in thalamum ſponſi ſplēdidū, & decorum. Nō enim hoc virginibus ſolis præceptum eſt, ſed animabus virginitate fulgentibus. Nā ſi ad ſolas hoc virgines pertineret ſimpliciter, nequaquā illæ quinq; foris excluſę relinquerentur. Omnium igitur eſt iſta pulchritudo, quæcunq; animabus virgines eſſe concupiſcunt, quæcunque à ſecularibus liberatæ ſunt deſideriis. Corrumpūt enim animas ſecularia deſideria. Si vero inuiolati permaneamus in animis, digni efficiemur illuc ire, & ſuſcipi cum honore. Deſponſaui enim vos, inquit, vni viro virginem caſtam coaptare Chriſto. Hæc enim non ſolis dicebat virginibus, ſed ad vniuerſam eccleſię plenitudinem loquebatur. Anima quippe incorrupta, virgo eſt. Etiamſi virum habeat, virgo eſt virginitate vera atq; mirabili. Hæc nanque virginitas corporalis, illius pediſſequa eſt & vmbra: Illa autem vera eſt virginitas: hanc colite, & poteritis cum ſplendido vultu & decoro ſponſi thalamum contueri, & cum claris atque feſtiuis intrare lampadibus, ſi vobis oleum non deficiat: ſi aurea ornamenta conflantes, tale conficiamus, quod lampades noſtras faciat clariores. Oleum autem illud miſericordia eſt, ſi de ſubſtantia noſtra aliis largiamur, ſi ſubſtantiam noſtram oleum faciamus, tunc ſuper id quod habemus adiicietur nobis, & in illo tempore non dicemus, Date nobis oleum, quia extinguuntur lampades noſtræ. Aliis non egebimus, neque cum imus ad vendentes relinquemur excluſæ, neque audiemus illam vocem tremendam ac terribilem, dum pulſamus ad ianuā, Neſcio vos: ſed cognoſcet nos, & cū ſponſo ſimul intrabimus. Intrātes autem

τύφον, ſaſtum, ſuperbiam.

2. Cor. 11.

Matth. 25.

tem ſpiritalẽ thalamum,bonis plurimis perfruemur. Si enim in hac vita ſic clarus eſt thalamus ſponſi, ſic habitacula clara ſunt atque feſtiua,vt nullus poſſit intuẽs ſaturari:multo amplius ille thalamus, hoc eſt cœlũ,& ille qui in cœlo eſt ſponſi thalamus,melior extat & clarior: illuc ibimus. Si autẽ thalamus ipſe tã pulcher eſt,qualis erit ſpõſus?Et quid dico, vt ornamenta aurea deponẽtes indigẽtibus largiamur?Si enim poſſetis etiã voſipſas venundare, ſi vobis proponeretur, vt de liberis eſſetis ancillæ,quò cum illo poſſetis ſpõſo habitare,& illa tanta perfrui pulchritudine,& tantam eius faciem contueri,nõnne debueratis cum omni alacritate cuncta ſuſcipere?Imperatorem in terra videmus & admiramur: cũ autem & imperatorem videbitis ſimul & ſpõſum,multo amplius alacriter debetis vniuerſa facienda ſuſcipere. Certò cognoſcite quòd iſta terrena vmbra ſunt:illa veritas. Cùm autem concedatur videre imperatorem,& ſponſum in cœlis, & dignos fieri eum præcedere cum lampadibus,& iuxta ipſum eſſe,& cum illo perpetuo permanere, quid vos non oporteat facere, quid non agere,quid non tolerare? Obſecro igitur, vt accipiamus in mentem noſtram bonorum deſiderium futurorum, concupiſcamus illum ſponſum. efficiamur virgines, vera virginitate decorati. Animæ quippe virginitatẽ dominus à nobis inquirit:cum hac ingrediamur in cœlum, vt non habeamus maculam, vel rugam, vel aliquid huiuſmodi, vt percipiamus bona quæ promiſſa ſunt. Quæ nos omnes contingat adipiſci, gratia & clementia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri gloria,vnà cum ſancto ſpiritu, imperium, honor, nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum,Amen.

Homilia xxix. ex cap. xij.

Prouer.3.b *Nondum vſque ad ſanguinem reſtitiſtis,aduerſus peccatũ repugnantes: & obliti eſtis conſolationis, quæ vobis tanquam filiis loquitur dicens, Fili mi noli negligere diſciplinam domini,neque fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit dominus caſtigat,flagellat autem omnem filium quẽ recipit.* Duę ſunt conſolationis ſpecies,quæ ſibimet cõtrariæ eſſe putantur, ſed multa ſibimet mutuo afferunt adiumenta, quas hic vtraſq; ſpecies inculcauit. Vna quippe ſpecies eſt,quãdo plurima dicimus aliquos eſſe perpeſſos: anima enim quodãmodo requieſcit, quando ſuarũ paſſionum plurimos habuerit teſtes, quod quidẽ ſuprà dixit. *Suprà.10.f* Rememoramini autem priſtinos dies,in quibus illuminati magnũ certamen ſuſtinuiſtis paſſionũ.Altera verò ſpecies eſt, quãdo dicimus, quoniã nihil eſt magni perpeſſus. Illa quippe ſpecies requieſcere facit, & recreari animã mœroribus oppreſſam:iſta vero negligentẽ animam,& ſupinam ex arrogantia cõuertit & retrahit. Ne ergo illis ex illa teſtificatione ſuperbia generetur, contemplare quid ait Paulus. Necdum,inquit, vſq; ad ſanguinem reſtitiſtis contra peccatũ.Et non confeſtim intulit conſequentia: ſed poſtquàm illis oſtendit omnes eos qui vſque ad ſanguinẽ reſtiterunt, Deinde cũ ſubiunxiſſet, quoniã gloriatio Chriſti paſſiones ſunt, tunc *2.Cor.10.c* iam facilius cætera percurrit: Hoc etiã ſcribens Corinthiis fecit,dicens:Tentatio vos nõ apprehendit niſi humana: hoc eſt, minima. Valde quippe idoneũ hoc erat ad animã ſubrigendam. Dum enim cogitat, quoniam non peruenit ad omnia, perſuadet ſibi ex antecedentibus nulla magna opera perfeciſſe:hoc eſt,veluti ſi diceret,Necdum mortem ſuſtinuiſtis,pecuniarũ vobis tantum contigit damnum,vel glorię.Exagitati tantũ eſtis, & perſecutionẽ paſſi. Chriſtus autem pro vobis ſanguinem fudit,vos autem pro vobiſmetipſis necdũ tale aliquid paſſi eſtis. Ille vſque ad mortem pro veritate certauit,pugnans pro vobis: vos autẽ necdum ad pericula perueniſtis,quæ minantur interitum. Et obliti eſtis, inquit,conſolationis: hoc eſt manus dediſtis, & diſſoluti eſtis.Necdũ,inquit, vſque ad ſanguinẽ reſtitiſtis aduerſus peccatũ repugnantes. Hoc in loco demõſtrat etiam peccatum vehementer aduerſus eos anhelare,illũdque armatum. Quod enim dictum eſt, necdũ reſtitiſtis, ad ſtantes dicitur.Et obliti eſtis,inquit,conſolationis, quæ vobis veluti filiis loquitur. Fili mi,inquit,noli negli- *Prouer.3.b* gere diſciplinam domini,neq; fatigeris dum ab eo argueris. Poſtquam ex rebus ipſis hortatus eſt, tunc ex abundantia eos ex teſtimoniis adhortatur.Neq; deficias, inquit,dum ab eo argueris.Conſolationem abunde à rebus adhibuerat, per verba etiã adhibet, hoc adferẽs teſtimonium,ne fatigeris dum ab eo argueris.Igitur hæc dei ſunt, vnde non paruam poterit afferre conſolationem,dum cognoſcimus,quia dei opus eſt,iſta quę patimur illo permittẽte ſolui: ſicut & Paulo apoſtolo dictũ *2.Cor.12.c* eſt: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus mea in infirmitate perficitur.Ille ergo eſt qui permittit. Quem diligit *Prou.3.b* enim dominus, arguit: flagellat autem omnem filium quẽ recipit.Non potes dicere quia eſt iuſtus aliquis, qui expers tribulationis exiſtat, etſi ſic nobis videatur, ſed nos ignoramus alienas tribulationes. Proinde neceſſe eſt omnem iuſtũ per preſſuras, tribulationeſq; tranſire. Sentẽtia quippe Chriſti eſt,quia lata & ſpacioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem: arcta vero & anguſta, quæ ducit ad vitam.Si igitur per illam venitur ad vitam,& *Matt.7.b* non poteſt illuc aliter perueniri: certũ eſt quòd per anguſtã hanc viam omnes illi tranſierũt quotquot ad vitam perducti ſunt ſempiternã. †*In diſciplina*,inquit, *per-* †*Si diſci-* *ſeuerate.*] Non in ſuppliciis, neque in tormentis. Vide *plinam ſu-* quid ait Paulus. Vnde putabãt ſe derelictos eſſe,ex hoc *ſtinetis*, *in-* indicit eos magis credere debere,quoniam nõ ſunt derelicti. Veluti ſi diceret,quia tanta paſſi eſtis,putatis quòd *quit*, vos odio habeat,vel dereliquerit deus? Si enim hæc nõ pateremini, tũc magis hoc vos coniicere competebat. Si enim flagellat omnem filium quem recipit: qui non flagellatur, †ſine dubio Jnõ eſt in numero filiorũ. Quid †*fortaſſe* ergo,inquit,maligni nulla mala patiũtur? patiũtur quidem.Quo modo,inquit,dicis,quòd omnis filius flagellatur?Sed nõ dixit,quia omnis qui flagellatur filius eſt, ſed omnis filius flagellatur. Semper enim & vbiq; filiũ verberat & caſtigat: hoc eſt, demonſtrari non poteſt, quoniam qui filius eſt,nõ flagelletur nec patiatur.Sunt quidem plurimi, qui flagellantur maligni: ſicut homicidæ,latrones,malefici, ſepulchrorũ deprædatores: ſed illi pro ſua iniquitate ſupplicia patiuntur, & non ſicut filij flagellantur,ſed ſicut peſſimi puniuntur,nos autem ſicut filij. Deinde iterum ex communi & publica conſuetudine agere cum eis inſtituit.Vides quo modo vndique argumenta deducit,ex rebus,ex ſcripturis,ex verbis diuerſis,ex ratiocinationibus propriis,ex ſimilitudinibus & exemplis, & conuerſatione vitæ communis.

Quod ſi extra diſciplinam eſtis, inquit, *cuius pæticipes facti ſunt omnes, ergo ſpurij eſtis & non filij.* Attendis quoniam, ſicut iam dixi, hoc confirmat, quoniam nõ poteſt filius eſſe,qui nõ caſtigatur. Sicut enim in domibus patrumfamiliãs nothos filios negligũt patres, etiamſi nihil doceantur, etiamſi nõ fiant glorioſi: pro filiis autem propriis valde verẽtur,ne eos malum opprimat negligentiæ.Si igitur nõ caſtigari nothorum eſt filiorum, oportet nos gaudere cũ caſtigamur. Siquidẽ hoc filiis propriis adhibetur: proinde propterea nobiſcũ ſicut cum

filiis agit deus. *Deinde* (inquit) *patres quidem carnis nostræ habuimus* * *eruditores, & reuerebamur eos.* Iterum ex propriis passionibus agit, quæ patiebantur: Sicut enim supra dicit, rememoramini pristinos dies: sic etiam hic, Deus, inquit, sicut cum filiis agit: & non potestis dicere, quia nō possumus talia tolerare. Si enim patres carnales, filij reuerētur: quo modo non patrem cœlestem amplius reuereminī? Quanquam non ex hoc solum est differentia, non à personis, sed ex ipsa causa, ex ipsa re. Non enim de eadem causa, vel ad res easdem * erudiūt: sed illi quidem ad quod eis videtur, hoc est, voluntatē suam, desideriumq; complētes, neque vbique quod vtile est, vel quod conducit, attendunt: hic autem non potest istud similiter dici. Neq; enim propter aliquā suam vtilitatem hoc facit, sed propter nostram commoditatem. Illi autem ideo vos erudiebant, inquit, vt ipsis essetis vtiles, aliquādo fortassis etiam sine causa: hic autem nihil tale est. Cōtemplaris quia etiam in hoc illis attulit consolationem? Maxime enim circa illos nos familiarius habemus, quos cognoscimus, quia non propter se imperant vel erudiunt, sed omnis illorum diligētia in nostram vtilitatē impenditur. Hoc quippe est synceræ atq; integræ charitatis, quando amanti in nullo sumus accōmodi, & tamen ab eo docemur, non vt aliquid accipiat, sed magis vt tribuat. Erudit, instituit, omnia facit, omnia satagit, vt nos efficiat suorum capaces munerum. *Illi enim* (inquit) *in tempore paucorum dierum secundū voluntatem suam erudiebant nos: hic autem ad id quod vtile est, vt recipiamus sanctificationem eius.* Quid est sanctificationem eius? Hoc est, munditiam eius, vt dignos efficiat secundum quod potest: satagit itaque vt accipiatis, & cuncta facit, vt vobis impertiat: vos autem nullum geritis studium vt valeatis accipere. Dixi, inquit, deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Deinde subiūgit: Carnales, inquit, patres nostros habuimus † doctores, & educatores, & reuerebamur eos, nōnne multo amplius subiici debemus patri spirituum, & viuemus? Quòd autem dixit patri spirituum, aut charismatum dicit, aut orationū, aut incorporearum virtutum. Si enim sic moriemur, tunc viuemus. Illi quidē, inquit, ad tempus paucorum dierum erudiebant nos secundum voluntatem suam. Non enim in omnibus voluntas illorum vtilis erat, iste autem ad vtilia nos instituit.

Morale. Disciplina ergo participatio sanctitatis est? Admodū. Quando enim negligentiā pellit, cupiditates excludit, secularium rerum amores amolitur, animam cōuertit, facit eam omnia huius vitæ culpare (Hoc quippe facit tribulatio) cum hæc fiunt, nōne sanctam perficit? Nōnne spiritus ad se gratiā pertrahit? Consideremus iustos, vnde cuncti claruerint. Nōnne per tribulationes? Enumeremus, si placet, ab ipso initio Abel, ipsum Noë: non enim poterat, cùm solus esset in multitudine malignorum iustus, tribulationibus non affligi. Noë quippe, inquit, solus perfectus erat in generatione sua, & deo placuit. Intellige nanque mihi quod dico. Si nunc cū plurimos habeamus, quorum debemus æmulari virtutem, sic affligimur: quid putas patiebatur ille solus in tanto numero pessimorum? Num vultis, vt dicam quæ circa diluuium contigerunt? An vultis vt Abrahæ demigrationes frequētes enarrem, aut direptionem vxoris, aut diuersa pericula, bella numerosa, fames tantas & tales? Num vultis, vt reuoluā quanta Isaac pertulerit? Exagitabatur vndiq;, & persecutiones patiebatur, laborabat frustra, aliis fructum laboris eius sumētibus. Num vultis, vt Iacob vobis producam in medium? Et omnia quidem eius enarrare necessarium esse non puto, sed testimonium eius proferre opportunum prorsus existimo. Ipse quippe loquens cum Pharaone: Modici, inquit, & maligni facti sunt dies mei, & non peruenerūt ad dies patrum meorū. Num Ioseph vultis vt dicam? Num ipsum Mosen, num Iesum Naue, num Dauid, num Heliā, num Samuēlem, nū Prophetas? Nōnne vniuersos istos ex tribulationibus reperies claruisse? Dic enim mihi? tu ex ocio & deliciis vis clarus existere? Sed hoc penitus nō valebis. Num apostolos vultis, vt dicam? Sed etiam ipsi omnes, quātum ad tribulationem pertinet, cæteros superarūt. Sed etiam Christus hoc dixit, In mundo, inquit, tribulationem habebitis. Et iterū: Vos plorabitis & lugebitis, mundus autē gaudebit. Et quod via salutis arcta sit & angusta, ipse dominus † vitæ hoc dixit: Arcta est, inquit, & angusta via, quæ ducit ad vitam: tu autem spacioſam quæris, & quo modo nō est istud absurdum? Propterea nō adipiscēris vitam, quia per aliā ingrederis viam: sed ad perditionē venies, illuc nanque descendens iter elegisti. Vultis etiā vt producamus in mediū eos, qui in deliciis conuersati sunt, à nouissimis ad primos recurrentes? Diues ille qui peruritur in camino ignis, Iudæi qui vitam suam ventri donauere perdendā, quorum deus vēter est: vel illi qui in eremo ocium requirentes perierunt, sicut etiā qui in Sodomis, propter gastrimargiam consumpti sunt: & illi qui temporibus Noë fuerunt, nōnne quia mollem istorū & dissolutam persecuti sunt vitam? In saturitatem, inquit, panis defluxerūt: de his qui in Sodomis habitabant. Si autem panis saturitas tantum iniquitatis operatur, quid dicēdum est de aliis condimentis? Quid Esau: nōnne in quiete & ocio degebat? Quid illi, qui aspectu pulchrarum captiuati sunt mulierum, qui erant in numero filiorum dei, & per præceps ad infernum libidinis deciderūt? Quid illi, qui in masculos insano furore ferebantur? Quid omnes reges gentium, Babyloniorum, Aegyptiorum? Nōnne vitam male atque infœliciter terminauerūt? Nōnne in tormentis existunt? Sed nunc, dic mihi, nōnne talia iterum fiūt? Aduerte Christum dicentē: qui mollibus vestibus induuntur, in domibus regum sunt: qui verò nō habent talia vestimenta in cœlis sunt. Molle nanq; vestimentum etiam seueram animam dissoluit, diffundit & frāgit: etiamsi asperum habeat corpus & forte, citius per delicatam conuersationem molle perficitur. Nam vnde putatis, aut ex quali ratione mulieres sic esse debiles & infirmas? Num ex cōditione sexus tantum? Nequaquam, sed etiam ex conuersatione & educatione. Quòd enim sub vmbraculis degunt, quòd oleo vngūtur, quòd frequentibus lauacris vtuntur, quòd assidue vnguentis abundantibus & aromatibus perfundūtur, & iacēt in stratis delicatis, hoc est quod eas tales efficit. Et vt melius hoc agnoscas, attende quod dico: ex horto aliquo in eremo cōstituto, qui ventis & tempestatibus verberatur, sume arbustum aliquod, & pone in opaco & aquoso loco, & videbis quòd multum à fortitudine & dignitate sua mutabitur, quā habebat in hoc loco vnde constat esse translatū Quod verum & certū hoc sit attende mulieres, quæ in agris agunt vitam: fortiores nanque viris sunt, qui sunt in ciuitatibus constituti. Et si eas permittas cum illis athletico more certare, multos huiusmodi viros illæ sine dubio superabūt. Corpore nanque molli reddito, & delicato, necesse est & animam participare ex corporis morbo. In multis nanque compatiūtur, & afficiuntur operationes animæ passionib⁹ & affectionibus corporis. Etenim in ægritudinibus

* παιδευτὰς, eruditores, castigatores. *Supra. 10.f*

* παιδεύουσι, erudiunt, emendant, castigant, corripiunt, *sic & mox intelligge, erudiebant.*

Psal. 139. & 15.

† *eruditores & castigatores,*

Gene. 7.a

Gen. 47.b

Ioan. 16.g

Ibidem. f

† *vitæ*

Matt. 7.b

& Luc. 13.f

Ezech. 16.f

Gen. 6.a

Matt. 11.c

Vnde sit mulierum mollities.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dinibus aliter nos habemus,propter quod morbo molleſcimus: & iterũ cùm valemus,aliter nos habemus. Sicut enim in chordis contingit,cùm enim ſunt ipſi ſonitus molles, & delicati, & nõ conuenienter extenti,etiã ars deprauatur,& cogitur vicio ſeruire chordarum: ſic etiam fit in corpore, multas ab eo anima ſuſcipit læſiones,multaſq; neceſſitates. Quando enim multa opus habuerit ad ſui curationem, amarã anima ſuſtinet ſeruitutẽ. Propterea obſecro, vt noſtrũ corpus forte reddamus,nec illud delicatum & ægrotabile faciamus. Non ad viros tantùm,ſed etiam ad mulieres mihi eſt ſermo. Quid corpus ſæpius lauas,quid deliciis corrũpis,& gracile facis? O mulier quid fortitudinẽ eius †vnguẽtis perdis? Vnguentum ſquippe mollities illi eſt non robur. Si autẽ ab eis recedens, aliter temetipſam tractas, tunc & pulchritudo tibi corporis generatur, quando ſecũdum rationẽ & valet,& habitum obtinet ſalutarem. Si verò plurimis illud circũſepias morbis,neque flos vel vigor aderit corporis, neq; habitus ſalutaris, ſed ſemper mœſtum erit & languidũ. Scitis autem quia ſicut domũ pulchram †cùm quis raſerit, efficit pulchriorem: ſic etiam faciem pulchram ſplendor animæ ſuperueniens amplius conuenuſtat. Si verò in mœſticia ſit,& doloribus conſtituta,deformis efficitur. Mœſticiã nanq; ægritudines faciũt & dolores. Aegritudines verò ex eo ſunt, ꝙ corpus deliciis multis mollius redditur. Proinde & ob hoc fugite delicias,ſi quid mihi obeditis & creditis. Sed voluptatem,inquis,habent delicie: ſed non tantam voluptatem,quantas difficultates atque moleſtias. Huc accedit, quia voluptas illa vſquequo linguam vel gulam tangit,apparet: cùm autẽ menſa remota fuerit,vel poſtquam erit cibus abſumptus,ſimilis eris ei,qui nihil illius attigerit. Magis autem multoq; amplius peiorẽ grauedinẽ ex illis cibis,& diſtentionem & oppreſſionẽ mentis habiturus,atque ſomnum morti cõſimilem,ſæpenumero etiã iuges habebis vigilias propter ſtomachi cruditatem,& præcluſionẽ ſpiritus interioris, & per moleſtiam ructationis indigeſtæ, & plurimũ maledicturus es tuum ventrem, cùm deberes magis intẽperantiæ vicium atque immoderationis arguere. Non itaque deliciemur deliciis corporis, ſed audiamus Paulum dicentem: Carnis curã ne perficiatis in concupiſcentiis. Tale nanq; eſt in ventrem cibos mittere, quale ſi quiſquã eos in eloacam proiiciat,magis autẽ non tale eſt,ſed multò peius. Hic enim fimum tantum operatur ſine tua læſione, illic autẽ plurimos morbos, plurimaſq; procreat ægritudines. Nutrimentũ enim niſi ex ſufficientia nõ fit, quæ valeat ſine labore digeri: cùm verò plus exuberat, quàm reficiendi corporis ratio poſtulat,non ſolùm nutrimentũ nullum, ſed etiam corruptio generatur. Sed nullus attendit hæc, præoccupatæ ſunt omnium mẽtes ſuperflua voluptate. Vis nutrire corpus? reſeca quod eſt ſuperuacaneum,& quod ſufficiat ſubminiſtra, quãtùm poterit ſtomachi decoctio maturare. Ne aggraues corpus tuum,ne demergas illud: Sufficientia quippe & nutrimentum & voluptas eſt. Nihil enim ſic iucũdum eſt, ſicut cibus bene digeſtus & decoctus. Nihil enim ſic ſalutem,nihil ſic ſenſuum acumẽ operatur: nihil ſic ægritudinẽ fugat,ſicut moderata refectio. Sufficientia quippe cum nutrimento & ſoſpitatem ſimul etiam procreat & voluptatem. Abundantia verò morbum facit, & moleſtias ingerit,& ægritudines generat. Quod enim facit fames, hoc etiã plenitudo facit ciborum, magis autem multo peiora. Fames quippe in paucis diebus aufert hominem, & liberat ex hac vita pœnali: exceſſus verò ci-

adipe perdis? Adeps

†cùm corrierit aer,

Rom.13.d

borum conſumit, & putrefacit corpus humanũ, & macerat ægritudine diuturna, & tunc cum morte crudeli cõſumit. Nos autem famem quidem inoptabile quoddam fugiendumq; putamus,& ad repletionem & indigeſtiones confugimus, quas multò videmus eſſe peiores. Vnde igitur iſte morbus ad homines, vnde hic furor? Non dico vt ſe homines crucient,ſed vt tantũ nutriantur,quantùm illis & voluptatẽ pariat, & verã voluptatem & corpori nutrimentum dare valeat & ſubiectum illud nobis,& accommodũ ad operationes animæ beneq; compactum & coaptatũ reddat. Cùm verò exundans deliciis fuerit factũ,compagem ſuam & harmoniam non valet ex diffluentia retinere: ſubintrans quippe humorũ redundãtia, totum diſſoluit penitus & effundit. Carnis,inquit Apoſtolus,curam ne perfeceritis in concupiſcentiis. Bene dixit. Materies nanq; eſt cibus cupiditatibus inhoneſtis. At ſi in philoſophia quiſquam cũctis emineat,tamen ſi deliciatur, neceſſe eſt vt aliquid vel ex cibis, vel vino patiatur, vt flammam excitet ampliorẽ. Hinc fornicationes, hinc adulteria. Etenim venter eſuriens amorẽ non valet procreare, magis autem neq; ſufficientia,ſi fuerit moderata. Quæ verò generat abſurdas cupiditates, illa eſt abũdantia,quæ ſe deliciis tradit. Sicut enim terra quæ valde humecta eſt,generat vermes, & fimus cùm compluitur, vel cùm plurimum ſibi humorem retinet:: terra verò quæ libera eſt ab humoribus, fructuum fœcunditate decoratur, ſi ex abundantia non corrũpatur aquarum: at ſi etiam nõ colatur, vltro tamen gramina ſubminiſtrat: ſi verò colatur, fructuum fœcũditate pollebit. Obſecro igitur ne noſtrum corpus vicioſum & inutile faciamus, neque ei vicia inſeramus,ſed pręparemus ei fructus vtiles,& arbuſta fructuoſa, nec ea diſſoluamus per immoderationem ciborum. Immoderatio quippe pro fructibus vermes facit. Sic etiam inſita nobis concupiſcentia, ſi eam deliciarum inundationibus inebries, cupiditates generat turpes,& voluptates admodum turpiores. Abiiciamus itaque hanc luem, vt poſſimus adipiſci bona quæ promiſſa ſunt, in Chriſto Ieſu domino noſtro, cũ quo patri gloria, vnà cum ſancto ſpiritu, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia xxx. ex cap. xij.

*Omis autem *diſciplina in præſenti videtur nõ eſſe gaudij ſed mœroris: poſtea autẽ fructum pacatiſſimum exercitatis per eã reddet iuſticiæ. Propter quod remiſſas manus, & ſoluta genua erigite, & greſſus rectos facite pedibus veſtris, vt non claudicans quis erret, magis autem ſanetur.* Qui amara bibunt antidota, patienter ferunt quidem primùm moleſtiam, & tunc ſenſum percipiunt ſoſpitatis. Tale quiddam eſt etiam virtus, tale quoque illic malicia. In iſta primùm eſt voluptas, & ſequitur ægritudo: in illa verò primum eſt mœſticia, & tunc iucũditas procreatur. Sed nihil ſimile eſt: nõ enim eſt ſimile cum primum aliquis contriſtatur, & poſtea gaudio perfruitur: & cum primo gaudetur, poſtea in mœrores incidere. Et quo modo hoc? Hic enim timor futuræ triſticiæ præſens gaudium imminuit: illic autem ſpes futuræ iucunditatis detrahit preſenti triſticię. Ex hoc cõtingit, vt illic nunquã prorſus gaudeatur, hic autẽ nunquã triſticia dominetur. Et nõ in hoc tantum differentia cõſtat, ſed & in alio, quia neq; temporis in vtriſq; declaratur æqualitas: ſed multũ intereſt, quia maliciæ gaudiũ temporale eſt, in ſpiritualibus verò gaudiũ eſt, & iucunditas ſempiterna. Ex his igitur argumentis cõſolationes Paulus aſſumit, & vtitur iterum communi iudicio, cui nõ valet aliquis reluctari,

**παιδεία id eſt diſciplina, caſtigatio. ſic & in ſequentibus accipe.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctari,quia nullus potest communi repugnare decreto, A quando in aliquid vniuersi cõsentiunt.Contristamini, inquit. Talis nanque assolet esse disciplina, tale principiũ habet.Omnis nanque disciplina,inquit,in præsenti quidem videtur non esse gaudij,sed mœroris.Bene dixit,videtur,quia non est,inquit,res tristiciæ disciplina, sed videtur esse.Omnis,inquit,disciplina, non hæc aut illa,sed omnis disciplina,& humana & spiritalis. Contemplaris cum ex cõmunibus noticiis decertare. Videtur,inquit,esse mœroris.Non est igitur. Qualis nanque mœror est,qui existit occasio gaudiorũ?sicuti neque voluptas est,quæ sit causa tristicię.Postea verò,inquit,fructum pacatissimum exercitatis,per eam reddet iusticiæ. Non fructum, sed fructuum abũdantiam numerosam. Qui per eam, inquit, exercitantur. Bene dixit, qui per eam exercitãtur:hoc est, qui tolerant plurimo tempore patiẽter.Vsus est autem dictione bene sonãte & accepta.Disciplina ergo exercitatio est. Nã athletam perficit fortiorem,& insuparabilẽ reddit in certaminibus,& inexpugnabilẽ declarat in præliis. Si igitur omnis disciplina talis est,& hęc præsens, vt talis sit,necesse est.Proinde oportet sperare meliora, & finẽ plenum iucunditatis & pacis. Et noli mirari, si cũ ipsa amara sit, fructus tamen proferat dulciores. Nam & in arboribus cortex penè semper amarus & asper est:fructus tamen ipsi suauitate iucũdi sunt.Sumpsit autem ex communi noticia hoc.Si igitur talia sperare competit,quid doletis?Quid postquàm tristiciam tolerastis, circa meliora deficitis, quæ vos cõueniebat tristia sustinere,iam sustinuistis.Si autem sustinueritis, non oportet instante iam retributione iterum mollescere. Tãquam eos qui cursu certauere vel pugnis, vel qui bello desudauerũt, alloquitur. Vides quo modo eos armet?quo modo in sublime sustollat? Rectè, inquit, ambulate. In hoc loco cogitationes eorũ tangit:hoc est,vt sine vllis hæsitationibus perseuerent. Si enim ad dilectionẽ pertinet disciplina, si à cura incipit, & in finẽ desinit meliorem, & hoc tam ex rebus,quàm ex verbis,quàm ex vniuersis actibus ostenditur : quare dissoluimini? Hoc nanque patiuntur, qui desperatione deficiũt,qui spe futurorum nulla solidantur.Rectè,inquit,ambulate.Nec claudicatio plus accrescat,sed potius ad statũ pristinum reuocetur.Qui enim cum claudicatione currit,in malicia demoratur. Attẽdis, quia in nobis est, vt omnibus modis consequamur mediciná. *Pacem,*inquit,*sequamini cum omnibus, & sanctificationem,sine qua nemo videbit deũ.* Sicut & suprà dicebat, non derelinquẽtes congregationẽ nostram, hoc etiam hic tangit. Nihil ita & maximè in tẽtationibus superabiles facit,ac facilè subiiciẽdos,sicut separari ac seiungi. Die nanq; mihi,Si aciẽ ruperis in bello, an non sine vllo labore hostes superabũt, & vinctos abripiunt singillatim separatos reperiẽtes,& propter hoc inualidos reddituros?Pacẽ sectemini cum omnibus, inquit. Num & cũ malefacientibus? Si possibile est, inquit, quod in vobis est,cum omnibus hominibus pacem habere.Quantùm ad te attinet, inquit,pacẽ habeto,nihil lædẽs pietatem, sed in quibus mala pateris, fortiter tolera. Fortis quippe armatura est in tentationibus patientia. Sic etiam Christus suos discipulos reddidit fortiores, hæc dicẽs: Mitto vos,inquit,sicut oues in medio luporum: estote ergo prudentes,sicut serpẽtes,& simplices sicut columbæ. Quid dicis? in medio luporum sumus, & sicut oues nos esse iubes,& sicut columbas?Etiam,inquit. Nihil enim ita confusionẽ facit gerentis mala,quàm si quæ inferuntur mala generosè tulerimus,& neque verbo,neque opere vindictã reddiderimus. Hoc etenim nos, & philosophos facit, & digniores ampliori mercede, sed etiã inimicis hoc proderit.At si quisquã iniuriet,tu contrà benedic,& attẽde quantũ & ex hoc lucraberis.Malum extinguis,mercedẽ tibi comparas ampliorem: illi confusionẽ excitas, quæ ei causam correctionis apportet:adde quia nihil tu pateris mali.Pacem,inquit,sectamini cũ omnibus,& sanctificationẽ. Quid dicit sanctificationẽ?Pudicitiã atque temperantiam coniugalẽ.Siue qui expers est coniugij castus maneat, vel vxorẽ ducat:siue in coniugio cõstitutus,non fornicetur,sed vtatur propria coniuge tẽperanter:etenim etiam hoc sanctificatio est.Quo modo?Nuptię nõ sunt sanctimonia, sed nuptiæ conseruãt sanctificationem,quæ ex fide est. Prohibent animum meretricibus applicari.Honorabile quippe connubium, non sanctum,sed mundũ est cõmubium. Munditiã nanque, non etiam sanctificationẽ tribuit, nisi q; non sinit ex fide aduenientem sanctitatẽ in aliquo maculari.Sine qua,inquit, nemo videbit deũ. Quod etiã ad Corinthios dicit:Nolite errare,neq; fornicatores,neque adulteri,neque idololatræ, neq; molles,neq; masculorum concubitores,neque auari,neq; fures,neque ebriosi,neque detractores,regnum dei possidebunt. Quo modo nãque poterit, qui corpus efficitur meretricis,cum Christo vnitatem corporis possidere?

Infrà.13.a

1.Cor.6.b

*Considerantes,*inquit,*ne quis defit gratiæ dei,ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat & per illam inquinẽtur multi. Ne quis fornicator, aut prophanus.* Contemplaris quo modo vbiq; singulis quibúsque cõmunem salutem cõmendat? Cõsolantes,inquit,inuicem per singulos dies donec hodie vocatur. Nolite igitur doctoribus omnia cõmittere,nolite rectoribus cuncta tribuere.Potestis enim & vos,inquit,mutuò vos ædificare. Quod & Thessalonicensibus dicebat,scribens:Alius alium ædificet, sicut & facitis.Et iterum : Consolamini vos inuicem in sermonibus istis.Hoc vos nunc etiã nos monemus:plus enim si volueritis ex mutuis admonitionib⁹ proficietis,quàm ex nobis. Etenim plurimo tempore simul cõuersamini, & quæ vestra sunt inuicẽ magis agnoscitis, & vicia vestra nõ ignoratis:sed etiam ampliorem fiduciã, & charitatem,& consuetudinem habetis alius ad alium.Non sunt parua hæc ad discendum,vel docendum, sed plures aditus habẽt,& occasiones aptissimas. Plus enim alternis vos & consolari,& hortari & redarguere poteritis,& nõ hoc solùm:sed quia ego quidẽ vnus sum, vos autẽ plurimi,& poteritis,vtut multi omnes esse doctores.Propterea obsecro, vt nõ negligatis hoc charisma. Vnusquisque vxorem habet,amicum habet,seruum habet,vicinum habet,nunc increpet,modo moneat.Quo modo enim non est absurdum,studium gerere vt conuiuia fiant,vt die cõstituta in vnum plurimi congregẽtur:& si quid vnicuiq; minus fuerit, suppleatur ex societate cunctorũ:& siue vbicunque quisquam exire disponat,siue cõuiuium faciat, omnes illi auxilium subministrent:in doctrina verò virtutis studium simile non habere? Obsecro vt nullus vestrũ negligat hanc causam, mercedem quippe multam à deo percipiet.Et vt agnoscas,ille cui fuerant quinq; talenta cõmissa, ipse est, qui docendi aliis studiũ impendit: ille verò cui vnũ est datum,discipuli videtur gestare personam. Si dicat discipulus: ego discipulus sum, nullũ habeo periculum: iste etiã ipsam rationem, vel sermonem communem, quẽ à deo percepit, occulit, & sub terrã recondit: & neque admonebit vllũ, etiamsi valeat, neq; fiducialiter aget, neque arguet,neq; adhortabitur,sed sub terram recondet. Terra

Morale.

1.Thes.5. & 4.d

Mat.25.c.d

† videbit dominum

Suprà.10.c

Rom.12.d

Matt.10.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

det. Terra verò est & cinis cor hominis, charisma dei recondens. Si ergo recondat hanc gratiam, vel propter segnitiem, vel propter malignitatem, dicere non valebit, quia vnum talentum habui. Respondetur enim illi: Vnum talentū habuisti: oportebat te etiā ipsum vnum in medium proferre, & studio tuo ac diligentia duplicare. Si enim ipsum vnū proferres in publicū, minimè culpareris. Neq; enim illi qui duo protulerat dictū est: quare non quinq; talenta protulisti? sed dignus habitus est iisdem quibus & is qui quinq; attulerat. Quāobrem? Quia quantū habuit operatus est: & nō quia minus habuit, quàm ille, cui quinq; sunt credita, propterea desidiæ se tradidit, neq; illa parua quantitate est abusus ad ocium. Proinde neq; te oportuerat ad eum solum, qui duo acceperat, attendere: magis autē ipsum decebat intueri. Et sicut ille imitatus est illū, cui quinq; data erant, cùm se duo videret accepisse: sic & te decebat æmulari illum, cui fuerant duo talenta cōmissa. Si enim habenti pecunias, & nō largiēti suppliciū dominus cōminatur: is qui valet proximum cōmonere vel quolibet modo, & minimè facit, quo modo nō maioribus suppliciis punietur? Illic enim corpus nutritur, hīc autem anima. Illic à morte seruas tēporali: hīc verò ab æterna. Sed non habeo, inquis, sermonē. Sed non opus est sermone, neq; eloquentia. Si videris amicū fornicantem, dic ad eum: Rem malam agis, non erubescis, non cōfunderis? malū hoc est. Quid autem, inquis? Ipse malum esse illud opus non ignorat. Ita est, sed cupiditate pertrahitur. Nam & qui in ęgritudine detinetur, scit verè, quia frigida aqua malum est, si potetur: verūtamen opus habet, qui eū prohibeat. Nam cùm quisq; in passione detinetur, nō facilè sibi solus ipse sufficiet. Oportet igitur te qui saluus es, ad alterius medicinā operā tuam conferre. Et si verbis tuis non obediat, interim custodi, intuere quò pergit, & cōtine à maligno negocio, fortassis enim reuerebitur. Et quid, inquis, proderit, quando propter me magis illud efficiet, & quia illum volui retinere? Interim noli scrupulosus esse in verbis, quocunq; facto retine illum ab actibus malis, & reuoca. assuescat non ire ad illum tartarum, siue propter te, siue propter aliud aliquid. Et cùm assuescere feceris eum illuc nō pergere, tunc poteris paululū respirātem docere meliora. Et quia oportet propter deum hoc obseruare, & nō propter hominem, non velis in eo subitò cuncta corrigere, alioquī minus id poteris: sed paulatim gere, ne repentina correctione prægrauetur. Si videris aliquem ad cōuiuia cōmessationis & ebrietatis plena pergentē etiam tunc similiter age, & ipsum vicissim cohortare, vt si quod in te vicium viderit, adiuuet, & corrigat, & admoneat. Sic enim & in seipso correctionē tuam patientissimè tolerabit, cùm viderit te etiam opus habentem correctione, & nō veluti perfectū in omnibus: neq; veluti doctorem, sed veluti amicum, & fratrē auxilium cōferentem: & dic ad eum: Ego te adiuui, in mentē tibi reducens quę tibi prodesse valebunt: te quoq; hortor, vt quicquid in me inspexeris vicioſum, reprehendas & corrigas. Si verò iracundum videris, si auarū, liga illum tua admonitione: hoc enim
Prouer.18.c est amicicia. Sic frater à fratre adiutus, sicut ciuitas fortis efficitur. Non enim māducare & bibere facit amicitiam (talem nāque & latrones habent & homicidæ) sed si amici sumus, si verè inuicem pro nobis curā gerimus, in his nobis inuicem cōferamus, hæc ad amicitiam nos adducāt, quæ nobis vtilis sit. Prohibeamus illa fieri, quæ ad gehennā ducunt, & ne qui corripitur, indigetur. Homines quippe sumus, & à vitiis nō sumus alieni. Neque qui corripit, sicut qui pronunciat, aut prædicat, hoc faciat, & diuulgās magis, quàm monens, sed seorsum cum lenitate multa. Multa quippe lenitate opus habet qui corripit, vt qui corripitur, æquanimiter toleret sectionem. Non videtis medicos quando vrunt, vel secant aliquos cum quanta lenitate opus curationis exercent? multò amplius corripientes oportet hoc agere. Etenim correptio & igne & ferro vehementius operatur, & resilire facit eos, quibus offertur. Hæc circa ægrum etiam medici plurimū studēt, quatenus possint ægrum facere sectionem æquanimiter tolerare: & quātum possunt leniter agūt, & aliquantulū requiescentes ægrum faciūt recreari. Sic etiā oportet correptiones efficere, vt & qui corripiuntur nō resiliant: Itaq; etiam si sint ferenda probra, aut plagæ, non recusabimus. Enimuero illi qui secantur, aduersus eos à quibus secantur multa reclamāt: sed illi nihil impediuntur, sed tantum ægrotantiū consulunt sospitati: sic etiam hic cuncta gerenda sunt. Omnia nāque qui corripit, ad illius qui corripitur vtilitatē & tolerare debet & facere, respiciens ad mercedē, quæ tali voluntati reposita reseruatur. Inuicem, inquit, one- *Galat.6.a*
ra vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi. Sic igitur & corripientes inuicem, & tolerantes, ædificationem mutuam poterimus implere: & nobis laborem facietis leuiorem, in omnibus nos adiuuantes, & dexteram porrigentes, & participes efficiemini, & socij & mutuæ salutis & propriæ. Sustineamus igitur mutua pondera portantes inuicem & corripientes, vt adipiscamur bona quæ promissa sunt in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, vnà cum sanctō spiritu gloria, nūc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia xxxi. ex cap. xij.

Pacem sectemini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo † videbit deum.] Contemplantes ne quis desit gratiæ dei, ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, & per illam inquinentur multi. Ne quis fornicator, aut prophanus, vt Esau, qui propter vnam escam vendidit primitiua sua. Scitote enim quoniā & postea cupiens hæreditare benedictionē, reprobatus est: non enim inuenit pœnitentiæ locum, quamuis cum lachrymis inquisisset eam. Plurima quidē sunt, quæ formā Christianitatis exprimunt: sed plus omnibus, ac melius mutuæ charitatis affectus, & pax quæ hominū corda consociat. Propterea etiā Christus dixit: Pacem meā do vobis. Et *Ioan.14.& 13.d*
iterum: In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilexeritis inuicem. Propterea etiam Paulus apostolus. Pacem, inquit, sectemini cum omnibus, & sanctimoniam. hoc est, honestatē sine qua nemo videbit deū. Cōtemplantes ne quis desit gratiæ dei. Sic cū eis loquitur, quasi numeroso comitatu viatorum longa itinera permearent: veluti si diceret, Attendite vobis, ne quis vestrum remaneat. Nō hoc tantùm requiro, vt vos soli perueniatis, sed etiam vt inspiciatis & cæteros. Ne quis, inquit, vestrū desit gratiæ dei. Quid dicit gratiam dei? Bona futura, Euangelicam fidem, optimam cōuersationem: omnia quippe hæc, dei sunt gratiæ: ne mihi dicas, quia vnus est qui perit parū refert. Etenim Christus & propter hūc vnum mortuus est. Tu ergo negligis propter quē Christus dignatus est mori. Contemplantes, inquit, hoc est, diligēter scrutātes & obseruātes, & agnoscentes, sicut fieri assolet in infirmis. Ne qua radix amaritudinis sursum germinās impediat. Hoc in Deuteronomio scriptū est, sumpsit autē illud ex arbustorum metaphora. Ne qua radix, inquit, amaritudinis. quod & alibi scribens dixit: Modicū fermentum totam massam corrumpit: non propter ipsum solum hoc volo, in quo iniquitas

† videbit dominū.

Deut.29.c

Galat.5.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

quitas poterit inueniri:ſed etiam propter lęſionem,quę poterit ex illius propagine pullulare:hoc eſt,vt ſi aliqua talis fuerit radix, nullum ex ea permittatis germen exurgere, ſed recidatur antequã alios polluat & ſceleſtos efficiat. Ne qua radix,inquit,amaritudinis ſurſum germinans impediat,& per eam plurimi polluantur. Et merito amarũ dixit eſſe peccatum. Enimuero peccato nihil amarius, & hoc norũt qui poſt admiſſum peccatum cõſcientiæ mœrore macerantur, & dira ſatis amaritudine cõſumuntur. Amaritudo quippe delicti, ipſum intellectum rationemq; ſubuertit. Enimuero amaritudinis illius natura talis exiſtit, vt noxia perſeueret. Et bene dixit,radix amaritudinis,non dixit amara radix,ſed amaritudinis. Radix enim amara poteſt fructus dulces facere: amaritudinis autẽ radix,vel fons,vel propoſitum, nunquã poteſt aliquid dulce propagare:quia omnia ibi amara ſunt,omnia moleſta, omnia ſcelere & abominatione pleniſſima,nihil ſuauitatis, vel iucũditatis apportant.Et per illam,inquit,inquinentur multi. Hoc eſt,intemperatos laſciuosq; recidite. Ne quis,inquit fornicator,aut prophanus, ſicut Eſau, qui propter vnam eſcam vendidit primitiua ſua. Et quid ergo? Num fornicator erat Eſau? Nõ id dicit,quia fornicator erat: ſed q̃ ſuprà dixerat,ſectemini ſanctimoniam, hoc etiam hic ſignificat.Ne quis prophanus ſicut Eſau,hoc eſt,gaſtrimargus, & intemperans, & mundanus ſpiritalia †repellens. Qui propter vnã eſcam, inquit, vendidit primitiua ſua, qui honorẽ quem à deo perceperat, per propriã negligentiam & cupiditatẽ vendidit,qui pro parua libidine magnum honorẽ & gloriam perdidit ſempiternam. Hoc propriè ad eos pertinet, qui immundi ſunt, & prophani. Proinde nõ ſolus fornicator immũdus eſt,ſed etiam gaſtrimargus,qui ventri ſeruus exiſtit.Nã & iſte qui *alterius libidinis ſeruus eſt,cogitur appetere plurima,cogitur aliena diripere, innumeris modis turpis eſſe, ſeruus exiſtens paſſionis illius. Huiuſmodi homo ſæpius etiam blaſphemat, ita nullius momẽti æſtimauit primitiua ſua,hoc eſt,pro delectatione temporaliũ rerum, vſque ad vendenda primitiua ſua peruenit. Proinde non ſunt ludæorũ primitiua deinceps ſed noſtra. Hæc autẽ quæ dicũtur, etiam ad leuandã paſſionem mœroris eorum valde proſunt: nempe q̃ qui primus erat, poſtremus effectus eſt, & ſecũdus primus: iſte per patientiam, ille verò per negligentiã. Scitote enim, inquit, quoniã & poſtea cupiens hæreditare benedictionẽ, reprobatus eſt: non enim inuenit pœnitentiæ locum,quanuis eam cum lachrymis inquiſiſſet.Quid hîc dicimus:Num pœnitentiã Paulus excludit? Nequaquã: Quo modo ergo dicit,quòd nõ inuenerit pœnitentiæ locũ? Si enim culpauit ſemetipſum,ſi gemitib⁹ magnis ingemuit,cur pœnitentiæ locum nõ meruit inuenire? Quoniã non erat illa pœnitentia. Sicut & triſticia Cain,nõ ex pœnitentia deſcẽdebat,quòd occiſio fratris aperuit:ſic etiã hîc non erant illa verba pœnitentiæ, id quod cædes poſtea declarauit.Nã & ipſe quod ad voluntatẽ attinet fratri ſuo lacob intulit mortem. Nam ſic dixit:Appropinquabũt, inquit,dies luctus patris mei,& interficiam Iacob fratrẽ meum.Non ergo valuerũt ſolę lachrymæ pœnitentiam illi tribuere.Et nõ dixit ſimpliciter,quia per pœnitentiã quæſiuit: ſed, cum lachrymis inquiſiuit pœnitentiæ locum,& nõ inuenit.Quid ergo dicimus,niſi quia nõ pœnituit vt cõuenit?Hoc enim eſt pœnitentia vt cõgruenter geratur: alioqui ſi pœnitentiam damnat,quo modo iterum velut ſegnes admonet & hortatur? Quo modo claudos effectos & remiſſos,atq; ſolutos,quod eſt ruinę principium, vt erigãtur inuitat? Mihi quidem videtur, quia ſignificat aliquos inter illos fornicatores eſſe,quos tamen publicè nõ vult arguere,ſed fingit ignorantiam vt corrigãtur.Oportet enim primum ignorantiã ſimulare. Poſtea verò ſi perſtiterint,tum demũ increpare,ne ſi antea volueris arguere,impudentes & proteruos efficias, ſicut etiã Moſes fecit circa Zãbri & Chasbitidam. Pœnitentiæ,inquit, locum non inuenit. Poteſt & aliter intelligi, quia peccatum pœnitentia maius admiſit. Sũt enim peccata pœnitentiam ſuperantia:veluti ſi diceret, non cadamus inſanabili ruina.Dũ enim claudicat quiſque, facilè poteſt rectus vel ſanus effici: ſi verò penitus ſubuertatur, quid remanebit vlterius? Proinde nec dũ lapſis hæc loquitur,vt eos timore deprimat veluti ſi diceret, quia qui ceciderit,nullam conſolationem mereri iam poterit. Et hîc quidẽ iſtos ne caderent,aliter admonebat:in alio verò loco vbi iam eis,qui ceciderãt loquitur,ne in deſperationẽ incideren t,cõtraria dicit:Filioli mei,inquit,quos iterũ parturio,donec reformetur Chriſtus in vobis: Quibus alibi dicebat: Qui in lege iuſtificamini, â gratia excidiſtis. Ecce ipſe reſtatur, quia ceciderant.Qui ergo ſtat & audit,quoniã qui ceciderit,veniam non valet impetrare, validius ſtabit & cautius. Si verò & circa eum, qui cecidit ſimili vti volueris vehementia,ad id redigitur,vt nũquã poſſit aſſurgere.Quali enim ſpe cõuerſionem, vel quali fructu ſuſcipiet? Nõ ſolùm,inquit,lachrymas fudit, ſed etiam exquiſiuit. †Et videtur quidẽ nõ excludere pœnitentiã, ſed cautiores eos & munitiores reddit, ne ferãtur pronius ad ruinã.

Quicũque igitur nõ credunt eſſe gehennam, hæc in mentem reuocent:& quotquot exiſtimãt,impunita remanere peccata,hęc cõſiderantes,attendãt cur Eſau veniam non potuerit adipiſci,quia videlicet nõ pœnituit vt debuit. Vis videre integrã pœnitentiam,aduerte Petrum qualiter pœnituerit, poſtquã negauerat Chriſtũ. Narrans nãque euangeliſta eius hiſtoriã: Et exiẽs foras, inquit,plorauit amare.Idcirco illi remiſſum eſt tã grande peccatum,quia ſicut debuit,pœnitentiã geſſit. Quãuis necdũ illa vera hoſtia pro nobis erat oblata, necdũ erat & ſacrificiũ factum, necdum quoq; peccatum erat abſumptũ. Adhuc enim dominabatur, adhuc tyrannico more ſæuiebat.Et vt agnoſcas q̃ non tantũ ex negligentia venerat illa negatio, quantũ ex eo q̃ eum dereliquerat deus:volens eũ erudire,vt cognoſceret humanæ naturæ modum, & nõ eſſe contradicendũ magiſtri ſermonibus, neq; vellet ſapere cæteris altiora:ſed ſciret quia ſine deo nihil poteſt fieri: & quia niſi dominꝰ ædificauerit domũ,inuanũ laborant ędificantes eam.Propterea enim etiã ad ipſum ſolum dixit Chriſtus:Quoniã petiuit ſatanas ventilare te, ſicut qui ventilat triticũ, & non permiſi, ne deficiat fides tua: fortaſſis enim alta ſapiebat,merito cõſcientiæ ſuæ fretus,quod plus diligeret Chriſtum:propterea ploranit amarè,& cætera fecit,quę poſt ploratum de illo ſimilia referũtur.Quę ſunt autem iſta? Videlicet q̃ ſe poſtea cõmiſit mille periculis, & ex multis fortitudinis eius robur oſtenditur. Etiam Iudas pœnituit,ſed malè,laqueo ſe nãque ſuſpendit.Pœnituit etiam,ſicut iam dixi,& Eſau, ſed malè:magis autem iſte neq; pœnituit. Lachrymæ quippe illæ nõ erant pœnitẽtiæ, ſed doloris & iræ, quod ex eius operibus aperitur. Pœnituit & beatus Dauid, dicens: Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymisq; meis ſtratum meũ rigabo.Et peccatũ quod ante multum tempus admiſerat, poſt tantos annos tantasq; generationes lugebat,veluti recens perpetratum. Pœnitentem quippe nõ conuenit indignari,

†vendens Gene.25.d

*ὑφρῶς, firmæ validæ.Inter.ἐπλαγε legiſſe videtur.

Gene.27.g

Galat.4.c

Ibid.5.a

†Nõ excludit igitur

Morale.

Luc.22.g

Pſal.126.a

Luc.22.c

Matt.27.a

Pſal.6.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

indignari,neque exasperari,quin potius animo conteri sicut deprehensum & fiduciam nō gerentem:& cōdem natū & veluti quē per solam misericordiā saluari oporteat tanquā improbum erga benefactorē suum apparētem,& ingratum, & reprobum, & innumeris suppliciis dignum.Si hæc secum cogitauerit,nō irascetur,nō indignabitur,sed luctu macerabitur,plorabit,ingemiscet,lamentabitur diebus ac noctibus. Pœnitentem nō oportet peccatū suum obliuioni tradere, sed deū deprecari vt ipsius peccati nō meminerit:si nos peccati nostri memores simus,deus obliuiscitur eius.A nobismetipsis percipiamus sententiā,nosmetipsos accusemus,tunc demū propiciabimus iudicē verum.Peccatum enim cōfessione minuitur, cōfessione vero cōtempta pergit in peius. Peccato nāque si accesserit impudētia,& temeritas,quo modo poterit euitari, ne in illud denuò decidat quod primū quis per ignorantiā deliquit?Nō igitur negemus obsecro,peccata nostra, neq; nos impudentia duros efficiat : spōte nostra peccata puniamus, ne pendamus nō
Genes.4.b sponte supplicia. Audiuit Cain à deo: Vbi est Abel frater tuus?Et dixit?Nescio,nūquid nā ego custos sum fratris mei ? Vides quo modo ex hoc peccatum reddiderit grauius?Verum nō ita pater eius.Is cum audisset,Adam
Ibid.3.b vbi es? Dixit:Audiui vocē tuam domine,& timui,quoniam nudus sum,& abscondi me.Magnum bonū est,vt quis peccata sua agnoscat, & memoriā eorū perseuerāter retineat.Nullū inuenitur delictorū tale remedium, sicut eorū cōtinuatamemoria.Nihil sic segnem hominē reddit ad nequitiam perpetrandā.Scio quidē quia resilit cōscientia,& non patitur ex malorum memoria verberari. Sed doma animā tuam,& chamo illam cōstringe.Sicut enim equus indomitus,sic & illa resultat,& nō vult fateri se peccasse. Hoc autē totum opus est satanæ. Sed nos ei persuadeamus,quia peccauit: persuadeamus, inquā peccasse illam,vt pœniteat,vt pœnitens à suppliciis liberetur.Quo modo veniam delictorū tuorum petis, dic quæso cum illa nondū confessus sis?omnino ille misericordia & benignitate dignus est qui cū peccator sit,peccata sua cōfitetur. Tu vero qui te nondū peecare cognoscis, quam misericordiā deprecaris, cum ita impudēter agas? Persuadeamus igitur nobis peccasse nos, ne hoc sola lingua pronūciet,sed etiam intima cōscientia, nec tantū nos peccatores esse dicamus, sed etiā ipsa peccata specialiter singula cōputemus. Nō tibi dico, vt te prodas in publicum,neq; vt te apud alios accuses,sed obedire te volo prophetæ dicēti:Reuela domino viam
Psal.36.a tuam. Ante deum ergo tua confitere peccata, apud verum iudicē cum oratione delicta tua pronuncia , non lingua,sed cōscientiæ tuæ memoria, & tunc demū spera misericordiā te posse consequi : si habueris in mente peccata tua cōtinue, nunquam malū aduersus proximū in corde retinebis.Non dico si persuasum tibi sit peccatorem esse te: hoc quippe non ita valet humiliare mentem, & sobriā perficere, sicut ipsa per se specialiter cōsiderata peccata: aduersus nullū retinebis malum in corde,illa portans in animo: non irasceris,nullis detrahes, non sapies altum : nō recides iterum, nec reuolueris in peccata,sed ad bona in spe vehementiore cōsurges. Intueris quanta bona ex peccatorū recordatione generātur?Scribamus igitur peccata nostra in cordib⁹ nostris. Scio quidem quia non est tolerans anima huius amaræ memoriæ sed nos cogamus illam atq; cōpellamus. Melius quippe nobis est, vt nūc anima mordeatur ex recordatione peccati, quàm in futuro tempore supplicia sentiat sempiterna. Nunc enim si recorderis peccatorum A tuorum,& frequenter ea in cōspectu dei pronuncies,& pro eis eius clementiā deprecēris, citius illa delebis. Si autem nūc obliuiscaris peccatorū tuorum, tunc eorum recordaberis nolens,quādo in toto mūdo publicabuntur, & in cōspectu proferentur omnium, tam amicorū tuorum,quàm inimicorum,& sanctorū angelorum cœlestium& virtutum. Nō enim ad Dauid solum dicebat: *2.Reg.12.c* Quę tu secreto fecisti,ego cunctis manifestabo:sed hoc etiam ad omnes nos dicitur: Timuisti,inquit,homines, & erubuisti magis quàm deum:oculum autē dei viuentis non est reueritus,sed coram hominibus quidē verecundatus es.Oculi,inquit,hominū timor eorum: propterea,inquit,in hoc ipso punieris,Redarguam nanq; te, ante oculos omniū ponens peccata tua : quia vero hoc verum est,& quia in illo die omniū nostrorum peccata publicabūtur,& producentur in pompam,nisi ea modo B continua memoria fategerimus abluere : aduerte quo modo publicabitur duricia vel inhumanitas hominū. Esuriui,inquit,& nō dedistis mihi māducare. Quando *Matt.25.c* hæc dicuntur, vel vbi? Num in angulo, num in aliquo abdito? Minime:sed quando?scilicet cum venerit filius dei in gloria sua,& omnes gentes congregatæ fuerint, quando segregauerit istos ab illis,tunc hæc dicet cūctis audientibus:& constituet alios quidem à dexteris,alios vero à sinistris. Esuriui,inquit,& nō dedistis mihi manducare. Cōtemplare iterum & illas quinq; virgines,quę in conspectu omniū audient,Nescio vos. Quinq; enim *Ibidem b* & quinq; non numerum quinariū tantum significant, sed malas,& duras,& inhumanas,& alias,quæ non sunt huiusmodi. Sic etiam & qui vnum sub terris obruit talentum, coram omnibus increpatus est,& ante illū qui quinq; obtulit , & ante illum qui duo lucratus est audi-C uit, Serue male & piger . Et non verbis tantum hæc au- *Ibidem c* dient, sed prorsus eos etiam ipsis tunc redarguet rebus: sicut etiā Euangelista dicit:Videbunt in quem pupugerunt. *Ioan.19.g* Simul enim erit vniuersorū resurrectio peccatorū atque iustorum:simul enim iudicabūtur vniuersi.Intellige itaq; quales tunc apparebunt illi, qui in humilitate & doloribus erunt, qui trahentur in ignem aliis coronatis. Venite,inquit, benedicti patris mei, percipite re- *Matth.25.c* gnum,quod vobis paratum est à constitutione mundi. Et iterum: Ite à me in ignem, qui præparatus est diabo- *Ibidem.* lo,& angelis eius.Nō simpliciter verba tantū audiamus. Sed corā oculis nostris illa depingamus etiam, & putemus nunc præsentem illum esse, & illa verba dicere, & nos abduci in illū ignem,ac pertrahi.Qualē habebimus mentē,quale solatium?Quid illud autē quando in duas partes diuidemur? Quid quādo pro rapina rerum alienarū culpabimur? quid dicemus? Quem colorē excusationis habebimus? Qualē inueniemus rationē, quæ saltem verisimilis videatur?Nullam,scilicet,necesse est ergo vt ligati, vultu deposito,pertrahamur ad ipsa ora caminorum,ad flumen igneum,ad tenebras exteriores,& ad immortale supplicium , & nullum iam rogare valebimus. Non potest,inquit,nō potest transiri hinc illuc: *Luc.16.f* chaos enim magnū est inter nos & vos. Et neq; volentibus licebit transire , manumq; porrigere. Necesse est ergo ardere in sempiternū , nemine iuuante, siue sit pater,siue sit mater, siue quilibet alius,ac si magnam fiduciam habeat apud deum.Frater,inquit,fratrem non re- *Psal.48.b* dimet, num liberabit homo?Quoniam ergo impossibile est habere in alterum spem salutis , nisi in semetipso post misericordiā dei: obsecro, vt illa geramus,quibus vita nostra mundetur,quibus optima cōuersatio nostra reddatur:& primo quidē,quantū possumus laboremus, vt nullas

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt nullas recipiamus sordes: si vero sicut homines receperimus aliquas, non dormiamus, sed vigilanter instemus, vt si quid in nobis fuerit sordium, per pœnitentiã, per orationes, per lachrymas, per misericordias abluatur. Sed dicet aliquis: Quid si nõ habeam, vnde possim misericordias operari? Sed habes vel calicem aquæ frigidę, quantũlibet sis pauper: vel duo minuta habes, quãtalibet paupertate tenearis: habes pedes, vt possis infirmos ægrotósque visitare, vt possis venire ad eos, qui in carceribus detinẽtur: habes saltẽ tectum, vt possis suscipere peregrinum. Nulla est igitur, nulla est venia ei, qui misericordiã non exhibet indigenti. Et hæc quidẽ frequenter vobis dicimus, vt ex cõtinuis admonitionibus saltem possimus aliquid promouere. Hæc autẽ dicimus non tam pro illis quibus benefit, quam pro vobis. Illis quippe temporalia, & terrena, & caduca tribuitis, recipietis autẽ vos pro istis bona cœlestia sempiterna. Quæ nos omnes contingat adipisci, in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri gloria, vnà cum sancto spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia xxxij. ex cap. xij.

†altera ver sio habet. accessibilẽ. Exod.19.b & 20.c Ibid.19.c

NON *enim accessistis ad tractabilem & †accensum ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, & tubæ sonum, & vocem verborum, quam qui audierunt recusauerunt, ne adiiceretur eis verbum. Non enim portabant quod dicebatur, & si bestia tetigerit montem, lapid abitur. Et ita terribile erat quod videbatur. Moses dixit: Exterritus sum & tremebundus. Sed accessistis ad Sion montem, & ciuitatem dei viuentis, Hierusalem cœlestem, & multorum millium angelorũ celebritatem, & ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cœlis, & iudicem omnium deum, & spiritus iustorum perfectorum, & mediatorem testamenti noui Iesum, & †sanguinis asperſionem] melius loquentem quàm Abel.* Erant quidem omnia templi admirãda vtpote sancta sanctorum: erant vero item venerãda, & hæc quæ in Sina mõte facta referuntur, ignis, tenebræ, caligo, procella: visus est, inquit, deus in mõte Sina: & omnia hæc olim in veneratione fuerunt. Nouum vero testamentũ non est ad eum modũ nobis exhibitum, sed tantum simplici Christi sermone cõtributum. Intuere igitur qualiter comparationes efficiat tam istorum quàm illorum, & qualiter in postremis ea posuerit. Postquã enim illis innumeris argumentis persuasit, & postquam differentiã testamẽti vtriusque demonstrauit, & vetus reprehendit, tunc demum velut faciliori via etiam in hæc pergit argumẽta. Quid ergo dicit? Non enim accessistis ad tractabilem & accensum ignem, & turbinem, & caliginem & procellam, & sonum tubæ, & vocem verborum, quam qui audierunt, recusauerũt, ne adiiceretur eis verbũ. Veluti si diceret, terribilia quidẽ ista sunt, & ita tremẽda, vt ea nec auditus ferre posset, & neq; illuc bestia quælibet auderet accedere. Veruntamen nõ erant talia, qualia hæc, quæ postea gesta sunt. Quid enim est mons Sina in cõparatione cœli? quid ignis tractabilis ad deum intractabilem? Deus enim, inquit, ignis consumens est. Non loquatur, inquit, nobis deus, sed loquatur nobis Moses: sic enim terribile erat, quod ad eos proferebatur, vt etiam ipse Moses diceret, quòd exterritus esset, & tremebũdus effectus. Quid miraris, inquit, de plebe? Ipse qui caliginem ingressus est, in qua erat deus ipse dicit: Exterritus sum, & tremebundus effectus. Sed accessistis, inquit, ad Sion mõtem & ciuitatẽ dei viuentis, Hierusalem cœlestem, & multorũ angelorũ millium celebritatẽ, & ecclesiam primitiuorũ in cœlis conscriptorũ & iudicẽ deum cunctorũ, & spiritus sanctorũ perfectorũ, & mediatorem testamẽti noui Iesum, †& sanguinis asperſionem, melius loquentẽ quàm Abel. Illic ponitur Moses, hic Iesus: illic nominat plebem, hic milia angelorum. Primitiuos autem quos dixit? fideles, videlicet: & spiritus iustorum perfectorũ: cum istis eritis, inquit. Et ad mediatorem, inquit, noui testamenti Iesum, †& sanguinis asperſionem melius loquentem, quàm Abel. Quid autẽ? Num Abel sanguis locutus est? Ita est, inquit, nam supra dixit, & per eam, hoc est per fidem, adhuc vsq; mortuus loquitur: & iterum dixit deus: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Siue ergo isto modo intelligendum est, siue illo, quoniã adhuc vsq; celebratur hoc factum, veruntamen non ita iste, sicut sanguis Christi est. Ipse nanque mundos reddit vniuersos, & vocem emittit tanto significantiorẽ atque clariorem, quanto maius testimoniũ ex rebus ipsis accepit. Videte, inquit, ne recusetis loquentem. Si enim illi nõ effugerunt, recusantes eum qui super terram loquebatur: multo minus nos effugiemus, qui de cœlis loquentẽ nobis auersamur, cuius vox mouit terram tunc, †modo autem promittit, dicens: Adhuc semel ego mouebo] non solum terram, sed etiam cœlum. Quòd autẽ adhuc semel dicit, declarat mobilium translationẽ tanquam factorum, vt maneant ea quæ sunt immobilia. Itaq; regnum immobile suscipientes, habemus gratiã per quam seruiamus, placentes deo, cum omni metu & reuerentia. Etenim deus noster ignis cõsumens est. Tremenda quidem erant & illa, sed hæc multo amplius admiranda valdeq; clariora. Neq; enim hic tenebræ sunt, neq; caligo, neq; procella. Mihi videtur per hæc significari obscuritas veteris testamenti: hoc est, quod difficile valebat intelligi, & vmbratio legis & velamen. Alius vero legislator in igne terribilis apparet, & castigator transgressorum. Tubarum autem sonitus merito sunt adhibiti ibi, vtputa imperatore præsente. Nam hoc & in secundo aduentu futurum est. In nouissima, inquit, tuba cuncti resurrecturi sunt: hoc enim tuba vocis factura est. *Omnia igitur in illo tẽpore sensibilia erant, tam auditui humano, quàm visui: nunc autem spiritalia nobis cuncta tributa sunt & inuisibilia. Tunc fumus, inquit, erat plurimus, quoniam deus ignis dicitur esse.* Nã & in rubo similiter apparuisse memoratur, & per fumum etiam ignem fuisse significat. Tenebræ autem & caligo terrorem videntibus afferebant: sic enim Esaias dicit: Et impleta est domus ex fumo. Procella vero quid sibi vult? Negligens erat humanum genus, & segne. Oportebat ergo vt erigeretur istis, & redderetur attentum. Nullus enim tam hebes erat, aut stolidus, qui cum hæc fierent nõ esset toto corde in superiora sublatus. Sic enim oportebat erigi mentes hominũ, cum legis instituta ferrentur. Et Moses, inquit, loquebatur, Deus autẽ voce respondebat ei. Oportebat quippe diuinam proferri vocem, quoniam & per Mosen legis erãt dãda præcepta: propterea etiã voce diuina fide dignus efficitur. Videre nãque eum non poterant propter caliginem, audire nõ poterant propter tenuitatem vocis ipsius. Quid ergo factum est? Deus magna voce respõdit. Et recusauerũt, inquit, ne adiiceretur eis verbum. Ab ipso nãque initio ipsi causa rei huius effecti sunt, vt deus appareret in carne. Et loquatur, inquit, nobis Moses, & non loquatur nobis deus. Qui cõparationes faciũt, alteram partem deprimunt, vt res alterius partis emineant: sic & hic ex cõparatione illorum nostra maiora declarantur, & meliora, & mansuetiora, & admirationum plenissima. Dupliciter nãque meliora sunt, quoniam & maiora simul, & clariora sunt. Vnde accessibiliora pluribus extiterunt. Hoc quippe etiam

in epistola

Deut.4.d Exod.20.c

†sanguinẽ asperſionis

† & sanguinem asperſionis

Exod.19.c

Esaiæ 6.b

Exod.19.d

Exod.20.d

Ibidem.

Supra 11.a

Gene.4.b

† At nunc denũciauit, dicẽs, Adhuc semel ego concutio

Aggei 2.b

Dent.4.d

1.Cor.15.g

2. Cor.3.d in epistola ad Corinthios scribens, dicit: Reuelata facie gloriam domini speculantes: & non sicut Moses. Velamen enim ponebat super faciem suam. Non meruerũt, inquit, illi talia percipere, qualia nobis contributa noscuntur. Quid enim illi videre meruerunt? Tenebras & caliginem. Audierunt quidẽ & vocem: sed & tu audisti vocem, non per nebulam venientem, sed per carnem Christi. Non es tumultuatus: neq; perturbatus: sed stetisti, & collocutus es mediatori. Significant etiam te-
Psal.17.b nebrę inuisibilitatem dei. Et nebula, inquit, sub pedibus eius. Tunc & Moses timuit, nunc autem metuit nullus. Et tunc plebs stetit tota deorsum, nos autẽ & si à cœlo deorsum sumus, veruntamen propinquamus filio dei. Et non sicut Moses. Illic enim eremus erat, & circũcirca desertio: hic autem ciuitas, & miliũ celebritas ange-
πανήγυρις. i. celebritas, conuentus: gaudium denotat. lorum. In hoc verbo gaudiũ significat, & iucũditatem pro caligine, pro tenebris, pro turbine procelloso. Et ecclesiam, inquit, primitiuorum, qui in cœlis conscripti sunt: & ad iudicẽ deum omnium illi nõ accesserunt, sed procul stabant, vos autẽ accessistis, inquit. Hic autẽ terret eos dicendo. Et iudicẽ deum omnium, non tantum ludęorum, neq; fidelium, sed totius videlicet mundi. Et ad spiritus, inquit, iustorum perfectorum. Animas dicit, quæ apud deum probabiles extiterunt. Et ad media-
†ad sanguinem asperfionis. tor rem testamenti noui Iesum, & †ad sanguinis aspersionem.] Hoc est, emundationem. Melius, inquit, loquentem, quàm Abel. Si, inquit, sanguis loquitur: multo ma-
Roma.8.e gis loquitur, qui viuit occisus. Quid autẽ loquitur? Ipse, inquit, spiritus loquitur pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Quo modo loquitur? Vbi enim in mentem syn ceram incidit, erigit eam, & facit loqui magnalia. *Attendite vobis*, inquit, *ne respuatis loquentem.* Hoc est, non negligatis. *Si enim illi non effugerunt respuentes super terram loquentem.* Quem putas in hoc loco significat? mihi quidem videtur quòd Mosen significat. Quod autem dicit, tale est: si illi qui recusauerunt legislatorem in terra constitutum, non valuerunt effugere: quo modo valebimus recusare eum, qui nobis de cœlo legis præcepta constituit? Nec putes q̃ in hoc loco alterum dicat latorem legis, & alterum Euãgelij. Abĩt, non hoc dicit, sed hoc significat: quoniã terribilis apparet, cum de cœlo loquitur. Idem ipse est quidem tam iste quàm ille: sed terribilior tunc magis, quàm illo tempore. Non enim differentiam personæ significat, sed modum quo nobis nouam legem dedit, alterum esse dicit. Vnde hoc certum est: Si illi enim, inquit, non effugerunt recusantes eum, qui in terra fuerat constitutus: *Multo magis nos, qui de cœlis loquentem nobis auertimus.* Quid ergo dicim⁹? Alius est iste, alius ille? Quo modo ergo dixit? *Cuius vox mouit terram tunc:*
Aggei 2.b Si enim vox eĩ⁹ mouit terram, qui tũc dederat legem:
†At. nunc denuncia-uit, dicens, Adhuc semel ego con cutio. †*Nunc autem promittit, dicens: Adhuc semel & ego mouebo*] *non solum terram, sed etiam cœlum.* Certũ est quòd idem ipse sit. *Quòd autem dicit, Adhuc semel, declarat mobilium translationem tanquam factorum.* Quid est quod his verbis significatur? Nimirum quoniam auferentur cuncta de medio, & in melius vniuersa mutabuntur. Hoc enim mihi in hoc loco significari videtur. Quid ergo doles, inquit, cum pateris aliquid in hoc mundo, qui non poterit permanere, qui post paululum transiturus est? Si in nouissimis seculis hic mundus forsitan requiem habuisset, tunc tribulari potius oportebat eum, qui festinat ad finem. *Vt permaneant*, inquit, *ea quæ sunt immobilia.* Quæ nanque ista, vel qualia sunt immobilia? futura, videlicet.

Morale. Pro isto igitur fine cuncta faciamus, vt illam vitam adipisci possimus, vt illis bonis ineffabilib⁹ perfruamur.

A Ita, obsecro & suppplico, istud satagamus. Nemo in ciuitate quæ casura est sanæ mentis ædificat. Dic autẽ mihi obsecro, si aliquis diceret, quoniam post annum ciuitas hæc tota lapsura est, aliam vero quamlibet permansuram esse firmaret: num rogo, ędificares in ciuitate ruitura? Proinde etiam hoc est quod ego nunc dico: Non ædificemus in hoc mundo: post paululum enim casurus est, & cuncta perditum ibunt. Et quid dico quod mundus casurus est? nos ipsi ante ruinam eius peribimus, & tormẽta sæua patiemur. Nos deseremus nos ipsos. Quid ædificamus super arenam mobilem? quin potius ædificemus in petra. Quicquid enim inciderit inuicta fabrica perseuerat, nihil eam cõmouet, nihil euertit: & merito. Inaccessibilis quippe omnibus insidiis ille locus existit, sicut è contra iste cunctis patet. Hic nãque & terræmotus obruunt, & incendia consumunt, & infestantia
B bella deuastant, & viuos nos auferunt, antequam† mundus iste concidat. Sępenumero autem & simul cum illo multi pereunt. Sed etiam stante mundo morbus irruit, & aut celeriter hinc excludit: aut permanentes hic non sinit viuere congruenter. Nam qualis voluptas, aut quæ iucunditas, vbi morbi continui, & calumniatores plurimi, frequentes insidiæ? Aut si horum nihil sit, quod impossibile est, aliquãdo etiam quod liberos nõ habemus inæquanimiter ferimus, mœroribus afficimur, non habentes quibus nostras domos, & cætera contradamus: & magnis torquemur doloribus, si nostris laborib⁹ exteri perfruantur. Aliquando etiam ab inimicos venit hæreditas, & non solum mortuis nobis, verũetiam aliC quando viuentibus. Quid igitur hoc miserius potest esse, vel infœlicius, quàm inimicis suis quenquã laborare, & vt illi in deliciis degant, pecunias congerere? Harum rerum exempla multa cernuntur in diuersis ciuitatibus accidisse: sed ne contristem forsitan, quibus talia prouenerunt, alioqui nominatim aliquos protulissem, & plurimum de hac re possem protelare sermonem: pluresq; domos ostendere, in quibus inimici dominorum, facti sunt domini: nec hoc de domibus inuenies tantum, sed etiam de seruis contigisse cognoscas. Sæpe quippe ad inimicos hæreditas nostra tota translata est. Talis enim est humanarum rerum in hac peregrinatione cõditio. In cœlis autem nihil tale verendum est, ne forte aliquo moriente inimicus aduenias, & hæreditatis iura suscipiat. Illic enim neque mors vlla erit, neque inimicus vllus extabit, sed tabernacula sola iustorum. In sanctis autem illis exultatio erit, & gaudium, & iucunditas sempiterna. Vox, inquit, exultationis in tabernaculis iusto-
D rum. Aeterna nãque sunt, nullum habentia terminum. Ista vero ędificia tempore consumuntur, & possidentes diuersis vicissitudinibus mutant. Illa vero tabernacula permanent in vigore perpetuo: & merito. Nihil, scilicet, ibi corruptibile, nihil prorsus temporale, sed cũcta immortalia, & inuiolata persistunt. In hæc igitur ædificia studeam⁹ nostras euacuare pecunias, nec fabris, nec structoribus, nec operariis opus habebimus. Manus nãque pauperum tales domos ædificant: claudi, cæci, vel debiles isti sunt, qui domos illas ædificant: & non mireris. Siquidem per istos nobis & regnum cœleste prouidetur, per istos etiam fiduciã accipimus apud deum. Eleemosyna quippe artifex magna consistit, & auxiliatrix eorum, qui ipsam faciunt. Amica nãque dei consistit, & semper ei propinqua est: pro quibuscunque voluerit, facile gratiæ munus impetrat; tantum si à nobis non lædatur, si nullam patitur iniuriam. Iniuriam autem patitur, cum ex rapinis eam volumus operari. Si

†*fabricã illa tẽcidat, Sæpe autem & multi cũ structura pereunt: aut etiã illa persistente.*]

Psal.117.b

Per pauperes acquiritur regnum dei.

vero

Universidad de Deusto
Biblioteca

vero fuerit munda,magnam præstat confidentiam tribuentibus eam, interuenit etiam pro delinquentibus. Tanta est eius virtus,tantaq; potentia. Sed etiam vincula peccatorum ipsa dissoluit, fugat tenebras, extinguit ignem, mortificat vermem, expellit stridorẽ dentium. Huic cum multa fiducia portæ cœli aperiuntur, & veluti regina intrante, nullus ianitorum, nullus custodũ, qui portis assistunt, audet dicere: quæ tu es, vel vnde? sed omnes eam è regione suscipiunt, Sic etiam misericordia,regina nãque est,vere regina,similes faciens homines deo.Estote,inquit,misericordes,sicut & pater vester cœlestis misericors est. Pennata nãque est & valde leuis, habens alas aureas & volatum, qui angelos ipsos †deceat. Scriptum est enim: Pennæ tuæ, sicut pennæ columbæ deargentatæ, & collum eius in fulgore auri. Sicut columba quædam nitens, & aurea venustate decorata,mites & affabiles oculos habens,per cuncta peruolat: sic & misericordia nitet magno decore festiua, nihil est illis oculis melius. Pulcher quidẽ est pauo,sed in illius comparatione deformis apparet. Ita enim hæc auis quædam pulchra est & mirabilis, ab ipso initio per tempora cuncta perdurans, & multa diuina gloria decoratur. Virgo est habens alas aureas, circunspecta per omnia, venusteq; succincta, vultum habens candidum atque mansuetum, pennata est, & leuis, & semper ante solium regale cõsistit.Quando iudicamur,repente subuenit,& nos à suppliciis liberat imminentibus, alis suis nos cõtegens.Hanc amplius desiderat deus,quàm sacrificia numerosa, multa de illa loquitur, sic eam diligit. Scriptũ est enim:Viduam & pupillũ & pauperem suscipiet dominus. Ex eius vocabulo deus desiderat appellari,miserator & misericors, deus longanimis,& multũ misericors,& verax. Misericordia nãque dei super omnem terram. Ista est quæ salutẽ humano generi cõtulit. Si enim nõ misereretur nostri deus, irent prorsus cuncta perditum. Ipsa nos quippe,cum inimici essemus reconciliatos reddidit: ipsa plura bona perfecit, ipsa filio dei persuasit,vt fieret seruus, & exinaniret semetipsum. Hanc igitur æmulemur,per quam nos cõstat esse saluos. Hanc diligamus, hanc pecuniis præponamus vniuersis, & sine pecuniis vel diuitiis habeamus animã misericordem. Nihil ita exprimit Christianum, sicut misericordia: nihil sic & fideles infideles simul admirantur, sicut quando nos vident eleemosynas impendere.In multis enim & nos indigemus misericordia.Nam & ad dominum clamamus: Secundum magnã misericordiã tuam miserere nostri.Nos ergo initium faciamus,quanquam nos non facimus initium, quandoquidem iam nos ipse anteceſsit, & suam in nobis misericordiã reddidit manifestam, saltem posteriores sequamur. Si enim homines eius qui misericors est etiamsi innumera peccata cõmiserit,miserentur: multo amplius deus. Aduerte prophetam dicentem:Ego autẽ sicut oliua fructifera in domo domini. Tales ergo efficiamur, sicut oliua fructifera,ex omnibus partibus misericordias germinemus.Nõ enim sufficit oliuam esse, sed opus est eam esse fructiferam. Sunt enim misericordes, sed modica per totũ annum tribuentes,aut per singulas septimanas,aut si quãdo forte fortuna progrediuntur: Isti oliuæ quidẽ sunt, sed non fructiferæ,quinetiam aridæ:& quandoquidem miserentur,oliuę sunt:quoniam verò non largæ,neque magnificæ, non sunt fructiferæ. Nos efficiamur oliuæ fructiferæ. Sæpius iam dixi,& nũc quoq; dico,quoniam non mensura vel quantitate datorum iudicatur misericordiæ magnitudo, sed ex voluntate largientis, Scitis enim illius viduæ factum. Commodum quippe est hoc proferre semper exemplũ, vt neq; pauper de opere suo desperet, respiciens ad viduã duo minuta cõferentem: neque diues glorietur, cum de magnis parua largitur. Obtulerunt quidam etiam setas, & pilos, & capillos, in templi cõstructionem, & spreti penitus nõ sunt,sed hi, si aurum habentes capillorũ munera deportassent, maledicti protinus extitissent. Si vero istud tantũ habentes obtulerunt, acceptabiles in suo munere facti sunt. Propterea & Cain culpatus est, non quia abiecta obtulit,sed quia omniũ quæ habebat,abiectiora obtulit deo. Maledictus,inquit scriptura,qui habet meliora,& sacrificat corrupta deo: nõ absolute dixit,qui sacrificat corrupta deo:sed qui habet,inquit,& auaricia compellente reuocatur. Si igitur quisquam nõ habet omni culpa caret,liber est:magis autẽ mercedẽ facile conquirit. Quid enim duobus minutis abiectius,vel quid capillis vilius, vel quid inferius parua similagine? Et tamen inuenies ista similiter approbata,sicut vitulos & aurum quod diuites obtulerũt. Secundum quod quis habet,secundum hoc acceptabilis efficitur, non secundũ quod nõ habet. Quantũ habet manus tua,inquit, benefacito. Propterea,obsecro,vt euacuemus cum alacritate substãtias nostras in pauperes:etiã si parua sint quæ habemus mercedem similem consequemur illis,qui plura videntur offerre. Vel potius maiorem, quàm illi,qui offerunt multitudinem talentorum. Si hæc igitur faciamus, inæstimabiles dei thesauros adipiscimur:si tamen non solum audiamus,verumetiam faciamus: si non tantum laudemus,sed etiam ipsis operibus ostendamus.Quę nos omnes contingat adipisci in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri gloria, vnà cum sancto spiritu, nunc & semper,& in secula seculorum, Amen.

Luce 6.e *†delectet.* *Psal.67.c* *Psal.145.d* *Ibid.102.b* *Ibid.50.a* *Psal.51.b* *Gene.4.a* *Eccli.9.c*

Homilia xxxiij.

PRopterea regnũ inconcussibile suscipientes,habeamus gratiam, per quam seruiamus, bene placentes deo cum reuerentia & religione.Etenim deus noster ignis cõsumens est.

Quod alibi dixit, quæ videntur, temporalia sunt:quæ vero nõ videntur,æterna. Et inde sumpsit exhortationis & consolationis argumentũ pro malis,quæ in præsenti tempore toleramus,Sic etiam hic facit,ac dicit: Firmi debemus existere, vt habeamus gratiam: hoc est, gratias agamus deo. Non solum non debemus molestè ferre præsentia mala, sed etiam gratias illi pro futuris bonis agere.Per quam,inquit,seruiamus bene placentes deo. Hoc est, sic quippe placentes deo seruimus, cum ei per omnia gratiæ deferuntur. Omnia facite, inquit,sine murmuratione,& sine hęsitatiõe. Quod enim quis operatus fuerit murmurãs,amputat & perdit mercedem suam. Sicut etiã Israëlitæ, quales pœnas dederũt propter murmurationem? propterea,inquit, non murmuretis.Non enim placet deo quando cum murmuratione seruitur,& non ei pro omnibus gratiæ deferũtur, & pro tentationibus & prosperitatibus. Nihil ergo improbum loquamur, nihil impudens, sed submittamus nos, vt venerabiles ac reuerentes esse possimus:hoc est, cum reuerentia & metu dei. *Charitas,* inquit, *†fraterna permaneat in vobis, &] hospitalitatis nolite obliuiſci: per hanc enim insciences quidam angelos in hospitio receperũt.* Intuere quo modo eos præcepit præsentia custodire. Non enim eis alia superimponit, Non dixit efficiamini amatores fratrum, sed permaneat charitas fraterna. Et iterum non dixit, hospitales efficiamini, tanquam si non essent:sed, hospitalitatis nolite obliuiſci. Ex tribulationibus enim poterat hoc fortasse contingere. Per hanc enim,inquit, quidam

Deut.4.d *2.Cor.4.d* *Philip.2.b* *1.Cor.10.b* *Cap.XIII.* *†fraterna maneat,*

τὴν ξενίαν ἐποιήσαντο
Latinè: hospitio acceperunt.

quidam inscientes, angelos in hospitio receperunt. Attendis quantus honor, quantum lucrum? Quid est, latuerunt hospitio accipientes. i. inscientes acceperunt? Vt Chrysostomus ipse interpretatur. tuerunt? Hoc est, nescientes, in hospitio receperunt. Propterea & multa merces est, quia nesciens eos angelos esse in hospitio recepit: nam si cognouisset, nihil magni fuisset. Quidã dicunt quoniam in hoc loco etiã Loth significat. *Mementote, inquit, vinctorum tanquam simul vincti, & laborantium tanquam & ipsi in corpore constituti. Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. Scortatores enim & adulteros iudicabit deus. Sint mores sine auaricia, contenti præsentibus.* Contẽplare quantus illi de pudicicia sermo profunditur. Pacem, inquit, cum omnibus sectamini & sanctificationẽ, ne quis fornicator aut pollutus. & iterum: Scortatores autem & adulteros iudicabit deus. Omnia cum increpatione pronũciat. Pacem, inquit, sectamini cum omnibus, & sanctificationem, sine qua nemo videbit deum. Scortatores autẽ & adulteros iudicabit deus. B Et primò cum posuisset honorabile cõnubium in omnibus, & thorum immaculatum, ostendit, quod merito inferat quæ sequuntur. Si enim connubium concessum est, iuste scortator suppliciis afficitur, iuste puniuntur adulteri. Hic aduersus hæreticos dimicat. Rursus non dixit, nemo sit scortator, Sed cum semel dixisset, tunc intulit, veluti cõmune consilium, non velut ad ipsos solos sermonẽ dirigens. Sint mores, inquit, sine auaricia. Nõ dixit, nolite possidere: sed, sint mores sine auaricia.

Supra 10.g Ostendit philosophiam animorum. Etenim suprà dixerat: Et rapinam substantiarum vestrarum cum gaudio suscepistis. Ista admonet, ne sint auari, contenti, inquit,

Iosue 1.a præsentibus. Deinde etiam hic consolatio. *Ipse quippe*

Psal.117.c *dixit, Non te deseram, neque derelinquam, ita vt cõfidenter dicamus. Dominus mihi adiutor, & non timebo quid faciat mihi homo.* Iterum in tentationibus cõsolatio. *Mementote eorum qui præsunt vobis.* Hoc superius parturiebat, propterea etiã di-

1.Thes.vlti. cebat: Pacem sectamini cum omnibus. Hoc etiam Thessalonicenses admonebat, vt in honore haberent ampliori præpositos suos. Mementote, inquit, eorum qui præsunt vobis. *Qui vobis locuti sunt verbum dei: quorum intuentes exitum conuersationis, imitemini fidem.* Qualis est ista eõ sequentia? Quamoptima. Intuentes, inquit, eorum vitam, imitemini fidem. Ex vita munda, fides. Aut fidem firmitatem dicit. Quo modo? Quoniam credunt de futuris: non enim ostenderent vitam mundam, si hæsitarent de futuris si dubitarent modo. Proinde etiam hoc loco idem curat. *Iesus Christus heri & hodie, idem ipse & in secula. Doctrinis variis & peregrinis nolite circunferri. Bonum enim est gratia stabiliri cor, non escis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis.* Iesus Christus heri & hodie, idem ipse & in seculũ. Heri hoc loco omne præteritum significat tempus, ho- D die præsens, seculum vero futurum sine termino: tanquam si diceret, audistis pontificem, sed non pontificem, qui desinat esse, semper idem ipse est. Veluti si essent quidam, qui dicerent, quoniã non est, sed alter venturus est: ad hoc respondet, quoniam qui fuit heri, ipse etiam hodie, & in seculum. Nam hodiéque Iudæi dicunt alium esse venturum, expertésq; semetipsos ab eo reddentes, qui verus est pontifex, incident in Antichristum. Doctrinis, inquit, variis & nouis ne circunferamini. Non solum nouis, sed etiam variis. *Bonum namque est gratia confirmari cor, non escis, in quibus qui ambulauerunt nihil vtilitatis ceperunt.* Hic tacite eos significat, qui escarum introducunt obseruationes: fidei quippe vniuersa munda sunt: fide ergo opus est, non escis. *Habemus enim, inquit, altare, ex quo potestatem non habent comedendi, qui tabernaculo seruiunt.* Non enim qualia sunt apud Iudæos, talia A etiam nostra sunt, ita vt nec põtifici liceat istorum participem fieri. Proinde quoniam dixerat: Nolite hęc custodire, videretúrque hoc pacto propria destruere, iterum idipsum versat. Num enim & nos, inquit, illa non custodimus? custodimus enim & vehemẽtius, neque ipsis sacerdotibus ex his quicquã dantes. *Animalium enim quorum sanguis infertur pro peccatis in sancta per pontificem, eorum corpora comburuntur extra castra. Propterea etiam Iesus, vt populum proprio sanguine sanctificaret, extra portam, inquit, passus est.* *Num.19. a b*

Vides figuram magno splendore fulgentem? Pro peccatis, inquit, & extra portam passus est. *Egrediamur igitur ad eum, portantes improperium eius.* Hoc est, eadem ipsa perpetientes, & communicantes ei in passionibus, qui condemnatus, crucifixus est foris: neque igitur nos cõfundamur foras exire. *Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Per eum† offerimus sacrificium laudis in perpetuum deo: hoc est, fructum labiorum confitentium nomini eius.* *Mich.2.c* B †*offeramus*

Confitentium, inquit, nomini eius. Nihil blasphemiæ nostra vox resonet, nihil improbum, nihil proteruum, nihil audaciã sapiens, nihil arrogans: sed cum reuerentia & religione conuersatio nostra sit. Anima quippe in tribulationibus cum in desperationes incurrit, etiam impudens efficitur: sed nos talia fugiamus. Ecce iterum idem ipsum dixit, quod superius prælocutus est. Nõ deserentes, inquit, congregationẽ nostram. *Supra 10.c* Sic enim possumus, inquit, cum reuerentia cuncta perficere. Sæpius enim etiam homines reueriti, à multis abstinemus prauis operibus. *Beneficentiæ, inquit, & communicationis nolite obliuisci.* Non præsentibus fratribus tantum ista dico, verumetiam absentibus. Si autem alij vestras rapuere substantias, tamen ex his quæ habetis, hospitalitatis opus ostendite. Qualem itaque hic nos ex- C cusationem habebimus, cum audiamus talia dici his, quos rapinam substantiarum suarum sustinuisse constabat? Et non dixit hospitalitatis, sed amoris ad hospitalitatem: tanquam si diceret: Nolite simpliciter hospites suscipere, sed simul amando hospites hoc facite. Et non dixit futuram & repositam retributionem, ne eos iterum supiniores efficeret: sed iam retributam. Per hãc enim, inquit, inscientes quidam, in hospitio receperunt angelos. *Honorabile connubium & thorus immaculatus.* Sed videamus nũc, qualiter honorabiles esse nuptias in omnibus dicat, & thorum immaculatum. Quoniam, videlicet, in sanctitate pudicicię facit conseruare fidelem. Hic etiam Iudæos pulsat, qui pollutum putabant coniugalem cubitum, & dicebant immundum esse, quicunque ab eo veniret. Non est pollutum quod ex natura est, ô ingratissime & insensatissime Iudæe, sed quod ex voluntate descendit. Nam si honorabiles sunt nuptiæ, mundæ etiam sunt. Cur itaque ex eis pollutionem fieri existimas? *Sint, inquit, mores sine auaricia.* Quoniam plurimi post inanitionem substantiarũ suarum postea cupiunt sub prætextu eleemosynæ iterum quæ amiserunt congregare: propterea, inquit, sint mores sine auaricia: hoc est, vt illud expectemus quod vsui opus fuerit, & pro necessariis tantum curam geramus. Quid ergo, dicet aliquis, si ne illa quidem adipiscamur? Non est hoc, crede mihi, nõ hoc est. Ipse quippe dixit, & prorsus nulla ratione mentitur, quoniam nõ te derelinquam. Pro- *Iosue 1.a* inde cum confidentia nos dicere possumus. Dominus *Psal.117.a* mihi †adiutor est, non] timebo quid faciat mihi homo. †*adiutor*, Promissum habes, non debes hæsitare, ipse promisit, ne *& non] sic* ambigas. Quod autem dicit: Non te derelinquam. Non *& in aliis* de pecuniis tãtum dicit, sed etiam de aliis cunctis. Do- *locis distinguemihi* minus, inquit, mihi adiutor est, non timebo quid faciat

Universidad de Deusto
Biblioteca

mihi homo. Et recte: hoc igitur etiam nos in vniuersis A tentationibus exclamemus, & deum habetes propiciũ, humana omnia rideamus. Sicut enim si deus fuerit inimicus, etiãsi vniuersi mortales amici fuerint, nihil proderunt: sic etiam deo nos diligente, nulla nobis erit necessitas, nulla læsio, etiãsi omnes nos hostiliter insequãtur. Non timebo, inquit, quid faciat mihi homo. *Recordamini*, inquit, *præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum dei*. In hoc loco etiam de subsidio eum existimo dicere: hoc enim est quod dicit: Qui vobis locuti sunt verbum dei. *Quorum contemplantes exitum conuersationis, imitamini fidem.* Quid est, contemplantes? Sæpius animo versantes, & apud vosmetipsos examinantes, cõsiderantes, subtiliter discutientes, inquit, Exitum conuersationis. Hoc est, perseuerantiam vsque in finem: quoniam finem bonum habuit eorum conuersatio. *Iesus Christus*, inquit, *heri & hodie idem ipse est & in seculum.* Nolite putare quòd tunc quidem tanta miracula egerit, nunc autem non faciat. Idem ipse est. *Doctrinis*, inquit, *variis & nouis ne circunferamini.* Nouas, inquit, doctrinas: hoc est, præter eas quas audistis à nobis: varias, hoc est, multiformes & multimodas. Nihil enim firmũ possident, sed sunt differentiarum varietate multiplices, & maxime dogma de escis perplexum & nodosum est. *Bonum est*, inquit, *gratia confortari cor, non escis*. Istæ sunt variæ, istæ sunt nouæ, maxime Christo dicente: Non quod intrat in os, coinquinat hominem, sed quod egreditur. Et intuere illum non audentem hoc manifeste dicere, sed tanquam sub aliqua significatione. Bonum est enim, inquit, gratia confortari cor, non escis. Totum enim in fide constat, si ipsa firmetur, cor quoque munitum erit: fides ergo cuncta confirmat, cogitationes autem variæ commouent. Contraria quippe est fides cogitationibus vagantibus, *In quibus, qui ambulauerunt*, inquit, *nihil vtile ceperunt*: Quod enim lucrum est rogo, ex obseruationibus? Nonne perdunt magis? nonne huiusmodi hominem sub peccato constituunt? In quibus, inquit, qui ambulauerunt, nihil habuerunt vtilitatis. Hoc est, qui semper ista custodierunt. Vna nanque est obseruantia, abstinere, videlicet, à peccato. Quid enim prodest abstinere à cibis, dum quidam intantum sint vecordes, vt etiam de sacrificiis participari non valeant? Proinde nihil eos saluauit, licet studium gesserint circa huiusmodi obseruationes. Verum quia fidem non habuerũt, nihil illis profuit escarum illa custodia. Deinde aufert à figuris sacrificium, & ad principalem formam sermonem suum redigit, dicens: *Quorum enim animalium sanguis infertur in sancta per pontificem horum corpora cõburuntur extra castra.* Illa itaque typus erant istorum, & sic cuncta Christus impleuit foris sustinens passionem. In hoc etiam illud significat, quod & sponte pati dignatus est: ostendens, quoniam non illa erant simpliciter instituta, sed quod & ipsa œconomia fuerit externæ passionis: Foris quidem passus est, sed ad cœlum sanguis sublatus est. Intueris igitur quoniam sanguinẽ participamur, ⁊non qui infertur in sancta, sed sancta veracia? ⁊ Nos igitur veritatem participamur. Si ergo non improperium, sed potius sanctificationem participamur, improperium illud sanctificationis est causa. Sicut enim ipse improperium sustinuit, sic etiam nos. Proinde si egredimur, participamur cum eo Quid autem est, quod dicit egrediamur ad illum? Videlicet cõmunicemus cum eo passiones, portemus eius improperia. Nõ enim simpliciter extra portam conuersari nos iussit: sed sicut ille improperia sustinebat, sicuti condemnatus, sic etiam nos. *Et per*

Psal.117.a

⁊qui infertur in sancta? sancta inquam veracia?

eum, inquit, *sacrificium offerimus deo.* Quale sacrificium dicit, Fructum, inquit, lãbiorum confitentiũ nomini eius. Illi offerebant pecudes, vitulos, & dabant pontifici: nos autem nihil horum offerimus, sed solam gratiarũ actionem, hanc labia nostra germinent. *Talibus*, inquit, *sacrificiis placatur deus.* Demus illi talem hostiam, vt etiam ipse eam offerat patri, aliter autem non offertur nisi per filium. Magis autem etiam per mentem cõtritam. Omnia hæc propter infirmos. Nam quod filij sit gratia, manifestum est, alioqui quo modo honor ille æqualis esset. Vt omnes, inquit, honorificent filium, sicut honorificãt patrem. Vbi est honor æqualis? Fructum, inquit, labiorum confitentium nomini eius. Omnia toleremus cum gratiarũ actione, siue paupertas sit, siue ægritudo, siue quicquid aliud nobis euenit: ipse solus cognoscit, quid nobis prosit. Quid enim oremus, inquit, sicut oportet, nescimus? Qui ergo neque orare nouimus quod oportet, nisi ex spiritu dei acceperimus satagamus pro omnibus gratias referre, & fortiter omnia tolerare. In paupertate sumus? gratias agamus: in ægritudine? gratias agamus: calumnias sustinemus? gratias agamus: aliquod malum patimur? gratias agamus: hoc enim nos facit proximos esse deo, tum etiam deum habemus debitorem: quando vero bona percipimus, nos debitores existimus. Et sæpius nobis ad iudicium ista contingunt, illa vero ad peccati purgationẽ proueniunt. Illa miserationem & misericordiã nobis acquirunt, hæc autem etiam in superbiam nos erigunt: hæc etiam ad negligẽtiam nos adducunt, & faciunt vnum quẽque magna de semetipso imaginari, hæc molliores efficiunt. Propterea etiam propheta dicebat: Bonum mihi domine quoniam humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. Quãdo prosperitatem accepit, & de aduersitatibus liberatus est Ezechias, in altum cor eius erectum est: quando vero in ægritudinem ac morbum deciderat, tunc humiliatus est, tunc proximus factus est deo. Quando, inquit, interimebat eos tunc inquirebant eum, & conuertebantur, & diluculo vigilabant ⁊ad eum.⁊ Et iterum: Quando impinguatus est & saginatus recalcitrauit qui dilectus erat, Cognoscitur enim dominus faciens iudicia. Magnũ quippe bonum est tribulatio. Arcta, inquit, & angusta est via, quæ ducit ad vitam. Ergo tribulatio nos compellit in angustam viam: qui vero non tribulatur, illam viam intrare non poterit: qui enim in angusta via semetipsum coarctat, ipse est qui etiam requie perfruitur. Qui vero dilatat semetipsum, & neque illam viam ingreditur, & ipse potius tribulatur, dum per plura discerpitur. Intueris igitur qualiter Paulus in angustias huius vitæ ingreditur? Affligit corpus suum, vt per illud iter incedere queat: propterea in omnib⁹ afflictionibus gratias deo referens perseuerauit. Damnũ pecuniarum passus es? Hoc tibi plurimũ latitudinis apportauit. Ex honoris culmine cecidisti? facta est tibi alia latitudo. Calũnias passus es, & credita sunt quæ cõtra te dicta sunt importuna mẽdacia, in quibus te cõscientia nõ remordet, gaude atq; gloriare. Beati, inquit, estis cũ vobis maledixerint homines, & locuti fuerint omne malũ aduersus vos, mentientes propter me: Gaudete & exultate quoniã merces vestra multa est in cœlis. Quid miraris, si cũ mœrore conficeris? Desideras à tentationibus conquiescere? Paulus etiam voluit aliquã habere remissionem, & sæpius deum deprecatus est, & non impetrauit: quod enim dixit: Ter dominũ rogaui, sæpius significat. Et dixit mihi, inquit, Sufficit tibi gratia mea, quoniam virtus mea in infirmitate perficitur. Infirmitatem

Matth.15.b

Psal.118.i

4.Reg.20.a

Psal.77.b

⁊ad deum

Deut.32.b

Psal.9.c

Matt.7.b

2.Cor.9.d

Morale.

Roma.8.c

Matt.5.a

2.Cor.12.b

hic

Universidad de Deusto Biblioteca

Ibidem c hic dicit tribulationes. Et quid Paulus? Hęc audiens, cũ gratiarum actione suscepit, dicens: Propterea glorior in infirmitatibus meis: hoc est, cõplaceo, requiesco in tribulationibus meis. Et nos igitur pro omnib' gratias agamus, siue pro remissione, siue pro tribulatione. non murmuremus, neque ingrati existamus. Nudus, inquit, exiui de vtero matris meæ, nudus etiam reuertar. Non venisti cum gloria, non ergo gloriã adipisci desideres. Nudus, inquã, non pecuniis tãtum, sed etiam gloria, & bona opinione in hãc introductus es vitam. Intellige quanta sæpius per pecunias mala contingant. Facilius est, inquit, camelum per foramẽ acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorũ. Contemplaris quantorum bonorũ impedimentum diuitiæ nobis ingerãt, & tu diues effici cupis? Num gaudes quia impedimentum tibi tam graue sublatũ est? Sic enim arcta est via, quæ ducit ad regnũ, & sic latæ sunt ac spacioſæ diuitiæ, & tumoribus ac molibus oneratæ, & inflationibus plenæ sunt: propterea, inquit, Vẽde omnia tua, vt te arcta via possit suscipere. Quid cupis pecunias? Propterea enim abstulit eas tibi deus, vt te liberet à pessima seruitute. Nam & pater optimus & integer, cum filiũ viderit amore meretricis alicuius deperire, si admonitiones eius audire neglexerit, illam meretricẽ de medio auferens, in exilia lõginqua detrudit. Talis est etiam abundantia pecuniarum. Curam igitur de nobis gerens verus pater & optimus dominus, volens nos ab hac lęsione liberare, aufert nobis pecunias, quarũ amore mens nostra corrumpitur. Non igitur arbitremur malũ esse pauperiem. Peccatũ enim solum est malũ, neq; diuitiæ bonæ sunt per seipsas, sed deo placere †summũ bonum est. Paupertatẽ igitur appetamus, hanc protinus insequamur. Ita promerebimur cœlũ, sic etiam aliorum bonorum impetratione iudicabimur digni. Quæ omnes nos cõtingat adipisci, in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, vnà cũ sancto spiritu gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Ibidem.

† solum

Homilia xxxiiij. ex cap. xiij.

Obedite illis qui vobis præpositi sunt, & obsecundate. Ipsi enim vigilãt pro animabus vestris tanquã rationem reddituri, vt hoc cum gaudio faciant, & nõ congemiscentes. Non enim expedit vobis istud. Malum quidẽ est, vbi nullus est principatus, & multarũ cladium hæc res existit occasio, & confusionis est, turbationumq; principium. Sicut enim si ex choro ipsum coriphæum auferas, nequaquam modulatus chorus, vel ordinatus existit: & phalanx militum si ducem nõ habeat, nullo modo numero acies illa, vel ordine procedit: & nauis si gubernatore priuetur, pessum eat necesse est: Sic & gregi si pastorem abstuleris, cunctus dispergetur & peribit. Malũ igitur est vbi nullus est principatus, subuersionis quippe hoc est argumentum. Malum autem est nõ minus & inobedientia eorũ, qui regũtur à principe: idem malum quippe contingit. Populus enim si non obsequitur principi, similis est populo principem nõ habenti, immò etiam deterior. Illi quidem saltem veniam habent, eius quod indispositę atque inordinate versantur: siquidem ordinatore priuati sunt: hi autem veniã non merentur, quinetiam puniuntur. Sed fortasse aliquis dicit, quia est tertium quoque malum, quãdo ipse *ἄρχων princeps malus extiterit: hoc noui etiam ego, & non paruum malũ est istud, immò etiam peius est, quàm sine principe cõuersari. Melius quippe est à nullo, quàm à pessimo regi. Ille quidẽ saluatus est sæpenumero, ple-

ἄρχων, princeps, p̃fect⁹, magistratus: sic

A runque etiam in periculum decidit: iste autem omnibus modis pericula subiturus est, dum ad foueas & ruinas impellitur. Quo modo ergo dicit Paulus: Obedite præpositis vestris, & obsecundate? Postquam superius dixerat: Quorum cõtemplantes exitum cõuersationis, imitamini fidem: tunc intulit: Obedite illis qui vobis præpositi sunt, & obsecũdate. Quid ergo, dicit aliquis, dum præpositus malignus extiterit, num obaudiemus? Quo modo malum dicis? Si quidem est in causa fidei, fuge illum & euita, nõ solum si homo fuerit, sed etiam si angelus de cœlo descenderit. Si vero in vitæ moribus malignum dicis, noli curiosus esse: & hæc non ex meipso dico, sed ex scriptura diuina: audi enim Christum dicentem: Super cathedram Mosis sederũt scribę & pharisæi. Et primo cum cõmemorasset de his multa mala, tunc dixit: Sederũt super cathedram Mosis. Omnia, inquit, quæ dixerint vobis, facite: quæ autem fecerint, facere nolite. Habent, inquit, dignitatem, licet vitæ sint perditæ: veruntamen non ad vitam eorum, sed ad sermones intendite. Quantum enim ad mores attinet, nullus poterit lædi. Qua ratione hoc? Quia quæ facit, manifesta sunt omnibus, & neque ipse, etiã si ad cacumẽ iniquitatis perueniat, poterit alios mala docere. Cum autem fidei causa vertitur, neque manifestum est omnibus quod dicitur, neq; malignus dubitabit docere contraria: nam quod dictum est: Nolite iudicare, ne iudicemini, de vita dictum est, nõ de fide. Quod enim infertur hoc manifestat. Quid enim vides, inquit, stipulam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Omnia ergo quæ vobis dixerint, inquit, vt faciatis, facite: facere autẽ operis est, non fidei. Secũdum autem opera eorũ nolite facere. Intueris quoniã nõ de dogmatibus, sed de vita & operibus sermo est? Sed Paulus primũ instituit eos, & tunc dixit: Obedite iis qui vobis præpositi sunt, & obsecundate: ipsi enim vigilant pro animabus vestris tanquã reddituri rationem. Audiant & principes, nõ soli illi qui regũtur à principibus: quoniam sicut obediẽtes oportet esse qui reguntur: sic etiã rectores & principes vigilãtes esse decet & sobrios. Et quid dicis? Quia vigilat tantum? Periculum etiã super eius caput imminet, subiectus est vltionibus peccatorũ tuorum, & propter te tanto timori obnoxius est, & tu negligentiæ te tradis, & nugis occuparis, & artificium tuum mechanicum saluti stulta mente præponis. Propterea hoc, inquit, dico, Vt cũ gaudio faciant, & nõ congemiscentes: non enim expedit vobis. Intueris quoniã cum cõtemnitur * princeps, nõ oportet vltiones ingerere, sed tota vltio est plorare, ingemiscere. Nã & medicus quando ab ægroto contẽnitur, non se vlciscitur, sed plorat & ingemiscit. Sed dicis, quia si ille ingemiscit, vlciscitur in te deus. Si enĩ pro nostris peccatis gementes, adducimus ad nos propiciationẽ dei: pro aliorum superbia, vel contẽptu cum ingemiscimus, nónne amplius hoc facimus? Vides ergo quoniã non permittit eum ad conuicia deduci? Vides quanta philosophia istud est? Ingemiscere ergo oportet eũ qui contẽnitur, & cõculcatur, & †cędit. Ne propterea secur' sis, quod te is qui cõtemnitur, nõ vlciscitur. Gemitus enim illius omni erit vltione deterior. Quãdo enĩ ipse nihil proficit, ingemiscẽs inuocat dominũ. Et sicuti cum doctor aut nutritius cõtemnitur, vocatur qui seuerius aggreditur puerũ: sic etiam hic: papæ, quantũ periculũ. Quid dicemus infœlicibus illis & miseris, qui semetipsos ad alios regendos prȩcipitãt, & se in tãtorum suppliciorũ abyssum iactant? Omnium quos regis, mulierũ, puero-

In sequentibus.

Hebr.13.b

Matth.23.a

Matth.7.a

**ἄρχων, præfectus*

hic enim nisi fallor, de ecclesię præposito loquitur.

† despuitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum atque virorum tu rationem redditurus es: tanto igni tuum subiicis caput. Miror si potest saluari aliquis rectorum. Post tãtam enim cõminationem quam negligentię videmus illatã, video aliquos etiam concurrere, & præcipitare semetipsos tantæ moli, ac tantæ difficultati regiminis. Si enim qui necessitate compellun tur, nullum poterunt habere refugiũ, neque vllam excusationem reperient, quãdo res malè tractauerint, & quando negligẽter administrationem gesserint suam: nam & Aaron necessitate cõpulsus est, & tamen in periculum venit: sed & Moses pericula sæpius sustinuit, qui regimen illud sæpe recusauerat, & Saũl cui alius commissus est principatus, postquam recusauit, in pericula incidit, quia male sui regiminis administrauit officium: quanto ergo amplius qui cum studio & ambitione petunt principatus, & semetipsos præcipitant, seuerius puniuntur? Huiusmodi enim homo multo amplius sibi locum veniæ claudit. Oportet ergo timere ac tremere, & propter cõscientiam, & propter molem ac magnitudinem curæ. Et neque dum quis ad principatum trahitur semel recusare: neque dum non trahitur quispiam, semetipsum præcipitare: sed considerantes tantæ dignitatis amplitudinem, oportet effugere: comprehensos autem obsequium & reuerentiã oportet ostendere. Nihil immoderate faciẽdum est, sed antequã fiat, si pręsenseris fuge ac secede, persuasus tibiipsi, quòd ad illam rem sumendam indignus existas, comprehensus autem similiter reuerentiam exhibeas. Vbique modestiam & ingenuitatem debes ostendere. *Orate*, inquit, *etiam pro nobis. Confidimus enim quoniam bonam conscientiam habemus, in omnibus bene volentes cõuersari.* Vides quoniam hæc purgationis vice dixit, veluti ad contristatos scribens, & ad eos qui auertebantur, & qui circa eum, veluti circa præuaricatorem afficiebãtur, non ferentes neq; nomen eius audire. Quoniã igitur ab odientibus se talia postulabat, qualia reliqui omnes solent petere à diligẽtibus, huius gratia istud hoc loco ponit, dicens: Cõfidimus quia bonam conscientiam habemus. Veluti si diceret, nolo mihi accusationes aliquas proferatis. Cõscientia, inquit, nostra nos in nullo condemnat, neque nobis aliquid conscij sumus, quod vobis insidias fecerimus. Confidimus, inquit, quoniam bonam conscientiam habemus in omnibus. Non in gentibus tantũ, sed etiam in vobis. Nihil negociationis gratia fecimus, nihil cum fictione protulimus: fortasis enim in talibus accusabatur. Audierunt enim, inquit, de te quod discessionem doceas à lege. Non sicut inimicus, inquit, neq; sicut hostis, sed sicut amicus hæc scribo: hoc etiam ex his quæ sequuntur ostenditur. *Abundantius autem*, inquit, *peto hoc fieri, vt citius vobis reddar.* Hoc vehementer amantis est, sic orare, non simpliciter, sed cum tota intẽtione & omni prorsus studio. Vt cito, inquit, ad vos veniam. Hoc animi est, nihil sibi conscij, satagere vt ad eos velociter veniret, & exhortari illos, vt orent pro se, vt hoc ei concederetur: primum ab eis postulãs orationis auxilium, tunc etiam ipse eis omnia bona precatur. *Deus*, inquit, *pacis.* Nolite igitur disidere à nobis si vultis deum pacis habere propicium. *Qui eduxit*, inquit, *de terra pastorem magnum ouium.* Hoc de resurrectione dictum est. Magnum, inquit, Aliud additamentum. Hinc vsque ad finem orationis rationem eis de resurrectione confirmat. *In sanguine*, inquit, *testamenti æterni dominum nostrum Iesum Christum, vt nos perfectos redderet in omni opere bono, ad faciendam voluntatem eius, efficiens, vt quod agitis, sit beneplacitum in conspectu suo.* Iterum testificatur eis magna. Ad illos enim pertinet, qui iam sumpsere principium, & quorum ad perfectionem omnis cursus intẽdit quod dicit, vt perfectos redderet. Et iterum orat pro eis, quod pertinet ad amantem: & in aliis quidem epistolis in exordiis orat, hic autem in fine. Faciens, inquit, vt quod agitis beneplacitum sit in conspectu suo.

Per Iesum Christum, cui gloria in secula, Amen. Obsecro autem vos fratres, vt sustineatis verbum cõsolationis. Etenim perpaucis scripsi vobis. Vides quia quod nullis scripsit, istis scribit. Etenim, inquit, vobis non sum molestus longo sermone. Arbitror autem eos, non admodum infensos fuisse Timotheo, vnde & illum commendauit. *Cognoscite*, inquit, *fratrem nostrum Timotheũ dimissum, cum quo (si celeriter venerit) videbo vos.* Dimissum autẽ dixit, Vnde? Arbitror enim quòd in custodiam fuerit missus, aut si hoc non est dimissum dicit ab Athenis. Nam & in apostolorum actibus sic habetur. *Salutate*, inquit, *omnes qui vobis præpositi sunt, & omnes sanctos: salutant vos qui sunt ex Italia. Gratia cum omnibus vobis, Amen.* Vides qualiter ostendit virtutem: neque ex deo † dici totum, neq; ex nobis eam perfici tantum? Primum dicẽdo, vt absoluat vos in omni opere bono, hoc significat: Habetis quidem virtutem, indigetis autem complemento. Quid autem est quod dicit: In omni opere bono, & sermone bono? Vt vitam, scilicet, rectam haberent & dogmata. Secũdum voluntatem eius, inquit, faciens, vt quod agitis sit beneplacitum in cõspectu suo, Hæc quippe maxima virtus est facere quod beneplacitum est in conspectu dei, secundum quod etiam Propheta loquitur dicẽs: Et secundum munditiam, inquit, manuum mearum in conspectu oculorum eius. Tanta tamẽ cum scriberet Apostolus, parua illa esse dixit, in comparatione, scilicet, eorum, quæ dicturus erat, secundum quod & alibi dixit: Sicut scripsi vobis in modico, secundum quod potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi. Et vide sapientiam eius. Non dicit, obsecro vos vt sustineatis verbum admonitionis: sed, sustinete verbũ consolationis, hoc est verbum solatij, verbũ hortationis Nõ potest quisquã, inqit, ob longitudinẽ sermonis defatigari. Hoc quippe erat quod eos auersari faciebat. Non vult hoc ostendere, sed latenter hoc dicit: tanquam si diceret, etsi pusillanimes estis: talium enim non est ferre sermonis longitudinem. Cognoscite, inquit, fratrem Timotheũ dimissum esse, cum quo (si celeriter venerit) videbo vos. Hoc enim idoneum erat, vt eos mãsuetiores efficeret, quod se paratum dixit ad eos venire, vt eos cum suo discipulo videret. Salutate, inquit, eos qui vobis præsũt, & omnes sanctos. Vides quo modo eos honorabiliter tractat? Siquidem ad illos pro illis scribebat. Salutant vos omnes qui ex Italia sunt. Gratia, inquit, cum omnibus vobis, Amen. Gratiam eis optat quod est omnium commune. Qualiter autem fit gratia nobiscum? Si non fuerimus contumelioſi in beneficentiam, si negligentes nõ existamus circa munera dei. Quid est gratia? Remissio, videlicet, & purgatio peccatorum: hæc nobiscum est, si bene egerimus. Nam quis contumelioſus potest istam seruare gratiam, & non statim euacuatus efficitur? Verbi gratia: Donauit tibi omnia peccata, quo modo tecum gratia permanebit, siue spiritus sancti operatio, nisi eam per bona opera ad temetipsum attraxeris? Hæc quippe est causa omnium bonorum, si in nobis spiritalis gratia perseuerat: hęc quippe nos ad omnia bona recto itinere deducit, sicut etiam quando ab ea excidimus, perimus, & deserti efficimur omni bono.

Act.27.d

Act.27.d

Psal.17.a

Ephe.3.a

Non itaque

Morale. Non itaque eam repellamus: in nobis quippe est, vt vel permaneat in nobis, vel discedat à nobis: illud enī fit, quando cœlestia meditamur: hoc autem, quādo ad
Ioan.14.b seculária declinamus. Quem mundus, inquit, non potest capere, quoniam non videt eum, neque cognoscit eum. Contemplaris igitur quoniā non est secularis animæ habere spiritū sanctum. Multo nobis itaq; opus est studio, vt eum apud nosmetipsos retinere possimus, & munitos nos reddere, atq; in pace collocare. Sicut enī nauis, quæ prospero flatu fertur in pelago, nō potest impediri, neq; demergi, vsquequo prospero vento ac perseuerante fruitur: sed etiam post nauigationē gloria eis magna contingit, siue nautis, siue iis qui nauem ascenderant: illis quidē requiem tribuens, quòd labore remigationis nō fuerint fatigati: his autem quòd eos maris molestia liberauit, & nauigationē illam hilarem fecit, & velut spectaculum illis iucūdum ipsam prosperitatē cursus attribuit: sic etiam anima à diuino adiuta spiritu, omnibus rebus superior existit, & omnibus fluctuationibus vitæ huius eminet, & viam in cœlum ducentē vehementius, quam illa nauis incedit: vtpote quæ non vento impellitur, sed ab ipso paracleto fertur, munda vela possidens, & plena prosperis flatibus, omnē remissionem & dissolutionem à sua mente discutiens. Sicut enim in velum laxum ventus incidens nihil operatur: sic etiam spiritus sanctus in anima remissa & segni permanere non sustinet. Sed opus est nobis omni intētione, omniq; vehementia, vt mens nostra ardēs in nobis existat, & omnia in nobis opera intenta sint & fortia. Verbi gratia: Quando oramus, cum multa intentione hoc oportet efficere, intēdendo animū nostrum ad cœlum, nō funibus, sed desiderio valido. Item quando misericordiam facimus, intentione opus est, ne forte cura domus, & prouidentia filiorū atque vxoris affectus, vel timor egestatis subintrans, remissiora vela nobis efficiat. Si enim spe futurorum intendamus ipsa vndique, bene suscipiūt operationē spiritus sancti: ex illis autem cogitationibus & miseriis impedientibus nihil in eam incidet. At si forte incidat, ipsam quidē nihil lęsit, repercutitur autē ille flatus citius gemitibus animæ, & excidet excussus. Propterea igitur multa nobis opus est intētione: etenim iam nos in mari magno & spacioso nauigamus, multis quidem beluis pleno & scopulis. Hoc mare multas nobis etiā tēpestates ingerit, & obducto cœlo nubib°, maiores excitat procellas. Oportet igitur, si volumus sine molestia & sine periculo nauigare, vela
†intendere, hoc est, nostram volūtatem. †intendere, nostrę nauis †erigere, hoc est, nostrę voluntatis:] sufficit enim hoc nobis. Nam & Abrahā, quoniam desiderium suum intentū habuit ad deum, & volūtatem suā integram & perfectā obtulit deo, nulla alia re opus habuit, sed credidit deo, & reputatū est illi ad iusticiā. Fi-
Rom.4.a des autem integræ & germanæ voluntatis est. Obtulit filium suum, licet illum nō occiderit, occidentis tamē mercedem recepit: & re nō facta, merces ei reddita est integra & perfecta. Sint igitur nobis munda vela, non sint vetusta: omne nanq; quod veterascit, & in senium
Supr.8.d cadit, interitui proximū est. Nō sint cōtrita & dirupta,
1.Cor.2.d vt spiritales flatus teneant. Animalis enim homo, dixit Apostolus, nō percipit ea quæ sunt spiritus. Sicut enim aranearū stamina flatum venti non suscipiunt: sic neq; anima secularis, neq; homo animalis gratiā poterit spiritus sancti suscipere. Nihil enim differunt ab illis staminibus cogitationes nostræ, solo visu habentes cōsequentiam, totius autem virtutis vacuæ permanent: sed nostra non debent esse talia, si quidem sobrij sumus.

A Quicquid inciderit, omnia tolerat Christianus, & omnibus est superior, omni plaga fortior. Sit enim quispiam spiritalis vir, & occurrāt ei mille mala, nullo modo vincitur. Et quid dico? Incidat illi pauperies, ægritudo, iniuriæ, detractiones, vituperationes, plagæ, omne genus supplicij, omne genus ludibrij, & improperiorum & iniuriarum: sed veluti si extra mundum fuerit constitutus, & veluti si à passionibus corporis liber existat, sic cuncta illa risui habebit. Non habēt hęc verba inanem iactantiam. Multos etiam nunc tales existimo, sicut hi qui se ad eremū contulerunt: sed nihil hoc mirum. Nam etiam in ciuitatibus latere tales existimo, quod si velis, possum huiusmodi ex veteribus ostendere, & vt agnoscas, intellige Paulum. Quid ille non mali passus est? Quid non sustinuit? Omnia fortiter tolerabat. Hunc imitemur, atque ita poterimus ad portus
B venire tranquillos, lucra maxima deferentes. Extendamus igitur nostram mentem, & eleuemus ad cœlum, & illo amore teneamur, & igni spiritali magnanimiter induamur. Saluemus nosmetipsos flammarum incendio diuinarum, nullus his flāmis circunseptus alicuius formidat incursus, siue fuerit homo, siue bestia, siue mille laquei: quādiu enim quisque ignitus incedit, omnia superat, omnia excedit, omnia cōtemnit. Flamma quippe insuperabilis res est, & importabile est cunctis rebus incendium. Ignis quippe cuncta consumit. Hoc itaque igne circunsepiamur exhortor, gloriam offerentes domino nostro Iesu Christo, cum quo patri, vnà cum sancto spiritu gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

C *DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI DE illo Pauli loco ad Hebræos, Spontè enim peccātibus nobis perceptā & hausta veritatis cognitione: & quæ sequuntur. & quemadmodum ad Christi sacramenta accedendum sit, concio, Ioachimo Perionio interprete.* Hebr.10.

OMnes arbores, quæ quidem satæ fuerunt, aliāque omni ꝓcuratione tractatę & cultæ, quāsque manibus ac laboribus suis dignas agricola censuit, nec emolumentum vllum impensarum afferunt: stirpitus euulsæ igni adhibentur. Tale quiddam etiam in illustratione fit, quando nos Christus seuit, & spiritalis irrigationis participes facti, fructum nullū posteà proferimus: ignis gehennæ, & flamma quæ extingui nō potest, nos manet. Paulus quidem posteà quàm ad charitatem nos hortatus est, & ad fructum bonorū operum, incitauitq; etiam à melioribus, his verbis, Aditus nobis patet in sancta, quā nobis viā
D nouam & vnam patefecit: à molestioribus quoque rursus idem facit his verbis, quæ tractamus. Cùm enim dixit, Non deserentes consociationē nostram, sicuti moris est quibusdam, sed adhortantes, eoq; studiosius, quò magis diem appropinquare cernitis, qui consolari possit: hæc subiecit, Sponte nobis peccantibus post acceptam veritatis noticiam, non iam pro peccatis relinquitur hostia. Expiatus es, liber es à criminibus, factus es filius: si ad pristinam vomitionē reuersus, rursum exhæredabere, ignis te manet, cęteraq; eiusdem generis. Neque enim hostiæ secundæ locus vllus relinquitur. Hoc loco rursus nos aggrediuntur ij qui pœnitentiam tollunt, & omnes qui ad baptismum dubitāt accedere. hi quidem sibi tutum esse negātes venire ad baptismum, si non sit secunda remissio: illi quòd dicant nō esse tutum sacramēta impertire peccatoribus, si modò secun-

 dæ remissio-

dæ remissioni locus nullus relictus sit. Quid ergo vtrisque respondebimus? eum hoc loco nō tollere pœnitentiam, nec placationem quę pœnitentia procuratur, nec peccatorē repellere, aut maledictis vexare propter cognitionē, nō est adeò salutis nostræ inimicus. sed quid? secundum lauacrū tollit. Non enim hoc dixit, Non est iam pœnitētia, neq; hoc, Non est iam remissio, sed iam non est hostia, id est, secūda crux. Hanc enim hostiam nominat. Vna enim hostia in perpetuū eos qui sancti efficiuntur, perfecit, non quēadmodū Iudaica. Ob eam enim causam suprà & infrà tot verbis de hostia disseruit, quòd vna sit: nō quòd hoc vnū docere vellet, hæc nostra à Iudaicis differre, sed tutiores etiam ac firmiores reddere. Itaq; non iam expectādam ex lege Iudæorum aliam hostiā. Sponte enim, inquit, si peccemus: ita non consultò peccātibus venia relinquitur: post agnitionem veritatis, id est Christi, inquit, vel dogmatū omniū, non iam pro peccatis relinquitur hostia. Sed quid? terribilis quædā iudicij expectatio & ignis ira qui aduersarios cōsumpturus est. Aduersarios appellat, nō infideles tantū siue à religione nostra abhorrētes, sed etiā qui ea gerunt quæ cum virtute pugnāt & ab ea discrepant, propterea quòd & domestici & aduersarij in eundem ignem supplicij causa coniicientur. Deinde vim eius deuorandi declarat, quasi eum animatū reddidisset, cū ait, Et ignis ira, qui aduersarios deuoraturus est. Quemadmodū enim fera bestia cōcitata & vehemēter sæua ac ferox nūquam finē facit, dum aliquos rapiat & deuoret: sic ignis ille nō aliter ac quispiā ira ancitatus, quicquid cōprehenderit, nō amittit, sed cōsumit, & discerpit. Tum minarū causam affert, quòd iure ac meritò, id quod ad fidē valet, cū docemus aliquid iure fieri. Si quis enim Mosis legē abroget, sine vlla misericordia duorū aut triū testimonio, morte mulctatur. Sine misericordia, inquit, ita fit, vt nullus sit illic veniæ relictus locus, nullus misericordię. Atqui lex Mosis est, multa enim ille statuit. Quid est, duobus aut tribus testibus? Si duo aut tres, inquit, pro testimonio dicāt, statim pœnas pendunt. Quòd si in veteri testamento, vbi legi Mosis derogatur, tantū supplicīū constitutū est: quantò grauiore dignū fore existimatis eum, qui filiū dei cōculcauerit, sanguinemq; testamēti contaminatū duxerit, spiritumq; qui munera largitur, cōtumelia affecerit? Quo autē modo dei filiū ab aliquo conculcari asserit? Cum enim is qui eius sacramentis participat, scelus admittit, an nō, inquit, eum cōculcat? nónne eum cōtemnit? Vt enim ea quæ conculcantur, contēnimus, sic peccantes, Christum contempserunt, & ita peccauerunt. Factus es Christi corpus, & te ipsum das diabolo. Ita conculcasti. Et sanguinē, inquit, inquinatum duxit. Inquinatū quid est? id est, immundū, vel quod nihil amplī habet, quàm cætera. Et Spiritū qui gratiā largitur, cōtumelia affecit Qui enim beneficiū non accipit, ei qui beneficiū contulit, iniuriā facit, eumq; contumelia afficit. Te fecit filium, tu seruus esse vis: venit habitandi apud te ac tecū causa, tu in eum praua cōsilia moliris. Christus stare ac rectus esse apud te ac tecū cupit? tu eū crapula & ebrietate cōculcas. Audiamus qui indigno modo sacramentis participamus: audiamus qui indigni ad mēsam illā accedimus, Nolite sancta dare canibus, nec ante sues margaritas vestras spargere, ne eas pedibus suis cōculcent: id est, ne cōtemnant ac respuāt. Sed hoc minimè dixit, verū quod multo magis metuendū est. Eo enim quod metuendū est, animos cōstringit. Hoc enim non minus quàm cōsolatio potest cōuertere, eademq; opera & dissimilitudinē ostendit, & supplicīū & iudicium eis relinquit, quòd res ipsa nota & illustris esset. Quanto, inquit, acrius supplicīū deberi putatis? Hoc quidē loco mihi obscurè de sacramentis videtur dicere. Testimonium etiā profert, cum ait, Metuendū est in manus dei viui incidere. Scriptū est enim, Mihi vltio, ego reddam dicit dominus. Et rursum, Dominꝰ populū suum iubicabit. Non ait, In manus hominū incidetis, sed in manus domini, nisi resipiscatis. Hoc horribile est, illud nō est. Cum ergo quempiā supplicio coërcentē hîc videbimus, ne præsentibꝰ exhorrescamus, sed futuris. Nā pro eius misericordia, ira etiā eius est: & in peccatoribꝰ eius furor acquiescet. Sed quoniā sanctorū sacramentorum mentionē feci, libet mihi paucis agere vobiscū qui initiati estis, paucis quidē numero, sed quæ magnā vim & vtilitatē habent. Neq; enim verba nostra sunt, sed diuini spiritꝰ. Quid nam illud est? Multi semel toto anno sacramentis participant: alij bis, alij sæpius. Ad omnes igitur mea spectat oratio, nec ad eos modò qui hîc adsunt, sed ad eos etiā qui sunt in solitudine. Illi enim semel in anno participes fiūt, sæpe verò etiā biennio. Quid ergo? quos tādem approbabimus, eósne qui semel, an eos qui sæpe, an eos qui rarò? Sed eos qui pura cōscientia, eos qui corde mundo, eos qui inculpatæ vitæ sunt: hi tales semper accedant: qui autem nō sunt eiusmodi, ne semel quidem. Quid ita? Quia iudicium sibi sumunt, & damnationem, & supplicium, & pœnā. Quod quidē tibi mirum videri non debet. Vt enim cibus qui natura alendi vim habet, si in eum qui cibū respuit, incidat, perdit & corrumpit omnia, affertq; morbi occasionem: sic hæc tremenda sacramēta. Mensa spiritali frueris, mensaq; regia, & rursus cœno corpus inquinas. Vnguento perfundis, & rursus tetro odore cōpleris. Mecum loquere, quæso, cùm ad mensam anno exacto accedis, quadraginta dies satis esse tibi ad expianda omnium temporū peccata existimas: rursumq; transacta hebdomada te superioribus pristinisq; sceleribus dedis. Rogo te, si quadraginta diebus conualuisti à diuturno morbo, & iterum ea repetis quæ morbū pariunt, nónne priorem operam perdidisti? Si enim naturalia mutantur, quantò magis ea quæ à voluntate proficiscuntur? Quid est quod dico? Natura cernimus, valentesq; oculos habemus, sed plerumq; à vicioſa constitutione vis nostra cernēdi læditur. Quòd si ea quæ natura nobis tribuit, mutantur, quantò magis ea quæ voluntatis sunt ac iudicij nostri? Dies quadraginta animi sanitati tribuis, & fortasse non totidē, & tibi placatum propicium q; fore deum speras? Iocaris, quęso, cum hęc dicis? non quòd vos vno anniuersario aditu, & accessu arceam: sed quòd vos semper velim accedere. Sanctis hæc data sunt: Hoc etiam diaconus inclamat, qui sanctos accersit & conuocat, eaq; voce omnes diligenter obseruat. Vt enim in grege, multæ quidē oues valent, multæ autem scabie refertę sunt, quas necesse est à sanis & valentibus arceri: sic etiam in Ecclesia quoniam aliæ oues incolumes sunt, aliæ morbidę, hac voce has ab illis arcet, quas vbiq; illa voce quæ maximè timenda est, sacerdos sanctos vocat & trahit. Quia enim non licet cuiquam res proximi cognoscere, (quis enim, inquit ille, nouit quæ sunt hominis, nisi hominis spiritus qui in eo est?) hāc vocem mittit sacerdos perfecto toto sacrificio, vt nemo homo sine religione & quouis modo, ad spiritalem fontem veniat. Et in grege, (nihil enim prohibet eodem in exemplo cōmorari) oues quæ morbo laborant, intus claudimus, & in tenebris continemus, eisque

eísque aliud pabulũ præbemus: nec patimur eas in cœ-
lum liberum prodire,nec herbis veſci,nec ex fonte qui
extra ſit,haurire.Atq; hoc etiam loco eadem vox inſtar
eſt cuiuſdam vinculi. Non poteſt dicere, Nõ ſciebam,
ignorabam cùm re coniunctum eſſe periculum.Maxi-
mè quidem huius rei etiam Paulus teſtis eſt. At te igno
rare dices.Non eſt hæc defenſio, ſed crimen. quotidie
in templum venis, & hoc etiam ignoras?Sed tamen ne
hoc afferre poſsis, ſacerdos ſtãs excelſo in loco magna
voce,& tremoris plena,quaſi præco aliquis manu ſubla
ta in cœlum,ab omnibus cernitur,magnaq; voce in re-
ligioſa illa quiete clamans,alios inuitat, alios excludit:
neque hoc manu efficit,ſed lingua clariùs quàm ſi ma-
nu faceret.Vox enim illa in aures noſtras incidẽs,qua-
ſi manus,alios arcet & eiicit,alios trahit,& exhibet.Dic
quæſo,in ludis olympicis nónne ſtat præco magna ex-
celſaq; voce clamans, Si quis hos accuſet, ne ſeruus ſit,
ne fur,ne improbis moribus præditus? Atqui certami-
na illa non animi ſunt,nec morum,ſed virium & cor-
poris.Quòd ſi vbi corporis eſt exercitatio, magna vo-
luntatis ratio habetur:quãtò magis hîc vbi animus om
nino exercetur?Stat ergo præco noſter,nec vniuſcuiuſ
que caput tenet ac profert, ſed omniũ ſimul caput in-
t' tenet,nec alios eis accuſatores dat,ſed ipſos ſibi præ-
ficit. Neque enim ait,Ne quis hunc accuſet,ſed quid? ſi
quis ſe ipſe accuſat. Cum ait, Sancta ſanctis, hoc ait, ſi
quis ſanctus non eſt,ne accedito, nõ omnino ait, liber
à peccatis & expiatus, ſed ſanctus. Sanctum enim non
peccatorum modo liberatio facit,ſed ſpiritus etiã præ-
ſentia,bonorúmque operum abundãtia. Nolo,inquit,
vos à cœno tantùm liberari, ſed albos etiam eſſe & pul
chros.Si enim rex Babylonius cũ adoleſcentes ex cap-
tiuitate deligeret,honeſta facie ,elegãtique forma ſibi
delegit:quantò magis nos qui adhibemur mẽſæ regiæ,
elegãti forma eſſe debemus, ſic vt animi ornatus in no
bis aureus ſit,veſtis ſit munda,calcei regij, facies animi
liberalis,ornatus eius aureus,cingulum veritatis:Talis
accedat,& poculum regium contingat. Si quis autem
ſordidis pãnis amictus, & ſqualore obſitus ad mẽſam
venire velit, vide quãta quámque grauia mala ſit per-
peſſurus,cùm quadraginta dies non ſatis ſint ad eluen-
das totius vitę maculas.Si enim gehenna quanuis æter
na, non ſatis eſt, (ob id enim æterna etiam eſt) multò
minus breue hoc tempus, præſertim cùm non firmam
& tutam pœnitentiam, ſed exiguam eſſe docuerimus.
Spadones regi præſto eſſe primum ac maximè debent.
Spadones dico, mente candida & ſplendida, in qui-
bus nulla ſordes ſit, nulla macula, qui alta mente ſint,
in quibus acies animi lenis ſit, & acuta, flexibilis, & a-
cris, non ſomnolenta, non ſupina, magnæ liberalita-
tis plena, abhorrénſque ab impudentia & temeritate:
ſit vigilans, & valens, non admodum triſtis, aut mœ-
ſta, non diffuſa, & humida. In nobis ſitum eſt vt ocu-
lum eiuſmodi faciamus, & acutum & pulchrum. Si e-
nim eum non in fumum aut puluerem intendamus,
(tales enim ſunt res humanæ) ſed in tenuem ventum
& leuem aëra,in res ſublimes & excelſas,plenáſque ma
gnæ & tranquillitatis & puritatis & delectationis: ce-
leriter eum recreabimus, & reficiemus, quòd eiuſmo-
di rerum aſpectu ſeſe oblectet. Vidiſti maiorem quàm
ſat eſt, rerum abundantiam, magnámque diuitiarum
copiam:noli eò aciem intendere,cœnum res illa eſt,fu
mus eſt,vapor ſceleſtus,tenebræ,magnus angor cumu
lúſque curarum. Vidiſti hominem qui iuſticiam exco-
leret,contentúſque eſſet ſuis,cui magna ocij abundan-

A tia ſuppeteret,qui has res & bonas negligeret ac pro ni
hilo putaret: illum eò intende, atque erige, multòque
meliorem clariorémque redde,nec cum terrę,ſed vir-
tutis eum floribus paſce temperantiæ, bonitatis, alia-
rúmque omnium.Nihil enim perinde oculum contur
bat, vt mala conſcientia. Turbatus eſt enim, inquit il-
le, ira oculus meus. Eum ab hoc malo libera, tùmque
pulchriorem firmiorémque reddes cùm in bonis om-
nibus educaueris. Faxit deus,vt nos omnes, & oculum
& cæteras animi functiones tales paremus, quales vult
Chriſtus, vt eo capite quod nobis præpoſitum eſt, di-
gni effecti, eò quò vult dominus noſter abeamus. Ait
enim,Volo vt vbi ego ſum,illi etiam vnà mecum ſint,
vt gloriam meam videant. Id quod nobis continget,
ſi continenter, ſi ſobriè; ſi multis cum vigiliis deum
precemur. Vigilare autem dico, non ſolùm noctu ex-
B citari & ſurgere, ſed etiã interdiu ſobrium eſſe in pre-
cibus.Vigil enim talis nominatur:quandoquidem fie-
ri poteſt vt & noctu qui orat, dormiat,& interdiu qui
orat non vigilet, cùm animus in deum intentus non
eſt, cùm non intelligit quî cum ſermonem conferat,
vel quî cum loquatur: cùm non percipit animo ange-
los cum timore & tremore adeſſe, ipſe autem oſcitans
& ſcabẽs progreditur.Magna arma ſunt oratio,ſi cum
apta ſobrietate fundatur.Atque vt eius vim intelligas,
impudentiam, iniuriam, crudelitatem, temeritatem-
que aſsidua oratio vicit. Audite enim,inquit,quid ini-
quus iudex dicat. Rurſus negligentiã ſuperauit,quòd-
que non fecit amicicia, id etiam aſsidua præſtitit ora-
tio. Quòd ſi non propterea quòd amicus eſt,inquit, ei
dabit. & quæ ſequuntur. Et quæ indigna erat, dignam
continuata oratio reddidit. Non eſt, inquit, æquum
C filiorum panem ſumere & dare canibus. At illa, Cer-
tè, inquit,domine. Nam catelli edunt de micis quæ ca
dunt de menſa dominorum ſuorum. perſtemus in o-
ratione chariſsimi. Magna enim arma ſunt, ſi cum ani
mi contentione fundatur, ſi ſine inani falſáque gloria,
ſi ſyncero animo, ſi corde contrito. Hæc bella dire-
mit:hæc gentem ingratam & indignam,gratam accep
támque reddidit. Audiui,inquit, eorum gemitum, &
deſcendi vt eos liberem. Oratio medicina eſt conſer-
uatrix,expultrix peccatorum,delictorúmque remediũ.
Si enim cum animi demiſsione precemur,ſi pectus tũ-
dentes vt publicanus,ſi cum eo dicam*, Propicius eſto
mihi domine peccatori: omnia conſequemur. Nam ſi
minus Publicani ſumus,at certè alia in nobis ſunt non
leuiora ſcelera iis quibus contaminatus fuit. Neque e-
nim eſt quòd mihi dicas, te leue aliquod admiſiſſe fla-
D gitium. Eãdem enim naturam res habet,vt enim æquè
hominis cedem feciſſe dicitur aliquis,cùm puerum in-
terfecit, & cùm virum: ſic & plus habere & cùm mul-
ta, & cùm pauca contra ius habet. Quinetiam malo-
rum recordatio nõ paruum crimen eſt,ſed graue. Eo-
rum enim, inquit, qui malum corde retinent, viæ ad *Paul. ad*
mortem ferunt. Qui etiam temerè ac ſine cauſa fratri *Hebr.*
ſuo iraſcitur, pœna capitis & gehenna dignus erit: qui
fratrem ſuum ſtultum vocabit & amentem: vt prætер-
mittam innumerabilia alia eiuſdem generis quę admit
timus, nec participare horroris plenis ſacramentis de-
ſiſtimus:& inuidemus, & conuiciis alios vexamus: ve-
ſtrum verò nonnulli etiam vino ſæpe obruuntur.Sin-
gula autẽ hæc etiam per ſe ex regno poſſunt expellere:
cum verò in vnũ collata & coaceruata fuerint,quę no
bis reliqua erit conſolatio? Magna nobis pœnitentia
opus eſt, chariſsimi, crebra oratione, magna conſtan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia,magna perſeuerantia,vt ea bona quæ nobis promiſ
ſa ſunt,adipiſcamur.Dicamus ergo etiã nos,Propicius
ſis mihi domine peccatori:aut potius,non hoc ſolũ di-
camus,ſed etiam ita ſentiamus. Ac ſi quis appellet nos
& accuſet,ne ſucceſſeamus. Audiuit ille, Quòd nõ ſum
ſimilis huic publicano, nec concitatus eſt ſed magis cõ
punctus.Probrum accepit,& probrum eluit:vulnus il-
le aperuit,& hic remediũ petiuit. Dicamus igitur etiã
nos, Propicius eſto Domine, mihi peccatori: ac ſi quis
in nos dicat,ne acerbè feramus.Si enim nos ipſi in nos
innumerabilia crimina conferimus, & ab aliis audien-
tes grauiter ferimus,nõ eſt hoc iam animi abiectio, nõ
confeſsio, ſed oſtentatio vanaq; gloria. eſtne, inquies,
oſtentatio ſeipſum peccatorem vocare? certè. Abiecti
enim demiſsiq; animi opinionem adipiſcimur,ſuſpici-
mur,laudamur.Si verò contrà in nos ipſi dicamus,nõſ
que accuſemus,contemnimur.Ita fit,vt hoc etiam glo-
riæ aucupandæ cauſa faciamus. Quid eſt autem animi
abiectio? Cùm alius nobis aliquid vt probrũ obiectat,
ferre:crimen ac culpã agnoſcere: ferre maledicta: nec
verò hoc abiecti animi & parua de ſe ſentientis ſit, ſed
bene ſentientis.Nunc autẽ noſmetipſos peccatores di-
cimus,indignos,ſexcentaq; etiam eiuſdem generis. At
ſi quis vnum horũ criminum nobis obiiciat, ſuccenſe-
mus,atq; ſequimus.Animaduertis hoc nõ eſſe confeſsio-
nem,nec gratã voluntatem? Te ipſe talem eſſe dixiſti:
ne acerbè feras cum ab aliis audis & reprehenderis. Ita
denique peccatorũ tibi leuamentum affertur,ſi alij tibi
crimina aliqua obiiciant.Sibi enim põdus grauitatem-
que addunt:te verò ad ſapientiam introducunt. Audi
quid beatus Dauid dixerit,cum eũ maledictis Semeius
vexaret,Omitte,inquit,illum.Dominus ei præcepit,vt
humilitatem meã cernat, & me pro eius maledictis &
contumeliis bonis afficiat.Tu verò qui grauiſsima etiã
maledicta in te congeris, niſi eorum hominũ qui ma-
gnis virtutibus præditi fuerunt laudes ab aliis audias,
cõcitaris.Animaduertis iocari te in rebus ſeriis?etenim
laudes aliarum laudũ cupiditate incenſi, deprecamur,
vt ſcilicet maiores laudes cõſequamur, vt maiorẽ aliis
admirationem excitemus.Ita fit vt ſtudio laudis traha
mur, non vt eam honeſta vita augeamus & amplifice-
mus,ſed omnia ad gloriã noſtram referimus,nõ ad ve
ritatem. Ex quo fit,vt inania vanaq; ſint omnia,omnia
perplexa. Quapropter hortor ego vos vt matrem ma-
lorum vanam futilemq; gloriam declinetis. Hac enim
conſenuimus, & penè ad interitum internecionemq;
redacti ſumus.Hanc nos ſenectutem reſecemus.Laua-
cro quidẽ iam non poſſumus,pœnitentia autem poſſu-
mus.Sed ſi quid in nobis vetus eſt,euellamus:ſi qua ru-
ga,ſi quæ ſordes,ſi qua macula inhæſit,expiemur & ab-
luamur.Pulchri efficiamur, vt rex pulchritudinem no
ſtram expetat.Is enim qui in ſummã etiam turpitudinẽ
deformitatemq; lapſus eſt, eam pulchritudinẽ recupe-
rare poteſt,de qua Dauid loquitur his verbis,Cõcupiſ-
cet rex decorem tuum.Audi filia & vide,& obliuiſcere
populum tuum & domum patris tui, & cõcupiſcet rex
decorem tuum.At obliuio decorem non parit:decorẽ
animi.quæ autẽ obliuio?peccatorum.Alloquitur enim
eccleſiam conflatã ex gentibus, eamq; monet vt maio-
rum eam capiat obliuio, id eſt eorũ qui ſimulachris im
molabant,ex iis enim cõflata eſt. nec dixit, Noli de eis
loqui, ſed quod maius eſt,noli recordari, quod etiam
alio loco ait,Non repetã memoria eorum nomina la-
bris meis.& rurſus,Vt ne loquatur os meum opera ho-
minũ.Nec in hoc magna etiã virtus eſt. Magna enim
quidem eſt,ſed non eiuſmodi.Illic enim quid ait?Non
ait, Ne loquere de operibus hominũ, ſed ne memoria
quidẽ repete,ne tibi in mẽtem veniant. Vides quantò
nos interuallo abeſſe à viciis velit? Qui enim nõ recor
datur,is non cogitat: qui nõ cogitat, nec loquitur: qui
non loquitur,nec facit. Vides quantis itineribus,quã-
toq; quaſi locorum interuallo nos diſiunxerit? Audia-
mus ergo etiã nos, noſtrorumq; malorum nos capiat
obliuio,non eorum,inquam,quę à nobis admiſſa ſunt.
Veniant,inquit,tibi primò in mentẽ peccata tua:& nõ
recordabor iam ipſe.Quid ergo dico?Non iam in mẽ-
tem nobis rapinę veniãt:quin etiã ſuperiora reddam°.
Hoc eſt viciorũ obliuiſci,cogitationem rapinę ac furti
ex animo expellere, nec vnquã eam ſumere: quin etiã
ea ſcelera delere,quæ admiſimus. Vnde autem viciorũ
nobis obliuio eueniet? Dei memoria & recordatione.
Si dei memores ſumus ſemper,illorũ etiam nos recor-
datio ſubire non poteſt. Recordabar, inquit, in ſtrato
meo,mane de te meditabar & cogitabã. Cùm ſemper,
tum vel maximè illo tempore, in animis noſtris deus
verſari debet,cùm cogitatio quieſcit,cùm illa recorda
tione ſe condemnare poteſt, cũ ſemper in animo reti-
netur.Interdiu enim etſi in mentẽ nobis veniat,tamen
aliæ curæ atq; perturbationes quæ obrepunt, eam rur-
ſus euellũt:noctu autẽ ſemper in animo verſari poteſt,
cùm tranquillitate ac quiete animus perfruitur,cùm in
portu eſt,cùm eſt in ſerenitate.Quę dicitis in cordibus
veſtris,inquit, & in cordibus veſtris compũgimini. In
animis quidẽ veſtris etiã interdiu hæc recordatio ineſ
ſe debuit,ſed quia curis agitamini,& diuellimini:& no
ctu deus nobis in mentẽ veniat, & matutinis horis de
cõ cogitemus, vt cũ magna ſecuritate ad negocia ob-
eunda veniamus: ſi propiciũ deum oratione precibuſ-
que faciemus, ita deniq; progredientes nullum inimi-
cum habebimus. Bellum ſunt, pugna ſunt diurnæ res
& negocia:fluctus ſunt,& tempeſtas.Opus eſt igitur ar-
mis orationis,vt ſecundis ventis vtamur.Diſcẽda ſunt
omnia,vt prolixitas diei ſine naufragio, & vulneribus
conſumatur.Multi enim interdiu ſcopuli oſtẽduntur,
ſæpeq; ſcapha deiecta & ſubmerſa eſt. Itaque nobis ne-
ceſſaria eſt oratio,maximèque matutina & veſpertina.
Plerique veſtrũ ſæpe ſpectatores fuerunt,nec ſpectato-
res modò & admiratores,ſed etiam diligentes & atten
ti,eorum qui certabant, atq; hic illius, ille huius. Scitis
ergo,quemadmodũ & diebus certaminum ac ludorũ,
& noctibus illis præco nulla in re omnẽ curam,diligẽ-
tiam, ſtudiumq; ponit, niſi vt ne is qui certat, egreſſus
indecorè ſe gerat.Quòd ſi ei qui in conſpectu hominũ
certaturus eſt,tanta prouidentia adhibetur,& conſuli-
tur,quantò magis decet nos ſemper curare,& ſolicitos
eſſe,quibus vita omnis certamẽ eſt? tota igitur nox in-
ſomnis ducatur,ſolicitiq; ſimus,quemadmodum diem
prætereamus,ne riſu excipiamur. Nunc ad patris dex-
tram ſedet agonothetes noſter,audiens accuratè, num
quid quod ſe offendat,loquamur, num quid contra le
ges.neque enim rerum & factorũ modò iudex eſt, ſed
etiam verborum. Pernoctemus Chariſsimi. Habemus
etiã nos qui nobis ſtudeant & faueãt,ſi volumus. Vni-
cuiq; noſtrum angeli præſto ſunt: nos autem totas no-
ctes ſtertimus, neq; hoc modò, ſed plerisq; libidini pa-
rent,alij vino ſe onerant & obruunt,& ad rem non lo-
quuntur:alij fraudes cõminiſcuntur & nectunt: quidã
curis agitantur, atque hæc omnia talia malunt facere,
quàm ea quæ ad deũ pertinẽt.Malè tibi eueniet Mam-
mona,eique, qui te habet.An non hoc tibi quæſo,deus

minatus

minatus est his verbis? Nõ potestis duobus dominis ser A uire. Tu vero minas dissoluis. Nónne auarum idololatram vocat? Tu vero stas sine metu ridẽs etiam mulieres de populo. Hoc euertit omnia, hoc omnia sustulit: res nostrę sunt risus, ciuilitas, vrbanitas: nihil in republica stabile est, nihil firmũ. Nec vero hęc mea ad viros de populo tantum habetur oratio, sciósq; quos obscurè significem. Risus enim plenum est templum. si quis vrbanum quiddam dicat, risus subito sedenti mouetur. mirúmq; illud est, quòd pleriq; ipso etiam precationis tempore ridendi finem nõ faciunt. Omni in loco diabolus exultat, omnes irretiuit, omnes dominatu suo tenet: Christus nullo in honore est, nullo in precio: in nullo numero Ecclesia habetur. Nõ auditis Paulum dicẽtem, Turpitudo, & scurrilitas, atq; vrbanitas à vobis tollatur? Cũ turpitudine vrbanitatẽ ponit: tu vero rides: stulta oratio quid est? ea quæ nihil vtilitatis habet. Et tamẽ planè B rides, vultúmq; exporrigis tu qui vitam monachi profiteris: qui cruci suffixus es, qui luges, rides? Vbínam quęso hoc Christum fecisse audisti? certe nusquã. sed tristicia & mœrore affectum plerunq;. Nã & cum Hierosolyma vidit, lachrymatus est, & cũ proditorem intellexit, conturbatus est, & cũ excitaturus esset Lazarum, fleuit. At vero tu rides. Si is qui ex alienis sceleribus dolorem nullum capit, accusatione dignus est: ei quí ex suis nullo mœrore afficitur, & ridet, quæ venia debetur? tẽpus est luctus, angoris, castigationis, & seruitutis, certaminum, & sudorum: tu vero rides? Non animaduertis quemadmodum Sarra obiurgata est? Non audis Christum qui ait, Væ iis qui ridẽt, quòd ipsi flebunt? Nũ hæc quotidie canis? Quid enim ais quæso? an te risisse: certe nõ, sed laborasse te in gemitu tuo. Sed fortasse hîc sunt nonnulli adeò dissoluti & molles, vt in hac etiã obiur- C gatione rideãt, quòd de risu disseram. Etenim eiusmodi amentia est, talis stupor, vt ne obiurgationẽ quidem sentiat. Stat dei sacerdos, omniúmq; orationẽ in cœlũ mittit: tu vero rides, nec quenq̃ metuis. Et ille quidẽ tremens pro te sursum preces fundit, tu vero contemnis. Nõ audis scripturam dicẽtem, Væ iis qui contemnunt? non exhorrescis? nõ te ipse colligis? Cum in regiam ingressurus es, tum & formã tuam, & aspectum, & incessum, cæteráq; alia cõponis: cum autem hunc in locũ, in quo verè regia est, & eiusmodi quę in cœlo, rides. Ac tu quidẽ scio, non vides, sed tamẽ hoc tibi persuadeas velim, angelos cum vbiq; adesse, tũ vel maximè in dei domo regi præsto esse, illarumq; corpore carentium naturarũ plena sunt omnia. Ingressus es vt de peccatis tuis cõfiterere, vt te deo demitteres ac prosterneres, vt cum supplex precarere, vt tibi delictorum gratiã faceret: & D cum risu hoc facis? quõnã modo eum placare poteris? Sed quid in risu mali est, inquies? Non est malus risus, sed vitiosus est, cũ non in tempore & prẽter modũ adhibetur. Nobis risus insitus est, vt cum amicos lõgo interuallo viderimus, id faciamus: vt cũ aliquos stupore metũq; perculsos animaduerterimus, risu eos ad mentẽ traducamus: nõ vt nosmetipsi cachinnis & risu semper diffluamus. Risus animis nostris insitus est, vt interdũ animi relaxentur, nõ vt diffluant. quãdoquidem appetitus etiã corporum nobis tributus est, nec omnino eo vtẽdum est, sed eum cohibemus: nec dicimus, Quoniã nobis insitus est, eo vtamur. Serui deo cum lachrymis, vt peccata tua abluere possit: & cum pura mundáq; cõscientia accede ad sancta tremendáq; Christi mysteria. Scio multos esse qui nos irrideãt his verbis, Statim nobis lachrymas proponit. At hoc tẽpus lachrymarũ est, & lamentationum. Intelligo etiam esse qui augurentur his verbis, Edamus & bibam⁹: cras enim moriemur. Vanitas vanitatum, & vanitas omnia: non ego dico, sed is qui res expertus fuerat. Aedificaui mihi domos, seui vites, & quæ sequũtur. Quid tum postea? Vanitas, inquit, vanitatum, omnia vanitas. Quare lugeam⁹ charissimi, lugeamus, vt verè in veri gaudij tẽpore rideam⁹. Huic enim gaudio dolor admixtus est, nec vnquam simplex inueniri potest. Illud autẽ syncerum est, sine fraude ac simplex, nec quicquã simulatum secum admixtum habet. Illud nobis gaudium dari optemus, illud persequamur. Aliter autem eo potiri non licet, nisi nos hîc, nõ ea quæ voluptatem pariunt, sed ea quæ vtilitatem afferũt, amemus: ob eámq; causam aduersis rebus vltro ac spõte obruamur: omnẽsq; cum gratiarum actione toleremus. Ita enim deniq, & perturbationes animíq; non rectos motus superare poterimus, & regno cœlorum potiri: in Christo Iesu domino nostro, cui gloria & potentia atque veneratio in perpetuum tribuitur.

†Hanc quæ sequitur homiliam hîc subiecimus quòd in quinto tomo, vt solebat: non inueniatur.

HOMILIA DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI

Sostomi in dictum Apostoli ad Corinthios, Cum autẽ subiecta fuerint illi omnia, tunc & filius ipse subiicietur ei, qui sub, &c. Itẽ de mundatione leprosi, de mysterio ternarij, & cornu olei. 1.Cor.15.d

IN hesterno fratres, quẽ de æterno Christi regno habuimus sermone, & nos omnes dicendi neruos intẽdimus, & his qui auscultarunt, iusta sufficiensq; obtigit enarratio. Iusta inquã, non si dignitas rei prædicãdæ, sed si meæ prædicãtis vires spectentur. Neq; enim vel in cœlis, vel in terris aliquid tale, quod laudatissimã vnigeniti dignitatẽ, meritis laudibus efferre potest. Multa sanè de domini theophania prædixerũt prophetæ, multa decreuit lex, multa prędicarunt Apostoli, multa promulgarunt euangelistæ, & adhuc dignitatẽ illam ne vnus quidem assequi potuit. Quòd si tanta spiritus sancti flumina, perpetuis limpidisq; amnibus manãtia, omnes humanas vires insumpserunt, & nihil quod par sit, ac dignum virtute diuina eructarũt: vbi nam tenuissima sermonis gutta comparebit, cum talis ac tanta sermonis eminentia proponitur? Quî posset mortalis lingua immortalẽ naturam dignis præconiis celebrare? Profectò non capit humana ratio, vt sermo ille per quem mundus est factus, quantũ addecet, prædicetur. Quid igitur? Prædicamus, quãtum possumus, quandoquidem non possumus, quãtum debemus. Quippe in aliis quidẽ certaminibus laureas referunt, qui victores redeũt: at in disputationibus de rebus diuinis, solis illis debetur corona, qui se rei magnitudine victos ingenuè fatentur. Itaq; vincamur dicentes, ne condemnemur silentes. Nihilominus cum sint, qui dicant, Demonstratum est regnũ Christi nullo fine consummari, & quod tradit regnũ deo & patri, hoc est orbem: in quo cum regnauit olim peccatum, postea idẽ à gratia regi cœpit. Adhuc nihil inuestigatũ est de eo, quòd quando subiecta fuerint illi omnia, tunc & filius ipse subiicietur patri, à quo subiecta sunt illi omnia. Operæprecium igitur fuerit, vt de hoc quoq; pro nostra virili aliquid afferamus in mediũ, ne scilicet imprudẽtibus silẽtio nostro ruinæ alicuius simus authores. Vellem itaq; fratres constare vobis omnibus, quòd præter

Universidad de Deusto
Biblioteca

noſtram voluntatem id prætermiſſum fuit. Nam cũ cæ tera iuxta ordinem,& vt ſermo poſtulabat,traderẽtur: arbitrabamur,ex his quæ iam tenebatis,declarari etiam id quod omittebatur. Nã vnus ſcopus, eadémq; ratio, ſoluit quæ dicta, & manifeſtat intermiſſa. Enimuero iuxta diſpenſationem dicta ſunt hæc ab Apoſtolo. Et quẽadmodum illi eum dicitur,tradit regnũ deo & patri,non reſpondet virtuti,quãta prędicari potuit:ſed leuiter & in ſuperficie res agitur, quo cõſulatur imbecillitati eorum,qui deorum multitudinẽ inuectum iri ſuſpicari poſſent: Lacte enim vos potaui,ait,non cibo: ſic & nunc, ſimili ſermone hoc dicit. Siquidem generalis ſcopus apud Apoſtolum eſt, quòd nunquã inducit diuinam naturam ſeditionẽ aduerſus ſeipſam excitãtem, aut filium patri obluctãtem,iuxta impiam Iudæorũ ſuſpicionem.Dicebant enim:Non eſt ille à deo,quia ſabbatum nõ obſeruat.Itaq; vnicam introducit naturã ſeditionis prorſus expertem, vnam cõcordiam, vnũ ſermonem,vnã volũtatem,vnam poteſtatem, vnũ deum in omnibus,nempe vt erroris eorum, qui multos deos ſtatuũt,excideret germina.Declarauimus enim,vt memores ſint auditores ſtudioſi,quòd idẽ ſermo, qui patris dignitatem adſtruit,is verbis & ſyllabis iiſdẽ Chriſti quoque dignitatem prædicat. Et ſicut ibi dixit, vt ſit deus omnia in omnib⁹,ſic & de vnigenito ait,ſed omnia in omnib⁹ Chriſtus. Igitur quid ſibi nũc vult,quod ait,ſubiicietur? Pharmacum inquã hic parat gentilium morbo. Nõ ſtatuit dogma eccleſiaſticum,ſed paganorum ſuſpicionem refutat.Quòd ſi abſolutè hoc ſermone fuerit vtẽdum,dicit eam,quæ per eccleſiam fit, obedientiam ac ſubiectionem eſſe Chriſti. Quando enim eccleſia,nihil ſpurium adulterinúmve habet, ſed ſynceram germanámq;deo mẽtem offert,ac ſi ſubiecerit:tũc illi germanè ſubiicietur. Eapropter coactius verbũ locutus eſt,& quod nõ facilè incircunſpectior aliquis accipiat.Proinde hic diſce.Quęcũq; eiuſmodi dicta Chriſto tribuuntur,ea ad eccleſiam Chriſti pertinent.Cuius rei teſtem ipſummet dominum eccleſię producam:ſed paulò altius rem repetamus, quò perſpectiora ſint,quæ dicuntur.Quandiu in mundo hoc erat ſecundum carnem Chriſtus, pro ſalute mundi, humanam implẽs diſpenſationem,perſequebantur illum Iudęi,& ab inimicis veritatis infeſtabatur ſaluator orbis. Et ij qui beneficiis quotidianis fruebãtur,erga fontem beneficiorum erant ingrati. Vbi autẽ omnem humanam adimpleuit diſpenſationem per paſsionẽ,in cœleſtes conceſsit choros:& corpore quidem tranſlatus eſt, veritate autẽ ipſa adimplet omnia,Corpus item quod induerat,in excelſa receptum, à dextra magnitudinis in ſublimibus collocauit, nõ quaſi extraneam, ac peregrinam quandam accepturus dignitatem,ſed vt corpus,quod antea mortale erat hac tãta gloria circũamiciret. Verum poſt aſſumptam carnem,poſt cõſummatas paſsiones, poſt reſurrectionem illam celeberrimam, pòſtq; illam in cœlos trãſlationem,cum ab omni exercitu adoraretur, etiam eorum qui ſuper cœlos ſunt: circũſtiparetur item omnium angelicorũ ordinum agminibus,& iã non eſſet in eorũ numero,qui affligebantur,perſecutionibúſque infeſtabantur,vbi Paulum furibundũ vidit aduerſus eccleſiam,& aduerſus ſanctos furoris ſui venenũ effundere,inquit ad eũ is, qui paſsionibus vltrà non erat obnoxius, ſed in tam admirabili honore, dignáq; gloria verſabatur:Saule Saule quare me perſequeris?Et plane nõ te perſequor,qui tuã in cœlis habes ſedem.Quid me perſequeris? proprias ſibi facit Eccleſiæ paſsiones.

1.Cor.3.a

Ioan.9.c

Epheſ.1.d

Act.9.a

Saul Saul,quid me perſequeris? Vides quòd perſecutio eccleſię Chriſto adſcribitur,qui eccleſię caput eſt:Sicut igitur cum eccleſia fert perſecutionẽ, Chriſtus eam ſe ferre dicit:ita & nunc Paulus,cum eccleſia ſubditur, dicit Chriſtum ſubiici. Argumẽtum item aliud huius rei, ſi placet,accipe. In duobus enim tribúſve teſtibus conſiſtet omne verbum:nõ quòd voci dominicę accedere oporteat teſtimonium aliud: ſed quia Chriſtus cum loquitur,apud credulos fidem inuenit,apud infideles nullum perſuadet teſtimonium: vocẽ dominicam non cõfirmamus, ſed inſipiẽtia hæreticorum ora obſtruimus. Paulus ergo ille à Chriſto edoctus, quòd perſecutio eccleſiæ in Chriſtum vergeret,cognouit: & quod cõſentaneũ quòd quicquid patitur eccleſia, in Chriſtũ quodam modo refertur.Quare & ipſe regis ſui verborũ veſtigia ſequẽs,in vna epiſtolarum dicit: Impleo quæ defuerunt afflictionibus Chriſti. Et nũc & iterum affligitur Chriſtus,etiam ſi in cœlos rediit. At vide quid pręterea dicat, ſuppleo quæ defuerunt afflictionibus Chriſti in carne mea pro corpore ipſius, quod eſt eccleſia. Vides vt ipſius faciat, quæcunq; ſunt eccleſiæ, ſiue paſsiones,ſiue honores.Veneratus es eccleſiam, veneratus es Chriſtum. Inſectatus es eccleſiam, tametſi nõ opere, propoſito tamen,Chriſtũ inſectatus es.Cogita quãtum periculũm eorum,qui eccleſiã mœrore afficiunt,quãta corona eorum,qui eccleſiam venerãtur. Qui vos ſpernit,me ſpernit,inquit ſeruator. Agnoſce domini voeẽ, quæ ſpirituale aliquid in ſe receonditum., & conſequẽs habet.Nã & pater de priſcis illis ſuis prophetis talia loquebatur, propriámq; ducebat iuſtorum iniuriam. Nã cum Abimelech rex Philiſtiim accepiſſet Sarã Abrahæ vxorem,dicit ei deus: Reſtitue viro vxorem, quia propheta eſt,& orabit pro te.Ille vero reſpondens,ait:Neſciebam domine,quòd vxor eius eſſet, puro corde hoc feci.Quid autem ad ipſum dominus:Et ego ſciebam,q puro corde hoc feciſti, & ob hoc peperci tibi,ne in me peccares.Declaratum itaq; eſt fratres,quòd omnia quæ in eccleſia conſiderantur, in Chriſtum referri poſſunt. Et idcirco Apoſtolus dicit:Subiicietur filius,hoc eſt eccleſia,ei qui ſubiicit illi omnia.Cæterum eſt & via alia, qua ſolet obſtrepere malignus.Et quídnam ait?Nempe eccleſia non ſubditur,ſed primũ ſubiicietur poſt reſurrectionem.Itaq; & idem argumenti ad contradictionẽ tuam obtendi poterit hæretice. Dic mihi, Chriſtus anõ ſubiectus eſt etiamnum iuxta tuum ſermonẽ, Cum ſubiecerit ſibi omnia, tũc ſubiicietur: occaſionem vtiq; habuiſſet,ſi in præſenti domino nõ fuiſſet ſubiectus? At ſi hæretice iuxta tuum ſermonem Chriſtus nunquã reluctatur patri, temerè dicitur, quòd cum ſubiiciet ſibi omnia,tunc ſubiicietur. Sexcẽtis nominibus ſubiectionem illius profers,& nunc in aliud tempus ſemoues aliam quandam ſubiectionẽ.Cum audis Chriſtũ dicentem:Non veni,vt faciam voluntatem meã,ſed eius qui miſit me: ſtatim profers cornu impietatis, atque dicis: Vides vt ſubiectus eſt patri? ſi audieris ipſum dicẽtem, Ego à meipſo non loquor:ſed pater mihi mandatũ dedit quid dicam,& quid loquar: ſtatim excipis verbum, confirmans quòd Chriſto non ſit authoritas, ſed ſubiicitur.Si audieris ipſum dicentem: Ego nullum iudico, eſt qui quærat,& qui iudicet,raptim arguis verbo ſubiectionem.Cũ ergo in ommibus oſtẽderis ſubiectum, cuius gratia argumentum adducis malignũ,dicisq;: Verbum ſequor,& nõ mentem? Quia tunc ſubiicietur,qui ſemper eſt ſubiectus.Quid ergo vult ſenſus? Nuſquam nõ Apoſtoli ſcopus eſt,vt aboleatur error impius, quo

Deut.17.b

2.Cor.11.a

Coloſſ.1.a

Ioan.6.d

Ibid.14.b

Ibidem.8.c

dij multi inuehuntur, vt eiiciatur seditio in natura, quę omnis seditionis expers est, & vt exterminentur malè sentientium suspiciones. Monstrat itaq; subiectionem non violẽtam, neq; necessitate coactam, neq; seruilem, sed concordiam dignitati congruam. At mi frater, ne facilè quę prædicta sunt inuadas, vt cum dicitur: A meipso hoc non dico: mãdatum dedit mihi pater, quid dim, & quid loquar. Vereor enim, ne quæ aduersus hęreticos disputationis gratia dicta sint, in ecclesiasticis dogmatibus te offendant. Sicut ergo sermonem nostrũ superius adstruximus, cũ de mente Apostoli responderemus, quòd nõ omnia, vt dogmata prædicarint Apostoli, sed alia quædã vt dogmata, alia iuxta dispensationem proposita sunt. Id quod & apud fontem veritatis, dominũ Apostolorum & prophetarum inuenio: cp nõ semper ad dignitatẽ suam, iuxta dogmatum scilicet veritatem locutus sit, sed dispẽsatione quadam, pro infirmitate populi nonnunquã se submiserit. Agè dicito mihi frater, cum dicit veritatis dominus: Si ego mihiipsi testis sum, testimoniũ meum non est verum. Sequar dictionem, sequar verbum: iniuriã faciam dignitati, siquidem per dispensationem dictum. Sed neq; si malignus interpres esse vellẽ, permittet mihi dominus, qui licet dictionem perperam sequar, sensus tamen cõiecturam prauam excludit, & voce alia me corripit: quæ sicut alio loco sancta de diuinis tradit, ita nũc simpliciter dignitatem confundere, & iniuria afficere videtur. Quãdoquidem dicere posset: Rationẽ infirmorum ludæorum habens, dicebam: Si ego de me testificor, testimonium meum non est verum: quam dictionẽ tu ad blasphemiã rapuisti, an non me alicubi dicentẽ audisti, etiamsi ego de me testificor, testimoniũ meum verum est? Quid ergo fratres, cõtraria sibiipsi pronunciabit veritas? Absit, sed aliter se habet ad eos, qui veritatis sunt alumni, & aliter ad eos, qui à veritate aliquantulũ abalienati: non quòd ipsa varia sit, sed cp pro singulorũ habitudine sese accõmodat. Quare igitur dicit Iudęis: Ego à meipso nõ loquor, sed pater mihi mãdatum dedit, quid dicam, & quid loquar? Quia opinabantur ipsum esse Mosaicæ legis inimicum, & prescribere aduersa patri, qui in lege sabbatum legis honestabat, videbatúrq; legib⁹ noui testamenti pugnãtibus cum veteri, nouus status induci: idcirco declarare volẽs, sed nihil cõstituere quod deo displiceret: nihil etiam prædicare, quod legi aduersaretur, dicit: Ego à meipso non loquor, quẽadmodum vos suspicamini: sed ille ipse, qui à vobis adoratur, ipse mihi mãdatum dedit: quasi doceret eos, quòd si hæc fugillatis, non meam doctrinam fugillatis, sed impingitis in deum, quem cõfitemini. Quando ergo fratres sic miserè, sic abiectè, sic humiliter sermonem Christi tracto, vt accipiam quasi in seruili cõditione dicatur hæc vox: A meipso nihil facio, pater mihi mandata dedit quid loquar, & quid dicam: vides mox in quantum impietatis profundum descendo, si ita suspicer. Facio enim ipsum non solum patre inferiorẽ, sed & Apostolis ipsis minorem. Quo modo autẽ id, ausculta. Paulus dicit: De virginibus præceptum domini nõ habeo, cõsilium autem do. Paulo permittis absq; præcepto cõsilium dare, Christum vero sub seruitutis iugũ abstrudis, qui ita mordicus tenes verbum, quo dicitur: A meipso facio nihil? Iã sicut & antea prẽmisi aliter ipsum disputasse solitũ cum his qui veritate enutricati, aliter cũ his, qui ab ea sequestrati. Neq; enim Iudæi ipsum esse filium dei reputabãt, neq; in mentem Iudęis veniebat deum esse sermonem. Nõ audisti qualia de ipso dixerunt? Homo ille non est dei, quia sabbatum nõ custodit. Non putabant esse hominem dei, & quo modo dignitatẽ vnigeniti cõiectarent? Ad hæc dicebant iterũ de seruatore: Scimus cp homo hic peccator est, quia sabbatũ nõ seruat. Cum ergo de ipso sentirent vt peccatore, & homine, cui nihil cũ veritate cõmune: vllámne diuinitatis opinionẽ vel fortuitò de ipso conciperent? Ea de ratione ad sic affectos vocem submisit, eósq; docuit, ne ob externum habitum contradicentes, putent ipsum à diuina voluntate dissidere. Vnde dicebat: A meipso nõ loquor: ipse mihi mãdatum dedit quid dicam, & quid loquar. Apud eos autem qui fide filij instructi, animaduertere vt vocẽ supplicem & abiectã deponit, diuinæq; dignitatis gloriam induit, dicens, Audistis dictum esse antiquis, nõ facies adulterium, qui viderit vxorẽ proximi vt concupiscat, iam peccauit: ego autẽ dico. Vides quo modo nuda authoritas, vbi fidelis & quo modo formata ac tecta per dispensationem, vbi suspectus auditor? Cũ autem paruulus fermè in turba cõtritus esset, dixit: Semper diuini sermonis auditui turbatio agnata est. Etenim animarũ hostis diabolus, vbi videt quòd sermo acuta iacula aduersus decẽptionem suam emittit, continuò auditores cõturbat, vt veritatem redarguentem in fugam vertat. Eutychus adolescens Pauli auditorium turbarat, & hic adolescẽs quidã auditorium populi interturbauit, quò magis proposito destituantur auditores. Atqui fratres nos fugientes fluctuum tempestatem, ad trãquillum veritatis portum nauim appellamus. Nollẽ enim digressionem latius expaciari, quę instituto sermoni obsistat. Vbi suspectus auditor, accõmodetur ad dispensationis rationem doctrina: vbi verò syncerus veritatis atque pietatis alũnus, nuda sit authoritas. Ad Iudæos dicebat, A meipso nihil loquor: ad domesticos autem fidei: Audistis quòd dictum sit antiquis, non facies adulterium: ego autem dico. Vbi, Ego, illud loquẽtis authoritatem demonstrat: nam vbiq;, Ego, authoritatẽ testatur dicentis, vt cum dicit: Ego sum, Ego sum: & honestum est illud, Ego sum. Et iterum Iudæis dicit, Non veni, vt faciã voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Soluit item hæreticæ suspicionis dubitationem hodierna euangelica lectio. Quãdo enim leprosus ille ipsum accessit, corpore quidem leproso, anima autem pura & lucida, dicit ipsi: Domine si vis, potes me mũdare. Quę re hic hæreticorum canonẽ. Oportuerat enim consentanea vocis suæ dicere, non volo ego, sed vult pater, mundus esto: nõ veni enim vt faciã voluntatem meã, sed voluntatem eius qui misit me. Nõ audisti me dicẽtem, non veni, vt faciam volũtatem meam? Si ergo cogat volũtatem potestati subditã, sicut impij dicunt, cur authoritatẽ exposcis ab eo, qui paternę authoritati subditus est? Verum nihil horũ seruator ad eum, qui ad se syncero pectore accesserat dixit, sed declarando ipsum synceræ esse fidei, syncera quoq; ac pura sanitate donauit. Accessisti ad ipsum fideliter, accipe & remedium fideliter. Voluntati meæ adscribis benevolẽtiam, voluntate mea & salutem capessito: Domine si vis potes me mundare. Volo, mundus esto. Nõ subsistit hæreticæ impietatis definitio. Vides quãtum sermoni subest? A propria voluntate authoritatẽ seruat. Hæc autem cum dicam, non induco separatam à voluntate patris volũtatem filij. Quam enim filij dixeris volũtatem patris, voluntatem dicis: & quã dixeris voluntatem patris prędicas authoritatem filij: & si dixeris authoritatem filij, declarabis potestatem spiritus sancti. Vna enim potestas, indiuisum regnum. At dicit quis: Attigisti inter dicendum de

Ioan.5.c
Ibid.8.b
1.Cor.7.c
Ioan.9.c
Ioan.14.b
Exod.20.c & Mat.5.d
Act.20.b
Matt.14.d & Ioã.8.b c
Ioan.5.c
Mat.8.a. & Marc.1.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum de ſpiritu ſancto,de poteſtate, ego apoſtolica vo- A ti. Rurſum contineamus nos in inſtituto. Volo, mun-
ce inuenio ſpiritum Chriſto ſubiectũ.Dixit enim Pau-
1.Cor.15.d lus:Quãdo autem dicit,quòd omnia ipſi ſubiecta ſunt, manifeſtum eſt quòd omnia,præter eũ,qui ſubiecit illi: omnia intelligit,ergo ſpiritus ſubditus eſt:ſolum enim patrem dicit non ſubiectum eſſe Chriſto. Verùm cũ dicit,omnia,creaturam ſignat:non increatam naturã iniuria afficit,ſed de ſubiectione inimicorũ diſputat. Vl-
Ibidem. timus inimicus abolebitur mors.Cur ergo in ſubiectorum inimicorum regione collocas ſpiritum ſanctum? Non enim ſubiectionem amicorum pater induxit,non ſubiectionis angelorum meminit, non ſubiectionẽ archangelorum attigit, ſed ſubiiciẽdorum inimicorum: inimicus extremus mors abolebitur:loquitur de inimicis qui ſubditi ſunt,non de ſpiritu ſancto.Iam ſi nos fideles, qui in Chriſto credimus, cum Chriſto regnabimus: ſpiritúſne ſanctus non parem cum obedientibus B ſortietur dignitatem? In die manifeſtationis ſaluatoris ſedebunt filij Zebedæi Iacobus & Ioãnes, & chorus ille Apoſtolorum ſuper duodecim thronos:ſpiritúſne erit circa ſubditorũ ſuppedaneum? Faceſſat hæc impietas amice,ſermo hic eſt de creatura, nõ de increata natura,non de adorabili dignitate. Et vt diligentẽ ac exquiſitum veritatis ſermonẽ accipias, conſidera quo modo beatus Dauid inducẽs laudantium creaturarũ chorum, dicit: Laudate dominum è cœlis, laudate eum in
Pſal.148. ſummis,& reliqua. Angeli, virtutes, cœli cœlorum, & aquæ quæ ſuper cœlos.Nullam ſpiritus mentionem facit,increatam naturam creaturæ nõ connumerat. Tres
Danie.3.c pueri,qui in camino, induxerunt & ipſi creaturarũ chorum:laudate,dicẽtes,angeli domini, cœli domini, virtutes domini,Sol & luna,&c. non recordati ſunt ſpiritus ſancti. Item & Paulus, cum diuidit inuiſibilia ab iis C quæ videtur,dicit eo loco, vbi docet quòd in Chriſto condita ſunt omnia,tam quæ in cœlo,quàm quæ ſuper terram:tam viſibilia,quàm inuiſibilia: & confeſtim ad-
Coloſſ.1.c numerat inuiſibilia,dicẽs:Siue throni,ſiue principatus, ſiue poteſtates,ſiue dominationes. Nam quoniam omnium quæ videntur ſeruitus,in confeſſo eſt: inter inuiſibilia autem recenſentur angeli,& virtutes, & ſpiritus ſanctus,& filius,& pater, vt non per ignorantiam cœleſtium, ſub iugum ſeruitutis dominum & dignitatẽ ſpiritus ſancti trahas,ea quę videntur diſcernit.neque dicit,ſiue Sol, ſiue luna, ſiue aſtra, omnia ſeruituti obnoxia: horum enim conditio comperta eſt, quod omnia ſeruiunt. Cæterum in his quæ inuiſibilia ſunt principatus & angeli:eſt autem inuiſibilis etiam & qui adoratur ſpiritus.Igitur ne quis ipſum cum aliis inuiſibilibus copulet,ſeorſum numerantur ſuperna omnia,ne in ordine miniſtrãtium ſit & dominus. Seorſum numerat,quæ D non adorãtur,vt ſegregetur quod adoratur.Siue throni,ſiue principatus,ſiue poteſtates: non dicit,ſiue ſpiri-
Mat.8.a.& Luc.5.c tus. Verum ad inſtitutum redeamus.Si vis domine,potes me mundare.Sciebat leproſus ſcaturientem beneficentiam,ſciebat emanantem ſalutẽ,ſciebat multos malè habentes,& à dæmonibus infeſtatos inueſtigaſſe fontem ſalutis,& cogitationis hæſitationem deponit:& cũ eſſet carne quidem leproſus,anima tamen mũdus erat: neq; enim diſcolor illius anima. Etenim ſicut moleſta corporis lepra,colorem variat: ſic & vbi animam occuparit,duplex facit cor,ſcilicet ad fidem,& ad infidelitatem ſe diſpertiens.Et quàm iniucunda oculis humanis corporea lepra, tam inſuauis eſt oculis dei in plures ſe-
Eccli.2.c cta partes anima. Et ob hoc ait ſcriptura: Væ duplici cordi,& animæ ſolutæ,& peccatori vias duas incedenbo. Rurſum contineamus nos in inſtituto. Volo, mundus eſto.O miraculum.Volo,mundus eſto. Sermo nõnunquam fratres ab authoritate, ſermo nonnunquam à temeritate proficiſcitur: & hũc quidem fortuitò quis eblatterat,ad illum verò opus comitatur authoritatem eius,qui ſolus poteſt.Si ergo dixiſſet: Volo,& non ſubſecutum eſſet opus,temeritas erat: nũc verò cum opus vocem ſubſequitur,& ſermonem ne ægrè feras,& op reuerere. Vide quãtum diſcrimen inter veterem legẽ, nouámq; gratiam etiam omni ex parte. Moſes cum ex Num.5.a monte deſcendiſſet,primam legem tulit, & mandauit vt caſtris excederent leproſi. Chriſtus verò monte deſcendens,leproſum protinus mundat:& ille quidẽ morbidos eliminat, hic verò curam eorum agit. Aſcendit Chriſtus in montem,aſcendit & Moſes: & hic quidem vt acciperet,ille verò vt daret.Aſcendit Moſes,& inue nit montem impletum tubis,nubibus,tonitruis, fulguribus,turbinibus,caligine: quæ licet parũ congruebant dexteræ,& magnitudini apparentis, verum decebat vt populus ille ita ad pietatem erudiretur.At Chriſti gratia timorem ponit,ſeruitutem eiicit.Non enim accepi- Roma.8.c mus ſpiritum ſeruitutis iterum in timorem,ſed accepimus ſpiritum adoptionis. Et Moſes quidem dedit decem mãdata:Ieſus autem dominus Moſis, nouem beatitudines.Dictorum veritatẽ ſciunt quotquot aliquate nus ſcripturas norunt.Prima beatitudo,Beati pauperes Mat.5.a ſpiritu,quia ipſorum eſt regnum cœlorum.Beati qui lugent,quia ipſi conſolabuntur.Beati manſueti, quia hæreditate obtinebunt terram. Beati qui eſuriunt & ſitiũt iuſticiam,quia ipſi ſaturabũtur.Beati miſericordes,quia ipſi miſericordiã aſſequentur. Beati mũdo corde,quia ipſi deum videbunt.Beati pacifici,quia filij dei vocabũtur. Beati qui perſecutionẽ patiũtur propter iuſticiam, quia ipſorũ eſt regnũ cœlorũ.Beati eſtis,quando exprobrauerint vobis,& perſecuti fuerint,& dixerint aduerſus vos omne malum verbum mẽtientes.Quare lex ponit decem mãdata, gratia autem nouem beatitudines? Nempe decem mandatorum numerus reſpondet numero plagarum Aegypti.Decem plagæ Aegypti impietatem caſtigarunt,& decem mandata populũ erudiunt inſenſatum.Id quod & litera iota indicat,qua denarius Iota. numerus ſcribi ſolet:virgulę enim formam & figuram præ ſe fert.Et virga erudiebat Aegyptios atq; populum: Ieſus verò dominus noſter dat nouẽ beatitudines, triplici ternario triplicem plectens coronã. Quandoquidem fratres adorabilis illa trias,regalis illa dignitas,immaculata natura, indominabilis dominatio, in ternario gloriam habet, & veneratur deus ternarij prædicationem in terra,& virtutum numerum, quòd numero ſanctæ trinitati reſpõdeat. Et vt exempli gratia aliquid dicam:Multi ſunt patriarchæ, & deus ſeipſum patriarcharum vocat deum:Ego deus Abraham,& deus Iſaac, Exod.3.d & deus Iacob. Non quòd non ſit etiam deus Moſi, & non deus Ioſeph. Omnium enim deus eſt,qui ſe inuocant in veritate:ſed veneratur ſicut in imagine, in terrenis cœleſtia. Tres patriarchæ ſunt in honorem trinitatis, tres virtutes in honorem trinitatis. Nunc autem 1.Cor.13.d manent tria hæc,fides,ſpes,charitas. In tria diuiſum eſt vniuerſum, nempe in ordinem ſupercœleſtium, terrenorum,& ſubterraneorum. In tria ſecãtur tempora,in præterita,præſentia,& futura.Et ſicut licet multi ſint patriarchæ, vt prædicetur gloria viuentis ſpiritus,ſufficit ternarius: ita cum multi ſint ſacerdotes, trias tamen ſacerdotum electa eſt,nẽpe Moſis,& Aaron,qui in ſacer- Pſal.98.b dotibꝰ eius,& Samuelis. Multi reges,multi ſacerdotes,

& trium

& triũ celebris eſt memoria, Dauid ſcilicet, & Ezechiæ & Ioſiæ: dicit ſcriptura, omnes peccauerunt. In camino tres pueri. Cum Chriſto in montem conſcenderũt Petrus, Iacobus & Ioãnes. Multi in cœlo angeli, & tres apparent Abrahæ. Omnes dies dei fiunt, & tres ſeruiunt myſterio. Qui illi tres? Accipe Iſaac, dicit, quem dilexiſti filium tuum vnigenitum, & vade in vnum mõtium: ambulauit Abraham tres dies & tres noctes, vt ſimul & myſterium monſtraret. Sic enim quaſi à morte viuentẽ accepit Iſaac. Quo modo autem? Audi: A quo tempore pater illum ſacrificio deſtinarat, mortuus cẽſeri poteſt. Neque enim euaſurus credebatur, & propoſitum ſanciebat promiſsionem. Tertio autẽ die reſtitutus eſt viuus in figuram reſurrectionis. At non potuit Ionas in mari manere plures dies? ſed ſolum ibi tres dies fecit, vt reſurrectionis myſterium oſtendat. Hic quis dicet, ſi alicubi reperias ſeiunctim myſteria talia, at non quãtum ſatis eſt ad recipiendam incarnationem & trinitatem iſta miracula perſuadent. Si ego dico, reproba ſermonem: ſin diuina eſt prædicatio, audi à me, immò audi mecum: quia tres dies intepretantur nobis paſsionem domini. Quia de Abraham idem ſaluator dicit: Abraham pater veſter exultauit, vt videret diem meum: vidit, & gauiſus eſt. Quem diem? Mortis. Agnus enim ab arbore traditus Abrahæ, imaginem geſsit agni dei, qui tollit peccatũ mundi. Et quòd dicit, Vidit diem: nihil aliud facit, quàm quòd vidit mortem. Vnde hoc & vſitato more dicunt homines, præuenit eum dies, pro eo quod eſt mors. Verùm conſuetudinis lex non eſt ſatis idonea ad aſtruenda ea, quæ dicũtur: itaque ad ſcripturam veniamus. Dicit alicubi beatus Dauid: Obſeruabit peccator iuſtum, & ſtridebit ſuper illum dentibus ſuis: dominus autem irridebit eum, quoniã præuidet, quòd veniet dies eius. Et hæc quidem in Abraham dicta ſint. Nũc ad Ionam quoque ipſum redeo. Iterum enim tres dies Ionę, paſsionem hanc ſalutarem interpretari licet. Iterum ſeruator clamat: Quemadmodum, dicit, Ionas in ventre ceti tres dies & tres noctes, ſic oportet filium hominis in corde terræ facere manſionem tres dies ac tres noctes: ſed vnum ad ſupradicta dicem⁹, quod aliis euidentius eſt. Populo priori tres erant ordines, ſacerdotium, regnum, & prophetia: præter tres illos non videbatur alius apud Iudæos principatus. Cornu item erat olei ſanctificationis, & vna fuit vnctio, tria verò dona. Vnum cornu, tria chariſmata: Inungebantur enim ſacerdotes, reges, & prophetæ. Cæterum quia aliqui argumenti huius ignari ſunt, ne incaſſum ſermo currat, ſeipſum quidem abſumens, lectori verò inutilis, audi breuiter: Seruabatur à prophetis cornu, è cornu autem inungebantur reges, prophetę, & ſacerdotes, nulla quidem chriſmatis variatione: nam per idem cornu gratia adhibebatur. Inungebãtur reges, inungebãtur prophetæ, inungebantur ſacerdotes: vna vnctio, tria dona. Quare autem in cornu erat vnctio? Quia imaginẽ gerebat Chriſti. An non in argenteo vaſe, an non in aureo, an non in aliqua alia precioſiore materia tantum donum eſſe potuit? ſed non fuit in alio, quàm in cornu. Siquidem vt dicẽdo præmiſi, imaginem gerit Chriſti. Etenim dicit: Excitabo cornu Dauid: quod eſt dominꝰ ſacerdotij & regni & prophetiæ, ille ſit cum omnibus vobis. Quia cum caput noſtrum accepit regnum, contritis tribus illis humanis dignitatibus, in eius cornu omnis dignitas, & gloria reſedit, Amen.

Psal.13.& 52.a
Dani.3.b
Matt.17.a
Gene.22.a
Ibid.22.a
Ionæ 2.a
Ioan.8.g
Ibid.1.d
Psal.38.b
Matt.12.c
1.Reg.16.a
Psal.131.c

Tomi quarti finis.

Quaternionum index.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t v x y z
A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg

Omnes ſunt quaterniones, præter Gg ternionem.

PARISIIS,

Excudebat Carola Guillard, via ad diuum Iacobum, ſub Sole aureo.

1556

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Oviedo